BIBLIORVM SACRORVM CVM GLOSSA ORDINARIA

IAM ANTE QVIDEM

A STRABO FVLGENSI COLLECTA:

NVNC AVTEM

NOVIS, CVM GRAECORVM, TVM LATINORVM PATRVM EXPOSITIONIBVS LOCVPLETATA:

Annotatis etiam ijs, quæ confuse antea citabantur, locis:

Et Postilla Nicolai Lyrani: Additionibus Pauli Burgensis ad ipsum Lyranum: ac ad easdem Matthiæ Toringi Replicis:

Per Fratrem Franciscum Feuardentium Ordinis Minorum, Ioannem Dadræum, & Jacobum Cuilly, Doctores Theologos Parisienses:

TOMVS SECVNDVS:

Hac sane quidem Veneta editione à quàm plurimarum dictionum mendis expurgatus, multis quoque verbis, & versibus aliàs prætermissis suppletus.



VENETIIS, M DCIII.

Librorum qui Secundo Tomo continentur, authorumque qui in singulos citantur, series.

IOSVE, in quem scripserunt

Adamantius.
Ambrosius.
Athanasius.
Augustinus.
Author libri Tauhuma.
Beda.
Chaldæus Paraphrast.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Dionysius Areopag.
Epiphanius.
Eusebius.
Gregorius.
Gregorius Nazianzenus.
Hebræi.
Hieronymus.
Ignatius.
Iosephus.
Irenæus.
Isidorus.
Iustinus Martyr.
Lactantius Firmianus.
Origenes.
Procopius.
Rabi Isaac Acrameus.
Rabbi Salom.
Rabbi Leui Gersonis.
Rabbi Leui.
Rabbi Dauid Kimhi.
Rabbi Moses Gerūdensis
Rabbi Nehemias.
Rabbi Moyses, Mānonis.
Rabbi Iuda.
Rabbi Simeon.
Rufinus.
Rupertus.
Septuaginta interpre.
Suidas.
Tertullianus.
Thalmudici.
Theodoretus.
Zonaras.

IVDICVM.

Adamantius.
Ambrosius.
Anastasius Nicenus.
Athanasius.
Augustinus.
Author operis imperfecti
Author Seder olam.
Basilius.
Beda.
Chaldeus Paraphrast.
Chrysostomus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Hebræi.
Hieronymus.
Ioannes Damascenus.
Iosephus.
Isidorus.
Iunilius.
Iustinus Martyr.
Lanfrācus Canturien.
Petrus Comestor.
Procopius.
Prosper Aquit.
Rabbi Dauid Kimhi.
Rabbi Leui.
Rupertus.

Se-

Septuaginta interpre.
Seuerus Sulpitius.
Sozomenus.
Tertullianus.
Theodoretus.

PRIMVS REGVM, & in eo citantur.

Ambrosius.
Arnoldus Beneuallensis.
Athanasius.
Augustinus.
Author Seder olam.
Basilius.
Beda.
Bernardus.
Chaldæus Paraphrast.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Cyprianus.
Cyrillus.
Eucherius.
Eusebius Emissenus.
Euthimius.
Gregorius Magnus.
Hebræi.
Hieronymus.
Ignatius Martyr.
Iosephus.
Isidorus.
Iustinus Martyr.
Lactantius Firmianus.
Odo Cameracensis.
Origenes.
Procopius.
Rabanus.
Rabbi Isaac Alfeci.
Rabbi Anonymus.
Rabbi Dauid Kimhi.
Rabbi Leui.
Rupertus.
Saluianus.
Septuaginta.
Tertullianus.
Theodoretus.

LIBER SECVNDVS Regum, & in eum authores.

Angelomus.
Ambrosius.
Augustinus.
Cassianus.
Chaldæus Paraphrastes.
Chrysostomus.
Cyrillus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Hieronymus.
Iosephus.
Iustinus Martyr.
Procopius.
Prosper.
Rabanus.
Rabbi Dauid Kimhi.
Rabbi Aben Ezra.
Rabbi Salomon.
Rabbi Leui.
Rupertus.
Saluianus.
Seuerus Sulpitius.
Tertullianus.
Theodoretus.

LI-

LIBER III. REGVM, & in eum citantur.

Ambrosius.
Angelomus.
Athanasius.
Augustinus.
Author Seder Olam.
Author operis imperfecti
Bacharius.
Basilius.
Beda.
Bernardus.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Cyrillus Alexandrinus.
Epiphanius.
Fœlix Papa.
Gregorius Nazianz.
Gregorius Magnus.
Gritmundus.
Hebræi.
Hieronymus.
Historia Aethiopica.
Ioannes Damascenus.
Iosephus.
Irenæus.
Isidorus.
Lactantius Firmianus.
Optatus Mileuitanus.
Pascasius.
Petrus venerabilis.
Procopius.
Rabbanus.
Rabbi Dauid.
Rabbi Leui.
Tertullianus.
Tharasius.
Theodoretus.
Tichonius Afer.

LIBER IIII. REGVM.

Ambrosius.
Angelomus.
Augustinus.
Author Seder Olam.
Basilius.
Cassianus.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Comestor.
Cyrillus.
Epiphanius.
Eucherius.
Glycas.
Gregorius Magnus.
Hieronymus.
Iosephus.
Irenæus.
Isidorus.
Iustinus Martyr.
Lactantius Firmianus.
Procopius.
Rabanus.
Rabbi Ionathan.
Tertullianus.
Theodoretus.

I. PARALIPOmenon.

Ambrosius.
Angelomus.
Athanasius.
Augustinus.
Beda.

Come-

Comestor.
Eucherius.
Glycas.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Magnus.
Hieronymus.
Iosephus.
Rabanus.
Rabbi Salomon.
Rabbi Moses.
Theodoretus.

II. PARALIPOmenon.

Ambrosius.
Athanasius.
Augustinus.
Basilius.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Comestor.
Cōcilium Carthaginēse.
Concilium Agathense.
Eucherius.
Eusebius.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Hebræi.
Hieronymus.
Iosephus.
Procopius.
Rabanus.
Tertullianus.
Theodoretus.

ESDRAE LIB. I.

Ambrosius.
Athanasius.
Augustinus.
Beda.
Chrysostomus.
Comestor.
Concilium Elibertinum.
Eusebius.
Hieronymus.
Iosephus.
Irenæus.
Sexta Synodus.
Tertullianus.

ESDRAE LIB. II.

Ambrosius.
Augustinus.
Beda.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Comestor.
Euthymius.
Iosephus.
Lactantius Firmianus.
Prosper.

ESDRAE LIB. III.

Ambrosius.
Athanasius.
Angelomus.
Augustinus.
Beda.
Chrysostomus.
Comestor.
Cyprianus.

Cy-

Cyrillus.
Eusebius.
Hieronymus.
Iosephus.
Irenæus.
Lactantius.
Maximus.

ESDRAE LIB. IIII.

Ambrosius.
Augustinus.
Basilius.
Bernardus.
Ephrem Syrus.
Gregorius Magnus.
Hippolytus.
Irenæus.
Lactantius Firmianus.
Liber Iehod Syrim.
Rab. Meir Men Gaboi.
Rabbi Bacchairi.
Tertullianus.

TOBIAS.

Alexander Primus.
Ambrosius.
Athanasius.
Augustinus.
Bachiarius.
Basilius.
Beda.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Comestor.
Conciliū Carthaginēse.
Concilium Florētinum.
Dionysius Areopag.
Gregorius Magnus.
Græci.
Hebræi.
Hilarius.
Optatus Mileuitanus.

LIBER IVDITH.

Ambrosius.
Athanasius.
Augustinus.
Chrysostomus.
Clemens Romanus.
Comestor.
Eusebius.
Hieronymus.
Iunilius.
Origenes.
Philo Iudæus.
Rabanus.

ESTHER.

Ambrosius.
Athanasius.
Augustinus.
Bernardus.
Chrysostomus.
Comestor.
Concilium Trident.
Eusebius.
Hebræi.
Hieronymus.
Innocentius Tertius.
Iosephus.
Iustinus Martyr.
Philo Iudæus.
Rabbi Salomon.

D. HIERONYMI IN IOSVE PRAEFATIO.

TAndem finito Pentateucho Moysi, velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittimus: quem Hebræi Iehosua ben Nun, id est, Iosue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem Sophtim appellant: ad Ruth quoque, & Esther: quos eisdem nominibus efferunt. Monemusque Lectorem, vt syluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis, (quod sæpè testatus sum) sciat me nō in reprehensionē veterum, noua cudere, sicut † amici mei criminantur, sed pro virili portione offerre linguę meę hominibus, quos tamen nostra delectant, vt pro Græcorum ἑξαπλοῖς, quę & sumptu, et labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hęc illis conferentes inuenient, quod requirunt. Maximè cū apud Latinos, tot sint exēplaria, quot codices, & vnusquisque pro arbitrio suo, vel addiderit, vel subtraxerit, quod ei visum est, et vtique non possit verum esse, quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua, vel suscipiens si placet, uel contemnens si displicet, memineritq́ illorum uersuum: † Os tuum abundauit nequitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuę ponebas scandalum: hęc fecisti, et tacui. Existimasti iniquè, quòd ero tui similis: arguam te, & statuam illa contra faciem tuam. Quę enim audiētis, uel legentis utilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare: dolere Iudęos, quòd calumniandi eis, & irridendi Christianos sit ablata occasio: et ecclesię homines id despicere, imò lacerare, unde aduersarij torqueantur? Quòd si uetus eis tantum interpretatio placet, quę & mihi non displicet, et nihil extra recipiendum putāt, cur ea, quę sub asteriscis, & obelis, uel addita sunt, uel amputata legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis traditionem ecclesię susceperunt? cur Origenem mirantur, et Eusebiū Pāphili, cunctas editiones similiter differentes? Aut quę fuit stultitia, postquā uera dixerint, ꝓferre q̄ falsa sunt? Vnde aūt in nouo Testamento ꝓbare poterunt assumpta testimonia, q̄ in libris ueterib. non habentur? Hęc dicimus, ne omnino calumniantib. tacere uideamur. Cęterum post sanctę Paulę dormitionem, cuius uita uirtutis exēplum est, & hos libros quos Eustochio uirgini Christi negare non potui, decreuimus, dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere, et omissum iam diu opus, quasi quodā postliminio repetere, pręsertim cū, et admirabilis sanctusq́, vir Pāmachius, hoc idē literis flagitet, et nos ad patriā festinantes, mortiferos Syrenarū cantus, surda dēamus aure trāsire.

[Margin: † Inimici. — † Psal. 49. c.]

ARGVMENTVM IN librum Iosue.

IEsus filius Naue typum Domini nō solum in gestis, verumetiam in nomine gerens, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes viculos, mōtes, flumina, torrētes atq; cōfinia, ecclię, cęlestisq́; Ierl'm spūalia regna d̄scribit.

[In Synopsi.] *LIber Iosue.* ✣ Athanasius. Pręsens liber inscriptionē habet, Iesus Naue, propterea quod ipse Iesus, Mosi successor, populi dux factus est, cuius isto volumine historia, & res gestę continentur. Populum annos 26. gubernauit, mortuus est annorum 110.

[In Thalmud. ca. Babæ batræ.] ✣ Hebræi. Moses scripsit librum suū, & Iob. Iosua scripsit librum suū, & octo postremos versus, qui in lege habentur.

[Lib. 4. c. 17.] ✣ Lactātius. Christi figuram gerebat ille Iesus, qui cum primum Auses vocaretur, Moses futura præsentiens, iussit eum Iesum vocari, vt quoniam dux militię delectus esset aduersus Amalech, & aduersarium debellaret per nominis figuram, & populum in terram promissionis induceret.

[Origenes. Homil. 1. — Philip. 2. b. — Ibidem. — Exod. 17. c.] Adaman. Donauit Deus nomē, *quod est super oē nomē*, Iesu Chro, hoc aūt est Iesus. Iō. *in noīe Iesu oē genu flectit, cęlestiū, terrestiū, & infernorū.* Et qa est hoc nomē sup oē nomē, idcirco nullis retro generationib. noiatū est. in Genesi iustos multos legim⁹, & null⁹ eorū noiatus est Iesus. In Exodo hoc primū īuenio, vbi legit, *ꝙ venit Amalech, et expugnabat Israel. Et dixit Moses ad Iesū in Raphidī: Elige tibi viros potētes ex oīb⁹ filijs Israel: Egredere, et cōflige cū Amalech.* Moses ꝯfitet se nō posse exercitū ducere, nō posse obtinere, q̄uis eū eduxerit de Aegypto. Vides cui cesserit bellū gerere aduersū Amalech. Hic primo nomen Iesu discimus, vbi videmus eū ducē exercitus, nō cui Moses iniunxerit principatū, sed cui cesserit. Nō poterat eligere viros potētes, *tu*, inquit, *elige tibi*. Vbi ergo primū disco nomē Iesu, ꝯtinuo mysterij video sacramentū. Ducit enim Iesus exercitū, & cū extolleret Moses manus, inualescebat Israel, cū aūt deijceret, inualescebat Amalech. Tūc ergo inualescit Iesus, & vincit, qn̄ Moses erigit manus. Victus est autē populus ille ab Amalech, quia non iam erigebat manus Moses, sed erant demissę deorsum. Illi sunt enim de qbus dicimus: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitā, & mihi, &c.* Ecce vultis me occidere, q legē nō facitis. Cessante enim lege, & operib. legis apud illos, qui suā iustitiā volētes statuere, iustitię Dei nō sunt subiecti, demissę sūt man⁹ Mosi, īualuit icredulitas, vincit ppl's. Sed & Nadab, & Abiu, & Eleazar reliquūt ī castris, & Iethro cū eis, vt iudicēt ppl'm. Ies⁹ seqt Mosē ī mōtē cū quadā adiectione verbi mirabilis. dr. n. qa assistebat Moysi, nō vt sedus, vel inferior, sed ut adiutor ꝓpegēs. Illud āt quale est, ꝙ cū prīo nomīat, nō īdicat nomē pris ei⁹, neq; scd̄o, neq; tertio, cū vero pr noīat, nō Ies⁹, sed Ause dr. Inter exploratores. n. nomen eius Ause dr, & forte exploratoris officio nō Iesus, sed Ause dr, & Naue filius. Cū vero redit, & perterritis omnibus, solus desperātem populū erigit, Iesus dicitur, nō Naue filius,

[Margin: Ioan. 5. g. — Rom. 10. — Num. 10. — Exod. 18. d. — Num. 13. f.]

A sed ille cui dictum erat: *Educ exercitum, & conflige cum Amalech.* Illud quoque magni pendendum est, quòd cũ in transfiguratione vultus Mosi, omnium Hebræorum hebetaretur aspectus, nec possent intueri faciem eius, Iesus non tantum intuetur faciem eius, sed in interioribus tabernaculi mysteriorum conscius perseuerat. Liber ergo hic non tã gesta filij Naue, quam Iesu domini mei sacramenta significat. Ipse.n. ducit exercitum, & confligit contra Amalech, & quod ibi adumbratur in mortem manibus extensis, affigit cruci suæ triumphans principatus, & potestates in semetipso. Defunctus est Moses, idest, lex. Lex enim, & prophetæ vsque ad Ioannem. Vnde. *Habent Mosen,* idest legem, *& prophetas, au.il.* Defunctus est ergo Moses famulus Dei, id est, lex, & legalia præcepta. vnde: Mulier viuente viro alligata est legi, & adultera nominabit, si fuerit cũ alio viro, &c. Mulierẽ sine dubio animã nominauit, quæ sub Mosi lege tenebatur, & viuente viro alligata erat legi. Si aũt mortuus fuerit vir eius, idest lex absolutam dicit eam animam, q̃ subiecta esse videbatur. Iõ necesse est legem mori, vt qui credunt Iesu, adulterij crimine non notentur. Iesus ergo dñs meus suscepit principatũ. Cõferamus gesta Mosi cũ principatu Iesu. Cũ Moyses educeret populũ de Aegypto, nullus ordo in populis, nulla in sacerdotib. obseruantia, transeunt aqua maris salsam, & nihil habẽtẽ dulcedinis. Murus erat aquæ à dextera, & læua. Cum vero Iesus meus ducit exercitum, sacerdotes præcedũt, arca testamenti in humeris portatur sacerdotũ, non amaræ aquæ non salsus fluctus occurrit. Venio ad Iordanem, non in perturbatione metus, & fugæ, sed cũ sacerdotib. arcam testamenti dñi portantib. in qua lex Dei, & diuinæ literæ seruantur. Ingredior Iordanem, non in furto, sed in tubarũ cantibus mysticum quiddam, & diuinum canentib. vt ad prædicationẽ B tubæ cælestis incedam. Ibi dictum est, *quòd diuisa est aqua in duas partes, & vnus aquæ murus erat à dextris, alius à sinistris,* Hic vero, qui venit soluere medium parietem, fecit vtraq; vnũ. vna enim parte erecta est aqua, alia vero pars defluxit in mare. Hic, quoque ait: *Parate vobis cibo ad viam.* Hodie idem dicit Christus. Cibi enim opera sunt, quæ nos ad futuram vitã velut fidele viaticum comitantur. Sed vnde iubet hos cibos parare, non habentes frumentum? Manna enim erat eis cibus. Sed cũ transierimus fluminis huius ripas, desinit mãna. Ideo nisi quis parauerit sibi cibos, non poterit sequi Iesum terrã promissionis intrãtem. Videamus quos fructus primũ capiant in terra promissionis. Mãducauerunt, inquit primũ fructũ de regione palmarum, & manducauerũt primũ azyma. Nobis enĩ mundi iter digressis, si rectè sequamur Iesum prima occurrit palmæ victoria, & abiecto fermento malitiæ, & nequitiæ, azyma nobis synceritatis, & veritatis parantur. Mittit tñ Iesus noster exploratores ad Ierichontinũ regẽ, & hospitio suscipiũtur à meretrice, sed ideo suscipit, ne vltra sit meretrix. Quælibet anima meretrix fuit, dum viueret in desiderijs carnis. Suscepit ergo exploratores Iesu, i. angelos, quos mittit ante faciẽ suam, vt præpararent viã, neq; in omnib. locis, neque in inferiorib. locat, sed in excelsis, quia non in infirmis, & terrenis dñm Iesum suscipimus, sed à patre profectũ, & de cæleslib. venientem. Nec stipulam lini, in qua latuerunt, absque sacramentis accipio. Est enim linum sacerdotale indumentum, per quod significatur, q̃ mutandi erãt ad sacerdotale fastigium. vnde: *Vos autem gens sancta, regale sacerdotium.* Vel quod in sacramento legis, vbi de sacerdotibus annotatur, populi huius, qui est ex gẽtib. latebat occulta voca C tio. Continuo inimicitias suscepit meretrix aduersus Ierichontinũ regẽ, *quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* vnde. *Odit vos mũdus, scitote, quia me priorẽ vobis odio habuit.* Est ergo rex inimicus huius meretricis, princeps, scilicet huius mũdi, q̃ insequit, & occupare cupit exploratores Iesu. Sed non pot, quia per montes iter faciunt, non per humilia. Nec in vallib. delectantur, quia hæc meretrix dicit: *Leuaui oculos meos in montes, vnde ueniet auxilium mihi.* Non põt illuc ascendere princeps mũdi, nec p excelsum iter ad Iesũ puenire, quia si eũ tentãs in excelsis locauerit, dicit ei: *Mitte te deorsum,* q̃a humilia sẽp diligit, & caduca. In his sedet, & regnat, in quib. et vsque ad infernum descendit. Moyses non dixit: *Stet sol,* nec maximis imperauit elementis. Iesus vero ait: *Stet sol super Gabaon, & luna super uallem Hailon.* Et addecit scriptura, *quia nunquam sic Deus audiuit hominem.* Iesus ergo meus solem stare fecit, nec tunc tantum, sed multo magis in aduentu suo, dũ pugnamus contra inimicos, & luctamur cõ principes, & potestates. Sol nobis iustitiæ semper assistit, nec deserit, nec festinat occũbere. Ait enim: *Ego uobiscum sum omnibus diebus.* Ne solũ duplicato die nobiscũ est, sed vsque ad consummationẽ seculi, donec obtineamus inimicos. Videamus etiam quid promittat Iesus militibus suis. *Omnis,* inquit, *quemcunque subdideritis uestigiis pedum uestrorum, uester erit.* Hoc dixit illis, qui tunc erant de regionib. Chananæorũ, & cæterarum gentium, quas expulsis indignis habitatorib. hæreditate possederunt. Sed sunt quædam diabolicæ gentes, cõtra quas est nobis spiritualis colluctatio, quãtascunque, ex his pedib. nostris subdiderimus, ipsarũ regiones, prouincias, & regna Iesu meo distribuente capiemus. Fuerunt enim aliqñ angeli, & in regno Dei magnifici. vnde: *Quomodo cecidit lucifer, qui mane oriebatur?* Si hũc vincere potuero, si meruero, vt dñs meus Iesus conterat Sathanã sub pedibus meis, consequenter accipiã, & locum eius in cœlis. Sed in hanc hæreditatẽ non oscitantes, & dormitantes intrabimus. Ira suæ gẽtis angelũ habet. Hanc nisi viceris in temetipso, & absciderís à te omnes motus iracundiæ, & furoris, locum quẽ habuit ille angelus, in hæreditatem capere non poteris, quia desidia tua cũ de terra promissionis non expuleris. Similiter superbiæ, zeli, auaritiæ, & libidinis incentores sunt angeli, & instinctores horũ malorũ, quorũ nisi in temetipso vitia viceris, & de terra tua, quæ iam per gratiã baptismi sanctificata est exterminaueris, nullo modo plenitudinẽ promissæ hæreditatis accipies. Sub Moyse non est dictum: *quia cessauit terra à prælijs.* Certũ est aũt, quòd terra nostra in qua sustinemus certamina, virtute solius Iesu cessabit a prælijs. Intra nos enim sunt gentes vitiorũ, quæ animã iugiter oppugnant. Intra nos sunt Chananæi, Pherezæi, Iebusæi. Laborandum est ergo, & vigilandum, & multo tempore perseuerandũ, vt his gentib. fugatis, terra nostra cesset à prælijs. *Meditemur ergo in lege domini die ac nocte.* Hæc.n. meditatio quasi tuba animũ tuum cõcitat ad prælium, ne aduersario vigilante dormias. Ideo nec dies sufficit ad meditandũ, sed & nox adiungitur. Conuertimini ergo in toto corde vestro ad Deum. Orationi, & verbo Dei vacate. Quid prodest pro peccatis ieiunare, & iterũ peccare? Quid prodest lauari, & iterũ inquinari? Ieiunasti aliquanto tpe, interim de Aegypto existi, transisti mare rubrum, secutus es Mosis mandata, i. legis, sed iam te à Mose suscepit Iesus, qui secundo circuncidat in colle preputiorum. Circuncidendus ergo tibi est non modo idolorũ cultus, quẽ prius abiecisti, sed etiam auaritia, quæ est idolorum subtilior cultus. Vnde Iesus ait: *Hodie abstuli à nobis opprobrium Aegypti,* dũ peccamus, & regnant in nobis vitia passionum, quamuis relictis idolis de Aegypto exisse videamur, opprobrium tamẽ Aegypti non est ablatum à nobis. Si vero secundo fueris circuncisus, absciderís à te omne vitium, iræ, superbiæ, inuidiæ, libidinis, & huiusmodi, abstergentur opprobria Aegypti, & translatus in terram promissionis, cœlestem hæreditatem accipies, per Iesum Christum dominum nostrum. F

Exod. 17. c. — 2. Cor. 3. — Colos. 2. — Matt. 11. b. — Luc. 16. g. — Roma. 7. a. — Exod. 14. — Ephes. 2. c. — 1. Cor. 5. c. — 1. Petr. 2. b. — Galat. 5. c. — Ioan. 15. c. — Psal. 120. a. — Matth. 4. a. — Infra. 10. c. — Ephes. 6. — Matt. vlt. d. — Infra eodem. — Esa. 14. c. — Rom. 16. c. — Infra 14. d. — Psal. 1. a. — 1. Cor. 7. a. — Eccle. 34. d. — 3. Reg. 2. a. — Iosue 5. c. — Galat. 5. c.

CAP.

CAP. I.

Epist. ad Philadelph. — Ignatius. ✠ Vtinam fruar vestra sanctitate, sicut Heliæ, sicut Iesu Naue, sicut Melchisedec, &c. qui in castitate de vita exierunt.

Lib. de vita, & obitu sanct. cap. 27. — ✠ Isidorus. Iosue filius Nun, ex tribu Effraim, in Aegypto nat⁹, Mosi discipul⁹, & potestate successor, nouiq; prelij triumphator, qui quousque expediret victoria, vt sol staret cœlo imperauit. Iordanis etiam cursum transitu suo stare fecit. Ciuitatis Hiericho inexpugnabiles muros clangẽtium tubarum sono, deiecit. Chananeorũ euertit regna, reges extinxit, ac populũ Dei solus in terrã repromissionis induxit, eamque sorte distribuit. Viginti septem annis præfuit, occubuitque 110. annorũ, atq; sepultus est in Thamnasar ciuitate sua, quæ sita est in latere montis Gair, cõtra Aquilonẽ. Ibique hodie insigne monumentum eius ostenditur. Est autem in tribu Dan.

Libr. 1. Antiq. cap. 2. — ✠ Iosephus. Moses ex multitudine pugnacem eligens iuuenem, super Hebręos instituit Iesum Naue filium, valide robustum, & labores tolerare fortissimum, ad cogitandum simul, & loquendum nimis idoneum, qui nosset decenter Deum, & Mosen doctorem colere pietate.

Libr. 4. Antiq. cap. 5. — ✠ Idem. Moses cum esset senex, Iosue successorem sibi cõstituit, ad prophetias, & ad militiæ principatũ, sicubi necessarium foret, iubente Deo, vt rerum teneret imperiũ. Iosue autem omni doctrina legum, diuinisque ministerijs Mose docente, erat instructus.

Libr. adu. Iudæos. lib. 3. adu. Marc. — ✠ Tertullianus. Dum Mosi successor destinaretur Auses filius Naue, transfertur certè de pristino nomine, & incipit vocari Iesus: Certe inquis. Hunc prius dicimus figuram futuri fuisse. Nam quia Iesus Christus secũdum populum, quod sumus nos nationes in seculi deserto cõmorantes antea, introducturus esset in terrã repromissionis, mellu, & lacte manantem, i. vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius, idq; non per Mosen, idest, non per legis disciplinam, sed per Iesum, idest, per nouæ legis gratiam prouenire habebat circũcisis nobis petrina acie, id est, Christi præceptis, ideo is vir, qui in huius sacramenti imagine parabatur, etiam nominis dominici inauguratus est figura, vt Iesus nominaretur.

Hom. 2. in Iosue. — a *Moses seruus.* Adamant. *Moses famulus meus mortuus est.* Aduerte quomodo regnet Iesus. Si cõsideres Ierusalẽ subuersã, altare destructũ, nusquam esse sacrificia, vel sacerdotes, vel põtifices, vel quaslibet Iudeorum festiuitates, dices, quia *Moses famulus Dei mortuus est.* Si cõsideres introire gẽtes ad fidẽ ecclesias extrui, altaria non cruore pecudũ aspergi, sed pciosõ sanguine Christi consecrari sacerdotes, & Leuitas nõ sanguinem taurorum, aut hircorũ, sed verbum dei per gratiam sancti spiritus ministrantes, dices, quia post Mosen Iesus obtinet principatũ, non filius Naue, sed fili⁹ dei: *quia pascha nostrum immolatus est Christus*, & edimus syncerìtatis azyma, & veritatis. Est sunt fructus terre bonæ in ecclesiã, trigesim⁹, sexagesim⁹, centesimus, maritatæ, & viduę, virgines, & multiplicat seme Israel de his, qui *non ex sanguinibus, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, & filij Dei, qui dispersi erant*, cgregãt in vnũ. Sabbatizat populus dei non à conuersatione communi, sed ab opere peccati. Defunctus est ergo Moses famulus domini. Denique in libello quodam licet in canone non habeatur, mysterij tamẽ huius figura describitur. Refertur enĩ quia duo Moses videbant, vnus uiuus in spiritu, & alius mortuus in corpore. Litera enim legis inanis, & vacua ab omnibus supradictis, Moses mortuus est in corpore, intellectus vero legis spiritualis. Moses est, qui viuit in spiritu.

1. Cor. 5. c. Matt. 13. a. Ioan. 1. c. Ibidem 11. g.

b *Surge, & transi Iordanem istum, & cætr.* Nunc ergo exurgens transi Iordanem istum, & cęter. Vide quomodo minister fuerit Mosi Iesus filius dei. *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege*, quia factus sub lege Mosi, factus est minister Mosi. Et factus est Christi minister circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum.

Galat. 4. a. Rom. 15.

Initio quæst. in Iosue. Luc. 16. — ✠ Theodoretus. Hoc loco, per Mosen debemus intelligere legem, per Iesum, Saluatorem. Quòd autem lex appellata sit Moses, demonstramus testimonio scripturę. Habent enim

LIBER IOSVE

HEBRAICE

IEHOSVA.

CAPVT I.

1 Et factum est post mortem Mosi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun ministrum Mosi, & diceret ei: Moses seruus meus 2 mortuus est: Surge, & transi Iordanẽ istum, tu 3

a ¶ Pater.
a ¶ Iesum Dei filium.
a ¶ Quia non veni soluere legẽ, sed adimplere.
a ¶ Lex quæ tanquam pædagogus fuit.
a ¶ Secundum literam, viuit autem spiritus.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. I.

1 Et factum est post. *In quo notatur tempus in quo ista mandata facta sunt Iosue, scilicet, post mortem Mosi, et ante terminũ luctus mortis eius, qui durauit 30. diebus, vt dicitur Deut. vlt. quia mãdata ista facta sunt Iosue a domino ante missionem exploratorum ab eo, ipsi autẽ missi fuerunt ante terminum luctus Mosi secundum Heb. Aliqui tamẽ expositores dicunt, quòd vtrunque, scilicet, verbum domini ad Iosue, & missio exploratorum ab eo, fuit post terminum luctus Mosi, sed primum videtur probabilius, vt magis videbitur infra.*

2 Moses seruus meus, &c. *Ex hoc patet error illorũ, qui dixerũt Mosen damnatũ, eo quòd legitur eius peccatum in aquis contradictionis, vt habetur nu. 20. nec legitur eius pœnitentia, vt dicunt, quia dñs vocat hic Mosen famulum suum, etiam post mortem eius, quod de nullo damnato vere dicitur. Nec valet, quod obijcitur, quia pœnitentia Mosi satis ex litera habetur in hoc, quòd sententiam mortis à Deo sibi impositam ante ingressum terræ promissionis in peccati sui punitionẽ acceptauit. Quod patet ex hoc, quod ad verbum domini in montem Abarim voluntarius, & prompte ibidem moriturus ascendit, & in hoc, quòd dominus tanquam acceptans eius obedientiam eum sepeliuit, vt habetur Deute. vlt.*

3 Surge, & transi Iordanem. *idest, dispone te, & populum tuum ad transeundum, quia non statim transiuit, sed post aliquot dies, vt magis patebit infra.*

1 Tu

MORALITER.

1 *Et factum est post mortem, &c.* Allegorice. per Iosue Christus designatur, quia sicut dicit Hierony. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturę libris: Iosue non solum in gestis, sed etiam in nomine figuram gerit saluatoris. Vocat⁹ enim fuit Iesus, vt habetur Hebr. 4. Igitur Christo per Iosue significato dixit Deus pater.

3 *Transi Iordanem istum.* Christus enim à Ioanne baptizatus fuit in Iordane & sic partem Iordanis transiuit, quia dicitur Mar. 3. d. *Iesus confestim ascendit de aqua, &c.* sic per synecdochen dicitur transijsse Iordanem, quando tactu suę sanctissimę carnis virtutem regeneratiuam dedit aquis.

enim (inquit) Mosen, & prophetas. Et: Vsque in hodiernum diē quando legitur Moses, velamen positū est super cor eorum. Quemadmodum igitur defuncto Mose, Iesus populum intro duxit in terrā p̄missā, ita finita lege, Iesus noster apparens, populo pio regnum cœlorum aperuit. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.*

2. Cor. 3. Rom. 10.

✠ Chryso. Ille Iesus dicitur, qui post Mosen populū in terrā promissam induxit. Vide figurā, perspice veritatē. Ille in terrā repromissionis, hic vero induxit in cęlum, & ea, q̄ sunt in cęlis bona. Ille postquā Moses mortuus est, iste post quā lex per Mosen lata cessauit. Ille ducis dignitate pollens, iste regis maiestate præfulgens.

Homil. 2. in Matth.

✠ Idem. Iesus Dei iudicio delectus, vt Mosi succederet, qui typum, & figurā gerebat veri seruatoris Christi. Quemadmodū enim ille ē deserto per Iordanē in terrā promissam pduxit populū, sic & Seruator noster, ex ignorātiæ, & idololatriæ deserto, p sctm̄, & salutiferū Baptismū, in cœleste Hierusalem nos perduxit.

Homil. 1. de verbis Isaiæ. Hebr. 13. a. Deut. 31. b.

✠ Rufinus. Auses Naue filius cum electus esset dux populi, cōmutato nomine Ause, Iesus cognominatus est, quo ostenderetur hoc esse nomē, quod principibus, & ducibus cōueniret, qui salutem sequētibus se populis daret. Itaque ille Iesus appellatus est, q edu ctū ex Aegypto populum, & de erroribus eremi liberatum in terram induxit. Et hic Iesus dicitur, qui populum de igno rantiæ tenebris, & mundi erroribus euocatum, introduxit ad regna cœlorum.

Exposit. in Symb. † gere debeas

Orig homi. 2. in Iosu.

a *Omnem locum, &c. Omnem locum quemcunque ascenderitis vestigiis pedum vestrorum vobis dabo, &c.* Litera legis humi posita est & deorsum iacet. Non ergo ascendit, qui literam legis seqt̄. Sed si ascenderis ad spiritum, de litera, ascēdis locum excelsum, quem à deo in hæreditatem accipies. Si enim in his, q̄ scripta sunt, intelligas formas esse cœlestium, & q̄ras, quæ sursum sunt, vbi Christus est in dextera dei sedens, tunc illū locū in hęreditatem accipies, quia vbi Christus est, ibi, & minister eius erit. Si ergo vsque ad Christū sedentē in dextera dei perueneris, fide, vita, virtute, puritate, & illis vestigijs, q̄ lauit Iesus Christus, & locum illum incesseris, dabit tibi d̄s, vt non solum efficiaris hæres dei, sed cohæres Christi.

Colos. 3. Ioan. 12. d. Ioan. 13. a.

Procop.

[n ¶ Viuentium. Beati mites, quoniam ipsi possi. terram. b ¶ Non Moses.]

& omnis populus tecum, in terram, quam ego [a Mortuo Mose.] [b ¶ Qui fusi sunt.] dabo filijs Israel. † Omnem locum quem cal- [a ¶ Quod lauit Iesus Christus.] [¶ Vbi ego sum ibi, & minister meus erit.] cauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, [a ¶ Legabitur deserta, & inuia, &c. Et alibi. Multi filii desertæ magis, quam eius, quæ habet virum.] sicut locutus sum Mosi. A deserto, & Libano vsque ad fluuium magnum Euphratem. Omnis terra Hethæorum vsque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ. Sicut fui cum Mose, ita ero tecum: non dimittam nec derelinquam te. † Confortare, & esto robustus. Tu enim sorte diuides populo huic terram, pro quo iuraui patribus tuis, vt [a ¶ In prosperitate ne te emolliat, in aduersitate ne turbetur.] traderem eam illis. Confortare igitur, & esto robustus valde, vt custodias, & facias omnem legē, quam præcepit tibi Moses seruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistrā, vt intelligas cuncta, quæ agis. Non recedat volumen legis huius de ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuā, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi, cōfortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere, quoniā tecū est dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris.

✠ Procopius. Deus terram ad Euphratem se daturum illis est pollicitus, indignis vero visis, promissionibus non stetit. Dauidi tantum, & Salomoni, qui digni fuerunt, præstitit.

Com. in c. Iosu.

✠ Theodoretus. Deduxit eo modo quem dixerat Mosi, cui non quocunq; casu promissionē emiserat, sed: *si seruaueritis mandata mea, &c.* Illi ergo mox delinquentes, quod promissum erat, non plene sunt adepti. Diuini autem Apostoli non solū obtinuerunt ea loca, quæ calcauerunt, sed ēt illa in quibus eorum docte scripta le cta sunt, & desertum olim, paradisum diuinū reddiderunt.

Quæst. in Iosu. † Deut. 11. c.

b *A deserto, & Libano, &c. Eremum, & ante Libanum, &c.* Non dixit. *Libanum, sed Antelibanū,* quem à Deo accipit Iesus. Antelibanum autē dicitur quasi pro Libano. Si ergo videas priorē populum, id est, Israel secundum carnē, qui erat oliua vera, ipsum intellige fuisse Libanum verum. Sed quia p incredulitate sua *aufertur ab eo regnum, & datur genti facienti fructus eius,* hæc gens Antelibanū est, id est, ecclesia ex gentibus congregata per Iesum Chrm̄.

Matthæ. 21. d.

c *Sicut fui cū Mose, &c.* ✠ Procopius. Nō enim propria virtute hostes vicit Moses. Huiusmodi illud quoq; est: *Ecce vobiscum sum vsque ad consummationem mundi.* Macte tantū virtute sis, inquit, virumque te præsta, ego enim te cōfirmabo, patientiāque ac vires, quo terram tuis asseclis distribuas, conferā. Omnes tuas actiones iuxta legē accurate compone. Lucas de vero Iesu, inquit, *Cœpit facere, tum docere.* Cum enim legi sese instar hominis subdidisset, omnem compleuit iustitiam. Quæcunque etiā præcepit Moses, fecit, quo legi nos obnoxios redimeret, in que filiorum locum adoptaret. Non deflexit ab eis, neq; ad dextram, neque ad sinistram, qui inquit: *Non iota vnum, aut apex vnus à lege decidet, donec fiat.*

Matt. 28. † prosperum facies. Act. 1. Matth. 5.

Augustinus. Ex hoc testimonio, & aliis, probatur Moses defunctus, vt Dei famulus, & Deo placens, quamuis in eo illa vindicta completa sit, ne terram promissionis intraret. Ex quo datur intelligi Deum etiam in bonis seruis suis aliqua corporaliter, vel temporaliter vindicare, & tamen eos inter vasa honesta, & vtilia habere.

Aug. Thom. 4. q. 1. super Iosu.

d ✠ *Non recedat volumen.* Procopius. Est opus intelligentia ei, qui

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tu, & omnis populus tecum. *quia cura populi erat sibi imposita à Deo, vt habetur Deut. 31.*

2 In terram, quam ego dabo filijs Israel. *quia Deo auctore ingressi sunt terram, & obtinuerunt eam.*

3 Omnem locum. *Ex hoc dicunt aliqui doctores Hebræi, q̄ hic non solum fuit eis promissa terra Iudææ, sed etiam tota habitabilis terra. Quod dicun quodammodo fuisse impletum tempore Salomonis, cui oēs reges terræ fuerunt tributarij, & sic exponūt, qd dicitur 3. Re. x. d.* Vniuersa terra desiderabat videre vultum Salomonis, *& singuli deferebant ei munera, id est, tributa, vt ipsi exponunt. Sed perfectius expectant implendum in rege Messia, quem expectant futurum regem temporalem super totum mundum, sed falsitas vtriusque dicti apparet ex hoc, quod subditur.*

4 A deserto, & Libano vsque ad fluuium magnū Euphraten. Omnis, &c. *vbi exprimuntur termini terræ filus Israel pmissæ.*

5 Vitæ tuæ. *Quia prius post mortem Iosue filii Israel peccauerunt & tunc aduersarij eorum eis præualuerunt, vt habetur in libro Iudicum. Alibi ibi habent, vestræ, sed male.*

6 Sicut fui cum Mose, &c. *in reuelationibus diuinis, & operibus miraculosis.*

7 Ita ero tecum. *Et hoc satis patet ex decursu libri in sequentib.*

8 Non dimittam nec derelinquam. *Hic fit multiplicatio verborum idem significantium ad maiorem dicti assertionem.*

9 Confortare, & esto robustus. *Hic ponitur secundum mādatū de terra diuidenda, cui præmittitur diuina consolatio, cū dicitur.* Confortare, & esto ro. *Viderat enim Iosue, quod Moses sanctissimus malitia perturbatus peccauerat in aquis contradictionis, propter quod priuatus fuerat ingressu terræ promissionis, & ideo merito timebat, ne sibi aliquid simile accideret, & ideo à Deo fuit consolatus, & assecuratus de terræ acquisitione, & diuisione, ideo subditur.*

10 Tu enim sorte diuides populos, &c. *De quo iuramento habetur Gene. 32. c.* Per memetipsum iuraui dicit dominus, &c.

11 Confortare igitur, & esto robustus valde. *Hic ponitur tertium præceptum de lege seruanda. Et pate litera vsque ibi.*

12 Non recedat volumen legis huius de ore. *quia debebat alios docere de lege, ad quod requiritur meditatio, ideo subditur.*

13 Sed meditaberis in eo diebus, &c. *vt custodias, & facias, quia prius debebat facere, quam docere.*

14 Noli metuere. *metu humano.*

15 Et noli timere. *timorē mundano,* quia tecum est dominus Deus tuus, *qui est potens in omnibus.*

MORALITER.

1 *Tu, & omnis populus tecum.* Nullus enim est de populo Christi, nisi transeat per aquas baptismi.

ci, qui legem legit, in primis vero fide. Assiduũ necnon studium requiritur, quod qui habet, a Dauide beatus pdicatur, *Omnia enim quæ fecerit*, inquit, *prospere succedent. Lucerna pedum meorum lex tua.* qua confirmatus oẽm metũ ac timore eiicit.

a *Præcepitque Iosue.* Augug. Quæritur, quomodo hoc præcepit, postquam dominus exhortatus est eum, & confirmauit promittens se cum illo futurũ, cum post multo plures dies trãsiuit Iordanem? Cum enim hęc mandasset, misit exploratores in Iericho, qui diuerterunt ad Rahab, & ab illa occultati, & a rege quæsiti, & non inuenti, ipsa dimittente per fenestram illos, & monente vt triduo in montanis laterent. quatuor ergo dies videtur in his esse consumpti. Cumq; nũtiassent quæ circa se gesta erant, promouit Iesus cum omni populo de loco vbi erat diluculo, & veniens ad Iordanem diuertit. Tunc populus admonetur rursus, vt post triduũ præpararet se transire Iordanem. Fuit ergo humana dispositio prius quod fecit nuntiari. Sperauit enim sicut homo hoc fieri posse, si exploratores cito reuertissent, quib. tardantib. intelligitur (& si scriptura taceat) Dei dispositione cętera impleta, vt iam inciperet apud populũ glorificari Iesus. Vñ fluuium trãsituro dicitur. *In die isto incipiam te exaltare coram filiis Israel, &c.* Nã & illi cum quibus Deus dicitur loqui, aliquid humana dispositione agere volũt in qua Deũ rectorẽ sibi esse confidunt, sed eorũ consilia sæpe ab illo mutantur, cuius prouidentia reguntur. Vnde Moses tanquã homo putauit omnes causas populi sibi esse audiendas, dispositio eius Ietro suggerente diuinitus mutatur.

Quæst. 2. in Iosue — * Iosue dicens — Exod. 18. b.

a præcepitq; Iosue principibus populi dicens:[1] Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite: præparate vobis cibaria,[2] quoniam post diem tertium transibitis Iordanem,[3] & intrabitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. b Rubenitis quoq;, & Gadditis; & dimidiæ[4] tribui Manasse ait: † Mementote sermonis quem præcepit vobis Moses famulus domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem & omnem terram. Vxores vestræ & filij vestri ac iumenta manebunt in terra, quã tradidit vobis Moses trans Iordanem. Vos

a ¶ Vasa infirma nec ad conflictum apta, ne frangantur & pereant, quibus non permittitur docere, sed tantum doceri.
a ¶ Qui nesciunt loqui vel docere. b Stulti idiotę.
b ¶ Viuentium, quam sub lege metuerunt.

* Procopius. Viaticum ex Man colligere iubentur, nec solum qui in diem, verum in triduum, adeoq; ad totum traiectionis tempus sufficeret. Inter eundũ enim non otium conquirẽdi commeatum suppendita bat. Non quod inter trãseũdũ Man inopia essent laboraturi, verum vt omnib. omissis ad terram promissam contenderet. Ad tres enim dies deinceps eos adhuc mãsit, dũ pascatis ritu peracto, azyma comederunt. Tunc. n. terræ prouentu victitare primum cęperunt. Porro cuius Iordanẽ trãiecturo commeatus necessitas imponitur, operũ videlicet pęnitentiæ, quo cũ Christo queat dicere. *Cibus meus est, facere voluntatẽ eius qui misit me.* Heliæ quoque dicitur. *Surge, & comede, quoniã grandis tibi restat via.* Via enim Dei virtutis operationẽ requirit.

Ioan. 4. — † Nu. 32. d. — 3. Reg. 19. — Serm 106. de temp.

* August. Diem tertium Trinitatis agnoscimus esse mysterium. Cibus autẽ præparandus fides intelligi debet, per quam in Trinitatem creditur, & ad sacramẽtũ baptismi peruenitur. Quod ergo tũc Iesus ille dixit populo suo, hoc nũc & verus Iesus p ministros suos, dicit populo Christiano. Quid est. n. aliud dicere. Parate vobis cibum ad diem tertium, nisi, Trinitatis suscipite sacramentum.

b *Rubenitis quoque.* Adaman. Consideremus quam formam teneant duæ & semis tribus, quæ per Mosen hereditatẽ accipiũt, & quam reliquę nouem & semis, quæ per Iesum repromissionem hñt sanctæ terrę. Qui per Mosen accipiunt portionem, oẽs primo geniti sunt. Ruben namque primogenitus est ex Lia, Gad ex Zelpha, Manasses ex filia sacerdotis Heliopoleos, vxore Ioseph. In his ergo iã tũc adũbrabat duorũ for-

Orig. Hom. 3. in Iesum Naue.

* Pro-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Pręcepitq; Io. *Hic consequenter ponitur diuini mandat executio & primo quantum ad totum populum generaliter, secundo quantũ ad duas tribus & dimidiam specialiter, ibi;* Rubenitis quoq; *Circa primum sciendum, quod præceptum erat Iosue de trãsitu Iordanis, vt pręditum est, ponitur hic executio huius mãdati, cũ dicitur:* Pręcepitq; Iosue principibus po. *In qualibet enim tribu erat vnus princeps, & omnes erant subditi ipsi Iosue.*

2 Præpa. vo. ci: *Hoc non potest intelligi de manna, q̃ seruari non poterat etiã in crastinũ, nisi feria sexta pro sabbatho, vt habetur Exod. 16. ca. nec tamen adhuc defecerat manna, vt habetur infra 5. cap. & ideo inteligitur de aliis cibariis quæ tunc poterant comedi a filiis Israel, etiã cum mãna. vnde Deut. 2. c. dictũ fuit, quod filii Esau & Moabitæ vendiderũt filiis Israel transeuntibus iuxta terrã suam cibaria, quod non potest intelligi de mãna, quæ non erat venalis, nec dabat a Do Idumæis et Moabitis: sed tantũ filiis Israel. Sicut enim in confinio legis & euangelii simul concurrerunt legalia cum euangelio, sic appropinquãte tempore, quo manna debebat deficere, simul concurrerunt in vsum filiorum Israel manna & alia cibaria.*

3 Quoniam post di. ter. transibitis Ior. *Ex hoc dicũt expositores nostri communiter, in hoc sequentes Aug. quod Iosue nõ fecit istud præceptũ de quo loquitur hic scriptura spiritu diuino, sed magis humano & proprio: quia a fine luctus Moysi, in quo dicũt Iosue hoc præcepisse, fluxerũt septem dies ad minus, ante transitum Iordanis, quia, vt dicũt, ante illud preceptũ misit exploratores, qui antequam reuerterentur, remanserunt ad minus per quatuor dies, quia postquã missi a Iosue intrauerant ciuitatem Iericho, & hospitati fuerãt in domo Rahab, exeuntes inde latuerunt in montanis tribus diebus tanquã reuerterentur ad Iosue vt habetur c. se. & tũc Iosue mouit castra, & venit ad Iordanẽ: vbi manserũt filii Israel tribus diebus, vt habet infra in principio tertii capituli. & ideo non videtur verum fuisse, quod fecit præconizare. Et dicunt etiam vltra, quod sic permissus est Iosue deficere, ne vltra attentaret similia facere absq; consilio diuino, maxime cũ dominus dixisset Nu. 27. ipsi Moysi.* Tolle Iosue filium Nun, &c. *s. vt succedat tibi. & subdit ibidem:* Pro hoc si quid agẽdum erit, Eleazar sacerdos consulet dñm. *Sed istud dictum saluo meliori iudicio non videtur consonum scripturæ præcedenti & subsequẽti. vt enim patet ex prædictis, intentio domini erat assecurare Iosue in principio sui ducatus, vt eum dirigeret in suis actibus, dicens:* Non dimittam, neq; derelinquam te. *& postea subditur:* Noli metuere, & noli timere: q̃m dñs Deus tuus tecum est in oibus ad quæcunq; perrexeris. *& ideo non videtur conueniens: quod dominus in principio sui ducatus dimiserit eum sic agere spiritu proprio & errare. Similiter hoc non est consonum literæ sequenti. Ex qua videtur intentionem domini fuisse extollere Iosue, & dare ei authoritatẽ in principio ducatus sui, ita quod populus Israel sibi crederet in posterũ & obediret: vnde dicitur infra 3. c.* Dixitq; dñs ad Iosue: Hodie incipiã exaltare te coram oĩ populo Israel, &c. *Et ideo non est verisimile, quod in principio sui ducatus permiserit eũ prædicere falsum & præconizare in toto populo, quia ex hoc crederetur quod spiritus domini nõ esset in eo. Et ideo dicũt Hebr. & etiã aliqui expositores nostri, quod istud præceptũ Iosue scribitur hic per anticipationẽ: quia non fuit factũ donec exploratores ab eo missi reuersi fuerũt ad ipsum: & ex tunc nõ fluxerũt nisi tres dies vsq; ad transitũ Iordanis, vt habetur infra 3. cap. Non enim sacra scriptura semper refert gesta eodem ordine quo facta sunt, sed aliquando prius facta posterius scribuntur, & econuerso & secundum hoc accipitur sexta regula exponendi sacram scripturam, prout dictum fuit in principio Genes.*

4 Rube. quo. &c. *Hic ponitur executio præcepti quantum ad duas tribus & dimidiam specialiter, quibus Moses assignauerat terrã vltra Iordanem, cum tali pacto, quod mulieres & familiæ remanerent in vrbibus muratis, & viri bellatores transirẽt Iordanẽ, quousq; acquisita esset terra aliis nouẽ tribubus & dimidiæ, pp quod Iosue reduxit eis ad memoriã istud pactũ, vt parati sint adimplere. & patet litera vsq; ibi:* Sicut

MORALITER.

2 *Præparate vobis.* Per ista cibaria significãtur fidei rudimẽta quib. instruẽdi sunt cathecumini adulti ante baptismũ. Per tres aũt dies significantur tria tempora. s. tẽpus legis Mosaicæ, & tempus legis gratiæ, qđ incepit a Christi incarnatione & sic initiũ tertiæ diei pcessit institutionẽ baptism. 29. ann. & 13. dieb. sicut dicitur Luc. 3. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum 30. &c.* Per baptismũ aũt est transitus ad terrã promissam viuentium in spe. In re vero post finẽ vitæ præsentis, & quantum ad animã a culpa & pœna totaliter expeditã, quantum ad totũ compositum ex aĩa & corpore in mũdi finem.

4 *Rubenitis, &c.* Per Rubenitas qui filii visionis interpretãtur prophetæ significãtur, vnde & antiquitus prophetę vidẽtes appellabãtur, sicut dicitur. 1. Reg. 9. b. *Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns.* Per Gadditas qui felices interpretantur, patriarchæ signãtur, ex quib. secundum carnẽ descẽdit Christus, qui est felicitas oium. Per dimidiã tribũ Manasse signãtur alii sancti ve. te. omnes enim figuraliter trãsierũt Iorda-

forma populorum. Vnius qui primogenitus esset p naturæ ordinem, alterius qui per fidē, & gratiā benedictionē hæreditatis acciperet. Nec prius illis qui per Mosen accipiūt hæreditatē, i. per legem placuerunt Deo, requies datur, nisi adiuuent fratres suos in prælijs. Mulieres tantū, & infantes accipiunt quietem, cæteri non requiescunt, sed exeunt ad auxiliū fratrum. Nobis certantibus in hac vita cōtra dæmones veniūt in auxilium, qui ante aduentum Christi in lege iustificati sunt, vt Esaias, Ieremias, & alij prophetę, quorū lectione armamur & illuminamur. Hi sunt quidē viri fortes armati, & præcincti lumbos, in veritate, & exeunt ad auxiliū nostrum, & pugnant nobiscum. Infantes verò ac mulieres non exeunt ad prælium nostrum. Infans dicitur, qui nō loquitur. Quid me ergo iuuare potest, nihil locutus est, quod legā, cuius me sermo nō instruit? Mulier infirmū vas est, nec ad conflictum venit, ne confringat̃, & pereat. vnde: *Calamum quassatum non confringet*. Quia ergo mulieres à viris suis domi doceri iubentur, & magis discētes, quàm docentes significāt, ad auxilium nostrum non veniunt. Me enim nihil docere potest, cuius nihil inuenio, quod imitari debeam vel tenere. Nec videtur mihi otiosum, quòd non tres integræ tribus sunt, quæ per Mosen dispensantur, nec illæ integræ 10. quæ per Iesum hæreditate potiuntur, sed duæ semis hic, & nouē semis ibi. Sed vna diuidit, per q̃ nec ternarius impletur, nec denarius, quia priores contigerunt quidē scientiā Trinitatis nō integrè, nec perfectè, quia nō cognoscebāt vnigeniti incarnationē, licet enim aduentū eius crederent, & reliquas eius dispensationes, & ēt p̄dicarent, non tñ videre, & adipisci, quæ crediderant, potuerunt. vnde. *Multi prophetæ, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, &c.* Erat.n. fides illorum non integra, quia nondum fuerat in Christo impleta dispensatio carnis, & quod nos iā factum credimus, illi credebant futurum. Illæ ergo tribus neq; duæ sunt, nec partes extra fidē, & salutē Trinitatis sūt, neque integræ, & perfectæ, ne Trinitatis sacramentū in illis videretur impletum. Sed contigerunt quidem tertiū numerū, quia cupiebant videre quem videmus, & non potuerunt. Fortasse, nec in aduentu Iesu, quod perfectū est, & integrū discimus, nec si ad crucē ducatur, & consummetur in omnibus, nec si à mortuis surrexerit, omnia nobis, q̃ pfecta sunt, per semetipsum monstrabit. vnde. *Multa habeo vobis dicere, sed non po.p.modo.* Veniet autem spiritus veritatis, qui à patre p̄cedit, &c. Vides quia non solū apud Moysen ternarius impfectus est, sed adhuc Iesus dicit discipulis suis, *non potestis audire modo, nisi veniat spiritus veritatis*, quia, s. per ipsum, & in ipso adimpletur perfectio Trinitatis. Nouem semis tribus sunt, quæ sub Iesu aguntur, non integræ decem, qui numerus pfectus est, vt quod a dño Iesu reseruari dicitur spiritui sancto, semiplenū videatur ac medium. Quāuis enim per Christū pœnitentia p̄dicetur ac conuersio, & detur peccatorum remissio, & omnia quæ ad perfectionem decadis videntur tēdere, tñ perfectio, & summa est cunctorū bonorū, si post hæc omnia quis spūsancti gratiā mereat̃ accipere. Præterea in hoc libro scriptū est q̄ verū altare erat i illa terra, quā Iesus dispensauit. Ruben vero, & Gad, & dimidia trib. Manassè fecerūt sibi altare nō verū, sed qđ typū veri altaris herēt, qđ erat apud Iesū. Quid ergo mirū, si non acceperāt integrā Trinitatis scientiā, q̄ nec integrū, nec verū altare cōstruxerant? Iō nec multi hostes, nec plures reges ɔ̄triatum virtutum ab illis deiecti sunt. Sehō tantū modo regē Amorthæorum & Og regē Basan, & Amalechitas deiecerūt trās Iordanē. Sed vbi Iesus duxit exercitū, nūc quinq; reges simul cadūt, q̄ cōfugerāt in speluncas, & suspendunt̃ in ligno, nunc 30. pariter iugulant̃, & exterminant̃ omnes, q̄ sanctam terram in immunditia possident, qui terram fluentem lac, & mel in amaritudine malitiæ detinent.

Marginalia: 1.Pet.3. — Esa.42.a. — *suus. — Mat.13.c. — Ioan.16.c. — 1.Ma.2.c. — †roborate.

autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate p̄ eis, donec det requiē dominus fratribus vestris, sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoq; terram, quam dominus Deus vester daturus est eis, & sic reuertimini in terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea; quam vobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanē, contra solis ortum. Responderuntq; ad Iosue, atq; dixerunt: a † Omnia quæ præcepisti nobis faciemus, & quocunque miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus, & tibi: tātum sit dominus Deus * tecū, sicut fuit cū Moyse. b Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. Tu tantum confortare, & † viriliter age.

Interlinear glosses: ¶ Armis fidei. — ¶ Operatione. — ¶ Doctrina, vel exemplo. — ¶ Filiis noui testamenti. — ¶ Qui fuitis in tempore legis. — ¶ Viuentium. — ¶ Credo videre bona domini in terra viuentium. — ¶ Instruendo quomodo haberet's. — ¶ Ante tempus noui testamenti. — ¶ A quo oritus omne bonum. — ¶ Ad Christum. — ¶ Vnde. Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. — ¶ Morte æterna.

a ✠ *Omnia, quæ præcepisti nobis faciemus.* Procopius. Tantum non verba Christi discipulorum sunt, quorum opera gentes ad fidē sunt adductæ. Qualis erat Paulus, qui legis authoritati, q̃ ipsius quoq; verbis lucro ei fuit, cū renuntiasset, ea præ Christo mulctā esse duxi, inquit. Porro traducti per Iordanē pedē retulerunt illi, Quos aliquis priuatū sequutus iudicium ijs esse similes, qui post gratiā legē inuehunt, possit dicere, &c. Cæterum post vitam cum fidelibus certant, quoquot relictis nucibus viros sese præstiterunt, cuiusmodi Paulus de Ephesijs testatur, qui Corinthios virgines nuncupat.

b ✠ *Qui contradixerit, &c.* Procopius. Huiusmodi etiā Christi discipuli, quale hoc. *Cum tempora ignorantiæ neglexisset Deus, &c.* Necnon Christus, inquit; *Amen dico vobis, si non credideritis in peccatis vestris moriemini.*

✠ Rupertus. Rubenitis, & Gaditis nonnulli Iudæos esse similes volunt, eo quòd citra Iordanem habitare, idest, fidem vel baptismum Christi non suscipere elegerint, & tamen ac cincti atque armati pergant ante nos, & pugnent pro nobis, baiulando secum per omnes terras legis, & prophetarum libros, quibus fides Christiana comprobatur ac defenditur. Vel Rubenitæ, & Gaditæ sunt ecclesiastici ordines, qui iā in hoc sæculo, vt instantius verbum Dei annuntient, licitas, & ex euangelio sibi concessas facultates accipiunt, vt illis euangelizare vacet.

Marginalia: Com. in cap. Iosue. — Act.17. — Ioan.8. — Li.1.Commē. in Ios. cap. 9.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sicut obe. in cun. Moy. *Circa quod sciendum, quod non est hic locutio, conditionata, vt sit sensus.* Obediemus, & tibi, *sicut Mosi, si tñ dominus fuerit tecum, sicut cum ipso Mose, aliter non obediemus, qa subiecti debent obedire superioribus seu dominis, non tm̃ bonis, & modestis, sed etiam malis, & discolis, vt habetur. 1. Petr. 2. c. Et saluator Matt. 23. a.* Quæcunque dixerint vobis facite, opera autem eorum nolite facere. *Ista tamen obedientia intelligenda est in licitis. Sed hic est locutio optatiua, vt sit sensus, parati sumus obedire tibi & ideo optamus, vt dominus sit tecum, sicut cum Mose, &c.*

CAP.

MORALITER.

Iordanē baptismi. 1. Cor. 10. a. *Omnes in Mose baptizati sunt,* & armati fide transierunt ad terrā viuentiū in spe ante sanctos no. te. Moraliter, per Iosue, qui non solū de transitu suo, sed ēt totius populi fuit valde solicitus significatur bonus prelatus, vel doctor sæcularis, vel religiosus, qui non solū de trāsitu suo ex hoc mundo ad patrem, sed etiam aliorū est solicitus, & iste transit Iordanem, qui interpretatur fluus iudicij, pp quod significat cursum præsentis vitæ vsque ad mortē, quæ est iudiciū hominis particulare. Eccles. 38. c. *Memor esto iudicii mei, sic enim erit, & tuum. mihi heri, & tibi hodie.* Et post hunc transitū bonus doctor, & prælatus à peccatis expurgatus intrat terrā viuentium, & similiter pppulus eius, qui per doctrinam eius, & viam informatus transit ad patriam.

CAP. II.

A Mis. er. Sequitur. *Duos vi. ex.* ✻ Rabbi Iuda. Exploratores fabrilia instrumenta habebāt in manibus, vt fabri putarentur. R. Nehemias. Simulabant se figulos esse, & fictilia per eam causam venalia proponebant, ne alicui essent suspecti.

Homil. 3.

✻ Author libri Tanhuma: Exploratorum alter erat Phinees Eleazaris pontificis filius, alter vero Caleb.

l. 1. Com. in Ios. ca. 10.

✻ Rupert. Cum quo domin⁹ erat, cui & dixerat, *Nullus vobis poterit resistere &c.* ipse exploratores mittit. B Non ergo quisquā vllo in negotio tantum de cęlestibus pręsumat pręsidijs, vt nō etiā ipse sibi assit, vigilando pro facultate ingenij, laborando ꝓ portione virili. Nā sicut minimę fidei est, de diuinis dubitare promissis, sic nimię temeritatis vel pręsumptionis est, cœlestē per miracula pręstolari opem, ociose sedendo manibus cōpositis. Hominis namque est incipere, Dei autem perficere.

†Heb. 11. f. Iacob. 2. d. 22. q. 1. §. cum ergo.

Hom. 3.

Adam. Mittūtur à Iesu exploratores ī Iericho, & suscipiūt à meretrice Rahab. Exploratores isti pñt angeli Dei putari, ſm illud. *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, &c.* Quod per C angelos inuisibiliter, ꝑ Ioannē vero visibiliter cōplebatur. De cuius baptismo dicitur, *quia Scribæ, & Pharisæi non crediderunt ei.* Meretrices aūt, & publicani credentes baptizati sunt, D sicut meretrix exploratores Iosue suscepit, ꝑ quos ab interitu inimicę gētis eripitur. Rahab interpretatur latitudo, hæc est ecclesia Christi, quæ ex peccatoribus tanquam ex meretricatione collecta dicit. *Angustus est mihi locus, fac mihi locum vbi habitem, & cæte. Hos autem mihi quis enutriuit?* & ad quam dicitur. *Dilata ædes tuas, & extende tentoria tua.* Hæc est meretrix, cui Salomon, qui pacē venit facere eorū, quæ in cęlis sunt, & quæ in terris, reddi viuum iussit infantem. E Illa vero, quę mortuū habebat infantem prioris populi est synagoga, uel eorum, qui in hęresim declinauerunt. Hęc autē meretrix exploratores Iesu suscipit, & susceptos in superioribus collocat, excelsis, s. fidei sacramentis. Nemo enim missus à Iesu inuenit̃ deorsum, & humi iacens, sed in superioribus permanet. Nec ipse solum in superioribus permanet, sed & meretrix, quę suscipit ex meretrice fit ꝓphetes. dicit enim. *Scio quia dominus tradidit vobis terram hanc, &c.* Vides quomodo olim meretrix impia, & immūda, nūc spūsanćto repleta est, de p̄teritis confitetur, de pręsentib. credit, de futuris ꝓphetat. F Sic Rahab dilatatur, & proficit vsquequo *in omnē terrā exiuit sonus eorū.* Sed & Iaphet dilatatio interpretatur, q & ipse

Mar. 3. a. Matt. 21. c. Allegorice. Esa. 49. e. Esa. 54. a. 3. Reg. 3. d. † cauponæ.

CAP. II.

¶ Christus.

Misit ergo Iosue filius Nū 1

a ¶ Duo testamenta, vt credentium fidē, vel rebellium infidelitatem probaret ante aduentum iudicii.

de Setī duo's viros exploratores ī abscōdito 2 & dixit eis: Ite & cōsi-

¶ Hunc mundum.

derate terrā vrbemq; Iericho. Qui ꝑgentes † 3

a ¶ Ecclesiæ, scilicet de gentibus congregatæ, quæ ante in desideriis carnis fornicabatur cum idolis. Vnde: Meretrices præcedent vos in regno cælorum.

ingressi sunt domum mulieris † meretricis nomine † Rahab, & quieuerūt apud eam. Nun- 4

a ¶ Diabolo, vel mūdo, qui maluit periclitari, quā prodere exploratores Christi.

tiatūq; est regi Iericho, & dictū: Ecce viri in- † gressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt explorent terrā. Misitq; rex Iericho ad Rahab, dicens: Educ viros, qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. Explorato-

NICOLAVS DE LYRA.

Misit ergo Ios. *Hic describitur exploratorum missio. vbi sic proceditur, quia primo exploratores mittuntur. secūdo à muliere absconduntur, ibi.* Tollensque mulier. *tertio absconsi de pacto requiruntur, ibi.* Necdū obdormierant. *quarto cum certo signo dimittuntur, ibi.* Dimisit ergo eos. *quinto ad Iosue reuertuntur, ibi.* Illi vero ambulantes. *Circa primum dicitur.*

1 Misit er. Ios. *Hic dicit Ra. Sa. quod missio istorum exploratorum facta fuit ante terminū luctus mortis Mosi, quod probat sic, quia filii Israel transierunt Iordanē decimo die mensis primi. vt habetur inf. 4. c. Item Moses fuit mortuus, vt dicit Rab. Sa. septimo die mensis 12. anni immediate præcedentis, & licet non probet hoc ex sacra scriptura, tamen verisimile est, ꝙ dies mortis Moysi, qui tot, & tāta fecerat Israeli, in annalibus Hebræorū fuerit certitudinaliter in registrata. Ex duobus autem istis prædictis sequitur, quòd à die mortis Moysi, vsque ad diem transitus Iordanis inclusiuè fluxerunt tantum 33. dies. s. 23. de mense duodecimo anni præcedentis, & 10. de primo mense anni sequentis. Iudæi enim faciunt mēses per lunationes, duæ enim lunationes cōtinēt 59. dies, & ideo primus mensis apud eos est 30. dierum, secundus vero 29. & sic consequenter de aliis combinando. Ex quo patet, quòd mēsis decimus continet tantum 29. dies, à quibus si subtrahantur sex dies, q præcesserunt mortem Mosi, remanent tantum 23. quibus si addantur 10. dies primi mensis anni sequentis, qui fluxerunt vsque ad transitū Iordanis, vt prædictum est, habentur tantum 33. dies à die mortis Mosi inclusiuè, vsque ad diem transitus Iordanis inclusiuè. Luctus autem Moysi, qui incepit à die mortis suæ durauit 30. diebus, vt habetur Deutero. vlt. & sic à termino luctus Mosi vsque ad transitum Iordanis inclusiuè fluxerunt tantum tres dies, à missione uero explorator ū usque ad dictum transitum Iordanis, fluxerunt septem dies ad minus, ut dictum est supra 1. ca. Ex quo concluditur, quod Iosue misit exploratores ante terminum luctus Moysi.*

2 De Setim. *nomen est loci in campestribus Moab.*

3 Duos viros explorato. in abscondito. *Sub simulatione enim fatuitatis explorabanl terram, ut dicūt aliqui. Sicut Dauid finxit se fatuum coram Achis ne agnosceretur, ut habetur 1. Reg. 21. Hebræi autem dicunt, quòd fingebant se esse surdos, & mutos, ne per linguam Hebraicam ab aduersariis cognoscerentur. unde ubi hic habemus.* Exploratores in abscondito. *in Hebræo habetur* meraglim heresch: *Exploratores surdos. s. fictè, ut dictum est.*

4 Ingre. fu. do. mu. me. *Dicunt expositores aliqui Hebræi, & catholici, quod secundum ueritatem erat meretrix, exploratores tamē ingressi sunt domum eius non ad fornicandum cū ea, sed ad latitandū ibi, quia domus taliū mulierū sunt magis aptæ ad recipiēdum homines sub noctem. Alii autem dicunt, quòd antea fuerat meretrix, tñ tunc non erat, nomen tñ illud remanserat illi, sicut Mar. 14. dicitur quòd Iesus recubuit in domo Simonis leprosi, nō qa tūc esset leprosus, sed quia ante fuerat, à qua lepra licet ante fuisset sanatus à Christo, tñ nomen leprosi sibi remanserat. Sed utrūque dictum uidetur irrationabile, quia ista mulier postea fuit cōiuncta in matrimonio ipsi Salmo, ut habetur Mat. 1. qui erat princeps nobilioris tribus, s. tribus Iudæ, propter qđ non est uerisimile, ꝙ accepisset in uxorē talē mulierē, q̄ esset actu infamis, uel fuisset. Et ideo trāslatio Chaldaica ubi nos habemus.* Mulieris meretricis, *hēt.* Mulieris hospitalariæ. *& sic dicūt ēt Hebræi. Nomē .n. Hebraicū Zonah, qđ hic ponitur, æquiuocū est, ad designandū meretricē, & uēditricē uictualiū, qđ est propriū hospitalariū. Dicunt tñ Hebræi, ꝙ utraque significatio conuenit ipsi Rahab, quia actu erat hospitalaria, & cum hoc fornicaria secundum aliquos, uel saltem fuerat secundum alios, ut supradictum est, & improbatum quantum ad meretricium. Cætera patent.*

1 Tol.

MORALITER.

1 *Mi. er. Io.* Alleg. ꝑ exploratores à Iosue missos ad explorādū Iericho intelligunt̃ apostoli alijq; discipuli à Iesu Chr̄o missi ad ꝑdicandū per mundum, sicut dr̄ Mar. vl. d. *Euntes in mundū vniuersum pręd icate euangeliū omni creaturę.* Per Iericho vero, q̄ luna interpretatur, bene mundus hic significatur, q est in continua transmutatione, sicut luna in continua variabilitate. Per hoc aūt, ꝙ Iosue misit duos exploratores, significatū fuit, quòd geminam charitatē, scilicet Dei & proximi habere debent euangelij pręd icatores. In cuius signū saluator misit ad pręd icandum discipulos combinatos, vt habetur Luc. 10. sicut exposuit Greg. homi. 39.

† *Qui pergentes ingressi sun. do. mu. me.* i. Gentilitatis, quę publicè fornicabatur cum idolis. Hanc enim domum ingressi fuerunt apostoli, repellentib. eos Iudęis, sicut Paulus, & Barnabas eis dixerunt. Act. 13. g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ vitę, ecce conuertimur ad gentes, sic enim pręcepit nobis Deus.*

† *Nunciatū est re. Ieric.* Per quē intelligit̃ diabolus, qui Io. 12. dicitur *princeps mundi huius.* Ipse vero quantū pōt, q̄rit euāgelij ꝑdicatores exterminare. Exēplū est de beato Antonio de ordine fratrū minorū, quē diabolus voluit strangulare, eo ꝙ disposuerat qualibet die quadragies populo ꝑdicare, sed ad inuocationē beatę Virginis confusus fuit turpiter, & repulsus. Et sicut Rahab exploratores saluauit, sic Gentilitas ad Chr̄m cōuersa ꝑdicatores euāgelii saluat, ipsos sustētādo, & à persecutorib. defendendo. Et similiter ꝑdicatores euāgelij Gētilitatē saluāt, ipsam ad Chr̄m, q vera salus est, suis exhortationib. adducēdo. Moral. Cōfessores dici pñt exploratores, qa debēt diligēter peccatorū cōscias explorare, & sic ingrediunt̃ domū mulieris meretricis, i. cōsciam ꝑsonę peccatricis, q̄ saluāt ad morū rectitudinē suis consiliis reducendo, & ꝑsona sic saluata saluat eos corporaliter sustētādo. 1. Cor. 9. b. *Si nos uobis spūalia seminauimus, nō est magnū si nos carnalia uestra metamus.* Per regem Ierich o, qui quęsiuit exploratores interficere, significatur diabolus, ut dictum est, qui nō solum pręd icatores euangelij, sed etiam bonos confessores nititur extirpare, aut saltem perturbare.

ipſe formam Gentilis populi gerebat, & Chanaã puer ſeruꝰ ei ſubijcit a patre, & fratri ſuo Sẽ in forma eorũ, qui ex circũciſione ſaluãt. In quo mirãda benignitas, & prouidẽtia Dei, q volẽs peccatori Chã pſtare remediũ, & ſalutẽ, ſeruum fecit eum fratribus ſuis, ſicut Eſau fratri ſuo Iacob, non vt periret, ſed vt ſalutẽ melioríb. obediendo acquireret. Pręſtatur enim plurimum malis, qui ſe regere neſciunt, cũ ſibimetipſis nõ cõmittũtur, ſed ſerui fiunt ſanctorũ, & ſubiacent melioribus. Vides, quã multa benignitas dñi, quam abſcondit auribus vulgi, & verbis aſperioribꝰ tegit, ne ſeruus malus, & ingratus cõtemptor efficiatur ſi intellexerit bonitatẽ. ✱Procopius. Proponit ſcriptura priſtinam meretricis vitã quo magis ipſius mutationẽ admireris. Quod aũt viros excipere eſt dignata, admirationis nihil hẽt. Quid enim caupo quæuis agit minus? fides autem eius eſt mirifica, dñum enĩ cõfitetur ad hunc modũ. *Dominus Deus tuus Dominus eſt vnicus.* Eſt vero hæc mulier cuiuſdam margaritæ in luto defoſſæ inſtar, quę exitũ Iſraelis ex Aegypto non aſcribit dijs, verum *audiuimus inquit, qualia Dominus Deus veſter egit cum Aegyptiis.* Ac qđ fama non percepit, diuina ope per fidẽ arripuit. Quare eã admiratus Paulus inquit: *Per fidem non periit Rahab cum incredulis.* quę exploratores ſuſcepit, eamque in numerũ omnium ſanctorum refert. Cęterum, luculentam figuram Eccleſię gentilis pręſtulit, quę prius in ſcortatione dęmonum pręuoluebatur, iuxta illud: *Eramus, & nos quondam increduli.* ✱Ioſephus. Exploratores prius latenter, & licenter omnẽ vrbem conſiderauerunt, ſimul & muros, quicunque fortes, & qui non, ita cauti eſſe viderentur, ſed & portas, quę dum eſſent fragiles, opportunũ pręberent inuaſuris introitum. Non autem curabant ciues, quicunque videbant eos iſta cõſiderare, putantes viſionis gratia peregrinos aptiſſima eos ciuitatis loca ſingula perſcrutari, non voluntate tñ hoſtili. Veſpere aũt nunciatum eſt Regi cœnãti, quod exploratores ciuitatis, ex Hebręorum exercitu venientes eſſent in Rahab habitaculo. Ille repente pręcepit comprehenſos adduci, vt eos torquens agnoſceret, quid agere volentes adeſſent. Zonaras.

[Margin: Gen. 9. d. — Gen. 27. f. — † abſcondit-que. — * ſuper tectũ. — * à facie veſtra — B — Matt. 27. c. Lucæ. 2. c. — Heb. 11. — Tit. 3. — li. 5. Anti. c. 1. — C]

res quippe ſunt, & omnem terram cõſiderare venerunt.† Tollenſque [1]
a ¶Fideliter apud ſe conſeruans.
mulier viros abſcondit, & ait: Fateor, venerunt ad me, ſed neſciebam [2] [3] vnde eſſent. Cũque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, neſcio quo abierunt. Perſequimini citò, & comprehendetis eos. Ipſa autem fecit aſcẽdere viros in ſolariũ domus ſuæ, † operuitque eos [4]
¶Vel ſtup[p]a, vel quiſquiliis.
†ſtipula lini quæ ibi erat. Hi aũt, qui miſſi fuerant, ſecuti ſunt eos per viã, quæ ducit ad vada Iordanis, illiſque egreſſis, ſtatim porta clauſa eſt. [5] Necdũ obdormiuerant, qui latebãt, & ecce mulier aſcendit ad eos,* & [6] ait: Noui quòd dñs tradiderit vobis terram. Etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terrę: *Audiuimus, quod [7] [8] [9] ſiccauerit dominus aquas maris rubri ad veſtrum introitum, quando egreſſi eſtis ex Ægypto, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Iordanem, Sehon, & Og, quos interfeciſtis, & hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrũ, nec remanſit in nobis ſpũs ad introitum veſtrum. Dñs enim Deus veſter, ipſe eſt Deus in cœ-
a ¶Pactum facit pro ſalute ſua, & ſuorum cum teſtamentis domini.
lo ſurſum, & in terra deorſum. † Nunc ergo iurãte mihi per dominum, [10] vt quomodo ego miſericordiam feci vobiſcum, ita & vos faciatis cum domo patris mei, detiſque mihi verum ſignum, vt ſaluetis patrẽ meũ

✱ Zonaras. Exploratores Hiericunthem miſſi, vrbe tota perluſtrata, cogniti, & Regi indicati, ſtatim cõprehẽdi iubẽtur. Ea re Rahab, ad q̃ cõfugerãt, ex impetu q̃rentiũ intellecta, hoĩes occultat ſub lini faſciculis, & inquiſitoribus dicit, viros illos ignotos, ante Solis occaſũ, apud ſe cœnatos diſceſſiſſe. Illi ſic à muliere eluſi, alius alio dilabuntur, perſecuturi eos. ✱Procopius. Ingens quoque ſapia in Rahab elucet, ab inquiſitoribus enim interrogata, ad ſe ingreſſos nõ pernegat, (immodicũ enim mẽdaciũ incredibile eſt,) verũ cũ affirmaſſet illud, mẽdacio fidẽ cõciliauit. Subintulit. *Nã per viam hanc diſceſſerunt.* Negatio, quæ principio fit, ſcrutationis cauſa fuiſſet. ✱ Ioſeph. Tumultu ſedato, Rahab deducens viros, & periculum pro eorum ſalute faciens ſuum, q̃ ſi capi in eorũ occultatione potuiſſet, nequaquã Regis ſupplicia euaſiſſet, ſed cũ omni domo peſſimè deperiſſet, rogabat vt haberent ſui memoriã, & dum Chananæorũ terrã obtinerent, huius ſalutis repẽſationẽ eos ſibi conferre poſcebat. ✱Auguſt. Quod ſcriptum eſt, Deum benefeciſſe cum Hębręis obſtetricibus, & cũ Rahab meretrice, non ideo factũ eſt quia mẽtitę ſunt, ſed quia in homines Dei miſericordes fuerunt. Non eſt in eis remunerata fallacia, ſed beneuolentia, benignitas mẽtis, nõ iniquitas mẽtiẽtis. Illa ſi à ſuis ciuib. eſſet occiſa, ꝓ miſericordię opere, vitã iſtã pretioſa in ꝯſpectu dñi morte finiuiſſet, & erga exploratores eius beneficiũ inane non fuiſſet. Proinde, quia peregrinos homines Dei ſuſcepit hoſpitio, quia in eorum ſuſceptione periclitata eſt, q̃a in eorũ deum credidit, quia diligenter eos occultauit, quia remeandi per aliam viã conſiliũ fideliſſimũ dedit, ẽt ſupnę Hieruſalẽ ciuib. imitanda laudetur. Quod aũt mentita eſt, ẽt ſi aliquid ibi propheticũ intelligenter exponitur, non tamen imitandũ ſapienter proponitur, quãuis deus illa bona memorabiliter honorauerit, hoc malũ clemẽter ignouerit. ✱ Rupertus. Spiritualiter Regi Hierico nunciatum eſt, veniſſe ab Ioſue miſſos exploratores, quando principi huius mũdi diabolo reipſa cõpertũ eſt, veniſſe ꝯ pricipatũ aereas ptãtes, regnũq; tenebrarũ à Saluatore miſſos Euãgelii prædicatores:

[Margin: D — Tom. 1. Annal. — †Infra. 6. c. — Com. in Ioſ. — † ſtipulis lini quas ordinatas habebat ſuper. — E — † infra 6. d. li. 5. Anti. c. 1. — Cont. mendacium. c. 15. — Cap. 17. — F — l. Com. in Ioſ. cap. 1.]

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tol. mu. *Hic exploratores abſconduntur. Iſta enim mulier auditis mirabilibus, quæ Deus fecerat pro filiis Iſrael credidit ipſum eſſe verum Deum, & per conſequens impleturũ promiſſum, quod eis fecerat de terra capienda, & ideo cogitans de ſalute ſua ſpirituali, & corporali, & ſuæ conſanguinitetis, ſaluauit exploratores, vt p eos cũ ſuis ſaluaretur, & hoc eſt, qđ dicitur.* Tollẽſque mulier viros abſcond. *per modũ, q infra deſcribitur. In Hebræo habetur ſic.* Accepit duos viros, & abſcondit eum, *qđ ab Hebræis exponitur tripliciter. Vno modo, quia exponitur hic ſingulare pro plurali, ſicut Exo. 8. f.* Venit muſca grauiſſima. *i. multitudo muſcarum. Alio modo, qa mulier feſtinans eos abſcondere, poſuit eos, in ita paruo loco, qui non videbatur ſufficiens, niſi pro vno, & ad hoc figurandũ dicitur.* Abſcõdit eum. *ſicut enim ĩ Latino ſunt figuratiuæ locutiones, ſic ſimiliter in Hebręo. Tertio modo exponitur, quia dñt aliqui Hebræi, quòd iſti duo viri fuerunt Caleb, & Phinees. Dicunt ẽt, quòd iſte Phinees erat angelus in corpore humano, ideo poterat ſtare coram hominib. & non videri ab eis quando volebat, & ideo non fuit abſcõditus à muliere, ſed Caleb tãtũ. Licet aũt hoc dictũ ſit falſum, tñ ex hoc habetur argumentũ contra Iudæos ex conceſſis de poſſibilitate incarnationis, quia ex quo concedunt incarnationẽ angeli, non poſſunt cõuenienter negare poſſibilitatẽ incarnationis diuinæ, quia Deus magis poteſt aſſumere, & ſuppoſitare naturam humanam, quam angelus.*

2 Fate. ve. ad me. *tanquam ad hoſpitalariam communem.*

3 Cumque por. cla. *In hoc mentita eſt, fuit tamen mendacium officioſum, videlicet propter ſalutem ſuam, & exploratorum.*

4 Ipſa a. fe. aſc. vi. in ſo. *In hoc exprimit modus quo abſcõdit eos.*

5 Illiſque eg. ſta. por. cl. *ſ. porta ciuitatis, ne iſti abſque diligenti inquiſitione exploratorum ciuitatem reintrarent. Aliter exponitur de porta domus Rahab, quæ poſt egreſſum ipſorum clauſa eſt, ne cito redirent, & abſconditos inuenirent.*

6 Nec obd. *Hic conſequenter exploratores de pacto requiruntur, videlicet, quòd ſaluarent Rahab, & domum patris ſui, ſicut ſaluauerat eos, quòd hoc pactum iuramento firmarent, & patet litera paucis exceptis, quæ exponẽtur.* Nec d. ob. *quia timor abſtulerat ſomnũ ab eis.*

7 No. quòd d. tra. vo ter. *Loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem ſuæ fidei, quia tenebat ita certum, ac ſi iam eſſet factum. Cuius cauſa ſubditur.*

8 Etenim ir. in nos ter. *id eſt, à vobis immiſſus, & reddit cauſam huius, cum dicitur.*

9 Audi. *& ſequitur concluſio ſua.*

10 Nunc ergo iura. mihi. *Et hodie.*

Qui

dicatores, & qñ de cordibus hominum, de tēplis, vel simulacris gentium illum eijci cœptum est. Misit ergo rex iste filiorũ superbiæ, & rex Iericho, i. stultitiæ, primum Neronem diaboli lictorem præcipuum, deinde Domitianum, deinde Traianum, deinde cæteros omnes, hominum quidē principes, dæmonũ autē satellites.

Isti dixerunt ad Rahab, id est Ecclesiam toto iam orbe Romano diffusam, quæ Christi Apostolos susceperat. *Educ viros, &c.* Hoc dixerunt editis nouis legibus, proscriptionibus, gladijs, & nouis tormentorũ generibus, vt Christi nomen, & Apostolorum fidē extirparent. At illa nunquam assensum prębuit talib. imo, & fidei margaritā abscondit, & suā potius vitā prodidit. Sic Paulus Damasci quum solus quæreretur, à fratribus p murum volens submissus est in sporta, & sic euasit, &c.

*& in ipso muro habitabat. † insequentes.

a *Anima nostra sit pro vobis, etc.* ✠ Procopius. Ita carceris custos cum suscepisset Paulũ & Silam, quib. credidit, inq̃t: *Quid mihi, vt seruer, facto ē op⁹? Cui illi: Confide domino Iesu Christo, ita enim tu, & cũcta dom⁹ tua seruabitur.* Et confestim capitib. sacræ tinctioni submissis, verũ receperũt signũ, sanguinē videlicet coccineũ Christi pro nobis oblati. Obtestati porro etiā sunt fideli-bus Thessalonicę, paratos esse nō solũ ipsis impertire Euãgeliũ, verum etiā suas ipsorũ animas pro ipsis exponere.

Act. 9. Com. in Iof. Act. 16.

b *Demisit ergo, &c.* ✠ Procopius. Funis quantumuis debilis, non disrumpitur, per q̃ euaserunt exploratores, per quam Iosep hum ex lacuna subduxerunt, Hieremiam itē, & Danielem, per qu ã Dauid quoque per fenestrā demissus aufugit: Paulus etiam per sportam submissus Damasci, per q̃ denique patriarchæ omnes viuam è puteis aquam subduxerunt.

& matrem; fratres ac sorores meas, & omnia quæ eorum sunt, & eruatis animas nostras à ¶Ruina seculi. morte. Qui responderunt ei: Anima nostra sit ¹ pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam, & veritatem. ² De³misit ergo eos per funem de fenestra. Domus ⁴ enim eius hærebat muro. * Dixitque ad eos. ⁵ Ad ᵃ¶Quasi humilia; & deiecta fugite, celestia prædicate. montana conscendite, ne forte occurrant ⁶ vobis † reuertentes, ibique latitate diebus tribus ⁷ donec redeāt, & sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis ⁸ ¶Redemptionis. terram, signũ nō fuerit funiculus iste ¶Sanguis Christi. coccineus, ᵃ¶In claritate, incarnatione Christi. & ligaueris eum in fenestra, per quam nos demisisti, & patrem tuum ac matrem, fratresq́ue, & omnem cognationem tuam congregaueris in ᵃIn Ecclesiam. ᵇ¶Nemo extra ecclesiam saluatur. domum tuam. Qui ostium domus tuæ egressus ⁹ fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus † alieni. Cunctorum autem sanguis, qui ¹⁰ tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quia si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramen-

Homil. 3.

c *Ad montana conscendit ne, &c.* Adam. &c. Dat sapiens meretrix consilium mysticũ, & cæleste, nihil terrenum habens. *Per montana, inquit, abite,* nolite p valles incedere, humilia, & deiecta refugite, quæ excelsa sunt, & sublimia prædicate. Ipsa aũt pannum coccineum ponit in domo sua, per qd̃ salutē ab excidio ciuitatis, coccineũ, s. quod sanguinis formam gerebat. Sciebat enim, q nulli esset salus, nisi in sanguine Christi. Datur ēt ei hoc mandatum: Omnes, qui inuenti fuerint in domo tua, saluabuntur. Si quis ergo saluari vult, veniat in hāc domũ, in qua Christi sanguis in signũ est redemptionis. Nā apud eos, qui dixerunt. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Christi sanguis in dānationem. Positus est enim Iesus in ruinā, & in resurrectionē multorũ. Ideo contradicentibus signo eius efficitur sanguis ad pœnā, credentib. ad salutem. Nemo ergo extra ecclesiā saluat̃. Qui foras exit, mortis suæ reus fit hoc est sanguinis signũ, quia hęc est sanctificatio, q̃ p sanguinē constat. Quia in fenestra dependet hoc signũ, illud arbitror indicare, quia fenestra domũ illuminat, & p q̃ tantũ luminis capimus, quantũ sufficiat oculis nostris, & visui: & incarnatio Saluatoris non nobis integrũ deitatis aspectũ ingessit, sed tanquam per fenestram per incarnationem suā fecit nos lumen deitatis aspicere. Ideo mihi videtur signum salutis per fenestrā datum, quo salutem consequantur omnes, qui in domo eius sunt. Quæ aliquādo meretrix erat, mũdata est ĩ aqua, & spũ sancto, & in sanguine Christi.

Matt. 27. e. Lucæ. 2. c

lib. 4. capi. 37.

d *Innoxij.* ✠ Irenæus Martyr. Rahab fornicaria, (per q̃ Ecclesia ex gentibus collecta manifestabatur) semetipsam quidē ɔdēnauit, q esset gētilis, omniũ pc̄torũ rea. Suscepit aũt speculatores, qui speculabant vniuersā terrā, & apud se abscōdit, Patrē, s. & Filiũ, cũ Spiritusancto. Et cũ vniuersa ciuitas in qua habitabat, cōcidisset in ruinā, Rahab ɔseruata est, cũ vniuersa domo sua, fide signi coccinei. Sic, & Dñs dicebat Pharisæis, q. aduentũ eius nō excipiebāt, & coccini signũ, (quod erat pascha, redēptio, & exodus populi ex Aegypto) nullificabāt, *Publicani, & meretrices præcedent vos in regno cælorũ.* ✠ Aug. Meretrix, q suscepit nũcios, præsumpsit ĩ promissione, timuit Deũ, cui dictũ est, vt p fenestrā mitteret coccũ, i. vt in frōte hęret signũ sanguinis Christi, Ecclesiam gentium significauit.

Enarrat. in Psal. 86.

†innoxii.

Comm. in Iof.

✠ Procop. His similia Moses quoq; mãdauit, vt sanguine postes vngāt, & limina, nequequisquā domo exeat, quo vastatorē euitet. Vbi Ecclesię figura erat, quēadmodum hic quoque in domo Rahab, nuncque fidei confessio per funē significatur. Quicunque igitur fiduciā habet in ouili, Christi signo notatus maneat.

Comm. in Iof. cap. 12.

✠ Rup. Funicul⁹ coccine⁹ in fenestra ligād⁹, titul⁹ ē passiōis dñicæ, inter oculos ecclesiæ iugiter pingend⁹. Coccine⁹ nāq̃ funicul⁹, sanguineũ ē crucis signaculũ iugiter pīgēdũ ĩ frōte.

Epist. ad Magnum, de baptizandis. Nouat. Exod. 12.

e *Et patrē tuũ.* ✠ Cypria. Foris non esse Ecclesiā, nec scindi aduersum se, aut diuidi posse, sed inseparabilis domus vnitatē tenere manifestat diuinæ scripturę fides, cũ de sacramēto paschæ. & agni scriptũ sit. *In domo vna comedetur.* Qđ itē circa Rahab expressum videmus, cui dr̃: *Patrē tuũ, & matrē,* quo sacramento declaratur, in vnā domũ solũ, i. in Ecclesiā, victuros, & ab interitu mundi euasuros, colligi oportere. Quisq̃s aũt foras exierit, id est, si quis quãuis in Ecclesia gratiam cōsecutus, recesserit, & ab Ecclesia exierit, reum sibi futurum. ✠ Idem. Stare tu, & viuere putas posse de Ecclesia recedētē? Sedes sibi alias, & diuersa domicilia concedentem? Cum dictum sit ad Rahab, in qua præformabatur Ecclesia. *Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos colliges ad teipsam in domum tuam, & erit, omnis, qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit.*

lib. de vnit. Ecclesiæ.

Comm. in Iof. cap. 12.

f *Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis.* ✠ Ruper. Quicũque seipsum ab vnitate fidei præciderit, hæresesque ac schismata

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui respond. Anim. no. &c. *Hic accipitur anima pro toto homine, quia est pars principalis hominis, vel pro ipsa vita humana, quæ causatur ab anima. vt sit ibi prędicatio causalis, non formalis, quia anima humana est immortalis.*

2 Facie. in te mise. *Te & domum patris tui saluando.*

3 Et veritatem. *iuramentum seruando.*

4 Demisit ergo. *Hic exploratores abire pmittuntur. cuius modus describitur, cum dicitur.* Demisit ergo eos per fu. de fene. *Hebrei qui dicunt Rahab fuisse meretricem, dicunt quòd solita fuerat per funē illum recipere fornicarios, & emittere, vt sicut fuerat ei instrumentũ peccati, & transgressionis, sic & ei fieret instrumentum saluationis.*

5 Domus. n. *s. ciuitatis. hoc additur, ad ostendendum, quòd de facili poterat emittere exploratores p fenestrā, quā habebat super murũ. Sicut, & Paulus demissus est, vt habetur Act. 9.*

6 Ad montana conscendite. *Vbi non est via communis.*

7 Ibique latitate. *Licet Iordanis parum distaret à Hiericho, tamē ad tantum tempus manserunt persecutores exploratorum, quia nō solum quæsierunt eos in via, & in termino viæ, sed in latibulis circunquaque. Hebræi autem dicunt, quod reuelatum fuit ipsi Rahab pro salute exploratorum, quòd tantum tardarent.*

8 Si ingre. *i. rubeus. Tetinuerat enim ipsa Rahab ad exploratorib. vt darent ei certum signũ saluationis suæ, & suorũ, & ipsi dederunt pro signo, quòd funiculus per quem demissi fuerant, ligaretur in fenestra, et sic cognosceretur domus ab eis, & existentes in ea, & ideo dixerunt, q si funiculus ille non esset ibi pro signo, immunes essent à iuramento.*

9 Qui ostium domus, &c. *i. ipse erit sibi causa mortis.*

10 Cunctorum autem. *id est, obligamus nos morti pro eorũ salute.*

A mata fecerit, *sanguis ipsi⁹ erit in caput eius*. Hæc illa gloriosa sunt, quæ dicta sunt de ciuitate Dei, comprobante Saluatore: Memor ero Rahab, & babylonis, sciētiū me. Ergo quicūque à cultu Dei alieni, angustiati à peccatis, denigrati in vitijs, veniēdo in vnā domū Rahab, cognati fiūt, & fratres

Psal. 86.

to, quod ad iurasti nos. Et illa respondit: Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensq; eos, vt pergerent, appendit funiculū coccineū in fenestra. [1] Illi vero ambulātes peruenerūt ad mōtana, & māserunt ibi tres dies, [2] donec reuerterētur, qui fuerāt persecuti. Quærentes enim per omnē viam, non repererunt eos. Quibus vrbem ingressis reuersi sunt, & de- [3] scenderunt exploratores de monte, & Iordane transmisso venerunt ad Iosue filium Nun, narraueruntque ei omnia, quæ acciderant sibi [4] atque dixerunt: Tradidit dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius. * [5]

D fratres sunt, & omnes per vnū saluātur funiculum coccineum per crucis, & passionis Christi signaculum.

✠ Theodoret. Pactiones exploratorum valde consonant veritati. Nobis enim salus per Ecclesiam prouenit, qui vero sunt extra illam non fruuntur æterna vita.

Quæst. 1. in Iosue.

* à facie nostra id est, postquā viderunt nos.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Appendit funicu. *id est, statim eum appendit, ne obliuioni daretur, & vt hoc exploratores viderent antequam recederent.*

2 Illi vero. *Hic exploratores ad Iosue reuertuntur, præmittitur tamen latitatio eorum tribus diebus in montanis.*

3 Reuersi sunt. *scilicet exploratores de montanis ad locum vbi erat transitus Iordanis.*

4 Atque dixerunt. *Acsi diceret, ita certum est acsi esset factum. Et causa subditur cum dicitur.*

5 Et timore prostrati sunt. *id est, non habent virtutem resistēdi.*

CAP. III.

B ✠ QVando videritis. ✠ Iose. Iesus transposuit cunctum exercitū, totamq; multitudinē tali modo. Præcedebāt quidē sacerdotes habētes arcā, deīde Leuitæ tabernaculū & vasa, quæ ad sacrificiorū ministeria sunt necessaria deferētes. Sequebatur autē Leuitas, per tribus suas omnis exercitus, habens in medio infantes atque mulieres. Metuebant enim propter eos, ne vim paterentur in flumine.

1. 5. Anti c. 1.

† præceperunt populo, dicendo.

✠ Rabbi Leui. Finitum iam erat triduum, incipiente ista nocte, quæ ad decimū diē mensis cum ptineret, pstituta erat traiectiōi. Verā lucē esse expectatā monent ista verba. *Et ibi pernoctauerunt, &c.* In lucē aūt dilata est traiectio, vt tā insigne C miraculū ab omnib. pspectū exploratumq; fieret. Deinde, vt vel vnā noctē haberet populus ad expiādū quodā sanctitatis

* fere.

CAP. III.

IGitur Iosue de nocte con- [1] surgens mouit castra egredientesque de Setī ve- [2] nerunt ad Iordanem ipse [3] & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres [4] dies. Quibus euolutis trāsierunt † præcones per castrorum medium, & a † clamare cœperunt. Quando videritis arcam [5] fœderis domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eā, vos quoq; cōsurgite, & se- [6] quimini pcedētes, sitq; inter vos, & arcā spatiū [7] *cubitorū duū milium, vt † procul magis videre [8] possitis, & nosse, per quā viā ingrediamini, quia † prius nō ambulastis p eā, & cauete ne appropinquetis ad arcam.

tis cultu diuinū numē, p fœlici traiectione, belliqueaūspicio. Deniq; vt hac ipsa expiatione permoti omniū animi attentiores essent ad considerandum, quod factum ibatur miraculum.

E † mane.

Aug. Scribę populo dicunt: *Cum videritis arcā testimony Dei nostri, & sacerdotes, et Leuitas portantes eam, &c.* Lōge iustiū est arcā præcedere, vt posset à populo videri. Tam grāde enim agmen, si post eam proxime pergeret, nō eam videret præire, nec nosset qua sequeretur. Ex hoc intelligitur, quòd columna nubis, quæ solebat mouendis castris signum dare, & iter ostendere, iam recesserat nec eis apparebat. Hinc factū est, quòd triduum illud ex humana dispositione prædicere tur. Nunc ergo duce Iesu, post arcam domini sequuntur, nube subtracta, tanquam velamine ablato.

Quæst. 3. in lib. Iosue.

† præfecti.

F † ne appropinquetis ei, & nosse possitis. † ab heri, & nudiustertius Heb. † & cauete ne appropinquetis ad arcam.

Hebr.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

Diuisio.

IGitur Iosue. *Hic consequenter agitur de ingressu terræ, qui factus est per transitum Iordanis, & ideo primo ostenditur quid actum est in ipso transitu. secundo quid in exitu 4. capi. tertio quid in statu, cap. 5. Prima pars diuiditur in tres, quia primo de transitu datur præceptum. secundo additur signum diuinitus dandum, ibi.* Dixitque dominus ad Iosue. *tertio ponitur vtriusque complementum ibi.* Igitur egressus est populus. *Circa primum dicitur.*

1 Igitur Iosue de no. con. *In Hebræo habetur* babboquer, *De mane consurgens, quia surrexit in aurora, quæ est confinium diei, & noctis. & sic potest vtroque modo nominari.*

2 Egredientesque de Setim, &c. *Locus est vnde miserat exploratores.*

3 Venerunt ad Iordanem. *Qui non multum à Setim distat.*

4 Et morati sunt ibi per tres dies. *Dicunt expositores nostri, quod causa huius moræ fuit, eo quòd Iordanis fluuius tunc ex resolutione niuium increuerat, vt habetur infra, & ideo steterunt ibi tribus dieb. quousque aquæ aliquantulum decreuissent. Sed hoc non videtur bene cōsonare veritati Hebraicæ, quia infra eod. cap. vbi nos habemus.* Iordanis autem ripas alueī sui tempore messis impleuerat. *In Hebræo habetur sic.* Et Iordanis impleuerat super omnes ripas suas omnibus diebus messis, *quæ dies durāt p duos menses secundū Hebræos, vt dictum fuit Gene. 8. in fine. & ideo si causa moræ fuisset excrescentia Iordanis, filij Israel ibidem stetissent per maius spatiū satis, quam per tres dies, vt videtur. Ideo aliter potest dici, scilicet, quòd causa illius moræ fuit, quia Iosue expectabat reuelationem domini de modo transeundi, quæ facta fuit sibi vltima die de illis trib. & in crastino transierunt. Vnde tūc dixit Iosue ad populum.* Sanctificamini: cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. *Si enim à principio Iosue sciuisset, quòd alueus Iordanis siccari debuisset propter eorū transitū, non oportuisset eum expectare per diem, nec per horam ppter diminutionē aquæ. Dicunt autem Hebræi, quòd prima dies de tribus pdictis fuit tricesima, & per consequens vltima luctus Mosi, quòd oportet dicere secundum prædicta, scilicet, quod à morte Mosi vsque ad trāsitum Iordanis inclusiuè fluxerunt tantum triginta tres dies, ita quòd die trigesima tertia transierunt Iordanem. tres autem dies prædictæ immediate præcesserunt diem transitus, vt patet in textu. Ex quo sequitur, quod prima illarum fuit tricesima dies luctus Mosi.*

5 Quando videritis arcam. *Ex quo patet, quòd aliter portata fuit tunc, quàm ante in motione castrorum, quia ante portabatur per Leuitas, qui erant de familia Caath, vt patet Nu 4. & 10.*

6 Vos quoque con. *Ex quo etiam patet, quòd alio ordine portabatur arca, quia in alijs motionibus castrorum sex tribus præcedebant arcam, & sex sequebantur, vt habetur Num. 10. hic autem arca præcedebat. Et ex hoc etiam videtur, quòd nubes, quæ prius ducatum præbebat, recesserat.*

7 Sitque inter vos, & arcam spa. *propter reuerentiam.*

8 Cubitorum duum mi. *Cubitus continet pedem cum duabus tertijs, & est mensura à brachij cubito ad summitatem digitorum.*

Sanctifi-

MORALITER.

5 *Quando videritis arcam fœderis domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portan. &c.* Hic agitur de modo transeundi Iordanem, qui fuit miraculosus, & ideo per hoc Iosue fuit exaltatus, secundum quod dixit ei dominus.

✠ Hebræi. Tribus pastoribus Israelis tria insignia dona cō cessa sunt, Manna quidē Mosi, columna nubis Aaroni, puteꝰ Mariæ meritis Mortua porrò Maria, sublatꝰ est puteus, recuperatus tamē meritis Aaronis, & Mosis. Mortuo Aarone, disparuit nubis colūna, & si postea fit illis Mosis merito reddita. Mortuo Mose, perierūt tria hæc, nec postea recuperata.

a *Hodie inci. exalta.* Adam. Multa prodigia in eremo gesta sunt, & nusquam dicitur exaltatus Iesus. Vbi vero trāsitur Iordanis, dicitur ad eum. *Hodie inci. exalt. te, &c.* Exaltatio enim Iesu in cōspectu populi, à baptismo sumit exordium. Qui enim baptizātur, in morte ipsius baptizātur, cuius mors in crucis exaltatione completur. Meritò ergo cuique fideliū tūc primum Iesus exaltatur, cū ad mysteriū baptismi peruenit. vnde. *Exaltauit illū Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, etc.*

✠ Theodoretus. Sicut Iosue ex miraculo apud Iordanem edito, innotuit esse vir à Deo dilectus, ita Iesus noster post susceptum à Ioanne in Iordane baptisma, doctrinæ, & miraculorum fecit initium. Exaltatꝰ porro non est adeptus, quòd prius non habet, sed patefecit, quod habebat, vt pote, qui ignorabat esse filius Dei, declaratus est talis, patre dicente, *Hic est filius meus dilectus, &c.*

✠ Procopius. Ne cui videatur alium esse Deum veteris, & nouæ Ecclesiæ, Iosue cum Mose coniungit, vt vnius Dei curā amborum esse demonstret.

b *Domi. de. ve. &c.* Adam. Peccatori omnis creatura hostis est, sicut Aegyptijs fluuius, terra, & cęlū. Iusto seruiūt oīa. Mare rubrū trāsit sicco vestigio, Aegyptiꝰ submergit. In eremo i. in deserto horribili, & vasto cibꝰ de cęlo ministratur iusto. Et in Iordane arca testamēti dux est populo. Aq defecerūt sacerdotib. & Leuitis. Similiter tibi, qui per baptismi sacramentū Iordanis fluēta egressus es, per ipsum aera trāsitus ꝑ mittitur. Vnde. *Rapiemur obuiam Christo in aera, &c.* Nihil ergo est, quod metuat iustus, cui omnis creatura famulat, & cui dr. *Si transieris per ignem, flamma non aduret te, &c.* Omnia ergo q̄ in priorib. gesta sunt, in te secundum mysticam rationem cōplentur, qui cupis idololatriæ tenebris derelictis ad audiētiā diuinę legis accedere, Aegyptum derelinquis, cum cathecumenis aggregatus, & præceptis ecclesiasticis parere cœpisti, & egressus mare rubrū, & in deserti stationibus positus, ad audiēdum legem Dei, & intuendum vultum Moysi per gloriam Domini reuelatū, quotidie vacas. Si autē ad baptismū veneris, & cōsistente sacerdotali, & Leuitico ordine, initiatꝰ fueris venerādis sacramētis, tunc sacerdotū ministerijs, Iordane transmisso terrā promissionis intrabis. In qua te post Moysen suscipit Iesus, noui itineris dux. Tu autem memor tātarum virtutum, qd̄ tibi mare diuisum est, qd̄ aqua Iordanis stetit, dices: *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia cōuersus es retrorsum, &c.* Et respondebit tibi sermo diuinus: *A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes, &c.*

Margin: Seder Olam. Rabban. c. 11. — Homil 4. — Roman. 6. a. — Phil. 2. b. t extremum. — Quest. 1. — Matth. 3. Com. — Hom. 4. in Iof. — 1. Thes. 4. — Esa. 43. a. — Psalm. 113. a. Ibidem b.

pinquetis ad arcā. Dixitq; Iosue ad populū: Sanctificamini: cras enim faciet Dominꝰ inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes tulerunt, & ambulauerunt ante eos. Dixitque Dominus ad Iosue. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, vt sciant, quòd sicut cum Mose fui ita & tecum sim. Tu autē præcipe sacerdotibus, qui portāt arcam fœderis, & dic eis. Cū ingressi fueritis † partē aquę Iordanis, state in ea. Dixitq; Iosue ad filios Israel: Accedite huc, & audite verbū Domini Dei vestri. Et rursum: In hoc, inquit, scietis qd̄ dominus Deus viuēs in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum, & Hethæum, Heuæum, & Pherezæum, Gergesæū quoque, & Amorrhæū, & Iebusæū. Ecce arca fœderis Dn̄i omnis terræ antecedet vos per Iordanem. Parate duodecim viros de tribub. Israel, singulos ꝑ singulas trib. Et cū posuerint vestigia pedum suorum, sacer-

¶Cuique Christus exaltatur cum in morte eius baptizatur.

c *Chananæus.* possidens, vel possessio, vel negotiatores, vel mutabilis.

d *Hethæus.* formidans, siue stupens.

e *Heuæus.* Lapides colligens.

f *Pherezæus.* Separans, siue disseminans.

g *Gergesæus.* colonum applica, vel colonum eijciens, siue aduena appropinquans.

h *Amorrhæus.* Amarus, vel loquens.

i *Iebusæus.* Calcantes, vel præsepe eorum.

k ✠ *Ecce arca fœderis.* Procopius. Transitus arcæ vobis sit signo internecionis gentium. Quemadmodum quoque vobis esse debet copiarum aduersarum, si quæ in Iordane fuerit arca, quæ fidei in se complectitur arcana.

a *Messis*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sanctificamini. *Expositores nostri dicunt, quod ista sanctificatio intelligitur, quòd continerent ab vxoribus suis, propter reuerentiā miraculi in crastino fiendi, sicut & ante dationem legis præceptum fuit eis, vt continerent ab vxoribus suis, vt habetur Exod. 19. Hebræi autem dicunt,* Sitis parati, *vbi nos dicimus.* Sanctificamini, *quia verbum illud quadas est æquiuocum ad pręparare, & sanctificare, sed qualis debebat esse illa præparatio, non dicunt.*

2 Cras enim faciet Dominus inter vos mi. *siccando alueum Iordanis, vt exprimetur infra.*

3 Et ait ad sacer. *hoc dicit Iosue in die transitus Iordanis.*

4 Dixitque dominus. *Hic exprimitur signum diuinitus dandum, cum dicitur.*

5 Hodie incipiam exal. te coram omni Israel. *Licet enim die præcedenti reuelatio facta fuisset Iosue, vt prædictum est, tamen tunc fuit replicata ad maiorem assertionem, & etiam ad maiorem declarationem. Sicut enim in cognitione naturali proceditur ab imperfecto ad perfectum, vt habetur 1. Physicorum, sic et in cognitione supernaturali, quæ fit per diuinam reuelationem, aliquando veritas primo reuelatur minus perfectè, postea perfectius.*

6 Vt sci. &c. cum mo. fui. *per signa mirabilia.*

7 Ita, & te. sim. *quod patuit per transitum miraculosum.*

8 Cum ingre. fue. &c. *Dicunt Hebręi, qd̄ steterunt in Iordane ꝑpe ripam, per quam ingrediebantur, quousque totus populus transisset. & ex hoc dicunt qdā alia, vt patebit postea. Sed videtur falsum, per hoc quod in fine huius ca. dicitur.* Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis. *Ex quo videtur, quod processerunt vsque ad medium aluei, vt populus transiret securius.*

9 Accedite huc, & audire verbum dom. *Hoc dixit Iosue principibus populi, in quibus totus populus virtualiter continetur. Non enim potuisset totus populus verbum eius audire.*

10 In hoc inquit scietis, q̄ dominus Deus viuens in medio vestri est. *scilicet per opus mirabile, quod non potest fieri, nisi diuina virtute, quod exprimitur cum dicitur.*

11 Ecce arca fœderis do. &c. *Ad cuius appropinquationem siccatę sunt aquę, vt exprimitur postea.*

12 Parate duodecim vi. *scilicet ad tollendum. 12. lapides de alueo Iordanis desiccando, vt exprimitur in principio se. ca.*

13 Et cum posuerint ve. pe. suorum, &c. *Hic exprimitur modus desiccationis aluei Iordanis. & patet litera.*

1 Igitur

MORALITER.

5 *Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, vt sciant, quòd sicut cum Mose fui, ita & tecum sum, &c.* Allegorice. per hunc transitum significatur baptismi sacramentum, vt dictum est supr. In institutione vero baptismi, dn̄s Iesus cuius Iosue figura fuit in gestis, & nomine exaltatus fuit corā Ioanne Baptista & alijs assistentib. per apertionem cœli super eū, & per vocē patris dicentis: *Hic est filius meus, &c.* & per testimonium spiritussancti in columbæ specie descendentis super eum, & manentis, & deinceps per multa miracula aliàs inaudita.

† *Tu autem pręcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, etc.* Per istos sacerdotes signant apostoli alijque discipuli, & eorum successores euangelium Christi per orbem portantes. Quæ quidē euangelium bene per arcam significatur, eo q̄ tria cōtinebat spiritualiter, quæ erant in arca contenta, s. tabulæ, ꝑ quas significabatur lex vetus, quam continet euangelium eius imperfectionem supplendo. Secundum fuit virga Aarō, quę significauit dignitatem regiam, & sacerdotalem, quā continet auctor euāgelij Christus, qui est rex, & sacerdos, & per consequens ipsum euangelium hoc continet. propter quod dicitur euangelium regni, Matth. 4. Tertium fuit māna, per quam significatus fuit cibus spiritualis ex verbis euāgelij. propter quod Ioh. 6. g. Christo dixerunt apostoli: *Domine ad quem ibimus? verba vitę ęternę habes.*

A a *Messis impletur.* LXX. *Sicut in diebus messis tritici.* Hoc incredibile vř regionibus nostris, ibi autem (sicut perhibēt qui nouerunt) in initio veris est messis tritici, tunc aūt ille fluuius redundat, & impletur amplius quam per hyemem.

b *Steterunt aquæ descendentes.* &c. Adam. Non absque mysterij ratione arbitror scriptū, quod pars aquarū Iordanis mergatur in mare, & in amaritudinē fluat pars autē in dulcedine perseueret. Si enim oēs qui baptizātur, accepte cælestis gratiæ dulcedinē custodirent, nullus in amaritudinem peccatorum verteretur. Sed sępe suscepto baptismo ad secularia redeunt, & auaritię falsum poculū bibūt, & in mare fluentes, salsis fluctibus pereūt. Pars vero illa quæ in stabilitate permanet & dulcedinē seruat, B significat eos qui acceptum munus Dei firmiter tenēt. Et recte est vna pars eorū qui saluantur, quia vnus est panis qui de cælo descendit, & fides vna, & vnum baptisma, & vnus spiritus quo omnes purificātur in baptismo, & vnus Deus pater omnium.

Homil. 4. | † discurris. quæ inferiores sunt decurrent atque. | † omnibus diebus. | 1. Cor. 10. d. | Io. 6. d. | Eph. 4. a.

Quæst. 1. ✱ Theod. Retentus impetus aquarum instar vtris tumescebat, & in fastigium attollebatur quia terminus ab opifice positus quouis adamantino muro fortius ipsam retinebat.

† e regione. | † Iericho. | Li. 5. ant. c. 1.

Iosephus. Metuente duce transitum fluminis, cum esset grandis eius impetus, & neque pontibus trāsiretur, qui etiam si C vellet ei pontem facere, nequaquam se arbitrabatur pp hostes habere permissionem, inter hęc Deus transibilem fluuiū fieri ei compromisit, magnitudinem eius imminuēs. Cumque sacerdotib. primis introeuntibus, meabilis iam fluuius videretur, altitudine eius imminuta, alueo vero quasi ad sicci pauimenti instar exposito, omnes iam confidenter fluuium transmeabant, & qualem eum Deus futurum esse prædixerat, talem esse conspiciebant. Et fluuius quidem egressis Hebræis, denuo creuit, & magnitudinē suam recepit. D

dotes qui portant arcam fœderis domini †Dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrēt atq; deficient. Quæ autem desuper veniunt, in † vna mole consistent. [1] Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transirent Iordanem, &

a Quia per sacerdotum magisterium deducitur populus ad terram promissionis. Et si quis est hodie in illo ordine dignus ascribi, cedent ei ipsa fluenta Iordanis, & ipsa elementa verebuntur.

sacerdotes qui portabant arcā fœderis, pergebāt ante eum. Ingressisque eis Iordanem & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Ior- [2] a danis autem ripas aluei sui † tempore messis

a Quia pars eorum qui baptizantur, acceptam cælestis gratiæ dulcedinem custodiunt.

b impleuerat) † steterūt aquæ, descēdentes in [3] loco vno, & instar montis intumescētes ap- c parebant procul *ab vrbe, quę vocatur Adā,

a Quia pars in peccatorum amaritudinem conuertitur.

quæ, est ad latus sarthā. Quæ autē inferiores [4] erant in mare solitudinis (quod nunc vocatur † mortuum) descenderunt, vsquequo [5]

¶ Aeterna morte perirent.

omnino deficerent. Populus autem incede- [6]

a Qui docent populum de Aegypto exire, i. de erroribus mundi, & transire per eremum, i. tentationem seculi.

c bat † cōtra Iordanem, & sacerdotes qui portabant arcam fœderis domini stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti. Omnisque populus per arētem alueum transibat.

c *Sacerdotes q. por.* &c. Idem sacerdotalis ordo & Leuiticus arcæ Dñi assistit, in qua lex Dei portatur. Ipsi enim sunt qui illumināt populū de mandatis Dei. E Vnde. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Hoc lumē per sacerdotes & Leuitas accenditur. Populus, inquit, longe sit ab arca testamēti domini, duo milia cubitorū. Sacerdotes vero & Leuitę pximi & tā pximi, vt in humeris eorū portet. Beati qui merētur pximi esse Deo. Sed scriptū est. Qui approximāt mihi approximant igni. Si aurū & argentum fueris & igni approximaueris, clarius per ignem effulgebis. Si superędificasti ligna fœnum, stipulam consumeris. Beati ergo qui proximi sunt, vt ignis eos illuminet non adurat. Saluabitur tamen Israel, sed lōge positus iter agit, non sua virtute, in ministerio sacerdotum.

† vno aceruo. | Orig. ho. 4. | † De con. di. 2. c. reuera uero Iordanis. | Psal. 108. a. | † aceruo, & instar montis in tumescentes apparebant. *valde. | † mare salis. | 1. Cor. 3. c.

CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Igitur egressus. *Hic consequenter describitur transitus & signi complementum. & patet litera vsque ibi.*

2 Iordanis autem ripas aluei sui tēpore messis impleuerat. *Non potest intelligi, quod tunc colligerentur blada communiter, quia decima die mensis primi transiuerunt Iordanem, vt habetur cap. sequ. mensis autem primus Hebræorum incipit a lunatione propinquiori æquinoctio vernali, siue sit ante, siue post. Sed dicitur tempus messis pro tanto, quia in terra promissionis, quæ calida est, in aliquibus locis magis calidis spicæ aliquæ appropinquabant ad maturitatem, & de illis colligebatur manipulus & torrebatur aliquantulum, & per confricationem excutiebantur grana, de quibus fiebat oblatio in festiuitate paschali, quæ celebrabatur 15. die mensis primi, vt habetur Leuit. 22. & propter hoc mensis primus vocatur mensis nouarum frugum Exod. 13. & Deut. 16. Quod autem hic interponitur de inundatione Iordanis, hoc fuit ad declarationem maioris miraculi in siccatione aluei Iordanis in transitu filiorum Israel, ideo subditur.*

3 Steterunt aquæ descen. &c. *Contra naturam, cum sint fluidæ.* Quæ

4 Quę autem inferiores erant, in mare solitu. quod nūc voc. mor. descen. *Iste locus erat magnus lacus, per quem transit Iordanis fluuius. & vocatur mare secundum modum loquendi Hebraicum, quo omnis congregatio magna aquarum mare vocatur. vnde Gene. 1. b. dicitur:* Congregationesq; aquarum appellauit maria. *Et hoc modo stagnum Genezareth, per quod transit Iordanis fluuius, vocatur mare Tyberiadis, & mare Galilææ, vt habetur in pluribus locis in euangelio. Et eodem modo in proposito lacus iste vocatur hic mare solitudinis, quia est iuxta desertum Sin. Et mare mortuum, eo quod nullus piscis possit ibi viuere, vt dicit Philosophus 2. Meteororum. vbi loquitur de isto lacu vel stagno; tum quia aquæ sunt ita spissæ, quod sunt quasi lutum: propter quod vestimenta ibi proiecta magis sordidantur quā lauentur, vt dicitur ibidem: tum quia sunt excessiuè salsæ, propterea alibi in scriptura vocatur mare salsissimum.*

Mare dicitur mortuum.

5 Vsquequo omnino defi. *ab aspectu filiorum Israel.*

6 Populus autem incedebat contra Iordanem. *idest, per Iordanem, ita quod ponitur hic vna præpositio pro alia. Vel dicitur, contra Iordanem: quia populus appropinquabat ad aquas Iordanis desuper venientes, quæ stabant eleuatæ ad modum collis iuxta transitum populi. Cætera patent.*

Duode-

MORALITER.

3 *Steterunt aquæ,* &c. Per quas significantur mundi tribulationes. Esa. 8. b. *Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas: regem Assyriorum,* &c. Per hoc igitur, quod aquæ Iordanis superuenientes, & etiam inferiores arcæ transitum nō impediuerunt, significatum fuit, quod tribulationes mundi præteritæ non impedirent portationem euangelij per orbē. quod patet, quia persecutio Iudęorum in primitiua ecclesia, & postea persecutio tyrannorum & hæreticorum, non impediuerunt prædicationem euangelij, & similiter sperandū est quod superuenturæ nō impedient, saltem omnino. 1. Corint. 10. c. *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione, prouentum, vt possitis sustinere.* Per hoc etiam significatum fuit, quod transitus electorum ad patriam, non impedietur per quācunque tribulationem. Per hoc autem quod arca præcessit populum in ingressu Iordanis, & in egressu secuta est, significatum fuit, quod euangelij prædicatio Gentiles ad baptismum adduceret, & adductos in Christo conseruaret.

CAP. IIII.

a IN æternum. Aug. Quo in æternum, cũ cælũ & terra transeant? An quoniam æternum aliquid significat, cum ipsi æterni esse nõ possint? Quãuis possit quo l in Græco est ἕως τοῦ αἰῶνος Latine dici vsq; in seculum.

b *Festinauitque populus & transijt &c.*

Adam. Qui mare rubrum transierunt baptizati sunt, in Moyse, & in nube, & in mari. De his vero qui Iordanem similiter transeunt, possumus similiter dicere, quia omnes in Iesu baptizati sunt in Iordane. Quod vero scriptum est. *Et festinauit populus, & transijt Iordanem*. non puto esse ociosum. Nobis enim venientibus ad baptismum, & suscipientibus, verbi Dei sacramentum, non segniter agendum est, sed festinandum, donec omnia, mandata impleamus, vt peruenire ad promissam beatitudinem, mereamur. Cum vero omnia transierimus, diligenter, & caute incedendum est, ne de improuiso effundantur gressus nostri, vnde. *Pene effusi sunt gressus mei*. Nec remissior sollicitudo debet esse in conseruandis, q̃ acquirẽdis virtutibus, quod designatur cum dicitur,

Psal. 72.a.

† armatorum.

CAP. IIII.

QVibus trãsgressis dixit dñs ad Iosue. [1] Elige duodecim viros singulos per [2] singulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotũ, * duodecim [3] durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorũ vbi fixeritis hac nocte tẽtoria. Vocauitq; Iosue duodecim viros quos elegerat de filijs Israel, singulos de tribub. singulis, & ait ad eos, Ite añ arcam domini Dei vestri, ad Iordanis mediũ, portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel, vt sit signum inter vos. Et quando interrogauerint vos filij vestri cras, dicentes, quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis. † Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis domini, cum transiret eũ, idcirco positi sunt lapides isti in monimẽtum filiorum Israel a vsque in æternum. Fecerunt ergo filij Israel sicut eis præcepit [4] [5] Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt ei dominus imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio [6] Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis domini, & sunt ibi vsque in præsentẽ diem. Sa- [7] cerdotes autem qui portabant arcam, * stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Iosue vt loqueretur ad populum, præceperat dominus, † vt dixerat ei

a ¶Non otiose, non remisse nobis agendum est, sed omnia præcepta domini festinanter transeunda & perficienda.

b Moyses. Fẽstinauitque populus, & transijt. Cumque transis- [8] sent omnes, transiuit & arca domini. Sacerdotes quoque [9] [10]

a Quasi doctores & duces ad terram promissionis:

pergebant antẽ populum. Filij quoque Ruben & Gad, & di-

a Quia cum omnia transierimus, diligenter & caute eundum est, ne effundantur gressus nostri.

midiæ tribus Manasse armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses, † & quadraginta † pugnatorum milia † per turmas, & cuneos incedebant per

tur, quia 40. milia virorum in veritate accincti transierunt ad expugnandam Iericho, accincti scilicet cingulo veritatis, vnde. *Estote accincti lũbos vestros in veritate*. Nostrum etiam cingulum debet esse veritatis, si tamen seruauerimus militiæ huius & cinguli sacramentum. Si falsum loquimur, discingimur baltheo veritatis: Simus ergo in veritate electi, sed in falsitate discincti trãseuntes Iordanem ad bella transimus, contra spiritualia, nequitiæ in cælestibus. Hæc, enim omnia propter nos scripta sunt. Exeamus ergo ad bellum, vt expugnetur a nobis ciuitas prima, huius scilicet mundi malitia, & superna mœnia. Intra te prælium est, intra te ædificatio mala, & subuertenda. Hostis tuus de corde tuo procedit. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c.* Vides quantus sit & qualis est exercitus tuorum hostiũ. Hi nobis prima strage fundendi sunt, vt nullũ relinquamus, tũc nobis per Iesum dabitur illa requies, vt vnusquisque requiescat sub vite sua, & sub ficu sua, cum iam non sit qui exterreat filios Israel.

Ephe. 6. c. *præparatos durissimos.

† De. 27. a.

† Iosue. Ibidem b.

* fœderis. Matth. 15. b.

† præceperat

† circiter quadraginta. † transierunt ante dominũ ad præliũ ad.

In

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

1 QVib. tr. *Hic consequenter ostenditur quid actum fuit in exitu Iordanis, quia 12. lapides de alueo Iordanis fuerũt exportati, & 12. alij de terra arida in alueũ positi. In hoc igitur sic procedit: qa primo ponit domini & Iosue iussio. secun. iussionis impletio, ibi:* Fece. ergo. *tertio tẽporis determinatio, ibi:* Popu. au. *Circa primũ dicitur:*
2 Dixit domi. &c. Elige 12. vi. *i. iam electos accipe: quia de mandato Iosue quælibet tribus elegerat, vnũ, vt dictũ est ca. præced. & ideo ista electio aliquando attribuitur Iosue, aliquando tribubus: quia facta est a Iosue auctoritatiue, & ab illis executiue.*
3 Duodecim duris. la &c. *Vt possint diu permanere ad memoriam facti: quia ad hoc tollebantur, vt infra dicitur: vt sit signum inter vos, & patet litera vsque ibi.*
4 Vsque in æternum, &c. *Accipitur hic æternum, pro tempore longo & indeterminato.*
5 Fece. er. *Hic ponitur iussionis impletio, & patet litera vsque ibi.*
6 Alios quoq; duodecim lapides po. Iof. &c. *Vt haberetur testimonium transitus miraculosi intra aquam & extra. Et isti. 12. lapides positi intra alueum fuerunt ita magni, quod poterant apparere sup aquam quando erat parua: ideo de istis 12. lapidibus non dicitur quod singuli homines portauerũt singulos lapides, sicut de alijs duodecim, sed quod Iosue posuit eos quod est intelligendum per adiutorium multorũ propter magnitudinem lapidum. Et de istis lapidibus dicitur cõmuniter a doctoribus, q̃d Ioannes Baptista baptizans in Iordane dixit:* Potest Deus de lapidib. istis suscitare filios Abrahæ, *vt habet Mat. 3. b.*
7 Et sunt ibi vsque in præsentem diem. *Hoc refertur ad tempus, quo liber iste fuit scriptus, & forte adhuc sunt ibi.*
8 Festina. popu. & transi. *Quia erat magna multitudo valde: & ideo oportebat eos festinanter transire.*
9 Cumque transissent om. tran. arca do. *Et hoc ad præceptum domini ad Iosue, vt infra exprimitur.*
10 Sacerdotes quoque perge. ante po. *Quamuis. n. populus ante transisset Iordanem, tamen stetit iuxta ripam, quousque sacerdotes portantes arcam transissent vltra populum qui debebat sequi arcam, vt dictum fuit cap. præcedenti.*

In illo

MORALITER.

1 *Quibus transgressis. di. do. & c.* Hic agitur de duodecim lapidibus exportãdis de alueo Iordanis & de alijs duodecim in ipso ponẽdis, per primos lapides allegorice signatur populus Iudaicus ex duodecim filijs Iacob procreatus, qui nutritus fuit in humore doctrinæ legis & prophetarũ, sed adueniẽte Christo eiectus fuit ad obstinationis ariditatẽ. Per alios duodecim signatus fuit populus Gẽtilis, qui per prædicationem 12. Apostolorum conuersus est ad fidem Christi, & ex ariditate infidelitatis translatus est ad humorem gratię per gratiam baptismalem.

Moraliter autem per duodecim lapides in Iordane positos, significantur duodecim fructus spiritus qui cum gratia dantur in baptismo, & ponuntur Gal. 5. d. *Fructus autem spiritus est charitas, gaudiũ, pax, patientia, longanimitas bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* & hi fructus lapides, dicuntur, propter firmitatem & stabilitatem in bono quam personæ fideles per eos cõsequuntur, propter quod dicitur Heb. 13. b. *Optimum est gratia stabilire cor.*

A a *In die illo, &c.* Semper exaltatus est Iesus apud patrem, sed opus est, vt in conspectu nostro exaltet illum Deus.i. vt altitudinem diuinitatis eius cognoscamus. Hoc autem fit si Iordanem transierimus, & varijs sacramentorum munimentis ad futura bella armemur.

b *Præcipe sacerdotibus.* Aug. Manda sacerdotibus portantib. arcam testamenti, &c. Solet dici arca testamenti, vel arca testimonij. Nūc ergo dicitur arca testamenti testimonij, vt non solum arca, sed etiam ipsum testamentum appelletur testamentum testimonij. Hic enim dicit Apostolus Nūc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testimonium habens per legem & prophetas, quia in rei venturæ testimonium datū fuit vetus testamentum. (Rom.3.c.) B

c *Pop.au.* Ada. Non sine causa signatur quando veniunt ad Iordanem. Decima, inquit, mēsis primi, hęc est ipsa dies in qua agni mysterium prçcipiebatur in Aegypto. In eandem terram promissionis intrant, & valde beatum est, vt ipsa die qua errores quis subterfugit seculi, terram promissionis ingrediatur.i. in hac die qua in hoc seculo viuimus, tota.n. vita pręsens vno die signatur. Per hoc ergo edocemur, ne opera iustitiæ in crastinum differamus, sed hodie.i. dum viuimus, omnia quæ ad perfectionem sunt implere festinemus, & ita poterimus decima die primi mensis terram promissionis.i. beatitudinem perfectionis intrare. Notandum aūt quod sæpe ista dies repetitur, quia licet generalis nobis sit vna perfectio, si tñ vnam Virtutum speciem integre potuerimus implere, est ipsius virtutis sua quęque perfectio. Sic ergo per singulas virtutes inueniūtur multę perfectiones. Illa vero est generalis quę omnium in se continet perfectionē summam. Ideo ergo in hac die multe gesta recapitulantur, vt multe perfectiones ad vnū diem pendere significent. C D

d *Duo.quo.l.* mysteriū agni in Aegypto præceptū est, quia eodem die quo errores mundi fugimus, terram promissionis ingredimur. Tota enim vita præsens vna dies est, hodie ergo, id est, dum viuimus, ad perfectionem festinemus, nec in crastinum differamus.

Duo.quo. Isid. Transeuntes filii Israel Iordanem sustulerunt de medio fluminis 12. lapides, quos pro testimonio posuerunt in loco secundæ circuncisionis, ad signādum nobis, vt dum de lauacro consurgimus, apostolicæ vitæ exempla firmissima nobiscum portare debeamus, quorum semper testimonium ad imitamenta virtutum intueamur. E

a Lata & spaciosa est via Iericho.i. mundi.

¶ Malitia mundi, & superba mœnia peccati prius nobis euertenda sunt.

a plana atque campestria vrbis Iericho. 1 In die illo magnificauit Dominus Iosue coram omni Israel. † vt timerent eum (†& timuerūt.)

¶ Qui sub lege est, timet Moysen, cum ad euangelium transitur, mutata obseruantia timor imminuatur, vnde, Per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam.

sicut timuerant Moysen, dum adhuc viueret. Dixitque ad eum. b 2 Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, vt 3 ascendant de Iordane. Qui præcepit eis, dicens Ascendite de Iordane. Cumque ascendissent, portantes arcam fœderis domini, & siccam humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut ante consueuerant. c 4 Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, 5 & castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. d 6 Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis. Et dixit ad filios Israel. 7 Quando interrogauerint filii vestri

* Damascenus. Imagines sunt monumenta quędā. Etenim illiteratis hominibus hoc sunt, quod literatis libri. Et quod auribus oratio est, idem est oculis imago. Cui tamē imagini intelligentia coniungimur. Idcirco iussit Deus, vt arca fieret e lignis q̄ non corrumpuntur, iussitque ut extra inauraretur, atq; in ea ponerentur tabulæ, & virga, & vrna, in qua māna ad rerum gestarum futuramq; memoriam cōtinebatur, hęc aūt quis imagines esse & præcones clarissimos negabit? neque vero ex lateribus tabernaculi, sed in conspectu totius populi iacebant. Hæc qui spectabant, Deum qui per illas agebat, adorationis latrięque cultu venerabantur. Neque enim cultum hunc ipsis exhibebant, sed per ea reuocabantur in memo- (Orat.1. de imag.) F

NICOLAVS DE LYRA.

1 In illo die ma.do.lo. *Per factum prędictum mirabile, vt populus haberet eum in reuerentia & timore.*

2 Præcipe facerd.&c. *Hoc ponitur ad ostendendum, quod sicut de speciali mandato Dei steterant in Iordanis alueo, ita & de eius speciali mandato recesserunt.*

3 Vt ascend. de Iord. *Ex hoc, quod non dicitur hic vt transeant, sed vt ascendant: dicūt Hebræi, quod ascenderunt super ripā per quam intrauerant, eo quod stabant iuxta illam secundum eos prout dictum est supra cap. præcedent. Et quia dicit textus hic, quod cum pedes sacerdotum fuerunt extra alueum, aquæ Iordanis quæ steterant, statim fluxerunt secundum cursum suum. Ex quo sequitur secūdum dictum Hebræorū, quod populus Israel tunc fuit ex vna parte Iordanis, & sacerdotes cum arca in parte opposita, & aqua Iordanis in medio currens. Ideo dicunt, quod arca aliter transiuit quam populus, dicentes quod arca portauit portatores suos, quod est sic intelligendum, quod virtute diuina arca cū sacerdotibus fuerat subito transportata, non solum vltra fluuium sed etiam vltra populum, quem debebat præcedere, vt prædictum est. Sed hoc videtur fictitium: tum quia non est verisimile, quod scriptura tacuisset tantū mirabile, tum quia innititur falsō.s. quod sacerdotes steterint in alueo Iordanis iuxta ripam per quam ingressi fuerunt, quia steterunt in medio aluei, vt dictum est ca. præcedenti. Tum quia modus loquendi ex quo arguunt propositum cum dicitur, vt ascendant, magis est ad oppositum, vt videtur, quia consequenter de transitu populi subditur. Populus autem de Iordane ascendit decimo die, &c. & tamen per alueum peditando transiuit, vt exprimitur in litera & ipsimet cōcedunt. Quod ergo dicitur.* Vt ascen. *hoc est, quia sacerdotes stabant in medio aluei, vt supra dictum est, vbi alueus est profundior quam prope ripam: & ideo progressus de loco illo ad ripam procedit ascendendo. Cętera patent ex prædictis.*

4 Populus autem. *Hic consequenter describitur temporis determinatio cum dicitur:* Popu. autem, &c. de. die men. p. *hoc autem exprimitur ad maiorem historiæ certitudinem.*

5 Et castra. funt in Gal. *Hoc nomen ponitur hic per anticipationem, quia postea fuit impositum illi loco, vt habetur sequen. ca.*

6 Duodecim quoque la.&c. posuit Io. in Gal. *Dicunt Hebræi, quod transito Iordane non statim iuerunt in Galgalis, sed prius iuerūt in montem Hebal, & ibi portauerunt illos 12. lapides, & leuigauerūt eis calce & scripserūt super eos mandata legis, & fecerunt benedictiones & maledictiones solenniter, & de lapidibus illis fecerūt altare, & super illo obtulerunt hostias, & in sero venerunt in Galgalis, vbi metati sunt castra, apportantes ibi 12. lapides prædictos, vt remanerent ibi pro signo transitus Iordanis miraculosi. Et ad hoc alligant qđ prędictū est in hoc c. Donec omnia complerentur quę Iosue, vt loqueretur ad populum pręceperat dominus, & dixerat ei Moyses. Moyses autem dixerat quod transito Iordane leuigarent lapides calce, & scriberēt ibi legem, & quod ponerent benedictiones super montē Garizim, & maledictiones super mōtem Hebal vt habetur Deu. 22. Sed id videtur falsum, Tū quia tot & tāta no possunt fieri vna die, vtpote trāsitus Iordanis, maxime tātę multitudinis, progressus ad montē Hebal, & Garizim, qui locus satis plus distat a Iordane quam ciuitas Iericho: solennitas benedictionum & maledictionū, & descriptio legis super lapides, & immolatio hostiarum, & inde progressus ad Galgalæ locum. Tum quia videtur contradicere ei quod dicitur infra 8. c. post destructione Iericho & Hai. Tunc ædificauit Iosue altare dño Deo Israel in monte Hebal, &c. vt subditur de descriptione legis super lapides, benedictionibus & maledictionibus. Tum quia repugnat ei qđ dicitur Deut. 28. a. vbi dicitur de lapidibus in qbus scribenda erat lex.* Eriges ingentes lapides, &c. *lapides autem isti nō fuerunt tales, quia singuli homines portabant singulos lapides vsque ad locum castrorum, vt dicitur in princ. huius cap. Item litera huius c. quam pro se allegant, magis est ad oppositum quia ibi dicitur: Sacerdotes autem qui portabant arcam stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Iosue vt loqueretur ad populū præceperat dominus, & dixerat ei Moyses: Si ergo illud dictum Moysi intelligit de descriptione legis super lapides, & benedictionibus & maledictionibus, sequitur quod sacerdotes steterunt in medio Iordanis cum arca, quousque omnia prædicta fuerunt completa, & tunc arca nō præcessisset populum in progressu prædicto, cuius cōtrarium dicitur in hoc ca. Similiter arca & sacerdotes nō fuissent præsentes, quādo benedictiones & maledictiones solennizatæ fuerunt in monte Hebal & monte Garizim: cuius contrarium dicitur infra 8. c. Et ideo quod supra dicit.* Donec complerentur, *& subdit,* quæ dominus præceperat, & Moyses dixerat. *intelligitur de transitu Iordanis, & de portatione 12. lapidum vsq; ad locū vbi remanserunt sequente nocte, & de portatione 12. lapidum aliorum intra Iordanis alueum: præceperat enim ista dominus & Moyses etiā dixerat Iosue, saltem in parte, s. quantum ad Iordane transitum, & nō intelligitur de aliis quæ postea fuerūt facta.*

7 Quando interroga, &c. *idest, in futurum tempus. Cętera patet.*

CAP.

A memoriam rerum admirabilium, & authoris earū Dei quę adorarent. Cur non igitur nos cruciatum, mortisq; salutiferæ, & rerū a Christo gestarū imagines effingemus, vt cùm è nobis quæsierint filij nostri, quid hæ significent, respondeamus. Deum verbum hominem esse factum.

Orat. 3. de imag.

✲ Idem. Sextum imaginum genus est, quod pro eorum q̄ mirabiliter gesta sunt, memoria conseruāda, ad posterorum vtilitatem spectandū proponitur. Verum hoc duplex est. Aut enim literarum monumentis in libris inscribitur: aut oculis spectandum subijcitur: vt cùm vrna, & virga posita sunt ad memoriam sempiternam, cumque duodecim lapides ex Iordane sumpti sunt, qui sacerdotum notam figuramque significarent. Sic & nunc virorum præstantium imagines, quæ nos moneāt, & ad imitandū incitent, studiosè conficimus. D

cras patres suos, & dixerint eis: Quid sibi volūt lapides isti? docebitis eos atq; dicetis: Per arentem alueū transiuit Israel Iordanē istū, siccante dño Deo vestro aquas eius in conspectu vestro donec transiretis, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus, vt discāt omnes terrarum populi fortissimam manū Dei vt & vos timeatis Deum vestrum omni tēpore.

Lib. 1. Antiquit. cap. 1.

✲ Ioseph. Iesus ex lapidibus quos singuli principes tribuū tulerant de profundo Iordanis, altare cōstituens, pro futuro signo interrupti fluminis, sup illud sacrificauit Deo, & festiuitatē Paschæ in illo loco cūct⁹ popul⁹ celebrauit, & omniū quę eis deerant primitus facillimè tūc abundabāt. Nā & messē iā maturā Chananęorum metebant, & cętera opulentissima possidebant.

Comment.

✲ Procop. Erigit lapides Duodecim partim monumento filijs, partim terrori hostibus, partim autem de vno Deo eruditioni. Res enim diuinę non ostentationi, sed audientiū videntiumque saluti inseruiunt.

✲ Rupert. Vtrobique magnum & euidens testimonium, credulis bonū & iucundū: incredulis, triste atq; pauendum.

CAP.

C A P. V.

a ✲ POstquam ergo aud. &c. Procop. Cùm miraculū percrebuisset, quotquot in inueterata impietate sunt oppressi, animis defluxerūt quos armis depositis, paciq; intentos esse oportet. B Porrò qui audaciores erant, nihilominus animis cōciderunt, verumq; quod a Mose prædictum extitit, omnes habitatores Chanaan, &c.

Dialog. cum Triph.

b ✲ *Fac tibi cultros lap. &c.* Iustin. Martyr. Priscus ille Iesus dicitur secunda circuncisione cultris lapideis circūcidisse populū, qđ fuit præsagium circuncisionis, qua nos Iesus Christus resecuit à lapidibus simulacrisque cæteris, cōgestis aceruis præputiorū: hoc est, liberauit nos ab errore mundano: vbique gētium multis circuncisis cultro petrino, idest, verbo Iesu domini nostri. Nam lapis & petra Christus prædicatur in prophetis: ergo per cultros lapideos debemus sermones ei⁹ C intelligere, per quos tot errabundis præputia cordis resecta sunt.

C A P. V.

a POstquam ergo audierunt: [1] omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trās Iordanē ad Occidētalem plagā, & cūcti reges Chanaan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quòd siccasset Dominus fluenta Iordanis coram filijs Israel, donec transirent, † dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel. Eo b tempore ait Dñs ad Iosue. Fac tibi cultros † lapi- [2]

a ¶Quia in petra quæ Christus est, purgamur, & opprobrium Aegypti i. obseruantias Aegyptiorum deponimus.

† liquefactum

† acutos.

Parte 1. Moreh Neuoch.

✲ Rabbi Moses Maimonis. Duris silicibus vsus est Iosua, non acutis gladiolis.

Lib. 3. adu. Marc.

✲ Tertul. Quia Iesus Christus nos introducturus erat in terram promissionis lacte & melle manantem, idest, vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius: idq;, non per Mosen, idest, non per legis disciplinam, sed per Iesum, idest, per Euāgelij gratiam, prouenire habebat, circuncisis nobis petrina acie, idest, Christi præceptis (*petra enim Christus*) ideo Iosue nomine domini inauguratus figura, Iesus cognominatus est.

1. Cor. 10.

Quæst. 6. in Iosue.

August. Quęritur cur dixerit iterum? Non. n. unus hō bis circuncidendus erat. Sed quia vnus populus erat in quibusdā circuncisus, in quibusdā nō circuncisus: ideo dictum est, *iterum*: vt circuncisus iterum circūcideretur non homo, sed populus. Quidā de Aegypto exeuntiū filij in illo populo circuncisi erant, quos circūcidere potuit Iesus illorum. s. filios quos genuerunt in deserto, & contēpserunt eos circūcidere, quia inobedientes erant legi Dei. Cur ergo putāt rebaptizandos eos qui habent Christiani baptismi sacramentū, quasi hoc testimonio legis adiuti? Cū non vnus homo bis circuncisus sit, sed populus qui fuerat in quibusdam circuncisus, in quibusdam vero incircūcisus erat: etsi aliquo modo fieri posset, vt Deus hoīem bis circūcidi iuberet. E Nunquid dicere pñt, qui rebaptizandos putāt, ideo fuisse pceptū, quia illi ab Aegyptijs fuerāt circuncisi, aut ab aliquibus hæreticis ab Israelitarum societate segregatis.

c. 6. in Iosue

Fac tibi cultr. la. &c. Isido. Dicant Iudæi. Quomodo potest quis secundo circuncidi circuncisione carnali? Semel enim circuncisus non habet qđ ab eo secundò possit auferri. A nobis verò quibus datur: quia lex spiritualis est, dignè & cōuenienter ista soluuntur. Qui enim in lege per Mosen eruditus est, idololatriæ errorem cultumque deposuit. Hæc est prima circuncisio per legem. Si verò ad euangelium perueniat, secundam circuncisionem accipiet p Petram, quæ est Christus, & auferetur ab eo opprobrium Aegypti. Nisi enim quis per euangelium fuerit secunda circuncisione purgatus, non deponit opprobrium Aegypti, etsi enim omnes ex lege veniant, & per Mosen eruditi, habent tamen opprobrium peccatorum. vnde & Paulus: F *Fuimus & nos aliquando insipientes, & increduli, errantes in desiderijs & voluptatibus, &c.* Sed postquam Christus venit. & per baptismum secundò circuncidit & purgauit animas nostras, abiecimus hæc oīa, & pro his assumpsimus conscientiæ bonæ astipulationem in Deum. Nemo ergo si integrè conuersus est, & ex corde pœnituit, fideliter Iordanē transiuit, & secundam circuncisionem accepit, præteritorū metuat opprobrium delictorum audiens, quia hodie abstuli a te opprobrium Aegypti. vnde alibi: *Remissa sunt tib peccata tua, sed*

Ad Tit. 3. a.

Orig. hom. 6. in Iosue.

NICOLAVS DE LYRA.
C A P. V.

POstquam erg. *Ostenso quod factum fuit in Iordanis introitu, & quod in exitu, hic consequenter ostenditur quod factum fuit a filijs Israel in statu antequam bellarent contra habitatores terræ: quia ante congressum fuerunt circuncisi, & pascha celebrauerunt, & ab angelo apparente Iosue confortati sunt. Et ideo primo agitur de circuncisione, secūdo de paschæ celebratione, ibi,* Manseruntque. *tertio de populi confortatione, ibi:* Cum autem esset Iosue. *Circa primum præmittitur timor a Deo immissus super aduersarios Hebræorum. & patet litera. Hoc autem a Deo factum est, ne venirent ad pugnandum contra filios Israel tempore quo fuerunt de nouo circuncisi, quia tunc erant ad bellandum inepti, & subditur circuncisionis præceptum, cum dicitur.*

2 Fac tibi cul. la. *Hebræi dñt nouaculas acutas. Cultellus enim lapideus*

MORALITER.

a *Et tempore, &c. Fac tib. cul. &c.* Ista circūcisio solennis figura fuit sacramenti baptismatis. quo præscinduntur oīa peccata simpliciter quantum ad culpam & pęnam. & quia baptismus efficaciā habet a passione Christi, ideo ista circuncisio carnalis facta fuit cultro lapideo Christum significante, qui est lapis viuus, secundum quod dicitur. 1. Pet. 2. a. *Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo antē electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales.*

tua, sed iam nolo peccare, ne quid tibi deterius contingat. Si enim post remissionem peccatorum vltra non pecces, verè ablatum est a te opprobrium Aegypti. Si verò iterum peccaueris, iterum in te reuoluentur opprobria Aegypti, eo magis, quia maioris criminis est filium Dei cõculcare, & sanguinẽ testi pollutũ ducere, quàm legẽ Mosi negligere. Multò n. maioris opprobrij est qui sub euãgelio, quàm qui sub lege fornicatur, quia tollẽs mẽbra Christi facit mẽbra meretricis, deinde quia nemo eũ stupri arguit, sed sacrilegij scelere condemnat, quia dicitur ad eum. *An nescitis, quia corpora uestra templũ Dei sunt? Si quis templũ Dei violauerit, disperdet illũ Deus. Praeterea, qui fornicat, in corpus suum peccat.* Non istud solũ corpus quidem audiẽdo, & in corde retinendo verbũ Dei, factum est tẽplũ Dei, sed & illud de quo dicit, Quia omnis ecclesia corpus Christi est, & in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit, quia per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur.

a ✠ *In colle praeputiorum.* Hebraei. Tanta fuit abiectorum in locum vnum copia praeputiorum, vt collẽ repraesentarent, loco ceteroqui plano.

✠ Chaldaeus. Circuncidit filios Israel, in colle quem nominauerũt collem praeputiorum, idest, colliculus qui ante fuit ex re ista nomen hoc accepit.

Ioan. 5. c. — Hebr. 10. — 1. Cor. 6. c. — Ibidem 3. d. — Ibidem 6. d. — * oẽs generationes virorũ bellatorũ qui egressi fuerunt ex Aegypto. — Ephes. 1. d. — Leuitic. Rabba.

a ¶Populum s. non hominem vnum.

deos, & circuncide secundò filios Israel. Fecit quod iusserat dominus, & circuncidit filios Israel in colle praeputiorum. Haec autem causa est secundę circuncisionis. Omnis populus qui egressus est de Aegypto generis masculini, vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos viȩ circuitus, qui omnes circuncisi erant. Populus autem qui natus est in deserto † per quadraginta annos itineris latissimae solitudinis, incircuncisus fuit, donec consumerentur, *qui non audierunt vocem domini, & quibus ante iurauerat, †vt ostenderet eis terram lacte & melle manantem. Horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt à Iosue, quia sicut nati fuerant, in praeputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat. Postquam autem omnes circuncisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur. Dixitque domi-

a ¶Quia patres legi inobedientes circumcidere eos despexerunt.

¶Iesu Christo.

¶Idest, cum amore facerent quae prius difficilia videbantur.

✠ Procopius. Admiratione dignũ est an tot millia hominum triduo circũciderit Iosue vnicus, an vero multi (vt est verisimile) operã circumcidẽdi coniunxerunt, cũ numero plurali de cultris saxeis dictũ sit.

b *Populus autem.* Adam. Qui non obedientes fuerant mandatis domini, incircuncisi dicuntur. Ex quo intelligitur illos appellari incircuncisos, qui non obediunt mandatis Dei: quia vero omnem animam diligit Deus, misit Iesum filium Dei, qui & dignos & indignos circuncideret, non filium Naue, qui non verè & perfectè circũcidit populum, sed Iesum filium Dei qui verè corpus & animã purgauit ab omni inquinamento peccati.

c *Postquam autem.* Circuncisi verò filij Israel requieuerũt in eodem loco sedentes in castris, vsque dũ sanarent. Non sufficit circũcidi. Necesse ẽ post circũcisionẽ sanari, & cicatricẽ i vulnere obduci. Circun-

Orig. hom. 6. in Ios.

† In via qui egressi sunt ex Aegypto non fuit circuncisus. nõ quadraginta annis ambulauerũt filij Israel per desertum. † quòd non. * super quam iurauit ipse dñs patrib. eorum quòd daret eis terram.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *pideus non est de necessitate circuncisionis, neque hoc vtuntur Iudaei moderni in circuncisione, sed cultello ferreo.*

1 Circun. secundò. *Ex hoc dixerunt aliqui, quod idem homo potest bis baptizari, sicut & circuncidi, sed hoc est falsum, quia eaedem personae non fuerunt hic circuncisae quae alias fuerunt, sed illi tantum qui nati in deserto remanserunt incircuncisi, vt patet in textu. Et ideo cum dicitur, hic* circun. secund. *subintelligitur, solenniter, quia ista fuit secunda circuncisio solennis, sed respectu cuius dicatur secunda, varie dicitur. Dicunt enim Hebraei, quod dicitur secunda respectu illius circuncisionis quae facta fuit illa nocte in Aegypto, qua percussit dominus primogenita Aegypti, tunc enim (vt dicunt) multi fuerunt circuncisi, maxime, quia multi Aegyptii conuersi ad Iudaismum exierunt cum filijs Israel de Aegypto vt habetur Exo. 12. Sed hoc dictum non videtur verum. Tum quia non habet autoritatem de scriptura, quae de hac circuncisione nullam facit mentionem. Tum quia eis imminebat itineris labor Aegyptiis cogentibus eos exire, & ideo si in deserto fuit dilata circuncisio propter itinerationem imminentem, vt videbitur, eadem ratione et fortiori fuisset tunc dilata circuncisio. Item tunc non habuerunt tempus fermentandi, eo quod Aegyptii cogebant eos ad exitum, vt dicitur Exod. 12. & ideo multo minus habuissent tempus circuncidendi, maxime tantam multitudinem. Ideo aliter dicitur, quòd haec circuncisio solennis dicitur secunda respectu illius quam fecit Abraham de mandato domini: quia tunc fuit circuncisus cum omnibus masculis de domo sua, vt habetur Genes. 17.*

2 In colle praeputiorũ. *Sic nominatus est locus ille, quia ibi amota sunt praeputia a filiis Israel.*

3 Vniuersi bellatores viri mortui sunt &c. *exceptis tamen illis qui erant de tribu Leui: vt dictum est. Num. 14.*

4 Populus autem qui natus est &c. *sequitur* Incircuncisus. *Populus enim Israel mouebat castra quacunque hora nubes mouebatur praebens eis ducatum: & quia incertus erat eis motus nubis, ideo dispensatiuè factum est quod illi qui fuerunt nati in deserto, remanserunt incircuncisi vsque ad tempus istud, quia periculosum esset de nouo circuncisos itinerare, seu portari in itinere.*

5 Quibus ante iurauerat. *Ex hoc videtur, quod Deus non tenuerit suum iuramentum, quia non viderunt terram promissionis. Dicendum, quod iuramentum erat conditionatum scilicet, si non offenderent Deum, tali offensa, qua deberent morte puniri. Vel dicendum, quod si non intrauerunt terram promissionis in proprijs personis, intrauerunt tamen eam in filiis suis, in quibus quodammodo patres manserunt.*

6 Dixitque dominus ad Iosue, &c. *Istud exponitur dupliciter ab expositoribus nostris. Vno modo, vt accipiatur opprobrium Aegypti passiue quod sustinuerãt Aegyptii à filiis Israel exprobrãdo eis, quod erant incircuncisi. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia filii Israel in Aegypto fuerunt subiecti, & in maxima seruitute, vt habetur Exod. 1. & ideo non est verisimile quod Aegyptiis exprobrarent. Alio modo accipiendo opprobrium Aegypti actiue. s. quod Aegyptii intulerant filiis Israel. s. opprobrium seruitutis, quia licet in exitu de Aegypto fuerint liberati à seruitute Aegyptiorum, tamen ista libertas perfectè fuit declarata, quando fuerunt in terra promissionis, et ideo dicitur quod locus ille vocatus est Galgala, quod significat libertatem, sed hoc dictum non videtur bene consonum textui, quia ablatio opprobrii videtur referri ad circuncisionem, cum dicitur:* hod. abst. etc. *quia illa die fuerunt omnes circuncisi, illud etiam quod accipitur ad propositum de significatione Galgalae non est uerum, quia nec Hiero. nec Remigius sic interpretantur, hoc nomen, sed aliter, vt videbitur, ideo exponitur secundum Hebr. videlicet quòd quando filii Israel petebant à rege Aegypti de regno suo egredi, ut habetur in Exo. Aegyptii qui constellationes obseruabant, dicebant eis. Miseri quo uultis ire? Ecce constellatio ostendit effusionem uestri sanguinis futuram si recedatis. In circuncisione uero facta per Iosue effusus est sanguis populi circuncisi quae effusio non fuit eis ad uituperium & malum, sed magis ad bonum, quia circuncisio erat signaculum fidei, & sic exponunt verbum domini dicentis,* Ho. abstu. op. Aegy. a vo. *q. d. effusionem sanguinis vestri quam Aegyptii dicebant vobis futuram ad vituperiũ & malũ cõuerti ad laudationẽ vestrã & bonũ p circũcisionẽ.* Voc. est

MORALITER.

1 *Et circuncide secundo filios Israel.* Per hoc autem quòd circuncisio facta sub Iosue dicitur secunda, ostenditur quòd fuit circuncisionis spiritualis figura. Nam circuncisio legalis fuit prima, spiritualis autem secunda & vera, & prima fuit huius vmbra: Rom. capite secundo d. *Non enim qui in manifesto Iudeus est, neque quae in manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudaeus, et circuncisio cordis in spiritu, non in litera.*

† *Mans. si.*

Circũcidi ergo per Iesum, est vitia & consuetudines prauas & pessima instituta deponere, & quicquid ab honestatis regula discordat abscindere. Sed hoc facientes quadã difficultate cõstringimur, cũ quodã dolore animi cõsuetudinis culpã nouella institutione vitamus: hoc ergo tẽpore velut in dolore circũcisionis nostrę dicimur residere, vsque quo cicatrice obducta sanemur. i. noua instituta absq; difficultate impleamus, & in vsum vertatᷣ quod prius insolitum & difficile videbatur, & tunc merito dicetur nobis: *hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis.*

✠ Procop. Probri nomine, seruitutẽ innuit. Nunc enim libere vobis circuncidi licitum est, non sicut in Aegypto cum metu seruili. A circũ acta verò circuncisione, loco Galgal nomen imposuerunt Galgala enim reuolutio est. Est verò locus ille duplici nomine insignis, hinc quidem propter Iericho, nunc autem propter duodecim lapides.

✠ Athanasius. Circuncisio ablatio est Aegyptiacæ generationis, quum præputiũ character sit Aegyptiaci habitus, eiusq; nationis insigne. Hoc opprobriũ abstulit Deus, ne vlterius veluti in Aegypto nati, seruitia haberentur: sed terrę promissionis filij indigenęque existimarentur, in quam illos Dominus induxit.

✠ Theo. *Hodie abstuli a vobis opprobrium Aegypti.* Hæc verba liberationem significant ab Aegyptiaca seruitute & impietate, & promissæ terræ adeptionem. Nos verò discimus, quod qui sacratissimum baptismum meruerit, & circuncisionem spiritalem suscipit, peccati contumeliam deponit.

✠ Rabbi Leui Gersonis. fieri potest vt Aegyptij cõuicijs consectati fuerint Israelitas, quasi eductos a Deo, vt malè perirent, non vt possessione Chananææ locupletarentur. Quibus eonuicijs cum iam in dies magis magisque vrgerentur, post tot frustra consumptos per desertum annos, planè nũc eos liberabat Deus, certũ faciens ipsis per circuncisionẽ breui omnino futurum, vt in possessionẽ Chananeæ mitterentur, quam prępuciatos vsurpare nefas erat. Vel, probrũ Aegypti erat improba Aegyptiorum religio, a qua iam Deus populi sui animos prorsus auertit, cum ad faciendum pascha eos admittit per circuncisionem.

a *Et fe. &c.* Postquam ablatum est opprobrium Aegypti, fecerũt filij Israel pascha quartadecima die mensis. Nec enim ante circuncisionem, nec post, antequam sanarentur, poterant carnes agni comedere: vides ergo, quia nemo immundus facit pascha, nemo incircuncisus. Vnde, *Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festum celebremus diem, nõ in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.*

Et fecerunt. ✠ Isid. Post euangelij circuncisionẽ, statim in loco reuelationis pascha celebratᷣ, & agnus immolatur, *qui tollit peccata mundi*, & deficiẽte mãna typicæ legis, primũ comedit populus panẽ corporis Chri, quẽ incorrupta repromissionis terra. i. virgo Maria ꝓtulit, cuius granũ in terra cadẽs fructũ plurimũ attulit. Nota ordinẽ postq; Iesu Chro duce ꝑ lauacri fluenta transimus, & ꝑ fidẽ spirituali circũcisione signamur, tunc demũ pascha celebramus. i. immolatum Christum credimus pro salute mundi, & credentes statim pane dominici corporis pascimur.

b *Et comederunt. &c.* Adam. Qñ vero exiit populus de terra Aegypti, portauit conspersum fermentũ in vestimẽtis suis. Quod cũ defecisset, manna datũ est eis. Cũ aũt venerunt ad terrã sanctam, & fructus cępe runt prouinciæ palmarũ, defecit eis manna, & edere ceperunt de fructib. terræ. Tres ergo species ciborũ gñaliter describuntᷣ. Vnũ quo vescimur exeũtes de terra Aegypti, sed hoc ad paruũ tempus sufficit. Post hoc aũt manna succedit. Tertiũ verò de terra sancta capimus fructũ, quẽ de Aegypto portamus nobiscũ. Parua hæc eruditio † scholaris est, vel forte liberaliũ lrarum quæ aliqd iuuare pñt. In eremo verò. i. in huius vitæ statu manna vescimur. dũ diuinę legis eruditione erudimur. Qui verò meruerunt terrã ꝓmissionis intrare. i. ꝓmissa Christi cõseq, edent fructũ ẽ regione palmarũ. Verẽ. n. fructũ palmæ inueniet, q. deuicto hoste ad ꝓmissa peruẽniet. Quantacunq; enim in diuinis lris intelligamus, multò sublimiora erunt quæ non in ęnigmate, sed facie ad faciẽ uidebimus: quia *nec oculus vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Si aũt secundum lrãm lex accipiatur, inueniuntur filij Israel cũ melioribus uterentur (manna. n. de cęlo accipiebant ex repromissione) deteriora accepisse, quibus Aegypti deficientibus cibis melior cibus successerat, idest, manna. Quo modo enim putatur meliore cibo cessante deteriorem successisse?

c ✠ *Cum autẽ esset Iosue, &c.* R. Dauid Kimhi. Iam ẽ Galgalis eductus fuerat exercitus ad obsidendã Ierichuntẽ, atque castra añ urbẽ posita: cũ Deus cõfirmandi Imperatoris gr̃a, & capiendæ urbis rõnem edocendi. uisum istud illi obtulit.

✠ Hebræi. Dixerat Deus Mosi, *Ecce ego mitto ante faciem tuam Angelum.* Moses respõderat, ego angelum nolo, sed teipsum uolo. Porrò Iosua cum primum uideret angelum audiuit ab eo, *Ego sum princeps exercitus Domini, iam veni.* Ecce iã secundò adsum ut Israelitas in possessionem suæ hæreditatis ducam. Veneram etiam cum Imperator esset Moses magister tuus: sed ille cum me uideret, nolebat me secum ire, sed a se repulit.

✠ Chaldæus. Respondit ego sum Angelus missus a Domino. Esse enim quosdam in cęlo principes angelos, consentaneum Danielis uerbis cum ait: *Et ecce Michael unus principum primorum, venit mihi subsidio.*

✠ R. Mose Gerund. Iste angelus, si rem ipsam dicamus, est angelus Redemptor, de quo scriptum est, *Quoniam nomen meum in ipso est.* Ille inquam angelus, qui ad Iacob dicebatᷣ: *Ego Deus Bethel.* Ille de quo dictum est, *Et vocabat Mosen Deus de rubo.* Vocatur autem angelus, quia mundum gubernat. Scriptum est enim. *Eduxit nos Iehoua ex Aegypto.* Pręterea. Et angelus faciei eius saluos fecit ipsos: nimirum ille angelus, qui est Dei facies: de quo dictum est, *Facies mea præibit & efficiam vt quiescas.* Denique ille angelus, de quo uates. *Et subito veniet ad templum suum Dominus quem vos quęritis, & angelus testamenti, quem vos vultis.* Animaduerte attentè qd ista uelint. Moses & Israelitæ semꝑ optauerunt angelũ primum

Margin: †16.q.2.c. sed & illud; — Orat. in illud omnia mihi trad. sunt a pat. — Quæst.3. in Iosue. — Orige. Ho.6. — 1.Cor.16.c. Cap.6. in lib. Iof. — Homil.6. in Iof. — Tres ciborum species. — † sæcularis — 1.Cor.15.c. Ibid.2.b. — Sententia Hebræorum — In Tanhuma. — Dan.10. — Exod.23.

nus ad Iosue: †Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis. Vocatũq; est nomen loci illius Galgala, vsq; in præsentẽ diem. Manseruntq; filij Israel in Galgalis, & fecerũt phase quarta decima die mensis ad vesperũ in cãpestribus Iericho, & comederunt de frugibus terræ die altero, & azymos panes, & polẽtã eiusdẽ anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ; nec vsi sunt vltra illo cibo filij Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan. Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit ocu-

a ¶Omnia vitia & peccata Aegyptiorum.
a ¶Id est, reuelatio, quia dum in præputio infidelitatis ambulat quisque per desertum huius vitæ cęcus est, vt, autem circuncisus fuerit, statim reuelantur ei oculi.
a ¶Post secundam circuncisionem & sanationem.
¶Quia cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.
¶Viuentium.
a ¶Aug. Lxx. in Iericho. Non in ipsa ciuitate scilicet.
b ¶Tunc primum oculos leuamus cum Christum videre incipimus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Voc. est no. lo. il. Gal.* quod interpretatur rota, vel circulatio, quia pellicula quæ per circuncisionem abscinditur, habet figuram circularem.
2 *Manseruntq;*, &c. hic agitᷣ de pascħę celebratione, cum dr̃.
3 *Et fecerunt phase.* idest, immolationem agni paschalis.
4 *Quartadecima die mensis.* scilicet primi.
5 *Ad vesperũ.* hic. n. erat dies, & hora hui⁹ immolationis, secundum quod habetur Exod. xij.
6 *Et azymos panes.* Talibus enim panibus debebant vti septem diebus, vt habetur ibidem.
7 *Et polentam.* In Hebræo habetur *calui*, idest, tostum far. In solennitate enim paschali fiebat oblatio de granis nouis excussis de manipulo per confricationem, vt dictum est supra 3. capitu. & de talibus poterat comedere populus, postquã primitiæ erant oblatæ.
8 *Defecitque man.* Quia non erat data a Deo, nisi in suppletionem victualium deficientium, vt patet Exo. xvj.
9 *Cum autem.* Hic consequenter ponitur populi confortatio per apparitionem angeli ipsi Iosue, q. erat dux populi, cũ dr̃.

1 Et vidit

MORALITER.

† *Mans. fi. &c. & fe. pha. &c.* Per phase figuratum fuit sacramentum eucharistiæ, sicut dictum fuit supra diffuse Exo. 12. & 13. per hoc igitur quod circuncisi fecerunt phase, significatum fuit quod circuncisi spiritualiter perciperent sacramentum eucharistię.
9 *Cum autẽ esset Iosue in agro.* Iste fuit angelus apparẽs in specie viri, & signat Iesũ Christũ, qui fuit ab instãti suæ conce- ptionis

A primum, cæterũ quis ille esset, verè intelligere nõ potuerũt. Neque.n.ab alijs percipiebant, neque prophetica notione satis assequebantur.

✠ R. Dauid Kimhi. *Nunc veni.* Emphasim habet, nempe vt subitaneo interuẽtu significet se spiritũ, nõ hoĩem esse, cũ humana corpa nõ nisi sensim se sistere vllo in loco possint.

L.cœ.Hie. cap.2. Ezech.1. ✠ Dioni. Areopag. Ne vulgi errore seducti, passim existimemus cœlestes spiritus mul tis pedib.& faciebus, siue ad boum stoliditatẽ, siue ad feritatẽ leonũ esse formatos, &c. (Sentẽtia Christianorum.) Iosue.5. & satellites armatos ac Duces, q̃ nobis euidẽti varietate signorũ sãctissimẽ ficta tradũtur: his figuris Theologia eos describit spiritus, qui formis carẽt, humanã infirmitatẽ nõ ignorãs, vt ei viam, per quam ad altiora feratur, benignissime prouideat & sternat.

Dialog. ✠ Iustin. Deus in principio añ oẽs creaturas, ex seipso genuit potẽtiã quãdã rationalẽ, quæ & gloria dñi vocatur, interdũ ẽt Filius, Sapiẽtia, Angelus, Sermo, Deus, Dominus. Aliqñ ẽt Magistrum militiæ se dicit, quando humana specie apparuit Iesu Naue filio.

L.5. Const. c. 21. in trãslat. Oĩt 19. Turr. L.5. Dem.eu. cap.29. ✠ Clemens Rom. Christum Dei filiũ, iudicẽ viuorũ & mortuorũ Iesus Naue, dux exercitus dñi, armatũ simul pugnantẽ ad Iericho, quẽ procidens adorauit, vti seruus dominũ.

B ✠ Euseb.Cæs. Vnus atque idẽ Deus Mosi in rubo, & Iosue in specie armati hominis locutus est. Huic p̃ principẽ imperatorũ exercit⁹ dñi. Quis verò alius princeps spirituũ inuisibiliũ, Diuinorũq; angelorũ, atq; archãgelorũ, Deo inseruiẽtiũ, q̃ Dei verbũ, & primogenita sapiẽtia, & soboles diuina?

Quæst.4.in Iosue. ✠ Theod. Quis esse putandus est princeps exercitus dñi? Aiũt quidã, visum fuisse verbũ diuinũ. Ego aũt arbitror esse Michaelem archangelum, conspectum a Iesu, bono animo illum esse iubentem, & certiorem facientem de suppetijs.

✠ Proc. Probabile erat Iosue hominem, hostib. vndiquauis stipatũ, metu labefactari, qua pp Deus indicat illi se inuisibili potẽtia ipsis propugnare, habitu.n.armis instructi comparuit. Ita Mosi ad Pharaonẽ descendenti, visio confirmationis causa obiecta est. Ita Iacob, cũ Esau reformidaret. Ita seruulo Elisei multitudo curruum est ostensa.

Tom.8.lib. Quæst. in Iosue cap.6. ✠ Beda. Postquam sub duce Iesu positi per lauacri fluenta trãsimus, celebramus pascha.i.immolatũ Christũ p̃ mũdi salute credimus, ac deinde pane dñici corporis pascimur. Occurrit deinde nobis princeps militiæ virtutũ cęlestiũ Chrs. tenẽs gladiũ Euãgelij ad resecãdã carnis nostrę pollutionẽ,

Homil.6.in Iosue. a *Et vidit virum.* Adam. Factũ est cum esset Iesus in Iericho respiciens oculis vidit hoĩem stantem ɔ̃ se, & gladius euaginatus erat in manu eius. Et accedẽs Iesus dixit ei: *Noster es an*

C

---

a ¶Promptam sententiam qua puniretur Iericho.

[1] los, & vidit virum stantẽ cõtra se euaginatum [2]

a ¶Ad resecandã carnis nostræ spurcitiam. b Nolite omni spiritui credere Hinc Hiere.dicitur: Si separaueris pretiosum a vili quasi os meum eris.

tenentẽ gladiũ, perrexitq; ad eũ, & ait: Noster [3] es, an aduersariorũ? Qui respondit: Nequaquã [4]

a ¶Christus est princeps cęlestis militiæ, quia oĩa per ipsum facta sunt, & dedit vnicuique principatum suum.

sed sum princeps exercitus domini, & nũc ve- [5]

¶Quia intellexit Deum esse. [6]

nio. Cecidit Iosue pronus in terrã, & adorans [7] [8] ait: Quid dominus meus loquitur ad seruum [9]

¶Omne mortale vinculum. [10]

suum? †Solue, inquit, calceamẽtũ tuum de pe

a ¶Scilicet animæ, nos, nisi lauerit Iesus non habebimus partem cum eo. b ¶Quia ego.s.ibi sum.

dibus tuis. Locus enim in quo stas, sãctus est. [11] Fecitque Iosue vt sibi fuerat imperatum.

D an aduersariorũ? Respiciẽs oculis, vidit principẽ militię virtutis Dei tanq̃ prius nõ respexerit, sed tũc cũ principẽ militię dñi visurus esset, quẽ nõ velut cõem hominẽ vidit, sed virtutẽ quãdã esse intellexit. Nec dũ certus est, vtrũ diuina virtus, an ɔ̃ria sit quę videtur, ideo ait. *Noster es, an aduersariorũ?* At ille ait. *Ego sum princeps militiæ virtutis domini, nunc adueni.* Quod cũ audisset Iesus, adorauit, & dixit: Domine q̃d pręcipis seruo tuo? Idẽ docet Iesus q̃d Apostolus: *Nolite oĩ spiritui credere, sed probate si ex Deo est.* (1.Ioan.4.a.) Cognouit ergo Iesus nõ solũ q̃a ex Deo est, sed q̃a De⁹ est. Non.n.adorasset, nisi Deũ cognouisset. Quis.n.aliusest princeps militiæ virtutũ, nisi Christus? Oĩs.n. cęli militia, siue angeli, siue archãgeli, siue virtutes, siue dominationes, *Omnia per ipsum facta sunt*, & sub ipso principe militant, qui est princeps principũ & principibus principatũ largitur, qui ait (†Exod.3.b. Act.7.b.) *Esto potestatem habens super decem ciuitates, &c.* Qui accepto regno repressus est. (Luc.19.c.)

August. quæst.7.in Iosue. b *Cecidit Iosue pr.&c.* Quæri p̃t, vtrũ angelo se prostrauerit eũq; dominũ dixerit, an poti⁹ q̃a intellexit Deũ esse, intelligẽs a quo miss⁹ fuerit, ipsũ dñm dixerit, eiq; se prostrauerit.

Orat.1.de imag. ✠ *Cecidit Iosue, &c.* Damas. Adorationũ differẽtiã noui. Adorauit Abrahã filios Emor. Iacob fratrẽ Esau, & Pharaonẽ: Iesus filius Naue, & Daniel angelũ Dei, nõ tñ illi latriæ honorem præstiterunt. Aliud.n.latriæ cultum exhibere, aliud honoris gratia in dignitate constitutos venerari.

E c ✠ *Solue, inquit, cal.tuũ.&c.* R. Mos, Gerund. Hanc cęremoniam Iudiaci populi sacerdotes, Iosue exemplo, deinceps perpetuo vsurparũt, in tẽplo ministrãtes, aut sacris operãtes.

✠ Procop. Securitatem pollicetur Iosue, quemadmodum Mosi: discipulis itẽ his verbis, *Ne assumatis virgam nec calceos.*

✠ Rupert. Magnum commendat humilitatis pręsidium, sine qua nunquam acceditur ad dominum.

Orig.Ho.6. in Iosue. In Iericho est Iesus. Adhuc hostes obtinẽt ciuitatẽ & nondũ captã, & tñ d̃r ad Iesum: *Solue, inquit, cal tuũ, locus.n.* Quo Iericho terra sãcta est, q̃ ab hostib. detinet? Sed forte quocũque venerit princeps virtutis dñi sãctificat locũ. Ego ampli⁹ audeo & dico, vbi stabat Moses p̃ seipsũ, locus nõ erat sanctus, sed p̃sentia dñiq erat cũ eo sãctificauerat locũ. Iõ d̃r ei. (Exod.3.) *Locus in quo stas, terra sancta est, &c.* Nos vero si vita & meritis accedamus ad Deũ, & digni efficiamur, vt adsistat nobis Deus, dicet nobis, vt soluamus a pedib. animę nostrę, si q̃d in eis est mortalis vinculi, hi sunt.n.pedes quos lauit Iesus, quos nisi lauerit, non habebimus partẽ cum illo. Si ergo ab anima nostra & sensibus omne vinculum mortalis culpæ absol uamus, ɔ̃tinuo libẽter adhęret nobis & adsistit Deus. (Ioan.13.a.) F

CAP-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et vidit.* idest, angelum in specie viri.
2 *Euaginatum.* quasi paratum ad prælium.
3 *Noster es, an.* Ignorabat adhuc eum esse angelum.
4 *Qui respondit nequaquam.* supple, sum aduersariorum.
5 *Sed sum princeps.* Exercitus autẽ Israel hic vocat̃ exercitus domini, quia a domino mittebatur ad faciendam vindictã de iniquitatibus habitatorum terræ.
6 *Et nũc venio.* ad adiutoriũ vestrũ. Dĩt aũt Hebrei q̃d iste fuit Michael, & rõnabiliter eo q̃d Danieli fuit dictũ: Dã.x.c. *Nemo est adiutor me⁹ in omnibus his, nisi Michael princeps vester,* & angelus hic apparens nominat̃ princeps exercitus Israel.
7 *Cecidit Iosue.* Ad faciendum ei reuerentiam, ex quo cognouit eum esse angelum.
8 *Adorans ait.* Adoratione duliæ.
9 *Quid dominus meus loqtur ad.q.d.* Obedire paratus sum.
10 *Solue calceamenta.* Simile verbum dictũ fuit Mosi in apparitione sibi facta in rubo, vt habetur Exo.3.
11 *Locus enim in quo stas, sanctus est*, propter apparitionem angelicam ibi factam.

CAP.

MORALITER.

† ptionis vir perfectus virtutibus & scientijs. Ier.31.d. *Nouũ creauit dominus super terram, fœmina circundabit virum.*

3 *Tenentem.* s. sententiam iudicij irrefragabilẽ. Io.5.d. *Pater omne iudicium dedit filio.*

5 *Sed sum.* i. populi Christiani, licet.n. princeps sit nõ solum omnium hominum, sed ẽt angelorũ, tñ specialiter dicitur esse princeps populi Christiani tanquã ab eo denominati.

6 *Et nunc venio.* Hæc.n.apparitio facta fuit post populi circũcisionem & phase celebrationem, ad significandum, quod hominib. spiritualiter circuncisis & eucharistiæ sacramẽto munitis, apparet Christus p̃ speciales illuminationes, & eos confortat contra dæmonum tentationes.

ADDITIO I.

In ca.5. Iosue vbi dicitur in postill. Ideo aliter dicitur q̃ hęc circuncio solemnis dicitur secunda respectu illius quã fecit Abrahã, vt habetur Ge.17. Expositio hæc non consonat literæ. Nam in illa circũcisione generali, quam Abrahã fecit cum oĩb. masculis de domo sua, nullus filius Israel fuit circũcis.s, nec ẽt Isaac qui nõdũ erat natus, nec ẽt cõceptus, p̃ut patet in eo.ca.Ge.17. Sed cum in circuncisione facta per Iosue, de qua agitur 3.c. expresse dicit litera: *Circuncid. secundo filios Israel*, oportet quod ly *secundo*, referatur ad aliquam circuncisionem generalem seu solennem quæ in filijs Israel fuisset facta, non ad illam de Abraham, in qua nullus filiorũ Israel circũcisus, & iõ opinio Hebræistarũ in hoc loco tenẽda est, saltẽ ĩ parte, etsi nõ ĩ toto. Ad cui⁹ euidẽtiã attẽdẽdũ est

est,qđ filij Israel in Aegypto existẽtes nõ omnes circũcide bant ĩ octauo die,sicut fuerat pceptũ Abrahæ Ge.17. sed ex quacũque cã seu occasione plongabãt parẽtes circũcidere pueros suos,put ponit Postil.Exod.12.ĩ fi. vbi de Israelitis ĩ Aegypto existẽtib' expsse dicit,q̃ Iudei ĩ Aegypto exñtes, nimis inordinatẽ amãtes pueros suos dimittebant eos incir cũcisos,timentes ne ex circũcisione mors vel infirmitas eis accideret,hęc ĩ postil. Cui' signũ est, q̃ fili' Mosi circũcis' fuit a matre sua ĩ itinere, ne occideret' Moses ab angelo pp peccatũ incircũcisionis filij,vt patet Exo.4.Presumendũ est ergo cũ Moses omittebat ritum circũcisionis, saltẽ quo ad tẽpus,q̃ cæteri Israelitici min' docti siř fecissent.Cum igiť ĩ principio mẽsis primi pcedẽtis exitũ Israel đ Aegypto, pceptũ fuit Mosi de acceptione agni paschalis & ei' immola tione:de cui' ritu & religione erat vt incircũsus ñ vesceret' ex eo,Exo.12.ỹnter dicẽdũ est,q̃ in Aegypto imminẽte tẽpore paschali fuit facta circuncisio gñalis omniũ filiorũ Israel, qui ex aliqua causa (vt præmittitur) circuncisionem omiserant, respectu cui' circũcisio p Iosue facta secũda dr, qa ĩter illas duas nulla interuenit alia circũcisio đ qua men tio fiat,pſertim cũ lřa ĩ hoc ca.ſ.Iosue 5.dicat, q̃ popul' na tus ĩ deserto incircũcisus fuit.Dicere ergo,qđ illa circũcisio ĩ Aegypto celebrata fuit ĩ eadẽ nocte, qua pcussa fuerũt pri mogenita Aegypti,vt Hebræi dicũt,fictitiũ est,& nõ hẽt ali q̃ autoritatẽ, nec verisimilitudinẽ pp rõnes allegatas a postill. Sed dicere, q̃ imminente tempore paschali,specialiter post principiũ primi mensis,& vsque ad xiiij.eiusdẽ,qa fuerũt filij Israel ĩ magna multitudine pp solẽnitatẽ paschalẽ pximo venturã,circũcisio facta sit, est omnino necessariũ. Quod aũt obiicit postil.de hoc,q̃ nõ fit mẽtio ĩ scriptura de circũcisione Aegyptiaca,nõ vř valere.Nã etsi nõ fiat expſſa mentio,fit tñ tacita,vt patet ex dictis.Quod ẽt obijcit đ impedimẽto itinerationis, valeret si in eadẽ nocte qua egressi fuerãt,circũcisi fuissent,qđ nõ dř,sed p aliquos paucos dies anticipauerũt.Sciebant enim horã & diẽ egressionis suæ ex reuelatione diuina,vt patet ĩ litera.Vnde & poterant antici pare p tẽpus qđ sufficeret ad eorũ sanationẽ. Sec' in deserto tps itinerationis pendebat ex reuelatione nubis sibi igno ta.vt patet Exo.v.ca.a.& in pluribus alijs. Idem dicendum ad tertiam rationem quam facit postill.quæ procederet, si nocte egressionis fuisset facta circunscio,& non aliter.

REPLICA In c.5.Iosue cũ postil. exponeret circũcisionẽ hic Iosue mãdatã,esse secũdã respectu ei' q̃ fuerat Abrahę mãdata.Illa.n. prima,ista secũda.Burg. se opponit mot' debilib' rationib', asserens q̃ prima nõ fuit circũcisio filiorũ Israel,qa null' tpe Abrahę fuit filius Israel.& iõ ista q̃ est filiorum filiorũ Israel non põt respũ illius dici scđa. Hic dico,q̃ quis tpe institutionis,nec Israel,nec aliqs ei' fili' fuit:ipsa tñ circũcisio fuit p filijs Israel instituta,& nõ solũ p filijs,sed pro volẽtib.ritui eorũ ỹiungi, put expsse dř Gen.17. Illud aũt qđ Bur.p colore suæ opinionis addit,fictitiũ vř videlicet q̃ Iudei in Aegypto exñtes nõ circũcidebãt pueros suos.Non .n.verisile est,Deũ illius ppli tantã curã habuisse, & eũ suũ primogenitũ nóĩasse.Exo.4. si hæc trã sgressio circũcisionis ĩ pplo fuisset,vt fingit Burg.Nec valet q̃ đ postilla Exo.12. allegat. Nã postilla,nõ dicit expsse q̃ Iudæi,sed qđ aliqui Iudæi minus inordinatẽ filios suos amãtes,dimittebãt eos incircũcisos, timentes ne ex ipsa circũcisione mors vel infirmitas accideret. Illos igiť si q̃ vsq; ad exitũ Aegypti incircũcisi remãserant,anquã mãducarẽt pascha, circũcidi oportebat.Et qa pauci vel nulli fuerũt, idcirco cũ ĩ ritu mãducationis paschę fieret mẽtio de circũcisione Exo.12.nõ dř de incircũcisis filiorũ Israel,sed seruorũ,peregrinorũ,& alienigenarũ,q̃ incircũcisi ad mãducationẽ paschę nõ debãt admitti:qa eadẽ lex in hoc ritu esse debãt colono & indigenę, vt dř ibidẽ. Si igiť aliq̃ Iudæi ex causis inordinatis circuncisionẽ distulisset,& eã añ exitũ de Aegypto fecisset, talis circũcisio fuisset priuata & particularis,nec spãliter mandata, nec solenniter executa,sicut primò tpe Abrahæ, & scđò in colle ppuciorũ,de quo hic dř. Qđ aũt Bur.allegat de Mose, q̃ circũcisionẽ filij sui distulit,hic locũ nõ hẽt: qa nõ amore inordinato,nec ex ỹ̃eptu, sed timore vxoris & ad eã pertinẽti incircũcisiorũ fecit: iõ exiſtẽ in via circuncisus est illo timore cessante,de qua mã vide s. Exo.4. Nec Bur.bñ se hẽt in solone argumẽti postil.Nã ipse declinat argm̃ postil.q̃ arguit,qđ in scriptura nõ fit mẽtio de solenni circũcisione,vel mãdata vel facta in Aegypto, q̃ posset dici prima, respũ cuius hæc dicať scđa.Hoc.n.argm̃ apud Bur. sæpe reputať Achilles,qa semp arguit ab autoritate negatiuẽ. Sed Bur. soluendo dicit illius circũcisionis fieri tacitã mẽtionẽ qđ tñ falsum esse ostensum est s.qa potius ibi filij Israel excludunť q̃ includunť cum tñ in tali respũ primi & secundi oporteret fieri expſſam mentionẽ. Vñ ad satisfaciẽdũ.Burg. & suorũ amatorũ contentioni:põt dici q̃ ly scđò,dẽt referri ad solennẽ perceptionẽ ipsius circuncisionis quæ primò fuit facta Abrahę,vt patet Gen.17.Secundò hic Iosue 5.nec legitur Deus alibi de circuncisione solẽne mandatũ dedisse,nisi ibi & hic.Construatur igitur litera sic: *Circuncide filios Israel*, subintellige,circuncisione scđò mandata, quę primò fuit mãdata Abrahę.Huic constructioni cõsonat qđ sequiť. Hæc aũt est causa secundę circuncisionis,& non additur filiorũ Israel, ad innuendũ quod est circuncisio scđò solẽniter mandata.Per hoc tollitur argumẽtũ per Burg.hic factũ.

Circũcisio secunda.

CAP. VI.

L.5.Antiq.c.1. a

IERicho autem &c. * Ioseph. Cũ Israelitę messem Chananæorum metebant,& Chananæi nequaquam ỹ eos exirent, sed clausi muro quiescerent. Iesus eos obsidere deliberauit. * Chal.Parap.Erat Ierico clausa foribus ferreis, & obserata vectib.aheneis añ filios Isrł,ñ erat q̃ exiretex ea ad pugnãdũ,neq; q̃ itraret ad paciscẽdũ đ pace. * Hebræi,in Seder Olã.Rabb. (Cap.11.) Decimoquarto die mẽsis Nisã immolarũt Israelitę agnos suos paschales . Decimosexto Nisã obtulerũt manipulos.Post pascha vigesimo scđo Nisan,mandatũ acceperũt de circũeunda Iericho.Die septimo, diluculo consurgentes circumierunt vrbem, sicut dispositum fuerat,septies.Quem diem sabbati fuisset affirmat Rabbi Iose. * Ioseph, Prima die festiuitatis ferebãt arcã sacerdotes, & circa eã vndique pars erat armatorũ custodientiũ. Alij sacerdotes dotes pcedebãt septẽ buccinis suis tubas mittentes,rogãtes exercitũ,vt viriliter circuiret murũ,seniorib.sequẽtib. Quo gesto,ea die nihil amplius faciẽtes,ad castra reuerti sũt.&c. * Tertul.Cõtrarietates pręceptorũ Deo exprobras,vt mobili & instabili,prohibentis sabbatis operari,& iubẽtis arcã circũferri p dies octo.i.ẽt sabbato, ĩ expugnatione ciuitatis Iericho. Nec.n.sabbati ĩspicis legẽ,opera humana,non diuina prohibentẽ.Arcã circũferre neq; quotidianũ opus est, neq; humanũ,sed ratũ, & sacrosanctũ,& ex ipso tunc Dei præcepto vtiq; diuinum.Certa distinctio est sabbati,humana,nõ diuina opa phibentis. * Idem. Si sabbatũ Christus interuertit,ſm exẽplum fecit creatoris.Siquidẽ in obsidione Ierichũtis circulata p muros arca testi sẽptẽ dieb.ẽt sabbato,ex pcepto creatoris sabbatũ operatione destruxit,vt putãt q̃ hoc & de Chro existimãt. Sed nõ oĩnò destruxit,vt hinc iã apparere possit, ne tũ quidem

L.2.aduers. Marc.c.21.

L.4.aduers. Marc.c.2.

a IERichò autẽ clausula erat 1 (a Mundus.) (a Mundana astutia,vel astucia.) atq; munita timore filiorum Israel, & nullus 2 ingredi audebat, aut 3 egredi.Dixitq, dñsad Io 4 (¶Pater.) (¶ Christum.) (¶ Potestatem.) sue:Ecce dedi ĩ manus:

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

1 IEricho aũt.*Hic incipit secũda pars principalis huius libri de ỹflictu et acquisitione terræ, & primo de acquisitione Iericho, secundò de acquisitione Hay.c.8.tertiò de debellatiõe quinq; regũ x.c. quarto de debellatione pluriũ regũ simul congregatorũ.ca.11.Prima diuiditur in duas partes.s.in partẽ principalẽ,et incidentalẽ,secunda incipit* *incipit in prin.7.c.Circa captionẽ Iericho primo dicit' modus captionis,secũdo subdiť ali' executionis.ibi:*Cũq;Iosue.v.fi.*&c. Circa primũ sciendũ,q̃ dominus docuit Iosue de modo captionis,& Iosue denũtiauit populo.Et patet litera paucis exceptis quę exponentur.*

2 Et nullus *Ad auxiliandum inclusos in ciuitate.*

3 Aut egredi.*Ad fugiendum pro sua salute.*

4 Dixitque.*Dicunt aliqui & probabiliter, q̃ dominus docuit Iosue * per ange-*

MORALITER.

a Iericho autem.Per Iericho ciuitas diaboli significatur,quę dicitur clausa per obstinationem in peccatis,& munita ỹ fidẽ & mores sophisticis argumẽtis.Iosue vero per quẽ signatur Christus,nõ solũ in gestis,sed etiã ĩ nomine(vt dictũ est supra)

dem in archæ circulatione sabbatum à creatore destructũ.

A Nã & illud opus Dei erat, qđ ipse pceperat, & qđ propter aĩas disposuerat hoĩum suorũ, in discrimine belli cõstitutas.

Orig. Ho. 6. in Iosue. O ig. Circũdat Iericho, & expugnari eã necesse est. Gladius non educitur aduersus eam, arcus vel acies non dirigit ad eã, nec tela vibrantur: tubę tm̃ sacerdotib. adhibentur, & in his muri Iericho subruuntur. Iericho hũc mũdũ significat. vñ: *Luc. 10. c.* *Homo quidam descẽdebat ab Ierusalẽ in Iericho, & icidit in latrones.* Forma erat Adæ, qui de paradiso in huius mundi exiliũ trusus est, Cæci quoq; qui erant in Iericho, quos illuminauit Deus, significabãt *Matth. 20.* eos qui in hoc mundo cæcitate ignorantię premebant. Iericho ergo. i. mundus, casura est, ɔsummatio aũt fiet tubarũ vocibus. vnde Apost. *Canet enim tuba, & mortui qui in Christo sũt, resurgẽt primi,* & ipe dñs ĩ iussu & in voce archãgeli, & ĩ tuba Dei descẽdet de cęlo. *B 1. cor. 15. g.* Tunc ergo Iesus cũ tubis vincet Iericho & prosternet eã, ita vt ex ea sola meretrix saluet, & oĩs domus ei⁹. Veniet ergo Iesus & in voce tubarũ. Sed iã nũc oremus, vt veniat, & destruat mundũ cũ qui in maligno positus est: & oĩa q̃ in mundo posita sunt: quia, *omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorũ, & superbia vitæ.* *1. Io. 5. d. Ibidem 2. c.* Saluet autẽ hanc solam quæ exploratores eius suscepit: quę Aplos

C eius in fide & obediẽtia susceptos in superiorib. collocauit, & societ hanc meretricẽ cũ domo Israel. Sed iã nõ reputemus veterẽ culpam, aliquando meretrix fuit, nunc aũt vni *2. Cor. 11. a.* viro casta virgo est copulata Chro. vñ: *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* vt. n. posset euadere, ne cum Iericho interiret, validissimũ ab exploratorib. signũ salutis accepit spartũ coccineũ. p Chri. n. sanguinẽ ecclesia saluat.

Cap. 7. lib. in Iosue. Isid. Iericho luna interpretat: luna verò mundũ significat, quia sicut luna menstruis cõpletionibus deficit, ita hic mundus ad ɔsummationẽ tpum currens quotidianis defectibus cadit. In arca verò ecclesię figurantur, fortes pdicatores in tubis ęneis. Hanc. n. vrbẽ Iericho septẽ diebus ferẽtes arcã Israelitæ, in æneis tubis clangentibus circũeunt & muri eius p arcæ pñtiam & tubarũ sonitum cadunt, qa in hoc tpe quod septẽ dierũ vicissitudine voluit, dum arca fert. i. dum orbem terrarũ circumiens ecclesia mouetur: ad prędicatorum voces, quasi ad tubarum sonũ muri Iericho. i. elatio mundi, & supba infidelitatis obstacula corruunt, donec *1. cor. 15. b.* in fine tẽporum inimica nouissima destruatur mors, & ab impiorum perditione vnica. domus Rahab. j. ecclesia liberetur, munda a turpitudine fornicationis per fenestram cõfessionis, in sanguine remissionis. Ista. n. meretrix in Iericho. i. in hoc mortali corpore. i. seculo moratur, quæ vt saluari possit, per fenestram domus suæ tanquam per os corporis sui coccũ mittit, quod est sanguinis Christi signum pro remissione peccatorum confiteri ad salutem. Qui inuenti sunt in domo illius saluati sunt ab interitu Vrbis, & quicunq; intra ecclesiam reperiuntur, saluantur: extra hãc domum, id est, extra ecclesiã nemo saluatur.

a ✠ *Septimo autem die, &c.* Procop. Qui totam mundi fabricam sex diebus perfecit, lentè ad vnius ciuitatis euersionẽ bonitate impeditus aggreditur. Non enim virium imbecillitate esse factũ propheta testatur, dicens, *Si cælum patefeceris, montes tremor tui inuadet.* *E Psal. 67.* Sed quemadmodum Niniue triduum resipiscentiæ dedit, ita his, quoque septem dies. Vtque illi Ionam præconem habuerunt, ita Raab habent: insuper verò omnes portenta quæ dominus designauit, auribus acceperant. Cur verò tubis corneis ac iubilæis classicum canere iussit? Eo quod animalibus cornigeris cornua murorum vice sunt. Adeoque nobis cornu loco dominus esse debet, iuxta illud: *Protector meus, & cornu salutis meæ.* Quod verò bellicosi ante arcam incedebant, promptitudinis indicium est, ac fortium ala- *F* critatis. In cauda item consequi, neminem Dei aciem deberе deserere, verum pro virili aduersis copijs resistere, siue in eadem stent acie, siue decertantes sequantur, &c. Eadem & Chrysostomus scribit Homil. 5. de pœnitentia, Tomo 5. operum.

b *Cumque Ios.* Adaman. Iericho tubis sacerdotum subruitur, vt enim tubarum clangor increpuit, deiecti sunt mu- *Hom. 7. in Iosue.* ri. Robur enim mundi & munimenta sacerdotalibus tubis videmus esse destructa, cultum, scilicet, idolorum, fallaciam diuinationum ministratam arte dæmonum, commenta augurum, auruspicum, & magorum, quibus omnibus velut muris, ambiebatur mundus. Insuper diuersis philosophorum dogmatibus & eminentissimis assertionib. & disputationibus, velut proceris & robustis turribus firmabatur. Sed veniens Iesus Christus misit sacerdotes, id est apostolos suos portantes tubas ductiles, prædicationis. s. *Tubæ Apostolicæ.* magnificam cęlestemq; doctrinã. Sacerdotali tuba primus in euan-

a ¶Mundum. b ¶Principem huius mundi. c ¶Dæmones vel quoslibet in seculo potentes.

tuas Iericho & regẽm eius. Omnesq; fortes viros. Circumite vrbẽ cũcti bellatores semel per

¶ a Prædicatores.

¶ Toto tempore presentis vitæ.

diẽ, sic facietis sex diebus. Septimo autẽ die, sacerdotes tollẽt septẽ buccinas, *quarũ vsus est in iubileo, & præcedant arcã fœderis. Septiesq; circũibitis ciuitatẽ, & sacerdotes clãgent buccinis. Cũq; insonuerit vox tubę lõgior atq; cõcisior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis. Ingredienturq; singuli per locũ contra quem steterunt. Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos: Tollite arcam fœderis, & septem alij sacerdotes tollãt septẽ iubileorũ buccinas, & incedant ante arcam domini. Ad populum quoque ait: Ite & circumite ciuitatem, armati præcedentes arcam domini. Cumq; Iosue verba finisset, & septẽ sacerdotes septem buccinis clangerẽt ante arcam fœderis domini, omnisque præcederet armatus exercitus, reliquum

a ¶ Consummatio enim seculi, dudum sanctis voluminibus vulgata est.

¶ Quæ modo sonat, modo tacet.

a Quia in consummatione mundi canet tuba, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi, & ipse dominus in tuba Dei descendet de cælo.

* arietinas

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *per angelum sibi apparentem, vt dictum est, de his quæ sequuntur scilicet de modo capiendi ciuitatem.*

1 Concis. *id est interpolatus.*

2 Armati. *Dicunt Hebræi, q hoc intelligitur de filiis Ruben & Gad & dimidia tribu Manasse, qui armati debebant præcedere alios ad bellum, vt dictum fuit cap. 1. & Num. 32.*

3 Cumque. *Hic consequenter ponitur præcepti executio, & primò quantũ ad ciuitatis destructionem. secũdò quantũ ad Rahab meretricis saluationẽ. ibi.* Duobus aũt viris. *tertiò quantũ ad Iosue imprecationem. ibi:* In tempore illo. *Prima pars patet paucis exceptis, quia ponitur executio captionis Iericho, sicut fuerat dicta a domino, & per Iosue denuntiata populo.*

4 Reliquum. *Non est intelligendũ, q mulieres & paruuli & inepti ad præliũ circũirent ciuitatem, quia in principio huius c. dicitur:* Circumite vrbem cuncti bellatores, *& ideo per reliquũ vulgus hic intelligitur viri bellatores, tribus Dan cum aliis duabus tribubus sibi adiunctis, quia erant vltimi in natione castroũ, & faciebant vltimã custodiã, vt habetur Nu. 10. c. Vnde ubi translatio nostra habet:* Reliquum vulgus: *in Hebræo habetur* measseph, *id est,* ✠ *colligens*

MORALITER.

† suprà) contra ciuitatem istam ordinat exercitum, in quo sunt sacerdotes portantes arcam dñi, per quos significantur doctores in scribendo, & docentes in scholis sacram scripturam exponendo, quæ bene per arcam significantur. Nam in ea diuina mysteria continentur. Fuerunt etiam ibi septẽ alij sacerdotes concrepantes buccinis, per quos significãtur prædicantes populis. Esa. 68. a. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob pec cata eorum.* Per septem tubas possunt intelligi septem virtutes quæ prædicantur ad destruendũ septem vitia contraria. Septem dieb. clangendo circũierunt. Et quia totum tẽpus septenario dierũ reuoluitur, ideo per hos septem dies totus decursus tẽporis in quo ciuitas Dei pugnat ɔ̃ ciuitates diaboli, significat. Septimò verò die fit septies circumitus, ad significandũ quod in septima ætate mũdi fieret fortior cõflictus, qui iam factus fuit tpe martyrũ, & adhuc fortior erit tpe Antichristi. Qđ autem in vltimo circumitu fit ciuitatis casus, signũ est ipsius Antichristi finalis interitus. 2. Thess 2. b. Quẽ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Per hoc autem quod Rahab cum suis propter conseruationem exploratorũ seruatur, significatur quod aliqui qui fuerunt de ciuitate diaboli, propter opera misericordiæ finaliter saluantur, & in ciuitate Dei reponuntur.

A in euangelio suo Matthęus increpuerit. Marcus quoq; & Lucas & Ioannes his tubis cecinerűt. Petrus duab. epistolarum suarũ personat tubis. Iacob. quoq; & Iudas & Ioannes tuba canűt p epistolas suas, & Lucas Apostolorum gesta describens. Nouissimus Paulus quatuordecim epistolis fulminās, quasi tubis muros Ierichо subuertit, & oĩs idololatriæ machinas, & philosophorum dogmata.

Homil. 7. in Iosue. a *Sitque ciui.* Adā. Custodite vos ab anathemate. q. d. videte ne aliquid in vobis seculare habeatis neque de seculo vobiscum deferatis ad ecclesiā, sed anathema sit vobis omnis conuersatio secularis. Nolite mundana miscere diuinis. q. d. B Nolite diligere mūdum, neque ea quæ in mūdo sunt: vnde 1 Ioan. 2. c. Rom. 12. a. *Nolite cõformari huic seculo, &c.* Qui enim hæc faciunt, de anathemate accipiunt. Illi quoque Christiani qui solennitates Gentilium celebrāt, anathema in ecclesiā introducűt, & q de astrorũ cursibus vitas hominũ & gesta perquirűt, & qui auium volat⁹, & huiusmodi obseruant, castra domini polluűt, & populũ Dei vinci faciunt. 1 Cor. 5. b. *Modicũ enim fer. tot. maſ. cor. a.* Ibidem. b *Igitur.* Idem: Omnis populus dicitur vlulasse vlulatu magno. Vel secundum alios, iubilasse iubilo magno. De hoc iubilo dicitur: Psa. 65. a. Ibidem. 88. c. *Iubilate Deo omnis terra*, & alibi: *Beatus populus qui scit iubilationem.* Non dixit, qui operatur iustitiā, vel, qui scit mysteria: sed *qui scit iubilationem.* Ibid. 111. a. In alijs timor domini facit bonum vel beatum, sed vnum tantum hominem. *Beatus* C *enim*, inquit, *vir qui timet dominum*. Alibi etiam plures fiunt beati, sicut pauperes spiritu, vel mansueti, vel pacifici, vel mundi corde. Matt. 5. a. Hæc autem beatitudo profusa, vniuersum populum beatificat. s. *qui scit iubilationem*. Vnde videtur mihi ista iubilatio quendā cõcordię & vnanimitatis significare D affectũ, q. si incidat in duos vel in tres Christi discipulos, *omnia quæcunq; petierint in nomine saluatoris, fient eis.* Ioan. 14. b. Si aűt tanta fuerit beatitudo, vt omnis populus unanimis maneat, idē dicat eodē sensu, eadē sententia, tali populo eleuāte unanimiter uocē, fiet quod in Actibus Apostolorum scriptũ est: Quia terræmotus magnus factus est, ubi unanimes orabāt apostoli cũ mulierib. & Maria matre Iesu, & Act. 1. c. & 2. a. hoc terręmotu cadēt oĩa terrena, & mundus ipse subuertet. Ad hoc Iesus exhortatur dicens. *Cõfidite, ego uici mundum.* Ioan. 1. Illo ergo duce a nobis uictus est mundus, & E muri eius collapsi sunt, quib. etiā homines seculi nitebātur. c *Et clangen.* Vnusquisq; nostrũ debet hæc in semetipso cõplere. Habes in te Iesum ducem p fidem. Fac tibi tubas ductiles ex scripturis sanctis, inde duc sensus, inde sermones, ideo enim tubæ ductiles dicűtur. In ipsis cane i. in Psalmis, in hymnis, in cãticis spiritualib. Si in talibus cecineris tubis, & septies F arcam testi circumtuleris. i. si legis mystica præcepta ab euãgelicis nõ separes tubis, si etiam iubilationis consensum de temetipso exigas. i. si cogitationum & sensuum tuorũ populus concordē semper & consonā proferat vocē, & si nõ aliquando verũ dicas, aliquãdo adulando mentiaris, si nõ modò blandus remissione, modo truculentus iracundia, & si non intra te caro concupiscat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vocem iubilationis emitte, quia tibi victus est mundus. Gal. 5. c. Hinc Paulus dicebat: *Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Ibid. 6. c.

d *Muri illico.* In aduentu Iesu muri Iericho subuersi sűt, in aduentu

vulgus arcam sequebatur ac buccinis omnia† concrepabant. Præceperat autem Iosue populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies, in quo dicam vobis: Clamate & vociferamini. Circumiuit ergo arca domini ciuitatē semel per diem, & reuersa in castra mansit ibi. 1 Igitur Iosue † de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam domini, & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo vsus est, præcedebantq; arcam domini ambulantes atque clangentes, & armatus populus ibat ante eos. Vulgus autem reliquum sequebatur arcam & buccinis personabat. Circumieruntq; ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt † sex diebus. 2 Die autem septimo diluculo consurgentes, circumierunt vrbem sicut dispositum erat septies. Cumque septimo circumitu clãgerent buccinis ¶Prædicatores, sacerdotes, 3 dixit Iosue ad omnem Isrel: ¶Alij iubilate. Vociferamini: Tradidit enim vobis dominus ciuitatem. 4 Sitq; ciuitas a ¶Mundus. hæc anathema, b ¶Vt nullus sibi quicquam accipiat. & omnia quæ in ea sunt a domino. a ¶Gentiles ad fidem conuersi, qui prius meretricabantur cum idolis. Sola Rahab† meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt. a ¶Prædicatores. b ¶Ite in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Abscondit enim nuntios, quos direximus. ¶Id est, nihil mundanum vobiscum in ecclesiam deferatis. Vos autem cauete, ne de his quæ præcepta sunt quippiam a ¶Modicum enim fermentum totam massam corrumpit. contingatis, & sitis præuaricationis rei, & 5 omnia castra Israël sub peccato sint, atque turbentur. Quicquid autem auri aut argenti fuerit, & vasorum ęneorum ac ferri, domino consecretur, repositum in thesauris eius. b Igitur omni populo vo¶Iubilante.ciferante, c & clangentibus tubis ¶Cultus idolorum fallaci: diuinationis & huiusmodi. postquam in aures multitudinis vox sonitusq; increpuit, d muri illico corruerunt, et ascendit unusquisque per locum qui contra se erat. Ceperuntque ciuitatem, et interfecerunt omnia quæ erant in ea, à uiro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem. Boues quoque et oues et asinos in ore gladij percusserunt. 6 Duobus autem

Marginal notes: † clangebant. † mane. † septem. † caupona.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *colligens siue congregatio. Sic enim vocabatur acies illa, eò q illi qui de præcedentib. aciebus propter lassitudinem vel aliam causam remanebant, post alios vltimæ aciei aggregabantur.*

1 Igitur. *In Hebræo habetur, baboquer. i. mane. Surrexit enim in aurora, quæ est confinium diei & noctis, & ideo ab vtroque potest denominari, quia medium sapit naturam vtriusque extremi.*

2 Die autem. *Dicũt Hebręi, quod erat sabbathũ, et rationabiliter, quia vocatur dies septimus, et tamen nõ peccauerűt inuadendo & destruendo ciuitatem, quia fecerunt hoc de mandato Dei (vt patet in litera) qui est dominus sabbathi, imò bene fecerunt ei obediendo.*

3 Dixit Ios. *Nõ est verisimile, quod tãtus exercitus posset vocē eius audire, maximè, quia sacerdotes clãgebant tubis, et ideò videtur, quod dicere, hic accipitur pro denũtiare aliquo sensibili signo, vt pote p eleuationē vexilli, vel aliquo huiusmodi, qđ poterat videri à toto populo.*

4 Sitq; ciuitas hęc ana. & om. quę in ea sunt do. so. Rah. me. *In Hebræo habetur* herem, *quod habet duplicem significationem, quæ significat destructionem, & consecrationem, vt diffusius dictũ fuit Leuiti. vlt. Vtraque tamen significatio concurrit in hoc facto, quia ciuitas fuit cum habitatorib. destructa, aurũ uerò & argentũ, æs & ferrũ, quæ inuēta fuerũt ibi, fuerunt reseruata et domino cõsecrata, ita q de cætero nõ possent humanis usib. applicari, sed ad faciēdum inde illa quæ erãt necessaria ad cultũ Dei. Iericho. n. fuit prima ciuitas capta à filijs israel, et speciali miraculo, ideo Iosue conuenienter eã posuit sub anathemate, aliqua destruēdo oĩnò in signũ diuinę iustitię, et aliqua quæ poterant venire in prædam bellantium domino cõsecrãdo tanquã primitias prædarum, sicut & de fructibus animalium & terræ dabantur primitiæ. Sic autem non fuit de præda Hai & aliarum ciuitatũ, vt dicitur infra.* Cauete ne de his quæ præcepta sunt vobis quippiam contingatis. *per auaritiã accipiendo aliquid de illis quæ debebant destrui & comburi, vel de his quæ debebãt domino cõsecrari.*

5 Et omnia ca. *i. sub pęna peccati, quia pro peccato aliquorũ vel etiã vnius, qui est pars alicuius communitatis, tota cõmunitas punit aliquando, & iustè et maxime à Deo, cui omnes sunt debitores mortis. Et hæc materia diffusius fuit pertractata Deu. 24. super illud verbum* Non occidentur patres pro filiis, &c. *sicut accidit pro peccato Achan, vt habetur c. seq. Cætera patent in litera.*

6 Duobus. *Hic consequenter agitur de Rahab saluatione, quã imposuit Iosue duob. exploratorib. quia eã et domũ eius melius cognoscebãt, & quia ad hoc p iuramentũ astricti erãt, vt dictũ fuit sup. 2. cap.*

A adventu Christi vincitur mūdus. Vnde Pau. *Q̄ erat contrariū nobis tulit de medio, affigens illud cruci, exuēs principatus et potestates, traduxit libere triūphans eos in ligno crucis.* Ex his verbis intelligo, q̄ videntes pugnā Iesu, celestes virtutes, principatus & potestates, alligatū fortē & vasa eius diripi, increpuerūt celestib. tubis, q̄a alligato principe mūdi victus est mundus, & vocem iubilationis in triumpho Christi celestis exercitus dedit. Verè * ergo liberatus est populus gentiū qui hanc iubilationem nouit, & mysteria agnoscit & credit.

Col. 2. c. — Matth. 2. c. — *Beatus

✣ Iosep. Cum septies circuissent, & paulatim quieuissent, repēte cecidit murus, neq; machina, neque alia violentia ab Hebræis illata. Qui vrbem ingressi, omnes in ea peremerūt inopinabilē muri ruinā obstupescētes, mentib. eorū ad defensionē suā inutilibus subitò constitutis. Necabātur autem per itinera cōstipati, & in domibus apprehensi, nulliq; penitus parcebatur, sed omnes pariter occidebant, vsque ad B mulieres & infantes, eratque ciuitas plena mortuorum corporibus, & nullus effugit necis incursum. Ciuitatem cunctam incenderunt, simul & regionem.

✣ Rabbi Leui Gersonis. Visum est Deo vt miraculum hoc fieret cum vlulatu & ingente clamore, qui Israelitas torporis sui somno excitaret, & ad inusitati operis Dei magnitudinem animo expendendam vocaret.

† vel fama.

✣ Theodoret. Quamobrem vrbem Iericho anathema esse iussit? Hanc vrbem primam post traiectū flumen ceperūt. Sicut ergo præcepit eis, vt offerrent primitias fructuū, ita mādauit offerri primitias spoliorum. Patefacit autem eis potentiam suam in vrbe prima capiūda sine armis, aut machinis, q̄ dissoluta est solo tubarū sonitu, vt cū in acie vincerent, agnoscerēt se succūbēdi dedisse occasiōes, diuinas leges ɔtēnētes.

Quest. 6. in Iosue.

✣ Aug. Sacerdotalib. tubis Iericho muri qui intra se impios continebant, corruerunt. Non illos pulsauit aries, non expugnauit machina. Muri aduersus ferrū inexpugnabiles, sacra tubarū voce collisi sunt. Quis non stupeat saxa sono dirupta, C fundamēta clāgore quassata, & ita collapsa, vt cū victores nihil manu læderēt, apud aduersarios nihil stabile remaneret. Sic æquo Dei iudicio, & iustis aperuerunt viā, vt defensionē perfidis negauerunt. Sed hæc in figura facta esse nō dubium est. Nam sacerdotales tubæ præfigurarūt huius tēporis sacerdotum prædicationes, per quas nō cessant peccatorib. terribili sono, iudicium nunciare, gehennæ interitum prædicare & aures delinquentiū verberare. &c. Sicut in singularis verbis nūcupatione, vniuersus mūdus figuratur, ita septē dierū curriculo, totius mūdi spatia distinguuntur, per quę sacerdotalium prædicationū tubę ipsi seculo excidium nunciant, sicut D scriptum est. *Mundus peribit, & omnia quæ in mundo sunt.*

Sermo 106. de tem. — 1. Ioan. 2. Homi. 7. in Iosue.

viris, qui exploratores missi fuerāt, dixit Iosue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eā, & omnia quę illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. Ingressiq; iuuenes eduxe[a] [1] rūt Rahab & parētes eius, fratres quoq; & cunctā supellectilē, ac cognationē illius, & extra [2] castra Israel manere fecerunt. Vrbem autē & omnia quæ inuenta sunt in ea, succēderūt absque auro, & argēto, & vasis æneis ac ferro, quæ in ærario domini consecrauerunt. Rahab verò [3] meretricē & domum patris eius, & omnia quę

a ¶Quia rami de olaestro excisi inserti sunt in radicem pinguendinis oliuæ.

habebat, fecit Iosue viuere, & hābitauerunt in [4] medio Israel vsque in præsentē diem, eo quod abscōderit nuntios quos miserat, vt explorarent Iericho. In tempore illo imprecatus est [5] dicēs: Maledictꝰ vir corā dn̄o, q̄ suscitauerit & ędificauerit ciuitatē Iericho. In primogenito [6] suo fundamēta illiꝰ iaceat, & ī nouissimo liberorū ponat portas eius. Fuit ergo dn̄s cū Iosue, [7] & † nomen eius in omni terra vulgatum est.

a *Ingressiq; iuuenes edu.* Adam. *Rahab meretricem & omnē domū patris eius viuificauit Iesus, & adiecta est Israel vsque in hodiernum diem,* &c. Quomodo *vsque in hodiernum diem,* adiecta est? Hoc enim moris est sanctæ scripturæ, dicere de his quæ vsque ad finē vitæ vel seculi permanent vt *hic est pater Moabitarū vsq; in hodiernū, &c.* i. vsque in finē seculi, *& diffamatus est sermo iste apud Iudæos vsque in hodiernum diē,* i. quandiu stat seculum. Rahab verò quomodo adiecta est domui Israel vsque in hodiernum diem? An matri posteritas ascribitur, vt videatur in sobole seruari, an magis intelligendum est, quod verè Israel sociata est vsque in hodiernū diem? E Ramus enim oleastri apponitur. i. inseritur in radicem oliuæ bonæ, & adiungitur Israel vsque in hodiernum diem, quia in illorū radice nos ex gentibus assumpti, qui aliquando meretricabamur lignum & lapidem pro Deo colētes, facti sumus p̄ fidem Christi sursum, illi autē populus propter incredulitatē deorsum. Qui enim in se hēt Christū qui est caput omniū, efficitur ī caput: illi autē q̄ negauerūt eū, facti sūt ī cauda: & q̄ erāt primi facti sūt nouissimi.

†Cauponæ. — Matth. 27. — Rom. 11. c.

✣ Ioseph. Rahab cum suis exploratores eripuerunt. Quādū ad se Iesus venire fecisset, gratias egit p̄ exploratorū salute, & donauit eā multis agris, & rebus maximis honorauit.

✣ R. Simeon Filius Iochai. Rahab sua fide tantā consecuta est apud Deum gratiā, vt etiam si ducentos homines cognatione sibi cōiunctos habuisset, atque illi cum ducētis alienis prosapiis affinitatem contractā misissent, omnes illius gratia futuræ salutæ.

✣ Chrysost. Rahab eiusdē erat massæ cū Ierichuntinis, sed F qm̄ nō erat ex eadem sn̄ia, peccato non communicauit. Respice nouā clementiā. Qui in lege dicit. *Non mæchaberis,* verbū transmutās de clementia clamat p̄ Iesum Naue. *Raab meretrix viuat.* Imago erat dn̄i Iesu dicentis: *Meretrices præuenient uos in regnum cælorum.* Prioris status disce mutationem. *Rahab* fuerat in fornice, velut in volutabro cōfusa margarita, aurū in luto abiectum, pietatis flos spinis confossus, religiosa anima reclusa impietatis loco. Suscepit exploratores: & quem prodidit Israel in deserto, hunc prędicauit Raab in fornice. Dig na

Homil. 5. de pœnito. 5.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ingressiq; iuuenes eduxerunt Rahab, & par. eius. *Quæritur hic, quō isti duo exploratores vocātur iuuenes: tū quia ad explorandū solent mitti viri prudentes & astuti, non aūt iuuenes, inepti & inexperti: tum quia suprà dictum est ca. 2. q̄ Caleb fuit vnus de illis duob. vt dn̄t Hebræi, qui tn̄ iam ferè erat octogenarius, quia quadraginta erat annorū qn̄ Moses misit eum cum aliis de Cadesbarne ad explorandum terram promissionis, vt hētur infrà 14. cap. ab illo verò tempore vsq; ad transitum Iordanis fluxerunt anni 39. quia missio illa facta fuit anno scdo egressionis de Aegypto. Ab egressu verò illo vsque ad ingressum terræ promissionis fluxerunt anni 40. & sic patet q̄ in captione Iericho, Caleb habebat 79. annos. Ad hoc dicendū, q̄d vocātur hic viri & iuuenes, vt patet in textu, viri ratione ætatis & prudētiæ: iuuenes verò ratione aptitudinis & audaciæ ad gradiēdum ad bellū. Vnde & de Caleb dicitur infrà. 14. c. q̄ cum esset 85. annorū, erat ita fortis & potens ad gradiendū & bellandū sicut qn̄ fuerat 40. annorū.*

2 Et extra. *quia non erant adhuc incorporati populo Israel.*

3 Rahab. *Licet enim p̄ceptum fuisset Nu. 33. q̄ omnes habitatores illius terræ disperderentur, tn̄ cū Rahab & sibi coniunctis fuit dispensatū quantū ad vitam & cohabitationem pp̄ speciale factum suæ fidei & virtutis, q̄d fuit expressum suprà 2. cap. In præceptis autē decalogi quæ sunt de dictamine iuris naturalis, non cadit talis dispensatio.*

4 Et habitauerunt. *Conuersi ad Iudaismum.*

5 In tempore. *Hic describitur Iosue imprecatio. Ciuitas enī Iericho miraculose fuerat euersa, ut dictū est, iō ad huius facti memoriam & Dei gloriā, optabat Iosue q̄d non reædificaretur: ideò Iosue imprecatus fuit malum pœnæ ei qui reædificaret eam in posterum dicens.*

6 In pri. su. fu. *i. primogenitus eius moriatur qn̄ ponet fundamenta.*

7 Et in no. libe. *i. ultimus liberorū suorū moriēt in positione portarum, Et sic accidit Ahiel q̄ eā reædificauit, ut habet 3. Reg. 16. ī fine.*

CAP.

MORALITER.

Quoniā breuis est sentētia huius ca. potest breuis hic moralitas poni. Iericho significat ciuitatē culpæ, quā fecit amor sui vsque ad contemptū Dei. Hæc ciuitas triplici muro clauditꝰ. s. muro carnalis cōcupiscētiæ, tēporalis affluētię, mūdialis excellentiæ: q̄ triplex murus subuertitꝰ sonitu sanctę prędicationis clamore deuotę orōnis, circuitu proprię discussionis, qui circuitus debet fieri septē vicib. i. p̄fectē, quia p̄fectio numero septenario designatur. qui enim cōuertitur de culpa ad grām, dēt diligēter & p̄fectē discutere p̄priā cōsciam. Quicq̄d aūt in hac ciuitate reperitꝰ saluti ɔ̄trium debet interimi. Q̄d aūt inuenitur ibi auri philosophicæ sapiētiæ, argenti eloquētię vasorū æneorū. i. naturalis industrię, q̄ valet ad multa: sicut & vasa ferri. i. corporalis & tēporalis potētię: dēt dn̄o cōsecrari. i. de cętero bonis actib. applicari. Rahab cum suis pp̄ opus pietatis saluatur: quia s̄m dictū saluatoris Matthæ. 5. a. *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam conse. &c.*

Digna itaque Raab omni laude, Eccle siæ imago. Quare & generosus Paulus eius fidei dignitatem discens, ex priori statu non reprobã cogitauit, magis verò acceptabilē & sanctam, oibus eã connumerat sanctis. Si igitur illã pnia dignã vita effecit, multomagis nos si pœnitentiam induxerimus salutem consequemur.

Heb.11.

✠ Theodo. Qua de causa Raab cum esset extranea, habitauit iter filios Israel? Istud præfigurat ea quæ nostra sūt. Inquit enim Dominus: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c.* Cōueniebat itaq; velut oleastrū i bonā oliuam fieri.

Quæst.7.in Iosu. Ioan.10. Rom.11.

✠ *Imprecatus est Iosue, &c.* R. Dauid Kimhi. Sēsus est. Neque hāc ipsam vrbē instauret quispiam, alio ei imposito nomine: neq; aliam vrbem hoc nomine struat.

✠ R. Moses Maimonis: Hac detestatione hoc egit Iosua, vt æternū extaret monimentum diuinæ potentiæ ac vindictæ, quod in muris qui subter se desederāt in terram, luculentissimū conseruabat tantisper, dū illi intacti manerēt.

✠ *In primogenito suo, &c.* Procop. Hoc est, si qs inceperit liberos inhumare interim dum fundm̄ fuerit factum, tandē etiam extremum eorū inhumabit. Porrò euersæ loco aliam Hiel Bethlites de tribu Ephraim suscitauit, quam dñs Iesus Christus sua præsentia est dignatus. A Romanis verò ob infidelitatem, hac quoque deiecta, tertiò denuò surrexit.

✠ Iosephus. Distat Hiericho ab Hierosolymis centum quinquaginta stadijs, & a Iordane stadijs 60. totumq; hēt ab Hierosolyma spatiū desertū atq; saxosū, ad Iordanē vero & lacū Asphaltitē, licet humilius, æque tñ incultū ac sterilem.

L.5. de bell. Iud. cap.4.

CAP. VII.

Filij autem. sequit. a *Iratusq; est.* Adā. Non otiosè transcurrendum est, q vno peccante ira super oēm populū venit. Hoc accidit, quando sacerdotes qui populo præsunt, erga delinquentē benigni videri volūt, & verentes peccantiū linguas, ne forte de eis malè loquant, sacerdotalis seueritatis immemores, peccantē corā oībus nolunt publicè arguere, vt cæteri timorē hēant: nec malū auferunt ex seipsis, nec tradunt huiusmodi sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit: & dum vni parcunt, vniuersæ ecclesiæ moliūtur interitum. Ex vna enim oue morbida grex vniuersus inficitur. Obseruemus ergo nos inuicem, & vniuscuiusque conseruatio nota sit maximè sacerdotibus & ministris. *Oēs enim unum corpus sumus in Christo.* Tu q presides hui⁹ corporis oculus es, vt oīa circumspicias, & oīa ventura præuideas. Pastor es: ouiculas dñi vides ferri p præcipitia, & p prærupta pendere, non occurris, nō reuocas saltem, nec clamore deterres. Hæc non iō dicim⁹, vt pro leui culpa aliqs abscindatur: sed si forte monitus vel correctus semel, iterum & tertiò nō emendatur, vtamur medici disciplina. Si oleo pūximus, si emplastris mitigauimus, malagmate molliuimus, nec tñ cedit medicamētis tumoris durities, solum superest remediū resecādi. vn: *Si manus tua scand. te abscinde eā, & proijce abs te.* hoc est q. dr: vt ego q. videor tibi manus esse dextera & psbyter nominor, & verbū dñi pdicare videor, si aliqd ꝯ euāgelij rīam gessero, vt scādalū ecclīæ faciā, ī hui⁹ ꝯsēsu vniuersa ecclīa ꝯspirās excidat me, & pijciat a se. expedit. n. tibi & ecclīæ absque me manu tua, qua malè agēdo scādalū feci, introire in regnū celorū, q̄ mecū ire i gehēnā.

Homil. 7.in Iosue. Num. 16.d. 1.Tim.5.d. 1.Cor.5.b. Gal.3.d. infra 22.d. Matth.5.d.

Aug. Queri solet qūo iuste pro peccatis alterius in alios vindicetur, cum ī lege dictū sit, nec pres pro filiorū, nec filios p patrū iniquitatib. esse puniendos, an aliud iudicantib. hominib. est pceptū, ne quenquā p altero puniant: Dei aūt iudicia nō sunt eiusmodi, q alto & inuitibili cōsilio suo nouit, quatenus extēdat ēt homini in tpalem pœnā salubreq; terrorem. Non. n. aliquid durum, quantum attinet ad vniuersi mundi administrationē contingit mortalibus, cū moriunt quandoque morituri: & tñ apud eos qui talia metuunt disciplina sancitur, vt non solum se quisque curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis & vnius hominis alij pro alijs sint membra sollicita.

Quæst.8. in Iosue. Deut. 24.c.

CAP. VII.

1 Filij autem israel præuaricati 2 sunt mandatum, & vsurpauerūt de anathemate. 3 Nam

a ¶ In Paralip. Achar: in Iosu. Achan, vel Achor.

Achān filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathe- a mate. 4 Iratusq; est Dñs cōtra filios Israel. 5 Cumq; mitteret Iosue de Iericho viros cōtra Hai, quæ 6 est iuxta Bethauē ad Oriētalē plagā oppidi Bethel, dixit eis: Ascēdite & explorate terrā. Qui pcepta cōplētes, explorauerūt Hai: Et reuersi dixerūt ei: Nō ascēdat omnis populus, sed duo vel tria milia virorū pergāt & deleant ciuitatē.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Filij autem. *Hic incidentaliter ponitur factum Achan. Et diuiditur in tres partes. quia primò describitur peccati perpetratio. secundò perpetrati cognitio. ibi.* Cumq; mitteret. *tertiò cogniti punitio, ibi:* Misit ergo Iosue. *Circa primum dicitur*

Diuiso.

1 Filij aūt. *Licet aūt vnus solus in hoc peccauerit, tamen generaliter dicitur:* Filij aūt Israel puaricati sunt, *eo modo loquendi quo factū vnius de cōitate, maximè in malis, toti cōitati attribuitur sicut vno fratre minore peccante publicè dicitur, fratres minores fecerunt hoc, & per talē modum loquendi dicitur. Matth.26. de vnguēto effuso super caput Iesu.* Vidētes aūt discipuli, indignati sūt, &c. *cū tñ vnus solus indignè tulerit. s. Iudas Scarioth, vt habetur Ioan.12.*

2 Et vsurpa. *i. de consecratis dño. s. aurū & argentū, vt patebit infrà eo. ca. quæ tñ erant consecrata dño, vt dictum est 6. ca. Et dicitur* ἀνάθημα *siue* ἀνάθεμα, *quia res Deo deuota sursum vel seorsum ponebantur, ne humanis vsibus applicarentur.* 3 Nā Achā, fil. Char. fil. Zab. &c. *Sic debet noīari secundū Hier. & sic est in Heb. nec alicubi nominatur Achor in Hebræo Achan, sed vitio scriptorū nominatur hic Achor.* 4 Iratusq;. *quia pro peccato vnius de cōmunitate alii de illa communitate puniuntur, vt dictum est suprà 6. cap.*

5 Cumq;. *Hic describitur peccati ppetrati cognitio, & primò in generali. secūdò in speciali, ibi:* Surge sāctifica populū. *Circa primū sciendū, q genus peccati in gnāli fuit cognitum per diuinā reuelationē ad preces Iosue, & iō circa hoc sic proceditur. quia primò ponitur deprecationis occasio. scdò ipsa deprecatio, ibi:* Iosue verò. *tertiò dñi rñsio, ibi:* Dixitq; dñs. *Circa primū sciēdū, q occasio deprecationis fuit, eo q filii Israel missi a Iosue contra ciuitatē Hai fuerūt debellati & reliqui de populo in timore positi, & per consequens periculo expositi, vt patet in litera. Præmittitur tñ situs ciuitatis cum dicitur:* 6 Quæ est. *Dnt aliqui q eadē est ciuitas Bethel & Bethauen, sed vocata est Bethel a Iacob, eo q vidit ibi scalā, vt habetur Gen.28.d. vbi dicitur:* Appellauitq; nomē vrbis Bethel, *qd interpretat domus Dei. Sed postea vocata est Bethauen. i. domus idoli, eo q Ieroboā posuit ibi vitulū aureū a populo adorandum, ut habetur 3. Reg.12.c. Primum aūt qd hic dicitur. s. q sit eadē ciuitas Bethel & Bethauē, bene est verisimilitudin quia in textu idem situs determinatur vtriusq;: tum quia hoc dicit Rabi Sa super Osee 10.a. sup illud uerbum:* Vaccas Bethauen coluerūt. *Sed scdm non videtur verum. s. q noīata sit Bethel a Iacob, quia illa ciuitas quam sic noīauit Iacob, est eadē ciuitas cum Ierusalem scdm quod dicunt cōiter doctores, prout diffusius fuit declaratum Gen.28. Illa autem Bethel de qua fit hic mentio, est longe sita a Ierusalem, ut patet per descriptionem terræ sanctæ, & sic non est eadem. Item quia vt habetur 3. Reg.12. ad hoc posuit Ieroboā vitulum aureum in ista Bethel, ne populus Israel iret in Ierusalem ad adorandum Dominum. & sic patet propositum. Similiter quod dicitur, quòd nominata est Bethauen, eo quod Ieroboan posuit ibi idolum, uidetur aliqualiter extraneum: Quia Iosue scripsit istum librum, a tempore uero Iosue usque ad tempus Ieroboā fluxerunt quingēti, uel*

1.Par.2.a. 1.q.4. eccle. sia.

MORALITER.

1 Fili au. Sequit. 3 *Nam Achan filius Charmi, &c.* Sic enim debet scribi, qa sic scribitur in Hebræo. Per Achan q tribulator interpretatur, & erat de filiis Israel, q pter eius peccatū fuerunt tribulati, significat malus religiosus, pp cuius malitiā alij religiosi inculpant, & hoc significatur per hoc quod dr. *Filij autem.* licet solus Achan fuerit præuaricatus. De isto dicitur, q furatus fuit regulam aureā. Regula verò B. Francisci aurea dicitur, & similiter regulę aliorū religiosorum eo q inducant ad charitatem Dei & proximi, quæ per aurum signatur, eo quòd sicut aurum inter metalla pretiosius est, sic charitas inter virtutes. 1. Corin. 13. d. *Maior autem horum est charitas.* Hanc autem regulam auream furatur malus religiosus. Nā furtum est ptrectatio rei alienæ inuito dño. Dñs aūt regulæ religiosæ cōuenienter dr institutor ipsius. s. beatus Bndictus, Franciscus, & sic de alijs. Malus autē religiosus frangēdo regulā, ꝯ voluntatē institutoris tractat eam. Similiter vestē furat, nam indignè portat habitū religionis sanctę. Et argentū opere humo. Per argentū intelligi pōt quælibet gratia gratis data. s. scientia, eloquentia, & huiusmodi, quæ malus religiosus terra operit, nam ad quæstū terrenum talia cōuertit. Sed præcepto Iosue talis moritur in valle Achor, quę interpretat vallis tribulationis. & iō significat penā gehennæ, quę sm doctores est in profundis terre. In hac igit valle Achā punitur, ad significandū, q malus religiosus ad mortē gehennę per Chri iudiciū condemnatur.

A Nec tñ credendũ est, et pœnis, quæ post mortem irrogãtur, alium pro alio posse damnari: sed in his tm̃ rebus hanc irrogari pœnam, quæ finem fuerint habituræ, etsi nõ eo modo finirentur. Similiter ẽt ostendit quantũ connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, vt non in seipsis singuli, sed tanquã partes in toto existimentur. Per vnius quoq; peccatũ mortemque * ferè paucorũ admonitus * formè est populus vniuersus, tanquã i corpore vniuerso quærere quod amissũ est. Simul ẽt ostensum est, quantum malum fieret si vniuersa congregatio peccasset, qñ ne vnus quidẽ ita potuit iudicari, vt ab eo possent cęteri esse securi. B At verò si Achã ab aliquo inuẽtus & cõprehẽsus & criminis reus, ad iudicium Iesu fuisset adductus, non putãdũ est hoiem iudicẽ quenquam aliũ q̃ societate facti ei⁹ non teneret, ideo pro illo vel cũ illo fuisse punitum. Non.n. mandatũ legis licebat excedere, quod datum est hominibus ne iudicio suo quod in homine homini † visum vel permissum est, alterum pro altero arbitraretur esse plectendum. † iussum Longè autem secretiori iudicio iudicat Deus qui potens est, etiam post mortem, quod homo non potest, vel liberare vel perdere. C Visibiles igitur afflictiones hominum vel mortes, quoniam his quibus ingeruntur & obesse & prodesse possunt, nouit dominus in occulto prouidentiæ suæ, quemadmodum iustè quibusq; dispenset, etiam cum aliorum peccata in alijs videtur vlcisci pœnas inuisibiles quę nocent & nõ prosunt. Heb. 11. d. Ita nullus Deo iudice, pro alienis peccatis luit, sicut (homine iudice) luere nullus nisi pro sua culpa istas visibiles debet. Hoc enim pręcepit homini iudici Deus, vt in his quæ ad humanum iudicium pertinent iudicanda: quod in suo iudicio facit ipse quo potestas humana non aspirat.

✠ Theodoret. Quæst. 9. in Iosue. Castigatus est oĩs populus, quia q̃ surripuerat, putabat perinde latere Deum, ac hoies. Voluit igitur Deus & hunc reprehendere, & omnibus incutere metũ, vt qui diuinarum legum sunt obseruatores, coarguãt trãsgressores, alioquin infligendi supplicij sint futuri participes.

D ✠ Procop. Comment. Viros Dei non diuitiarum, non gloriæ, nõ potentiæ, nõ sapientiæ secularis cupidos esse decet. Est autem aurum diuitiarum figura seu imago: argentũ gloriam repręsentat: æs sapientiæ loquacitatem. ferrum robur & potentiam. Deus simul cũ Achan propinquos ipsius perdidit, q̃ facinoris ipsius cõscij fuissẽt. Ipse quidẽ pęnas dat, populus autẽ ad pietatem reddit̃ instructior, cautione sacrilegij tã quam rei pestiferæ eis subeunte. Hostib⁹ interim non multũ lucri attulit, trigĩta sex viris occisis licet: qui qm̃ (fortè) deteriores alijs fuerant, opportunè suorum delictorũ luerũt suppliciũ. E Bruta quoq; cum inanimatis sũt deleta, vt impietatis magnitudo cõ magis elucescerent, adeoq; spectatores rei irã Dei vehementius extimescerent.

Quare omnis populus frustra vexabitur cõtra hostes paucissimos? Ascenderũt ergo * tria milia pugnatorũ Qui statim terga vertẽtes, pcussi sũt a viris vrbis Hai, & corruerũt ex eis * triginta & sex homines, psecutiq; sũt eos aduersarij de porta vsq; ad Sabarim, 1 & ceciderunt, 2 per prona fugiẽtes. Pertimuitq; cor populi, & ad instar aquæ liquefactũ est. 3 Iosue verò 4 scidit vestimẽta sua, & 5 pronus cecidit in terrã coram arca Dñi 6 vsq; ad vesperam, tam ipse quàm oẽs senes Israel. 7 Miseruntque puluerem super capita sua, & dixit Iosue: Heu dñe Deus: 8 Quid voluisti transducere populum istũ Iordanẽ fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhęi & perderes? 9 Vtinã, vt cœpimus, mansissemus trans Iordanẽ. Mi dñe Deus quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentẽ? 10 Audiẽt Chananæi & oẽs habitatores terræ, & 11 pariter cõglobati circundabunt nos, atq; delebũt nomẽ nostrũ de terra, 12 & quid facies magno nomini tuo? 13 Dixitq; dñs ad Iosue: Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactũ meum, 14 tuleruntque de anathemate, 15 et furati sunt atque mẽtiti, et abscõderunt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare añ hostes suos, eosq; fugiet, q̃a pollut⁹ est anathemate Nõ ero vltrà vobiscũ, donec conteratis eũ qui huius sceleris reus est. 16 Surge, 17 sanctifica populum, et dic eis: 18 Sanctificamini in crasti-

✠ August. Lib. quæst. ex vet. test. q. 36. *Si anima quæ peccauerit ipsa morietur*. quid est vt Achã peccauerit, & triginta viri occisi sunt causa eius? Alio sensu scriptura locuta est. Non.n. de morte, quæ omnibus communis est, dixit, sed de illa quæ appellatur secũda. Hæc enim pctõres suscipit. Illis aũt qui in pugna mortui sunt, nõ F peccatum Achã redditum est, sed obfuit illis, ne protectione diuina adiuti, inualescerent hostibus. Nulla ergo iniustitia in volũtate Dei est. In potestate enim habet si adiuuare vult, ut si adfuerit misericors sit, si noluerit, iustus. Nec enim in talibus debitor est, vt teneatur obnoxius.

✠ *Accedetis mane singuli, &c.* Talmudici. Arca sacra veluti iniecta manu retinuit noxiam tribum, deinceps prosapiam, mox familiam, denique furem ipsum, cum se ante illã sisterent, vt ne pedem quidem loco mouere possent.

✠ R. Leui Gerson. Oĩs ista disquisitio sorte acta est. Sortitio autem adscribitur Deo, quia eius nutu rectè cadit sors, quod Solomon testificatur inquiens: Prou. 16. *In sinum proiicitur sors, & a Domino eius euentus eius*. Prophetæ autem manibus, coram sacra arca, tanquam in Dei conspectu, sortes mixtæ tractæ sunt.

Regulamq;

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *circiter, q̃a quadringentesimo octogesimo anno ab egressu filiorũ Israel de Aegypto fundauit Salomon templũ anno quarto regni sui, ut hẽtur. 3. Reg. 11. Ipse aũt regnauit 40. annis, vt habetur 3. Reg. 6. Ieroboam uerò regnauit post mortẽ Salomonis, ut patet ibidẽ 12. cap. & tunc fecit vitulos aureos. Ab exitu verò de Aegypto vsq; ad destructionẽ ciuitatis Hai & Bethauen per Iosue, fluxerunt tñ 40. anni integri, & idẽ si tunc Bethauen vocabatur a facto Ieroboam futuro per quingentos annos, videtur extraneum. Nisi dicatur, q̃ Iosue in spiritu vidit hoc futurum, & sic eã nominauit in hoc libro per anticipationem, quæ anticipatio est multũm magna. Et ideo aliter potest dici, quod uocata est Bethel. i. domus Dei, eo q̃ Abraham ædificauit altare domino inter Bethel & Hai, habens Bethel ab occidente, ut habetur Gen. 12. Et quia Hebræi adorant ad occidentem, ideo Abraham ibi adorans habebat faciem uersam ad Bethel quæ erat propè, & inde sic uocata est. Dicta est autem Bethauen. i. domus idoli, eo quòd Chananæi ibi habitantes colebant idola. Cætera patent usque ibi.*

1 De porta vsq; ad Sabarim. *Dicunt expositores nostri, quod Sabarim est proprium nomen loci. Hebræi uerò dicunt, quod est nomen cõe, & significat confractionem, ut sit sensus, quod illi de Hai persecuti sunt filios Israel usquequo sentirent in se lassitudinem in persequendo, uel quod confractio referatur ad filios Israel, unde subditur.*

2 Et ceciderunt per prona fugientes. Pertimuitq; cor populi, & ad. *Tanquam confracti ab aduersarijs.*

3 Iosue. *Hic consequenter ponitur Iosue deprecatio occasione casus prædicti.* 4 Scidit vesti. *in signum doloris, secundum consuetudinẽ Iudæorum, vt patet in pluribus locis veteris ac noui testamenti.*

5 Et pronus cecidit. *quia oratio debet esse humilis.*

6 Vsque ad vespe. *ieiunus orans.* 7 Miseruntq; pul. *in signũ humiliationis.* 8 Quid voluisti. *Ly vt, non tenetur hic causaliter, sed consecutiuè. q. d. hoc sequetur ad illud, nisi tu protegas nos.*

9 Vtinam, &c. *in regno Sehon & Og, quæ acquisierant filii Israel trans Iordanem. Hoc dixit Iosue ex passione doloris, licet malè, nec dixisset extra passionem positus, propter quod indulsit ei dominus.*

10 Audient Cha. *scilicet filios Israel deuictos a paucis aduersariis.*

11 Et pariter. *hoc facto animati.*

12 Et quid facies magno nomini tuo. *q. d. hoc cederet in opprobrium nõis tui, quia dicerent infideles, q̃d non posses nos vltrà iuuare.*

13 Dixitq;. *Hic consequenter ponitur domini responsio, per quam reuelatur peccatum in generali cum dicitur:*

14 Tuleruntq;. *quod est peccatum sacrilegii.*

15 Atq; mentiti sunt. *quia promiserãt Deo obedire. & sicut mẽtiti sunt, quia nõ seruauerunt promissum. Sciendum tñ q̃d scriptura hic loquitur in plurali, licet vnus tantum peccauerit ratione prædicta in principio huius cap.* 16 Surge. *Hic consequenter ponitur cognitio ppetrati peccati in speciali, & primò quantũ ad personã peccatricẽ. secundò quantum ad culpam determinatam, ibi:* Et ait Iosue. *Circa primum dicitur.* 17 Sanctifica. *i. cita secundum Hebræos, & eodẽ modo q̃d sequitur;* 18 Sanctificamini. *i. sitis citati. Scd̃m doctores verò nostros hic accipitur sanctificatio pro præparatione populi per deuotionem. Ratio huius diuersitatis est, quia dictio Hebraica hic posita æquiuoca est ad citationem, præparationem, & sanctificationem.*

num. Hæc enim dicit dñs Deus Israel: Anathema in medio tui est Israel: Nō poterit stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. Accedetisque mane [1] singuli per tribus vestras, & quācunque tribum [2] sors inuenerit accedet per cognationes suas, & [3] cognatio p domos domusq; per viros, Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, ¶ Pœna vehementi, quam significat ferrea fornax Aegypti. comburet igni cū omni substātia sua quoniā præuaricatus est pactū domini, & fecit nephas in Israel. Surgens itaque Iosue mane, applicuit [4] Israel per tribus suas, & inuēta est tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illā quoq; per viros offerens, reperit Zabdi. Cuius domū in singulos, diuidēs viros inuenit Achā filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. Et ait Iosue [5] ad Achan: Fili mi, da gloriā dño Deo Israel, & [6] cōfitere atq; indica mihi qd feceris, ne abscondas Respōditque Achā Iosue, & dixit ei: Verè [7] ego peccaui domino Deo Israel, & sic feci Vi- [8] a ¶ Conuersationis secularia cultum. di enim inter spolia palliū coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulāque auream quinquaginta siclorū, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argētūque fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros, qui currētes ad tabernaculū illius, repererunt cuncta abscōdita [9]

a *Regulamq;*. Furatus est autem linguam, auream, & posuit (A) eam in tabernaculo suo. Non puto in illo furto parui auri tā tam vim fuisse peccati, vt tam innumerosam Dei ecclesiam macularet, sed multus decor est in verbis, multa in rhetorū vel philosophorū sermonibus pulchritudo, qui omnes sunt de ciuitate Iericho id est, de hoc mundo. Si ergo inuenias apud philosophos peruersa dogmata luculenti sermonis assertionibus decorata, ista est lingua aurea. Sed vide ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurea pulchritudo, memento quia Iesus anathema esse iussit omne aurum quod in Iericho fuerit inuentum. Si poetam legeris fulgenti carmine deos deasque texentem, ne delecteris eloquentiæ suauitate, lingua aurea est. Si eam sustuleris & posueris in tabernaculo tuo id est, si introduxeris in cor tuum quæ ab illis afferuntur, pollues omnem ecclesiam domini. (B) Debemus autem diligenter discutere, ne quis habeat in tabernaculo suo Ierichontinam linguam absconditam, & abiiciamus malum ex nobisipsis, quia etiamsi cessamus, arguet Deus, vt sponte confiteatur & dicat: Furatus sum linguam auream, & dextralia pura. Pura autem dextralia sunt opera quibus nihil miscetur diuinum, sed totum secundum hominem geritur: nos Christum Deum & hominem confitemur. Quod de Iericho furatum est purū id est, sine Deo esse dicitur, quod furanti extitit causa peccati: *Origen. Hom. 7. in Ios. Mystice.*

Regulamque. Lxx. Linguam hæreticorum scilicet, dogmata. Vel superstitiosa secularium literarum studia. Hæc enim est lingua aurea, luculento sermone aptata. hanc furati sunt heretici de Iericho, quasi auream regulam, qui philosophorum sectam conati sunt inducere in ecclesiam, quorum anathemate multi perdūtur, & quasi aceruo lapidum multitudine peccarorum extinguuntur, quorum ductor diabolus, qui per illorum impietatem quosdam vicerat, rursus superatus vincitur: & a po- (C) pulo Dei suspensus crucis virtute necatur.

✠ *Vidi inter spolia, &c.* Iosephus. Achan dum inuenisset chlamydem regiam, totam auro contextam, habentem auri (D) mazam, hoc est siclorum pondo ducēta, crudele iudicans, si is qui periculum habuerat, lucrum inueniens quod in sua vtilitate conferret, daret hoc Deo, & non magis egēti: suffodit eam, latere se iudicans Deum, sicut & cōmilitones. Postea verò furtum cōfessus est, & protulit in medium vestē. Et ille quidem repente peremptus, turpem pœnam & congruam suę præsumptioni suscepit. *l. 16. anti. c. 5.*

✠ R. Dauid Kimpi. Laminam, seu regulam in linguæ figuram conformatam rapuerat.

✠ Tarmudici. Ex alicuius statuæ ore volutam hanc linguam auream offenderat, & positam honoris caussa Babylonicum illud stragulum, & oblatos argenteos siclos, quos surripuerat. *ca. Eleazaris.*

✠ Tertuli. Tantum releuat confessio delictum, quantum dissimulatio exaggerat. (E) Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio cōtumaciæ. Satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi & humilificandi hominis disciplina est, conuersatione iniungens misericordiæ illicem. *lib. de pœnit.*

✠ Ciprianus. Confiteantur singuli, quæso vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui reliquit, in seculo est, dū admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est. Conuertamur ad Dominum tota mēte, & pœnitentiam criminis veris doloribus exprimentes. Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi mœstitia satis faciat, illi spes omnis incumbat. *lib. de lapsis.*

✠ Ambrosius. Plurimū suffragat reo verecūda confessio, & pœnā quam euitare non possumus, pudore subleuamus. *in Psal. 37.* (F)

✠ Aug. Vt nobis peccatorū vulnera nunquā deesse possunt sic & cōfessionis medicamēta deesse non debent. Non. n. iō vult Deus vt cōfiteamur peccata nostra, qđ ea ipse scire nō possit, sed qa diabol⁹ hoc desiderat, vt inueniat, qđ nobis añ tribunal iudicis æterni obiiciat. Iō vult vt magis defendere, quam *in Psal. 65.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Doctores tñ nostri rationabilius dicere videntur, quia in agēdis vel suscipiendis diuino oraculo fiebat pparatio populi per deuotionē, quę præparatio aliquando fiebat p continentiam ab vxoribus, vt habetur Exo. 19. in legis datione, & aliquando per orationem, vt habet Act. 1. in Matthiæ electione. aliquando per ieiunium, vt habet 3. Reg. 21. in Naboth condemnatione. Vt enim eius condemnatio videret esse iusta, & à Deo, mandauit Iezabel ante prædicari ieiunium, sicut solitū erat fieri ante diuina oracula. Qualiter autem fuerit facta ista sanctificatio de qua loquitur hic scriptura, non est expressum in litera, sed credendum est quòd facta est aliquo istorum modorum.*

1 Accedetisq;. *quia viri cuiuslibet tribus erant distincti abinuicē secundum tribus, & in qualibet tribu erant plures familiæ, & in qualibet familia erant plures domus, & in qualibet domo plures viri seu capita. Primo igitur deprehensa est tribus in qua perpetratū fuit sacrilegium, postea familia determinata eiusdem tribus, postea domus eiusdem familiæ, & postea vir determinatus in illa domo. Dicit tamen Ra. Sa. quod tribus deprehensa est, per hoc, quod Iosue ex ordinatione diuina adduxit tribus coram rationali iudicio, in quo erant 12. lapides pretiosi, in quibus erant sculpta nomina tribuum 12. & dixit ei dominus, quod fulgor illius tribus quæ peccauerat obfuscaretur: & sic deprehēsa est tribus Iuda, sed familia determinata in illa tribu, & domus in familia, & vir in domo, deprehensi sunt permissionem sortis: Sed primum videtur esse fictitium, qa est contra textum, vbi dicitur*

2 Et quam tribum sors inuenerit. *Ex quo patet quod tribus fuit deprehensa per sortem sicut, &c.*

3 Accedet per cognationes suas, &c. *idest, per familias. Idem enim significat hic cognatio & familia. Sciendum autem quod Iosue non peccauit hic vtens sorte. Tum quia hoc fecit ex precepto domini, vt patet in textu. vnde dicitur Prouerb. 16. d. Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperātur. Tum quia hoc fecit cum debita reuerentia. s. sanctificatione populi præmissa. In quibus autem casibus & qualiter licitum est vti sortibus, & in quibus non, dictum fuit diffusius. Nu. 34.*

4 Surgens. *Ad exequendum diligenter Dei mandatum. Et patet litera.*

5 Et ait Iosue. *Hic consequenter ponitur cognitio peccati quantū ad culpam determinatam per Iosue interrogationem, cum dicitur:*

6 Fili mi. *s. per confessionem tuam appareat Deum verum dixisse de peccato anathematis, & per consequens iuste puniuisse populum.*

7 Respondítq; *confitendo veritatem.*

8 Vidi enim. *i. rubeum. Hebræi tamen dicunt, pallium Babyloniū Cætera patent.*

9 Misit ergo. *Hic consequenter describitur peccati cogniti punitio Et patet litera vsque ibi:*

✠ Tollens.

in eodem loco, & argentũ simul. Auferentesq; de tentorio, tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proiecerun tq; ante Dominũ. Tol 1 lens itaq; Iosue Achan filium Zare argẽtumq; & pallium, & auream regulam, filios quoq; & 2 filias eius, boues & asinos & oues, ipsumq; tabernaculum & cũctam supellectilem, & omnis Israel cum eo, duxerunt ad vallem Achor, 3 vbi dixit Iosue: Quia turbasti nos, exturbet te 4 Dominus in die hac. a Lapidauitq; eum omnis 5 Israel, & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. 6 Congregauerunt quoque super eum aceruum magnũ lapidum, qui permanet vsq; in præsentem diem. Et auersus est furor domini ab eis. Vocatumq; est nomen loci illius, vallis Achor vsque hodie.

¶ quàm accusare peccata nostra velimus. Ecõtrario aũt Deus A noster quia misericors est, vult vt ea confiteamur in hoc seculo, ne pro illis confundamur in futuro. Si.n. nos confitemur, ille parcit. Si nos agnoscimus ille ignoscit.

Cap. 8. libr. in Ios. Isid. Iericho mũdum significat. de anathemate eius in tabernaculo suo abscondit, qui seculares mores ecclesię secretis inserit, qui sub cultu Dei manens, solẽnitates seculi vel spectacula diligit, qui sortilegos, haruspices, & augures inquirit, vel cætera facit quæ in Iericho.i. in seculo hẽbantur.

a ✻ *Lapidauitq; eũ omnis Israel, & cuncta quæ illius erant, &c.* B Rupert. Quare tanta seueritate vindicatum est, nisi vt venturis seculis iudiciorum Dei metus, eorum exemplo sanciretur? Futurum quippe erat, quod hodie videmus, vt falsorum fratrum auaritia & ambitione ecclesia Dei turbaretur. De nobis exierunt quam plurimi imitatores Achan, qui fidem profitentes catholicã, de isto anathemate furati, inter vasa sua reposuerunt. Dũ enim sub specie pietatis, auaritiæ student, & cuncta faciunt uenalia, quid quam anathema furantur? Hanc malitiæ radicem primum in Simone mago Act. 8. per os beati Petri vniuersa ecclesia anathematizat, & hæreticam esse hydram iudicat, &c. C Rectè igitur seuere tale furtum in Achan vindicatũ est, nec ullam ueniam mereri debuit, quia confessio eius nimis tarda fuit. Ante.n. turbatus est Israel quam ille reatũ agnosceret, & ante sors ueridica Deo authore, prodidit personam, quam ipse culpam.

2. quæst. 1 Ios. cap. 8. ✻ Beda. Sed & ille de anathemate Hiericho fraudat, qui in ecclesia hæreticorum infert dogma. Hanc.n. regulam auream luculento sermone apatatã, fraudati sunt Marciõ, Basilides, Arrius, &c. qui philosophorum sectã nõ rectã in ecclesiã conati sunt introducere, ita ut alij multi pderentur p eos.

Quæst. 9. in Iosue. *Lapidauitq; eum.* Aug. Quæritur, cum dominus eum qui furtũ fecerat, cũ fuisset cõprehẽsus, igni cremari iusserit, cur Iesus potius lapidari fecerit? an ita eũ mori oportuit, quomodo Iesus verba iubẽtis intellexerit? sic enim alius non facile intelligere potuit. Ideò magis quærẽdũ, cur dominus lapidationem ignem dixerit, quã credẽdum Iesum aliud fecisse q̃ dominum iussisse. Nam quis ad intelligenda verba dñi sapiẽtior esse potuit, uel ad facienda obedientior? Sed nomine Deut. 4. c. ignis potuit pęna significari, sicut ibi: *Eduxit nos de fornace ferrea.i.* de tribulatione dura. Duę mihi causæ occurrũt, nõ qđ ambæ sint, sed altera ex eis, cur nõ ille cum omnibus suis euidenti igne crematus Si.n. peccatum eius dominus tale iudi Hier. 11. c. cauit, quod supplicio illo expiatũ non puniret in æternũ, ꝓpter ipsam purgationem pęna illa dicta est ignis. Neque ad hunc

hũc intellectum quisquam tendere moneret, et eũ visibilis D ignis exureret, sed i eo quisque maneret, qđ aperte impletũ videt: neque vltra quæreret. Nũc vero propter verba Dei & factũ Iosue quo præuaricari verba illa non possent, rectè dicitur lapidationem ignem fuisse, vt cognoscatur illa pœna hominem illum fuisse purgatum, ne puniretur in posterum quod significant vasa in Leuitico quæ iubentur igne purgari. Si autem tale fuit illud peccatum, propter quod eum etiam post hanc vitam gehennæ ignis susciperet, ideo Iesus eum voluit lapidari, vt quod a domino dictũ est, *igni cremabitur*, intelligeretur quod dominus faceret, non quod ab ipsis esset faciendum. Non enim dictũ est, *igni cremabitis eum, &c.* E Cum vero ita dictum est, vt magis videatur Deus quod ei futurum esset prædixisse, quam quod ei ab homine fieret præcepisse, non potuit melius facere Iesus, qui diuina verba sicut ꝓpheta intellexit, q hoc ipsum prophetice fecit, quam ut illum lapidibus magis quam flammis perimeret, ne ullis ignib. uerba dñi impleta uiderẽtur, q̃ ob aliud dicta voluit intelligi. Nec mouere debet quod non ipsum tm̃, sed etiam omnia quę sunt eius, Deus igni cremãda pdixerit ait enim: *Igni cremabitur, & oĩa q̃ uacunque sunt eius.* Omnia.n. hæc opera possũt intelligi, q̃ cũ illo dixit esse cremanda. Nã sicut Apostolus dicit de quibusdã operibus igne cõsumptis: F 1. Cor. 3. c. *Ipse autem saluus erit.* Si huius peccatũ ita intelligendũ est, vt etiã æterno igne puniatur: filios ergo eius & filias cũ pecoribus & omnia quæ habebat, populus cũ eũ puniret simul lapidibus obruit. Non tamẽ hoc iudicio humano, sed spiritu ꝓphetico fecit Iesus, siue ita intelligens. *Omnia quæcunq; sũt eius* vt nec filios censeret exceptos, lapidationis pœnã ꝓ igne ingerens, siue opera eius q̃ post morte Deus in illo fuerat crematurus, nõ solũ p cætera quæ illius erant, sed etiam p filios significans. Nec ideò credendũ est, eos pro peccato patris (a quo innocentes erãt) post morte igni inferni esse cremãdos. Mors.n. q̃ omnes manet, quãuis de primo peccato veniat. Mors vtilis. Sap. 4. b. q̃a ita nati sum⁹, vt necessariò moriamur, accelerata q busdã est utilis. vnde: *Raptus est ne malitia mutaret sensum illi⁹.* Quo ergo iudicio Dei vel misericordia fuerit irrogata filiis huius, vel illis 36. viris, cũ omnes ab eius pctõ fuerint alieni, latet apud eũ apud quẽ nõ est iniquitas. Sed illud in promptu est, Rom. 9. c. quia populũ terribiliter oportebat quærere qđ amissum est, & tantò timuerunt cęteri factũ eius imitari, quantò humana horreret infirmitas ita magnum & tam iustum odium populi dari, & eis quos ad spẽ propagandi generis se relicturum putabat, peccato suo secum consumptis mori.

¶ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tollens. *In Hebræo habetur* linguam. *Erat enim lamina aurea in similitudinem linguæ facta. Hoc autem tulit Iosue, quia præceptũ erat a domino, quod peccator combureretur cum omni substantia sua, vt prædicitur in textu.*

2 Filios. *Dicunt Hebræi, quod ducti sunt ad videndum punitionẽ patris, vt per hoc arcerentur a similibus. Doctores autem nostri dicunt, quod ducti sunt vt cum patre morerentur. & hoc videtur rationabilius, quia pro peccato eius 36. viri mortui sunt in bello, vt dictum est suprà eodem capitulo Et rationabilius videtur, quòd pueri sui morerentur cum eo in detestationem criminis. Item supra eodem capi. dixerat dominus:* Non poteris stare coram hostibus tuis donec deleatur ex te qui contaminatus est hoc scelere. *Deletio autẽ alicuius propriè importat occisionem eius cum sua posteritate.*

3 *Duxerunt.i. turbationis. quæ sic denominata est. non a nomine viri ibi puniti, vt credunt aliqui, sed ex uerbo Iosue. quod subditur cum dr̃*

4 Quia tur. *Ideo vocatus est locus ille, vallis Achor. i. turbationis: ita quod Achor non est nomen proprium, sed commune.*

5 *Lapidauitq; Videtur quod in hoc factum sit contra præceptũ domini dicentis supra ec.c.* Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehẽsus cõburet igni cum omni substantia sua. *Ad hoc dicũt, ꝙ nomine combustionis intelligit alia pęna quæcunq; secũdũ illud Hier. 11. a.* Eduxi eos de fornace ferrea Aegypti. *i. de seruitute dura, & sic in proposito nomine cõbustionis intelligitur lapidatio. Sed hoc non videtur bene consonum textui: quia simul præcipitur a domino comburi cum eius substantia: quæ fuit conbusta, vt patet per literam sequentem, cum dicitur:* Et cuncta. *Aliter exponunt aliqui dicentes, ꝙ uerbum domini de combustione Achan intelligitur de igne gehennæ: quia vt dicunt, non pœnituit verè ratione culpæ, sed tantum ratione pœnæ. Et ad hoc designandum signanter dixit dominus:* Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni. *q.d. a me sibi pœnam futuram reseruate. ideo nõ dixit,* combureti*s eum igni, sed* comburetur. *Sed hoc dictum non videtur textui consonum, quia iste Acham ad dandam gloriam Deo confessus fuit veraciter & humiliter peccatum suum, vt patet in textu. & ideo non est versimile ꝙ fuerit damnatus, & hoc sonat uerbum Iosue dicentis ei:* Quia turbasti nos, turbabit te dominus in die hac. *quasi dicat, non in futuro. In Hebræo enim nõ est uerbum optatiuum.s.* turbet te, *sed indicatiuum.* Iagcharcha, *turbabit te, quia Iosue ad eius confortationem, propter humilẽ confessionem indicauit ei vt videtur, quod mors temporalis esset sibi expiatio. Et ideo aliter potest dici, quod iste Achan dupliciter peccauit. s. peccato sacrilegij furando rem domino consecratam: & violatione sabbathi, quia furtum illud commisit in die sabbathi, vt patet ex dictis capitulo. 6. & ideo punitus est duplici pœna. s. lapidationis pro violatione sabbathi. quia hæc est pœna debita secundum determinationem domini, vt habetur Numero. 15. de colligente ligna in sabbatho. secundo pœna combustionis cum pertinentibus ad ipsum, secundum quod dominus præceperat in hoc capi.*

6 Congregauerunt. *pro memoria futura ad terrorem aliorum.*

CAP. VIII.

a Dixit autem Dominus ad Iosue: Ne timeas, *neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidū Hai. 1 Ecce tradidi in manū tuam regem eius & populū, 2 vrbemq; & terram. 3 Faciesque vrbi Hai & regi eius sicut fecisti Iericho & regi illius. 4 Prædam verò & omnia animantia diripietis vobis. 5 Pone insidias vrbi post eam. 6 Surrexitq; Iosue & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai, & electa triginta milia virorum fortium misit 7 nocte præcepitq; eis, dicens: b † Ponite insidias post ciuitatem: nec lon- 8 gius recedatis, *& eritis omnes parati. Ego autem & reliqua multitudo quæ mecum est, ascendemus ex aduerso contra urbem. Cumque exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & terga uertemus, donec persequentes ab urbe longius protrahantur. Putabunt enim nos fugere sicut prius. Nobis ergo fugientibus & illis persequentibus, consurgetis de insidijs & † uastabitis ciuitatem, tradetque eam dominus Deus vester in manus vestras. Cumque ceperitis, succendite eam: & sic omnia facietis ut *iussi. Dimisitque eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntque inter Bethel & Hai ad occidentalem plagam urbis Hai. Iosue autem nocte illa in medio mansit populi. Surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cū senioribus in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum. Cumq; uenissent & ascendis-

* ab vrbe.

* dicit dominus & vobis

† expelletis habitatores ciuitatis.

CAP. VIII.

A *Dixit autem.* a *In oppi.* Adam. Primò propter peccata victi sumus, & qui habitabant Hai multos interfecerunt. Hai enim interpretatur chaos, qđ est habitaculum dæmonum. quorum rex diabolus est. Contra quē veniēs Iesus in duas partes diuidit populū, alios ī primis, alios in postremis statuit, q ex insperato post terga veniant inimicorū. Primi autē B sunt Iudæi, de quibus dr̄: *Non veni nisi ad oues perditas domus Israel.* Et alibi: *Iudæo primum & Græco.* i. Gentili posteriori. Iudaicus ergo populus est q primus statuitur, & quasi fugiēs cum Iesu, posterior verò Gentilis, quasi ex insperato veniēs. Quis enim sperarēt gentes saluari? C Acri⁹ post tergum aduersarios cędit. Et sic vterque populus mediam turbam dæmonum concludit & vincit. Fugere autem visi sunt qui sequuntur Iesum ab onere legis.

Homil. 8. in Iosue.

Matt. 15. c.

† 23 q. 2. c. dominus.

Rom. 1. b.

Quæst. 10. in Iosue.

✠ b *Pone insidias.* Theodor. Ad quid præcepit Deus, vt struerent insidias? Docet ēt fideles vsos esse cōmentis humanis, vt auxilio diuino. Cum. n. sono tubarum primam vrbem cepissent, meritò sanè discūt certare, labori incūbere, & suppetias diuinas expectare. Confestim ergo dimicantibus illis succurrit D Deus, & fugientes oēs violentis fulminib. & grandine consumpsit. Porrò γαισὸν quo latētes in insidijs excitabat Iosue, ἀσπίδα, idest, clypeū interpretat⁹ est Iosephus, itidē & Symmachus. Procop. Symmachus scutū dicit, alius hastam, alius Scipionem & baculum. Lingua Iberica Acontium, quod Romani Gęsum vocant.

Quæst. 12. Iosue. Iustum bellū.

Aug. Cum qs iustum bellum susceperit cui bellare fas est (non enim fas est oībus) verū aperta pugna vel insidijs vincāt, nihil ad iustitiā interest. Iusta autē bella definiri solent, quæ vlci- E scunt iniurias. si ea gens, vel ciuitas quę bello petenda est, vel vindicare neglexerint qđ a suis improbè factum est, vel reddere quod per iniurias ablatū est. Sed & hoc genus belli iustū est qđ Deus imperat, apud quem nō est iniquitas, & F nouit qđ cuiq; fieri debeat. In quo bello ductor exercitus, vel ipse populus, non tam auctor belli quàm minister iudicandus est.

Deut. 32.

Quæst. 11. in Iosue.

Aug. Quærendū est vtrum omnis fallendi voluntas pro mendacio putanda sit, & si ita est, vtrū possit esse iustū mendacium quo iste fallitur q dignus est falli. Et si non hoc qdē iustum reperitur, restat vt secūdum aliquam significationē hoc quod de insidijs factum est, ad veritatem referatur.

☞ *Et fugientes.*

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

Dixit autem. *Hic consequenter describitur ciuitatis Hai destructio. & secūdò ex hoc habitatorum terræ Chanaan trepidatiō. c. 9. Circa primū primo a domino dicitur captionis modus. Secūdo subditur executionis actus, ibi,* Surrexitq; Iosue. *Tertio immolationis cultus, ibi:* Tunc ædificauit Iosue altare. *Circa primum dicitur.*

1 Dixit aūt. q.d. *sicut subtraxi a te auxilium meum pp peccatū ipsius Achā, ita te protegam propter iustitiam de ipso factā. iō subditur.*

2 Ecce. *q.d. victoria hæc erit virtute mea.*

3 Faciesq; ipsam *destruendo,* & regi eius: *ipsum occidendo.*

4 Prędam. *i. diuidetis. Sic autem non fuit factum de præda Iericho, quæ fuit posita sub anathemate, vt dictum fuit supra 5. cap.*

5 Ponite. *Qualiter autem, & ad quid non exprimitur hic, sed parte sequēti. Domin⁹ tn̄ hic reuelauit ipsi Iosue quicquid postea executus est. Occasione autē huius dicti quæritur hic, vtrum in bello licitū sit insidiis & cautelis vti? Et videtur quod nō, quia ius naturale dicit.* Nō facias alijs qđ tibi non vis fieri. *Nullus autem vellet sibi fieri insidias: ergo, &c. Item insidiæ sūt quædam fraudes, & per consequens pertinent ad iniustitiam: ergo non est eis licitum vti. quia scriptū est Deut* 16. Quod iustum est, iustè exequeris. *In cōtrarium est glo. Aug. super locum istū, & textus in quo dicitur: quod Iosue posuit insidias de mandato domini. Responsio. Aut bellum iustū est, aut iniustū. Si iniustū, nō est licitū bellare, & per cōsequens iniustū est & illicitū insidiis vti. Si aūt sit bellum iustum, tunc dicendum qđ insidiæ & cautelæ ad hoc ordinātur vt hostes decipiantur. Pōt aūt hostes dupliciter decipi ab aduersariis suis s. vno modo: qa dicitur eis falsum, vel nō seruatur semp promissū, & hoc est semper illicitū, quia in bellis sunt quędam iura semper obseruanda, etiam cum aduersarijs, secundū qđ dicit Ambr. lib. de officiis sicut obseruatio treugarum, & consimilia. Et iō si insidiæ fiant per talē modum, sunt iniustæ et illicitæ. Alio mō decipiūtur hostes per hoc, q aduersarii occultant eis verbis vel factis suam intentionē. & hoc est licitū, quia non tenentur eis reuelare sua secreta. Vñ & in sacra scriptura dicitur, qđ secreta fidei occultanda sunt infidelibus, ne ab eis derideantur. secundū qđ dicitur Matt. 7. a.* Nolite sanctum dare canibus. *Et multò fortius in bello iusto licitū est occultare secreta sua aduersariis, quia hoc maximè valet in reb. bellicis. vt patet per Vegetium lib. 3. de arte militari. Et ideo Aug. in glo. super locum istū dicit: Si quis bellum iustū susceperit, vtrū aperta pugna, an ex insidijs vincat, non refert ad iustitiā. Ex dictis patet primum argumentum, quia nullus voluntate rationabili debet velle qđ omnia sibi reuelentur. Similiter scd̄m, quia tales insidiæ non pertinent ad iniustitiam, sed ad prudentiam bellicā.* 6 Surrexitq; Iosue. *Hic consequēter describitur executionis actus: quia sic Iosue executus est, sicut dn̄s sibi reuelauit: quæ quidem executio primò describitur quantū ad exercitus ordinationē, scd̄ò quantū ad ciuitatis captionem. ibi:* Abijt ergo Iosue. *Sn̄ia primæ partis patet in litera, quæ est plana, paucis exceptis quę discurrentur.* 7 Et. *Dicit Ra. Sa. q ibi fuerunt positæ duplices insidiæ. In primis fuerunt 30. milia virorū. de quib. loquitur hic scriptura. In secundis verò insidiis fuerunt quinque milia. de quib. dicitur infrà in parte ista.* Quinque aūt milia viros elegerat, & posuerat in insidijs, *ita quod istæ insidiæ erant ppinquiores ciuitati quā aliæ. Expositores aūt catholici cōiter dicunt, quod quinque milia virorū. de quib. fit sermo infrà fuerunt de numero istorū 30. miliū, & illi tm̄ remanserūt in insidiis, & 25. milia redierūt ad pugnandum cum Iosue contra regem Hai de ciuitate exeuntem: & hoc videtur per hoc quod subditur hic.* 8 Ponite in. q.d. *ponite ibi in insidiis*

Matt. 7. b.

MORALITER.

1 *Dixit autem.* In hoc cap. agit̄ de debellatione ciuitatis Hai & regis eius. Hai interpretatur chaos, quod idem est qđ confusio. Rex igit̄ Hai regē cōfusionis signat. Et sicut dicit quędā glo. Hebraica sup Ecclesiastē, fomes peccati est talis rex. Dr̄. n. rex, quia multi obediunt ei. & rex cōfusionis, nam inclinat subditos contra dictamen rectæ rationis. Vbi verò nō est ratio, ibi nō est nisi confusio. Per Iosue verò qui salus interpretatur, intellectus vel ratio bene significatur. Nā ratio semper ad optima deprecatur. Huic autem dicitur.

5 *Pone insidias vrbi post eam.* quia semp cauedū est contra fomitem

sent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalē vrbis plagā, inter quam & eos vallis media erat. Quinque autem milia viros elegerat & posuerat in insidijs inter Bethel & Hai ex occidentali parte eiusdem ciuitatis. Omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita vt†nouissimi multitudinis occidentalem plagam vrbis attingeret. 1 Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cum vidisset rex Hai, festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis.*Direxitq; aciem contra desertum, ignorans, quod post tergum laterent insidiæ. Iosue verò & omnis Israel †cesserunt loco, a simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam. At illi*uociferantes pariter, & se mutuo cohortantes persecuti sunt eos. Cūque recessissent a ciuitate, & ne unus quidem in urbe Hai & Bethel remansisset, qui non persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida derelinquentes, dixit Dominus ad Iosue: 2 Leua† clypeum qui in manu tua est contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Cumq; eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant surrexerunt confestim, & pergentes ad ciuitatem, ceperunt & succenderūt eam. Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vsque conscendere, non potuerunt ultra huc illucq; diffugere, præsertim cum hi qui simulauerant fugam, & tēdebant ad solitudinem, cōtra persequentes fortissime restitissent. Vidensq; Iosue, & omnis Israel, quod capta esset ciuitas*, & fumus urbis ascenderet, reuersus percussit viros Hai. Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex urbe cōtra suos, medios hostium ferire cœperunt. Cum ergo ex utraque parte aduersarij cæderentur, ita ut nullus de tanta multitudine † saluaretur, regem quoque urbis Hai apprehenderunt uiuentem & obtulerunt Iosue. b Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatem. Erant autem qui in eodem die conciderant à uiro usq; ad mulierem, duodecim milia hominum omnes urbis Hai. 3 Iosue uero non contraxit manum quam in sublime porrexerat, tenens

Ibidem. 1.Cor.6.d. — *In occursum Israel. — Matth.10.c. — *in ciuitate. — *ab insidiis. — †remaneret superstes & qui euaderet. — Quæst.11. in Iosu. — Matth.10. — †qui in insidiis erant. — Ibidem. — †cæsi sunt coram eis. — †hastam & infra. — Matth.1.b. — 1.Re.15.g.

A a *Et fugientes.* Adamantius. Quid putas Iesus fugiēs significet? Videamus si sit tale aliquid quod fugiendo vincamus, quia est aliqua pfecta virtus in fuga. Paulus indicat dicēs: *Fugite fornicationem.* Vides esse quandam speciē fornicationis, quā fugere debem⁹, si castè in Christo viuere volumus, hęc ergo fuga parit salutem. Simili modo fugere debemus iram, auaritiam, inuidiam, liuorem, detractionē, & huiusmodi. Hic est exercit⁹ Hai quem Iesus fugere docebat. vnde: *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Vult enim nos huiusmodi hostes fugere, & B fugiendo euaserimus horum malorū contagia, videntes deuotionem nostram & propositum mētis angeli, & nos in sectationem dęmonū pati, insurgunt, & eos post tergum cędētes interimūt Iesus enim est cum his qui fugiūt, magis quā cum illis qui psequuntur: diligit enim eos, q fugiūt fornicationem, dolum, mendaciū & huiusmodi.

C * *Surgensq; diluculo, &c.* Iosephus. Iesus purgatum exercitū eduxit ad Ain vrbem, & nocte circa ciuitatem insidias cōstituens, diluculo cum hostib. est congressus. Illis autem cum fiducia propter priorem victoriā super eos euntibus, populus Hebræorum simulando se recedere, longius eos quasi persequentes traxit. Dū verò restitisset exercitus ꝯ faciē, dedissetq; signa eis quos in insidiis collocauerat, illi in ciuitatē ingressi sunt. Dū essent circa muros ciues intenti, aliqui vero & circa aspectū eorum qui egressi fuerāt, ciuitatem ceperunt, & omnes occurrentes extinxerunt.

* Theodo. Qui Iosue crudelitatis arguūt, quod omnes trucidaret, & reges crucifigeret, arguit et Deum qui ita præcepit. Ipse enim per Mosen iussit omnes penitus interfici qui terram illam incolebant, nēpe qui internecione digna cōmisissent, & deuenissent ad extremā nequitiā. Quā ob causam olim diluuium induxit, ac Sodomā & Gomorrhā igne cōsumpsit. Iussit quoq; Iosue principes calcare pedibus ceruices Regū, vt audaciores facti alacrius in acie consisterent. D Hoc ipsum etiā Dominus noster Iesus mandauit. Ecce ait: *Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

b *Igitur omnibus interfe.* Adā. pcusserunt eos, in ore gladij, vsquequo non relinqueretur ex eis q saluus fieret, &c. Indicatur nobis, quia E ex his quorum chaos est habitaculum, id est, dæmonibus qui in abysso regnāt nullum penitus relinquere debemus, sed omnes interimere non substātiam scilicet illorum, sed opus & studium quo peccare homines faciunt, hæc est enim eorum vita si peccemus, & interitus eorum si non peccemus. F Interimunt ergo sancti, habitatores Hai, nec vllum dimittunt, qui cum omni diligentia seruant cor suum, ne procedāt ex eo cogitationes malæ, & os suū ne procedat inde sermo malus: hoc ē nō relinquere vllū q effugiat, cum eos nec sermo effugit malus Extinguamus ergo oēs chaos habitātes .i. cōtrarias virtutes, & nullā relinquamus quę effugiat. Sic enim festū celebrabim⁹ diē Deo, & læta solennitate gaudebim⁹. Quando ergo legis in scripturis pugnas iustorū cædes inter emptorū, & q̄a sancti nulli hostiū parcunt, & si pepercerint reputari eis in peccatū: sicut Sauli q viuū reseruauit Agag regē Amalec, sicut exposuimus intelligenda sunt, q̄a hęc bella geruntur aduersus peccatū. Quomodo autē iusti erunt si vel parum peccati in seipsis seruauerint? Ideo dicit de eis qui ia nec

NICOLAVS DE LYRA.

aliquot de nobis.s.5.milia ad hoc electa. Intentio enim Iosue erat extrahere regem Hai de ciuitate, & tunc insidiæ ciuitatem intrarēt, & eam incenderent, vt expresse dicitur in litera, & ideo non comparuit coram ciuitate cum toto suo exercitu, ne aduersarii ex tanta multitudine territi non auderent exire, & ideo 25. milia supradicta iunxerunt se Iosue post egressum illorum aduersariorum de ciuitate.

1 *Abiit ergo Iosue nocte illa, &c. Hic ponitur actus executionis quantum ad ciuitatis captionem, & patet litera vsque ibi.*

2 Leua clypeū. *Hebræi dicunt* bachidon, *idest, hastam, &c. Ad hoc enim fiebat illa eleuatio vt socii Iosue qui erant in insidiis viderent, & ciuitatem intrarent: & alij se ei iungerent, quia hoc erat eis pro signo datū: quo viso statim exierunt, ut patet ī litera & ideo oportuit qd illa eleuatio sic fieret ī altum, ut posset a multis & a lōge uideri. & ideo dicūt Hebræi fuit hasta, in cuius summitate erat aliquod uexillum pro signo determinato. Vel si fuit clypeus, ut dicit translatio nostra, oportet dicere quod fuit leuatus in altum in summitate cuiusdam hastę uel perticæ. Cætera patent usque ibi.*

* Qui suc-

MORALITER.

†mitem seu carnis inclinationem, eo quod in senectute debellauit sapientissimum Salomonem.

2 *Leua clypeū qui, &c.* Clypeus iste est memoria passionis dominicæ. Thren.3.b. *Dabis eis Domine scutū cordis laborem tuum.* 1.Petri 4.a. *Christo in carne passo, & vos eadē cogitatione armamini.* Si vero clypeus iste cōstāter teneatur in manu bonæ operationis, debellatur insultus carnis vel fomitis. ideo dicitur postea.

3 *Iosue vero non cōtraxit ma. quam in. &c.* donec inter. Seqtur.

†Regem

quia nec vnum reliquerunt. vnde: *Nondum vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum.* Hinc alibi dicitur: *Sanctificate bellū, & pugnate pugnam domini.* Quid est.n. sanctificare bellum, nisi interceptis omnibus animę hostibus, id est, vitijs, & mortificatis membris quę sunt super terrā, & omnib. malis cupiditatibus amputatis effici sanctū corpore & spiritu, & fortiter facientem venire ad cōspectū Dei viuētis, & ꝓ palma victorię & ꝟtutis merito coronari.

a *Regem.* Adam. Rex Hai in ligno gemino suspenditur diabolus.s. in cruce Christi, quæ gemina fuit.i. gemina ratione constitit, quia visibiliter Dei filius in carne crucifixus est, inuisibiliter verò diabolus cum principatibus, & potestatibus suis, vnde Apostolus: *Quod erat contrarium nobis, tulit illud de medio, affigens cruci suæ, exuens principatus & potestates traduxit liberè, triumphās eos in ligno crucis.* quamuis in alijs exemplaribus habeť, *triumphans eos in semetipso*: sed apud Græcos hētur, *in ligno*. Ergo duplex est rō dominicæ crucis. Vna, qua Christus crucifixus reliquit nobis exēplū, Altera in qua crux illa tropheū fuit diaboli in quo crucifixus est & triūphatus, vnde. *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mun. cru. est, & ego mun.* Vides quō Aplus duplicē crucis ꝓdit rōne, duo.n. sibi ꝯria dicit esse crucifixa, se sanctū.s. & pctōrē mūdi, sicut diximus Chrm, & diabolū. Nos.n. crucifigimur mūdo, cū veniēs princeps mūdi in nobis nō inuenit qcq̄, & in nobis crucifigiť mūdus cū peccati cōcupiscētias nō recipimus. Sed dicet aliquis: Si diabolus & exercitus eius interemptus est, quomodo adhuc cōtra seruos Dei ꝑualet, *& sicut leo rugiens circuimit quærens quem deuoret?* Sed & aduentus Christi, vnus quidē in humilitate cōpletus est, alius sperať in gloria, & hic primus aduentus in carne, mysticè in scripturis vmbra eius dr. vnde: Spiritus vultus nostri, Christus dn̄s, cui diximus, *in vmbra tua viuemus in gentibus.* Gabriel quoq; de natiuitate eius dicit: *Virtus altissimi obūbrabit tibi.* vnde intelligim⁹ plura primo aduentu eius obumbrari, quorū cōpletio cōsummabiť in secundo. & Apostolus dicit, *quia resuscitauit nos cum eo, simulq; sedere fecit in cælestibus*, q̄ adhuc impleta non uidemus, sed nūc adumbrata sūt hic ꝑ fidē, q.a mente, & spe a terrenis & mortuis operibus eleuamur, & quotidie cor nostrū ad celestia erigimus, sed in secūdo aduentu implebunť q̄ nūc credim⁹ & speram⁹: Sic ergo diabol⁹ victus est & crucifixus, sed his q̄ cū Christo crucifixi sūt. omnibus autē erit crucifixus, cū cōplebiť illud qd̄ ait Apostolus: *Sicut in Adam omnes moriunť, ita & in Christo omnes viuificabunt.* Est ergo hoc ēt resurrectionis futuræ mysterium. Nam & tunc diuidetur populus in duas partes, & erūt alij primi, alij postremi, quicūque ad Iesum cōspirauerūt in vnū nec vltra erit diabolus, q.a nec mors. Vñ *nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, nō præueniemus eos qui dor. quia ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba descendet de cælo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui viuimus &c.* De diabolo autē ait: Nouissimus inimicus destruetur mors, &c. Adā. Lxx. in gemino ligno: hoc ē lignū sciētię boni & mali, in quo & bonus .s. Christus, & mal⁹.i. diabolus pepēdit, sed malus, vt interiret bon⁹ vt viueret ex virtute q.a *crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex uirtute Dei*, nec vt solum viueret, sed vt viuificaret. Ipse est nouissimus Adam in spiritu viuificante.

D ※ Chaldæus Parap. Homo suspēsus ideo vocatur contumelia, aut maledictio Dei, quia id supplicium in eos tm̄ cōstitutū est, q̄ Deo, aut verbis, aut improbo cultu ꝓbrū inferūt.

※ R. Isaac Arameus. Suspensus vocatur execratio, non Dei, sed iudicū: quia ita comparati sunt animi hominum, vt cùm cruci affixum aliquē conspiciunt, detestentur magistratus seueritatem.

※ R. Mose Gerundensis. Tametsi sontis scelus dignum sit diuturniore suspendio, quàm diei vnius est spatium, tamen deponendum est ex hominū cōspectu cadauer: quia omniū hominum execrabilissimus habetur, qui suspendio necatus est.

clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai. Iumenta autem & prędam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut pręceperat domi-

a ¶ Non hoc ad literam, sed locus demonum inhabitabilis erit in æternum, cum iam nemo peccabit, neque regnabit peccatum, cum diabolus & angeli eius ibunt in ignem æternum.

nus Iosue. Qui succendit vrbem & fecit eam tumulum sempiternum. Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam, & solis occasum. Præcepitq; Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce, proieceruntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eo magno aceruo lapidum, qui permanet vsque in præsentem

a ¶ Oportebat eum aliquid Deo dignum tanta victoria offerre.

diem. Tunc ædificauit Iosue altare domino Deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini filijs Israel, & scriptu

a ¶ Hi lapides viui sunt Apostoli & integri & incontaminati, vnum altare facientes propter vnanimitatem & concordiam vnanimiter orātes. Super hoc altare offert Iesus sacrificium patri. Nos quoque possumus effici lapides altaris, non enim deserit nos Christus & orationes nostras spiritus adiuuat, & offert patri orationes nostras. ¶ Omnibus fidelibus qui sunt lapides viui.

est in volumine legis Moysi: altare de lapidib⁹

a ¶ Q incorrupti carne & spiritu.

impolitis quos ferrum non tetigit, & obtulit super eo holocausta Domino, immolauitque pacificas victimas, & scripsit super lapides

b *Tunc ædificauit, &c.* Adam. Aedificauit Iesus altare domino Deo Israel, &c. Omnes qui in Christum credim⁹, lapides viui esse dicimur, secūdum illud: *Vos autē estis lapides vi. &c.* Sicut autē lapides validiores primi iaciuntur in fundamento, vt ipsis superponi possit ędificij pondus, secundi verò & paulò infirmiores proximi ordinātur, qui verò adhuc infirmiores sunt paulò superiores; deinde, qui infirmiores adhuc sūt, in superioribus, & ꝓpe ipsa fastigia collocantur. Idem intelligendum est de lapidibus viuis: Apostoli, & prophetæ sunt in fundamētis. vnde: *Super ędificati super fundamētū Apostolorum et prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Ipse autem Christus spiritualis ędificij fundamētū est, vnde, *fundamentū aliud nemo pōt ponere, præter id quod positū est q̄ est Iesus Christus.* Beati ergo qui supra tam nobile fundamētum ædificia sācta cōstruxerūt. Sed i hoc ædificio oportet esse altare. Quicunq; ergo lapides viui orōnib⁹ & obsecrationibus vacāt, & supplicationū victimas immolāt, ex his ędificat Iesus altare. Sed vide qd̄ ascribat laudis lapidibus altaris. Sicut dixit legislator Moses, *ædificate altare ex lapidibus integris, quibus ferrum non est iniectum.* Nouit cuiusq; cōscientia q̄s sit integer, incorruptus, impollutus, immaculat⁹ carne & spiritu: cui ferrū non est iniectū.i. q̄ ignea tela maligni non recepit, sed scuto fidei extinxit & repulit, vel q̄s est qui ferrū pugnę, belli, litiū nunquā recepit: sed semp pacificus fuit, quietus, mitis, & Christi humilitate formatus. hi sunt lapides viui, ex q̄bus altare fit, vt offerat Iesus sup eos holocausta & sacrificia salutis. Sed adhuc deest, qd̄ his oībus adijciat Iesus. Scripsit, inqt, Iesus sup lapides altaris Deuteronomiū legis, &c. Quō autē hoc potuit facere? Sed nr̄ Iesus in lapidibus viuis & integris scripsit Deuteronomiū.s. secundā legē. vnde ipse ait: *Dictū est antiquis: Nō occides. Ego autē dico vobis: Omnis qui irascit fra. suo b. est, &c.* Vides Deuteronomium quod scripsit Iesus in lapidibus viuis & integris, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: non atramento, sed spiritu Dei viui. vnde: *Cum enim gentes quę legem non habentes, naturaliter quæ legis sunt faciunt, huiusmodi legem nō habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptū in cordibus suis, &c.* Sed nūc ꝑ hęc quæ loqmur Iesus Deuteronomiū descripsit in cordibus eorū, q integra fide, & toto aīo accipiūt quasi integris lapidibus. Quō potuit sup lapides tā magnū librū scribere & ꝑmanentibus ibi filiis Israel vsquequo pscripsisset? Nr̄ aūt Iesus non indiget multa mora, vt secundā legem in cordibus credentium figat, qui ad altaris constructionem digni sunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui suc. &c.i. nō reædificandā in posterū, *sicut fecerat de Iericho.*

2 Tūc ædi. *Hic consequēter ponitur actus immolationis, vt de victoria Deo gratias agerent, & vt mandatū Mosi de benedictionibus & maledictionibus, prout describitur Deut. 27. implerent.*

3 De lapidi. *Sic enim describitur in lege Exodi 20.*

4 Et scrip. *Non est intelligendum, quòd totum fuerit ibi scriptum, sed decem præcepta tantùm, prout continentur etiam Deuter. 5.*

MORALITER.

† *Regem quoque.* Per patibulū asperitas pœnitētiæ pōt intelligi, in qua suspendendus est fomes peccati. Gal. 5. d. *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.*

2 *Tunc ęd. &.* Per hoc quòd Iosue fuit sollicitus Mosi præceptum implere, instruuntur prælati bonas ordinationes prædecessorum suorum custodire. contra multos qui student eas totaliter dissipare.

3 *De lapid.* Per quos significantur fideles in fide, & moribus stabiles, de verbis politis rhetoricæ non curantes.

4 *Et scripsit, &c.* In cordibus enim fideliū scribitur lex euangelica ad credendum corde, & confitendum ore.

Media

❧ R. Leui filius Gersonis. Ab omnibus altaribus prohibenda fuit scalpra, vt intelligerent qui ad ea cœlestem sibi fauorem & gratiam demereri sacris faciẽdis, & cõciliare satagerent, Deum suapte natura perfectum bonumq; esse, neque ad sui absolutionem externum aliquid accipere.

R. ISAAC Aerameus. Ideo artificium manus prorsus ab altarium lapidibus abesse debuit, ne id boni quod apud aras a Deo impetrãt homines, humano operi ferre accepturum possint.

a ¶ Euangelium scilicet in cordibus credentium.

Deuteronomium legis Moysis, quod ille di-

a ¶ Danda fidei sacramenta. b ¶ Hi sunt ecclesiæ virtutes angeli, id est, ecclesia primitiuorum qui huiusmodi adsistunt. ¶ Qui semper vident faciem patris.

a gesserat coram filijs Israel. Omnis autẽ populus 1 & oẽs maiores natu, ducesq; ac iudices stabant

a ¶ Qui sacerdotali religione viuunt.

ex vtraque parte arcæ in conspectu sacerdotum

a ¶ Opere implendo legem, quæ in arca erat. b ¶ Catechumenus, vel qui iam sociari student fidelibus.

b qui portabant arcã fœderis domini: vt aduena,

a ¶ Christianus.

ita & indigena. Media pars eorũ iuxta montem †

a ¶ Qui amore boni, & promissæ benedictionis bene operantur. b ¶ Qui supplicij timore, & maledictionis cauendæ benefaciunt.

Garizim, & media iuxta montem Hebal sicut †

¶ Lex.

præceperat Moyses famulus Dñi. Et primum 2

¶ Gratiam intelligentiæ tribuit, vt in lege habeamus sensum Christi.

c quidem benedixit populo Israel. Post hæc legit 3 omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta, quæ† scripta fuerant in legis volumi-

d ne. Nihil ex his, quæ Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa explicauit coram omni 4

a ¶ Perfectorum, scilicet quorum est solidus cibus. b ¶ Infirmis, qui infirmus est olus manducet. c ¶ Qui lacte indigent, catechumenis.

multitudine Israel mulieribus ac paruulis, & aduenis, qui inter eos morabantur.

Orig. ho. 9. in Iosue. a *Omnis autem*. Et omnis Israel & presbyteri & iudices & scribæ pcedebãt hinc & illinc, arcam testamenti dñi, &c. Arca testamenti domini est, in qua tabulę legis manu Dei scriptæ seruãtur & circa hãc qui uerè Israel est incedit nec est longè ab ea. Leuitæ uerò & sacerdotes in humeris suis eam portabant. Quicunque enim sacerdotali religione & sanctitate uiuunt, nõ solum hi qui sedẽt in sede sacerdotali, sed magis, hi qui sacerdotaliter, agunt, quorum pars est domin⁹, ipsi uerò sacerdotes, & Leuitæ dñi, qui legem portãt in humeris impledo.s. opere, q̃ scripta sunt in lege. †præcepta.

Ibidem. b *Vt aduena*. Sed & proselytus & indigena simul, & erãt dimidij iuxta montem Garizim, & dimidij iuxta mõtem Hebal, &c. Qui sũt qui dimidij incedunt iuxta montem Garizim, & qui sunt dimidij qui licet saluentur, non tamen potuerunt iuxta montem Garizim incedere, sed incedunt iuxta mõtem Hebal: Mons Garizim benedictiones habet. Mons Hebal maledictiones, quę peccatoribus imminent. Statuerunt enim, sicut scriptum est in Deuteronom. sex tribus ad benedicendum in monte Garizim nobiliores & eximias, id est. Simeon, Leui, Iuda, Issachar, Ioseph, & Beniamin. Sex verò ignobiliores ad maledicendũ, in quib. est Ruben. q̃ ascendit cubile patris, & Zabulõ qui est vltimus filius Lię. Ego video duas esse species eorũ qui per fidẽ properãt ad salutem. Vnam eorũ qui promissionẽ cęlestiũ cupiditate succẽsi, summo studio nituntur, nec vel eos minima beatitudo ptereat, desiderãtes nõ solum bñdictionẽ capere & effici in parte sortis sanctorũ sed semp adsistere in cõspectu Dei. Alij verò etsi tẽdunt ad salutem, nõ tam amore cęlestium benedictionũ vel promissionũ q̃ ne eant in gehẽnam. Qui si dicant: Sufficit mihi nõ ire in ignem æternũ, nõ expelli in tenebras exteriores. Dimidij ergo illi q̃ iuxta montẽ Garizim incedunt, qui ad benedictionẽ electus est, illos significant, qui nõ metu pœnę, sed benedictionis & promissionis desiderio veniũt ad salutẽ. Illi uerò dimidij, qui iuxta montem Hebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, alios indicãt, qui metu pęnæ & supplicij cõplentes legem ueniunt ad salutẽ. Nobiliores aũt sunt illi, qui ipsi⁹ boni & benedictionis desiderio bonũ agũt quàm qui metu supplicij. Solus autem Iesus est, qui potest ex omni populo huiusmodi mentes discernere & alios statuere in monte Garizim ad benedictiones, alios in monte Hebal, ad maledictiones, non ut maledictiones accipiant, sed ut metuentes præscriptas maledictiones, & pęnas peccatoribus constitutas, caueant incurrere eas.

Deut. 27. b. & 28. b. Gen. 49. a. Fidelium duo genera.

Homil. 9. Iosue. c *Post hæc le*. ADAM. Refertur, *quia legis Iesus omnia verba legis bñdictionis et maledictionis* &c. Ego arbitror, q̃, si quãdo legitur nobis Moses & p gratiam domini uelamen literæ amouetur, & incipimus intelligere & diligere, quia lex spiritualis est: Iesus dominus legit legem, & hæc in auribus populi recitat, præcipiens ne sequamur occidentem literã sed teneamus spiritum uiuificantem. Legit ergo Iesus nobis legem, cũ legis arcana ita reuelat. Vnde *Nos autẽ sensum Christi habemus, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis*. 2. Cor. 3. 1. Cor. 2.

d *Nihil ex his*. Non erat sermo ex his quæ mãdauit Moses, quem non legerat Iesus in auribus totius ecclesiæ Israel, additum esse etiam *mulieribus & infantibus & proselytis*. Nouit enim. Iesus noster aures esse præter istas carnales, de quibus ait. *Qui habet aures audiendi audiat*. In his ergo auribus legit Iesus legem. Si ergo separatim intelligamus mulieres & infantes & proselytos, & eos velut sequelam quandam esse sentiamus ecclesię, quomodo in magna domo sunt etiam lignea & fictilia vasa. Dicimus quidem viris fortibus fortem tradi cibum, de quibus dicitur. *Perfectorum autem est solidus cibus*, ex quibus ecclesia paratur, quæ non habet maculam aut rugam. Eos verò quos mulieres, infantes, proselytosque appellat, intelligamus eos esse qui adhuc lacte indigent, vel etiam infirmi, vt mulieres oleribus vescũtur. Si verò omnis simul ecclesia accipiatur, viri intelliguntur qui in omnibus stant armati perfecti contra hostes & diaboli astutias. Mulieres verò, quæ nõdum ex se quę vtilia sunt egerunt, sed meliorũ exempla sectãdo, qui sunt eis caput. *Caput enim mulieris vir*. Infantes verò erunt, qui nuper fide suscepta, lacte euãgelico nutriunt. Proselyti autem catechumeni, vel qui iam sociari fidelibus student. Luc. 8. b. 1. Tim. 2. c. Heb. 5. d. Ephes. 5. d. 1. Cor. 11. a.

❧ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnis autem populus, &c. *Quia sicut dictũ fuit plenius Deut. 27. Hebal & Garizim sunt duo monticuli propinqui, et vallis est in medio in qua erant sacerdotes cum arca, & media pars populi erat in monte Garizim, vt dicitur hic, & media pars eorum erat iuxta montem Hebal, & dicitur iuxta, quia non erat in summitatibus istorum montium, sed in descensibus, vt melius audirent sacerdotes, qui erant in valle media, pronuntiantes benedictiones versus montem Garizim, & populus ibi existens respondebat, amen, & maledictiones versus montem Hebal, & populus ibi existens respondebat, amen. prout dictum fuit Deut. 27.*

2 Et primum. *Non est intelligendum quòd Iosue propriè loquendo benediceret populo, quia hoc pertinet ad sacerdotum officium, sed imprecatus est bona populo, tanquam princeps populi post immolationem prædictam, quam similiter fecit non per se, sed per sacerdotes.*

3 Post hæc. *Non per se sed per sacerdotes vt prædictum est.*

4 Coram omni. *Quia super omnes cadebant maledictiones, si transgrederentur legem, & benedictiones, si eam obseruarent, secundũ quod habetur Deut. 30. & 28.*

MORALITER.

† *Media pars, &c.* scilicet ad benedicendum. † *Et med.* scilicet, ad maledicendum, vt habetur Deuteronom. 28. Per hoc autem ostenditur, quòd sicut boni sunt benedicendi, ita mali maledicendi, differenter tamen. Istæ namque benedictiones & maledictiones sunt quædam imprecationes bonorum ipsis bonis, & malorum ipsis malis, vt habetur Deuteronom. 28. vbi benedictiones istæ ponuntur explicitè. Bonis autem hominibus imprecanda sunt bona spiritualia & temporalia, malis autem hominibus imprecanda sunt bona spiritualia tantum, & non temporalia, sed aliquando magis oppositum: non tamen ex odio, sed vt vexatio det eis intellectum, & sic à suis iniquitatibus resipiscant.

A Q*Vibus,&c.* ✠ Rupert. Omnes peccato suo duce, congregati sunt, vt perirent, quia Dñi sententia fuerat, vt indurarentur corda eorū,& pugnarēt contra Israel,& caderent,& non mererentur vllam clemētiā. Etenim tā pessimi erāt,tāq; peccatores, vt ipsa eos terra euomeret. Cum.n.dixisset, *Qui cum iumento, & pecore coierit, morte moriatur, mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cū eo, ne vos euomat terra*, omnia hęc fecerunt. Iusta ergo Domini sententia fuerat, vt indurarent corda eorum, & pugnarent, & non mererentur omnem clementiam,&c. Sequitur.

b *Congrega. &c.* Adam. Ex his, quę gesta sunt, Domini Iesu bella, & triūphos contēplemur, quāuis et hęc in ipso visibiliter certamus expleta. Conuenerūt enim reges terræ senatus populus, & principes Romani, vt expugnarent nomen Iesu, & Israel simul. Decreuerunt enim legibus suis, vt non sint Christiani. B omnis ciuitas, & omnis ordo Christianum nomē impugnat. Sed sicut omnes reges illi conuenientes nihil contra Iesum facere potuerūt, ita et nunc nihil potuerunt, vel principes, vel potesta es istæ contrariæ, q̄n Christianorum genus latius, & profundius propagetur. Scriptū est enim: Quia quanto magis eos humiliabant, tātō plures fiebāt. Confidimus aūt, quia nō solum nō poterūt nos obtinere inuisibiles inimici, sed velociter domino nostro Iesu vincente, C côteretur Satanas sub pedibus seruorum eius.

c *At hi, qui, &c.* Adam. *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, & multæ differentiæ eorum, q ad salutem sunt, vel veniunt. Vnde, & Gabaonitas arbitror portiūculā quādā eorū esse, qui saluandi sunt, sed non sine nota alicuius infamię. Ligni enim cęsores, vel aquę gestatores fiūt ad obsequiū populi, & altaris, D quia cū dolo accesserūt ad filios Israel, pānis calceamētisq; veteribus induti, ferētes cibū vetusti panis. Hi ergo veniunt ad Iesū cū vetustatib. suis, petentes saluari tantum. Sunt enī in ecclesia credētes quidā, & acquiescentes diuinis pceptis, erga seruos Dei religiosi, & officiosi, et ad ornatū ecclesię, vel ministeriū satis prompti, sed in puersatione propria obscœni, vitijs inuoluti, nec omnino deponentes veterē hominē cum actibus suis, nihil adhibēt emēdationis morū, vel innouatiōis. Istis ergo Christus Iesus salutē concedit, sed quādam infamiæ notā nō euadunt. Simile quod in libro Pastoris de his dicitur. Quia est arbor quędam, quę vlmus uocaturquæ fructum non adfert, portat tñ vitem fructiferā, & sic necessaria est, quia frugiferæ uiti seruit. Sic Gabaonitæ non deposuerunt ueterē hominem cum actib9 suis, sed ministrant sanctis, & seruiunt, & E aliquid utilitatis impendunt, et sic ab Iesu salutē cū iuramenti interpositione suscipiunt.

Notādū autē, quod hęretici, qui uetus testamentum non recipiunt, in hoc loco dicūt. Vide quia nihil humanitatis habuit Iesus Naue filius, ut hominib., qui ad se supplices uenerāt, salutē cōcedens, notā infamiæ, et iugū seruitutis infligeret. Sed Iesus secundū mensurā fidei ipsorum competēter iudicauit. Sed Raab meretrix, quæ fide integra credidit cum oī domo sua, & exploratores plena deuotione suscepit, integre in societatē populi suscepta est, & apposita ad filios Israel. Isti uero, qui nō tam Israeliticæ plebis consortia dilexerunt, quam suæ perditionis metu fraudulenter accesserunt ad Iesum, quomodo poterant libertatem uitæ, & regni consortium dolis seruilibus promereri? Praeterea cū F dicerent: *Audiuimus quanta fecit* ✠ *uobis*

Marginalia: K. in Iosc.10. — Homil.9.in Ios. — Psal.2. — Exod.1.b. — Rom.16.c. — Homil.10.in Ios. Ioan.14.a. — Coloss.3.b.

CAP. IX.

a Q Vibus auditis cuncti reges trans Iordanem, qui 1 2 versabātur in mōtanis, & cāpestribus, in maritimis ac littore maris 3 magni, hi quoque, qui 4 habitabant iuxta Libanū, Hethæus, & Amorrhæus, Chananæus, b Pheresæus, & Heuæus, & Iebusæus, congregati sunt pariter, vt pugnarent cōtra Iosue, & Israel vno animo, eadēq; sententia. At hi 5 c qui habitabant in Gabaon, audiētes cuncta

a ¶ Non syncere, hec integre, socii Israelitarum fieri cupientes.

quæ fecerat Iosue Iericho, & Hai, callide cogitātes tulerūt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos at-

a ¶ Antiquas, s. sordes, & vitiorum pannos veteres.

a ¶ Veterem scilicet hominem cum actibus suis.

que cōsutos, calceamentaq́, p antiqua, quæ ad indiciū vetustatis pitacijs cōsuta erāt, induti veterib. vestimentis. Panes quoq́, quos portabāt ob viaticū, duri erāt, & ī frusta cōminuti. Perrexerūtq́, ad Iosue, qui tūc mo-

¶ Iesum Christum.

a ¶ Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

b ¶ Sanctis, qui semper parati sunt pugnare contra aereas potestates.

rabātur ī castris Galgalę. Et dixerūt ei, atq; simul omni Israeli, de terra lōginqua venimus, pacē vobiscū facere cupiētes. Respon-

a ¶ Reuelatione, s. de qua dicitur: Reuela oculos meos, &c.

¶ Aliàs filii Israel.

deruntq; viri Israel ad eos, atq; dixerunt. Ne 6 forte in terra, quæ nobis sorte debetur habitetis, et non possumus fœdus inire vobiscū. At illi ad Iosue: Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait: Quinā estis vos, aut vnde

NICOLAVS DE LYRA.

Q*Vibus audi.* Descripta destructione Hai, hic cōsequenter describitur timor circunstantis populi. Ex hoc aūt timore aliqui se congregauerunt, ut possent melius resistere, de quib. primo agitur. Aliqui uero cogitauerunt coniungi filijs Israel fędere, de quib. agitur secundo ibi. *At hi qui erant in Gabaon.* Circa primum dicitur.

1 *Quibus au.* s. transitu Iordanis mirabili, & destructione Iericho, & Hai.

2 *Cuncti re.* Hic accipit trās Iordanē, respectu illi9 loci ī quo filij Isrl māserāt ī cāpestrib. Moab ubi Moyses leg. explana.

3 *In maritimis.* i. locis ppīqs mari mortuo, & mari Cēereth.

4 *Ac littore maris mag.* Istud est mare mediterraneū, quod dicitur magnum respectu maris mortui, & maris Cenereth, quæ sunt quidā lacus, ut supra dictum est 3.c. Cætera patēt. Diuisio.

5 *At hi.* Hic consequenter agitur de Gabaonitis, qui timore ducti quæsierunt cum filijs Israel fęderari. Circa quod priō describitur simulatio falsi. secundo firmatio fęderis initi, ibi *Susceperūt ig t.* tertio detectio doli ibi. *Post dies aūt tres.* quarto temperatio pacti, ibi. *Q i rñderunt.* Sententia autem primæ partis est in hoc, quod finxerunt se verbis, & factis venisse de terra longinqua, quæ esset extra terminos terræ promissæ filijs Israel, vt sic possent cum eis aliquod fędus facere, per quod mortem euaderent, & in terra manerent, & patet litera vsque ibi.

6 *Ne forte, &c.* quia inhibitum erat eis fędus facere cum habitatoribus illius terræ, vt habetur Num. 33.

✠ 1 Venerunt

MORALITER.

1 *Quibus auditis cuncti, &c.* Per istos reges cōgregatos ad pugnandū contra Iosue, & populū Israel, allegorice significantur principes Iudęorū, & Imperatores Romanorū, & eorū præfecti, volentes destruere nomen Christi, & populi Christiani, q p Iosue, & populū Israel significātur. Et de ista congregatione ɔ̄ Christū dicitur Psal. 2.a. *Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnū aduersus dñm, & aduersus Christum eius*, sed non potuerūt. Nā econtrario in istis persecutionib. maxime creuit populus Christianus, & p cōsequēs nomen Christi. Et hoc fuit figuratū Exo.1.b. ubi dicit de filijs Israel: Quanto uero magis opprimebant, tāto magis multiplicabātur, & crescebant. Et iō Ps. 2. post verba pręmissa. *Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnū aduersus dominū, & aduersus Christū eius.* subditur. *Dirumpamus uincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cœlis irridebit eos, &c.* quia fecit venire oppositum intentionis suæ.

5 *At hi, qui habitabant in, &c.* Per Gabaonitas, qui cū vestimentis concisis, & calceamentis ueterib. & repeciatis uenerunt facere fœdus cū filijs Israel, intelligi possunt illi, qui moribus secularib. quærunt religionem contra dictum Apostoli Coloss. 3.b. *Expoliantes vos veterem hominem cum actib. suis induite nouum.* propter quod de talibus subditur.

vobis dominus per mare rubrum, et in deserto, nihil tamē tātæ fidei dignum, nihil tantarū virtutū admiratione dignū gesserunt. Iesus ergo vides angustum in fide propositū, moderationem erga eos iustissimam seruat, vt salutem mereātur, q patrum fidei habent, nec tñ summā regni, vel libertatis accipiant, quia fides eorum nullo operum nobilitatur accessu. *Fides aūt sine operibus mortua est.* Nobis autē prouidendum est, dū potestatē habemus, vt abijciētes antiquas sordes, & pannos vitiorum veteres sociemur Israeliticæ libertati. In lege enim præcipitur, ne liceat Hebræū puerū, si forte in seruitutē deuenerit, amplius seruire, quam sex annis, in septimo verò liberum dimitti. tanta apud Israelitas libertatis cura. Tu ergo si Hebræus puer es, & in seruitium decidisti: Puer enim est, qui facilitate animi in seruitium decidit, qui autē peccat seruus est peccati; in hoc seruitium nō virilis, & perfectus animus decidit, sed puerilis, & facilis. Tu ergo si Hebreus puer es, idest fidelis iam baptizatus, & post in peccatum lapsus, sufficiat tibi sex annis seruisse. In septimo vide ne seruias, sed redi ad libertatem tuam. Septenarius legem significat mandatorum, senarius vero mundum, dum ergo, quæ mundi sunt sapis, & in his exerceris, & secundū carnē cogitas, necesse est te seruire peccato. Cū ergo ad septenariū, i. legis scientiā perueneris, tūc require libertatē tuam, ne si perseueraueris in peccatis defixa in aure nota, quia si cōmonentis Dei, & ad libertatem pristinam reuocantis verba non audias, fias peccati seruus in æternum.

Iaco. 2. d. — Exod. 21. a. Deut. 15. c. — Ioan. 8. d.

Procop.

venistis? Responderunt: De terra longinqua valde venerunt serui tui [1]
a Fatentur se diuina mirabilia audisse, & scire, nihil tamen dignum tantarum virtutum admiratione faciunt.
in nomine domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta, quæ fecit in Aegypto, & duobus Amorrhæorū regib. trans Iordanem Schon regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erat in Astaroth. Dixeruntque nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ: Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis ac dicite: Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. [2] En panes, quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti. Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt, & soluti. Vestes, & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. Susceperunt igitur de cibarijs eorum, [3] & os domini non interrogauerunt. [4] Fecitque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est, vt non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem tres initi fœderis, audierunt, quòd in [5] vicino habitarent, & inter eos futuri essent. Moueruntque castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. Et non percusserunt eos, eo quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes Israel. Qui responderunt eis. [6] a Iurauimus eis in nomine domini Dei Israel, [7] & idcirco non possumus eos contingere. [8] Sed hoc faciemus eis: Reseruentur quidem, vt viuant, ne contra nos ira domini concitetur, si peierauerimus, sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquasque comportent. Quibus hæc loquentibus, vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis:

Procop. Successit Gabaonitarum conatus, eo quòd Iosue ipsorum causa Deum non fuisset sciscitatus. Ipsorum verò seruitus, quæ circa rem sacram cōsistebat, Noe vaticiniū ad finem adduxit, qui dixit. *Maledictus Chanaan, famulus erit fratrum suorum.* Est aūt Gabaō metropolis ac vrbs regia Heuæorum, quæ etiā de sorte Beniamin fuit. Nunc verò vicus est, seruato nomine, prope Bethel ad occasum, ad quartum lapidem.

IOSEPHVS Gabaonitæ habitantes, iuxta Hierosolymam, videntes, quæ euenerant Hiericho, & Ain, ad semetipsos transire hāc vastationem existimantes, Iesum apertè rogare noluerunt. Neque enim hoc impetrare se quasi aliqd mediocre putabant, dum in interitu totius gentis Chananæorū eum pugnare agnoscerent. Miserunt legatos ad Iesum, &c.

lib. 5. Antiq. ca. 2. — 22. q. 4. c. innocens. De elec. c. venerabilem. ante fi.

Rab. Solom. fraus Gabaonitarum, veluti talio fuit illius qua olim vsi erant filij Iacob ad opprimendos Sichimitas, Gabaonitarum gentiles, fuerant enim Sichimitæ Heuæi, vt & Gabaonitæ.

Gen. 34.

a Iurauimus. Aug. Quæritur quomodo iurationē hanc seruandam crediderunt Hebræi Gabaonitis, quibus ita iurauerāt tanquā de lōginqua terra venientib. sicut illi mētiti fuerant. Sciebant. n. se debellandos, si cognitū esset Hebræis in ea terra eos habitare, quā erant recepturi. Mentientibus ergo, q de longinqua terra venissent, iurauerunt. Postquā verò cognouerunt habitare eos, vbi omnes quos inuenirēt, secundū Dei præceptum debellare deberēt, noluerunt tamē frangere

Quæstio. 13. in Iosue.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venerunt, &c. *Ex hoc videtur, quod non solum venerunt ad Iosue timore ducti, sed etiam fide vnius veri Dei, quia ex miraculis, quæ fecerat pro filijs Israel auditis, crediderunt eum esse verum Deum cœli, et terræ, & desiderauerunt ad cultum ipsius venire per fœdus incundum cum filijs Israel, & de hoc sunt commendandi, non autem de fictione falsi, per quam ad hoc deuenerunt.*

2 Tollite in, &c. *idest, quasi ob longissimam viam ficte, quia secundum veritatem non erat, sicut patet in litera. Cætera patent.*

3 Susceperunt, &c. *Hic consequenter ponitur firmatio fœderis initi cum dicitur:* Susceperunt igitur, &c. *Dicunt aliqui, quòd non susceperunt ad comedendum, sed ad probandum, quod apportata fuissent ae longinquo. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia ita bene vidissent hoc in manibus Gabaonitarum. Et ideo dicendum, quòd acceperunt ad comedendum, licet modicum in signum confœderationis. Iste enim fuit modus apud antiquos, comedere simul post fœdera inita, vt habetur de Iacob, & Laban, Genesis 31. & adhuc seruatur temporibus modernis apud multos.*

4 Et os domini non interrogarunt. *Et in hoc defecerunt, quia in arduis debebant recurrere ad consilium domini. si tamen recurrissent, forsitan ex eius responsione idem fecissent, vt videbitur infra.*

5 post, &c. *Hic consequenter ponitur mendacij detectio per visum, & auditum, quia filij Israel audierunt, & viderunt, quod ciuitates Gabaonitarum erāt sitæ intra terminos terræ sibi promissæ. Et patet litera.*

6 Qui res. *Hic consequenter ponitur pacti temperatio, quia Iosue, & principes ad compescēdū murmur populi, & seruandū obligationē iuramenti, liberauerunt Gabaonitas à morte corporali, & supposuerunt eos morti ciuili, videlicet seruituti ad cædendum ligna, & portādū, & ad hauriendū aquas, & portandum ad locum vbi vigeret cultus Dei, & hoc cessit in vtilitatem communitatis populi, q tenebatur talia ministrare, & isti vocantur Nathinei in libris Regū, & Para. & ex dictis patet litera. Ad euidentiam prædictorū quæritur hic, vtrū Iosue, et principes tenebantur seruare iuramentū prædictū de fœdere cum Gabaonitis. Et arguitur primò, quòd non, quia erat cōtra domini præceptum, q præceperat omnes habitatores illius terræ occidi, vt habetur Nu. 33. et in alijs locis pluribus. Item iuramentum conditionatum non tenet deficiente conditione, sed illud iuramentum fuit conditionatum, s. si illi quib. fiebat non essent de habitatorib. terræ promissionis, quæ conditio non stetit, vt patet in litera. Item fraus, et dolus non debent alicui patrocinari, sed Gabaonitæ videntur dolose egisse verbis, et factis, ergo, etc. In contrarium videtur, quod dicitur in litera.*

7 Iurauimus eis, &c. *et sequitur.*

8 Reseruentur, &c. *Periurium autem non incurritur, nisi ex trāsgressione iuramenti obligatorij, nec ira domini concitatur, nisi pter illud, quod est illicitum fieri, ergo, etc. Responsio. Dicendum, quòd hoc iuramentum fuit seruandum triplici ratione. Prima accipitur ex parte Gabaonitarum, qui sicut dictum est, venerunt ad Iosue in nomine dñi volentes eius cultui subijci, & iō preceptum domini de interfectione habita-*

Iuramentum seruandū Gabaonitis propter tria.

A frangere iurationem, & quamuis eos mentitos didicissent, parcere maluerunt, cum possent dicere, se tanquam illis iurasse quos esse crediderant, id est, de longinquo venientes. Cum verò aliud cognouerunt, præceptum domini circa eos fuit implendum, vt sicut cęteri expugnarētur, Deus autem hoc approbauit, nec parcentibus succensuit, quamuis eum non interrogassent, quinam illi essent, & cum illos fallere maluissent. Vnde credendi sunt, etsi fallere, pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuisse in populo eius. Ideo autem non succensuit dominus iurantibus, aut parcentibus, & postea Gabaonitas ipsos tāquam populi sui homines de domo Saul vindicauit, sicut regnorum ostendit historia. Et quia iuratio sic seruata est, quamuis hominibus mentitis vt ad clementiā sententia flecteretur, non displicuit Deo. Nam si econtrario iurassent aliquos se interfe B ctūros, quos Gabaonitas in terra ꝓmissionis esse putassent, & postea didicissent eos ab ea terra esse extraneos, & de longinquo ad se venisse, non arbitrandum est, ꝗ essent debellaturi eos causa iurationis implendæ. Cum propter ipsam parcendi clementiam sanctus Dauid, postquam iurauit se interfecturum Nabal, sciens vtique quem fuerat interfectur, parcere maluit, nec iure duriore implere iuramentum magis placere Deo existimans, si quod ira perturbatus iurauerat non fecisset, quàm si perfecisset.

1.Reg.22. 2.Reg.21.a. 1.Reg.25.a.

Cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis: procul valde habitamus a vobis, cum in medio nostri sitis? itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpę vestra ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei: Qui responderunt: Nuntiatum est nobis seruis tuis, quòd promisisset dominus Deus tuus Moysi seruo suo, vt traderet vobis omnem terram, & disperderet cūctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris vestro terrore compulsi, & hoc consilium iniuimus. Nunc autem in manu tua sumus. Quod tibi bonum, & rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo Iosue vt dixerat, & liberauit eos de manibus filiorum Isael, vt non occiderentur. Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris domini, cędentes ligna, & aquas comportantes vsque in præsens tempus, in loco quem dominus elegisset.

✻ Theodoret. Damnauit Iosue Gabaonitas ad ligna cædenda, & aquam ferendam, quia fefellerant tam habitu, quā mendacio. Et cum oporteret consulere dominum Deum, posteà cum illis inire fœdera, credentes eorum verbis mendacibus persuasi sunt, & fœdera iureiurando firmauerunt. Atqui pręceperat vniuersorum Deus omnes illos interfici. Medius igitur Iosue relictus inter præceptum diuinum & iusiurandum emissum, declarat eos ministros sancti sacrificii: non quod contumeliosum sit seruire Deo, sed valdè honorificum.

Quæst.12. in Iosue.

D ✻ R. Moses Gerundesis. Cuilibet etiam è vulgo Israelitæ aquatores lignatoresque fuerunt, distributis possessionibus: qui modo ipsos de eo officio interpellasset, quamquam non planè gratis, sed exigua mercede conducti, qua victum † possent sibi parare. Nam qui sacræ seruiebant aræ, ii cum Leuitis alebantur.

✻ Ambros. Quia Iosue adhuc ignarus erat locorum & incolarum, non cognouit fraudes Gabaonitarum, sed citò credidit. Adeo sancta erat illis temporibus fides, vt fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui cæteros de suo affectu æstimant? Et quia ipsis amica ea veritas, mentiri neminem putant: fallereq; quid sit ignorāt libenter credūt quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Salomon E ait: *Innocens credit omni verbo*. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Igitur testamentum disposuit, pacem dedit, confirmauit societatem. Sed deprehensa fraude, populus patrum indignari cępit. Iesus tamen pacem quam dederat reuocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos vilioris obsequio ministerij. Clementior sententia, sed diuturnior.

li.3.offic.c.10. Prou.14.

Isidor. Gabaonitę significant eos qui credunt, & erga seruos Dei deuoti, vel ecclesiæ cultum videntur habere, nihil tamen emendationis vel deuotionis uel innouationis habēt in moribus, tales tantummodo quoddam signum salutis intra ecclesiam temporaliter præferunt. Inter spirituales autē .i. inter sanctos Dei regnum æternum vel libertatem non consequuntur.

cap. 11. li. in Iosue.

a CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

ne habitatorum terræ non videbatur contra eos currere, quod erat da tum propter malitiam habitantium in terra, & obstinationem eo- C *rum in malis: vnde infrà 11. cap. dicitur de obstinatis:* Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarēt contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent sicut præceperat dominus Moysi. *Ex quo patet, quòd Gabaonitæ meruerunt clementiam, nec currebat contra eos sententia domini. Secunda accipitur ex parte filiorum Israel, quia istud fuit primum pactum & iuramentum quod fecerunt extraneis gentibus, excepto tamen iuramento facto ipsi Rahab, quod fuit magis particulare, vt dictum fuit supra 2. ca. istud autem fuit commune. & ideo si fregissent iuramentum Gabaonitas occidendo, quibus iurauerant, vt non occiderentur, vt patet in litera: hoc fuisset diuulgatum per terras in circuitu, & reputati fuissent filij Israel infideles, & iuramenti trāsgressores in magnum scandalum illius populi, et per consequens in irreuerentiam seu blasphemiam Dei, cuius dicebantur peculiaris populus, et a Deo electus, et ideo ad hæc vitanda seruandum fuit iuramentum. Tertia accipitur ex parte Dei, qui pronior est ad miserandum quam ad condemnandum. Et ideo credendum est, quòd Iosue ex familiari consilio Dei mortem eorum corporalem mutauit in ciuilem, vt sic de suis mendacijs punirentur, et iuramentum seruaretur, quod de morte corporali eis non inferenda intelligebatur. Et quod dominus hanc sententiam approbauerit, patet ex hoc, quod propter afflictionem iniustam Gabaonitarum factam per Saul, fames facta fuit in terra Israel tribus annis, et septem viri de stirpe Saul fuerunt crucifixi, vt habetur 2. Reg. 21. b. Glossa etiam Aug. super ca. 10. exponendo illud:* In manus tuas tradidi illos: *dicit sic: Vbi neque consultus est dominus vtrum eundum esset, sed vltro suis rectè subuenire volentibus futuram prænuntiauit de eis victoriam, si posset de* F *Gabaonitis inconsultus manere: non quia interrogauerunt ipsum, qui essent cum mentirentur, nisi ei placuisset illa iuratio, quæ subiectis parcere cogeret. Crediderant enim Deo, quem audierant promisisse, quòd illas gentes subuerteret, et terram earum obtineret, et hanc earum fidem quodammodo remunerauit, quia non perdidit. Ex dictis solutum est argumentum primum, quia contra Gabaonitas non currebat dictum præceptum, vt dictum est. Ad secundum dicendum, quod licet in tractatu cum Gabaonitis fuerit facta mentio de conditione illa, tamen quando postea iurauerunt principes, non fuit posita sub forma iuramenti, & dato quòd fuisset posita, poterat tamen iuramentum seruari: & debebat propter rationes prædictas. Ad tertium dicendum, quod fraus et dolus proprie sunt mendacia in verbis vel factis ordinata ad malū finem, mendacia aūt et fictiones Gabaonitarum licet essent mala, de se, tamen ordinabantur ab eis ad bonum finē. s. ad eorum salutem corporalem, & spiritualem, vt patet ex prædictis.*

✻ CAP.

MORALITER.

† *Itaque sub maledi. eritis.* Vnde dicit August. Sicut non vidi meliores illis qui in monasteriis profecerūt, ita non vidi deteriores illis, qui in monasteriis defecerunt.

CAPVT X.

Va cum audisset Adoni-zeuec, &c. ✱ Iosephus. Cũ rex Hierosolymorum grauiter ferret, quòd Gabaonitæ cum Iesu pacta fecissent, vicinarũ gẽtium reges contra eos pugnaturos ad solatia rogauit. Quibus ei præsentibus (quatuor enim erant) & cum eo castrametãtibus circa quẽdam fontẽ non procul à ciuitate, dum iam pararent obsidionem, Gabaonitæ auxiliatorem aduocauerunt Iesum. Ad hoc. n. ventum erat, vt à suis quidem perimi se putarent: & ab eis qui ad interitũ Chananęorum venerant, saluari se existimarent.

b *Ascendite ad.* Orig. Hom. 11. in Iosue. Cum se anima verbo Dei sociat, statim patitur inimicos quos antea habuerat amicos: nec solũ hoĩes, sed etiam contrarias virtutes. Sciat ergo qui Iesu expetit amicitias, multorum sibi inimicias patienter tolerandas. vnde: *Omnes qui piè volunt viuere in Chri. persecu. pa. &c.* Et alibi: *Fili accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem.* Oppugnantur etiam Gabaonitę propter amicitias Iesu, quãuis ligni cæsores & aquæ gestatores, id est, licet vltimus meritis in ecclesia sis, hoc ipso tamen quod pertines ad Iesum, impugnatis à quinque regib. Sed nec Gabaonitæ relinquuntur vel spernuntur à Iesu, vel à ducibus, vel presbyteris Israelitarum: sed infirmitati eorum auxilium ferunt: hoc autem agitur in nobis. vnde: *Consolamini pusillanimes, sustinete infirmos.* Item: *Vos autem imbecillitatem infirmorum sustinete.* Sic ergo Iesus cum ducibus & principibus adest his, qui pro nomine suo a contrarijs virtutibus oppugnantur. Nec solum auxiliũ in bello pręstat, sed etiam producit diem & spatia lucis, & discutit aduentum noctis.

(Marginalia: li. 5. Antiq. c. 1. — 2. Tim. 3. c. — Eccl. 2. a. — 1. Thes. 5. c. — Rom. 15. a.)

Q Væ cum audisset Adonisedec rex Hierusalem, quòd scilicet cepisset Iosue Hai & subuertisset eam. Sicut enim fecerat Iericho regi eius, sic fecit Hai & regi illius. Et quod trãsfugissent Gabaonitæ ad israel, & essent fœderati eorum, timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna regalium ciuitatum & maior oppido Hai, omnesque bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adoni-sedec rex Hierusalẽ ad Hohã regẽ Hebron, & ad Pharam regẽ Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens: Ascendite ad me, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue & ad filios Israel. Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum, rex Hierusalem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon oppugnantes eam. Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ, miserunt ad Iosue qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum, ascende citò & libera nos, ferque præsidium. Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis. Ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi. Dixitque dominus ad Iosue: Ne timeas eos. In manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaque Iosue super eos repente, tota

a ¶ Qui Iesu expetit amicitias, multorum patietur inimicitias. Vnde: Fili accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tanta.

c *Congregati igitur, &c.* Aug. Quærit quomodo rex Hierusalẽ Adoni-sedec & cæteri quatuor cum qb. obsedit Gabaonitas, secũdum LXX. primò reges Iebusęorum, cum ad eos obsidendos conuenerunt, postea vero reges Amorrhęorũ dicantur ab ipsis Gabaonitis, quando nuntios miserunt ad Iesum, vt sibi subueniret. Sicut autem inspeximus secundũ Hebræum vtrobiq; Amorrhæorũ dñr, cum constet Iebusæũ regẽ fuisse Ierusalẽ q dicta ẽ Iebus, tanquã illi' gentis Metropolis, & septem gẽtes sæpe scriptura commemoret exterminandas, quarũ vna perhibet Amorrhæorum. Nisi fortè hoc nomẽ vniuersale fuerit omnium, aut potius maioris partis, vt non vna, sed plures in his septem hoc nomine censerẽtur: quamuis esset vna de septẽ quæ Amorrhæorum propriè vocaretur. Sic est quædam pars quæ ꝓpriè dicitur Lybia, quãuis hoc nomen vniuersæ Aphricæ cõpetat. Et pars qdã quę propriè dicitur Asia, quãuis Asiã alij dimidiũ orbẽ terrarum, alii tertiam partem posuerũt. Chananęi quoq; tanq̃ una gens in illis septem commemorantur, & tamen vniuersa terra illa originaliter terra Chanaan vocatur.

(Marginalia: q. 15. in Iosue. — Amorrhæi reges quare.)

d *Ascenditque Iosue, &c.* Aug. Cum obsessi Gabaonitæ à regibus Amorrhæorum misissent ad Iesum, vt sibi subueniret, ascendit Iesus à Galgala ipse & omnis populus bellatorum cum illo, omnis potens in fortitudine. Et dixit dominus ad Iesum: *Noli timere illos, In manus enim tuas tradidi eos, non subsistet ex istis quisquam, &c.* Vbi denique consultus est dominus, vtrum eundum ad eos esset? sed vltrò suis rectè subuenire volentibus, futuram pręnuntiauit victoriam. Sic ergo posset inconsultus de Gabaonitis admonere, qui essent cum mentirentur, nisi ei placuisset illa iuratio quæ subiectis parcere cogeret. Crediderant enim Deo, quem audierant populo suo promisisse, quod illas gentes subuerteret, & earum terram obtineret, & hanc eorum fidem quodammodo remunerauit.

(Marginalia: q. 14. in Iosue.)

a Dominus

NICOLAVS DE LYRA. CAP. X.

Q Væ cum au. *Hic agitur de debellatione quinque regum simul congregatorũ. vbi primò describitur occasio belli. Secundo actus debellãdi, ibi:* Ascenditq; Iosue. *Occasio autem belli fuit, eo q istì quinque reges simul congregati venerunt ad debellandum Gabaonitas, eò q essent confœderati filijs Israel; propter quod fuerunt compulsi petere auxilium à Iosue; quod concessit, & debuit concedere propter dictum fœdus. & patet litera paucis exceptis.* Quæ cũ audisset Ado. *Hæc est vera litera. sic. n. habent Hebræi et libri correcti et interpretatur dominus iustitiæ vel domini mei iustitia, secundũ proprietatẽ Hebraici sermonis. sicut et Melchisedech interpretat rex iustitiæ, qui fuit rex Hierusalem sicut iste vt habetur Gen. 14. ca. Cætera patent in litera.*

2 Ascenditque Iosue, &c. *Hic consequenter describitur actus debellandi. vbi primò describitur debellatio hostium, secundò occupatio ciuitatum ibi:* Eodem die Macedam quoque cepit. *Circa primũ primò describitur modus pugnæ. Secundò manifestatio victoriæ, ibi:* Reuersusq; est omnis exercitus. *Circa debellationẽ hostium primò promittitur diuinum auxilium, cum dicitur:* Dixitq; dominus ad Iosue. Ne timeas, &c. *Secundò subditur studium humanum, qđ non debet omitti in agibilibus, cum dicitur:*

(Marginalia: Diuisio.)

3 Irruit itaque Iosue super eos repente. *vt ex subito aduentu ipsius aduersarij terrerentur, q et factũ est. vnde sequitur:* Conturbauit eos dominus, &c. *Tertiò additur cæleste signum. et primò de cælo aereo, cum dicitur.*

✱ 1 Dominus

MORALITER.

1. *Quę cum.* Hic describitur pugna Iosue contra quinq; reges Amorrhæorũ, per quos intelligi possunt quinq; sensus corporis pugnantes contra dictamen rationis, q per Iosue significatur, vt supra dictum est. De hac hautem pugna dicit Gal. 5. c. *Caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem.* Quinque vero reges prędicti per quatuor fuerũt debellati. s. per gladios filiorum Israel, & per lapides gradinis, & per subsistentiã solis, & lunæ, & istis spiritualiter intelligẽdo debellantur sensus carnis. Per gladios enim filiorum Israel intelliguntur verba diuina, quæ sunt spirituales gladij. Eph. 6. c. *Et gladium spiritus quod est verbum Dei.* Quod autem per gladios istos debellentur sensus carnis dicit Hieron. ad rusticũ monachum: Ama sanctarum scripturarum studiũ, & carnis vitia nõ amabis. Per lapides vero grãdinis intelligunt actus pęnitentiæ. s. ieiunia, vigilię, asperitas victus, & vestitus, & cęterę disciplinę, quę carnis sensus percutiunt & infrigidat & domant magis quàm studium sacrę scripturę. Ideo dicitur.

Et mor

a ✠ *Dominus misit super eos lapides,&c.* Rupertus. Parum erat apud homines, tantum victorem, qui nec mortuis parceret, mortuorum colla pedibus calcari præciperet, mortuosque patibulis affigeret, de crudelitate excusari, præcepto legis: nisi etiam defenderetur nouo, & inaudito iusti Dei miraculo. *Misit ergo super eos lapides magnos de cœlo, & vsque ad, &c.*

lib. in Iosu.c. 21.

✠ Ioseph. Ibi etiam cognouit Iosue cooperationem Dei sibi significatam tonitruis, & fulminibus, & grandinis demissione, maiore quam solitum est.

b ✠ *Sol contra Gabaon,* &c. Iosephus. Insuper etiam die crescente pugnauerunt, ne nox succedens, eorum impetum refrenaret. Quod verò longitudine tunc dies extensus est, & plus solito creuit, palā est per Scripturas, quæ sunt in templo repositæ.

li. 5 Antiq. d. 2.

repente, tota nocte ascendens de Galgalis. Et conturbauit eos dominus à facie Israel, contriuitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Bethoron, & percussit vsque Azecha & Maceda. Cumque fugerent filios Israel, & essent in descensu Bethoron, dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azecha. Et mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filii Israel. Tunc locutus est Iosue domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. Steteruntque sol & luna donec vlcisceretur sese gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit ante & postea tam longa dies, obediente domino

a ¶ Iustitiæ scilicet qui nescit occasum. b ¶ Ecclesiæ claritas.
a ¶ Visibilibus vel inuisibilibus.
a ¶ Christus lumen veritatis infundens. b ¶ Ecclesiæ. c ¶ Quia semper oritur in fidelibus.

✠ R. Dauid. Kimhi. Erat tum meridies, quando consferens cum hoste manus Iosue, Soli imperabat, ut cursum sisteret. Itaque substitit ille vnius longissimi diei interuallo priusquam inde ad occasum versus, more vsitato, iter cœptū continuaret. Luna quoque tantisper fixa hæsit, dum profligati hostes prorsus essent.

✠ Iustinus Martyr. Accepistis terram Chanaan, tanta virtute fusis fugatisque hostibus, vt sol ipse cursum sisteret, spectando res gerentem vestrum ducem Iesum, recens cognominatum, & per triginta sex horas differret occasum.

Dialog.

✠ Tertull. Iesum Naue debellantem Amorrhæos prandisse illa die existimamus, qua ipsis elementis stationem imperauit? Stetit sol in Gabaon, & luna in Aialon, donec vltus est populus de inimicis suis, & stetit sol in medio cœlo, & nō accedebat in occasum.

lib. adu. psychic. c. 10.

✠ Procop. Moses non dixit, *Stet sol*, non suspexit in cœlū, non signum cœleste ostendit. Verùm, Iosue dixit, *Stet sol*, Ac scriptura testis est, nulli vnquam hominum, Deum ita morē gessisse. Statuit itaque & meus Iosue solem, præsentiaq; sua longiorem mihi diem contra hostes effecit, vt si sub Iosue militem, hostes in fugam vertem.

In Ps. 66.

✠ Hieron. Gratias agamus duci nostro Iesu: illo enim duce, illo pugnante, nos vincimus. Ille imperauit soli vt staret, & fletit, & istius typo, ille magn⁹ erat: ille imperabat, sed Dñs efficiebat. Ille nos induxit in terram repromissionis.

✠ August. In diuinis libris legimus solem ipsum stetisse cùm hoc a Domino Deo petiuisset vir sanctus Iosue Naue, donec cœptum prælium victoria terminasset. Sed ista miracula, q̄ meritis scimus concessa sanctorum, quando credunt Ethnici facta, magicis artibus tribuunt.

li. 21. de ciuit. c. 8.

✠ Idem. Sol duos dies in vnū conclusit, & luna diei spatio nō occurrit. Nō humani imperij authoritate lumina requiescunt, sed Domini imperantis iussui obediunt: Domin⁹ orationi serui sui obediens præcipit, & obediunt. Ex quo intelligitur, Deum seruorum suorum precibus obedire, & ad eorum necessitatem creaturas suas opportunè gubernare.

li. 2. de mirabil. sacræ script. c. 4.

✠ Theodoretus. Istud porrò præfigurabat prodigiosum opus Saluatoris. Sicut enim pugnante Iosue, *Sol stetit*: ita dū Saluator morte sua mortem dissolueret, Sol meridie continuit radios suos, & tenebris repleuit terram.

Quæst. 13. in Iosu. Matt. 27.

✠ Rupertus. futuri quoque vniuersalis iudicii figura est. Quando enim Christus iudicaturus adueniet, tunc sole stante, longus dies erit, donec vlciscatur se de inimicis suis. *Iuxta est*, inquit, Propheta, *dies Domini magnus, dies iræ, dies illa tribulationis & angustiæ; dies calamitatis & miseriæ, &c.*

Soph. 1.

Adam. Volumus si possumus ostēdere, quomodo dominus noster Iesus Christus protelauerit lucem, & maiorem fecerit diē, vel pro salute hoīum, vel pro interitu 5triarū virtutum. Ex quo saluator aduenit, finis erat seculi. Deniq; ipse ait: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Sed retinuit & repressit diem consummationis. Videns. n. Deus pater salutem gentium per ipsum solū posse constare, dicit ad eum: *Pete a me, & da. ti. gen. hæredi. tuam, &c.* Dū ergo paterna pollicitatio impleatur, & ecclesia crescat, & plenitudo gētium introeat, ut tandē oīs Israel saluetur, dies producitur, & differtur occasus, nec vnquā sol occūbit, sed semper oritū dum credentiū cordib. sol iustitiæ lumen veritatis infundit. Cum

Homil. 11. Matt. 3. a. Psal. 2. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus misit super eos lapides magnos. *s. grandinis insolitæ magnitudinis, ita q̄ possent armatos interficere. Ideo subditur.*
2 Et mortui sunt multo plures lapidibus; &c. *Quod factum est ne filii Israel sibi victoriam ascriberent.*
3 Tunc locutus est Iosue, &c. *Gratias agendo.*
4 Dixitque coram eis. *Videns. n. primum signum a Deo datum de cœlo aereo, ex hoc confidens petiuit secūdum de cœlo sydereo, dicēs.*
5 Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna, &c. *Erant enim in tali dispositione, quod vterq; apparebat super terram. q̄ frequenter contingit in plenilunio, quia tunc tantum distant per diametrum cœli. hoc aūt petiuit Iosue. vt haberet tempus aduersarios persequendi. ideo subditur:* Steteruntq; sol & luna donec vlcisceretur se, &c.
6 Nonne scriptum est, &c. *Aliqui vero doctores nostri dicunt, q̄ iste liber non peruenit ad nos, quia non est translatus in Latinū. Sed hoc non videtur conueniēter dictum, quia saltem esset vel fuisset apud Hebræos: quod non dicunt expositores eorum, sed magis contrariū, vt videbitur. Alii autem dicunt, q̄ est liber 12. prophetarum: quia Abacuk 3. c. scribit.* Sol & luna steterūt in habitaculo suo. *Sed istud etiam videtur extraneum, quia liber 12. prophetarū saltē quantū ad prophetiam Abacuk fuit scriptus per magnū tempus post mortē Iosue scilicet per octingentos annos & plus, quia Abacuk prophetauit post trāsmigrationē Babylonis: vt dicit Hierony. in plogo super Abacuk. A morte verò Iosue vsque ad transmigrationē fluxerūt octingēti anni & plus, quod patebit si quis velit computare tempora iudicum & regū vsq; ad illud tempus, prout in sacra scriptura & Iosepho continentur, & ideo irrationabiliter videtur dictum, quod diceret aliquid esse scriptū in libro scribendo postea per tps tm. Nec potest dici q̄ istud sit additum a translatore nostro: quia sic est in Hebræo. Et ideo aliter dicūt Hebræi, q̄ iste liber est liber Genesis, quia ibi scribuntur facta Abraham, Isaac, & Iacob, qui fuerunt excellentes iusti: & ideo propter eorum merita facta sunt multa beneficia populo Israel, vt frequenter exprimitur in sacra scriptura. Dicunt igitur q̄ hoc scriptum est Genes. 48. vbi ponitur be edictio Iacob super Manasse & Ephraim: & de Ephraim dicitur:* Et semen eius crescet in gentes. *Hebræi dicūt;* Et semen eius congregabit gentes. *vel congregatio gentium. q̄d fuit in pletū in Iosue, qui fuit de semine Ephraim, quia quando dixit Iosue;* Sol ne mouearis, *& c. filii Israel fuerunt congregati ad audiē dum hoc verbum, secundum quod dicitur in textu:* Dixitque corā eis: sol contra, &c. *vt admirarentur & regratiarentur Deo de tanto beneficio & miraculo cœlitus sibi dato.*

Liber iustorum.

7 Stetit ita. *Ex hoc videtur; quod erat tunc in puncto meridionali, nisi dicatur, quod medium cœli aliquando vocatur totum, quod est supra hemisphærium nostrum.*
8 Non fu. *In fine capituli dicetur qualiter hoc intelligendum sit.*

✠ 1 Obiicient

MORALITER.

2 *Et mortui sunt multo, &c.* Per assistentiam verò solis intelligit adiutorium Christi, q. est sol iustitiæ contra tentationes carnis 1. Cor. 10. c. *Fidelis Deus qui nō patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cū tētatione prouētū, vt possitis sustinere.* Per assistentiā verò lunæ intelligitur adiutoriū virginis Mariæ: q. Can. 6. dicitur *terribilis vt castrorū acies ordinata*, propter q. per eius auxiliū prouenit nobis d̄ sensib. carnis victoria gloriosa.

A Cum vero impleta fuerit mensura credentium, & deterior aut decolor ætas vltimæ generationis aduenerit, & crescente iniquitate refrigescet charitas multorũ, & in paucis fides inuenietur: tunc abbreuiabuntur dies. Idem igitur dominus nouit extendere diem, cum salutis tempus est, & breuiare in tempore tribulationis & perditionis: dum ergo spatium lucis proditur, sic vt in die honestè ambulemus.

Homil. 11. in Iosue. a *Fugerant enim quinque re. &c.* Adam. Quid est quod dicit quinque reges fuisse, & hos in speluncam confugisse? Duplex pugna est Christianis: Perfectis quidem, qualis erat Paulus & Ephesij, sicut ipse dicit: *Non est pugna aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates: & aduersus rectores tenebrarum.* Inferioribus verò contra carnem & sanguinem, his scilicet, qui adhuc carnalibus vitiis & fragilitatibus impugnantur. Quod etiam in hoc loco indicari puto: Gabaonitis enim bellum indictum est a quinque regibus his qui imperfecti sunt a quinque corporeis sensibus. per aliquem enim horum vnumquemque necesse est cadere in peccatum. Hi quinque reges Gabaonitas, id est, carnales homines impugnãt. Quod autem dicuntur in speluncas cõfugisse, potest hic forsitan indicari, quia spelunca locus est in profundum terræ defossus. Sensus ergo est, cum se terrenis actibus in corpore positi demerserint, & nihil ad opus Dei, sed totum ad ministerium corporis egerint, in speluncas confugisse dicuntur. Sciendum tamen, quod ipsa regna quorum reges nunc vincuntur à Iesu, & confugiunt in speluncas, postea veniunt in sortes sanctorum, & pars domini appellãtur, sicut regnum Hierusalem, vel Lachis: vel Hebrõ. In quibus hoc indicatur, quod quinque sensus in corpore positi cum per Iesum fuerint deuicti & infidelitas ab eis discesserit, & mortui peccato fuerint, ipsis postea ministris vtitur anima ad facienda iustitiæ opera, ita fit, vt in Hierusalem, in qua regnabat rex pessimus, regnet postea Dauid manu potẽs, vel Salomon rex pacificus. Adsident vel adsistunt enim corporeis sensibus malignę virtutes, quæ ad concupiscentias & fœda præbenda ministeria animã sollicitẽt, quas si fide Christi superauerit, & in ligno crucis eius suspensæ fuerint, his interemptis regnoque depulsis, tunc efficitur anima in partem Dei, & Hierusalem regnum Dei, & templum in ea domino construitur. vnde: *Quia eramus & nos aliquando insensati, increduli, errantes, & seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, &c.* Hoc est enim Hierusalem aliquando fuisse sub rege Adonisedec, vel alias ciuitates sub aliis.

Christianorũ pugna duplex. Eph. 6. b. Titum. 3. a.

Homil. 11. in Iosue. Adaman. Iesus interficit inimicos, non credulitatẽ docẽs: sicut hæretici putant, sed futura in his sacramenta designãs, vt cũ peremerit reges qui regnũ peccati tenẽt in nobis: *Sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati ad iniquitatẽ, ita exhibeamus seruire iustitiæ in sanctificationem.* Hoc quasi crudele culpatur, quod ait Iesus: *Ponite pedes vestros super colla eorum, & interficite eos.* Sed hoc non crudelitas, sed humanitas & benignitas inuenitur. Vtinam & tu ponas pedes tuos super serpẽtes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & conculces draconem & regulum, qui aliquando in te regnauit, ut omnibus interemptis qui regnabant in te opere peccati, solus in te regnet Iesus Christus.

a ¶ Sic dum contra dæmones pugnamus, adsistit nobis sol iustitiæ, qui ait: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

voci hominis, & pugnante pro Israel. Reuersusq; est Iosue cũ omni Israel, in castra Galgalæ, fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nunciatumq; est Iosue, quod inuenti essent quinque reges latentes in spelunca vrbis Maceda. Qui præcepit sociis & ait: Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios, qui clausos custodiant. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quoque fugientium cędite. Nec dimittatis eos vrbium suarũ intrare præsidia, quos tradidit dominus Deus in manus vestras. Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsque ad internecionem penè consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates immunitas. Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tũc erãt castra, sani & integro numero. Nullusq; contra filios Israel mutire ausus est. Præcepitque Iosue, dicens: Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges, qui in ea latitant. Feceruntque ministri, vt sibi fuerat imperatum, & duxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Hierusalem, regẽ Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon. Cumque educti essent ad eũ,

a ¶ Quinque sensibus corporis & terrenis actibus immersi.

¶ Iesu Christo.

a ¶ Contrarias potestates quæ sensibus adsistunt.

a ¶ Incolumis. Qui enim sub Iesu militat, non suscipit inimici ignita iacula.

a ¶ Quia omnes scripti in libro vitæ & numerati apud illum qui numerat multitudinem stellarum. b ¶ LXX Nullus mutuit in lingua, id est nullus se iactauit de victoria sua, scientes quia Iesus est qui vincit.

D b *Vos autem no. st. a.* Adam. Bella Iesu & regum, atque hostium strages, cælestium rerum vmbra sunt eorum, scilicet bellorum, quæ Iesus Christus cum exercitu suo & maiestatibus, i. credentium populis, & eorum ducibus contra Zabulon, & eius angelos præliatur. Ipse est enim qui in Paulo & in Ephesiis pugnat contra rectores tenebrarum. Et vide ô hæretice, quomodo noua veteribus concordant, promissum est veteribus regnũ terrę sanctæ & fluentis lac & mel: quę tunc a pessimis incolis & regibus incolebatur. Venit in hanc terram Iesus cum exercitu suo, & Israeliticis ducib. expugnat: omnes interimit & obtinet, & pro victoriæ merito accipit eorum regna. Tibi per euangelium non promittuntur regna terrę, sed cęlorum, nec vacua. habent enim habitatores, peccatores, & dęmones: contra quos apostolicã tuba te hortatur ad prælium. & sicut ibi dicebat Iesus: *quia bellum vobis non erit aduersus Amorrhæos, Pheresæos, Heuæos, & Iebuzæos*, ita & hic Paul. dicit: *Non est nobis pugna aduersus carnem & sanguinem.* idest non sic pugnabimus vt antiqui, nec in terris nobis cum hominibus habenda sunt prçlia, sed contra principatus & potestates contra mundi huius rectores tenebrarum harum. Iam intelligis in quibus locis hęc tibi mouenda sint certamina, vel si non intelligis manifestius audi contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Audisti quę tibi bello, & inde cælestibus expellendi sunt, vt possis loca regni cęlorum, hęreditatis sorte percipere. Hoc quoque in euangelio dominus ait: *A diebus Ioannis regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Potes ergo similiter Saluatori nostro calumniam facere, qui regnum cœlorum quod fidelibus promisit, violenter diripi iubet. Vim autem facere hoc est, possidentem violenter expellere, & possessionem diripere. Quid ergo accusatis fecisse Iesum successorem Mosi? Atque vtinam aperiret nobis Iesus thesaurum sapientiæ suæ, vt videremus cuius cęlestiũ spiritualium hostium, qui impugnãt Israel, figuram tenuit princeps ille de Maceda, & ille de Lachis, & ille de Lebna; aut cuius intra me vitii vel errori, quibus anima implicatur, formam tenent singuli quique eorum quos Iesu duce interfecit populus Dei. hi. s. audiunt mandata eius, quibus tribuit facultatem *calcandi super serpentes & scorpiones & omnem potestatẽ inimici.* Oremus ergo vt pedes nostri tam

Homil. 2. in Iosue. Ephe. 6. E Ephe. 6. b. F Matth. 11. b. Luc. 1.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Obed. do. voc. hom. *id est, condescendente, quia obedientia proprie loquendo est inferioris ad superiorem: condescensio vero econuerso superioris ad inferiorem.*

2 Reuersusque est. *hoc dicitur hic per anticipationem, quia non fuit ibi reuersus donec habuisset victoriam completam quantum ad ea quæ tractantur in hoc ca. vt habetur in fi. huius cap. & adhuc erat in persequendo aduersarios, vt patet in litera.*

3 Voluite saxa, &c. *vt non possint ibi latentes per se exire.*

4 Et po. *ne ab exterioribus possint educi inde. Cætera patent.*

5 Reuersusque. *Hic consequenter describitur manifestatio victoriæ. primò in hoc quod exercitus Iosue rediit in numero integro. secundò quia aduersarii non fuerunt ausi eos inuadere. ideo subditur.*

6 Nullusque contra, &c. *s. pro tunc: sed postea alii contra eos gnauerunt, vt patet. c. seq. tertiò per hoc quòd principes exercitus posuerunt pedes suos super colla quinque regum, qui latuerant in spelunca in signum quod eorum aduersarii, qui nondum erant debellati, pedibus eorum subiicerentur. Et patet litera vsque ibi:*

4 Et po * 1 Occumbe-

A strum tam speciosi sint & tā validi, qui possint calcare ceruices inimicorum, & ita caput serpentis calcare, vt calcaneū nostrum non possit mordere. Qui enim pugnat sub Iesu duce, debet illud promereri, quod de illis bellatoribus scriptum est: *Et reuersus est vniuersus populus ad Iesum incolumis, & non mutiuit quisquā de filijs Israel ī lingua sua.* Qui.n. sub Iesu militat, incolumis dēt redire de prælio, nec vsquā ex iaculis maligni ignitis vuln⁹ accipere, nec corde, nec cogitatione pollui. Quod autē addit: *quia nullus mutiuit in lingua sua:* videtur dici: quia nemo de victoria se iactauit, nec suę virtuti ascripsit. Sciūt enim quia ipsi Iesu victoria tribuitur. vnde: *Nō autem ego: sed gratia Dei q̄ in me est.* & alibi: *Cum autem feceritis hæc omnia, dicite: quia serui inutiles sumus.* Vtinā dominus meus Iesus concedat mihi calcare spiritū fornicationis, & ceruicem spiritus iracundiæ & furoris & auaritiæ, dęmonem & iactantiā, & conterere pedib. meis superbiæ spiritū. & cum hęc fecero, gesti operis summam non mihi, sed cruci eius appēdere, secūdum illud: *Per quem mihi mundus cru. &c. non autem ego, sed gratia eius quæ est in me.* Quod si fecero, dicetur mihi quod antiquus Iesus dicit: *Viriliter agite, & confortamini, ne timeatis nec vereamini à facie eorū, quia dominus Deus tradidit vobis omnes inimicos in manus.*

1.Cor.15.b Luc.17.c. Gala.6.d. 1.Cor.15.b

✠ Procop. Spelunca Maceda sita est ab Oriente Eleutheropolis ad octauum lapidem. Quinq; reges figuram dęmonum præferunt, nos quinq; sēsibus oppugnātium. De quibus Petrus inquit, Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed cathenis caliginis in tartarum præcipitatos tradidit seruandos in iudicium. Horum collis etiam insultandi copiā fecit, qui tutum gressum sup aspide & basilisco promisit.

Adaman. *Omnia hęc in figura contingebant illis. Scripta sunt autem propter nos.* Quæ cum legit qui in manifesto Iudæus est, & in carne circuncisus, putat tātum bella descripta & interitus hostium & Israelitas duce Iesu vicisse, & diripuisse regna gētium. Qui vero in occulto Iudæus est. i. Christianus, qui Iesum non filium Naue, sed filium Dei sequitur, intelligit hæc mysteria esse regni celorū, & dicit, quia etiam nunc pugnat Iesus contra virtutes cōtrarias, & eiecit de ciuitatibus possessis. i. animab. nostris, & interfecit reges qui regnabant in animabus nostris, ne vltra regnet peccatum in nobis vt exclusa lege peccati, fiat aīa nostra ciuitas Dei, & regnet in ea Deus, & dicat nobis: *Ecce regnū Dei intra vos est.* Est ergo misericordia, quod hæreticis vr crudelitas, q̄ Iesus Christus per singulas ciuitates. i. animas credentium complet, vel compleuit, vt quæ possidebantur à pessimis regibus, expulsis his & peremptis, facere eas dignetur habitaculum Dei, & templum spiritussancti *vt mēbra quæ seruierant iniquitati, seruiant iustitiæ.* Sic ergo intellige, q̄ interfecit Iesus regem Hiericho, & regem Hay, & regem Lebna, & regem Lachis, & regem Hebron, ut omnes aīæ quæ sub pessimis regib. legem peccati colebant, nūc sub Dei legib. agant.

Origen. Hom.13. in Iosue. Rom.6.b. Luc.17.c. Rom.6.b.

vocauit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite, & ponite † pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos: Nolite timere, nec pauæatis, confortamini, & estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicatis. Percussitque Iosue & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fueruntque suspensi vsque ad vesperum. 1 † Cumque occumberet sol, præcepit socijs, vt deponerent eos de patibulis, qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsque in præsens. 2 Eodem die Macedam quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladij, regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius. Non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecitque regi Maceda sicut fecerat regi Iericho. Transiuit autem omnis Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam, quam tradidit dominus cum rege suo in manus Israel. Percusseruntque vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius, non dimiserunt in ea vllas reliquias. Feceruntque regi Lebna sicut fecerant regi Iericho. De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel, & exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam, tradiditque dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij om

a ¶ Fortes, viriliter pugnantes. a ¶ Prælatos. b ¶ Ecclesiæ. c ¶ In nullo discordantes. a ¶ Super aspidem & basiliscum & concul. leonem & draconem. a ¶ Spirituum scilicet & vitiorum. a ¶ Quin viriliter agite, & confor. qui spe. in domino. ¶ Spiritualibus. ¶ Spiritualibus armis. a ¶ Christus. b ¶ Morte sua. ¶ Quia in ligno crucis triumphauit.

D Lebna Hebraice Libnah, candor interpretatur. quod diuersè intelligitur. Est enim candor lepræ, & cādor lucis. & candorem quidem lepræ habuit Lebna sub regib. malis, sed cum ad Israeliticū populum peruenit cādorem lucis accepit. Lachis etiam interpretatur iter: quod & laudabile in scripturis est, & culpabile. vnde: *Iter impiorum peribit.* Et alibi: *Iter rectum facite pedibus vestris.* Primò ergo iter impiorum fuit Lachis ciuitas, quo destructo postmodum Israelitis regnantibus ad rectū iter peruenit. Hebron coniunctio vel coniugium: coniūctio verò animę nostræ fuit primò cum viro pessimo Zabulo, quo mortuo liberata est à lege prioris, & coniuncta viro bono & legitimo. de quo Paulus dicit: *Statui vos vni viro virginem castā exhibere Christo.* Sic ergo ipsorum nominum intelligentia ad geminum cōsonat statum. Sic melius est intelligi bella Israelitica, & subuerti vrbes & regna. sic religiosius apparet subuertisse Iesum vrbes singulas, vt nihil ī eis relinqueretur quod spiraret, neque qui saluus fieret, neque qui effugeret, vt nullus. s. malitiæ sensus in anima vltra respiret: vel iræ, vel concupiscentiæ saluetur affectus: nullus sit qui effugiat de ore sermo malus. Sic ædificantur ciuitates Iudę. Etenim nunc cuiusq; animā destruit Iesus & ædificat. Primum enim opus Dei ē eradicare mala, spinas & tribulos vitiorum. dum.n. occupant terram hęc, non potest semina sancta suscipere. Necesse est ergo primum plātam eradicare peccati quā nō plantauit pater cœlestis, ignique consumi. Secūdum opus est plantare. Moyses dicit: quia *plantauit Deus Paradisum.* Sed & nunc plantat in animabus credentium. In anima enim de qua excidit iram, plantat mansuetudinem: de qua excidit superbiam, plantat humilitatem: de qua eradicat lasciuiam, plantat pudicitiam: extirpata ignorantia, inserit scientiam. Talis dr̄ esse plātatio Dei magis quàm insensibilium lignorum. Est.n. in primis opus verbi Dei destruere ædificia Zabolica. Ille enim turres superbiæ, & muros elationis in vnoquoque extruit, quæ sermo Dei destruit, vt efficiamur Dei cultura, & Dei ædificatio supra fundamenta Apostolorum & Prophetarum positi & effici mereamur inhæreditatem terræ sanctæ in parte Israelitica extinctis hostibus nostris.

Psal 1.b. Heb.12.d. E 2.Cor.11.a. † Deu.21.d. Opera Dei du plicia. d. Matt.15.b. Gen.2.b. F Ephe.2.d.

✠ Hieronymus. Lebna, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis, quam tenuit Iesus, rege illius interfecto: nunc est villa in regione Eleutheropolitana, quæ appellatur Lobna. Lachis, ✠ in tribu-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cumq; occumberet sol, præcepit socijs suis vt deponerent eos de patibulis. *Quia hoc erat præceptum in lege, Deut. xxj.* 2 Eodem

2 Eodem die Macedam quoque, &c. *Postquam descripta est debellatio hostium, hic consequenter describitur captio ciuitatum. Et patet litera vsque ibi:* ✠ 1 Ascendit

MORALITER.

† *Ite & ponite pedes vestros super colla regum istorum. Qui cum perrexissent & sub. &c.* Per hoc autem q̄ Iosue præcepit principibus Israel ponere pedes suos super colla quinque regum, significatum fuit, quod quinque sensus carnis subiici debent imperio rationis.

in tribu Iuda. Sed & hanc cepit Iesus, rege eius interfecto. A Meminit huius Esaias & Hieremias, & nunc est villa in septimo milliario ab Eleutheropoli euntib. Daromā. Gazer, ī sorte tribus Ephraim, vrbs separata Leuitis, quā & ipsam expugnauit Iesus. Aedificata est aūt postea à Salomone: nunc zara villa dicitur in quarto milliario Nicopoleos contra septentrionem. Eglon, quæ & Odollam, in tribu Iuda, cuius regē nomine Dabir interfecit Iesus. Est autem nunc villa prægrādis, in duodecimo ab Eleutheropoli lapide contra Orientem. Hebron, quondam Arbe, condita est septem annos antequā B Tanais vrbs Aegypti conderetur: fuit & metropolis Enakim: quos gigantes & potentes intelligere debemus. Paula ascendit Hebron, hæc est Chariatharbe, id est, oppidum virorū quatuor, Abraham, Isaac, Iacob, & Adam magni, quem ibi cōditum Hebræi autumant: licet plerique Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monstratur. Dabir in tribu Iuda, quæ vocabatur ciuitas litterarū. D Asedoth vrbs Amorrhæorum, quæ cecidit in sortem tribus Ruben: appellatur aūt addito cognomēto, Asedoth Phasga, quod resonat abscissum. Cades-barne in deserto, quæ cōiungitur ciuitati Petræ in Arabia. Ibi occubuit Maria, & Moses rupe percussa aquam sitienti populo dedit. Monstratur ibidem vsque in præsentem diem sepulcrū Mariæ. Gaza ciuitas Heuęorum, in qua habitauere Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Cecidit in sortem tribus Iudæ, sed eam tenere nō potuit, quia gigantes & fortissimi Allophylorum restiterunt: & est vsque hodie insignis ciuitas Palestinæ. E

Epitaph. Paulæ. lib. de locis Heb.

nem animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Horam rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis, quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionē. Transiuitq́, de Lachis in Eglon, & circundedit atque expugnauit eam in eadem die, percussitq; in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in [a ¶ Coniunctio coniugum.] Hebrō, [¶ Destruxit mala, vt ædificaret bona.] & pugnauit contra eam, [¶ Verbi Dei.] cepitque & percussit in ore gladij, [1] regē quoque eius & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in [2] ea fuerant commoratæ. Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit consumēs gladio. Inde reuersus in Dabir, cepit eā atque vastauit, regem quoq; eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: Non dimisit in ea vllas reliquias. sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius. Percussit itaq; Iosue omnem terrā montanā & meridianam atque campestrem, & † Asedoth cum regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat, interfecit; [3] sicut præceperat ei dominus Deus Israel. A Cadesbarne vsq; Gazam. [4] Omnem terram Gosen vsque Gabaon, vniuersosq; reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit. Dñs enim Deus Israel pugna- [5] bat pro eo. Reuersusq; est cū omni Israel ad locū castrorū in Galgala.

† Asedoth.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ascendit quoque cum omni Isr.&c. *Hoc est intelligendum de parte ciuitatis Hebron, quæ erat in valle, reliquam vero partē quæ erat fortior, cepit Caleb postea, vt habetur infra 15.c. & Iud.1. Vel potest dici q̄ hic dr̄ per anticipationē & ei attribuitur quod postea fecit Caleb, qui ex concessione Iosue habuit Hebron, vt hr̄ infra 14.cap.*

2 Regem quoque. *Hoc potest exponi dupliciter. Vno modo de rege Hebron quem suspenderat, vt dictum est. Alio modo de alio rege nouo, vtpote quia filius mortuo patre regnum susceperat, si rex erat per hæreditatem, vel quia populus regem nouū sibi elegerat si erat per electionem: Inter suspensionem enim prædicti regis & factum istud Iosue plures ciuitates ceperat, vt patet in textu: & ideo tempore intermedio poterat fieri institio noui regis prædictis modis. Cætera patent vsq; ibi.*

C 3 Omne quod spira. *quod intelligitur de specie humana. bruta.n. animalia cesserunt in prædam bellantium.*

4 A Cades barne vs. *Hæc est longitudo terræ ab Oriēte in Occidētē*

5 Vno impe. *quantum ad primum bellū, quia multo tēpore pugnauit Iosue vt habetur, c. seq. Circa prædicta de statione solis potest quæri: Quæ fuit longior dies sub Iosue vel sub Ezechia? Et dicunt aliqui, q̄ illa fuit longior quæ fuit sub Iosue eò quod dicitur in textu:* Non fuit ante & postea tam longa dies, *ut dictum est. Sed occurrit difficultas, quia de die sub Ezechia scribitur 4. Reg. 20. & Esa. 38 q̄ sol retrocessit decem lineis uel gradibus, quibus designantur decē horæ secundum communiorem opinionem. Ad cuius solutionem dicunt aliqui, q̄ sol retrocesit subitò: & ideo dies non fuit augmentata, nisi tantum decem horis, quibus successiuè rediit ad locum unde retrocesserat, & ulterius usq; ad occasum descendit per duas horas: quia decem horæ diei transierant quando sol retrocessit: & secundum hoc illa dies artificialis de qua est sermo, fuit tantum 22. horarum: dies autē sub Iosue fuit 24. horarum. quia sol stetit immobilis spatio unius diei artificialis, & postea cursu suo naturali iuit ad occasum: & sic illa dies fuit duplicata. Sed quia Ezechias quæsiuit signum notabile ab omnibus, ut uidet 4. Reg. 20. ca. & Esaiæ 38. Et magis fuit notabile signum solis retrocedendo successiuè & magis notum pluribus quam si retrocessisset subito. Iō dñt aliqui, q̄ duæ lineæ in horologio Achā faciebāt tm̄ unam horam, & iō sol retrocēdendo 10. lineis successiuè, & redeundo ad locum unde retrocesserat, fecit tantum decem horas, et sic idem habetur quod prius, s. q̄ dies sub Iosue fuit longior duabus horis. Alii uero innitentes dictis Dionysii dicūt, q̄ dies sub Ezechia fuit lōgior. Dicit enim Dionysius in epistola ad Policarpum q̄ dies sub Ezechia fuit ferè triplicata quoniam defecerunt tantum horæ quatuor, quia secundum ipsum sol processerat de Oriente in Occidentem per decē horas: et retrocessit successiuè per decem horas: et per decem alias rediit ad locum unde retrocesserat, & ultra processit ad Occidētem per duas horas: & sit dies artificialis fuit augmentata viginti horis: & sic fuit 32. horarum. Illa autem quæ fuit sub Iosue, viginti quatuor tantum, quia illa dies non fuit nisi duplicata. Ad illud autem quod dicitur in hoc loco.* Nō fuit ante & post tam longa dies, &c. *Dicunt quod hoc refertur ad tempus in quo Iosue scripsit librum istum, quia post victoriam prædictam vixit longo tempore & librum istum scripsit circa finem vitæ suæ: & usque ad tempus illud non fuit tam longa dies ante victoriam dictam neque post. per hoc tamen non excluditur quin dies sub Ezechia, quæ fuit postea, fuerit longior: Sed quia bonum est sustinere dicta sacræ scripturæ quantum est possibile, quæ absolutè dicit hic, quod non fuit tam longa dies ante neque post. Ideo non obstantibus prædictis potest dici, quod dies sub Iosue fuit longior, quia ut dictum est supra 4. c. Filij Israel transierūt Iordanem decima die mensis primi, qui apud Hebræos* E *incipit a prima lunatione propinquiori æquinoctio vernali: & quarta decima die eiusdem mensis celebrauerunt pascha, & postea septem diebus obsederunt Hiericho, & postea miserunt exploratores ad ciuitatē Hai, postea bellatores contra eam, qui deuicti fuerunt propter peccatum Achan, quo deprehenso & punito postea ceperunt Hai, & Bethauem, quibus peractis venerunt Gabaonitæ & confœderati fuerunt filijs Israel: propter quam confœderationem quinque reges obsederunt eos, & Iosue ab eis rogatus venit ad liberandum eos pugnando contra reges prædictos, in qua pugna fuit statio solis vt patet ex prædictis. In tot autem & tantis agendis bene et probabiliter potest dici quod fluxit tempus ab æquinoctio vernali vsque ad medietatem Iunii vel circiter. tunc verò dies artificialis habet 18. horas, et tunc fuit duplicata, vt dictum est, et per consequens fuit 46. horarum: dies autem sub Ezechia fuit 32. horarum ad plus, vt patet ex supradictis: et sic videtur quod sub Iosue fuerit maior dies. Ad cuius intellectum est sciendum, quod quæstio est de quantitate diei artificialis, et de eius augmento, quia dies augmentati sub Iosue et Ezechia fuerunt artificiales. Quantitas vero diei artificialis variatur secundum diuersitatem climatum, et secundum appropinquationem maiorem ad solstitium æstiuale et hyemale, et ideo licet in omni climate et quolibet tempore anni quælibet dies artificialis habeat 12. horas artificiales, tamen horas naturales habet aliquando plures aliquando pauciores. In tertio uero climate dies breuissima, scilicet quando sol est in solstitio hyemali, habet 10. horas. Longissima uero scilicet quando sol est in solstitio æstiuali habet 14. horas: quæstio autem nostra debet applicari ad tertium clima, quia in eo est Hierusalem vbi erat Ezechias, quando dies fuit sibi prolongata: et similiter Iosue erat satis prope Hierusalem quando prolongauit Deus diem ad eius petitionem. Si autem dicatur, quod dies prolongata sub Iosue fuit in solstitio æstiuali, quod satis probabiliter potest dici, eo quod eodem anno Iosue aliqua alia bella peregerat, sequitur quod*

Quæst. de solis statione tēpore Iosue & Ezechiæ.

A *quòd illa duplicata habuit xxviij.horas. Et si propter oppositionem dicatur, quòd dies prolongata sub Ezechia fuerit in solstitio hyemali, quod satis probabiliter potest dici: vt videlitur postea, sic dies ille habuit tantum 26. horas naturales & duas partes vnius horæ naturalis, quia quatuor horæ artificiales, quæ deficiunt à perfecta triplicatione illius diei, ut patet ex prædictis, non valerent nisi tres horas & tertiam partẽ vnius horæ, & sic habetur, quòd dies sub Iosue fuerit lõgior in vna hora naturali, & tertia parte vnius horæ naturalis. Probatio assumpti, scilicet, quòd probabiliter potest dici dies sub Ezechia prolongatã fuisse in solstitio hyemali, & hoc ratione climatis: quia in tertio climate sol eleuatur in meridie minoris diei per 36. gradus ferè: & ideò tale tempus est ibi tunc quale est apud nos in 7. climate circa finẽ* D *Februarij per 12. dies ante equinoctium vernale, quod est tempus satis aptum ad procedendũ ad bellum: cum non sit nimis calidum, nec nimis frigidũ. Dies autem prolongata fuit Ezechiæ ante percussionem exercitus Sennacherib, ut ostẽditur 4. Reg. 20. percussio autem illa fuit qñ Sennacherib veniebat cum exercitu magno contra Ierusalem, & sic patet propositum, scilicet, quòd probabiliter potest dici illam diem in solstitio hyemali fuisse. Ad dictum autem Dionysij dicentis, quòd illa dies sub Ezechia fuit 32. horarum: Dicendum, quòd loquitur de horis artificialibus, & illæ valerent tantùm 26. horas naturales, & duas partes vnius horæ, vt dictum est.*

ADDITIO.

In capitulo 10. vbi dicitur in postilla: *Non fuit antea & postea tam longa dies.*

Iuxta sententiam literalem propter intellectum tam illius historiæ quàm Ezechiæ in 4. Reg. 20. & Esa. 38. potest probabiliter dici, salua tamen sanctorum autoritate, quòd dies illa in qua illud miraculum in horologio Acham diuinitus Ezechiæ fuit factum, non longior nec breuior fuit solito, & sic cessat tota altercatio postillatoris in hoc cap. circa istam materiam contenta: qualiter enim hoc intelligatur domino dirigente videbitur infrà 4. Reg. 20.

REPLICA. In capitulo 10. vbi postillator disputat de statione solis contra Iosue. Burgen. allegat digressionem quam facturus est de hac statione & retrogradatione tempore Ezechiæ circa 4. Reg. 20. Vbi mira contra sanctorum autoritatem sine ratione imaginatur, & ibi vide correctorium satis rationabile. E

CAPVT XI.

B a Quæ cum audisset. * Iosephus. Cùm de Hebræorum virtute sermo per circuitum discurreret, stupor habebat omnes audientes. Castra autem metati sunt super eos reges Chananæi, qui in campestribus erant, Palestinos secum ducentes. Totius autem exercitus armatorum erant ter centum milia, & decem milia equitum, & duomilia curruũ. Turbabat hæc multitudo ipsum Iesum, & Israelitas, & sperare meliora propter timoris excellentiam dubitabãt. Deo autẽ arguẽte timorẽ eorũ, promittente quod vincerent inimicos, & iubente equos hostiũ subneruari, currus incendi, dux fides, perrexit ad inimicos: & quinta die veniens circa eos, congressus est, pugnaq; fortis effecta est, & cædes fide potior, quàm poterit uel audiri.

Li. 5. Antiq. cap. 2.

* Zonaras. Chananæi in exercitu habebant armatorum 300. milia, equitum 10. milia, & milia curruum 30. Deo victoriam C Israelitis pollicito, prælũ atrox committitur, quo hostes vniuersi, paucis exceptis, perierunt, regibus etiam cæsis.

Orig. hom. 14. in Ios.

Adamant. Has scripturas ante aduentum Christi cum legeret Israel secundũ carnẽ, non in eis intelligens nisi bella & sanguinis effusionẽ, ad ferocitatẽ acuebat, & bellis ac seditionibus pascebatur. Sed postquã præsentia Iesu Christi sciæ lumen infudit, cũ ipse sit pax nostra, pacẽ docet & dilectionẽ bellorum. Pax.n. redditur animnæ si ab ea hostes, peccata. s. & vitia propellãtur: ideò sm traditionẽ Iesu Christi legẽtes ista armamur & concitamur ad pliũ: sed cõtra hostes, qui de corde nostro procedũt cogitationes. s. malas, furta, falsa testimonia & huiusmodi, ut nullũ relinquamus, q saluus fiat, vel qui respiret. his. n. uictis vincemus et aereas potestates & regno suo qd (itra nos est) suprà vitiorũ sedes locauerãt depellemus. Superius rex Ierusalẽ cõgregauit secũ quatuor reges cõtra Iesum aliàs Iosue, & cõtra filios Israel. Nunc autẽ non vnus cõgregat quatuor, aut quinq;: sed multitudinẽ nimiã. vnde: Vt aũt audiuit Iabin rex Asor, *misit ad Iobab regem Amorrhæorũ, &c.* Vides quãta aduersus Iesum & Dei populũ cõtrariarũ virtutum cõcitantur examina? hi enim dęmones ante aduẽtũ Christi, quieti & securi animas possidentes regnabãt. Sed ubi gratia & misericordia F saluatoris apparuit, & piè & sanctè uiuere docuit, ut libertatẽ suã & imaginẽ Dei anima quęque susciperet. Hac de causa antiqui possessores ad pugnã prouocantur, & si opprimãtur primi, multò plures cõsurgunt & in malũ conspirant: & si secũdi victi fuerint, alij neqores exurgent, & fortè quantò magis augetur populus Dei, & multiplicatur, tantò illi plures ad oppugnandũ conspirãt. Primus omniũ & autor belli, qui cęteros ad coniurationem inuitat, ipse est Iabin rex Asor. Iabin autẽ interpretatur sensus uel prudentia. De hoc sensu Esaias: *Et inducã super te sensum magnũ principẽ Assyriorũ, qui dixit, Mea virtute faciã, & sapientia sensus mei auferam fines gentiũ, &c.* Serpẽs quoq; in paradiso fuisse scribitr prudentior oĩum bestiarũ. Et villicus iniquitatis prudẽtior fuisse dr. Asor uerò iterpretatr aula. Est ergo oĩs terra aula huius regis, q est diabolus. Vñ in euãgelio scriptũ est: Quia cũ fortis i aula sua securꝰ dormiẽs vsquequo veniat fortior q ipsũ alliget & auferat, q possidet. Iste mittit ad Iobab regẽ Madõ, & cõueniũt i Merõ. Mittit Zabolus ad aliã virtutẽ inimicã, q amaritudinũ rex est, quo autore

Esa. 36. & 30. Gen. 3.

Luc. 16. b.

Matth. 12.

Matth. 15. Mar. 7.

CAPVT XI.

a ¶ Sensus vel prudentia. ¶ Princeps mundi. ¶ Aulæ.

a Quæ cùm audisset Iabin rex 1 Asor, misit ad Iobab regem Madon: & ad regem Simron, atq; ad regẽ Achsaph, ad reges quoque aquilonis, qui habitabant in montanis, & in planicie

¶ Hic est omnis sensus, qui extollit se contra scientiam Dei. ¶ Latam viam sequentes. a ¶ Qui humana & terrena sapiunt.

contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & in regionibus Dor iuxta mare:

a ¶ Qui sunt in fluxu huius sæculi. ¶ Velut cõmotum. s. qui cuncta commouet.

Chananæumque ab oriente & occidente, &

¶ Amarescentem, quo, scilicet authore amaritudines imminituntur.

Amorrhæum, atque Hethæum ac Pherezæum, & Iebuzæum in montanis, Heuæum

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

* 1 QVæ cùm au &c. *hic describitur debellatio 24. Regum. Et primò ponitur dicta debellatio, secundò quædam epilogatio 12. cap. Circa primum primò describitur belli apparatus, secundò conflictus, ibi:* Veniq; Iosue. *tertiò victoriæ obtentus ibi:* Cœpit itaq; Iosue. *Circa primum præmittitur apparatus regum contra Iosue, cùm dicitur.* Quæ cùm audisset. *quia tenebat principatum super ista alia regna, vt dicitur infrà eod. cap.*

* 1 Egressiq;

MORALITER.

1 *Quæ.* Debellatis quinq; sensib. corporalibus, ex quibus ꝯ nos cõsurgit bellũ à carne, remanet adhuc bellũ piculosius ab hoste, qui de spiritualib. peccatis impugnat, & benè significatur per Iabin, qui interpretatr aduertẽtia uel intelligẽtia. Dęmon.n. est intelligẽtia, q naturalia remãserũt in dęmonib. integra. Et sicut Iabin i adiutoriũ suũ uocauit reges sibi subditos, sic dęmõ superior ꝯ nos vocat & excitat dęmones inferiores, quia diuersi dęmones de diuersis vitijs nos impugnant. Vocat igitur regẽ Madon, qui interpretatur cõtradictio, propter qd signat dęmonẽ, qui tentat de rebellione ad superiores contra Deum & rationẽ, & sic intelligatur in sequentibus. Et regem Simron qui interpretatur vepres dolẽtis, id est, spina inferens dolorẽ, qui tentat de detractione, q materiã doloris infert ei de quo detrahitur & ipsi detrahẽti, detractionem suscipienti. Et regem Achsaph, qui interpretatur fractura, quia tẽtat de fractione fidei datæ iuro, uel alio modo. Vocat etiam Chananęum, qui interpretatur commutatio, quæ est in mercationibus, quia tentat de fraude & deceptione, quæ frequenter cõmittitur in emptionibus & venditionibus. Et Amorrhęum, qui interpretatur amarus, q tẽtat de inuidia, quæ est amaritudo animi de bono ꝓximi. Et Hethæum, qui interpretatur stupens vel stupidus, quia tẽtat de acedia, quę reddit hominem stupidũ & pigrũ ad inchoationẽ operis boni & eius prosecutionẽ. Et Pherezęum, qui interpretatur diuidens, eo quòd studet ad seminãdum inter bonos discordias. Et Iebuzęũ, qui interpretatur cõculcans, quia tentat de superbia, qua superbus alios nititr conculcare. Et Heuæum, qui ferus interpretatur, quia tentat de ira, q facit hominem quasi feram bestiam. Oẽs autẽm isti per quos significantur spiritus maligni à Iosue debellantur, quia per adiutorium Christi à populo Catholico deuincuntur.

autore scilicet oēs amaritudines miseris mortalibus infligū A tur, diuersa, s. genera peccati. Nihil enim amarius peccato, & si quædam dulcia videãtur in primis. Vnde Salomon, *Inouissimis felle amarius inuenies, &c.* Iustitia verò in primis amara vr in fine melle dulcior, cum virtutis fructū attulerit. Misit ergo Zabolus ad Iobat inimicū amaritudinis regē. Misit etiam ad regem Simron qui aliàs dicitur rex Simeon, & interpretatur exauditio: exauditio verò duplex est, vel cū exaudit Deus hoiem: vñ & Simeō patriarcha nomē accepit: qa Deus pcē matris ei⁹ exaudiuit: vel quū præceptū diaboli hō exaudit dicentis: *Si procidēs adoraueris me, tibi dabo hæc oīa.* Sed qui Iesum sequit dixit ei. *Dūm Deū adorabo, & illi soli seruiā.* Audiūt illū q̄ sunt ex parte eius: Sicut B iste Simeō, qui illū audiēs venit ad pugnā ꝯ Iesum. Mittit & ad regē Ziph, qui interpretatur quō fluit admiratiue. s. Miradū enim est quō fluāt omnia quæ sunt huius mundi, quę apud infideles manētia putantur. Qui autem considerat rerū rationem & omnium mundanorū trāsitum dicit: *Quō fluit.* Vocat autem cōtra filios Israel Zabolus et eos qui cōtra Sidonē magnā sunt. Ego quidē in locis Sido b nis aliquoties moratus, nō cōperi duas esse Sidones vnā paruam & aliam magnā, quãtum ad terrenū pertinet locū. Sed Sidon Hebraice Sidon, interpretatur venatrix vel venato- C res. Et demonum quorū multæ differentiæ sunt, quidā sunt venatores in magnis peccatis, alij in paruis. Cū in delitijs carnis aīa decipitur, in parua capta dr. Cū verò Dei prouidentiā negat, aut dæmones quasi Deū colit, in magno decepta est. Mittit ēt ad mōtana: hîc est omnis sensus, qui extollit se & erigit cōtra scientiā Dei. Mittit etiā ad Araban. i. insidias. Inuenit enim virtutes insidiatrices, q̄ humanas aīas, non vi nec apertè, sed improuisis insidijs decipiunt: Vnde: *Insidiatur in abscōdito quasi leo in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperē, &c.* De qualibet Paulus dicit: *Non ignoramus astutias eius.* Mittit ēt in Ceneroth, quod interpretatur quasi lucernæ, nō lucernæ. Aliud. n. est lucerna, aliud quasi lucerna. Ioānes erat lucerna ardēs, qa erat angelus lucis. Quasi lucerna est ille, q trāsfigurat se in angelū lucis. Sūt ēt, qui in ecclesia fidē catholicā docēt & plebē Dei verbo veritatis illuminãt: lucernæ ardētes. Qui verò ad hęretica dogmata scripturæ sanctę testimonijs & assertionibus falsis vtuntur, videntur accēdere lucernas, qa scripturas legunt. Sed quia falsis assertionibus utuntur, nō sunt lucernę, sed quasi lucernæ. Misit etiā ad campos, eos. s. qui in cāpis sunt, & humilia & terrena sapiunt. Misit ēt in nauē dor dor verò quod interpretatur cōuersio. Conuersio autem duplex intelligitur, qua. s. quis ad Deū cōuertitur, vel à Deo ad bona, uel qua rex Iabin. i. Zabolus ad se cōuertit aīas. Mittit etiā ad eos, qui erant in maritimis locis ad vicinos fluctuum Chananęos: qui interpretantur velut cōmoti. i. qui cōmotionibus & fluctib⁹ pmanēt cūcta. Et ad maritimos Amorrhęos, id est,

Prou. 5. a. — Matt. 4. b. — Ibidem. — Psal. 9. f. — 2. Cor. 2. c. — Ioan. 5. f. — 2. Cor. 11. c.

D id est, amarescentes, qui s. amaritudines infligunt. Talis est catalogus militiæ hostium inuisibilium, qui congregantur per regem Iabin, vt expugnēt nos, qui sequimur Iesum saluatorem nostrū, sed dominus ait: *Ne verearis à facie eorū, &c.* a *Cras enim eadē hora.* Adaman. Video q̄ hodie omnes illos non possumus opprimere, nec cunctos interficere: in crastino perimentur. i. post consummationem mundi, cum dicetur eis: *Ite in ignē æternum, quem præparauit Deus Diabolo et angelis eius.* Tūc enim si vicerimus sequentes Iesum ducem percipiemus regnū quod præparauit Deus sanctis suis per Iesum Christum.

Adaman. Nisi hęc bella figuram spiritualium gererent, nunquā discipulis Christi, qui pacē venit docere, Apostoli hæc legē da tradidissent. Ait enim Iesus: *Pacem meam do uobis, &c.* Et Apo E stolus: *Non uosmetipsos defendētes charissimi, &c.* Qui sciens carnalia bella non esse nobis amplius agenda, sed cōtra spirituales nequitias, uelut magister militiæ præcepit militibus Christi: *Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus i. di. &c.* Spiritualiū verò bellorum ex gestis veterū habemus exempla, ut spirituales simus, audientes, quia lex spiritualis est, spiritualibus spiritualia comparemus, considerantes ex his gentibus, quæ carnalem Israelem visibiliter oppugnauerunt, quantæ sint gentes contrariarum virtutum, quæ contra ecclesiam Dei pugnant vt peccare faciāt. Sicut enim corpus accepto vulnere ferri moritur: ita anima peccato vulnerata. Fecit ergo Iesus sicut pręceperat ei dominus. b *Equos.* * R. Dauid Kimhi. Equorum F pedes sunt ipsorum fulcimenta: quorum si neruos incideris nullus deinde fuerit eius animalis vsus.

* Procop. Mandatur Iosue, vt eorum, qui à Septentrione vnà insurrexerant, equis neruos incidat. Nam lex. *Non multiplicabis tibi equos*, inquit. Currus item comburat, quemadmodum Aegyptiorum sunt submersi.

Origen. Hoc ergo ẜm mandatū Dei Iesus impleuit. Sed si superfuissent aliqui ex hostibus, oportebat equos subneruari, ne quis effugeret in eis. Sed cū nullus relictus sit, qui spiraret, cur equi subneruantur, qui poterant vsui esse victoribus? Solent. n. Israelitæ deuictis hostibus in vsus iumēta reseruare, sicut deuictis Madianitis aliquot milia asinorū reseruauerūt. Nec de asinis scriptū est, q̄ subneruati sint, neq; Madianitarū spolia vel aīalia interempta dnr, sed vsibus reseruata. Sed quia hi asinos non habebāt, sed equos, præcepit ipse dominus subneruari equos. Putamus hæc fortuitò accidisse, vt equi occiderentur, asini reseruarentur, & præceptis Dei aliquid casu incidere. Denique filij Israel nunquam referūtur equis vsi esse. Lex quoq; nihil de equis, sed de asinis mādat, vt de animalibus, quæ ad labores & onera hominū portāda videntur existere. Equi verò magis ad perditionē hominum: per eos. n. bella geruntur. Est. n. equus lasciui motus animal, & superbę ceruicis. Asini verò frequēter gētes significãt, qđ ipse Saluator supra asinū sedens ostēdit, qui nunquā equo se disse

Orig. hom. 14. in Iosu. — Matt. 25. d. — Orig. hom. 15. in Iosu. — † occisos. — Ioan. 14. d. — Rom. 12. d. — Ephe. 6. b. — 1. Cor. 2. d.

quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha. Egressique sunt omnes cum 1 turmis suis, populus multus nimis, sicut arena, quę est in littore maris, equi quoque & currus immensę moltitudinis. Conueneruntque 2 omnes reges isti in vnum ad aquas Merom, vt pugnarent contra Israel. Dixitq; dominus ad 3 Iosue: Ne timeas eos. Crās enim hac eadē hora ego tradam omnes istos † vulnerandos in 4 conspectu Israel. Equos eorū subneruabis, & 5 currus igne combures. Venitque Iosuę & oīs 6 exercitus cū eo aduersus illos ad aquas Merō subitò, & irruerunt super eos, tradiditque illos dñs in manus Israel. Qui percusserunt eos, & psecuti sunt vsq; ad Sidonem magnā & aquas 7 Masserephoth, cāpumq; Masphe, qui est ad Orientalem illius partem. Itaq; percussit om 8 nes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitque sicut præceperat ei dominus. Equos eorū

a ¶ Non hodie, sed post consummationem seculi.

¶ Dęmones superbos: lasciuos. Vnde fallax equus ad sal &, Hi in curribus & hi in equis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Egressique sunt omnes. *hyperbolica locutio est ad designādum multitudinem magnam exercitus.*

2 Conueneruntq;, &c. *ad aquas, lacus quidā est, per quem transit Iordanis fluuius situs inter mare Ceneroth & ortum Iordanis. Consequenter describitur apparatus belli ex parte Iosue, cum dicitur.*

3 Dixit. *Apparatus enim belli ex parte Iosue magis erat in confidentia Dei quàm in confidentia armorum. vnde subditur.*

4 Tradam omnes istos, &c. *Non est intelligendum, quòd oēs fuerunt ibi mortui, vel vulnerati: quia multi fugerūt à fortalitio, vt patet ex sequentibus, sed omnes fuerūt ibi deuicti, & pro magna parte interfecti, & est communis modus loquendi, sicut dicitur: Omnes de ciuitate vadunt ad tale spectaculum, licet multi remaneant.*

5 Equos. *in signum victoriæ à Deo obtentę.*

6 Venitq; *Hic consequenter describitur belli conflictus, & patet litera vsque ibi.*

7 Et aquas. *Hebræi dicunt: Aquas salinarum, quia sicut dicunt, erant ibi canales factæ iuxta mare per quas aqua maris ingrediens desiccabatur à sole, & in salem conuertebatur, & sic Masserephoth secundum eos, non est nomen proprium loci, sed commune.*

8 Itaque percussit omnes, ut nullas. *quod est intelligendum de his, quos potuit attingere extra fortalitia.*

* 1 Reuer

MORALITER.

5 *Equos eorū subnerua, & currus. &c.* Equi dęmonū sunt homines mali eorum instinctum sequentes, sicut boni hoies sunt equi Dei, quia spiritussancti gratia se habet ad liberum arbitriū, sicut sessor ad equum. Igitur equi dæmonū subneruantur, quando liberum arbitriū in malis hominibus fit in mortur, quando liberum arbitriū in malis hominibus fit in mor te irreuersibile ad bonum, currus autem trahitur ab equo sicut corpus humanum à libero arbitrio, currus igitur dęmonum igne succendentur, quando corpora malorum in igne gehennæ peracto iudicio recludentur.

subneruauit, currusq; cōbussit igni. Reuer-
a ¶Iabin,scilicet,principem huius mundi,cuius aula est totus orbis.
susq; statim cepit Asor, & regem eius percus-
a ¶Verbi Dei.
sit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia
regna hæc,principatum tenebat. Percussitq;
omnes animas,quę ibidem morabantur.Nō
a ¶Malignorum spirituum, vel vitiorum.
dimisit in ea vllas reliquias, sed vsq; ad inter-
necionem vniuersa vastauit, ipsamq; vrbem
¶Ignis æterni,de quo dicitur: Ignem veni mittere in terram.
peremit incendio, & omnes per circumitum
a ¶Animas. ¶In matutino interficiebam omnes peccatores terrę, vt disperderem de ciuitate d mini,&c. b ¶Contrariis potestates.
ciuitates,reges quoq; earum cepit, percussit
¶Lex.vnde:Habent Moysen, & prophetas audiant illos.
atq; deleuit, sicut pceperat ei Moyses famu-
lus domini . Absque vrbibus, quæ erāt ī col-
lib.& in tumulis sitæ,cæteras succēdit Israel,
vnam tantum Asor munitissimā flāma con-
sumpsit. Omnemq; prædam istarū vrbiū ac
iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cūctis ho-
minib.interfectis.Sicut præceperat dominus
Moysi seruo suo, ita pcepit Moyses Iosue,
a ¶Quia non venit soluere legem, sed adimplere.
& ille vniuersa compleuit. Non præterijt de
vniuersis mandatis nec vnū quidem verbum,
quod iusserat domin⁹ Moysi. Cepit itaq; Io-
sue omnem terram montanā, & meridianā,
terramq; Gosen,& planiciē, & occidentalē
plagam,mōtemq; Israel,& campestria eius,
† partem montis, quæ ascendit Seir vsque
Baalgad per planiciem Libani subter mon-
a ¶Peccati,scilicet,vt non regnet peccatum in nobis.
tem Hermon, omnes reges eorum cepit per
cussit, & occidit. Multo tempore pugna-
uit Iosue contra reges istos. Non fuit ciui-

dicte refertur,& mittēs discipulos ad soluendā asinā,& pullū dicit. *Dicite quia dominus eo opus habet.* & sedēs super eū ingreditur Ierusalē.vnde.*Ecce rex tuus venit ti. man. sedēs sup subiugalē,& pullum asinæ nouellum, & exterminat currus Ephrem, & equum de Ierusalē.* Qui ergo super asinū sedet exterminat currus Ephrem, & equum de Ierusalē.Equi vero,q exterminātur, & currus, significāt eos,qui per superbiam,& lasciuiam de cælo ceciderūt, quando,vel ad filias hominum cōcupiscēdas semet ipsos insensores prębuerunt,vel secuti sunt illum,qui ait. *Ponam super nubem sedem meam,et ero.s.al.* Inde forsitā dicitur. *Fallax equus ad sal.* & de his, qui in dæmonibus confidebant. *Hi in curribus, & hi in equis,nos a.in no.d.n.* Non enim curr⁹, & equos Deo comparasset, quantum ad inuocandum,sed dęmones quos inuocabāt gentes contra Israel pugnātes. Gētes vero ad fidem veniētes merito reseruantur,quæ per asinos significantur. Per equos vero,& currus,dęmones,qui humanę salutis inimici,merito perimūtur. Passiones quoque corporis,id est,libido, supbia,lasciuia,& leuitas, quibus infelix anima velut equitans fertur ad pręcipitia,per equos, & currus possunt intelligi, qui iubentur subneruari. Subneruatˀ enim equ⁹ quando abstinentia corpus humiliatur. Et igni currus exuruntur, cum illud impletur. *Ignem veni mittere in terram, & cæter.* de quo dicitur. *Nonne cor nostrum ardens erat in,&c.*ideo ergo falsus dicitur ad salutē, si motus corporis nostri ferantur infrenes,nec abstinētię iugo reprimātur. Sed si quis ex his,quę dicimus verbis Dei stimulatur, & compungitur, & heri, qui tanquam equus in libidinem ferebatur, hodie pœnitet, conuertitur, & publicam vitam amplectitur, videbitur gladio verbi Dei subneruasse equos. Quorū autem subneruātur equi? Iabin, scilicet,qui prudentia,vel sensus interpretatur,illius,scilicet de quo dicit. *Quia prudentia carnis inimica est Deo.* Et alibi. *Inflati sensu carnis suæ.* Iabin verò fuit rex Asor,qui interpretatˀ aula, & omnium regnorum obtinere dicitur principatum. In hac aula regnat princeps huius mundi,id est,super terrā; vel magis in vitijs carnis. Omnium etiam illorum regum quorum vim secundum nomina sua exposuimus,equi ab Iesu sunt īterfecti, quorum debemus in nobisipsis abscindere vitia,qui sub Iesu militamus, & subneruare gladio spirituali omnem equitatum vitiorum. currus quoque debemus incendere,i.omnem elationis spiritum à nobis resecare. Cōpleamus etiam in nobis,quod dicitur, *vt non remittatur vllus, qui respiret.* Si ira ascendit in cor tuū,forte opera eius nō implebit,vel hominū metu,vel futuri timore iudicis. Sed hoc nō sufficit,nec ipsa cōmotio irę locū dēt hēre in te.Ipsa conturbatio indecens est ei,qui sub Iesu duce militat. Idem de omnibus vitijs sentiendū est, vt horū nihil omnino in corde respiret,ne forte si parui alicuius vitij ꝯsuetudo, vel cogitatio relinquatur,processu tpis cōualescat, & paulatim vires latitudo assumat,& tandē reuocet ad vomitū, & fiat nouissima peiora priorib.vnde: *Beatus,qui tenet, & allidit paruulos suos ad petram Babylonis,* s.paruulos,id est,cogitationes malas,quę cor confundunt,& conturbant, quę in principio dum paruę sunt,tenendæ sunt,& allidēdæ ad petrā,quæ est Christus,& ipso iubente iugulādę,vt nihil in nobis resideat,qđ respiret.

a *Et omnes,&c.* Adamant. In omnibus nobis regnauit peccatum,& fuit in omnibus peccati generale regnū. *Omnes enim peccauerūt,& egent gloria Dei.*Vnusquisq; .n. habuit in se spūalem regē, vel auaritiā,vel superbiā, vel mendaciū,vel hmōi. vnde Paulus ait. *Non regnet ergo peccatum in vestro mortali corpe, etc.* Sed postquam venit Iesus, & occidit omnes reges,qui regnabant in nobis, & omnes interficere præcepit, qui enim aliquem in se viuum seruauerit, ī exercitu Iesu esse non poterit. Si regnat in te auaritia, iactātia libido,superbia,vel huiusmodi non es Israeliticus miles, nec imples preceptum,quod dedit dominus Iesu.

b *Sicut præceperat ei Moyses, etc.* Hic est sermo legis secundū illud. *Hñt Moysen,et prophetas,audiant illos.* Lex ergo pcepit nobis oēs reges peccati interficere, qui nos ꝓuocant ad peccatū. Sic fecit Iesus,nec quicquā transgressus est. Ipse est enim, qui perimit vitia in nobis, & regna peccati. Ipse etiā Christus omnia,q præcepit Moses in lege fecit. vnde: *Misit Deus filium suū factū,ex mu.etc.*Omnia enim quæ lex mandauit impleuit,vt nos redimeret à maledicto legis, qui ait. *Non veni soluere legem, sed adimplere.*

c *Sicut præceperat dñs Mosi seruo suo,ita præcepit Moses.* Aug.Non putanda est crudelitas,q nullū viuū in ciuitatibus sibi traditis dimisit Iesus, quia Deus hæc iusserat. Qui autē hic existimāt ipsum Deum fuisse crudelem, & ideo veteris testamenti verū Deū fuisse authorē credere nolunt,tam peruerse de operibus Dei, quàm de peccatis hoīum iudicant,nescientes quousque dignus sit, & magnum putantes malum,cum casuri deijciuntur, & mortales moriuntur.

d *Non fuit.* August. Quæritur quomodo hoc verum sit,cum nec postea tempore Iudicum, nec regum omnes omnino illarum septem gentium ciuitates capere potuerint Hebrei? Sed aut sic intelligendum est, quòd ad nullam ciuitatem bellando accessit Iesus,quam non ceperit, aut certe nulla earum capta,sed earum,quę in regionibus supra memoratis fuerunt.Enumeratæ sunt.n. regiones in quibus fuerunt ciuitates de quibus facta est ista conclusio,& omnes cepit bello.

✠ *Domini enim sententia fuerat, &c.* Theodoret. Hoc sermone docemur Deum omnia cum trutina, & mensura gubernantem, permisisse istis, vt ex aduerso pugnarent contra Israelitas,ne consequerentur vllam veniam, sed iuxta diuinā sententiam delerentur. Quantum ad reliquos populos,Deus Israeli dederat legem, vt si obsidentibus Israelitis oppidum aliquod, legationem mitterent illi, & amicitiam postularent,susciperent legationem, & obsidionem soluerent, inita pace cum illis.

Matt.21.a. Zacha.9.b. — Esa.14.d. — Psal.32.d. — Ibid.19.b. — †Tantummodo omnes vrbes, quæ stabant iuxta tumulum eorū non,vel secūdum quosdā, & chal. interpretat. quæ stabant in robore suo, idest quarū muros,cum caperentur, non dirueret. — Luc.12.f. — Ibid.24.c. — Rom.8.b. Col.2.d. — Psal.136.b. — Rom.3.c. — Ibid.6.b. — Luc.16.g. — Gala.4.a. — Matt.5.b. — Quæstio.16. in Iosue. — †Lxx. à mōte Halac, qui. — Quæstio.17. in Iosue. — Quæstio.11. in Iosue.

ADA-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Reuersusq; sta. ce. Asor. *q erat principalior ciuitas,vt statim subditur in litera, & ideo primo debellauit eam , vt aliæ timentes se redderent ei,sicut & factum est,vt postea subditur eodem cap.*
2 Et regē eius pcussit glad.&c. *qui de prælio fugerat ad ciuitatē.*
3 Percussitq; oēs aīas,&c. *i.homines. Anima enim principalior pars est hominis,& ideo ab ipsa denominatur aliquando totus homo.*
4 Absque vrbib.&c. *Illas enim dimisit duplici de causa, vt patet in sequētibus, tum quia aliquas non cepit, tū quia illas quas cepit dimisit filijs Israel,vt essent eis ad præsidium.*
5 Vnam. *de illis quas ceperat Iosue , quod fecit,quia rex Asor induxerat alios reges ad pugnandum contra filios Israel.*
6 Cepit,&c. *Hic cōsequēter describitur victoriæ obtentus per hoc,q Iosue obtinuit terram pro maiori parte , & quantum sufficiebat tunc habitationi filiorum Israel,quia multæ ciuitates,& villæ remanserunt. quæ non fuerunt acquisitæ tempore Iosue prout dicitur infra 13.*
7 Multo tempore,*i.sex annis ad minus, vt videbitur infra 14.ca.*
8 Non fuit ciui. *Hoc dicitur pro maiori parte tradiderunt,aliquę tamen*

Homil. 15. Adamantius. Et accepit Iesus omnes in bello, qui exierant ad bellum. Superior enim omnibus est Iesus, quia per A Deum factum est, vt confortaretur cor eorum, & occurrerent contra Israel in prælium. Non dixit, quia aliquos accepit Iesus in bello, & aliquos non, sed cepit omnes, & peremit. Omnes enim species peccati purgauit dominus Iesus, † pacem facerent cum. omnesque destruxit. *Omnes enim eramus insensati, increduli, errantes, seruientes varijs desiderijs, & quibuslibet peccatis.* Titum. 3. a. Omnes ergo occidit Iesus, qui exierant ad bellū. superior enim omnibus est Iesus Dei verbū, & sapiētia patris. vnde Paulus ait. *Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi.* 1. cor. 6. b. Sic ergo omnes cepit, & peremit, quia per dominū factum est, vt inualesceret cor eorū, & occurrerēt in prēliū contra Israel, vt exterminaretur. Dum enim non veniunt inimicæ virtutes, quæ peccata operantur in nobis, nec prouocāt ad pugnādū, vel ad dimicandū, interfici non possunt, nec exterminari. Ideo dicitur Deus permittere B imò incitare propemodū aduersarias virtutes, vt veniant cōtra nos in prælium, vt vincamus, & illæ pereāt. Vnde mihi videtur infinitus esse numerus earum, quia per singulos pene homines aliqui sunt spiritus, qui diuersa peccatorum genera moliuntur. Est spiritus fornicationis, est spiritus iræ, est alius auaritiæ, est alius superbiæ, & si eueniat aliquem esse, qui his omnibus malis, vel etiam pluribus agitetur, omnes hos, vel etiam plures in se habere spiritus putandus est, vnde, & per singulos plures esse credendi sunt, quia non singula singuli Spirituum tē tantum dispa ritas. homines habent vitia, sed plura. Nec putandum est, quòd vnus fornicationis spiritus seducat eum, qui in Britannijs fornicatur, & illum, qui in India, vel in alijs locis. Neque vnum esse iræ spiritum, qui diuersis in locis diuersos homines agitet. Sed puto magis spiritum fornicatiōis vnum esse & innumeros, qui hoc officio ei pareant, & per singulos homines diuersi spiritus sub ipso principe militantes, qui ad huiusmodi peccata eos sollicitent. Similiter iracundiæ principem vnum esse arbitror, & innumeros sub ipso, & idē de cęteris peccatis sentiendum. Ideo non vnus principatus dicitur ab Apostolo, sed plures contra quos nobis pugna est. Esse tñ reor omniū horū principē in nequitia eminentiorē, & in scelere fortiorē, qui totū mundum quem isti speciatim sollicitant, velut omnium principum dux, & totius militiæ magister exagitet, qui per Iabin significatur. Puto autē, quia C sancti cōtra istos incensores peccatorū pugnantes, & vincētes, vnū quemq; minuant exercitū dæmonū, & velut plurimos equos interimant. Verbi causa, vt in aliis, q pudice viuēdo spiritū fornicationis superauerit, non vltra fas sit illū spiritū, q ab eo victus est aliū hominē impugnare, sed sicut ille spiritus, qui rogabat Iesum ne in abyssum mitteretur, cōsequens vr, q singuli victi, vel in abyssum, vel in exteriores Luc. 8. e. tenebras, vel locū sibi dignum abducātur a iusto iudice Christo, & inde esse, q plurimo numero dęmonum iā deuicto, ad fidē gentes venire laxentur. Si autem difficile alicui, vel fabulosū videtur singulis peccātibus plurima messe dęmonia, ad euāgelij redeat authoritatē, & inueniet dæmoniacū, q D in sepulchris habitabat cū interrogaretur à Christo, qd tibi nomen esset: rndisse Legio. Quid ergo mirū si per singula ge- Marc. 5. a. nera peccatorū singuli dæmones ascribantur, cū scriptū sit in vno homine integrā fuisse legionē. Sūt ergo in manibus eorum gladij ancipites, q peri- Psal. 144 b. mant cōtrarias virtutes. Hinc Paulus ait. *Deus pacis cōteret sathanā sub pedes vestros velociter.* Rom. 16. c. Si enim vnus est sathanas quō potest contritus esse, & iterū operari? Forte ergo tanti putandi sunt sathanæ, quanti sunt, qui opera eius faciunt. Vnde, & in sapientia dici videtur. *Quia impius maledicēs sathanā, ipse maledicit aīam suā.* Eccle. 21. d. In libello quoq; q appellatur testamentū 12. patriarcharū, qui non habetur in canone, inueni, q per singulos peccātes singuli sathanæ intelligi debeant. Preterea sathanas E aduersarius dicitur. Omnes ergo, qui aduersantur voluntati Dei, sathanæ possunt dici. Beatus est ergo, qui spiritualē macheram tenens nō aufert eā à ceruicibus horū hostiū. Vnde Hieremias. *Maledictus homo, q facit opera Dei negligenter, & aufert macherā suam à sanguine iniquorum.* Hier. 48. b. Hoc si secūdum literā intelligamus, necesse est indesinēter sanguinē fundere. Qd Iudęi putātes crudeles fiūt, & veloces ad effundendum sanguinem. Nos autem non auferamus gladium verbi Dei a sanguine contrariarum virtutum, quæ interficiuntur cum opera eorum non facimus.

tas, quæ † se nō traderet filijs Israel, præter Heuęum, qui habitabat in Gabaō, omnes enim [1]

¶ Permittuntur enim à domino, vel potius excitantur dæmones, contra nos venire in prælium, vt nos vincamus, & illi intereant.

bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorū, & pugnarēt contra Israel, & caderēt, & non † mererentur vllam clementiam, ac perirēt, sicut pręceperat † esset eis misericordia. Iosue 19. dominus Moysi. In tpe illo uenit Iosue, et interfecit Enacim [2] de mōtanis Hebrō, et Dabir, [3] et Anab, et de omni monte Iuda, et Israel, urbesque eorū deleuit. Non reliquit ullū de stirpe Enacim [4] in terra filiorū Israel absq; ciuitatibus Gaza, et Geth, et Azoto, in quibus solis

a ¶ Non filius Naue, qui solam Iudæam tenuit, sed Iesus Christus ad quem ex omni terra, & ex omni natione concurrit multitudo credentium.

relicti sunt. Cepit ergo Iosue omnem terrā, sicut locutus est dominus ad Moysen, et tradidit eam ī possessionem filijs Israel secundum partes, et tribus suas, quicunq; [5] terra à prælijs.

Augustinus. Quia per dñm factum est confortari cor eorū, vt obuiā irent ad bellum Israel, vt exterminarentur, ita Quæstio. 18. in Ios. vt non daretur eis misericordia, sed vt exterminarentur, sicut dixit dñs ad Mosen, &c. ita dictū est per dñm confortari, id est, obdurari cor eorum, sicut de Pharaone, quod diuino altoq; iudicio fieri dubitandum non est, cū deserit Deus & † præsidet inimicus, quod sic accipiendum est, sicut, & ibi. † possidet, &. Sed hic aliud mouet quomodo dictum sit, ad hoc confortatum cor, vt exurgerent in bellum aduersus Israel, & ideo non præberent eis misericordiam quasi præbenda esset si non bellarent, cum Deus præceperit nulli esse parcendum, & ideo Gabaonitis esse parcendum, qa se de lōginqua F terra venire fingentes eorum iurationem tenuerant. Sed quomodo quibusdā vltro Israelitæ præbuere misericordiā? quāuis contra Dei mandatū ad hoc dictū esse intelligendum est istos, ita bellasse, vt eis non parceretur, nec ab ipsis Israelitę neglecto Dei mandato ad misericordiā flecterentur. Quod quidē duce Iesu, qui Dei præcepta diligenter seruabat, non est credendū fieri potuisse. Sed nec ipse istos tam cito deleuisset, nisi conspiratissime contrairent, & ita fieri posset, vt eis ab illo non debellatis, qui Dei pręcepta implere curabāt remansissent ad illud tempus quo eis posset parcere post mortem Iesu, qui non tanta cura mandata Dei faciebant. Nam, & eo viuente quibusdam illi pepercerūt, eos tantum ditioni suæ subiugantes, quosdam uerò, nec uincere potuerunt. Sed hæc non illo duce facta sunt, sed cum iam senex uacaret a bello, tantum eis terras diuidens, ut ipsi iam cum illo non bellante diuisas sibi terras partim hoste uacuas

NICOLAVS DE LYRA.

mē remanserunt aduersarijs, vt dictum est, & est modus loquendi hyperbolicus, sicut supra positum est exemplum de currentibus ad spectaculum.

1 Præter Heuęū. *Hoc dicitur ad ostendendum, quòd ciuitates, quę tradiderunt se ei, hoc fecerunt virtute armorum coactæ, & ideo non meruerunt clementiam aliquam, sicut meruerunt Gabaonitæ, qui erant Heuæi, vt hic dicitur, & iuerunt extra terram suam ad filios Israel, ad quærendum cum eis pacem, et misericordiam, vt dictum est supra 9. cap.*

2 In temp. *id est, gigantes.*

3 De montanis. *quod est intelligendum quantum ad partē tantū, quia aliqui remanserunt, quos Caleb postea interfecit, vt habet infra, 15. cap. Nisi dicatur, quòd factum Caleb hic ponitur per anticipationem, & ascribatur Iosue, eo quòd Caleb habuit illam terram ex Iosue concessione, vt habetur infra 14. c. Et huic dicto consonat, quod dicitur Iudic. 1. de expugnatione Hebron post mortem Iosue. Vel quòd Iosue in debellatione Gigantum Hebron fuerit cum Caleb, & eo principalior, propter quod sibi ascribitur, vnde subditur.*

4 Non reliquit ullum de stirpe Enacim in ter. & cæter. *Illa enim sunt ciuitates Philisthinorum, quę non fuerunt acquisitæ filijs Israel tempore Iosue, vt habetur infra 13. cap. Sed si istud vltimum dicatur oportet dicere consequenter, quòd illud, quod dicitur Iudic. 1. post mortem Iosue de expugnatiōe Cariatharbe dicitur per recapitulationē.*

5 Quicunque, *scilicet, communibus quia postea leguntur facta prælia in sortibus particularibus tribuum filiorum Israel, vt habetur 15. cap. & iudic. 1.*

¶ cuas tenerent: partim pugnando caperent.

A *Quieuitq;*. Nō sub Iesu filio Naue, sub quo nūq̄ ferè cessauit à bellis, sed sub Iesu Christo. Venisti .n. ad Iesum, & in baptismo peccatorū remissionē ꝯsecutus es, iā i te nō pugnat caro aduersus spiritū, & spūs aduersus carnē. Cessauit ergo terra tua à bellis, si tn mortem Iesu in corpore tuo circunferas, ut cessantibus omnibus in te prælijs, verus pacificus efficiaris & voceris filius Dei. Sed hoc fiet cū bella trāsegeris, & aduersarios subegeris: tunc requiesces sub vite tua q̄ est Christus: & sub ficu tua, quæ est spiritussanctus.

Orig. hom. 15. Galat. 5.c.

B CAP. XII.

* a *Hi sunt reges, &c.* R. Dauid Kimhi. Minimè æstimādum est, singulos reges vnis solis vrbibus imperauisse: multa enim ad vnā quāque vrbem pertinebant municipia, pagos, villas, &c.

R. Leui Gersonis. Non Moses, sed filij Israel dicunť pcussisse reges trans Iordanem, vt intelligamus nō Mosis virtuti, sed gratuito C fœderi Dei, quod ille cum Israele, eiusque maioribus, & posteris pepigerat, acceptam referri debere victoriam.

* Hierony. Arnō est rupes quædam in sublime porrecta, in finibus Amorrhæorum, inter Moab & Amorrhæos. Ermon mons, quem Phœnices cognominant Sanior. Aroer oppidū est Moabitum, quod sitū est super ripā torrētis Arnon, possessum olim à gente veterrima Omnijm, & posteà recētū à filijs Lot, id est, Moabitis: & ostenditur vsq; hodie in vertice montis illius. Chenereth mare vbi est terminus Iudææ in tribu Nephtalim. Sed & oppidum, quod in honorē Tyberij Cęsaris, Herodes posteà instauratum, appellauit Tiberiadē.

Lib. de locis Hebr.

*Moreon.

D * Iosephus. Og regis Galaadine & Galaniticis, magnitudo & pulchritudo fuit vehemens, qualis est paucorū. Erat.n. manu vir fortis, vt operib. virtutis magnitudo & pulchritudo corporis videretur æqualis. Lectum eius tulerunt in ciuitate Rabatha, factū ex ferro, quatuor cubitorum latitudinem habentem, longitudinē verò duplicem, & vno cubito fortiorem.

Lib. 4. antiquit. cap. 4.

* Hiero. Astaroth Carnaim, terra Gygantū, quondam in supercilio Sodomorum, quos interfecit Chodorlaomor. Sunt hodieque duo castella in Batanea hoc vocabulo, nouem inter se milliaribus separata. Edrai, vbi iterfectus est Og rex Basan, Gigas. Nunc autem est Adara insignis ciuitas Arabiæ, 24. lapide ab Osdra. Esebon ciuitas Seon regis Amorrhæorum, in terra Galaad: quæ cum fuisset ante Moabitarū, ab Amorrhæis belli iure possessa est. Salecha ciuitas regis Og, in regione Basanitide. Machati vrbs Amorrhęorum super Iordanem, iuxta montem Ermon. Iarimuth ciuitas quam subuertit Iesus, in tribu Iuda, quarto distans ab Eleutheropoli lapide, iuxta villam Eshaol. Lachis in tribu Iuda, Meminit huius Esaias & Hieremias: & nunc est villa in 7. milliario ab Eleutheropoli: Erma fuit in sorte Simeon, siue Iuda, &c.

Lib. de locis Hebr. E F

† lxx. halac qui.

† ipsi Niphath Dor.

CAPVT XII.

a HI sunt reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt terram eorum trans Iordanem ad solis ortum, à torrente Arnon vsq; ad montem Hermon, & omnem orientalem plagam, quæ respicit solitudinem. Sehon rex Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon, dominatus est ab Aroer, quæ sita super ripam torrentis Arnon: & mediæ partis in valle, dimidiæq; Galaad, vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon: & à solitudine vsque ad mare Ceneroth contra oriētem, & vsque ad mare deserti, quod est mare salsissimum ad oriētalem plagam, per viam quæ ducit Bethsimoth: & ab australi parte quæ subiacet Asedoth vsque Phasga, terminus Og regis Basan, de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Astaroth & in Esdrai, & dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atq; in vniuersa Basan vsque ad terminos Gessuri & Machati & dimidiæ partis Galaad, & terminū Sehon regis Hesebon. Moses famulus domini & filij Israel percusserunt eos, tradiditq; terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaaditis, & dimidiæ tribui Manasse. Hi sunt reges terræ quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanem ad occidentalem plagam, & Baalgad in campo Libani, vsque ad montem † cuius pars ascendit in Seir. Tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in mōtanis quàm in planis atque campestribus. In Aseroth & in solitudine ac in meridie Hetthæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebuzæus. Rex Iericho vnus. Rex Hai, quæ est ex latere Bethel vnus. Rex Ierusalē vnus. Rex Hebron vnus. Rex Ierimoth vnus. Rex Lachis vnus. Rex Eglon vnus. Rex Gazer vnus. Rex Dabir vnus. Rex Gader vnus. Rex Herma vnus. Rex Bered vnus. Rex Lebna vnus. Rex Adullam vnus. Rex Maceda vnus. Rex Bethel vnus. Rex Taphua vnus. Rex Hepher vnus. Rex Aphec vnus. Rex Saron vnus. Rex Madon vnus. Rex Asor vnus. Rex Smeron *vnus. Rex Acsaph vnus. Rex Senach vnus. Rex Mageddo vnus. Rex Cedes vnus. Rex Iachanan Carmeli vnus. Rex Dor † & prouinciæ Dor vnus. Rex Gentium Galgal vnus. Rex Thersa vnus. Omnes reges triginta & vnus.

¶ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XII.

Diuisio.

1 HI sunt reges. *Hic ponitur epilogus regum debellatorum à filijs Israel. & primò Regum debellatorum tempore Mosi. secundò Regum debellatorū tēpore Iosue, ibi:* Hi sunt reges terræ quos percussit Iosue. *Circa primum dicitur sic:* Hi sunt reges, &c. *adhuc viuente Mose, trans Iordanem ad solis ortū. Iordanis enim fluuius est terminus terræ ꝓmissionis à parte oriētis: vt frequēter dictū est & ideò terra q̄ est ex parte illa, est ad oriētē terrę ꝓmissionis.*

2 Vsque ad. *Iuxta hunc torrentem fuit lucta Iacob cum angelo: vt habetur Genes. 32.c.*

3 Vsque ad mare. *Istud est mare quod in euāgelio vocať mare Cenereth, & mare Tyberiadis, et stagnū Genezareth. Sicut enim in Latino nomina propria idē significantia variātur à parte finis, sicut Parisius & Parisios, sic & Cenereth & Ceneroth eūdem locum significat.*

4 Vsque ad. *Istud est mare quod dicitur mortuum supra 3. cap.*

5 Phasga, *id est, Gigantum: prout habetur Deut. 3.*

6 Qui habi. *in alijs enim locis benè remanserunt alij Gigantes, ut dictum est. cap. præcedenti. Cætera patent in litera.*

7 Hi sunt. *Hic ponitur epilogus Regum quos percussit Iosue. & patet litera paucis exceptis.*

8 Trans Ior. *Sicut dictum est Iordanis fluuius est terminus terræ promissionis à parte orientis, & ideò tota terra promissionis est in occidente respectu ipsius.*

9 Rex Gen. Galgal. *aliàs Galgath vnus. Iste dicitur rex gentiū nō quia omnes gentes essent sub dominio eius, sed quia homines de diuersis gentibus & nationibus habitabant in regno eius, sicut in ciuitate Parisiensi habitabant viri de diuersis gentibus.*

CAP.

MORALITER.

1 *Hi.* Per quos intelliguntur spiritus maligni qui dicuntur rectores malorum hominum huius mūdi: cōtra quos nobis incūbit inuisibilis pugna. Ephe. 6. b. *Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitiæ.* Per hoc ergo quòd populus Israel sub Iosue duce debellauit dictos reges: significatum fuit q̄ populus Christianus numero & merito triūphat de dæmonib. sub duce domino Iesu Christo.

10 *Omnes reges triginta.* In hoc numero est ternarius multiplicās denariū. nā ter decē sūt triginta. & cū hoc est ibi vnitas: p̄ qd̄ mysticè designať, q̄ per fidē vnius Dei essentialiter & trini ꝑsonaliter & multiplicationē bonorū operū secūdum decē ꝓcepta decalogi debellanť à fidelib⁹ spiritus maligni.

CAPVT XIII.

A a Iosue senex,&c. Senuisti & lon. ✠ Iosephus. Iesus cum esset senex,& Chananęorum ciuitates non facilè capi videret, tam propter locorum munitionē, quàm propter fortitudinem murorū: (nam propter suum interitum Chananæi cognoscentes Israelitas egressos ab Aegypto, oī illo tēpore erant ad faciendas ciuitates fortissimas occupati) congregari tūc populū in ecclesiam Silo præcepit. Quib. commemorans cuncta, quæ contigerant,petebat eos, qui trans Iordanem erant, fortibus proprijs frui. Tunc etiam singulos per tribus de quibus testimoniū daretur, dirigendos, qui terram metientes fideliter, eius magnitudinem sine dolo renuntiarent.

Lib. 5. antiquit. cap. 3.

B ✠ Rupertus. Quoniam ab imperio Domini ꝓcedit, vt non hominū arbitrio, sed occulto sortis iudicio tribubus Israel diuideret† terra ꝓmissionis: ne hoc quidē à mysterio vacat. Nā beata patria de qua superbiētes eiecti sūt apostatę angeli, cunctę māsiones illæ,quę multę sunt in domo patris,gratia Dei distribuuntur,& nō ex meritis. *Dei.n.donum est,& non ex nobis* (inquit Apostolus,) *vt ne quis glorietur.* Rectè igitur sorte terra diuisa est,quia gratia Dei,quam nulla præcesserunt merita,nostra terra viuentium speranda nobis & possidenda est.

† reputatur ipsius.

Ioan. 14.d. Ephes. 2.

Adaman. Presbyteri & seniores non pro longæua vita dicūtur,sed pro maturitate sensus,& grauitate vitæ venerāda, maximè cum additur plenus dierū. Si enim prolixitate presbyter quis vel senior diceretur, primus Adā vel Mathusalā vel Noe,qui plusquā cęteri vixerunt hoc nomine censerentur. Sed Abrahā,q. minus vixit, primus in scripturis presbyter vel senior appellatur. Dixit enim dominus Moysi: *Elige tibi ab oī populo presbyteros,quos tu ipse nosti, quia presbyteri sunt.* Obserua etiam sicubi inueneris peccatorē aliquem vocari seniorē & plenū dierū. Nunc ergo spiritussancti est vox pronuntiantis Iesum presbyterum uel seniorem & prouectū in diebus,quod de peccatoribus dici non potest, quia peccator nō est prouectus dierum. Nō enim se extēdit in anteriora, sed semper retrò conuertitur ad vomitum suum,& ideò non est aptus regno celorum. Non ergo de ętate senili dicebat dominus ad Iesum,quod omnes videbant & nouerant, sed per hoc datur magnum mysterij testimonium filio Naue. Sicut eñ sol iste dies facit huic mundo, ita sol iustitię dies facit spirituales, qui fulgore veritatis & scientiæ illustrantur. Si quis ergo in præceptis Dei hāc vitam præsentem,quæ sicut Iacob dicit, paucorum & malorum dierum est, transegerit, & immaculatum se ab hoc mundo custodierit, & omnes hostes suos spirituales subegerit ab istis paucis & malis dieb* prouehitur ad dies æternos æterni solis luce signatos. Sic ergo Iesus diuino responso prouectus dierum dicitur. Quis autē ita presbyter & senior ꝓuectus dierum, ut Iesus Christus, *qui est principium & primogenitus omnis creaturæ?* Ideo forsitan ipse solus verè presbyter dr: *ante quē nemo est.* Et si sunt qui dicātur presbyteri vel seniores vel pontifices, ipse tñ sicut in pontificibus pōtificum princeps, ita in ꝑsbyteris uel in seniorib. princeps presbyterorū est, sicut in omnibus princeps est, quia caput omnium est.

Orig. hom. 16. in Iosu.

C *Abraham primus presbyter appellatus.*

Num. 11.d. D

b *Terraque.* Alia litera: *Et terra relicta est multa valde.* Superius dictum est, quia cessauit terra à bellis, & quòd Iesus cepit omnem terram, non tamen putandum est contrariā sibi esse scripturam. In intelligentia enim spirituali nihil inuenies

E

Gene. 47.b. christus verus presbyter. Colos. 1.b.

F

CAPVT XIII.

a ¶ Iesus Christus principium & primogenitus omnis creaturæ. b ¶A dieb. malis & paucis ad dies æternos ꝓmotus.

a Iosue senex prouectęq; ætatis erat,& dixit Dominus ad eū: Senuisti

a ¶ Transeundo ad dies æternos.

a ¶ Vnde: Donec ponam inimicos tuos scabel.&c.

b & longęuus es, terraq; latissima derelicta est, q necdū sorte diuisa est, † oīs videlicet Galilæa Philisthiim & vniuersa Gessuri, à † fluuio turbido,q irrigat Aegyptū vsq, ad terminos Accaron contra Aquilonē, † terra Chanaan,q in quinq; regulos Philisthijm diuiditur, Gazeos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. Ad meridiem verò sunt Hæuæi, omnis terra Chanaan & Maara Sidoniorum vsque Apheca, & terminos Amorrhæi † eiusque confinia, Libani quoque regio contra Orientem à Baalgad sub monte Her-

† omnes videlicet limites. † Nili.

† Et terra Gibli.

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XIII.

1 Iosue senex. *Hic incipit tertia pars principalis huius lib. in qua agitur de terræ diuisione. & primò partes determinatæ singulis tribubus assignantur, secundò ciuitates pro fugitiuis separantur. cap. 20. tertio ciuitates & suburbana Leuitis dantur. cap. 21. Circa primū primò agitur de terræ limitibus, secundò de personis diuidentib. 14. c. tertiò de determinatis tribuum partibus 25. cap. Prima in duas, quia primò describuntur termini terræ diuidendæ, secundò terræ iā diuisæ, ibi:* Et nunc diuide terram. *Circa primū dicit:* Iosue senex pro. ætatis erat. *q.d. scriptura, quòd tēpus erat diuidendi terram, quia dominus dixerat ei quòd ipse diuideret eam: vt habetur suprà 1. cap.*

2 Terraque latis. *cuius maior pars erat acquisita, & aliqua pars acquirenda prout subditur.*

3 Omnis. *In Hebræo. habetur* Cal geliloth. Omnes termini Philisthijm. *Galilæa enim est in opposita parte terræ promissionis versus Aquilonem, &c. Plures enim terræ & ciuitates in terra promissionis remanserunt aduersarijs filiorū Israel per magnū tēpus pluribus de causis. Vna fuit, quia filij Israel nō erāt adhuc in tāto numero, q possent totam terram sufficienter populare: & ideò, si subitò fuissent aduersarij eorū deleti: possent contra eos multiplicari feroces bestiæ quæ magis nocerēt eis q homines. Et hęc causa assignatur Exod. 23. in fine vbi dicit sic:* Non eijciam eos à facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant quotidie contra te bestiæ,&c. *Secūda causa fuit, vt filii Israel habentes aduersarios prope se exercerentur in prælio, & nō fierent ignaui sicut solent hoīes in lōga pace fieri. Tertia causa fuit, vt essent homines solliciti seruare mandata Dei, quia quādo ea transgrediebātur, ab aduersariis sibi propinquis affligebantur, & quando seruabāt, eis dominabātur, vt patet ex decursu libri Iudicū. Et istæ duæ causæ tangunt Iudic. 3. c. in principio: vbi dicitur sic:* Hæ sunt gētes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem. *Sequit, vt discerent filii Israel certare cū hostibus & habere cōsuetudinē præliandi. Et subditur ibidem:* Dimisitque eos, ut in ipsis experiretur Israelem, & vtrum audirēt mandata domini quę pręceperat patribus eorum per manū Mosi, an non. *Igitur enumerat hic plures ciuitates & loca quæ non erant adhuc acquisita filiis Israel ex causis prædictis. & patet litera, hoc excepto quod sequitur.*

Ciuitates Israel quare ab aduersarijs possessæ.

4 A fluuio turbido qui irri. *Hic est Nilus, qui irrigat terrā Aegypti, & inde, ita contrahit admistionem terræ ex quo fit turbidus, concludit tamen de habitatoribus istorum locorum et ciuitatum.*

✠ 1 Ego

MORALITER.

1 *Iosue senex.* Sicut dictū est frequenter Iosue in gestis & nomine typū gerit saluatoris, qui dr senex rōne deitatis æternæ. Heb. 13 b. *Iesus Christus heri et hodie, ipse et in secula.* Et secundū hoc dicit Io. 8 g. *Anteq Abrahā fieret ego sum.* Igitur diuisio terræ pertinentis ad ipsum dupliciter intelligi pōt. s. de ecclesia militāte, & triūphāte. vtriusq, nāq; diuisio pertinet ad Christū. Si aūt accipiatur diuisio ecclesiæ militantis, sic ꝑ nouē partes q diuisæ fuerūt nouē tribubus significat diuisio gratiarū in ecclesia, quas enumerat Apostolus. 1. Cor. 12. a *Diuisiones gratiarū sunt, etc.* Sequit: *Alii quidē per spiritū dat sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secūdū eundē spiritū, alteri fides in eodē spiritu, alii gratia sanitatū in vno spiritu, alii operatio virtutū, alii prophetia, alii discretio spirituū, alii gñra linguarū, alii interpretatio sermonum.* Et sic sunt nouem gratiæ secundū sortes nouem tribuum. Per dimidiā verò tribū Manasse, quæ accepit sortem cum istis nouem trib ubus, minorem tamen, significatur status simplicium Christianorum, quibus non datur aliqua de gratiis prænominatis, quæ dantur ad manifestationem spiritus in ecclesia pro eius vtilitate, vt dicit Apostolus ibidē. Potest & aliter accipi diuisio secundum diuersos status personarum sub summo pontifice, scilicet Patriarcharum, Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Decanorum, Archidiaconorum, Decanorum ruralium, Religiosorum, & Sacerdotum Curatorum. Alij verò inferiores per dimidiā tribum Manasse designantur. Quantum autem ad statum ecclesiæ triumphantis per diuisionem factā nouem tribubus, significatur assumptio fidelium ad nouem ordines angelorū. Per sortem verò dimidię tribus Manasse significatur gloria sanctorum, qui non meruerunt assumi ad aliquē ordinem angelorum, sed faciūt decimū ordinē significatū, secundū aliquos doctores per decimam drachmam. Luc. 15.

A inuenies cōtrarium. Intuere Saluatoris nostri primum aduentum, cum venit seminare semen vel verbum suum; cepit enim omnem terram solo seminis iactu, & cōtrarias potestates, quæ Gentilium mentes obsederāt effugauit, & verbum seminauit, ecclesias propagauit. hæc est prima eius totius possessio. Vide quō etiā secundò capiat terram, quæ nunc dicitur multa esse derelicta. Paulus enim de eo dicit, *Oportet eū regnare donec ponat inimicos scabellum pedum suorū.* Hæc est terra, quæ nunc dicitur derelicta esse donec oēs omninò subdantur sub pedibus eius. Hæc est terra, quæ derelicta est, omnes fines Philisthim & alia quę sequuntur. Multa supersunt, q̄ videmus nondum subiecta, quæ necesse est omnia subijci. Non enim finis esse poterit, nisi cuncta fuerint subiecta ei, vnde, *Oēs gētes seruient ei.* In secūdo ergo B aduentu hanc multam terrā obtinebit Iesus. Sed illi beati sunt qui primo aduentu eius obtēti sunt. Isti n. verè in grā erūt, qui multis aduersarijs resistētibus bello & armis hæreditatem terrę promissionis accipiūt. Qui verò ex necessitate subijciet cū nouissim⁹ inimic⁹ destruet mors, non erit ī grā.

Hebr. 1. d. Psal. 71. c. 1. Cor. 15. c.

a *Vniuersiq;.* Adamantius. Cū plurimas gentes enumerasset Iesus, de solis Sidonijs dixit, *& oēs Sidonios ego exterminabo à facie filiorū Israel.* Sidonij verò interpretantur venatores. Hi sunt dæmones de quib. dicit propheta: *Laqueos parauerūt pedibus meis:* Istos exterminat dominus, vt non sit, qui laqueos C tendat & retia ad decipiēdas aīas, & requiescat vnusquisq; sub vite sua & sub ficu sua.

Homil. 16. in Iof. Psal. 56. b.

mon donec ingrediaris Emath. Omnium qui habitabant in mōte à Libano vsque ad aquas Maserephoth vniuersiq;, Sidonij. Ego sum q a 1 delebo eos à facie filiorum Israel. Veniat ergo 2 in parte hæreditatis Israel sicut præcepi tibi. Et nūc diuide terram in possessionem nouem 3 b tribubus, & dimidiæ tribui Manasse cum qua 4 Ruben & Gad possederūt † terram, quam tra- 5 didit eis Moyses famulus domini trās fluenta Iordanis ad Orientalem plagam ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & * in vallis medio, vniuersaq; cāpestria Medaba vsq; Dibon, & cunctas ciuitates Sehō regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon vsq; ad terminos filiorū Ammon, & Galaad, ac terminum Gessuri, & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuersam Basan vsque Salecha: omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth & Esdrai, ipse fuit de reliquijs Raphaim: 6 percussitque eos Moyses atq; deleuit. Noluerūtq; disperdere filij Israel Gessuri & Machati, & habitauerūt in medio Israel vsq; in præsentē diē. Tribui autē Leui nōn dedit posses- c siōnē, sed sacrificia & victimæ dñi Dei Israel. Ipsa est eius hęreditas, sicut locutus est illi. De 7

a ¶ Sidonios, id est, venatores: de quibus dicitur, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo.

a ¶ Quia non potuit dicere, Vende omnia quæ habes & da pauperibus, &c. hoc est enim partem Leuitis dare. Christus enim qui hæc & huiusmodi dixit Leuitis partem dedit.

† partes suas quas. * ciuitatem quæ est.

b *Et nunc.* Post hoc autē legitur quia Moses dedit hęreditatem quibusdam, & postea Iesus secundum præceptum dñi distribuit hęreditatē. Per Mosen legem intelligē, qui secundum legem vixerunt primi hęreditatem acceperunt, sed extra terram promissionis. Cùmque eam accepissent, nō eā possident, neq; diuidūt inter se, sed expectāt vsquequo eis per Iesum distribuatur in sorte. Hinc Apostolus ait: *Hi oēs testimonium habentes per fidem, nondum cōsecuti sunt promissiones, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, ne sine nobis consummarent.* Habet igitur iam promissionem suā & requieuerūt, digni iudicati per Mosen capere hęreditatē suā, sed adhuc pugnant pro his, qui sub Iesu militant. Omnes enim patres, qui ante nos dormierunt, pugnant nobiscum, & orationibus adiuuant. vnde: Ablinget synagoga illa hanc synagogam, sicut ablingit vitulus herbam viridem de campo. Synagoga enim domini quæ nos præcessit, ore & lingua consumet omnem contrariam synagogam, id est, orōnibus consumet aduersarios nostros. Orationibus ergo & verbi Dei meditatione & opere & sen

Heb. 11. g. Sancti patres orant pro nobis viuentib.

D & sensu recto pugnandum est.

* Theodoretus. Quamobrem Moses quibusdam sortes terræ distribuit, alijs verò Iesue? Qui per Mosen accepērūt hæreditatem, Iudæorum figurā referūnt: qui verò per manum Iosue, repræsentant gentes quæ crediderunt.

Adamantius. Sicut vmbræ exemplari deseruiunt celestiū, & qui legem suscipiunt, quæ verè vmbra est, ita exemplar & vmbram sequuntur diuisionis celestis, qui in Iudæa hæreditatem terræ diuidunt. Veritas enim est in cælis, vmbra in terris. Dum hic consistebat in terris, erat Ierusalem terrestris, & templum & altare & cultus visibilis, erant pontifices & sacerdotes ciuitates Iudeæ & vici & omnes quę in hoc libro scripta sunt. Cum verò in aduētu Christi, *Veritas descendens de cælis de terra orta est & iustitia de cælo prospexit, vmbre ceciderunt.* Decidit altare & templum ut iā nec in monte Garizim, nec in Ierosolymis sit locus ubi oporteat adorare: sed ueri adoratores adorant patrem in spiritu & veritate. Præsente ergo veritate vmbra cessauit. Et cum adesset templum, quod per spiritum Dei & virtutem altissimi in vtero virginis fabricatum est, dirutum est templum de lapidibus compositum. *Adest pontifex futurorum bonorum, & cessant pontifices taurorum & hircorum. Venit agnus, qui tollit peccata mundi:* & cessat agnus de pecudibus assumptus, & nequicquam tot seculis iugulatus. Consequens ergo erat, vt hæreditate regni F cælorum patefacta hæreditas terrena cessaret, & omnib. cessantibus, *Omnibus os obstrueretur, & subditus fieret mūdus Deo.* Ideo enim hæc omnia auferri diuina dispensauit prouidentia, vt viam quandam recipiant veritatis cessantibus figuris. *Subuersa est enim omnis terrena Ierusalem: sed habemus cælestem, quæ est mater omnium.* Misericordia ergo Dei hæreditas terrena nobis sublata est, vt hæreditatem quæramus in cęlis. Refertur itaque prima & secunda hæreditatis diuisio. prima quidem per Mosen, secunda quæ & potentior per Iesum facta est. Moses trans Iordanem Ruben & Gad & dimidiæ tribui Manasse dedit possessionem: Alij verò omnes per Iesum accipiunt hæreditatem.

Homil. 17. in Iof. Psal. 84. c. Ioan. 4. d. Hebr. 9. c. Ioan. 1. d. Rom. 3. c. Galat. 4. d.

c *Tribui.* Leuitis autem neque Moses dedit hæreditatē, neq; Iesus. *Quia ipse Deus est hæreditas eorum.* Hi sunt, qui in ecclesia virtute animi & meritorum gratia alios precedunt. Hi sunt forte, qui in populo saluādorum sapientiæ & scientiæ operā tribuunt, & mentem suam purā custodiunt, & omnibus præclaris virtutibus excolunt, & simpliciores docēt, quomodo veniant ad salutem: Horum hæreditas ipse dominus est, qui est sapientia, quam præ cęteris omnibus dilexerunt.

Leuitis veris quæ hæreditas.

a Tribui

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ego sum, &c. *sicut de Leui habitatores ciuitatum & locorum iam acquisitorum, vt patet ex supradictis.*

2 Veniat ergo in partem hæredi. *ita quod diuidatur tribubus, sicut illa quę est acquisita.*

3 Et nunc diuide terram in pos. *Hic consequenter describuntur termini terræ iam diuisæ per Mosen antequam filij Israel transirent Iordanem. & primò describuntur in generali, secundo in speciali applicando ad tribus ibi:* Dedit ergo Moses. *Circa primam partem primò continuat dicta dicendis, dicens:* Et nunc, *scilicet, immediatè suprà descriptam.*

4 Nouem tribubus, &c. *qui adhuc non acceperant possessiones determinatas.*

5 Cum, *scilicet, tribu Manasse quantum ad alteram medietatem:* Ruben &c. *Cætera patent vsque ibi.*

6 Ipse fuit, *id est, gigant um secundum quod dicitur Deuter. 3. b. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum, quod est intelligendum de illis, qui habitabant in Astaroth & in Esdrai, in alijs enim terris benè supererant gigantes, vt in Hebron & Gaza & Geth et Azoto, vt dictum est, suprà 11. cap. Cætera patent in litera.*

7 Dedit. *Hic consequenter describuntur termini terræ iam diuisæ per Mosen in speciali applicādo ad duas tribus & dimidiam. & primò quantum ad tribum Ruben, secundò quantum ad tribum Gad ibi:* Deditq; Moses tribui Gad. *tertiò quantum ad dimidiam tribum Manasse, ibi:* Dedit & dimidiæ. *Et patet litera vsque ibi.*

* 1 Hæc

a *Tribui filiorum Ruben, &c.* Inuenio tñ aliquam differentiã in his, quæ Moyses distribuit, & in his quæ Iesus. Moses etenim duabus tribubus semis hęreditatẽ tribuens nõ dedit Leuitis portionem. Iesus aũt non solùm in his tribubus quibus terram diuisit, sed & in illis quibus Moses diuiserat habitacula Leuitis in singulis tribubus decreuit. Ordo enim Leuiticus vel sacerdotalis, qui Dei sapientię & scientiæ operam impendit, non potuit à Mose accipere sortẽ habitationis, qui nõ erat minister veritatis, sed vmbræ & exemplaris. Iesus verò noster, qui est sapientia Dei, habitacula sapientibus prębet. Nõ potuit dicere Moses: *Vende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in cælis, et veni, s.* m. hoc est partem dare Leuitis. Nec potuit dicere: *Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Omnis qui od.t patrem & matrem & fratres & sorores, etc.* Ideo habitacula sacerdotum & Leuitarum dispensare non potuit. Beatus est ergo, qui inuenitur dignus, ut ab Iesu sortem cęlestis mansionis accipiat, de qua dicit Iesus: *Volo pater ut ubi ego sum et isti sint mecum: et sicut ego in te, et tu in me vnum sumus, & isti in nobis vnum sint.* Hi tamen quibus sapientia Dei verbum, veritas, & iustitia esse hæreditas dicitur, habitationem interim cum illis accipiunt, quorũ hęreditas in terris, vt qui per se nõ valẽt per illos efficiant participes sapiẽtiæ & sciẽtiæ Dei: & ita ad minimos dispẽsatio diuina pertendit, ut illud cõpleatur: *Qui multũ, non abundauit: & qui minimum, nõ minoratus est.* Et qđ Apostolus ait: *Vt vestra abundantia suppleat illorum inopiam, &c.* Ita ergo cohabitare iubentur sacerdos & Leuitæ, qui non habent terram, vt percipiant ab Israelita sacerdos & Leuita terrena, quæ nõ habet, & Israelita à sacerdote & Leuita cęlestia & diuina quę non habet. Lex enim Dei sacerdotib⁹ commissa est, & Leuitis, vt huic soli operam tribuant, & verbo Dei absque vlla sollicitudine vacent Laicorum ministerijs sustẽtati. Si enim necessaria non prębuerint, minus legis Dei vacabunt occupati corporalibus curis, & periclitabuntur laici. Ob scurabitur enim lux scientiæ, quę in illis est, te nõ ministrãte oleũ lucernæ: & culpa tua, *cæcus cæco ducatum præbens in foueam cadet cum eo.*

b *Hanc.* Adamantius. Discamus ex lege, quàm necessariò descripta est terræ diuisio, quæ primò per Mosen, secundò per Iesum dicitur facta, non vt vtramque seruemus, sed ut rationem vtriusq; discentes, illam solam teneam⁹, quę ab Iesu Christo nobis traditur. Illam ergo terram, quæ est trãs Iordanem, Moses distribuit: hanc verò, quæ in terra sancta Iesus & principes tribuum. Vides, quia cum cæperat vera hereditas terræ sanctę distribui, assumuntur principes tribuum, vẽri & spiritualiter Israel. Hi sunt Apostoli quibus dicitur: *Sedebitis et vos super sedes iudicantes 12. tribus Israel.* Assumitur etiam sacerdos, id est, mysticus sermo Dei. Sic enim dicit; *quia conuenerunt Iesus et Eleazar simul ad diuidendam terram.*

(Marginalia: Ciuitas. — Math. 19. c. — Deut. 18. a. — Luc. 14. g. — Esdras. 1. — Ioan. 10. b. — Ioan. 17. c. — 2. Cor. 8. c. — Leuitæ. — Clericorum & laicorum mutua necessitudo. — Math. 15. — Homil. 18. in Iosue. — Math. 19. d.)

a Dedit ergo Moyses possessionẽ tribui filiorũ Ruben iuxta cognationes suas. Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & * in valle eiusdem torrentis media, vniuersam planiciem, quæ ducit Medaba & Hesebon, cunctósque viculos earum, qui sunt in campestribus: Dibon quoq; & Bamothbaal & oppidũ Baalmeon & Iassa & Sedimoth & Mephaath & Cariathaim & Sabama & Sarathasar in monte conuallis Bethphogor: & Asedoth Phasga & Bethiesmoth, et omnes vrbes campestres, vniuersaque regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, quem percussit Moyses cum principibus Madian, Heuæum et Recem, et Sur et Vr et Rebe duces Sehon habitatores terræ, et Balaam filium Beor hariolum occiderũt filij Israel gladio cũ cæteris interfectis: factusq; est terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. [1] Hæc est possessio Rubenitarum per cognationes suas vrbium & viculorum. [2] Deditq; Moyses tribui Gad & filijs eius per cognationes suas possessionem, cuius hæc diuisio est. Terminus Gazer & omnes ciuitates Galaad, [3] & dimidiam partem terræ filiorum Ammon vsque ad Aroer, quæ est contra Rabba, & ab Hesebon vsque Ramoth, Masphe et Betonim et Manaim vsque ad terminos Dabir. In valle quoque Betharam et Bethnemra et Socoth et Saphon reliquam partem regni Sehon regis Hesebon. Huius quoq; finis Iordanis est, vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad Orientalem plagam. Hęc est possessio filiorum Gad per familias suas, et ciuitates et villæ earum. Dedit et dimidiæ tribui Manasse filijsq; eius iuxta cognationes suas possessionem, cuius hoc principium est. A Manaim vniuersam Basan, et cuncta regna Og regis Basan, omnesq; vicos Iair, qui sunt in Basan sexaginta oppida, et dimidiam partem Galaad, et Astaroth et Edrai, vrbes regni Og in Basan, filiis Machir filii Manasse dimidiæ parti filiorum Machir, iuxta b cognationes suas. Hanc possessionem diuisit Moyses in campestribus Moab trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam. [4] Tribui autem Leui nõ dedit possessionem, quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius, vt locutus est illi.

a ¶ Qui est sapientia & scientia, cui soli Leuitæ & sacerdotes operam tribuunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Hæc est.* dicuntur autem hîc vrbes, quæ erant clausæ muris: viculi autem & villæ dicuntur, quę non erant sic clausę.

2 *Deditq;.* Hic consequenter describitur terra in speciali quantum ad tribum Gad, & patet litera hoc excepto quod subditur.

3 *Et dimid. &c.* Contrarium autem huius videtur præcipi Deut. 2. d. vbi dicitur sic: *Non dabo tibi aliquid de terra filiorum Ammon: quia filiis Lot dedi eam in possessionem.* Ad hoc respondent aliqui dicentes: quòd filij Ammon habebant duplicem terram, vnam quam Dominus eis concesserat, aliam quam iuxta se violenter acquisierant: & istam secundam occupauerunt filij Israel, non primam. Sed hoc videtur insufficienter dictum, tum quia etiã primã acquisierunt filij Ammon pugnando contra gigantes, & expellendo eos inde violenter, licet ex adiutorio diuino, vt habetur Deut. 2. tum quia præceptum erat filijs Israel absolutè, vt non mouerent prælium contra filios Ammon, & ideò non est verisimile, quòd terram ab eis actu possessam occuparent. Ideò aliter dicit Ra. Sa. quòd ista pars terræ filiorum Ammon possidebatur actu à Sehon rege Amorrhæorum, qui eã abstulerat à filijs Ammon, sicut & à filijs Moab abstulerat partem terræ suæ quam possidebant, vt habetur Num. 21. *Filij autem Israel occiderunt Sehon*, vt ibidem dicitur: & ideò omnem terram quam possidebant, acquisierunt sibi, licet quantũ ad aliquas partes fuisset aliquando filiorũ Moab & filiorum Ammon.

4 *Tribui.* Quia sustentabantur de decimis, primitijs, & oblationibus: dedit tamen eis vrbes ad habitandũ & suburbana ad nutriendum animalia, vt locutus est illi Num. 35.

CAP.

A

CAP. XIIII.

Hoc est. a *Sorte*. Isidor. Deletis gentibus Iosue sorte diuidit populis terram promissionis. Christus quoque a facie fidelium suorũ gentes. i. Gentilium errorũ spiritus, eiecit, & sorte diuisit terrã vnicuiq; propria dona tribuens.

Cap. 13. lib. in Iosue.

b *Dua*. Isi. Moses trãs Iordanẽ duab. tantum trib. & dimidiæ possessionem decreuit, cæteri vero oẽs p Iesum suscipiunt, quia plures per fidẽ Iesu Christi promissa cęlestia suscipiũt, quã p legẽ. Duę.n.& semis trib. figurabãt priorem populum, qui habuit quandam Trinitatis notitiã, sed nõ perfectam. Nouẽ vero & semis trib. quæ per Iesum promissionẽ terræ sanctæ suscipiunt, significãt nouũ populum qui ab Iesu Christo per fidem & grãm æternæ repromissionis hæreditatem post lauacrum quasi post Iordanis trãsitũ accipiũt. Sed ipsi quoq; ad denarium numerum qui perfectus est, nõ perueniunt, quia nec in ipso aduentu Domini omnia nobis perfecte annunciata sunt, vnde: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, sed spiritus veritatis, qui a patre procedit annunciabit vobis omnia. Perfectio ergo & summa omniũ bonorum in spiritusancto est.

B

Ioan. 16. c.

c *Absq;* Isid. Leui. non accipiunt hæreditatem terrę, quia Iesus Christus est hęreditas eorũ, secundum illud. Ego hęreditas eorum, & possessio non dabitur eis in Israel, Ego.n. sum possessio eorum. Clericorum enim hęreditas & possessio iõ dici voluit Deus, qa ministri altaris ipsius effecti sũt & sors: vnde & clerus sors interpretat᷑. Ergo Deũ in hr̃ditate possidẽt merito; q vt sine impedimẽto Deo seruire valeãt pauperes spũ esse cupiũt, vt possint dicere. Dñs pars hr̃ditatis meę, &c.

Cap. 15. in lib. Iosue. Ezec. 44. g.

C

D

d *Nec ac*. Isid. Habitacula Leuitis per omnes trib. decreuit Iesus, ut qui in ecclesia Dñi scientiæ operam dant, & doctrinæ gratiã administrãt ab his q̃bus diuina dispẽsant, terrena subsidia recipiant. Vñ Paul⁹, Si nos vobis spiritualia seminauim⁹ magnũ est vt carnalia vestra metamus? Et merito in oẽs trib. diuidunt᷑, q dispẽsatiõe oĩum viuũt.

Cap. 16. in lib. Iosue. Psal. 15. b.

1. cor. 9. b.

Homil. 19.

c *Locut*. Adã Caleb primũ hæreditatem accipit a Iesu qui interpretat᷑ quasi cor. Hic est qui i omnibus intellectui operam tribuit, qui nõ aliud mẽbrũ corporis ecclesiæ esse dicit quam cor, quod est præclarius in nobis id est, qui omnia cum ratione & prudentia agit, & ita cũctis dispẽsat, quasi non sit aliud mẽbrũ nisi cor. Interpretat᷑ aũt Iephone conuersio. Caleb igitur filius conuersionis est, conuersus enim ad Deum talem fructum ex se profert, & cor filium generat. Est ergo omnis qui diuinis sensibus vacat, & rationabiliter agit omnia Caleb. Hic quidem primo eruditus a Mose, secundo a Iesu, cui adsistebat, dicit, *Tu nosti verbum quod locutus est dominus ad Moysen, &c.* Quis alius potest nosse verbum quod locutus est dominus ad Moysen, nisi solus Iesus? Nemo enim sic intellexit legem, sicut docuit Iesus. Ipse enim omnia edocuit & aperuit, ipse reuelauit Paulo, quia lex spiritualis esset.

E

F

e *Nosti*. Adam. Hoc est q dixit dñs, *Si crederetis Moysi crede-*

CAP. XIIII.

1 Hoc est quod possederunt filij Israel in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar[a] sacerdos, 2 & Iosue[a] filius Nun, & principes[b] familiarum per tribus Israel, sorte omnia diuidentes, sicut pręceperat Dominus in manu Moysi, nouẽ tribubus, & dimidiæ tribui Manasse. Duabus enim tribubus & dimidiæ dederat Moyses trans Iordanem possessionem absq; Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos, 3 sed in eorum successerant locum filij Ioseph, in duas diuisi tribus, Manasse & Ephraim, Nec acceperunt. Leuitę aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua. Sicut pręceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filij Israel, & diuiserunt terram. 4 Accesserunt itaque filij Iuda ad Iosue in Galgala, 5 locutusq; est ad eum Caleb filius Iephone[b] Cenezeus. 6 † Nosti[c] quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me & te in Cadesbarne. Quadraginta annorum eram, quãdo misit me Moyses famulus Domini de Cabesbarne vt considerarem terram, 7 nuntiauique ei † quod mihi verum videbatur. 8 Fratres autem mei, qui ascenderant mecum, 9 dissoluerunt cor populi, & nihilominus ego secutus sum Dominum 10 Deum meum. Iurauitq; Moyses in die illo dicens, 11 † Terra quam cal-

¶ a Arcanus sermo Dei, & mysticus. a ¶ Christus. b ¶ Apostoli quibus dicitur, Sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. ¶ Ne temporalibus occupati, minus cælestibus deseruiant. a ¶ Quasi cor. b ¶ Conuersionis. c Solus Christus nouit quid locutus est Dominus ad Moysen. Nemo n. sic intellexit legẽ. Ipse omnia docuit & aperuit. c ¶ De corde enim scripsit Moyses, de quo dicitur. De me enim ille scripsit. ¶ Si crederetis Moysi, crederetis & mihi.

† Nu. 14. d. † verbum quemadmodũ erat in corde meo Heb. † Nu. 14. d. Deut. 11. c.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

Hoc est quod posse. &c. *Descriptis terræ limitibus hic consequenter agitur de personis diuidentibus. Et diuiditur in duas partes. in partem principalem & incidentalem. secunda. ibi.* Accesserunt itaque. *Circa primum dicitur: Hoc est, quod supple diuidetur prout continetur. infra xv. capitulo. Et licet hic dicatur, possederunt, non tamen totũ erat adhuc acquisitum rõnibus prædictis. ca. præced.*

2 Quam de. *sequitur, Sicut præ. ut habetur Nu. 34.*

3 Absque. *Ius enim primogenituræ ablatũ fuit a tribu Ruben propter peccatum suum, eo quod ascendit cubile patris tui, ut habetur. ca. xlix. & translatum fuit ad tribum Iuda quantum ad dignitatem regiam, & ad tribum Ioseph, quantum ad duplicem portionem quæ primogenitis debebatur. Quod ergo dicitur hic, quod filij Ioseph successerunt Leuitis scilicet ad complendum num. xii. tribuum, quibus erat terra diuidenda, sublata enim tribu Leui quæ hæreditatem habere non debebat ratione prædicta in fine. xiii. ca. non remanerent nisi tribus fuisset in duas diuisa, propter quod Iacob patriarcha Manaße, & Ephraim filios Ioseph constituit capita duarum tribuum, vt habetur. Ge. xlviii.*

4 Acce. *Hæc est pars incidentalis, in qua interponitur petitio Caleb, cui Moyses in speciali promiserat Hebron, & ideo uidens quod agebatur de terræ diuisione, fecit mentionem de promissione sibi facta, ne terra sibi promissa alteri concederetur. Circa quod primo ponitur Caleb petitio, secundo petitionis impletio, ibi, Benedixitque ei Iosue. Circa primum dicitur, Accesse. Caleb enim erat homo magnus et famosus in illa tribu: & ideo maiores de tribu Iuda associauerunt eum quando fecit petitionem suam prout subditur.*

5 Locutusque. *Dicunt Hebręi, quod mortuo Iephone patre Caleb naturali, Cenez accepit matrem eius vxorem, & quia nutriuit eum, uocatus est inde Cenezeus. Alii uero dicunt, quod fuit frater ipsius Cenez iunior ipso, & quia mortuo patre Cenez habuit curam Caleb, inde dictus est Cenezeus. 1. Paral. 2. c. dicitur, quod Esron fuit pater istius Caleb, quod est tenendum, & ideo consequenter dicitur cõiter quod fuit binomius. tamen in glossa Hebraica. i. Parali. iiii. ca. dicitur quod Caleb fuit frater Iephone. i. diuertens, quia diuertit se a consilio maiorum exploratorum.*

6 Nosti quid. *quia Dominus dedit sententiam mortis super filios Israel, qui exierant de Aegypto, excipiens Caleb & Iosue, ut habetur Nu. xiiii.*

7 Nuntiauitque. *s. quod terra promissionis explorata posset cum Dei adiutorio facilè obtineri.*

8 Fratres autem. *i. alii exploratores præter Iosue.*

9 Dissoluerunt. *terrorem eis immittendo, ut habetur Nu. xiii. d.*

10 Iurauitque. *Non inuenitur hoc scriptum in præcedentibus, credendum tamen est, quod sic fuit, ex quo scribitur hic.*

11 Terra quã calcauit pes tuus erit possessio tua, & filiorũ tuorũ. *Et dicitur* pes tuus *in singulari, qa sicut dictũ fuit. supra Nume. 12. c. Caleb videns alios exploratores p̃ter Iosue inclinatos ad inducendũ populũ ne intrarent terram promissionis, per aliquod tẽpus recessit*

MORALITER.

1 *Hoc est quod.* Recapitulatio est vsque ibi.

2 *Locu.* s. Iosue Caleb. Per Caleb qui interpretat᷑ totum cor, & bene: quia cũ esset lxxxv. ann. postulauit terrã a gigantibus possessam, & per forte bellũ acquirẽdã significatur senex cordatus ad pugnandũ ɔ̃ dęmones & vitia. Talis fuit, sanctus Hylarion abbas de quo scribit᷑, qđ a lxiiii. anno vsque ad lxxx. annũ incredibili feruore mẽtis pene abstinuit.

credideretis et mihi, de me enim ille ſcripſit. de me vero. i. Caleb qui eſt cor dixit. Certũ eſt enim quia de corde ſcripſit Moyſes, quia omnia ſapienter ſcripſit.

a *Sic va.* Sanctus. n. ſimiliter valet & in præſentib. & in præteritis, & in nouis, & in veterib. in euãgelijs, & in lege. Hoc ergo eſt quod dicit, valere ſe ſub Ieſu ſicut tunc cũ Moyſe quia in vtriuſq; teſtamenti myſteriis cor vigilans valet.

b *Da ergo.* Nihil humile, nihil deiectũ ſanctus requirit, ſed montem excelſum, in quo ſunt ciuitates, magnę & munitæ, quia ciuitates munitas occupat ſapiens, & deſtruit munitiones in quibus confidunt impii.

Quæſt. in Ioſue. ✠ Theod. Qua de cauſa Caleb poſtulauit Hebronẽ cum pietate polleret, cæteris omnib. antepoſuit hanc vrbem, in qua quam optimi patriarchæ habitauerunt, & ſepulti ſunt.

Homil. 18. c *In quo.* Adam. Ciuitates & muri ſunt impiorum dogmata & ſyllogiſmi philoſophorũ, quib. aſtruunt impia quæque, & diuinæ legi contraria. Illa quoq; ſunt ciuitates munitæ, & in montibus collocatę, quæ hæretici ſcripturarum aſſertionib. velut in altis montibus locant. Has ciuitates quiſque ſapiens verbum veritatis prędicãs deſtruit, & vrbes mendacii veritatis ariete ſubuertit. Ergo ſapientiſſimus Caleb adſiſtens ãn Ieſum, promittit ſe plus valere ad prælium, & iõ poſcit permitti ſibi facultatem diſputandi cũ dialecticis ſeculi, qui pro veris falſa cõfirmant, vt ſubuertãt omnia quæ falſis aſſertionibus conſtruunt, cuius alacritatem vidẽs Ieſus, benedicit eum qui talia poſcit & audet. Tu quoque ſi vis operam dare ſtudijs, & legẽ Dei prudẽter meditari, & effici cor in lege Dei, potes iſtas magnas & munitas vrbes. i. falſas aſſertiones ſubuertere, vt & tu merearis bñdici ab Ieſu, & accipere Hebrõ, q̃ interpretat̃ cõiunctio vel coniugiũ, per qđ forſitã põt illud oſtendi, quod ſpelunca duplex comparata ab Abraham patriarcha in ea eſt, in qua cõiugia patrũ & reliquiæ eorũ iacent. i. Abraham cum Sara, Iſaac cũ Rebecca, Iacob cũ Lia. Meruit ergo Caleb patrum reliquias in hęreditatẽ ſuſcipere. quia per ſapiẽtiã qua vigebat ſub Moyſe & Ieſu, intellexerat cõiunctionis rationẽ, & quid cauſæ eſſet quod cum Abrahã ſola ibi Sara iaceret, & neque Agar, neque Cethura ei meruiſſet adiungi, vel quare cũ Iacob ſola Lia iaceret, & neq; Rachel amplius dilecta, neque ex concubinis aliqua in ſepulchro ei fuerat copulata. In memoriis ergo patrum hæreditatẽ capit ſapiens Caleb. Ipſe Ieſus Enacitarum gentis metropolim tribuit Hebron, & efficitur ei ſors vſque in hodiernum diem. Vtinam & mihi daretur ſors Abrahã, Iſaac, & Iacob, vt efficeretur meus Deus, ſicut effectus eſt Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob in Chriſto Ieſu.

Geneſ. 13. b.

cauit pes tuus, erit poſſeſſio tua, & filiorum tuorum in æternum, quia ſecutus es dominum Deum meum. Conceſſit ergo Dominus vitam mihi ſicut pollicitus eſt vſque in pręſentem diem. [1] Quadraginta & quinq; anni ſunt ex quo locutus eſt Dominus verbũ iſtud ad Moyſen, quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem, [2] hodie octogintaquinque annorum ſum, ſic valens, ut eo ualebam tempore, quando ad explorandum miſſus ſum, illius in me temporis fortitudo uſque hodie perſeuerat tam ad bellandum, quam ad gradiendum. [3] Da ergo mihi montem iſtum, [4] quem pollicitus eſt Dominus te quoque audiente: [5] in quo Enacim ſunt, & urbes magnæ atque munitæ: [6] ſi forte ſit Dominus mecum, & potuero delere eos, ſicut permiſit mihi. [7] Benedixitque ei Ioſue, & tradidit ei Hebron in poſſeſſionem, [8] atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezeo uſque in præſentem diem, [9] quia ſecutus eſt Dominum Deum Iſrael. [10] Nomen Hebron ante vocabatur Cariatharbe. † [11] Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt & ter-

¶ Quia talia depoſcit & audet.
a ¶ Quæ interpretatur coniunctio, vel coniugium.
a ¶ Ciuitas quatuor. ¶ Patriarchæ principales ibi ſunt ſepulti.
b ¶ Si vis habere hæreditatem a Ieſu, oportet vt terra carnis tuæ quieſcat, nec contra ſpiritum confligat.

† homines magni, ſiue proceræ ſtaturæ erant inter Enacim, vel, vt alii uolũt, qui Arbe fuit homo magnus inter Enacim.

L. de Lo. Ho. ✠ Hier. Arbee, i. quatuor, eo q̃ ibi quatuor patriarchæ Abraham, Iſaac, & Iacob ſepulti ſunt, & Adam magnus, licet eũ quidã cõditũ in loco Caluariæ ſuſpicent̃. Hęc eſt autem eadem Hebron olim metropolis Philiſtinorũ, & habitaculũ gigantũ, regnumq; poſtea Dauid in tribu Iuda, ciuitas ſacerdotalis & fugitiuorũ. Diſtat ad meridianam plagã ab Aelia circiter milibus viginti duob. Quercus Abrahã quę & Mãbre, vſque ad Conſtãtii regis imperiũ monſtrabat, & mauſoleum eius in pręſentiarũ cernitur. Hęc primũ Arbee, poſtea à Hebron vno filiorum Caleb, fortita vocabulum eſt.

Epitaph. Paulæ. ✠ Idem. *Conſurgens Paula aſcendit Hebron.* Hæc eſt Cariatarbe. i. oppidum virorum quatuor Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam magni, quem ibi cõditum, iuxta librũ Ieſu Naue Hebræi autumant, licet plerique Caleb quartum putent.

✠ Idem. Liber Ioſue indicat Adam ſepultũ eſſe iuxta Hebron & Arbee.

Com. in 17. Matth. In Bereſchit rabba. ✠ Hebraei. Ideo Arba, id eſt. quatuor nomen iſti vrbi eſt, quia

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *receſſit ab eis, & uenit ſolus in Hebron, vbi erat ſepultura patriarcharum principalium, orans ibi, vt non diſcederet a veritate ſicut alij exploratores. Et ideo Moyſes ſub iuramẽto promiſit ei Hebron in poſſeſſionem.*

1 Quadraginta, *Hoc aũt fuit ſecundo anno egreſſionis de Aegypto, quia illo anno menſe ſecundo decima die mẽſis receſſerunt filii Iſrael de monte Sinai. 29. die menſis tertii uenerunt in Cadesbarne vt dicit Ra. Sal. & inde miſſi ſunt exploratores, vt hic dicitur, et habetur Nu. 13. Filii autem Iſrael fuerunt in deſerto. xl. ann. antequam tranſirent Iordanem, & pugnarent contra Ierichо, ſi igitur ab iſtis. xlv. ann. ſubtrahatur primus annus antequam mitterẽtur exploratores, remanent ſex anni a tranſitu Iordanis vſque ad diuiſionem terræ, per Ioſue, de qua fit hic ſermo, quia tunc dixit Caleb uerbum iſtud. Et ex hoc patet quod ſupra dictum eſt. 11. c. v. delicet quod Ioſue ſex annis pugnauit pro acquiſitione terræ antequam diuideret eam.*

2 Hodie &c. *quod non fuit factum uirtute naturali, ſed gratia Dei ſpeciali.*

3 Da ergo. *ſ. Hebron, vt patet ex his quæ ſequuntur, & ſic patet quod ſupra dictũ eſt. 11. c. quod licet Ioſue acquiſiuiſſet ante Hebron, quantum ad illam partem montanam in qua erat fortalitium.*

4 Quem pol. *ſ. per Moyſen, vt ſupra dictum eſt.*

5 In quo. *ſ. gigantes. Ex quo patet quod ſupra dictum eſt. 11. c. quod Ioſue non interfecerat omnes gigantes de Hebron.*

6 Si for. *Dicit, forte, non propter dubitationem diuinæ veritatis in ſua promiſſione, ſed propter variabilitatem liberi arbitrij in homine, quia tales diuinæ promiſſiones intelligendæ ſunt ſub conditione. ſ. ſi homo cui fit promiſſio, perſeueret in bono.*

7 Benedixitque. *Hic conſequenter ponit dictę petitionis conceſſio, cum dicitur.* Benedixitque. *imprecando ſibi bona.*

8 Et tra. *quantum ad partem acquiſitam, et ius acquirendi quantũ ad aliam.*

9 Quia, *referendo veritatem de terra promiſſionis explorata.*

10 Nomen. *i. ciuitates quatuor eo quod patriarchæ principales ibi ſunt ſepulti cum ſuis coniugibus. ſ. Adam & Eua, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia. vel propter quatuor gigantes ibi ſepultos, vt plenius fuit dictum Gen. 23. Alii autem dicunt quod vocata eſt Cariatharbe. i. ciuitas Arbe, qui dominatus fuit ibi, & a quo deſcenderunt gigantes alii. Et huic dicto conſonat quod dicitur, infra 15. c.* Caleb vero filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, ſicut præceperat ei dominus. *Cariatharbe id eſt, ciuitas Arbe patris Enac, ipſa eſt Hebron. Poteſt autem dici pro prædictorum concordia, quod ab infidelibus vocata eſt Cariatharbe propter quatuor gigantes ibi ſepultos, & propter nomen proprium illius qui ibi dominatus fuit, A fidelibus verò vocata eſt Cariatharbe propter quatuor patriarchas principales ibi ſepultos.*

11 Adam. *Adam eſt nomen cõe, & ſignificat hominem, vt dictum eſt Gen. 1. cap. tamen appropriatum fuit primo homini. Dicunt igitur* ✠ aliqui

MORALITER.

† quaſi nouus accedens ad ſeruitutẽ Dei, cum tamen eo tẽpore reſoleant homines remiſſus agere.

7 *Benedix.* Sicut frequenter dictum eſt, per Ioſue ſignificat̃ Chriſtus, qui benedicit talibus cordatis hominib. conferẽdo eis gratiam in præſenti, & gloriam in futuro.

Bene-

quia priscis seculis quatuor illic pij viri habitauerint, Aner, Eschol, Mãre, & Abrahã ijdemq; illic circũcisi. Quatuor itẽ celeberrime mõſtrãtur ſepulcre, Eua, Sara, Rebecca, Lia. Et quatuor patriarchę quoque, Adã, Abrahã, Isaac, Iacob. Ad hęc, quia Abraham inde quatuor reges insecutus percusserit.

✱ Isidor. Sepultus est Adã in loco Arbe, qui loc⁹ nomen ex numeris ſumpſit, hoc est quatuor, metropolis vrbs Allophylorũ, in qua Dauid postea vnctus est.

✱ Procop. Chebron compar interpretari licet, qm̃ ossa patrũ cõpacia seu coniugalia illic sunt deposita, Abrahæ & Sarę, Isaac & Rebeccæ: Iacobi & Lię.

a *Et ter. cef. &c.* Adam. Non est hoc scriptũ in distributione Moysi, sed in distributione Iesu. Si ergo vis dignus esse

a ra cessauit a prælijs.

CAP. XV.

IGITVR sors filiorũ Iudæ per cognationes 1 suas, ista fuit: A termino Edom, vſq; ad deser- 2 tum Sin contra meridiẽ, † & vſq; ad extremã 3 partem Australis plagæ. Initium eius a summitate maris salsissimi, & a † lingua eius q̃ respicit meridie, egrediturq; contra ascensum scorpionis, & pertran- 4 sit in Sina, ascenditq; in Cadesbarne, & peruenit in Esron, ascen- 5 dens ad Addar, & circumiens Cariathaa, atque inde pertransiens in 6 Asemona, & perueniens ad torrentẽ Aegypti, eruntq; termini eius 7 mare magnum. Hic erit † finis meridianæ plagæ. Ab Oriente verò 8 erit initiũ mare salsissimum vſq; ad extrema Iordanis, & ea quæ re- 9 spiciunt ad Aquilonem, a lingua maris vſq; ad eundẽ Iordanis flu- 10 uium, ascenditque terminos in Bethagla, & transibit ab Aquilone 11 12

a ¶ Q interpretatur terrenus.
a ¶ Tentationis.
¶ Mundanorum. s. fluctuum.
a ¶ Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones.

† deserti
† ab extrema parte
† Limite.
† vel terminus
Homil. 19. in Iosue.

ci qui hæreditatẽ consequaris a Iesu, oportet te prius oĩa bella finire & in pace consistere, vt de carnis tuæ terra dicatur, *quia cessauit terra a bellis.* Cũ aũt cõsuetudo sit sanctæ scripturæ quatuor partes orbis, quas axes vel plagas noĩant, appellare, in descriptione finiũ tribus Iudæ, duæ tantum noĩantur. *Et facti sunt inquit, fines filiorum tribus Iuda secundũ plebes eorum a finibus Idumeæ a deserto Sin ad occidentem.* Et cũ descripsisset fines ab occidẽte ait, *& ab oriente mare salsum,* Septentrione verò & meridiẽ reticuit. Fines ergo Iudææ proximi sunt Idumeę finibus, quæ terrena interpretatur, post terrena enim statim sequuntur fines Iudęæ, sed *a deserto, inquit, Sin.* i. tẽtationũ, post tẽtationes ergo sequuntur fines hęreditatis Iudę. Oriẽs & occidens noĩantur vicina loca quæ supra diximus. i. cõfinia. Vallis quoq; Aegypti vicina occidentalib. partibus designatur, quæ a deserto est ad occidentẽ. Ab oriente verò cinguntur fines mari salso. Post hæc a collibus, inquit, qui tendũt ad occidentẽ, & inde ascendit ab occidente vſq; ad Cadesbarne, & sic ptendit ab occidente ad Cades. hi sunt fines eorũ ab Africo, & inde perrexit vſq; ad vallem Aegypti. Vide qũo in occidentis partib. Africum Aegyptũ & occasum nominat, vt sciat sibi quisque hæc esse transeunda, & ita demum ad tribũ regiã peruenire, de qua ortus est dominus noster. A finibus autem Idumęæ est desertum Sin, ideo necesse est nos transire eremũ tentationũ, vt possim⁹ peruenire in hęreditatem filiorum Iuda; Ascendere quoq; oportet ascensum collium Accabin, qđ interpretatur scorpiones, quia transeũdi sunt a nobis & calcandi scorpiones, de q̃b. dicit, *Ecce dedi vob. pot. cal. super serp. & scorp. &c.* Qui ergo vult ingredi in hrẽditatẽ tribus Iudæ, ascendat istas ascensiones, calcet & euadat hos scorpiones. Fortè hoc iter agẽti Ezechieli dicebat dñs. *Fili hoĩs in medio scorpionũ tu habitas.* Et sũt, inqt, fines vſq; ad Cadesbarne. Cades interpretatur sanctũ vel sãctificatio. Fines ergo Iudæ vſq; ad sãctificatione pueniũt. Dr̃ et ab oriẽtis partib. Iudæ esse mare salsũ, & post hæc in parte eiꝰno aĩ fons solis, & ciuitas solis, & in eadẽ tribu est et ciuitas Israel. Oportet ergo oẽm qui vult introire in partẽ filiorum Iuda, transire prius mare salsũ. i. mũdi huius vndas & turbines superare, & oĩa huius mũdi euadere, quæ p sui incerto & lubrico marinis fluctib. cõparantur,

Luc. 10. c.
Ezec. 2. a.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *aliqui quòd hic tenetur Adam prout est nomen appropriatũ pro primo homini ibidem sepulto vt dictum est. Alii dicunt quòd accipitur pro illo gigante nomine Arbe. Aliqui autem Hebræi dicunt, quòd accipitur pro Abraham ibi sepulto, vt habetur Gen. 25. qui fuit maxime reputationis in illo loco, vt habetur Genes. 22. vbi de ipso dicitur,* Princeps Dei es apud nos.

1 Et terra cessa. a præl. *scilicet communibus non tamen a particularibus, vt dictum est.*

CAP. XV.

IGitur, &c. Postquam actum est de personis terrã diuidentibus hic consequenter agitur de partibus assignatis singulis tribubus. Et pmũ de assignatione terræ tribui Iuda, quia erat tribus regia. Secũdò de assignatione terræ filijs Ioseph, qui successit filijs Ruben in iure primogeniture quantum ad duplicem portionem. 16. ca. Tertiò de assignatione terrę septem alijs tribubus. 18. ca. Circa primum primò assignatur terra tribui Iuda in generali. Secundò in speciali ipsi Caleb, ibi. *Caleb verò.* Tertiò describitur numerus ciuitatum ibi, *Eruntque ciuitates.* Quarto conditio habitatorum, ibi: *Iebuseum autem.* Prima pars diuiditur in quatuor secundum quod terra describitur secundum quatuor eius latera. s. australe, orientale, aquilonare, & occidentale Et patebũt partes prosequendo. Circa primum dicitur.

1 *Cognationes.* i. familias.

2 *Ista fuit.* Hoc dicitur ad designandum in quo situ sors Iuda fuerit respectu aliarum sortium, quia fuit in parte meridionali terrę promissionis, ad quã partem erãt Aegyptii eorum aduersarij, vt sic tribus Iuda, quæ erat bellicosior cæteris, parata esset resistere eis.

3 *Initium eius.* Istud est mare mortuũ, vt dictũ est. s. & erat in angulo contingente latus australe & orientale, & ideò ab illo incipit describere latus australe, quod descendebat versus occidẽtem, & ideo loca intermedia describit, cũ subdit. Egre-

4 *Egrediturque.* Latera enim fortium nõ potuerunt semper describi secundum lineam rectã, propter montes occurrentes, vel paludes vel aliud huiusmodi. Et ideo dicitur, hic, *Egredie.* s. linea describens sortem Iudæ a parte australi.

5 *Contra ascen.* Mons quidã est vbi sunt scorpiones in abundantia, & ad illum montem includendum intra sortem Iudę flectebatur linea describens versus austrum. Et vbicunque in descriptione sortiũ vtitur scriptura hoc verbo, egreditur, vergit, vel reflectitur, vel aliquo huiusmodi, intelligendum est quod linea describens sortem aliquam flectitur a sua rectitudine ad vnam partem, vel ad aliam.

6 *Et pertransit.* Iste non est mons Sinai, qui in pluribus locis in scriptura vocatur Sina, quia sors Iudæ non ibat vsque ad illum locum, sed significat desertum Sin de quo facta est mentio in principio huius sortis. Et hoc magis patet in Heb. quia Sina quando accipitur pro monte Sinai in quo data est lex, scribitur per samech literam in principio ita Sinai, prout autem accipitur pro deserto Sin, scribitur per sade, ad hunc modum Zinah.

7 *Perueniens.* Hic est Nilus secundum aliquos, & secundum alios est quidam torrens qui vocatur Riocoruta, qui est in termino Australi terræ promissionis.

8 *Eruntque.* i. mare mediterraneum, quod claudit terrã promissionis a parte occidentis. Et sic patet descriptio lateris sortis Iudæ australis ab oriente in occidentem.

9 *Ab ori.* Hic describitur latus orientale cum dicitur.

10 *Erit ini.* quia sicut dictum est, facit angulũ terræ promissionis in coniunctione lateris australis & orientalis.

11 *Vsque ad extrema Iordanis.* i. vſq; ad locum illum vbi Iordanis fluuius intrat mare mortuũ, tantũ. n. protenditur latus sortis Iudæ orientale, procedendo ab austro versus aquilonem. Consequenter describit latus aquilonare, dicens.

12 *Ascenditque ter.* quia transit versus Ierusalem, quæ est in altiori loco terræ promissionis. Ideo subditur. 1 Et

Mons scorpionis.
Diuisio.

MORALITER.

1 *Igitur sors fi.* Per Iudã qui interpretatur confitens siue laudans, pôt intelligi bonus prælatus secularis vel religiosus, q. de confessione laudis in obsequio diuino debet esse sollicitus.

tur, vt possit ad Iudæ terram peruenire, & ad fontem solis iustitiæ, qui est *fons aquæ salientis in vitam æternam*. & postea ciuitatē solis iustitiæ inuenire. Est & in Aegypto ciuitas solis, sed illa huius solis nomen accepit, quē pater celestis oriri iubet super bonos & malos. Illa verò quæ est in Iudęa sanctorum tantum efficiatur, quia ciuitas Dei est, & fons ille supra dictus fluuius effectus lætificat ciuitatem Dei. Tu quoque si vndiq; munitus sis, & continentię muro circundatus, patientię & magnanimitatis turribus cōfirmatus, efficieris ciuitas Dei. Si verò ad hoc lumen scientiæ Dei tibi addideris, & te sol iustitiæ irradiauerit, efficieris ciuitas solis, vel ciuitatem solis forte hæreditabis. Si autem in lege Dei die ac nocte studueris, & de manu tua liber legis nō recesserit, efficietur hæreditas tua ciuitas literarum.

Io. 4. b. Matt. 5. g. Psal. 45. Psal. 1. Orige ho. 20. in Iof.

Adam. Non parum vtilitatis cōinfertur aiæ, cum ad aures nostras licet obscura lectio diuini sermonis illabitur. Si enim creditur a Gētilibus, q; per carmina quędam quę prę cantationes appellant, quibus illud artis est, susurrantes nominibus quibusdam compellatis, & cū his quæ nec illi qui inuocant, norunt, ex solo tamen vocis sono sopiuntur serpentes, vel et de cauernis trahuntur, & sæpe in corporibus humanis tumores vel feruores, vel alia huiusmodi voce sola soluere vel reprimere dicuntur, interdum etiam animæ stuporem quendam sensus infligere, si tamen Christi nō restiterit fides: quātò magis totius præcantationis & carminis validiorem ducendam credimus, quamcumque scripturæ sanctæ vel sermonum uel nominum appellationem. Sicut enim apud infideles contrariæ uirtutes audientes illa nomina adsunt, & dant operam in hoc ad quod inuocari se ex illo uel ex illo nomine sentiunt, officij sui rem cui se mancipauerunt impendentes, multò magis cœlestes virtutes, quæ nobiscū sunt, libenter accipiunt, si uerba scripturæ & horum nominum appellationes uelut carmina quædam & præcantationes ex ore nr̃o promamus. Et si enim illa non intelligimus, illæ uirtutes intelligunt, & uelut carmine quodā inuitatæ & adesse nobis & ferre auxiliū delectantur. Non solùm .n. circa nos, sed et intra nos diuinæ uirtutes sunt. unde, *Benedic anima mea domino, & omnia interiora mea nomē sanctum eius*. i. omnia q intra me sunt. Constat ergo multas esse uirtutes intra nos, quibus animarum nostrarum vel corporum cura commissa est. Si sanctæ sunt cum scripturæ leguntur a nobis, & delectantur, & validiores erga nostram diligentiam fiunt licet sensus noster sine fructu sit. secundum illud Apostoli, *Si linguis loquamur, & spiritus noster oret, sensus autem noster sine fructu ad intelligendum*. Mirum mysteriū in hoc protulit Apostolus, aliquando scilicet fieri posse, vt spiritus qui in nobis est oret, & sensus noster sine fructu sit. Illæ enim virtutes quæ animæ nostræ in adiutorium datę sunt, reficiuntur ex auditu sanctæ scripturæ, velut diuinis & rationabilibus cibis, cum scilicet diuina verba proferimus ex ore. Ipse etiā Christus si in huiusmodi studijs nos vacantes inueniat, non solum refici & pasci dignatur in nobis, sed etiam si has epulas viderit apud nos paratas, patrem secum adducet secundū illud, *Ego. & pater veniemus & mansionem apud eum faciemus*. Sed sicut huiusmodi meditationibus diuinarum erga nos virtutū consortia & officia prouocamus, ita malignarum virtutum insidias, & dæmonum incursiones huiusmodi sermonū & nominū appellationibus effugamus. Verbi gratia, vt si quis prospexerit præcantationibus sopitū serpentem in manibus portari, vel de cauernis extrahi nocere valentem, venenis incantationum virtute torpentibus, ita lectionis diuinæ virtute si qs intra nos est cōtrarię virtutis serpens, si patienter feras. idest, si non tædio auditum auertas, scripturæ carminibus depelletur. Si ergo legitur tibi scriptura obscura, & quam non intelligis, hanc interim utilitatē suscipe, obserua tantum ne efficiaris sicut aspides surdæ, & obturantes aures suas quæ non exaudiunt uocem incantantis, & ueneficij qui incantatur a sapiente. Est enim carmen quod incantatur a sapiente Iesu Naue, & ab omnibus prophetis. Ne ergo fastidiamus audientes sanctas scripturas, etiam si non intelligamus, sed fiet nobis secundum fidem nostram credentibus, quia *omnis scriptura diuinitus est inspirata, & vtilis*. etiam si non sentiamus utilitatem, Præbent aliquādo medici cibum uel potum, verbi gratia, ad discutiendam caliginem oculorum, nec tamen in edendo, uel potādo sentimus quod prosit, sed cum transierit dies una & altera & tertia, suo tempore per occultos meatus relata ad uisum, cibi uel poculi virtus paulatim purgat aspectum.

B id est vrbs syluarum. C Scripturarū secreta virtus. Psal. 102. D 1. Cor. 14. Ioan. 14. E F 2. Tim. 3. d.

in Betbaraba, ascendens ad lapidem Boen filij Ruben, & tendens vsq, ad terminos Debera de valle Achor contra Aquilonē respiciēs Galgala, quæ est ex aduerso ascensionis Adōmim ab Australi parte torrentis, transitque

a ¶ Aquæ salientis in vitam æternam. b ¶ Iustitiæ.

aquas, quæ vocātur fons solis, & erunt exitus[1] eius ad fontem Rogel, ascenditq; per vallem filij Ennom ex latere Iebusæi ad meridiem,[2] hæc est Ierusalem: & inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Gehennon ad Occidentem in summitate vallis Raphaim contra Aquilonem, pertransitque a vertice montis vsque ad fontem aquæ Nephtoa, & peruenit vsq; ad vicos montis Ephron, inclinaturq; in Baala quæ est Cariathiarim, id est[3] vrbs syluarū, & circumit de Baala cōtra Occidentem, usq; ad montē Seir. Transitq; iuxta latus mōtis Iarim ad Aquilonē in Cheslō, & descendit in Bethsames, trāsitq; in Thāna, & peruenit cōtra Aquilonē partis Accarō ex[4] latere, inclinaturq; Sechrona, & transit montem Baala, peruenitque in Iebneel, & magni[5] maris contra Occidentem fine concluditur. Hi sunt termini filiorū Iuda per circumitum

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et erunt & c. ad fon. Rogel*. qui est prope Ierusalem, vt habetur 4. Reg. 1. Hebræi dicunt. Ad fontem Fullonis. ita quòd Rogel secundum eos non est nomen proprium, sed cōmune. Ibi enim fullones lauant vestes. & secūdum hoc dicitur. 4. Reg. 17. *Venerunt Ierusalem & steterunt iuxta aquęductum piscinæ superioris, quæ est in via agri Fullonis*.

2 *Ex late*. Dixit ex latere ad meridiem, quia linea diuidens sortem Iudę a sorte Beniamin procedens de Oriente in Occidentem, in latere aquilonari declinabat ad partem Meridionalem iuxta Ierusalem, & sic Ierusalēm erat extra lineā illam in parte Aquilonari, vbi erat sors Beniamin, non tamē totam, sed quantum ad illam partem in qua postea fuit fundatum templum & altare holocausti, quod secundum omnes expositores fuit in sorte Beniamin.

3 *Cariathi. i. vrbs sy*. Istud *vrbs syluarum*, non est in Hebræo, sed additum est a translatore, ad ostendendū interpretationem huius nominis Cariathiarim. Cariath enim idem est quòd ciuitas, Iarim syluæ.

4 *Et peruenit*. hoc non dr̄ hic, eo q̄ linea determinans latus istud procedat rectè versus aquilonem, quia linea describēs latus aquilonare transit ab oriente in occidentem. Sed quia in hoc loco linea prędicta a sua rectitudine flectitur versus aquilonem. ideo subditur.

5 *Et magni*. Mare magnum hic uocatur mare Mediterraneum, vt suprà dictum est, vbi terminatur latus aquilonare sortis Iudæ, & incipit latus occidentale, latus enim occidentale sortis Iudæ est totum super illud mare, quod etiam claudit totam terram promissionis a parte occidentis. Et sic patet descriptio quarti lateris sortis Iudæ.

Ca- Caleb

MORALITER.

† In sorte verò Iudę inter cętera loca quę describunt esse in ea, tria specialiter sunt notanda. s. fons solis, per quē veritas vitæ quæ est gratia significatur. Nam gr̄a *fons aquæ salientis in vitam æternam* nominatur Ioan. 4. Et Cariatsepher, idest, ciuitas literarum, per quam veritas doctrinæ significatur. Et ciuitas solis, per quam veritas iustitię, qua morum corruptionem reprimit designatur. Istę tres veritates debent esse in sorte Iudę, id est, boni prælati seculares vel religiosi.

CAP. XV.

A Caleb. Adam. initium distributionis Iesu incipit a Caleb. data est enim huic portionis suæ sors priusquam tribus sua .i. tribus Iuda perciperet, nec in extremis partibus, sed in medio filiorum Iuda, nec p sortem, sed per preceptum Domini datur ei ciuitas integra. Quem.n. aliũ dignum erat consequi talem hæreditatem, nisi Caleb, qui solus saluatus est cũ Iesu de sexcentis milib. armatorum qui exierant de Aegypto? Et ipsũ oportet accipere metropolim. Iõ dedit ei Iesus ciuitatẽ Arboc, metropoli Enac quæ est Hebron, in qua erãt memorię patrũ, & exterminauit inde tres filios Enac. Primo ergo discutiam⁹ quare metropolim accepit Caleb, & illã q̃ prima inter omnes in terra pmissionis metropolis dicitur, & metropolis Enac, quæ interpretatur humilitas inanis, Duæ autẽ humilitates sunt. Vna laudabilis, de qua dicitur. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde &c.* &: *Qui se humiliat, exaltab. &c.* &, *Humiliamini sub potenti manu Dei.* Altera culpabilis, de qua dr̃, quia *Amnon humiliauit Thamar sororem suam.* Hæc est humilitas inanis, quæ ex peccato descendit. Huius metropolim cepit, & excidit Caleb, & interemit tres filios Enac idest, inanis humilitatis, & habitauit ciuitatem. Primus autem est filius Sesai idest, extra me, hoc est extra sanctum, extra sanctum enim est filius inanis humilitatis, imo & extra Deum. est alius Ahiman. qui interpretatur, frater meus extra consilium, uelut si dicatur frater meus sine consilio. Omnes enim fratres qui de humilitate inani nascuntur, extra consiliũ sunt. Tertius est Thalmai, quod interpretatur præcipitiũ vel suspensio, quia nihil in eo stabilitatis, sed vaga omnia & in præceps ruentia. His exterminatis ascendit in Dabir, cuius nomen erat prius, ciuitas literarum. Dabir autem interpretatur loquela. Igitur ciuitatem literarum intellige omne veteris testamenti instrumentũ, sicut hanc ipsam quã nunc exponimus scripturam, quæ post effici[illegible] Dabir .i. loquela. Quæ enim prius in literis erat, & secundũ literam intelligebatur, modò in ecclesiis Christi loquela facta est, loquentib. de ea differentib. primo apostolis, & rem[illegible] superficiem literæ, & proferentibus in spiritualẽ loquelã, deinde doctorib. singulis literarũ, singulis loquelam & disputationem euãgelicã facientib. Qui sunt aũt tres filij Enac quos Caleb interfecit, in cuius persona & virtutem legis ascripsimus in terrenis? Inanis humilitas est illa, quam poetæ vel philosophi de diuinitate senserũt, hu milia.n. & Deo indigna sunt, quę senserunt. Quid.n. tã inaniter humile, quã ligna & lapides Deos putare? Huius inanis humilitatis primus filius est, q dicitur Sesai .i. extra me .i. primus sensus eorũ extra veritatẽ & extra Deũ est. Secundus Achiman .i. frater sine cõsilio. Frater enim est illius erroris, q sine consilio est, gerit. Quid.n tã sine cõsilio est quã relinquere Deũ qui nos fecit, & seq deos alienos quos nos fecimus. Tertius erroris sensus est Thalamin, quod est præcipitium vel suspensio, quia nouissima huius erroris tẽdunt in pcipitiũ & profundũ inferni. Hos Gẽtilitatis sensus tanq̃ filios Enac vetusti erroris abscidit lex, quæ et secundũ literã verũ Deũ & creatorẽ oium pdicat. Sed nũc ascẽdit Caleb ad istã ciuitatẽ literarũ, & dixit, Quicũque exciderit ciuitatem literarũ & obtinuerit eã, *dabo ei Axã filiam meam vxorẽ.* Othoniel qui cepit ciuitatem literarum interpretatur rñsio Dei. Responsio autem Dei dicitur is cui respondet Deus .i. cui arcana reuelat. Iste ergo qui pt capere ciuitatem literarum veteris testa. & excidere literam occidẽtem, frater Caleb iunior. Hic ego, sũ.n, qui excisa legis litera sensum in ea spiritualem requiro. Excido autem literam, cum nõ ẽm carnem circuncidor, neque secundũ carnem azyma comedo, neque pascha cũ Iudæis obseruo, vel huiusmodi &c pmittitur enim

Margin: Humilitas duplex. Matth. 11. d. Luc. 14. c. 1. Petr. 5. b. 2. Reg. 13. c. Poetarum & Philosophorum humilitas de Deo. 1. Par. 2. f.

in cognationibus suis Caleb verò filio Iephone
[a Conuersionis. a Non in extremis.]
dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut præ
[a Non in sorte. b Qui interpretatur humilis inanis, vel responsio inanis.]
ceperat ei Dominus. Cariatharbe patris Enac, ipsa est Hebron, deleuitque ex ea Caleb tres fi-
[a Extra me .i. ecclesiam. b Frater meus extra consilium .i. sine cõsilio, omnes enim filii inanis humilitatis extra consilium sunt. c Lxx. Thalam .n.i. præcipitium vel suspensio, quasi vrgus .s. & præceps.]
lios Enec, Sasai et Ahimã et Tholmai de stirpe Enac, atque inde cõscendẽs venit ad habitatores Dabir, quę prius vocabatur Cariathsepher,
[a Quæ interpretatur loquela. a Vnde vt non carnalis .i. e. implear vel [illegible] ligat, sed spiritualiter.]
id est, ciuitas literarum. Dixitque Caleb: Qui
[a Ciuitatem literarum literam .s. veteris testamenti.]
percusserit Cariathsepher, et ceperit eam,
[Legis .s. intelligentiam.]
dabo ei Axam filiam meam vxorem. † Ce-
[a Othoniel responsio Dei, cui .s. Deus respondet & arcana reuelat.]
pitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior, deditque ei Axam filiam suam

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Caleb.* Hic cõsequenter describit sors Iudæ in speciali quãtum ad ipsum Caleb, quia cepit partem specialẽ, vt dictum est ca. 13. & hic repetit. Et patet litera ex pdictis vsque ibi.

2 *Inde consc. ue.* i. ciuitas lrarum. hoc est additũ a trãslatore, ad ostendendũ interpretationẽ hui⁹ nois Cariathsepher, qa Cariath interpretat ciuitas. sepher scriptura vel liber. Dnt aũt Hebræi, q iõ sic vocata est ista ciuitas, eo qd Othoniel qui istam ciuitatẽ cepit, vt statim subdit, aliqua legis capitula, q̃ obfuscata & deleta fuerant tpe luctus Moisi, ibidẽ reparauit. Sed hoc patet fictitiũ, quia hoc est manifeste contrariũ textui, vbi dicit, *Venit ad habitatores Dabir quæ prius vocabatur Cariathsepher.* Si aũt dictum Hebręorũ esset verũ, diceret econuerso, *Venit ad habitatores Cariathsepher, quæ prius Dabir vocabatur.* Et ideo oportet dicere, q alia rõne vocabatur Cariathsepher .i. ciuitas literarum, antequam Othoniel & Caleb venirent illuc, vt pote quia ibi innuentę fuerant literæ, quibus vtebantur Chananęi habitatores terrę, vel vigebat studium alicuius scientiæ, vel aliquid huiusmodi.

3 *Deditque ei Axam filiam* Hoc vr̃ esse contra legẽ. Leuit. 18. vbi prohibetur matrimonium inter filiũ alicuius & sororẽ eiusdem, ẽm q ibi dicitur, *Turpitudinem sororis patris tui non reuelabis* & in eodem gradu sunt frater alicuius & filia eiusdẽ. Othoniel aũt hic dr̃ frater Caleb, & ideo contra legem vr̃ quòd acceperit eius filiam. Ad hoc dñt aliqui q, Caleb ignorans euentum belli venturũ .s. q Othoniel frater eius deberet percutere Cariathsepher, dixit publice & in gñali illud quod præmittitur hic. *Qui, &c.* post factum verò ex quadam magnificetia noluit retractare dictũ suũ sicut & Iephte voluit implere votũ suum de immolatione filiæ suæ sicut hẽtur Iud. 11. sed illud non vr̃ verum, tum quia Caleb erat vir sanctus & bonus, vt dictũ est c. 14. & iõ nõ est verisimile qd fecisset ꝯ legẽ, tum quia Othoniel fuit vir sanctus & bonus, ẽm qd dr̃ Iud. 3. b. *Suscitauit eis saluatorem Othoniel* Et sequitur, *Fuitque in eo spiritus Dñi, & indicauit Israel,* & iõ nõ est verisimile qd vellet contra legem vxorẽ accipere, pp hoc dicunt alii, quod Cenez pater Othoniel fuit frater ipsius Caleb, vt dictum est sup. 14. ca. & sic Othoniel fuit nepos eius, & per cõsequens non fuit ꝯ legẽ qd acciperet eius filiã, qa iste gradus in lege non fuit prohibitus. Qd aũt Othoniel hic dr̃ frater Caleb, hoc est eo modo loquẽdi quo Lot dicit frẽr Abraham Gene. 13. qui tamen erat eius nepos, vt patet ibidẽ. Pôt etiam

MORALITER.

† 1 *Caleb. sic.* supra. p Caleb signat⁹ est senex vigorosus ad debellandũ vitia, qui est Christi membrum, sic in isto loco per Caleb potest significari Christus, q est fidelium caput. Nã frequenter in expositione sacræ scripturæ, & maximè mystica fit transitus de capite ad membra, & ecõuerso, pp eorum cõnexionem. Per hoc igit q, Caleb in Cariatharbe confudit tres gigantes filios Enac figuratũ fuit, quod Christus in Ierusalem ternariũ filiorum diaboli confusur⁹ erat. sacerdotum, scribarum, & Pharisęorum, quos in euangelio legitur frequenter confudisse.

2 *Inde conscendens venit ad habitatores Dabir.* i. ciuitas lrarũ vocabatur, per quam intelligi potest vniuersitas hæreticorũ, qui ex literatura superbiẽtes nouas singu[illegible] hæreses, & eas nitunt verbositate philosophica uł rhetorica defendere, ideo bene dicit quod Cariathsepher vocata fuit Dabir, quæ locutio interpretatur. Hanc autem ciuitatẽ debellauit per Othoniel, qui secundũ Hebræos fuit valde literatus, & frater Caleb dicitur in textu & signũ Dei interpretatur. propter qd per hæc tria Othoniel signat, hominẽ, literarum & etiã bonũ. De quo dicit saluator Matt. xij. d *Quicunq; fecerit vol. pat. mei qui in cælis est, hic frater me. &c.* Et p interpretationẽ, q est signũ Dei, signat hominẽ baptizatũ, Chri signũ hñtẽ. Iste vero tres cõditiones fuerũt i beatis, Ambros. Hieron. Augustino et Grego. et pluribus alijs p quos Chrs hereticos ꝯfutauit.

A tur enim mihi si ciuitatẽ literarũ excidero, filia fratris mei maioris. Erat enim filius Genez, qui interpretatur spretio. Quis enim erat spretior quam nos gentes alienati à cõuersatione Israel? Nã prior frater meus cuius accipio filiã, quia excidit ciuitatem literarũ, fuit filius Iephone, qui interpretatur cõuersio.

Dat ergo mihi minori fratri filiã suam.i. intelligentiã sui lex. vnde, *Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti f.e.* Sciendũ tamen aliud esse legẽ, cuius nunc personã dedimus Caleb, aliud literã veteris testamenti.i. ciuitatem literarũ. Accepta ergo filia eiꝰ, ego frater eius iunior adduco eam de domo patris sui. Quæ cũ venerit mecũ sedens super asinum, quem.s. soluerunt disci puli Chri, dicit ad patrẽ suũ, da mihi benedictionem tuam pater, & accepit Gonechlam superiorem & Gonechlam inferiorem, idest, pollicitationem vitæ quæ nunc est, & futuræ, & centuplum in præsenti sæculo, & vitam æternam in futuro.

Mat. 21.d. † da mihi fontes aquarum. † fontes superiores & inferiores.

Matth. 21.a. B

a vxorem: Qui cum pergerent, simul suasa est a viro suo, vt peteret a pa- 1
a ¶Gentium populo, de quo dicitur: Sci.& addu.mihi.
b tre suo agrum, suspirauitque, vt sedebat in asino. Cui Caleb, quid ha- 2
bes, inquit? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram aren- 3
tem dedisti mihi, † iunge & irriguam. Dedit itaq; ei Caleb † irriguum 4
superius & inferius. Hæc est possessio tribus filiorum Iuda per cogna-
tiones suas. Erantq; ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iux- 5
ta terminos Edom à meridie, Cabseel & Eder, & Iagur, & Cina, & Di
mona, & Adada, & Cedes & Asor, & Iethnan, Ziph, & Telem, & Ba-
loth, & Asornoua, & Carioth, Hesron. Hæc est Asor. Amam, Sama, &
Molada, Asergada, & Hassemon & Bethpheleth, & Assersual, & Beth
sabeæ, & Baziothia, & Bala, & Iim, & Ese, & Eltholad, & Cesil, & Har
ma, & Siceleg, & Medemema, & Sesenna, Lebaoth & Selim, & Aen,
& Remon: Oẽs ciuitates triginta nouẽ, & uillæ earũ. In campestrib. ve- 6
rò Estaol & Sarea & Asena & Zanoe & Engannim & Taphua & Enaĩ
& Ierimoth, & Adullam, Socho & Azecha, & Saraim, & Adithaim, et
Gedera, Gederothaim, vrbes quatuordecim et villæ earum. Sanã, Ha 7
dassa et Magdaldal, Delea, et Masepha et Iecthel, Lachis, et Baschath 8
et Eglon, Hebbon, et Leheman et Cethlis, et Giderot et Bethdagon
& Naama, & Maceda, ciuitates sedecim, & villæ earũ. Labana & Ether
& Asan, Iephtha, & Esna, & Nesib, & Ceila, & Aczib & Maresa, ci-
uitates nouem & villæ earum. Accaron cũ vicis et villulis suis. Ab Ac- 9
caron vsque ad mare, omnia quę vergunt ad Azotum, & viculos eius.
Azotus cum vicis et uillulis suis. Gaza cum vicis et villulis suis, usque
ad torrentem Aegypti, et mare magnum terminus eius, et in monte
Samir, et Iether, et Socoth, et Denna, Cariathsenna, hęc est Dabir,
Anab, et Istemo et Anim, Gosen, et Olon, et Gilo, ciuitates vndecim,
et villæ earum. Arab, et Ruma, et Esaam, et Ianum, et Beththaphua et

a *Otho.f.&c.ti.fu.vx.* Nota q. Caleb dicitur filius Iephone, & Othoniel filius Cenez, qui est Caleb iunior.i. consãguineus b *Sedebat in asino.* Grego. Axa super asinum sedet, cum irrationabilib. carnis motibus anima præsidet. Quæ suspirans à patre terrã irriguam petit, quia a creatore cũ magno gemitu quærenda est lachrymarum gratia. Sunt.n. qui iam receperunt liberè pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigẽtib. tribuere, ardorẽ fidei habere, sed adhuc gratiã lachrymarũ non habent, hi terrã australem & arentẽ habent, sed adhuc hi irrigua indigent, quia in bonis operibus positi, in quibus magni & feruẽtes sũt, oportet vt timore supplicij, vel amore regni cælestis, mala et quę antè perpetrauerunt, deplorent. Compunctionis autem duo principalia genera sunt, quia deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore. Prius enim timore se lachrymis afficit, quia dũ malorum suorũ summam recolit, pro his æterna supplicia pertimescit. Cum verò longo mœrore fuerit formido consumpta, quædam de præsumptione venię securitas nascitur, & in amorem cælestium gaudiorũ animus inflammatur. Et quæ prius flebat ne duceret ad suppliciũ, post flere incipit, quòd differtur à regno. Dat ergo ei pater irriguũ superius, cũ se in lachrymis cęlestis regni desiderio affligit. Irriguũ verò inferius accipit, cũ inferni supplicia flendo pertimescit. Prius autem inferius, & post irriguũ superius dat. Sed qa cõpunctio amore dignitatis preeminet, necesse fuit vt prius irriguum superius, & post inferius poneretur.

Lib. 3. Dialog. cap. 34. C

D † & descendit de. vel piceret se de. Cald. interpre. iacta uit se de asino, vt s. proiiceret se ad pedes patris.

Compunctionis duo genera.

E F

Iebusæum

NICOLAVS DE LYRA.

Quod Othoniel frater Caleb fuerit.

✱ et dici pbabiliter vt videt̃, q. licet Othoniel esset frater Caleb, nõ tñ peccauit accipiendo neptẽ suã. nõ.n. hoc est cõtra legem naturæ quia Abraham accepit Sarai filiam fratris sui Aram, nec est ꝯ legẽ Moysi expresse, sed tãtũ hoc dr̃ ex quadam argumentatione, vt dictum est. Sed argumentum non videtur valere, quia in prohibendis gradibus attẽditur irreuerentia naturæ, vxor autem est subiecta viro & nõ ecõuerso, & ideo magis est contra reuerentiam naturę, qđ amita sit vxor nepotis sui, quam quod neptis sit vxor auunculi. Item in lege Moysi vir & mulier non erant ad paria in ꝯhẽdo matrimoniũ, quia licitum fuit viro habere plures vxores simul, nõ autem mulieri quod haberet plures viros, & ideo nõ sequitur, quod si fuerit prohibitũ matrimoniũ inter amitam & nepotem, quod ex hoc fuerit prohibitũ matrimoniũ inter auunculum & neptem, nisi aliũde inueniat̃ expressũ.

1 *Qui.&c.* in Hebræo habetur, *Quæ cum pergeret, incitauit eũ.* i. virũ suum ad petendũ agrũ a Caleb, & vtrũque fuit verũ, qa ipsa primo incitauit virũ suũ ad petendũ agrũ a Caleb, & ille persuasit ei quod ipsamet faceret, quia conuenientius erat quod ipsa peteret hoc a patre proprio quam vir suus.

2 *Suspirauitque &c.* Hebræi dicunt, *Lapsa est de super asinum*, qa subitò, volũtarie tñ descẽdit de asino vt poneret se ad pedes patris sui, vt sic facilius impetraret.

3 *Terram arentem &c.i.* infructiferam propter siccitatem.

4 *Dedit itaque ei Ca.ir.su.&c.* qa dedit ei terrã sic dispositã, qđ in parte superiori erat irriguũ fontis, & similiter ĩ parte inferiori. 5 *Erantque &c.* Hic consequenter describitur numerus ciuitatũ, q̃ erãt in sorte Iudæ Et patet litera vsq; ibi.

6 *Omnes ciuitates etc.* In Hebręo habetur. *Omnes ciuitates viginti nouem*, quia ẽm veritatem tot remanserunt, & non plures filijs Iuda Aliç autem quæ sunt vltra istum numerũ assignatę fuerunt tribui Simeõ postea, propter quod aliquę hic enumeratæ enumerant̃ postea in sorte Simeõ.s. Bethsabee, Meloda, Sicelec, & aliquę aliæ, vt uidebit̃ inf. 19 cap. Sequitur.

7 *Vrbes quatuordecim.* In litera ponuntur quindecim, sed vna est binomia, & iõ computatur quasi duæ s. Taphua & Ethã.

8 *Lachis.* Ista est alia ciuitas ab illa quam ceperũt filij Dan, quæ prius vocabatur Lachis, & postea nominata est Dan ab eis, vt habetur Iudicum. xviij. quia illa Lachis sita est in termino aquilonari terræ promissionis. Ista aũt Lachis, de qua hic fit mentio est in parte australi eiusdem, quia erat ibi sors Iudę, vt dictum est. Vnde in Hebręo illa quæ capta fuit a filijs Dan vocatur Lais, vt dicetur Iudicum. xviij

9 *Accaron cum vicis.* Istæ ciuitates adhuc non erant captę, tñ ceciderunt sub diuisione, vt dictum est supra. xiij. capite.

Cariath

MORALITER.

1 *Deditque ei Axam fil. vxo.&c.* Per quam intelligi põt sapiẽtia diuina, quæ eius filia dicitur, Eccl. 24.a. *Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante oẽm creaturam.* Hæc autem sapientia data fuit sponsa prædictis doctoribus & alijs similibus. Hæc tamen sapientia quæ a Deo datur in via, arens est.i. desiderans claram visionem patriæ. Ideo subditur.

4 *Deditque ei Caleb irri.&c.* Per irriguũ superius intelligitur gaudium de diuina visione, per irriguum inferius gaudium de pęnę damnatorum quam vident, euasione.

a *Iebusæum autem habitatorē Ierusalem non potuerunt filii Iuda* A *delere*, Adam. intelligimus spiritualiter habitasse Iebuseum cum Iudæis in Ierusalem vsque in p̄sentem diem secūdum parabolam euangelij, quæ de zizanijs dicit. *Sinite vtraque crescere vsque ad messem, ne eradicetis simul & triticum*. Sic enim in Ierusalem. i. in ecclesia sunt quidam Iebusæi. i. qui degenerem vitam ducunt, fide quidē & actione & conuersatione peccati peruersi. Non potest enim ad liquidū ecclesia purgari dum in terris est. Sunt in ea omnes sancti, in quibus peccati macula non est. Sed ne cum zizanijs eradicetur & triticum, sunt in ea aliqui in quibus vel dubia, vel occulta peccata sunt. Qui enim manifeste & euidenter criminosi sunt, de ecclesia expellendi B sunt. Non ergo potuerunt filij Iuda disperdere Iebusæos, sed habitauerunt cum ipsis in Ierusalem vsque in præsentē diem. Iebusæus interpretatur conculcatio. Debet ergo nobis esse summa cautela & studium, ne quis scandalum faciat vel patiatur, ne quis pollutus in hanc sanctorum congregationem introeat. Si tamen eos non possumus eijcere, qui nos conculcant, eos saltē quos possumus quorū peccata manifesta sunt, eijciamus. Vbi. n. peccatū euidens nō est, eijcere de ecclesia neminem possumus. Illi aūt sunt in ecclesia conculcantes, de quib. dr̄, *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eos &c.* C Isti ergo sunt Iebusæi, qui indigni, audiunt verbū Dei, quo audito neq; discedunt vt infideles, neq; permanent vt fide- D les, sed percepta mysteriorum notitia & fidei nostræ secretioribus perscrutatis, conuersi impugnant nos, & contradictionib. corda nostra dirumpunt, verbi Dei margaritas conculcantes, & ornamenta fidei maculantes, hos non potuerunt eijcere filij Iuda de Ierusalem vsque in præsentem diem.

Origen. hom. 22. in Iosue. Matt. 13. d. Matt. 7. a.

Apheca, Athamatha, & Cariatharbe, hæc est Hebron, & Sior, ciuitates nouem, & uillæ earum. Maon & Hermel, & Ziph, & Iota, Iezraël & Lucadam, & Zanoe Accaim, Gabaa & Thanna, ciuitates decem, & uillæ earum. Halhul & Bethsur, & Sedor, Matheth, & Bethanoth, & Helthecō, ciuitates sex & uillæ earum Cariath- 1 baal, hæc est Cariathiarim urbs syluarum, & Arebba, ciuitates duæ, & uillæ earum. In deserto Betharaba, Meddin, & Sachaca, & Nebsan, & ciuitas Salis, & Engaddi, ciuitates sex, & uil- a læ earū. Iebuzæum [a ¶Zizania. s.] autem habitatorem Ierusa- 2 lem [b ¶Ecclesiæ.] non potuerunt [a ¶Ne eradicarent simul & triticum.] filij Iuda [b ¶Qui sunt sine macula & ruga.] delere, habitauit b que Iebusęus [¶Israel.] cum filijs Iuda in Ierusalem [¶Ecclesiæ.] usque in præsentem diem.

b *Vsque in præsentem diem*. id est, seculi æternitatem more scripturæ. Sed hoc ad literā stare non potest, quō enim Iebusæus habitat cum filijs Iuda in Ierusalem, quandiu durat hoc seculum, cum nec filij Iuda habitent ibi in seculum? Conculcationem scandalum. s. faciētes in ecclesia, & qui percepta mysteriorum notitia verbi Dei, margaritas impugnando conculcant. Ierusalem visio pacis interpre- E tatur. Si ergo in corde nostro ædificata est Ierusalem. i. visio pacis, & Christum qui est pax nostra semp̄ intueamur, & seruemus in corde nr̄o, si quidem ita fixi & stabiles simus in hac visione pacis, vt nulla cogitatio peccati ascendat in cor nostrū, possumus dicere, quia in Ierusalē sumus, & nullus nobiscum est nisi soli sancti. Nūc verò etiam si ad grandem profectum veniamus, & summis nos studijs excolamus, nullum puto tam purum esse, qui non aliqua cogitatione maculetur. Certum est ergo habitare etiā Iebusæos, cum filijs Iuda in Ierusalem. Laborandum tn̄ est quotidie F eijcere eos de Ierusalē, sed non omnes simul eijci possunt.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cariathbaal, hæc est Cariathiarim vrbs syl.* Vocata est etiam Cariathbaal, quia ibi fuit idolum Baal. Gentiles enim colebant communiter in syluis vel prope syluas, & propter hoc fuit prohibitum filiis Israel ne plantarent arbores iuxta altare Domini, vt habetur Deuteron. 13. c. ne essent similes idololatris.

2 *Iebusæum*. Hic describitur conditio cohabitatorum, cū dicitur, *Iebusæum autem habitatorem Ierusalem, &c.* Dicunt expositores nostri communiter, quòd isti fuerunt de genere Iebusæorum, & tenuerunt vnum fortalitium in Ierusalem, quod non potuerunt filii Iudę expugnare, & ideo habitauerunt cum eis in eadem ciuitate. Hebræi autem dicunt, q̄ isti dicti sunt Iebusæi, non quia essent de genere Iebusæorum, sed quia habitabant in Ierusalem, quæ altero nomine vocabatur Iebus, vt habetur Iudicum 19. sed descenderūt de Abimelech qui fuit Rex Geraræ, cum quo Abraham inijt fœdus firmatum iuramento, vt habetur Gen. 21. & propter istud iuramentum seruandum non potuerunt filij Iuda eos expellere, quia iuramentum illud fuerat vsq; ad certum tempus, quòd ad huc non transierat, tamen Dauid postea eos expugnauit, vt habetur 2. Reg. 5. cap. quia tempus dicti fœderis tunc transierat, de quo fœdere dicetur plenius quando veniemus ad locum illum.

ADDITIO.

In cap. 15. vbi dicitur in postilla, Sed argumentū non vr̄ valere, quia in prohibendis gradibus attenditur reuerentia. Hęc solutio postillatoris efficax non est & valida. Nam Hebraica consuetudo quæ ad obseruantiam præceptorum Mosaicæ legis adipem literæ firmissimè tenet, frequenter vtitur tali matrimonio, scilicet auunculi & neptis. Non enim in gradibus prohibitis attenditur similitudo solum secundum distantiam numeralem, sed etiam secundum respectū præferētiæ viri ad vxorem. *Caput mulieris est vir.* 1. ad Co. xj. c.

CAP. XVI.

Ecidit &c. Sequitur, a *Habitauitq; Chananæus.* Et habitabat Chananę in Ephrem vsq; in diem illum, donec ascendit Pharao rex Aegypti & cepit ciuitatē & succendit ea igni, & Chananæos & Pherezæos q habitabant in Gazer trucidauit, & dedit eā filiæ suę in dotē. Quod de Pharaone dictū est, miror si pphetia sit, cū hęc historia illis tpibus scripta credat, q b. erant illa gesta recentia. qđ aūt magnum eligi potuit qđ propheticè diceret, cum pręterita narrentur, & taceātur futura maiora & magis necessaria. Magis ergo putādū est Lxx. interpretes qui autoritate pphetica ex ipsa mirabili cōsensione interpretati phibentur hæc addidisse, nō tanq̄ futura pnuntiantes, sed quia illo tpe erāt quo hęc facta enumerant, & in libris regnorū legerāt. regum eñi tpibus factum est. Quod iō nobis credibilius visum est, quia ex hac interptatione q est ex Hebræo, non inuenimus, sicut nec illud de Iericho, q qui eā suscitaret incurreret maledictū qđ dixerat Iesus. Sic.n. scriptū est, *Et adiurauit Iesus in die illa, Maledictus hō qui resuscitabit & ædificabit ciuitatem illā, in primogenito suo fundabit eam, & in nouissimo suo imponet portas eius.* Quod aūt sequitur, nō in nra lra est. *Et ita fecit Oza qui ex Bethel, in Abiron primogenito fundauit eā, & † iure saluato nouissimo imposuit portas eius.* hoc ibi non legitur. Vnde apparet a Lxx. interpositum qui factum esse nouerant.

b *Vsque.* i. seculi æternitatē, more scripturæ. Sed hoc ad literam stare non potest quomodo enim Iebusæus habitat cum filiis Iuda in Ierusalem, quamdiu durat hoc seculum, cum nec filij Iuda habitent ibi in seculum?

Greg. Chananęus Gentilis populus. s. vitiū significat. Sępe in magnis virtutibus terrā promissionis ingredimur, qa spe intima de æternitate roboramur, sed dū inter alta & sublimia quędam parua vitia retinemus, quasi Chananæū viuere in terra nra concedimus. Qui tñ tributarius efficitur, quia hoc ipsum vitiū q subigere non possumus, ad vsum vtilitatis nrę humiliter retorquemus, vt de se mēs in summis vilia sētiat, quę suis viribus ᵹ parua quę appetit, non expugnat. Vñ bñ rursus scriptum est: *Hæ sunt gentes quas dñs dereliquit, vt erudiret in eis Israelem.* Ad hoc.n. quædam vitia minima retinent. vt se nra intentio sollicitā semp in certamine exerceat, ne de victoria superbiat, cū in se hostes viuere sentiat, a quib. adhuc vinci formidat. Israel ergo reseruatis gentibus eruditur, cū in qbusdam minimis vitijs elatio virtutis nrę comprimitur, & in paruis sibi resistentibus discit, q ex se maiora non subigit.

Adam. Ephrē interpretat fructificatio. Qui.n. fructificat & crescit in fide, nō pōt exterminare Chananæum semē pessimū, maledictū, mobile, incertum. hæc.n. interpretatur Chananęus. Et certū est, quia cum eo q fructificat & crescit semper habitat Chananæus, nunq̄ enim tentationū motus cessant ab eo. Sed tu si verè fructificas in Deo, & vides aliquē talē inquietum, turbidū & mobilē, scito qa Chananæus est, & si nō potes eū eijcere de ecclesia, scito qa non potuerunt filij Ephrem † expellere Chananæos. Idem ēt in his q fructificant sentiendum est, qa filij Ephrem noiant: Chananęos.n. vagas, scilicet, & lubricas cogitationes semper debent eijcere de animab. suis, potens est autem Deus Iebusæos & Chananæos subiicere nobis, sicut scriptum est, Subiecit Chananęos filiis Ephrem.

*[Margin: A Augu. q. 19. in Iosue. — 3. Reg. 9. c. — * ascendit ad mare vsque ad. — B — † torrentem — 3. Reg. 16. g. † in se. — C — Orige Homil. 21. in Iosue. — D Lib. 4. Moral. c. 11. Moralia — E — Orig. Homil. 21 in Iosue. — † ipsum ab Oriente. — Num. 26. d. — † disperdere — F]*

CAP. XVI.

1 Ecidit quoque sors filiorum Ioseph ab Iordane cōtra Iericho, & ad aquas eius ab Oriente, solitudo quæ ascendit de Iericho ad mōtem Bethel, 2 & egredit de Bethel Luzam, trāsitq; terminū Archiatharoth, & descendit ad Occidentē iuxta terminū Iephleti, vsq; ad terminos Bethorō inferioris, & * Gazer, finiunturq; regiones eius mari magno, possederuntq; filij Ioseph; Manasses, & Ephraim. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas, & possessio eorum contra Orientem Ataroth Addar vsque Bethoron superiorem, egrediunturq; confinia in mare. Machmetath verò Aquilonem respicit, & circumit terminos contra Orientē in Tanathſelo, & pertransit † a torrente Ianoe, descenditque de Ianoe in Ataroth, & Noaratha, & peruenit in Iericho, egrediturq; ad Iordanem de Taphua, 3 perrransitque contra mare in † vallem arundineti, 4 suntque egressus eius in mare salsissimū. Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas, 5 vrbesq; separatæ sunt filijs Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, & villę earum. 6 Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum, qui habitat a in Gazer, habitauitque Chananæus in medio b Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

a ¶ Qui in Deo crescunt, & fructificant. b ¶ Tentationum motum.

a ¶ In conuersatione. b ¶ Sæpe vitia in nimia re retinentur vt vi tntes maximè in humilitate habeantur, & vitia maximè prementur.

NICOLAVS DE LYRA, CAP. XVI.

Ecidit quoque sors filiorum &c. Hic cōsequenter describit assignatio terræ filiis Ioseph. Et primò describit dicta assignatio. Sc̄dò assignationis dilatatio versus finē 17. cap. ibi, *Locutique sunt filii Ioseph.* Prima in duas, quia primò assignat sors tribus Ephraim. Sc̄dò dimidiæ tribui Manasse, in princ. 17. ca. Prima adhuc in duas, qa primò ponit sortis Ephraim descriptio. Sc̄dò præcepti Dñi transgressio, ibi, *Et non interfecerunt.* Circa primū sciendū q descriptio istarū sortium per determinata loca & ciuitates non est bene intelligibilis illis qui nō viderunt terram promissionis, vel saltē eius descriptionem depictā. verūtñ tales descriptiones in plurib. deficiunt apud Hebręos & Latinos, & iō in descriptione istarum sortiū intendo breuius pertransire exponēdo aliqua vocabula. Legat ergo lra vt iacet vsq; ibi.

2 *Et egred.* Eadē est ciuitas Luza & Bethel, vt dr infra. 18. c. quō ergo fit egressus de vna in aliam? Dicendum q primò fuerunt duæ, postea verò simul coniunctæ, quia propinquæ & paruæ erant, ita q in particulari retinebant sibi nomina propria, & sic erat egressus de vna in aliam secundum partes. Sicut tota Parisius dicitur ciuitas Parisiensis, & tamen speciali nomine illud quod est intras duos pontes dicitur ciuitas respectu aliarum partium, quia antiquitus extra pōtes nihil erat. & ideo illi qui adhuc sunt extra, quando vadunt intra pōtes dicunt, eamus in ciuitatem. Et eodem modo illi qui exeunt locū ptentū intra pontes dñr egredi ciuitatē.

3 *Pertransitque.* Sic autem nominatur vallis illa, quia ibi crescunt arundines in copia.

4 *Suntque.* i. versus locum illum, vbi Iordanis cadit in mare mortuum, quod etiam vocatur salsissimum, vt dictum est s. Sors tamen Ephraim non attingit vsque ad locum illum, imò sunt aliquæ sortes intermediæ, vt videbitur infrà.

5 *Vrbesque sep. sunt.* Hoc non est intelligendum quòd aliquę ciuitates Ephraim essent extra sortem suam quæ essent sitæ in sorte Manasse. sed sicut supra dictum est ca. 15. linea diuidens inter duas sortes non semper procedebat fm rectitudinem, sed aliqñ flectebatur ad vnam partem, vel aliā propter causas prædictas, ca. 15. Et ideo aliqñ cōtingebat, q vna sors secundum aliquē sui angulum subintrabat sortem sibi coniunctam, ita q in illo angulo erant aliquæ ciuitates illius sortis, & ciuitates alterius sortis erāt hinc & inde, & angulus dictus erat intermedius, sicut accidit frequenter in ripa maris, quòd mare per modum cuiusdam sinus subintrat terrā, ita quòd aliquæ villulæ sunt intra hinc & inde, & mare subintrans terram est in medio, & hoc modo aliquæ ciuitates Ephraim erāt in medio Manasse. 6 *Et non inter.* Hic consequenter ponit transgressio præcepti, quia dñs præceperat illum populū interfici a filijs Israel propter peccata sua, ut hr Num. 33. & in pluribus alijs locis, ppter quod filij Ephraim peccauerunt dimittendo aliquos de illo populo habitare in sorte sua sub tributo cupiditate ducti, ad quā Iudęi erāt pni.

MORALITER.

1 *Ceciditque sors.* In hoc cap. non occurrit mihi aliqua mysticatio notabilis, propter quod pertranseo.

CAP. XVII.

Nec po. Adam. Chananæi tertiò dicuntur esse in filijs Ephrem, sed obseruandus est ordo dictorũ in singulis. Primo ergo dictum est quia non perdiderũt filij Ephrem Cananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitauit Chananæus in Ephrem vsq; in hodiernum diem, & factus est sub tributo seru⁹ vsquequo ascẽdit Pharao rex Aegypti, & accepit ciuitatem & incendit eam igni & Chananæos & Pherezeos & q habitabãt i Gazer trucidauit, & dedit eã Pharao i dotem filiæ suę, Secũdo, Et factum ẽ inquit, quoniam inualuerũt filij Israel subuertẽtes Chananæos. & fecerũt Chananæos subiectos, exterminatione aũt nõ exterminauerunt eos. Tertiò qñ ꝯdixerũt viri de tribu Ephrẽ Iesu, uolentes ꝑm numerositatem suã, quia plures erant, & validiores, maiorẽ accipere sorte. Et iubenẽ ascendere ad saltũ, & facere sibi ampliorẽ locũ, & vt possint ãpliora spatia occupare iubenẽ extermina re Chananæũ. Videamus ergo qd sibi velit hęc tripartita narratio. Primo Chananę⁹ nobiscũ est, & sub tributo, nõ tñ obediẽs, neq; seruus efficiť & obediẽs. Chananęũ hic carnẽ accipim⁹, vel ea quę carnis sunt. Hęc primo nobiscum est. i. aĩę iũcta, sed obediẽs nõ ẽ nisi ꝗ tãtũ tributa soluit. i. ministeriũ agendi aliqd vel mouẽdi, Cõcupiscit tñ aduersus spiritũ & nõ ẽ obediens animæ. Si vero aliquãtũ ꝓfecerim⁹ efficiť seru⁹ & obediẽs animæ volũtati. Et hic ẽ animę ꝓfect⁹ secũd⁹, cũ carnẽ sibi obedire fecerit & seruire. Tertiũ vero est qđ perfectũ est, Si. n. veniamus ad perfectum etiã exterminãdus nobis dicitur Chananeus, vnde. *Mortifi. mem. vc. quæ sunt sup. ter. Fornic. immunditiam. &c.* Et alibi. *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifix. cum vi. & conc. &c.* Sic ergo tertio. i. cum ad perfectionẽ venerimus & mẽbra nostra mortificauerimus, mortem Christi in corpore nostro circumferentes, exterminari a nobis dicitur Chananeus. Orige. Illud quoque prætereũdum non est, quod dicitur Pharao venisse & cepisse Gazer, in qua Chananeus habitabat cũ Ephrem, & dedisse eam in dotem filiæ suæ. Gazer enim interpretatur constrictio. Si corpus & anima in vna constrictione habitent coniuncta sibi & socia vt & anima carnaliter viuat, nec sibi carnem obedire faciat, verendum est ne veniat Pharao ex Aegypto, & captiuet animam, & in dotem filiæ suæ tradat eam: exurgit enim, alia lex in membris nostris, & captiuat nos in lege peccati, cui Pharao

Homil. 22. in Iosu. — 3. Reg. 9. c. — † vel hæreditates. — Colos. 3. a. Gal. 5. d. — Homil. 22. — † ad torrentẽ arundinis. — † tres regiones.

CAP. XVII.

CECIDIT autem sors tribui Manasse (ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manasse, patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad & Basan, & reliquis filiorum Manasse, iuxta familias suas, filijs Abiezer, & filijs Helec, & filijs Hezriel, & filijs Sichem, & filijs Hepher, & filijs Semida. Isti sunt filij Manasse filij Ioseph, mares per cognationes suas. Salphaad verò filio Hepher filij Galaad, filij Machir, filij Manasse non erant filij, sed solæ filiæ: quarum ista sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa. Veneruntque in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij Nun, & principum, dicentes: Dominus præcepit per manum Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditque iuxta imperium Domini possessionem in medio fratrum patris earum, & ceciderunt † funiculi Manasse decem, absque terra Galaad & Basan trans Iordanẽ. Filiæ enim Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant. Fuitque terminus Manasse ab Aser Machmathath quę respicit Sichẽ, & egreditur ad dexterã iuxta habitatores fontis Taphuę. Etenim in sorte Manasse ceciderat terra Taphuæ, q̃ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim. Descenditq; terminus † vallis arundineti in meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quæ in medio sunt vrbium Manasse. Terminus Manasse ab Aquilone torrentis, & exitus eius pergit ad mare, ita vt possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, & vtraq; claudat mare, & cõiũgãtur sibi in tribu Azer ab Aquilone, & in tribu Issachar ab Oriẽte. Fuitq; hæreditas Manasse in Issachar & in Aser: Bethsan et viculi eius, et Iebla ã cũ viculis suis, et habitatores Dor cũ oppidis suis, habitatores quoq; Endor cũ viculis suis, similiterq; habitatores Tenac cũ viculis suis, et habitatores Mageddo cũ viculis suis, & tertia pars vrbis Nopheth. Nec potue-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVII.

Cecidit autem. Hic consequenter describitur sors dimidię tribus Manasse. Et primò repetitur sors iam assignata prius vni medietati. Secũdò describitur sors quę assignabať alteri, ibi. *Salpha ad vero* Circa primum dicitur. *Cecid. t au.*

2 *Ipse enim.* scilicet secũdum ætatem, sed Ephraim fuit primogenitus secundum dignitatem, quia Iacob benedicens eis prępofuit Ephraim iuniorem ipsi Manasse, vt habetur Gene. 18.

3 *Machir primo.* Ideo elegit sibi partem in terra primo acquisita per Mosen.

4 *Salphaad vero.* Hic describitur sors dimidię tribus Manasse, & primo quantũ ad mulieres, secundo quantum ad uiros, ibi: *Et ceciderunt funiculi Manasse.* Circa primum sciendum, ꝙ terra fuit diuisa secundũ capita virorum qui egressi sũt de Aegypto, inter quos fuit iste Salphaad, qui nõ hẽbat filios, & ideo pars sua fuit assignata filiabus suis de mandato domini, vt habetur Nu. 28. Et hic repetitur idem præceptũ, vt eis debita portio assignareť. Deditq; eis iuxta imperiũ dñi, possessionem. Ex quo patet, qđ istæ filiæ Salphaad habuerũt hæreditatẽ in terra promissionis, q a terrã aliã q̃ fuit acquisita añ transitũ Iordanis dedit eis Moyses in vita sua, vt hẽtur Nu. 32. 5 *Et cecid.* hic describitur assignatio terræ tribus Manasse quantũ ad viros. 6 *Funiculi.* s. in terra promissionis, & accipitur hic mensurans pro mensurato, funiculus enim est, instrumentum mensurandi terram. Decem ergo funiculi terræ est terra mensurata funiculo decies proiecto vel protenso. 7 *Filiæ enim,* idest, filiæ Salphaad, qui fuit de tribu Manasse. 8 *Etenim in sor. &c.* hoc dicitur quia supra 15. cap. dictum est, ꝙ ciuitas Taphua fuit in sorte Iudæ, & perconsequens terra quæ erat intra ciuitatẽ illam uersus sortẽ Iudę, sed alia pars terræ propinqua eidẽ ciuitati ex parte opposita, fuit de sorte Manasse. 9 *Ciui. Eph. &c.* hoc expositũ est c. pręce. 10 *Ita vt poss.* i. in australi parte torrẽtis. 11 *Et ab Aquilo.* i. illud qđ est in aquilonari parte torrentis pertinet ad possessionẽ Manasse, q a possessio Ephraim fuit propinquior possessioni Iudæ, vt supra dictum est, & sors Iudæ fuit in parte australi terrę promissionis, vt patet ex supra dictis.

12 *Et vtramque,* scilicet mediterraneum, quia claudit totam terram promissionis à parte occidentis, vt supra dictum est.

13 *Fuitq; hęre. &c.* quia cõiungebatur sortibus eorũ, & secũ-

MORALITER.

4 *Salphaad.* Iste mortuus fuit in deserto sine filijs, iõ hæreditas eius transijt ad eius filias de mandato domini vt hẽtur Nu. 23. & hic repetitur cum dicitur.

† *Dedit que iuxta imperium d. i. possessionem.* Per possessionẽ in terra

A rao.i.rex peccati aīam quæ carnaliter viuit, in dotem transcribit. Post hæc videndum est q. filij Ioseph maiorem sortem requirunt, dicētes: Quare dedisti nobis sortem, & prædaturam unā. Ego aūt populus multus sum, & dñs benedixit me. Si ergo nos populus multus sumus, & bñdictus audiamus a dño Iesu. *Populus multus es*, ascende in saltum & manda tibijpsi, & para locū in terra & expugna Pherezæos & Raphaim. Eijciamus ergo Pherezæos q. interpretantur fructificatio. Fructificatio autē alia bona, alia mala, quia arbor bona fructus bonos facit vel adfert, & mala malos. Expellamus ergo qc quid non bñ fructificat fructum peccati, & purgemus fructū iustitiæ. Raphaim, inquit expelle, vel potius expurga de te. Raphaim interpretatur resolutæ matres. Est in anima nostra virtus quædam quæ parit sensus velut mater, quæ procedit ex nobis. Vnde. *Saluabitur autem mulier per filiorum generationem si permanserit in fide.* Istæ ergo matres, idest, ista virtus animæ, illis, in quibus fortis est, fortes generat sensus, & qui superari a cōtradicente nō possunt. In alijs autē resoluta est & remissa, quod indicāt sensus quos ꝓfert lāguidos & ineptos. Has matres de nobis expurgemus. i. sordes & immūditias, quę naturalibus aiæ motibus ex nostra negligentia adueniunt purgemus, vt naturalis vigor ingenitæ virtutis effulgeat.

a *Non poterimus ad monta.* Adam. Non sufficit nobis mōs, & equus electus & ferrū Chananęo est, qui habitat in monte, &c. Nusquam inuenies q. equū habeat Israelita, sed Chananæus hēt equū, q. falsus est ad salutem, & ferrum bellicum. Sed respondit Iesus: *Si populus multus es, & virtutem habes non erit tibi sors una, quia saltus est tibi & emundabis eum, &c.* Emundemus ergo syluam quæ in nobis est, inutiles scilicet & infructuosas arbores, & faciamus ibi noualia quæ seminemus, & fructum capiamus tricesimum sexagesimum & centesimum, vnde. *Securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Si emundaueris, inquit, syluam, & erit tibi, cum inde exterminaueris Chananęū. Conemur ergo Chananæum qui nobiscum est citius subijcere & obedientem facere. Post hæc etiam exterminare. Si autem dimittimus eum & negligimus, veniet Pharao rex Aegypti, & incipiet locum nostrum dare in dotē filię suæ, & captiuos nos tradere legi peccati. Obseruemus ergo vt præualeamus ꝯ Chananęos, ne si inualuerint ꝯ nos de Israelitis faciāt Chananæos.

† expellere habitatores vrbis istarum.

Matth. 7. c.

1. Tim. 2. d.

Homil. 22.

Israelitæ non habēt equos.

* hucusque.

† si.

† ad Ephraim.

Matth. 13. c. Ibidem. 3. c. Ibidem.

runt filij Manasse has † ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus habitare in terra sua. 1 Postquam autem conualuerunt filii Israel, subiecerunt Chananæos, & fecerūt sibi tributarios, nec interfecerunt eos. 2 Locutiq; sunt filii Ioseph ad Iosue, & dixerunt, 3 Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi unius, cum sim tātæ multitudinis, & 4 benedixerit mihi * Dominus? Ad quos Iosue ait, 5 Si populus multus es, 6 ascende in syluā, & succide tibi spatia in terra Pherezæi, & Raphaim, † quia angusta est tibi possessio montis Ephraim. 7 Cui responderunt filij Ioseph: 8 Non poterimus ad mōtana conscēdere, cum ferreis curribus utātur Chananæi qui habitāt in terra cāpestri, in qua sitæ sunt Bethsan cum uiculis suis, & Iezrael mediam possidēs uallem. 9 Dixitq; Iosue ad domum Ioseph, † & Ephraim, & Manasse, 10 Populus multus es, & magnæ fortitudinis, 11 nō habebis sortem unā, sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitādum spatia, & poteris ultrà procedere cum subuerteris Chananæū, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.

Mit-

NICOLAVS DE LYRA.

dum aliquos angulos subintrabant sortes illas, sicut dictum est capitulo præcedenti de sortibus Ephraim & Manasse.

1 *Postquam autem conualuerunt filii*, in hoc peccauerunt filij Manasse sicut dictum est de filijs Ephraim in fine pręcedentis capituli.

2 *Locutique sunt*. Hic consequenter describitur possessionis filiorum Ioseph dilatatio, quod non est sic intelligendū quòd intrarent sortem alterius tribus, sed quia terram contentam intra sortem suam ab eis non habitatam propter syluas, vel propter Gentiles adhuc ibidem habitantes ad exhortationem Iosue acquisierunt, & patet litera, paucis exceptis, prēmittitur tamen eorum querimonia cum dicitur.

3 *Quare dedisti*, i. modicam respectu multitudinis meæ. Et est modus loquendi quando notatur paruitas alicuius rei, non enim potest dici quod filii Ioseph haberent tantum vnum funiculum, ad literam, cum sola dimidia tribus Manasse habuerit decem funiculos, vt dictum est.

4 *Et bene*, multiplicando in prole.

5 *Ad quos*, ex dictis eorum exhortando eos ad dilatationē habitationis suæ.

6 *Si populus*, quasi dicat si tu habes magnam multitudinē populi consequenter debes habere magnam fortitudinem ad dilatandum possessionem tuam.

7 *Cui responderunt*. allegantes difficultatem.

8 *Non poterimus*. Iudi. 1. vocantur currus falcati quia in lateribus vncinis ferreis factis ad modum falcis armabantur, talibus enim antiquitus vtebantur in prœliis.

9 *Dixitque*. remouens eorum allegationem.

10 *Populus multus es*. filij enim Ephraim fuerunt homines bellicosi.

11 *Non habebis sortem vnam*. Non est intelligendum, quod vna tribus habuerit plures sortes, sed quod dicitur Hic: *Non habebis*, sic est intelligendum, non eris contentus terra acquisita in sorte tua, sed acquires residuum aduersarios expugnando cum Dei adiutorio, quibus debellatis poteris succidere nemora & dilatare spatia ad habitandum. Sciēdum tamen, quod occasione huius dicti dixerunt aliqui, quod Iosue non diuisit totam terram, sed aliquam retinuit diuidendam illis qui haberent maiorem multitudinem: sed hoc nō est bene consonum præcedentibus, quia dictum est, quod etiam terra Philistinorum & plures aliæ ceciderunt sub diuisione, cūm tamen non essent acquisitę. Præterea secundū hoc dictum, sortes non essent ab inuicem distinctæ, sed essent commistæ per istam additionem.

Falcati currus.

CAP.

MORALITER.

† terra promissionis significatur adeptio beatitudinis ī terra viuentiū. Per Iosue verò figuratus fuit ipse Christus vt sæpius est dictum. Per hoc ergo quod Iosue filiabus Salphaad, qui mortuus fuit ī peccato suo vt habet Nu. xxvij dedit possessionem in terra promissionis, significat quod pueri malorū parentum non priuantur hæreditate cælesti pp malitiam ipsorum, nisi fuerint imitatores scelerū paternorū, licet aliquando priuentur hęreditate terrena secundū iudicium humanum. Item per hoc qđ hereditas filiabus fuit data, significat qđ in adeptione beatitudinis differentiam non facit distinctio sexuū, sed meritorū. Colos. iij. b. *Expoliantes nos veterē hominem cum actibus suis, & induentes nouum, qui renouatus est in agnitionem Dei secundū imaginem eius qui creauit eum, ubi non est masculus*,

1 *Locuti*.

1 *Locutiq; sunt*. scilicet tribus Ephraim & dimidia tribus Manasse, p quas significatur stat⁹ religiosorū & maxime mēdicantium. Manasses enim interpretatᷣ obliuio. Religiosi vero mēdicantes inter alios magis obliuisci debent temporaliū. Ephraim autē fructifer vel fructificatio interpretatur, in regionibus autē mendicantium diebus istis plures inueniunᷣ apti ad faciēdum fructum animarū. Per filios igiᷣ Ephraim & Manasse petentes ampliationē possessionis suę, significantur religiosi mendicantes. petentes p se vel p alios expresse vel interpretatiuē ampliationē promotionis in officijs prędicandi, legendi, & huiusmodi, plus quā sunt apti propter qđ exemplo Iosue debent eis prelati dicere.

2 *Ascende*. idest, applica te ad studium sacræ scripturæ & bonę vitæ vt per hęc merearis in dictis officijs dilatari: nec propter difficultatem debent se excusare, quia secundum Poetam: Labor improbus omnia vincit.

A

CAP. XVIII.

Homil. 23. in Iosu.

Mittam vobis. Adaman. In cõsuetudine hoĩum est, cum aliquid sorte diuiditur, fortuito vt sors illa ad illum, vel alia ad aliũ cadere. In scriptura autẽ sancta nõ est ita: Si.n. de tanta re patres sortibus sumerẽt iudiciũ, vel emi sissent, ni hil mirũ esset si Gentiles hoc fa cerẽt. Sed videa mus si in scriptu ris aliqd sit ppo si tum, qd nobis qd virtutis sit in sor tibus manifestet. In Leuitico scri ptũ est: *Accipiant duas sortes, sors una in dño, & sors vna in capro emissario.* Item ibi, Moyses sorte diuisit terrã tribui Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui Manasse. Dedit etiã Iesus secundum prece ptum dñi Caleb sortem & tribui Ephrem, & dimi diæ tribui Manas se Et post hæc, inquit, congregauit ecclesiam de filijs Israel & dixit, *Mittam sortem & proferam in conspectu dñi sortem &c.* & post hęc sortibus missis sic hæreditas populo distribuitur, & agitatur sors ista non fortuito, sed secundum quod prædestinatum est a Deo. denique tribus Beniamin prima ibi accepit sorte, vbi erat Ierusalẽ, post hanc tribus Simeon: secũda post Issachar deinde, Zabulon, deinde Aser, post Nephthali, deinde Dan, in qbus nouissimè veniunt tres illę tribus q ex concubinis sunt. Inuenio in scripturis etiam Gentiles sorte misisse. cũ Ionas nauigaret, & tẽpestas vrgeret, quasi sors prodere deberet vel posset cuius causa piculũ immineret. & qũis Gentiles essent a cognitione Dei alieni, nõ hac opinione falluntur. sors.n. verum prodit. Salomon quoq; ait: *Contradictiones quoque cõhibet sors &c.* veluti cessare ostẽdens cõtradictiones, vbi sors mittit. In nouo quoq; testõ conueniẽtes apostoli multò sapientiores, quàm qui nunc epõs, vel presbyteros, vel diaconos ordinant, elegerunt duos, nec tñ de eis iudicauerunt, vt illũ facerent Apostolũ quẽ voluissent: sed orantes mise runt sorte, & cecidit sors super Matthiã, & annumerat⁹ est cũ xj apostolis, & fa ctus est duodena rius. pcedẽte.n. orone, non casu, sed diuina proui dentia sors diuinũ iudicium pferebat. Paul⁹ quoque de Christo dicit: *In qua sorte vocati sumus prædestinati secũdum propositum eius, qui omnia operat. &c.* Et ad Colossenses: *Gratias agens Deo patri qui idoneos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine.* Ex his omnibus hoc dixisse sufficiat, qd nobis ab apostolis sors ducta designat, qa vbi ex fide integra & oratione premissa sors ducit ea q Dei voluntas continet in occulto, sors hominibus declarat in manifesto. Secundum verò interiorem intellectum, sicut Paulus videt indicare dicens, *in partem sortis sanctorum, & in sorte vocati in Christo.* Videndum est, ne forte nõ solum in hominibus, sed in supernis virtutibus sors agatur, & præsideat aliqua virtus huic officio: quæ verbi causa Iesu filio Naue nunc forte hæreditatem distribuenti, non ad aliquam gratiam sed secundum hoc quod scit Deo placere, ductum præbeat sortis: & illi faciat euenire quæ prima sunt, quem scit apud Deum

Margin: † ecclesiæ cõgregationis. — Sors an probetur in scriptura. Leui. 16. b. — B — Num. 33. g. Iosue 14. c. — Ion. 1. b. — C — D — Prou. 18. c. — Act. 1. d. — † vacatis vel otiosi estis — † Tradite. — Ephe. 1. c. — E — Col 1. b. — Sortium vsus quo licitus. — Ibidem. — F

CAP. XVIII.

1 Congregati sunt oẽs filij Israel in Silo, ibiq; fixerunt tabernaculũ † testimonij, & fuit eis terra subiecta. 2 Remãserunt aũt filiorũ Israel septem tribus, quæ necdũ acceperãt possessiones suas. 3 4 Ad quos Iosue ait: Vsquequo † marcetis ignauia, & non intratis ad possidẽdã terram quam 5 Dñs Deus Patrũ vestrorum dedit vobis? † Eligite de singulis tribubus ternos viros, vt mittam eos, & pergant, atque circumeant terram, & describant eam 6 iuxta numerum vniuscuiusque multitudinis, referantq; ad me quod descripserunt. 7 Diuidite vobis terrã in septem partes, Iudas sit in terminis suis ab Australi plaga, & domus Ioseph ab Aquilone, mediam 8 inter hos terram in septem partes describite, & huc venietis ad me, a vt coram Domino Deo vestro mittam vobis hic sortem, quia non est inter vos pars Leuitarum, sed sacerdotum Domini est eorum hæreditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manasse

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVIII.

1 Congregatq; sunt. *Hic consequenter describitur assignatio sortiũ septem tribubus residuis. Circa qd primò describitur tabernaculi translatio, secundò sortium descriptio, ibi:* Remanserant: *tertiò ducis diuidentis possessio circa finem. 19. ca. ibi,* Cumq; complesset. *Circa primum dicitur:* Congregatiq; sunt. *vt ibi cum solennitate debita transferrent tabernaculum domini de Galgalis.*

Diuisio.

2 Ibiq; fixe. *Silo.n. erat in sorte Ephraim, de qua tribu erat Iosue q præ cæteris magis zelabat de cultu diuino, & ideo ibi fuit positũ tabernaculũ ad manendũ, & ibi mansit, quousq; destructa Silo translatum fuit in Nobe.* 3 Et fuit. *non q tunc esset adhuc acquisita tota, vt patet ex prædictis, sed quia aduersarii qui remãserant non audebãt contra eos mouere bellũ. Et quia aliqui eorum redacti erant sub tributo, vt patet ex prædictis.* 4 Reman. *Hic consequenter ponitur sortium descriptio, & secundò earũ assignatio, ibi:* Et ascendit sors prima. *Circa primum sciendum q ista descriptio facta est ad instinctum Iosue per viros ad hoc missos, & ideo primò isti viri eliguntur, & secundò legationem exequuntur, ibi:* Cumq; surrexissent viri. *Circa primum dicit:* Reman serant. *quia quinque aliæ iã acceperant Rubẽ, & Gad vltra Iordanem, Iudas & Ephraim citra. Manasse verò partim hinc partim inde, vt patet ex supradictis.* 5 Vsqueq uo. *quia non erãt bene diligentes ad hñdum portiones determinatas, & p cõsequẽs minus solliciti ad extirpãdũ Gẽtiles, q remãserant in terra: quia quilibet est magis sollicitus circa rem propriam quàm circa communem.* 6 Elig. de sing. tri. *vt nulla trib. posset cõqueri de illa descriptione.* 7 Diuidite. *scdm numerum tribuum, quæ non acceperant hæreditatem. Dicunt ẽt aliqui q illæ partes non fuerunt æquales, quia tribus non erant æquales in multitudine. Et hoc consonat ei quod immediatè præmittitur.* Describant aũt iuxta numerũ vniuscuiusq; multitudinis. *consonat ẽt ei quod scribitur Nu. 23. f.* Pluribus maiorẽ partem dabis. *Sed contra hoc videtur illud qd postea subditur hic,* Circuite terram & describite eam, ac reuertimini ad me, vt hic coram dño Deo vestro in Silo mittã vobis sortem, *s. ad hoc quòd sciatur quæ tribus quam partem habere debeat, si autẽ fuisset facta diuisio per partes maiores & minores secundum maiorẽ, vel minorem multitudinẽ cuiuslibet tribus, per hoc fuisset scitum quã partem quælibet tribus deberet habere, & missio sortium per Iosue esset inutilis: imò posset esse nociua, si sors tribus hñtis maiorem multitudinem caderet super minorem partem. Ideo secundum istam viam oportet dicere q sors ex diuina ordinatione semper cadebat super partem proportionatam illi tribui, & sic non poterat esse nociua. nec etiã erat inutilis, imò vtilis. s. ad reprimendum contentiones quæ possent oriri si illa diuisio esset facta simpliciter ex ordinatione humana. Alij verò dicunt, q partes prædictæ fuerunt æquales, & quælibet pars fuit distributa per familias vnius tribus. verumtamen vna familia accipiebat maiorem partem quàm alia secundum quod continebat plures domos, & vna domus maiorem partem quam alia, secundum quod cõtenebat plura capita, & quantum ad hoc intelligitur quod allegatum est de libro Numerorum:* Pluribus dabis maiorem, & paucioribus minorem. *non autem quantum ad inæqualitatem sortium seu partium quæ assignabantur singulis tribubus.* 8 Iudas. *Erat.n. in termino australi & trib. Ephraim in aquilonari, quia erant tribus bellicosiores ad sustinendum impetum inimicorum aduenientium cõtra filios Israel ab extra: quia non poterant sic ex aliis partibus intrare, eo q mare Mediterraneum claudit totum latus occidentale terræ promissionis, & Iordanis fluuius latus orientale.*

Diuisio. — Nu. 26. f.

1 Cumque

MOLALITER.

† Hic simul ponitur sensus mysticus duorum capitulorum propter connexionem eorum cum dicitur:

1 *Congre.* per Silo qui interpretat missus, significatur dñs nr Iesus Christus de quo dicitur Gal. 4. a. *At vbi venit ple. tẽp. misit Deus fil. su. fa. ex mu. fa. sub lege, vt eos qui &c.* per hoc ergo qd dicitur, *Cong.* significatur congregatio fidelium in Christo. Mat. 18. c. *Vbi sunt duo uel tres congre. in no. meo in me. eo. sum.* 2 *Ibiq; fixe.* per qd intelligitur eccl. Apoc. 20. a. *Ecce tabernaculum Dei cum homi.* Et hoc tabernaculum in Christo fixum est, Mat. 21. c. *Super hanc petrã ędi. eccl. mcã.* Ipse nãque Christus figit hoc tabernaculum in seipso. Per hoc autem quod dicit: *Quod.* intelliguntur apostoli qui post Christũ fuerunt fundatores ecclesiæ. Vnde Apoc. 21. d. dicitur, q nomina duodecim apostolorũ & agni scripta sunt in portis ciuitatis, p quã ecclesia designat. 4 *Reman.* per quas significat vniuersitas electorũ q nõdũ habẽt possessionẽ in terra viuentiũ. Et diuidunt in septẽ tribus. i. status, s. prælatorũ, curatorũ, clericorũ, principum, militum, vulgariũ: de quolibet enim statu sunt aliqui accepturi possessionem in terra viuentium.

1 Et ascen.

Deum primũ tenere locum, vt quod latet apud Deũ, sortis gubernatione et hoibus demonstratur: alium verò facere secundi loci, & alium tertij. Quod ita gestum nõ solum in terris arbitror, sed et in cælestibus, & huiusmodi sorte quæ apud Deum et meritorum cõtẽplatione distinguitur, et illo tpe habitã, cum diuideret excels⁹ gẽtes sm numerũ angelorũ Dei: & facta est portio domui Iacob, funicul⁹ hæreditatis eius Israel, hic.n. partẽ per sortẽ & funiculũ Israel Deũ dicit eẽ sortitũ. Nõ ergo fortuito putãdũ est p sortẽ euenisse illi angelo Aegyptiorũ gẽtẽ, alij Idumæorũ, alij Moabitarum & similia. Sed ibi et si sm numerum angelorũ Dei diuiduntur gẽtes sorte, sicut in hoibus diximus, qa Dei iudiciũ occultum sors pãdit in publicũ: talis sors fuisse credenda est, qua p merito suo quisq; illã vel illã gentẽ susceperit. Nec p singulos quidẽ, q sine sorte, q Dei iudicio dispendit, euenire: dicendũ est, vt alius talẽ vel talẽ vitam a natiuitate sortiatur: vel qd boni angeli adsint hoibus & contrarij, vt ille angel⁹ animæ Petri custodiam sortitus sit, alius Pauli, alı⁹ cuiuslibet infantis de ecclia. Nõ est enim dubitandum de Dei iudicio, qui vel illorum dignitatẽ vel animæ nostræ ad liquidum respicit qualitatẽ cuiq; nostrũ custodia dari quadã sorte mystica Chri dispensatione directa: Puto et de his virtutib. q mũdi ministeria susceperũt, q nõ fortuito illa virtus terræ vel arborũ germinationib. pfit, illa fontium tiũ uel fluminũ fluenta exhibeat, alia imbriũ, alia vẽtorum, alia marinis, alia terrenis animalibus uel singulis quibusq; e terra gignentib. præsit, & esse in singulis sacra ineffabilia diuinæ dispensationis, ut in ordine suo cuncta p vnamquãque virtutẽ dirimantur, & cõpetenti officio: vnde: *Nonne omnes sunt administratorij spũs, & in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* Ad horum imitationem dicũtur sortes ducis per Iesum, & hæreditas p tribus diuina dispẽsatiõe decerni, & per ineffabilem Dei prouidentiam ac præsciẽtiã in his sortibus adumbrari futuræ in cœlis hæreditatis exemplar, quia lex vmbrã dicitur futurorũ bonorum habere. Hinc Paul⁹ ait: *Accessistis ad Siõ montem, & ad ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem.* Est ergo ciuitas i cęlis quę dr Ierusalem & mons Sion. Nõ sine causa Beniamin accepit in sorte sua Ierusalem & montẽ Siõ, sed quia cœlestis Ierusalem ratio exigebat, vt nõ alij daret terrestris quę ẽ figura cœlestis. Adam. Bethlehẽ quoq; non sine certa rõne in sortem Iudæ decernit vł Hebron, vel singulæ ciuitates singulis tribubus conscribuntur. Sed cœlestia loca in quibus Ierusalem & Sion nominantur &c. quæ his vicina sunt, hoc in se rationis continebant in cœlis quòd forte gubernabatur in terris. Hinc ergo est, quod dispensauit diuina sapientia nomina quædam locorum scribi, quæ mysticã interpretationẽ cõtineant quib. indicatur, quia hæc certis ratio-

Heb. 1. d. — Deut. 32. a. — † Haraba. — † ab extremitate & in... Heb. 12. d. — Homil. 23. in Iof. — Nominibus mystica interpretatio inest.

iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad Orientalem plagam, quas dedit eis Moyses famulus dñi. 1 Cumque surrexissent viri, vt pergerent ad describendã terram, pcepit eis Iosue dicens: Circuite terrã & describite eã, ac reuertimini ad me, vt hic coram dño in Silo mittam vobis sortẽ. Itaq; perrexerunt & lustrantes eã in septẽ partes diuiserunt, scribentes in volumine, reuersique sunt ad Iosue in castra Silo. Qui misit sortes coram dño in Silo. Diuisitq; terram filijs Israel in septẽ partes. 2 Et ascendit sors prima filiorũ Beniamin p familias suas vt possiderent terrã inter filios Iuda & filios Ioseph, Fuitq; terminus eorũ cõtra Aquilonẽ a Iordane, pgens iuxta latus Iericho Septentrionalis plagę, & inde cõtra Occidentẽ ad mõtana cõscendens, & perueniens ad solitudinẽ Bethauẽ, atq, pertrãsiens 3 iuxta Luzã ad Meridiem (ipsa est Bethel) descenditq; in Ataroth Addar in montẽ qui est ad Meridiẽ Bethorõ inferioris, & inclinatur circũiens contra mare ad Meridiẽ montis, qui respicit Bethoron contra Aphricum. Suntque exitus eius in Cariathbaal, quæ vocatur & Cariathiarim vrbẽ filiorum Iuda. Hæc est plaga contra mare ad Occidentem. A Meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vsque ad fontem aquarũ Nephtoa. 4 Descenditq; in partem montis qui respicit vallem filiorum Ennon, & est contra Septentrionalem plagã in extrema parte Vallis Rapham. Descenditque in Geennon, id est Vallis Ennõ, 5 iuxta latus Iebusæi ad Austrum, & peruenit ad fontem Rogel, transiẽs ad Aquilonẽ, & egrediens 6 ad Ensemes, id est, fontem solis, & pertransit usque ad tumulos qui sunt ẽ regione ascẽsus Adomim, descenditq; ad Habenboen, id est, lapidem Boen 7 filij Ruben, & pertransit ex latere Aquilonis ad campestria, descẽditq; in † planiciẽ, & prætergreditur contra Aquilonẽ Bethhagla, suntq; exi tus eius contra linguã maris salsissimi ab Aquilone in fine Iordanis ad Australem plagã, qui est terminus illius ab Oriente. Hæc est possessio filiorũ Beniamin per terminos suos in circumitu & familias singulas. 8 Fuerũtque ciuitates eius Iericho & Bethhagla, & Vallis Casis, Betharaba & Samaraim & Bethel & Auim & Aphara & Ophera, Villa Hemona & Ophni & Gabee ciuitates duodecim & Villæ earũ. Gabaon & Rama & Beroth & Mesphe, Caphara Amosa & Recem Iarephel & Tharela & Sela Eleh & 9 Iebus quæ est Ierusalem: Gabaath & Cariath ciuitates quatuordecim & villæ earum. Hæc est possessio filiorũ Beniamin iuxta familias suas.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cumque*. Hic ponit̃ executio descriptionis, & patet lra ex prædictis, qualiter aũt illicitum sit vti sortibus dictũ fuit supra 7.c. & et Nu. 32. 2 *Et ascen.* Hic ponit̃ terræ de scriptæ assignatio: & primò tribui Beniamin. secundò alijs sex tribubus 19.c. Circa primũ primò tribui Beniamin termini assignant̃. secundò ciuitates noiantur, ibi. *Fueruntq;*. Circa primũ dr. *Et ascen.* Hoc dr quia Ierusalem pro parte cecidit in tribu Beniamin. vt dictum fuit suprà quæ est in altiori loco quàm loca circumadiacentia, sequitur: 3 *Atque*. Dñt aliqui quod ipsa est Ierusalem quæ vocata est Luza & Bethel, vt dictu m fuit Gene. 28. sed hoc non vr̃ verũ, quia infra eo. cap. vbi nominãtur ciuitates sortis Beniamin, Bethel, & Ierusalẽ distinctẽ noiantur in medio alijs interpositis. Item hic immediatẽ ante fit men tio de Bethauen, quæ est eadẽ cũ Bethel, vt dictum est supra 8. cap. Et ideo melius vr̃ quod ista Bethel Luza est alia a Ierusalem: nec est inconueniens qd plures ciuitates eisdem nominibus nominent̃. quia hoc frequenter reperit̃. Aduertendum tñ est, q ista Bethel non est de sorte Beniamin, iõ dr hic: *Pertransiens iuxta Luzam*. nõ includens ipsã: ideo Iudic. 1. de sorte Ioseph et dicitur. 4 *Contra*. Ventus est aquilonaris. & ponitur hic p parte orbis ex qua flat ille ventus. 5 *Iuxta*. habitatoris Ierusalem, cuius vna pars cecidit in sorte Beniamin. 6 *Et*. Hebræi dñt: Vsq; ad terminos ẽ regione ascẽsus Adomin, idest sanguinum. Dñt aliqui q erat ibi frequentia latronũ, qui exercebant homicidia. 7 *Filij*. Ruben nõ est hic nomẽ patriarchæ, quia filij eius acceperũt possessionẽ vltra Iordanẽ, vt patet ex supradictis, sed est nomẽ alterius hois eiusdẽ nois. 8 *Fue*. Hic cõsequenter ponuntur noia ciuitatũ tribus Beniamin, & legat̃ lra sicut iacet vsq; ibi. 9 *Et*. hæc.n. ciuitas multipliciter noiata fuit, vt dictũ fuit Gen. 28. & pro parte cecidit in tribu Beniamin.

MORALITER.

2 *Et ascen.* qui interpretat̃ filius dexteræ, & cõuenit statui prælatorum, qui debent esse in dextera Christi. Apoc. 1. d. *Et habebat in dextera sua septem stellas.* Et subditur ibidem. *Septẽ stellæ angeli sunt septem ecclesiarum, id est, episcopi earum.*

A rationibus non casu fieri dispensatur. Sicut enim non fortuito ille angelus Michael, alius Gabriel, alius uerò Raphael uocatur, & ille patriarcha Abraham, & ille Isaac, & alius Iacob, uel ille ex Abram Abrahā, ille Isaac, & alius Israel. Sed & certa ratione illa Sara ex Sarai, ille Israel ex Iacob, vel ille Abrahā ex Abram & quisq; angelorum vel hominum ex his quæ sibi iniunguntur officijs & actibus nomina sortiuntur. Ita consequens est loca quædam esse cælestia & ciuitates, sicut Ierusalem cælestis dicitur, & mons Sion, esse etiam alias quarum figuram istæ quæ in terris sunt, continent, quæ hic nobis per Iesum Naue mysticè designantur. De ciuitatibus dictum puto, *Aedificabuntur ciuitates Iuda: & habitabunt ibi.* Et, *in domo patris mei mansiones multæ sunt.* Et *esto potestatem habens super decem ciuitates.* Ne ergo cum fastidio hæc legatis, & putetis vilem scripturam ex multis nominibus contextam. Sed scitote in his mysteria cōtineri maiora quam pôt humanus sermo proferre uel auditus mortalis audire. Cognita sunt hæc illi integre qui raptus est usq; ad tertium cœlum. In cęlo enim vidit cęlestia, vidit Ierusalem cælestem veram ciuitatem Dei & Sion montem quocunque loci est. Vidit Bethlehem & Hebron & omnia quæ scribuntur hic sorte diuisa. Rationes quoque eorum in spiritu comprehendit: confitetur enim se audisse verba & rationes quæ non licet homini loqui, quales scilicet illi erant quibus dicebat, *Nonne homines estis & secundum hominem ambulatis?* Dicebat ea forsitan illis, qui non secundum carnem ambulabant, Timotheo & Lucæ & cæteris discipulis, quos sciebat capaces esse ineffabilium sacramentorum vñ Timotheo ait: *Memor esto verborum quæ à me audisti, quæ commendo fidelibus hominibus, & his qui idonei sunt alios docere,*

[margin: tribus. B; Psal. 68. g.; †terminus eorum.; Ioan. 14. a.; Luc. 19. c.; C; D; 1. Cor. 12. a.; * fuit hæreditas filiorum Simeon.; E; 1. Cor. 3. a.; †contra terminum.; 1. Tim. 1. a.; F]

CAP. XIX.

Et egressa est sors secunda filiorum Simeō per cognationes suas, fuitq; hęreditas eorū i me-¹ ²dio possessionis filiorū Iuda, Bersabee & Sabee & Molada, & Asersual, Bala & Asē & Ethaol, Bethul, Harma & Siceleg & Bethmarchaboth, & Hasersula, & Bethlebaoth & Sarohē, ciuitates tredecim & villę earū. Ain & Rēmō & Athar, & Asan, ciuitates quatuor & villæ earum. Oēs viculi per circuitū vrbiū istarum vsq; ad Baalaath, Beerramath cōtra australem plagam. Hæc est hæreditas filiorum * Simeō iuxta cognatio-³nes suas in possessione & funiculo filiorū Iuda: qa maior erat, & idcirco filij Simeon possederūt in medio hęreditatis eorum. Ceci-⁴dit quoque sors tertia filiorū Zabulon p cognationes suas, & factus est terminus possessionis eorum vsque Sarid. Ascenditq; de mari, & Merala, ac peruenit in Debbaseth vsque ad torrentem qui est cōtra Ieconiam, & reuertitur ad Sarid cōtra Orientem † in finē Beseleth ⁵Thabor, & egreditur ad Dabereth, ascenditque cōtra Iaphie, & inde pertransit vsque ad Orientalem plagam Geth Hepher & Tacasin: & egreditur in Remmō Amthar & Noa, & circuit ab Aquilone Hanaton. Sūtque egressus eius vallis Ieptahel & Catheth & Naalol & Semeron & Iedala & Bethlehem: ciuitates duodecim & uillę ⁶earū. Hęc est hæreditas trib. filiorum Zabulō per cognationes suas, vrbes & uiculi earum. Issachar egressa est sors quarta per cognatio-⁷nes suas, fuitque eius hæreditas Iezrael & Casaloth & Sunen & Hapharim & Sehon & Anaharath & Sabboth & Cesion, Abes, & Rameth & Engannim & Enhadda & Bethpheses, & puenit terminus eius usque Thabor & Sehesima & Bethsemes, erantque exitus eius ⁸Iordanis ciuitates sedecim & uillæ earum. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas: urbes & uiculi earum. Ceci-⁹

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIX.

Et *egressa est sors &c.* Hic consequenter scribuntur sortes sex tribuum, & secundum hoc posset diuidi in sex partes. Secunda ibi. *Cecedit sors ter. &c.* tertia ibi. *Issachar egres. &c.* quarta ibi *Ceciditque sors quinta tribui filiorum Aser.* quinta ibi. *Filiorum Nepthali.* sexta ibi. *Tribui filiorum Dā.* Circa primum dicitur.

1 *Et.* scilicet a sorte Beniamin, quæ fuit prima de septem vltimis, de quibus loquitur hic scriptura.

2 *Fuitq;* quia sicut dictum fuit supra 15. c. ista ciuitas & plures alię fuerunt assignatę tribui Simeon, cuius ratio postea cum dicitur.

3 *Hæc.* quia maior erat quam possessio aliarum tribuum. Dicunt communiter expositores, quod habuerit terram dupliciter scilicet, per sortem & per concessionem si posset acquirere iuxta se, & quia erat tribus bellicosa dilatauit terminos suos, & ideo quando postea debuit assignari terra septem tribubus quæ nondum possessionem acceperant, repertum fuit quod terra residua non sufficiebat eis, & ideo aliqua loca de sorte Iuda fuerunt adiuncta sorti tribus Simeon, vt dicitur hic. Et aliqua sorti tribus Dan, vt dicetur infra.

4 *Ceciditq;* Hæc est pars secunda: & legatur litera sicut iacet usque ibi.

5 *In fi.* Heb. dicunt gebul Chislohi tabor. idest, in terminū, Cisloth nomen commune, & significat pendulum montis qui est locus intermedius summitatis, & vallis.

6 *Bethleem.* ista nō est illa Bethleem in qua natus fuit Christus, quia illa est de sorte Iude. ista autem est de sorte Zabulon, sicut enim frequenter dictū est, plures ciuitates uel uillę similiter nominantur.

7. *Issachar egressa.* Hæc est tertia pars, & legatur litera, sicut iacet vsque ibi.

8 *Bethsemes.* i. ciuitas solis, & sic nominabatur; quia forsitā Gentiles ibi colebant solem.

9 *Ceciditque sors quinta.* Hæc est pars quarta, & legatur litera vt iacet.

1 Filiorum.

MORALITER.

1 *Et egres.* qui interpretatur audiens, & conuenit statui curatorum qui audiunt synodalia statuta ab episcopis, & denūtiant suis parochiis.

4 *Ceciditq;* qui interpretatur habitaculum pulchritudinis, & conuenit statui clericorum, in quibus refulgere debet decor honestatis.

3 Issa-

7 *Issachar.* Per Issachar, qui merces interpretatur, signatur status religiosorum qui bona naturę & fortunæ exponunt pro mercede regni cælorum.

9 *Ceciditque* qui interpretatur carcer, & conuenit statui principum, ad quorum spectat officium illos, quos paterna castigatio corrigere non potuit, vinculis & carceribus mancipare.

Filiorum.

CAP. XIX.

a Filiorum. August. & Amorrhæus pmãsit vt habitaret in Elon & in † Sãnanim, & ingrauatus est manus Ephrẽ super eos, & facti sunt tributarij illi. Hoc iam ꝯ præceptum Domini fiebat, & adhuc viuebat Iesus, sed dux in illis plijs præ senectute nõ erat. Ideo dictum est à Domino. Factũ est vt cõfortaretur cor illorum, qui simul conspirauerunt inire bellum contra Iesum, ne ista illis misericordia pberetur etiã contra præceptum Dei, si remãsissent non expugnati, & senescẽte Iesu, vel defuncto relinquerentur expugnãdi filijs Israel qui eis ꝯ præceptum Dñi posset parcere, quod ille non faceret. Adam. Iuxta, lxx. mãsit Amorrheus habitare in Elõ & i Sãnanim, Amorrhę⁹ interptat̃ amar⁹ vel amaritudo, habitãtes ergo i † Elon, ꝙ interpretat̃ † arietes veli Sãnanim, ꝙ interpretat̃ pacifici. Amari & arietes sunt q̃ in agone positi Zabolicas structuras expugnare conãtur; pacifici verò, qui carnalibus desiderijs & concupiscentiis superatis pacem animæ gerunt. In vtrisq; tamẽ cõtendit diabolus, id est, amaritudo persistere. Si ergò inimica virt⁹. i. dęmonis ex amaritudinis turba veniẽs obsideat alicuius corpus, pturbet & sopiat mẽtẽ, abhibeantur aũt multæ orõnes, multa ieiunia, multę exorcistarũ inuocatiões, & ad hęc oĩa surdus dęmõ i obsesso corpore psistat, tolerabilius exorcistarum pęnas ferẽs ex Dei nominis inuocatione tormẽta q̃ discedere. Ita intelligendum est, quia Amorrhęi psistunt habitare in Elon, & in Sannanin. Et vt ostenderet scriptura quia perferentes pęnas & flagella persistunt, di. quia grauis effecta est super eos, man⁹ Ephrem, quod fit per exorcistarum manus impositionẽ vehementius impositam, vel per bonos actus & opera bona. Quãto, enim meliora gerim⁹ vel agimus & in optimis conuersamur, tantò illis hæc grauiora efficiũtur. Gratus est illis & acceptus, q̃ in turpitudine & flagitiis viuit. Qui verò in bonis actibus manum super eos grauauerit, etiam si penitus expellere nõ potuerit, tributarios eos faciet, & subiectos. Et abierunt filij Ephrẽ peragere terram secundum fines suos.

b *Cumque.* Adaman. Vide mansuetudinem, & humilitatem Iesu, q̃ digne ferebat nomen veri saluatoris Iesu. *Dederũt inqt filij Israel fortem Iesu filio Naue in femet ipsis per præceptum Domini &c.* Ipse dedit hǽditatẽ omnibus

Quæst. 20. in Iosue. — † Salamon — Origen. ho. 24. in Iosue. — † Elim — † atiqtantes — Homil. 24.

ditque sors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas, fuitque terminus eorum Halchath, & Chali, & Betẽ, & Axaph, & Elmelech, & Amaad, & Mexal, & peruenit usque ad Carmelum maris, & Sihor & Labanath: ac reuertitur cõtra Orientem Bethdagon, & pertrãsit usque Zabulon, & uallem Iephthael contra Aquilonem in Bethemec & Nehel, egrediturq; ad lęuam Cabul & Abran & Rohob & Amon & Cana vsque ad Sidonem magnam, reuertiturque in Hormã usque ad ciuitatem munitissimam Tyrum, & usque Hosa: eruntque exitus eius in mare de funiculo Achziba, & Amma, & Apec, & Rohob, ciuitates uigintiduæ & uillę earum. Hæc est possessio filiorum Aser per cognationes suas: urbesq; & uiculi earum. a Filiorum Nephthali sexta 1 pars cecidit per familias suas, & cœpit terminos de Heleph, & Elon Saananim, & Adami, quæ est Neceb & Iebnael usque Lecũ, & egressus eorum usque ad Iordanẽ, reuertiturq; terminus contra Occidentem i Azanoth Thabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertransit in Zabulon contra Meridiem, & in Aser contra Occidentem: & in Iuda ad Iordanem contra ortum solis ciuitates munitissimæ: Assedim, Ser, & Ammath, & Recchath, & Cenereth, & Edema, & Arama, Asor, & Cedes, & Edrai, & Enhasor, & Icron, & Magdalel, Horem, & Bethanath, & Bethsames, ciuitates decem & nouẽ, & uillæ 2 earum. Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali per cognationes suas: urbes, & vicu li earum. Tribui filiorũ Dan p familias suas egres- 3 sa est sors septima: & fuit terminus possessionis eius Saraa & Estaol 4 & Hirsemes, id est, ciuitas solis: Selebin, & Aialõ, & Iethela, Elon, & Themna, & Acron, Eltece, Iebbethon, & Baalath, et Iud, et Bane, et 5 Barac, et Gethrẽmon, et aquæ Iercon, et Arecon, cũ termino qui respicit Ioppen, et in ipso fine concluditur. Ascenderuntq; filij Dan, et pugnauerunt contra Lesem, ceperuntq; eã, et percusserunt eã in ore 6 gladij, et posséderunt, et habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Le- 7 semdan: ex nomine Dan patris sui. Hæc est possessio tribus filiorum Dan per cognationes suas, vrbes, et viculi earum. b Cumq; complesset 8

a ¶ Non ipse præsumpsit factus omnium nouissimus, vt esset omnium primus. b Sancti.

sorte diuidere terrã singulis per tribus suas, dederunt filij Israel pos- 9

a ¶ Mundi cordis habitationem. b ¶ Iesu Christo. c ¶ In corde cuiusque.

sessionem Iosue filio Nun in medio sui iuxta præceptum Domini, vr- 10 bem quam postulauit Dannathsaraa in monte Ephraim. Et ædifi-

a ¶ Virtutibus. b ¶ Animam cuiusque.

cauit ciuitatem, habitauitq; in ea. Hæ sunt possessiones quas sorte di- 11 uiserunt Eleazar sacerdos, et Iosue filius Nun, et principes familiarũ ac tribuum filiorum Israel in Silo coram Domino ad ostium taber- 12 naculi testimonii, partitique sunt terram.

NICOLAVS DE LYRA.

Filiorum Nepth. Hæc est pars quinta, & legatur litera vt iacet usque ibi. 2 *Asor.* prope locum illum fuit natus Thobias, ut habetur in principio libri sui.

3 *Tribui.* Hæc est pars sexta in qua describitur sors filiorũ Dan, cum dicitur.

4 *Et fuit.* dicunt aliqui quod istæ duæ ciuitates non fuerũt de sorte Dan, sed fuerunt iuxta sortem ipsius Dan, ita q̃ ibi terminabatur sors eius, erant tamen de sorte Iudæ. Alii aũt dicunt quod licet fuerint de sorte Iudę, fuerunt tñ adiũctę sorti ipsius Dan, eadẽ ratione qua aliquæ ciuitates de sorte Iudæ fuerũt adiunctę sorti filiorũ Simeõ, vt sup. dictum est.

5 *Et Hirse.* Ista ciuitas fuit de sorte Dan, tamen erat iuxta sortem Issachar, ita quod Issachar ibi terminabatur secundum vnam sui partem vt patet ex præmissis.

6 *Pugnauerunt.* Dicunt Hebręi, q̃d hęc est ciuitas q̃ vocatur Lais. Iud. 18. vbi agitur de expugnatione dictæ ciuitatis.

7 *Vocantes.* idest, nomine composito ex antiquo, & nouo, & secundum istam trãslationẽ in Hebræo habetur, *Et vocauerunt nomen Lesem Dan.* i. ciuitatem quæ prius Lesem vocabatur, nominauerunt Dan nomine simplici, & hoc cõsonat ei quod dicitur Iud. 18. *vocato nomine ciuitatis Dan,* quæ prius Lais dicebatur.

8 *Cumque.* Hic vltimo describitur ducis diuidẽtis possessio. s. Iosue, q̃ sicut fidelis dispẽsator alijs terrã distribuit, nihil accipiẽs sibi ꝓpria authoritate, sed ppli cõcessione, iõ subdit.

9 *Dede.* iux ta tñ suũ bñplacitũ, sicut erat iustum, iõ subdit.

10 *Vrbem.* Erat enim de illa tribu, vt habetur Nu. 13.

11 *Hæ sunt.* quę supra dictę sunt.

12 *Coram.* idest, in atrio ante ostium tabernaculi, & dicitur tabernaculũ testimonij quia in illo erat arca in qua erat lex, quæ testimonium in pluribus locis, vete. vocatur.

MORALITER.

1 *Filiorum.* Nephthali interpretatur dilatatio, & cõuenit statui militũ, quorũ labore res publica conseruat̃ ac ẽt dilatat̃.

3 *Tribui.* Dan interpretatur iudiciũ, & cõuenit statui vulgarium, qui iudicantur in foro secreto, & publico, & hoc dupli ci, scilicet ecclesiastico & seculari.

A bus filijs Iuda & Ephraim,& dimidiæ tribui Manasse, & Caleb filio Iephone,ipse misit ternos viros p singulas tribus, q totã terrã peragrarent & describerent in libro, & redeuntes ostenderent sibi,& se in nouissimis reseruauit, & voluit esse oium nouissimus,vt esset oium primus, nec sibi hrditatem psumit, sed a populo accipit cui dedit. Sed hæc figuraliter cõtingebãt illis,nobis a pposita, vt illud pceptum seruemus, qd iste opere compleuit. *Quanto magnus es tanto magis humilia te, & ante dominũ inuenies gratiam.*& alibi.*Si te ducẽ ordinauerint, ne extollaris,sed esto inter eos quasi vnus ex ipsis*. Vide ergo qũo erat dux populi, qui eos introduxit in terrã sanctam, in terram pmissionis. Ipse erat successor Mosi, nec sibi pmittit sumere sorte terræ, sed dux populi expectat vt a populo portiunculã accipiat, & ædificat locũ quẽ accipit & extruit, ut uere faciat dignum munere Dei & hæreditate diuina. Forsitan & populus dat aliquam partem dño nostro Iesu, & velut habitationi eius locum distribuit.Qui enim bonus est dat locum filio Dei in se,quem locum acceptum in aia Iesus ædificat & ornat,& facit in eo muros inexpugnabiles. & turres excelsas, vt ædificet mansionem dignam sibi, adornat quoq; animã & capacem sapientiæ ac scientię suæ & rõnis & totius sanctitatis facit.vt faciat patrem secum intrare, & mansionẽ facere,& cibos cœnare quos ipse donauerit. Quod vt cõsequi mereamur,præparemus cor nostrum mundum,vt libenter dominus Iesus introeat cordis nostri hospitium.

✠ Theodoretus. Quare Iosue,cum alijs terram dispertit, sibi non distribuit aliquã portionem? Imitatus est in eo modestiam Dñi.*Discite*,ait,*a me,quia mitis sum & humilis corde*.Extremam itaq; expertus est inopiam, ita ut ne domũ quidem haberet,ubi reclinaret caput suum. Docuit item eos,qui in aliquo magistratu sunt constituti non suis cõmodis, sed vtilitati subditorũ inseruire debere.

Margin: † refugij. — Ecclef.3.c. — idem.32.a. — B — C — Ioan.14.c. — Quæst. 17. in lib. Iof. — D — Matth. 11.

CAP. XX.

Et locutus est dñs ad Iosue,dicens,Loquere filijs [1] Israel,& dic eis: Separate vrbes † fugitiuorũ,de [2] quibus locutus sum ad vos per manũ Moysi, vt confugiat ad eas quicũque animam percusserit [3] nescius, & possit euadere iram proximi qui vltor est sanguinis,cum ad vnam harum confugerit ciuitatum:stabitq; ante portã ciuitatis, & [4] loquetur senioribus vrbis illius, ea quæ se comprobent innocentem, [5] sicque suscipient eum,& dabunt ei locum ad habitandum. Cumque vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius, [6] quia ignorãs percussit proximum eius, nec ante biduum triduumve [7] eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante [8] iudicium, causam reddens facti sui,& moriatur sacerdos magnus qui [9] fuerit in illo tempore.Tunc reuertetur homicida,& ingredietur ciuitatem,& domum suam,de qua fugerat.Decreueruntq; Cedes in Ga- [10] lilæa montis Nephthali,& Sichem in monte Ephraim , & Cariatharbe,ipsa est Hebron in monte Iuda: & trans Iordanẽ cõtra Orientalẽ plagã Iericho,statuerunt Bosor, quæ sita est in cãpestri solitudine de tribu Rubẽ,& Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse.Hæ ciuitates cõstitutæ sunt cũctis filijs Israel, & aduenis qui habitãt inter eos,vt fugeret ad eas, qui animã nescius percussisset, & nõ moreretur in manu proximi effusum sanguinẽ vindicare cupientis,donec staret ante populũ expositurus causam suam.

CAP. XX.

a *Separate vrbes fugitiuorum &c.* Origenes. Ad ciuitates refugij cõfugiunt non oẽs homicidæ,sed q ignorãter homicidium cõmiserunt. Sunt enim aliqua peccata, quę si proposito ac uoluntate cõmittimus, homicidas nos faciũt, & sunt alia quæ nos si ignorãter admittimus,decernit̃ nobis credo, & præparat̃ ex pcepto Dei aliqs locus, ubi ad certũ temp⁹ habitare debeamus si qui non uolũtaria peccata cõmisimus: si tñ mundi inueniamur ab his peccatis, quę uoluntate cõmissa sunt. Et ob hoc secernuntur quædam ciuitates refugij.

Margin: Homil. 34. in Numeros. — E — Purgatorius locus. — I. More haneu. — F

✠ R. Mose Maimonius. Quod is qui imprudens fecit homicidiũ exulat, iõ fit vt tranquilletur interea aius vindicis sanguinis,dũ non videt eũ,qui facinus fecit. pendet verò ipsius in patriã reditus ex morte eius viri qui cũ cæteros mortales oẽs dignitate præcellat,atq; ab oĩbus Israelitis summè amet̃, consentaneũ est,eius acerbo casu sedari dolorẽ, quẽ sanguinis vindex ex cognati sui cęde conceperat Quippe sic cõparatum est hominum ingenium , vt quisq; habet infortuniũ, si par,aut maius alteri accidisse viderit,minus doleat de suo. Nullius autem hominum grauior calamitas apud nos certè existimatur,quàm Pontificis maximi mors.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XX.

1 *Et locu.* Postquam actũ est de terræ diuisione, hic consequenter agitur de ciuitatum refugij separatione.& primo circa hoc præceptum dñi renouatur. secundo executioni datur,ibi:*Decreueruntque.* Circa primum dr̃. 2 *Separate*.Nu.35.& Deut 19.vbi ista materia plenius est tractata: & ideo breuius est hic pertranseundum. 3 *Quicunque.* i.casualiter oĩno. 4 *Stabitq; an.por.*i.ante iudices qui antiquitus sedebant in foribus ciuitatum vt quilibet posset ad eos accedere.ideo subditur. 5 *Et lo.*Sentẽtia tñ finalis de sua innocentia vel de contraria nõ dabatur p iudices ciuitatum refugij, sed per iudices illius ciuitatis in cuius terminis homicidium fuerat perpetratum,prout declaratum fuit Num.35. 6 *Cumque vlt.*i.proximus occisi ad quẽ spectat causam defuncti prosequi. 7 *Non tra.*& est sententia suspensiua vsq; ibi. 8 *Donec.*in ciuitate in cuius terminis fuerat homicidiũ pperatũ. vbi ducebatur de ciuitate refugij cũ securitate, & snia data de eius innocentia reducebat̃ ad ciuitatẽ refugij ibidẽ saluandus.Si aũt daretur snia contra eũ,tradebat̃ amicis interfecti occidendus. *Et non mor.qui interf.*a casu.*Donec mo.* hoc refertur ad illud pdictum. 9 *Et ha.* quia de ciuitate refugij nõ poterat ad propriũ locum redire , donec moreret̃ sũmus sacerdos.cuius causæ assignatę fuerunt.Nu.35. 10 *Decreueruntque.*Hic ponit̃ executio prędicti mandati,q̃a separauerũt sex ciuitates fugitiuorũ, tres circa Iordanẽ, & tres vltra sm quod fuerat præceptũ a dño,Nu.35.& patet litera. Notandũ tñ, quod oẽs ciuitates refugij fuerunt assignatæ Leuitis, put hr̃ in cap.seq.ad designandũ,quod in clericis debet esse refugium totius populi. Moral. exponendo,ciuitates fugitiuorum designant remedia pc̃õrũ, fuerunt aũt tres vltra Iordanẽ & tres citrã, ad denotandũ q̃ añ baptismum & post fuerunt remedia cõtra peccata. Per fluuiũ.n.Iordanis intelligit̃ baptismus,q̃a in eo Christus fuit baptizatus,conferens aquis virtutem mundandi tactu suæ sacratissimæ carnis. Ante baptismum verò fuerunt tria remedia ꝯ pc̃m fides parentalis, oblatio legalis,& circuncisio legalis.Post baptismũ verò fuerunt tria remedia,ieiunium contra vitia carnalia,orõ ꝯ spiritualia eleemosyna quæ est opus pietatis valentis ad omnia.

MOLALITER.

1 *Et locutus est.* sequitur.
2 *Separate.* Fuerunt aũt sex ciuitates ad hoc assignatæ.s.tres vltra Iordanẽ,& tres citra. p Iordanẽ verò significat̃ baptismus,eo qd Chr̃s ibi fuit baptizatus,& tunc tactu sanctissimę suæ carnis dedit vim regeneratiuã aquis. Per ciuitates aũt refugij significantur remedia ꝯ peccata, ad quæ debent peccatores refugere pro salute. Ante verò baptismũ per Iordanem significatũ,fuerunt tria remedia ꝯ peccata.s.fides parẽtalis:postea circuncisio carnalis a tpe Abrahæ, & oblatio legalis a tpe legis datæ, vt patet in Leuit. vbi pro varijs peccatis determinant̃ oblationes diuersę. Post baptismũ verò inter alia remedia assignantur tria.s.vera cõtritio,integra confessio,& debita satisfactio. Vel aliter.s.ieiunium contra vitia carnalia,oratio cõtra peccata spiritualia, & eleemosyna quæ est opus pietatis valentis ad omnia.1.Tit.4.

CAP. XXI.

A a Homi. 25. in Iosu. Ccesserunt, Adaman. Oēs filij Israel acceperūt sortes suas in terra. Leuitis aūt in hæreditate solus sufficit Deus. Sed quia accipiunt decimas & primitias secundum præceptum dñi, oportet eos etiā de terra & de habitaculis decimas accipere: hoc est.n. de oīb⁹ decimas accepisse. Iō accedentes principes Leuitarū ad Eleazarū sacerdotē & ad Iesum filiū Naue & ad principes tribuū dixerunt: *Dñs præcepit ciuitates dari nobis ad habitandum, & suburbana earum aīalibus nostris*. Oportet ergo de ciuitatib. & de suburbanis sorte fieri, ne indiscretè & fortuitò videatur facta diuisio Leuitis. Sicut ergo distributio in filijs Israel habuit rōnem, qua q̃s prima sorte dignus haberet, & alius secunda, in quibus fuit vltimus B Dan: Ita necesse est hic esse aliquam rōnem, vt alij prima, alij secūda, alij verò tertia sors ducat. Dñi aūt esse filij Leui Gersō & Caath & Merari, & ostendit prim⁹ tenuisse honorē Caath, cuius filij fuerunt Moses Aaron & Maria. Igitur de Caath pars quidē plebis facta est sacerdotalis, quæ est Aaron & filij eius. Moses autē in sacerdotali ordine, aut si quid plus esse pōt hādus est. Alia verò ratio est de filijs Israel. Cæteri aūt ex filiis Caath s̄m ordinē tenuerunt in tribu Leui, q̃ sunt Issachar & Hebrō & Oziel: deinde accipiunt post hos partē. post Caath ex filijs Leui Gerson. tertio loco nouissimus omnium Merari. Hæc est autem differentia primi ordinis secundi, tertij, vel quarti, quam primò omniū obseruauimus in Numeris. Postquam enim ordinatæ sunt xij. tribus per quatuor orbis partes circa arcam testamenti domini excubias agere, statutæ sunt tres quidem ab Oriente, tres ab Aphrico, idest, meridie, tres ad mare, idest, ad Occidentem, tres verò ab Aquilone. Ibi etiam isti per quatuor orbis partes eodem ordine deputātur. Et ab Oriente quidem vbi erat tribus Iuda, quæ est inter cæteras prima, Aaron & filij eius locantur. Caath verò filij qui erant reliqui, arcam domini portare, & tubis canere statuuntur, ita vt cum prima tuba cecinisset, mouerent castra qui erant ab Oriente, cū verò secunda qui erant a Meridie. tertia ab Occidente. Quarta ab Aquilone. Vides quātus ordo, quāta in scripturis sanctis rerū cōsequentia custodit, nihil sine rōne geritur & ordine. Diligentius verò quæ hic referuntur aduerte. Prima, inquit, exit sors Caath, & facta est filijs Aaron sacerdotib. qui erāt in Leuitis. Cui oportebat primatū dari, nisi Aaron primo vel summo Pōtifici? Primò in vitæ meritis, in honoribus, in virtute. Nō est ergo ista sors fortuita, sed adest virtus superna gubernans eā secundum diuinæ prudentiæ iudicium. & decernit hæc sors filijs Aarō prima habitacula. Filijs Aaron in tribu Iuda & in tribu Simeon & in tribu Beniamin per sortē ciuitates xiij. Vides qūo electis viris in electis tribubus habitacula dispensantur. Quos autem oportuit secundam sortem suscipere? Filios, inquit, Caath, qui reliqui erant post filios Aarō. Et quas tribus isti accipiunt? In tribu inquit Ephrē, in tribu Dan & in dimidia tribu Manasse ciuitates. x. per sortem. Qui sunt autē tertij? filij Gerson, & in quib. tribubus sortiuntur? In Issachar, inqt, & ī Azer, in Nephthali & in dimidia tribu Manasse, quæ est Basanitidi, ciuitates xiij. Qui sunt aūt vltimi ī Leuitis? Filij, inquit, Merari. In quib. accipiūtur tribubus? Ex tribu, inquit, Ruben trans Iordanē, & Gad, de tribu Zabulon q̃ vltimus est inter filios Liæ accipiunt in sorte ciuitates xij. Cum quatuor partes sint orbis terræ, Caath accipit sortem primus inter filios Leui a parte Orientis cū illis tribubus primatū omniū tenent. Vide qūo oīa conueniunt in quatuor partibus. Orbis orientalis nobilior est in quo nobilior oīum Iudæ tribus habebatur. Et filij Caath sacerdotes primam ducūt in primis tribubus, & orbis partibus sortem. Gerson & Merari, qui erant primi inter filios Leui. Sic ergo tres primi Leui accipiunt Orientem, Occidentē verò vbi erat Ruben & Simeon & Gad sortitur secunda sorte Caath, & tribū Simeonis. Merari verò primū sortit Ruben & Gad, & iterū Merari. tertiū in numeris ab Oriente accepit Zabulon, vt iustitia seruet in sorte quæ s̄m Deum ducitur, & credentium mentes ad mysteria futuri seculi dirigat contuenda. Post hæc eorum qui ad mare erant, idest, Ephrē & Beniamin & Manasses. Caath cum suscepisset secunda sorte tribū Beniamin, cęteri ex familia eius sortiti sunt Ephrē. Post hæc eos q̃ erāt ex dimidia tribu Manasse, quæ fuit in terra sancta, sortitur Gerson, & aliā dimidiam tribum Manasse. Sed q̃a oportebat ēt eos qui erant in Aquilone aliquid sacerdotalis grāæ conseq, ne penitus nudati cœlestibus donis viderentur. In his ergo quorū nouissim⁹ ordo erat in Aqlone, idest, Dā & Nephtali &

CAP. XXI.

a Nume. 35. a. Ccesseruntque principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorū Israel locutique sūt ad eos in Silo terræ Chanaan, atque dixerunt: † Dominus † Nu. 35. a. præcepit per manum Moysi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntq; filij Israel de possessionibus suis iuxta imperium Domini ciuitates & suburbana earum. Egressaque est sors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Iuda, & Simeō & Beniamin ciuitates tredecim, & reliquis filiorum Caath, id est, Leuitis, qui superfuerant de tribubus Ephraim & Dan, & dimidiæ tribus Manasse ciuitates decem. † Porrò filijs Gerson egressa est sors, vt acciperent de tribubus Issachar, & Aser, & Nephtali, dimidiaq; tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim. Et filijs Merari per cognationes suas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim. Dederuntq; filii Israel Leuitis ciuitates * & suburbana earū, sicut

Marginalia: Tribuum ordinis differētia. — † 1. Paral. 6. — * Has. — C — D — E — F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXI.

Acceſſeruntque. Postquā actum est de ciuitatib. fugitiuorum, hic consequenter agitur de ciuitatibus Leuitarū vbi primo ponitur eorum petitio. secundò petitionis cōcessio, ibi; *Dederuntque filij Israel*. tertiò ciuitatum eis concessarū nominatio ibi: *De tribubus filiorum Aida*. quartò prædictorum epilogatio, ibi. *Dedit q; Dominus*. Circa primum Leuitæ in sua petitione allegant præceptum Domini dicentes: (Diuisio.)

1 *Dominus præcepit*. istud præceptum habet Numeri 35. vbi conditio ciuitatum & suburbanorum, & spatium ipsorum plenius pertractata sunt.

2 *Dederuntque filii Is.* Hic consequenter describitur prædictæ petitionis concessio, & primò in generali, cum dicitur: *Dederuntque filij Israel*, secundò magis in speciali, cum subditur:

3 *Egressaque est*. Ad cuius intellectum sciendum, q̃ Leuitæ primò fuerunt distincti in tres partes. quia aliqui dicebantur Caathitæ, alij Gersonitæ, alij Meraritæ. Item Caathitæ fuerunt distincti in duas partes, quia aliqui descenderunt per Aaron, & vocati sunt Aaronitæ speciali nomine, licet cū hoc dicerentur Caathitæ. Alij verò qui descenderunt de Caath, habuerunt tm̄ nomen commune, & vocati sunt Caathitæ, & fuerunt de numero Leuitarum. Aaronitæ verò de numero sacerdotum. & sic Leuitæ diuisi sunt in quatuor partes. s. Aaronitarum, Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarum, vt plenius habetur Num 3. ca. & 4. Primò ergo agitur de sorte Aaronitarum, cum dicitur. *Egressaq; est sors*. idest, illorum Caathitarum qui speciali nomine dicti sunt Aaronitæ. (Leuitarum partes quatuor.)

4 *De tribu Iuda*. Istæ tres tribus assignauerunt eis ciuitates & suburbana, & similiter aliæ tribus assignauerunt de possessionibus suis alijs tribus partibus Leuitarum prout exprimitur in litera, & patet:

1 De tri-

MORALITER.

1 *Accesse*. Hic agitur de ciuitatibus sacerdotū & Leuitarum quæ fuerunt eis assignatæ a tribubus alijs de possessionibus suis, p̃ quod significatur, quod prælatis & curatis & alijs deputatis ad diuinum cultum in noua lege de habitaculis conuenientibus prouideri debet per singulas diœceses de bonis laicorum. Non occurrit autem hic alia mysticatio notabilis propter quod transeo.

li & Aser, rursus Caath nō inter sacerdotes, sed īter cęteros, primam tamē accepit sortem in Dan, secundā verò Gerson in Aser, & tertiam idem Gerson in Nephthali. Quis pōt hęc oīa comprehendere? Quis meminisse saltem ordinē ipsum mysteriorū? Quod si etiam ad literam explicare difficile est p mistiones locorū vel personarum quæ in historia continētur, quid dicimus de sacramentis quę per hęc describuntur & in quibus distributiones futuræ hæreditatis adumbrātur? Quis castrorū sedes diuersas explicet? quomodo hæc (in resurrectione per singulos quosque sanctorum sacerdotali vel Leuitico ordine) habenda sit distributio vt in resurrectione non confusè agantur omnia, sed veniat vnusquisque suo ordine. Initium Christus, deinde qui sunt Christi qui in aduentu eius resurgent, cum tradiderit regnum Deo patri, cum subiecerit ei omnē principatum & potestatem. Ibi tales quædā castrorū obseruationes, & sacerdotales descriptiones, & ordines ac tubarum significationes erunt. Fortassis etiam sicut ordinauit Deus stellas cęli, & mirandis rationibus collocauit, alias in axe Aquilonis, alias in partibus Orientis, alias in Austro, & alias in Occasu: ita eos (qui ex resurrectione mortuorum erunt sicut stellæ cęli in multitudine & claritate) venientes, scilicet ex semine Abrahæ, ordinabit in regno cęlorum secundum ordinem stellarum & partium cęli: & dabit alijs sortem ad Oriētem, alijs ad Occidentem, alijs ad Austrum, alijs verò quo ipse nouit ad Aquilonem. quia multi venient, ab Oriente & ab Occidente, & quatuor partibus orbis terræ, & recumbent cum Abraham, cum Isaac & Iacob in regno cęlorum.

* Homicidæ.

1. Cor. 15 c.

Matth. 8. b.

⁂ Beda. Quod habitacula Leuitis ab Iesu per omnes tribus decernuntur, significatur vt hi qui in ecclesia Dei scientiæ operam dantes, doctrinæ gratiam administrant. Rursus ab omnibus quibus dispensant diuina, terrena subsidia quæ non habent, recipiant: vt impleatur illud quod Apostolus præcipit dicens, *Si nos vobis spiritalia ministrauimus, magnum est vt carnalia vestra metamus.* Et meritò in cunctis tribubus diuisi sunt, quia dispensatione cunctorum viuunt.

L. Quæst in Iosue. c. 16.

Adamant. Suprà dictū est, quia filij Israel dederunt sortē Iesu in monte Ephrem, & quia ædificauit ciuitatē ibi & habitauit in ea. Sed in eadē scriptura repetit, vt addat q̄ macheras petrinas qb. circūcidit filios Israel in eremo abscōdit ibi. Diximus aūt quia Iesus Christus petit à nobis locum quem ædificet, in quo habitet. Et q̄a tales effici debemus mēte & corpore, vt in anima nostra locum dignetur accipere & ędificare & habitare, & quis est in oī populo tā acceptabilis, qui ad hoc dignus sit? Fortè nec singuli, sed tota simul ecclesia recipere potest in se Iesum vt habitet in ea. Quis est ergo locus, ī quo habitare dēt Iesus? *In monte*, inquit, *Ephrem*, id est, in mōte fructifero. Qui sunt mōtes fructiferi? Illi scilicet in quibus sunt *fructus spiritus, pax, gaudiū, patientia, & charitas, &c.* Hi sunt mente & spiritu semper excelsi. & quāuis pauci fuerint, in ipsis tamen habitans Iesus, qui est lux vera, emittit radios suæ lucis super eos, quos nondum dignos suo habitaculo principaliter iudicat. Videamus ergo quæ sunt macherę petrinæ, quibus circuncidit Iesus filios Israel. Si oretis pro nobis, vt sermo noster viuēs sit & efficax, & acutior sup omnem macherā, præstabit & nobis dominus Iesus Christus, vt verbum Dei q̄ loquimur ad vos, circumcidat omnem immunditiam & vitia de auditoribus, & amputet omne quo vis mentis & efficacia naturalis obtegitur: & sic per verbū Dei quod est machera petrina, circuncidemini à Iesu, & audietis, *quia abstuli opprobrium Aegypti hodie à vobis.* Quid enim prodest exisse de Aegypto. i. de seculo & per eremum ambulare, & morū pristinas sordes & vitiorum immunditias retinere? Oportet ergo post digressionē maris rubri auferri carnalia veteris consuetudinis vitia per Iesum Christum, vt tandem Aegypti careamus opprobrijs. Ponuntur verò illi cultri lapidei quibus secundò circūcisi sumus à Iesu in eo loco quem petit Iesus, accipit Iesus, possidet in anima. s. iusti. Est. n. machera verbū Dei, quo purgant̄ peccata de auditorū animis. Hæc ergo virtus verbi diuini recondit̄ in eo loco cui dat̄ sermo sapientię & scientiæ, vt & opportuno tp̄e aīa illa proferat istas macheras in ecclesia, & circuncidat secundò eos qui secunda indigent circuncisione. Quod aūt dicit, *petrinas macheras.* id est, ex saxo cultros, & non ex ferro opere artificis fabricatos, illud oñdit, q̄d hic sermo Dei, qui immunditias cordiū circūcidit, non ex arte grammatica vel rhetorica venit, neq; doctorum malleis domatur, aut studiorum cotibus elimatur: sed ex illa petra descendit, q̄ de mōte sine manibus abscissa orbem terræ impleuit, & dona spiritalia credētibus tribuit.

Hom. 26. in Iosue.

Gal. 5. d.

Itaque

præcepit dominus per manum Moysi, singulis sorte tribuentes. [1] De tribubus filiorū Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates, quarum ista sunt nomina. Filijs Aaron per familias Caath Leuitici generis, prima enim sors illis egressa est, Cariatharbe patris Enac, quæ vocatur Hebron in monte Iuda, & suburbana eius per circumitum. [2] Agros verò & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad possidendum. Dedit ergo filijs Aaron sacerdotis Hebron confugij ciuitatem, * ac suburbana eius: & Lebnam cum suburbanis suis, & Iether, & Esthemo, & Holon, & Dabir, & Ain, & Ietah, & Bethsames cum suburbanis suis, ciuitates nouem de tribubus vt dictum est duabus. De tribu autem filiorum Beniamin, Gabaon & Gabae, & Anatoth, & Almon cum suburbanis suis, ciuitates quatuor, omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotis, tredecim cum suburbanis suis. Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici generis hæc est data possessio. De tribu Ephraim vrbes confugij * Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gaser, & Cibsaim, & Bethoron cum suburbanis suis ciuitates quatuor. De tribu quoque Dan Eltheco & Gabathon, & Aialon, & Gethremmon cum suburbanis suis ciuitates quatuor. Porrò dimidia de tribu Manasse, Tanach & Gethremmon cum suburbanis suis ciuitates duæ. Omnes ciuitates decem, & suburbanæ earum datæ sunt filijs Caath † inferioris gradus. Filijs quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugij ciuitates, Gaulon in Basan & Bosram cum suburbanis suis, ciuitates duas. Porrò de tribu Issachar, Cesion, & Dabereth, & Iaramoth, & Engannim cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu autem Aser Messal, & Abdon, & Helcath, & Rohob cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Nephthali ciuitates confugij, sedes in Galilæa, & Amothdor, & Carthan cum suburbanis suis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerson tredecim cum suburbanis suis. Filijs autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas, data est de tribu Zabulon, Iecnam, & Charta, & Damna, & Naalol, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.* De tribu Gad ciuitates confugij Ramoth in Galaad & Manaim, & Hesebon, & Iazer: ciuitates

* Homicidæ.

† Residuis & infra.

*De tribu Ruben, Bosor, Iasor, Cademoth, Mephiath, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.

Suprà. 5. c.

NICOLAVS DE LYRA.

De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue. *Hic consequenter exprimuntur in particulari nomina ciuitatum Leuitis assignatarum per familias eorum, & patet litera paucis exceptis.*

2 Agros verò & villas eius dederat Caleb filio, &c. *ita quod erat ciuitatis Hebron, sed erat concessa filijs Aaron ad habitandum, sicut dictum fuit Num. 35.*

⁂ Itaque

quatuor cum suburbanis suis. De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine Misor, & Iazer, & Iethson, & Mephaath ciuitates quatuor cum suburbanis suis. Omnes vrbes filiorum Merari per familias † & cognationes suas duodecim. Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israël, fuerunt quadragintaocto cũ suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. Deditque dominus Deus Israëli omnem terram, quam traditurum se patribus eorum iurauerat, & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnes per circumitum na-

A a *Itaque.* Isid. Quod 42. vrbes accipiunt Leuitæ, prędicatio significatur sanctorum. Ipsi enim possidēt doctrinā quę constat ex decalogo legis, & quadrifario numero euãgelij, quasi quaterdenas vrbes habentes, quibus etiam adduntur duæ, quia cuncta quæ pdicant morali & mystico sensu annũtiãt. (cap. 17. lib. in Iosu.)

* Beda. Quod 42. vrbes accipitur, indubitanter ipsa prædicatio sanctorum signatur. Ipsi eĩm possident doctrinam, quæ cõstat legis Decalogo, & quadrifido Euangelij numero, quasi quaternas vrbes habentes, quibus etiã duæ adijciuntur: quia cũcta quæ prædicãt, morali ac mystico sensu annunciant. (L. qu. in Iosu. cap. 17.)

b *Deditque dominus.* August. Quærit cũ Israel non solum vsque ad diem mortis Iesu, sed etiam post, non eradicauerit gentes, quæ terrā promissionis tenebãt, quamuis ex parte illis debellatis ibi consisteret, quõ dictum sit. (Quæst. 21. in Iosue.)

B *Et dedit dominus Deus, Israeli omnem terram quam iurauerat dare patribus eorum, & eam hæreditauerunt, & requiem dedit illis dominus in circumitu sicut iurauerat patribus eorum, nec restitit quisquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum: omnes inimicos eorum tradidit dominus Deus in manus eorum, non decidit ex omnibus verbis quæ locutus est dominus filiis Israel: omnia aduenerunt.* Diligenter omnia consideranda sunt, & primum, q, cum omnium gẽtium terra promissa sit Israelitis, septem gentes videntur assiduè memorari. vnde in Exod. legitur. *Mittam ante faciem tuam angelum meum, & eijciet Amorrhæum, Hethæum, Pherezæum, Gergezæum, Heuæum, & Iebusæum, & Chananæum.* Harum ergo gentium terram videtur Deus patribus promisisse. In Deut. etiã scriptum est expressius: *Si accesseris ad ciuitatem expugnare eam, & vocaueris eos cum pace. Si pacificè responderint tibi, & aperuerint tibi, omnis populus qui inuenti fuerint in ciuitate, erunt tibi tributarii & obedientes. Si aũt non obedierint tibi, & fecerint ad te bellum, circũsedebis eã &* (Exod. 33. a.) (Deut. 20. a.)

C *tradet eam Deus in manus tuas, & interficies omne masculinum eius in nece gladii, præter mulieres. Supellectilem & oĩa pecora, & quæcunque fuerint in ciuitate, & omnia vtensilia prædaberis tibi, & edes omnẽ prædationem inimicorum tuorũ, quos dominus Deus tuus dabit tibi. Sic facies oĩbus ciuitatibus quæ longè sunt à te valdè, quæ nõ sunt de ciuitatibus gentium istarũ. Ecce aũt ex ciuitatibus istis, quas Deus dabit tibi in hæreditatem, non viuificabis omnem viuũ, sed anathematizabis eos, Hethæum et Amorrhæum, Heuæum, Pherezæũ, Iebusæũ, & Gergesæum quemadmodum mandauit dominus Deus tuus.* Et hic istarum septem gẽtiũ terram esse promissam in hęreditatẽ, quam debellatis eisdem gentibus vsq, ad internecionem Israelitæ possiderent, manifestũ est. Cæteras enim gentes quę lõginquę essent, voluit esse tributarias, si nõ resisterent. Si autẽ resisterent, etiam ipsas interfici, exceptis pecoribus & pręda. Itẽ in Deut. *Et erit cùm abstulerit dñs gentes multas, & magnas à conspectu tuo, Hethæum, Gergezæum, Amorrhæum, Pheresæum, Chananæum, Heuæum, & Iebusæum extermino percuties eos, & extermino exterminabis eos. Non dispones ad eos testm, nec misereearis eorum, &c.* His ergo & alijs scripturarum locis ostẽditur, harum gentiũ terras ita accepisse in hæreditatẽ filios Israel, vt non cum eis qui eas tenebant, sed pro eis illic habitarẽt. In Genesi autẽ vndecim gentes promittuntur semini Abrahæ sic: *Semini tuo dabo terrã hãc, à flumine Aegypti, vsq; ad flumẽ magnum* (Deut. 7. c.) (Gens. 12. b.)

D *Euphratẽ, Cineos, & Cenezeos, & Cethmoneæ; Pherezæos, Hethæos & Raphaim: Amorrhæos, & Chananæos, & Heuæos, & Gergezæos, & Iebuzæos.* Quæ ita soluitur quæstio, vt intelligamus hanc pręcessisse prophetiam, quod in eos fines regnum erat porrecturus Salomon, de quo ita scriptum est: *Et omne propositum Salomonis quod destinauerat ædificare in Hierusalem & in Libano, & in omni terra potestatis suæ, omnis populus qui derelictus est à Cethæo, & Amorrhæo, & Pherezæo, Heuæo, & Iebusæo qui non erat ex Israel: & filijs eorum qui residui erant in terra cũ eis quos non consummauerant filij Israel, subiugauit eos Salomon in tributum vsque in diem hanc.* Ecce residua populorum debellandorum, & omninò ex Dei præcepto perdẽdorum, subiugauit Salomon in tributum, quos vtique secundum Dei præceptum perdere debuit, sed tamen subiugati tanquam tributarij possessi sunt. (1. Par. 2. a.) († Qui residu erant de tam illis Leuitarũ)

E Post autem ita legitur: *Et erat dominans in omnibus regionibus à flumine vsq; ad terra Philisthijm, & vsque ad fines Aegypti.* Ecce impletum est quod in Genesi Abrahæ promissum est, à flumine enim hic intelligitur Euphrates. Magnum enim flumen in illis locis etiam proprio nomine non addito potest intelligi. Non enim de Iordane accipi potest, cum & citra Iordanem & vltrà iam terras Israelitæ obtinerent, & ante regnum Salomonis: ergo à flumine Euphrate ex partibus Oriẽtis vsque ad fines Aegypti, quæ pars illis erat ab Occidente, regnum Salomonis dicit liber Regum fuisse porrectum. Tunc ergo plus subiugatum est quam tenebant 7. gentes, & tunc in seruitutem redactæ sunt non 7. sed 11. quod enim in libro Regum scriptum est, est, vsque ad fines Aegypti a flumine, cũ scriptura ab Oriente vsque ad Occidentem quantum porrectum esset regnum vellet ostendere, idem in Genesi cum ab Occidente vsque ad Orientem pręfiniretur, dictum est *à flumine Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem.* Flumen. n. Aegypti quod disterminat regnũ Israel ab Aegypto, nõ est Nilus, sed fluuius nõ magnus qui fluit per Rhinocoruram ciuitatem. vnde iã ad

F Orientem versus incipit terra promissionis. Sic ergo fuerat cõstitutũ filijs Israel, vt septẽ gẽtium terras illis perditis inhabitarent, alijs aũt regnarent subditis atque tributarijs vsq; ad flumen Euphratem. Et cũ in hoc nõ obedissent, quia ex illis quas exterminare debebãt obedientes aliquos fecerãt: Deus tñ opere Salomonis fidem suę repromissionis impleuit. Nunc ergo in libro Iesu Naue quod consideramus quõ erit verum? *Et dedit Deus Israel omnem terram quam iurauerat dare patribus eorũ. & hæreditauerunt eam.* Quõ adhuc viuente Iesu oẽm terram dedit, cum etiam reliquias septem gentiũ nõdũ superauissent? Nam quod sequitur, *et hæreditauerunt eã*, verũ est, quia ibi erant, ibiq; cõsederãt. Deinde quod adiungitur: *requiẽ dedit illis in circumitu dñs, sicut iurauerat patribus eorum*, verum est, quia viuo adhuc Iesu non eis quidem cedebãt reliqui illarum gentiũ, sed nulla earũ audebat eos lacessere. Ideò dictũ est etiã quod adiungitur, *non restitit quisquam antẽ faciem illorum ab omnibus inimicis eorũ.* Quod verò sequit: *sed omnes inimicos eorum tradidit dñs in manus eorum*, illos. s. intelligi voluit, qui obuiam ire in bellis ausi sunt. Quod posteà dicit. *Non decidit ex omnibus verbis bonis quæ locutus est dñs filys Israel,*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Itaq; ciuitates.* Circa quod notandum, quod Leuitæ fuerũt dispersi per oẽs tribus, vt patet ex præmissis in textu. Primò ne cultus Dei ad vnam tm̃ tribum pertinere videretur. Secundò ne vna tribus vel duæ vel hmõdi, de sustentatione eorum nimis grauarentur. Tertiò quia apud oẽs gentes istud fuit obseruatũ, quod illi qui intendunt cultui diuino sustententur à toto populo, vel ab illis qui habent curam cõitatis. pp quod sacerdotes Aegypti tẽpore famis non fuerunt cõpulsi vẽdere possessiones suas, quia alimenta eis de publicis horreis præbebantur, vt habet Gen. 47. Quartò quia Leuitæ tenebantur docere populum de his quæ pertinent ad cultũ diuinum. facilius aũt docebant per hoc quod erant in omnibus tribubus dispersi, q̃ si essent in vna tribu congregati.

2 *Deditque dominus Deus Israel omnem terram.* Hic ponitur epilogatio respectu prædictorum, quia toto libro isto actum est de acquisitione terræ promissionis per adiutorium diuinũ. & hoc est quod dr: *Deditq;* etc. de quo iuramento habetur Gen. 22. c. *Per memetipsum iuro.* etc. Sed illud qđ dr̃ hic nõ vr̃ verũ, quia tota illa terra non erat eis acquisita, sed inter eos adhuc habitabant multi Gentiles, ut hr̃ j. 23. c. Dicendum, quod dñs prædixerat se eis traditurum terrã non simul, sed successiuè pp rõnes tactas superius in principio 13. cap. quarum vna est, ne cõtra filios Israel crescerent bestiæ, quia adhuc non erant in tanta multitudine, qđ possent totã terram sufficienter populare: tunc autem tantum habebant de terra quantum sufficienter poterat ab eis populari, & habitari: & ideò dominus impleuerat dictum suum secundum formam promissi.

3 *Dataq; est ab eo. i.* ab omnibus per circumitum nationibus, quia illi qui erant extra terram promissionis, vt Aegypti, Idumæi, & alij, non audebant contra eos mouere bellum.

* Nullusq;

Israel omnia aduenerunt: ita vult intelligi: quia cum iam illi cōtra præceptum dñi fecissent, quibusdā parcendo & eos obedientes faciendo, adhuc tñ inter eos salui erant. Ideo, cum dixisset, *ex omnibus verbis*, addidit, *bonis*: quia nondum euenerāt maledicta contemptoribus & transgressoribus cōstituta. Restat ergo vt quod ait: *Dedit dominus Deus Israel omnem terram, quam iurauerat dare patribus eorum*, secundum hoc intelligatur, qa adhuc erant ex illis gentib. reliquiæ conterēdæ & exterminandæ, vel ex alijs vsq; ad flumen Eupharatem, aut subiugandæ, si nō resisterent, aut perdendę si resisterent, tamen in vsum eorū relictæ sunt in quibus exercerentur ne carnalib. affectibus & cupiditatibus infirmi repentinam prosperitatem modestè, & salubriter sustinere nō possent, sed elati citius interirēt. Ois ergo illis terra data est, qa & illa pars quæ nōdū fuerat data in possessionē, iā data fuerat in q̄dā exercitationis vtilitatē. a *Nullusq; eis*. August. Quod ait: *non restitit quisquam ante faciē eorum ab omnibus inimicis eorum*. quæri potest quomodo verū sit, cum de tribu Dan superius scriptum sit, quod eos hostes non permiserunt descendere in vallem, & preualuerint eis in montibus: sed pro vniuerso populo vndecim trib. deputatæ sunt. Si autem quæritur, cur hæc trib. in sorte sua, non obtinuerit sufficientes terras, & ab eis a quibus tenebatur afflicta sit. in secreto Dei consilio est. Cum tamē Iacob filios benediceret, talia dixit de isto Dan, vt de illa tribu existimetur futurus Antichristus. Sic etiam solui potest hæc quæstio, *quia non restitit quisquam ante faciem illorum*, cum scilicet simul sub vnius ducis imperio pugnarent antequam singulis tribubus sua loca defendenda diuiderentur.

Marg.: A · B · * iuxta omnia quæ iurauerat dominus patribus ipsor. fi · D · Quæst. 22. in Iosue. · † oēs inimicos eorū dedit dominus in manus ipsorum. · Gen. 49. c. · E

a tiones *, nullusque eis hostium resistere ausus est, 1 sed † cuncti in eorum ditionem redacti sunt. 2 Ne vnum quidem verbum, * quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nullusq; .i. illorum qui remanserant adhuc in terra promissionis qui magis propriè dicebantur hostes eorum, *quia inhibitū erat filys Israel facere cū eis amicitias, vt habetur Nu. 33. & infrà hoc lib. 23. c.* 2 Sed cuncti. *Sed videtur, quod in hoc peccauerūt filij Israel, quia sicut dictum est suprà cap. 16. & 17. illi de tribu Ephraim & de tribu Manasse peccauerunt in hoc, quod permiserunt aliquos hostium habitare in sortibus suis sub tributo. Dicendum, q̄ tribus Ephraim & dimidia Manasse erant in magna multitudine, sicut dictum est suprà 17 cap. propter quod cōquesti fuerunt de arctitudine suæ possessionis. poterant etiam suos aduersarios superare. vnde ibidem dicitur*: Postquā autem conualuerunt filij Israel, subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos. *s. secundū præceptum domini, licet possent, ducti cupiditate tributi. istis autem duobus concurrentibus s. multitudine ad terram populandum, & potestate ad aduersarios debellandum non erat filys Israel licitum reseruare habitatores illius terræ, sed secundū pceptū dñi debebāt eos interficere: & ideo tribus Ephraim & tribus Manasse peccauerunt dimittēdo eos in sortibus suis. Quando autem ista duo vel alterum eorum deficiebat poterant habitatores terrę in ditionem recipere, vel inducias cum eis facere, non ad semper, quia hoc erat simpliciter illicitum: sed ad tempus, quousque haberent multitudinem sufficientem ad terram populandam, & virtutem destruendi eos: quæ dependebat ex voluntate domini, qui illos reseruauerat in terra illa, vt in eis experiretur Israel, vtrū seruarent eius mandata, vel non, vt haberent consuetudinem præliandi, sicut dictum est suprà in principio 13. cap.*

CAPVT XXII.

Eodem tempore. Adaman. Cōgregat Iesus filios Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manasse, qui secum militauerunt & dimittit eos in hereditatem suam, datis quibusdam muneribus. In quo significat, *quia cum plenitudo gentium intrauerit*, & quæ promissa sunt à domino Iesu pceperit, illi qui p Mosen eruditi & instructi fuerāt, & nobis in certamine, orationib. & exemplis auxiliati sunt, qa nondū pmissiones cōsecuti sunt. expectantes vt etiā nostra vocatio impleret, & tūc demum perfectionem cōsequentur cum muneribus, q̄ accipiūt à Iesu, vt vnusquisq; habitet in pace omni impugnatione cessante.

Marg.: Hom. 26. in Iosue. · Rom. 11. c. · † custodientes custodiā imperii. · C

CAP. XXII.

a Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas, Gadditas, & dimidiam tribum Manasse dicitque ad eos: 1 Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini, mihi quoque in omnibus obedistis, nec reliquistis fratres vestros longo tempore vsque in præsentem diem, † custodientes imperium domini Dei vestri. Quia igitur dedit dominus Deus vester, fratribus vestris quietem ac pacem sicut pollicitus est, reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses

* Iosephus. Iosue Rubenitis dicebat. Gaudentes vos ad sortes vestras dimittimus & rogamus vt nullum essē terminum nostrę cognationis existimetis, nec q̄ inter nos iste fluui⁹ est, alteros nos eē credatis. Oēs. n. sumus ex Abraham, q hic & illic habitamus, vnusq; Deus qui & nostros & vestros maiores pduxit ad illorum vitā: cuius religionis habete curā, & cōuersationis quam per Mosen cōstituit. Perdurantes. n. in istis fauorem Dei semper habebitis: conuersis verò vobis ad imitationem gentium externarum, auersabitur vestrum genus. Hæc cum dixisset, singulos maiorū, & cōmuniter eorum

Marg.: L. 5. antiq. cap. 3. · F

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT XXII.

Eodem tempore. Hęc est vltima pars principalis huius libri, in qua agitur de ducis dispositione. & primò inquantum respicit finem certaminis. secundò prout respicit tempus pacis cap. 23. tertiò prout respicit tempus suæ mortis cap. vlt. Circa primum sciendum, quod bellis terminatis, tribus Ruben & Gad & dimidia Manasse debebant reuerti ad loca sua vltra Iordanem: hoc tamen debebant facere de licentia & scitu Iosue, & ideò primò datur eis hæc licentia, secundò notantur de idololatria: ibi: *Cumq; venissent*. tertiò inquiritur de fama, ibi: *Et interim miserunt*. quartò declaratur veritas plana, ibi: *Responderunt filii Ruben*. Circa primum, sciendum quod licentia datur, tamen sub duplici conditione, prout videbitur prosequendo. Primò igitur notatur tempus debitum huius licentiæ, cum dicitur.

Marg.: Diuisio.

1 *Eodem*. scilicet, quo nouem tribus & dimidia habebant terram sufficientem pro habitatione sua, & quietem ab aduersarijs, tam extrinsecis, quam intrinsecis, eo modo quo dictum est in fine præced. cap.

2 *Vocauit*. vt remitteret eos ad loca sua.

3 *Fecistis*. præcedendo fratres vestros ad pugnam, quousq; haberent suam possessionem. hoc autem præceptum Moysi, habetur Num. 32.

4 *Mihi quoq; in*. Commendat eos, quia virtus laudata crescit, & patet litera vsque ibi.

* Ita dun-

MORALITER.

1 *Eodem*. Hic agitur de reuersione tribuum Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse ad sortes suas vltra Iordanem. & primò Iosue commendat eos, de obedientia ad Deum, & ad Moysen, & ad seipsum, dicens:

3 *Fecistis omnia, &c.* per quod ostenditur quod licet opera virtutum in principio nō sint commendanda propter dubium de perseuerantia, ut dictum fuit supra Leuit. 19. tamē quando perseuerantia manifestatur sicut fuit in proposito, debent commendari. Ambros. in sermone de confessore pontifice. Lauda nauigantis felicitatem, sed cum peruenerit ad portum. Lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Secundò inducit eos ad obseruantiam diuinæ legis cum dicitur:

eorum multitudinem salutans, ipse quidem restitit. Deduxit autem eos populus, non tamen sine lachrymis, & vix semetipsos ab inuicem dimiserunt.

a *Cumq;* Adamant. Filij Rubē & Gad & dimidia tribus Manasse trans Iordanem ædificauerunt altare: filii verò Israel reliqui causam ignorãtes, mittūt Phinees filiū Eleazari cū 10. viris de singulis tribub. electis quærentes quare hoc fecissent. Illi aūt satisfaciūt de ara dicentes: Scim⁹ quia altare verū est apud vos vbi Iesus habitat, &c. Sed videamus huius facti sacramentū. Prior populus circuncisionis in Rubē primogenito figuratur, & in Gad qui & ipse primogenitus est ex Zelfa, & Manasse primogenitus est. Quod aūt dico primo genitus, secundū tps loquor. Hæc autem dicūtur, ne inter nos & illos, qui ante aduentum Christi fuerunt iusti diuisio aliqua videretur, sed vt ostenderent se etiā fratres nostros esse. Licet enim tunc habuerint altare, sentiebant, quia non erat verum, sed forma futuri & veri altaris. Nouerant illi quia veræ hostiæ, & quæ possent auferre peccata, non in illo altari offerebantur quod habebat primogenitus populus, sed isto vbi erat Iesus. Fit ergo vnus grex, & vnus pastor: illi iusti, & isti iusti Christiani.

famulus Domini trans Iordanem: ita duntaxat, vt custodiatis attentè, & operè compleatis mandatum & legem, quam præcepit vobis Moses famulus Domini, vt diligatis dominum Deum vestrum; & ambuletis in omnibus viis eius, & obseruetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. Benedixitq; eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidiæ autem tribui Manasses possessionem Moses dederat in Basan, & idcirco mediæ, quæ superfuit, dedit Iosue sortem inter cæteros fratres suos trans Iordanem ad Occidentalem eius plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos: In multa substantia † atque diuitijs reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris. Reuersique sunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse à filijs Israel, & de Silo, quæ sita est in Chanaan, vt intrarent Galaad terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Mosi. Cumque venissent ad † tumulos Iordanis in terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod cum audissent filij Israel, & ad eos certi nuntij detulissent, ædificasse filios Ruben, & Gad; & dimidia tribus Manasse altare in terra Chanaan super Iordanis tumulos † contra filios Israel, b conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent & dimicarent contra eos. Et interim miserunt ad illos in terra Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis, & decem principes cum eo singulos de singulis tribubus *. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse in terram Galaad, dixeruntque ad eos: Hæc mandat omnis † populus Domini: Quæ est ista transgressio * ? Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare † sacrilegium, & a cultu illius recedentes? † An parum vobis est quòd peccatis in Beelphegor, & vsque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet, mult que de † populo

✻ b *Vt ascenderent & dimicarent contra eos.* Ioseph. Pro cultura nouorum Deorū, hoc altare erectū credentes, erant armati ad vltionem eorū qui collocauerant, fluuium transituri & puniturī eos, quasi pro paternarum solennitatum destructione. Non enim videbatur eis iustū, vt cognationem respicerent, aut dignitatem eorū, q authores fuerant harum rerū: sed Dei amplectebant mādata & quomodo honorari cō gaudeat.

✻ Theod. Suspicantes talem structuram ad impietatem tēdere, statuerūt plane anteposita cognationi religione, contra illos bellum inire.

c *Multi.* Cadebat ergo aliquā do populus in deser-

† limites & infra.

Gen. 29. g. ibid. 30. b.

† in tran situ filiorum.

† cętus Israel.

† rebellantes hodie contra dominum.

† Nu. 5. c. a.

† cętu domini.

L. 5. antiq. cap. 5.

Quæst. 18. in Iosue.

* qui capita erant domus patrum suorum in milibus Israel.

* cōtra Deum Israel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ita duntaxat. *vbi huic licentiæ additur duplex conditio, secunda ponitur ibi:* Cumq; dimitteret. *Prima aūt cōditio est respectu Dei vt. s. diligēter seruent mādata Dei. ideo subdit:* 2 Vt custo. *interius.* 3 Et opere. *exterius.* 4 Mandatū. *quantum ad præcepta moralia.* 5 Et legem. *quantum ad iudicialia & ceremonialia.* 6 Quā. *q. d. non pręcepit vobis authoritate propria, sed Dei, cui est in omnib. obediendum.* 7 Vt dili. *quia eius dilectio est finis totius legis, vt declaratum fuit diffusius Deut. 6.* 8 Et ambu. *iuste & piè viuendo, quia vniuersæ vię dñi misericordia & veritas, scd̄m quod dicitur. Psal. 24.* 9 In omni corde. *i. affectu. quia voluntas mouet alias potentias animæ ad actus suos, sicut cor alia membra corporis.* 10 Et in omni anima. *i. intellectu.* 11 Benedixitq;. *imprecando eis bona. benedictio enim solennis ad ipsum non pertinebat: sed tantum ad officium sacerdotis.* 12 Tribui. *Hoc additur, quia illa tribus erat diuisa quantum ad habitationem.* 13 Cumque dimitteret eos. *Hæc est secūda conditio eis imposita, & respectu proximi, quæ exprimitur, cum dicitur.* 14 Diuidite. *quam acquisiuistis in bellis.* 15 Cum fratribus. *id est, cum illis de tribubus vestris, qui manserunt ad custodiēdum familias, & loca vestra. quia illi qui remanebant ad sarcinas, debebant habere partes suas de præda bellantium. & hoc fuit obseruatū tanquam iustum, non solum à tempore Dauid, qui de hoc posuit legem, vel positam confirmauit, vt habetur 1. Reg. sed etiam à tempore Abraham, vt declaratum fuit Gen. 14.* 16 Cumq; ve. *Hic consequenter notantur filij Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manaße de idololatria. cuius occasio præmittitur cum dicitur:* Cumque venissent ad. *In Heb. habetur: elgeliloth baiarden. i. ad terminos ipsius Iordanis.* 17 In terram. *Ex quo patet, quod altare illud, de quo fit hic sermo fuit ædificatum in terra Chanahan iuxta Iordanem.* 18 Aedificauerunt. *i. notabilis magnitudinis. & est locutio hyperbolica. In Heb autem habetur, elgeliloth baiarden. i. altare magnum ad vidēdum seu altare magnæ uisionis, quia à longè poterat videri.* 19 Quod cum. *sequitur:* Conuenerunt. *Suspicati sunt. n. q̄ fecissent altare ad immolandū idolis, vel ad immolandum Deo extra locū Silo, eo q̄ eßet nimis remotus ab eis, quod erat eis illicitū, ex quo tabernaculū fuit fixū in Silo, & altare holocaustorū ibi positū, prout dictū fuit plenius Deu. 12* 20 Et interim. *Hic consequenter inquiritur de fama: quia bellū non debet moueri maximè contra amicos, nisi ex certa cā & iusta. & ideo ad hoc inquirendū missi sunt certi & solennes nuntij, qui notantur cū dicitur.* 21 Phinees. *quia habebat magnū zelū legis scd̄m q̄ habetur. Num. 25.* 22 Et de. *quia præter tribum Leui de qua erat Phinees, erant nouē tribus & dimidia: de qua fuit missus vnus, sicut & de tribubus integris. & patet litera vsq; ibi:* 23 Quæ est. *Quia sicut dictum est, reputabant illud altare ædificatum ad immolandū idolo vel ipsi Deo, modo tn̄ indebito: & iō inquirebant vtrum eßet hæc cā, vel illa. Et primò tangunt causam idololatriæ dicētes:* 24 Cur reli. *Et adducunt exemplum de idololatria Phegor, quæ ponitur Num. 25 dicentes.* 25 An parū. *quasi dicant, ad illam idololatriam vultis addere aliam?* 26 Et vsq; in &c. *quia macula & uituperium de culpa parentum manet in filijs eorum. Sciendum tn̄, q̄ istud non plus debebat imponi Ruben et Gad quàm alijs: quia ille qui fuit principalis in illa idololatria, et qui fuit interfectus cū scorto Madianitide fuit princeps in tribu Simeon, ut habetur Num. 25. et ideo in Heb. habetur sic:* An parum vobis est peccatum Phegor, à quo nō sumus mūdati vsq; ad diem istum? *sequitur.* 27 Multiq; de po. *propter peccatum paucorum. Et tunc arguunt a simili dicentes:*

1 *Et*

MORALITER.

1 *Ita dunt.* & vt de bonis acquisitis liberaliter diuidant fratribus suis, qui remanserant ad terram custodiendam cum dn̄. † *In multa substan.* Per hoc autem significatū, q̄ bona spūalia quæ aliis cōicata non minuuntur, sed potius augentur liberaliter sunt cōicanda. hęc autem dixit Iosue in recessu prędictorū, vt eius verba in eorum cordibus arctius remanerent impressa. 16 *Cumq; ue.* Per hoc aūt q̄ ædificauerunt altare

✻ in terra

deserto & moriebatur, venit Aaron & stetit in medio eorũ qui moriebantur,& qui viuebant ne vltra vastatio mortis ꝓficeret. Venit ergo & nunc verus pontifex dominus meus medius inter morientes & viuos, i. inter eos qui ex Iudæis suam præsentiam susceperunt, & inter eos qui non susceperũt. sed se magis quàm illum occiderunt, dicentes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Vnde: Omnis sanguis iustus qui effusus est super terrã, requiretur ab hac generatione, quæ hæc dixit. Sunt ergo isti pars populi mortui, quia nequaquã azima, neque dies festos cõpetẽter agunt. Sed conuersi sunt dies festi eorum in luctum, & cãtica in lamentũ. Qui ẽt si vellẽt poterãt diẽ festũ celebrare ĩ eo loco, quẽ elegit dñs Deus. Nos autem nõ diximꝰ eis: Nõ erit vobis pars in hoc altari, vel in hęred ta te domini, sed ipsi sponte sua, altare verum & cęlestem pontificem refutauerunt, ideo etiã imaginem perdiderunt. vnde: *Ecce relinquetur vobis domus uestra deserta.* Trans lata est.n. ad nos gratia spiritus sancti & solennitates, quia transiit ad nos pontifex verus ẜm ordinem Melchisedech, & necesse est eum veras hostias. i. spirituales offerre apud nos, vbi ædificatur tẽplũ Dei ex lapidib. viuis, quæ est ecclesia Dei viuẽtis, & vbi est verꝰ Israel in Christo Iesu domino nostro.

a *Extructo.* August. *Et in sacrificiis salutarium nostrorum.* Quia pluraliter dicta sunt sacrificia, pluraliter ẽt salutaria. Vbi aduertendum est quemadmodum singulariter dici soleat sacrificium salutare, quia si Christum acceperimus qui dictus est salutare Dei, nõ occurrit quemadmodum pluraliter possit intelligi. Vnus enim dominus nr̃. Iesus Christus, quamuis multi dicantur Christi per ciꝰ gratiã post eũ. vnde: *Nolite tangere Christos meos.* Vtrum autem salutares possint dici vel salutaria, non facilè audendum est. Solus.n. saluator est ipse.

✠ S. Martialis. Dum altaria dęmonum in puluerem redigerẽtur, arã ignoti Dei ad consecrationem reseruari iussimꝰ: quia dedicata ĩ nomine domini, & ipsius testis Stephani, nõ hominis cultum, sed Dei in ea frequẽtatis. Sacrificium. n. Deo creatori offertur in ara, non homini neque angelo. Nec solum in ara sanctificata, sed vbiq; offertur Deo oblatio munda: cuius corpus & sanguinem in vitã æternam offerimus. Quod Iudæi per inuidiam immolauerũt, nos causa salutis nostræ, in ara sanctificata proponimus.

✠ Clemens Rom. Sacerdotes ecclesiæ assistentes ad altare domini, incruentas hostias adducunt.

✠ Idem.

[Margin: Num. 16. g. — * rebellãtes contra eum. Matt. 27. c. — Matt. 23. d. — † supra 7. a. — † hodie. † eo magis timore. — Tob. 2. d. — & iudicet. — putauimus itaque melius. — * nobis & generationibus nostris. — Luc. 13. g. — Quæst. 32. in Ios. — * possessionis domini. — † præuaricatus est in anathemate. Psal. 104. b. — * & rebellionis in dũm. — * vt auertamur a dño & De vsu sacrorum altarium in prima Epist. & deinceps. Epist. ad Burdeg. c. 3. — † offerendo. — † similitudinem altaris. — L. 2. Consti. c. 29. & lib. 8. c. 2. 13. & 16.]

corruerunt? Et vos hodie reliquistis dominum, *& cras in vniuersum Israel ira eius desæuiet. Quòd si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad terram, * in qua tabernaculum domini est, & habitate inter nos: tantum vt à domino & a nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare domini Dei vestri. † Nonne Achan filius Zare † præteriit mandatum domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus periisset in scelere suo. Responderuntque filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse principibus legationis Israel: Fortissimus Deus dominus, fortissimus Deus dominus ipse nouit, & Israel simul intelliget si præuaricationis animo * hoc altare construximus, non custodiat nos, † sed puniat nos in præsenti. Et si ea mente fecimus, * vt holocausta & sacrificium & pacis victimas super eo imponeremus, ipse quærat & iudicet, & non † eã magis cogitatione atque tractatu vt diceremus: Cras dicent filij vestri filijs nostris: Quid vobis & domino Deo Israel? Terminum posuit dominus inter nos & vos, ò filij Ruben & filij Gad, Iordanem fluuium, & idcirco partem non habetis in domino, & per hanc occasionem auertent filij vestri filios nostros à timore domini. Putauimus itaque melius & diximus: Extruamus nobis † altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas, sed in testimonium inter nos & vos & sobolem nostram, vestramque progeniem, vt seruiamus domino, & iuris nostri sit offerre holocausta & victimas & pacificas hostias, & nequaquam dicant cras filij vestri filijs nostris; Non est vobis pars in domino. Quòd si voluerint dicere, * respondebunt eis; Ecce † altare domini quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum. Absit à nobis hoc scelus, vt recedamus à domino, & eius vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta & sacrificia, et victimas offerendas, præter altare domini Dei nostri,

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et vos hodie reliquistis dominum.* Aedificantes altare sacrilegum, vt prædictum est.
2 *Et cras.* id est, in futuro & citò.
3 *In vniuersum.* Propter transgressionem vestram. Consequenter tangunt aliam causam de cultu Dei illicito, cum dr̃.
4 *Quod si putatis.* Eò quod dominus non elegit eam vt poneretur ibi eius tabernaculũ & altare, & propter hoc in terra vestra nobis propinquiori fecistis altare ad offerendum ibi hostias domino, tanquam sit vobis licitum, quod tamen est falsum. Ideo sequitur.
5 *Transite.* quia dabimus vobis de possessionib. nostris, ne rem illicitam faciatis, cuius punitio etiam redũdaret ĩ nos. & ad hoc exemplum inducunt cum dicitur.
6 *Nonne.* Iste est qui accepit de anathemate, vt dictum est supra 7. c. pro cuius peccato exercitus Israel fuit debellatus & plures interfecti, vt dictum fuit ibi.
7 *Responderuntq;.* Hic aperitur veritas plana per responsionem filiorum Ruben & Gad & dimidiæ trib. Manasse. vbi primò ponitur eorum responsio. Secundò responsionis acceptatio, ibi: *Quibus auditis.* In responsione autem sua primò excludunt causas sibi impositas ædificationis altaris, & primò illam de idololatria cum dicitur.
8 *Si præuaricationis.* id est idolo latriæ intentione.
9 *Hoc altare.* In præsenti pęna publica & patenti. Secundò excludunt aliam causam de illicito cultu cum dicitur.
10 *Et si ea mente.* Offeremus ibi domino.
11 *Ipse quærat.* pęna debita nos puniendo. Consequenter aperiunt veram causam, cum dicitur.
12 *Et non ea magis.* id est, in posterum.
13 *Dicent.* id est, dicere poterint.
14 *Filij vestri.* Quando transibunt Iordanem ad offerẽdum domino in loco tabernaculi domini.
15 *Quid vobis.* id est, non habetis in eo partem. Cuius causa quæ posset allegari, subditur.
16 *Terminum posuit domi.* qui est terminus terræ ꝓmissionis.
17 *Et idcirco.* id est, ad vos non pertinet accedere ad locum cultus eius: quia non estis de terra promissionis.
18 *Et per hanc.* id est, auertere poterunt.
19 *Filij vestri filios.* Quia illi qui elongantur à cultu Dei, per consequens elongantur & finaliter auertuntur a timore & reuerentia ipsius.
20 *Putauimus itaque melius.* Ad excludendum hoc malum futurum.
21 *Et diximus: Extruamus nobis al. non.* id est, ad causas quas opinati estis.
22 *Sed in testimonium.* videlicet quod nos habeamus ius accedendi, & similiter filii nostri ad locum cultus domini, sicut vos & filij vestri. Et patet litera vsque ibi.
23 *Sed in testimonium nostrũ, ac. Nostrum,* quia habemus ius accedendi: *Vestrum,* quia non habetis potestatẽ nos repellendi.

quod extructum est ante tabernaculum eius. Quibus auditis Phinees [1] sacerdos & principes legationis Israel qui erant cum eo, placati sunt, & verba filiorum Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse libentissimè susceperunt Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos; Nũc scimus ꝙ nobiscũ sit dñs, qm̃ alieni estis à p̃uaricatione hac, * & liberastis filios [2] Israel de manu dñi. Reuersusq; est cũ principib. à filijs Ruben & Gad de terra Galaad in terram Chanaan ad filios Israel, & retulit eis Placuitque sermo cunctis audientibus, & laudauerunt Deũ filii Israel, & nequaquã vltra dixerunt, vt ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent terram possessionis eorum. Vocaueruntque filij Ruben & filij Gad altare ꝙ extruxerant, testimonium † nostrum, quòd dominus ipse sit Deus. [3]

A ✠ Idem. Prope altare Episcopus ordinatur. Diaconi ad altare dona offerunt Episcopo. Pontifex accedens ad altare, splendidam vestem induit.

Epist. ad Philadel. & Ep. ad ephes. ✠ Ignatius. Vna est caro domini Iesu, vnum poculum, vnum altare.

✠ Idem. Nisi quis intra altare sit, fraudatur pane Dei.

✠ Diony. Areo. Sancto altari venerabilia imponunt sacramenta, p̃ quæ Christus signatur & sumitur. Venerandus antistes diuinis altarib. adstans, sancta & diuina Iesu opera laudat.

L. de pœni. ✠ Tertul. Presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari solent, qui pœnitentiæ dant operam.

L. 7. Strom. Clemens Alex. Quod est hic apud nos altare, est terrestris congregatio eorum, qui sunt dicati orationibus.

Hom. 10. in Ios. & 35. in Matth. ✠ Orig. Illi non omninò repellẽdi sunt ab Ecclesia, qui sacerdotib. caput inclinant, seruos Dei honorãt, ad ornatũ quoq; altaris vel Ecclīæ aliqd ↄferũt, tametsi nõ penit⁹ caste viuãt.

B ✠ Idem. Altare est diuina mẽsa corporis & sanguinis Chri.

Ep. ad pleb. vniuers. ad Stephan. ad Iubaianum; ad Cornel. ✠ Cyprianus. Sacrilegum ac nefarium est, per schismatis peruersitatem nouum altare constitui, aut sacerdotium nouũ fieri: præter vnum altare, & vnum sacerdotium.

✠ Idem. Sacerdotes ab ecclesia recedere, & domini altare remoueri, propter Nouatiani clamores non licet.

Orat. in lau. Gorgon. & Basil. ✠ Nazianzenus. Gorgonia cum fide ad altare procumbẽs, eumque qui super illud colitur, obtestans, omni quo laborabat morbo, sanatur.

✠ Idem

D ✠ Idem. Basilius viduam ad sacram mensam, vt ad asylũ cõfugientem, aduersus Præfectũ prouinciæ asseruit: q̃ppe qui apprimè sciret legem Dei altarib. honorem haberi iubere.

Epist. 70. ✠ Basilius. Ab Arrianis in luctum mutatę sunt festiuitates nostrę, domus precationũ clausæ, altaria cultu sp̃uali vacãt.

Catech. 5. mystag. ✠ Cyrill. Hierosol. Vidistis diaconum aquam lauandis manibus porrigentem sacerdoti, & illis qui circum altare Dei stabant presbyteris. Sacerdos dicit, *Sancta sanctis*: Sancta scilicet ea, quę in ara p̃posita sũt aduentu sancti Spiritus sanctificata.

Hom. 53. ad pop. ✠ Chrysost. Si quis ignẽ sumẽs, aut fossoriũ, hanc destruxisset domũ orationis, & hoc suffodisset altare, nonne quilibet eum lapidibus obrueret, tanquam prophanum & impurũ?

Hom. 24. in 1. cor. ✠ Idem. Hoc corpus Christi in præsepe reueriti sunt Magi; tu verò in altari. Non mulierem quæ ipsum vlnis teneat, vides: sed sacerdotem.

E Epist. ad Heliod. ✠ Hieron. Nepotianus solicitus erat, an Ecclesiæ niteret altare, si sacrarium mundum.

✠ Idem. Hunnorũ persecutione subuersæ sunt ecclesiæ, ad altaria Christi equi stabulati, effossæq; martyrum reliquiæ.

Serm. 11. de sanctis. ✠ August. Martyrum sepultura sub altari, super quod corpus domini offertur, rectè directa est.

Serm. 17 de verb. Apost. ✠ Idem. Martyres non ideo recitantur ad altare, ut pro ipsis oretur, sed ut eorum orationibus populus commendetur.

lib. 20. de ciuit. c. 9. ✠ Idem. Piorum defunctorum animæ ab Ecclesia non separantur, eo ꝙ ad altare Dei, in communione corporis Christi, eorum fit memoria, &c.

Marginalia: † cœtus capita milium Israel, I. & cc. Hie. c. 3 & 4. * contra dominum. † quia testis est inter nos quòd

Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quibus. *Hic consequenter ponitur dictæ respõsionis acceptatio, Et patet litera vsque ibi.*

2 Et liberastis filios Israel, &c. *qa nõ peccastis sicut opinabamur, nec per consequens occasione vestri puniemur.*

3 Vocaueruntq; *.i. quod dominus sit: Deus noster, sicut & illorũ Hebræorum qui habitant in terra Chanaan. Dicit autem Iosephus, ꝙ iste titulus erat sculptus in altari illo ad memoriam futuram.*

Cap. XXIII.

CAP. XXIII.

EVoluto autem multo tempore postquam pacem dederat dominus Israel, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue [1] iam longæuo & persenilis ætatis, vocauit Iosue omnem Israe- [2] lem, maioresque natu & principes ac † duces, & magistratus. Dixitq; ad eos: Ego senui & progressioris ætatis sum, vosque cernitis oĩa quæ fecerit dñs Deus vester cunctis p̃ circũitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit. Et nunc quia vobis sorte diuiserit oẽm terrã, ab Oriẽtali parte Iordanis vsq; ad mare magnũ: multæq; adhuc supsunt nationes, dñs Deus vester disperdet eas & auferet a facie vestra, & possidebitis ter- [3] ram * sicut vobis pollicitus est: tantum confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, ne postquam [4] intraueritis ad gentes quæ * inter vos futurę sunt, iuretis in nomine deo-

C ✠ Theo. Decessurus vita propheta Iosue, ut conuocauit vniuersos, admonuit illos eorũ quæ debuit, & maximè ne matrimonia contraherent cum extraneis q̃ inter illos habitabant: tanq̃ hæc commixtio datura sit impietatis occasionẽ, & huic adhortationi cõminationes addidit.

✠ R. Dauid Kimhi. Ista exhortatio vel in Silo, vel in vrbe ipsius Iosue ad pp̃lũ habita est.

F ✠ Theo. Nouimus etiam causam pp̃ quã nõ acceperunt dominium vniuersæ terræ, sicuti p̃miserat Deus. Amplexi sunt enim impiarũ gentium cognationẽ, quarũ impietatẽ imitantes, spoliati sunt auxilio diuino, & eis seruire cõpulsi sunt. Porrò, admirãdus, & philosophia plenus est de obitu illius sermo. *Ego, ait, abeo viam, &c.*

Marginalia: † iudices. * eorum. * vobiscum remanent.

NICOLAVS DE LYRA.

1 EVoluto. *Hic consequenter describitur dispositio Iosue, quantum ad tempus pacis inducendo populũ ad cultũ diuinũ, vt p̃ hoc ostẽderet se gratos de Dei beneficiis iam præstitis, & securi iã essent de promissis obtinendis. Ad hoc aũt inducit rõnem. Primò ex amore boni. Secundò ex timore mali, ibi:* Quod si volueritis: *Sñia primæ partis patet in litera, paucis exceptis.* 2 Postquam. *Hæc autem pax & subiectio nationũ intelligẽda est sicut dictũ est supra in fine 21. c. quia et post mortẽ Iosue habuerũt filii Israel bella cõtra gẽtes derelictas in terra sua, vt habetur Iudic. 1. Et etiam hic subditur:* 3 Multæq;, &c. *Supple si volatis eum fideliter & deuotè: ideo subditur:* Tm̃ cõforta. *Et patet litera vsq; ibi:* 4 Ne postquam intraueritis, &c. *quia hoc pertinet ad reuerentiã idolorum secundũ quod dicitur ad Heb. 6. c.* Omnes per maiorem sui iurant.

MORALITER.

1 *Euoluto.* In hoc capitulo Iosue debellatis aduersariis p̃ maiori parte, induxit populum ad Dei timorem & seruitutem: promittens eis quod si fideliter hæc fecerint de remanentibus aduersarijs triumphabũt. Per hoc autem significatur, ꝙ quilibet bonus prælatus qui per Iosue significatur, suos subditos sollicitè monet ad Dei reuerentiam & amorem, & cũ videt eos de vitiis aliquibus triumphasse, confortat eos in domino: promittens eis quod cum Dei adiutorio de aliis triumphabunt. Potest autem hoc & aliter exponi de persona singulari, vt per Iosue synderesis intelligatur, quę malo remurmurat, & ad bonum semper inclinat: propter quod incitat intellectum & voluntatem ad debellationem motuũ sensitiuæ partis inordinatorum, & post debellationem vni⁹ partis sensitiuæ .s. irascibilis vel concupiscibilis incitat cum Dei adiutorio ad deuincendum passiones alterius partis.

rum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis domino Deo vestro, quod fecistis vsque in diem hanc: Et tunc auferet dominus Deus à conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Vnus è vobis persequetur hostium mille viros, quia dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est: hoc tantum diligentissimè præcauete, vt diligatis dominum Deum vestrum. Quod si * volueritis gentium * harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque † amicitias copulare, iam nunc scitote quòd dominus Deus vester, non eas deleat ante faciem vestram, sed erunt vobis in foueam ac laqueum & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis uestris, donec uos auferat, atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. † En ego hodie ingrediar uiam uniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quod de omnibus uerbis quæ se Dominus præstiturum uobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta uenerunt, sic adducet super uos quicquid malorum comminatus est, donec uos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit uobis, eò quòd prætericritis pactum domini Dei uestri, quod pepigit uobiscum, & seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: Citò atque uelociter consurget in uos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima, quam tradidit uobis.

Quæst. 14. * Mersi. † Intrare ad eos & ipsę intrent ad vos. Gen. 3. c. Eccles. 12. c. Psal. 77. c. * Residuarū. † 3. Reg. 2. a. Beneficia filijs Israel à domino exhibita. Genes. 24. f.

a *En ego hodie ingrediar.* Aug. Quod autem dicit Iesus: *Ego autē recurro viā, sicut & omnes q sunt super terrā.* In ea interpretatione quæ est ex Heb. inuenimus, *ingredior viā.* Ita ergo accipiendum est, quod Lxx. dixerunt: *Recurro*, sicut dictū est homini: *Donec reuertaris in terrā, vnde sumptus es*, vt secundū corpus itelligatur. Secundum animam verò si voluerimus accipere, sicut in Ecclesiaste scriptum est. *Et spiritus reuertetur ad Deum, qui dedit eum*, non arbitror de omnibus posse dici, sed de his qui sic uixerunt, vt ad eū redire mereantur tanquam ad autorē à quo creati sunt. Non enim hoc de illis intelligi potest, de quibus dicitur: *Spiritus ambulans, & non reuertens.* Iesus autem si nō addidisset, *sicut & omnes qui sunt super terram*, nulla esset quæstio. nō enim aliud de illo credere mus, quā quod de eo dignum esse legimus. Cum verò additum est hoc, mirum si hoc quod Latinus interpres *recurro*, posuit: non magis pcurro, vel excurro dicendū est. Oēs em̄ percurrūt, vel excurrunt huius vitę viā, cū ad eius finē puenerint. Sed quia hoc verbū positū est vbi parētes Rebecçę dicūt ad seruū Abrahę: *Ecce Rebeccā accipiens recurre, & sit vxor domini tui.* Ideo & hīc ita hoc verbum interpretatū est.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et seruiatis.* quia ex reuerentia idoli deducitur aliquis ad actum idololatrandi. Fuit etiam prohibitum prædictum iuramentum, quia de facili possent credere simplices, quòd transgressio talis iuramenti non esset peccatum, quod est falsum, quia per hoc frangitur fidelitas, & ideo secundum August. ibi est duplex peccatum. Vnum est faciendo reuerentiam idolo. Aliud est fidem frangendo.

2 *Quod si volueritis.* Hic inducit ad cultum & dilectionem Dei ex timore mali, quod contingit ab eo recedendo. Et hoc est quod dicitur: *Quod si vol.* colendo earum idola.

3 *Et cum eis miscere con.* quòd erat eis prohibitum, vt habetur Deut. 7. quia talia sunt occasiones recedendi à cultu diuino. Treugas aūt vel aliqua pacta ad hoc non inducentia, nō erat eis illicitū, vt dictū fuit suprà 21. cap. sicut & Christiani aliquando habent cum Saracenis.

4 *Erunt vobis.* transgressionis.

5 *Et offendi.* In Hebr. habetur *vlesotet* idest, & flagellum, seu scrutinium laterum vestrorum. i. scrutabuntur omnia secreta vestra ad vos subuertendum, & eijciendum de terra. Ideo subditur:

6 *Donec vos auferat.* s. dn̄s. quia sicut tradidit eam vobis propter merita patrū, ita auferet à uobis pro demeritis vestris.

7 *Vnum non.* Licet enim adhuc non haberent totam terrā sibi promissam, tamen habebant secundum formam & modum promissionis, sicut declaratum fuit suprà cap. 21.

CAP. XXIIII.

Congregauitq; Iosue, &c. ✣ R. Dauid Kimhi. Hæc comitia apud Sichem facta fuerunt.

✣ Iosephus. Senior iam existens, euocabat honoratos ciuitatũ, & principes, & seniores, & multitudinẽ, quantumcuq; erat cõgregari possibile. Quibus in vnum conuenientibus, cũcta beneficia Dei commemorabat, &c. Hoc autem bene se habere dicebat, vt transiturus à vita, huiusmodi eis monita derelinqueret: poscebatq; ab illis, vt quæ ille diceret memoria retinerent.

b *Tuli ergo patrem vestrum.* Aug. Quod LXX. habet: *Et assumpsi patrem vestrũ Abrahã de trãs flumina, & adduxi eũ in omnem terrã.* interpretatio quæ est in Heb. habet; *Et duxi eũ in terram Chanaan.* Mirũ est ergo si LXX. per terram Chanaan omnem terrã ponere voluerunt nisi intuẽtes prophetiã vt magis ex promissione Dei tanquam factum accipiatur, quod certissime futurum in Christo & in ecclesia pronuntiabatur, quod est verum semen Abrahæ.

✣ Hieron. Tradunt Hebręi quod Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit.

✣ Ioseph. Abraham virtute prudentiæ maior alijs fuit, & opinionem quam de Deo tunc cuncti habebãt, innouare & immutare præualuit. Primus itaq; præsumpsit pronunciare, Deum creatorem vnum esse cũctorũ, &c. cui bonũ est solũmodo honorem & gratiarum actionem tribuere. Propter quod Chaldæis, & alijs Mesopotamijs in eũ cõsurgẽtibus, migrationem eligens sequi, per voluntatem Dei terrã Chananęã possedit, vbi altare Deo ædificauit, & hostias immolauit.

✣ Suidas. Cultus idolorũ cœpit à Saruch & viguit vsque ad tempora Tharæ patris Abrahami. Abrahamus natus annos 14. Dei cognitione illustratus, patrẽ his verbis cõmonuit. Quid seducis homines, ob perniciosum lucrũ simulacrorũ? Non est alius Deus, nisi cœlestis ille, totius mundi opifex. Tãdẽ sumptis p̃ris idolis, ijsque partim cõfractis, partim exustis, cũ eo terra Chaldęorum excessit.

✣ Ambro. Thare pater Abrahã, & Nachor, & Laban, proprios sibi deos vendicabant.

✣ Epipha. Seruch nascitur filius Nachor, Nachor gẽuit Tharã. Hinc cęperũt statuę per idustriam huius Tharæ Deus autem dilexit ipsum Abraham sanctæ catholicę & apostolicæ Ecclesiæ formam, in præputio fidelem, & in pietate perfectissimum, scientia prophetam, in vita Euangelicam habentem perfectionem, &c.

c *Pugnauerunt.* August. Clausis portis se murorum ambitu tuebãtur, sed claudere cõtra hostẽ portas pertinet ad bellũ. Non.n. miserunt legatos qui pacẽ poscerent. Si aũt dictũ esset, pugnauerũt aduersum vos, falsum esset, quia bellũ continuas pugnas nõ habet, sed aliqñ crebras, aliqñ raras, aliquando nullas. Bellũ tñ est qñ est quodãmodo armata defensio.

Margin: Lant. c. 51. — † Gen. 11. d. — † Isaac. — Quæst. 25. — † Num. 22. a. — † Balaam. — Parentes Abrahæ idololatræ fuerũt, nõ autem ipse Abraham. Quæst. Heb. in Gen. — L. 1. antiq. cap. 15. — In dictione Abrah. — † loco qui erat trãs flumẽ. — † quemadmodum fastis in medio eius. — Com. in 6. c. ad Rom. — Initio panarij — Quæst. 26. in Ios.

CAPVT XXIIII.

Congregauitque Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit maiores natu ac principes & iudices & magistros, steteruntque in conspectu domini, & ad populum sic locutus est. Hæc dicit dominus Deus Israel: Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, seruieruntque dijs alienis. † Tuli ergo patrem vestrum de † Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan, multiplicauique semen eius, & dedi ei Isaac, illique † rursum dedi Iacob & Esau. E quibus Esau dedi montem Seir ad possidendum. Iacob verò & filij eius descenderunt in Aegyptum. Misique Mosen & Aaron, & percussi Aegyptum † multis signis atque portentis, eduxique vos & patres vestros de Aegypto, & venistis ad mare, persecutique sunt Aegyptij patres vestros cum curribus & equitatu vsque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filij Israel, qui posuit tenebras inter vos & Aegyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Aegypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore, & introduxi vos in terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis terram eorum, atque interfecistis eos. † Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Israëlem. Misitque & vocauit Balaam filium Beor vt malediceret vobis, & ego nolui audire † eum, sed econtrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. Transistisque Iordanem, & uenistis ad Iericho, pugnaueruntque contra uos uiri ciuitatis eius, Amorrhæus, Pherezæus, & Chananæus, & Hethæus, & Gergezæus, & Heuæus, & Iebusæus, & tradidi illos in manus uestras.

✣ Crabrones

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT XXIIII.

1 Congregauitq; Iosue. *Hic consequenter describitur dispositio dictis Iosue circa tẽpus suæ mortis, renouando obligationem populi ad seruitutem Dei. Primò igitur ista renouatio describitur. Et secũdò mors Iosue subditur, ibi:* Et post hoc mortuus est Iosue. *Circa primũ Iosue primò causas dictæ obligationis cõmemorat. Secũdò consensum populi captat, ibi:* Nunc ergo timete dñm. *Tertiò explicat difficultatem, ibi:* Dixitque Iosue ad populũ: Non poteritis. *Quartò consensum iteratũ professione firmat, ibi:* Testes, *inquit,* vos estis. *Quintò ad hoc signũ applicat, ibi: Et* tulit lapidem. *Circa primum cõmemorat beneficia Dei exhibita Israeli quæ debent ipsum mouere ad seruiendum domino fideliter & deuotè. Primum autem beneficium est reuocatio patrum ab idololatria. quod notatur cum dicitur;*

2 Trans fluuium, *scilicet Euphratem.*

3 Habitauerunt, &c. *Sequitur:* Seruieruntque dijs alienis. *Quod fuit declaratum Gen. 11.*

4 Tuli ergo patrem. *separando eum ab idololatris.*

5 Et adduxi. *prout habetur Gen. 12. Secundum beneficium est prolis multiplicatio, quod notatur cum dicitur:* Multiplicauiq; semen eius, &c. *Tertium beneficium est liberatio à famis periculo. quod notatur cum dicitur:*

6 Iacob verò, *vt habetur Gen. 46. & ibi saluati fuerũt à periculo famis per Ioseph. Quartũ beneficium est signorum ostensio: quod notatur ibi:* Misiq; Moysen & Aaron, &c. *Quintũ est à seruitute liberatio, ibi:* Eduxiq; vos & p̃res vestros de Aegypto. *Sextũ est maris rubri diuisio, & Aegyptiorũ submersio, ibi:* Persecutiq; sũt, &c.

7 Qui posuit tenebras. *Id est, nubem tenebrosam ex parte Aegyptiorũ, ita quod non poterãt accedere ad filios Israel, vt habetur Exo. 14.*

8 Viderunt oculi vestri cuncta. *Quia Iosue & Caleb, & multi de tribu Leui, qui ibi erant exierunt de Aegypto, & ante exitũ viderant mirabilia quæ dominus ibi fecerat pro filijs Israel. Septimũ beneficiũ est gubernatio populi in deserto, vbi quadraginta annis sustẽtati sunt mãna cælitus dato, vt habetur Exodi 16. Octauũ est regũ Amorrhæorum debellatio, ibi:* Et introduxi vos in terram, &c. *Nonum est maledictionis Balaam euacuatio, ibi:* Surrexit autem Balac. *Decimum est Iordanis desiccatio, ibi;* Transistisque Iordanem. *Vndecimum est ciuitatis Iericho debellatio, ibi:*

9 Pugna. *Licet non exiuissent ad bellandum contra filios Israel, stabant tamen supra muros parati ad resistendum eis, nec miserunt ad eos legationem pacis.*

10 Amorrhæus, Pherezæus, &c. *Hic nominantur septem populi habitantes in terra Chanaan, quia Iericho erat prima ciuitas oppugnanda à filijs Israel, & ideo de omnibus gentibus in tota terra Chanaan, habitantibus venerunt aliqui bellatores in Iericho ad resistendum filijs Israel in principio. Duodecimum beneficium est de auxilio diuinitus eis dato, cum dicitur.*

✣ Misique

a *Crabrones.* Lxx. *Vespas.* i. forte trãslatiue acerrimos timoris aculeos, quib. quodammodo timoribus pungebantur, vt fugerent, aut aereos aculeos spiritus, quod in Psal. dicitur *per angelos malos*, nisi quis dicat, non omnia, quę facta sunt esse scripta, & velut veras vespas intelligi.

Augu. quæst. 27. in Iosue. Psal. 77 e.

est. An quia illius sanctitati perfectã seruitutẽ quodammodo cõtemperari humanæ fragilitati impossibile est? Quo audito, non solum isti eius eligere seruitutem, sed etiam de adiutorio, & misericordia eius præsumere debuerũt de qua dicitur *Non intres in iudicium cũ seruo tuo, quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*. Hi autem se potius præsumpserunt, quod sine vlla offensione Deo seruirent, vt iam tũc inciperet, quod dictum est: *Ignorantes Dei iustitiã, & suam volentes constituere, iustitię Dei non sunt subiecti. Ita, eis iam lex subintrabat, vt abundaret delictũ, & postea superabũdaret gratia per Iesum Christum, qui est finis legis.*

Psal. 142. a.

Rom. 10. a. quod placet.

Ibidem. 5. d.

Ibidem. 10. a.

Quæstion. 28. in Iosue.

b ✻ *Optio vobis datur.* THEOD. Proposuit illis optionem. Et sic pposita alijs eligendi facultate, animi sui declarat pietatem inquiens, *Ego, & familia mea seruiemus Deo*.

† 1. Reg. 7. a. Tob. 14. c. † In simplicitate, & veritate. † Trans flumen.

Apolog. 2. ✻ IVST. Martyr. Nisi homines possent suo arbitratu turpia fugere, & honesta sectari, extra culpã erunt quicquid agant.

† velitis.

Dialog. ✻ IDEM. Sic Deo visum est, tum angelos, tũ homines libero arbitrio præditos, suiq; potentes facere quemque pro accepta facultate, vt si placita eius elegerint, illæsos seruet, & incolumes, sin ad malitiam deflexerit, singulis pęnas infligat.

* Contra. Lib. 4. c. 71. & 72. ✻ IRENEVS Martyr. Quod Christ⁹ ait. *Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.* Veterem legem libertatis hominis manifestauit. Posuit enim in homine potestatem electionis, quemadmodum, & in angelis.

✻ IDEM Si nulla esset in hominib. arbitrij libertas, nulli essent laudandi, nec vituperandi, exularent oẽs adhortationes prophetarum, & domini, vacaret omne consilium.

Quæst. 10. 28. in Iosue.

c *Non pote.* Aug. Non poteritis seruire domino, quia sanctus est.

a 1 Misique ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio, & in arcu tuo, dedique vobis terram in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis, vineas, & olíueta, quæ non plantastis. † 2 Nunc ergo timete dominum, 3 & seruite ei † perfecto corde 4 atque verissimo, 5 & auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, † & in Aegypto, ac seruite domino. 6 Si autem malum vobis videtur, vt domino seruiatis, b 7 optio vobis datur. Eligite hodie, quod placet, cui seruire potissimum † debeatis, vtrum dijs, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an dijs Amorrhæorum in quorum terra habitatis: Ego autem, & domus mea seruiemus domino. Respondítque populus, & ait: Absit à nobis, vt relinquamus dominum, & seruiamus dijs alienis. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros de terra Aegypti, & de domo seruitutis, fecitque videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via, per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus, 8 & eiecit vniuersas gentes Amorrhæorum, habitatorem terræ, quam nos intrauimus. Seruiemus igitur domino, quia ipse est Deus noster. 9 Dixitque Iosue ad populũ. c 10 Non poteritis seruire domino, Deus enim sanctus, & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris, atque peccatis. Si dimiseritis dominum, & seruieritis dijs alienis, conuertet se, & affliget vos atque subuerteret, postquam vobis pręstiterit bona. Dixitque populus ad Iosue: Nequaquam ita, vt loqueris erit, sed domino seruiemus. Et Iosue ad populum. 11 Testes, inquit, * vos estis, quia ipsi elegeritis vobis dominum, vt seruiatis ei? 12 Responderuntque. Testes. 13 Nunc ergo d ait. Auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel. Dixitque populus ad Iosue. Domino Deo nostro seruiemus, et obedientes erimus præceptis eius.

d *Auferte.* AVGVSTINVS. Quid est, quod ait: *Et nunc auferte Deos alienos, qui sunt in vobis, & dirigite corda vestra ad Deum Israel.* Non enim adhuc habebant simulachra gentium, cum superius obedientiã eorum prædicauerit. Aut verò si haberent post tantas legis comminationes, illa eorum prospera non sequerentur, cũ sic vidicatum sit in eos, quòd vnus de Anathemate furatus est. Denique Iacob dixit hoc eis, qui cum illo de Mesopotamia exierant, vbi sic idola colebantur, vt & Rachel paterna furaretur. Sed post illã admonitionem Iacob dederunt, quæ habebant. Vnde apparuit eum hoc dixisse, quia sciebat eos habere. Post hanc verò admonitionem Iesu, nullus tale aliquid protulit. Non tamen

Quæst. 29. in Ios.

Supra 7. a. Gene. 35. a. Ibidem. 31. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Misique ante vos crabrones. *Licet crabrones propriè loquẽdo sint muscæ ex fimo equi nascentes, tamen hic accipiuntur pro muscis à Deo supernaturaliter formatis, quæ habebant aculeos venenatos, secundũ quod dicunt Hebr. Dicunt autem alij expositores, quòd crabrones hic accipiuntur metaphoricè pro aculeis timoris, et terroris dissoluentibus corda eorum, ita quod non poterant resistere filijs Israel. Tertiumdecimum beneficium est de concessione terræ fructiferæ, & ædificatæ, quod notatur ibi.* Dedique vobis terram, &c. *Sequitur.*

2 Nunc ergo timete dominum. *Hic consequenter Iosue captat populi consensum ad Dei seruitium, dicens.* Nunc ergo timete dominum, *timore filiali.*

3 Et seruite ei perfecto corde. *absque diminutione.*

4 Atque verissimo. *Sine simulatione.*

5 Et auferte Deos alienos. *Dicunt aliqui, quod tunc non habebant idola, & ideo auferre, hic accipitur pro non recipere. Potest tamen dici, vt videtur, quòd aliqui eorum habebant idola, quæ apportata fuerant de Aegypto, secundum quod habetur Amos 5. g* Nunquid hostias, & sacrificiũ obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel, & portastis tabernaculũ Moloch, & imaginẽ idolorũ vestrorum, sydus Dei vestri, quæ fecistis, vobis, &c. *Et hanc authoritatem allegat beatus Stephanus contra Iudæos, Actorum 7.*

6 Si autem malum uobis videtur, vt domino seruiatis, *Propter sumptus sacrificiorum, & aliorum, quæ in cultu eius requiruntur.*

7 Optio vobis datur, Eligite hodie, quod placet, cui seruire potissimum, &c. *Ista optio non est concessionis, sed permissionis, quia Deus permittit hominem agere secundum libertatem arbitrij. Si tamen ad malum flectitur, iustè punitur. Cætera patent vsque ibi.*

8 Et eiecit vniuersas gentes Amorrhæorum, habitatorem terræ quam nos in. *Idest, aliquas de vniuersis, quia pro maiori parte eiecit, aliquas tamen dimisit propter causas supradictas 13. cap.*

9 Dixitque Iosue. *Hic consequenter Iosue ostendit eis difficultatem seruitutis Dei dicens.*

10 Non poteritis ser. do. *Idest, de difficili poteritis, quia virtus est circa bonum, & difficile. Et dixit hoc Iosue considerans pronitatem populi ad malum, & Dei iustitiam ad puniendum, & vt postea non possent negare ista fuisse eis explicata.*

11 Testes, inquit, &c. *Hic consequenter Iosue consensum populi iteratum professione confirmat, cum subditur.*

12 Responderuntque. Testes. *Supple, sumus. Et ideo professione facta conclusit.*

13 Nunc ergo. *Et exponatur, sicut supra.*

1 Percus-

men putandum est hoc illum inaniter præcepisse. Nō enim ait: *Et nunc auferte deos alienos, si qui sunt in vobis*, sed omnino tanquam sciens esse, qui sunt, inquit, *in vobis*. Sanctus ergo propheta in cordib. eorum cogitationes cernebat de Deo, & alienas à Deo, & ipsas admonebat auferri. Qui enim talē cogitat Deū qualis non est, alienum Deum, & falsum in cogitatione portat. Quis est autem, qui sic cogitet Deū, vt ipse est? Relinquitur ergo fidel. b. quandiu peregrinantur à domino auferre à corde suo phantasmata, quæ se cogitationibus ingerūt, velut talis, aut talis sit Deus, qualis non est, & derigere cor ad illum fideliter, quemadmodum, & quantum vobis expedire nouit, ipse se insinuet, donec absumatur oē mendacium. Vnde dictum est. *Omnis homo mendax*. Et transacta non solum impia falsitate, sed ip so speculo, & enigmate, *fa. ie ad faciem cognoscamus eum*.

Cū populo. — 1. Cor. 5. b. — Psalm. 115. — 1. Cor. 13. d.

[a] Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, [1] & * proposuit populo præcepta atque iudi- [2] cia in Sichē. Scripsit quoque omnia uerba [3] hæc in uolumine legis domini, & tulit lapi- [4, 5] dem pergrandem, posuitq; eū subter quer- [6] cum, quæ erat in sanctuario domini, & dixit ad omnem populum: En lapis iste erit [7] vobis in testimonium, quod audieritis om- [8] nia verba domini, quę locutus est uobis, ne fortè postea negare uelitis, & mētiri domino Deo uestro. Dimisitq; populū singulos

a ✣ *Percussit*. THEOD. Lapis quidem iste expers est animæ, verum ad arguendos illos, qui anima prædıti sunt vtitur eorum testimonio, quæ carent anima, secutus morē antiquum. Nam Iacob, & Laban inito fœdere, colliculum appellarunt testem pactionum.

B ✣ CHALD. Paraph. En lapis iste erit nobis, quasi duæ tabulæ lapideæ fœderis, fecimus enim ipsum pro testimonio. Verba enim, quæ in eo sunt inscripta, referunt omnia verba, quæ dominus locutus est ad nos. Erit ergo apud vos pro monimento, & pro testimonio, si forte fefelleritis dominum Deum vestrum.

✣ AVGVST. *Et disposuit Iesus testamētū ad populū ī die illo, et dedit illi legem, & iudicium in Silo corā tabernaculo dñi Dei Israel, & scripsit verba hæc in libro legis Dei, & accepit lapidem magnū, & statuit illum Iesus sub therebintho ante dominum, & dixit ad populū Ecce lapis iste, &c. quia hic audiuit omnia, quæ dicta sunt à domino quæcunque locutus est ad vos hodie, &c.* Hæc verba, qui altius p scrutantur, nō tantum virum tā insipientē putant, vt verba Dei, quæ locutus est populo, lapidē audisse crediderit, qui ēt si in hominem effigiatus esset, aures haberet, & non audiret. Sed per hūc lapidē illum significauit, qui est lapis offensionis, non credentib. Iudæis, & petra scandali, quem, *reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli.* De quo dicitur

Quæst. 30. in Iosue. — Psal. 117. c.

C

Bibebant aūt de spirituali consequente eos petra: petra aūt erat Christ⁹. Vnde petrinis cultris populum circūcidit ductor egregius, qui cum illo etiam sepulti sunt, vt profundum mysteriū demōstraret posteris profuturū. Sic ergo hūc lapidē visibiliter statutum debemus spiritualiter accipere in testimoniū futurum infidelibus Iudæis, id est, mentientibus, de quibus dicitur: *Inimici Domini mentiti sunt ei*. Neque enim frustra cum Moses, vel potius Deus per eum disposuisset ad populum testamētum, quod erat in arca testamenti, & in libris legis tanta sacramentorum, & præceptorum multiplicitate cōscriptis, dictum est hic: *Disposuit Iesus testamentum in die illa*. Repetitio enim testamenti nouum testamentum significat, sicut Deuteronomium, i. secunda lex, & secundæ tabulæ. Multis enim modis significatum est, quod vno modo implendū fuit. Quòd autem sub therebinto statutus est lapis hic, significat quod virga ad petram, vt aqua profflueret, & quia neq; hic sine ligno statutus est lapis. Iō aūt subter, quia non fuisset in cruce exaltatus, nisi humilitate subiectis. Vel quod illo tempore quo id faciebat Iesus Naue, adhuc obumbrandum myſterium fuit. Therebinthus etiam medicinalem lachrymā exudat, quæ arbor à L X X. hic posita est. Alij verò quercum posuerunt. Mirum est, quod saltem in his nouissimis verbis, quibus populum allocutus est, non eos obiurgauit, quia his gentibus pepercerunt quas dominus omnino perdendas esse præcepit. Sic enim scriptum est. *Et factū est postquam inualuerunt filij Israel, & fecerunt Chananæos obedientes, exterminio autē eos non exterminauerunt.* Nā primo id eos nō potuisse scriptura testata est. Sed nunc postquā præualuerūt, ita vt facerent eos obedientes, q; non ēt exterminauerunt ꝯ præceptum dñi factum est, quod non est cuiquam factū, cū Iesus exercitū duceret. An forte, quia prius dixit eos scriptura non potuisse ante, s. quā præualerent, ēt cū præualuissent timuisse credēdi sunt, ne forte paratos obedire si nō parcerēt, acrius ex desperatione pugnare ꝯ cōpellerent, & eos superare non possent? Hunc ergo eis humanū timorē domin⁹ noluit imputari, & sic apparet in eo quædam subdefectio fidei, quæ si in eis fortis fuisset, ea sequerentur, q̄ Iesum bellātem secuta sunt. Quia vero in eis non fuit tanta fides, etiam cum præ-

D — 1. Cor. 10. a. — Psal. 70. c. — & mentiri. — Quæst. 30. in Iosue. — E — F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Percussit ergo. *idest, renouauit fœdus inter populum, & Deum.*

2 Et proposuit. *Quantum ad moralia, & cæremonialia.*

3 Atque iu. *Quantum ad iudicialia.*

4 Scripsit quo. *idest hanc professionem populi, & obligationem iteratam, ad fortius astringendum populum ad seruiendum domino in futuro.*

5 Et tulit. *Hic consequenter Iosue applicat signū sensibile ad memoriam huius facti in futurum, cum dicitur*, & tulit, *sicut solet fieri in terminis terrarum, vel regnorum quando statuuntur in signum diuisionis territoriorum.*

6 Posuitque eum. *Videtur, quòd in hoc fecerit contra legem, Deuterono m. 16. d.* Non plantabis lucum iuxta altare domini. *Quod soluunt aliqui dicentes, quòd vna arbor non facit lucum. Et hoc non valet, quia ibidem subditur:* Et omnem arborem. *Ex quo patet intentio præcepti, quòd nulla arbor debetet ibi plantari. Ideo dicunt alij, quod inhibitum erat plantare, non tamen prius existentem reseruare, arbor autem ista erat ibi antequam poneretur ibi altare Domini. Sed adhuc istud non videtur sufficere, quia ad hoc datum fuit illud præceptum, ne Iudæi essent similes idololatris, qui prope phana idolorum habebant lucos ad luxuriam exercendam, & quantum ad hoc non videtur differre ibi plantare arbores de nouo, vel plantatas prius dimittere. Et ideo dixit Ra. Sa. quòd vera litera est.* Subter limen. *Dictio enim Heb.* allath, *quæ est ibi, est æquiuoca, & in vna significatione significat idem, quod limen, & secundum ipsum lapis iste fuit positus prope ingressum sanctuarii, & non eleuabatur vsque in limen superius. Posset tamen dici secundum translationem nostram, quòd hic non accipitur sanctuarium Dei pro tabernaculo Mosi, quia positum erat in Silo, sicut dictum est supra 28. Iosue autem fecit ista, quæ scribuntur hic in Sichē, vt patet in textu vbi dicitur.* Et proposuit, *qui locus bene multo distat à Silo. Et ideo sanctuarium hic potest accipi pro synagoga, in qua cōueniebant habitatores illius loci causa orationis, & audiendi verbum Dei, quia in singulis ciuitatibus, & vrbibus, Iudæi habebant talia loca, licet haberent vnum templum tantum, vel tabernaculum, antequā templum esset factum vbi fiebant sacrificia. Sicut patet in euangeliis vbi leguntur fuisse plures synagogæ, vt pote in Nazareth, & Capharnaum, & aliis locis, stante vnico templo in Ierusalem. Tamen ante templi ædificationem temporibus, quibus arca non habuit stabilem mansionem, licitum fuit alibi offerre sacrificia votiua, non tamen debita, vt dictum fuit Deut. 7.*

7 En lapis iste erit vo. in te. *fœderis renouati cum domino, & sicut lapis iste est durabilis, ita & fœdus istud debet esse perpetuum.*

8 Quod aud. *In Heb. habetur.* Quod audierit omnia, *scilicet, ipse lapis, propter quod dicunt Hebræi aliqui, quòd ad literam lapis audiuit, virtute tamen diuina, sed hoc videtur impossibile, quia quod lapis manens lapis habeat sensum auditus, vel cognitionem aliquam, videtur implicare contradictionem. Item quod habeat actum secundum, qui est audire, & non habeat actum primum, qui est principium huius actus secundi, videtur impossibile, quia eiusdem est act⁹ primus, & secundus, & accipitur actus secundus pro operatione, siue consistat in pati, siue in agere, quia de hoc sunt variæ opiniones, sed audire, sentire, & intelligere, siue sint actiones eius, qui sentit, vel intelligit, siue sint passiones eius ab obiecto, tamen necessariò in sentiente, vel intelligente requiruntur potentiæ sensitiuę, & intellectiuæ, quę in lapide esse non possunt. Ideo aliter potest dici, quod hic accipitur lapis pro hominibus existentibus circa lapidem illum. Sicut dicitur Deu. 32. a.* Audiat terra verba oris mei, *i. homines habitantes in terra, sicut ibi expositū fuit. Et secūdū istū sensum procedit translatio nostra, secūdū. n. quod dicit Hiero. in lib. de opti. genere interpretandi. Optima interpretatio non sit transferendo verbum ex verbo, sed aliquando melius est transferre sensum ex sensu, & sic est in proposito.*

1 Et post.

cum prævaluissent pugnare vsq; ad interneccionem inimicorum, ausi non sunt: non de malitia vel superbia vel contemptu dominici præcepti, sed de infirmitate animi. vnde Apostolus: *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secund opera eius.* De illis autem qui non malitia, sed timore eum deseruerant, ait: *in prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt, quod nō illis imputetur*

2. Tim. 4. c.

a *Mortuus est Iosue filius Nun, &c.*

✲ Hieronym. Ostende mihi Iesum Naue vel vxorem habuisse, vel filios: & si potueris, victū me esse fatebor. Et certè pulcherrimum terræ Iudææ in partitione accepit locum, moriturque non in vicenario numero, qui semper infaustus est, sed in decimo, de cuius laude crebrò diximus. Sepelitur autem in Thammat Sareh, id est, in perfectissimo principatu, siue in numero operimenti noui: vt virginum significaret greges, Saluatoris auxilio coopertos: in monte Ephraim, hoc est, in mōte frugifero, ab Aquilone montis Gaas, qui interpretatur commotio.

Lib. 1. adu. Iouinian.

† Gen. 50. Exod. 13. q. 2. Hebron. §. itē Ioseph. & §. econtra.

✲ Ioseph. Defunctus est cum vixisset annis cētum & decem, quorum cum Mose pro doctrina vtilium rerum commoratus est quadraginta: dux autem post illius mortem sex & viginti: fuit vir nec sapientia indignus, nec eorum, quæ cogitabat vt multa sapienter edicere inexpertus: sed vbique summus, & ad opera periculaq; magnanimus, audaxq; bella disponere, & in pace dexter, & ī oī tpe ōcipua virtute ɔueniēs.

L. 5. Antiq. cap. 4.

a in possessionem suam. Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus domini, centum & decem annorum, sepelieruntque eum in finibus possessionis suæ in Thannathsare, quæ sita est in monte Ephraim à septentrionali parte montis Gaas. b Seruiuitque Israel domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini quæ fecerat in Israel. † Ossa quoque Ioseph quæ tulerant filii Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichen in parte agri quē emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichen centum † nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoq; filius Aaron mortuus est, & sepelierunt eum in Gabaahphinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

✲ Septuaginta. Posuerunt in sepulchro Iosue cultros lapideos, quibus circuncidit filios Israel in Galgalis, quando eduxit eos ex Aegypto, sicut præcepit dominus, & ibi sunt vsque ī hodiernum diem.

✲ Cyrillus Alex. Non absque causa cultri eodem cum illo in loco positi sunt: verum vt nos discamus circūcisionis spiritualis gratiam (quæ bonorum cęlestium nobis est pronuba) Saluatoris morti esse affixam.

b *Seruiuitque Israel domino, &c.*

✲ Theod. Quantum conferat princeps pius & amans Dei, perspicuum facit hic loc⁹ historię. *Seruiuit,* inquit, *Israel domino, &c.* At post obitum eorum declinarunt ad impietates: quarum luerunt pœnas, quia diuino priuati auxilio, redacti sunt sub iugo seruitutis.

Quæst. 19. in Ios.

† nummis. & Chal. iurer. & LXX. agnis.

✲ R. Leui filius Gersonis. Seniores qui produxere ætatem post Iosue, ij dicuntur qui vetera illa miracula in Aegypto cōspexerant, memoriaque tenebant, qualia coram Pharaone patrarat Moses: tum ad mare rubrum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et post.* Hic vltimo agitur de morte & sepultura Iosue. Et patet litera. Et occasione eius consequenter agitur de sepultura Ioseph, cum dicitur.

2 *Ossa quoque Ioseph quæ tulerant.* Hoc enim imposuerat eis Ioseph, ut habetur Gen. 45.

3 *Sepelierunt.* Hunc enim locum dederat Iacob ipsi Ioseph: vt habetur Gen. 48.

4 *Quem emerat.* In Hebræo habetur *bemeah quasitab,* centū obolis. Et eodem modo habetur Gen. 33. vbi fit mentio de ista emptione. Consequenter fit mentio de morte Eleazaris sacerdotis: cum dicitur.

5 *Eleazar quoque.* Et de sepultura eius, cum dicitur.

6 *Et sepelierunt.* Successerat enim Phinees in hæreditate patris sui, & ideò iste locus iam dicebatur ipsius Phinees. In aliquibus autem libris interponitur, & dicendo sic: *Et sepelierunt.* Et tunc mutatur sententia, sed ly &, non est in Hebręo nec in libris correctis.

LIBRI IOSVE FINIS.

CAP. I.

A a Post mortem Iosue consuluerunt. ✠ Athanasius. Vocatur hic liber Iudicum, propterea quod post mortem Iesu Naue, populum suum Deus a relictis Chananæorum gẽtibus pressum, per Iudices seruauit, quorũ hoc volumine singulorum facta & vitæ tempus continentur, &c. Fuerunt autẽ numero tredecim: & anni illorum fuerunt quadringenti & vndecim.

In Synops.

✠ Theod. Quemadmodum regnorum liber vocatur Regna, propterea quod recenset ea quæ temporibus Regum contigere populo: ita liber iste Iudicum appellatus est, quia docet illa quæ tempore Iudicum euenerunt. Initium autem huius historiæ arbitror esse recapitulationem quãdam fortiter gestorum ab Iesu filio Naue.

In lib. Iudic.

✠ Hebræi. Samuel res a Iudicibus gestas hoc volumine descripsit.

In Talmud. c. Babæ Batrę.

✠ Isid. Iudicum, & Ruth, & Samuelis primam partem scripsit Samuel.

Lib. diuin. offic. c. 11. B

✠ Procop. Narratio Iudicum plurimum nobis vtilitatis affert, cum ponit ob oculos quanta diuini cultus, ac econtra, defectionis vis existat: quod videlicet ille hostes & si contra nos insurrexerint, reprimit: ea verò sub ipsorum manum mittit. Quare diuus Paulus non indignè ex his scripturis plurima citat exempla, ut de Gedeone, de Barac, de Sampsone, Iephte & aliis, qui fidei virtute deuicerunt regna. Porrò, postquam vita defunctus est Iosue, ac ipsius doctrina adhuc recens esset, piè quidem erga Deum affectus fuit populus. Itaque quis ipsorum dux sit futurus dominum consulunt: exemplo enim conspirationis Coræ, Dathan, & Abiron, quale supplicium eiusmodi homines consequerentur, edocti, nullus in magistratum sua sponte se ingerere audebat. Totis ergo viribus ad arcam in Silo contendentes, nec oracula Græcorum sectantes, dominum consuluerunt.

Com. in lib. Iudic. C D

LIBER IVDICVM

Hebraicè Sophetim.

a POST mortem Iosue consuluerunt filij Israel dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, † & erit dux belli? Dixitque b dominus: ¶ Tribus Iudæ. Iudas ascendet, ecce tradidi terram in manu eius. Et ait Iu-

Isidorus. Historia libri Iudicum non parua mysteriorum indicat sacra. Post Iosue enim succedunt Iudices sicut post Christum apostoli & ecclesiarum rectores ad regendos fideles, quos ipse ad spem promissionis æternæ producit. Per omnia autem in hoc volumine Iudaici populi delicta, & seruitus clamorque eorum & miseratio Dei continentur. Multis enim annis pro peccatis suis seruierunt, & conuersi liberati sunt, quia peccata nostra vires hostibus præbent: & quando malum facimus in cõspectu domini, confortantur aduersarii nostri, id est dæmones. Cum autem conuertimur, suscitat Deus iudices & Saluatores. i. principes & doctores, quos mittit in auxilium eorum qui toto corde clamant ad Deum.

In lib. Iudic. E

August. in fine libri Iesu Naue hĩc narrator porrexit historiam, quousq; filij Israel ad colendos deos alienos declinauerũt. In hoc autem libro ad ordinem reditur, quomodo consequentia gesta fuerint post mortem Iesu Naue. Non ergo ab illo tempore incipit liber, quo populus ad colenda simulacra defluxit: sed a priorib. interpositis temporibus, quibus ea gesta sunt post quam ad illa peruenit.

Quæst. 1. in lib. Iudic. tomo 4.

b *Iudas.* Quæritur vtrum aliquis homo Iudas vocabatur, an ipsam tribum de more sic appellauit? Sed illi qui interrogauerant dominum, ducem requirebant. Vnde putatur vnius expressum

Quæst. 2. F

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT I.

SVscitauit dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus. *Iud. 2. c. Sicut in libro Iosue (a quo incipiunt libri historiales) agitur de terræ promissionis ingressu, vel potius de Deo filios Israel in terram promissionis introducente, ita in aliis libris historialibus agitur de populi Israel dictam terram inhabitantis gubernatione vel processu, vel potius de Deo dictum populum gubernante, quia sicut in tota sacra scriptura Deus absolutè est subiectum, ita & in partialibus libris Deus est subiectum sub rationibus contractis, sicut dictum fuit ibidem. Deus autem populum Israel gubernauit & direxit tripliciter. Primò per iudices vsque ad Saulem regem. Secundò per reges à Saule vsque ad Babylonis transmigrationem. Tertiò per pontifices a reditu captiuitatis Babylonicæ vsque prope tempus Christi, quando Iohannes Hircanus qui descendit de Machabeis primus post captiuitatem Babylonicam imposuit sibi diadema regium. De prima igitur gubernatione vel potius de Deo primo modo gubernante agitur in hoc libro Iudicum, & hoc est quod dicit verbum præassumptum:* Suscitauit dominus, &c. *In quo tria tanguntur. Primum est Dei præsidentis clementia, cum dicitur:* Suscitauit dominus. *Secundum est modi obsequentis decentia, ibi:* Iudices qui liberarent eos. *Tertium est populi gementis indigentia, ibi:* de vastantium manibus. *Ad pleniorem intellectum istorum trium considerandum, quod iudices qui rexerunt populum vsque ad tempus Saulis regis non regebant per modum imperij seu alicuius dominij, sed tantum per modum ministerij, exhortationis & consilii, Deus enim retinuerat sibi istud dominium, & ideo cum filii Israel liberati essent per Gedeonem de manibus Madian, vt habetur infra 8. ca. & ei dicerent:* Dominare nostri tu & filius tuus & filius filii tui. *Respondit:* Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur dominus. *Et ideo propter tale dominium Dei immediatum facilius & frequentius condescendebat dominus ad castigandum populum paterna correctione, & ad liberandum materna consolatione, sicut patet intuenti huius libri decursum. Considerandum etiam quod licet Deus posset omnia immediate regere per seipsum, tamen ad seruandum vniuersitatis pulchritudinem & ordinem, regit inferiora per media, & sic populum Israel gubernauit per iudices tanquam per ministros idoneos & decentes, qui propter excellentiam virtutis quantum ad plura erant quasi mediatores ipsius Dei ad populum, & propter affluentiam pietatis qua populo in afflictione posito compatiebantur, erant quasi mediatores populi ad Deum impetrando eius auxilium. et propter ista dicitur inf. 2. ca.* Cumque dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. *De his vero tribus, videlicet de diuinis condescentionibus & liberationibus populi ab afflictionibus & iudicum sustentationibus, est totus decursus huius libri, vt patet ex sequentibus. Primò igitur per modũ prologi præmittitur materiæ huius libri breuis prælibatio. Et secundo subditur historiæ narratio, ca. 3. Circa primum sciendum, quòd occasio suscitandi iudices fuit eo quòd populus recedens a domino affligebatur, & pœnitens liberabatur. Et ideo primò in breui tangitur populi transgressio. Secundò transgressionis reprehensio, in principio secundi capituli. Tertiò materiæ huius libri prælibatio, ibi:* Dimisit ergo Iosue, &c. *Circa primum sciendum, quòd opposita iuxta se posita magis elucescunt, ideò primò ponitur profectus populi laudabilis. Secundò defectus eius culpabilis, ibi:* Manasses quoque. *Adhuc circa primum. Primò ponitur profectus Iudæ. Secundò aliorum, ibi:* Filij autem Cinei. *Adhuc circa primum primò ponitur profectus tribus Iudæ in generali. Secundò ipsius Caleb in speciali, ibi:* Pergensque Iudas. *Circa primum dicitur.*

Tribus modis Deus populum rexit.

Quomodo regebant populum iudices

Diuisio

Occasio suscitationis iudicum.

1 Post mortem. *Quia experti fuerunt malè accidisse eis, quando Iosue inconsulto domino misit bellatores cõtra regem Hai, vt habetur Iosue 7.*

2 Iudas, &c. *id est, tribus Iudę. Hoc communiter exponitur sic, quod Iudas instituebatur dux in bellis filiorum Israel generaliter, sed hoc non bene consonat sequentibus, quia Aioth, Barach, Gedeon & Iephte fuerunt duces exercitus in magnis prælijs qui tamen non fuerunt de tribu Iuda. Et ideo aliter exponunt Heb. quod per hoc quod dicitur hic* Iudas asc. *intelligitur quod tribus Iuda prima expugnaret aduersarios in sorte sua. vnde subd.*

3 Et ait Iu. &c. *Trib. n. Simeon habuit sortẽ iuxta tribũ Iuda: ꝓpter* ✠ quod

ALLEGORICE.

† *Dixitq; dom. Iudas asc.* Alleg. Per Iudã significatur dominus noster Iesus Christus, qui ſm carnẽ est de tribu Iuda, prout declaratur Mat. 1. & Ro. 1. dr̃ de ipso, quod factus est ei ex semine ✠ Dauid

expressum hominis nomen. Sed quia non solet duces nominare scriptura cum constituuntur, nisi memorata etiam origine parentum, & constat post Iesum duces habuisse populum Israel, quorum primus Othoniel filius Cenez: rectè intelligitur nomine Iudæ tribum Iuda fuisse significatam, ab ipsa enim voluit dominus incipere conteri Chananæos. Et cum populus de duce interrogaret, ad hoc valuit responsio domini, vt scirent Deum noluisse ab vniuerso populo bellari aduersum Chananæos. Dixit ergo: *Iudas*, & sequitur: Et dixit Iudas ad Simeonem fratrem suum, tribus. s. ad tribum, nō enim adhuc viuebant filij Iacob, qui sic appellati sunt. Manifestū est tribum Iuda alterius sibi tribus auxilium postulasse, quod redderet cum opus esset.

L. 5. Antiq. cap. 5. ✠ Ioseph. Phinees propheta uit a secundum Dei voluntatem, ad delendum Chananæorum genus, tribui Iudæ præbendum esse principatum. Tunc assumpta etiam tribus Simeō ad pugandum.

Com. in Iu. ✠ Procop. Inter alias trib. Iuda excelluit, quoniam figurā Christi sustinuit, ad quem secundum carnem à patre dictum est: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

a ✠ *Septuaginta reges amputatis, &c.* Iosep. Dum manuum & pedū summitates ei abscinderent ait: Non semp potui latere Deum, illa patiens, quæ contra vos, & septuaginta reges prius facere non erubui.

Quæst. 16. in scriptur. Deut. 19. ✠ Anasta. Nicenus. Legem ferens dixerat Deus: *Oculus pro oculo, dens pro dente*, Dicit etiā liber Iudicū, Adonibezec amputatas fuisse summitates manuum ac pedum. quod tantūdem septuaginta regib. fecerat. Meritò ergo dicebat Sapiens piens per quę quis peccat, per illa etiam punitur.

b ✠ *Oppugnantes Ierusalem, &c.* Theod. Si tunc euersa fuit Hierusalem, qui fit vt Dauid iterum illam obsidione cepit: Vicissitudines rerum permultas passus est populus. Nam interdum vincebant, aliquando vincebantur: interdum imperabant extraneis, quandoque seruiebāt illis. Quare perspicuum est, Hierusalē prius exustam, postea ab Iebusæis sub duram populi seruitutem redactis instauratam fuisse.

Quæst. 3. in lib. Iudic. Iosu. 15. d. c *Dixitque, etc.* August. *Quicunque percusserit ciuitatem literarum et ceperit eam, dabo ei filiā meam in vxorem.* Hoc in libro Iesu memoratum est. Sed vtrum Iesu viuente sit factum, & nūc recapitulatum, an post eius mortem postquam dictum est: *Iudas ascendet*, & cepit Iudas bellare contra Chananæos: in quo bello omnia hæc gesta narrantur, meritò quæritur. Sed credibilius est post mortem Iesu factū, tunc autem per prolepsim, id est, per præoccupationem memoratum, sicut & alia. Nunc enim cum res gestæ aduersus Chananæos tribus Iudæ exponerentur, ita se narrationis ordo continet inter cætera Iudæ facta bellica, de quo post mortem Iesu dixit dominus: *Iudas ascendet*, & post hęc ascē-

Iosue 15. c. derunt filii Iuda pugnare aduersus Chananæum qui habitabat in montanis ad Austrū & campestrem, & abijt Iudas ad Chananæum habitantem in Hebron, & exiit Hebron ex aduerso. Nomē autem Hebron erat Cariatharbe vel Sepher, & percussit Sesai, & Ahiman & Tholmai filios Enac & ascenderunt inde ad inhatantes Dabir, cui ante fuit nomen ciuitas literarum. Et dixit Caleb: Quicunq; percusserit ciuitatem literarum, &c.

Iosue 15. d. Constat ergo ex hoc ordine gesta-

¶ Tribus scilicet tribus.

das Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæum, vt ¶ Cum opus tibi fuerit & ego pergam tecum in sorte tua. Et abijt cum eo Simeon. Ascenditque Iudas & tradidit dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum, & percusserunt in Bezec decem milia virorum, inueneruntque Adonibezec in Bezec & pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum. Fugit autem Adonibezec, quem persecuti comprehenderunt, cæsis † summitatibus manuum eius ac pedum. 1 Dixitque Adonibezec: 2 Septuaginta reges amputatis a manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias, sicut feci, ita reddidit mihi dominus. 3 Adduxeruntque eum in b Ierusalem, & ibi mortuus est. 4 Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, 5 tradentes cunctam incendio ciuitatem. Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad Meridiem in campestribus. † 6 Pergensque Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, 7 cuius nomen fuit antiquitus Cariatharbe, 8 percussit Sesai & Ahimon & Tholmai, atque inde perfectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Chariathsepher, id est, ciuitas literarum. Dixitque c Caleb: † Qui percusserit Cariathsepher & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. Cumque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. Quam pergentem

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quod aliquæ ciuitates de parte Iudæ fuerunt adiunctæ sorti tribus Simeon, vt dictum fuit Iosue 15. & propter hoc erat magis conueniēs q iuuarent se mutuò, cætera patent vsque ibi.*

1 Cæsis. *In Hebræo habetur: Cæsis behonoth, id est, pollicib. &c. tales enim inepti redduntur ad prælium.*

2 Dixitque Ado. *Hoc fecerat iste Adonibezec ex magna crudelitate & superbia, ad ostentationem victoriarum quas habuerat.*

3 Adduxeruntque eum. *In exercitu suo.*

4 Oppugnant, &c. *Non totam sed partem eius, quia fortalitium vbi manebat Iebusæus, non fuit expugnatum vsque ad tempus Dauid, vt dictum fuit Iosue 15.*

5 Tradentes. *Locutio est hyperbolica, quia pars eius remansit incombusta, vt dictum est sicut aliquando dicitur tota ciuitas vadit ad tale spectaculum, licet aliquando maior pars remaneat.*

6 Pergensque. *Hic consequenter agitur de profectu tribus Iudæ in speciali, scilicet, ipsius Caleb, cui assignata fuit Hebron specialiter, vt habetur Iosue 14.*

7 Cuius. *Id est, ciuitas quatuor, propter quatuor patriarchas ibi sepultos, vel propter quatuor gigantes ibidem commorantes, vt dictum fuit Iosue 14. & Gene. 23.*

8 Percussit Sesai & Ahiman, &c. *Isti fuerunt tres gigantes magna fortitudine præditi & pater eorū fuit quartus noie Enac. Cætera patet ex dictis Ios. 15. vbi eadē fiūa & quasi eadem verba ponuntur.*

1 Filij autem

ALLEGORICE.

✠ Dauid secundum carnem, ipse namque pro nobis ascendit crucem, & ibi debellauit Chananęum. i. humani generis inimicum cum satellitibus suis.

† *Fugit autem.* qui interpretatur dominus fulguris, pp quod significat diabolū qui fideles nititur ictu fulguris percutere inducendo eos ad peccatum mortale, quod fœtet corā Deo & angelis, sicut ignis fulguris, hūc autem fugauit Christus.

2 *Septuaginta.* Per septuaginta reges quos Adonibezec tenebat captiuos, significantur homines de septuaginta idiomatibus quos diabolus tenebat inclusos quos Christus per virtutem suæ crucis liberauit. Moraliter autem per Iudam, qui interpretatur confessio, significatur quilibet confitens Est autem duplex confessio, scilicet, propriorum peccatorum, & diuinæ laudis. Et vtraque confessio præcedere debet in expugnatione dęmonis & vitiorum. de qua dicit Seneca. Pacem habere cum hominibus, & cum vitiis bellum. Et propter duplicem confessionem prædictam bene quæritur. *Quis ascendet ante nos, &c.* Respondet dominus, *Iudas ascendet.* Sequitur, *Et ait Iudas Simeon.* Per Simeonem qui audiens interpretatur, obedientia diuinis præceptis & ecclesiæ significatur, quæ cum confessione peccatorum & laudis diuinæ debet adiungi in dæmonis & vitiorum expugnatione. Et sic Adonibezec per quem vt dictum est, dæmon significatur cum suis satellitibus superatur.

6 *Pergensque Iudas contra Chananæum.* Moralitas autem huius historiæ posita est supra Iosue 15.

Confessio duplex.

A stestarũ rerũ post mortem Iesu hoc esse factum. Cum ergo ciuitates datæ ipsi Caleb memorentur accepta occasione narrator quod postea gestũ est, præoccupauit. Nec tñ hic frustra arbitror hoc de filia Caleb data in victoris præmium bis scripturam memorasse.

non sine illo tenuerunt terram quam possidebant.

D c *Manass.* August. Et non hæreditauit Manasses Bethsan, quæ est Scytharũ ciuitas, ipsa hodie perhibetur Citropolis dici. Pot aut mouere quomodo in illis partibus multũ à Scythia diuisis potest esse Scytharũ ciuitas. Sed similiter potest mouere, quomodo tam lõgè à Macedonia Alexander Macedo cõdiderit Alexãdriã ciuitatem, quod vtique fecit longè lateque bellando, ita et Scythæ hanc condere potuerunt. Nam legitur in historia gẽtium vniuersam penè Asiam Scythas aliquando tenuisse.

Quæst. 3. in Iud.

Aug. quæst. 5. in Iudic.

a *Nec po.* In hoc ipso fuit dominus cũ Iuda. restringit. n. Deus propitius etiã in cordibus suorum sanctorum nimiæ prosperitatis excessum, vt in vsus eorũ conuertat inimicos non solum quando vincuntur, sed etiam qñ metuuntur. Illud ad cõmendandã suã largitatẽ, hoc ad reprimendã eorũ elationem. Inimicus. n. sãctorum est angelus Sathanæ, quẽ sibi datũ ad se colaphizandum dicit Apost. *Ne magnitu. reuelationum extollar, &c.*

¶ soceri.

2. Cor. 12. b.

B b *Iebusæum.* Aug. Superius legitur eadẽ ciuitas à Iuda capta, & incẽsa interfectis in ea Iebusæis. Sed sciendum est hanc ciuitatem cõmunẽ habuisse duas tribus Iudam & Beniamin sicut ostẽdit diuisio terrarũ quã fecit Iesus. Ipsa est enim Iebus, quæ & Ierusalẽ. Ideo hæ duæ tribus remãserunt ad templũ domini quando cæteræ (excepta tribu Leui, quæ sacerdotalis fuit, & terras in diuisione non accepit) separauerũt se a regno Iuda cum Ieroboam. Sciendũ

Quæst. 7. in Iudic.

Ierusalem communis duabus tribubus.

C est ergo, a Iuda ciuitatem captam esse & incensam, interfectis qui illic reperti fuerant. Sed non omnes Iebuseos extinctos, vel quia extra ciuitatem erant: vel quia fugere poterãt. Quos Iebuseos admissos esse a filiis Beniamin, quibus cum Iuda ciuitas illa erat communis in ea simul habitare. Quod ergo dictum est: Non hæreditauerunt Iebusæum filij Beniamin, intelligendum est, quod tributarios facere non potuerunt, vel noluerunt, aut non hæreditauerũt Iebusæum, quia non

in itinere monuit vir suus, vt peteret à patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino dixit ei Caleb: Quid habes? At illa respondit, Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. Filii autem Cinei † cognati Moysi ascenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in desertum sortis eius, quod est ad Meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. Abiit autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum. Vocatumque est nomen vrbis Horma, id est anathema. Cepitque Iudas Gazan cum finibus suis, & Ascalonem atque Accaron cum terminis suis. Fuitque dominus cum Iuda, & montana possedit. Nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. † Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enac. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filii Beniamin, habitauitque Iebusæus cum filiis Beniamin in Ierusalem vsque in præsentem diem. Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuitque dominus cum eis. Nam cum obsiderent vrbem, quæ prius Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecũ misericordiam. Qui cũ ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladij, hominem autem illum & omnem cognationem eius dimiserunt. Qui dimissus abiit in terram Ethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitq; eam Luzam, quæ ita appellatur vsq; in præsentem diẽ. Manasses

¶ Aug. Lxx. redemptionem aquæ, terram. s. de cuius fructibus aquam redimeret, cuius inopia erat in illis eginonibus ad quas nupta dicebatur. a ¶ Aug. Lxx. redemptionem excelsorum & redemptionem humilium fluẽtorum, subaudis, quæ vel in montanis vel in campestribus fluunt.

a Aug. Hoc in libro Iesu dictum est, quia illo viuo factum est: sed hic recapitulando memoratum est, cum de tribu Iuda vnde fuit Caleb loqueretur scriptura.

✱ Theodo. Quare non omnes vrbes ceperunt, sed ingens extranearum gẽtiũ numerus habitauit cum eis? In primis propter ignauiam: deinde ob immodicã auaritiã. Præterea transgressi sunt legem diuinam, atque Diis alienis seruierunt: quapropter sapientissimus dominus non prorsus interemit Chananæorum gentẽ, sed prope illos habitare permisit, vt expugnati, & in seruitutẽ redacti, procedens ab errore damnum sentirent, & confugerent ad conseruatorem Deũ, eiusque beneficiis fruerent. &c. Alteram etiam causam esse puto, propter quam non obtinuerunt integram terram promissam. Obseruatio legalis politiæ angustissima terra contenta erat, quia ter in anno lex statuerat cunctos festa celebrare in vnum locum conuenientes, in quo templum diuinum construxerant, vbi etiam primitias, decimas, primogenita ouium, & alia sacrificia offerre iusserat. Quocirca non abs re conclusit eos in arctum locum, vt facilè vel ipsi pigri ad ædem consecratam adeundam excitari possent.

Quæst. 6. in Iud.

† Ios. 14. d.

E

F

a *Arctauitq;*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Filij autem. *Hic ponitur profectus aliorum, & primò conuersorum ad Iudaismum, cum dicitur:* Filii autem Cinei. *Dicunt cõiter expositores, quod iste fuit filius Ietro, qui ad preces Mosi venit cum filijs Israel ad terram promissionis, vt habetur Num. 10. Et vocatus fuit Cin, vel Cineus & Obab. Hebræi dicunt quod iste fuit ipsemet Iethro socer Mosi, sicut declaratum fuit plenius Num. 10. vnde vbi dicitur hic* cognati Mosi: *in Hebræo habetur,* hoten, *id est, soceri Mosi.*

2 Ascenderunt. *Quæ est Iericho, non quòd habitarent in ciuitate quæ erat destructa, nec fuit reædificata vsque ad tempus regum Israel prout dictum fuit Ios. 6. sed habitabant in territorio quod fuerat illius ciuitatis.*

3 Cum filiis Iuda in de. *Dicunt Hebræi, quod illuc iuerunt ad manendum vt addiscerent legem ab Othoniel, qui erat edoctus in ea.*

4 Abiit autem Iudas. *Hic consequenter agitur de profectu tribus Simeon. Et patet in litera vsque ibi.*

5 Vocatumque est nomen vrbis Horma, i. anathema. *Hoc non est in Hebræo, sed additum fuit a translatore nostro, ad ostendendum significationem huius nominis, Horma, de cuius significatione dictum fuit plenius Iosue 6. & Leuit. vlt. tamen hic accipitur pro destructione perfecta, quia ciuitas ista fuit funditus euersa.*

6 Cepitque Iudas. *Hic reuertitur scriptura ad scribendum profectum Iudæ, cum dicitur:* cepitq; Iudas, &c. *Non est intelligendum quod ceperit tunc istas ciuitates, quæ erant Philistinorum, sed accepit aliqua pertinentia ad istas ciuitates, & pro tanto dicitur eas accepisse, quia infrà 3. cap. dicitur, quod quinque satrapæ Philistinorum remanserunt ad exercendum Israel, quorum aliqui præerant ciuitatibus istis, prout patet 1. Reg. 6. Vel si dicatur quod Iudas tunc cepit ciuitates istas, prout sonat litera, oportet dicere quod Philistæi recuperauerant eas, quia ibi dominabantur tempore Heli: vt dicitur 1. Reg. 5.*

7 Nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abunda. *Erant enim armati isti currus vncis ferreis ad modum falcis scindentibus, vt dictum fuit Iosue 17.*

8 Dederuntq; Caleb Hebron. *Hoc habetur plenius Iosue 14.*

9 Qui deleuit ex ea tres filios Enac. *Isti sunt tres gigantes supra nominati.*

10 Iebusæum autem. *Hic agitur de filijs Beniamin, cum dicitur:* Iebusæum, &c. non de. *Quia non potuerunt propter fortitudinem populi & loci, vel quia noluerunt propter iuramentum fœderis initi inter Abraham & Abimelec, a quo descenderunt illi Iebusæi, sicut dictum fuit Ios. 15. in fine.*

11 Domus quoq: Ioseph. *Hic agitur de profectu filiorũ Ephraim cum dicitur:* Fuitque dominus cum. *Et sequitur.*

12 Ostende nobis introi. ci. *Dicunt enim Hebræi, quod habebant introitum & exitum subterraneum i extraneis occultum.*

13 Hominem autem illũ & omn. *Parcentes ei, sicut filij Israel pepercerunt Rahab & cognationi eius, vt habetur Iosue 6. & Dauid puero qui duxit eum ad cuneum Amalecitarum: vt habetur 1. Reg. 30*

14 Manasses quoq;. *Hic consequenter describitur defectus filiorũ Israel culpabilis, cum dicitur.*

1 Post

a ¶Lxx. Et non hæreditauit Manasses Bethsan, quæ est Scytharū ciuitas, neque filias eius, id est, ciuitates quas ipsa tanquā metropolis instituerat.

quoque non deleuit Bethsan, & Anach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaan, & Mageddo cum viculis suis, cepitque Cha-

a ¶Aug. Idem pene in Iesu Naue, & eisdem verbis dicitur. Ideo aut hic per anacephaleosin dicitur, aut ibi per prolepsin dictum est, id est, aut hic recapitulando, aut illic præoccupando.

nanæus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. Zabulon non deleuit habitatores Citron, & Naalol, sed habitauit Chananæus in medio eius, factusque est ei tributarius. Azer quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidōis Ahalab & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob, habitauitque in medio Chananæi habitatoris illius terre nec interfecit eum. Nephtali quoque non deleuit habitatores Bethsemes, & Bethanath, & habitauit inter Chananæū habitatorē terrę, fuerūtq; ei et Bethsemitę, & Bethanitæ tributarij. Arctauitque Amorrhæus filios Dan ī mōte, nec dedit eis locū, vt ad planiora descēderēt habitauitq; in mōte Hares, qđ ĩterpretať testatio, Aialō & Salebī. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusq; est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrhæi ab ascensu scorpionis, petra, & superiora loca.

a *Arctauitq;* *Aug. Et contribulauit Amorrhe⁹ filios Dan in mōte. quoniam non pmisit eos descendere, &c.* Hoc aūt in l.b. Iesu Naue pōccupādo memoratum est, hic autem recapitulando.

Quæst. 22. in Iudic.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Postquam.* Propter cupiditatem tributi, & in hoc fecit cōtra præceptum domini, qui præceperat eos occidi, & deos eorum exterminari, vt habetur Numer. 33. & Deuteron. 8. & eodem modo intelligendum est in sequentibus de his, q. facti sunt tributarij ipsi Ephraim, Zabulō, Aser, & Nephthali, q. a noluerunt eos occidere pp cupiditatem tributi, in hoc transgredientes pceptū dñi, vt dictū est, & patet lra vsq; ibi.

2 *Arctauitque Amorrhæum.* Propter peccata sua non potuerunt conuenienter dilatari.

3 *Et aggrauata est manus domus Ioseph.* Hoc exponitur dupliciter. Vno modo actiue, vt *manus*, idest, potestas domus Ioseph grauauerit inimicos, & redegerit eos sub tributo. Alio modo passiue, vt potestas eius sit depressa, & aduersarij redegerint domum Ioseph sub tributo. Nec apparet plane ex textu, quod istorum intelligatur.

CAP.

Quæst. 12. in Iudic.

a CAP. II.

Ascenditq; an. Aug. Et ascendit angelus dñi sup Clauthmos mōtē. Scriptor hoc nōie appellauit locū, q.a postea scripsit: Qñ enim *Angelus dñi super eū ascendit*, nondū sic vocabať, á ploratione enim nomen accepit, quæ Græce κλαυθμὸς dicitur. Ibi enim populus fleuit cum audisset ab angelo verba vindicantis in eos, quòd inobediētes fuissent, quia non exterminauerunt populos secundū pręceptum eius quibus præualuerunt, eligentes eos tributarios facere, quàm perdere, sicut dominus iusserat. Quod siue contēpto Dei mandato, siue timore fecerint (ne hostes contra se acrius pugnarent pro salute obtinenda, quàm pro tributo non dando) sine dubio peccauerūt, vel spernendo Dei præceptū, vel nō præsumendo, quòd eos posset, qui præceperat adiuuare. Quod ideo per Iesū noluit eis dicere. Si tñ adhuc eo viuente iā fieri præceperat, & non potius pręoccupando memoratū fuerat, quod illo mortuo fieri cępit, q.a hoc omnib. veluit exprobrare per angelū. Nondū autem omnes id fecerant viuente Iesu, & si aliq. forte iā cęperant, credibilius est tamē nihil tale incepisse viuente Iesu, tantumq; terrarum sub illo tenuisse filios Israel, quātum eis ad consedendū sufficeret, quāuis infortib⁹ suis hęrēt vnde crescēdo, et cōualescendo aduersarios exterminarēt. Proinde post mortē Iesu postquam præualuerūt, maluerunt habere tributarios secundū voluntatē suam, quā perdere secundum voluntatē Dei. Iō ad illos corripiēdos angelus dñi missus est. Quod vero memoratū est i libro Iosue, magis puto præoccupatum, quod post mortem suam factū, vel futurū ipse nouerat prophetico spiritu si ab illo liber scriptus est, qui appellatur Iesus Naue, vel si ab illo iam factū esse sciebat post mortem Iesu, quod ibi præoccupando memorauit.

CAP. II.

a Ascenditque angelus domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terrā, pro qua iuraui patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuerteretis, & noluistis audire vocem meam

a Quamobrem

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ascenditque ang.* Hic consequenter describitur transgressionis reprehensio, vt dicunt Hebręi, quod iste angelus fuit Phinees, tum quia angelus interpretatur nuntius, ipse autem fuit missus a Deo ad arguendum populum de transgressione mandatorum eius eo modo, qui sequitur, tum, quia Hebræi dicunt ipsum fuisse angelum in corpore humano assumpto apparentem, sicut dictum fuit Iof. 11. Expositores autem catholici dicūt, quod non fuit Phinees, sed Angelus a Deo specialiter missus, & hoc videtur verius, q.a quod Phinees fuerit angelus, falsum, & fictum videtur, quia scriptura vbique de eo loquitur, sicut de homine puro, & mortali. Quod autem ille, qui apparuit hic, fuerit homo purus, falsum videtur, vt magis apparebit ex sequentibus. Dicendum igitur, quod iste fuit angelus specialiter a Deo missus, ad reprehendendum filios Israel de trangressionib. suis, & apparuit sic, quòd eius apparitio fuit nota populo. Et primo apparuit in Galgalis, vbi filij Israel fuerūt circūcisi post transitum Iordanis, vt habetur Iosue 5. Et inde transtulit se ad alium locum, qui dicitur hic locus flentium per anticipationem, quia sic vocatus est locus ille, ex hoc, quod populus post reprehensionem angeli ibi fleuit, vt postea dicetur.

2 *Et ait.* Ex hoc patet, quòd fuit vere angelus, quia loquitur in persona Dei sicut angelus loquebatur Mosi. quando autem homines sancti, & prophetæ denuntiabant mandatum Dei communiter præmittebant. *Hæc dicit dominus*, vel aliquid consimile, quod non fecit iste, sed absolute dixit. *Eduxi vos*, *etc.* Et propter hoc angelus sic loquens aliquando Deus, aliquando angelus nominatur, vt dictum fuit Exod. 3. cap. ita duntaxat, quia promissiones Dei de bono futuro intelligendæ sunt sub conditione si homines fideliter seruiant Deo.

3 *Vt non feriretis fœdus, etc.* vt habetur Num. 33. Deut. 7.

4 *Et noluistis audire vocem meam.* Vt patet ex dictis capitu. præce.

1 Vt habea-

MORALITER.

1 *Ascenditq; an. etc.* Per istum angelum, qui de peccatis cōmissis arguit populum significatur bonus prelatus, vel prędicator arguens efficaciter peccata populi, & eum deducens vsque ad lachrymas veræ contritionis. Ideo subditur.

* 1 Cumque

a *Quamobrem nolui delere.* Aug. Hinc intelligimus quædam ex ira Dei venire peccata. Vt.n. Dij gentium inter quas nō exterminatas Iſraelitæ habitare voluerunt, eſſent eis in ſcādalū, i. facerēt eos ſcādalizari in Deo ſuo, eo q offenſo viuere indignans comminatus eſt Deus, quod manifeſtum eſt magnum eſſe peccatum.

Quæſt. 13. in Iud.

a Cur hoc feciſtis? Quamobrē nolui delere eos à facie veſtra, vt habeatis hoſtes, & Dii eorum [1] ſint vobis in ruinā. Cumq; loqueretur angelus domini hæc verba ad omnes filios Iſrael, eleuauerunt vocem ſuam, & fleuerunt. Et vocatum eſt nomen loci illius, locus flentium, ſiue lachrymarum: immolaueruntque ibi hoſtias do- [2] b mino. Dimiſit ergo Ioſue populum, & abie- [3] runt filii Iſrael vnuſquiſque in poſſeſſionem c ſuā, vt obtinerent eam, ſeruiē[a]runtque domino

a ¶Beatus, qui ſeruit domino in diebus Ieſu, qui verbo, & ſapientia eius illuminatur, qui præceptis eius, & doctrina illuminatur. ¶ Bene placentes.

✱ THEOD. Deus mittit angelū refricans eis traiectionē fluminis, & natorū circūciſionem: *Dominus reduxit uos ab Aegypto, &c.* Hæc vbi dixit, fleuit populus, &c.

✱ Proc. Euge Dei humanitatem, qui peccatores erudit, infirmos conſolatur, & Iſraelē ad pietatem reducit. Ad Iſraelitas ſane miſſus eſt angelus, qui cauſam propoſuit, ob quā hoſtes ſuos ſuperare non potuerunt. Quoniā vero poſt aduentū angeli eiularunt: Iudices ipſis excitauit dominus.

Quæſt. 24.

b *Dimiſit ergo Ioſ.* Aug. Hoc per recapitulationem iteratur. Nam, & mors Ieſu Naue in hoc libro memoratur, vt tāquā ab exordio breuiter cuncta inſinuentur, ex quo dedit eis dominus terram, & quomodo ſub iudicibus vixerint, vel quæ perpeſſi ſint, & iterum reditur ad Iudicum ordinem ab eo, quòd primus eſt conſtitutus.

✱ THEOD. Ex his diſcimus quantū iuuet ſubditos pietas Principū, quantūque noceat carere principe, aut è diuerſo, Principum improborū regi imperio. Hoc ipſum quoque **B** proxime docetur, *Suſcitauit enim illis* (ait) *Iudices dominus, & liberauit eos de manu deprædantium eos.* Et quandiu ſuſcitabat illis iudices, dominus erat cum iudice, qui eruebat eos. At paulo poſt, quam deceſſit Iudex, deflectebant, & deteriores efficiebantur patribus ſuis, ita vt ſequerentur Deos alienos.

Orige. Homi. 3. in li. Iudicum. Ioan. 1. a.

c *Seruieruntque.* Adam. Sciendū eſt, quia quiſque ſibi præſtat vt in bonis diebus ſit, an in malis, & habeat dies Ieſu, vel iuſtorū, aut impiorū. Si.n. intelligamus lumen verū, *quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū*, & præbeamus ei aīas noſtras ad illuminandū, aut ſi oriatur nobis ſol iuſtitiæ, & illuminet mundū aīæ noſtræ, habemus dies Ieſu Chriſti dies ſalutis. Si quis vero receperit lucē, q̄ extinguitur contrariam veritati, & ab ea illuminatus fuerit, habebit dies, ſed malos, & nō erit in diebus Ieſu, ſed in dieb. Manaſſe, vel Pharaonis vel cuiuſlibet peſſimi. Deniq; in dieb. Achan regis peſſimi, non potuit Eſaias videre dñm Sabaoth, ſedētē ſuper thronū excelſum, ſed mortuo rege nequā cuius erāt dies mali, vidit viſionē Dei. Cū aūt dr̄ in ſcripturis, dies illius, vel illius, non ſignificatur tēpus vitę ipſius. vnde. *Orietur in diebus eius iuſtitia & multitudo pacis, vſquequo extollatur luna.* Quod ſi accipimus, quia in dieb. quib. ſaluator morabatur in terris, dies erant iuſtitiæ, & pacis. **C** Quomodo probabimus dies iuſtitiæ, & pacis ortos eſſe his, qui eū crucifixerunt, & aduētū eius nō receperunt? Aut qūo multitudo pacis in dieb. eius fuit apud eos, q eū in mortē falſis criminib. tradiderunt? Qūo hi dies pacis, & iuſtitiæ habuerunt, in quorum mentibus tenebrę iniquitatis, & furoris verſabantur? Deniq; quia nō ſunt nūc dies illi, non orit̄ iuſtitia, nec multitudo pacis Chriſti apud fideles. Magis ergo quiſq; ex cōuerſatione vitæ dies ſibi iniquitatis & belli, vel iuſtitiæ, & pacis acqrit. vnde. *Timentib. nomen meū orietur ſol iuſtitiæ, ut faciat eis*, ſ. dies iuſtitiæ, dies Ieſu. De impiis aūt dr̄, *quia occidet eis ſol iuſtitiæ*, in quib. ſ. iuſtitia dormit, & tenebræ iniquitatis oriuntur. Et alibi e contrario; *Pax multa diligentibus nomen tuum, et non eſt illis ſcandalum.* Habent impij lucem ſuam, ex qua oriuntur eis dies mali. Vnde: *Lux iuſtis ſemper, lux autē impiorum extinguetur.* Neſcio ſi tā inepte quis intelligat, vt putet eſſe aliquā ſubſtantialem lucem, aliam, quę impiorum dicatur, & aliā quæ iuſtorū, quod fieri nō poteſt, Vna eſt enim lux mundi a Deo facta, quæ omnib. communiter, & æqualiter lucet. Sed ſciendū, q anima noſtra, aut vero lumine illuminatur quod non extinguitur, id eſt, Chriſto. aut ſi nō habet in ſe hoc lumen æternū, tēporali, & extinguibili illuminatur ab illo, ſ. q *transfigurat ſe in angelū lucis*, & falſa luce illuminat cor peccatoris, vt videant̄ ei vera bona eſſe, q̄ caduca ſunt. Hoc lumine illuminantur, qui ſummū bonū voluptatē dūt qui diuitias, honores ſeculi, & terrenā gloriā quaſi æternam q̄rūt. Sūt ergo iſti in dieb. lucis eius, quæ extiguitur. quęcūque.n. agunt, vel cupiunt, extinguent̄. Hoc lumine Marciō illuminat[9], Deū legis iuſtū, ſed nō bonū dicit. Sūt ergo dies Ieſu de quib. dr̄. *Seruiuit populus domino omnibus dieb. Ieſu.* Qui .n. habet in ſe dies Ieſu, ſeruit domino. Non.n. poteſt ſeruire Zabulo, aut auaritiæ. Nec pōt fieri, vt qui illuminatur lumine veritatis ſeruiat mendacio. Oremus ergo, vt Chriſtus, **E** q eſt lux vera ſp faciat in nobis dies bonos, ne vnquā Zabulo illuminante, hēamus dies malos, de quib. dr̄. *Redimentes tps qm̄ dies mali ſunt.* Etiā ſimiliter ſeculū malū ſm Apoſtolū. *Seruieruntq;* Seruiuitque populus dño omnibus diebus Ieſu. Non.n. dixit vnū diē fuiſſe Ieſu, qa multi ſunt dies eius, vn[9] dies eſt iuſtitia, alius ſanctificatio, alius prudentia, alius miſericordia, & ſingula virtutū bona in quib. dño ſeruitur. his aūt virtutib. animi dño placetur. In his omnib. dieb. Ieſu domino ſeruies. Non vult ſcriptura ſancta, vt aliquas virtutes habeas, & alias negligas, ſed vt omnibus his virtutib. adornatus, & in earū actib. poſitus Deo ſeruias. Similiter ſeniorū dies quis hēt in ſe, & in diebus eorum ſeruit dño, ſm illud. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. In dieb.* inquit, *ſeniorum eorū, qui cognouerunt omnia opera dñi, &c.* Ille cognoſcit omnia opera dñi, qui facit, ſicut filij Heli dūr neſcientes dominū, nō qđ dominū ignorarent cū alios docerent, ſed quia agebāt ſicut illi, qui dominū neſciūt. Similiter hic dr̄. *Qui cognouerunt omne opus domini*, nō ſolū, iquit, *cognouerunt opus domini*, ſed addidit, *omne*. i. q cognouerūt, & opus iuſtitię, & ſanctificationis, & patiētiæ, & māſuetudinis, & ſimiliū. Quicquid ex mādatis Dei venit opus dñi dr̄, contrariū eſt opus Diaboli, iniuſtitia, ira, & ſimilia. Cognoſcūt ergo opus dñi, qui faciunt **F** opus eius, vnde. *Qui cuſtodit mandatum neſciet verbum malum*, i. cauebit. De Chriſto quoq: dictū eſt, *quia non nouit peccatum*, ideſt, non fecit opus peccati. Cognoſcit ergo opera domini, qui facit, ignorat, qui non facit. *Cognouerunt*, inquit, *opera domini magna, quæ fecit in Iſrael.* Quaſi ſint aliqua opera domini parua. Ego arbitror, quod omne opus domini magnū eſt, ſed pro capacitate eorum quibus operatur ſibi inui-

Iſai. 6. — Pſal. 71. b. — Mal. 4. a. — Hiere. 15. b. — Amos. 8. c. — Pſal. 118. — Ioan. 12. b. — 2. Cor. 11. b. — Epheſ. 5. d. — Phili. 3. d. — 1. Reg. 2. e. — Eccle. 8. a. — 1. Pet. 2. d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vt habeatis hoſtes*, Ly. vt, non tenetur hic cauſaliter, ſed cōſecutiue tantum, quia ex hoc, quòd filij Iſrael tranſgreſſi ſūt præceptum domini, conſecutum eſt illud malum ſuper eos.

2 *Immolaueruntque, &c.* Ex hoc etiam apparet, quod fuit vere angelus domini ille, qui apparuit ibi, quia ex quo fuit fixum tabernaculum domini in Silo, non erat licitum filiis Iſrael offerre hoſtias alibi, vt dictum fuit Ioſ. 22. niſi ex ſpeciali reuelatione diuina, vel apparitione angelica. ſicut Manue obtulit ſacrificium quando angelus ſibi apparuit, vt habetur infra cap. 13.

3 *Dimiſit.* Hic conſequenter ponitur materiæ huius libri breuis prælibatio, vbi primo ponitur fęderis populi ad Deū per Ioſue renouatio. Secundo renouati tranſgreſſio, ibi. *Et ſurrexerunt.* Tertio tranſgreſſionis punitio, ibi. Iratuſq; dñs. Quarto punitionis ſubleuatio, ibi. *Suſcitauitque dominus.* Circa primū dicitur ſic. *Dimiſit ergo.* Hoc factum fuit ante mortem eius, ſed hic recolitur propter fędus quod renouauit Ioſue inter Deum, & populum, vt dictum fuit Ioſue vlti. quo facto dimiſit vnumquemque ire ad locum ſuū, vt ibidem dicitur, & hic recolitur, vt appareat, quod tempore Ieſue, et ſeniorum, qui viderant mirabilia Dei, fœdus iſtud fuit obſeruatum, vt conſequenter dicitur in litera, & patet vſque ibi.

1 Et ſepe.

MORALITER.

1 *Cumque loqueretur angelus domini.* Et quia non ſufficiunt lachrymę contritionis de communi curſu, niſi ſequantur opa ſatisfactionis, ideo ſubditur.

2 *Immolaueruntq. ibi. ho. &c.* Vnde dicit Apoſtolus Ro. 12. a. *Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, &c.*

¶Virtutibus. a ¶Apostolorum. b ¶Dies sanctorum longi dies malorum breuiantur.

a cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo ¶Faciebant. post eum vixerunt tempore, & nouerant om- b nia opera domini, quæ fecerat cū Israel. Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus do- 1 mini, centum, & decem annorū, & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thannath-sare, in mōte Ephraim à septentrionali plaga montis Gaas, Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos, & surrexerunt alij, qui 2 non nouerāt dominum, & opera, quæ fecerat cum Israel. † Feceruntque filij Israel malum in c conspectu domini, & seruierunt Baalim, ac dimiserūt dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, deos quoq; populorum, qui habitabant in circumitu eorū, & adorauerunt eos, & ad iracundiā concitauerunt dominum dimittētes eum, & seruiētes Baal, & Astaroth.

a ¶Opus, scilicet, patientiæ, iustitiæ, & omnium virtutum. ¶Lxx. opera domini magna.

a ¶Generatio malarum cogitationum, quæ procedit ex corde, & facit obliuisci operis Dei magni, quod timens Apostolus ait: Memor esto Iesum Christum surrexisse à mortuis.

Augu. Exponit quomodo dixit, non nouerāt dominū in illis, scilicet claris operibus, quæ facta sunt ante illos, vt Israel nosceret dominum. ¶Quod crucifixus est, scilicet, pro peccatis nostris, & surrexit, propter iustificationē nostram.

¶Quod quisque supra omnia diligit, & colit, hoc illi Deus est.

a ¶Vide quantum faciunt peccata, Deum in quo nullus iræ affectus, nullus passibilis motus ad iracundiam prouocare dicitur, sed ille manet immutabilis, ego cum pecco iram mihi ascisco. Vnde Thesaurizas tibi iram in die iræ, &c.

sibiinuicem comparentur, magna opera dñi dñr, vel parua. A Verbi causa. Eduxit, filios Israel de Aegypto in manu forti, Aegypto prodigijs cęlestib. verberata. Viā fecit in mari, mā na in deserto dedit, de cęlo locutus est Mosi, & dedit legē ī tabulis lapideis. Nonne hæc magna sunt opera Dei? Sed si illud his cōpares, quòd ita *Dilexit Deus mundum, vt filium vnigenitum daret pro eo*, inuenies illa parua esse. (Ioan.3.b.)

a *Et seniorū*. Adaman. Seniores, qui cū Iesu, vel post Iesum fuerunt Apostoli sunt, q̄ scripturis, & pręceptis suis illuminant corda nostra, & faciūt in nobis quosdā dies ex vera luce, quā participati sūt veniētes in hunc mundū. Qui ergo pręceptis eorū illuminatur, seruire Deo dicitur in dieb. seniorū, qui fuerunt post Iesum. Sicut autē *Christus erat lux vera, q̄ illuminat omnem hominem venien tem in hunc mundum*, ita ipsi erant lux mundi, secūdū illud: *Vos estis lux mundi*. Illuminant B ergo nobis dies, in quibus dño seruiamus. Solius Dei nosse est post Iesum inter seniores quis longiorem diem fecerit, idest qui maiorē ex se lucē emiserit, vtrum Paulus, an Petrus, Bartholomæus, an Ioan. sed tamē longorum dierū dicuntur sancti. Econtra quando scandalis mundus replebitur, qn̄ crescēte iniquitate refrigescet charitas multorum, tunc non dicuntur dies futuri longi. sed abbreuiati, secundum illud: *Nisi abbreuiati, fuerint dies illi, non fiet salua omnis caro*. Mali ergo dies breuiari dñr, lōgæui autem, & multi spatij dies boni, in quibus domino seruimus. Propter electos aūt breuiantur dies mali, dies iniquitatis, & scandali, vt arbitror, cum semel electis dies mali cœperint breuiari, sp̄ breuiantur, & minuuntur vsq; in nihilū, & ad vltimū pereunt. E quib. vnus puto erat, qui dicebat. *Pereat dies in quo natus sum*. Dies verò seniorū sanctorū longæui sunt, & prolixi. (Homil.1. in lib. Iudic. — Ioan.1.c. — Matth.5.b. — †Inf.3.a.4. — †Deos quoq; — Matth.24.b. Mar.13.c. — Iob.3.a.)

b. *Mortuus est*. In Paulo viuit Iesus, & in omnibus, qui dicere possunt: *Viuo autem, iam non ego, viuit vero in me Christus, & Mihi viuere Christus est, & mori lucrū*. In illis moritur, qui sæpe pœ C nitēdo, & iterū deliquēdo quasi insultant morti Iesu. vnde: *Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, &c.* Non solū ergo in peccantib. moritur, sed et crucifigitur, & illuditur. Si etiā de auaritia cogitas, vel de stupro, si furore agitaris, vel quibuslibet vitijs, non viuit in te Christus. Moritur ergo Christ⁹ peccātibus, quia nihil in eis iustitia, nihil patientia, nihil veritas & omnia illa, quæ Christus est operantur. A sanctis verò q̄cūque opera fiunt, Christus est, qui ea operatur. vnde. *Oia. possum in eo, qui me confortat Christus*. vnde: *Qui me confessus fuerit corā hominib. & ego cōfitebor eum corā patre meo, qui in cęlis est. Qui autem negauerit me corā hominib. et ego negabo eum coram patre meo*. Confitentes in semetipso dixit confiteri, quia in eis viuit, & operatur Christus, sed non similiter ait de his, qui negant. Qui enim negat extra ipsum est. Qui confitetur in ipso est. Dicitur ergo, quia mortuus est Iesus, & resurrexit generatio altera, quæ nesciebat Iesum, &c. (Orig. hom.2. in li. Iudi. — Galat.2.d. — Philip.1.c. — Hebr.6.a. — Philip.4.c. — Luc.12.b.)

c *Et seruierunt*. ✠ Iosephus. Post hæc circa hostes quidē molliores erant Israelitæ, circa terrā verò diligentia potius exhibebant. Qui ad diuitias se tradentes, per epulas, & libidinē iā virtute deficiebant, & in conuersatione legū, & quæ sunt Dei non erant. In his indignata diuinitas suscitabat Chananæos, qui s̄m eorum actus, multa ɔ̄ eos crudelitate vsi sunt. (Li.5. antiq. cap.6.)

✠ SEVERVS Sulpitius. Israel, (vt semper fieri secūdis in rebus solet) morum, disciplinæque immemor, matrimonia D ex victis assumere, paulatimque externos mores trahere, ac mox profano ritu idolis sacrificare occępit. Adeo cuncta cū externis societas perniciosa est, q̄ Deus an̄ ꝓspiciens, salubri Hebræos responso instruxerat, vt deuictas gentes internecioni daret. Sed plebs cupida dominādi, imperare victis cū pernicie malebat. (Lib.1. sacræ hist.)

✠ Tertullianus. Defuncto Iesu Naue, derelinquunt Deū patrū suorū, & seruiunt idolis Baalis, & Astartis, & iratus dominus tradidit eos in manib⁹ diripientium, & diripiebātur ab illis, & venundabantur ab inimicis, nec poterant omnino subsistere à facie eorum, quocunque processerant, manus erat super illos in mala, & compressati sunt valde. Post quæ instituit super illos Deus Critas, quos Censores intelligimus, sed nec istis obaudire perseuerauerūt, vt quis Critarum obierat, illi ad delinquen E dum, abeundo post deos aliorum, & seruiendo, & adorādo eos. Itaq; dñs iratus, *Quoniam quidē*, ait, *transgressa est gēs ista pactum meum, quod disposui patribus eorū, & non obaudierunt voci meæ, & ego non aduertam ad auferendum virū à facie eorum ex nationib. quas reliquit decedēs Iesus*. (Scorpiaco adu. Gnost. c.3.)

Adamant. Seruieruntque Baalim, & dereliquerūt dominum Deum patrū suorū. Hęc quidem fecerunt antiqui. Sed quia propter nos hæc scripta sunt videamus ne maiori ex parte nobis hæc, quàm de illis dicta videant. Audi Apostolū *In Helia quid dicit scriptura? quomodo interpellat Deum aduersum Israel: Dñe, prophetas tuos occiderunt, altaria tua demoliti sunt, & ego relictus sum solus, et quærunt animam meam*. Sed quid dicit illi diuinum responsum? *Reliqui mihi septem milia virorū, qui nō curuauerunt genua ante Baal*. Sic ergo, & in hoc tēpore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Vides ergo, F quia illi, qui curuauerunt Genua ante Baalim, & qui nō curuauerunt, in reliquijs credentiū, & in multitudine nō credētiū interpretāt. Qui. n. in tpe saluatoris increduli fuerūt, genua curuauerūt Baalim, sed nō hi, q̄ crediderūt, & opera fidei impleuerūt. Nusquā. n. legitur, q̄ in tpe saluatoris aliq̄s flexerit genua simulachris. Sed de illis hoc dr̄, qui peccatis cōpediti tenentur. vnde constat, quia cū peccamus genua nostra Baalim curuamus, qui ad hoc vocati sumus, vt flectamus genua in nomine Iesu, *& ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur*. Nihil aūt prodest si genua corporis in oratione flectam⁹ Deo, & genua cordis Zabulo. Si. n. non stetero firmus contra astutias eius, flexi genua mea Zabulo, & si non constanter stetero cōtra iram flexi genua mea irę, similiter de omnib. vitiis sentiendū est. Sic fecerunt illi, qui coluerunt Baalim, & dereliquerunt Deū patrum suorum. Vnusquisque quod p̄ cęteris colit, miratur, & diligit, hoc ei Deus est, hoc est, qđ an̄ omnia, & super omnia poscit Deus ab hoie. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* pręoccupare quodāmodo erga se cupiens totos humanę mentis affectus, & sciens, quod quis toto corde dilexerit, & tota anima, & totis viribus, hoc esse Deum illi. Quod ergo quisque super omnia diligit, hoc illi Deus est. Apud plurimos prępōderat amor auri, & auaritię, & dicitur illis. *Non potestis Deo seruire, & mammonæ*, idest, auaritię. In aliis amor voluptatis, vel glorię sęcularis, vel humanę dignitatis, pauci sunt, in quibus præponderet amor Dei (Orig. hom.2. in li. Iudi. — Rom.11a. — 3.Reg.19.b. — Ephe.3.c. — Deu.6.a. — Matt.6.c.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et sepelierunt*. In Hebręo habetur sic, in thimnath hęres, i. in thimnath solis, quia sicut dicunt Hebręi, super sepulchrū Iosue fuit posita similitudo solis in memoriā illius facti mirabilis, qđ fecit solē stare, vt hr̄ Iosue 10. vt oēs trāseūtes lugerent mortem tanti hominis, pro quo dñs talia fecisset, & ideo ciuitas illa sic vocata est, q̄ pri⁹ Thānath-sare vocabat.

2 *Et surrexerunt alij, qui non nouerant dominum, & opera, quæ fecerat cum, &c.* Hic ponitur fœderis renouati transgressio per idololatriam, Et patet litera.

Dei. Hinc totius Gẽtilitatis error cœpit exordiũ, dũ ea, quę multũ diligũt homines deos esse volunt, & humanis vitijs & cupiditatib. diuinũ nomen adscribunt. Pecuniæ. n. cupidi & auaritiæ amore flagrantes, mammonã quẽdam apud Syros Deũ cupiditatis dicunt, libidinis & voluptatis amatores Venerem deam sibi hui9 vitij quo agitantur, adscribũt. Similiter ĩ cæteris vitijs, ipsum quo vrgentur affectũ Deũ sibi fecerunt. vñ Apostolus. *Auaritia, q̃ est idolorũ seruitus.* Cum ergo aliqua vitia toto corde, tota anima, & totis viribus diligimus, idola adoramus.

Gentilitatis origo. — col. 3. a.

Augu. *Et seruierunt Baal, & Astartibus.* Dicitur Baal cẽ nomẽ Iouis apud illas gentes, Astarte verò Iunonis. Punici. n. Baal dominum dicere vident, & Balsamen dominum celi. Iunonẽ autem sine dubio Astarten vocant. Et quia hæ linguæ parum differunt, dicit hic scriptura, quod seruierunt Baal, & Astartibus, Ioui, scilicet, & Iunonib9. Nec singulariter dicit Astarti, sed ad simulacrorum multitudinẽ intellectũ retulit. Varietatis cã tamen ęstimo Iouem singulariter, Iunonẽ pluraliter memorari voluisse.

Quæst. 16: in lib. Iudic.

Augu. Sed & in Psalmo dicitur. *Vendisti populum tuum sine pretio.* Et in propheta. *Gratis venditi estis, &c.* Quare ergo vẽditi, si gratis, & non potius donati? An forte scripturarũ locutio est, vt dicatur venditus etiã donatus? Hic sensus optimus est ibi. *Gratis venditi estis*: Et: *Vẽdidisti populum tuum sine pretio*, quia illi quibus tradidisti populũ impij fuerunt non Deũ colendo, tradi sibi populum meruerunt vt ipse cultus tanquam pretiũ videretur. Quod vero dictũ est *neque cum argento redimemini*, nõ ait, neque cum pretio, sed *neque cum argento*, vt pretiũ redẽptionis ĩtelligatur sanguis agni immaculati. In argento enim ꝓpheta omnem pecuniã significauit, qa pretio sanguinis Christi, non pretio pecuniario fuerant redimendi.

Quæst. 17. in lib. Iudic. Psal. 43. c. Esa. 52. a. — † tentem.

a *Iratusque*

[1] [2] a Iratusq; dominus contra Israel tradidit eos in manus diripientiũ. Qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus, qui habitabant per Gyrũ, nec potuerunt resistere aduersarijs suis, sed quocunq; pergere voluissent, manus domini [3] super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis, & vehementer afflicti sunt. Suscitauitq; dominus [4] iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus, sed nec eos audire voluerunt fornicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Citò deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum, & audientes mandata domini, omnia fecere contraria. Cumq; dominus iudices suscitaret, † in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorũ gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Postquã autem mortuus esset Iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora, quam fecerant patres eorum sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimã, per quam ambulare consueuerãt. Iratusq; est furor domini in Israel, & ait: Quia irritum fecit gẽs ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire cõtempsit, &

a Aug. Patet causa quare Iesus non deleuerit omnes gentes illas, vt essent, scilicet, in quibus isti probarentur, poterant autem prodesse si tentati in eis no inuenirentur reprobi, & tales inuenirentur quales dominus esse præcepit, auferrentur enim gentes si ita viuerent, nec bella eis necessaria essent.

ego a non delebo gentes quas dimisit Iosue, & [5] mortuus est, vt in ipsis † experiar Israel, vtrum

a Verba scriptoris exponentis quare non sint deletæ gentes illæ.

custo a diant viã domini, & ambulent in ea, si-

a Aug. qui fuerunt, scilicet cũ Iesu viuerẽt, illis enim mortuis surrexit generatio altera, quæ cœpit offendere dominũ, pro quibus probandis nõ sunt deletæ gentes.

cut custodierunt patre a s eorum, an non. Dimi

¶ Quasi non uideatur Iesus humano consilio gentes illas reliquisse.

sit ergo dñs omnes nationes has, & citò subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

a *Iratusq; dominus.* Orige. Cum quis Deo seruit, non tradit in manus diripientium, sed cũ Deũ dereliquit, & seruit passionib. suis, traditur passionib. ignominiæ, & in reprobum sensum, vt faciat, quæ non conueniunt, quia repletus est oĩ iniquitate, nequitia, fornicatione, & huiusmodi. Si. n. peccamus domino, & voluptates nostras, & desideria velut Deũ colimus, tradimur ĩ manu diaboli Apostolica authoritate. Vñ ipse ait. *Tradidi huiusmodi Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat.* Non solũ ergo per angelos tradit Deus delinquẽtes in manus inimicorum, sed etiam ꝑ prælatos ecclesiæ, qui potestatem habent soluendi, & ligandi. Traduntur autẽ in interitum carnis, cum pro delictis a Christi corpore separantur. Traduntur autẽ dupliciter, cum delictũ, scilicet, manifestũ fit ecclesiæ, & per sacerdotes, quis de ecclesia pellitur, vt notatus ab hominibus erubescat, et conuerso eueniat quod sequitur. *Vt spiritus saluus fiat in die domini.* vel cum peccatum nõ sit manifestum hominib. Deus autẽ, qui videt in occulto, videns eius mentẽ vitijs & passionib. seruientem, & in corde eius non se coli, sed auaritiã, aut libidinem, aut huiusmodi, talẽ ipse tradit Sathanę. Auertit enĩ se, & refugit à cogitationib. suis malis, & desiderijs indignis, & relinquit domum cordis eius vacuã. Tunc immundus spiritus, qui exierat ab homine, inueniẽs domum suam vacantem, & emundatã *assumit alios septem spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi, et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Sic intelligẽdum est Deum tradere quos tradit, nõ quia ipse tradat aliquem, sed indignos derelinquit, nec habitat in eis. Anima autem tradita dicitur ex eo, quod Deo vacua inuenitur, & a spiritu nequam inuaditur. Vigilemus ergo, & nos à vitijs purgemus, vt Deum intra nos teneamus, ne diabolo tradamur.

Orig. hom. 2. in li. Iudi. Rom. 1. d. — 1. Cor. 5. b. — Traditio peccatoris Sathanæ duplex. — 1. Cor. 5. a. — † Erat dominus cum iudice, & seruabat eos è manu inimicorum eorum omnibus diebus iudicis miserebatur enim domin9 gemituum eorum quos edebant præangustia, quam patiebantur ab oppressorib9, & coarctatoribus. — Matth. 12. d.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iratusque dominus.* Hic consequenter ponitur transgressionis punitio, cum dicitur.

2 *Tradidit eos*, quia bona filiorum Israel rapuerunt sibi, & corpora eorum vendiderunt hostibus extraneis: Cuius causa subditur cum dicitur.

3 *Manus domini*, scilicet, ad flagellandum, sicut ante transgressionem fuerat super eos ad adiuuandum.

4 *Suscitauitque dominus.* Hic consequenter ponitur punitionis subleuatio, quia filij Israel in afflictione positi recurrebant ad dominum. *Quia vexatio dat intellectum*, & tunc Deus per iudices quos suscitabat præbebat eis remedium, sed postea reuertebantur ad vomitum, & ideo reiterabatur diuina punitio, & iterum subleuatio modo prædicto, sicut patebit in sequentibus huius libri, cuius materia hic breuiter prælibabatur, & patet litera vsque ibi.

5 *Et ego.* Experientia autem fit, vt cognoscatur aliquid ignotum, & ideo non experitur Deus aliquid, ad hoc, quod aliquid fiat sibi notum, cũ nihil lateat ipsum, sed dicitur experiri aliquid, vt per hoc aliqua fiant nota alijs, quæ erant eis ignota, & hoc modo Deus experiebatur filios Israel in gentibus prędictis, quia quandiu seruiebant domino preualebant eis, quando autem derelinquebant dominum, eis subiiciebantur, & per hoc obedientia, & inobedientia filiorum Israel ad Deum hominibus erant notę.

Experientia Dei.

CAP.

MORALITER.

4 *Suscitauitque dominus.* Per istos iudices figurati fuerunt ecclesię sancti, põtifices, & doctores, quorum precibus, & meritis, & laboribus de manibus dęmonum frequenter liberatus fuit populus Christianus, & aliquando à corporalibus inimicis, sicut per merita beati Basilii liberatus fuit a persecutione Iuliani Apostatę, & per merita beati Syluestri à persecutione Constantini, & aliorum, qui tunc ecclesiam persequebantur, & consimilia facta sunt frequenter precibus, & meritis aliorum sanctorum.

1 Hæ

CAPVT III.

a HAe sunt gentes, &c. Theodoretus. Cum duce Iosua bellum gereretur, vincebat populus, nō ſm artem militarem instructus, sed superne fretus auxilio. Nunc aūt ait, non plane cūctos terræ illius habitatores perditos, vt posteri cognoscerēt ex periencia, quantam illorū curam gereret De⁹, & necessita te belli compulsi, dñm ad pugnandum secum implorarēt, &c. Quemadmodū dederat mandatum ad exercēdam rationē Adæ, ita hoc loco reliqt gētes, vt horum per specta esset impietas, iuxta quod dicit. *Vt tentaret in ipsis Israelem.* Quī ēt res ipsę docent, eos in causa fuisse, cur non prorsus liberati sint ab impijs gentib. Nā Iosue licet vrbe careret, ac militib. in arte bellica exercitatis, nihilominus viginti, & nouem reges percussit, duobus Hiericho, & Hai nō numeratis. Qui verò superuixerunt ei, quāuis munitis vrbib. abundarent, ac diuitijs, spolijs, armis, muris, & vallis, ob suam tamē impietatem reliquias gentiū superare non potuerunt.

Quæst. 7. in Iudic.

b *In medio.* Aug. In Exo. dicit Deus de his gentib. *Nō eÿciā illos i anno vno, ne fiat terra deserta, & multiplicētur ī te bestię feræ. Paulatim eÿciā illos, donec multiplicemini, et crescatis, et hæreditetis terram.* Poterat hanc ꝓmissionē suā dominus seruare erga obedientes, vt exterminatio gentiū illarū crescentibus Israeliticis partib. fieret, cum corū multitudo terras vnde aduersarij exterminarētur desertas esse non fineret. Quod autem ait. *Ne multiplicentur ī te bestiæ feræ,* mirum si non bestiales cupiditates, & libidines intelligi voluit, quæ solent de repentino successu terrenæ felicitatis existere. Non enim Deus homines exterminare poterat, & bestias non poterat.

Quæst. 17. in li. Iudic. † 23. q. 5. ver. per cientes. Exod. 23. d.

† supra 2. b. & infra 4. a & 6. a. & 10. b 23. q. 5. c. remittit tur. ver. per scientes. † vendidit.

c *Tradidit.* ✻ Iosephus. Aduersa prouenieb ant Israelitis, eo quòd iā essēt ī labore difficiles, & in diuinitatis cultu deficerent. Nam ferebant ad libidinem, vt pro sua viuerēt voluntate, ita vt imminētib⁹ Chananæis, malis omnib. implerentur. Iratus igitur Deus fœlicitatē, quā innumeris laboribus acquisierant, ꝑpter epulas amiserunt. Castra si q. dem cōtra eos agente Cusar do rege Assyriorū, multi pugnātes pierunt, & obsessi fortiter capti sunt, quidā sponte se illi tradiderunt, & maiora, quam possent tributa sibi imposita exoluebāt, & diuersas iniurias per octo annos perferebant.

Li. 5. antiq. cap 7.

✻ Procopius. Ille quoque Syriæ rex fuit, totius. n. Asiæ imperiū Assyrij tenuerunt.

Adamant. *Et tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ.* Interpretatur Chusan Rasathaim humiliatio eorū. Traditi sunt ergo ei, vt humiliaret eos, et quia in excelsis montium im pie agebant ꝯ altissimum, ab ipso in humilitatem traditi. Nec solum olim diuina prouidencia eos, qui impie exaltabātur tradidit humiliādos, vt salubri medicina ꝯria con trarijs curarentur, sed & nūc idem agit in ecclesia sua. Est & nunc Chusan Rasathaim rex Mesopotamię, cui hūiliādę, & affligendæ traduntur aīę quæ Christiana hūilitate cōtempta

Orig. hom. 3. in li. Iudi.

CAPVT III.

1 HAe sunt gentes quas dominus dereliquit, vt † erudi-2 ret in eis Israelem, omnes qui non nouerant bella Chananæorū, & postea † discerent filij eorum certare cum hostibus, † & habere consuetudi-nem prœliandi: 3 quinq; satrapas Philisthinorū, omnemq; Chananæum, & Sidonium, atque † Heuæum, qui habitabant in monte Libano de monte Baal Hermō vsque ad introitū Emath. Dimisitq; eos, vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audirent mandata domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Mosi, an non. 4 † Itaq; filij Israel habitauerunt in medio Chananęi, & Hethæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, 5 & duxerunt vxores filias eorū, ipsiq; filias suas filijs eorum tradiderunt, 6 & seruerunt dijs eorum. † Feceruntq; malum in conspectu domini, & obliti sunt Dei sui seruientes Baalim, & Astaroth. 7 Iratusq; contra Israel dominus, † tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ, seruieruntque

Interlinear: a Aug. Erat ergo ista causa in eorum tentatione, vt bella discerent, id est, vt tanta pietate & obedientia legis Dei bellarent, quanta patres eorum, quia Deo etiam bellando placuerunt, non quia optabile sit bellum, sed quia pietas laudabilis etiam in bellis. — a Augu Satrapiæ dicuntur quasi parua regna quibus satrapæ præerant: quod nomen in illis partibus cuiusdam honoris est, vel fuit. — Augu Non vt sciret Deus omnium cognitor etiam futurorum, sed vt ipsi sciren t & conscientia sua, vel gloriarentur, vel conuincerentur. — a Quia sanctificauerunt sibi ipsis item. — Iusto iudicio.

† tentaret per eas. † scirent generationes filiorum Israel docere eos bellum. † qui antea nō cognouerant ea. † tentaret.

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT III.

1 HAe sunt gentes. Postquā præmissa est huius libri ꝑfatio, hic ꝯñr describitur historiæ narratio, & primo historia texitur, secundo triplex casus inducitur. 17. c. Prima aūt diuiditur ī septē partes, secundū septē tribulationes quas passi sunt filij Israel pro peccatis suis, & à quib. pœnitentia ducti liberati sunt, per septē iudices sibi succedentes. Duæ primæ tanguntur in hoc. c. tertia. c. 4. quarta. c. 6. quinta. c. 9. sexta. c. 11. ca. 13. Præsens aūt c. diuiditur in duas partes, secundum duas tribulatiōes, q̄ in eo tāgunt, scđa ibi. *Addiderunt autem.* Circa primū ponitur ad ꝓdicta continuatio, scđo describitur prima tribulatio, ibi. *Itaque filij Israel.* In fine præcedentis c. hr, q Deus dimisit gentes inter filios Israel, vt experiretur eorum obedientiam, & inobedietiā, & iō in principio huius c. per modum continuationis ad prædicta ostenditur, q̄ fuerunt illæ gentes, cum dicitur. *Hæ sunt,* s. q̄ postea nomināt.

Diuiso.

2 *Quas dominus,* s. quantum ad artem prœliandi, ne fierent ignaui ex dissuetudine armorum. Ista enim fuit vna causa inter alias, quare dimissæ sunt istæ gētes, vt dictū fuit Iosu. 13.

3 *Quinque sa.* id est, regulos, vel principes secundum numerum quinque ciuitatum principalium, sci. Azoti, Ged, Gaza, Ascalon, Accharon. Et dicuntur satrapæ, quasi satis parati, vel satis sapientes. Cætera patent ex dictis.

4 *Itaque filij.* Hic consequenter describitur tribulatio prima, quæ fuit per regem Syriæ. Circa quam primò describitur culpa filiorum Israel, cum dicitur.

5 *Et duxerunt vxores.* quod erat eis inhibitum. Deut. 7. g.

6 *Et serui.* quia viri etiam sapientes aliquando trahuntur ad idolatriam per mulieres, vt dicitur de Salomone. 3. Reg. 11. Secundo subditur pęna inflicta, cum dicitur.

7 *Iratusque contra Israel.* Mesopotamia est ciuitas Syriæ, & tunc erat metropolis huius regni, & dicitur Mesopotamia à μεσὸν, quod est medium, & ποταμὸς, quod est fluuius, qa erat in medio duorum fluminum, ista tamen interpretatio est secundum idioma Græcum. In Hebraico enim habetur Aram naharaijm, id est, Syriam duorum fluuiorum.

✻ 1 Et

MORALITER.

1 *Hæ sunt gentes, quas dominus dereliquit, &c.* scilicet, in exercitio prœliandi. Per quas spiritualiter intelliguntur ea, q̄ nos impugnant de peccatis, & resistendo viriliter in spiritualibus pręlijs erudimur.

3 *Quinq; sa.* Per quos intelligūtur quinq; sensus exteriores nos ad vitia impellentes. Thre. 3. f. *Oculus meus deprædatus est animam meam* & sicut est de visu, ita est de alijs sensib. propter quod dicitur Iere. 9. f. *Ingressa est mors per fenestras meas.*

† *Omnemq; Chananæum.* qui interpretatur commutatus propter quod signat mundum in continua mutatione positum cuius concupiscentia nos impugnat.

† *Et Sidoni.* qui interpretatur venator, ideo signat carnis insultum, quę continue sibi delectabilia venatur Iob. 39. *Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit.*

† *Atq; Heuæū, qui habitabant in monte.* qui interpretatur ferus vel pessimus, iō signat diabolum, de quo dicitur. 1. Petr. 5. b. *Aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.* Per talem enim resistentiam acquirunt fideles glorię coronam. 2. Timoth. 2. a. *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.*

7 *Tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ,* qui interpretatur nigredo tenebrosa, propter quod significat infernum, qui tenebat inclusos patres antiquos.

† Et

1 Et

tempta se in superbiam extulerunt, q̃ in conspectu Dei valde est odiosa. Initium. n. discedendi à Deo superbia. *Deus autẽ superbis resistit, & humilib. dat gratiam*. Si quis ergo Chri humilitate despecta, (qui pp nos cum Deus esset hõ, factus est humiliatus vsque ad mortem) extollitur, & vsque ad potestates, & dignitates seculi ꝓsilit, & artes quibus assequatur etiam si contra fidem, & religionem sint non refugit, euenit, vt malum faciat in conspectu domini, & cum summas adeptus fuerit infulas potestatum, & ad ipsa superbiæ fastigia summa cõscenderit, inde deiectus traditur Chusan Rasathaim, vni, s. aereorum principum, sicut alibi Pharaoni, & alibi Chiram, vt humiliet eũ, qui nimis fuerat exaltatus, & affligat donec resipiscat, & quærat dominũ, qui cum esset in superbia ignorabat eũ. Potest quisque etiam paruus, vel minimus, etiam si nulla dignitate vsus superbiæ vitio laborare, & nihil tam fœdũ tã execrabile, quam pauper sup bus, & diues mendax. Penetrat aliquando morbus superbiæ ipsum sacerdotalẽ, & Leuiticũ ordinẽ, & in nobis, qui ad exẽplum humilitatis positi sum⁹, & in circulo altaris velut specula quædam intuentib. arrogantiæ vitium fœtet, & de altari domini, quod debet incensi suauitate flagrare, odor teterrimus superbiæ redolet.

(Eccle. 10. b. Iaco. 4. b. Philip. 2. a. † De pœnitẽ. dist. 1. c. vide. † Roborata est manus ei⁹ super eũ Heb. Eccle. 25. a.)

a ¶Quantum, scilicet, seruierunt Baalim, debet enim afflictio pœnitentiæ esse secundum quantitatem culpæ. b ¶Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos, & eduxit eos de tenebris, &c. ¶Nisi clamassent non suscitaretur eis saluator. ¶In tribulatione positi.

ei octo annis. † Et clamauerunt ad dominum, [1]

a ¶Aug. Nota quod hominem saluatorem dicit per quem Deus saluat. ¶Hæterologiæ species, scilicet, hyperbati.

qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, [2]

a ¶Aliquem, s. archangelorum missum in auxilium eorum, qui hæreditatem capiunt salutis. ¶Lxx. Othoniel, quod est tempus mihi Dei. b ¶Cuius familiæ, cuius nobilitatis sit ostenditur. c ¶Viri, s. licet mirabilis, qui socius Iosue fuit.

Othoniel videlicet filium Cenez fratrẽ Caleb minorem, fuitque in eo spiritus domini, & iu-

a ¶Quia spiritus domini erat cum eo.

dicauit Israel. Egressusq; est ad pugnam, & tradidit dominus in manus eius Chusan Rasathaim regem Syriæ, & † oppressit eum. Quie- [3]

¶Magna largitas diuinæ clementiæ, octo annis seruierunt pro multorum delictis 40. quieuerunt pro vnius iustitia. ¶Augu. quantum temporis, scilicet, primordia imperii Romani sub Numa Pompilio, tantummodo se pacata habuerunt.

a Quia, scilicet, indignus erat populus, qui haberet talem iudicem. Vnde sequitur. Addiderunt autem filii Israel, &c. Considera quia pro eo, quod indigni erant habere talem principem, ideo aufertur ab eis.

uitque terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autem [4] filij Israel facere malum in conspectu domini,

a Vides, quia peccata nostra vires hostibus præbent, & reddunt, quando malum facimus in conspectu domini, & confortantur aduersarii nostri, In spiritualibus quoque contrariæ virtutes non inualescerent contra nos, nec ipse zabulus nisi ei vires ex nostris vitiis præberemus, & locum ei introeundi, & dominandi in nobis peccando faceremus. Vnde: Nolite locum dare diabolo.

qui confortauit aduersum eos Eglon regem, [5]

seruirent Chusan Rasathaim, & non clamarent ad dominũ, nemo suscitatus est, qui saluare eos posset. Cũ ergo clamauerunt, suscitauit eis saluatorẽ Othoniel, qui interpretatur tẽpus mihi Dei, per quem ille popul⁹ de seruitute ereptus est, & pax populo reddita, quam superbia, & diuersa plebis facinora fugauerant. Videtur autem mihi Othoniel vnus esse de militia cœlesti, & archãgelicis turmis, qui ad auxilium eorum mittuntur, qui hæreditatem capiunt salutis. Sunt enim angeli salutares, qui per Othoniel, vel Aioth designãtur.

a *Fuitque in eo spiritus domini, etc.* Magna laus est primi iudicis, quod spiritus domini factus est super eũ, & per spiritum Dei iudicauit populum, quod de alio dictum nõ valde memini. Sunt hodie ecclesiarũ iudices, quibus datum est etiam iudicium animarum, sed nescio si quis dignus sit spiritu Dei repleri.

Fuitque in. ADAMANT. Postquam, scilicet, clamauerunt ad dominum: Quis nobis tam validum, tam iustum clamorem emittit ad dominum, vt mereatur populus accipere iudicem quem repleat spiritus Dei, vt posset rectum tenere iudicium? Vnde liber iste Iudicum dicitur, qui scilicet, iudicauerũt populum Israel, viros, scilicet, mirabiles, sicut Iosue fuit. Sicut, & liber

C ✠ *Et clamauerunt ad dominum, &c.* Procopius. Clamor hic laudem meretur, quoniam ex resipiscẽtia est profectus. De qua Dauid quoque ait. *Domine, clamaui ad te, exaudi mẽ.* Item. *De profundis clamaui ad te, &c.*

Origenes. Vide benignum dominum misericordiam cum seueritate miscentem, & pœnæ modũ iusta, & clemẽti deliberatione pensantem, non in perpetuum tradidit delinquentes, sed quanto inquit, tempore seruierunt Balaaim, tanto seruiunt Chusan Rasathaim, id est, octo annis. Disce hæc, qui errasse te cognoscis, & quanto tẽpore peccasti, tanto humilia teipsum Deo in confessione pœnitentiæ, nõ expectes, vt humiliet te Chusan Rasathaim, & inuito necessitas extorqueat pœnitẽtiam, Præueni tortoris manus, quia si te ipse correxeris, pius est dominus, q̃ vindictã temperet ei, qui illam pœnitendo præuenit. Notandum aũt, quia dum seruirent

(Homil. 3. in li. Iudi.)

Regum, in quo dicitur quomodo quisque regum regnauerit, & quid egerit etiam malum, vt ecclesiæ, scilicet, principes, vel iudices bona eorum imitentur, mala caueant.

b ✠ *Addiderunt aũt filij Israel, &c.* Iosephus. Othoniele mortuo, denuo res Israelitarum sine principe vexabantur. Et dum honorem Deo non ferrent, nec legibus obedirẽt, magis, ac magis afflictionib. subiacebant, ita vt Eglon rex Moabitarum, despiciens inhonestam conuersationem eorum, bellum eis inferret, & multis eos prælijs obtineret ac subderet. Constituens autem sibi regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo non imposuit.

c ✠ *Confortauit aduersus eos, &c.* Procopius. Secessio Dei, hostibus vires suppeditauit.

✠ HIERONYMVS. Iniquitatibus nostris barbari fortes sunt.

(Li. 5. antiq. cap. 7. Comment. Epistola ad Heliod.)

a Seruie-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 *Et clamauerunt, &c.* vexati, & nimis afflicti. Tertiò subditur subleuantis misericordia cum dicitur.

2 *Qui suscitauit eis, &c.* & patet litera vsque ibi.

3 *Quieuitque ter.* In istis tamen quadraginta annis includuntur octo anni afflictionis prædictæ, aliter non haberetur certus numerus annorum fundationis templi per Salomonem prout describitur 3. Reg. 6. quia tempus ibi determinatum computatur per tempora Iudicum, & Regum, qui fuerunt vsque ad tempus illud, prout declarabitur domino concedente, quando veniemus ad locum illum.

4 *Addiderunt.* Hic ponitur secunda tribulatio, quæ fuit per regem Moab, quæ primo describitur, & secundò de tertio iudice additur, ibi: *Post hunc, &c.* Circa primum primo describitur filiorum Israel culpa cum dicitur: *Addiderunt autem.* Secundò subditur pœna, cum dicitur.

5 *Qui confortauit aduersum eos Eglon regem, &c.* ad eos debellandum.

✠ 1 Et

MORALITER.

1 *Et clamauerunt ad dominum qui.* cum magno desiderio quęrentes liberari.

2 *Qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos Otho.* qui interpretatur signum Dei, ideo signat Christum, de quo dicitur Esaiæ 11. capitu. *Radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, ipse namque patres sanctos de inferno liberauit.*

4 *Addiderunt autem filij Israel facere malum in.* qui confortauit aduersus eos Eglon, qui interpretatur rota. ideo signat vitium instabilitatis, cui subiacebant filij Israel. Nam habita modica prosperitate eleuabantur in superbiam contra dominũ ad idololatriam declinantes, & aduersitate occurrente deijciebantur nimis per tristitiam, ideo Deus suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, de quo subditur, quòd vtraque manu vtebatur pro dextera. MORALITER autem talis est, qui bene se habet in prosperis, & aduersis, quia de prosperis non eleuatur per superbiam, sed magis humiliatur Deo gratias agendo, & indignum se tantis bonis reputando. Similiter in aduersis non frangitur per impatientiam, sed magis in bono per virtutem patientiæ firmatur, & sic Eglon, id est, instabilitatis vitium superatur.

A a *Seruieruntq; filij Israel.* Adaman. Post decem, & octo annos iterum clamauerunt filij Israel ad dominũ, & suscitauit eis saluatorẽ Aod filium Gera, filij Iemini, virum ambidextrum. Qui suscitat ad saluandũ Israel nihil hẽt in se sinistrum, sed vtraque manũ dexterã, dignus populi princeps, dignus ecclesiæ iudex, q̃ nihil agit sinistrũ, cuius nescit sinistra qd faciat dextera. In vtraque parte dexter est in fide, in actib. nihil habet de illis, qui locantur à sinistris, quibus dicetur. *Discedite à me operarij iniquitatis, nescio vos, ite in ignẽ æternum, &c.* (Luc.13.f.) B

(Supra eod.) Adamantius. Etiam mensuras pęnę indicat diuina scriptura supra octo annis, hic decem, & octo dicit. Certum est autem, quia secundum modũ peccati, & conuersionis moram, etiam castigationis tempora terminantur, transierũt enim, & isti decem, & octo anni seruitutis, & nõ dicitur, q̃a clamauerunt ad dominum, vel cõuersi sunt à malitia sua, sed post. († longitudinis cubiti vnius.) C

(Orig.ho.3.in lib. Iud.) b *Saluatorem.* ADAMANTIVS. Saluatores, vel iudices qui ad liberandos filios Israel suscitantur, principes cęlestis militiæ significant, quos emittit Deus ad subsidium eorum qui ad se toto corde clamauerunt, & diuinam clementiam erga se conuersione pęnitẽtię flexerũt. Scriptum est enim, quia cum multo tempore seruissent Pharaoni patres nři, clamauerãt ad dominum, ita vt ipse diceret: *Clamor filiorum Israel ascendit ad me.* & misso Mose visibiliter eduxit eos. Angelus quoque exterminator missus est, qui omnia primogenita Aegypti vastaret. Israelitarum verò neminem tangeret, & sic patet virtutem cœlestem fuisse, quæ vastatis Aegyptijs filios Israel de seruitute eduxit. Sub rege etiam Assyriorum Sennacherib, angelus domini mittit, qui prostratis vna nocte centũoctuaginta milibus hostiũ, & vrbẽ ab obsidione, & populũ ab interitu liberauit. Similiter ergo quãdo peccamus, vel pro peccatis in captiuitatem tradimur, clamemus ad dominum non ore, sed mente, vt dolor cordis fontẽ lachrymarũ producat ex oculis. Sicut ille, qui ait: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Si ita conuertimur a malis, vt vltra nõ contingamus ea, mittet nobis dominus virtutem suam cęlestem, per quã liberemur a seruitute Zabolica, quæ omnia pro nobis agat, dextera, & p̃spera, quæ faciat nos relinquere viam sinistram, quæ ducit ĩ perditionem, & reuocet nos ad viam dexteram, quæ dicit: *Ego sum via veritas, & vita.* († lapidicinæ.) (Exod.2.d.) (Esa.37.g.) (4.Re.19.g.) D (Psal.6.c.) E (Ioan.14.a.)

c *Qui vtraque manu pro dextera vtebatur.* Secundũ spiritualem intelligẽtiam omnes sancti ambidextri dicuntur, diabolus, & principes eius ambisinistri, totum enim, qđ agunt sinistrum est, & peruersum, & æterno igni cum his, qui a sinistris sunt deputatum.

d *Ingre. est Aod, &c.* Ada. Ori. homil.4. in lib. Iud. Aod interpretatur laus, arte enim callida, & laudabili vsus deceptione interemit Eglon, qui interpretatur rotat⁹, vel orbita. Oportet tales eẽ nostri populi iudices, qualis fuit Aod, qui interpretatur laus, vt omnes volubiles motus, & orbitas mali itineris excidant, & perimant Madianitarum regem, qui interpretatur fluxus, vel effusio. Fluxæ ergo, & dissolutæ gentis quis est princeps, vel dux, nisi sermo illius philosophiæ, quæ summum bonum iudicat voluptatem? Quem interficit euangelicus sermo, & propheticus, qui gladio comparatur, qui in ventre eorum,

(Orig ho.3. in lib Iud.) († Hebraice ad uerbum sic legitur, sinistra manus dextera eius, quod recte videtur vertisse interpres, vt ex 20. ca. huius probari potest, vbi eadem verba leguntur. LXX. virum ambidexterũ. Alij virtute iuxta Hebræorum commentaria, qui dextera manu nihil efficiebat, sed sinistra: alij, qui sinistra utebatur uice dexteræ. † dimisit populum, qui detulerat munus.) F

Moab, quia fecerunt malum in cõspectu eius.
a ¶ Pessimos inimicos, qui cum ipso impugnarent Israel.
Et copulauit sibi filios Ammon, & Amalec [1] abijtq; & percussit Israel, [2] atq; possedit vrbem [3] a palmarum. Seruieruntq; filij Israel Eglon regi [4] Moab decem, & octo annis, & postea clama- [5] b uerunt ad dominum. Qui suscitauit eis salua- [6]
a ¶ Q̃ interpretatur laus.
torem vocabulo Aod, filium Gera, filij Iemini [7]
a ¶ Nihil sinistrum habens, cuius nesciebat sinistra quid faceret dextera.
c † qui vtraque manu pro dextera vtebatur. Mi- [8] seruntque filij Israel per illum munera Eglon [9] [10] regi Moab. Qui fecit sibi gladium ancipitem [11] † habentem in medio capulum longitudinis [12] palmæ manus, & accinctus est eo subter sa- [13]
a ¶ Adaman. Quicquid gerit Aod ambidexter dextrum est, dexter est manibus, & pedibus, in femore enim dextro gladium portat, vt veniat ad regem Moab, & interficiat.
gum, in dextro femore: Obtulitque munera
a ¶ Rotatus, vel orbita, hic est sermo philosophiæ, quæ summum bonum iudicat voluptatem.
Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cumq; obtulisset ei munera, † prosecu- [14] tus est socios, qui cum eo venerant, & reuer- [15] sus de Galgalis vbi erant † idola, dixit ad re-
a ¶ Aug. Non mentitur, factum enim verbum appellatur, & secretum factum erat ei ad regem.
gem: Verbum secretum habeo ad te ò rex. Et [16] ille imperauit silentium. Egressisque omni- [17] d bus, qui circa eum erant, ingressus est Aod ad

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et copulauit. *idest, fœdere iunxit.*

2 Filios Ammon, & Amalec. *vt esset potentior contra filios Israel.*

3 Atque possedit vrbem palmarum. *idest, Iericho, non quia esset reædificata, sed quia accepit totum territorium illud, vnde filij Israel territi reddiderunt ei tributum, ideo subditur.*

4 Seruieruntque filij Israel Eglon regi, &c. *Tertio subditur pœnitentia, cum dicitur.*

5 Et postea clamauerunt ad dominum. *nimis afflicti de tyrannide Eglon. Quarto subiungitur Dei misericordia, cum dicitur.*

6 Qui suscitauit eis saluatorem, &c. *Circa, quod sciendum, quod iste Aod liberauit populum per hoc, quod interfecit regem prædictum, quando, missus fuit ad reddendum ei tributum. Primo igitur describitur ipsius Aod conditio, secundo eius legatio, ibi.* Miserunt que filij. *tertio Eglon interfectio, ibi.* Cumque obtulisset, *quarto exercitus Eglon debellatio, ibi.* Aod autem. *Circa primum conditio Aod describitur ex genere, cum dicitur.*

7 Filium Gera, filij Iemini. *Ex hoc habetur, quod erat de tribu Beniamin, secundò describitur quantum ad personam, cum dicitur.*

8 Qui vtraque manu pro dextera, &c. *idest, ita faciliter, & fortiter vtebatur sinistra, sicut, & dextera. Hebræi autem dicũt sic. Debilis manu dextera, non quòd esset impotens in illa parte, sed quia melius, & promptius iuuabat se de sinistra. Et tales aliquando sunt optimi bellatores, quia tanto minus potest præuideri ictus eorum, quanto magis est inconsuetus.*

9 Miseruntque filij Israel, &c. *Hic consequenter describitur eius legatio cum dicitur.* Miserũtque filij Israel idest Israel per illum. *tanquam per solennem nuntium.*

10 Munera Eglon regi Moab, *idest, tributum.*

11 Qui fecit sibi gladium, &c. *idest, scindentem ex vtroque latere.*

12 Habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo, &c. *Hoc non est in Hebræo, sed illud, quod sequitur immediate coniungitur literæ præcedenti sic.* Fecit sibi gladium ancipitem longitudinis palmæ manus. *In Hebræo habemus.* Longitudinis paruæ, *ad hoc, quod minus appareret, vnde subditur.*

13 Et accinctus est eo subter sagum, &c. *idest, pallium militare, vt dicunt expositores communiter, tamen in Hebræo habetur.* In dextro femore, *quia melius iuuabat se de sinistra, secundum, quod dicunt Hebrǽi. Illi autem, qui melius se iuuant de dextra, cingũt gladium ad partem sinistram. Secundum autem translationem nostram, quæ dicit, quod æqualiter se iuuabat de vtraque manu, dicunt expositores, quòd hoc fecit ad hoc, vt minus appareret gladius, vel vt videretur in armis inexpertus.*

14 Cumque obtulisset ei munera, prosecutus est socios, q̃ cum eo venerant. *Hic consequenter describitur ipsius Eglon interfectio, & modus interfectionis, quia Aod non interfecit eum statim, sed recessit inde facta sua legatione, & hoc est, quod dicitur.* Cumque obtulisset ei, &c. *ad deferendum munera prædicta.*

15 Et reuersus de Galgalis vbi erant. *Vsque ad illum locũ redierat cum socijs suis, sed qñ vidit idola, quæ Eglon posuerat in Galgalis, quem locum Hebræi reputabant sanctum, eo quod ibi primo manserant post transitum Iordanis, & circũcisi fuerant, & pascha celebrauerant, vt habetur Iosue 4. & 5. quia arca testamenti, & tabernaculum fuerunt ibi quousque translata fuerunt in Silo, vt dictum fuit Iosue 18. quod fecerat Eglon in contemptũ loci sacri, sicut Antiochus Epiphanes posuit idolum in templo domini, vt habetur 1. Machab. 1. c. ex hoc fuit accensus Aod ad reuertendum, vt interficeret Regẽ Eglõ.*

16 Verbum secretum habeo ad te ò rex. *Et accipitur hic verbum pro re significata verbo, quia intendebat eum occidere in secreto, in aperto enim non poterat propter adsistentes.*

17 Et ille imperauit silentium. *innuendo, quod omnes exirẽt, vt patet per literam sequentem.*

rum, & in imis pcordijs ambi dextri doctoris dispu‑tationib. A concluditur, vt veritatis eos assertione cõcludẽs, extinguat omnẽ praui dogmatis, & crassæ intelligentiæ sensum, q se extollit ꝯ spiritualẽ scientiam Christi, ut hoc faciens, & dimicãs in verbo Dei, oĩs ecclesiæ iudex fiat laudabilis Aod, cui dicit à Domino: *Euge serue bone, & fidelis, quia supra pau ca fuisti fidelis, supra multa te con stituam.*

Matth. 25. c.

✠ August. Quod Aot dixit Eglon, *Verbum Dei ad te, &c.* intelligendũ est hoc illi Deum vt faceret, præcepisse, qui eũ populo suo excitauerat saluatorẽ, sicut illis temporib. talia fieri diuinitus oportebat.

Quæst. 20. in lib. Iud.

✠ Hieronym. Aiot proptere a dicitur duas dexteras habuisse, quia iustus erat, & iterfecit illum pinguissimum Re B gem.

In Ps. 90.

✠ Sozomenus. Iulianum imp. apostatã miles Roman⁹ hasta confodit, iniquo animo ferens, illũ temeritate, & audacia exercitum Romanũ in tanta pericula coniecisse.

Lib. 6. histo. cap. 1.

✠ Iosephus. Iuuenculus Aoth, de tribu Beniamin, audacia fortissimus, & corpore ad exercenda opa robustus, in lęua manu maximã fortitudinẽ habens, Egloni factus est not⁹ & charus, cum regię quiescerent custodiæ, pp æstum, & cunctis ad prandia recedentibus, regiũ cubiculũ petijt, cũque ei terror ingressus fuisset ne eum fortissimẽ percutere valeret, relaturum se ei ex C Dei pcepto somniũ dixit. Cũque ille lætus pro somnij recitatione surrexisset, Aoth eum in corde percussit, &c.

Lib. 5. anti. cap. 8.

✠ Anastasius Nicenus, ex Basilio in Asceticis. Mores insidiosi, fallaces, & dolosi eorũ qui dãnum alijs machinãtur, sic diaboli fraus aduersus hominem, Cain aduersus Abelem, Iezabel aduersus Nabothen, & Deo sunt odiosi, & hominibus. De iustis autem insidijs dolo, qui male, sed sapienter, & iuste celat, artificiosam præ se fert speciem, & ꝯria faciens insidiosis, & dolosis, & fallacib. hominib. suam & aliorum vtilitatem tanquã scopum sibi proponens, primum exemplum sit Moyses, qui iussu Dei præse tulit, quod viam trium dierum abducturus esset populũ ad Deũ colendũ, quamquam eius esset propositum, oĩno traducere ex Aegypto in Iudeã. Tale est, qđ Samuel fecit dicens se venisse ad sacrificãdũ, cũ vncturus esset Dauid. Et Ionathã dicẽs Dauid abijsse in Beth lehẽ, & Dauid coram Rege Achis. Iã verò ad sumendã quoque iustam de inimicis vltionẽ, sępe doli sũt probati, cuiusmodi fuit Aoth qui interfecit Eglon, & Iahel quæ occidit Sisarã, & Iudith quæ interemit Holofernem ad salutem populi Israelitici.

Quæst. 73. in Script.

D Exod. 3. 1. Reg. 16. 1. Reg. 20. 1. Reg 27.

eum. Sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus.

a ¶Quia præceperat ei Deus hoc facere, quem populo suo saluatorem excitauerat.

Dixitq́; : Verbum Dei habeo ad te. Qui statim [1] surrexit de throno. Extenditque Aod sinistram

a ¶Sermonem euangelicum, vel propheticum.

manum, & tulit sicam de dextro femore suo, [2]

¶Disputando, scilicet, vt extingueret omnem praui dogmatis, & crassæ intelligentiæ sensum.

infixitque eam in ventrem eius tam validè, vt [3] a capulus sequeretur ferrũ in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. †Nec eduxit gladium, [4] sed ita, vt percusserat reliquit in corpore, statim que per secreta naturæ alui stercora prorupe- [5] runt. Aod autem clausis diligentissimè ostijs [6] cœnaculi, & obfirmatis sera per posticũ egres- [7] sus est. Seruique Regis ingressi, viderũt clausas [8] fores cęnaculi, atque dixerunt. Forsitan purgat [9] aluum in æstiuo cœnaculo. Expectantesq́; diu donec erubescerent, & videntes, quòd nullus b aperiret, tulerunt clauem, & aperientes inuenerunt Dominũ suum in terra iacentem mortuum. Aod autem dum illi † turbarentur, effugit, & pertrãsijt † locum idolorum vnde reuersus fuerat. Venitque in Seriath, & statim inso- [10] nuit buccina in monte Ephraim. Descenderuntque cum eo filij Israel ipso in fronte gradiente. Qui dixit ad eos. Sequimini me. Tra- [11] didit enim dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descẽderuntq́; post eũ, & occupauerũt vada Iordanis, quæ transmittunt in Moab, & non dimiserũt trãsire quenquam, sed percusserũt Moabitas ĩ tẽpore illo circiter

E †Non enim exierat gladius è ventre eius pinguis.

✠ Nazianzenus, Orat. 1. in Iul. de peremptore illius d. Vtcunque res se habet, letale certe, orbique vniuerso salutare vulnus accepit, vnoq́; facinore multorũ viscerũ, pniciose creditorũ, pęnas exoluit

a *Pinguissimo.* August. Merito quæritur, quomodo fuerit exilis valde Rex Eglon, & cõ cluserint adipes vulnus quando percussus est. Sed intelligendum est ea locutione dictum, quę solet a contrario intelligi, sicut dicitur lucus, qđ minime luceat, & abundare, quod nõ est, & benedixit Regi, id est, maledixit, sicut in libro Regum de Naboth dictum est. Nam in ea interpretatione, quæ est non secundũ LXX. sed ex Hebræo est, ita inuenimus. *Erat autem Eglon crassus nimis.*

Quæst. 21. in lib. Iudic.

F † tardarent. † lapidicinis.

3. Reg. 21. d.

b *Tulerunt.* AVGVSTIN. Quomodo pueri Regis Eglõ claui aperuerunt, quod Aod claui non clauserat? Aut si ille claui clauserat, quomodo eum secum non tulerat, vt nec isti claui aperire possent? Proinde aut alia clauis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine claui posset claudi, nec sine claui aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Quæst. 27. in lib. Iudi. Quæstio.

a *Post*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 *Verbum Dei habeo ad te.* Quasi dicat, oportet, q surgas propter reuerentiam verbi Domini. Nec oportet hic Aod de mendacio excusari, maxime, quia illud mendacium non fuit perniciosum, sed magis officiosum, quia fuit ordinatum ad interfectionẽ idololatræ pessimi, & tyranni super populum Dei. propter quod commendatur Aod, non autem propter mendacium, sicut Exod. 1. commendantur obstetrices, eo quod saluauerunt pueros Hebræorum, non autem propter mendacium, quod dixerunt Regi mendaciter se excusantes.

2 *Et tulit.* Id est, gladium, qui sic nominatur à sonitu quẽ facit quando de vagina extrahitur.

3 *Vt caput.* Capulus est manubrium sic factum, quod supereminet vaginæ.

4 *Nec eduxit.* Tum quia retentus erat in adipe, tum quia festinauit fugere.

5 *Alui stercora proruperunt.* In his enim, qui moriuntur violenter egestiones solent exire, sicut suspensi emittunt vrinam, vel aliquod tale.

6 *Aod autem.* Ne aliquis intraret ad Regem, & inueniret ipsum mortuum, donec esset elongatus.

7 *Et obfirmatis.* Infra dicitur, quod serui Regis tulerunt clauem ad aperiendum ostium. Et ideo dicendum, quòd plures erant ibi claues, quarum vnam tantum Aod secum portauit, vel quod ostium sic erat factum, quod per impulsionem claudebatur, sed non poterat aperiri sine claue, sicut modo fit in pluribus ostijs.

8 *Per posticum.* In Hebræo habetur misderonah, id est, porticum, quæ solet fieri in domibus magnatum. Et videtur litera nostra corrupta per scriptores propter similitudinem literarum.

9 *Seruique.* Non cœnaculum in quo erat Rex, vt patet in textu, sed porticum, quæ erat ante, à qua se aliquantulum elongauerat, & post exitum Aod ibidem redierunt, stantes ibi per aliquod spatium temporis, propter causam, quæ exprimitur in textu, & patet litera.

10 *Venitque, & cætera.* Hic consequenter describitur debellatio exercitus Eglon, quia videntes ex insperato Regem mortuum, fugit mens, & consilium ab eis, vt de exercitu Holofernis dicitur Iudith 15. quando sciuerunt eum mortuum, & ideo Aod potuit eos cum paucis debellare, ideo dixit ad socios.

11 *Sequimini me.* Id est, locum illum per quem homines poterant transire de terra promissionis in terrãm Moab. Eglon enim cum suo exercitu acceperat partem terræ promissionis, vt patet ex supradictis, & ibi erat. Cætera patent.

✠ 1 Post

a *Post hunc.* Adamant. Lxx. Semgar.i.ibi aduena. Omnes enim homines Dei aduenæ sunt in hoc mundo,sicut ille,q dicebat. *Aduena ego sum,in terra apud te,& peregrinus, sicut oēs patres mei.* Hūc ergo Semgar spūs sanctus ibi† aduenā dicit,i. hic,q enim spiritu sancto,qui i cęlis est ibi est,nobis hic est.

Orig. homil. in lib. Iudi. Psal. 38. c. † Incolam. A

Post hunc. Augustinus. Quæritur quomodo post Aod pugnauerit Samgar pro Israel, & eum saluasse dictus sit. Non.n. fuerat captiuatus, vel iugo seruitutis innexus. Sed ita saluauit, non quia hostis nocuerit, sed ne permitteretur nocere, quem credendum est bello cępisse tentare, & huius victoria fuisse repulsum.

Quæst. 25. in lib. Iudic.

b *Qui percussit.* Adamant. Semgar percussit Allophylos in sexcentis viris in stiua,vel pede aratri. Aliud genus laudis in Segar video. Iste in aratro pugnat,Aod, inquit, in gladio,vicit, & hic prosternit Allophylos. Pōt ergo fieri, vt ecclesię iudex non semper gladiū proferat,idest,nō semper austeritate verbi, & acumine correctiōis vtatur,sed imitet agricolam velut aratro sulcans aīe nostræ terrā,& sæpius clementi monitione rescindens, vt aptet eam suscipiēdis seminib. Interficiuntur ēt hic Allophyli, cū nō argumentis,& acumine q aduersatios v imur,sed agresti, & simplici cōmonitione de animis auditorū vitia p pellim*. Tu quoq; esto agricola aīæ tuę. Vtere aratro quo vtit Sāgar Sed cū miseris manū in aratrū, noli respicere retro,i. postquā tuleris crucē tuā & secutus fueris Christū postquā seculo renūtiasti,& his,q in seculo sunt,noli requirere ea quę pp Christū reputasti, vt stercora, quia si in hoc aratro manū habueris sp,vt cōfidenter dicas. *Mihi aūt absit gloriari, nisi in cruce dñi,&c. Cadent à dextris tuis mille, et decem milia,&c.*

Homil. 4. in lib. Iudic. B D † pingues. Luc 9. g. Matth. 16. d. Luc. 14. g. † stimulo boum. † vel seruauit. Galat. 6. c. Psal. 90. b. E

decē milia omnes † robustos, & fortes uiros, nullusq, eorum euadere potuit. Humiliatusq; est Moab in die illo sub manu Israel, & quie-

a ¶ Aug. Duplicatæ, scilicet, empore, quod fuit memorabile Romanorum sub rege Pompilio.

a uit terra octoginta annis à prælijs. Post hunc 1
b fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Phi 2

a ¶ Senarius, qui multiplicatus peruenit in sexcentos, mundum significat sex diebus consummatum, sexcentos ergo in aratro ille dicitur percussisse, cui per crucem Christi crucifixus est mundus.

listhijm sexcentos uiros† uomere: Et ipse quoque † defendit Israel.

* *Vomere.* Septuaginta, *pede aratri boum.* R. L E V I, *aculeo,* idest, stimulo boum. R. Kimhi, baculo cui infixus est vncinus,quo diriguntur boues in agricultura.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Post hunc fuit.* Sub isto non legitur aliqua notabilis retributio,sed pacem factam sub Aod conseruauit,nec permisit Philisthæos eis dominari,ideo subditur.

2 *Qui percussit.* In hebrę. habetur,stimulo bouis. Iste videtur fuisse homo rusticanus, & fortis, & forsitan de ligno in quo erat aculeus ad pungendū boues, fecit lanceā,vel hastā ad pugnandum, & aliquos alios induxit ad simile faciendum,q non est verisimile, quod ipse solus sexcentos viros interfecerit,& sic hic accipitur singulare pro plurali,scilicet,stimulo,pro,stimulis, sicut frequenter fit in sacra scriptura. vnde Exo. 8. f. *Venit musca grauissima.* idest, multitudo muscarum.

MORALITER.

1 *Post hunc fuit.* Est autē vomer instrumentū ad aperiendū terrā pro seminatione,& fructificatione,& ideo signat verā confessionē, per quam aperitur terra cordis nostri pro boni operis fructificatione. ergo vomere Philisthęi percutiuntur quando per veram confessionem vitia abijciuntur. Qd aūt per Philisthęos vitia significentur,patet,qa Philisthęi interpretātur cadentes,vitia uerò, vel peccata cadere faciunt hominem de vno in aliud. vnde Gregorius. Peccatum,quod per pęnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Et finaliter peccata trahunt ad pęnam inferni.

2. Erat

CAPVT IIII.

C a Ddiderūtq; fi. Quasi pro peccatis populi dux bonus obijt,peccatorib. autē, & indignis aufert homo Dei. Sed dicet aliquis. Quando ecclesia Dei sine iudice est? si prior discesserit,alter adhibetur. Nō semp princeps populi ecclesię iudex per Dei arbitrium dat, sed vt merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri,& operamur mala in conspectu domini,dātur nobis principes secundū cor nostrū. vnde: *Fecerunt sibi regē, sed nō per me, & principem, & nō per consiliū meū.* Hoc dictum videtur de Saule quē ip se dñs elegerat,& regem fieri iusserat. Sed quia non secundum Dei uolūtatem,sed secūdum peccatoris populi meritum fuerat electus,negat eū sua voluntate,vel consilio constitutum. Sic in ecclesia pro meritis populi,aut verbo,aut opere potens à Deo tribuit rector, aut si malū faciat populus in conspectu dñi, talis ecclesię iudex datur sub quo famē verbi Dei, & sitim populus patiat, & non famē panis,aut sitim aquæ, sed audiendi verbi Dei. Ita ergo agamus,& oremus,ne hac fame,& siti indignatiōe Dei cōdēnemur,ne auferatur à nobis, qui nos verbo Dei,& opere instruat. Si.n. malū fecerimus in conspectu dñi,morietur nobis Aod,& auferetur Samgar, & obscurabitur laus nostra,& trademur in manus Iabin regis Chanaā, q iterpretatur sensus,vel prudentia. Si ergo non probauerimus Deū habere in notitia, *tradet nos Deus in reprobum sensum, repletos iniquitate,nequitia,fornicatione,auaritia,&c.* Vides,qui sunt,& quales sint,qui tradūtur in reprobum sensum, & Iabin principi Chananęorum.

Orig. hom. 4. in li. Iudi. † supra 2. b. et 3. a. & infra. 6. a. Osee. 8. a. Amos. 8. d. F Rom. 1. d.

CAPVT. IIII.

a †Ddideruntque filij Israel facere malum in cōspectu domini post mortem Aod, & tradidit il- 1 2
b los dominus in manus 3

a ¶ Sensus vel prudentia, qui enim non probant Deum habere in notitia, traduntur in reprobum sensum.

Iabin regis Chanaā, qui

* Iosephus. Calamitates quas passi fuerant,non colendo Deum, nec legibus eius obediendo, correptionē nō agnoscētes Dei,à rege Chananęorū, Iabin subiugati sunt. Hic habebat armatorū tercētum milia, equitum decē milia, & curruū tria milia,& in hac militia dux erat Sisara, apud regem honore primus.

Li. 5. antiq. cap. 9.

* Theodoret. Cum Iabin interfectus dicatur à Iosue, & vrbs Asor exusta, quomodo multo post tēpore hęc cōtigerūt? Alius erat ille,& alius iste. Et cum essent eiusdem nominis,eodem regno potiebātur. Verisimile est autem hunc illius esse filium. Multos.n. reperias,qui nominibus patrum suorum appellantur, vt Cōstantini Imperatoris primogenitus dictus est Constantinus. Nec est alienum à verisimili vrbē illam tum euersam, postea instauratam fuisse.

Quæstio. 9. & in Iud.

b *In manus Iabin regis Chanaan.* Adamant. Princeps militię Iabin erat Sisara,qui interpretatur visio equi. Iste .n. est animalis,non spūlis,& nō videt,nisi ea,quę animalis sunt. Ipse est.n. visio,ipse est,n. semper intuitus,& ideo semper aīalis homo,qui secūdum carnem natus est, persequitur eū,qui secundū spiritū donec spiritualiter intelligat, & examinet omnia,

Homil. 4. in lib. Iudic. 1. Cor. 2. d.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT IIII.

1 Ddiderunt q; Hic ponitur tertia tribulatio per Iabin regem Chanaan, & primo describit hic tribulatio, secundò diuina liberatio,ibi. *Erat autem Debora.* tertiò gratiarū actio. c. 5. Circa primum præmittitur filiorum Israel culpa, cum dr. *Addideruntque.* quia plura mala fecerunt, quam ante.

2 *Post mortem.* Non facit mentionem de tempore Samgar, quia fuit breue, & ideo computatur sub tempore Aod,secū do subditur debita pœna cum dicitur.

3 *Et tradidit.* Iosue 11 dicitur, quod Iosue istam ciuitatem combussit. Ad quod dicendum,quod Chananæi præualentes,postea reædificauerunt eam.

A omnia, & intelligat vnde sibi sit auxilium deposcendum, et clamet ad dominum, donec illi animæ, quæ clamauerit ad dominum suscitetur prophetia, quam Debora significat, & secundum prophetiæ gratiam, & intelligentiam, vel ecclesiæ populus gubernetur, vel cuiusque animæ sensus.

Orig. hom. 5 in li. Iudi. 1. Timot. 3. d.

a Erat. ADAMAN. secundũ Apostolum, *Oĩs scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendũ, ad increpãdum, ad doctrinam, quæ est ad iustitiam.* Quæritur ergo, quid habet ista scriptura, quæ diuinitus est inspirata doctrinæ, vel increpationis, vel disciplinæ? Quid enim confert si legim⁹, quod Debora mulier prophetissa uxor Lapidoth iudicabat Israel, &c. Primo ergo hoc ipsum, quod cum plurimi iudices in Israel fuerãt, de nullo dr̃, quia propheta fuerit, sicut de Debora muliere. Præstat in hoc ꝯsolationẽ muliebri sexui, ne pro infirmitate desperet se prophetiam posse suscipere, sed credat, quia ꝯfert hanc gratiam mentis puritas, non sexus diuersitas.

† ferreos, & infra. — † 23. q. 4. §. h. — B

b *Debora.* apis, uel loquela, quę prophetiã significat, quæ suaues cęlestis doctrinæ fauos, & dulcia diuini eloquij mella cõponit. unde. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel, & fauum ori meo.* Et alibi. *Iudicia domini* dicit propheta *pretiosa esse super aurum, & lapidem pretiosum nimis, & dulciora super mel, & fauum.*

Psal. 118. a. Psal. 19. c.

✠ THEODORETVS. Mulier prophetizat, quia uirorum ac mulierũ eadẽ est natura. Nam ex Adã formata est mulier, & particeps rationis effecta,

Quæst. 11. in lib. Iudic. — C

D cta, sicut & ille. In Christo Iesu non est masculus, aut fœmina. Quemadmodum Moses propheta fuit, ita & Maria prophetissa. Existimo enim Deboram, in contumeliam virorum prophetiæ donum adeptam esse. Nam cum ex viris nullus inueniretur dignus, qui Spiritum sanctum promereretur, hæc donum sanctissimi Spiritus est consecuta. Atque tam clare constabat eam nactam esse gratiam supernam, vt ne Barac quidem absque ea progredi auderet in aciem.

✠ AMBROSIVS. Debora docuit non solum viri auxilio viduas non egere, verum etiã viris posse esse subsidio, quæ nec sexus infirmitate reuocata, munia virorũ obeunda suscepit, & suscepta cumulauit. Multa millia virorum vna uidua, & in pace rexit, & ab hoste defendit. Multi iudices in Israel, sed nulla ante iudex fœmina, null⁹ propheta. Et ideo lectum istius puto esse iudicium, ne mulieres ab officio muliebris sexus infirmitate reuocentur. Vidua populos regit, uidua duces eligit, uidua bella disponit, mandat triumphos. Non ergo natura rea est culpæ, nec infirmitati obnoxia, strenuos enim non sexus, sed uirtus facit.

Li. de viduis. — E — † Debora.

c *Et sedebat sub palma, & cæter.* Adamantius. Vide in quibus locis sedet prophetia, inter excelsa, scilicet, & domum Dei. Nihil humile nihil uile erga prophetiæ sedem reperiri potest. Sicut Salomon dicit, quod in altis, scilicet, portis ciuitatum adsistat, uel in murorum mœnibus habitet, uel in altis

Prouer. 9. a. — F

regnauit in Asor. Habuitq; ducem exercitus
¶ Id est visionem eius.
sui, nomine Sisaram. Ipse autem habitabat in 1
a ¶ Adam. Obserua, quia nesciunt clamare filij Israel ad dominum, nisi trad ti in manus Iabin regis Chanaan, vel per Sisaram principem militiæ eius afflicti.
Haroseth gentium. Clamaueruntq; filij Israel ad dominum. Nongentos enim habebat † falcatos currus, & per viginti annos vehementer
a ¶ Quibus affligeretur populus duræ ceruicis.
a ¶ Hoc de nullo iudicum legitur.
oppresserat eos. † Erat autẽ Debora ꝓphetes 2 a
b vxor Lapidoth, quę iudicabat populum in illo 3
a ¶ Quia iustus sicut palma florebit, quem prophetia erudiens, do producit ad palmam supernæ vocationis.
c tempore, & sedebat sub palma, † quæ nomine
a ¶ Quæ interpretatur excelsa. b ¶ Domus Dei.
illius vocabatur inter Ramã, & Bethel in mõte Ephraim. Ascendebantq; ad eam filij Israel
a ¶ Primo. b ¶ Priorem populum. ¶ idest coruscationem, quæ scilicet, habet lucem non permanentem, cito enim desinit, hic est prior populus, qui primo omnium prophetarum per prophetiam vocatus est ad audienda eloquia Dei, & capienda mãdata legis, qui retulit quidem splendore legis, sed non permansit, nec continuam lucis fulgorem obtinuit.
in omne iudiciũ, quæ misit, & vocauit Barac filiũ Abinoẽ de Cedes Nephthali, dixitq; ad eũ: 4
Præcepit tibi dñs Deus Israel. Vade, & duc 5
exercitũ in montẽ Thabor, tollesq; tecũ decẽ 6
¶ Seruus emissus.
milia pugnatorũ de filijs Nephthali, & de filiis Zabulon. Ego autẽ adducam ad te in loco 7

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 *Ipse autem habitabat, &c.* Sic nominatur, quia homines de diuersis nationibus collecti erant, ibi.

2 *Erat autem, &c.* Hic consequenter describitur liberatio populi à dicta tribulatione, vbi primo ponitur diuina reuelatio, secundò populi congregatio, ibi: *Qui accersiuis*, tertiò hostium debellatio, ibi. *Dixitque Debora*. Circa primum dicitur. *Erat autem Debora prophetes*, idest, habens spiritum ꝓphetiæ, quod exprimitur eo, quod iudicabat populum, vt fragilitatem sexus releuaret prophetiæ spiritus.

3 *Vxor Lapidoth, quæ iudicabat, populum in illo tempore, & sedebat sub palma, quæ nomine illius, &c.* Dicunt expositores nostri communiter, quod iste Lapidoth fuit idem, qui Barac, & allegãt ad hoc dictum Hebræorum. Sed occurrit hic dubium, quia postea subditur, quod ipsa manebat in mõte Ephraim, & quod inde misit, & vocauit Barac de Cedes, quę erat in sorte Nephtali, & sic non videtur, quod fuerit vir eius, quia separatim habitabant, & in diuersis tribubus, & ideo dicit Ra. Sa. quod Lapidoth non est nomen proprium, sed commune, & significat lychnariam, quia faciebat lychna pro lucernis, quæ ardebant in tabernaculo domini, & sic vbi habemus vxorem Lapidoth, dicunt mulierem lychnatricem. Si autem antiqui Iudæi dixerunt, prout dicunt expositores prædicti, nescio, sed moderni sequuntur dictum Ra. Sa.

4 *Quæ misit, & vocauit Barac filium Abinoem, &c.* per reuelationem domini, ideo sequitur.

5 *Præcepit tibi dominus*, idest, non dico tibi authoritate mea, sed diuina.

6 *In montem Thabor*, in quo transfiguratus fuit Iesus Christus coram Petro, Iacob, & Ioanne. de qua transfiguratione habetur Matth. 17.

7 *Ego autem adducam ad te, &c. Sisaram.* immittendo ei voluntatem præliandi contra te.

✠ 1 *Dixitque*

MORALITER.

2 *Erat autem Debora, &c.* Per Deboram, quæ interpretatur apis, & Israel iudicabat, significatur bonus princeps, vel platus. Apis. n. habet aculeum pungentem, & facit mel cõsolãs & in bono prælato, vel principe debet esse rigor iustitiæ, & dulcor misericordiæ. Gregorius in pastorali. Inesse bonis rectoribus debet iuste consulens misericordia, & pie sæuiens disciplina, ne iustitia sit nimis aspera, & pietas sit remissa. Sit igitur amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exaspe rans, sit zelus, sed nõ immoderate sæuiens, sit pietas, sed nõ plusquã expedit parcens. Talis autem princeps, vel prælat⁹ vocat viros aptos ad pugnandum contra Sisaram, id est, ꝯ diabolũ, quia Sisara interpretatur exclusio gaudij, diabolus autẽ nititur excludere fideles a gaudiis paradisi. Homines autem ad pugnandũ apti contra diabolum, sunt hoĩes vitæ laudabilis, & doctrinæ, & zelatores iustitiæ, q̃a tales possũt efficaciter prædicare, & sana cõsilia dare, & vitia punire, ꝓp qd̃ significantur per Barac, q̃ fulgor interpretatur, vel coruscatio, quam sequitur tonitruum, & ideo signat fulgorẽ bonæ vitæ, & sonum sanæ doctrinæ. Similiter per Barac significantur homines, qui sunt discreti, & iusti, eo quòd fulgent industria naturali, & tonant sentẽtia iudiciali, ꝓp quod sunt ad pugnandum contra iniustitiam valde apti. Licet autem in manibus Barac traditus fuerit Sisara debellandus, nõ tñ per eum totaliter conterendus, sed hoc fuit reseruatum fęminæ, scilicet, ipsi Iahel, vt dicitur in textu, quæ cum clauo, & martello cõtriuit caput eius. Ideo per ipsam figurata fuit virgo Maria de qua scribitur Genes. 3. c. *Ipsa conteret caput tuum*, quod ibidem dicitur de diabolo, eo quod contritio dæmonis, qui per serpentem, & Sisaram significatur, fuit beatæ virgini reseruata.

altis turribus liberè agat: Inter domum Dei ergo & excelsa dicitur habitare. Non enim docet quæ super terram sunt quærere, sed quæ in cęlis, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Illuc nos hortatur ascendere: illuc discipulos suos mo litur mouere prophetia.

a *Si ve.* August. Quid est quod respōdēs Barac Deborę ait: Si ibis mecū ibo: & si nō ieris mecum, non ibo: qm̄ nescio diem in quo prosperat angelum dn̄s mecū. Quasi à prophetissa diē audire nō potuerit, nec illa die respōdit: sed perrexit cum illo. Et quid est: qui prosperat angelū dominus mecum? An hic demonstratū est, quia & angelorū actus prosperātur. i. adiuuantur à domino vt feliciter cedāt? an locutionis est prosperat angelum mecū: idest, facit mecum prospera per angelum.

(Quæst. 26. in lib. Iudic.)

* Ambros. In mulieris manu summam fuisse victoriæ docet Barac filius Deboræ, dicens: Nisi tu veneris mecū, non ibo, quia non noui diem in qua dirigit dominus angelum suū mecū. Quanta ergo feminæ istius virtus, cui dux exercitus dicit, Nisi tu veneris, nō ibo? Quanta viduæ fortitudo, quæ à periculis filium nec materno reuocat affectu, imò ad victoriā hortatur dicens, quod in manu mulieris sit summa victoriæ? Debora ergo prælij probauit euentum, Barac produxit exercitū, Iahel cepit triumphum. Huic enim prophetia Deboræ militauit.

(lib. de viduis.)

Adam. *Non ascendam nisi tu ascenderis mecum.* Vides quomodo illis prioribus prophetia detulit eloquia Dei: & illis dicit data esse precepta vt ascendant in montem. Sed excusant & dicunt. *Non ascendā nisi & tu ascenderis mecum.* & de excusatione quidem verū est: de promissione falsum. Non.n. ascenderunt in montem sanctum domini. Quod aūt pollicentur se ascendere cū prophetia, falsum est. Non enim secuti sunt prophetiam, vt crederent Christo: de quo omnis prophetia est. Dicit ergo ei Debora: *Ibo tecum: sed non primatus in hac vicé tuus. In manu mulieris tradet dominus Sisaram, &c.* apertè ostendit: quia non nō erat apud populum illum primatus, nec victoriæ palma: sed in manu mulieris cui nomen Iahel, traditur Sisara.

(Homil. 5.)

b * *Perterruitq; Dominus. &c.* Iosephus. Cùm Israelitæ obstupescentes multitudinem hostiū, de fuga iam cogitarent, Debora retinebat eos, & ipsa die dimicare p̄cipiebat, victoresque eos Deo auxiliante, pollicebatur. Congressis ergo atq; permixtis, eis imber magnus influxit. Et aqua nimia simul & grādo, & pluuia in faciem Chananæorum versa, & venter eorum aspectibus imminebat, ita vt arcus eorum & fundibulæ inutiles fierent, & armati præ frigore vti gladijs non valerēt. Israelitas verò tēpestas immissa post terga, minus nocebat, quia auxilio Dei sumebant magnam fiduciam. Et alij quidem ab Israelitis exterriti sunt, alij verò equis proprijs excussi ceciderunt, ita vt etiam multi eorū conculcati curribus morerent.

(lib. 5. Antiq. cap. 9.)

c *Egressa ig tur.* Adam. Iahel mulier alienigena ecclesiam significat: quæ ex alienis gentibus congregata est. Interpretatur autem Iahel ascensio, quia non est alia ascensio ad cælum, nisi per ecclesiam multiformis sapientiæ Dei. Ipsa ergo dum à corporalibus ad spiritualia, & à terrenis ascendit ad cęlestia interficit Sisaram: qui carnalium vitiorum & animalis hominis formam tenet. Quia Sisara, visio equi interpretatur de quo dicitur: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Palo ergo eum interfecit, id est ligni crucis acumine & virtute. Et bene maxillas eius palo trāsuerberasse dicitur. Os enim qđ de carnalibus loquebatur, & doctrina quæ carnis gloriam præferebat, quæ in delitijs & voluptate viuendum, sapientibus seculi persuadebat: & luxuriæ adulatione deceperat, ligno crucis confoditur: quia viam quam philosophia latam & spatiosam prædicauerat voluptatis, hanc Christus arctam & angustam nobis salutis viam ostendit. Sic ergo Iahel, id est, ecclesia vitiorum principem Sisaram tectum pellibus, id est, membrorum mortificatione sopitum, æterno tradidit somno.

(Homil. 5. Mystice.) (Psal. 31. c.) (Matth. 7. b.)

Torrētis Cison, Sisaram principem exercitus Iabin, & currus eius, atq; omnē multitudinē, & tradā eos ī manu tua. Dixitq; ad eā Barac: Si venis mecū, vadā: si nolueris venire mecū, non pergā. Quę dixit ad eū: Ibo quidem tecū: sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaq; Debora, & perrexit cum Barac in Cedes. Qui accitis Zabulon & Nepthali ascendit * cū decem milibus pugnatorū, habens Deborā in comitatu suo. Haber aūt Cineus recesserat quodā à cæteris Cinæis fratribus suis filijs Hobab † cognati Moysi, & tetenderat tabernacula vsq; ad vallē quæ vocatur Sennim: & erat iuxta Cedes. Nuntiatūq; est Sisaræ, ꝙ ascēdisset Barac filius Abinoem in montē Thabor. Et cōgregauit * nōgentos falcatos currus, & omnem exercitū de Haroseth gentiū ad Torrētem Cison. Dixitq; Debora ad Barac: Surge: Hæc est enim dies in qua tradidit dominus Sisarā in manus tuas. En ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barac de monte Thabor, & decem milia pugnatorum cum eo. † Perterruitque dominus Sisaram & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem in ore gladij ad conspectum Barac, intantum vt Sisara de curru desiliēs, pedibus fugeret, & Barac persequeretur fugientes currus, & exercitum vsque ad Haroseth gentium, * & † omnis hostium multitudo vsque ad internecionem caderet. Sisara autē fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat enim pax inter Iabin regē Asor, & domū Haber Cinæi. Egressa igi-

a ¶ Prophetiam. b ¶ Populus prior.
a ¶ Promissio falsa. b ¶ Excusatio vera.
¶ Ostendit primatum victoriæ palmam non esse apud populum illum.
a ¶ Iahel.
a ¶ Augu. Ecce quomodo commendat scriptura agere Deum in cordibus hominum ut det exitum rebus quę constituit. Pauere enim fecit Sisaram, vt traderet eum.

* pedib. suis. † soceri. * omnes currus suos. † contriuit. † caderent omnia castra Sisaræ acië gladii ita ut ne unus quidem remaneret.

1 Da

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Dixitq; ad eam Barac. Si venis mecum, vadam.* quasi dicat: tu habēs spiritum prophetiæ, non ego: & ideo poteris scire tempus & horam bellandi.

2 *In manu mulieris tradetur Sisara:* vt patet in sequentibus posteà.

3 *Qui accitis.* Hic ponitur congregatio populi ad bellandū. & primò ex parte Barac cùm dicitur: *Qui accitis Zabulon & Nep. Haber autem Ci.* hoc interponitur hic, eò quod Iahel vxor Haber interfecit Sisarā. Iste autem Haber dicitur Cinæus. eò, quòd descendit de Iethro qui vocatus fuit Cin vel Cinæus & Hobab: sicut dictum fuit supra 1. capit. & Num. 10. vnde quod subditur: *Cognati Moysi.* in Heb. habetur: *soceri Mosi.*

4 *Recesserat quon* qui habitabant in sorte Iudæ, vt dictum est suprà 1. cap. 2. describitur congregatio populi ad præliū ex parte Sisaræ, cum dicitur.

5 *Nuntiatumque est Sisaræ, &c.* & patet litera.

6 *Dixitq, Debo.* Hic consequenter describit hostiū debellatio, & secundò ducis interfectio, ibi: *Sisara autem.* Circa primum dicitur:

Dixitque Deus ad Barac. per reuelationem diuinam.

7 *Surge.* ad pugnam.

8 *Hæc est enim.* Videtur quod contrarium dicatur suprà, *In manu mulieris tradetur Sisara.* Dicendum quòd vtrumque verum est, quia fuit traditus in manu Barac ad debellandum & fugandum, & in manu mulieris ad interficiendum.

9 *Perterruitque do. &c.* quia fulgura & coruscationes & lapides grandinis immensæ magnitudinis ceciderunt super exercitum eius, ita quòd non poterant sustinere: sed multi mortui sunt, & alij fugerunt, & in fugiendo occisi sunt. ideo subditur:

10 *Et omnis hostium.* Hic consequenter describitur ducis interfectio per modum qui sequitur. cum dicitur: *Sisara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi.* cuius causa subditur:

11 *Erat enim pax* & ideò illuc diuertit securius, & maximè, quia Iahel inuitabat eum dicens:

* 1 Intra

a ¶ Mulier alienigena. ¶ Quæ prius cum eo amicitiæ fœdus habuerat.

tur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum: Intra ad me domine mi, intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius & opertus ab ea

a ¶ LXX. Pellibus.

pallio, dixit ad eā; Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde.

a ¶ Moralis doctrinæ quæ conuenit paruulis. b ¶ Animalis homo.

Quæ aperuit vtrē lactis, & dedit ei bibere, & operuit illū. Dixitq; Sisara ad eā; Sta ante ostiū tabernaculi, & cū venerit aliquis interrogās te, & dicēs; Nuquid hic est aliquis? Respōdebis; nullus est. Tulit itaque

a ¶ LXX. pa'um, id est, crucis lignum: cuius acumine & virtute ecclesia diabolum interfecit: quod Barac, id est, prior populus per legis præcepta facere non potuit.

Iahel vxor Haber clauū tabernaculi, assumēs pariter & malleum, &

¶ LXX. Maxillam.

ingressa abscōditè & cū silentio posuit supra tēpus capitis eius clauū, percussumq; malleo defixit in cerebrum vsq; ad terrā, qui soporem

a ¶ Qui prior sequi cœperat.

morti sociās, defecit & mortuus est. Et ecce Barac sequēs Sisaram ve-

a ¶ Ecclesia de gentibus quæ prætereuntem victoriam præripuerat.

niebat; egressaq; Iahel in occursum eius, dixit ei; Veni & ostendā tibi

a ¶ Nota non asse consequens cum scriptura dicit virum intrare ad aliquam mulierem quod cum ea mistus sit: quamuis ita soleat loqui: hic ergo propriè dictum est intrauit ad eam, id est in domum eius.

virū quē quæris. Qui cū intrasset ad eā, vidit Sisarā iacētem mortuū, & clauū infixum in tempore eius. † Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanaā corā filiis Israel: qui crescebant quotidie & forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.

a *Da mibi.* Adam. Sisara aquam petiit: Iahel verò lac tribuit. Lactis cibus dicit' in scripturis sanctis doctrina quæ incipientibus velut paruulis traditur. Nō. n. statim discipulis profunda & secretiora tradenda sunt sacra. sed morū correctio & disciplinæ emēdatio: religiosæ cōuersationis & simplicis fidei prima elemēta, hoc est ecclesiæ lac: hæc incipiētiū paruulorū prima elementa. Sed iste cibus his qui ad bonū tendunt, uitam tribuit & salutem: his verò quibus cōtraria placent, quibus luxuria, libido, auaritia & omnis impietas cordi est, necem. Ex eisdem ergo cibis aluntur boni, suffocatur mali, & vbi piis vita, impijs mors, sicut vinum sanos iuuat, & cor hominis sani dūtaxat lætificat: febricitantibus verò perniciem parit. Sic intelligendum est Sisaram animalem hominem, & vitiorum principem per doctrinam ecclesię, quam non ex fide suscepit, extinctum.

A — Homil. 5. in lib. Iudic.

b *Quæ apc.* ✠ Procop. Iahel Sisaræ aquam petenti, lac pbuit, quo beneuolentiæ simulatione maiorē mereret fidē, nec nō humectat', stragulisq; calefactus, i somnū delaberet'. ✠ Anastasius Nicenus, ex Basilij magni Asceticis. Ad sumēdā iustā de inimicis vltionē sæpe doli sunt probati, cuiusmodi fuit Aod qui interfecit Eglon, Iahel quæ occidit Sisaram, & Iudith quæ interemit Holofernem. Propter hos dolos & mendacia non sunt sancti appellandi mendaces, nec dolosi, sed sapientes quidem ad bonum, sinceri aūt ad malum. Cauendum est autem si quando opus fuerit eiusmodi mendacio aduersus hominum malitiam, ne sermoni addamus etiam iusiurandum.

B — Quæst. 73. in script.

✠ Iosephus. Ceterū Barac agēs exercitū sup Asor, & obuiā veniētē interemit Iabin, & cadēte pricipe, ciuitatē vsq; ad fundamēta deijciēs, priceps fuit Hebrœorū p quadragita annos. Adam. Vnaquęque aïa hoc lacte euangelico & apostolico Sisarā in se sopiat & extinguat. Si. n. per hoc qs edoctus mortificauerit mēbra sua q̄ sunt sup terrā, auaritiā, fornicationē & hmōi, Sisarā in seipso videbit' peremisse, ut hæc nō mō in psona ecclesiæ cōsummari, sed etiā in aïa sua ostēdat quisq; ipleri. Quia ergo Sisarā cępit isectari populus prior: sed iterē ptus est à muliere. i. gētiū ecclesia, & in manu eius data est victoriæ palma, in cōsummatione omniū. i. in fine seculi canticum etiā dn̄o cātabitur p Deborā, in quo primatus dabit' Iahel. i. ecclesiæ gentium, nec tn̄ Deborę laus silebitur, sed vnum primis & nouissimis victoriæ prę mium dabitur.

lib. 5. An. c. 9. — C — Homil. 5. in lib. Iudic. — D — Col. 3. a.

c *Egressaq; &c.* Adam. Occurrit Iahel. i. ecclesia priori populo insectanti Sisaram. Insectabatur enī Israel legem iustitiæ, sed in legē iustitiæ non peruenit. Occurrit ergo ecclesia ēt ipsi ostēdēs opus suū & victoriā cōsummatā, & i societatē, pstrati hostis iuitat, qa *cū plenitudo gentiū introierit, tūc oīs Israel saluus fiet*. Fit ergo primatus in manu mulieris alienigenę nō tn̄ excludit' ēt Barac à cōsortio gloriæ, q prior qdē cępat, sed nouissim' puenit ad fidē. Imò dū ille puenit, Iahel alienigena ptereuntē quodāmō victoriā rapit. Eadē forma pcessit in Esau & Iacob, dū. n. Esau sequeretur agrestia & moraret' in saltib', pueniēs Iacob & mulieris mr̄is cōsilio cōpositos pri offerēs cibos, bn̄dictionē primat' accepit. In euāgelio quoq; pgēte dn̄o ad filiā principis synagogæ suscitādā, pueniens mulier sanguinaria fideli tactu prior consequitur sanitatem. ✠ Rupert. Verè iuxta scripturam, *Mulier fortis accinxit fortitudine lumbos suos, et roborauit brachium suum*. Sinistram manum misit ad clauum, & dextram ad fabrorum malleos. Talis habitus corporis profectò figurā crucis exprimit. Clauus tabernaculi ipsum est stigma passionis Christi. Claum tulit, quę iussa mortificare membra sua super terram, crucem suā baiulauit, crucifigens carnē suā cū vitijs & cōcupiscētijs.

E — Homil. 5. in lib. Iud. — † 23. q. 5. §. fina. in fi. — Rom. 11. c. — Gen. 27. c. — Matth. 9. a. — lib. in Iudic. cap. 7. — F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Intra ad me do. mi. *Iste autem modus loquendi scilicet ingressus viri ad mulierem frequenter accipitur in scriptura pro concubitu carnali: non tamen semper: sed hic accipitur pro securitate refugij.*

2 Quæ aperuit vtrem lactis. *Petenti aquam dedit lac ad bibendum: quia potus lactis aggrauat corpus hominis & inducit somnum. Cætera patent vsque ibi.*

3 Et ingressa abscondite. *non à tabernaculo, sed ab ostio tabernaculi, vbi Sisara rogauerat eam stare: & silenter venit iuxta eum ad ipsum interficiendum. Ideo subditur:*

4 Qui soporem morti socians, *quia inter soporem & mortē nō fuit interuallum temporis. Cætera patent in litera. Circa hoc quæritur vtrū Iahel malefecerit interficiendo Sisaram. Et videtur sic: quia in textu dicitur: quod pax erat tūc temporis inter Iabin regem & domū Haber Cinei. Ex quo videtur quòd fœdus erat inter eos: propter quod Sisara securius intrauit tabernaculū Iahel, & ideo Iahel cōtra fœdus initū videt' fecisse, & per consequens contra dictamen iuris naturalis quod semper & apud oēs est illicitū. Itē promiserat securitatē vt patet in textu & posteà latēter interfecit eū, & sic proditoriè videt' egisse. Contra: quia in cantico Deboræ quę habuit spiritū domini: vt patet ex prædictis cōmendatur Iahel de facto isto: vbi dicit:* Benedicta inter mulieres Iahel. *& sequitur: percussit Sisarā quærēs in capite vulneri locū. Ad hoc dicēdū quod in facto huius mulieris aliqua fuerūt vituperabilia & mala: videlicet falsitas in verbis & signis qbus ostēdebat se velle eū protegere, dicēs:* Intra ad me dn̄e mi, ne timeas, *cū tn̄ intenderet eū occidere, & de hoc nō cōmendatur in sacra scriptura: quia talia non possunt bene fieri secundū philosophos: nec secundū doctores sanctos de hac materia loquētes, & de hoc nō cōmēdabat in scriptura: sed de bono affectu quē habuit ad liberandū populū de manu tyranni, quod fuit laudabile. Sicut & Iudith cōmēdat de magno affectu, quē habuit ad liberationē populi Israel de manu Holofernis, nō autem de mendacijs q̄ dixit in cōspectu eius. Et obstetrices de pietate quæ saluauerunt filios Hebræorū: nō autē de mēdacio per qd excusauerunt se Pharaoni: vt habet' Exo. 1. Sed quia quæstio est de interfectione Sisaræ, dicēdum qd Iahel in hoc fecit rē licitā & meritoriā, licet immiscuerit aliqua illicita: ut dictum est. Sciebat. n. q iste Sisara erat maximus oppressor fidelis populi cuius fidei ipsa erat: qa Iethro q dictus est Cineus & alij descēdētes ab eo, cōuersi fuerūt ad Iudaismū recipiētes legē Dei, ut dictū fuit Exo. 18. et Nu. 10. et ideo sicut mēbrū illius cōitatis habuit titulū iustū interficiendi eū. Item per signa manifesta uidebat ipsum debere mori ex iustitia diuina. Tū quia uidit exercitum eius magnū & fortē debellatū à paucis respectiuè & inermibus. vn̄ dicitur infrà 5. ca.* Clypeus & hasta si apparuerunt in xl. milib. in Israel. *i. non apparuerūt. Tū quia exercitus eius fuit magis prostratus ictibus fulguris et lapidibus grandinis Deo p filijs Israel dimicāte quā bellatorū gladijs, & ideo ipsum interficiēdo cōformiter egit volūtati diuinæ, & forsitā instinctu speciali diuino sicut & Debora hoc pdixerat spiritu prophetiæ. Ad primū in cōtrariū posset dici: q forsitan pax illa erat ex hoc, q Haber soluebat Iabin tributū excessiuū, vt sic nō perderet totū qd habebat, & sic à tali iniusta exactione licitè poterat se per se & suos liberare occurrēte facultate. Nec ēt in litera habetur quòd fuerit ibi fœdus amicitiæ inter eos contractū, vel pactum aliquod aliquo iuramento firmatum, sed tantum quod pax erat inter Iabin & domum Haber: quod potuit fieri modo iniusto prædicto. Idem dato quòd fuisset ibi fœdus vel pactū sub iuramento, tn̄ non tenebatur obseruare, vt videtur, quia in talibus fœderibus & pactis mulieres nō vocantur, sed tantum viri: vxor autem non semper tenetur seruare pacta & iuramenta viri sui. Ad secūdū patet responsio ex predictis in quæstione.*

CAP. V.

a ¶ Laudem victoriæ. b ¶ Quæ superandum Sisaram præcenerat.

Ecineruntq; Debora & Barac filius Abinoem ĩ illo die, dicentes: † Qui sponte obtulistis de Israël animas vestras ad periculũ, benedicite domino. Audite reges, auribus pcipite principes. Ego sum, ego sum quę domino canam, psallã dño Deo Israël. Domine cum exires de Seir: & transires † per regiones Edõ, terra mota est: cęliq́, ac nubes distillauerũt aqs. Mõtes fluxerũt à facie do-

a ¶ Maritus Deboræ qui & Lapidoth tradct. Lapidoth interpretatur fulgor. barac fulmẽ. quia antequã vlcisceretur Israel, quasi fulgor resplendebat in populo meritis. & prerogatiua operum. postquam vero vltus est Israeli fulmen id est, percutiens vocatus.

a ¶ Interioribus auribus. b ¶ Reges vocat quos ad audiendum verbum Dei conuocat.

a ¶ Exterioribus. b ¶ LXX satrapæ. c ¶ Adam. Vox iusti ille quidẽ est canoræ vocis & synceræ mentis vt cantilena eius diuinum delectet auditum: quę omnino non habet in se raucum peccati sonum, & nihil offensionis in lingua, nihil crassi ruditatis in spiritu.

a ¶ Exisse dicitur dominus de Seir & transisse per Edon, quia Idumæis legem recipere nolentibus, dedit eam Iudæis in monte Sina.

a ¶ Mons Sina, scilicet. b ¶ A facie domini cæli pauentes sudasse & aquis stillasse dicuntur.

A a Com. in hunc locum.

CAp. V. Ecineruntq; Debo. ✠ Procop. Primum in diuinis literis Epinicium in Exod. est: *Cantemus domino, &c.* secundum in Numeris, super puteo: tertium in Deut. *Aduerte cælum, nam loquar*: quartum hoc præsens in Iudicibus. Porrò Præcentorem huius carminis vel apẽ fuisse, quę nominis Deboræ interpretatio est: aut eum qui ascenderit, adeoque qui fulgur sit, quod significat Barac, qui a carmen victoriale canit

B ✠ Hebræi. Prophetes primò iubet Deum laudari propter vltionem Israelis: item propter obedientiam populi, qui tam voluntariè ad bellum contra hostem processit. Deinde magnificat Deum, quod nõ minori præsidio adfuerit Israeli in hoc prælio, quàm cùm pugnaret contra reges Sehon & Og, cùm transissent montẽ Seir: in quo prælio montes tremere videbantur, haud secus quàm mons Sinai, cum dominus descendisset super illum.

† Quia vltus est vltiones in Israel, cum sponte se offerret populus, vel: Benedicite domino pro vltore voluntarios ĩ populo, cum cessarent cessatores in Israel. Lib. com. in Iudic. cap. 5.

✠ Rupert. Canticum breuiter & literaliter decurramus. Exisse domin⁹ de Seir dicitur, & transisse per Edom, eò quod Idumæis legem suam recipere nolentibus, Israeli in monte Sinai eam dederit. Terræ motus montis Sinai describitur.

C Quieuisse dicuntur semitæ, a tempore Samgar ducis Israel, præoccupatæ erant ab inimicis Israel, & non audebant in domum domini liberè orandi gratia ascendere: sed qui ingrediebantur per eas, timore inimicorum, latenter & per calles deuios ascendebant: de quibus inimicis nõ plenè eos Samgar liberauit. Interempto autem Sisara a Iahel, apertæ sunt viæ, & absq; vllo timore ibãt in domum Domini, &c.

Adam.

D Homil. 6. in lib. Iudi.

Adam. Si meminerimus quæ in superioribus dicta sunt, quid significet Debora, quid Barac, quid itẽ Iahel quę aduersarium sola deiecit, quidve Sisara, qui à muliere alienigena ligni virtute prostratus est: intelligemus hęc oĩa sacramẽta esse: quæ in nouissimis temporibus per ecclesiã cõsummentur, & in hoc cantico velut ἐπινίκιον, id est, laudem esse descriptam victoriæ illius, scilicet, temporis quo nouissimus inimicus destruetur mors. 1 Tũc enim exultabit Debora, id est, illustrabitur prophetiæ gloria: quia quæ prædixit implebuntur. Tunc Iahel, id est, ecclesia, E hostem communem omnium superabit: *& cum plenitudo gentium introierit*: Barac, id est, reliquus Israel saluus fiet, & in societatem victoriæ recipietur. 1. Cor. 15 d. Rom. 11. c.

2 3 Tunc si digni fuerimus cantabimus cãticum istud refertum mysticis & propheticis sacramentis. 4 Item. 5 *In incipiendo principes in Israel in voluptatibus populi benedicite dominum, &c.* Benedictio, inquit qua 6 benedicimus dominum fit in exordio 7 principum in Israel, deinde in vo- 8 luntatibus populi. verbi gratia. Cum primum venimus ad cultum Dei, & initium doctrinæ 9 cælestis accipimur, à principibus Israel hæc initia capienda sunt. † de campo. Principes autem Israel, id est, populi Christiani angelos accipiendos puto: de quibus di- F citur: *Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cælis est*, verbi gratia: Si eat quis puer ad scholam, à magistro quasi discipulus suscipitur: sed non statim ab ipso discẽdo sumit exordiũ: sed cũ ab eo prima tãtũ elementa susceperit, traditur alijs erudiẽdus quasi scholæ ipsius principib⁹: vt cũ ab alijs quãtũ ĩ ipsis est fuerit edoctus tãdẽ ipsius doctoris pfectiora pcepta suscipiat. Institutionũ ergo nostrarũ initia repetẽs, pphetia dicit: qđ cũ à principio Matt. 18. b.

cœperint

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

CEcineruntque. Postquam descripta est hostium debellatio: hic consequenter describitur gratiarum actio: sicut rationabiliter & iustè cõsuetum est fieri in qua quidem gratiarum actione: quæ vocatur cãticum Deboræ, Debora primò se & alios ad diuinas laudes incitat. secundò audaciam filiorum Israel & ignauiam Iabin recitat, ibi: *De Machir*, tertiò cui attribuenda sit victoria explicat, ibi: *De cælo, &c.* quartò ipsam Iahel commendat, ibi: *Benedicta inter mulieres Iahel*. Prima in duas: quia primò excitat se & alios ad diuinam laudem. secundò ad hoc inducit triplicem rationem, ibi: *Domine cum exires*. Primò igitur incitat alios dicens: Diuiso.

2 *Qui sponte obtulistis*. id est, vitas vestras, vt sic liceat loqui.

3 *Ad periculum*. secundum humanum iudicium, quia pauci & inermes, vt postea videbitur voluntariè & promptè iuerunt ad pugnandum contra multos & bene armatos, & tamen secundum veritatem, ibi non erat periculum: quia adsistebat eis diuinum præsidium, vt patet ex prædictis cap. 4.

4 *Benedicite domino*. de tanto eius beneficio, & alloquitur Debora illos qui fuerant in prælio.

5 *Audite reges*. id est, intelligite diuina beneficia super illos qui confidunt in eo. Consequenter excitat seipsam dicens.

6 *Ego sum*. Et fit duplicatio ad denotandum duplicem laudem, scilicet oris quæ notatur ibi:

7 *Quæ domino canam*. & cordis, ibi: *Psallam domino Deo Israel*. sequitur.

8 *Domine cum exires*. Hic ad propositum inducit Debora triplicem rationem. secunda, ibi: *In diebus Samgar*. tertia, ibi: *Noua bella*. Prima ratio inducens ad diuinam laudem accipitur ex beneficio legis datæ à Deo quæ notatur, cùm dicitur: *Domine cum exires de Seir*. Dicunt Hebræi quòd dominus primo obtulit legem filijs Esau habitantibus in monte Seir. sed ipsi noluerunt eam recipere, & tunc dedit eam filijs Israel in monte Sinai, & sic exponunt literam istam: *Cum exires ex Seir, &c.* tex. mo. eò quod recusassent legem sibi oblatam. Sed hoc dictum videtur fictitium: prout declaratum fuit plenius Deuteron. 33. Ideò expositores nostri sic exponunt communiter. *Domine cum exires de Seir, &c.* populum illum relinquendo in erroribus suis iudicio tuo iusto, licet nobis occulto, & applicares tibi populum Israel legem dando secundum illud Malachię. 1. a. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. quod dicitur non tantùm de personis Iacob & Esau, sed etiam de successoribus eorum, scilicet, Iudæis & de Idumæis.

9 *Terra mota est, &c.* In Hebræo non habetur, &. Ex quo patet quòd ly &, ponitur hic pro, id est. ita quòd tota ista litera. *Terra mota est, &c.* refertur ad Sinai, quia cùm lex daretur super montem Sinai à domino, cęperunt audiri tonitrua & micare fulgura, & nubes densissima operuit montem, vt habetur Exod. 19. & de istis mons videbatur tremere & forsitan realiter tremuit, vt dicitur hic. *Et ex nube densa fluxerunt aquæ*. quorum causa subditur cùm dicitur.

8 Domine 1 ✠ A facie

MORALITER.

1 *Cecinerunt*. Licet autem plures expositiones mysticę super illud canticum à doctoribus sint positæ, tñ quia canticum istud est gratiarũ actio de triumpho de Sisara habito, videtur q̃ hæc sit principalis expositio mystica. s. quod in hoc habemus documentum regratiandi dño quotiescunque per eius auxilium triumphamus de diabolo ipsius tentationẽ superãdo, vel de aliquo vitio superato, vel etiã de quocũq; Dei beneficio nobis misericorditer collato. Residuũ verò nõ vĩ esse nisi literalis expositio bñficij diuini ex victoria cõsecuta.

mus cœperint

A cœperint principes operari in nobis, deinde nos voluntate & proposito prosequamur,& aucti profectibus iam ad bene dicendum ipsum Deum veniamus. In incipiendo inquit, principes in Israel. Initia sunt quæ iuuari à principibus dicuntur. Post hæc iam voluntate propria,& proposito nitendum est, vt bene dicere dominum mereamur. Populus enim Israel cùm inciperet exire de Aegypto & transire per mare Rubrum, nihil ipsius proprio labore, sed totū per principes, idest per angelos agebatur. Vnde. *Vos tacebitis,& dominus pugnabit pro vobis*. Vastator angelus pro eis pugnauit, qui Aegyptiorum primogenita interemit. Israelitarum nec pecus mutire fecit. Non autem expectandum est semper, vt angeli pugnent pro nobis, sed in principio tantùm ab his principib. iuuamur, sed processu temporis oportet nos ipsos etiam armatos exire ad prælium. B Antè enim quam bella discamus, antequam pugnas domini pugnare meditemur, à principibus angelis subleuamur, antequam panis cælestis annonam consequamur, & agni immaculati carnibus satiemur, antequam veræ vitis quæ ascendit de radice Dauid sanguine inebriemur, dum paruuli sumus & lacte alimur, vt initiorum Christi sermonem teneamus, tanquam paruuli sub procuratoribus & actoribus angelis agimus. Postea verò dicitur nobis. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli*. Non patitur nos vltrà Apostolus sub alis lactantiū latitare. inuitat nos ad certaminum campos. Vides quomodo omnia per ordinē fiunt populo Dei. In incipiendo principes iuuāt. Cùm adiutus fueris ab eis & eruditus, iam tu ipse sponte quæ didicisti à principibus gere. Rectè enim decoctis principijs, depositisque rudimentis committitur nostræ voluntati, vt vel laus meritò sit nostra quasi nostra virtute quæsita, vel culpa quæ per nostram venit ignauiam.

a *Audite, &c. Mon. flu. à fac. domini*. Adā. Auribus percipite omnes Satrapæ. Sicut inferiores sunt regibus satrapæ, ita & auribus percipere inferius videtur esse quàm audire. Audire enim ad interiorem pertinet hominem. vnde; *Qui habet aures aud. aud.* C Auribus verò percipere ad exteriorem & corporalem auditum. Ideo hi qui audire debent reges dicuntur. Qui verò auribus percipere, satrapæ. Adam. Exulta popule Dei, audi tu nobilitatis insignia. Vocaris ad audiendum verbum Dei, non vt plebs, sed vt rex. tu es enim genus regale & sacerdotale. vnde; *Christus rex vester dicitur rex regum & dominus dominantium*. D Sed si exultas de nobilitatis titulo, disce quid agendo quisque fiat rex. Regem te omniū esse facis, si regnet Christus in te. Rex enim à regēdo dictus est. Si ergo in te animus regnat,& corpus obtemperat, si vitia sobrietatis premas fræno, meritò rex vocaris, quia rectè regis, & effectus talis dignè ut rex ad audienda verba diuina vocaberis.

b *In.* Quieuisse dicuntur semitæ, quę in diebus Samgar ducis Israel preoccupatæ erant ab hostibus & non audebant in domum domini ad orationem ascendere, à quibus non scribitur Samgar plenè liberasse.

c *Noua bella elegit domin. &c.* ✠ Rupert. Quomodo,& in quo noua bella? Sequitur. *Clypeus & hasta, &c.* id est, in quadraginta millibus, nec clypeus, nec hasta inuenta est. Idcirco Deus noua bella elegisse dicitur, eò quòd de inermibus fortes & victoriosos fecerit. Quod verò Israelitę armis spoliati fuissent à Iabin, declaratur vbi dicitur, *Clamauerunt filij Israel &c.*

d *Cor meum diligit*. Adam. E Cor meum ad ea quæ disposita sunt huic Israel. Quasi, cor meum animus meus, sensus meus, & tota mens mea ad illud tendit, illud prospicit quod dispositū est & præparatum Israel. vnde: *Omnia quæ in mundo sunt reputo vt stercora. vt Christum lucrifaciam*, qui præparauit illa omnia *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit.*

e *Qui propria voluntate*. De quibus dicitur, *qui sponte obtulistis animas vestras ad periculum, &c.* quia legi Dei & seruituti eius se subdiderunt, die ac nocte in lege eius meditantes.

f *Qui ascenditis super nitentes asinos*. Adam. *Potentes populi benedicite dominum, qui ascenditis super iumenta, &c.* Corpus nostrum iumentum est: ad iumentum enim & ad ministeriū animæ datum est. Interiori homini dicitur: *Quia ascendit super iumentum*, id est, corpus suum, & superior factus est corporalibus desiderijs,& motus corporis moderatur fręno rationis, vt benedicat dominum.

✠ Procop. Vecti mulis nitidis, id est, potentes Israel, F & qui in itinere populo præceditis, quique iudicio estis pręfecti, tanquam super lyra quadam, carmen victoriale pulsate.

✠ Rupert. Et quasi interrogassent, vbi & quando laudabimus dn̄m? Illa rn̄dit: Vbi collisi sunt currus. Ac si diceret: Quamuis

Marginal notes: † villæ absque muro & munitione. — Exod. 14. d. Ibi. 12. d. — † uel, cum elegit Deos (.i. indices) nouos, tunc fuit bellum in portis. — † in populo. — † candidos. † uel habitantis iuxta Madin. — Ephes. 6. b. — Luc. 8. b. — Homil. 6. in lib. Iudic. — 1. Pet. 2. b. Apo. 19. c. — † debebant ingredi. — † uel decerant. — † surrexi. — † i non apparebant. † ad legislatores (uel iudices ac rectores.) — Homil. 6. in lib. Iudic. — Phil. 3. b. — supra eo. Psal. 2. a. — li. com. in Iudic. cap. 5.

Text:

mini: & Sinai à facie domini Dei Israël. In diebus Sāgar filij Anāth, in diebus Iahel quieuerūt semitæ, & qui† ingrediebātur per eas ambulauerūt per calles deuios. † Cessauerūt fortes in Israël, & quieuerūt donec† surgeret Debora: surgeret mater in Israël. † Noua bella elegit dn̄s, & portas hostium ipse subuertit. Clypeus & hasta si† apparuerūt ī quadraginta milibus Israël. Cor meū † diligit principes Israël: qui ꝓpria volūtate obtulistis vos † discrimini, bn̄dicite dn̄o. qui ascēditis sup † nitētes asinos, & † sedētis suprà ī iudicio & ābulatis ī

Interlinear: a ¶ Contremuit & fumauit: subaudis. — a ¶ Vel Enaph, vel Sanaph. b ¶ Iahel scilicet interempto Sisara, aperte sunt viç & absque vllo timore ibant in domum dn̄i: non sicut ante per calles deuios. — a ¶ Defuerunt. — a ¶ Legis prædicatores. — a ¶ Quæ prædicando & exhortando doceret, & cōsiliando ab hostibus liberaret. b ¶ Qui a inermes fortes fecit & triumphales. — a ¶ Qui nec clypeus, nec hasta inueniri poterat in Israel: quia Iabin rex Chanaan abstulerat eis arma. — a ¶ Adam. Non humanum scilicet sed diuinum, neque enim secundum hominem cogito. ¶ Deum inducit loquentem. — a ¶ In Hebræo, doctores. b ¶ Legis doctores q sponte obtulerūt aias suas discrimini — a ¶ Adam. Corpora scilicet animæ subiugata: castitatis & pudicitiæ splendore nitentia. ¶ Scientia legis. — a ¶ In Hebræo: asinas. Hi sunt doctores Israel super quorum doctrinā populus ascendere & requiescere dicitur. b ¶ In Hebræo sedentes super iudicium.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *A facie domini Dei*. quia dominus descendit super montem illum, vt dicitur ibidem: & ista fiebant in creaturis irrationabilibus, vt per hoc ostenderetur quod creatura rationalis debet Deum timere & revereri & coram eo tremere timore filiali.

2 *In die Sangar*. Hic ponitur secunda ratio ex populi defensione, quia in diebus Samgar quamuis non legatur magnus exercitus venisse contra filios Israel, tamen terram eorum subintrabant aliqui latrunculi maximè de Philisthæis, à quibus defendit eos Samgar, non tamen præbuit populo plenā securitatem propter latrunculos subintrantes. & hoc est quod subditur.

3 *Quieuerunt semitæ*. quia non audebant Hebræi ire per vias Philisthæis propinquas, nisi in sufficienti societate ad se defendendum, quod non fit de facili & frequenter.

4 *Et qui ingrediebantur*. in parua comitiua vel solitarij.

5 *Ambulauerunt per*. diuertendo à recta via, ne inciderent in prędictos latrunculos. Quod autem hic fit mentio de diebus Iahel, non est referēdum ad tempus post quam percussserat Sisaram, sed ad tempus præcedens.

6 *Noua bella*. Hic ponitur tertia ratio quæ accipitur ex hostiū mirabili debellatione. vbi primò describitur debellatio hostiū pręsens. secundò pręterita & futura ibi, *Dn̄s in for.* Circa primum dicitur; *Noua*. i. nouum modum debellandi hostes & eorum ciuitates, quæ nouitas exponitur, cum dicitur.

7 *Clypeus, &c.* In Heb. habetur *in Israel*: ita ꝙ quadraginta milibus non iungitur cum Israel, & hoc videtur ex eo ꝙ dictum est cap. præce. ꝙ Barac iuit ad pugnam cum decem milibus tantùm. propter ꝙ Heb. exponunt sic literam istam; *Clypeus & hasta si ap.* i. non apparuerunt. & accipitur hic si, pro nō. In Israel. i. in decem milibus pugnatoribus de Israel qui inermes fuerunt ad prælium, & supplendum est, cum tn̄ exercitus aduersariorum esset ex xl. milibus. i. in nu. xl. miliū armatorum, & talis modus loquendi vbi oportet aliqua supple re qui apud Heb. vocatur decurtatus, frequenter inuenitur in sacra scriptura maximè metrica, cuiusmodi est istud canticum Deboræ in Heb. Posset aūt dici secundum translationem nostram iungendo ly *xl. milibus* cum ly *Israel*: quòd licet à principio belli fuerunt tantum x. milia cum Barac, tamen quando incepit superare aduersarios, multi de Israel prius timore impediti venerunt ad prælium iungendo se exercitui Barac, ita quòd ascendit ad xl milia.

8 *Cor meum diligit principes*. id est, duces huius exercitus. Ideo subditur.

9 *Qui ꝓpria volūtate*. Exponatᵉ sicut supra ī prin. huius cātici.

10 *Qui ascendit. super nitentes asinos*. id est, pingues & pulchros de præda hostium.

11 *Et sedetis suprà in iudicio & ambulatis*. quia antea iudices nō audebāt ire de loco ad locū ad iudicandū, sed tunc poterant ire securè & honorificè, ita ꝙ in iudicio hic accipiᵗ pro ire ad iudiciū. quia homines sedentes in aīalibus nō iudicāt.

9 Clypeus — ✠ Loquim

A ✠ Procopius. Vecti mulis nitidis, id est, potentes Israel, & qui in itinere populo præceditis, quique iudicio estis præfecti, tanquam super lyra quadã carmen victoriale pulsate.

✠ Rupertus. Et quasi interrogassent, vbi & quando laudabimus dominum? Illa respondit Vbi collisi sunt currus. Ac si diceret: Quamuis semper & vbique Deus laudandus sit, modo tamen à vobis laudãdus est, qui inimicos vestros subuertit, sicut Aegyptios ĩ mari rubro. Ad portas autem domus Domini, quia benedicto & collaudato in loco victoriæ Domino, eum collaudauerunt, orationes & victimas ei offerentes.

a *Collisi sunt*. Quasi d. quamuis semper & vbique laudandus sit Deus, nonne hic potius laudandus & benedicendus est, qui subuertit inimicos nostros, sicut subuertit Aegyptios in mari rubro?

b *Ibi narrentur*. Adam. LXX. Iusti confortati sunt in Israel. In alijs gentibus qui corporis robore fortiores sunt potentes dicuntur in prælio. In Israel verò qui iustiores: quia iustitia etiam viribus infirma vincit. Iniustitia verò & si multos habeat bellatores validos superatur. ergo in nostra gente aut per iustitiam superamus: aut per iniustitiam vincimur.

c *Surge surge*. In Hebræo non habetur: *sed expergiscere spiritu*, scilicet prophetię. perfecti enim doctores Deboram prouocant, vt expergiscatur spiritu prophetiæ & laudis.

✠ Procopius. *Surge, surge*, Id est, Iustitiam prouehe, populum confirma, pro Dei gloria, ac populi salute exurge. Surge & confirma, quemadmodum quoque ad Mosen dictum est. *Stes à me*. Et Dauid inquit, *Steterunt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem*. Tu Debora confirma Barac. Suggerunt enim nobis in domino vires sancti quoque, cùm nobis animum contra hostes instruunt.

B

C

† lib. com. in Iudic. ca. 5.

† & obtinuit principatum.

† tunc qui euaserat, dominatus est fortib.
† per fortes.
† erat radix eorum cõtra.

† te.

† legislatores.
† trahẽtes (uel gubernatores) stylo scribæ) LXX. potentes in sceptro scribæ.

† uel, duas caulas.

a ¶ Legis non aberrantes scilicet. b ¶ Id est laudate. c ¶ Populum sedentem super asinas prouocat ad benedicendum dominum.

a uia, loquimini. † Vbi collisi sunt currus, & ho-

a ¶ Adaman. Sacrificium Deo acceptabile quod offeretur in iustitia & æquitate

b stium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ domini, & † clementiæ fortis Israël.

a ¶ Domus domini scilicet, quia benedicto domino & laudato in loco victoriæ, descenderunt in domum domini: vt ibi laudarent orantes & sacrificia offerẽtes.

Tunc descendit populus domini ad portas,

a ¶ Hoc in Hebræo non habetur. b ¶ Adam. Prophetia exurgit in aduentu Christi, & populos ad fidem exurgere facit.

& obtinuit principatum. Surge surge Debo-

c ra, surge surge, & loquere canticum. Surge

a ¶ In Hebræo: prædare prædam tuam. b ¶ Captiuitatem de hostibus capit qui celestis patris responsa custodit.

Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abi-

a ¶ Adaman. respõsionis patris. b ¶ Reliquiæ Israel salue fient.
c ¶ In Hebræo Dns propter me in fortibus dimicat, & est vox totius populi,

noem, † Saluatæ sunt reliquiæ populi. Domi-

a ¶ Contra Aegyptios: & ceteros eorum Inimicos.
b ¶ In Exodo legitur. Fugauit Iosue Amalec & populũ eius in ore gladii, &c.

d nus in fortibus dimicauit. Ex Ephraim † de-

a ¶ Iosue.
b ¶ Saul scilicet precipiente domino Amalec deleuit: quod Debora multo ante prophetauit.

leuit eos in Amalec: & post † eum in Beniã-

e a ¶ Hoc in Hebræo non habetur: sed aperiendi sensus gratia additum est.

min in populos tuos ò Amalec. De Machir

a ¶ Ad posternendum scilicet Sisaram. b ¶ Descenderunt scilicet.

† principes descenderunt, & de Zabulon † qui exercitum ducerent ad bellandum.

a ¶ Doctoras legis scilicet. b Ad bellandum.

Duces Issachar fuere cum Debora, & † Ba-

¶ Quia quædam pars illorum cum Debora ad laudandum Deum remansit: pars autem secuti sunt barac, ad populum exhortandum & sisaram debellandum.

f rac uestigia sunt secuti, † qui quasi in præ-

a ¶ Præcipitans se scilicet in torrentem Cison, & persequens inimicos.

ceps, ac baratrum se discrimini dedit. Diui-

¶ Superborum.

so contra se Ruben † magnanimorum reperta est contentio. Quare habitas inter

a Tuos. s. & vicinarum vrbium. b Quia greges quibus abundas seruare cupis: & eorum sibilos potius audire delectaris quam cum fratribus tuis occurrere inimicis. & imperio domini superbus contradicis.

† duos terminos, ut audias sibilos gregum?

g Diuiso contra se Ruben, magnanimorum

Contra imperium domini. Increpando hoc dicit: quia Ruben & Gad permansit.

reperta est contentio. Galaad trans Iordanẽ

a Videns Ruben & Gad fratribus suis deesse, nauibus fugam arripuit.
b Increpat quod Aser nauigio potius fugam arripuit quam fratribus opẽ ferat.

quiescebat, & Den uacabat nauibus. Asar ha-

D ✠ Rupertus. Debora prouocatur, vt expergiscatur in spiritu prophetiæ & laudis, & non cesset a laudibus Dei. Barac autem monetur, vt deprædetur reliquias hostium suorum, & ad internecionem vsque eos perducat, & nomen sibi victoriæ laudabiliter acquirat Sequitur.

d. ✠ *Ex Ephraim deleuit eos, &c.* Id est, Iosue existens de tribu Ephraim, deleuit fortes inimicos Israel in Amalech, & populum eius in ore gladij, sicut legitur in libro Exod. cap. 17. *Et post Iosue, Saul populum Amalech præcipiente domino, deleuit.*

e ✠ *De Machir principes descende.* Procopius. Machir filius est Manassis, vltrà Iordanem cum Ruben & Gad terram sortitus, frater germanus eius ex vtroque parente est Ephraim. Isti itaque suos vlturi fratres, indagatum hostes descenderunt.

E ✠ Rupertus. Principes istorum descenderunt, qui exercitum ducerent ad bellandum, id est, prosternendum Sisaram, & ad Deum collaudandum & exorandum.

f ✠ *Qui quasi in præceps, &c.* Rupertus. Barac credens verba Domini, se discrimini dedit, præcipitans se in torrentem Cyson, persequens & debellans Sisaræ exercitum.

g *Diuiso.* vox Deboræ increpantis Ruben qui imperio domini non obtemperauit cum fratribus suis, vt debellaret inimicos: sed perterritus, & verbis domini incredulus diuisit se ab eis: & ideo magnanimus idest superb⁹ repertus est. vnde in spiritu prophetiæ increpatur sic: *Quare habitas inter duos terminos &c.* In Hebræo autem non habetur duos.

F

a De

† propter sonitum iaculantium saggitas inter loca ubi hauriũ aqua.
† iustitiæ uillarum eius in.

† Issachar sicut Barac in ualle.
† missus est cũ pedibus suis.
† magni erant cogitabũt cordis (uel magnę erant cogitationes cordis) & infrà.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Loquimini.* id est, narrate beneficia Dei.
2 *Vbi colli. sunt.* grandine & tempestate cadente super eos.
3 *Vbi nar.* quibus interfecit impios.
4 *Et cler. in for.* quia clementia Dei dedit eis fortitudinem ad superandum aduersarios. Cætera patent.
5 *Dominus in.* Hic describitur debellatio hostium præterita & futura, cum dicitur: *Domi.* i. in fortibus contra fortes.
6 *Dimica.* & ponit exemplum de præterito, dicens.
7 *Ex Ephraim de.* quia Iosue fuit de tribu Ephraim, qui debellauit Amalec, vt habetur Exod. 17. Consequenter ponitur exemplum de futuro, cùm dicitur.
8 *Et post.* quia Saul qui fuit de tribu Beniamin debellauit & deleuit Amalec, vt habetur 1. Regum 15.
9 *De Machir.* Hic consequenter Debora recitat constantiã filiorum Israel qui iuerunt cum Barac ad prælium, & ignauiam illorum qui ire noluerunt: commiscens loquendo de istis & de illis dicens: *De Machir princi.* Machir enim fuit filius Manasse: de cuius tribu aliqui fuerunt in hoc exercitu.
10 *Et de.* sicut patet ex dictis cap. 4.
11 *Duces Issachar.* quia aliqui de illa tribu steterunt cum Debora ad deprecandum dominum.
12 *Et Barac. ve. sunt se.* quia alij iuerunt cum Barac ad pugnandum.
13 *Qui quasi in præceps ac baratrum se.* persequendo aduersarios per loca decliuia ac aspera.
14 *Diuiso contra se Ruben.* In illa enim tribu erant quædam contentiones intestinæ, propter quas noluerunt venire ad prælium cum Barac. Ideo subditur.
15 *Magnani.* id est, superborum.
16 *Reperta.* quia manifesta fuit alijs tribubus ex hoc facto.
17 *Quare ha. &c.* quia sors Ruben fuit super Iordanem fluuium: qui diuidebat terram duarum tribuum & dimidiæ à terra aliarum tribuum.
18 *Vt audias.* id est, balatus. illa enim tribus delectabatur in talibus, quia habebat pecora multa, & intendebat nutritioni & multiplicationi eorum: vt habetur Num. 23.
19 *Diuiso contra.* repetitur ad maiorem affirmationem. & quia sicut in cantilenis idem repetitur, sic in isto cantico. & exponatur sicut prius.
20 *Galaad trans Iord.* nolens venire ad prælium sicut piger & ignauus.
21 *Et Dan vacabat.* pro mercibus exercendis, quia sors sua fuit super littus maris mediterranei, & ideò noluit venire ad prælium intentus ad lucrum, & eodem modo exponitur quod subditur.
22 *Aser habitabat, &c. Zabulon verò, &c.* Isti commendantur de probitate & audacia: quia ex ipsis principaliter exercitus erat; vt patet suprà 4. cap.

13 Qui

✠ 1 Inre-

a *De cælo dimicatum est contra, &c.* ✠ Rupertus. Quia in quadraginta millibus Israel clypeus & hasta inueniri non poterant, idcirco dominus de cœlo lapidibus grandinis & igni dimicauit pro eis contra hostes suos. Stellæ, angeli intelliguntur, qui de cęlo contra Sisaram pugnauerunt.

† super excelsa agri.

b *Traxit cadauera eorum, &c.* In mare rubrum, quod est Cadumim: quod interpretatur antiquorum: eò quod antiqua miracula ibi sunt facta transeuntibus filijs Israel, & pereuntibus Aegyptijs: vt pro cadaueribus Aegyptiorum habeāt pisces, & bestiæ maris rubri cadauera Chananæorum.

Exod. 14 g.

† Conculcauit.

c ✠ *Conculca anima mea robustos.* Rupertus. Hoc Debora in persona totius Israelis dicit, vt omnes vno animo robustorum hostium suorum colla cōculcarent, sicut in libro Iosue legitur de quinque regibus Chananęorum. Lapidibus grandinum de cœlis ab angelis vngulæ equorum cecidisse traduntur. Quid igitur putas equitibus accidisse?

† conflatæ sūt calcationib. fortium pedū equorū eius. ceciderunt equorū eius fortium.

† fortium cum hostibus.

bitabat in littore maris, & in portubus morabatur. Zabulō verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti † in regione Merome. Venerūt reges & pugnauerunt: Pugnauerunt rēges Chanaan in Tanach, iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes. Dē cælo dimicatum est contra eos, stellæ manētes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerūt: Torrens Cison traxit cadauera eorum; Torrens Cadumim; Torrens Cison. † Conculca anima mea robustos. Vngulæ equorum † ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium. Maledicite terræ Meroz, dicit āngelus domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium domini, in adiutorium † fortissimorum eius. Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinei: & benedicatur in tabernaculo suo. Aquam petenti lāc dedit & in phiala † principum obtulit butyrum. Sinistram manum misit ad clauū & dexterā ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram † quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforās, inter pedes eius ruit, defecit & mortuus est. Voluebat ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis. Per fenestram respiciens vlulabat mater eius, & de cęnaculo loquebatur: Cur morat regredi currus eius, quare tardauerunt pedes quadrigarum illius? † Vna sapientior cęteris vxoribus eius, hæc socrui verba respōdit: Forsitan nūc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarū eligitur ei. Vestes diuersorum colorū Sisaræ traduntur in prædā, & supellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic pereant omnes inimici tui domine: qui autem diligūt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Quieuitque terrā per quadraginta annos.

¶ Cæteris deficientibus hæ duæ tribus obtulerunt animas suas morti in Regione Merome idest excelsi: quia pro populo Dei se obtulerunt discrimini.

¶ Hostilis decertatio.

a ¶ Qui scilicet Iabin subditi erant.

a ¶ Prouincia in qua est torrens Cison iuxta aquas Mageddon.

¶ Sibi famulato: quia nec animas suas saluauerant.

a ¶ Quia in [illegible] millibus Israel nec clypeus erat, nec hasta.

b ¶ Grandine & igni.

a ¶ Angeli qui contra Sisaram pugnauerunt.

a ¶ Vox populi sese magnanimiter exhortantis ea: vt conculcet colla inimicorum suorum.

a ¶ Lapidibus grandinis de cœlo missis quasi si vng. æ equorum lapidibus percussæ ceciderunt. Quid putas equitibus accidisse?

a ¶ Michael qui iubet per Deboram maledicere Meroz. id est contrariæ potestati, quæ præerat Chananæis. Meroz enim interpretatur arcanum. Cæteri enim angeli dimicantibus pro Israel, apostatæ angeli non solum non pugnauerunt sed etiam adu[illegible].

¶ bellatorum.

a Sanctas scilicet Saram, Rebeccam, Rachel, Liam, & huiusmodi.

a ¶ Domini. b Sapienter & prudenter fecit.

a Vt hostis firmius se crederet illi, lac quidem nō vinum dedit: quia domus Rechab vinum non bibit.

* præ mulieribus.

† fortium.

† abscidit caput eius & perfudit & incidit tēpus eius.

¶ Irrisio.

† Sapiētes dominæ eius respōdebant ei. illa etiam respōdit ei, nōne inueniēt & diuidēt spolia puellā, duæ puellæ capiti viri (.i. erunt vnicuique ex eis puella aut duę puellæ de spolijs, quas inter se diuidunt) spolia, discolor iuxta ipsi Sisaræ, spolia discoloria, vestis polymita, discolor, duæ vestes phrygionicæ, Lxx. colla eius, spolij (alij, ad prædam.

a ¶ Adam. Quiescit terra dum quiescit peccatum: mouetur autem terra, id est qui habitant terram cum animas hominum mouent, & conturbant peccata.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *In regione Merome.* id est, excelsa, quia in monte Thabor fuit congregatus exercitus Barac, ut fuit dictum suprà 4. ca.

2 *Venerunt reges.* qui erant confœderati ipsi Iabin.

3 *Et pugnauerunt.* quia venerunt ad expugnandum Barac & eius exercitum: vt habetur suprà 4. cap.

4 *Nihil.* Minus dicit & plus significat: venerant enim ad deprædandum terram Israel, & tamen ipsi & sua ibidem remanserant.

5 *De cæ.* Hic consequenter Delbora explicat cui ista victoria sit attribuenda, scilicet ipsi Deo: & ideo dicitur: *De cælo dimicatum*, scilicet fulgure & grandine.

6 *Stellæ manentes in ordi.* hoc dicitur ad differentiam illius victoriæ quæ facta est à Deo per Iosue: vt habetur Iosue 10. quia tunc sol & luna steterunt per spatium vnius diei: in hac autem victoria non steterunt, sed processerunt in cursu suo.

7 *Torrens Cison, &c.* Cison & Cadumin sunt nomina torrentium propè quos fuit bellum, & multi ceciderunt ibi & fuerunt submersi.

8 *Conculca anima mea.* id est, despice.

9 *Robustos.* id est, Sisaram & debellatores suos: qui confidentes in sua fortitudine volebant populū domini delere.

10 *Vngulæ equorum ce.* ex magnitudine grandinis & fulguris & asperitate locorum fuerunt læsæ & dissipatæ.

11 *Maledicite terræ Meroz, &c.* Dicunt expositores nostri communiter: quod angelus domini hic accipitur pro Michaele, qui præerat filijs Israel ad custodiam: vt habetur Dan. 10. Meroz autem est nomen dęmonis qui excitauit Sisaram & suos ad veniendum contra filios Israel: cui dixit Michael esse maledicendum & malis angelis sibi adiunctis, ideò subditur.

12 *Maledicite habita.* id est, exercitus domini, qui erat exercitus Israel: sed magis venerunt ad nocendum. sic ergo exponunt communiter doctores catholici. Hebræi autem aliter exponunt dicentes: quòd angelus domini hic intelligitur ipse Barac missus à Deo ad pugnam prædictam, vt patet ex dictis suprà 4. cap. Angelus enim idem est, quod nuntius, Maleath enim quod est nomen Hebraicum: æquiuocum est ad angelum & ad nuntium. Meroz autem nomen hominis potentis, qui habitat propè locum vbi fuit bellum, & ideo magis fuit reprehēsibilis, eò quòd noluit venire quo alij qui erant longè. propter quod Barac dixit ei maledicendum & hominibus sub eius potestate constitutis, & hæc expositio magis videtur concordare litteræ.

13 *Benedi.* Hic consequenter Delbora commendat Iahel quæ Sisaram interfecit, vt patet ex prædictis 4. cap.

14 *Benedicatur in tabernaculo.* In Hebræo habetur: *Præ mulieribus in tabernaculo benedicatur:* id est, præ mulieribus habitantibus in tabernaculis, quæ non leguntur fecisse tam viriliter & cautè. ideo subditur.

15 *Aquam petenti lac.* vt citius dormiret & grauius, vt dictū est suprà 4. capitulo.

16 *Et in phiala.* id est, apta pro principibus.

17 *Obtulit buty.* id est, lac pingue. Phiala enim ut uidetur non est vas aptum pro butyro. nam secundum Isid. etymol. vlti. inter vasa potatoria numeratur. Hebræi tamen dicunt hic: in phiala. i. in bacino. aliàs catino, est etiam vas in quo potest offerri butyrum propriè dictum. & secundum hoc dicunt aliqui quòd nō solum obtulit ei potum ut petierat, sed etiam cibum. Cætera patent in litera vsque ibi.

18 *Per fenestram.* vbi describitur anxietas matris Sisaræ, eò quòd ultra modum tardabat venire, quam nurus sua uolēs consolari respondit.

19 *Forsitan nunc diuidit spolia.* bellatoribus suis.

20 *Et pulcherrima fœminarum.* de Hebræis.

21 *Eligitur.* ad concubitum. Vltimò ponitur conclusio cantici cum dicitur.

22 *Sic pereant omnes inimici tui.* qui te in tuis fidelibus persequuntur: sicut dictum est Saulo Act. 9. a. *Saule Saule, quid me persequeris?*

23 *Qui autem diligunt.* In Heb. pro in ortu suo, habetur bigburato. i. in fortitudine sua q. exponūt Hebręi de illa fortitudine solis futura. de qua dr Esa. 30. f. *Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum.*

✠ CAP.

CAP. VI.

¶ Adam. Dum esset iustitia in terra quieuisse dicitur: dum autem creuit iniquitas & fecerunt malum in conspectu domini, tradidit eos in manu Madian.

1 Fecerunt autem filij Israël malum in conspectu domini, qui tradidit illos in manu Madian[a] septem annis, & oppressi[b] sunt valde ab eis. 2 Feceruntque sibi antra & speluncas in montibus * & 3 munitissima ad repugnandum loca. 4 Cumque 5 seuisset Israël: ascendebat Madian & Amalec cæterique orientalium nationum: & † apud eos figentes tentoria: sicut erant in † herbis cuncta vastabant vsque ad introitum Gazæ: nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israël, non oues, non boues, non asinos. 6 Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis & instar locustarum vniuersa complebant: innumera multitudo: hominum & camelorum, quicquid tetigerant deuastantes. † Humiliatusque est Israël valde in conspectu Madian: & clamauit ad dominum, postulans auxilium contra Madianitas. 7 Qui misit ad eos virum prophetam, & locutus est: Hæc dicit dominus Deus Israël; Ego vos feci conscendere de Aegypto, & eduxi vos de domo seruitutis, 8 & liberaui de manu Aegyptiorum & omnium inimicorum qui affligebant vos. Eieciq; eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis terram co-

a ¶ Dæmonum.
a ¶ Perfecta & condigna pœnitentia.
b ¶ Spirituali afflictione.
a ¶ Qui seminat in carne de carne metet corruptionem.

* timentes ipsos Madianitas.
† aduersus.
† fructum terræ.
† Attenuatusque.

CAP. VI.

A a Fecerunt. ✠ Iosephus. Post mortem Barac & Deboræ, Madianitæ rogantes Amalechitas & Arabes, castrametati sunt super Israelitas: & congressos sibimet viri pugnaces interemerũt, & cũcta deprędabãtur. Nam æstatis tempore agẽtes exercitum, per hyemem Israelitas colere terram permittebant, vt laborantes cõprimere facillimè possẽt. Erat igitur fames, & ciborum maxima difficultas.

(Lib. 5. Antiq. cap. 10.)

✠ Hebræi, ãni septem de quibus dicitur, B *Fecerunt Israelitæ malum in conspectu dñi, &c.* pertinẽt ad Gedeonis tempora, qui dominatũ tenuisse dicitur annis quadraginta.

(Ezech. 18. f. Seder Olan. cap. 12.)

Adam. Non dicuntur inualuisse super populum Dei dũ C pręcepta custodiunt. Cum ergo negligere cœpit mox inualuit hostis. Aduersum nos quoque qui Israel secundum spiritum dicimur, spiritualis hostis insurgit cùm negligimus mandata Dei, & inimicis tradimur, cum à gratia Dei deserimur.

(Homil. 7. in lib. Iudi.)

b *Cumque &c.* Adam. Hæc patiebatur Israel secundum carnem. Seminabat terram: sed quia pro peccatis suis traditus erat inimicis pro frugibus corruptionem metebat. Nos verò qui secundum spiritum Israel nominamur, aliquando seminamus, & non possunt inimici seminata corrumpere vel insidiari agriculturæ nostræ. Est autem quando sata nostra corrumpuntur, vnde: *Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Madianitæ ergo semina eorum corrumpunt qui in carne seminant, & eorum fructus exterminantur & pereũt. Quæ verò in spiritu seminantur, non pñt Madianitę corrumpere. Non. n. possunt dæmones ascendere ad spirituales cãpos, & noualia spiritus temerare: eorũ. s. qui non seminãt super spinas, sed innouant sibi noualia. Freq̃uẽter etiã accidit, vt qui in spirituali opere multum desudãs plurimos fructus D fecerit, & repleuerit horrea sua fruge iustitię, & multa bona opera condiderit in conclaui conscientiæ, sed si negligat & post laborem procliuis ad voluptatem vergat, omnia illa bonorum semina dominante libidine corrumpentur. Ideo dictum est: *Omni custodia serua cor tuum.* Custodiẽdum est igitur cor ab oĩ peccato: præcipuè in tempore persecutionis. Si q̃s enim tunc deneget fidẽ, omnes iustitię fructus amitit, nudus repente factus & inanis, & diu quæsit⁹, & multò vix labore collectus subitò oĩs labor effundit, secundum illud: *Omnes iniustitiæ eius quas fecerat, non recordabunt.* Oremus ergo vt persecutionem sustinere possimus, *quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spẽ.* Prætendit eñ ꝓbatio nostra non solùm vsque ad verba, sed vsque ad sanguinis profusionem, quia Christus quem sequimur pro redẽptione nostra effudit sanguinem suum: vt inde exeamus loti in sanguine nostro. Baptismus enim sanguinis solus est qui nos puriores reddit, quàm aqua baptismi, de quo dicitur: *Baptismo habeo baptizari quem vos nes.* Profusionẽ igitur sui sanguinis baptisma nominauit. Et si ista non docens offendo: vereor ne baptisma istud eminentius sit illo baptismate, quod per aquã traditur. Illud. n. acceptum valdè pauci immaculatè vsq; ad exitũ vitæ custodiunt: hoc verò qui baptizatus est vltra peccare non potest. Et si temerarium nõ est in rebus talibus audere aliquid, possumus dicere, q̃ per illud baptisma peccata præterita purgantur, per illud etiam futura perimuntur, & veniens princeps huius mundi ad talem animã non inuenit quicquã: imò sanguinis profusione sopitur: nec audet in aliquo criminari animã morte sua clarificatam, sanguine lota.

(Homi. 7.) (Gal. 6. b.) (Prou. 4. d.) (E) (Rom. 5. a.) (F) (Baptismus sanguinis. Luc. 12. f.) (Ioan. 14. d.)

c *Qui misit ad eos virũ prophetam, & locutus est: Hæc dicit, &c.* AVGVSTINVS. Cur non dicatur nomen huius prophetæ,

(Quæst. 32. in lib. Iud.)

NICOLAVS DE LYRA.

Fecerunt. *Hic consequenter describitur quanta tribulatio quæ facta fuit per reges Madian, & à qua liberati fuerant filij Israel per Gedeonem, & diuiditur in duas partes scilicet principalem, & incidentalem. secunda incipit. 9. cap. Prima in duas, quia primò describitur tribulatio. secundò liberatio, ibi:* Qui misit ad eos. *Circa primum dicitur.*

1 Fecerunt autem fil. *non dicitur hic, addiderunt facere malum: sicut in alijs tribulationibus dicitur post primam: cuius rationem assignant Hebræi: dicentes, quòd per canticum Delboræ & Barac & eorum merita peccata præterita erant simpliciter dimissa.*

2 Qui tr. *vt deformitas vel dedecus culpæ non transiret sine decore iustitiæ.*

3 Feceruntq; sibi. *s. pauperes et debiles & timidi, vt se abscõderẽt.*

4 Et munitissima ad repu. *quantum ad potentes, vt ibi refugium haberent.*

5 Cumque seuis. *id est, tempore vernali quo semina incipiunt fructificare, vt nullus victus remaneret Hebræis.*

6 Ipsi. *ita quòd pro intemperie aeris non cogerentur exire de terra, donec omnia essent consumpta. Cætera patent in litera.*

7 Qui misit ad. *Hic consequenter describitur liberatio de dicta tribulatione. Circa qđ sciendũ: q̃ sicut suprà dictũ est, et patet ex decursu libri: qñ filij Israel peccabant affligebantur, & qñ pœnitebant liberabantur, et ideo dñs primò mittit eis reprehensorem vt verè pœniteant. secundò adiutorẽ vt vincant, ibi:* Venit aũt angelus. *Circa primũ dicitur:* Qui misit ad eos virum. *Dicũt cõiter expositores nostri, q̃ fuit angelus in specie viri, & ille idẽ qui infrà nominatur angelus. Hebræi aũt dicunt, qđ fuit Phinees filius Eleazari sacerdotis. Et satis uidetur ex textu q̃ iste missus à Deo fuerit hõ uerus, siue fuerit Phinees siue alius, quia dicitur in textu:* Misit ad eos virum prophe. *Angeli uerò in sacra scriptura non uocantur prophetæ, quantum mihi occurrit, et hoc rationabiliter, quia licet prophetica cognitio sit clarior notitia fidei: tamen est ænigmatica. cognitio uerò angelorum qui cognoscũt res in uerbo de qua est hic sermo: clara est et absque ænigmate.*

8 Ego vos feci con. *In signis mirabilibus, sicut in Exo. continetur.*

✠ 1 Ne

MORALITER.

1 *Fecerunt autem filii Israel, etc.* Madi. Per Madian qui interpretatur, iniquitas, diabolus significatur: qui pp excellentiã malitiæ non solum iniquus, sed etiam iniquitas nominatur: per exercitum verò Madian diaboli satellites intelligũtur.

† *In herbis cuncta uastabant.* Per herbas intelliguntur initia bonorũ operũ: q̃ dęmones nitũtur destruere, ne fructus bonus inde sequat: sed q̃ Median & eius exercitũ à Deo mittit Gedeon. per quẽ allegoricè Xp̃s significat: q̃a Gedeõ interpretat circumiens in vtero. qđ bene cõuenit homini Xp̃o. nam ab instãti suæ cõceptionis fuit vir pfectus in sciẽtiis & virtutibus vtero virginali circũdatus: Hierm. 31. d. *Creauit dominus nouum super terram, fęmina circumdabit uirum.* Et sic Xp̃s f̃m qđ homo fuit vir circumiens in vtero. Huic autem dicitur.

MORAL.

prophetæ, latens causa est: non tñ nullam esse arbitror. Sed quia post verba quibus exprobrauit inobedientiam populo, sequitur scriptura dicens: *Et venit angelus dñi, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra*, non absurdè intelligit iste angelus noie viri significatus, vt postea quàm hæc verba dixerit, veniret ad quercum, & ibi sederit. Nomine enim virorum sępe dicū tur angeli: sed angelos prophetas dici non occurrit: quamuis eum qui propheta est, sępe occurrat angelum dici. Sed si angelorum dicta prophetica nota sunt, quibus futura prænun tiauerunt: cur non possit angelus propheta dici?

a ✣ *Cumque*. Ioseph. Gedeon Ioasi filius, de tribu Manasse, paucos manipulos spicarum ferens, latenter eos terebat in torculari, cum metueret hoc publicè in area facere propter hostes. Tūc visio ei paruit ei, in forma iuuenculi, Dixitq; eum felicem, & charum Deo: & hoc esse maximum propitiationis eius indicium. Cumque præciperet eum fiduciam habere, & festinare, quatenus defenderet libertatem, ille hoc impossibile sibi esse dicebat, quando & tribus ex qua esset, multitudine priuaretur, & puer esset ad tantarum rerum opus infirmior. Deus autem quod deerat, se impleturum esse dicebat, eoque duce Israëlitis se victoriam præbiturum.

Isido. Gedeon Christum significat, qui sub vmbra sacræ crucis prędestinato incarnationis futuræ mysterio constitutus rectitudine iudicij quasi virga electionē sanctorum à vitiorum paleis sequestrabat.

b *Da*

(lib. 5. Antiq. cap. 10. — In lib. Iud. cap. 3.)

rum, & dixi: Ego dominus Deus vester. Ne[1] timeatis deos Amorrhæorum in quorum terra habitatis. Et noluistis audire vocem meā.[2] Venit[3] autem angelus dñi & sedit sub quercu[a] quæ erat in Ephra: & pertinebat[4] ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cumq; Gedeon[5] filius eius excuteret[b] atque purgaret[c] frumenta in torculari, vt fugeret[6] Madian: apparuit[7] ei angelus domini, & ait[8]: Dominus[9] tecū virorū fortissime. Dixitq; ei Gedeon: Obsecro mi domine, si dominus nobiscū est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Vbi sunt mirabilia eius quę narrauerunt patres nostri atque dixerunt: De Aegypto eduxit nos dominus? Nūc autem dereliquit nos dominus & tradidit in manu Madiā. Respexitq; ad eū dominus, & ait: † Vade[10] in hac fortitudine tua,[a] & liberabis[11] Israël de manu Madian. Scitò[12] q miserim te. Qui respondens ait: Obsecro mi domine, in quo liberabo Israël? Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Dixitq; ei dñs; Ego ero tecū & percuties Madian quasi vnū virū. Et ille,[13] si inueni, inquit, gratiā corā te, da[14] mihi signum[b] quòd[a] tū sis qui loqueris ad me. Ne recedas[15] hinc donec reuertar ad te, portans[c] sacrificium &

a In vmbra quercus, id est crucis. b A vitijs. c Virtutes.

a Autoritate domini loquitur à quo missus est.

a Quia diabolus transfigurat se in angelum lucis.

b *Da mihi signum*. Adaman. Vir eruditus, & habens Iesu predecessoris exemplum cautius agit. Sciebat enim posse angelos tenebrarum transfigurare se in angelos lucis, ideo examinat spiritum si à Deo sit. Spiritualis .n. omnia examinat. Sic prædecessor eius Iesus Naue cū principē cęlestis militię vidisset, inquirit, *si noster es an aduersariorum?* Iō Gedeō discutit angelicam visionem diuersitate & mutatione signorum.

✣ Theodoret. Angelus honorem Deo debitum non surripuit, verùm sacerdotis officio fungēs, vbi virga percussisset petram, igne prodigioso hostiam accendit.

c *Portans*. Aug. Aduertēdum est, q Gedeon non ait angelo, offerā tibi sacrificiū, sed afferā tibi sacrificium meum, & ponam in cōspe. tuo. vnde intelligendum est, nō cū angelo, sed per angelū sacrificium obtulisse. Quod angelus ostendit, qui non ab eo tanquā sibi sumpsit, sed ait illi; *Accipe carnes et azymos panes: et pone ad petram illam et ius effunde*. Et cū hoc fecisset, extēdit angelus dñi summum virgę, q in manu eius erat & tetigit carnes & azymos, &c. Itaque ipse angelus † sacrificio officiū ministrantis impleuit. Ignē em̄ hō minister vt homo sine miraculo subiecisset, quē mirabiliter vt angelus ipse sibiecit. Deniq; tunc cognouit Gedeō quòd angelus dñi esset, hoc em̄ scriptura continuò subdidit; *Et vidit Gedeon quoniam angelus dñi est*. Prius ergo tanquam cum homine loquebatur, quæ cum hominē Dei credidit, vt corā ipso sacrificium vellet offerre velut adiuuādus psentia sc̄titatis ei*.

☞ 2 *Ingressus*

(Homil. 1. in lib. Iudic. — 2. Cor. 11. c. — 1. Cor. 2. d. — Quæst. 35. in lib. Iud. — † 1. Reg. 11. 1. Reg. 11. a.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ne time. de. &c.* impendendo eis latriam.
2 *Et noluistis*. sed ad idololatriam declinastis, & ideo meritò cecidistis in tribulationem istam.
3 *Venit autem an*. Hic consequenter describitur missio adiutoris angeli per cuius assistentiam Gedeon habuit victoriam, & non fuit Phinees, sed verus angelus. Circa quod primò ponitur vocatio ducis. secundò modus certaminis, cap. 7. Circa primum, primò datur duci pręceptum ad aggrediēdum pugnam. secundò signum ad cognoscendum personā esse angelicam, ibi, *Et ille*, tertiò mandatum destruendi patris idololatriam, ibi, *Cumque adhuc esset*. quartò duplex signū assequendi victoriam, ibi. *Dixitque Gedeon*. Circa primum dicitur; *Venit autem angelus domini in specie viri*. Tamen erat verus angelus Dei, vt patebit ex sequentibus.
4 *Et pertinebat ad Ioas patrem fam. &c.* Dicitur autem hic pater non ratione generationis, sed quia erat potentior & principalior in familia sua. diuidebantur enim tribus in familias, & familiæ in domos, & domus in capita virorum, sicut dictum fuit Iosue. 18. cap.
5 *Cumque Gedeon filius eius. etc.* ad prouidendū sibi de victu.
6 *Vt fugeret Madian*. ad aliquod fortalitium.
7 *Apparuit ei angelus domini*. in specię viri.
8 *Et ait*. salutando eum.
9 *Dominus tecum virorum*. Non propter præterita nec propter eius conditionem, quia præparabat se ad fugam, sed propter futura, in quibus habiturus erat ex Dei assistentia victoriam. Vnde sequitur postea.
10 *Vade in hac for. tua*. quam habebis per assistentiam meā.
11 *Et liberabis Israel*. non per teipsum, sed per me. ideo subditur.
12 *Scito quòd mi. te. Qui respondens ait*: Cætera patēt ex dictis.
13 *Et il*. Hic consequenter datur signum Gedeoni, quòd verè anglus dñi loquebatur ei. & hoc est quod petit, dicens.
14 *Da mihi, &c.* scilicet missus ex parte Dei.
15 *Ne recedas, &c.* Non est intelligendum quòd per hoc vellet offerre sacrificiū ei qui sibi apparebat, quod soli Deo est offerendum, cùm adhuc ignoraret si esset propheta, vel angelus à Deo missus, sed quòd volebat experiri per signū à Deo datum in acceptione sacrificij per illum qui sibi apparebat Deo offerēdum, si esset verè à Deo missus. Nec in hoc peccauit, quia licet esset prohibitum offerre sacrificium extra locum vbi erat tabernaculum, prout dictum fuit Iosue 22. hoc tamen intelligendum est sicut ibidem dictum fuit de modo communi. poterat tamen alibi offerri de speciali mandato Dei per angelum, vel prophetam loquentem in nomine Dei, quod iste Gedeon volebat experiri secundum illud 1. Ioan. 4. Probate spiritus si ex Deo sint.

9 *Dominus* — ✣ 1 Azymos

MORALITER.

9 *Dominus*. Nam cum eo fuit Deus in vnitate personę propter quod vocatus est Emanuel. Ipse Gedeon destruxit arcā Baal, & nouū sacrificiū obtulit, vt in textu dr per quod fuit significatum, quòd Christus per se & per discipulos idololatriam destrueret, & Eucharistiæ sacrificium institueret, quæ videmus esse cōpleta. Gedeon etiam sua prece fecit rorem in vellus descendere. Per rorem autem verbū prędicationis intelligitur Deut. 32. a. *Fluat vt ros eloquium meum*. Vellus est vestimentū ouis, propter quod signat populū Iudaicum, qui dicebatur grex ouiū domini ante aduētum domini. Per hoc autem q Gedeon rorem descendere fecit in vellus, significatum fuit, q Christus in persona propria erat tantū Iudęis prædicaturus. propter qđ dicit Mat. 15. c. *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel*. Tunc etiā dixit discipulis ad pdicandū missis, Mat. 10. a. *In viam gentium ne abieritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel*. Et sic ros pdicationis fuit tātùm in Iudæa, quę per vellus significatur, & Gētilitas fuit sicca, quę per aream significatur. Veruntñ quia postea Iudęa verbū Dei repulit, & Gentilitas illud deuotè recepit. propter quod Paulus & Barnabas Iudæis cōstanter dixerūt Act. 14. g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniā repellitis*

a *Ingressus.* Gregorius Gedeon cum à paleis frumenta excuteret angelum vidit,&c. Frumentum virga cædere est recti tudine iudicij à vitiorum paleis virtutū grana separare. Hęc agentibus angelus apparet: quia tanto magis Dominus interiora denuntiat, quantò se studiosius homines ab exterioribus purgant. Qui occidi hædum præcipit, id est, omnē appetitum nostrę carnis immolari: carnesq; supra petrā poni, & ius carniū superfundi. Petra significat Christū, de quo dicitur, *Petra aūt erat Christus.* Carnes supra petrā ponimus, cum corpus nostrū Christi imitatione cruciam*. Ius etiam carniū superfudit, qui in conseruatione Christi ipsas etiam cogitationes carnales exinaniuit. quasi enim ius ex carne liquatum in petra funditur, quando mens à cogitationum carnalium fluxu vacuatur. Quod angel* virga tangit, quia intentionem nostram potestas diuini adiutorij non deserit. De petra ignis exit, & ius carnesq; consumit: quia afflatus à redemptore spiritus tāta cor nostrū flamma compunctionis cremat, vt omne quod in eo est illicitum operis & cogitationis exurat: perfecta enim mens solerter inuigilat, vt nō solum peruersa agere renuat sed omne etiam quod in se per cogitationes turpiter ligatur, tergat.

Lib. 3 moral. c. 17.

1. Cor. 10. a.

* cos.

b *Et obtul.* ✠ Proco. Sacrificium id dicit quod ad epulū destinatum erat. Victima.n. non coquebatur iuxta legē. Cæterum sub quercu ponit Abraham imitatus, ac ratus hunc fercula absumpturum. Ille verò iure effuso, carnes ponè petram collocare iussit, baculoq; igne incēso absumpsit. Continet autem hoc figuram passionis Christi, qui semetipsum obtulit pro nobis in odorem suauissimum Deo, & patri. Ipse est enim pax nostra, qui ambo in vnum redegit quique culturas dęmonicas a patribus traditas gentibus ad exemplum Gedeonis aboleuit.

offerens tibi. Qui respondit, Ego præstolabor a aduentum tuum. Ingressus est itaque Gedeon

a ¶ Omnem scilicet carnis appetitum.

& coxit hœdum, & de farinæ modio azymos pa 1 nes, carnesque ponens in canistro, & ius carnium mittens in ollam tulit omnia sub quercu, 2 b & obtulit ei. Cui dixit angelus Domini: Tolle carnes & azymos panes, & pone supra petram illam, & ius desuper funde. Cumque fecisset ita, extendit angelus Domini summitatem virgæ 3 quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos. † Ascenditque ignis de petra, & 4 carnes azymosque panes consumpsit: angelus autem Domini euanuit ex oculis eius. Vidensque Gedeon quod esset angelus Domini, ait: 5 Heu mi Domine Deus: quia vidi angelum Domini facie ad faciem. Dixitque ei Dominus: Pax tecum; Ne timeas, non morieris; Aedificauit ergo Gedeon altare Domino, vocauitque illud Domini pax vsque in præsentem diem. Cum 7 que adhuc esset in Ephra quæ est familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum. Tolle taurum 8 patris tui, & alterum taurum annorum septem, 9 destruesque aram Baal, quæ est patris tui; & ne- 10 mus quod circa aram est succide: & ædificabis al 11 tare Domino Deo tuo ī summitate petrę huius, 12

a ¶ Carnales cogitationes.

¶ Vt in mon stro.

a ¶ Christum cuius imitatione corpus nostrum cruciamus.

a ¶ Afflatus, scilicet à redemptore spiritus.

b ¶ Istud quia in carne Christi totius mundi delet a sunt peccata: virga .s. percussa .i. cruci fixa: nec solum facta sed etiam capitales purgauit: caro enim hœdi culpam fassi, vt significat illecebras cupidinis: exiit ignis de petra: quia caro Christi diuino spiritu repleta omnia peccata excussit, vnde, Ignem veni mittere in terram.

a ¶ Superior, vel deuastator.

August. Quæritur quare Gedeon ausus sit sacrificium offerre præter locum vbi iusserat Deus? prohibuit.n. extra tabernaculum suum sacrificari sibi, cui templum successit: tēpore autem Gedeonis tabernaculum erat in Silo. Sed sciendum, q angelum primò prophetam putauit: & de offerēdo sacrificio Domini in illo cōsulit. Quod si ille prohibuisset, nō fieret: Sed quia annuit autoritatem Dei Gedeon secutus est. Ita. n. Deus legitima illa constituit, ut leges nō sibi, sed hoib. daret: vnde qđ preter illa ipse præcepit: non a transgressoribus, sed ab obedientib. impletum est. Sicut Abrahę de immolando filio. Sic Helias extra tabernaculū Domini ad conuincendos sacerdotes idolorum sacrificauit ex præcepto Domini: qui hoc ei reuelatione & inspiratione iussit. Quanquam tanta consuetudo pręter tabernaculū sacrificādi crebuerat: vt etiam Salomon in excelsis sacrificasse inueniat: nec eius sacrificium fuisse reprobatū: & tamen notantur reges, qui inter opera laudabilia nō destruxerunt excelsa, vbi cōtra legem Dei populus sacrificare consueuerat, & qui destruxit, magis laudatur. Ita Deus consuetudinem populi sui, q̄ pręter eius tabernaculum, tamē nō diis alienis offerebat, sed Deo suo sustinebat, poti* quam vetabat, etiam sic exaudiens offerentes. Quod autē Gedeon fecit, per angelū p̄curatū est, vt prophetice fieret, vt in prophetia petra illa commendaretur, cui non sacrificatū est, sed de illa ignis memoratur exisse, quo sacrificiū cōsumeretur. Siue enim per aquam quam percussa petra effudit in eremo, siue per ignem donum Spiritussancti significetur, quod ditissimè super nos effudit Christus, vñ, *Si quis sitit, veniat, et bibat. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc aūt dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eum.* Et alibi; *Visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis, &c.* Et ipse Dominus ait: *Ignem veni mittere in*

D Quæst. 36. in lib. Iud.

Gen. 22. b. 3. Reg. 18. f.

2. Paral. 12.

E † 1. q. 1. ca. Scriptura.

Ioan. 7. f.

Act. 2. a. Luc. 12. f.

F

August.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Azymos. *Ex hoc dicunt Hebræi, quòd erat solennitas paschalis, In qua Iudæi septem diebus vtuntur azymis. Sed hoc argumentū non valet, quia panes Domino oblati debebant esse azymi etiam alijs temporibus.*

2 Tulit omnia sub quercu. *Non tanquam ei sacrificans sed vt per eum offerretur Deo sacrificium, ideo sequitur postea.*

3 Extendit Angelus Domini sum. virgæ quam te. in ma. *tanquam offerens sacrificium.*

4 Ascenditque, &c. *in signum diuinæ acceptationis. Sequitur.*

5 Heu mi. *Ex hoc enim quod scriptum est Exo. 32. d.* Non videbit me homo & viuet. *surrexit opinio inter vulgares & simplices Iudæorum, quod homo videns Deum vel angelum sibi apparentē in specie aliqua sensibili, deberet citò mori, quod non erat verum, ideo subditur,*

Ne time.

6 Ne time. *hoc dicitur hic per anticipationem, quia non ædificauit illud, nisi post diuinam reuelationem, quæ habetur parte sequenti.*

7 Cumque adhuc esset in Ephra quæ est familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum. Tolle taurum. *Hic consequenter datur Gedeoni mandatum patris sui idololatriam destruendi, cum dicitur:*

8 Dixit Do. *qui idolo Baal sacrificari debebat.*

9 Et alterum taurum. *i. impinguatum septē annis, vt idolo Baal sacrificetur.*

10 Destruesque. *tanquam abominans idololatriam.*

11 Et nemus quod circa aram est succide, & ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ huius. *vbi homines exercebant luxuriam.*

12 Et ædificabis altare Domino. *Istud est altare de quo supra dictum est per anticipationem, quod patet ex hoc quod subditur.*

In summi

MORALITER.

✠ *pellatis illud et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gētes, sic.n. præcepit nobis Deus.* Et tunc fuit ros in area. i. ī Gētilitate, & siccitas in vellere. i. in Iudæa per vellus significata, vt dictū est. Moral. Aūt per Gedeonē studiosus in sacra scriptura significatur. quia sicut dictum est, Gedeon circumciēs in vtero interpretatur. Vterus aūt in quo concipiūtur & nutriunt' ecclesię filij specialiter literati est sacra scriptura. Vñ super illud Psal. *Errauerunt ab vtero.* dicit Aug. i. à lege. Hunc autem vterum circumcit studiosus per diligentem inquisitionem. Iste etiam sicut alter Gedeon destruit aram Baal falsam doctrinam confutando. & aliam aram construit, sanam doctrinam confirmando. Ipse et Deo principaliter operante ros diuini verbi influit in vellus simplicibus Christianis p̄dicando qui per vellus significantur. & vellus rorare cessat, qn̄ ex feruore deuotionis se transfert ad prædicandum infidelibus per aream significatis, & tunc ros eius est in area, & non in vellere, quia in duobus locis non potest simul esse.

Psal. 106. a.

tere in terram.

A a ✠ Tolleſq; Theodoretus. Quare Deo iuſſit offerre vitulum, qui pro Baal nutriebatur, quia traducebat eos ab errore ad veritatem, propterea tum aram illius euerti, tum etiam lucum abſcindi præcepit. Docebat enim eum qui talem gratiam erat adeptus, nõ ſolum pium eſſe, ſed aliis quoq; pietatis eſſe magiſtram. Iſidorus. Quem pater idolis deputauit, hunc Gedeon occidit, & alium ſeptenem immolauit Deo, in quo oſtendit poſt aduentum Chriſti, omnia Gentilitatis ſacrificia abolenda, ſolumque iam ſacrificiũ paſſionis Chriſti pro redẽptione populi Deo offerẽdũ. Ipſe.n. eſt vitul⁹ ſeptennis, plenus. ſ. ſpũ ſeptiformi.

d Igitur. Adam. Conuenerunt aduerſum Iſrael Madianitæ, qui interpretantur extra iudicium, qui. ſ. extra iudicium Dei ſunt, & extra legem peccauerunt, & extra legem peribunt. & Amalec. i. populus ablingens, natio. ſ. terrena ventri & gulæ dedita, carnalis. ſ. Iſrael conuenit contra ſpiritualem. Miſcentur eis etiam filij Orientis. Omnis enim qui ſuper ſe nomen Chriſti ſuſcipit, filius efficitur orientis. de Chriſto enim dicitur, *Ecce vir oriens nomen eſt illi*. Sed non ſemper qui Chriſti nomẽ habent in eccleſia Chriſti permanent: cum hæretici qui cenſentur nomine Chriſti, eccleſiam & fidem expugnãt, filij oriẽtis cum Madianitis & Amalec expugnant populum Dei cum paganis. ſ. & Iudæis.

b ✠ *Cũq; ſurrexiſſent, &c.* Hieronymus. Primum omni Aſiæ regnaſſe Ninum Beli filium, omnes Græcæ & Barbaræ narrant hiſtoriæ. Hic aduerſus Zoraſtrem magũ, regem Bactrianorum forti certamine dimicauit, & in tantã peruenit gloriã, ut patrẽ ſuũ Belũ referret in Deũ, q Hebraicè Dñ Bel, & iuxta Theodotionẽ ſub idolo Babylonis, hoc appellat̃ noïe. Hũc Sidonij & Phœnices appellãt Baal. Didicimus exordium dæmonis, imò hominis in dæmonem conſecrati.

✠ Aug. Solet dici Baal nomen eſſe apud gẽtes illarum partiũ Iouis, q lingua Punica putatur oſtendere. Nam Baal Punici vñr dicere Dominum, vnde Baalſamen, quaſi dominum cœli intelliguntur dicere. Samen quippe apud eos cęli appellãtur. Et quoniam iſtæ linguæ non multum inter ſe differunt, meritò creditur de filijs Iſrael hoc dicere ſcriptura, quod ſeruierunt Baal, &c.

✠ Tertull. Iudæi & bubulum caput, & vaccas aureas & lucos colebant, & Baali ſe mancipabant: vnde probatur eos ſemper idololatriæ crimine reos deſignatos ex inſtrumento diuinarum ſcripturarum.

c *Si Deus eſt, vindicet ſe, &c.* ✠ Tertul. Si dii veſtri beneficium aliquod operantur, ſi perditi conſeruant, ſi damnati liberant, ſi deniq; mortui viuos tuentur: iam vtiq; primi ſuas ſtatuas, & ædes tuerentur.

✠ Idem. Qui nihil ſentiunt, tam impunè læduntur, quã fruſtra coluntur.

E e *In valle Iezrael.* Adam. Quę interpretatur ſemen Dei. Non enim audent aduerſarij illuc ire, vbi ſunt iam nati fructus ſpiritus, ſed vbi adhuc ſemen Dei iacet, & nõdum fructus aſcendit. Aliud enim cecidit ſecus viam, & volucres cęli diripiũt illud: hi ſunt, ſcilicet, qui audiunt verbum Dei, & cum lætitia ſuſcipiunt. Venit autem diabolus, & tollit verbum vel ſemen de corde eorum. Sic ergo iſti veniunt, & volunt tollere ſemen Dei de corde eorum in quibus ſeminatũ eſt quia inueniunt eos in vallibus poſitos, & ima ſectantes: humiliter enim & indignè & Iudaico intellectu ſuſcipiunt verbum Dei. Qui autem ab humilitate literæ ad excelſa ſpiritus cõſcendit nihil ei rapiunt Madianitæ, vel Amalecitæ: ſed neque filii Orientis, quia conſtitutus eſt in vertice intelligentiæ ſpiritualis.

Marginalia: Quæſt. 13. in Ioſue. — † in ordinatione. i. & ordinabis ſiue præparabis ipſum. — In lib. Iudi. — * viri ciuitatis. — † Et Ioas omnibus qui ſtabant aduerſum eũ. — Zach. 6. c. — Comm. in Oſe. c. a. — Quæſt. 16. in Iud. — Lib. aduerſ. Iud. cap. 1. — Apolo. c. 29. — Cap. 25. — † litigabit is pro Baal, & ſaluum facietis vel liberabitis eũ qui litigauerit pro eo. — Luc. 8. a. † litiget cum.

a † ſuper quam ante ſacrificium poſuiſti, tolleſque [1] taurum ſecundum, [2] & offeres holocauſtum [3] ſuper ſtruem lignorum, quæ de nemore ſuccideris. Aſſumptis ergo Gedeon decem viris de ſeruis ſuis, fecit ſicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris ſui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, ſed omnia nocte b compleuit. Cumque ſurrexiſſent viri oppidi eius mane, viderunt deſtructam aram Baal, lucumque ſucciſum, & taurum alterum impoſitum ſuper altare quod tunc ædificatum erat. Dixeruntque adinuicem: Quis hoc fecit? Cumq; perquirerent autorem facti, dictum eſt: Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. Et dixerunt * ad Ioas, Produc filium tuum huc, vt moriatur, quia deſtruxit aram Baal, & ſuccidit nemus. † Quibus ille reſpondit, [4] Nunquid † vltores eſtis Baal, vt pugnetis pro eo? [5] Qui aduerſarius eſt eius, moriatur antequam lux craſtina veniat. c Si Deus eſt, vindicet ſe de eo qui ſuffodit aram eius. Ex

a ¶ Iſid. Circumciens in vtero: hic eſt Chriſtus qui in vtero virginis incarnatus, intra vterum fuit per ſubſtantiam infirmitatis, & extra mundum per poteſtatem maieſtatis. b ¶ Id eſt, fortis contra Baal.

[6] illo die vocatus eſt Gedeon Ierobaal, eò quod dixiſſet Ioas, † vlciſcatur ſe de eo Baal, qui ſuf-

a ¶ Extra iudicium. b ¶ Populus ablingens. i. ventri & gulæ deditus. ¶ De iudicio.

d fodit aram eius. [7] Igitur omnis Madian & Amalec, & Orientales populi congregati ſunt ſimul & tranſeuntes Iordanem caſtrametati ſunt in

a ¶ Adaman. Lxx. Orientis filii, ſcilicet, falſi Chriſtiani.

a ¶ Adam. In deiectis. ſ. & humilibus locis, caſtra ponunt qui populum Dei expugnare volunt. b ¶ Lxx. Spiritus domini confortauit Gedeon. c ¶ Impleuit eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, & ſpiritus conſilii & fortitudinis.

e valle Iezreel. Spiritus autem Domini induit

a ¶ Adam. Lxx. & vocauit poſt ſe Abiezer, qui ſcilicet nuſquam erat: interpretatur autem patris noſtri auxilium: non ergo aliquem hominem, ſed patris ſummi videtur vocaſſe auxilium.

Gedeon, qui clangens buccina conuocauit domum Abiezer, vt ſequeretur ſe. Miſitque nuntios in vniuerſum Manaſſen, qui & ipſe ſecutus eſt eum: Et alios nuntios in Aſer & Zabulon & Nephthali, qui occurrerunt ei. [8] Dixitque Gedeon

a Siſal

NICOLAVS DE LYRA.

1 *In ſummitate petræ huius ſuper quam ante ſacrificiũ poſuiſti, tolleſque taurum.* Quia in vno loco non poterant ab eodem ædificari ſimul duo altaria.

2 *Tolleſque taurum ſecundum.* impinguatum ſeptem annis, vt prædictum eſt.

3 *Et offeres holocauſtum, &c.* Ex prædictis patet, quod ędificando altare alibi quam in loco tabernaculi, & offerendo ibi nõ peccauit, quia hoc fecit de ſpeciali mandato Dei, vt patet ex prędictis. Cætera patet vſque ibi.

4 *Nunquid vltores eſtis Baal.* Hoc dixit, quia nolebat filium ſuum mori.

5 *Qui aduerſarius eſt eius.* Non per hominem, ſed per ipſum Baal ſi Deus eſt, quia poteſt ſe vindicare.

6 *Ex illo die vocatus eſt Gedeon, &c.* Id eſt, fortis contra Baal ſecundum proprietatem Hebraici ſermonis, quia non vindicauit ſe de eo Baal, cum tamen deſtruxiſſet altare eius.

7 *Igitur omnis Madian, & Amalec, &c.* Hic conſequenter datur Gedeoni duplex ſignum aſſequendi victoriam, & primò deſcribitur belli præparatio, cum dicitur, *Igitur omnis Madian, & Amalec.* & patet litera, ſecundò ſubditur eius petitio & conceſſio ibi.

8 *Dixitque Gedeon, &c.* Videtur quod Gedeon peccauerit petendo ſignum, cum iam eſſet certificatus, quod ille qui ſibi apparuerat & victoriam promiſerat, eſſet verus angelus Dei vt patet ex prędictis. Ad quod dicendum, q quando petitur ſignum ex diffidentia poſt certificationem de nuntio Dei peccatum eſt. Sed quando petitur ex quadam familiaritate diuina & voluntate ſeu deſiderio, vt manifeſtetur Dei gloria tunc non eſt peccatũ. Sicut Ezechias petiuit ſignũ de ſanitate ſua futura, quam tñ annuntiauerat ei Eſaias propheta vt hr̃ 4. Reg. 20. & Eſa. 38. & hoc modo petiit Gedeon ſignũ de victoria ſibi futura, & patet litera hoc excepto.

Marginalia: Diuiſio. — An petere ſignum ſit peccatum.

1 Conch

a *Si sal. fa.* Adam. Cum multa sint & innumera signa que petere potuisset ad confirmandam promissionem Dei, quæritur quare post angelicam vocem & promissionem celestẽ, hoc nouum signum petijt: quo impetrato vellus in peluim exprimit, quare cõuerso ordine scđm signum deposcit, præsertim cum dictũ sit, *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Sed exitus rei docet non esse factum contra mandatum. Nõ enim exaudisset Deus petitionem si fuisset contra legem. Videnda est ergo huius mysterii ratio. Memini autem quendam ex prædecessoribus nostris vellus lanæ populum Israel dixisse. Reliquam autem terram reliquas gentes; & rorem qui cecidit super vellus, verbum Dei esse, q illi soli populo cœlitus missum ẽ. Supra solum enim Israel ros diuinæ legis venerat. Siccitas autem omnes gentes habebat, quas nullus humor diuini verbi infundebat.

Homi. 8. in lib. Iud. — Deu. 6. c.

ad Deum; Si saluum facis per manum meam populũ Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in ârea. Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas; sciam quòd per manum meã, sicut locutus es, liberabis Israel. Factũq; est ita. Et de nocte cõsurgens, & expresso vellere † concham rore impleuit. Dixitq; rursus ad Dominum; Ne irascatur furor tuus cõtra me, si adhuc semel tentauero, signũm quærens in vellere. Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecitque Dominus nocte illa vt postulauerat; & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

a ¶ Illud Non hoc signum quasi incredulus petijt, sed futura mysteria prævidit, & diligenter explorat, vt amplius credat mysterium, cum intellexerit oraculum. b ¶ Populum Iudæorum. a ¶ Vbi messis purganda est, & palea a frumento separanda. ¶ Tertius orbis. s. in quo infructuoso cultu Gentilis super... arebat. b ¶ Verbum Dei quod factum est in tempore legis. a ¶ Quia cæteras gentes nullus humor diuini eloquij infundebat. a ¶ Et Christus in sit aquam in peluim, & lauit pedes discipulorum. a ¶ Condis. b ¶ Sensu verbi. a ¶ Illud eius populus. b ¶ Cum perierint, scilicet oues domus Israel & fontem aquæ viuæ negauerint, arescat in peccatoribus Iudæorum ros fidei. c ¶ Gentilitas. a ¶ Diuini verbi.

Origenes. Hom. 8. — † vel phialã.

✠ Ambrosius. Gedeonis exẽplo ostenditur, non omnium esse miracula mereri Diuinę potestatis, sed eorum quibus religiosa deuotionis studia suffragentur, & diuini eos fructu operis abdicari, qui reuerentiæ cęlestis sunt exortes. Ostenditur etiam in mysterio, quod ad instaurandam Ecclesiam Dei filius humani corporis sacramenta susceperit, abdicato populo Iudęorũ, q̃b. beneficiorũ adẽpta sunt miracula diuinorũ.

lib de Viduis.

✠ August. Cum in holocausti concrematione non terrestri igne, sed cęlesti flamma hoc ostendebatur, q futurũ tũc bellum, non humanis viribus, sed cęlesti auxilio proficeret: & ros prius demonstrabat in solo vellere ostensus, quod Diuina miseratio, quæ tunc in Israel fragili & molli populo fuerat, ignitas gentium iras sicut aqua ignẽ possit extinguere.

lib. 2. de mirab. sac. scr. c. 5.

✠ Idem. Licet Gedeon fortis esset & fidẽs, plenaria adhuc de Dño futuræ victoriæ documenta quærebat dicens, Si saluũ facis, &c. Ros in vellere, fides erat in Iudæa, q̃a sicut ros verba Dei descendũt Deut. 32. postq̃ ros ille exaruit i pectorib. Iudęorum, fons meatus suos in corda gentiũ deriuauit.

Serm. 108. de temp.

✠ Theodoretus. Postulauit Gedeon vt rore perfunderetur vellus, tota vero terra sicca permaneret: post hęc autem vt humectaretur terra, solum autem vellus rore careret. Quæ verba innuunt Israelitas quodã gratia potitos esse, sicut vellus rore, at postea vniuersam hoium naturam adeptam esse spiritalia dona, quibus tanquã rore vellus Israel priuatus est.

✠ Chrysost. Vellus sacrificia Iudeorum significabat, in quibus iusserat sibi Dominus pecora offerri. In istud ergo vellˀ descendit pluuia, quia in sola fuit Iudea legis cultura. Postea verò demonstratur nobis transferri sacrificia a synagoga, & totam aream mundi impleri predicatione Christi.

Com. in ps. 71.

b *In area.* Orig. Non vbicunq;, non in campo, nec in saltu, sed in area vbi messis est, *Messis quidem multa, operarii autẽ pauci.* Præuidebat enim per Spiritumsanctum, quia Christus in area congregat populũ suum, & ibi eũ expurgat, *tenẽs ventilabrum in manu sua.* Non ergo sine cã vir tantus aut talis, cuius ẽt Apostolus in catalogo prophetarum facit mentionẽ, areã delegit ponendo velleri. Nec sine cã expressit vellus in peluim & repleuit eã aqua. Christus. n. exuit vestimenta sua, & præcinctus lintheo misit aquam in peluim & lauit pedes discipulorũ. Vides ergo quia hæc adumbrabant prophetę que erant in nouissimis tpibus implenda per Christum. Aqua ergo missa in peluim, ros erat gratiæ cęlestis, quo lauantur pedes discipulorum. vnde ait, *Vos autem mundi estis propter verbũ quod locutus sum vobis.* Sed & nos si prębeamus pedes nostros paratus est Iesus lauare pedes animæ nostræ, & purgare eos cælesti rore gratia Spiritussancti, verbo doctrinæ: non enim solos Apostolos mundos esse voluit, sed etiam omnes qui credunt per verbum eius, & omnibus cum Petro dicit: *Nisi laue te non habe. partem mecum.* Nemo enim habet partem cũ Iesu, nisi lotus & mundus. Exue precor Domine vestimenta, quæ propter me induisti, accingere propter me, mitte aquam in peluim, & laua pedes seruorum tuorum, dilue sordes filiorum tuorum & filiarũ, laua pedes animæ nostræ, vt imitantes te & sectantes exuamus nos vetera vestimenta, dicentes, Exui vestimentum meum, quomodo induam illud? Laui pedes meos, quomodo sordidabo eos: Cum enim laueris pedes meos statim facies me recumbere tecum & audire, *Vos vocatis me magister & Dom. & bene dicitis, sum etenim, &c.* Volo ergo lauare pedes fratrũ meorum. Ideo haurio aquam de fontibus Israel, imò exprimo de Leuitico vellere, nunc de vellere libri Iudicum vel libri Regũ, de vellere Esaiæ vel Hieremiæ, & mitto eã in peluim animæ meæ, concipiens sensum in corde meo, & accipio pedes eorũ q se pbent ad lauandum, ut oẽs purificati per verbum non abiciamur de thalamo sponsi pro sordidis indumentis, sed candidis vestibus, lotis pedibus, mundo corde recumbamus in conuiuio sponsi Iesu Christi.

Homil. 8. — Lucæ 10. a. — Matt. 3. c. — Ioan. 13. a. — Ibidem b. — Colo. 3. b. — Io. 13. b.

c *Si ros in solo velle. &c.* Augu. In tentatione Gedeonis quod prænuntiare Dñs volebat, ostendit in compluto scilicet vellere & area tota circunquaq; sicca figurare primum populũ Israel, vbi erant sancti cum gratia cęlesti tanquam pluuia spirituali, & postea cõpluta area, siccato vellere figurare ecclesiam Dei toto orbe diffusam, habentem non in vellere tanq̃ in velamine, sed in aperto cęlestem gratiam, priore populo velut ab eiusdem gratiæ rore alienato atque siccato.

† Deut. 20. b. 1. Ma. 1. g.

d *Oro, &c.* Adam. In secundi quoq; signi ratione in quo ait, vt supra oẽm terram ros descendat, supra vellus autem siccitas maneat, vide oẽm populum hunc qui per omnem terrã ex gentib. congregatus est, habentem nunc in se rorem diuinum & in os ei rore infundi & prophetarũ literis irrorari, & euangelico humore virescere. Illud aũt vellus. i. Iudaicũ populum siccitatem verbi Dei patientem secundũ illud, *Erunt filii Israel multo tempore sine rege, sine principe, sine propheta, &c.* Propheta quoq; aduentum Christi describens, ait, *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillici. s. super terram.* Descendit. n. sicut pluuia in vellus populi circuncisionis, & sicut stilli. s. super terrã. i. super reliquã terrã descẽdit Christus. Sed stillans ẽt super nos & guttas nobis gẽtib. cęlestis roris afferens, vt & nos bibamus q eramˀ sup terrã iugi ariditate siccati. Hũc ergo mysterii ordinẽ S. Gedeõ ꝓphetico spũ intuens, ẽt scđm signũ cõuerso ordine petit. Sciebat. n. rorẽ diuinũ qui est aduentus filii Dei, nõ solũ Iudęis, sed post ẽt gentib. esse futurũ quia ex incredulitate Israel salus fit gentib. & hoc est q pro ariditate velleris vniuersa terra diuini roris gratia infundit.

Homil. 8. — Osee. 3. b. — Psal. 71. a.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Concham rore. *In Hebræo habetur, bacinum.*

2 Dixit rur. *Similem modum loquendi habuit Abraham cum Domino, quando voluit replicare petitionem suam de salute Sodomorum, vt habetur Gen. 18.*

3 Si adhuc se. *Non accipitur hic tentatio prout tẽtatio Dei dicitur peccatum, quid est quando aliquis exponit se periculo volens per hoc experiri diuinum auxilium, cum tamen habeat quod agere possit secũdum viam humanam, sicut est probatio in duello, & tactus ferri candentis, quæ merito reprobantur in iure canonico. sed accipitur hic tentatio pro petitione signi procedente ex confidentia Dei, & vt eius gloria amplius manifestetur, vt supra dictum est.*

ADDITIO.

In c. 6. Iudicum vbi dicitur in postilla. Angeli verò in sacra scriptura non vocantur prophetæ.

Licet cognitio angelorũ, quę res in verbo cognoscũt, sit clara & absq; ænigmate, ex hoc solo non sequeretur q non possent dici prophetę nisi cum alio adiuncto, prout supra prologum Psalterii Deo duce declarabitur, &c.

Replica. Circa librũ Iudicum facit modicum Burgen. nisi circa c. 6. vbi postillator dicit angelos in scripturis nõ dici ꝓphetas pp claram visionem diuinæ essentię. Burgen. promittit sup prologũ Psalterij de hoc dicere, vide ibi correctoriũ.

CAP. VII.

GItur Ierobaal, qui & Gedeon de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. Erant autem castra Madiam in valle ad Septentrionalem plagam collis excelsi. Dixitque Dominus ad Gedeon: 1

a ¶ In bellis humanis numerosior exercitus præstat tutiora subsidia: sed non est ita in diuinis: non enim clarum diuinæ virtutis est opus si humanis adminiculis fulciatur. Nō enim saluatur rex ex multitudine virtutis suæ.

Multus tecum est populus, nec tradetur Madian

a ¶ Victoriam meam sibi ascribat.

in manus eius, ne * glorietur contra me Israel, & dicat, meis viribus liberatus sum. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: † Qui 2

a ¶ Quasi dicat, certamina fortibus viris derelinquat, ne exemplum timoris & formidinis cæteris præbeat.

a formidolosus & timidus est, reuertatur. Recesseruntque de monte Galaad, & reuersi sunt ex 3

a ¶ Cathecumeni.s.qui ante baptismum territi cedunt.

populo uiginti & duo millia virorum, & tantum decem milia remanserunt. Dixitque Dominus b ad Gedeon, Adhuc populus multus est. Duc 4

a ¶ Probandos. b ¶ Baptismi.

eos ad aquas, & ibi probabo eos, & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire

CAP. VII.

A Gitur Ierobaal.&c. Sequitur.

a *Qui formi.* Adam. Idem hodie clamat Iesus, Qui timidus & formidolosus est corde, non veniat ad me ad bella. ait.n. *Qui nō tollit crucem suam et sequitur me, non est me dignus, et qui non odit patrem suū et matrem, fratres et sorores et filios, insuper et animam suam, non est me dignus.* Item. *Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus.* Sic timorem & formidinem depellat, & confidenter, dicat. *Si consistant aduersum me castra, nō timebit cor meum.* Et *Dominus illum.mea, et salus mea, quem timebo, etc.* Nō vos terreat ista militia quæ facilè a fideliter militantib. impletur. Solēt in his castris mulieres vincere, non corporis robore, sed fidei virtute. sicut Debora, & Iudith, & quam viri perdiderāt patriæ reddidit salutem. Virgines quoq; prima ætate pro martyrio tyranica pertulere tormenta. B In his ergo qui militant Deo, non corporis, sed animæ fortitudo quæritur, quia non iaculis ferreis, sed orationum telis victoria acquiritur, & fides in certamine tolerātiam præbet. vnde. *State ergo induti loricam iustitiæ succincti lumbos in ueritate, et galeam salutis accipite, et gladium spiritus, super omnia scutum fidei etc.* Sicut armati debem^9 tollere vexilla crucis Christi, & & eum sequi. Si tamen in persecutione inferiorem te virib. contra tyranni crudelitatem videris, est in militia Christi dare locum irę, de loco in locum fugere, nec tibi in hoc ascribitur militare commissum. vnde, *Si persecuti uos fuerint in una ciuitate fugite in aliam.* Summa enim rei est, Iesum quem semel confessus es non negare. Confitetur autem, qui propterea fugit ne neget. In Apocalypsi cum enumerant qui in stagnū ignis mittendi sunt cū infidelibus & fornicatoribus & veneficis, timidi & formidolosi computantur. Sic inter ingentia & nefanda crimina timoris & formidinis crimen ponitur.

Lxx. Formidolosus est, q quasi adolescente vitio anteq̄ videat mala, sola cogitatione terret, gelidā p mebra formidinem voluens, vt non tā cōspectu malorum, quàm auditu & C expectatione soluatur. Iō iuxta. Lxx. formidolosus corde dicitur, in corde enim & in interioribus animi defixum manet hoc vitium. Timidus autem est qui primo aspectu ad cō D gressum trepidat, non tamen toto corde terretur, sed reparari & animari denuo potest.

b *Adhuc popu.* Adam. *Adhuc populus multus est. depone eos ad aquam, et ibi probabo tibi.* Vt ideo qui primum reprobati sunt, nec in aquam descenderāt, sed adhuc se cathechumenos designabant, & intantū fortitudinis vitio deterriti sunt, vt nec ad lauacrum salutare descenderent. Ideo reprobati sunt. Hi verò secundi veniunt ad aquam, vt probentur ibi. *et dixit Dominus ad Gedeon, Omnis quicunque lamberit aquam in lingua sua sicut lambit canis, statues eum seorsum, &c.* In omnibus penè veterum gestis, mysteria designantur ingentia, sicut, hic. Qui enim descendunt ad aquam, id est, ad baptismi gratiam, non debent procidere in terram, nec flectere genua, & cedere tentationibus futuris, sed stare constanter, & remissas manus & dissoluta genua erigere, & gressus E rectos facere pedibus suis. Venisti ad aquam baptismi, hoc est tibi initium pugnæ spiritualis. Si remissior fueris, si flecti facilè potueris, quomodo pugnabis? Quomodo stabis contra astutias diaboli? Ideo clamabat Apostolus, *State, & nolite iugo seruitutis iterum hærere.* Ille ergo probabilis, iste electus est, qui postquam ad aquas baptismi venit, ad necessitates corporeas & terrenas flecti nescit, qui vitiis non indulget, nec propter peccati sitim sternitur pronus.

✠ Iosephus. Astitit Gedeoni per somnium Deus, & imbellem naturam hominum sibi placere declarauit, & quæ esset fortitudine præcipua recitauit, vt victoriam non sibi, sed Deo propriè reputarent, & tanquam si multò hoc dignoq; gereretur exercitu: & crederent certò, quia eius auxilio victoriæ opus fuisset impletum, præcepitq; vt circa medium diem in solis ardore ad fluuium venire faceret exercitum, eos quidem qui inclinati biberent, magnanimos æstimaret, qui vero cum festinatione turbaq; biberēt, eos crederet hostium formidine detineri.

✠ Theodoretus. Cum plures celeriter se dimittentes genu flexo biberent, trecenti vero per ignauiam hoc nō agentes F

Homi.9. in lib.Iud. Matt. 10.d. — Ibidem. — Psal.26.a. — Ibidem: — Ephes. 6.a. — Matt.10.c. — Apoc.19.d. — Differt for midolosus & timidus. — Homil.9.in lib.iudic. — de nocte. — forti. — aunc. — Deut:10.b. 1.Mac.1.g. — Hebr.12.c. — Li.5.ant.c.10. — Quæst. 15. in lib.Iud.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VII.

1 IGitur Ierc. Postquam descripta est vocatio ducis, hic cōsequenter describitur modus certaminis. vbi primò ponitur concertatio pugnæ. secūdò perfectio victoriæ c.8. Circa primum primò describitur bellatorū electio, secundò electorum assecuratio ibi, *Castra autem Madian.* tertiò assecuratorum certatio ibi, *Diuisitque trecentos uiros.* quartò adiutorum associatio ibi, *Conclamantes.* Circa primum sciendum, quod Dominus voluit eligere bellatores in paruo numero, vt sibi victoria illa totaliter attribueretur, vt patet in textu. eliguntur igitur huiusmodi bellatores duplici signo. Primum est constantia mentalis cum dicitur.

2 *Qui formidolosus & timid.* ita q solum constantes & impauidi ad prēlium remanerent. vnde subditur.

3 *Recesseruntq; de monte Gala. &c.* Iste mons nō est ille qui est vltra Iordanem vbi Laban comprehendit Iacob: ut hr Gen. 31. sed est alius mons in terra promissionis qui similiter nominatur. Secundo eliguntur signo potentię corporalis ibi.

4 *Adhuc multus populus est, duc eos ad aquas, &c.* Non est intelligendum, quòd Deus probet aliquem vel aliquos ad cognoscendum aliquid sibi ignotum, sed vt cognoscatur ab aliis.

Qui

MORALITER.

1 *Igitur.* Per quem vt dictum est, Christus signatur, pergēs ad prælium contra Madian, per quem vt prædictum est diabolus signatur. Primò suos bellatores examinas ad videndū qui sunt apti ad sequendum ipsum, excluduntur autem timidi, cum dicitur.

Qui

2 *Qui for.* sic fuit in discipulis Christi, quorum plures dixerunt. Io.6.g. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire,* & subditur, *Ex hoc autem multi discipulorum eius abierunt retro.* Et sic est de Christianis carnalibus, qui non possunt eum sequi per viam austeritatis & pęnitentiæ. Secūdo examinauit Gedeō bellatores per modum potationis, cum dicitur.

1 *Qui*

A tes, manu aquam ori admouerent, hos solos vt ignauos & so cordes iussit in hostes irruere, vt omnibus perspectum esset diuinum auxilium.

Quæst. 37. in Iudic. ✠ August. Quod ita isti probati sunt, per quos vinceret Gedeon, vt similes in bibendo canibus dicerentur, significat q, & *contemptibilia & ignobilia elegit Dominus*. Pro contemptu enim canis habetur 1. Regn. 14. & Matt. 15.

Com. in hūc locum. ✠ Procopius. Factum illud aquam lambentium, temere que haurientium, alij quidē de imbecillitate eorum interpretantur, quasi Deus segnes, laborisque impatiētes delegerit, quò tot opus Diuinæ gratiæ esse videretur. Nam Christus quoque infirmis huius mundi, piscatoribus, coriario, delectis appulsum gentium diruit. Id quod Isaias quoq; innuens, inquit, *Virgam exactorum comminuit sicut in die Madian*. Nudi fuerunt Gedeonis milites, nudi

B quoque Discipuli à Christo amandati, qui miraculorum faces præ se tulerūt, & prædicationis tubā. Porrò alij fortitudini lambitionem horū trecentorum tribuunt, item temperātię, dicētes, Pulchra virtus temperantia est, sunt trecenti Gedeonis socij qui Madianitas subegerunt.

Homil. 9. a *Qui ma. & ling.* Adam. Manu & lingua dicit eos aquā lambere, qa manu & lingua debent operari milites Christi. i. opere & verbo: *Qui enim*

Mat. 5. c. *fecerit & docuerit magnus vocabitur in regno cælorum*. Similitudinē quoq; canis lambentis in

Canis fidus. ducit, quia supra omnia cętera animalia amorē dr̄ proprio domino seruare, nec terrore, nec iniuriis obliterari in eo fertur affectus. Trecenti ergo sunt soli, qui sacramenti huius imaginem ferunt. Isti electi, probati, & ad victoriam consecrati, qui etiam ipso numeri sacramento, obtinere aduersarios possunt. Trecenti enim sunt qui tertio centeno multiplicantur, & perfectè trinitatis numerum ferunt.

C b *Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proijciente aquas lambuerant trecenti viri.* Aug. *Et factus est numerus eorum qui lambue*

Quæst. 47. in lib. Iud.

prohibuero, reuertatur. Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon:

a ¶ Id est opere. b ¶ Id est verbo. c ¶ Id est, qui rectitudinem doctrinæ hauriunt, & rectitudinem operum non flectunt.

1 Qui manu & linguā lambuerint aquas sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum, qui

a ¶ Qui supra omnia animalia amant dominos suos. b ¶ Diss. luti. s. in operibus. a ¶ Qui. s. non faciunt rectos gressus pedibus suis.

autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad

a ¶ In numero. s. perfectæ Trinitatis.

os proijciente aquas lambuerant trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, &

a ¶ Quia non est speciosa laus in ore peccatoris.

tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. 2 Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua. Et ipse cum trecentis viris se certamini dedit. 3 Castra autem Madian erant subter* in valle. Eadem nocte dixit Dominus ad eum; Surge, & descende in castra; quia tradidi eos in manu tua. Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. 4 Et cum audieris quid loquantur, tūc confortabuntur manus tuæ, & se-

D *runt manu sua, lingua sua trecenti viri*. Plerique Latini codices nō habent *manu sua*, sed tm̄ *lingua sua*, quia sic intellexerūt qđ supra dictum est, tanquam canes. Græcus autem vtranq; hēt. *manu sua, lingua sua*, vt intelligatur q, manu aquam raptam in os proijciebant, sicut canes qui non ore apposito sicut boues aquam ducūt quā bibūt, sed lingua in os rapiūt. sicut etiā isti fecerunt, sed cū manu aquam in os proijcerent, quā lingua exciperent. Interpretatio verò ex Hebræo id planius hēt *Fuit itaq; numerus eorū qui manu in*. Nō. n. ita bibūt hoīes vt sine opere manus lingua aquā hauriat sicut canes. Aut verò istis præceptū fuerat vt hoc facerent, sed cū ad bibendum descendissent ad aquā, multi genu flexo biberunt, q, facilius & minore labore fieret. Pauci verò non flexo genu se incuruauerunt sed vt canes biberunt, aquam manu in os iaciendo. Quorū numerus, quia trecenti erāt,

E crucem significat pp literā tau Græcam. Per quod etiā gentes magis in crucifixum Christum crediturus præfiguratum est, quia litera Græca est. Vn̄ Gręcorū noīe Apostolus oēs gentes significat, di-

Rom. 1. b. ✱ eum, sup. Gedeonem. cens. *Iudæo primū & Græco*. qa in linguis gētium Græca ita excellit, ut per hanc oēs decēter significentur. Hic numerus ēt in vernaculis Abrahæ

Gen. 14. c. aduertendus est, per quos fratrem ab hostibus liberauit, qn̄ eū Melchisedech magno mysterio benedixit. Quod. n. exuberant decem & octo videtur significari quo tempore fieret. i. tertio, quod futurum erat sub gratia. Nam primum est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Singula vero tpa senario significata sunt numero pp perfectionē: ter enim seni decem & octo sunt. vnde & mulier decem &

Luc. 13. c. octo annos habebat in infirmitate quam curuam saluator

1. Cor. 1. d. erexit. Nam q, isti ita probati sunt, vt similes in bibēdo canibus dicerētur, significat quòd *contemptibilia, & ignobilia elegit Deus*. Pro contemptu enim habetur canis, vnde *Non est bonū*

Matt. 15. c. F *sumere panem filiorum & mittere canibus*. Dauid quoq; tanquā contem-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui manu lingua lambuerint aquas*. Hoc erat signum, quòd non erant multum sitibūdi, quia sufficiebat eis accipere modicum de aqua manu & proijcere ad os, magis per modum refrigerationis & lotionis quam per modum potationis. Signum etiam erat q, non erant multum fatigati, qa nolebant ad terram procumbere, sed statim transire, & econtrario in illis qui biberunt curuatis genibus ad terrā vt effunderēt se super aquam ad bibendum in magna copia, signum erat q, erant fatigati & multum sitibundi, & iō de exercitu fuerunt separati. Hebræi aūt dicunt, q, hoc fuit eo q, erant assueti curuare genua corā idolis, sed prima expositio est magis lrālis.

2 *Sumptis itaq; pro numero cibariis, & tubis omnē reliquam. s.* pro trecentis viris electis ad prælium, quia residuum ciborum dimisit reuertentibus.

3 *Castra au*. Hic consequenter describitur electorum assecuratio. & primò verbo diuino cum dicitur. *Surge & descend. in castra quia tradidi eos in manu tua*. Secundò ex somnio audito. & ideo subditur.

4 *Et cum audieris quid loquantur tunc confortabuntur manus. &c.* quod intelligitur de somnio audito, & interpretatione eius, quę postea ponuntur cum dicitur, *Narrabat aliquis somnium proximo suo, & in hunc mo.* cuius forma subditur, cum dicit.

Sumptis ✠ *Videbatur*

MORALITER.

1 *Qui ma. &c.* per illos enim qui biberunt aquas flexo poplite signantur illi qui ad hauriendū huius mūdi bona sunt nimis effusi. & illi non sunt apti ad sequendū Chr̄m per viam paupertatis & sufficientiæ: per illos autem qui biberunt manu aquam ad os proijcientes, significantur illi qui de bonis huius mundi accipiunt quantum sufficit ad necessitatē. & illi sunt apti ad sequendū Chr̄m in bello ꝯ diabolū. Propter

Victoria Christi in tribus. quod dicit Apostolus. Heb. 12. a. *Deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum*. Pōdus aūt impediens est superabundantia tpalium. Gre. hom. 35. Terrena namq; substantia pondus est non subsidium. Isti vero cū Christo vadunt ad prælium, & vincunt in tribus, s. in fractione lagenarum, per quā significatur carnis maceratio, per q̄ caro nostra quæ terrena est à Dn̄o conteritur & spiritui subiugatur, pp quod dicit saluator Mat. 16. d. *Si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me*. Et in incēsione lampadum, per quam significatur exemplaris operatio. Lucæ 12. d. *Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus vestris*. Quod exponens Gre. hom. 32. di. Lucernas qppe ardentes in manib. tenemus cum p bona opera p ximis nr̄is lucis exēpla mōstram⁹: & tales sunt apti ad seque lā Chr̄i Io. 8. b. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*. Et in sonatione tubarum, p quā significatur sonus prædicationis. Esa. 57. a. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorū. etc.* Et hoc modo prædicabat Christus per Gedeonem significatus Ioannis. 7. f. *In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, Si quis sitit, veniat ad me & bibat*. Et hunc modum prædicādi secuti sunt prædicatores euangelici, propter quod prædicant populis stando & clamando.

contemptibilem se canem appellat.

1.Reg.24. a * *Surge, & desc. in Castra, & c. Descendit, &c.* Ioseph. Cum Gedeon timens consisteret, die quā ei prędictū fuerat, ut nocte hostes inuaderet, volens eū Deus à formidine reuocare pręcepit vt sumens vnum militum, iuxta tabernacula Madianitarum accederet, ab eis belli confidētiam sumpturus. Audito somnio, eiusdemq; percepta interpretatione, spē magnam habuit pariter & fiduciam, iussitq; suos armari, &c. (L.5. antiq. cap. 10.)

* Procopius. Panis ordeaceus significauit, leuem aliquam turbam sæpe potentiorem superare.

* August. Vel hoc intelligēdum arbitror, quod per contemptibilia mundi, quę significat mensa panis ordeacei, Saluator superbos erat confusurus. (Quæst. 39. in Iudi.)

b *Percussit illud atque subuer.* Gregor. De hoc bello per prophetam dicitur, *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian.* Eripiens enim, Gētilitatem Dominus superauit iugum oneris eius: cum eam aduentu suo à diaboli seruitute liberauit. Superauit virgā humeri eius, cum percussionem illius quæ ex peruerso opere grauiter deprimebat humano genere redempto compescuit. Superauit sceptrum exactoris eius, cum regnū diaboli, qui pro peccatis debita pęnarum tributa exigebat, de corde fidelium destituit. Aduentus ergo redemptoris huius pugnę victoriæ cōparatur, quia illa Gedeonis victoria designat. (Lib. 30. Mor. c. 16. Esaiæ. 9. a.)

Gedeon namque significat redemptoris aduentum, de quo dr̄, *Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æter. & intro. rex gloriæ. d. for. & p. d. po. in prælio.* Hoc Gedeon opere & nomine prophetauit. Gedeon namq; interpretatur circumiens in vtero. Christus. n. per maiestatis potentiam oīa circumiuit, per dispensationis gratiā, in vterum virginis venit. quia sua dispensatione nos redimens diuinitate cuncta complectens & humanitatem intra vterum sumens in vtero incarnatus est, & clausus non est, quia intra vterum fuit per infirmitatis substantiam, & extra mundū per maiestatis potētiā. Madiā vero interpretatur de iudicio. hostes enim eius repulsi sunt, nō de iudicio repellētis, sed de iudicio iuste iudicātis, iō de iudicio vocant: quia alieni à gratia redemptoris iuste dānationis meritū ēt in noīe trahūt. Cōtra hos Gedeō cū trecentis pergit ad prelīū. Solet in cētenario plenitudo pfectionis itelligi. Quid ergo in trecētis nisi pfecta cognitio trinitatis? Cum his enim Dn̄s aduersarios fidei destruxit, cum his ad prædicationis bella descendit, qui possunt diuina cognoscere & de trinitate quæ Deus est perfectè sentire. Notandum vero est, quia trecentorum numerus in *T* tau litera continetur, & per speciem crucis significatur quæ cruci speciem tenet. cui si per transuersam lineam id q, in cruce eminet adderetur, non iā crucis species sed ipsa crux esset. Quia ergo hic numerus in *T* tau litera continetur, & per eā species crucis ostenditur meritò in his trecentis Gedeonē sequentibus illi designantur, q bus dr̄, *Qui vult venire post me abneget semetipsum tol. cru. suam & se. me.* Qui sequentes Dn̄m tantò verius crucem tollunt, quantò acrius & se edomant: & erga proximos charitatis compassione cruciantur. Vnde. *Signa T tau super frontes virorum gementium & dolentiū.* Vel trecentis hic significatur, q ferrum hostium crucis ligno superetur. (Psal. 23. b. Lucæ 9. c. Ezech. 9. b.)

c *Diuisitque.* Ducti sunt ad fluuium vt aquas biberent, & qui eas flexis genibus hauserunt à belli intētione remoti sunt. Aquis enim doctrina sapientiæ, stante autem genu recta operatio designat. Qui ergo dum aquas bibunt, genu flectunt a bello, phibētur: quia cum istis Christus cōtra hostes fidei pergit ad preliū, qui cum doctrinam hauriūt, rectitudinem operum nō flectunt. Omnes. n. tunc bibisse aquam, sed non omnes recto genu stetisse narrati sunt. Et reprobati sunt qui bibendo genua flexerunt. *quia non auditores legis iusti sunt apud Dēū, sed factores.* quia. n. dissolutio operum genuum curuatione signatur rectè dicitur: *Remissas manus & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris.* Igitur Christo duce ad bellum prodeūt, qui quod ore annūtiant, opere ostendunt, qui fluēta doctrinę spiritualiter hauriunt, nec tn̄ in prauis operibus carnaliter inflectunt. In tubis clamor prædicationum, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum: tales. n. dux noster secū ad pdicationis prælium duxit, qui despecta salute corporū hostes moriēdo, psternerēt, eorumq; gladios non armis, sed patiētia superarent. Armati. n. venerunt, sub duce suo ad prelium martyres. Christi. s. tubis, lagenis, & lāpadibus. Tubis sonant dum prædicant, cōfringunt lagenas, dū soluenda in passione corpora hostilib. gladiis opponunt, fulgent lāpadibus, dum post solonem corporū miraculis coruscāt. Mox que hostes in fugā conuersi sunt, quia dum mortuorū martyrum (Rom. 2. b. Heb. 12. d.)

---

a curior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer eius † in partem castrorum vbi erant armatorum vigiliæ. Madian autem & Amalec & omnes Orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo. Cameli autem innumerabiles erant, sicut arena quę iacet in littore maris. Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo, & in hunc modum referebat quod viderat. Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere, cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud atque subuertit, & terræ funditus coæquauit. Respondit is, cui loquebatur; Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filii Ioas viri Israelitæ. Tradidit enim Dominus in manu eius Madian, & omnia castra eius. Cumque audisset Gedeon somnium & interpretationem eius, adorauit, & reuersus est ad castra Israel, & ait; Surgite; tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian. Diuisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenas vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos; † Quod me facere videritis,

(Interlinear: † ad extrema armatorum qui erāt in castris. ¶ Aug. Quia per contemptibilia mundi Saluator inimicos confudit. ¶ Prædicationis. ¶ Corpora. ¶ Fulgorem miraculorum. ¶ Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. † Extremū.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Videbatur mihi quasi subci. panis ex. *per quem significabatur Gedeon qui nullius reputationis erat in conspectu regum Madian, sicut panis subcinericius et hordeaceus uilis est ex materia et forma. et hoc est quod subditur in interpretatione. cū dicitur,* Non est hoc aliud nisi gla. Ge. &c.

2 Cumque audisset, &c. *eo quod inuenerat uerbum confortatiuū, sicut ei dixerat Dominus,* Tūc confortabuntur manus tuæ, &c. *& per hoc sciuit quod non erat somnium vanum, sed magis a Deo immissum ad confortationem Gedeonis & sociorum eius, & ad desolationem aduersariorum ipsius, tales enim visiones & interpretationes earum aliquando a Deo conceduntur etiam malis hominibus, sicut & prophetandi actus, prout habetur in pluribus locis sacræ scripturæ. vn̄ de saluator Matth. 7. c. dicit,* Multi dicent mihi in illa die, nonne in nomine tuo prophetauimus &c. *sequitur,* Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, &c. *Gedeon autem ex prędictis assecuratus de victoria assecurauit socios suos dicens,* Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras Madian.

3 Diuisitque. *Hic consequēter ponitur assecuratorum ceitatio. cum dicitur.* Diuisitq; trecentos viros in tres. *vt sic inuaderent exercitum aduersariorum per tres partes, quasi essent tres exercitus magni subito superuenientes, vt ex hoc exercitus terreretur, sicut & factum fuit, vt patet ex sequentibus.*

4 Et dedit tu. *Modus enim pugnandi fuit talis, quia quilibet de trecentis viris habebat tubam in manu dextera. & lampadem, id est, faculam ardentem in sinistra manu, quæ non posset de facili extingui & lagenæ uacuæ erant desuper incidentes faculas, ita quod lumen non posset videri. pp quod uidetur, q orificia lagenarum essent inferius uersus manus tenentium faculas. Et buccinante Gedeone trecenti uiri in tribus partibus circa exercitum hostium confregerunt lagenas, & sic subito apparuit lumen inclusum, & cæperunt clamare, Gladius Domini & Gedeonis, & buccinare, et sic ex terribili sonitu confractionis lagenarū & clamoris hoīum & sonitu tubarum & subita apparitione luminis, fuit territus exercitus hostium & ita turbatus, q unus interficiebat alium credens percutere aduersarium, & sic fuerunt aduersarii debellati, & ex prædictis patet litera paucis exceptis quæ discurrent.*

5 Ac lampa. *i. faculas ardentes uel torticeæ, uel aliqua huiusmodi quæ non possent de facili extingui.*

Incipienti-

tyrum corpora miraculis coruscare conspiciunt, luce veritatis fracti quod impugnabant crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, vt lagenæ frangerentur, lagenæ fractæ sunt, vt lampades apparerent. Apparuerunt lampades vt hostes in fugam verterentur, id est, prædicauerunt martyres, donec eorum corpora soluerentur, quæ soluta sunt vt miraculis coruscarent. Coruscauerunt, vt hostes ex diuina luce prosternerent, ne erecti Deo resisterét, sed eum subditi formidarét. Et notandum, quod steterût hostes ante lagenas, fugerunt ante lampades, quia persecutores fidei prædicatoribus adhuc in corpore positis restiterunt. Post solutionem verò corporum apparentibus miraculis in fugã versi sunt, quia pauore territi à persecutione fidelium cessauerunt, prædicatione scilicet turbarum fractis lagenis corporũ timuerũt visis lampadibus miraculorum. Notandum etiam, quod ibi scriptum est, quia in dextera tubas, in sinistra autem lagenas tenuerũt. pro dextro enim habere dicimur quicquid pro magno pensamus, pro sinistro vero quod pro nihilo. Bene autẽ in dextera tubas, in sinistra tenuerunt legenas, quia Christi martyres pro magno habent prædicationis gratiam, corporum verò vtilitatẽ pro nihilo vel pro minimo. Quisquis vẽro plus facit vtilitatẽ corporis quàm gratiam prædicationis, in sinistra tubam, in dextera tenet lagenam.

a ✻ *Ingressus est Gedeon, &c.* Iosephus. Comprehendit homines adhuc dormientes, erat enim nox, & hoc Deus fieri ita præceperat, suntque perempti pauci quidem ab Hebræis, plurimi à semetipsis, eò quòd linguis propriis discordarent. Nam dum fuissent in turbam redacti, vnusquisq; perimebat proximũ, dum eum crederet inimicũ, & facta est magna cædes.

Ambr.

(Margin: † extremũ. — Psal. 82. * in Sateriath. — atque Iordanem. † 33. q. 5. §.)

hoc facite. Ingrediar † partem castrorum, & quod fecero sectamini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circumitum, clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni. Ingressusque est Gedeon † & trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ: & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas: clamaueruntq;, Gladius Domini, & Gedeonis: stantes singuli in loco suo per circumitum castrorum hostium. Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes vlulantesque fugerunt. Et nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant fugientes vsque ad Bethseta & † crepidinem Abelmeula in Thebbath. † Conclamantes autem viri Israel de Nephthali, & Aser, & omni Manasse, persequebantur Madian. Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Bethbera atque Iordanem. † Clamauitque omnis Ephraim & præoccupauit aquas atque Iordanem vsque Bethbera. † Apprehensosque duos † viros Madian, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in petra Oreb: Zeb verò in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeõ trans fluenta Iordanis.

a ¶ Prædicatio.
a ¶ Opere: quia opus non debet dissentire a prædicatione.
a ¶ Aug. Quia sic habebat quod placeret Domino & Gedeoni.
a ¶ Quia pro minimo habet vtilitatem corporum, pro magno autem prædicationis gratiam.

✻ Ambr. Fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet, vt putent solam esse præliarem fortitudinem, illamque nostris defuisse. Quam fortis Iesus Naue, vt vno prælio quinque reges captos sterneret cum populis suis, Gedeon in trecentis viris, de ingenti prælio, & acerbo hoste reuexit triumphum. Ionathas adolescens virtutẽ fecit in magno prælio. Quid de Machabæis loquar? &c.

✻ Idem Quando Gedeon superaturus Madian, trecentos viros præcepit hydrias sumere & in dextris tenere tubas, ita nostri ab Apostolis acceptum seruauere maiores, q; hydriæ sint corpora nostra figurata de limo, quæ timere non norunt, si feruore gratiæ spiritalis ignescãt, & Iesu Domini passionẽ canone vocis confessione testentur.

✻ Beda. Quis vnquam cum lagenis & lampadibus ad prælium venit? Quis cõtra arma veniens arma deseruit? Ridicula nobis hæc fuerant, si terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ista didicimus, ne parua hæc q̃ acta sunt pendamus. Gedeon redẽptoris nr̃i signat aduentũ, quẽ noĩe & opere ꝓphetauit. Quid aũt per tricenariũ numerũ militũ designat nisi pfecta cognitio Trinitatis? Cum his quippe Dn̄s aduersarios fidei destruit, qui sciunt de Trinitate q̃ Deus est, perfectè sentire. Designatur in tubis clamor ꝓdicantiũ, in lãpadibus claritas miraculorũ, in lagenis fragilitas corporũ. Qui sonuerũt tubis, dum prædicant, cõfregerunt lagenas, dũ soluẽda in passione corpa sua hostilibus gladiis opponũt, resplẽduerũt lampadib. dum post solutionẽ corporis miraculis coruscauerunt. Moxque hostes in fugam versi sunt, quia dum martyrum corpora miraculis coruscare cõspiciunt, luce veritatis fracti, q̃ impugnauerunt crediderũt, & a persecutione fidelium cessauerunt.

b *Et hydrias confregiss.* Adam. Hydrias

(Margin: 1. 1. off. c. 40. — l. 1. de Spirit. S. ca. 16. — † centum. — l. quæst. Iud. c. 5. tomo 8. — † vel ad limitem. — † Congregati — † Cõgregatus. — † Principes. — Homil. 9. In lib. Iud.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Incipientibus vi. &c.* Ita q̃ illi qui vigilauerant pro custodia exercitus erant fatigati, & deponebant arma vt dormirent, & alii qui debebant eis succedere in vigilia nondum erant armati, & sic fuerunt citius stupefacti.

2 *Concla.* Hic consequenter ponitur adiutorum associatio, quia filii Israel qui non erant in prælio videntes aduersarios fugere, insecuti sunt eos (quia vulgariter dicitur, si est qui fugiat, satis inuenitur qui insequatur) & interfecerunt eos, præoccupantes loca per quæ poterant Iordanem transire, & patet litera vsque ibi.

In pe.

3 *In pe. Oreb.* Ista non est petra Oreb de qua Moyses eduxit aquam: ut habetur Exod 17. quia illa non est in terra promissionis: sed in deserto. Ista autem est in terra promissionis. Sed aliter scribuntur in Hebræo: quia illa incipit per literã he: ista autem per literã ain & nominata est ista petra Oreb quia Oreb fuit iuxta illam interfectus.

4 *Capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon tran.* id est, post Gedeon transierunt Iordanem ad persequendum aduersarios, de quo transitu habetur ca. sequenti. Et ideo illud quod dicitur hic de ista portatione capitum vltra Iordanem dicitur per anticipationem, quia gesta non semper scribuntur eodẽ ordine quo facta sunt.

MORALITER.

Quia sententia huius c. breuis est, potest hic poni breuis moralitas, Ierobaal enim qui interpretatur fortis cõtra Baal, significat Dominum nr̃m Iesum Christum ꝫ dæmonem fortissimũ. Exercitus eius est populus Christianus, in hoc exercitu multus est populus, quia *multi sunt vocati, pauci vero electi*, Matth. 20. b. Repudiantur aũt tanquam inepti ad prælium ꝫ vitia timidi, sitibundi & fatigati. i. timentes ad tremorẽ humanum, sitientes honorem mundanum, impotentes ad laborem seu obsequium diuinum. Et econtrario eligũtur apti ad hoc prælium constantes in humanis terroribus, non curantes de mundanis honorib. perseuerantes in diuinis obsequiis seu laboribus. Et isti vincũt confractione lagenarum, personatione tubarum, exclamatione vocum humanarum. Confractio lagenarum est carnis mortificatio, exclamatio vocum deuota oratio, sonitus tubarum sancta & feruens ꝓdicatio, quibus aduersarius noster diabolus debellatur.

Hydrias portant & lampades & buccinas corneas in manib. & sic veniunt ad illam innumerabilem hostiū multitudinē, in quibus erant cameli sicut arena maris. & cū venissent ad bellum, buccinis corneis insonuerūt, & dimiserunt hydrias de manibus & contritæ sunt. Tunc verò arreptis lampadib. proruunt in aduersarios, & simul buccinis concrepant. Vide quō electi milites Dei cū lampadibus pugnant. Sic. n. Christ⁹ eos armauerat, dicēs: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Et, *Sic fulgeat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra bona.* Talibus ergo lampadib. accēsis debent pugnare Christi milites luce operū refulgētes. Buccina verò canit, q de cœlestibus loquit, de spūalib. disserit, & mysteria regni cœlorū reuelat. Ille de tuba loqt, qui de magnis & maximis loquitur, qui scientiam Christi humanis auribus pandit. Cornea aūt dr̄ buccina, quia de sāctō dr̄, *Cornu eius exaltabitur in gloria.* Ideo cuiusq; buccina dicitur cornea, quia multiplicē scientiam Christi & crucis ei⁹ quæ in cornu significatur, disserit sacramēta. Hac ergo buccina militantes & pugnantes alienigenas vincimus, & hostes in fugā vertimus, et si fuerit multitudo eorum sicut locustæ. Locustis. n. comparat̄ dæmonum multitudo, quibus neq; in cœlo, neq; in terris sedes ē. Præcedebat ergo ī hoc bello operum lux, & scientię & virtutis diuini verbi prędicatio. Pugnemus & nos in hymnis & Psalmis & canticis spiritualib. concinentes, & clamātes ad Dominum, vt ab ipso victoriam cōsequi mereamur.

Luc. 12. — Matt. 5. b. — Psal. 131.

CAP. VIII.

a Dixerūtq; ad eū viri Ephraim † Quid est hoc, q facere voluisti, vt nos non vocares cū ad pugnā pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes. Quibus ille respondit: b Quid. n. tale facere potui quale vos fecistis? Non ne melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer? c In manus vestras Dn̄s tradidit principes Madian, Oreb, & Zeb. quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cum locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebat contra eum. Cumque venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eū cum trecentis viris qui secū erāt; & præ lassitudine, fugientes persequi nō poterant. Dixitque ad viros Socoth: Date obsecro panes populo qui mecum est: quia valdè defecerunt, vt possimus persequi Zebee & Salmana reges Madian. Responderunt principes Socoth, Forsitan palmę manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas, vt demus exercitui tuo panes? Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit Dominus Zebee & Sal-

CAP. VIII.

a Dixeruntque ad eum viri Ephraim, &c. ✠ Ioseph. Trib. aūt Ephrē, ex qua erat Gedeon, grauiter ferens, q cū eo minimè dimicasset, exercitū super eum festinabat inducere. Gedeon verò cum esset humilis animo, & omni virtute summus, Dicebat nō se authoritate sua, sed Deo iubēte pugnasse: & victoriā non minus eorū, quā sui laboris esse fatebat̄. His ergo sermonib. eorū mitigās irā, eos à pcipitio intestinæ seditionis eripuit. b ✠ Nōne melior est racemus, &c. ✠ Chaldæus Parap. Nonne meliores sunt debiles, q inter vos sunt, quàm fortes, qui inter nos inueniuntur? ✠ Procopius. Επιφυλλίδες parui botri sunt, qui ob paruitatē vindemiantes latent, quibus seipsum cum sua tribu modestè cōparauit. Vuæ verò tribum Ephraim, quæ strinxerit multos βοτρύων, qui secundū Symmachum tribuli sunt. c ✠ In manus vestras Dominus tradidit, &c. Iosephus. Fama victoriæ Gedeonis ad Israelitas pueniente, cūcti sūt armati sūt, psequentes hostes, & cōprehēderunt eos ī quadā valle, quā transire nō possent, & circunstantes occiderūt oēs, duosq; simul reges, Oreb, & Zeb. ✠ Hier. Videte quales sunt prīcipes Madianitarū, q reliquerūt iudiciū Dei, quosq; vicit & interfecit Gedeō Oreb, & Zeb: & Zebee, & Salmana. Quis putat in istis verbis esse mysteria Saluatoris? Legūt hoc Philosophi, & irridēt. Legūt rhetores, & putāt esse deliramēta. Sed & Iudæi nō hn̄tes claué sciē. Oreb interpretat̄ foramē, ī quo coluber ingredit̄. Zeb interpre-

D lib. 5. Antiq. cap. 10. — † Cur hoc fecisti nobis. — & propè vim inferentes. — E — Cō. in. pha. 82. — F

Dixe-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Dixeruntq;. *Hic consequenter describitur victoriæ perfectio, ubi primò ponitur occasione huius victorię contentio, secundò maliguorum derisio. ibi,* Cūq; venissent, *tertiò aduersariorum cōprehēsio, ibi,* Zebee autem & Salmana. *quartò derisorum punitio, ibi,* Reuertensq; de bello. *quintò aduersariorum comprehensorum occisio, ibi,* Dixitq; ad Zebee & Salmana. *sextò prædæ diuisio, ibi,* Dixeruntq;. *septimò sequēs transgressio, ibi.* Fecitq;. *Circa primum sciendum q Iacob patriarcha benedicens filijs Ioseph, Manasse & Ephraim, præposuit Ephraim ipsi Manasse, vt habetur Ge. 48. Propter q tribus Ephraim præponebat se tribui Manasse. Gedeon aūt erat de tribu Manasse, vt patet ex dictis supra. c. 6. & iō isti de Ephraim fuerunt indignati de hoc, q Gedeō posset de victoria præ ipsis gloriari, iō volebant contra ipsum cōtendere & pugnare secundū quod dicitur.*

1 Iurgantes. *Quod videns Gedeon maluit eis gloriam victoriæ tribuere, quam si seditio moueretur inter eos, dicens.*

2 Quid enim tale facere potui quale vos fecistis? *quasi dicat, vobis est attribuenda victoria, & non mihi. Ad quod rationem apparentem inducit dicens.*

3 Nonne melior. *Loquitur parabolicè, Racemus. n. continet pauca grana, vindemia aūt multa. Per hoc igitur significat, q paucę personæ captæ & occisæ a filiis Ephraim, erant maioris ponderis, quam multitudo victa & occisa ab exercitu qui erat cum Gedeone, quem denominat Abiezer, cuius domum uocauerat ad prælium, ut patet ex supra dictis ca. 6. ut sic ex humilitate etiam non adscribat sibi victoriam dictæ multitudinis, sed alteri. Vel potius quia ipse Gedeon erat de familia Abizer, & ideo factum illud non attribuit sibi, sed toti familiæ ab Abiezer denominatæ. Quod aūt paucæ psonæ captæ à filijs Ephraim essent maioris ponderis, assignat cum consequenter dicitur.*

4 In manus vestras do. tradi. *i. spiritus superbiæ, quia non quærebant nisi gloriam victoriæ. Ex hoc autem loco & fortè similib. accepit postea Salomon parabolam, quæ habetur prouerbiorum. 15. a.* Respōsio mollis frangit iram, sermo aūt durus suscitat furorem.

5 Cumq; venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cū trecentis viris qui secum. *Hic consequenter describitur Gedeonis iniusta derisio. quia cum peteret refectionem ab illis qui erant de populo Israel, ut posset persequi aduersarios fugientes, non solum non dederunt, sed et derisoriè responderunt. & patet litera paucis exceptis.*

6 Dixitq; ad viros Socoth. *Socoth non est hic nomen mansionis filiorum Israel in exitu eorū de Aegypto, quia locus ille est in Aegypto, ut habetur Num. 33. sed est locus ubi Iacob recedēs ab Esau post confœderationem fixit tabernaculum, & appellauit nomen illius loci Socoth, ut habetur Gen. 33. & erat locus ille prope Iordanem.*

7 Da. obse. pa. *Confidenter petebat ab eis, quia erant de filiis Israel.*

8 Responderunt principes Socoth. *negatiuè. et derisoriè.*

9 For. pal. ma. *i. iam tenes eos captos. et ideo meritò Gedeon rn̄dit.*

1 Conteram

MORALITER.

5 *Cumq; uenisset Gede. ad Iord. transiuit, etc.* Per Gedeonem, qui debellatis hostib. in cāpo persecutus est eos fugientes vsque ad locū in quo credebāt se esse securos, put in textu dr̄, Dominus Iesus Christus significatur: qui post eiectionem dæmonū de corporib. obsessis in mūdo: intm̄ q simul eiecit legionē, q facit sex milia sexcenta sexaginta sex, vt hr̄ Mar. 5. postea trāsiuit ad eorū locū. s. infernū ad ipsos depredandū. Per viros Socoth qui Gedeoni exprobrauerūt, pn̄t intelligi vulgares Iudæorum, quia Socoth interpretatur tabernacula, & ideo viri Socoth idem est q uiri tabernaculorum. Sic aūt nominari pn̄t vulgares Iudæorū, eō q dixerūt 4. Reg. 12. d. *Quæ nobis pars in Dauid, et quæ hære. in fil. Isai. Reuertere in tabern. tua Israel.* Ipsi verò exprobrauerūt Christo p Gedeonē significato. Mat. 27. e. *Prætereuntes aūt blasphe. eū, mouentes capita sua et dicentes, Vah qui destruis temp. Dei, etc.* Per viros Phanuel itelligūtur scribæ & sacerdotes. Phanuel. n. interpretatur facies Dei, & sm̄ Greg. super Ezec. facies ad notitiam pertinet. Ipsi uero notitiā Dei p legē & prophetas habuerūt, & ipsi siḿiter exprobrauerūt Christo dicentes: *Alios sal. fe. seip. sal. nō po. etc.* vbi supra. Sed sicut Gedeon exprobratus trāsiens hostes debellauit; Sic Saluator noster post opprobria in cruce sibi illata, per mortem suam ad infernum descendit, & ibidem dęmones simpliciter confudit. Et sicut Gedeon habita victoria de Madian, destruxit viros Socoth & Phanuel; Sic Saluator nr̄ post triumphum de dæmonibus, & ascensionem ad cęlos, populum Iudęorum & sacerdotes destruxit p Romanos, & templū per turrem Phanuel significatū cōcremauit.

interpretatur lupus. Videte noīa principiū aduersariorum Chri: Zebee, hostia, hoc est, quos lup⁹ suffocauerit. Et Salmana, perfecti in malitia. Videte ergo nominum sacramenta.

a *Conter. car. vest. &c.* ✱ Chal. Paraph. Nuda illorum corpora proiecit in spinas: & calcauit ea pedibus suis.

Aug. Quæritur quid sit Ephod vel Ephot. Quod quidē si sacerdotale est indumentū q. plerique dīr vel potius super indumentum q. Græcè ἐπενδύτης dr: vel ἐπωμὶς q. magis superhumerale interpretari potest. meritò mouet quō de tanto auro Gedeon id fecerit, quia scriptū est: *Et factum est pondus inauriū aure arū quas petierat sicli mille septingenti auri: præter brachialia et torques et operimenta purpurea quæ erant super reges Madiā præter torques q̄ erant in camelorum ceruicibus et fecit illud Gedeō in Ephod, et statuit illud in ciuitate sua: et fornicatus est omnis Israel post illud etc.* Quomodo ergo ista vestis d̄ tanto auro fieri potuit? nā & mater Samuel fecit illi Ephod bath qd̄ quidā interpretati sūt Ephod lineum qn cū d̄dit dño in tēplo nutriēdū. Vbi euidentius appet hoc genus eē indumēti. An iō dictū est: *statuit illud ī ciuitate sua:* vt hinc intelligeretur aureū fuisse factum, Non enim dictū est posuit, sed *statuit*, quia ita erat solidū, vt statui posset, id est positum staret. hoc ergo illicitum cū fecisset Gedeō: *fornicatus est post illud omnis Israel:* id est sequendo istud ɔ̄ legem Dei. Vnde non frustra quæritur: cum idolum nō fuerit, i. cuiusquā falsi Dei simulacrū: sed Ephod, i. vnū d̄ sacris tabernaculi: q. ad vestē sacerdotalē ptineret: quō scriptura dicat fornicationem

a mana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque [1] deserti. Et inde conscendens venit in Phanuel, locutusque est ad viros [2] loci illius similia. Cui & illi responderunt, sicut responderant viri Socoth. Dixit itaque eis: Cum reuersus fuero victor in pace destruam turrim hanc. Zebee autem & Salmana requiescebant * cum omni exercitu [3] suo. Quindecim enim milia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorum, cæsis centum viginti milibus bellatorum, & educentium gladium. Ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partem Nobe & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur: fugeruntque Zebee & Salmana: quos persequens Gedeon, comprehendit turbato omni exercitu eorum: Reuersusque de bello † ante solis ortum, apprehendit [4] [5] puerum de viris Socoth: interrogauitque eum nomina principū [6] & seniorum Socoth: & descripsit septuaginta septem viros. Venitque ad Socoth, & dixit eis, En Zebee & Salmana super quib. exprobrastis mihi [7] dicentes: Forsitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcircò postulas, vt demus viris qui lassi sunt, & defecerunt, panes. Tulit ergo [8] seniores ciuitatis & spinas deserti, ac tribulos, & contriuit cum eis atque comminuit viros Socoth. Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus [9] ciuitatis. Dixitque ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri [10] quos occidistis in Thabor? Qui responderunt, Similes tui, & vnus ex eis [11] quasi filius regis Quibus ille respondit, Fratres mei fuerunt, filij matris [12] meæ. Viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. Dixitq; * Iether primogenito suo: Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: [13] Timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntque Zebee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos, quia iuxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana, & tulit ornamenta ac [14] bullas, quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait; Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus. Dixitque ad eos; Vnam petitionem postulo a vobis. Date mihi inaures ex præda vestra Inaures enim aureas Ismaelitæ hebere consueuerant. Qui responderunt, Libentissimè dabimus. Expandentesque super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda, & fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque † ornamentis & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti b erant; & præter torques aureas camelorum. Fecitque ex eo Gedeon [15]

✱ R. Da. Kimh. fecit Gedeon impios illos cognoscere iniquitatē, suā, pūctio nib. spinarum.

b ✱ *Fecitq;*. Theod. Cōtra legē erat q. factum fuit. Nā solis sacerdotibus Ephod vtilicebat p illos.n.reuelabat qd facto opus eēt. Gedeonis tn̄ intentio minimè vergebat ad impietatē, sed cum esset princeps, & dux exercit⁹ volebat cognoscere p Ephod quid agere deberet. Ephod aūt interpretor superhumerale, cui cepulabatur rōnale: p illudq; iudicabatur, quis in bello victor futurus esset, quod clarius cognoscitur ex regū historia, Saul ait, Reduc Ephod, &c.

✱ Ioseph. Qd̄ est mirabile dicam. Per duodecim lapides, quos s. pectus Pontifex in Ephod ac rationali sutos portabat, victoriā pugnaturis De⁹ prēnunciabat. Tantus.n. splēdor fulgebat, i eis, cum nondum exercitus moueretur, vt oī fieret multitudini manifestum; eorum auxiliis adesse Deū. Cessauit autem splendescere annis ducentis antequam hæc ego cōscriberem, cum Deus molestè ferret transgressiones legum.

Quæst. 16. in Iud.

* ipse.

L. 3. antiq. c. 12.

† lunulis.

Quæst. 41. in lib. Iud.

* In Carcar.

† de super existente sole, vel à solis ortu.

1. Reg. 2. d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Conteram carnes. *in pœnam debitam huius iniuriæ.*

2 Et inde. *locus est vbi Iacob luctatus fuit cum angelo; & ideo vocauit nomen loci illius Phanuel, vt habetur Gen. 32. et viri Phanuel responderunt derisoriè sicut et praecedentes.* 3 Zabee au. *Hic consequenter describitur comprehensio aduersariorum qui remanserunt. Et patet litera vsq; ibi.* 4 Qui securi. *quia erant vltra Iordanem, nec credebant q. Gedeon transiret Iordanem ad persequendum eos: et quia repente venit super eos, fuerunt de facili capti et debellati.* 5 Reuertensque. *Hic consequenter describitur derisorum supradictorum punitio, cum dicitur:* Reuertensq; de bello ante solis. *In Hebr. habetur de milemaaleb, id est, de altitudine solis, idest, ante occasum solis, sole adhuc existente in alto. Vt exponunt Hebræi.* 6 Interrogauitque eum no. &c. *Tum quia volebat parcere multitudini populi, eo quod erant de filiis Israel: tū quia soli principes erat in culpa: vt patet p prædicta.* 7 En Zeb. *Ad hoc.n. reseruauerat eos viuos ut ostenderet viris Socoth victoriam à Deo sibi datam.* 8 Tulit ergo. *quia traxit per spinas et tribulos, vel quia combussit eos igne facto de spinis secundum alios.* 9 Dixitq;. *Hic consequenter describitur, aduersariorum comprehensorum occisio cuius causa in speciali tangitur cum quæritur:* 10 Qual. *ibi enim manebant fratres Gedenis: & ideo sollicitus fuit quærere quid fuißet ibi factum.* 11 Simil. *i. speciosus forma præ aliis.* 12 Fratr. *& ideo habuit specialem causam occidendi eos in vindictam fratrum suorum: quia propinquus occisi debebat homicidam interficere: vt habetur. Nu. 35.* 13 Dixer. *Tum quia magis uolebant habere mortem breuem per manum hominis fortis, qui poterat hominem interficere uno ictu, quam longam per manum pueri qui hoc non posset. Tum quia magis horrebant mori per manum pueri, qui in hoc non uidetur differre a muliere quam per manum hois perfecti, sicut & Abimelech letaliter uulneratus a muliere fecit se interfici per armigerum suum, ne diceretur q. a muliere interfectus esset, ut c. se.* 14 Dixe. *Hic consequenter describitur prædæ diuisio peracta .n. uictoria filii Israel obtulerunt Gedeoni q. dn̄aret super eos usq; ad tertiam gn̄ationem inclusiuè, qui renuit, eo q. dn̄s hoc dominium sibi retinuißet: sicut dictum est. sup. petijt tn̄ ut de p̄da sibi daretur inaures aureæ: quas nobiles Ismaelitarū portare cōsueuerant, q. sibi cōceßum fuit, & patet litera.* 15 Fecitq;. *Hic consequenter ponit sequēs trāsgressio, cum dicitur:* Fecitq; *id est uestem sacerdotalem quæ uocatur* ✱ super-

nem populi ista venerantis. Ideo, s. quia præter tabernaculum vbi erant ista, quę ibi fieri iusserat Deus: extra simile aliquid fieri fas non erat. Ideo factum est Gedeoni & domui eius in scandalum, i. vt ab offenso Deo discederet: quia & hoc quoddã idoli genus erat, quia extra Dei tabernaculũ quodlibet manifestum pro Deo coleretur: cum illa ipsa quæ iussa sunt in tabernaculo fieri, ad Dei potius cultum referantur, quam pro Deo aut Dei simulacro colerētur. Quanquã per Ephod ea locutione quia significat à parte totum, omnia possunt itelligi quæ constituit Gedeon in sua ciuitate veluti ad colendũ Deũ similia tabernaculo Dei. Et ideo per Ephod quia hoc est sacerdotalis insigne honoris: vt hoc sit peccatum Gedeon, quia extra Dei tabernaculum fecerit aliqd simile vbi coleretur Deus: non quia solido auro velut adorandum constituerit Ephod, sed quia ex auro illo fecerit ea quæ pertinerent ad ornamenta vel instrumenta sacrarii: quę oĩa per Ephod significata sunt. Ipsum quoq; Ephod nõ ex solo auro fieri præceptum est: si hoc est superhumerale sacerdotalis vestis: sed aliquid auri habet. Nam ex auro & hyacintho & purpura & coccino & bysso fieri iussum est. Sed quia hęc ita posuerunt LXX. vt memoratis omnibus quæ de spoliis acceperat Gedeon, inferrent: & *fecit illud Gedeon in Ephod*, vñ ex illo toto hoc factum esse cum ea locutione quæ significat à toto partem, ut ita possit intelligi: *fecit illud in Ephod*, quasi inde fecit Ephod: vel ex eo fecit Ephod: non illud totum, s. in Ephod consumens: sed ex illo quantum sufficiebat impēdens. Nã in illa interpretatione quæ ex Hebræo est, sic legitur: *Fecitq; ex eo Gedeõ Ephod*. Quod enim apud LXX. *Ephud*, hoc in Hebręo *Ephod* legitur. Nõ aũt oẽs sacerdotes tali vtebātur suphumerali quia esset ex auro, hyacintho, purpura, coccino, & bysso: sed solus summus sacerdos. Nõ erat ergo tale quod datum est Samueli a matre cum adhuc puer esset. vnde Ephod bath dr, i. lineum. Sed Gedeon existimo illud fecisse: quia erat præcipuum indumētum summi sacerdotis: per quod & cætera significata sunt opera sacrarii: quia in sua ciuitate præter Dei tabernaculum constituit: & iõ factũ est illi & domui eius in scãdalum, vt sic interiret filiorũ proles numerosa: sicut postea attestat scriptura.

Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusq; est omnis Israel in eo: & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Humiliatus est aũt Madian corã filiis Israel, nec potuerunt vltra ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. Abiit itaq; Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo sua: habuitq; septuaginta filios qui egressi sunt de femore eius, eò quia plures haberet vxores. Concubina autem illius, quã habebat in Sichem, genuit ei filiũ nomine Abimelech: Mortuusque est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt in Baalim. † Percusseruntque cum Baal fœdus, vt esset eis in Deum: nec recordati sunt Dñi Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorũ suorum omnium per circumitum, nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon, iuxta oĩa bona quæ fecerat Israel.

Aug. Intelligẽdum est per prolepsim dictum esse: quod fecerit Gedeon Ephod contra legẽ Dei ex auro quod de uictis hostib. erat ablatũ vt simul diceretur vnde erat aurũ: & qd de illo sit factũ. Factum est. n. in hoc peccatum in fine dierum Gedeon: quando consecuta sunt mala quæ annectit scriptura: postquam dixit quot annis in dieb. Gedeon terra quieuit.

✠ Iosephus. Gedeon principatum ponere volens, coactus retinuit illum annis iugiter quadraginta, populi iura disponens, & diuersis ad eius iudicia concurrentibus, quęcunque dixisset, firmissimé omnia seruabātur. Qui cum senex defunctus fuisset in Ephrem regione sepultus est.

a *Postquam.* Augu. *Et factum est cum mor. esset Gedeon, & auersi sunt fil. Is. fornicati sunt post Baalim, et posuerunt ipsi sibi Baalberith testamentum vt esset eis in Deum, &c.* Et Baalim, & Baalberith idola intelligenda sunt. Maior ergo transgressio & fornicatio est a populo post mortem Gedeõ, quam illo viuo pp Ephod Qđ etsi illicité factum erat, tñ de sacris tabernaculi erat: hęc vero idololatria: nõ hẽt falsam paternę religionis defensionem. Vnde ẽt si non in fine tpis Gedeõ Ephod factũ est, sed ante factũ: ita Deus patiēter tulit, vt pax in terra perseueraret, quia licet factũ erat quia, phibuerat: non tñ longe recessum erat ab illo qui tale aliquid in tabernaculo suo in honorẽ suum fieri iusserat. Nunc verò grauiora cõmissa, & aptam post idola fornicationem populi noluit esse impunitã.

Exod. 28.

† Posuerunt que sibi Baalberith. & infra.

L. 5. anti. c. 8.

Quæst. 41. in lib. Iudic.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *superhumerale: vt habetur Ex. 28. Sciendum tñ quia istud vestimentum non est solum de auro, sed ẽt de lino & serico diuersorum colorum & lapidibus pretiosis: sicut fuit ibidem. & secundum quod dicitur in scholastica historia. & Aug. idem videtur dicere, quia per istud ornamentum quod summi sacerdotis erat proprium, intelliguntur alia eius ornamenta: Iste. n. Gedeon motus quadã deuotione indiscreta, vt cõiter dicitur ab expositoribus nostris voluit habere cultũ diuinum in domo sua sicut erat in Silo: quod tamen erat illicitum, vt habetur Ios. 22.*

1 Fornicatusq; est om. &c. *Fornicatio in scriptura in tali materia accipitur pro idololatria, licet enim Gedeon vsus fuerit prædictis ad cultũ diuinum tantum: tamen filij Israel post mortem eius vsi sunt in cultu idolorum, vt dñt doctores Hebraici & Latini.* 2 Et factũ est Gedeon, & omni domui eius in ruinam. Humiliat. &c. *qa Gedeon in prædictis peccauit, vt communiter dicunt doctores, pp quod & eius domus post mortem eius ferè deleta fuit, vt habetur c. seq. Cætera patent vsq; ibi:* 3 Concubina au. il. &c. *Dicunt aliqui quia fuit vxor eius, non tñ principalis: sed adiuncta: sicut de Abraham dicitur Gen. 25. a. Filiis autem concubinarum largitus est munera. & tamen non cognouit aliquam, quæ nõ esset vxor sua.* 4 Mortuusq;. *Ex hoc videtur quia in gratia mortuus fuerit et per consequens quia à peccato prædicto pænituerit vel excusatus fuerit.* 5 Postquam. *s. a cultu Dei.* 6 Et for. *per idololatriam,* 7 Percusse, &c. *de cætero in perpetuũ.* 8 Nec fece. *quia interfecerunt filios eius: vt habetur ca. seq.*

Ad maiorem prædictorum intelligentiam vel potius studiosorum exercitationem potest quæri, vtrum Gedeon mortuus fuerit in peccato mortali: et videtur quia non, quia dicitur hic de eo, Mortuusque. *quod non consueuit dici in scriptura sacra, nisi de illis qui moriuntur in gratia secundum doctores Hebraicos et Latinos. Item ad Hebræos. 11. nominatur in catalogo sanctorum, ergo, etc. Contra, quia dictum est, quia fecit ornamenta sacerdotalia pro cultu diuino exercendo in domo sua, quod erat illicitum, prout dictum fuit* Iosue 22. *quia vt ibidem dicitur: filii Israel voluerunt bellare contra Ruben et Gad et dimidiam tribum Manasse, eò quia putabant eos fecisse altare ad sacrificia offerenda extra locum Silo etiam domino. Item iste Gedeon ut dicunt expositores communiter, in ornamẽtis prædictis offerebat sacrificia domino quod non erat licitum nisi filiis Aaron, ut habetur Nu. 3. si autem dicatur quod pænituerit, non uidetur rationabiliter dictum, quia si uere et perfectè penituisset, prædicta destruxisset. Responsio. Quæstio ista est de facto per viam naturæ nobis ignoto, & ideo nihil est hic dicendum, nisi quantum potest trahi ex scriptura vel dictis sanctorum. Dicunt igitur doctores nostri quia mortuus fuit in gratia propter rationes allegatas pro parte ista. Dicunt tamen communiter, quia peccauit mortaliter vestes sacerdotales faciendo extra locum diuini cultus, & eis vtendo, cum non esset de tribu Aaron, nec etiam Leuita, dicunt tñ quia ante mortem pœnituit. Ad illud autem quod contra hoc arguitur quia talia nõ destruxit potest dici quod pænituit circa mortem cum iam erat ita debilis quia hoc facere per se non poterat, præcepit tñ filijs suis hoc fieri: vel saltem vestes dictas ad locum diuini cultus portari, quod quia factum non fuit, non sibi imputandum est, sed magis illis qui ad idololatriã ad quã proni erant, abusi sunt, ideo domus eius ferè deleta fuit. Posset autem dici (scholasticè tamen & absq; assertione) quia Gedeon in prædictis nõ peccauerit. Licet enim illicitum esset quandiu arca fuit in Silo alibi offerre sacrificia de cõi cursu, vt dictum fuit Deut. 12. tñ speciali dispensatione diuina poterat hoc fieri. & sic Gedeon sacrificium obtulit in ciuitate sua, vt dictum est. sup. 6. c. Et forsitan non solum fuit concessum pro illa die, sed etiam pro futuro tpe, & per consequens vestes sacerdotales facere & eis uti, quia cui conceditur principale, eidem accessoriũ conceditur, vti autem dictis vestibus est propter oblationem sacrificiorum & quod annexum est eis, ergo, &c. & sic patet responsio ad rationem contra hoc factam in arguendo. Sed contra hoc dictum videtur quod in litera dicitur.* Et fact. est ipsi Ged. & do. eius in ruinam. *Potest dici quia factum est domui eius in ruinam culpæ, eo quia abusi fuerunt ad idololatriam: nec etiam in diuino cultu habebant licentiã vtendi eis sicut Gedeon. Factum est etiam domui Gedeonis in ruinam pœnæ, vt dictum est, & per consequens ipsi Gedeon, inquãtum pater quodammodo manet in filiis, secundum illud Eccl. 30. a.* Mortuus est pater eius & quasi non est mortuus, *& per consequens pater punitur in filiis inquantum manet aliqualiter in eis. & sic ruina filiorũ Gedeonis per pœnam redundat in ipsum non tñ quantum ad culpam.*

✠ CAP.

CAPVT IX.

A a Bijt au. Abime. &c. ✠ Iof. Gedeon habuit filios liberos feptuaginta, naturalẽ vero vnũ de cõcubina Dro ma noĩe Abimilech qui poft mortẽ pr̃is, pgens ad cognationem m̃ris fuæ, qm̃ iniquitatũ magnitudine videbant infignes, & cũ eis ad paterna tecta regreffus oẽs fratres occidit: fol⁹ Ioathã fugæ beneficio liberatus eft. Abimelech itaq; affũpta tyrannide, dñm fe ք ltis filiis in his q̃ vellet facere declarauit ꝗ, vehemẽter iuftitiæ prefulib. erat acerbum.

L. 5. antiq. c. 11.

✠ Bafil. Abimelech homicida ille, fpurius Gedeonis filius, qui feptuaginta germanis illius filiis occifis, & aftutum hoc ad regni cõfirmationẽ adinuentũ rat⁹, quos cædis habuerat adminiftros cõteric quidẽ; fɫ & ipfe viciffim ab illis ɔterit, & tandẽ p mulieris manũ, ac lapidis iactum perit. ✠ Theod. Ex his q̃ cõtigerunt Abimelech & Sichimitis, difcim⁹ iprobã ɔfenfionẽ interitũ afferre iprobè vtẽtib. ea, & tandẽ in diffenfionẽ definere. Si qdẽ q liberos Gedeonis ĩterfecerãt, mutuis plagis perierũt.

Homil. 22. quæ eft de humilit.

Queft. 16. in Iudic.

b Remanfitq; Io. Ifi. Filius iunior qui fugitãdo gladiũ inimici euadit, fignificat reliquias Ifrael in extremo tpe credituras, & Antichri gladiũ euafuras. hic afcẽdit ĩ verticẽ mõtis Garizim: qa nec prophetare nec perfecutionem Antichrifti poteft quilibet euadere, nifi prius in montem benedictionis. i. in fublimitatẽ fidei ac virtutũ afcenderit. hic eft enim mõs Garizim, qui a Moyfe in benedictionem deputatur.

Myfticè. In lib. Iudi. cap. 6.

Deut. 27. b.

✠ c Ierunt. Iunil. Prouerbialiter nonnunquam fonat hiftoria vt, Ierunt ligna vngere fuper fe regẽ aliquãdo fimpliciter docet, vt ẽ: Audi Ifrael, Do. De. tu. v. eft.

L. 1. de partibus diuin. leg. c. 3.

Ifi. Si hoc factũ myfticũ non effet, quid opus erat fcire Gedeõ 70. filios & multas vxores habuiffe fed & cõcubinã, de qua vnũ & malũ fufcepiffet. Gedeõ ergo Chriftũ fignificauit, vxores, nationes q̃ p fidẽ Chrifto adhæferunt. Septuaginta filij feptuagĩta linguas mundi, in quibus per fidẽ fibi dominus filios generauit. Cõcubina fynagogam ĩ nouiffimis Antichrifto crediturã. de qua dr̃, q fe dñt Iudeos effe & tñ nõ funt, fed funt fynagoga fathane, de qua ĩ nouiffimis filius neq̃, i. Antichr̃s gñandus eft filius ancillæ, f. fynagogę peccatricis, Qui. n. facit pec. fer. eft pec. hic congregatis fibi impiis ficut Abimelech regnũ ĩprobè vfurpabit, iterfectis nobilib. filiis fidelibus, f. ex diuerfis nationibus & linguis, iducet perfecutionẽ, vt omnes fanctos interficiat. ☞ Dixe-

Apoc. 2. a.

Ioan. 8. d.

CAP. IX.

a Bijt autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris fuæ, & locutus eft ad eos, & ad omnẽ cognationem domus patris, matrifque fuæ, dicẽs, Loquimini ad omnes † viros Sichem: quid vobis eft melius, vt dominentur veftri feptuaginta viri filij oẽs Ierobaal, an vt dominetur vnus vir? Simulq; confiderate, quia os veftrum & caro veftra fum. Locutiq; funt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerfos fermones iftos: & inclinauerunt cor eorum poft Abimelech, dicentes, Frater nofter eft. Dederuntque illi feptuaginta pondo argẽti de phano Baalberith. Qui

a ¶ Ifid. Sic Antichriftus multos conducet muneribus vt faueant fibi.

conduxit fibi ex eo viros inopes vagos, fecutiq; funt eum. Et venit in

a ¶ Ifid. Credentes quos Chriftus in fide genuit. ¶ b De feptuaginta linguis.

domũ patris fui in Ephra, & occidit fratres fuos filios Ierobaal feptua-

a ¶ Reliquiæ Ifrael faluæ fient.

b ginta viros fuper lapidẽ vnũ. Remanfitq; Ioathan filius Ierobaal minimus: & abfcõditus eft. Cõgregati funt autem oẽs † viri Sichẽ, & vniuerfæ familiæ | vrbis Mello: abierũtq; & cõftituerũt regẽ Abimelech iuxta quercum * quæ ftabat in Sichẽ. Quod cum nuntiatũ effet Ioathan,

a ¶ Qui deputatus eft in benedictionem.

iuit, & ftetit in vertice montis Garizim: eleuataque voce elamauit &

a ¶ Homines vagi, infructuofi, æterno incendio præparati.

c dixit: Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos Dominus: Ierunt ligna

† dominos & infrà. Ibidem.

† vel principes.

* ftatuę nõnulli vertũt quercũ proceram vt fit expofitio Hebraifmi.

† domus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Abijt au. Hæc eft pars incidentalis: in qua defcribitur ruina domus Gedeonis, de qua facta fuit mẽtio ca. præ. Circa q; primò defcribit ipfius Abimelech pmotio iniqua. fcdò maledictio digna, ibi: Qđ cũ nuntiatum effet. tertiò fequens vltio diuina. ibi: Mifitque dñs. Circa primũ defcribitur primò ambitio Abimelech, cum dr̃: Abijt. cuius mater nominatur concubina ca. præc. & ancilla in ifto, vt videbitur, per quod denotatur ꝙ inter filios Gedeonis fuit minus nobilis & minoris reputationis: & tñ anhelabat ad dñium præ aliis & regnũ. 2 Ad fra. vt p eos inclinaret alios ad votum fuũ. 3 Quid. p hoc innuebat, ꝙ oẽs alii filii Gedeonis vellent fuper populũ dñari: ꝙ erat falfum fed hoc fingebat ad habendũ intentũ. 4 Simulq;. q. d. fi promotus fuero defendã vos & promouebo. Confequenter defcribitur eius indebita promotio cũ dr̃. 5 Dede. Pondo indeclinabile eft: & fignificat põdus indeterminatũ fcđm aliquos fcđm alios idẽ eft ꝙ libra. In Hebræo aũt hr̃, feptuaginta argẽteos de phano Baalberith. nomen eft illius phani, eò ꝙ habitatores Sichem ibi pcufferunt fędus cũ Baal. Berith. n. fœdus iterpretatur. ibi aũt thefaurus cõis reponebat. 6 Qui. In Hebræo habetur, Et ceruicofos. 7 Et oc. &c. vt folus poffet dñari. vnde fequitur, 8 Congreg. funt au. &c. Mello aũt prout accipitur. 3. Reg. nomen eft cuiufdam voraginis quæ erat in Ierufalem, quam Salomon coæquauit terræ, fed hic Mello nomen eft vrbis. 9 Et conft. reg. &c. In Hebræo habetur, Iuxta vlmum ftatuæ q̃ erat in Sichem. ibi. n. erat quædam ftatua pro idololatria. & ibi conftitutus eft ifte rex cuius promotio fuit iniquiffima. 10 Quod cum nunt. Hic confequenter defcribit promoti et promouentiũ maledictio. in qua primò ponitur parabola, cum dr̃: Ierunt. & primò parabola, ponitur. & fcđò ad propofitum applicatur. ibi: Nunc igitur. Circa primũ fciendũ, ꝙ aliqui expofitores noftri dñt, ꝙ per ligna in gñali intelligit cõis populus Sichẽ, p cedros, principales q fuerunt Abimelech. Per oliua: de qua exprimit oleũ & ficũ quæ habet dulcẽ fructũ, et vitẽ quæ facit fructũ plurimũ: intelliguntur alij filii Gedeonis, qui erant pingues in diuitiis: dulces in manfuetudine: et multiplicati in prole. Per rhãnũ aũt quæ eft arbor vilis, intelligit Abimelech, q erat de ignobili matre, qui regnauit aliis occifis. et fecundum hoc patet expofitio literæ. Sed q̃ũ ad aliqd vr̃ litera obuiare, in qua dicitur. Ierunt. qa viri Sichẽ nõ ierunt ad requirendũ alios filios Gedeonis vt dominarentur eis: fed magis dederunt pecuniã ad interficiendũ eos: pp ꝙ dicunt expofitores prædicti, ꝙ fimilitudo nõ tenet in oĩbus: fed tenet q̃ũ ad hoc, ꝙ Sichimitæ tractabant inter fe dicentes, Si requireremus alios filios Gedeonis vt dñarentur nr̃i, & defenderent nos ipfi nos defpicerent propter nobilitatẽ & magnificentiã fuã; nec curarent de nobis. quafi diceret, melius eft ꝙ nos promoueamus iftũ Abimelech minus nobilẽ, & q eft ppinquus nofter ex parte matris. Hebræi vero exponũt aliter parabolã iftã q̃ũ ad oliuã, ficũ, & vitẽ, & magis literaliter, ut vr̃. dicentes ꝙ p ifta fignificãtur tres perfonæ notabiles, ĩ beneficiis exhibitis populo Ifrael. f. Gedeon, Debora, & Othoniel: qui oblatũ fibi dñium fuper filios Ifrael recufauerunt: eo ꝙ Dñs illud dñium fibi retinuerat: ut dictũ eft fup. De Gedeone aũt ꝙ recufauerit, patet in c. pc. & de aliis duobus idẽ dñt Hebræi, licet nõ fit fcriptũ, qa nõ oĩa funt fcripta. Dñt igit ꝙ p oliuam fignificat Othoniel, q fuit de tribu Iuda, ut dictũ fuit fup. c. j. Trib. aũt Iuda vocatur oliua, Hie. 11. ca. Oliuã vberẽ pulchrã, fructiferã, fpeciofam vocauit dñs nomen tuũ. Per ficũ quæ habet fructũ dulcẽ, intelligitur Debora, quæ in Hebręo fcribitur Dibora. & interpretatur apis, quæ facit mel dulce, & ficut ficus fructum dulcẽ, ita ꝙ proprietas huius arboris rñdet interpretationi nominis. Per vitem verò intelligitur Gedeon, qui erat de filis Iofeph, eo quòd Iofeph uocatus eft filius accrefcens, Gene. 49. Vitis autem ramus crefcit notabiliter in vna æftate. Secundũ hunc igitur fenfum exponitur fic litera. 11 Ierunt lig. i. filii Ifrael generaliter nõ Sichimitæ fpecialiter.

Diuifio.

MORALITER.

1 Abiit au. Abi. hic duo defcribunt̃. f. ipfius Abimelech pmotio maligna: & ei⁹ punitio digna. Circa primũ dr̃: Abiit au. Abi. vt p cognationẽ m̃ris fuę pp̃m iclinaret ad fuã pmotionẽ: cũ tñ eẽt fili⁹ ancillæ: & fic idign⁹ pmotione, p qđ fignificat̃ ꝙ idigni pmotionib. frequẽter eas pl⁹ ambiũt q̃ illi q fũt digni. Per hoc aũt ꝙ dixit: Cõfid. ꝙ ipfi fecerũt. Ex quo patet ꝙ ei⁹ pmotio ñ fuit ք p pfonę bonitatẽ, fɫ carnalitatẽ. Per iftos fignant̃ illi q rõne cognatiõis: vel pñç, vel alteri⁹ cuiufcũq; cãę q̃ ñ facit ad bonitatẽ electõis eligunt aliquẽ ad dignitatẽ ecclefiafticã ut fecularẽ: nõ hñtes refpũm ad honorẽ Dei, & cõem vtilitatẽ. 5 Dede. illi. p qđ fignificant̃ illi q nõ folũ malè eligunt, fed ẽt p tali electione p mouẽda expẽfas magnas faciũt. 7 Et oc. &c. p qđ fignat̃: ꝙ illi q malè funt promoti deprimere & anihilare bonos nitunt̃. Circa fcđm. f. punitionẽ Abimelech dignã pmittitur parabola de oliua, ficu, & vinea recufantibus fup alias arbores promoueri: & p hoc fignificantur tria gñã hoim dignitatẽ regiminis refugientiũ. Primi funt deuoti, q̃rentes in oratione & diui. obfe. occupari, a qb. retrahit cura regiminis, q̃ cãt diftractionẽ mentis: & ifti

✠ fignifican-

a *Dixeruntq;.* Isid. Ligna syluæ sũt homines infructuosi, vani, vagi, æterno incendio præparati. Super hos nec oliua, nec ficus, nec vitis regnare dignantur, quia non merentur. Oliua enim gratiam Spiritussancti & vnctionem pacis significat. Ficus vero legem: quam paterfamilias plãtauit in vinea sua: Deus scilicet, qui familiæ id est omnium credentium pater est: qui plantauit vineã, idest populum Iudæorũ: & in hac vinea ficum: idest legem: quæ primitiuum populum sicut ficus grossos, aridos, & inutiles deiecit in terrã: & postea alios fructus generauit, id est populum Christianũ: quem ad debitam euangelicæ disciplinæ maturitatem, & suauissimam pinguedinem Christi cum gloria, & honore perduxit.

Idem. Vitis autem Christus est qui dixit: *Ego sum vitis vera.* Quia ergo populus qui Antichristo seruit in reprobum sensum datur, vt credat mendacio. i. Antichristo, qui veritati. i. Christo credere noluit, a regno vitis, idest Christi: & ab oliua, i. Spiritus sancti gratia, & a ficu, i. diuinæ legis dulcedine reprobatur.

(Ibidem. Matt. 21. a. — † Honorificantur dii. — † Super & infra. — † vngitis in regem super vos. — Ioan. 15. a. — † dominos.)

b *Dixeruntq;.* Isid. Rhamnus est genus rubi, quẽ vulgo senticem vrsinam appellat, asperũ nimis & spinosum. per quod Antichristus significatur cum omni asperitate & feritate humanũ genus vastaturus. *& exiet ignis de rhamno.* i. iniquitas de Antichristo: & omnes qui in illo confidunt pariter cum illo deuorabit.

(In lib. Iudi. cap. 6.)

a ¶ Gratiæ Spiritussancti.

vt vngerent super se regem; Dixeruntque oliuæ; Impera nobis, quæ respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & † dij vtuntur & homines, & venire, ut inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborem ficum, Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusq; suauissimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear? Locutaque sunt ligna ad vitem; Veni & impera nobis. Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines; & inter cætera ligna promoueri? Dixeruntq, omnia ligna ad rhamnum, Veni, & impera super nos. Quæ respondit eis; Si verè me regem vobis † constituitis, venite, & sub vmbra mea † requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Nunc igitur si † rectè & absque peccato constituitis super vos regem Abimelech, & bene egistis cum Ierobaal & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius, qui pugnauit pro vobis, & animam suam dedit periculis vt erueret vos de manu Madian, qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem; & constituistis regem Abimelech filium ancillæ eius super habitatores Sichem, eo quod frater vester sit. Si ergo † rectè & absq; vitio egistis cum Ierobaal & domo eius hodie lætemini in Abimelech, & ille lætetur in vobis. Sin aũt peruersè, egrediatur ignis ex eo, & cõsumat † habitatores Sichẽ, & † oppidum Mello, egrediaturq; ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech Quæ cum dixisset, fugit, & abiit in Bera; Habitauitq; ibi ob metũ Abimelech fratris sui. Regnauit itaq; Abimelech sup Israel trib. annis. Misitq; domi-

¶ Legem diuinam. — a ¶ Christum, qui dixit, Ego sum vitis vera. — ¶ Antichristum vel diabolum. — ¶ Aug. Vehementioris comminationis est, & quodammodo efficaciæ præsentior. s si quis dicat, si non vis facere quod volo, fiat in te ira mea, id est, iam teneo, quasi dicat, seuiet: vt quid eam teneo, quasi dicat, seuiet; promissiuo modo pœnam futuram intentans. — a ¶ Fideles de septuaginta linguis. — a ¶ Peccatricis synagogæ. — a ¶ Filius perditionis, sicut & vos. — a ¶ Christo. b ¶ Fidelibus. — ¶ Iniquitatis. — a ¶ Ipsum Antichristum, qui & se & alios perdet. — a ¶ Isid. In persecutione Antichristi non euadit nisi qui fugit: & in montem benedictionis ascendit. Hic est mons, quem circundant sancti, quem Moyses in Deuteronomio benedictionibus deputauit.

c *Misitqu.* Aug. *Et misit Deus spiritum malignum inter Abimelech & viros Sichimorum.* Hoc verbum vtrum imperantem, an permittentem Deũ significet non facilè definiri potest. Quod.n. hic positum est *emisit*: Grecus hẽt ἐξαπέστειλεν quod ẽ etiam in Psa. vbi legitur. *Emitte lucem tuam.* quamuis in quibusdã locis interpretes nostri vbi est ἐξαπέστειλεν misit. interpretati sũt, non emisit. potest ergo & sic intelligi: vt spiritũ malignum Deus tanquam volentem ire iter eos emiserit. i. potestatem dederit maligno spiritui pacem eorum perturbandi. Vsque adeò autẽ etiã mitti a domino malignũ spiritum propter iustitiã vindicandi absurdum non est, vt quidam ἐξαπέστειλεν etiam immisit interpretati sunt. *Sur.*

(Quæst. 45. in lib. Iud. — † sperate. Psal. 71. a. — † in veritate & simplicitate. — † in veritate & simplicitate. — † modum.)

b *Dixe-*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixeruntq;. *idest Othoniel ratione prædicta.*
2 Nũquid possum. de. pin. meã. qua & dij vtũtur. *i. Deus in lucernis ardentib. in tabernaculo, q̃ implebãtur oleo oliuarũ purissimo.*
3 Et homines. *i. condimentis ciborum, & confectionibus medicinarum. Per hanc aũt pinguedinẽ intelligitur pietas quæ fuit in Othoniel ad subleuandũ miseriã filiorũ Israel; vt patet ex dictis suprà. 3. c.*
4 Nunquid. *id est dulcedinem consolationis diuinæ quæ fuit in Debora habente spiritum prophetiæ, ut patet ex dictis supra, 4. ca.*
5 Nunquid poss. dese. vi. me. quod læti. &c. *De lætificatione hominum videmus experientiam, de lætificatione Dei dicit Ra. Sa. q̃ hoc dicitur eo q̃ Leuitæ in oblationibus hostiarum non cantabant cantica diuina donec offerrentur libimina quæ fiebant de vino. Potest etiam hoc exponi de sacramento Eucharistiæ: quod est Deo acceptissimum, in quo conuertitur vinum in sanguinem Christi.*
6 Dixe. *i. ab Abimelech rõne p̃dictã. & accipit hic ligna p̃ Sichimitis in sp̃ali, & alijs q̃ cũ eis cõstituerũt Abimelech regẽ vt p̃dictum est.*
7 Si au *Rhamnus secundum Isido. est dumus paruus, qui vento agitatus ex se emittit ignem. sic Abimelech agitatus* ira succendit populum Sichem, *vt habetur infrà. ideo subditur.*
8 Et de. *idest principes dicti populi.*
9 Hunc. *Hic consequenter applicatur prædicta parabola ad propositum, videlicet de imprecatione maledictionis super Abimelech regem & super populum ipsum constituentem, & patet litera ex prædictis.*
10 Misitq;. *Hic consequenter describitur diuina punitio vbi primò describitur Sichimitarum rebellio. secundo rebellantium impugnatio, ibi;* Dictumq; est. *tertiò vtrorumq; destructio ibi:* Porrò Abi. *Circa primum dicitur:* Misitq;. *idest permisit.*

*Spiritum

MORALITER.

* significantur p̃ oliuam, Psa. 51. b. *Ego aũt sicut oliua fructificans in domo domini.* Secundi sunt hoies in sacra scriptura studiosi: de qua dr̃, Eccl. 24. c. *Spiritus meus super mel dulcis & hæreditas mea super mel & fauum.* Et ideo in ea studiosi refugiũt per curam regiminis eius à dulcedine separati, & isti signantur p̃ arborẽ ficum, quę r̃ndit: *Nunquid possum deserere dulcedinem meam, &c.* Tertij sunt hoies verè humiles: qui nõ reputant se dignos promotione ad regimen aliorum. pp̃ quod hęc refugiunt quantum bono modo p̃nt. & isti signantur per vitem; quæ licet non possit se sustinere, sed ab alio fulcitur: tñ ex ea fructus optimus producitur: sic verè humilis per aliũ regi & sustentari quærit & fructum optimum facit dicens: *Nunquid possum deserere vinum meum quod lætificat Deum & homines, & inter cætera ligna, &c.* Humilitatis enim fructus est valde placẽs Deo & hominib. propter quod beata virgo Maria propter humilitatem ad concipiendum Dei filium fuit electa: sicut ipsa dicit Lucæ 1. e. *Respexit humilitatem ancillæ suæ. &c.*
6 Dixe. Per rhamnum qui est arbor parua: & primo mollis est sicut herba: postea vero spinas habet, significantur homines indigni promotione: promoueri tamen procurant multiplici fictione; & grauiter pungunt: & ignem dissensionis emittunt, quo ipsi & promotores sui destruuntur, sicut contigit Abimelech & habitatoribus Sichem, qui malè promouerant eum in regem, & vtinam aliis similibus sic contingat.

a *Sur.* **August.** *Et nunc surge nocte tu & populus tuus tecū & insidiare.* Quidā Latini habent *maturabis.* quidam verò *manicabis.* Quod verò Græcus habet non potest dici vno verbo: quod est *diluculo surges.* & fortasse dictum est maturabis a matutino tempore: quamuis etiam aliis temporibus dici soleat ad rē accelerādā. manicabis autē Latinū verbū esse mihi nō occurrit. Sed illud mouet: ꝙ cū dixisset *simul vt oritur sol.* addidit, *diluculo surges*, cum ipsum diluculum quod Græcè dicitur, ὄρθρον tēpus ante solē significet: quod iam vsitatissimè dicitur cum albescere cœperit. B sic ergo intelligendū est vt quod positum est mane ipsum diluculum intelligatur. additū **est autem**, *simul vt oritur sol*: vt exprimeretur non iā orto sole faciēdum, sed vbi fulgor apparuerit solis orientis, non enim aliūde albescit diluculum nisi cum cœperit partē cœli quā videmus ab oriente lux solis ad eam redeuntis attingere. hinc est ꝙ in euangelio vnā & eā dē rē alius euangelista dicit diluculo factam cū adhuc obscurū esset, alius oriente sole: quia & ipsa lux quantulacunque diluculi sole fit oriente. i. ad ortū veniēte: & fulgorē de præsentiæ propinquitate iactantē solis esse dignoscitur. Quā lucē quidā idiotæ solis non esse putauerunt: sed esse illā q primitus cōdita est antequā Deus quarto die cōderet solē. C

Quæst. 46. in Lib. Iudic. · *dum illius præstolarētur aduentum.* · † in quo cōfisi. · † incidentes. · † seruisse viris. · Lucę. 24. a. · Mar. 16. a.

nus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem. Qui cœperunt eum detestari, & scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobaal & effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem eorum, & in cœteros Sichimorum principes qui eū adiuuerant. Posueruntque insidias aduersum eum in summitate montium: & dum illius præstolarentur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. Nuntiatumque est Abimelech. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transiuit in Sichimam. Ad cuius † aduentum erecti habitatores Sichem egressi sunt in agros † vastantes vineas, vuasque calcantes, & factis cantantium choris, ingressi sunt phanum Dei sui, & inter epulas & pocula maledicebāt Abimelec, clamante Gaal filio Obed. Quis est iste Abimelech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? Nunquid non est filius Ierobaal: constituit principem Zebul † seruum suum super viros Emor patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? Vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. Dictū est Abimelech: Cōgrega exercitus multitudinem & veni. Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filii Obed, iratus est valdè: & misit clā ad Abimelech nuntios dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimā cum fratrib. suis: & oppugnat aduersum te ciuitatē. Surge itaque a nocte cū populo qui tecū est, & latita in agro & primo mane oriente sole, irrue super ciuitatē. Illo autē egrediente D aduersum te cum populo suo fac ei quod potueris. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias iuxta Sichimam † in quatuor locis. Egressusque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autem Abimelech exercitus cum eo de insidiarum loco. Cumque vi[16]disset popu'um * Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit: Cui ille re[17]spondit. Vmbras montium vides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis. Rursumque Gaal ait; Ecce populus de vmbilico terræ descendit, & vnus † cuneus venit per viam † quæ respicit quercū. Cui dixit Zebul; Vbi est nunc os tuum quo loquebaris; qs est Abimelech, vt seruiamus ei? Nōne hic populus est quem despiciebas. Egredere & pugna [18] contra eum. Abiit ergo Gaal spectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech, qui * persecutus est eum fugientem & ī vrbē cōpulit. Cecideruntq; ex parte eius plurimi vsq; ad portā ciuitatis; & Abimelech se[19]dit in Ruma. Zebul autem Gaal & † socios eius expulit de vrbe, nec in ea passus est cōmorari. E Sequenti ergo die egressus est populus ī cāpū, qd cum nunciatū esset Abimelech, tulit exercitū suum & dimisit in tres turmas tendens insidias in agris. Vidēsq; ꝙ egrederetur populus de ciuitate, surrexit & irruit ī eos cū cuneo suo oppugnans & obsidens ciuitatem. Duæ aūt turmę palātes ꝑ cāpū aduersarios ꝑ[20, 21]sequebant̄. Porrò Abimelech oī die illo oppugnabat vrbē, quā cepit interfectis habitatori[22]bus eius, ipsaq; destructa, ita vt sal in ea dispgeret. Quod cū audissent q habitabāt in tur[23]re Sichimorū, ingressi sunt phanū Dei sui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerāt, & ex eo locus nomē acceperat, qui erat munitus valde. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorū pariter cōglobatos, ascēdit ī mōtē Selmon cum oī populo suo, & arrepta securi præcidit arboris ramum, impositūque ferens humero dixit ad socios, † quod me videtis facere cito facite. Igit̄ certatim ramos de arboribus F

† quatuor duces. · * ipse. · *& hoc errore deciperis.* · † quercus me honorum. · * Abimelech. · *& in vrbem compulit.* · † fratres. · *nec in ea passus est commorari.* · † supra 7. e.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Spiritū. *i. contentionem seu discordiam excitari per spiritū malignū.* 2 Inter. *vt suis iniquitatibus exigentibus destruerentur adinuicem. & patet litera vsq; ibi:* 3 Agen. *maximè de illis, qui fauebant Abimelech.* 4 Venit. *in auxilium Sichimitarum, ambiens super eos dominium, vt patet sequentibus.* 5 Ad cu. *i. audaciores effecti propter eius præsentiam.* 6 Egres. *qui pertinebant ad Abimelech & fautores eius in contemptum ipsius.* 7 Clamante. *vt sibi populum attraheret & contra Abimelech excitaret.* 8 Quis. *q. d. nullius est mome ti.* 9 Et qui. *q. d. ita nobilis ciuitas est antiqua, ꝙ non debet seruire ei.* 10 Nunquid. *i. hominis qui non habet hic ius dominandi.* 11 Et con. *i. præpositum vel præfectum, prout in Hebræo habetur.* 12 Zebul. *Et sic fecit magnum contemptum.* 13 Super. *i. super viros tam antiquæ nobilitatis, ꝙ Emor, qui fuit à tēpore Abrahā potens & nobilis, fuit pater & dominus illius ciuitatis.*

14 Vtinam. *ex quo patet ꝙ volebat dominari ibi.* 15 Dictumq;. *Hic consequenter describitur ipsorum rebellantium impugnatio ad instinctum ipsius Zebul præpositi sui, nuntiantis sibi in secreto verba quæ audierat ab ipso Gaal et cautè dissimulauerat. Et patet litera vsque ibi.* 16 Dixit. *qui simulabat se esse cum Gaal quousq; Abimelech repente veniret super eum & socios eius interficeret, propter qd nitebatur eum decipere, dicens.* 17 Vmbra modo. *sequitur.* Ecce po. *i. de cacumine montis quod dicitur vmbilicus terræ, quia supereminet alijs partibus ventris. Sequitur.* 18 Abiit ergo. *qui non exiit ciuitatem cum Gaal ad pugnandum, sed expectabat interius belli euentum.* 19 Zebul autem. *quia debellati iam fuerant in campo: & pp hoc populus ciuitatis parum curabat de eis. Cætera patent vsq; ibi.* 20 Palantes. *i. manifestè discurrentes. & inde dr̄. paleter Gallicè.* 21 Porro Abim. *Hic consequenter describitur virorumq; punitio, scilicet, Abimelech & eorum qui promouerunt eum ad regnum, quia interfecit eos, & finaliter interfectus est ab eis. Primò ergo describitur destructio vrbis Sichem, cum dicitur.* 22 Quam ce. inter. *Sal enim reddit terram sterilem & ideo quando aliquis destruebat funditus aliquam ciuitatem spargebat ibi salem in signum perfectæ victoriæ. Secūdò describitur destructio fortalitij, cum dicitur.* 23 Quod cum au. *Et patet litera vsque ibi.*

1 Abime-

A ribus præcedentes ſequebantur ducem. Qui circumdantes præſidium ſuccenderunt. Atque ita factum eſt, vt fumo & igne mille ferè hominum necarentur, viri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem. Abimelech autem inde proficiſcens [1] venit ad oppidum Thebes, quod circundans obſidebat exercitu. Erat autem turris excelſa in media ciuitate, ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clauſa firmiſſime ianua, & ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula. Accedenſque Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter: & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur. † Et [2] ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens, illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. † Qui vocauit citò armigerum ſuum, & [3] ait ad eum: Euagina gladium tuum & percute me, ne fortè dicatur, quòd a fœmina interfectus ſim. Qui iuſſa perficiens, interfecit eum. Illo quoque mortuo, omnes qui cum eo erant [4] de Iſrael, reuerſi ſunt in ſedes ſuas, & reddidit Deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem ſuum, interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. Sichimitis quoque quod operati erant retributum eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioatham filij Ierobaal.

D

fumo. — propugnacula. — † 1.Reg.11.c. — † 1.Reg.31.b. 1.Par.10.a.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Abimelech autem inde. *ad obſidendum eum. Sciendum autem* ꝙ *alia eſt ciuitas i Aegypto quæ ſimiliter vocatur Thebes de qua fuit legio Thebæorum: cui præfuit ſanctus Mauricius. & alia in* Iudæa *nomine Thesba, de qua fuit Helias Thesbites: & alia eſt in Græcia, quæ dicitur Thebe: a qua dicuntur Thebani, & in hac obſidione Abimelech interfectus eſt, vnde ſequitur.*

2 Et ecce. *In Hebræo habetur:* ceruicem eius, *Si enim confregiſſet cerebrum ſtatim fuiſſet mortuus vt videtur.* ꝙ *tñ non fuit, imò præcepit poſtet armigero ſuo,* ꝙ *interficeret eum. vnde ſubditur.*

3 Et percute. *Plus enim formidauit opprobrium etiam poſt mortẽ quam animæ damnationem. non enim licitum eſt alicui ſic accelerare mortem ſuam.*

4 Et reddi. *Hæc eſt concluſio huius capituli, oſtendens qualiter malum Abimelech & promouentium ipſum reuerſum eſt in caput eorum ſecundum maledictionem* Ioathan *filii Gedeonis.*

CAP.

CAP. X.

B a Poſt Abimelech. Augu. Quomodo fuit patruus Abimelech vir de tribu Iſſachar, cum Abimelech patrem habuerit Gedeon de tribu Manaſſe? Quomodo ergo Phua & Gedeõ fratres fuerũt, vt poſſet eſſe Phua patru9 Abimelech, cuius filius Thola ipſi Abimelech ſucccederet? Potuerunt ergo Gedeon & Phua vnam habere matrem, ex qua diuerſis partib. naſcerentur, & fratres eſſent vnius matris filij, non vnius patris. ſolebant enim nubere fœminæ de aliis tribub. in alias. Vñ Saul cũ eẽt de tribu Beniamin dedit filiã ſuã Dauid hoi đ tribu Iuda & ſacerdos đ tribu Leui duxit filiã Iorã regis hoĩs đ tribu Iuda. Hĩc Elizabeth & Maria cognatæ i euãgelio legunt: cũ fuerit Elizabeth de filiab. Aaron. Ex quo intelligitur de tribu Leui aliq̃ nupſiſſe in tribu Iuda: vñ fieret inter ambas illa cognatio: ut dñi caro non ſolum de regia, ſed etiam de ſacerdotali ſtirpe propagaretur.

Quæſt. 47. in lib. Iudic. — † vt liberaret Ieruſalem. — 1.Reg.18.g. — 1.Reg.18.d. 2.Par.22.d. — C — Lucæ.1.d. — E

CAP. X.

Poſt Amimelech ſurrexit † dux in Iſrael Thola [1] filius Phua † patrui Abimelech, vir de Iſſachar, [2] qui habitauit in Samir † montis Ephraim, & iudicauit [a] Iſrael viginti & tribus annis: mortuiſque eſt ac ſepultus in Samir. Huic ſucceſſit Iair Galaaditës, [3] qui iudicauit Iſrael per viginti & duos annos, habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, [4] & principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ Auoth Iair, id eſt, oppida Iair, vſque in præſentem diem in terra Galaad. Mortuuſque eſt Iair ac ſepultus in loco cui eſt vocabulum Chamõ.

† filii Dodo. — † In monte.

a ✣ *Huic ſucceſſit Iair.* Ioſephus. Iſraelitarum principatum præcepit Iaer Galaadinus, ex tribu Manaſſe vir, & in aliis felix, & filios bonos habens triginta numero, & in equitatu præclaros & principatum ciuitatum Galaadinarũ habentes.

L.5.antiq.c.12.

✣ Seder Olam. Poſt Tholã ſurrexit Iair Galaaditesvigĩti duobus annis, extra he annum vnum, qui vtrique fuit communis.

Septuaginta. fuerunt Iair triginta & duo filii, conſcendẽtes ſuper triginta & duos pullos.

F

Filii au-

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT X.

Poſt Abimelech. *Hic deſcribitur quinta tribulatio filiorum Iſrael à qua liberati fuerunt per Iephte. Et primò ponitur pondus tribulationis, ſecundò modus liberationis, c.11. tertiò impetus ſeditionis. 12.c. Prima in duas, quia primò deſcribitur tempus pacis, ſecundò tribulationis, ibi.* Fil. au. Iſr. *vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Tempus autem pacis deſcribitur ſub duobus iudicibus ſucceſſiuè præſidentibus. Tempus autẽ ſecundi ponitur ibi.* Huic ſucceſſit Iair. *De primo dicitur.*

1 Poſt Abimelech. *Non dicit rex, ſicut de Abimelech, qui iniquè vſurpauit ſibi nomen regium. Iſte autem rediit ad modum priſtinum quo iudices præerant, ſcilicet per modum directionis & conſilij magis quam per modum dominii.*

2 Thola. *Patruus eſt frater patris, & ideo ſecundum iſtam tranſlationem Phua fuit frater Gedeonis. Sed ſequens litera videtur repugnare, cum dicitur,* Vir de Iſſachar. *Gedeon autem fuit de tribu Manaſſe, vt dictum eſt ſupra. 6. ca. tribus autem erant incommiſtæ. Ad quod poteſt dici* ꝙ *incommiſtio tribuum fuit ſub præcepto, ne commiſcerentur ſortes hæreditatum, vt dictum fuit Num. 35. ideò mulieres quæ nõ habebant hæreditatem, poterant nubere cum viris alterius tribus, vt dictum fuit ibidem: quia ex hoc non ſequebatur commiſtio ſortium. Mater autem Gedeonis ſecundum iſta fuit huius conditionis: ſic ſucceſſiuè cõtraxit vni viro de tribu Manaſſe: & alteri de Iſſachar. Sciẽdum tamen* ꝙ *vbi trãſlatio noſtra habet* Phua patrui Abimelech: *in Hebræo habetur* filii Dodo. *& ſecundum Hebræos eſt hoc nomen proprium patris ipſius Thua. & ſecundum hoc non oportet dicere* ꝙ *Phua & Gedeon fuerunt fratres ex parte matris. Sciendum etiam* ꝙ *Dodo apud Hebræos eſt etiam nomen commune, & ſignificat patruum ſuum, & ſecundum hoc proceſſit tranſlatio noſtra. Sicut in Latino idẽ nomen aliquando eſt proprium & commmune, æquiuocè tamen: ſicut hoc nomen Romanus aliquando accipitur pro proprio nomine vnius hominis, aliquando pro nomine adiectiuo communi ad omnem hominem Romanum. tranſlatio autem noſtra diſcrepat hic ab Hebraica, vt patet per prædicta.*

3 Huic ſuc. *Hic deſcribitur tempus ſecundi iudicis. Et patet litera vſque ibi.*

4 Sedentes. *id eſt, mulos, ſecundum tranſlationem iſtam. In Hebræo non additur* aſinorum, *& ideo ſecundum doctores Hebraicos per pullos intelliguntur hic equi iuuenes electi.*

Filij

MORALITER.

1 *Poſt Abimelech.* In hoc capitulo mihi non occurrit aliqd exponendum myſtice quod ſit alicuius momenti: propter qđ pertranſeo.

a † Filij autem Israel † peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conspectu domini, & seruierunt idolis Baalim, Astaroth & dijs Syriæ ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon, & Philisthijm: dimiseruntque dominum & non coluerunt eum. Contra quos dominus iratus tradidit eos in manus Philisthijm & filiorum Ammon, afflictiq; sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, quæ est in Galaad, in tantum vt filij Ammon Iordane transmisso vastarent Iudam & Beniamin, & Ephraim. Afflictusque est Israel nimis. Et clamantes ad Dominum b dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus te, Dominum Deum nostrum, & seruiuimus Baalim. Quibus locutus est Dominus: Nunquid non Aegyptii & Amorrhæi, filiique Ammon & Philisthiim, Sidonii quoque & Amalec & † Chanaan oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos. Idcirco non addam vt vltra vos liberem. Ite & inuocate deos quos elegistis. Ipsi vos liberent in tempore angustiæ †. Dixeruntque filii Israel ad Dominum: peccauimus, redde tu nobis quicquid placet: tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo, qui † doluit super miseriis eorum. Itaque filii Ammon † conclamantes in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filii Israel in Maspha castrametati sunt. Dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos; Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

A ✠ a *Filii autem Israel, &c.* Iosephus, Res equidem Hebræorum ad inhonestam vitam, & iniuriam Dei legumque fere bantur. Quos Ammonitæ despicientes & Palestini, magno exercitu prouinciam deuastabant: omnémque regionem trãs Iordanem detinentes, reliqua comprimere præsumebant.

B b ✠ *Peccauimus redde tu nobis, &c.* Tertullia. Dei misericordia ipsum Israelem toties restituit, quoties iudicauit: toties refouit, quoties & increpuit.

C Theodoretus. Clamauerunt ad Deum conseruatorem seipsos accusantes quod relicto beneficio ac vero Deo, falsos coluissẽt. At posteaquã Dominus ingratum eorum increpauit animum (multiplicem prouidentiam eius sæpius experti, idolorum cultum, præposuerant) & comminatus est se nullas post hac laturum suppetias, Vbi inquam suas iniquitates cõfessi sunt, alienosque Deos abstulerunt è medio, seruientes Domino, beneficentiam eius persenserunt.

† Supra 2.b. 3.a & 6.a, & infra 13. Luc. 24. g.
L. 2. adu. Mar. ca. 17.
† & angustiis affecta est anima eius p pter laborẽ eorum.
Quæst. 17. in Iudic.
† rursum.
† Mahon.
† vestræ
† conuenientes vel congregati.

D E F

Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Filij au.* Hic consequenter describitur ttempus tribulationis. vbi primò describitur culpa cum dicitur: *Filij au.* quæ explicantur magis in particulari, cum dicitur.

2 *Et seruierunt idolis.* Et nominantur hic septem idololatriæ, vt patet in litera. Secundò ponitur debita pęna cum dicitur: *Contra quos.* Et patet: Tertiò pęnitentia cum subditur: *Peccauimus tibi.* Et sequitur.

3 *Quibus locu. &c.* scilicet per Phinees, qui adhuc viuebat: vt dicunt Hebræi. Tamen si dictum eorum est verũ, erat multum antiquus, quia a tempore quo filij Israel debellauerunt Sehon & Og & Balac vsque ad tempus Iephte, qui liberauit filios Israel de hac tribulatione, fluxerunt anni trecenti, vt habetur cap. seq. deficiunt tamen aliqui: vt dicetur. & tamẽ ex tunc Phinees iam erat homo perfectus: quia fuit ductor exercitus contra Madianitas: vt habetur Num. 31. Potest etiam dici, quod fuit per alium prophetam: quia non nominatur hic quis ille fuerit.

4 *Nunquid non.* Hic nominantur septem gentes a quibus tribulationes passi sunt filij Israel cõtra septem idololatrias supra nominatas in quibus deliquerant.

5 *Idcirco non.* Tales negationes diuini auxilij intelligendæ sunt sub conditione, s. si verè non pęniteant illi qui sunt in afflictione positi, ut patet ex sequentibus.

6 *Ite, & inuoca.* Ironicè loquitur: vt de peccatis magis doleãt & confundantur. ideo subditur.

7 *Dixeruntque filij Israel, &c.* Et quod hæc pęnitentia vera fuit, patet ex sequentibus.

8 *Omnia de finibus suis alienorum deorum ido.* & ideo prius negatum auxilium concessit dominus. Ideo subditur.

9 *Qui do. super miseriis eorum, Itaque filii Ammon, &c.* idest ad bellum mutuò se conuocantes & exhortantes contra Israel.

10 *Qui primus ex nob. &c.* Hoc dixerũt principes de Galaad, vt aliquis cum maiori diligentia esset dux in bello: quia ad victoriam consequendam multum valet diligentia ducis & constantia ipsius.

4 Nunquid CAP.

CAPVT XI.

A a F*Vit itaque.* ✠ Ioseph. Ammonitis castrametantibus in terra Galaadinorum, prouinciales occurrerunt, ammonente se gentis duce. Erat autem quidam nomine Iephte, vir virtute paterna potens ad exercitum dispensandum quẽ sub mercede poscebant. Ad hunc ergo mittentes rogabãt vt cum eis pugnaret, promittentes ei vt cuncto tempore principatum exercitus sui cõcederent.

Augu. Iephte interpretatur aperiens: qui Christum significat. Ipse enim discipulis suis aperuit sensum vt intelligerent scripturas. Hunc Iephte fratres de domo patris expulerunt tanquam legitimæ vxoris filij fornicariæ filium. hoc cõtra Christum fecerunt principes sacerdotũ Scribæ, & Pharisæi, qui de legis obseruatione gloriari videbantur tanquam legem solueret; & ideo legitimus filius nõ esset. Et quantum ad gẽtem, mater eius synagoga Iudæorum dici potest: quæ sæpe cum idolis fornicata est. Sed illi quasi B obseruatores legis videbantur legitimi: hic autem cõtra legem facere videbatur. ideo tanquam legitimi non legitimum iure sibi visi sunt eiecisse. secundum hoc enim plebs illa dicta est fornicari: quia legis præcepta non seruant & tanquam viro non exhibent fidem.

† quem pe perat ipsi. † 56. di. c. na scit. Quæst. 49. in Lib. Iud.

† Post aliquot dies.

Quæst. 49. in libr. Iud.

b *Habitauit inter.* Augu. *habitauit in terra Tob:* in terra, s. bona vel potius optima. Q̃d. n. Grecè ἀγαθὸν, hoc Latinè optimũ dr̃. Id aũt interpretat̃ Tob: vbi vr̃ intelligẽda resurrectio. Que. n. magis terra optima q̃ terrenũ corpus excellẽtia immortalitatis & incorruptionis indutũ?

C c *Congrega.* ✠ Iosephus. In prouincia Galaaditica morabatur, & omnes de longe ad se venientes, sub mercede ꝓpria retinebat. Illis vero supplicantibus atq; iurantibus omnem principatum se ei fore præbituros: tandem aliquando consensit & velociter diligentia rerum habita, in vrbe Masphat exercitu constituto, legationem misit ad regem Ammonitarum.

D Augu. Ante passionem cũ publicanis & peccatoribus manducauit dicens. *Non est opus sanis medicus sed egrotis.* In ter latrones quoque crucifixus, vnum, de cruce in paradisum transtulit. Postquã verò surrexit & cœpit esse in terra Tob, collecti sunt ad eũ scelerati homines pro remissione peccatorum. qui cum illo ambulabant: quia secundum pręcepta eius viuebant. hoc etiã quotidie fit dum confugiunt ad eum impij vt iustificentur & discant vias eius.

Quæst 49. Iud. Matt. 9. b. Ioã. 27. c.

d *In illis di.* Aug. Qui abiecerãt Christum, ad eũ rursus cõuersi in ipso receperunt salutem. Vnde in Actibus apostolorum Petro hortãte vt ad eũ conuerterent quem fuerãt ꝑsecuti: multi sunt compuncti corde ab ipso quem alienauerunt desiderãtes salutẽ. Quid est. n. liberari ab inimicis nisi a peccatis saluari? Sic. n. ait: *Agite pœnitentiam: & Baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine domini Iesu Christi, & remittẽtur vobis peccata vestra.* Vel illa potius significat vocatio Iudęorum quæ in fine speratur, q̃ videtur notari cum dicitur: *Et factum est post dies,* id est post tempus. Q. non illud intelligatur q̃ tacenti passione domini est factum, sed q̃ postea futurum. Quod vr̃ pertinere ad hoc, q̃ seniores Galaad venerũt ad Iephte: vt per ætatem senilem nouissima tẽpa significent.

E Ibidem. latrocinan. Act. 1. f.

F

CAP. XI.

a F*Vit itaque illo in tempore* 1 *Iephte Galaatides vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis,* 2 *† qui natus est de Galaad: † Habuit autẽ Galaad vxo-* 3 *rem de qua suscepit filios,*

a ¶ Aug Infirmitates, scilicet Christi prænũciauerãt, quia ita voluit, vt ab eis quæ oportebat pateretur, sicut hoc idem significans Iacob, p. æuãgelit angelo, cum quo, ideo vt idipsum portenderet luctabatur. b ¶ Christum.

qui postquam creuerant, eiecerunt Iephte, di-

a ¶ Aug. Quasi dicat, Hic homo non est à Deo, qui sabbathum non custodit, se autem legitimos filios iactantes, dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum.

centes: Hæres in domo patris nostri esse non 4 *poteris; quia de adultera matre natus es. Quos*

a ¶ Aug. Quia quantus esset abscondit, & sæuientes latuit. Si enim cognouissent, nũquam dominum gloriæ crucifixissent. Fugit, quia morientis infirmitatẽ viderunt, sed non virtutem resurgentis.

b *ille fugiens atq; deuitans habitauit in terra Tob.* 5
c *Congregatiq; sunt ad eũ viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. †* 6 *In illis*
d *diebus pugnabant filij Ammon cõtra Israel: quibus acriter instantibus, perrexerũt maiores natu*

a ¶ Aug. Abiecius vel reuelatio, quia a primo Christum abiecerunt, sed eis postea reuelabitur.

de Galaad vt tollerent in auxilium sui Iephte de terra Tob. Dixeruntque ad eum: Veni, & esto 7

a ¶ Qui interpretatur filius populi mei: vel filius mœroris. Hi sunt qui ex ipsa gente infideles permanserunt, vel in gehenna depulati sunt, vel diabolo & angelis eius.

princeps noster, & pugna contra filios Ammon

Congrega. ☞ Dixeruntq;

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XI.

1 F*Vit itaque.* Descripto pondere tribulationis, hic consequenter describitur modus liberationis: vbi primò describitur conditio ducis liberantis, secundò humiliatio ipsius deprecantis, ibi: *Et misit nuntios.* tertiò prostratio aduersarij rebellãtis, ibi, *Factus est ergo.* Circa primum describitur ipsius Iephte eiectio, secundo ipsius in principem electio ibi: *In illis diebus.* Circa primum dicitur.

Fuit ita. &c. Galaad autem aliquando accipitur pro nomine vnius terræ: aliquando pro nomine vnius ciuitatis in illa terra, & aliquando pro nomine vnius hominis, & omnibus istis modis Iephte dicitur Galaadites: quia fuit natus de terra Galaad: & pater eius vocatus est Galaad: vt statim subditur in hoc. c. Et ciuitas sua vocata est Galaad, vt hr̃ infra. c. 12.

2 *Filius mulieris meretricis qui.* Hebræi dicunt: Filius mulieris hospitatricis, quia zonah nomen Hebraicum hic positũ est æquiuocum ad meretricem & hospitatricem: vt dictũ fuit Iosue 2. de Raab. & forsitan vtraque significatio isti mulieri conuenit.

3 *Habuit autem, &c.* pater Iephte: vxorem aliam & veram.

4 *Hæres in do. pa. no. esse non poteris. quia de adulte. ma. na.* In Hebræo habetur & in libris correctis. Quia de altera matre natus es.

5 *Congregatique sunt.* In Hebræo non habetur hoc: *Et latrocinantes.* Credibile enim est quod agebant prædas de aduersariis filiorum Israel tantum: sicut Dauid & viri eius faciebãt: vt habetur primi Regum vigesimoseptimo.

6 *In illis diebus.* Hic consequenter Iephte in principem terrę Galaad eligitur. vnde subditur:

7 *Dixeruntque ad eum. Veni & esto princeps nost.* dum tamen tu sis dux belli nostri.

✠ Quibus

MORALITER.

1 *Fuit itaq; illo in temp.* In hoc. c. litera nostra discrepat in pluribus ab Hebraica. Primò in hoc quod dicitur:

2 *Filius mulie.* Hebræi dicunt: *Filius mulieris hospitatricis.* Secũdò in hoc quod dicitur: *De adultera matre generatus es.* Hebręi & libri nostri correcti habent: *De altera matre natus es.* Tertiò in hoc quod dicitur.

5 *Congregatique sunt ad eum viri inopes & latrocinantes,* Hebræi non habent *latrocinantes:* sed tantum *inopes.* Ego autem intendo capitulũ istud exponere mysticè ſm literã Hebraicam, quã reputo veriorẽ. Igitur per Iephte, qui dr̃ vir fortissimus allegoricè põt intelligi dñs noster Iesus Christus, qui tantæ fortitudinis est, q̃ portat omnia verbo virtutis suæ. vt dr Heb. 1. a. & bene dr̃ filius mulieris hospitatricis, i. virginis Mariæ: quæ ex plenitudine suæ pietatis recipit omnes ad eã debitè recurrentes in hospitiũ suæ misericordiæ. Bern. Maria oĩbus oĩa facta est: sapientibus & insipientibus debitricem se facit, omnibus sinum misericordiæ aperuit: vt de eius plenitudine acciperent vniuersi. Quæ bene dicitur altera mater, i. alterius condõnis quàm ceteræ matres, nam ipsa sola mr̃ & virgo. Hunc aũt Iephte scilicet Iesum Christum reprobauerunt fratres sui, s. Iudæi, quorũ erat frater secundum carnẽ, & ipse fugit ab eis in persecutione Herodis, Matt. 2. & in persecutione ciuiũ suorum qui voluerunt eũ præcipitare de supercilio montis, super quem fundata erat ciuitas eorũ. vt habetur. Lucę 4. *Et congregati sunt ad eum viri inopes.* idest, apostoli & alii discipuli propter ipsum omnia relinquentes.

6 *Perrexerunt maiores, &c.* Per istos maiores possunt intelligi Iudæorum doctores, quorum aliqui recurrerũt ad eius auxiliũ ante passionẽ suã credẽtes in eũ, vt Nathanael. Io 1. & Nicodemus q̃ erat magister in Israel. Io. 3. & plures alij quorũ noĩa non exprimunt in euangelio de quibus dicitur Io. 12. f. *De principibus aũt multi crediderunt in eum, &c.* Et loquitur euãgelista de tempore ante Christi passionem, vt patet intueri.

✠ Reuer-

Quibus ille respondit. † Nonne uos estis qui odistis me & eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me † necessitate compulsi?

¶ Elegans responsio prophetiam euidentius exprimit. a' ¶ Opinione uestra. ¶ Dauid.

Dixeruntque principes Galaad ad Iephte. Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, ut proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad. Iephte quoque dixit eis. Si vere venistis ad me vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos dominus in manus meas, ego ero vester princeps? Qui responderunt ei. Dominus qui hæc audit ipse mediator ac testis est, quod nostra promissa faciemus. Abiit itaque Iephte cum principalibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutusque est Iephte omnes sermones suos coram domino in Maspha. Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon qui ex persona sua dicerent. Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam? Quibus ille respondit. Quia tulit Israel terram meam quando ascendit de Aegypto, a finibus Arnon vsque leboc atque Iordanem. Nunc ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammon. Hæc dicit Iephte. Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorum Ammon, sed quando de Aegypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem vsque ad mare rubrum, & venit in Cades, misitque nuntios ad regem Edom, dicens. Dimitte vt transeam per terram tuam. qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades, & circumiuit ex latere terram Edom, & terram Moab. Venitque ad Orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon, nec voluit intrare terminos Moab, Arnon quippe confinium est terræ Moab. Misit itaque Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei. Dimitte vt transeam per ter-

a ¶ Quasi dicat, Tunc uenimus ad te ut persequeremur, modo uenimus ut sequamur.
a ¶ Quia ipse est caput corporis ecclesiæ.
a ¶ Iudicem s. non regem.
a ¶ Aug. Mittit nuntios pacis, sicut Apostolus in quo Christus loquebatur, ait. Si fieri potest quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.
a ¶ Aug. Admonet nos doctrina Christi quemadmodum sit ambulandum. i. uiuendum inter eos, qui non secundum propositum uocati sunt sancti. Nouit enim dominus qui sunt eius.

A a *Dixeruntq; princi.* Aug. Tale quid figuratũ est in Ioseph, quem fratres uendentes abiecerunt: & cũ fame tribularent̃ ad eius opem misericordiamq; conuersi sunt. hic uero amplius elucet significatio futurorum, quia nõ ipsi prorsus fratres qui eiecerunt Iephte ad eũ venerũt, sed Galaad seniores pro toto populo supplicantes. sicut eadem gẽs dicitur Israel, siue in eis qui tũc fuerunt, Christumque reprobauerunt, siue in eis qui postea ad eius opẽ reuersi sunt, populo enim dicitur inimico, siue in maioribus, siue in posteris suis longa odia trahenti, tandemque conuerso in eis qui tunc sunt cõuertendi, B *Nonne vos odio habuistis me, & eiecistis de domo patris, mei?* Putauerunt enim se eiecisse Christum de domo Dauid, in qua regni eius non erit finis.
b *Et pugnes.* August. Quod contra filios Ammon dux quęritur Iephte quibus victis liberentur, qui, eo duce bellare cupiebant, quia Ammon interpretatur filius, populi mei, vel populus mœroris, aut illi C significantur inimici qui ex ipsa gente in infidelitate pmanserunt, aut oẽs gehennæ prædestinati: *vbi erit fletus & stridor dentium*: tanquã populo mœroris. Quãquam populus mœroris diabolus & angeli eius cõuenienter intelliguntur, uel quia æternam miseriam eis quos decipiunt acquirunt vel quia ipsi æternę miserię deputati sunt.
c *Ego ero vester.* Aug. id est, rex quem nondum habebat gens illa tempore iudicum. Cœperunt aũt habere Saulem regem, & postea successores eius. Nam in Deuteron. cum eis præcipitur, qualẽ dẽant hẽre regẽ si hoc eis placuerit, nõ ibi rex, sed princeps nominatur, sed Iephte illũ signi ficabat qui verus est rex.
E Aug. Rex. s. sicut in titulo crucis scriptum est. postquam enim Iephte liberauit eos ab inimicis, non eis rex factus est, vt intelligeremus hæc potius ad Christum quam ad ipsum Iephte pertinere, de quo scriptura narrationẽ concludit ita. *Et iudicauit Iephte Israel sex annis & mortuus est, &c.* Iudicauit ergo Israel sicut cæteri iudices, non ibi regnauit vt F prin-

Ibidem. Gen. 37. f. † angustia: Luc. 1. d. † Gen. 26. f. Ibidem. 1. Reg. 10. a. Deut. 18. d. * ipse Israel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quibus ille respondit*, non statim credens eis, propter ea quę passus fuerat ab eis.
2 *Nonne vos estis qui odistis me.* licet supra dictum sit de fratribus suis tantum quod eiecerunt eum, tamen hic alloquitur senes illius populi generaliter, quia ad querimoniã & instinctum fratrum suorum senes qui erant iudices illius populi, eiecerant eum. Vel forte inter illos qui venerunt ad Iephte erant fratres sui, vel eorum aliqui ad quos principaliter dirēxit uerbum suum: propter quod diligentius explicant intentum suum dicentes.
3 *Ob hanc igitur causam, &c.* Qua explicata respondit Iephte:
4 *Si uere venistis ad me.* i. fideliter & absque fallacia, hoc dicit interrogando. Qui responderunt ei simpliciter affirmando etiam iuramento cum dicitur.
5 *Dominus qui hæc au.* quia nihil eum latet. *Ipse me. ac test. est.* Iurare est Deum testem inuocare, sequitur.
6 *Locutusque est Iephte, &c.* ibi enim erant cõgregati Galaaditæ coram domino, quia dominus præsens est vbique, licet ibi non esset tabernaculum, & ideo ibi replicauit Iephte pacta quæ erant inter ipsum & populum, vt negotium esset firmum & solidum.
7 *Et misit nun.* Hic consequenter ponitur supplicatio deprecantis. Ad cuius intelligentiam considerandum, quod filijs Israel petentibus transitum pacificum per terram Sehon regis Amorrhæi, non solum ipse negauit, sed eis occurrens eosdẽ etiam ad prælĩu prouocauit, pp quod dominus ipsum & terram suam in manus filiorum Israel tradidit, cuius terræ vnam partem Sehon abstulerat a filijs Moab, vt habetur Numer. 21. Rex autem iste Ammon de quo hic agitur, regnabat etiam in Moab, propter quod illam terram quam Sehon abstulerat de Moab tanquam suam repetebat, & a filijs Israel iniuste possessam dicebat, quod non erat uerum sicut fuit declaratum Numer. 21. Igitur circa hoc primo ponitur ipsius Iephte petitio humilis, secundo regis Ammon responsio rationabilis, ibi. *Quibus ille respondit*, tertio responsionis euacuatio rationabilis ibi *per quos rursum.* Circa primũ dicitur. *Et misit nuntios.* Volebat enim declarare titulum suum iustum, & ideo primo misit nuntios de pace tractanda, & in hoc se humiliauit, dicens.
8 *Quid mi.* Quasi diceret non habeo voluntatem bellandi tecum, nec tu habes causam contra me.
9 *Vt vasta.* i. meo regimini & defensioni commissam.
10 *Quibus.* Hic consequenter ponitur responsio irrationabilis, cum dicitur.
11 *Quia tulit.* quod erat falsum, quia Israel non abstulit a filijs Moab & Ammon aliquid de terra sua, vt habetur Num. 21. & Deuteron. 2. sed solum a Sehon & Og. & illud fuit eis licitum, vt declaratum fuit Nu. 21. & iterum hic declarabitur per uerba Iephte.
12 *Per quos.* Hic cõsequẽter ponit̃ dictę respõsionis euacuatio rõnabilis, ubi Iephte ostẽdit triplici rõne, qđ illam filij Israel iuste possidebant, secunda ponitur ibi. *Tradiditque eum.* * tertia

princeps, ſicut hi qui in regnorum voluminib. continentur.

A a Nonne ea quæ poſ. &c. Nonne quæcunque hæreditauit tibi Chamos.

* Hieronymus. Chamos idolum erat conſecratum, quod alio nomine dicitur Beelphegor.

Lib. 8. Origi num. Com. in Iſa. cap. 15.

* Iſidor. Beelphegor, interpretatur idolũ ignominiæ, idolum enim fuit Moab cognomento Baal ſuper montẽ Phegor, quem Latini Priapum vocant, Deum, B hortorum. Fuit enim de Lapſaco ciuitate Helleſponti, de qua pulſus eſt, & propter virilis membri magnitudinem in numerum Deorum ſuorum cũ Græci tranſtulerunt, & in nomine ſacrauerũt hortorum, C vñ & dicitur p̃eſſe hortis, propter eorum fecunditatem.

* Auguſtinus. Hoc quidam Latini ſic interpretati ſunt. Nõ ne quæcunque dedit tibi Chamos Deus tuus poſſidebis, &c. Vbi videtur Iephte confirmaſſe Deum qui vocatur Chamos, potuiſſe aliquid hereditatis dare cultoribus ſuis. Quidã vero ſic habent. Nonne quæcunq; poſſedit Chamos Deus tuus hæc poſſidebis? quaſi aliqd tale potuerit poſſidere. An forte ſecundum hoc dictũ eſt, q̃ ſub angelis conſtitutæ ſunt gentes iuxta canticum Moyſi? E Nunquid ille angelus ſub quo erant filij Ammon, Chamos dicitur? Quis hoc audeat adfirmare, cum poſſit intelligi ſecundum eius opinionem dictum, quia putabat Deum ſuũ poſſidere hæc, F vel in poſſeſſionem

Quæſt. 48. in lib Iud.

ram tuam vſque ad fluuium. qui & ipſe Iſrael verba deſpiciens, non dimiſit eum tranſire per terminos ſuos ſed † infinita multitudine cõgregata egreſſus eſt contra eum in Iaſa, & fortiter reſiſtebat. [1] Tradiditque eum dominus in manus Iſrael [2] cum omni exercitu ſuo, & percuſſit eum, & poſſedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, & vniuerſos fines eius, de Arnon vſque Ieboc, & de ſolitudine vſque ad Iordanem. Dominus ergo Deus Iſrael ſubuertit Amorrhæum pugnantem contra illum populo ſuo Iſrael. Et tu a nunc vis poſſidere terram eius? [3] Nonne ea quæ † poſſedit Chamos [4] Deus tuus, [5] tibi iure debentur? [6] Quæ autem dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionem. [7] Niſi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab, [8] aut docere potes quod iurgatus ſit [9] contra Iſrael & pugnauerit contra eum [10] quando habitauit in Heſebon, & viculis eius, & in Aroer & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta † Iordanem [11] per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil ſuper hac repetitione tentaſtis? [12] igitur non ego pecco in te, ſed tu contra me male agis, indicens mihi bella non iuſta. Iudicet dominus arbiter huius diei inter Iſrael, & filios Ammon. Noluitq; acquie-

† omni populo ſuo congregato.

† terminos Ammon.

† poſſidere faciet te.

NICOLAVS DE LYRA.

* tertia ibi. Niſi forte. Prima rõ accipit̃ ex hoc q̃ filij Iſrael in nullo impugnauerunt filios Ammon & Moab, ſed Sehõ eos impugnantẽ occiderũt, & per cõſequẽs quicquid poſſidebat iure belli acquiſierũt. Hanc aũt rõnem Iephte tãgit diffuſe repetẽs proceſſum filiorũ Iſrael declinãdo a terminis Ammõ & Moab. vt hẽtur Deut. 2. & N 21. Et patet lr̃a vſq; ibi.

1 Egreſſus. Ipſe.n. Sehon iuit obuiã filijs Iſrael et extra terrã ſuã ad eos debellandum. Ex quo patet quod habuerunt contra enim iuſtum bellum & per conſequens regnum eius iuſto bello acquiſitũ a filijs Iſrael fuit ab eis & iuſte poſſeſſũ.

2 Tradiditq; eũ. Hic ponitur ſecunda rõ, quæ accipitur ex auctoritate diuina, quia eſt domin9 cęli & terrę, & ideo poteſt terram ab vno poſſeſſam alteri dare pro ſua voluntate, quod fecit de terra poſſeſſa a Sehon rege tradẽdo eam filiis Iſrael poſſidendam ſecundum quod dicitur Deut. 2. Ecce tradidi in manu tua Sehõ regem Heſebon, Amorrhęũ, & terrã eius incipe poſſidere, &c. & hanc rationẽ tangit Iephte, dicens. Tradiditq; eum dominus in manu Iſrael cum. Et patet litera vſque ibi.

3 Nonne ea. Quod dupliciter exponitur. Vno modo ſic. Quæ poſſedit Chamos Deus tu .i. populus Moab qui Chamos colebat, vt ſit ſenſus, quod illa pars terræ Moab quæ actu poſſidebatur ab eo quando filii Iſrael debellauerunt Sehon, illa de iure erat populi Moab, non aũt illa pars q̃ poſſidebat Sehon a filiis Iſrael acquiſita. Alio mõ, exponit̃, vt ſit cõfirmatio rõnis p̃cedentis. Ad cuius intellectũ eſt cõſiderãdũ, q̃ ſicut fideles victorias ſuas attribuũt Deo vero, ita ĩfideles victorias ſuas ſuo Deo falſo. Dicit igit̃. Nõne ea, etc. i. poſſidere te fecit.

4 Chamos Deus, ſecundum opinionem tuam.

5 Tibi iure debentur. i. reputans iure acquiſita per victoriam.

6 Quæ autem domi. quaſi diceret multo fortius illud quod obtinuimus, Deo vero nobis victoriam præſtante iuſte eſt nobis acquiſitum & poſſeſſum. 7 Niſi forte melior es, &c. Hic ponitur tertia ratio, quæ hic accipitur ex preſcriptione, quia populus Iſrael fuerat in tam longæua & pacifica poſſeſſione huius terrę, q̃ nullus de cętero deberet reclamare, & maximẽ quia iuſtus titulus præceſſerat: vt patet ex prædictis, & hoc eſt quod dicitur: Niſi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab, qui erat rex Moab illo tempore quo debellatus fuit Sehon: vt hr̃ Num. 22. qui licet vocauerit Balaam ad maledicendum filijs Iſrael non tñ repetebat terrã Moab quam filij Iſrael abſtulerant a Sehon: ſed timebat ne perderet aliã partem: & terrã Madian de qua erat natus, vt dictũ fuit ibidẽ: nec aliquis alius rex poſt eũ repetiuit hãc terrã. Iõ ſubdit̃:

8 Aut docere potes q̃ iurg. &c. ſ. quicũq; rex Moab poſt Balac.

9 Contra Iſrael & pugnauerit. Ad recuperandum hanc terrã.

10 Quando habitauit in, &c. i. toto tempore quod Iſrael habitauit in iſta terra, & quantum fuerit illud tẽpus ſubdit dicẽs:

11 Per trecen. Quare, &c. deficiunt tñ aliqui, vt videbitur.

12 Igitur non ego, &c. Hic ex prædictis rõnib. Iephte, concludit, q̃ habeat iuſtã cauſam defenſionis, & rex Ammon iniuſtam inuaſionem. Antequã vltra procedatur, videndũ eſt q̃d de trecẽtis annis prædictis deficiat. Ad cuius intellectũ cõſiderandum, q̃ ſicut in ſcientijs humanitus inuentis minus nota vel dubia per ea quæ ſunt certa declarant̃: ſic in ſacra ſcriptura, quæ eſt p̃ diuinã reuelationẽ tradita paſſus dubius vel obſcurus, per aliũ paſſũ q̃ certus eſt & determinatus debet declarari. Iſti aũt trecẽti anni nõ determinant̃ hic p̃ ſcripturã, niſi relatiuẽ tñ. ſ. inquantũ refert dictũ Iephte arguẽtis p̃ſcriptionẽ: in qua allegatione ſolẽt hoĩes allegare quãtũ pñt plus de tpe apparenter, & aliqñ excedũt: nec tñ ſcriptura vel actor ſcripturæ hoc referẽs dicit falſũ, q̃a refert veraciter id q̃d dictũ eſt, licet dicẽs excẽſerit vel defecerit. Sic eſt in p̃poſito de Iephte, cuius verba nõ ſunt autentica, inquãtũ ſũt ipſius. Sacra aũt ſcriptura. 3 Reg. 6. determinat tẽpus q̃d fluxit ab exitu filiorũ Iſrael de Aegypto vſq; ad fundationẽ tẽpli p̃ Salomonẽ i principio quarti anni regni ſui. ſ. 480. anni. Si aũt ab iſto numero q̃ i ſcriptura certus reputat̃ remouean tur: tp̃s q̃d p̃ceſſit ab exitu de Aegypto vſq; ad debellationẽ Sehon, qñ terra p̃dicta fuit acq̃ſita, vt dictũ eſt, & tp̃s q̃d fluxit a principio principatus Iephte, qñ iſta allegauit vſque ad quartũ annũ regni Salomonis excluſiuẽ: in cuius principio tẽplũ fundauit: remanẽt tm̃ 267. anni: & ſic a 300. p̃dictis deficiũt 33. anni. Probatio aſſũpti: q̃a ab exitu de Aegypto vſq; ad ingreſſũ terræ p̃miſſionis fluxerũt 40. anni: vt patet ĩ pluribus locis ſacrę ſcripturę. Sehõ aũt fuit debellatus quaſi per vnũ annũ añ ingreſſũ terræ p̃miſſionis viuẽte adhuc Moyſe: & ſic añ acq̃ſitionẽ p̃dictę terræ fluxerũt anni 39. Item a principio principatus Iephte vſq; ad tertiũ annũ regni Salomonis incluſiuẽ fluxerũt cẽtũ & 74 anni: q̃a Iephte iudicauit Iſrael ſex annis: & poſt eũ Abeſan ſeptẽ: & poſtea Ahialõ decẽ: & poſt ipſũ Abdon octo: vt hr̃ Iudic. 12. de his tribus. Poſt ipſum Sãſon 20. Iudi. 16. & poſt ipſũ Heli. 40. vt habetur 1. Reg. 4. poſtea Samuel cuius anni cõprehẽdunt̃ cũ annis Saulis: & fuerũt inſimul iuncti 40. vt hr̃ Act. 13. Poſtea Dauid regnauit annis 40. vt hr̃ 2. Reg. 5. Poſt eũ Salomõ tribus annis ante fundationẽ tẽpli, vt hr̃ 3. Reg. 6. & iſti anni ſimul iũcti cũ p̃cedentib faciunt annos. 213. q̃bus ſi iungant̃ 267. anni p̃dictis faciunt 480. annos, & ſic patet quod ſ. dictum eſt. Anni aũt 267. p̃dicti. ſ. a tpe debellationis Sehon vſq; ad principiũ ducatus Iephte ſic accipiunt̃ p̃ partes: unus annus ante ingreſſũ terræ p̃miſſionis de ducatu Moyſi, vt patet p̃ p̃dicta, quadraginta q̃bus p̃fuerũt Ioſue & Othoniel, ut habetur Iudic. 3. Tẽpus. n. Ioſue in ſacra ſcriptura nõ determinatur: & ideo ſub tpe Othoniel q̃ ei ſucceſſit cõprehẽdunt̃ octoginta. quib. præfuit Aod poſt Othoniel: ut hr̃ Iudic. 3. c. 40. anni Deboræ, vt hr̃ iudic. 5. c. quadraginta Gedeonis Iudi. 8. Tres Abimelech Iudi. 9. vigintitres ipſius Thola, Iudi. 10. c. uigintiduo ipſius Iair. Iudic. 10. c. decem & octo anni quibus filij Iſrael fuerunt ſine iudice ſeruientes Philiſthijm & filijs Ammon ante promotionem Iephte, ut habetur Iudic. 5. Et iſti anni ſimul iuncti faciunt 267. & ſic patet propoſitum.

1 Factus

A nem sibi dedisse.

a *Et circumiens Galaad.* Aug. Galaad interpretatur abijcies: Manasse necessitas trãseundi. Sunt ergo a proficientib. abijcientes .i. contẽnentes. Transeunda ẽt necessitas: ne forte cũ transierit qui proijcit contẽnentes cedat terrestribus. Transeunda etiã specula Galaad: qui Galaad etiam reuelatio interpretatur. Est autem specula altitudo ad prospiciendum uel despiciendum .i. desuper aspiciendũ. Specula ergo Galaad uidetur significare superbiam reuelationis unde: *Et ne magnitudo reuelationum extolme, &c.* ergo & ipsa transeunda est .i. in ea manendũ non est propter cadendi periculum. His transitis facile superant inimici: quod significat dicendo & *à specula Galaad transeundi & transiens ad filios Ammon.*

(Quæst. 49. in lib. Iud.) (2. Cor. 12. b.)

b *Si tradideris fi. Ammon.* Augu. Quemlibet cogitauerit Iephte, non uidetur filiam cogitasse. nõ enim diceret: *heu me filia mi, impedisti me, &c.* Indicat enim se impeditum, ne illud quod cogitauerat impleret. Quẽ autem potuit cogitare qui filios non habebat? An coniugem cogitauit: & ut hoc fieret Deus noluit: & ut hoc nõ relinqueret impunitum: ne quis postea id auderet: & vt magna prouidentia ex hoc quod accidit magnum sacramentum ecclesiæ figuraretur? Ex vtroque ergo prophetia adaptata est, quod scilicet voues cogitauit, & quod nolenti contigit. Si enim coniugem cogitauit, coniunx Christi ecclesia est. Sed quia huius Iephte coniux virgo esse non potuit: in eo q; filia potius occurrit: & inulta non remansit voti temeritas, & virginitas ecclesię figurata est. Cui dicitur: *Filia fides tua te saluam fecit, vade in pace.*

(Ibidem.) B (Lucæ 7.)

c *Quicunque pri. fuerit egres. &c.* ✻ Iosephus. Gedeon pro victoria Deum deprecatus, & sacrificium promittens, vt si viuus reuerteretur, quicquid ei prius occurreret, immolaret: congressus copiose vicit, & occidens hostes, persecutus est vsque ad Ammonidem ciuitatem, multas vastauit urbes, prędamq; collegit, & a seruitute domesticos liberauit, quã decem & octo sustinuerant annis. Reuersus autem calamitatem incurrit, nullo modo priscæ fœlicitatis æqualẽ. Nam ei filia vnigenita, & virgo, occurrit Patre ingemiscente, illa non doluit, pro patris uictoria & ciuium libertate moritura. Transactis induciis, filiam pater immolauit: nec legitimum faciens holocaustum, nec Deo charũ non utique deliberãs apud aium suũ, qualis apud cęteros hui⁹ facti causa uideret.

(Lib. 5. Antiq. cap. 12.) (Sentẽtia Græcorum de voto Iephte.)

✻ Theodor. Stolida erat Iephte pollicitatio. Animaduertere enim debebat, canem vel asinum illi primũ occurrere posse, quæ tamen ex lege immunda sunt animalia. Dominus igitur per illum erudiens cęteros, vt prudenter & discretè promissiones suas emittant, cædẽ hanc non cohibuit. Quod tamen huiusmodi victimas damnet, testis est beatus Dauid inclamans: Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs, &c.

(Quæst. 19. in Iudic.)

✻ Procop. Promissio nimis fuit feruida, exq; amore desperatę uictorię profecta. Suggessit uerò ei Satanas gloriæ prætextu vt Deo victimam legi aduersam immolaret. Quemadmodum Adamum quoque oculorum aperiendorum prętextu, ad diuini mandati transgressionem adduxit.

(Comment. in hũc locũ.)

✻ Iustinus martyr. Iephte uotum imprudenter pronunciauit. Cepit diabolus occasionẽ ex imprudenti voto, & conatus est inde laqueum tẽdere Iephte quo delinqueret. Itaque impulit filiam, vt ei obuiam prodiret, vt a filia sese continens, uotum esset irritum. Sed ille pluris fecit voti solutionem, quã vitam filię. Permisit autem Deus illam immolari, nõ quasi humano sanguine delectaretur, sed quo documentum statueret posteris, ne vnquam imprudenter Deo vota nuncuparent. Sed quoniam immolando filiam præbuit se custodẽ religionis erga Deum, propterea eius facta est mentio in enumeratione iustorum.

(Quæst. 99. ad Orthod.) C D (Heb. 11.)

✻ Nazianzen. Facinus Iephte, pollicitatio nimiũ præceps, uictoriæque deploratæ cupiditas offerendi muneris necessitatem imponebat.

(Orat. de Machab.)

✻ Chrysostom. Propter hoc sacrificium Iephte multi infidelium crudelitatem & inhumanitatem nobis improperant, &c.

(Hom. 14. ad pop. Ant.)

✻ Idem. Istum Iephtem existimo esse Dominum nostrum, uictorem mundi, qui ecclesiam obtulit per immolationem martyrum tempore persecutionis: & uictima unica oblata est Deo. Offert unicus unicam, sponsus sponsam, pater filiam, &c.

(Homil. de voto Iephte tom. 1.)

✻ Tertullianus. libro tertio sacrorum Poematum aduersus Marcionem.

(Sententiæ Latin.)

Iephta fide firma, qui duro vulnere votum
Ausus mercedem belli Deo dicere grandem,
Hic quia, quæ non vult Dominus, promiserat amens,
Occurrit primò carum sibi pectore pignus.
Nulli sperata cecidit quod sorte repente,
Promissum vt staret. soluit pia iura parentis,
Peccati votum, violenta mente coperuit
Immanis timor, orbatæ solatia vitæ
Pro scelere obtinuit famam, pro crimine laudem.

E

✻ Hieronymus. Si Iephte obtulit filiam suam uirginem Deo, non sacrificium placet, sed animus offerentis.

(In cap. 7. Hierem.)

✻ Ambros. Filia Iephte rediit ad patrem, quasi ad votum rediret, & uoluntate propria cunctantem impulit, fecitque arbitratu sponteneo, vt quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.

(Lib. 3. offic. cap. 12.)

✻ Petrus Comestor. Iephte fuit in vouendo stultus, in soluendo impius.

(Hist. Schol.)

✻ Augu. De Iephte filia solet esse magna quæstio: Quibusdam quid sibi velit hoc nosse cupientibus, & pie quærentibus. Quibusdam qui scripturis imperita impietate aduersantur hæc criminãtibus, quod legis prophetarumque Deus etiam humanis sacrificijs delectetur. Sed nec illa sacrificia cum delectauerunt, vbi pecorum holocausta offerebantur. Sed quia significatiua fuerunt & quædam umbrę futurorũ, res his sacrificijs significatas nobis commẽdare uoluit. Fuit autem & hęc causa vtilis cur illa mutarentur, nec modo iuberentur, sed prohiberentur offerri, ne uerè secundum carnalem affectum talibus Deum delectari putaremus. Sed utrum humanis sacrificiis etiam significari futura oportuerit, meritò quęritur: non quòd mortes hominum quandoq; moriturorum in hac causa horrescere deberemus: sed illi qui hęc de se fieri gratanter acciperent, in æternam remunerationem commendarentur Deo. Sed si hoc verum esset: hoc sacrificium Deo non displiceret: Scriptura uerò testatur quia displicet. Cum enim omnia primogenita sua esse voluerit & pæceperit: redimi tamen a se uoluit primogenita hominum ne immolandos Deo primogenitos suos crederent. vnde: Non ita facies domino Deo tuo: abominata enim quę dominus odit fecerunt dijs suis quando filios & filias combusseruut igni dijs suis. Non solum ergo non diligit Deus, sed odit etiam talia sacrificia, in quibus homines immolantur. Illa verò diligit & coronat, cum iustus usque ad mortem pro veritate decertat, uel ab inimicis quos pro iustitia offendit, occiditur retribuens eis bona pro malis idest, pro odio dilectionem. Tale dicit sanguinem iustum a *sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ.* Pręcipuè autem quod sanguinem ipse fudit pro nobis, & sacrificiũ seipsum Deo

(Quæst. 49.) (Exod. 13. a. Num. 8. c.) (4 Reg. 17. f.) F (Matt. 23. d.)

scere rex filiorũ Ammõ verbis Iephte quæ per nuntios mandauerat. Factus est ergo su[1]per Iephte spiritus dñi, & circumiens Ga[a]laad & Manasse, Maspha quoq; Galaad: & inde transiens ad filios Ammõ votũ vouit[2] domino dicens: Si tradideris filios Ammõ[b] in manus meas, quicunq; primus fuerit e[c]gressus de foribus domus meæ mihiq; occurrerit reuertenti cũ pace a filijs Ammõ, eum holocaustum offeram dño. Trãsiuitq; Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit dominus in manu eius: percussitque ab Aroer vsque dum venias in Menith viginti ciuitates: & vsq; ad Abel quæ est vineis cõsita, plaga magna ni-

a ¶ In hoc significatur quia spiritus domini impertitur membris Christi.
¶ Signantur membra Christi proficientia ad victoriam de hostibus reportandam.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Factus est ergo super Iep.* Hic consequenter describitur prostratio rebellantis, scilicet, regis Ammon, qui noluit acquiescere uerbis rationabilibus ipsius Iephte, cuius modus describitur cum dicitur: *Factus est ergo super Iephte:* id est, uoluntas & audacia pugnandi pro populo in confidentia diuini adiutorij.

2 *Votum vouit domino dicens.* Licet autem illud uotum processerit ex deuotione, tamen factum fuit indiscretè: quia de domo sua primò poterat egredi obuiam ei canis, qui nõ est animal immolatitium, imò nec in oblatione poterat recipi eius pretium. Cętera patent usque ibi.

Deo obtulit: sic vtiq; obtulit, vt ab inimicis pro iustitia occideretur. Hunc imitati martyres vsq; ad mortem pro veritate certauerunt. de quibus dicitur: *Tanquam aurum in for. probant illos, & quasi holo. hostiam acce. illos*. Vnde Apostolus. *Ego enim iam immolor*: sed non sicut Iephte filiã immolauit domino, sed sicut præceptum erat pecora offerri, & prohibitum homines immolari. Magis hoc illi simile videtur quod fecit Abrahã: quod dominus specialiter fieri pcepit: non generaliter vt talia sibi sacrificia fierent aliquando mandauit. imò fieri omnino phibuit. Distat ergo quod Iephte fecit a facto Abrahæ: quia ille iussus obtulit filium: iste fecit quod lege vetatur: & nullo speciali imperio iubetur. In ipso etiam Abrahæ filio, quia talibus sacrificijs non delectaretur dominus, ostendit: cum patrem cuius fidem iubendo probauit, a filij interfectione prohibuit: & arietem quo sacrificium licitè secundum cõgruam temporis consuetudinem compleretur, apposuit. Si aũt hoc quemquam mouet: quomodo piè crediderit Abraham Deum talibus sacrificijs delectari si illicitè offeruntur: & ideo putat rectè credidisse etiam Iephte, quòd tale sacrificium posset esse Deo acceptum. primò consideret aliud esse vltro vouere, aliud iubenti obtemperare. Nõ enim si aliquid in domo præter morem a domino institutum seruo iubetur, & id laudabili obedientia facit: ideo non est plectendum si hoc facere sponte præsumpserit. Deinde iubebat Abrahã quod crederet, vt præter diuinum imperium nõ parceret filio: vt credens tales victimas Deũ libenter accipere: sed præterea iussisse, vt resuscitaret occisum: & hinc aliquid tanquam Deus sapiens demonstraret. vñ fides eius in epistola ad Hebræos laudatur, quia hoc de Deo q, posset filium suũ suscitare, credidit. Iste verò Deo non iubente neque poscente, & contra legitimum Dei præceptum vltrò sacrificiũ vouit humanũ. Ait enim. *Quicunque exierit de ianuis domus meæ obuiam mihi, &c.* Non his verbis pecus aliquod vouit, quod secundum legem posset offerri. Neque consuetudinis fuit: vt redeuntibus cum victoria ducibus pecora occurrerẽt. Canes autem solent dominis occurrere. de quibus ille cum voueret: cogitare non potuit ne in iniuriam Dei non solum illicitum, sed etiam contemptibile & secundum legem immundum vouisse uideretur. Nec ait: quodcunque exierit: sed *quicunque exierit*: ubi hominem tantum cogitauit. Non tamen fortasse vnicam filiam: quamuis illam in tanta patris gloria quis posset anteire nisi fortè uxor? Nam quòd non dixit, quæcũque: sed *quicunque exierit de ianuis domus meæ*: scriptura solet masculinum genus pro quolibet sexu ponere. sicut de Abrahã dictum est. *Surgens a mortuo*: cum eius uxor mortua fuisset. Quia ergo de hoc uoto & facto nihil uidetur scriptura iudicasse: sicut de Abraham quando filium suum iussus obtulit: sed tantum scriptum reliquisse legentibus iudicandum, sicut de facto Iudæ quando intrauit ad nurum suam, ne sciens quidem sed quantum in ipso fuit fornicatus est: quia meretricem putauit, neque approbauit hoc scriptura: neque reprobauit, sed iustitia & lege Dei consulta pensandum dimisit. Sic de facto Iephte in neutram partem sententiam protulit: ut noster intellectus in iudicando exerceretur. Possumus iam dicere Deo displicuisse tale uotum: & ad illam perductam esse vindictam: ut patri potissimũ filia unica occurreret. Qd' si sperasset & voluisset, nõ ea visa statim scidisset uestimenta sua, & dixisset: *Heu me filia mea impedisti.* Deinde lx. dierum tam longa dilatione data filiæ suæ dominus cum ab vnicæ charissimę nece eũ nõ prohibuerit, sicut Abraham, donec perficiendo quod vouerat, seipsum orbaret: Deum autem non hõis immolatione placaret: & ideo hanc pœnam patri fuisse retributam: ne impunitum talis voti relinqueretur exemplum: ut aut ne magnũ aliquid se uouere Deo putarent homines, cum uictimas humanas uouerẽt: & quod est horribilius, filiorum: aut non uera, sed potius simulata eadem uota esset cum uelut exemplo Abrahæ sperarent qui uouissent Deum prohibiturum talia uota compleri. Possemus inquã hoc dicere, nisi duo scripturarum testimonia nos retardarent: vt hanc rem gestam & in libris tantæ autoritatis memoriæ commendatam diligẽter perscrutemur, ne temerè iudicemus. vnum quòd inter tales Iephte memoratur vt eum culpare vereamur, cũ dicitur: *Deficit enim me tempus enarrandi de Gedeon, Barach, Samson, & Iephte, &c.* Alterum quod præmisit scriptura, dicens: *Et factus est super Iephte spiritus domini, &c.* Et addidit: *Et vouit Iephte votum domino, &c.* vt omnia quæ post facta sunt tanquam opera spiritus domini qui super eum factus est, intelligenda videantur.

Augus. Sed inter laudabiles viros non solum esse Iephte sed etiam Gedeon: de quo scriptura similiter dicit: *Spiritus domini confortauit Gedeon, &c.* quòd Ephod operatus est non solum non approbamus, sed apertè iudicante scriptura reprobamus. Nec tamen vlla iniuria fit spiritui domini qui eum confortauit. Commemoratur tamen inter eos qui per fidem vicerunt regna, operantes iustitiam: quia scriptura sancta quorum fidem & iustitiam veraciter laudat, non impeditur eorum notare peccata. Nam & in eo quòd Gedeon signum petens sicut ille locutus est, tentauit in vellere, nescio vtrum non fuerit transgressus hoc præceptum. *Non tentabis dominum Deum tuum.* Sed tamen etiam in eius tentatione dominus quod prenuntiare volebat, ostendit: non tamen frustra inter fideles & operantes iustitiam, propter bonam fidelemque vitam, in qua eum credendum est esse defunctum, tale meruit testimonium. Vtrum autem quia postquam dictum est: *Factus est super Iephte spiritus domini*: secuta sunt ea, vt votum illud voueret & hostes vinceret: & votum redderet, spiritui domini omnia deputanda sint: vt sic habeatur hic sacrificium tanquam dominus sicut Abrahæ iusserit, non facilè dixerim: cum Gedeon postquam fecit Ephod nulla est memorata prosperitas. Postea verò quam Iephte votum vouit: secuta est victoria propter quam vouerat: qua adepta votum soluit. Rursus enim considerandum est: quia Gedeon & si non postea quàm fecit Ephod, postea tamen quam tẽtauit dominum, quod vtique peccatum est, magna strage hostibus superatis populo salutem acquisiuit: Sic enim scriptum est: *Et dixit Gedeon ad dominum: Non irascatur indignatio tua in me, & loquar adhuc semel in vellere.* Iram enim Dei metuebat: quia se tentando peccare sciebat, quod Deus in lege sua manifestè prohibet. Hoc tamen peccatũ & mirabilis signi euidẽtia & victoriæ prosperitas secuta est. Iã em̃ Deus statuerat afflicto populo subuenire: & huius ducis quẽ ad hoc opus assumpserat, vtebatur animo: nõ solum fideli & pio, sed etiam deficiente & delinquẽte: & ad prenuntianda quæ volebat, & complenda quæ dixerat. Nõ enim p istos tantum qui & si peccauerint inter iustos narrantur: sed etiam per Saulem oino reprobatum multa De' populo suo præstitit:

(Marginal references: Sap. 3. b.; 2. Tim. 4. b.; Gen. 22. a.; Heb. 11. b.; Gen. 22. b.; Ibid. 38. d.; Heb. 11. f.; Supra eo. c.; Iudic. 6. g.; Heb. 11. f.; Deut. 6. c.; Iudi. 6. g.; 1. Reg. 19. d. — Section letters A, B, C, D, E, F.)

Text: mis: humiliatique sunt filij Ammon a filiis Israel. [1] Reuertenti autem Iephte in Maspha domum suam, [2] occurrit ei vnigenita filia sua cũ tympanis [3] & choris. Non .n. habebat alios liberos. Qua visa scidit vestimenta sua, & ait: [4] Heu me filia mi:

NICOLAVS DE LYRA. MORALITER.

1 *Reuertenti autem, &c.* Per reuersionem Iephte post triumphum de aduersarijs, significatur reuersio Christi per suam resurrectionem ab inferis dæmonibus superatis.

2 *Occurrit ei vnig. &c.* per quam significatur ecclesia unigeniti Christi filia.

3 *Cum tymp. & cho.* id est, laudibus diuinis de victoria Christi quam Iephte immolauit domino: non per occisionẽ corporis secundum Hebręos, sed per obseruantiam virginitatis. sicut plenius dixi super locum istum in expositione lit. Ecclesia uerò virgo est per integritatem fidei: & est immolata dño spiritualiter per hoc quòd est diuinis laudibus dedicata. vnde dicitur Psalmo 49. *Immola Deo sacrificium laudis.* Et iterum Psalm. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.* Sunt etiam in ecclesia multæ personæ immolatæ domino per obseruantiam virginitatis: sic filia Iephte, & etiã multa per confessionem in religione, quæ est quædã mors ciuilis propter quod religiosi dicuntur mundo mortui, & pro talibus subditur.

4 *Filia mi decepisti me: & ipsa decepta es.* Quod non potest intelligi secundum veritatem de Christo, qui decipi non põt, cum ipsa sit veritas: Ioan. 14. a. *Ego sum via veritas & vita.* Sed tantum secundum æstimationem infidelium, potissimè Iudæorum qui credunt Christum fuisse prophetam falsum: & sic decepisse ecclesiam sibi aggregatam: & etiam ipsum deceptum fuisse, aggregando sibi populum ex appetitu vanæ gloriæ. Similiter quantum ad personas religiosas secundum æstimationem falsam hominum mundanorum est ibi deceptio ex vtraque parte. nam religiosos æstimant deceptos eligendo sibi talem vitam, propter Christum. & similiter Christum ab eis decipi, specialiter a mendicantibus religiosis, quos reputant hypocritas habentes speciem religiositatis propter quæstum, & non propter Christum: & sic faciunt Christo barbam de straminibus, secundum æstimationem malorum, & sic dicitur.

† 1 Decepisti

† decepisti me, & ipsa decepta es. [1] Aperui enim os meum ad Dominum [2] & aliud facere non potero. [3] Cui illa respondit: Pater mi si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis. Dixitq; ad patrem: Hoc solum mihi præsta quod deprecor. Dimitte me vt duobus mensibus circum eam montes, & plangam virginitatem [4] meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit: Vade: & dimisit eam duobus mensibus. Cúq; abisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. Expletisque duobus mensibus reuersa est ad patrem suum, [5]

a ¶ Augustinus lx.i. diebus sex ætatibus quibus virgo ecclesia congregatur & peccata lamentatur, quotidie dicens: Dimite nobis debita no ıra.

a ¶ In resurre ctione generali. b ¶ Christum, cuius filia est ecclesia.

† incuruando incuruare fecisti me. i. mærore afficis me vnaque es que me etiam turbet.

A præstitit: in quem insilijt etiã spiritus domini & ꝓphetauit. non enim iustè agere sciebat. f. vt in Dauid virũ sanctũ sæuiret: agit spiritus domini ꝑ bonos & malos, per scientes & nescientes, qđ agendum nouit & statuit, qui etiam per Caiphã nescien tem quid dixerat prophetauit, quod oporteret Christum mori pro gẽte. Quis .n. egit nisi spiritus domini currens prenũtiare vẽtura, vt Gedeon tentare volenti dominũ & non credenti quod ei iã dominus locutus fuerat, hoc potissimum de vellere prius cõpluto, postea sicco: & de area prius sicca, postea irrigata veniret in mentẽ, vt quod deficit a fide, delicto eius deputetur? Quod vero tali aĩo eius usus est Deus, eius misericordiæ & mirabili prouidentiç relinquẽdum est. Si quis autẽ dicit omnia scientẽ fecisse, & didicisse Gedeon ex reuelatione prophetica, ut per eum signa talia mõstrarentur, nec defecisse a B fide: & quod ei iã promiserat dominus credidisse, sed actione prophetica ĩ uellere uoluisse tẽtare, & iõ tentationẽ fuisse inculpabilem, sicut dolum Iacob, & istud qđ domino ait. *Non irascatur indignatio tua in me*, non dixisse quod iram non timeret: sed ꝗ cũ non irasci consideret, cũ ea faceret quæ spiritu dictante facienda sentiret, dicat vt videt᷑: dummodo qđ de facto Ephod scriptura culpauit quodlibet significet, non audeat excusare a peccato. Nã & illud qđ trecẽti uiri ad signũ crucis ipso numero pertinentes hydrias fictiles acceperũt, eisq; ardentes faculas incluserũt, quibus fractis repẽte lumina hostium multitudinem terruerunt, tanquam ex arbitrio suo videtur fecisse Gedeõ. Nõ enim scriptura dicit dominum monuisse vt faceret & tamen tam grãde signũ quis faciẽdũ putet, nisi dominus inspirauit, qui prefigurauit sanctos euãgelici luminis thesaurum in vasis fictilibus habituros, vnde. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilib.* quibus in passione sua fractis maior eorũ gloriæ fulgor emicuit, q̃ inimicos inopinata Christi claritate superauit. Vel per sciẽtes ergo, vel per nesciẽtes significationem futurorum spiritus domini propheticis temporibus operatus est, nec iõ peccata eorum nõ fuerunt peccata, quia Deus qui & malis bñ vtitur, vsus est eis ad significãda quæ voluit. Si ergo peccatũ nõ fuit cuiuslibet necis humanæ, vel C ẽt parricidale sacrificium vel vouere, vel reddere, quia magnum aliquid & spirituale significauit, frustra Deus talia ꝓhibuit,

hibuit: & se odisse dicit: q̃ & illa quæ fieri iussit, ad significa D tionem spiritualiũ rerũ referuntur. sed humana Deo sacrificia nõ placuerunt: quando nõ ꝓ iustitia quisque recte viuit uel peccare non vult, interimit᷑: sed homo ab homine tanq̃ electa hostia more pecoris immolatur. Si autẽ dicet aliquis: quia pecorum victimæ iã vsitatę ad significationẽ licet relatę minus faciebãt intẽtos ad sacramentũ magnum Christi & ecclesiæ requirẽdum, propterea Deᵒ re insigni & inopinata volẽs animos hominum excitare, eo magis qđ sibi talia sacrificia offerri vetuerat, curauit sibi aliquid offerendũ in quo ipsa admiratio magnã gigneret quęstionẽ, & quæstio exigeret studiũ ad ꝑscrutãdũ mysterium, pie verosscrutans mens hominis altitudinẽ prophetiæ velut hamo piscem Christũ de ꝓfundo scri- E pturarum leuaret. Huic rõni nõ obsistimus. Sed alia quęstio est de animo vouẽtis, alia de prouidẽtia Dei, qualicunque animo optime vtẽtis. Ideo si spiritus dñi qui factus est suꝑ Iephte vt hoc voueret, præcepit, quod scriptura non aperuit, cuiuˢ non licet iussa cõtemnere, non modo insipiencia culpanda non est, sed obediẽtia laudãda. Hoc enim modo si se homo ipse perimat, quod humana uoluntate & consilio nefas est facere, intelligendum est obediẽter fieri, non scelestè. Si autẽ Iephte humanum secutus errorem humanũ sacrificium vouẽdum putauit, eius quidẽ peccatum de unica filia iure punitum est. Qđ ipse uidetur ostendere scissis uestibus dicens. *Heu me filia mi, impedisti me, &c.* Hic tamẽ error habet aliquam laudem fidei, quia Deũ timuit, ut quod uoueret redderet, nec diuini ĩse iudicij sententiã declinauit, siue sperãs dominum prohibiturũ sicut fecit Abrahę, siue eius uolũtatem etiam non prohibẽtis intellectam facere potius quã contemnere statuens. Quãuis hic merito quęritur, utrũ uerius intelligitur hoc Deum nolle fieri, & in eo potius Deo si nõ fieret, obediretur, quoniã hoc se nolle & in Abrahę filio & in legitima ꝓhibitione mõstrauerat. Sed tamẽ si propterea Iephte nõ faceret sibi potiᵘˢ in unica pepercisse quã Dei uoluntatem secutus uideretur. Magis ergo intellexit in eo quod sibi filia occurrit ultorem Deũ & iustę pęnæ se fideliter subdit, timẽs sæuiorem de ter- F giuersatione uindictã. Credebat enim bonæ & uirginis filię animam bene recipi, quia non seipsam uouerat immolandam

Ioan. 11. f. — Gen. 30. f. — Iud. 6. g. — Supra. 7. f. — Cor. 4. b. — Gen. 22. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Decepisti me.* In Hebręo habetur. *Turbasti, me et tu turbata es.* Tum quia credebat eam immolandam. Tum quia non habebat aliam prolem.

2 Aperui enim os meum, *per votum supradictum.*

3 *Et aliud facere non potero*, quia uotum est promissio Deo facta quæ debet impleri, eo tamen modo quo licitum est.

4 *Plangam virginitatem meam*, quia tunc temporis opprobriũ erat mori sine prole.

5 *Reuersa est ad Pa.* eam interficiendo & offerendo domino in holocaustum, secundum quod dicunt expositores catholici. Vnde dicit Hiero. quod fuit indiscretus in uouendo, & impius in adimplendo. Hebræi aperte dicunt, quod ipsam non immolauit, sed uotum eius fuit relaxatum per ipsum Phinees. Et aliqui dicunt, quod fuit interpretatum per sapientes, quod non deberet uotum adimpleri per mortem filiæ innocentis. Vnde quædam glossa Hebraica super istud uerbum. *Dimitte me vt circumeam montes*, sic dicit, i. sapientes in lege, quia forsitan inuenient modum relaxationis seu interpretationis uoti tui. Quęstio ista est de facto, & ideo de hoc nihil potest sciri, nisi quantum dicit expresse scriptura, uel quantum potest trahi ex ipsa. Igitur sine præiudicio & assertione per modum collationis potest dici, qđ filia Iephte non fuit sacrificata domino per mortẽ corporalẽ, sed potius per ciuilẽ seu spiritualẽ, eo mõ quo religiosi dicũtur mundo mortui, inquantum a mundanis actib. sunt segregati, & diuinis obsequiis totaliter mãcipati. Sic filia Iephte fuit sacrificata dño per obseruationẽ uirginitatis uiuẽdo in orationibus ac ieiuniis & piis operib. Hoc aũt dictum u᷑ consonum ei quod dicitur Leuit. ult. d. *Omnis consecratio quę dño offertur ab homine non redimetur sed morte morietur.* Et tamẽ ut ibidem dicitur ager poterat domino consecrari, qui non est susceptiuus mortis dicebat᷑ tñ mortificari, quia trãsibat ad ius sacerdotum

MORALITER.

1 *Decepisti me & ipsa, &c.* Per talem uero modum loquendi dixit Hier. 20. b. *Seduxisti me domine, et seductus sum.* Hieremias enim erat propheta sanctus, & per consequẽs erat certus, qđ Deus cum sit ueritas prima, non põt aliquem seducere, nec ab aliquo posse seduci, & iõ cum dicebat, *seduxisti me dñe*, nõ loquebatur secundum æstimationem propriam, sed secundum dictũ falsorum prophetarum qui asserebãt ipsum esse seductũ, ut patet in plurib. capitulis Hier. Moral. autem per Iephte potest intelligi, homo literatus, potẽs in scripturis, vt de Apollo dicitur Act. 13. qui fugiens molestias secularium, fugit ad religionis desertum; quod uocari põt terra Thob. i. bona, nam ibi percipiuntur consolationes diuinæ. Oseę 2. c. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, & canet.* Sed talis aliquãdo requiritur ad regimen ecclesiæ, sicut B. Gregorius & plures alii, & pro secularib. pugnat contra aduersarios orationibus & doctrinis, sed aliquando post habitam uictoriã occurrit ei filia. idest, uana gloria, quæ solet in talibus cõsurgere. Dicitur autẽ talis gloria hominis filia, eo quod ex hominis fomite procedit, de qua debet dicere. *Decepisti me, &c.* diminuendo meritum. *Et ipsa decepta es &c.* nã fortius insurgit ad ipsam immolandum per maiorem sui humilitatem.

A Mysticè.

dam, sed voto & uoluntati nō resistebat patris, & secuta fuerat iudicium Dei. mors enim sicut nec sibi a quoquam spōte, nec cuiquam sponte inferenda est, ita Deo iubente recusanda non est, cuius constitutione quocunque tempore sub eunda est. Nec quisquam qui eā perpeti detractat vt omnino euitetur, sed tantum vt differatur, laborat.

a ¶ Tradens.s.regnum Deo patri. b ¶ Despondit enim vos vni viro virginem cas.exhi.Christo.

a & fecit ei sicut vouerat. Quæ ignorabat virum. b Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, vt post anni circulum

a ¶ Significantes præteriisse tempora ecclesiæ, in quibus beati qui lugent.

conueniant in vnum filiæ Israel, † & plan-

a ¶ Propter quatuor partes orbis quibus ecclesia diffusa est.

gant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

In li. Iudic. cap.7. B ad loquendum Heb. Psal.131.a.

Isid. Iephte Christum significat, qui a facie fratrum suorū, id est, Iudæorum abscedens in Gētibus principatum accepit, quia omnia humanæ salutis sacramenta quasi iuratus expleuit, & carnem propriam quasi filiam pro salute Israelis obtulit. Iurauit autem patri & vouit secundum illud. *Sicut iurauit domino, votum vouit Deo Iacob*, quod scilicet sacramētum religionis in carnis suæ passione pro salute humani generis expleret. Hæc ergo ita per Christum acta sunt, ut videantur pro religione iuramenti esse completa.

C 1.Cor.15.

a *Et plangam, &c. Et fecit ei, &c.* Aug. Virgo casta, i. ecclesia holocaustum fiet in resurrectione, quādo in ea vniuersa fiet quod scriptum est. *Absorpta est mors in victoria*. Tunc verus Iephte tradet regnum, i. ecclesiam Deo & patri, completa, scilicet, sexta ætate seculi. Ideo sexaginta dierum dilatio postulata est. Ex omnibus enim ætatibus ecclesia congregatur. ab Adam, scilicet vsque ad diluuium, a diluuio, id est, a Noe vsque ad Abraham, inde vsque ad Dauid, deinde vsque ad transmigrationem Babylonis, a transmigratione Babylonis vsque ad Christum, inde vsque ad finem seculi. Per has sex ætates quasi per sexaginta dies, flet sancta virgo virginalia sua, quia licet virginalia, tamē fuerant peccata deflenda, vñ toto orbe clamat. *Dimitte nobis debita nostra, &c.* Hos lx. dies, mēses duos, maluit appellare propter duos homines, unū per quem mors, alterum per quem resurrectio mortuorū, propter quos etiam duo testamenta dicuntur.

D Matth.6.b. E Quæst. 49. in Iudic.

b *Exinde mos increuit.* Augu. Quod vero factum est ex præcepto in Israel, ex dieb. in dies conueniebant lamentari filiā Iephte, quatuor dies in anno, nō puto significare aliqd post impletū holocaustum, quod erit in vita æterna, sed pterita tēpora ecclesiæ, in quibus erāt beati lugentes. Quatriduo figurata est eius vniuersitas, propter quatuor partes orbis per quas lōge lateque diffusa est. Ad historiæ autem proprietatem nō arbitror hoc decreuisse Israelitas, nisi quia intelligebant in ea re iudiciū Dei magis ad percutiēdum patrē fuisse ostēsum, ne quis deinceps voueret tale sacrificium. Quare enim lamentatio decreta est, si votum illud lætitiæ est?

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* sacerdotum uel templi, sicut bona ecclesiç dicūtur amortizata. Similiter ibidem dicitur, quod homo poterat domino consecrari, non tamen propter hoc occidebatur, sed obsequiis templi seu sacerdotum deputabatur, prout ibidem diffuse fuit declaratum. Et sic potest dici, quod filia Iephte fuit consecrata domino seu sacrificata, qa diuinis obsequijs deputata modo prædicto. Itē supra dictum est. *Factus est ergo super Iephte spiritus domini.* s. ad pugnādum contra filios Ammō, & tunc fecit uotum supradictum, quod licet fuit indiscrete factum, tamen intelligendum non erat nisi per modum licitū & bonum, quia spiritus domini non instigat nisi ad bonum. Item in litera dicitur, quod Iephte cōcessit filiæ suç tempus duorum mensium. Cum igitur esset iudex populi & prudēs homo, non est uerisimile, quin in tempore intermedio colloquium habuerit de uoto suo cum sapientibus, in lege maxime, cum votum suum iam esset diuulgatum, nullus autem talis sibi consuluisset uotum suum implendum per occisionem, filiæ innocentis, cū hoc sit manifeste contra præceptū legis Exo.20. & contra intētionem legis Leui vl. vt patet ex prædictis. Et ideo verisimile videtur, quod a sapientib. fuerit sibi dictum, uotum suum impleri debere per modū supra dictum. Item Hebre.xj. Iephte ponitur in sanctorum catalogo: & ideo non videtur factum sic enorme asseri debere de illo, nisi ex sacra scriptura expresse haberetur. Sed diceres sicut & communiter dicitur, quod scriptura hoc expresse dicit sicut supra allegatum est: *Reuersa est ad patrem suum & fecit ei sicut vouerat.* Ad quod dicendum, quod scriptura non dicit quod occiderit eam: sed quod votum impleuerit, quod est intelligendum per modum licitum prout superius est expressum. imo si eam occidisset, nullo modo uotum impleuisset: quia emissio uoti non potest fieri nisi de bono: nec per consequens eius impletio: & ideo argumentum magis videtur ad oppositum. Item sic argues: hic scribitur: *Dimitte me, & plangam virginitatem meam.* & postea subditur: *Consuetudo seruata est ut post anni circulum conueniant filiæ Israel, & plangant filiam Iephte*: & ideo uidetur quod fuerit occisa. Ad quod potest dici, quod in principio Iephte credidit eam esse occidendam: & ipsa similiter audito uerbo patris, & ideo dixit: *Dimitte me, &c.* sed antequam rediret Iephte mutauit propositum de consilio sapientum. Quod autem postea subditur: *Consuetudo seruata est, &c.* Dicendum est, quod hæc consuetudo facta est rationabiliter in memoriam filiç Iephte: quç parata fuit patri obedire vsque ad mortem corporalem & obedire usque ad mortem ciuilem uel spiritualem: vt & reliquç filiç Israel docerentur obedire parentibus Sed adhuc contra prædicta arguitur quod immolatio innocentis sit Deo accepta, sicut patet Gene. xxij.b. vbi Abraham commendatur de hoc quod voluit innocentem filium immolare. Ad quod dicendum, quod non est simile, quia Abraham habuit de hoc præceptum diuinum, vt habetur ibidem: Omnis autem homo quantumcunque innocens debitor est mortis propter peccatum primorum parentum ipsi Deo: qui hoc debitum potest repetere quandocunque vult, & quomodo vult. & ideo Abraham bene fecit, Deo volens obedire in sui filij immolatione, sed quod aliquis ex uoto emisso voluntariè interficiat innocentem, est illicitum. Itē contra prædicta arguitur: quia scribitur Gene.ix.a. *Crescite & multiplicamini*, & Deut.vij.ca. *Non erit apud te sterilis vtriusque sexus.* Obseruatio vero virginitatis excludit multiplicationem prolis, ergo videtur quod fuerit illicita tempore veteris legis: propter quod videtur incōuenienter dictum, quod filia Iephte fuerit domino consecrata vel sacrificata per obseruationē virginitatis. Dicendum quod illud præceptum: *Crescite & multiplic. &c.* datū fuit Noe in exitu arcç quando erant paucç personæ humanæ. s. octo tantum: quatuor uiri, & quatuor mulieres: quia tunc genus humanum indigebat multiplicatione per carnalem generationem ordinatam ad diuinum cultum: & ideo multiplicato genere humano cessauit illud præceptum in particularibus personis: quia in communitate humani generis multi sunt proni ad generationis actum, per quos impletur communitati præceptum factum. Quod autem additur illud Deut.uij.c. *Non erit apud te sterilis, &c.* nō est preceptum: vt patet inspicienti textum, sed est quædam promissio facta obseruantibus legem matrimonij de fœcunditate prolis habenda: sicut etiam tempore euangelij multiplicatio prolis personis existentibus in matrimonio reputatur beneficium diuinum. Per hoc tamē non excluditur, quin obseruatio uirginitatis sit Deo acceptior: quæ tamen reperitur in paucis personis, propter quod dicit saluator Matt.xix.b. *Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cęlorum. qui potest capere capiat.* q.d. pauci tales inueniuntur. Quod autem obseruatio uirginitatis non solum tēpore euangelij, sed etiam tempore veteris testa. fuerit laudabilis & Deo accepta, patet per exempla, quia Helias propheta qui fuit valde perfectus & Deo acceptus virginitatem seruauit, sicut habetur ex verbis Greg. hom.19. super euangelia. Rasias etiam ij. Machab.14. commendatur de hoc quod propositum continentiæ tenuerit. Beata etiā uirgo Maria uotum uirginitatis emisit: & sanctus Ioseph sponsus eius cū ea, ut tenent doctores catholici: & tamen adhuc erat status ueteris testamenti. Paulus etiam apostolus cū adhuc esset legis ueteris æmulator & euangelij persecutor, uirginitatem seruauit, & sic patet qđ obseruatio virginitatis fuit Deo grata a tempore ueteris legis.

* CAP.

CAP. XII.

A a *Ecce autem,&c.* ✱ Zonaras. Cum Ephraimitæ irascerentur Gedeoni, quòd ad Ammonitici belli societatem nõ accersiti essent, neque vllam eius excusationem acciperent: pugna inita, multos eorum cecidit.

Tom. 1. Annal.

✱ Ioseph. Obijciebãt quod bellum Ammonitarum eis non indicasset, sed voluisset solus & prædam habere & gloriam. Satisfaciebat eis, quòd non eos latuisset cognatorum oppressio, sed etiam vocati ad auxiliũ non venissent, cum oporteret eos ante preces occurrere. Deinde dicebat, quod hostibus iniustè pugnantibus nõ ꝓsumerent resistere: cognatis verò inferre bella tentarent. Et interminatus est, si non temperaret a talibus, Deo auxiliante, ab eis pœnas exigeret.

Lib. 5. antiq. cap. 12.

B C

CAP. XII.

Hoc ad vltimum iudicium referendum est, secundum illud: Eos qui noluerunt me regnare sibi, adducite & interficite coram me.

Ecce aũt in Ephraim orta est seditio. Nã trãseũtes cõtra Aqlonẽ dixerũt ad Iephte: Quare vadens ad pugnã contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecũ? Igitur incendemus domum tuã. Quibus ille respõdit: † Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens, vocauiq; uos ut præberetis mihi auxiliũ: & facere noluistis. Quod cernens † posui aĩam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dñs in manus meas. Quid cõmerui, ut aduersum me cõsurgatis in prœlium? Vocatis itaq; ad se cunctis uiris de Galaad pugnabat contra Ephraim. Percusseruntq; uiri Galaad Ephraim, quia dixerat; † fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse. Occupaueruntq, uiri Galaaditæ uada Iordanis, ꝑ quæ Ephraim reuersurus erat. Cumq; uenisset ad ea de Ephraim numero fugiens, atq; dixisset: Obsecro ut me transire permittas, dicebant ei Galaaditæ: Nunquid Ephrathæus es? Quo dicente, non sum, interrogabant eum; Dic ergo schibboleth, quod interpretatur spica. Qui respõde-

1 2 3 4 5 6 7 8

† Conuenit aut Ephraim.

† Vir rixæ fui ego & popul' meus Heb.

† obieci me periculis Heb.

† abiecti ipsi' Ephraim estis vos Galaaditæ in medio Ephraim & in medio Manasse.

Fugiti-

b ✱ *Fugitiuus est Galaad, &c.* Chaldæus. Paraph. Vos Galaaditæ, qui fugitiui, ac transfugæ estis, quid reputamini in medio Ephraim, & in medio Manasse?

D

c ✱ *Dic ergo Schibboleth, &c.* R. Dauid Kimhi. Rogabant vt proferrẽt dictiones in quib. est Schin, hoc est s, crassum, qđ Ephratæi proferre nequerũt, sed loco ei' s. acutũ ꝓferebant, quod certũ erat indiciũ, prolatorẽ esse Ephratæũ, quãtũlibet id verbis negaret. Et fortasse aer ipse, aut influẽtia illius loci, causa fuit illius acutæ prolationis.

✱ Augu. Si illud quod popul' Ephrem, postea a Iephte debellatus est, ad iudiciũ Dei, qđ erit in fine, referẽdum est, sicut ipse Dominus dicit: Eos qui noluerũt me regnare sibi, adducite & interficite coram me: nec ibi quadraginta duo milia qui ceciderunt, vacanti numero commemorati sint.

E Quæst. 49. in lib. Iud.

F

☞ Indica-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XII.

1 *Ecce autem*. Descripta tribulatione & modo liberationis, hic consequenter describitur impetus seditionis. Et primò huiusmodi seditio describitur. secundò tempus trium iudicum succinctè subditur, ibi: *Post hunc iu.* Circa primum dicitur: *Ecce autem &c.* Illi enim de hac tribu erant superbi & gloriæ mundanæ cupidi, propter causam dictam superius in prin. 8. c. & ideo dolebãt de hoc quòd victoria ipsi Iephte adscribebatur, qui non erat de eorum tribu. & ideo quærebant occasionem contra eum di.

Diuisio.

2 *Vo. nos, &c.* mentiebantur, vt patet ex sequentibus: sed gratis quærebant occasionem dissensionis. & patet litera vsque ibi.

3 *Po. anim. &c.* i. necessitate regente exposui periculo vitam meam pugnando cum paucis contra filios Ammon. sequit.

4 *Pugnabat contra, &c.* cuius causa subditur:

5 *Quia dixe. fu. &c.* quod exponunt aliqui de Iephte qui fuit eiectus a fratribus suis, vt dictum est suprà in prin. 11. ca. sed illud quod sequitur de Ephraim, non bene cõsonat huic expositioni, quia non fuit de tribu Ephraim. & ideo melius exponitur de populo Galaad: de quo subditur:

6 *Et habitat, &c. ly habitat*, non est in Hebræo: sed sic habet ibi: *Fugitiuus est Galaad in medio Ephraim, & in medio Manasse*, idest, nullius momenti est aut reputationis in comparatione ad hanc tribum & ad illam, vt exponunt Heb. Cætera patent vsque ibi.

7 *Dic er. &c.* Illud *qđ interpretat. spi.* non est in Heb. sed appositum est a translatore. Hebræi autem dicunt quòd schibbolet non accipitur hic in ista significatione: sed pro cursu vel impetu aquæ: quod Gallicè dicit' *fil.* Schibboleth enim est nomen æquiuocum ad vtrumque, videtur tamen magis quòd hic accipiatur pro sensu quem dicũt Heb. quia Ephratæi petebant vt permitterentur transire fluuium Iordanis. & ideo de hoc examinabant eos vtrum essent de Ephraim aut non. vnde secundum Heb. sic dicebant eis: dic schibboleth fluuium transibo.

8 *Qui re.* Chebbolet. Ad cuius intellectum sciendum, quòd apud Heb. litera. s. duplicatur. vna vocatur Schin: & habet fortem sonum vbicunque ponatur, in principio, medio vel fine dictum, sicut nostrum. s. quãdo ponitur in principio dictionis vel in fine. Alia uocatur Samech, & habet talem sonum sicut nostrum. s. quando pronunciatur ab homine linguam blesam habente: & sonus eius appropinquat ad sonũ literæ quæ apud nos sonat. c. pro qua litera in Latino ponitur ch. vnde adhuc in antiquis abbatijs quæ sequuntur modum pronũtiandi antiquum sic pronuntiant: dicendo Machæus vbi scribitur Matthæus. Illi autem de Ephraim vel per corruptionem linguæ, uel per consuetudinem pro litera Schin pronuntiabant literam Samech: sicut homo blesus pro hoc nomine Simon diceret Chimon. ideo subditur.

† Schibboleth † quod interpretaĩ spica.

✱ 1 *Eadem*

MORALITER.

1 *Ecce autem*. Per Ephraitas qui interpretantur agentes, significantur clerici cupidi qui non student nisi ad augẽdum pecunias per lites & fraudes, & per præbendas malo titulo acquirendas; & similiter per Ephraitas intelliguntur religiosi proprietarij. Hos igitur uocauit Christus per Iephte significatus, ad pugnam contra diabolum precibus deuotis & sanctis exhortationibus & doctrinis, sed ipsi noluerũt uenire. Insuper & domum Iephte. i. ecclesiam Christi nituntur incendere igne cupiditatis, luxuriæ, & ambitionis. Sed per Galaaditas qui aceruι testimonij interpretantur, confusibiliter debellantur, per aceruos uerò testimonij dictæ sacræ scripturæ significantur. per quæ prædicti clerici & religiosi uiles & confusibiles declarantur, & in transitu Iordanis, idest, mortis, iugulantur iugulo mortis æternæ. Quod autem per Iordanis transitum mors significetur, patet: quia Iordanis riuus iudicij interpretatur. Totus uerò decursus uitæ præsentis est quidam defluxus usque ad trãsitum mortis, qui est particulare iudicium hominis. Ecclesiast. 38. c. *Memor esto iudicii mei: sic enim erit et tuum, mihi heri, & tibi hodie.* Causa uerò dictæ iugulationis est, eo quòd in fine uitæ non possunt dicere schibboleth, id est, spicam: quę absolutè sumpta significat spicam granis bonis plenam, per quæ signantur opera bona quorum defectum patiũtur. sed dicere possunt Chebboleth: quod interpretatur spica paleę: quia secundum ueritatem dici possunt spicæ plenæ paleis uanitatis & cenodoxiæ.

a *Iudi. itaque.* Aug. Sicut illi duo menses propter lx. dies senarium numerum sex ætatum significat, ita hic sexies septenarius ductus hoc idem figurat, quantum ad sex seculi ætates pertinet. sexies enim septem, quadraginta duo sunt, nec frustra ipse Iephte sex annis populum iudicauit.

† & non poterat sic loqui.

bat: Sibboleth, † eadē litera spicā exprimere non valens: statimque apprehensum iugulabant, in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo milia. Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis, & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethlehem, qui habuit triginta filios & totidem filias. Quas emittens foras maritis dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit vxores, introducens in domum suam. Qui septem annis iudicauit Israel: mortuusque est ac sepultus in Bethlehem. Cui successit Ahialon Zabulonites, & iudicauit Israel decem annis, mortuusque est ac sepultus in * Zabulon.

* Ahialon

a Melius, Helle phara Thecuites.

Post hunc iudicauit Israel Abdon filius Elel Pharaonites, qui habuit quadraginta filios & triginta ex eis ᵃnepotes ascendentes super septuaginta pullos asinarum: & iudicauit Israel octo annis, mortuusque est ac sepultus in Pharaton terræ Ephraim in monte Amalec.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Eadem li. spi.* quia pro litera Schin pronuntiabat Samech.
2 *Statim.* Per hoc scientes quòd esset de Ephraim.
3 *Post hunc.* Hic consequenter scribitur breuiter tempus trium iudicum: quorum primus fuit.
4 *Abesan.* aliàs Abechsan de Bethlehem. Hebræi dicunt quod iste fuit Booz, secundus fuit Ahialon, tertius fuit Abdon.
5 *Qui ha. quadra.* i. mulos, secundū transla. istam, *ly asinarum*, non habetur in Hebræo: & per hoc intelliguntur equi iuuenes fortes & electi: sicut dictum fuit suprà x. c. de filijs Iair.

CAP. XIII.

R*Vrsumque filij Israel, &c.* b *Erat autem.* ⁘ Iosephus. Quidam Manue de tribu Dan, inter paucos egregius, & patriæ sine dubio primus, habuit vxorem forma pulcherrimam, & quæ inter cętum comprouinciales fœminas eminebat. Et cum filios non haberet, grauiter ferens, Deum pro chara successione rogare cœpit, in suburbano suo, in quo frequens erat cum vxore.

Li. 5. antiq. ca. 13.

Isidor. Samson habet quædam in typum Christi, quod. s. ab angelo natiuitas eius annunciatur. Sic enim angelus domini ait ad virginem Dei: *Maria inue. gra. apud Deum. Ecce concipies in vtero & par. fil. &c.* Nazaræus quoque dicitur Samson. & de Christo dictū est: *quoniam Nazaræus vocabitur:* Liberauit Sāsō filios Israel de manu hostiū, & Christus populū suum a peccatis eorū. Samson interpretat̄ sol eorū. & de Christo dictū est per prophetam: *Orietur vobis sol iustitiæ: & sanitas in pennis eius.*

In lib. Iudi. cap. 8. — Luc. 1. c. — Matt. 2. d. — Deut. 33. c. — Num. 6. a. — Malac. 4. a.

c *Nec immundum.* August. Immundum est dissolutio disciplinæ quæ esse cœperat in Israel: & iam ad ea māducanda eos labefecerat: quæ Deus in animalibus prohibuerat. iam enim etiam ad cultum transibant idolorum.

Quæst. 50. in Iudic.

⁘ Procopius. Cum spiritus sanctus feritatem Sāsonis prius haberet cognitam †, a vino ac vinetis ipsum iussit abstinere, ne ad naturalem furorem, violento ascito, contra propinquos quoque & cognatos indigna patraret.

† 1. Reg. 4. b. — † infantia sua & ex

CAP. XIII.

RVRSVMQVE filij Israel fecerūt malū in cōspectu dñi, qui tradidit eos in man⁹ Philisthinorū quadraginta annis. Erat aūt q̄dā vir de Saraa & de stirpe Dan, noīe Manue hñs vxorē sterilē cui apparuit angelus dñi, & dixit ad eā: Sterilis es & absq; liberis: sed cōcipies & paries filiū. Caue ergo ne bibas vinū ac siceram, nec immundū q̄cquā comedas. † q̄a cōcipies & paries filiū, cuius nō tanget caput nouacula. Erit enim Nazaræ⁹ Dei † ab infantia sua & ex matris vtero: & ipse incipiet liberare

a Quæ

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

R*Vrsumque fi.* Hic describitur septima tribulatio, quæ facta est per Philisthæos. Et primò ponitur tribulationis pondus. secundò liberationis modus, ibi: *Erat autem quidam vir.* Circa primum ponitur filiorum Israel culpa renouata, cum dicitur:

Diuisio.

1 *Rursumque.* & subditur pœna inflicta, cum dicitur:
2 *Qui tra.* Isti quadraginta anni cōputant̄ a t̄pe Samsonis & Heli, quia per Sāsonē non fuerunt filij Israel omnino liberati de seruitute Philisthinorū, licet restricta fuerit tyrānis eorū.
3 *Erat.* Hic ɔsequēter ponit̄ liberationis modus. vbi primò describit̄ ducis cōditio. secundò inuasionis occasio. c. 14. tertiò hostium debellatio c. 15. ibi: *Cui Sāson respondit.* quartò ipsius Samsonis mors & cōsummatio c. 16. Circa primum, primò describitur ducis cōceptio. secundò eius natiuitas & cōditio, ibi: *Peperit.* Circa primum sciendum, q̄ mater Samsonis erat sterilis, & ideo non concepit cum virtute naturę tantū, sed virtute naturę per gratiam adiutæ. Circa quam gratiam primò describitur annuntiatio angeli. secūdò relatio verbi, ibi: *Quæ cum venisset ad maritum.* tertiò confirmatio facti, ibi: *Orauit itaq;.* quartò oblatio sacrificij, ibi: *Dixitque ita Manue.* Circa primum ponitur conditio patris, cum dicitur:
4 *Vir de Saraa.* nomen est loci.
5 *& de stirpe.* vbi apparet eius cognatio.
6 *Habens.* In quo ostenditur impedimentū ex parte matris, vt conceptio pueri sit magis mirabilis. sequitur:
7 *Caue ergo, &c.* Sicera dicitur omnis potus inebriatiuus.
8 *Nec immundum.* id est, illa quæ dicuntur immūda ad esum secundum legem, prout determinatur Leuit. 11. c. prohibetur enim comedere & bibere illa quæ prohibentur Nazaræis. Num. 6. cuius causa subditur.
9 *Quia conci.* gratia adiuuante naturam.
10 *Cuius non tā.* quia Nazaræi tempore suæ consecrationis non poterant radi, vt habetur Num. 6. c. Iste autem Samson fuit consecratus per totam vitam suam. ideo subditur:
11 *Erit enim Na.* Nō est intelligendū per hoc, q̄ fuerit sanctificatus in vtero: sicut Ioā. Baptista q̄a de talib. sanctificatis tenet̄, q̄ non peccauerūt mortaliter. sed ista cōsecratio intelligit̄ per donū fortitudinis: quę fuit quędā g̃ra gratis data. & potest stare cum peccato mortali sicut & donū prophetiæ. Et fuit data Samsoni pro consolatione populi: ideo subdit̄.
12 *Et ipse incipiet liber. &c.* Et dicitur *incipiet*: quia non liberauit complete, vt supra dictum est.

1 Quæ

MORALITER.

1 *Rursumq; filij.* In hoc capitulo agit̄ de cōceptione Samsonis & eius natiuitate ad liberandum populum Israel de manu Philisthinorū. Per Sāsonē verò qui interpretatur sol eorum, significari pōt dñs noster Iesus Christus: de quo scribit̄ Malach. 4. a. *Orietur vobis timētibus Deum sol iustitiæ.* Et sicut cōceptus Samsonis, ortus & viuendi modus fuit per angelum denuntiatus, vt dr̄ in hoc c. ita fuit de dño nostro Iesu Christo, vt habetur Luc. 1. Per hoc autem q̄, Samson vxorem nō accepit de filijs Israel, sed de Gentilibus, significatum fuit, quòd Christus accepturus erat de Gētilibus ecclesiam sibi sponsam, relictis Iudæis: paucis tamen exceptis qui sibi adhæserunt. quod autem modicum est frequenter non computatur: propter quod Osee 1. dixit dominus de Gētilitate: *Vocabo non dilectam meam.* Et Malach. 1. c. *Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus.* Et hoc diffuse tractat Apostolus ad Rom. 9.

† Mo:

a *Quæ cum.* ✱ Lanfrancus Cantuar. Sacri codices res quaslibet vocant nominibus illarum rerum, ex quibus fiunt, seu quæ esse putantur, siue quibus aliquo modo similes existũt. Abrahã tres viros vidisse legitur, cum essent angeli. Et in libro Iudicũ, mulier sterilis ad virũ suum de angelo dicit: *Vir Dei venit ad me.* Et paulo post: *Ecce apparuit mihi vir, quem videram ante*, nesciens quod angelus Dei esset. ✱ Iosephus. Apparuit ei angelus Dei, pulchro iuueni similis, & pcero. ✱ Rupertus. Samsonis omnes sunt actus mirabiles, manifestum in se diuinæ virtutis vel fortitudinis opus exprimentes. Neq; enim opera sunt hominis, sed Dei mirabilia faciẽtis. Sunt autem numero septem. Primus actus est, quod angelico ministerio prænuntiatc, Nazareus q̃ muliere steri li natus est, &c. Iã ex hoc ipso magnis & primis cõparabilis est patrib⁹ Isaac & Iacob, & Ioseph, q steriles diu matres habuerũt, omnes fide promerẽte, superno munere, deficiẽti naturę dati sunt, & in factis suis Christi domini figuram prętulerunt. Mulieris itaque huius sterilitas, B. Mariæ secundum figurã est virginitas. Et q̃d ait: *Caue, ne vinum bibas, &c.* mystica pręparatio est, in his verbis intelligenda. *Spiritus sanctus superueniet in te. &c.*

Lib. de Eucharist. — non interrogaui. — infantia sua &c. — nõ indicauit mihi. — Com. in Iudic. cap. 12. & 13. — retardaueris. — Gen. 32.

Augu. Quod ait mulier dictum sibi ab angelo: *quoniam Nazaræus Dei erit puer a ventre vsque ad diem mortis suæ*, non legitur ab angelo dictũ. Et quod legitur dictũ. *Ipse incipiet saluum facere Israel de manu Philisthiim* non est a muliere memoratũ. Aliqd ergo nõ dixit, quod audiuit, & tamen nihil credenda est dixisse, qd nõ audiuit. Sed scripturã poti⁹ nõ oia verba angeli posuisse, cũ ipsum mulieri loquentem inſereret. Ideo autem dictum est *a ventre vsque ad diem mortis suæ*. qa Nazarẹi dicebantur in lege vsq; ad tempus, qui uotum habebant, secũdum ea, q̃ scriptura per Mosen pręceperat vnde est hoc quod huic iussũ est, vt ferrũ non ascenderet in caput eius, vt vinum & siceram non biberet, hoc enim tota vita sua obseruauit Samson, quod illi, qui vocabant Nazaræi certis diebus obseruabant viuentes, votumq; reddẽtes b ✱ *Si uis holocaustum facere, &c.* Athanasius. Solius numinis

Quæst. 52. in Iudic.

a Israel de manu Philisthinorum. Quæ cum venisset ad maritum suum, dixit ei, vir Dei venit ad me habens vultum angelicum terribilis nimis. Quem † cũ interrogassem, quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, † noluit mihi dicere: sed hoc † respondit: † Ecce concipies & paries filium. Caue ne vinum bibas nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo. Erit enim puer Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex vtero matris suæ vsque ad diem mortis suæ. Orauit itaque Manue dominum, & ait. Obsecro domine vt vir Dei quem misisti, veniat iterum & doceat nos, quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est. Exaudiuitque dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum angelus domini vxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cum vidisset angelum, festinauit & cucurrit ad virum suum, nuntiauitque ei dicens. Ecce apparuit mihi vir quem ante videram. Qui surrexit, & secutus est vxorem suam, veniensq; ad virum dixit ei. Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit: Ego sum. Cui Manue. Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, † quid vis vt faciat puer, aut a quo se obseruare debebit? Dixitq; angelus domini ad Manue. Ab omnibus, quæ locutus sum vxori tuæ abstineat se, quicquid ex vinea nascitur non comedat, vinum & siceram non bibat, nullo vescatur immundo, & quod ei præcepi, impleat atque custodiat. Dixit itaque Manue ad angelum domini, Obsecro te † vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hædum de capris. Cui respondit angelus b Si me † cogis, non comedam panes tuos, si autem uis holocaustum facere, offer illud domino. Et nesciebat Manue quod angelus domini esset. Dixitq; ad eum. Quod est tibi nomẽ, ut † si sermo tuus fuerit expletus honoremus te? Cui ille respondit. † Cur quæris nomen meum,

Augu. Hoc scriptura superius tacuit. — dicit. — Gen. 16. g. Lucæ 1. b. — quod erit iudicium pueri, & opus ei' Hebr. — tardes hic aliquantulũ. — cum. — Ser. 3. contra Arrianos.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quæ cum venisset.* Hic consequenter describitur relatio verbi, quia mulier ista retulit marito suo prædicta dicens.
2 *Vir Dei venit ad me*, id est, angelus in specie viri, nesciebat tamen mulier, quod esset vere angelus, credebat tamen, quod esset à Deo missus.
3 *Habens vultum ange.* idest, splendidum vltra consuetum hominum modum.
4 *Terribilis nimis, &c.* idest venerabilis & reuerẽdus, sicut Genes. 28. d. dicitur. *Quam terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei porta cęli.* Cætera patent ex dictis.
5 *Orauit.* Hic consequenter ponitur confirmatio facti per angelum, secundo apparentem ad preces Manue, & patet litera paucis exceptis, quę discurrentur.
6 *Doceat nos.* Licet enim angelus dixisset mulieri à quibus cauere deberet, hoc tamen non dixerat de puero nascituro, iõ sequitur postea.
7 *Ab omnibus* quia hęc abstinentia iniuncta erat mulieri ratione pueri, & ideo multo fortius puero erat a talibus abstinendum, aliter tamẽ quam matri, quia cum esset Nazareus per totam vitã debebat seruare legem Nazarẹorum omnibus diebus vitæ suæ, mater autem vsque ad natiuitatem pueri tantum.
8 *Dixit itaque.* Hic consequenter ponitur oblatio sacrificii. Manue enim credebat eum qui ei loquebatur esse hominẽ, & ideo voluit ei offerre prandium, dicens.
9 *Faciamus*, idest, præparemus tibi ad comedendum.
10 *Hædum*, & per hoc intelliguntur alia in prandio necessaria, vt panis & vinum & similia.
11 *Cui respondit.* quia cibo non indigebat.
12 *Si me cogis.* idest, si velles me cogere, non comederem.
13 *Si autem*, id est, illa quæ attulisti ad honorem diuinum incendere.
14 *Offer illud*, pro beneficio quod tibi ex parte eius annuntiaui.
15 *Et nescie.* quia talia non obtulisset ei ad comedẽdum, sed credebat, quod esset a Deo missus, & ideo non peccauit offerendo sacrificium extra locum tabernaculi de præcepto vel persuasione illius, qui erat nuntius Dei. Sequitur.
16 *Cur quæris nomẽ meum.* In Hebrẹo hẽtur, quod est celatum vel ignotum. Qđ exponũt Hebrẹi, dicentes, qđ nõia angelorũ, qui mittunt' in ministeriũ, variantur secundũ legationes ad quas mittũt'. Vñ Es. 6. b. angelus, q missus est ad purgãdũ labia

Nominum angelorũ variatio.

MORALITER.

† Moraliter autem per Samsonem signatur bonus doctor, vel prælatus, vita & doctrina sicut sol illuminans ecclesiam. Et sicut de Samsone dicitur, qđ nõ comedat aliqd immundũ: sic talis doctor vel prælatus non incorporat sibi mortale peccatum. Similiter sicut de Samsone præcipitur, quod non bibat aliquid inebriatiuũ: sic doctor vel prælatus non debet aliquid agere quod sit extra mensuram rationis rectę. Ebrietas enim dicitur ab, e, quod est extra, & bria, quod est mensura. Samson etiam accepit vxorem de filiabus Philisthinorũ, vt per hoc sibi daret' occasio pugnandi contra eos, vt habetur in textu. Sic bonus doctor uel prælatus accipit sibi sapientiam Gentilium philosophorum, quæ dici potest eius vxor. Nam de sapientia dicitur, Sapientiæ. 8. a. *Hanc quæsiui mihi sponsam assumere*, & per ipsam habet occasionem pugnandi contra infideles & hęreticos, qui rationibus sophisticis inuoluunt catholicos simplices sapientiam philosophicam ignorantes.

A nis est adorari, neq; id ab angelis ignoratur, q quanquã cæteros gloria transcendant, creaturas tñ se esse, neque i classibus adorandorũ, sed adorantium agnoscunt se computari debere. Patrem certe Sãsonis Manue, uolentem sacrificium offerre angelo, angelus prohibuit his verbis, *Nõ mihi, sed Deo offerto*. Dominus contra, etiam ab angelis adoratur.

Quæst. 53. Iudic. a *Tulit itaq;*. Augu. Quod dicit scriptura ignorasse Manue, quod angelus domini est, manifestum est etiam vxorẽ eius hominem credidisse. Quod ergo ei dixit, *vim faciamus nunc tibi: & faciamus in cõspectu tuo hædum caprarum*, tanquam hominem inuitauit, scilicet, vt hoc cum illo epularetur quod sacrificium fecisset. Nam facere hędum non solet dici, nisi cum sacrificium fit. Ille etiam ita respõdit, *si uim feceris mihi, non manducabo de panibus tuis*: vbi ostendit se ad epulas fuisse inuitatum. Deinde addidit. B *Et si feceris holocaustum, domino offeres illud*, quia scilicet ille dixerat, *faciamus in conspectu tuo hædum caprarum*. Non autem omne sacrificiũ holocaustum, nam de holocausto non manducabatur, quia totum incendebatur, & ideo vocabatur holocaustum. Sed angelus etiam non manducaturus, holocaustũ potius fieri monuit, non tamen sibi, sed domino, quia, scilicet, Israel consueuerat illo tempore falsis diis sacrificare, vnde & tũc Deum ostenderat, vt traderetur inimicis per 40. annos.

b ✠ *Cumq; ascenderet flamma, &c.* Iosephus. Angelus virga q̃ tenebat tetigit carnes, & igne protinus emicante, carnes cum panibus sunt absumpti. Tunc angelus super fumũ, qua si in curru, ad cælum ascendere videbatur.

Lib. 5 Moral. c. 23. c *Quod.* Grego. Quid est, quod ad visionem angeli vir est timidus, mulier audax, nisi quando cælestia nobis monstrantur, spiritus quidem pauore se concutit, sed tamen spes præsumit. Inde enim spes ad maiora audenda erigit, vnde turbatur spiritus, qui ea quæ superna sunt, prior videt, quia cum altiora secretorum cęlestium sic leuata mens conspicit, cuncta humanarum virium soliditas, contremiscit.

Orat. in sãcta Epiph. lumina. d *Morte morie.* ✠ Nazianzenus. Primo purgari oportet, inde cũ puritate versari, si nobis accidere nolumus, quod Ma- C nue euenit, cum in Dei incidisset imaginationem, & dicere nolumus. *Perimus o mulier, quoniam Deum vidimus*.

✠ Procopius. Suspicatus est Manue, non angelum, sed Deum se uidisse. Quo circa victimam non eodem loci obtulit, verum super petram, quæ significauit Christum. At quomõ angelo cognito, denuo se Deũ uidisse dixit? Vel in legato legantem, uel magni consilii angelum innuit. Ceterum, mulier uiro uidetur præstantior, ac ideo primo ei uisio obtingit, ac per eam maritus demum uidit, quem bono animo esse iubet.

Aug.

a quod est mirabile? Tulit itaq; Manue hędũ [1] de capris & libaměta, & posuit super petrã [2] offerens dño, qui facit mirabilia. Ipse autem [3] b & vxor eius intuebant. Cumq; ascenderet [4] flamma altaris in cęlum, angelus dñi pariter c in flãma ascendit. Quod cũ vidisset Ma- [5] nue & vxor eius, proni ceciderũt in terram, & vltra eis non apparuit angelus dñi. Statim que intellexit Manue angelũ domini esse, & d dixit ad vxorem suam. Morte moriemur, [6] quia vidimus dominum. Cui rñdit mulier. Si dominus nos vellet occidere, de manib. nostris holocaustũ & libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis hęc omnia, † neque ea quę sunt ventura dixisset. Peperit itaq; e filium, & vocauit nomen eius Samson. Cre- [7] f uitq; puer, & benedixit ei dominus, cępitq; [8] spiritus domini esse cum eo in castris Dan, [9] inter Saraa & Esthaol.

D *Quæst. 54. in Iudic.* August. Quid est, quod postquam manifestatus est Manue & uxori eius angelus, qui cum eis loquebatur, dicit Manue uxori, *morte moriemur, etc.* Pro eo, scilicet, quod scriptũ est. *Nemo põt faciem meam videre & viuere.* Opinabantur ergo, ut homines Deum se uidisse, tãto utique miraculo facto, quod in igne sacrificij stetit, qui cum illis prius quasi homo loquebatur. Sed Deum in angelo ante• Deum ipsum angelum appellabant, sic enim scriptum est. *Et sumpsit Manue hædum caprarum & fecit sacrificium, & obtulit supra petram Domino mirabilia facienti, & Manue & vxor eius expectabant, &c.* His ergo uerbis, quia non dixit, *morte moriemur*, quia uidimus angelum domini, sed *Deum vidimus*, oritur quæstio. Vtrum in angelo intelligebant Deum, an eundem angelum uocabant Deum. Illud enim tertium, quod Deum putauerant, qui erat angelus dici non potest aperte, dicente scri- E ptura. *Tunc cognouit, quia angelus domini est*, sed unde metuebant mortem? Non enim scriptum erat Nemo uidet faciem angeli & uiuet. An uel in hoc ipso, quod in angeli presentia Deũ cognouerat, Manue ita perturbatus est, ut mortem timeret? Quod autem illi uxor respõdit *Si vellet dominus mortificare nos, non accepisset de manu nostra holocausta & sacrificium, nec illumin isset hæc omnia, sed audita fecisset hæc nobis*, utrum ipsum angelum crediderunt accepisse sacrificium, quia uiderunt eum in flamma altaris stetisse, an per hoc intellexerunt accepisse dominum, quia hoc fecit angelus, ut se ostenderet angelum? Quodlibet horum sit, iam angelus dixerat. Si autem facis holocaustum, domino offer illud, hoc est, *non mihi, sed domino*. Quod ergo stetit angelus in altaris flamma, magis intelligendus est significasse illum magni consilii angelum in forma serui, in homine, quem suscepturus erat, non accepturum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum.

† & secũdum tẽpus non audire fecisset nos talia. Hebræ.

† roborare cœ.

Prolog. lib. de Spi. San. e ✠ *Peperit itaq; filium, etc.* Ambrosius. Samson diuina pro- F missione generatus, Spiritum comitantem habebat. Sic. n. legimus. *Quia benedixit eum Dominus, & cępit spiritus domini comitari cum eo in castra &c.*

f Cœpitque Spiritus, &c. Chaldęus. paraph. Cœpit Spiritus fortitudinis domini roborare eum in castris Dan. Aliј. Cępit Spiritus domini per vices adesse ipsi, vel per vices agitare eum.

✠ Rupertus. Samson interpretatur, sol eorum. Quis autem Christum nesciat solem verum, eorum, qui habent oculos, & in cęlum aspiciunt?

✠ Iosephus. Crescebat puer velociter, & tam per abstinentiam ciborum, quam capillorum remissionem, propheta iã futurus agnoscebatur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ labia Esaiæ cum calculo ardenti, nominatur ibi Seraph, cum tamen nõ esset de ordine Seraphico. Angeli autem de futuris ad quæ mittendi sunt, non habẽt præcognitionem: nisi quando Deus reuelat eis: quæ reuelatio fit secundum formam suę voluntatis. Et ideo angelus dixit nomen suum esse occultum: quia nesciebat ad quid de futuro mittendus erat. Alio modo potest exponi, quia secreta Dei & angelorum non sunt hominibus reuelanda, nisi quantum Deo placet.

1 *Tulit.* Idest, liquida, quæ cum carnibus holocaustorum offerri solent, prout habetur.

2 *Et posuit.* vtens ea pro altari.

3 *Offerens Domino.* In Hebræo habetur: Offerens domino & mirabili, vel occulto ad faciendum: quia Manue non erat de genere sacerdotali: & ideo ad eum non pertinebat offerre sacrificium, sed obtulit materiam sacrificij ei qui sibi loquebatur in nomine Dei, qui dixerat nomen suum esse mirabile vel occultum: vt ex illa materia faceret Deo sacrificium, quia prophetæ loquẽtes in nomine dñi poterant offerre authoritate eius, sicut & sacerdotes: sicut patet de Elia. 3. Regum. 18. Manue autem credebat eum, qui sibi apparebat esse prophetam domini, erat etiam plus quam propheta, scilicet, angelus.

4 *Cumque ascenderet flamma.* Ex hoc videtur, quod ex illo lapide prodiisset ignis consumens holocaustum in signum diuinæ acceptationis.

5 *Angelus domini pariter*, uolens ostendere, quod ipse esset vere Dei angelus ad certificationem verbi eius.

6 *Morte moriemur, quia vidimus dominũ*. Exponatur sicut supra 9. cap. de Gedeone.

7 *Peperit itaque.* Hic consequenter describitur natiuitas pueri, & eius educatio, cum dicitur.

8 *Creuitque puer, & benedixit ei dominus*, conferendo ei donum fortitudinis, & forte cum hoc gratiæ gratum facientis, unde sequitur.

9 *Cępitque spiritus domini esse cum eo in castris*, quia pro tunc illa tribus habitabat in tentorijs.

✠ CAP.

CAP. XIIII.

A Descendit. Sequitur. a Descen. ✠ Aug. Cum Samson mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules. ✠ Idem. Samson fortitudinem habuit de gratia Dei, non de natura propria. Nã si fortis esset natus, cũ ei capilli diminueretur, fortitudo nõ adimeretur. Et vbi erat illa potentissima fortitudo, nisi in eo qđ scriptura dixit, *Incedebat cum illo spiritus domini.* ✠ Idem. Qñ fremuerũt gẽtes, tũc leo ille viro forti Sãson venienti ad ducẽdã de alienigenis vxorẽ, Christo, s. descendenti ad ducendam Ecclesiam de gentibus, fremẽs ibat in obuiã. Sed qđ egit? Accepit, tenuit, fregit, dissipauit leonem. Sic occisa gentiũ feritate, iã non sic fremit regia ptãs, nõ sic fremit populus gentium, imò verò in ipso regno gentiũ inuenimus leges pro Ecclesia, tãquam fauũ i ore leonis. ✠ Ambrosius. Vtinam tam cautus fuisset ad seruandam grãm, quàm fortis ad superãdam bestiã. Et fortasse hoc non solum virtutis miraculum, sed etiam sapientiæ mysterium, prophetiæ oraculum fuit.

Lib. 18. de ciuit. c. 19. Ser. 107. de temp. — Enarrat. in Psal. 80. — Prol. li. 2. de Spi. San.

b ✠ *Descenditq; & locutus est mulieri, &c.* Prosper. Aquit. Sãson dilexit mulierẽ alienigenã: descendit & fortissimus nr de cęlo, vt sibi dilectas ex gentibus animas sociaret, & fide coniungeret. c ✠ *Ecce examen apum, &c.* Procop. Cum uiueret leo, mel nullũ in ore eius reperiebatur: Fertur aũt quẽuis leonẽ viuũ os habere fœtidissimũ, adeo ut dictu sit mirificũ, in ore fœtido mel repertũ dulcissimum. ✠ Prosper. Fauũ mellis legem spiritalẽ intellige, qđ apes patriarchę ac quę pphetæ construentes, in cum mella infuderint diuini eloquij. *Quã dulcia faucibus meis verba tua super mel ori meo.* Et Salomon. *Faui mellis, sermones boni.* Dedit ex hoc Sãson parentib. & Christus discipulis, cũ aperuit sensum, ut intelligerent scripturas, & viderẽt quàm suauis est dominus. Isidor. Sãson cũ ad alienigenas tenderet causa petendę vxoris leonem occidit,

Lib. de promiss. Dei c. 21. — Lib. de promiss. c. 21. — Lib. in Iud. cap. 8.

CAP. XIIII.

1 Descendit ergo Samson in Thãnatha, vidẽsq; ibi mulierẽ de filiabus Philisthiim, ascẽdit & 2 nũtiauit patri suo & matri suę dicẽs: Vidimu lierẽ in Thãnatha de filiab. Philistinorũ, quã quæso, vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater suus & mater. Nũquid non est mulier in filiab. fratrum tuorũ, & in oĩ populo † tuo, quia vis accipere vxorẽ de Philisthiim, qui incircuncisi sunt? 3 Dixitq; Samson ad patrem suum. Hãc mihi accipe, qa placuit oculis meis. 4 Parẽtes autem eius nesciebãt, quod res a domino fieret, & quæreret occasionẽ contra Philisthiim. 5 Eo enim tempore Philisthiim dominabanť Israeli. 6 Descẽdit itaque Sãson cũ patre suo & matre in Thãnatha. Cumq; venissent ad vineas † oppidi, apparuit 7 catulus leonis sæuus & rugiẽs & occurrit ei. 8 † Irruit autem spiritus dñi in Samson, & dilacerauit leonem quasi hędũ in frusta decerperet, nihil omnino habens in manu, & hoc patri & matri noluit 9 indicare. Descenditque, & locutus est mulieri, quæ placuerat oculis eius. Et post aliquot dies reuertens, vt acciperet eam, declinauit, vt videret cadauer leonis. 10 Et ecce examen apum † in ore leo-11 nis erat, & † fauus mellis. Quem cum sumpsisset in manibus, come-12 debat in via, veniensque ad patrẽ suũ & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederũt, nec tñ eis voluit indicare, q mel de corpore 13 leonis assumpserat. 14 Descẽdit itaq; pater eius ad mulierem, & fecit

† meo. † Thãnath. sæuus. † Transiuit. † corpore. † mel.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

1 Descendit. Hic pñr describitur occasio inuasionis Philisthinorũ, quæ occasio data est Sãsoni ex acceptione uxoris de Philistheis: ut patebit in sequentib. Et iõ circa hoc primò describit dictæ uxoris petitio. scdõ petitę dispẽsatio, ibi: *Descendit itaque.* tertiò dispensati acceptio, ibi: *Et post aliquot dies*, quartò inuasionis occasio, ibi: *Cum igitur ciues.* Circa primum dr: *Descen.* villa est Philisthinorũ ad quã uenit Sãson ad uidendũ festũ qđ faciebãt Philisthei, quib. seruiebant Hebræi sub tributo: pp qđ securè poterãt ad loca eorũ declinare. 2 *Nunquid.* hoc dicebãt parentes Sãsonis: qa prohibitum est Deut. 7. a. ne contrahant matrimonia cum alienigenis. Ideo subdit. 3 *Paren.* Ex hoc aũt, q scriptura excludit parẽtes Sãson tm̃ ab hac notitia, vr q Samson cognouerit per reuelationẽ voluntatem dñi circa hoc: aliter. n. peccasset si mulierem alienigenã accepisset vxorem, nisi sciret dñi voluntatẽ, qui poterat in præcepto dispẽsare. Sed adhuc vr q parentes eius malè fecerunt illam mulierẽ petendo pro filio: quia hoc prohibet Deut. 7. vbi dr. *Filiam eius.* s. alienigenæ non accipies filio tuo vxorẽ. Dicẽdũ q Sãson eis voluntatẽ dñi reuelauit, licet nõ sit scriptũ. Erãt. n. deuoti: & ideò non est verisimile, q fecissent contra præceptũ dñi: nisi Sãson eis dixisset hoc esse de uoluntate dñi: & benè debebãt ei credere, eo q fuerat per angelũ annuntiatus & mirabiliter natus, ut s. dictũ est. 4 *Et quæ.* Sciebat. n. Samson in gñali per reuelationẽ: q ꝯtus illius mrimonij esset occasio rebellandi Philisthæis, licet adhuc ignoraret modũ in particulari. Sed quærit hic quare ad hoc quęrebat occasio cũ Philisthæi habitarẽt in terra Hebræis pmissa, vt patet ex supradictis c. 3. De illis habitatorib. pceperat dñs filijs Israel, q eos exterminarẽt sine misericordia: vt hr Nu. 33. & Deut. 7. propter qđ vr q nõ erat qrẽda alia occasio. Dicẽdũ q pp peccata Hebræorũ dñs pmiserat Philistheos ad tẽpus eis dñari, & inter ipsos erant aliqua pacta iuro firmata, qđ erat licitũ Hebræis facere in tali casu, vt dictũ fuit Iosue 21. & 23. propter qđ non licebat Hebræum Philisthæos tunc inuadere absq; noua occasione. & 2. Paral. vlt. c. inter mala Sedechiæ regis, pp quæ fuit captiuatus & ciuitas destructa, dr. A rege quoq; Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eũ p Deũ, & hoc notat cum subditur. 5 *Eo enim.* quod dñium erat pdicto modo firmatum. 6 *Descendit.* Hic describit prædictę mulieris desponsatio: pmittit tñ casus accidens in via, cũ dr. 7 *Apparuit*, scilicet, Sãsoni quasi ad deuorandũ eũ. Separauerat enim se Samson a parẽtibus suis pro aliqua necessitate, & tunc occurrit ei leo ita, quod parentes eius non uiderunt. 8 *Irruit au.* i. spũs fortitudinis. Illa. n. fortitudo non inerat ei ex cõplexione seu virtute naturali: alioquin nõ recessisset ab eo, qñ fuit rasus: ut hr, infra 16. c. sed erat illa fortitudo qdã gĩa gratis data, q nõ semp adest homini, sicut spiritus pphetiæ non semp aderat prophetis, sed qñ expediebat fm ordinationem diuinã: & hoc mõ vr dicẽdũ de fortitudine Sãsonis, pp qđ occurrente leonẽ dr hic, q *irruit in eũ spiritus dñi.* i. motus illius fortitudinis. 9 *Nihil.* ad ostẽdũ, q non fecit gladio uel baculo. 10 *Descen.* s. de matrimonio ꝯhendo: & tũc facta fuerunt sponsalia. *Et post.* Hic consequenter describit mulieris desponsatæ acceptio in mrimoniũ. iõ subditur. 11 *Reuer.* Interponit tñ casus cõtingẽs in via, cũ dr: *Declina.* 12 *Et ecce.* i. congregatio apũ. Quæritur hic quomodo apes, quæ abhorrent fętida ibi mellificauerunt. Potest dici, quòd apum diuersæ sunt species: & aliquæ sunt rusticanæ, & non abhorrent talia, cuiusmodi erant istæ, unde & aliquę mellificant in foraminibus terrę. Sequitur. 13 *Descendit.* quia locus ubi manebat mulier erat demissior, quàm locus ubi manebat pater Samsonis. 14 *Et fecit fil.* pro celebratione nuptiarum secundum consuetudinem illius terrę.

Fortitudinis Samsonis donũ gratuitũ.

✠ 1 Cum

MORALITER.

1 *Descendit ergo Samson in Thamnatha.* Per Samsonẽ q perrexerit ad accipiendũ sibi Gentile uxorẽ, allegoricè signatur Christus, qui in primitiua ecclesia coniunxit sibi per fidẽ ipsam Gentilitatem, Iudæa pro maiori parte incredula remanente. Propter qđ dixerunt Apostoli Iudęis. Act. 13. g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Deus.* Et per illam prædicationem coniunxerunt Christo & non sibi Gentilitatem per fidem: non enim erant sponsi, sed eius paranymphi.

7 *Apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei.* Per quẽ † intelligi

dit, & Christus ecclesiã uocaturus de gentib. diabolũ uicit qui ait: *Gaudete, quia ego vici mundum*. Ex ore leonis occisi fauus extrahitur: quia vt conspicimus reges terreni regni, qui contra Christum ante fremuerunt, iã perempta feritate dulcedinem euangelij prædicant, & munimenta præbent.

xerunt: Neq; a leone cõprehẽsis quicquã insuauius esse, neque dulcius vtentibus melle. Quibus Sãson rñdit: Neq; quicquã aliud muliere dolosius, quæ meũ vobis exposuit verbũ.

✱ Ambr. Samson rñdit. Nec muliere aliquid perfidiosius. Nam si non domuissetis vitulam meã, nunquam intelligeretis parabolã meam.

filio suo Samson conuiuium. Sic enim iuuenes facere consueuerant. a Cum ergo ciues loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta, 1 qui essent cum eo. 2 Quibus locutus est Samson: 3 Proponam vobis problema, quod si † solueritis mihi intra septem dies conuiuij: 4 dabo vobis triginta † syndones, & totidem † tunicas. 5 Si autem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta syndones, & eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei: Propone problema, vt audiamus. 6 Dixitque eis: b 7 De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. 8 Nec potuerunt per tres dies propositionem soluere. 9 Cumque adesset dies septimus, dixerunt ad vxorem Samsonis. † Blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet † tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris incendemus te, & domum patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis? Quæ fundebat apud Samson lachrymas & querebatur dicens? Odis me, & non diligis: idcirco problema quod proposuisti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit. Patri meo & matri nolui dicere, & tibi indicare potero? 10 Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum, 11 tandemque die septimo cum ei esset molesta, exposuit. Quæ statim indicauit † ciuibus suis. 12 Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum; 13 c Quid dulcius melle, & quid fortius leone? 14 Qui ait ad eos: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meã. 15 Irruit itaq; in eum spiritus domini, descenditq; Ascalonem, & percussit ibi triginta viros, quorum † ablatas vestes dedit his qui d problema soluerent. 16 Iratusq; nimis ascendit in domum patris sui, 17 vxor autem eius accepit maritum vnum de † amicis eius & pronubis.

a ✱ *Cum ergo ciues, &c.* Iosephus. Cũ Thãnitæ oẽs essent in epulis nuptiarum, metuẽtes fortitudinẽ iuuenis, triginta circa eũ pubertate pcellos cõstituerunt, sermone quidẽ velut socios futuros, opere vero custodes: ne qd vellet forte cõmittere conuiuiorũ societate crescente, &c.

✱ Ambro. Die nuptialis festi celebrabat conuiuiũ, lęta i epulis iuuẽtus, mutuis se ad ludũ inuitabat sermonib⁹, cũ alius aliũ salsiore dicacitate pstringeret, sicut se huiusmodi vs⁹ habet certamẽ lætitiæ accendebatur.

b ✱ *De come. &c.* August. Qõ ista qd aliud significat, q̃ Chrm̃ a mortuis resurgentẽ? De comedẽte utiq;, i. de morte, q̃ cũcta deuorat atq; cõsumit, exiuit cib⁹ ille, q dixit: *Ego sum panis viuus, &c.* quẽ humana exacerbauit iniqtas, eique aceti & fellis amaritudinẽ ppinauit, atq; ab eo plebs gẽtiũ, uitę dulcedinẽ cõuersa suscepit: ac si de mortui leonis ore, idest, Christi morte, q accubans dormiuit ut leo, apum, idest, Christianorum processit examen.

c ✱ *Quid dulcius melle, &c.* Iosephus. Iuuenes cõuenientes dixerunt: Neq; a leone cõprehẽsis quicquã insuauius esse...

✱ Prosper. Magnum illud pietatis dñicæ sacramentũ, qđ i lege fuit velatum, & abscõditum a seculis in Deo, reuelatũ per Christũ manifestatum est in gentibus.

✱ Aug. Vitula est Ecclesia, q̃ reuelata sibi a viro suo secreta fidei mysteria Trinitatis, resurrectionis, iudicij, & regni, in fines terrę Apostolorũ & sanctorũ doctrina ac prędicatione vulgauit: & itelligẽtib. atq; cognoscentib. æternę vitæ præmia repromisit.

d ✱ *Iratusq; nimis, &c.* Ioseph. Illas nuptias refutauit: & puellã quæ eũ prouocauit ad iracundiam, duxit eius amicum: pro qua iniuria exasperatus Samson, deliberauit, vt Palæstinos omnes cũ ea affligeret.

✱ Aug. Sodalis iste oĩum hæreticorum figurã gessit. Nã hę retici qui Ecclesiã diuiserunt, vxorem dñi sui ducere, & abducere voluerunt. De ecclesia exierunt, qui impietatis adulterio Ecclesiã, i. Chri corpus in parte suam conanť euadere. Vnde fidelis ille seruus & amicus dominicæ sponsæ loquitur: *Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.*

CAP.

Ioan. 16. g. — Li. 5. antiq. c. 13. — ciues loci illius. — † in dicaueritis mihi, & inueneritis. — † mutatorias vestes. — † linteamina. — † suade. & suade ei. — & querebatur. epist. 70 — Ser. 107. de temp. — Genes. 49. — Ephes. 3. — Ser. 107 de temp. — † nobis. — † filiis populi sui — † tulit exuuias & dedit mutatorias vestes. — † sodalibus eius, qui socius ei fuerat, i. qui iuuerat eũ in nuptiis celebrandis. Ibidem. — 2. Cor. 11. — Diuisio.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cum.* Hic consequenter describitur rebellionis occasio duplex, secunda ponitur in prin. 15. cap. Circa primum dicitur: *Cum er.* s magnum & robustum.

2 *Dederunt.* ut si Samson uellet aliquid agere contra eos, isti resisterẽt ei: tamen fuerunt ei assignati sub specie societatis & honoris nuptiarum.

3 *Quibus locut.* ut inde inter ipsos oriretur qõ seu contentio.

4 *Proponam*, i. verbum dubium & occultum: quod Gallice dicitur, deuinaille.

5 *Dabo*, idest, lineas vestes. 6 *Dixitque.* problema suum.

7 *De com.* per hoc obscurè proposuit, quod inuenerat mel in cadauere leonis: quia mel est dulce: & leo est fortissimus bestiarũ: & in illa parte leonis: quia mel, quod est comestibile, quæ est instrumentum comestionis. s. in ore.

8 *Nec.* licet multum cogitassent.

9 *Cumque.* Non est intelligendum, quod esset dies septimus conuiuij, imo erat quartus: sed uocatus est septimus, quia erat sabbathum occurrens inter conuiuium nuptiarum. Cetera patent usque ibi; 10 *Septem*, i. pro maiori parte septem dierũ: quia a quarta die incepit, ut patet ex prędictis.

11 *Tandemque.* Hic accipitur dies septima pro septima die conuiuij, non pro sabbatho.

12 *Et illi dixerunt.* qui si tardassent usq; post occasum amisissent, quia finita fuisset dies septima, quia dies est latio solis super terrã. 13 *Quid dulcius.* intellectus patet ex prædictis.

14 *Si non.* Ille qui arat inuestigat terram inferius, ita fecerunt isti, qui solutionem quam inuenire nõ poterant, inuestigauerunt per uxorem Samsonis: quam uocat uitulam ppter muliebrem insolentiam.

15 *Irruit ita.* in uindictam iniuriæ sibi factæ. Tum quia problema per seipsos soluere debebant, non per aliam personã ut patet ex modo loquendi supra posito, ubi dicitur: *Quod si solueritis mihi, &c.* Tum quia per metum mortis incussum uxori suæ & amicis eius solutionem inquisierant: Sequitur

16 *Iratusq;.* contra Philistheos & uxorem suam eo, quod reuelauerat secretum suum.

17 *Ascendit in domum, &c.* ab uxore ad tempus discedendo.

CAP.

MORALITER.

† intelligi potest Saulus Christũ impugnans, ppter qđ dixit ei Act. 9. a. *Saule, Saule quid me persequeris?* Per hoc autẽ, qđ verbo Christi prostratus fuit in terrã tanquã mortuus, apparuit, quod poterat eũ lacerare sicut Samson leonẽ occurrentem lacerauit. Per hoc autẽ qđ in ore leonis mortui inuentus fuit fauus mellis, significata fuit melliflua doctrina Pauli mundo mortui: sicut dixit Galat. 6. c. *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi*, i. in eius doctrina dulci, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

7 *De co.* Hoc autem problema solui nõ potuit, nisi p vxorẽ Samsonis, p quod significatum fuit: quod mutatio Sauli de persecutore amarissimo in dulcissimũ doctorẽ, non potest intelligi nisi p ecclesiã Christi sponsam: quę nouit virtutẽ sponsi potẽtis facere de psecutore defensorẽ, & de lupo pastorẽ. Aliter p leonẽ laceratum potest intelligi corpus Christi flagellis & clauis plagatum: qđ ipsemet per Samsonẽ figuratus lacerauit, inquantũ ad passionem uolũtariè se obtulit: & de eius corpore mortuo exiuit sanguis & aqua. ex qb⁹ virtutem habent ecclesię sacramenta, inter q̃ principale est eucharistię sacramentũ, in quo habemus dulcissimũ cibum. De quo figuraliter dicit Sapien. 16. c. *Panem paratum de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem: & omnis saporis suauitatem.*

CAP. XV.

Post aliquãtulum,&c. ✱ Ambrosius. Vbi res prodita est Sãsoni, volentiq; ad cõiugem redire, interclusa copia, quod pater eã alij viro nupsisse diceret, stimulo iniuriæ exulceratus, publicã cogitauit capessere vltionẽ, domesticę contumeliæ indignatione, correptisq; vulpib. cũ iam matura essent in agris frumẽta, binas sibi inuicẽ cauda ad caudã ligauit, ardẽtẽ inseruit facem, & super manipulos dimisit, &c.

✱ Procop. Improbi agricolæ hãc calamitatem merebãtur, vt traderentur Satanæ, cui & alia, a Deo traduntur, vt perdatur caro, quemadmodũ segetes quoq; immissis vulpib. cũ facibus, sunt vastatæ & inustæ.

✱ Aug. Sãson cepit vulpes. i. adulterantes sodales, de quibus dicitur, *Capite vulpes paruulas, &c.* id est, hæreticos comprehendite, conuincite, confutate, ne exterminentur ecclesiasticæ vineæ. Caudæ vulpium colligatæ qd sunt, nisi posteriora hæreticorum, qui prima hẽnt magna, & blanda, & deceptoria opera, posteriora ligata, i. damnata, & ignem in fine trahentia, vt eorum fructus & acta consumant, qui eorum seductionibus, acquiescunt?

✱ Prosper. Vulpes hęreticos signant, quib. sunt faces incendii ac erroris, potiꝰ quã diuini amoris. Ardẽt. n. studiis ꝑuersisq; doctrinis quib. imperitos cõsumũt. Mulier porro, q̃ relicto tanto viro, alii nupserat, igneq; periit, cum parentibus est oĩs aĩa hæretica, q̃ cũ suis parentib. i. doctorib. igni inextinguibili, peccatis traducẽtibus exuretur.

b *Percussitque.* LXX. Percussit alienigenas Sãson ad tibiã super femur. i. tã mirabiliter, vt stupentes tibiã vnius pedis super femur alterius ponerẽt.

✱ Chaldæus. Paraph. Percussit equites, cum peditibus.

✱ R. Dauid Kimhi, fugientes & cadentes, crura & pedes illiserunt femoribus. Alii Percussit eos ab armo ad femur, cæde magna.

☞ Iose-

CAP. XV.

a Post aliquãtulum autem tẽporis cum dies triticeę messis instarẽt, venit Sãson inuisere uolens vxorẽ suã, & attulit eihędum de capris. Cũq; cubiculũ eius solito vellet intrare, ꝓhibuit illũ pater illius dicẽs. Putaui, qđ odisses eam & iõ tradidi illam † amico tuo. Sed hẽt sororẽ, q̃ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. Cui Samson rñdit. † Ab hac die non erit culpa in me; contra Philisthęos. Faciã. n. vobis mala. Perrexitq; & cepit trecentas vulpes, caudasq; earũ iũxit ad caudas, & faces ligauit ĩ medio*, quas* igne succẽdens dimisit, vt huc illucq; discurrerẽt. Quę statim prexerũt in segetes Philisthinorũ. Quib succensis & comportatę iã fruges* & adhuc stantes in stipula, cõcrematę sũt, intantũ vt vineas quoq; & oliueta flãma cõsumeret. Dixerũtq; Philisthiĩ, quis fecit hanc rem? Quib. dictũ est. Sãson gener Thamnathæi, quia tulit uxorẽ eius & † alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntq; Philisthiim, & cõbusserunt tã mulierem quam patrẽ eius. Quibus ait Sãson. Licet hæc feceritis, tñ adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. b Percussitque eos † ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitauit in † spelunca petræ Etam. Igitur ascendẽtes Philisthiim in terram Iuda castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est, maxilla, vbi eorum † effusus est exercitus. Dixeruntque ad eos viri de tribu Iuda. Cur ascendistis aduersum nos? Qui respõderũt,

Epist. 70. 2. A
B
* caudarum.
* faces.
vt huc illucque discurrerunt.
Quæ statim perrexerunt.
Ser. 107. de temp.
Cant. 2.
† catenmine.
C
D
Lib. 2. de promis. cap. 21.
† sodali.
† Innocens sũ semel erga Philisthæos, si fecero eis malum.
Aug. quæst. 55. in Iudic.
E
* in aceruos.
† sodali eius.
† coxa super femur plaga magna.
Helramus. Eo co qui postea vocatus est.
.i. maxilla.
† extendit se.
F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XV.

1 Post aliquant. Hic consequẽter ponitur secunda occasio eo, qđ fuit prohibitus ab uxore sua, & hoc est quod dr̃.
2 *Cumque cubiculum eius,* idest, modo & affectu maritali.
3 *Prohibuit.* In hoc facta fuit Samson iniuria, quia non repudiauerat vxorem, sed tantum ad horam recesserat ab ea, qđ erat sibi licitum, & ideo facta fuit sibi iniuria, eo quod sine scitu & requisitione eius alteri fuit data, & ideo dixit.
4 *Ab hac.* inuadendo. s. eos ꝑꝑ infidelitates & iniurias mihi factas, & maxime, qa dixerat angelus de eo, *ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum,* vt habetur sup. cap. 13.
5 *Perre* Habita iusta occasione nocendi Philisthęis, vt patet ex ꝑdictis, hic consequenter describit̃ eorũ inuasio & debellatio, & primo in eorũ bonis, secundo in personis, ibi. *Quibus ait Samson* Circa primũ dr̃. *Perrexitq;*. Licet esset multũ fortis & agilis, tñ verisimile est, qđ ceperit eas auxilio aliquorũ, in illa. n. terrã abũdãt vulpes, & cũ retib. & ingeniis posset cito capi ĩ tãta multitudine, sicut in terra ista ĩ vna garena possũt cito capi trecẽti cuniculi, maxime ꝑ hoĩes ad hoc ĩgeniosos.
6 *Caudasque.* Quod est intelligendum, quod per aliqua ligamina ad hoc apta ligauit caudas duarum ad inuicem: & ligamina erant ita longa, quod in medio poterant ligari faces ardentes, quę de facili non possent extingui: nec lęderent uulpes. 7 *Quæ sta.* Eo enim, quod ligatę erant modo predicto, non poterãt currere ordinatè, & expeditè ad occultandum se in nemoribus uel foueis terræ, sed cucurrerunt ad illud, quod erat magis in promptu, scilicet, ad segetes stantes: quę erant desiccatę & propinquæ messioni: quod patet ex hoc, quod aliquæ iam erant collectæ, vnde subditur.
8 *Et com.* Non ad domos, sed in campis: vbi per aliquod tempus dimittebantur in magnis aceruis: sicut fit in multis terris. Cętera patẽt in litera. 9 *Quibus ait.* Hic consequenter ponitur inuasio in personis, & hęc est duplex, secũda ponitur ibi: *Igitur ascendentes.* Circa primum dicitur. 10 *Licet.* hoc dixit. Samsõ. Tum quia Philisthæis non combusserant vxorem eius & patrem zelo iustitiæ, sed magis cõmoti passione iræ propter damnũ eis illatum. Tum quia occasione ꝑdicta susceptũ bellũ erat ĩter Samsonẽ & Philisthæos aperte, nec tenebat̃ cessare ab eorũ inuasiõe, maxime cũ ad hoc fuisset cõsecratus ex diuina reuelatione, vt patet ex s̃ dictis.
11 *Percussitq;*. Sura est posterior pars cruris, femur anterior. Modus aũt est hoĩum, qui sunt attoniti & meditabũdi imponere surã vnius cruris sup femur alterius. Et ꝑ hoc designat̃, qđ Philisthęi fuerũt, ita stupefacti de plaga eiꝰ inflicta a Sãsone, qđ multũ cogitabãt qualiter se vindicare possẽt. In Hebręo aũt sic hẽtur. *Percussit eos plaga magna, tibiã super crus suũ,* qđ exponũt Hebræi de percussione peditũ cũ equitib. qa pedites ĩ bello ĩnitunt̃ tibijs suis, equites vero crurib.
12 *Igitur ascenden.* Hic ponit̃ secunda percussio Philisthinorum, vbi primò ponit̃ huius percussionis occasio, secũdò ipsa percussio, ibi. *Qui cũ ven. ssẽt,* tertio gratiarũ actio, ibi. *In maxilla asini.* Occasio autem data Samsoni fuit, eo quod ꝑꝑ eũ volebãt inuadere totum populum Israel, & hoc est, quod dicitur. *Igitur ascẽdentes,* & tamen Samson non erat de tribu illa, sed de tribu Dan, vt patet ex supradictis cap. 13.
13 *Castrametati sunt.* Hoc dicitur per diminutionem, quia locus ille vocatus est postea Rhamathlechi, vt habetur eo. c. sicut aliquando aliquis vocatur Minus pro Iacominus.
14 *Vbi eorum.* Hoc dicitur ad denotandum magnitudinem exercitus eorum, quia occupabat magnum terræ spatium.
15 *Cur ascendisti.* Quasi diceret tributũ vobis reddimus, nec rebellamus, & ideo non habetis occasionẽ inuadendi nos.
16 *Qui responde.* Licet enim uenirent principaliter propter Samsonem, tamen occasione ipsius veniebant contra totũ populum, nisi traderetur in manibus eorum, quod fuit eis concessum, ideo subditur.

✱ 1 *Descen.*

MORALITER.

1 *Post ali.* Per patrẽ uxoris Sãsonis, qui prohibuit Samsonem ab ingressu ad suam uxorẽ, intelligi potest imperator Romanus uel eius Imperiũ super gẽtes habens dominium; & quantum in se fuit, prohibuit coniunctionẽ Christi per Samsonẽ figurati, cum ecclesia de gentibus collecta. Et sicut Samson per combinatione uulpium incedit segetes Philisthinorũ: sic Christus ꝑ predicatores charitate combinatos succẽdit fidei charitate formata Gentiliũ corda inctantum, quod in multis erant ad martyrium promptissima. De hoc igne dicit Saluator Luc. 12. f. *Ignẽ veni mittere in terrã: & qd uolo nisi, vt ardeat.* Quod autẽ ꝑ uulpes possunt intelligi predicatores

† ostenditur

✠ Iosephus. Multos in Palestinorum campestribus occidit.
✠ Ambros. Samson concidit Philistheos strage maxima, plurimique eorum ferro interiere.
✠ Rupertus; Stupentes stupore corporis, succisis, vel obustis varicibus, geniculares quoque neruos contrahi, sicque sura foemori cohærente tam turpiter, quam misere nates a terra non posse subleuare.

a ✠ *Vt ligemus Samson venimus.* Ambrosius. Palestini cum non audentes lacessere, nec munitionis prærupta arduaque superare, tribum Iudæ denuntiato adorsi vrsere prælio, quod subditos sibi & tributarios perditum iri nequaquam iustum ex vsu videretur publico, pro alieno presertim facinore, tradi sibi designatorem flagitij postulauerunt, ceteris sine noxa futuris. Qua prescripta sibi conditione, viri de tribu Iuda ascenderunt ad eum, &c. Quibus ille. Et quæ iustitiæ forma est, genus Abrahamidarum, vt circumscriptæ primo coniugis, deinde abductæ, perniciosa mihi vindicta sit, & sine periculo domesticam iniuriam non licuerit vlcisci? Tantum ne inclinatis animis ad turpe vernulatum obsequium, vt executores vos alienæ præbeatis insolentiæ? Si pereundum est, iuuat perire manibus Palæstinorum. Liceat mori sine scelere vestro. Retuli ego acceptam iniuriam, non intuli. Non mortem abnuo, sed vestrum fugio contagium. Alligate vinculis manus, inermes licet, inuenient sibi arma nodis solutæ. Illi sacramentum dederunt, quod a se vitæ eius vis nulla irrogaretur, tantummodo patiens vinculorum esset, &c.

b *Iurate.* August. Quid est quod ait Samson viris Iuda, *Iurate mihi ne interficiatis me uos, & tradite me eis, ne forte occurratis in me uos.* Quam locutionem ita quidam interpretati sūt, ne fortè veniatis aduersum me vos. Sed hoc eū ne ab his interficeret dixisse illud indicat, quod in libro regnorū scriptum est iubente Salomone, vt homo occideretur dicente. *Vade occurre illi.* Qđ iō non intelligitur, qa non est consuetudinis apud nos ita dici. Sic enim qđ militares potestates dicunt vade alleua illū, & significat, occide illū, quis intelligat, nisi, qui illius locutionis consuetudinē nouit? Solet & vulgo apud nos dici, compendiauit illi, idest, occidit illū, & hoc nemo intelligit, nisi qui audire consueuit, hæc est.n. vis generalis oīum locutionum, vt queadmodū ipsæ linguæ nō intelliguntur, nisi audiendo vel legēdo discātur, ita nec modi locutionum.

Vt ligemus Sāson venimus, & reddamus ei, quæ ī nos operatus est. Descenderunt ergo tria milia virorum de Iuda ad † specum silicis Etam. Dixeruntq; ad Samson. Nescis quod Philisthiim imperent nobis? Quare ergo hoc facere voluisti? Quibus ille ait. Sicut fecerūt mihi sic feci eis. Ligare in quiunt te venimus, & tradere in manus Philisthinorum. Quibus Samson. Iurate, ait, & spondete mihi, quod non occidatis me Dixerunt. Nō te occidemus, sed vinctum trademus*. Ligaueruntq, eum duobus nouis funibus, & tulerunt eum de petra Etam. Qui cum venisset ad locum maxillæ, & Philisthiim vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus domini in eum, & sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Inuentamque maxillam, id est, mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, & ait, In maxilla asini, † in mandibula pulli asinarum deleui eos, &

a ¶ Prædicatores simplices & patientes. a ¶ Manu suæ virtutis tenens. b ¶ Vitijs.

✠ Rupert. Descēderūt triamillia de tribu Iuda ad ligandum & tradendum Philistheis Samsonem, quādo per tres orbis partes, Asiam, Europam, & Africam, quam plurimi, qui Christum cōfitebantur, (de quibus, *Ex nobis exierūt, sed non erant ex nobis.*) adiutores facti sunt Iudaicę impietatis, multis quidem scissuris, sed eodem spiritu malignitatis, Christum apprehendere volentes.

✠ *Ligaueruntq; eū, &c.* Ambros. Accepta fide, spelæo egressus deseruit petræ munitionem, ac duobus innexus funibus, vbi appropinquare accitos ad suscipiendum Palestinorū validos videt, infremuit spiritu, & vniuersa dirupit vincula, atq; arripiens maxillam asini iacentem, percussit mille viros, fugauit alios grandi virtutis spectaculo, cum inermi, & vni, cederēt armatorum agmina. Et qui cominus ausi fuerant congredi, facili negotio, nullo labore obtruncati, aliis fuga exitium dempsit.

c *In ma.* Grego. Maxilla asini prædicatores significat. Redēptor. n. noster simplicitatem & patientiā prædicantium, suę manu virtutis tenēs, a vitijs carnales interfecit, & maxilla in terrā proiecta, postmodū aquas fudit, quia tradita morti prædicatorum corpora magna populis monstrauere miracula.

✠ Rupertus. Maxilla asini in manu Christi, illa sunt stulta & infirma, illa ignobilia, & contemptibilia mundi, de quibus Apostolus. *Non multi sapientes secundum carnem, &c.* Inuentos eos, qui non erant, contemptibiles mūdo, confudit & destruxit inimicos suos, partim commutādo eos in bono, partim

Marginalia: Epist. 70. — Com. in Iud. cap. 18. — Epist. 70. — † contingentis, supra. 4. b. † Lechi. — † Aceruum, aceruorum, in maxilla asini. — Quæst. 56. in Iudic. — 3. Reg. 2. e. secundum aliā literam. — † summitate — Lib. Cō. c. 13. — * in manus eorum. — 1. Ioan. 2. — Lib. 13. Mor. c. 13. — Lib. com. in Iudic. c. 14. — 1. Cor. 1.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Descenderunt ergo, &c.* ad capiendum Samsonem, & tradendum Philistheis secundum quod fuerat inter eos cōdictum. Et patet litera vsque ibi.

2 *Iurate ait & spon.* volebat.n. satisfacere Israelitis, & sic agere, quod non interficerentur a Philisthæis, nec ab ipso eis resistendo, & haberet occasionem iustam interficiendi Philistheos, qui veniebant ad eum occidendum.

3 *Qui cum ve.* Hic consequēter describit Philisthinorum inuasio cum dicitur. *Qui cum venisset.* Hic locus sic nominatur hic per anticipationem, vt patet per literam sequentem.

4 *Irruit spiritus do.* idest, motus dono fortitudinis ad rumpēdum vincula, & ad Philisthæos debellandum.

5 *Inuentamq; maxil.* Per hoc ostenditur victoria magis mirabilis, & a Deo facta, quia non fuit per arma ferrea. Sciēdum tamen, quod asini maiores sunt in terra illa, & habent maiora ossa.

6 *Interfecit in ea.* Ex quo patet, quod miraculose seruabatur a contractione in tot & tatis percussionib. viro. ū armatorum.

7 *In maxilla asini &c.* Hic consequenter ponitur gratiarum actio. Modus enim erat Hebræorum in victoriis a Deo datis canere canticum per modum gratiarum actionis sicut patet in cantico Mosi, Exod. 15. & in cantico Deborę supra 5. c. & ideo Samson in hac victoria diuinitus sibi data cecinit canticum incipiendo per talem modum. *In maxilla asini, &c. Et vocauit nomen loci, &c.* Vtrum autem totum canticū eius sit hic scriptum vel solum ipsius principium, certum non hētur, uidetur tamen probabilius, quod solum principiū sit hic scriptum, quia non omnia sunt scripta, & quia non legūtur cantica sic breuia. Sequit. *Et vocauit no. loc, &c.* Quod aūt sequitur, *Quod interpretatur ele. &c.* non est in Hebręo, sed appositum est a translatore ad ostēdendum significatū nominis qđ bene fuit impositum, quia satis fuit mirabile & insolitū, quod cum maxilla asini fieret tm̄ factum. Quod autem hic diuinitus fieret, ostenditur per sequēs miraculum, cum dicitur. *Aperuit itaque dominus molarem dentem.* Et patet litera.

MORALITER.

† ostenditur, pinguedo namque vulpium medicinale est cōtra contractionem & stupefactionem neruorū, multi uero pdicatores cōtractos corporaliter erexerūt, ut patet de Paulo & Io. Act. 4. & de Paulo & Bernaba Act. 13. & multa similia fecerunt alii discipuli Christi & ministri. Spiritualiter autē contractos per pigritiam, & acedeam quasi quotidie erigūt predicatores ecclesię, & in uia morum faciunt ambulare.

2 *Ligare, &c.* Per ligationem Sāsonis per uiros Iuda pōt intelligi ligatio Christi in Petro, sicut & crucifixus fuit in ipso propter q eidem apparens dixit. *Vado Romam iterum crucifigi.* Hęc autem ligatio facta fuit a Iudęis, & soluta uirtute diuina Act. 12. sicut Samson dono fortitudinis a Deo rupit vincula. Per hoc autē, quod Samson in mandibula Philistheos debellauit significatū fuit, quod Christus in Petro per prædicationē euangelij Gentiles occidit & ecclesię incorporauit sicut dictum fuit sibi Act. 10. de conuersione Cornelij & aliorum Gentiliū: *Surge Petre, occide & manduca.* Quod autem p mandibulā pdicatio signet, patet: nā sicut in mādibula moliuntur escæ corporales corporaliter nutriētes: sic in pdicatione moliūtur sacræ scripturę, q sunt escæ spiritualiter nutritiuę. Deut. 8. a. *Nō in solo pane viuit homo, sed in omni uerbo quod procedit, &c.* Per aq. vero de mādibula mirabiliter exeūtē, significata fuit aqua salutaris sapiētię, q de beati Petri pcessit ore.

tim dānando. Hoc mirabile opus fecit Deus, Samson fortissimus, Christus omnipotentissimus. Sciebat grande sibi certamen fore contra legisperitos, oratores, philosophos, nobiles, reges, imperatores, tyrannos. Et hoc sciens, non vocauit prima expeditione multos sapientes, siue potentes, quorum linguis, aut potestatibus Euangelium suum roboraret: sed tales, q. tanquam leonibus asini, sic despecti essent sapientibus atque nobilibus, scilicet idiotas, non scribas: simplices, non oratores: piscatores, non imperatores.

a ✠ *Cumque hæc verba canens, &c.* Iosephus. Samson plusquam oportebat exultans, non Dei cooperatione credebat hoc factum, sed suis viribus ascribebat.

✠ Ambrosius. Vtinam quam fortis in hostem, tam moderatus in victoria fuisset. Verum, quòd facilè vsu euenit, insolens rerum secundarum animus, qui debuit euentum pugnæ diuino fauori & præsidio deferre, sibi arrogauit, dicens In maxilla asini deleui mille viros. Nec aram statuit Deo, nec hostiam immolauit, sed negligens sacrificij, assumptor gloriæ, vt triumphum suum perpetuo consecraret nomine, vocauit locum, Maxillæ interfectionem.

b ✠ *Sitiensque valde clamauit, &c.* Iosephus. Dum sitis fortissima illum tenuisset, considerans quod nihil est virtus humana, & Dei cūcta esse testatus, rogabat, ne propter hęc irascens eum traderet inimicis: sed vt potius illi auxilium in necessitate conferret, & a malis eriperet.

✠ Ambrosius. Illam victoriam Deo deputabat, siti castigatus, dicens: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc magnam: & nunc subueni: quia ecce morior siti, & in potestatem eorum de quibus tantum donasti triumphum, sitis necessitate adducor.

c ✠ *Aperuit itaque dominus molarem, &c.* Ambrosius. Dei misericordia aperuit scissurā maxillæ, & fons erupit ex ea, bibit Samson, resumpsit spiritum, & vocauit locum, Inuocationē fontis, eò quòd victoriæ iactantiā inuocationis precibus emendauisset. Ita maturè iudicia diuersa edita sunt, cū & arrogantia citò offensam incurrit, & humilitas sese reconciliauit.

a percussi mille viros. Cumque hæc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. b Sitiensque valde, clamauit ad dominum, & ait. Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam, & en siti morior, incidamque in manus incircuncisorum. c †Aperuit itaque dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis refocillauit spiritum & vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius, fons inuocātis †de maxilla, vsque in præsentem diem. Iudicauitque Israel in diebus Philisthiim viginti annis.

a ¶ Quia postquam mortua sunt prædicatorum corpora magna in mundo traxere miracula.

† Rupit. † qui erat in Lechi.

Li 5. antiq. cap. 13. — Epist. 20. — Epist. 70. — Lib. 4. orth. fid c. 16. — com. in Lib. Iudic. c. 20.

✠ Damascen. Dominus sanctorum reliquias, velut salutiferos fontes nobis præbuit, ex quibus plurima ad nos beneficia manant, suauissimumque vnguentum profluit. Nam si aqua in deserto ex aspera & solida rupe, atque ex asini maxilla ad sedandam Samsonis sitim, Deo ita volēte, prosilijt, eritne cuiquam incredibile, ex martyrum reliquijs, suaue vnguentum scaturire?

✠ Rupertus. Prostratis in mortem sanctis Apostolis ac martyribus, sepulcra eorū viuas aquas emanauerunt, corpora eorū miraculorum gratiam profuderunt. Sed quid? Aperuit dn̄s molarem dentem, & egressæ sunt aquæ. Nihil verius, nihil manifestius. Hoc oībus mēbris Christi dulce fuit, hoc omnibus fidelib. eius, desudantibus in agone Christiano, tale fuit, quale quies lasso, quale per æstum dulcis aquæ properāte sitim restinguere riuo. Nam exinde creuit fides, roborata est spes, charitas magis ac magis inualuit.

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 15. vbi dicitur in postil. *Percussitque eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent.*

Quòd hic in Hebræo dicitur in litera: *Percussit eos sura super femur plaga magna*: antiqui Hebræorum sic exponunt: scilicet q. nullis armis nec aliquo adiutorio corporali extrinseco percussit eos, sed solum calcitrando. Calcitrando enim homo cum calcaneo suo coniuncto suræ communiter percutit femur alterius hominis: & sic si percussio est valida percussus cadit. vnde ad ostendendā excellentiam fortitudinis ipsius Samsonis, exprimit modum percutiendi, qui est satis extraneus & insolitus, scilicet, vt vnus solus homo, eo modo plaga magna multos percutiat. Dicitur enim: quòd stupentes imponant suram super femur. Non credo, quòd habeat fundamentum in modo loquendi sacræ scripturæ: nec litera Hebraica hic facit mentionem de stupore.

ADDI.

ADDITIO II.

In eod. cap. 15. vbi dicitur in postil. *In maxilla asini.* hic consequenter ponitur gratiarum actio.

Vbi translatio nostra habet: *In mandibula pulli asinorum*: in Hebraica veritate habetur: *hamor hamorathaiim.* Vbi notandum, quòd hamor in Hebræo est nomen equiuocum: quod vno modo significat asinum, alio modo significat aceruum vel cumulum, seu cateruam. Vnde intentio huius locutionis erat dicere: quòd in maxilla asini aceruum atque aceruos Philisthinorum percusserat, idest, plures hominum cateruas: quòd est valde mirabile, quod & ex hoc sub eadem dictione includebatur asinus & caterua secundum æquiuocationem prædictā, reddebatur locutio, secundum modum Hebraicæ locutionis rhetoricè ornata.

CAP. XVI.

a **A** Biit quoque, &c. Gregor. Quem in hoc facto Samson nisi redemptorem significat? Quid Gaza nisi infernum? quid Philisthæi nisi perfidiam Iudæorum? qui cum mortuum dominum viderent et corpus eius in sepulchro positum, custodes illico deputauerunt: & authorem vitæ inferni claustris retentum quasi Samson in Gaza se deprehendisse lætati sunt. Samson verò nocte media non solum exijt, sed etiam portas tulit, quia redemptor noster ante lucem resurgens, non solum de inferno liber exijt: sed et inferni claustra destruxit, portas tulit & montis verticem subijt: quia resurgendo claustra inferni dirupit: & ascendendo regna cœlorum penetrauit.

Homil. 21. in Euang. — † *Gazitæ.* — * *media nocte.*

✠ Procopius. His qui Spiritum sanctum traducunt Samsonis causa, respondendum est, quod scriptura nusquam dicit, Spiritum incidisse super ipsum, quando est scortatus, aut quando Palæstinam, quæ ei exitio fuit, duxit. Spiritus enim sanctus non animę instar cum homine cohabitat, verum illi indefinitè adest, ac in eo quicquid vult, efficit.

✠ Augu. Quod intrauit ad meretricem, si sine causa fecit, immundus est. Si non intrauit, ut cōcumberet, mysterij causa fortassis intrauit. Sed concubuisse non legimus Non scriptum est, quia mixtus est meretrici, sed quia dormiebat. Ab Allophylis teneri non potuit, portas ciuitatis abstulit, & in monte leuauit. Quid est hoc? In fernū & amorē mulieris, vtrunque scriptura cōiungit. Pro inferis ponit domus meretricis, quia neminē repellit, oēm intrantē ad se trahit. Agnoscimus hoc loco redemptoris nostri opera. Postquā synagoga ad quā venerat, a se per diabolum separata est, & in loco Caluariæ crucifixit, ad inferna descendit, & inimici custodiobāt sepulchrum, & capere volebant, quem capere non poterant. Ille dormiebat, quia mortuus erat. Media nocte, id est, in secreto surrexit. Apertè passus est, solis autem discipulis, & certis quibusque manifestatus est. Ergo quod intrauit omnes viderunt; quod surrexit, pauci cognouerunt, tenuerūt, & palpauerunt. Tollit portas ciuitatis, id est, aufert portas inferni, mortis imperium remouet. Nouimus quoque eum resurrexisse, & in cœlos ascendisse.

Serm. 107. de temp. — *Prou. 30.*

b *Post hæc amauit mulierem, &c.* Iosephus. His gestis, Samson transcen-

CAP. XVI.

A Bijt quoq; in Gazam & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusq; est ad eam. Quod cum audissent † Philisthijm, & percrebuisset apud eos intrasse vrbē Samson, circundederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: qui ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis: & inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera: impositasq; humeris suis portauit ad verticē montis, qui respicit Hebron. Post hęc amauit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila. Veneruntq; ad eam principes Philisthinorum, atq; dixerunt: Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat

[Interlinear: † Iudæi. a Christum. b Custodientes sepulchrum. Quia Christus ante lucem surrexit. a Quia claustra inferni destruxit.]

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

1 **A** Bijt. *Hic consequenter describitur ipsius Samsonis mors & consummatio, & quia mors eius fuit per mulierem procurata, ideo primò describitur qualiter cum vna periculo se exposuit. secundò qualiter per alteram morti succubuit, ibi:* Post hęc amauit. *Circa primum dicitur:* Abijt. *quæ erat ciuitas Philisthinorum mortem ipsius quærentium.*

Diuisio.

2 Et vidit. *In Hebræo habetur:* Mulierem hospitalariam, *quia nomen ibi positum æquiuocum est ad vtramque significationem: sicut dictum fuit suprà 11. c. de matre Iephte, & Iosue. secundò de Raab, & propter hoc non inuaserunt eum ibi Philisthæi: quia secundum legem terræ securitatem debebat habere in loco hospitij: sed posuerunt insidias in porta ciuitatis, vt eum exeuntem occiderent, & forsitan vtraque significatio conueniebat illi mulieri: quia in aliquibus terris hospitatrices se de facili exponunt hospitibus suis.*

3 Ingressusq; est ad eam. Quod cum audissent Philisthijm, & percre. *hoc intelligitur de concubitu carnali secūdum sensum translationis nostrę, secundum autem Hebræos intelligitur de ingressu hospitij: & fortè vtrunque fuit ibi. Cætera patent ex dictis vsque ibi.*

4 Apprehendit. *Porta propriè loquendo est muri apertura, fores autem sunt ostia quibus apertura clauditur; vnum tamen pro alio frequenter ponitur.*

5 Post hęc. *Hic consequenter ostenditur qualiter Samson per aliā mulierem morti succubuit, vbi primò describitur mulieris fraudulenta inquisitio. secundò veritatis apertio, ibi:* Cumq; molesta ei esset. *tertiò ipsius Sāsonis comprehensio. ibi:* Quem cum apprehendissent. *Circa primum ponitur mulieris triplex tentatio. secunda ibi:* Dixitq; ad eum. *tertia. ibi:* Dixitq; Dalila. *Circa primum dicitur:* Post hæc ama. mu. *Vtrum aūt fuerit Hebræa vel Philisthæa nō habetur in textu: videtur tamen magis, quòd fuerit Philisthæa: eo quòd fuerit ita sollicita decipere Samsonem aduersarium Philisthæorum, & vocabatur Dalila: sic enim debet scribi & pronuntiari.*

6 Veneruntq;. *vt quem non poterant superare virtute, caperent fraude. Cætera patent vsque ibi.*

✠ 1 Si

MORALITER.

1 *Abiit.* Per descensum Samsonis in Gazam significatus fuit descensus Christi ad inferos: secundum beatum Greg. & plures doctores alios. Sed ab hoc multum dissonare videtur quod subditur.

2 *Et vidit ibi.* Propter quod sciendū quòd Hebræi dicūt hanc esse literam: *Mulierem hospitatricem,* & hoc verius videtur sicut dixi plenius in expositione literali. Secūdum hoc igitur per descensum Samsonis in Gazam, figuratus fuit descensus Christi ad limbum patrum, qui benè significatur per mulierem hospitatricem: eo quòd ibi sancti patres erant hospitati vsque ad acceptionem suæ beatitudinis, de qua iam erant certi.

4 *Dormiuit autē Samson vsque ad medium noctis: & inde.* Per hoc aūt Christi resurrectio fuit figurata, quæ fuit secundum communem opinionem doctorum in aurora: & sic in secunda medietate noctis, nam dies sequens incipit ab ortu solis. Est enim dies latio solis super terram.

5 *Apprehendit ambas portæ fo.* Quia Christus resurgens infernū fregit & spoliauit patribus ibi detentis: & deduxit eos vsque ad montē patriæ cœlestis. *Moraliter* aūt per Samsonem Nazaræum significatur homo contēplatiuus, intentus circa Deum, tamen propter necessitatem populi descendit ad actiuā, prædicando & exhortando ad bonū: & surgendo ab hac occupatione aufert portas ciuitatis diaboli: quæ sunt fauor humanus, & timor mundanus, & inclusos ducit ad patriam cęlestem, in spe de præsenti, & in re de futuro.

6 *Post hæc.* Doctores nostri dicunt, & benè: quòd in hoc facto Samson nō fuit figura Christi. Nā in principio huius operis dictum fuit, quòd res vna numero diuersa signat, & incompossibilia, propter diuersas proprietates, sicut leo ratione constantię signat Christum, & ratione voracitatis diabolum. Et eodem modo contigit de eadem persona, quæ ratione virtutis Christū signat: & ratione vitij nullo modo signat ipsum, sed magis oppositū. Sicut Salomō in ędificatione templi domini fuit figura Christi, qui ędificauit ecclesiam. In hoc autem, quod ędificauit idolorū templa 2. Regum 11. non potuit esse figura Christi, sed magis diaboli: Sic est in proposito. Samson enim in prędictis bene fuit figura Christi: sed non in eius deceptione per Dalilam. Samson igitur deceptus a Dalila secretum suæ consecrationis eidē illicitè reuelauit. Et in hoc significat hominem dño cōsecratum per professionem in religione, uel ordinem sacrum; qui per blanditias mulieris deceptus trahitur ad impudicos tactus & amplexus: & sic excæcatur primò tenebris ignorātiæ & secundò ligatur uinculo cōsuetudinis peruersæ: & in carcere peccati deputatur ad molēdum, id est, ad coitus exercitiū secūdum Hebræos. Vel aliter ad molendum, idest, ad opus laboriosum & malum, quod est opus peccati, secundū quod dicitur, Sapien. 5. b. in persona peccatorū: *Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, ambulauimus vias difficiles: viam autem dñi non ambulauimus:* Per hoc autem, quòd capillis Sāsonis renascētibus ipse plus nocuit Philisthæis quam

6 Post — † ante

transcendebat iā leges patrias,& edicta propria requirebat, mores imitando peregrinorū, quod ei initium malorū fuit.

✠ Ambros. Namq; parū fida expertus alienigenæ vxoris prima cōnubia,qui debuisset cauere vel postea, rursus Dalilę mulieris fornicariæ copulā nō declinauit: & cū eā diligeret impense, tentandi se causam dolis hostilibus præstitit. Pecuniam promittentib. Philisthæis, illa quę simul se pecuniæ prostituerat, astutè satis & callidè inter epulas, ad illecebras amoris, quasi admirans fortitudinis eius eminētiam,quęrere cœpit, quo tandem genere tantum præstaret reliquorum virtutibus, simul & quasi pauida atque solicita orare, vt dilectæ suæ cōmitteret, qui nexus astrictum alienæ potestati substerneret. Ille autem adhuc sobrius, & fortis animi aduersus delinimenta meretricia dolum dolo retulit, &c.

✠ Prosper. Dicunt Allophyli ad Dalilam: *Seduc virum tuum, & indicet tibi in quo sit virtus eius, & dabimus tibi singuli mille centum argenteos*. Ecce illa est triplex venditio. Venditur Christus in Ioseph, ante legem: venditur in Samson sub lege, venditur à Iuda sub gratia.

✠ Rupert. Dalila,synagoga est. Interpretatur aūt paupercula,synagogā denotans pauperrimā,cū se iactet magnas legis & prophetarū habere diuitias. Principes Palęstinorū,principes sacerdotū & populi fuerunt, qui plebem vniuersam aduersus Christum concitauerunt. Mulier Samsonem quartò tentauit, & synagoga Christū multotiēs, & nec saltem in sermone cū capere potuit. Tandem autem aliquando, quasi caput eius radendo tētauit & præualuit, quia Christum Dei filium, regem suum negādo ac blasphemando, in monte Caluariæ crucifixit.

tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere. Quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos. Locuta est ergo Dalila ad Sāson; Dic mihi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo,& quid sit quo ligatus † erumpere nequeas. Cui respondit Samson. Si[1] septem † neruiceis funibus necdum[2] siccis & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. Attuleruntque ad eam satrapę Philistinorum septem † funes vt dixerat,quibus vinxit eum latentibus[3] apud se insidijs: & in cubiculo finē rei expectantibus. Clamauitq; ad eum, Philisthijm super te Samson. Qui rupit[4] † vincula quomodo[5] si rumpat quis filum de stupa tortum sputamine,cum odorem ignis acceperit, & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. Dixitq;[6] ad eum Dalila; Ecce illusisti mihi,& falsum locutus es. Saltem[7] nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille respondit; Si[8] ligatus fuero nouis funibus qui nunquam fuerunt in opere,infirmus ero & aliorum hominum similis. Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamauit; Philisthijm super te Samson, in cubiculo insidijs præparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarū. Dixitq;[9] Dalila rursum ad eum: Vsque[10] quo decipies me & falsum loqueris? Ostende de quo vinciri debeas. Cui respondit Samson: Si,inquit,[11] septem[12] crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circumligatum terrę fixeris infirmus ero Quod cùm fecisset Dalila,dixit ad[13] eum: Philisthijm super te Samson. Qui cōsurgens de somno, extraxit clauum cum crinibus & licio. Dixitq; ad eum Dalila: Quomodo[14] dicis quòd amas me,cùm animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumque † molesta esset ei & per multos dies iugiter adhæreret, spatium[15] ad quietem non tribuens,defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. Tunc aperiens † veritatem rei dixit ad eam: † Ferrum[16] nunquam ascendit super caput meum,quia Nazaræus,id est, consecratus domino sum de vtero matris meæ. Si[a] rasum fuerit caput meu recedet à me fortitudo mea & deficiam,eroq; sicut cæteri homines. Vidensq;[17] illa quòd confessus ei esset omnem animum suū, misit ad

a *Si rasum fuerit caput meum, &c.*

✠ Aug. Virtutem non habuit in manu, non in pede, non in pectore, nō in ipso capite, sed in capillis & crinibus.

✠ Procop. Porrò,filij hæreticorum ridēt, quòd in capillis gratia est. Rideant igitur,quod in Apostolorū vmbris gratia est, in fimbria itē vestimēti Christi,in luto deniq; quod cæcum illustrauit. Quapropter voti nomine, pretiosa apud Deū fuit coma. Quod ipse testatus est Deus, cum legem de quouis Nazaræo sanxit.

Vocauitq;

Epist. 70.
L. com. in Iudic.cap.22.
† possis affligi
† virgas virides nec dum siccas.
† in cubiculo.
† virgas.
* totum sputamine.
L.depromiss. cap.22.
† verbis suis coarctaret,eū omnibus diebus & molestaret eum,ita vt angustijs afficeretur anima ipsius vsq; ad mortem.
Act.5. Matth.9. Ioan.9.
† cor suum.
† nouacula i. consecratus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si septem neruiceis. *id est, factis de neruis.*
2 Necdum siccis. *quia tales funes extenduntur & non rūpūtur.*
3 Latentibus. *quia non audebant inuadere Samsonem donec viderant per experientiam, quòd vincula non posset rumpere.*
4 Qui rupit vincula. *valde faciliter, ideo subditur.*
5 Quomodo. *quia mulieres qn̄ filāt inmiscēt aliquid de sputo suo.*
6 Dixitque. *Hic ponitur secunda tentatio mulieris ad deceptionem Samsonis cùm dicitur.*
7 Saltem. *fingebat enim ista mulier quòd ex magno amore ad Sāsonem desiderabat scire fortitudinis suæ conditionem, sicut amans desiderat scire intima sui amici.*
8 Si ligatus. *Hanc conditionem nouitatis addidit Samson ad suam primam responsionem, ita quòd funes non essent tantummodo neruicei & humidi: sed etiam omnino noui,& hoc dicebat Samson ad colorationem sui mendacij.*
9 Dixitque Dalila. *Hic ponitur tentatio tertia,cùm dicitur.*
10 Vsquequo. *celando secretum tuum amicæ tuæ.*
11 Si, inquit, septem. *In Hebræo habetur septem cincinnos, vel floccellos,cæsaries enim capitis sui distincta erat per septem floccellos, vel cincinnos.*
12 Cum licio plexueris *id est,cum forti ligamento.*
13 Dixitque. *q.d.hoc est falsum manifestè, cū proprium sit amantium secreta sua inuicem reuelare.*
14 Cumq;. *Hic consequenter describitur veritatis apertio: quia per molestiā mulieris īportunè petētis veritatē rei aperuit ad sui interitū.*
15 Ferrum. *quia de ritu Nazaræorū erat, quòd non raderentur eorum capilli toto tempore consecrationis suæ, vt dictū fuit suprà 14.c.*
16 Si ra. *Quia sicut dictum fuit suprà ista fortitudo nō erat virtute naturę,sed erat quoddam donū gratię gratis datæ: quæ in necessarijs et expedientibus fuit in eo quādiu tenuit ritum Nazaræi propter qd ipso uiolato per rasurā non affuit sibi. Sed cōtra hoc uidetur q uotū Nazaræi uiolabatur per tactum & etiā aspectū mortui. ut habetur Num.6. Samson autē multos iam ante interfecerat,ut patet ex supradictis. Dicendum quòd non fuit simile de Samsone & alijs Nazaræis, qui erāt consecrati ad ips & ad uacandum orationibus & pijs operibus. Sāson autem fuit consecratus per totam uitam,et sua consecratio erat ordinata ad alia opera.s.ad liberationem Israel de manu Philisthinorum, ut habetur sup.13.cap. propter quod interficiendo Philisthæos consecrationem suam non uiolauit, sed magis adimpleuit.*
17 Vidensque. *reuelando ueritatem: hoc enim præceperat per quod nomen dn̄i nominauit, dicens se consecratum domino, nō enim nominasset*

Cum

MORALITER.

antè fecerat,significatur, quòd aliqn̄ homo Deo cōsecratus & dicto mō deceptus ex respectu diuinę gratię reilluminatur: & ꝯ dæmones & vitia fortius quā ante casum præliatur. Potest ēt aliter dici q per Samsonē qui ante tōsionem capillorum fuit fortissimus, & post tōsionē capillorū fuit sicut cęteri homines infirmus,significantur religiosi ad bonū opus tepidi: qui ante depositionē capillorū per religionis ingressum erāt fortes & agiles ad luctādū & saltādum & hmōi, & post ingressum religionis infirmi sunt & debiles ad bene operādū.

rum

principes Philisthinorū ac mandauit: Ascendite adhuc semel: quia nunc mihi aperuit totum cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius: & cœpit † abigere eum & à se repellere. Statim enim ab eo fortitudo recessit. Dixitque Philisthiim super te Samson. Qui de somno cōsurgens dixit in animo suo. Egrediar sicut ante feci, & me excutiam, nesciens quod recessisset ab eo dominus. Quem cum apprehendissent Philisthijm, statim eruerunt oculos eius: & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Iamque capilli eius renasci cœperant: & principes Philisthinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias magnas Dagon Deo suo, & epularentur dicentes: Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Quod etiam populus videns laudabat Deum suum, eademque dicebat: Tradidit Deus noster aduersarium nostrum in manus nostras, qui deleuit terram nostram, & occidit plurimos. *† Lætantesq; per cōuiuia sumptis iam epulis præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos

† in sinu suo reclinare caput.
† affligere eum, &.
* ex nostris.
† Cumque hilare cor eorū esset.

a *Vocauitq; tonsorem.* Isid. Qđ mulier subdola caput Sāsonis rasit, & Allophylis illudendum tradidit: q captiuatus est, q cęcatus, & ad molā deputatus: nō in his Christus, sed illi figurantur qui tantū Christi noīe gloriantur, & malis actibus iugiter implicātur. Vir em̄ sensus rationalis intelligit. Caro autem mulierem significat, si enim mulieri. i. carni nostræ blandiente libidine, vel alijs malis operibus consenserimus: gratia spiritussancti quę Nazarei crine significatur nudati expoliamur atq; decipimur. Ita enim superbis & peccatoribus violata Christi gratia, sicut Samson incisa coma à diabolo illuditur. Si quis autem agendo pœnitentiam redeat coma redeunte. i. gratia reflorescente: reparatur ad virtutem, & cupidinis ac luxurię subuersis columnis hostes deijciet: & parato certamine in finem fortissimè dęmones triūphabit. (lib. Iud. c. 8.)

c *Quem.* ✠ Prosper. Impletur in Samson per figuram, quod in Christo actū est manifestè. Mulier pecuniam à principibus Philisthinorum suscepit, & Iudas percepto argēto dominum tradidit. Mulier dormire fecit Sāsonem in sinu suo: hoc est quod noster fortis dominus dicit. *Nō expedit mori prophetam extra Hierusalem*. Illa inebriauit poculo mortifero: & Dominus dixit, *Dederunt in escam meam fel, &c.* Nouacula rasit caput eius: synagoga Christum spinis capite coronatum, in loco Caluariæ crucifixit. Raso capite Samson discessit & virtus: & noster pēdēs in ligno clamauit, *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Effoderunt inimici Samson duos oculos eius. Duæ partes, velut lumina, discipulorum effusæ sunt ad tempus fugiendo, &c. (Lib. de promis. cap. 22.)

✠ Rupert. Tonsor quē meretrix conduxit, Pilatus extitit, cui vinctum dominum nostrū tradidit & negauit. Rasit crines dormientis, idest, regem suū detestata est, & vniuersum ius eius abdicauit quasi ouis obmutescentis, quasi agni corā tondente se os suū non aperientis. Cępit eū abijcere, repellere, insultare dicendo, moto & agitato capite: *Vah, qui destruis templū Dei.* Euulsione oculorum Sāson, ipsa interfectio dn̄i figurata satis aptè intelligitur, quia in morte non solus visus, sed & cęteri oēs sensus auferuntur. Gaza ciuitas infernum significat, in quo catenis vinctum impij dominum tenere voluerunt: sed Deus eum suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. (Lib. com. in Iudic. c. 24.) (Actuum. 2.)

b *Nesciens quòd rece. ab eo dom.* ✠ Athanas. Ipsum Spiritū appellari dominū liquidò in libro Iudicū scriptura ostēdit, vbi de mirandis operibus Sāsonis, ait. *Spiritus domini venit in eum.* Atq; iterū: *Venit spiritus domini in Samsonem.* Cum autē effatus esset mysteria Dei, aperiens ea Dalilę, dicit scriptura: *Recessit à Samsone dn̄s.* Quapropter demonstratum iam est, Spiritum esse dominū. Cognoscite autē q dominus ipse est Deus. (Lib. de Naturali communione inter Patrem, & Filiū, & Spiritum sanctum.) (Psal. 99.)

✠ Ambr. Ex somno experrectus: *Faciā, iquit, sicut soleo, & excutiā me super aduersarios.* Sed nec animi sui alacritatē, nec virtutē agnouit, nec vigor erat, nec gr̄a manebat. (Epist. 70.)

d *Molere fecerunt.* ✠ Hieron. Molere farinā durę captiuitatis, & extremę seruitutis īdiciū est. Ab Hebreis ēt mola intelligit figuraliter, q.s. in morem scorti, victorū libidini pateat. Illudq; qđ in Iudicū libro de Sāsone legitur, ad molā eum esse dānatū, hoc significare volunt, q pro sobole robustissimorū virorum, hoc in Allophylas mulieres facere sit cōpulsus. (Com. in c. 47. Isai.)

✠ Rupert. Sed nūquid hostes Philistæi, de semine Hebręorū fortes viros multiplicari optauerūt? Ergo hęc opinio q̄ turpis, tā & friuola est.

Greg. Samson amissis oculis ab Allophylis ad molā deputatur. Sciendū est q prius intellectus obtūdit: & posteà captus aīus per exteriora desideria vagatur: vt cęca mēs quò ducit nesciat, & carnis illecebris se libēter subdat, aliqn̄ verò pri⁹ desideria carnis ebulliūt & post longum vsum illicitis operibus oculū cordis claudūt. Nam sępè mēs recta cernit: nec tn̄ audēter ꝯ peruersa se erigit, & renitens vincitur, dū hoc ipsum quod egit dijudicans carnis suæ dilectione superatur. Quòd. n. plerumque prius oculus contēplationis amittitur, & post captus per carnis desideria huius mūdi laborib⁹ aīus subiugat, testat Sāson ab Allophylis captus, qui postquā oculos perdidit, ad molā deputatus est: quia maligni spiritus postquā tentationū stimulis intus faciē cōtēplationis effodiūt, foris in circūitu laboris mittūt. (lib. 7. Mora. cap. 13.)

e *Præceperunt vt vocaretur Samson.* ✠ Ambrosius. Producitur de carcere Samson, ac statuitur in populi conspectu. Grauibus in eum insultabant conuitijs, circumagebant ludibrijs: quod durius, & vltra ipsam captiuitatis speciem, viro ingenitæ virtutis conscio tolerabatur. Nam viuere & mori, naturæ functio: ludibrio esse, probro ducitur. Cupiens igitur tantam contumeliam vel vltione solari, vel (Epist. 70.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *nasset nomen domini dicendo mendacium.*

1 *Ascendite adhuc semel: quia nunc mihi aperuit totum cor suū.* Ex hoc videtur quòd illi ijdem prius fuerant apud ipsam ad comprehendendum Samsonem: sed videntes eius fortitudinem per ruptionem vinculorum ipsum non inuaserant: sed latenter ad sua loca recesserant, & per hoc etiam Samson fuit deceptus reuelando secretum suum mulieri ignorans quòd machinaretur in mortem eius.

2 *At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput.* Vt tonsor melius posset radere eum quàm si in lecto iaceret.

3 *Et rasit septem crines eius: & cœpit abigere eum & à se repellere.* In Hebræo habetur, *septem floccellos*. quia rasit totam cæsariem septem floccellis distinctam: vt prædictum est.

4 *Statim enim ab eo fortitudo recessit.* Cuius causa prædicta est.

5 *Dixitque.* Volebat enim experiri sicut prius vtrum fortitudo discessisset ab eo.

6 *Egrediar.* scilicet à vinculis, ipsa enim ligauerat ipsum ad experiēdum certitudinaliter si raso capite posset vincula rūpere: quod cū non posset, Philisthæi inuaserunt eum securi.

7 *Quem.* Hic consequenter describitur Samsonis comprehensio, vbi primò describitur eius incarceratio, secundò illusio, ibi: *Iamque capilli*. tertiò mors & consummatio, ibi: *Qui dixit puero*. Circa primum dicitur: *Quem.* Dono fortitudinis destitutum.

8 *Statim eruerunt.* ne si fortè euaderet, damna eis inferret.

9 *Et clausum in carcere molere fecerunt.* id est, grauiter laborare, ne gratis panem comederet, aliqui autem exponunt molere, id est, coitare vel coire cum magnis mulieribus quas adducebant Philisthæi: vt de illis magni homines & robusti nascerentur apti ad prælium.

10 *Iamque capilli, &c.* Hic consequenter describitur ipsius illusio in festo Philisthinorum, cùm dicitur.

11 *Conuenerunt.* Gratias reddendo idolo suo de captione Samsonis, quam attribuebant idolo.

12 *Qui deleuit terram nostram.* Per incendium terræ nascentium vt suprà dictum est 15. cap.

13 *Præceperunt.* idest, vt materiā risus eis pręberet: quia cęcus erat: & ideo impingebat aliquando ad parietem, aliqn̄ ad columnā: & aliqn̄ cadebat: ex quibus ridebant Philisthęi.

✠ Qui

vel morte in reliquũ præue tere, simulato quod infirmitate corporis, & nodis compe. lũ sustentare sese nequiret, poposcit à puero, &c. In morte seipsum vicit, & insuperabilẽ gessit animum, vt pro nihilo haberet vitæ finem, oibus formidolosum. Non captiuum exitum, sed triumphalem inuenit. Eius sepultura præstantior quàm potẽta fuit non telis, sed cadaueribus hostiũ pressus, humatus est, proprio tectus triumpho. Huius autem exẽplo liquet, alienigenarum consortia refugienda, ne pro charitate con iugij, proditionis insidiæ succedant.

✠ Prosper. Catenæ Samsonis, clauos indicant crucifixi. Quæ verò illudentes fecerunt, dando palmas in facie: sputis linire, flagellis cędere, hæc omnia Esaias prædixit, & impleta in Christo Euangelia testantur, vbi velut cæcatum illudunt Judæi, calamo percutientes caput eius, d. *Prophetiza, &c.* Plures Samson occidit in morte sua, quàm in vita. Noster etiam dominus, duos angulos mundi, circuncisionẽ, s. ac præputium, velut duas columnas in sua morte mouẽs, omnem culturã idololatriæ subuertit.

✠ Aug. Samson non aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus domus ruina oppresserit, nisi quia Spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat.

✠ Chrysost. Samson moriens, inimicos suos concussis ædificijs ruina cõprimit: & dñs tunc cum mori dignatus est, non vna domo sed toto mundo concusso, diabolum cum suis angelis extinxit.

a *Mal'orq;.* Gregor. In hoc loco per Samson Christus significatur. Samson enim dum viueret paucos interfecit: euerso verò templo moriens maximam aduersariorum multitudinẽ strauit. Et domino nostro prædicante pauci ex Iudæis crediderunt: innumeri verò Gentilium populi viam vitæ illo moriente sunt secuti. Superbos enim dum adhuc passibilis viueret pertulit: impassibili verò vita mortuus strauit. Hunc Samson in semetipso dudum figuraliter expressit, qui paucos dum viueret interemit: destructo verò templo multos cum moreretur occidit, quia dominus ab elatione superbiæ paucos eum viueret, plures cum corporis sui templum solueretur extinxit, atque electos ex gentibus quos viuendo sustinuit, simul omnes moriendo prostrauit.

luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos: † Dimitte me vt tangam columnas quibus omnis imminet domus, & † recliner super eas, & paululum requiescam. Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac † de tecto & solario, circiter tria milia vtriusque sexus spectantes ludentem Samson. At ille inuocato domino ait: Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem * pristinam, Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis: & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram læua tenens, ait: † Moriatur anima mea cum Philisthijm. Concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes & cæteram multitudinem quæ ibi erat. Multoque plures interfecit moriens, quàm ante viuus occiderat. Descendentes autem fratres eius & vniuersa cognatio, tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol, in sepulchro patris sui Manue: Iudicauitque Israël viginti annis.

Marginalia: † Duc. innitar eis. — Lib. de promiss. cap. 22. — Isai. 53. Luc. 22. Mat. 26. — Lib. 1. & 16. ca. 21. de ciu. — Homil. 4. in diuersos. Matthæi locos. — lib. 29 Moralium. cap. 7. — † super terrã. — * meam. — † 23. q. 5. c. si non licet. & cap reos. De diuor. c. gaudemus.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui.* Hic describitur mors eius & consummatio.

2 *Dimitte me.* Tum quia ex collisionibus prædictis erat fatigatus vt requiesceret: tum ut per earum impulsum cum Dei adiutorio de quo sperabat, domum cadere faceret: ideo subditur.

3 *At ill.* Quia videbat quod eius delusio reuertebatur in opprobrium diuinum, eò quòd captio Samsonis attribuebatur idolis, & de hoc idola laudabantur ab idololatris.

4 *Vt vlciscar me de hostibus.* Hoc enim dixit non liuore vindictæ, sed zelo iustitiæ & honoris diuini nominis: ita quòd Philisthæi Deum blasphemabant idola laudando, ideo non peccauit, Philisthæos occidendo, nec etiam occidendo se cum ipsis, prout subditur.

5 *Moriatur.* Et accipitur hic anima per toto composito, quod est corruptibile, licet anima sit immortalis. Non enim Samson intendebat se occidere per se sed tantum per accidens: quia non poterat blasphematores nominis diuini occidere nisi seipsum cum eis occidendo. Præterea voluntas domini erat, quòd hoc fieret: quod patet per hoc, quòd fortitudinem miraculosè sibi reddidit ad hoc faciendum. Quilibet autem debitor est mortis ipsi Deo: & hoc debitum potest repetere quando vult, & quomodo vult: & ideo Samson non peccauit se cum alijs occidendo ex Dei voluntate & instinctu diuino. Credendum est etiam quòd de peccatis prius perpetratis pœnituit: & quod illa mors pœna peccatorum suorum fuit, quam non solùm acceptauit, sed etiã pro ea dominum rogauit & ideo computatur in catalogo sanctorum ad Heb. 11.

Moraliter. Samson Nazaræus est homo per baptismum domino consecratus. Dalila quæ situla interpretatur, est sensualitas, per quam voluptas carnis quasi per situlam hauritur. Per hanc Samson decipitur, quia per sensualitatem homo aliquando à gratia in baptismo recepta deijcitur. Septem crinibus denudatur, quia septem donis spiritussancti spoliatur. Oculis priuatur per mentis excæcationem. Catenis ligatur per peccandi assuefactionem: carcere clauditur per obstinationem, sed tunc capilli eius incipiunt recrescere, quando diuinæ faciei respectu incipit pœnitere, qui moriens triumphat de hostibus, quia moriendo peccato triumphat de dæmonibus.

Moraliter.

A

com. in Lib. Iud. cap. 16.

CAP. XVII.

a *F Vitq; eo tempore, &c.* ✠ Rupert. Duo gentis Israeliticæ mala, duplicemque fornicationē ex hoc loco, vsque ad finem huius libri scriptura sancta culpare, & execrari laborat: propter quæ penè continua, & nunquam nisi paucissimis Iudicibus, siue Regibus iustis frenantibus, interdum coercita, dominus terræ illi & populo toties iratus est, & adhuc manus eius extenta. Prima namque, id est, fornicatio animæ est, qua à Deo legitimo viro creatura recedens, dolis prostituitur, & diuini nominis adulterium perpetrat, sculptili atque conflatili communicando illud. Hanc fornicationem spiritualem in gente illa præsens lectio vehemēter percutit: quo in tantum ardebat, vt non solum Michas, vnus homo sculptile fecerit, sed & integra tribus Dan pro magno commodo sibi illud furata sit: cùm adhuc inter cæteras tribus sortem non accepisset.

† maledixeras

B

Com. in lib. Iud. cap. 16.

b *Et fecit Ephod, etc.* Rupert. Ephod indumentum sacerdotale significat, quod in Exodo & Leuitico superhumerale dicimus

C

CAP. XVII.

a F Vitque eo tempore vir [1] quidam de monte Ephraim, nomine Michas, qui dixit matri suæ. Mille & centū argenteos [2] † quos separaueras, [3] & super quibus [4] me audiente iuraueras, ecce ego habeo † & apud me sunt. [5] Cui illa respondit; Benedictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri [6] suæ, quæ dixerat ei; [7] Consecraui & voui [8] hoc argentum domino, [9] vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atque conflatile, & nunc trado illud tibi. [10] Reddidit igitur eos matri suæ. [11] [12] Quæ tulit ducentos argenteos, [13] & dedit eos argentario, vt faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in [14] domo Michæ. [15] Qui ædiculam quoque in ea [16] Deo separauit, b & fecit Ephod & Teraphim, [17]

cimus. Teraphim aūt propriè appellant, figuræ & simulacra.

✠ Hieron. In volumine Iudicum legimus Michā de mōte Ephraim mille centū argenti siclos matri, quos illa vouerat reddidisse, atq; sculptile inde fecisse & cōflatile. Et audis post hoc modicum, vocari Ephod & Teraphim, cum vtique si zona sit, aut vestimēti gen⁹, sculptile atque conflatile esse non posse. Agnosco errorē penè omnium Latinorum, putātium Ephod & Teraphim quæ postea nominantur, de hoc argento fuisse conflata, cùm scriptura sic referat: *et accepit mater eius*, haud dubiū quin Michæ, argentum, & dedit illud cōflatori, & fecit illud sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ, &c. Ergo post matris idolum, quod dicitur sculptile atque conflatile, Micha fecit Ephod & Teraphim, sicut ex consequentibus approbatur, &c. Idolum igitur positum est, ad cuius venerationem, sicut ad Dei mysterium, Ephod & Theraphim insignè confici tur. Illud etiam attende, quod Ephod nunquam nisi in sacerdotio nominetur. Scito quoq; Theraphim ab Aquila μορφώματα, interpretari, quas nos figuras,

D

Tom. 3 Epist. ad Marcell.

† Qui tibi ablati fuerāt sic Lxx.

† ego accepi illos.

E

F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVII.

F Vitque. *Hæc est vltima pars principalis huius libri in qua agit de quibusdam casibus tempore Iudicum accidentibus. Et sunt tres casus. Secūdus ponitur c. 10. tertius ponitur in libro Ruth, qui secūdū Hebræos antiquos non est liber distinctus à libro Iudicū, vt patet per Hier. in prolo. galeato. Circa primū dubitatur quo tēpore accidit casus Michæ. Et dicunt expositores nostri cōiter, q̄ accidit post mortem Iosue antequā surgerēt iudices, & ad hoc probandū inducūt q̄ hic bis dicit:* In diebus illis nō erat rex in Israel, &c. *quia tunc non erat rex vel iudex qui errata corrigeret. Dicunt etiā q̄ hæc historia hic describitur ad ostendendum necessitatem dandi iudices Israeli ad corrigendū errata. Sed istud dictū non videtur multū valere. Tū quia sicut dictū est pluries iudices præerāt per modū directionis & cōsilij, nō per modū dominij: propter quod non habebāt efficaciā corrigēdi: sed reges eis succedentes habuerūt autoritatē & ptātē subditos coercēdi. Causa etiā suscitādi iudices inducta nō habetur ex præcedentibus, quia vbicunque scriptura dicit:* Suscitauit eis dñs talē, *vel talē iudicem, præmittitur pro causa huius suscitationis tribulatio in qua erat populus Israel: vt per iudicē suscitatū liberaretur. Hebræi verò dicunt, q̄ factū Michæ cōtigit sub Othoniel, qui successit Iosue. Et ad hoc probādū inducūt quod scribitur in fine 18. c.* Mansitq; apud eos idolū Michę oī tpe quo fuit domus Dei in Silo. *Hoc tempus incepit ante mortē Iosue: vt habetur Iosue 18. Tēpore aūt Iosue nō declinauerunt ad idololatriam, vt habetur suprà 2. c. Et ideò dicunt q̄ hoc accidit in principio temporis Othoniel, quod fuit propinquius positioni tabernaculi in Silo post tempus Iosue. Igitur, circa historiam Michæ sic proceditur: quia primò describitur idololatriæ perpetratio. Secundò idololatriæ spoliatio, c. 18. Circa primum præmittitur fabricatio idoli. Secundò subditur abusus sacerdotij, ibi:* Impleuitq;. *Circa primum, quia litera est intricata considerandum, quod mater Michæ consecrauerat summā pecuniæ pro fabricatione idoli. Michas aūt volēs illā in alios vsus expendere subtraxit illam occultè: postea verò pœnitens: tū quia et ipse idololatra erat, tū quia maledictionē matris timebat, quæ illi q pecuniam subtraxerat frequenter maledicebat: dictā pecuniam matri restituit: vt inde fieret quod ipsa promiserat. Et hoc est quod dicitur.*

1 Fuitq; eo tpe vir. *Hoc non refertur ad tps Sāsonis de quo immediatè suprà dictum est: quia factum istud accidit longe ante, s. immediatè post mortē Iosue, vt prædictū est, sed refertur in generali ad tempus Iudicum: tamen intelligitur pro prima parte illius temporis.*

2 Mille & centū arg. *Ex hoc dixerunt aliqui, q̄ ista mater Michæ fuit Dalila, & q̄ ista pecunia fuit illa quā recepit pro proditione Sāsonis vt dictū est ca. præce. sed hoc patet falsum: tum quia istud factum contigit diu ante tps Sāsonis & Dalilæ, vt iam dictum est, tum quia summa pecuniæ non est eadem hic & ibi, quia ipsi Dalilæ dederūt satrapæ Philisthinorum singuli mille & centū argenteos, erant autē quinque, & sic summa illius pecuniæ ascēdit ad quinq; millia & quingentos argenteos: hic autem ponuntur tantum mille centum argentei.*

3 Quos sepa. *scilicet, à communibus vsibus idolo dedicando.*

4 Et super. *i. voto & iuramento promiseras, secūdum expositores nostros. In Hebræo autem habetur;* Me audiente maledixeras, *scilicet ei qui pecuniam abstulerat.*

5 Ecce ego. *q. d. paratus sum reddere tibi pp̄ter causas prædictas.*

6 Reddidit ergo. *id est, reddere promisit, qa de redditione actuali postea agitur.*

7 Quæ dixerat. *s. antequā confiteretur pecuniā se habere, secundū istam literā in Heb. habetur;* Et dixit ei. *s. post confessionē pecuniæ.*

8 Consecraui. *Dominum vocat falsum Deum quem colebat.*

9 Vt de manu. *In hoc explicat modū voti sui, sic enim vouerat q̄ de manu sua argentum traderet filio, ut inde faceret fieri idolum.*

10 Et nunc. *i. statim cum mihi reddideris pecuniam secundum formam uoti mei, statim tradam eam tibi ad faciendum quod uoui.*

11 Reddidit igitur. *scilicet ipse Michas.*

12 Matri. *redditione actuali.*

13 Quæ tulit. *Residuum autem pecuniæ fuit consumptum in alijs quæ pertinebant ad cultum illius idololatriæ utpote in ędicula, Ephod, & consimilibus, de quibus postea subditur.*

14 Et dedit. *non per manum propriam, sed per manum filij sui secundum formam uoti prædictam.*

15 Vt faceret ex eis sculptile, &c. *Dicūt aliqui q̄ fuit unū idolum, quod uocatur hic sculptile & conflatile, id est, factum per tunsionem & conflationem, quia metalla prius calefiunt in igne & posteà malleo tunduntur, ut ex eis aliquid facilius formetur. Alij aūt dicunt, q̄ fuit duplex idolū, unū per sculpturam, quod notatur cū dicitur hic, sculptile; aliud per fusurā, quod notatur per hoc quod dicit, cōflatile.*

16 Qui ædi. *id est, paruam ædem,* De. *sc. idolo dedicando & ab aliis usibus separando & uocatur hic idolum Deus. Et in tota historia hoc nomen Deus uel dominus pro Deo falso accipitur. Excepto quod in fine dicitur; Omnia tempore quo fuit domus Dei in Silo, hic enim accipitur pro uero Deo.*

17 Ephod & Teraphim. *Quod autem sequitur,* Id est, vestem sacerdotalē & idola. *nō est in Hebræo, sed appositū fuit à trāslatore* ✠ *ad exprimen*

MORALITER.

1 *Fuit.* Ecclesia mater dicitur omniū Christianorum, licet multi eorum sint eius filij solo numero & nō merito. Itē pastor inutilis ecclesię dicitur idolū. Zach. 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.* Igit Michas qui matri suæ tradidit argentum ad fabricandum idolum, signat illum qui filius est ecclesię solo numero: & pecuniam offert præsidenti ecclesiæ, vt ipse promoueatur ad pastoris officium, & sic fiat idolum, quia sic promotus non solùm inutilis est ecclesiæ, sed etiam nociuus. & de tali subditur.

Impleuitq;

figuras, siue figurationes possum' dicere, &c. Iuxta igit hūc sensum & Micha cū veste sacerdotali, cętera quoq;, q ad ornamēta sacerdotalia ptinēt, p Teraphim fecisse monstratur.

a ⁂ *In diebus illis non erat rex, &c.* Rupert. Iidem scriptura vehementer ingemiscit, cùm inter narrādū, semel & iterū, ac tertiò dicit. Quem putas vel qualem regem, in diebus illis in Israel non fuisse deplorat? Nunquid quādo rex datus est Saul, abstulit fornicationes istas? Nunquid Achaz? Nū quid Manasses? Illū ergo regem scriptura deplorat non fuisse, cuius solius aduentu vel regno con summaretur prę uaricatio, & finem acciperet peccatum, & vn geretur sanctus sanctorum. Hic nempe deerat Rex, cùm data esset lex. Et lex quidem peccatum ostendere poterat, sed à peccato liberare non poterat: Solus iste rex eos omnes qui regnum eius susciperent. Cùm igitur tanta enarrat scriptura peccata populi Israel, rectè cōgemiscit, *In diebus illis non erat rex in Israel.*

b ⁂ *Fuit quoque alter adolescens de Bethleem, &c.* Theod. Est probabile eum fuisse Leuitam ex patre, matrē autē habuisse de tribu Iuda. Ceterum vir iste contra legem fecit. Nam cùm Deus fixisset tabernaculum in Silo: in alio loco fungebatur suo munere prę ter legem. Prætera manufactis idolis offerebat sacrificia. Ad hęc, lex prohibuit Leuitis ne sacerdotali munere fungerentur, sed misit eos ministrare sacerdotibus. Fuit etiam ingratus in eum, qui ipsum coluerat. Nam fraude acceptis instrumētis, secutus est eos, qui erant ex tribu Dan, & fuit conciliator erroris in adorandis idolis.

(Margin: I. com. c. 17. — id est, vestem sacerdotalem. — & utile mihi esse prospexero. — † consecrauitque. — Quæst. in Iudic. interp. Herueto. — † Consecrauitque. — † infra 18. a. & 21. d. — † ordinem vestimentorum. Alii constitutas vestes. Chald. interp. par vestium.)

id est, vestem sacerdotalem & idola. † Impleuitque vnius filiorum [1] suorum manum, & factus est ei sacerdos. † [2] In diebus illis non erat rex in Israël, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat. [b] Fuit quoque alter adolescens, de Bethleem Iuda, [3] ex cognatione eius, [4] eratque ipse Leuites, & habitabat ibi. [5] Egressusque de ciuitate Bethleem: peregrinari voluit vbicunque sibi commodum reperisset. Cumque venisset in montem Ephraim, iter faciens, & declinasset parumper in domum Michæ, interrogatus est ab eo vnde venisset: Qui respondit: Leuita sum de Bethleem Iuda: & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse prospexero. Dixitque Michas: Mane apud me & esto mihi parens ac sacerdos: daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac † vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria. Acquieuit & mansit apud hominem: [6] fuitque illi quasi vnus de filijs. † [7] Impleuitque Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se. [8] Nunc scio, dicens, quòd benefaciat mihi Deus habenti Leuitici generis sacerdotem.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

⁂ *ad exprimendum interpretationem Ephod & Teraphim. Ephod enim est idē quod superhumerale: vt habet Exo. 28. & est vestis principalis summi sacerdotis, & per ipsam hic intelligunt alia vestimēta sacerdotalia quæ fecit Michas, vt dicunt expositores cōiter. Si autem per Teraphim hic intelliguntur idola in plurali, nescio. Dicunt tamen Hebræi quòd Teraphim est caput pueri primogeniti dæmoni immolati: quod aromatibus conditur, ut possit diu permanere sine putrefactione & super linguam eius in lamina aurea parua ponitur nomē dæmonis. & sic dat responsa: prout dictū est diffusius Gen. 31. Et huic dicto videt concordare illud quod habetur sequenti cap.* Nostis quod in domibus istis sit Ephod & Teraphim & sculptile atque conflatile. *ita quòd Teraphim videtur esse aliud à duobus idolis prædictis: quorum unum fuit factum per fusuram, aliud per sculpturam: vel aliud ab uno duobus modis facto: vt prædictum est.*

1 Impleuitq;. *Hic cōsequēter describitur abusus sacerdotij duplex. Primò: quia fecit sibi sacerdotem unum de filijs suis, quod notatur cū dicitur:* Impleuitq; *id est, obtulit ad manum eius oblationem uel sacrificium per eum offerendum tanquam per sacerdotē. Ideo subditur.*

2 Et factus. *Cùm tñ nullus esset promouendus ad sacerdotiū nisi de filiis Aaron. Michas aūt non erat de stirpe illa, sed de tribu Ephraim. Secundò quia fecit sibi sacerdotem de tribu Leui, sed non de filiis Aaron. quod notatur cum dicitur.*

3 Fuit quoque. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethleem quæ erat in tribu Zabulon, ut habetur Iosue 19.*

4 Ex cognatio. *scilicet, ipsius Michæ, ut dicunt aliqui. Sed hoc est falsum, quia in Hebræo habetur:* Ex cognatione Iuda. *Mulieres enim quæ non succedebant in hæreditate paterna, poterant contrahere cum viris alterius tribus, ut dictum fuit Num. ult. et ideo mater istius Leuitæ fuit de tribu Iuda: pater autem de tribu Leui. Dicitur etiam de Bethleem Iuda, quia tribus Leui per omnes tribus erat dispersa, ut dictum fuit Iosue 21.*

5 Egressusque. *Quia filii Israel iam declinauerant ad idololatriā: nec reddebant decimas ad sustentationem Leuitarum ut tenebantur: & ideo Leuitæ cogebantur quærere uictum per alium modum. Cætera patent usque ibi.*

6 Fuitque illi quasi. *Tenebat enim eum in domo sua honorificè nec occupabat eum operibus seruilibus.*

7 Impleuitque. *Exponatur sicut prius.*

8 Nunc scio. *Licet. n. esset idololatra iste Michas, & coleret Deum falsum, utpote dęmonem in idolo: tamen credebat quòd obsequium sacerdotis de stirpe Leui esset ei magis placitum, quàm de altera tribu.*

CAP.

MORALITER.

1 *Impleuitq;*. Quia talis nō dat aliquid nisi nepotibus & consanguineis in vita ac scientia defectuosis, quibus dat præbēdas si sit eps: & bona ecclesiæ si sit inferioris gradus: & parum aut nihil dat pauperibus: & huic bene conuenit hoc nomen Michas, quod interpretatur quis, id est, quasi nullus. Sicut de Sobna præposito templi dicitur Esai. 23. c. *Quis tu hic aut quasi quis, &c.* Sequitur. *Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus.*

In diebus

ADDITIO.

In cap. 17. *ubi dicitur in postilla: Et uocauit idolum Deus in tota ista historia, &c.*

Si quis obyciat quomodo sacra scriptura utatur nomine diuino pro Deo falso seu idolo præsertim nomine domini tetragrāmaton, quod secundum doctores catholicos et Hebræos est incommunicabile creaturæ prout potest haberi Exod. 3. Dicendum, quòd scriptura sacra in talibus recitat idololatrarum opinionem, licet erroneā & falsissimam non asserendo, sed tantummodo referendo. Idololatræ enim Gentiles qui legē Mosaicam non susceperant: dæmonia sua deos uocant in communi, idololatræ uerò ab Israelitico ritu peruersi qui nomen Dei tetragrammaton ex fide habuerant, hoc idem nomen suis idolis perniciosè attribuebant, prout in hoc capitulo & in similibus reperitur, &c.

CAP. XVIII.

A IN *diebus illis non erat, &c.* ✠ Petrus. Comestor. Hunc euentum, & alterum de vxore Leuitæ, dicit Iosephus cō tigisse post mortem Iosue, & ante Othoniel, cùm plurimū peccasset corā domino Israel, & tradidisset eos dominus in manus Chananeorum.

Hist. Schol.

✠ Iosephus. Cùm Israelitæ bellorum iam studium reliquissent, & ad opera se terræ dedissent, Chananæi contemnentes eos, nec aliquid se ab eis pati credentes, suum collegerunt exercitum, firmam habētes spē, quasi Hebræos affligerēt. Et de tribu quidem Iuda, Ascalon & Accaron abstulerunt: & ipsos Danitas in mōtana fugere cōpulerunt, nec paululum eis locum in campestribus relinquentes. Et dum illi nec ad bellandum essent idonei, nec terram iam sibi sufficientem haberent, miserūt de suis quinque viros ad loca mediterranea, qui terram respicerent in qua habitare de cætero possent, &c.

Lib. 5. Antiquit. cap. 7.

CAP. XVIII.

IN diebus illis non erat rex in Israel: & tribus Dan quærebat possessionem sibi, vt habitaret in ea. Vsque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat. Miserunt ergo filij Dan, stirpis, & familiæ suæ quinque viros fortissimos de Saraa, & Esthaol, vt explorarent terram, & diligenter inspicerent. Dixeruntque eis: Ite, & considerate terram. Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerunt ibi. Et agnoscentes vocem adolescentis Leuitæ, vtentesq; illius diuersorio: dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quam ob causam huc venire voluisti? Qui respondit: Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit, vt sim ei sacerdos. Rogauerunt autem eum vt consuleret dominum, & scire possent an † prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui respondit eis: Ite cum pace. † Dominus respicit viam vestram & iter quò pergitis. Euntes igitur b quinque viri venerunt Lais, videruntque populum habitantem in ea, absque vllo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum & † quietum nullo eis penitus resistente, magnarumque opum & procul à Sidone atque à cunctis hominibus separatū. Reuersiq; ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & quid egissent sciscitantibus responderūt; Surgite & ascēdamus ad eos. † Vidimus enim terrā valde opulētam & vberem. Nolite

† Ante dominum est via vestra per quam ambuletis, id est, dominus diriget. vos & via per quam ambulare debeatis.
† Num. 13. a.

b *Venerunt Lais.* ✠ Hieronymus. Laisam filij Dā captam manu, possederunt, cū esset procul à Sidone, & vocauerunt eam Dan. Fuit autem terminus terræ Iudæ contra Septentrionem à Dan vsque ad Bersabeæ se tendentis. Esthaol in tribu Dan, vbi mortuus est Sāson, quæ vsque hodie ostenditur in decimo Eleutheropoleos milliario contra Aquilonem pergentibus Nicopolim. Saraa in tribu Dan, vbi Samson fuisse legimus, iuxta Esthaol.

Lib. de loc. Hebraicis.

† secundaret iter ipsorum. Heb.

† confidentem quem nemo pudore suffundebat non possidentem regnum vel cui nemo imperabat procul à Sidonis remotum, nec commercium vllū habentem cū alijs hominibus. Reuersique.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVIII.

1 IN diebus illis. *Hic consequenter describitur idololatriæ spoliatio. vbi primò describitur spoliandi occasio, secundò spoliantium occupatio, ibi.* Profectique. *tertiò spoliati conquestio, ibi:* Cumque iam. *quartò spoliantium abusio, ibi:* Posuerunt. *Circa primum sciendum: quod occasio spoliationis Michæ fuit missio exploratorum à filijs Dan: qui eundo ad locum explorandum diuerterunt in domum Michæ ad hospitandum ibi, qui erat homo potens & diues & de filijs Israel. & hoc est quod dicitur.*

2 Tribus Dan. *Licet enim accepisset sortem possessionis suæ ab ipso Iosue: vt habetur Iosue 19. sicut & aliæ tribus: tamen in sorte cuiuslibet tribus adhuc manebant Gentiles, qui non erant adhuc deleti, nec expulsi per filios Israel: & maxime in sorte Dan: quia Amorrhæus arctauit filios Dan in monte: nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent, vt habetur supra cap 1. & sic intelligendum est quod subditur.*

3 Vsque ad illum, *scilicet sufficientem pro tanta multitudine, ideo subditur.*

4 Miserunt, *scilicet ad explorandam ciuitatem Lais quomodo possent eam capere ad habitandum ibi.*

5 Et intrassent. *erat enim homo diues, & poterat eos recipere.*

6 Et agnoscen. *per loquelam enim cognouerunt quod esset de Betheleem. Licet enim omnes filij Israel haberent vnum idioma, scilicet, Hebraicum, tamen aliquando aliter pronuntiabatur in diuersis partibus terræ Israel. Sicut idioma Gallicum aliter in Normandia, & aliter in Picardia.*

7 Vtentesque. *id est, loco ei assignato ad manendum, ad quem diuertebat ad dormiendum, & ad alia sibi necessaria. Cætera patent vsque ibi.*

8 Rogauerunt, *id est, falsum Deum. Iam enim dixerat quod idola colebat, vt patebit infrà. Iam enim multi de Israel declinauerant ad idololatriam.*

9 Dominus. *Dicunt aliqui quod hoc dixit eis de capite suo, volens eis loqui placentia. Alij verò dicunt quòd hoc dixit eis ex responso dæmonis loquentis in idolo, vel in Theraphim modo supradicto. Deus enim permittit aliquando dæmones dare talia responsa idololatris, quia ex malitia sua demerentur quòd sic in erroribus nutriantur, & talia responsa aliquando sunt vera.*

10 Venerunt Lais. *sic debet scribi. Illa enim ciuitas quæ vocatur Lachis, fuerat capta ante ab ipso Iosue, vt habetur* Iosue 10. *Et ista quæ vocatur hic Lais, vocatur Lesem, Iosue 19.*

11 Videruntque. *& per consequens improuisum ad resistendum aduersarijs repente superuenientibus.*

12 Iuxta. *quia Sidon erat ciuitas fortis, & munita. & ideo habitatores eius non timebant ab extranis. ita nec isti de Lais, quamuis non haberent ciuitatem ita fortem.*

13 Et procul. *ita quod non poterant citò iuuari ab illa ciuitate.*

14 Atque. *id est non habentem fœdus societatis cum aliquibus aliis per quos succurri ei possit. Cætera patent.*

1 Profe-

MORALITER.

1 *In diebus illis non erat rex in Israel: Et tribus Dan.* Secundum doctores de Antichristo loquētes, ipse nascet de tribu Dan. Propter quod Apoc. 7. inter seruos domini signatos non fit mentio de tribu Dan. Igitur per tribum Dan conuenienter potest Antichristus cum sibi adhærentibus designari. Per viros autem de tribu Dan missos ad considerandam terrā, designantur eius prænuntij ad prædicationem & dilatationem sui Imperij. Per Lais quæ dicitur ciuitas magnarum opum & eius terram, Ierusalem & Iudæa designantur, eò quòd Iudæa dicitur in sacra scriptura optima terra fluens lacte & melle. Per hoc autem quod viri de tribu Dan spoliauerunt Micham, & domum eius antequam caperent Lachis significātem Ierusalem, significatur quod Antichristus alias terras saltem plures, antequam capiat Ierusalem, subiugabit sibi. Per hoc autem quod tribus Dan posuit idolūm in Lachis, figuratum fuit, quod Antichristus in Ierusalem sit ponendus, sicut idolū adorandus. Vnde dicit Apostolus secundo Thessalon. secundo capite de ipso. *Qui extollitur supra omne id quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, tanquam sit Deus.* Per hoc autem quod subditur.

Vsque

A Nolite negligere, nolite cessare. Eamus & possideamus eam: nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimam, † tradetque nobis dominus locum in quo nullius rei est penuria eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur 1 sunt de cognatione Dan, id est, de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis, ascendentesque manserunt in Cariathiarim Iudæ, qui 2 locus ex eo tempore castrorum Dan nomen accepit: & est post tergum Cariathiarim. Inde tran- 3 sierunt in montem Ephraim. Cumque venissent ad domum Michæ, dixerunt quinq; viri qui prius missi fuerant ad considerandam terram Lais, cæteris fratribus suis: † Nostis quòd in domibus istis sit 4 Ephod & Theraphim, & sculptile atque conflatile. Videte quid vobis placeat. Et cum paulu- 5 B lum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitæ qui erat in domo Michæ: salutaueruntque eum verbis pacificis: sexcenti autem viri ita 6 vt erant armati, stabant ante ostium. At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis *: Sculptile & Ephod & Theraphim atque conflatile † tollere nitebantur: & sacerdos stabat ante ostium sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerant Sculptile, Ephod & † Idola atque conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? Cui responderunt: Tace & pone † digitum super os tuum, venique nobiscum vt habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Israël? Quod cum audisset † acquieuit sermonibus eorum, & tulit Ephod & Idola ac sculptile, & profectus est cum C eis. 7 Qui cum pergerent & ante se ire fecissent par- D uulos, ac iumenta, & omne quod erat pretio- 8 sum, iamque à domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ † conclamantes secuti sunt, & post tergum clamare cœperũt. qui cum respexissent, dixerunt ad Micham. Quid tibi vis? † Cur clamas? Qui respondit: 9 Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ † habeo, & dicitis: quid ti- 10 bi est? Dixeruntque ei filij Dan, Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas, quod fortiores se essent, reuersus est in domum suam. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & quæ † suprà diximus, veneruntque in Lais ad populum quiescentem atque securum, & percusserunt eos in ore gla- E dij, vrbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium, eò quòd procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis, ac negotij. 11 Erat autem ciuitas sita in regione Rohob. quam rursum extruentes habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israël, quæ prius 12 Lais dicebatur. Posueruntque sibi sculptile, 13 & Ionathan filium Gersom filij † Moysi ac fi- 14 lios eius sacerdotes in tribu Dan vsque ad diem 15 16 captiuitatis suæ. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israël.

CAP.

Marginal notes: -nullus erit labor. † tradidit enim. † vel Scitote. * prius cum explorarent terram. † tulerunt. † Theraphim & infra. † mansi tuam. † lætatus est in corde suo. † congregati persecuti sunt filios Dan clamantes post eos. † congregatus es? † ab istis, quid mihi vltra. † fecerat Michas. † Manasse.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Profecti ig.* Hic consequenter describitur spoliantium occupatio. Sexcenti enim viri bellatores de tribu Dan euntes ad capiendum ciuitatem Lais exploratam, dum transirent iuxta domum Michæ, abstulerunt idola & ornamenta sacerdotalia, ducentes secum sacerdotem, de consensu tamen ipsius. Et patet litera paucis exceptis quæ discurrentur exponendo.

2 *Manser.* Non in ciuitate, sed extrà, vt patet ex hoc quod subditur.

3 *Post,&c. Nostis.* id est, cognoscere debetis. Ex quo patet quod prædictum est, scilicet quod sciebant quinque uiri supradicti idola esse in domo Michæ per Leuitam qui eis indicauerat: aliter non alijs potuissent hoc indicasse.

4 *Quod in do.* Capitulo præcedenti dictum est quid significent ista.

5 *Videte.* videlicet de ablatione idolorum & ornamentorum ad hoc pertinentium. Et quia erant proni ad idololatriam, consenserunt quòd hoc fieret.

6 *Sexcenti.* Parati iuuare illos qui ingressi fuerant ad tollendum prædicta si indigerent. Cætera patent vsque ibi.

7 *Qui cum.* Bellatores enim ita fecerunt, ne Michas & illi qui cum eo erant sequentes talia raperent, vel paruulis nocerent, qui defendere se non possent.

8 *Iamque.* Hic consequenter describitur spoliat cõquestio. Et patet litera vsque ibi.

9 *Deos.* In Hebræo habetur: *Et quid mihi amplius?* quasi diceret illa quæ tulistis, ita pretiosa erant mihi, quod parum aut nihil appretior residuum: & sic intelligenda est translatio nostra quæ habet: *Et omnia quæ habeo.* Non enim abstulerunt bona Michæ alia cum esset de filijs Israel, quos spoliare nolebant, sed tantum acceperunt illa quæ erant ad cultum idolorum pertinentia: quod credebant ad religionem pertinere, non ad furtum. Et hoc est quod subditur.

10 *Caue ne vltra loquaris ad nos.* id est, cum familia tua & bonis tuis. Cætera patent ex supradictis vsque ibi.

11 *Erat autem ci.* In Hebræo habetur: *In torrente Rohob.*

12 *Posueruntque.* Hic consequenter describitur spoliorum abusio: quia illis quę abstulerãt de domo Michæ, abusi sunt ad idololatriam exercendam. Et hoc est quod dicitur: *Posueruntque sibi.* Per hoc intelligũtur alia ad idololatriam pertinentia, quæ sibi posuerunt, scilicet ad exercendum idololatriam. ideo subditur.

13 *Et Ionathã.* Iste ẽ Leuites quẽ adduxerũt đ domo Michę.

14 *Ac filios eius sacerdotis.* prædictorum idolorum.

15 *Vsque ad di. cap. suæ.* quæ facta est per Salmanasar regem Assyriorum, ut habetur 4. Reg. 17. Et secundum hanc expositionem *ly captiuitatis suæ,* refertur ad tribum Dan. Hieron. autem super librum Paral. dicit, quod refertur ad domum domini idest vsque ad captionem arcæ per Philisthæos quę habetur 1. Reg. 4. quia tunc translatum fuit tabernaculum de Silo. Et hoc dictum consonat literæ sequenti, cũ dicitur.

16 *Mansitque.* quasi dicat, non amplius.

CAP.

MORALITER.

15 *Vsq; ad diem.* significatur quod Antichristus per Christũ sit deijciendus, sicut dicitur 2. Thessal. 2. *Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui.*

CAP. XIX.

A

commen. in Iud. cap. 26.

a FVit quidā vir Leu. ✻ Rupert. Altera fornicatio hic describitur, quæ diuersis libidinum ludibrijs corpora commaculat: tunc perniciosior, quando contra naturam Sodomitica debacchatur insania. Hęc quanta effrenatiōe populū illū dissoluerit acerrimè p̄sens lectio insinuat.

* concubinā.

* fornicata apud eum.

L. 5. Ant. c. 6.

✻ Iosephus. Cùm Leuita vehementer amaret coniugem, & eius pulchritudine victus afficeretur, quādo ab illa non similiter amabatur, & ille propterea passiones amoris ei⁹ potius vereret, lites frequēter inter eos eueniebāt. Ad vltimū verò mulier hęc grauata, relinquens virum, abijt ad parētes mēse quarto. ☞ Intro

† uolēs loqui ei ad cor Hebra.

B

a FVit quidā ¹ vir Leuites habitās in latere mōtis Ephraī, qui accepit vxorē * de Bethlehē Iuda. ² Quæ * reliquit eū: & reuersa est in domū patris sui ī Beth- ³ lehē, māsitq; apud eum quatuor mensibus. Secutusq; est ⁴ eā vir suus, † volēs recōciliari ei, atq; blādiri, & secū reducere: habēs in comitatu pue- ⁵ rū, & duos asinos. Quæ susce † pit eū, & introduxit in domū patris sui. Quod cum audisset socer eius, eūq; vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominē. Mansitq; gener in domo soceri tribus dieb⁹, comedens cum eo & bibens ⁶ familiariter. Die autem quarto † de nocte consurgens proficisci voluit. Quem tenuit socer, & ait ad eum: † Gusta prius pusillum panis, & conforta stomachum, & sic proficisceris. Sederuntque simul, ac comederunt & biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum suum: Quæso te, vt hodie hic maneas, pariterque lætemur. At ille consurgens

† mane.

† pusillum panis, & conforta stomachum fulci cor tuū bucella panis.

C

cępit velle ꝓficisci. Et nihilominus † obnixè eū socer tenuit, & apud se fecit manere. Mane autē facto parabat Leuites iter. Cui socer rursum: Obsecro, inquit vt paululū cibi capias, & assumptis viribus donec increscat dies postea ꝓficiscaris. Comederūt ergo simul, surrexitq; adolescens, vt pergeret cū vxore sua & puero. Cui rursum locutus est socer: Considera quòd dies ad occa- ⁷ sum decliuior sit & propinquet ad vesperum. Mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficisceris, vt vadas in domum tuam. Noluit gener acquiescere sermonibus eius, sed statim perrexit & venit † contra Iebus, quæ altero ⁸ nomine vocabatur Ierusalem: ducens secū duos asinos onustos, & concubinam. Iamque aderāt iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem. Dixitque puer ad dominum suum: Veni obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorum, & maneamus in ea. Cui rn̄dit dn̄s: Non ingrediar oppidū gētis ⁹ alienæ, quæ non est de filijs Israël, sed transibo vsq; Gabaa: & cū illuc peruenero, manebimus ī ea, aut certè in vrbe Rama. Trāsierūt ergo Iebus, ¹⁰ & cœptū carpebāt iter, occubuitq; eis sol iuxta Gabaa quæ est in tribu Beniamin, diuerteruntq; ad eā, vt manerēt ibi. Quò cū intrasſēt, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere volebat hospitio. Et ecce apparuit homo senex reuertens de agro, & de opere suo vesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem † regionis illius erant

D

† compulit eū socer eius.

† fulcias cor tuum. Et tardare fecit eū usque inclinatam iam diem.

† uel è regione.

E

F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIX.

1 FVit quidam. *Hic ponitur casus secundus de vxore Leuitæ quæ in ciuitate Gabaa mortua fuit ex nimia libine abutentiū ipsa. Circa quod ita proceditur: quia primò describitur hic sceleris perpetratio, secundò perpetrantium vastatio 20. capit. tertiò vastatorum reparatio 21. cap. Prima pars diuiditur in tres, quia primò describitur occasio peccati. Secundò modus perpetrandi, ibi:* Illis epulantibus. *Tertiò manifestatio facti, ibi:* Quam cum esset ingressus. *Occasio autem peccati fuit in hoc, quod Leuites vxorem suam quæ recesserat ab eo, reduxit per ciuitatem Gabaa, in qua erant aliqui homines pessimi & luxuriosi nimis. Circa hoc igitur sic proceditur, quia primò describitur vxoris reconciliatæ reductio, ibi:* Die autem quarto. *Tertiò in Gabaa hospitatio, ibi:* Occubuitque eis sol. *Circa primum dicitur.*

2 Qui accepit. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethlehem, quæ est in tribu Zabulon, vt suprà dictum est* 17. *cap.*

3 Quæ reliquit. *In Heb. habetur.* quę fornicata est super eū, *& sic in Hebr. videtur tangi causa recessus, vtpote quia propter fornicationem vir eius eiecit eam: uel quia ipsa ignorante uiro recessit ab eo cum adultero, & posteà non fuit ausa reuerti ad maritum suū: & ideo iuit ad domum patris sui.*

4 Secutusque. *Sicut frequenter contingit, quòd uiri scientes uxores suas malè egisse contra legem thori, adhuc eas tamen reuocant.*

5 Habens in eo. *id est, seruum. Cætera patent in litera.*

6 Die autem quarto de. &c. *Hic consequenter describitur uxoris reconciliatæ reductio. Et patet litera usque ibi.*

7 Considera, quod dies. *nō quia esset ita prope noctem, sed quia transierat horam Meridionalem, à qua hora incipit sol declinare à sua altitudine.*

8 Et venit. *De rationibus horum nominum & aliorum quibus nominata est hæc ciuitas secundum diuersa tempora, dictum fuit Gen.* 28. *Ex hoc autem loco dicunt Hebræi, quod ista historia contigit tempore Othoniel ante illam, quæ scribitur in principio huius libri de captione Ierusalem per filios Iuda, quia subditur hic.*

9 Non ingre. *Ex quo uidetur quod adhuc filij Iuda non ceperant illam ciuitatem. Catholici autem aliqui dicunt, quod contigit ante Othoniel: eò quod in fine huius historiæ dicitur:* In diebus illis nō erat rex in Israel *: sic suprà dictum est de historia Michæ cap.* 17.

10 Occubuitque. *Hic consequenter describitur redeuntium hospitatio, cùm dicitur:* Occubuitque eis sol iuxta. *Et ideo non poterant bono modo ultra transire.*

11 Et nullus. *Quia boni timebant eos recipere timentes inuasionē domus suæ de nocte ab hominibus insolentibus, qui erant in ciuitate: sicut & contigit ei qui eos recepit. Mali autem homines vagi & insolentes non habent hospitia ad recipiendum transeuntes, nec ipsi libenter declinarent ad eos. Cætera patent vsque ibi.*

ALLEGORICE.

1 *Fuit quidam.* Per hunc Leuitam qui dicitur vir à virtute, potest allegoricè Deus significari, de quo dicitur Exo. 15. a. *Dominus quasi vir pugnator.*

2 *Qui accepit*, id est, synagogam in datione legis in monte Sinai sibi coniungens eam.

3 *Quæ reliquit*, Per idololatriam multipliciter fornicando: Vnde in Hebræo habetur hic. *Quæ fornicata est super eum.* Et hęc fornicatio per idololatriā patet ex decursu veteris testi.

4 *Secutusq;.* Per quod significatur quod Deus voluit sibi reconciliare synagogā, & ad hoc misit prophetas, p ipsos eam reuocans ab idololatria. Iere. 4. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere & ego suscipiam te dicit dn̄s.* Tandē post prophetas ipse venit in propria persona, ad reconciliādum ipsam sibi per fidem & dilectionem. vnde dicit Matth. 15. cap. *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Et qm̄ aliqui de synagoga receperunt eum per fidem & dilectionem. s. Apostoli & alij credētes de Iudæa, ideo subditur,

† *Quæ susce.* in paucis tamen personis respectiuè. Moraliter. Autem per virum intelligitur ratio secundū Aug. & per vxorem sensualitas, cui rō dēt dominari sicut vir mulieri. Ipsa tn̄ sensualitas recedit ab obedientia rationis illicitæ, delectabilibus sensuum inhærendo. Sed tunc ratio debet esse diligens, ut ad eius obediētiā reducatur. Et quia personis ad Deū reuertentibus fide & dilectione diabolus procurat tribulationes multas & magnas: propter hoc Apostolis & alijs credentib. procurauit tribulationes: primò per sacerdotē & scribas Iudæorū, ut patet Act. 8. & 9. & pluribus alijs locis. & posteà per imperatores Romanorū, in quibus tribulationibus Apostoli & plures alij cum illusionibus magnis fuerunt mortui, & hoc fuit figuratū in interfectione prędictæ mulieris cum magna illusione. Quod autem eius interfectio fuit per terram Israel nuntiata, per hoc significatum fuit quòd Apostolorum aliorumque sanctorum martyria debent denuntiari per totam ecclesiam: vt fideles eorum constantiā imitentur, & deuotione debita venerentur.

A ✠ a *Introduxitq; eũ in domũ suã.* Ioseph. Senior, & pro cognatione, & eo quod eandẽ possideret tribũ, & pp colloquium ad suũ duxit hospitiũ. Quidã vero iuuenculi Gabaanitarum mulierẽ in platea videntes, & pulchritudine eius stupescentes, dum apud illum senem eam successisse cognoscerent, contẽnentes eorum infirmitatẽ & paucitatem, venerunt ad ianuas eius. Et cũ eis senior, vt abscederent, supplicaret, & vt nec violentiam inferrent hospiti, nec iniuriam, illi petebant, vt data sibi muliere, a rerum inuasione recederent. Seniore vero dicente, q & cognata eet Leuitis, & per libidinẽ in leges iniquam delinquerent, deficiẽtes circa iustitiã, deridebant, minabâturq; se eũ interficere, eo q eorũ cõcupiscẽtiã impediret.

B ✠ RVP. Quid hoc auditu turpius, sceleſtius, crudelius? *Venerunt*, inquit, *filij Belial.i. absq; iugo & circũdantes domũ senis, fores pulsare cœperunt, clamantes. Educ virũ, &c.* Illo obsecrãte, vix abacti ne scelus hoc ɔ naturã oparent in virũ, facta cõmutatione nequissima, vxorẽ eius tota nocte abutendo, incredibili libidinis furore vexauerũt.

C ✠ Ioseph. Illi vxorẽ rapiẽtes, & adijciẽtes ꝓ libidine violentiã, ꝑ totã noctẽ vsq; ad principiũ diei, in eius corpore ludibria sunt exerti. Illa vero defecta in his, q euenerãt, ad hospitẽ redijt, & ɔtristata, ꝑ verecũdiã ad faciẽ mariti minime ꝓsumebat accedere, deniq; lectulo recũbẽs, aĩam dereliquit. Vir arbitratus mulierẽ sopore graui detineri, excitare eam tentabat, & consolari, quasi à raptoribus, non spontanea voluntate se præbuisset iniurij. passam.

D ✠ b *Eduxit ad eos concubinam suam, &c.* Aug. Concubina interdum pro vxore vsurpatur. Agar enim, & Cethura, & vxores & concubinæ Abrahami vocantur.

✠ c *Cadauer vxoris in duodecĩ partes, ɔscid. misit etc.* Athana. Vxoris corpus in partes diuisum ad oẽs tribus misit, vt iniuria nõ ad se, solũ, sed ad oẽs æque pertinere crederetur, vtq; vel vicẽ eius dolentes, vindices se præberẽt, vel negligentes, ei⁹ sceleris pudore cõfunderentur. Concitatę igitur vniuersæ tribus Israelis, omnes (quasi singuli id peculiariter passi essent) ĩ vnum coiere. Debellati sunt, qui scel⁹ perpetrauerant, non enim ad generis coniunctionẽ, sed ad facin⁹ respexere, & cæ. Sed acerbitates persecutionum, nunc nobis ab Arrianis illatæ, ita præponderãt vt exigua videatur Leuitæ calamitas præ illis, quæ nunc aduersus Ecclesiã designata sũt. Tũc enim vna mulier iniuriã passa est, nunc autẽ vniuersa Ecclesia iniuria afficitur, & sacrariũ cõtumeliose habitũ. Et qd magis ẽ, pietas ab ĩpietate ꝑsecutionẽ ꝑpetit. Tũc singulę trib. singulis ꝑtib. mulieris visis, attonitæ, ɔsternatæq; ferebant, nũc totius Ecclę mẽbra diuulsa sũt. Obsecro igiť vos, vt ita vrõs aĩos ɔmoueat rerũ ĩdignitas, quasi nos nõ tm̃mõ, sed ipsi quoq; ĩiuriã accepissetis, quo quisq; vti læsus, opẽ ĩ cõe ɔferat ne paulatĩ ecclíastici canões, & Ecclę fides corrũpať.

L. 5. de ciui. cap. 34.

Epist. ad Orth. cum per Arrianos persecutio fieret.

filij Iemini Eleuatisq; oculis vidit senex † sedentem hominem cũ sarcinulis suis in platea ciuitatis, & dixit ad eum. Vnde venis, & quo vadis? Qui respondit ei. Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus in Bethlehem. Et nũc vadimus ad domũ Dei, nullusque sub tectũ suũ [1] nos vult recipere, habẽtes paleas, & fœnũ in asinorum pabulo, & panem ac vinũ in meos, & ancillæ tuæ vsus, & pueri, qui mecũ est, nulla re indigemus, nisi hospitio. Cui respondit senex. Pax tecũ sit. Ego præbebo omnia, quæ necessaria sunt, tantum quæso ne in platea maneas. a Introduxitq; eum in domũ suam, & pabulum asinis præbuit, ac postquam lauerũt pedes suos, recepit eos in conuiuiũ. Illis † epulantibus, & [2] post laborem itineris cibo, & potu reficiẽtibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius † filij Belial, id est, absque iugo, & circundantes domum [3] senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus atq; di- [4] centes. † Educ virum, qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo. [5] Egressusq; est ad eos senex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospitium meũ, & cessate ab † hac stultitia. Habeo filiam virginẽ, & hic homo habet concubinam, educam [6] eas ad vos, vt † humilietis eas, & vestram libidinem compleatis, tãtum [7] obsecro ne scelus hoc contra naturã operemini in virũ. Nolebant acquiescere sermonibus illius. Quod cernens homo eduxit ad eos cõcu- b binam suam, & † eis tradidit illudendã. Qua cum tota nocte abusi es- [8] sent, dimiserunt eam mane. At mulier recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus, & ibi corruit. Mane facto [9] surrexit † homo, & aperuit ostiũ domus, vt cœptam expleret viam, & ecce * cõcubina eius iacebat ante ostiũ, sparsis in limine manibus. Cui ille, putans eam quiescere loquebatur. Surge, & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens, quòd erat mortua tulit eã, & imposuit asino, reuersusque est in domũ suam. Quam cum esset ingressus, arripuit [10] c gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac fru- [11] sta concidens, misit in omnes terminos Israel. Quod cum vidissent sin- [12] guli conclamabant. Nũquam res talis facta est in Israel * ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto vsque in præsens tempus. † Ferte sententiam, & in commune decernite quid facto opus sit.

Marginal notes: † deambulantẽ. — † iucunditate afficientibus cor suũ Heb. — † Gen. 19. b. — † hoc scelere. — † vt affligatis. — † cognouerũt eam. — * mulier. — † intelligens, qđ erat mortua. — † Considerate illud. — † viri impij. — † domin⁹ eius. — † putans eam quiescere. — * nec visa.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et nunc. *hoc est in Silo, vbi erat tabernaculum, & arca testamenti, quia antequã intraret domum suã volebat Deo regratiari de hoc quod direxerat eum in via, & custodierat, vt ex hoc deberent homines inclinari ad ipsos recipiendum.* 2 Illis epu. *Descripta peccãdi occasione. hic consequenter describitur peccati perpetratio, cum subditur.* Venerunt viri, &c. *Quod autem sequitur.* 3 Id est. *nõ est in Hebræo. sed est interpretatio huius dictionis Belial. quia tales homines sunt sine disciplina, & timore Dei.* 4 Fores pulsare cœperunt clama. *cum tamen secundum dictamen rationis rectæ peregrini in hospitio debeant esse securi.* 5 Educ virum, qui ingres. &c. vt ab eo. *concubitu Sodomitico, vt communiter dicunt expositores. Iosephus autem dicit, quod non quærebant, nisi mulierem, sed sic loquebantur, vt inclinarent dominum domus, & maritum mulieris ad tradendum eam. Vnde, & in fine intentabant viro mortem, nisi traderet eis vxorem suam, secundum quod allegat cap. seq. dicens.* Volentes me occidere, &c. *Et hoc videtur ex hoc, quod tradita eis vxore fuerunt contenti, vt habetur infra.* 6 Habeo filiam. *Dicunt aliqui quod non peccauit offerendo eis filiam suam, ad euitandum maius malum, s. peccatum contra naturã, quod ipsi prætendebant ad iniuriã hospitum suorũ. Sed hoc non est verũ, quia nullus debet consentire ĩ hoc qđ est peccatũ, maxime mortale de genere, vt euitet in alio maius peccatũ, ꝓut declaratũ fuit diffuse Gen. 19. de Lot, q in casu cõsimili voluit tradere filias suas virgines.* 7 Et hic. *i. uxorẽ, q̃ sic nominatur à cõcubitu. Et similis modus loquendi habetur 2. Reg. 16. ubi Achitophel dixit ad Absalõ:* Ingredere ad concubinas patris tui. *q tñ erãt uxores Dauid, non. n. habebat cõcubinas ad exercendũ adulteriũ.* 8 Qua cũ tota no. abusi, &c. *quia non erat eorũ uxor. & iõ talis concubitus erat abusus, uel quia utebantur ea concubitu innaturali.* 9 Et ibi cor. *Tũ quia erat nimis afflicta, tum etiam ex uerecũdia.* 10 Quam cum esset ingressus. *Hic describitur facti diuulgatio cũ dicitur.* 11 Arripuit gladium, &c. *Erãt. n. 12. tribus ꝑter tribũ Leui. Trib. aũt Manasse erat diuisa in duas partes, quarum una erat ultra Iordanẽ, alia citra, & sic ꝓ illa tribu fecerit duas partes aliter non fuisset notificatum factum sufficienter, pro tribu uero Beniamin non fecerit aliquam partem, quia nũtios per quos misisset, occidissent neque pro tribu Leui, quia erat dispersa per omnes tribus, & ideo denuntiato facto alijs tribubus sufficienter erat denũtiatum tribui Leui.* 12 Misit in omnes terminos Israel. *s. per nuntios, qui factum, & modum faciendi populo explicabant. Cætera patent.*

CAP. XX.

A lib. 5. antiq. cap. 6.

Egressi itaq. &c. ✻ Ioseph. Miserunt filij Israel ad Gabaonitas accusãtes iuuenes de muliere, & eos dari ad supplicia deposcentes, q legitime nõ egissent, vt ꝑ oĩbus illi poti⁹ morerentur. Illi vero nec iuuenes tradiderunt, & crudele iudicauerunt, timore belli alienis obedire præceptis, in nullo se putantes esse minores armis, neque multitudine, nec bellandi præsumptione. Erant enim nimis instructi, & super alias tribus industrij, & indignati sũt e diuerso tanquam compressuri violentiam facientes. ✻ RVPERT. Tota tribus Beniamin sceleris eiusdem maculam communem sibi fuisse atrociter professa est, cum noluerunt fratrum suorum audire mandatum, sed conuenerunt, vt illis ferrent auxilium. Sequitur. a *Consuluerunt.* GREG. Qui semetipsum nõ iudicat, quid in alio recte iudicet ignorat, & si nouit fortasse per auditum, quod recte iudicare debeat, recte tamen iudicare aliena merita non valet, cui conscientia proprie innocentiæ nullam iudicij regulam præbet. Hinc est, quod cum tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obrupta collectus omnis Israel iniquitatem vlcisci voluit, sed tamen semel, & iterum in bello prostratus est. Consulto autem domino si ad vlciscendum ire debuisset, iustum est, vt iret. Qui iuxta imperium diuinæ vocis perrexit, semel, & secundo perdidit, & tunc demum peccatricem tribum valde feriens, pene funditus extinxit. Quid est ergo, quod vltione sceleris inflammatur, & prius ille prosternitur, nisi quod prius ipsi purgandi sunt per quos aliorum culpæ feriuntur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant? vnde. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Ad aliena quippe peccata punienda ibant, & sua relinquebant. Reuocentur igitur intus ad consciẽtiam, vt prius propria peccata corrigant, & tunc aliena

[Margin: † Israel. B — † per fortem Com. in Iudi. cap. 26. — † fœditate. † Quod malũ est hoc, quod factum est inter vos. — † socij. lib. 14 Moral. cap. 13. C — 3. q. 7. in §. — D — * quæ est ipsi. — † affligentes. E — † fecerũt abominationem, & fœditatem in Israel. — Ioan. 8. a. — † Sex. CE. in li. Iud. † Vide 3. c. huius de Aod. F — † Bethel.]

CAP. XX.

Egressi itaque sunt omnes filij Israel, & pariter [1] congregati, quasi vir vnus de Dan vsque Bersabee, [2] & terra Galaad ad Dominum in Masspha, [3] omnesque anguli populorum, [4] & cũctæ tribus [5] Israel in ecclesiam populi Dei cõuenerunt [6] quadringenta milia peditum pugnatorum. Nec latuit filios Beniamin, quòd ascendissent filij Israel in Masspha. Interrogatusque [7] Leuita maritus mulieris interfectę quomodo tantum scelus perpetratũ esset, respondit: [8] Veni in Gabaa * Beniamin cum vxore mea, illucque diuerti. Et ecce homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebam volentes [9] me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis † vexantes, denique mortua est. Quam arreptam in frusta cõcidi, misiq; partes in omnes terminos possessionis † vestræ, quia † nunquam tantum [10] nefas, & tam grande piaculum factum est in Israel. Adestis oẽs filij Israel, decernite quid facere debeatis. Stãsque omnis populus, [11] & quasi vnius hominis sermone [12] respondit: Non recedemus in tabernacula [13] nostra, nec suam quisquam intrabit domum, sed hoc cõtra Gabaa † in cõe faciamus. Decem viri eligantur è centum ex omnib. tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decẽ milibus, vt comportẽt exercitui cibaria, vt possimus pugnare contra Gabaa Beniamin, & reddere ei pro scelere, quod meretur. Conuenitque vniuersus Israel ad ciuitatem quasi homo vnus, eadẽ mente, vnoque cõsilio, & miserũt [14] nuntios ad omnẽ tribum Beniamin q dicerent: † Cur tantum nefas ĩ [15] vobis repertum est? Tradite homines de Gabaa, q hoc flagitium per- [16] petrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israel. Qui noluerunt [17] fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum, sed ex cunctis vrbibus, quæ sortis suæ erant conuenerunt in Gabaa, [18] vt illis ferrent auxilium, & contra vniuersum populum Israel dimicarent. Inuẽtiq; sunt viginti † quinque milia de Beniamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa, qui septingenti erant viri fortissimi, † ita sinistra vt dextera præliantes, & sic fundis lapides ad certum iactantes, [19] vt capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Virorum quoque Israel absq; filijs Beniamin [20] inuenta sunt quadringenta milia educẽtiũ gladios, & paratorũ ad pugnã. a Qui surgentes venerũt in domũ Dei, hoc est in Silo, consulue-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XX.

Egressi itaque. *Hic consequenter describitur peccantium vastatio, vbi primo facti veritas disquiritur. secundo iustitiæ æquitas requiritur, ibi:* Et miserunt. *tertio iniquitas defenditur, ibi.* Qui noluerunt. *quarto iuste inuaditur, ibi.* Virorum quoq; Israel. *Circa primum dicitur.* Egressi itaque sunt omnes. *Sequitur.* 2 De Dan. *Hic exprimitur longitudo terræ Israel. quia ciuitas Dan est in termino eius Aquilonari, & Bersabee in termino Australi.* 3 Et terra Galaad. *In hoc exprimitur latitudo, quæ incipit à terra Galaad, quæ est vltra Iordanem, & protenditur usque ad mare mediterraneum.* 4 Omnes anguli. *Hebræi dicunt, Domini populorum. i. capitanei in tribubus, & in familijs.* 5 Et cunctæ tribus. *excepta tamen tribu Beniamin.* 6 In ecclesiam. *i. congregationẽ. Tũc enim nõ fuerunt cõgregati in Silo, ubi erat domus Dei, sed in Masspha.* 7 Interrogatusque. *quia nõ dẽt procedi ad punitionẽ tanti facti absque disquisitione diligenti.* 8 Respondit veni. *modo expresso cap. præced.* 9 Volentes me occidere, *nisi eis traderem vxorẽ meam, secundũ dictum Ioseph: Vel:* Volentes me occidere. *affligẽdo me carnali cõcubitu, & nefario, secũdũ dictũ aliorũ.* 10 Nunquam tantum nefas, & tã grande piaculũ factũ est in Israel. *Piaculũ dicitur à pio pias, quod significat purgare. Vnde dicitur piaculũ, quasi factũ nullo modo absque purgatione pœnæ transeundũ. Sciendum tñ, quod Leuita non solum factum retulit, sed etiam testibus probauit. s. per seruũ quem habebat in comitiua, & per senẽ, q receperat eos hospitio, & familiã eius, aliter nõ esset procedendũ contra filios Beniamin ad bellũ ad dictum vnius hominis.* 11 Stansq; omnis. *Ex admiratione facti.* 12 Quasi vnius hominis sermone. *i. concorditer, & sine retractione, & dilatione. ideo subditur.* 13 Non recedemus in tabernacula nostra, &c. *Cætera patent in litera.* 14 Et miserunt. *Hic consequenter iustitiæ æquitas requiritur, uide licet, ut actores sceleris tradantur, cum dicitur.* 15 Cur tantum nefas in vobis repertum. *quasi dicerent, nullo modo debetis sustinere actores tanti mali. ideo subditur.* 16 Tradite ho. &c. Et auf. ma. de If. *qa experimẽto didicerãt, q ꝑ flagitio unius, uel paucorum infortuniũ ueniebat sup totũ populũ, sicut dictum fuit Ios. 7. de peccato Acham.* 17. Qui nolue. *Hic consequenter iniquitas ꝑterue defenditur, quod notatur cũ subditur.* 18 Conue. in Gabaa, &c. In uen. sunt vi. quinq. &c. *In Hebræo habetur Vigintisex milia. Et uidet hic litera nostra corrupta p aliquos correctores, q ex hoc, quod infra eo. c. connumerantur uiri de Beniamin, qui ceciderunt in ꝓlio, inueniuntur tñ uigintiquinque milia atque sexcenti uiri, qui fugerunt, propter, quod ab isto numero subtraxerunt mille ex ignorantia Hebraicæ ueritatis.* 19 Et sic fundis, lapi. &c. *Locutio est hyperbolica ad exprimẽdã excellẽtiã artis fundibulariæ in ipsis. Sicut aliqñ dicitur. Tota ciuitas currit ad tale spectaculum, cũ tamen aliquãdo maior pars remaneat.* 20 Virorũ quoque Israel, absque filijs Benia. *Hic consequenter contumacia iuste inuaditur per bellum apertum*

MORALITER.

1 *Egressi sunt, &c.* Ad puniendum tã nefariũ peccatum in morte vxoris Leuitæ nequiter ꝑpetratũ. aduertendũ tamen quod licet haberent bellum iustũ contra filios Beniamin: tamen

aliena reprehendant. Vnde necesse est, vt dũ cõtra nos vltio diuina cessat ipsa cõscientia se reprehẽdat, & ad lamẽta pœnitentiæ cõtra semetipsam erigat se, nec cõtra bonos elata, & sibi humilis, sed cõtra se rigida, bonis vero omnibus sit submissa.

* RVPERTVS. Sed, & cũctum Israel, qui congregatus fuerat, reddere Beniamitis pro scelere, quod merebantur, indubitabilis diuini oraculi iustitia, sceleris eiusdem coarguisse videt. Consultus enim Dominus de principe certaminis, respondit: Iudas. Attamen Beniamitæ occiderunt, de Israelitis ipso die viginti duo milia virorum, &c. Cur enim vindicibus tanti sceleris victoria tam sera, tamque luctuosa prouenit, nisi quia in quo alios impugnabant, seipsos accusabant? Igitur fornicationis animæ, & corporis populum Israel presens locus vehementer accusat, ad hoc valẽs, vt, quemadmodum ait Aposto. *Omne os obstruatur, & non magis Iudæus, quam Græcus, de iustitia coram Deo glorietur.*

† confortati roborati.

Rom. 3.

* PROCOP. Hic de duabus rebus maximis erudiuntur homines. Primum, ne peccata exemplo Beniamitarum approbent. Deinde, ne in puniendis peccatoribus, sæuiores sese præbeant. Idcirco enĩ Beniamitæ grauiorem videntur dedisse pœnam, quòd vltra peccatum suum tot Israelitarum iniuste quidem, quãuis apud Deum iuste, occiderunt.

Com. in lib. Iudic.

runtque Deum, atque dixerũt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis cõtra filios Beniamin? Quibus respõdit dominus: Iudas sit [1] dux vester. Statimque filij Israel surgẽtes mane castrametati sunt iuxta Gabaa, & inde procedẽtes ad pugnam, cõtra Beniamin, vrbem oppugnare cœperũt. Egressique filij Beniamin de Gabaa, occiderũt de filijs Israel die illo viginti duo milia virorum. Rursum filij Israel, † & [2] fortitudine, & numero cõfidentes, in eodem loco in quo prius certauerãt aciem direxerunt, ita tamẽ, vt prius ascenderent, & flerent coram domino vsque ad noctem, cõsulerentque eum & dicerẽt: Debeo vltra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit. Ascendit ad eos, & inite certamen. Cumque filij Israel altera die cõtra filios Beniamin ad prælium processissent, eruperũt filij Beniamin de portis Gabaa, & occurrentes eis, tanta in illos cæde bacchati sunt, vt decem, & octo milia virorum educentium gladium prosternerẽt. [a] Quãobrem omnes filij [3] Israel venerũt in † domum Dei, & sedentes fle- [4] bãt coram domino. Ieiunaueruntq; die illo vsq; ad vesperã, & obtulerũt ei holocausta atque pacificas victimas, & super statu suo ĩterrogauerũt. Eo tẽpore ibi erat arca fœderis domini, & [5] Phinees filius Eleazari filij Aarõ præpositus do- [6] mus. Consuluerunt igitur dominũ atq; dixerũt. [7] Exire vltra debemus ad pugnam contra filios †

* HEBRAEI. Propter idolũ Michæ, quod grauius erat eo peccato, quod Gabaonitæ commiserunt. Israelitæ tacuerunt, & non studuerunt illud mox eliminare, sed plurimos in eius cultura perire permiserunt, tam pauci Benianimitæ tantum numerum Israelitarum prima, & altera vice percusserunt.

* a *Quamobrem omnes filij Israel, etc.* THEODORETVS. Quoniam similibus vsi erant iniquitatibus, & aliorum quidem videbant libidines, & flagitia, sua autẽ non aspiciebant Dicit autem Apostolus: *In quo aliũ iudicas, teipsum iudicas, eadem enim facis, qui iudicas*. Et rursus: *Existimas autem hoc ò homo, qui iudicas alios, qui talia agunt, & facis ea, quòd tu effugies iudicium Dei, &c.* Permisit ergo Deus, vt Israelitæ semel, & bis superarentur, & multa ex his milia interficerentur. Postquam autem vidit eos, & disciplinam accepisse, lamentarique, & eiulare, & multas fundere lacrymas, adiuuit eorum animi alacritatẽ, & sceleratam tribum perdidit, preter admodum paucos. Libidinosis enim adolescentibus erãt peiores, qui pro eis pericula adierunt.

Rom. 2.

† Bethel.

† stabat ante eam, idest præfectus erat ipsi arcæ fœderis.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

tum, vbi primo reprimitur superbia. & secundo confunditur cõtumacia, ibi. Quamobrem. *Circa primum sciẽdum, quod licet filij Israel haberent iustum bellũ, tamen nimis confidebant in sua multitudine, et fortitudine. Iõ dominus permisit eos bis in principio debellari, vt humiliarentur, & ad Deũ recurrerent, magis confidentes de virtute diuina, quam de sua. Hebræi aũt dicunt, quòd istud contigit eis, eo quod negligentes erant de punitione idololatriæ in domo Michæ, & in tribu filiorum Dan, quod quidem factum contigerat immediate ante istud, vt dicunt Hebræi, & fuerat notorium, propter quod filij Israel tenebantur illud corrigere, quià fuit, ita graue, & grauius isto. Sicut, & cõitas populi Israel voluit ire ad prelium contra Ruben, & Gad, & dimidiã tribum Manasse, eo quod credebant eos ædificasse altare sacrilegum, vt habetur* Iosue *22. c. Satis conuenienter potest dici, quod vtrumque dictorum fuit in causa debellationis populi Israel per filios Beniamin in principio, vt sic peccatum primum prius puniretur, quam secundũ. His dictis veniamus ad literam, quæ patet vsque ibi.*

1 Iudas sit dux vester, *idest tribus Iuda sit principalis, & prima, & ille, qui est capitaneus in illa tribu sit dux exercitus.*

2 Rursum filij Israel, & fortitudine, & numero cõ. *Ex quo patet, quod supra dictum est, quod nimis præsumebant de seipsis ratione multitudinis, & fortitudinis. Cætera patent in litera.*

3 Quamobrem. *Hic consequenter confunditur contumacia, vbi primo describitur filiorum* Israel *humiliatio. & secundo filiorum Beniamin confutatio, ibi.* Posueruntq; *Circa primum dicitur.* Quam obrem, *idest propter casum suorum præcedentem.*

4 Omnes filij Israel venerunt, &c. *Vtrum autem venerũt in Silo, vel vtrum domus Dei hic vocetur arca testamenti, & tabernaculum, quæ aliquando portabantur ad exercitum, vt habetur 1. Reg. 4. cap. non habetur expresse. veruntamen satis videtur, quod conuenerunt in Silo, quia ciuitas Gabaa, quam oppugnabant, non est longe à Silo, sed satis prope, ita quod poterant illuc satis conuenienter accedere absque arcę, & tabernaculi translatione.*

5 Eo tempore ibi erat arca domini. *Quod aũt subditur.* In Silo *non est in Hebræo, sed subintelligitur, quia arca non fuit transportata ad exercitũ. veruntamen vbicunque erat arca cũ qua transferebatur tabernaculum, & altare holocaustorum, poterat ibi sacrificium fieri.*

6 Et Phinees filius Eleazari filii Aaron præpositus domus. *idest. summus sacerdos.*

7 Consuluerunt igitur dominum atque dixerunt. *per ipsum Phinees. Cætera patent.*

* Posuerunt

MORALITER.

tamen antequam haberent victoriã bis fuerunt ab eis debellati, qđ secundũ Hebræos contigit propter idolum Michæ, qđ in tribu Dan colebatur publice, & hoc erat populo Israel notorium, & sic tenebantur punire, sicut precipitur Deu. 13. propter quod dominus istud peccatum, quod erat primum, & cõmunius voluit primo punire per gladios filiorũ Beniamin. Et in hoc documentum habent procedentes ad bellũ iustum, vt diligenter considerent ne habeant in se notabile peccatum per aduersariorum gladios puniendum.

† *Exire vltra debemus ad pugnam, &c.* Per hoc autẽ, quod fratres vocant illos, quos impugnant, ostenditur quòd licet vitia sint punienda, natura tamen est diligenda.

MORAL. per hoc bellum filiorum Israel contra Beniamin, bellum contra vitia designatur, in quo bello tria requiruntur, scilicet contritio vera, confessio integra, & satisfactio perfecta. Confessio designatur per hoc, quod dicitur: *Iudas sit dux vester.* Iudas enim confessio, vel confitens interpretatur. Contritio vero, per hoc quod ante congressum venerunt coram domino, & fleuerunt. Satisfactio vero per hoc quod dicitur: *Ieiunaueruntque die illo, & obtulerunt holocausta.* Et sic habuerunt plenam victoriam, per quam designatur plena victoria de peccatis.

A Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus. Ascendite, Cras enim tradam eos in manus vestras. Posueruntque filij Israel [1] insidias per circumitum vrbis Gabaa, & tertia vice, sicut semel, & bis, contra Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduersarios longius persecuti sunt, ita vt vulnerarent ex eis, sicut primo die, & secundo, & cæderent per duas semitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros. Putauerunt enim solito eos more cædere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium, vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent. Omnes itaque filii Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco, qui vocatur Baalthamar. B Insidiæ † quoque, quæ circa vrbem erant, paulatim se aperire cœperunt, & ab Occidentali vrbis parte procedere. Sed, & alia decem milia virorum de vniuerso Israel habitatores vrbis ad certamina prouocabant. Ingrauatumque est bellum contra filios Beniamin, & non intellexerunt, quòd ex omni parte illis instaret interitus. Percussitq; eos Dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerunt ex eis in illo die vigintiquinque milia, & centum viros omnes bellatores, & educentes gladium. Filii autem Beniamin cum se † inferiores esse vidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filii Israel dederunt eis ad fugiendum locum, vt ad præparatas insidias deuenirent, quas iuxta vrbem po C suerant. † Qui cum repente de latibulis surrexissent, & Beniamin terga cædentibus daret, ingressi sunt ciuitatem, & percusserunt eam in ore gladii. Signum autem dederant filii Israel his quos in insidiis collocauerant, vt postquam

† Israel exiẽte loco suo, á spelũca, vel de cliuo, Gabaa. Et venerunt milia virorum electorum Israel cõtra Gabaa, ingrauatũque.

† 3.q.7.c. qui sine.

† percuti.

† insidiæ autẽ festinantes im petum fecerũt contra Gabaa, protrahentes buccinæ sonitum, & percusserunt.

D vrbem cepissent, ignem accenderent, vt ascendẽte in altum fumo captam vrbem demonstrarent. Quod cum cernerent filij Israel in ipso certamine positi, putauerunt enim filij Beniamin eos fugere, & instantius persequebantur, cæsis de exercitu eorum * triginta viris, & viderunt quasi columnam fumi de ciuitate conscendere. Beniamin quoque respiciens retro, cum captam cerneret ciuitatem, & flammas in sublime ferri, * qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebant. † Quod cum vidissent filij Beniamin, in fugam versi sunt, & ad viam deserti ire cœperunt. Illuc quoque eos aduersariis persequentibus. Sed, & hi, qui † vrbem succenderant occurrerunt eis, atque ita factum est, vt ex vtraque parte ab hostibus cæderentur, nec vlla erat requies morientium. Ceciderunt atque prostrati sunt ad Orientalem plagam vrbis Ga- E baa. Fuerunt autem, qui in eodem loco interfecti sunt decem, & octo milia virorum, omnes robustissimi pugnatores. Quod cum vidissent, qui remanserant de Beniamin, fugerunt in solitudinem, & pergebant ad petram, cuius vocabulum est Remmon. † In illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderunt quinque milia viros. Et cum vltra tenderent, persecuti sunt eos, * & interfecerunt etiam alia duo milia. Et sic factum est, vt omnes, qui ceciderant de Beniamin in diuersis locis, essent vigintiquinque milia [2] † pugnatores ad bella promptissimi. † Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem sexcenti viri, sederuntque in petra Remmon mensibus [3] quatuor. Regressi autem filii Israel, * omnes reli- F quias ciuitatis à viris vsque ad iumenta gladio percusserunt, cunctasque vrbes, & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.

* fere.

* Israelitæ.

† Videntes autẽ filii Beniamin, quod percuterentur, † de ciuitatib' subaudi exibat, perdebantur, vel occidebantur in medio eius, vel in ipso loco i quo offendebãtur ab Israelitis.

† Et racemaue rũt eos ad viã ascensus, ideõ non dimiserũt ex eis racemũ vel minimum. * vsque ad Gidehom.

† fortes.
† Reliqui conuersi.

* ad filios Beniamin.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Posueruntque filij Israel insidias per circumitum, &c. *Hic cõsequenter describitur filiorum Beniamin confutatio. Iustum enim erat quod eorum cõtumacia puniretur. Et quia litera videtur intricata, eo quod secundum modum loquendi Hebraicum idem pluries aliquibus interpositis replicatur: Ad intellectum ipsius sciendũ, quod exercitus filiorũ Israel fuit in tres partes diuisus, inæquales tamẽ. Vna pars fuit posita retro ciuitatem in insidiis, vt cum filii Beniamin ciuitatẽ exirent, ipsi intrarẽt, & cõburerent ciuitatẽ, atque occurrerent filiis Beniamin, si de bello uellent refugere ad ciuitatẽ. Alia pars in qua erãt decẽ milia bellatorũ, ante ciuitatẽ pro uocabãt filios Beniamin ad bellũ, & cum filii Beniamin exissent contra eos inceperunt fugere uersus duas semitas, vt sic filii Beniamin eos insequentes, à ciuitate se aliquãtulũ elongarent, & sic daretur in insidiis latentibus spatium intrandi ciuitatem, & comburendi, & cum hoc filii Beniamin inciderent in tertiã partẽ filiorum Israel, in qua erat multitudo exercitus, quæ erat iuxta duas semitas prædictas, & sic factum est. Et per talẽ modũ fuerunt debellati filij Beniamin, & fere omnes trucidati. quia erant inter aduersarios inclusi. His dictis, patet litera satis longa vsque ibi.*

2 Remanserunt. *Secundum autem Hebraicam veritatem de filijs Beniamin erant 25. milia, & cum hoc sexcenti viri de ciuitate Gabaa vt sup. dictũ est, & sic deficiunt mille, & sexcenti viri. Et de istis dñt Hebræi, quod refugerunt ad ciuitates alias de sorte Beniamin vnde venerant in Gabaa, vt supra habitum est. Homines enim fugiẽtes de prælio fugiunt ad diuersa loca, secundum quod melius possunt, & in illis ciuitatibus fuerunt interfecti cum mulieribus, & animalibus, & hoc videtur per hoc, quod subditur.*

3 Regressi. *post victoriam in campo habitam. Cætera patent.*

CAP.

A CAPVT XXI.

L. 5. anti. c. 6. a IVrauerunt quoq; etc. * Iosephus. Israelitæ iusiurādum fecerunt, nullam suarum viro Beniamitæ dare nuptijs filiam, sed armari contra eos & ampli⁹ eis, quam aduersus Chananæos existere, quos hebræi sępius expugnassent, &c. Post hęc p calamitate Beniamin pœnitentia ducti sunt, & super hoc ieiunare proposuerunt, licet iusta passi essent, eo quod in legem peccauerint. Tunc sexcentos viros, qui fugerant, euocauere legationibus, suadentes eis, vt B patienter ferrent, & ad illorum cœtū concurrerent, dicebantq;. Simul cedimus vobis terram, quantamcunque tollere potueritis. Illi verò obedientes, vocantibus, aduenerunt, &c.

In Synopsi. * Athanasius. Fuerunt iudices Israelis numero tredecim. Anni vero illorum fuerunt quadringēti, & vndecī.

CAPVT XXI. D

a IVrauerunt quoq; filij Israel in Maspha, & dixerūt: Nullus nostrum dabit filijs Beniamin de filiab. suis vxorem. Veneruntq; omnes † ad domum Dei in Silo, & in cōspectu eius sedentes vsque ad vesperā leuauerūt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere dicētes: Quare domine Deus Israel, factum est hoc malum in † populo tuo, vt hodie vna trib. auferrerē ex nobis? Altera aūt die diluculo cōsurgentes extruxerunt altare, obtulerūtq; ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerunt: Quis nō ascēdit in exercitum dñi, de vniuersis tribubus Israel? Grandi enim iuramento se constrinxerant cum essent in Maspha interfici eos, qui defuissent, ductique pœnitentia filij Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus vna de Israel. Vnde vxores accipient *? Omnes enim † in commune iurauimus, non daturos nos his filias nostras. Idcirco dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes Galaad in illo exercitu non fuisse. Eo quoque tempore † cum essent in Silo nullus ex eis ibi repertus est. Miserunt itaque † decem milia viros robustissimos, & præceperunt eis: Ite, & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam vxores, quam paruulos eorum, & hoc erit, quod obseruare debebitis. Omne generis masculini, & mulieres, quæ cognouerunt viros, interficite; virgines autem reseruate. Inuentęque sunt de Iabes Galaad quadringentæ virgines, quæ ne- C scierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo in terram Chanaan. Miseruntque

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

† In Bethel. † Israel. E * qui remanserunt. † per dominū. † numeratus est populus, & nullus ex habitatoribus Iabes Galaad. † duodecim. F

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XXI.

1 IVrauerunt quoque. Hic consequenter describitͬ tribus Beniamin dissipatæ reparatio. Circa, quam primo describitur effectus compassionis, secundò effectus reparationis, ibi. *Idcirco dixerunt.* Circa primū ꝑponitur motiuū compassionis cum dr̄. *Iurauerunt quoque.* Hoc iurauerūt ante bellū. Et quia illi, qui euaserant, non poterant accipere vxores alienigenas, cum esset lege diuina prohibitū, ideo non videbatur via qualiter tribus Beniamin reparari posset per generationem, quia omnes mulieres tribus Beniamin fuerant interfectæ, quod satis miserabile videbatur, quod vna trib. tota de populo Israel deleretur, maxime cum hoc dominus nō præcepisset, sed tantum dixisset. *Cras tradam eos in manus vestras,* vt habetur cap. præcedenti, ideo subditur.

2 *Extruxerunt altare.* Quia forte illud, qđ erat ibi prius, erat dissipatū, vel forte, quia arcā transportauerant ad exercitū, & reportatio ad locū suū, & situatio vocatur hic extructio.

3 *Obtuleruntque ibi holocausta.* Pro gratiarum actione de victoria habita, licet compaterētur tribui Beniamin sic dissipatę.

4 *Et dixerunt. Quis non ascendit.* Cui⁹ cā subditur cum dicitur.

5 *Grandi enim iuramento se constrinxerant, etc.* Eo quod bellum filios Beniamin pertinebat ad totam cōmunitatem populi, cui sufficiēter fuerat nūciatū scel⁹ eorū, vt patet p p̄dicta.

6 *Idcirco dixerunt.* Hic consequenter describitur tribus Beniamin reparatio studiosa, & primo per mulieres eis datas, secundo per mulieres ab eis acceptas, ibi. *Dixeruntque maiores natu, &c.* Circa primum dicitur.

7 *Quis est de vniu rsis tribubus, &c.* Hoc aūt quæsierunt dupli ci de causa. Vna vt occiderenͭ rōne iā dicta. Scđa, vt virgines ibi repertæ filijs Beniamin, q de bello euaserant, dārēt.

8 *Et ecce inuenti sunt habi.* Et modus huius inuentionis subditur cum dicitur.

9 *Eo quoque tempore.* scilicet filij Israel redeuntes de prelio, vt gratias agerent domino, vt prædictum est.

10 *Nullus ex eis.* scilicet de habitatoribus Galaad.

11 *Ibi repertus.* Et per hoc scitum fuit, quod non fuerant in prælio, quia rediJssent in Silo ad reddendum gratias cum alijs. ideo sequitur punitio eorum, cum dicitur.

12 *Ite, & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gla. &c.* In detestationem enim sui criminis, quia subtraxerant se à negotio totius communitatis, facta est tanta punitio.

13 *Inuentæque sunt de Iabis.* Si autem quæratur qualiter cognoscebant eas ab alijs? Potest dici, sicut dictum fuit Nume. 31. de virginibus Madianitarum, scilicet, quod faciebāt mulieres transire ante arcam domini, & ex signo ibidem dato cognoscebant, quæ essent virgines, & quæ non.

14 *Miseruntque nuntios ad fil. Beniamin.* qui ducerent illas virgines.

* Et præ-

MORALITER.

1 *Iurauerunt quoque filij, &c.* In hoc capitulo consequenter describitur compassio filiorum Israel super tribum Beniamin, quam destruxerant paucis exceptis, & eorum diligentia ad ipsius reparationem. In hoc autem documentum habēt iudices temporales, & ecclesiastici, seculares, & religiosi compatiendi punitis per eos, & reparandi defectus, prout potest fieri bono modo. Si tamen aliqua persona singularis sit morte punita, reparatio locum non habet in ea, sed in illis, qui peiorati sunt per eam. Nam eius morte territi retrahuntur ab actu peccandi. Si vero communitas morte punita fuerit aliqua sui parte debent esse soliciti qualiter in remanentibus reparetur, prout secundum Deum fieri poterit. Si autem punitio non fit fienda per mortem, solliciti debent esse punientes, ne punitio per sui duritiam ad desperationem inducat, nec per sui lenitatem occasionem tribuat delinquendi.

GREGOR. Inesse bonis rectoribus debet iuste consulens misericordia, & pie sęuiens disciplina, ne iustitia nimis sit aspera, & pietas sit remissa. Per hoc autem, quod filijs Beniamin remanentibus datæ fuerunt virgines ad suæ tribus reparationem, significatur, quòd peccatoribus sufficienter punitis debent dari exhortationes sanctæ, ob bonorum omnium (prout fieri potest) recuperationem.

A nuntios ad filios Beniamin, qui erant in petra Remmon, & † præceperunt eis, vt eas susciperent in pace. Veneruntq; filij Beniamin in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad, alias autẽ non repererunt quas simili modo traderẽt: † vniuersusq; Israel valde doluit, & egit pœnitudinem super interfectione vnius tribus ex Israel, dixerũtq; maiores natu: Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? Omnes in Beniamin fœminæ conciderunt: & magna vobis cura ingẽtiq; studio prouidendũ est, ne vna tribus deleatur ex Israel. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento, & male B dictione qua diximus: Maledictus, qui dederit de filiabus suis vxorem Beniamin. Ceperuntq; consilium atque dixerunt. Ecce solennitas domini est in Silo anniuersaria, quæ sita C est ad Septentrionem vrbis Bethel, ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tẽdit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona. Præ- D ceperuntque filijs Beniamin, atque dixerunt. Ite & latitate in vineis. Cumque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in terram Beniamin. Cumque venerint patres earum ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis, Misereminni eorum. Non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus E vt acciperent, & non dedistis, & a vestra parte peccatum est. Feceruntque filij Beniamin, vt sibi fuerat imperatum, & iuxta numerum suum rapuerũt sibi de his, quæ ducebant choros vxores singulas, abieruntque in possessionem suam ædificantes vrbes, & habitantes in eis. Filij quoque Israel * reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua. * † In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectũ videbatur, hoc faciebat. F

CAP.

Marginalia: † vocauerunt eos. — † populusque pœnituit, ipsius Beniamin, quod fecisset dominus fracturam in tribub. Israel, i. quod domin⁹ occidisset vnã tribum ex Israel. — † oportet autẽ vt hæreditatẽ habeat, qui ex Beniamin disierunt. — atque victorum. — * in tempore illo. — * vnusquisque ad hæreditatẽ suam. — † supra 17. c. et 18. a.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et præceperunt eis, ut eas susciperent in pace.* In Hebræo habetur: *Præceperunt eis, ut eos susciperent in pace.* Et vtrumque fuit verum, quia præceptum fuit filijs Beniamin, quod reciperẽt illas virgines in vxores, & virginib. quòd in hoc cõsentirẽt.

2 *Dixeruntque.* Hic cõsequenter describitur reparatio dictæ tribus per mulieres ab eis captas, de consilio tamen, & voluntate maiorum de Israel. Circa quod primo ponitur dictum maiorum, & consultatio. secundo consultationis denuntiatio, ibi: *Præceperuntque.* Circa primum dicitur: *Dixeruntque maiores natu.* ad quos spectabat cura totius populi.

3 *Quid faciemus reliquis.* quia adhuc remanebant 200. viri de Beniamin absque vxoribus.

4 *Filias, &c. dare non pos.* Dicitur tamen communiter, quod poterant, quia filij Beniamin non poterant ducere alienigenas vxores, & sic iuramentum illud videbatur esse contra charitatem, quia erat cõtra reparationem vnius tribus, quę reparatio cedebat in bonum communitatis totius populi, & ideo non erat seruandum. Veruntamen, quia tunc temporis horridum erat frangere quodcunque iuramentum, iõ habuerunt aliud consilium, videlicet, quod filij Beniamin non habentes vxores venirent latenter prope locum Silo, & ibi de virginibus ducentibus choros acciperent sibi secũdum numerum suum, & fugerẽt in terram Beniamin. Nec maiores natu hoc consulentes venerunt contra iuramentũ suum, quia nullus iurauerat, nisi de proprijs filiab. Similiter nec patres earum, quia non fuerunt in hoc consilio, nec dederunt eas. Similiter nec Beniamin eas rapientes peccauerunt, quia hoc fecerunt de mandato illorum ad quos spectabat cura totius populi, vt dictum est, & probabile est, quod illæ virgines consenserunt in matrimonium antequam cognoscerentur ab eis, & ex dictis patet litera vsque ibi.

Raptus virginum de Silo excusatio.

5 *Misereminі eo. non enim ra. eas iure.* Non propter negationẽ dationis, quia sic etiam maiores natu hoc allegantes essent in consimili culpa, eo quod suas filias illis non dederant, & sic non haberẽt frontem sic loquendi. Sed illud peccatum est intelligendum, eo quod non custodierant filias suas diligenter, sed permiserant eas ducere choros per campos, vbi poterant capi. eo enim ipso, quòd iurauerant non dare eas filiis Beniamin, debebant eas sic custodire, quod illi non haberent facultatem rapiendi. Sic ergo exponitur hic passus secundum translationem nostram. In Hebræo autem habetur sic. *Miseremini eorum. Non enim cepimus viro vxorem suam in bello, nec vos dedistis eis.* quasi tempore culpemini. Quod sic exponũt Hebręi. *Miseremini eorum.* vt possint reparare tribũ per generationem. *Non enim cepimus viro vxorem suam.* idest cuilibet viro vxorem sibi copulandam, in bello contra viros Iabes, sed deficiunt ducenti. *Nec vos dedistis eis,* quasi tẽpore culpemini, i. non potest vobis imponi culpa transgressionis iuramenti ex tẽpore quo acceperunt eas, s. post tps iuramẽti vři, qa nõ dedistis eis, nec pl⁹ iurauerítis, s. nisi qđ nõ daretis eis. ꝯ qđ nõ fecistis, qa non ceperũt eas de voluntate vestra.

CAP.

Libri Iudicum Finis.

CAPVT I.

A Facta est. Propter paucitatem spiritualium doctorum, quibus iudicãdi datur authoritas, facta est fames verbi Dei, quando lex etiam per Iudaicas traditiones corrupta est.

* Chaldeus Paraph. Facta est fames in terra Israelitarũ. Decies autem mundo cœlit⁹ decreta fuit fames, ab ipsius creatione ad Messiæ tempora, ad castigandos incolas terræ. Incessit prima fames, Adamo viuente, terra maledicta in opere eius. Secunda viuente Lamech. Tertia viuente Abrahamo, quando coactus est Aegyptum petere. Quarta viuente Isaac, qui vt sibi, & familiæ consuleret, ad Achimelech regem Palæstinorum ꝑrexit. Quinta, viuente Iacob, quando rei frumentariæ causa filios in Aegyptum semel, & iterum ablegauit. Sexta, viuente Booz, qui cognominatus est Abessan, iustus, Bethlehemita Iudæus. Septima, viuẽte Dauide Israelitarum rege. Octaua, viuẽte Elia ꝓpheta. Nona, viuẽte Elisæo, qñ caput asini venijt Samarię octoginta argẽteis, & quarta pars cabi stercoris colũbarũ, quinq;. Decima futura est, nõ fames comedendi cibum, aut bibendi aquam, sed audiendi verbum diuinæ prophetiæ.

Gen. 3. Gen. 5. Gen. 12. Gen. 26. Gen. 42. Ruth. 1. 2. Reg. 21. 3. Reg. 17. 4. Reg. 6.

LIBER RVTH INCIPIT.

CAPVT I.

IN diebus vnius iudicis [a Synagogæ.] quando iudices pręerãt [a Verbi. b Terreni.] facta est fames in terrã. [Christus. Domus panis.] Abijtq; hõ de Bethlehẽ Iuda, vt peregrinaretur ĩ regiõne Moabitide, cũ vxore sua ac duob⁹ [a Regione scilicet diaboli, qui est princeps huius mundi.] liberis, ipse vocabatur Elimẽlech, & vxor eius [a Deus meus rex hic est Christus cui dicitur. Intende voci orationis meæ rex meus, & Deus meus.]

b *Abijtq; homo.* Rab. Christus, s. in Bethlehem Iuda natus peregrinationem huius mundi visitauit, cum vxore sua, i. ecclesia, & cum duobus liberis, duobus, scilicet, ordinibus Prophetarum, & Apostolorũ, qui sanguine Christi à peccati seruitute sunt liberati.

Abiit homo. Rab. Quę quidam decalogum legis intelligunt, & vxorem eius synagogam, & duos filios regalem honorem, & sacerdotalem, qui non solum in gente Iudæorum, sed, & proselytorum copulam sibi acquirebant, sicut in tempore Dauid, & Salomonis, & aliorum factum est.

c *Ipse vocabatur Elimelech.* * HIERONYMVS. Tradunt Hebræi hunc fuisse, in cuius tempore sol steterit, ꝓpter præuaricatores legis, vt tanto miraculo viso, conuerterentur ad dominum Deum suum. Quod quia facere contempserant, ícirco fames inualuit, & ille, qui in tribu Iuda prior videbatur, famis inopia, cum vxore, & filijs non solum patria pelleretur, sed etiam in eadem peregrinatione cum filijs moreretur. IDEM.

L. de tradit. Heb. in 1. Paral.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. I.

* IN diebus. Hic cõsequenter ponitur tertius casus s. ipsius Ruth. Et diuiditur in quatuor partes, q̃a primo scribitur ipsius Ruth conuersio gratiosa. secundo eius conuersatio virtuosa. tertio ꝓuentio legalis. quarto copulatio m̃rimõialis. Partes incipiunt in quatuor capitulis huius historiæ. Prima adhuc in duas. quia primo describitur cõuersionis occasio: secũdo ipsa conuersio, ibi: *Cui dixit Noemi.* Occasio aũt cõuersionis Ruth ad Iudaismum fuit, eo quod fuit desponsata filio Elimelech Iudæo peregrinanti in terra Moab. Et ideo primo describitur ipsius Elimelech peregrinatio. secundo ipsius Ruth desponsatio. ibi: *Qui acceperunt.* Circa primum primo describitur tempus peregrinationis huius cum dicitur.

1 *In diebus.* Quis autem hic fuerit, varie dicitur. Dicit enim magister in historijs, & aliqui expositores alii, quod iste iudex fuit Heli: qui cum hoc vsurpauit sibi sacerdotium, quia non fuit de Eleazar, sed de Ithamar. Licet autem istud p̃m dictum sit verum quantum ad hoc, quod Heli non fuit de Eleazar, sed de Ithamar, non tamen videtur verum, quod sibi vsurpauerit sacerdotium. quia. 1. Reg. 2. c. dicitur ipsi Heli in persona domini. *Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, &c.* Ex quo videtur, quod illud sacerdotium habuit ex ordinatione diuina, vt dicitur ibidem plenius. Primum etiam dictum non videtur verum, videlicet, quod peregrinatio Elimelech, quæ hic describitur, contigerit tempore Heli, quia à principio quo incepit iudicare Israel vsque ad principiũ regni Dauid fluxerunt tantum octoginta anni prout fuit declaratum supra Iudic. 11. cap. In isto igitur tempore oportuit secundum istud dictum, quòd peregrinatio Elimelech fuerit, & hic Booz de Ruth Obed genuerit, & Obed Iesse, & Iesse Dauid, & vita ipsius Dauid vsque ad principium regni sui. Quod non videtur verum. Primo, quia de isto tempore fluxerũt vndecim anni ad min⁹ ante natiuitatẽ Obed, videlicet decem anni quibus Noemi mansit in regione Moab, vt habetur in hoc ca. & vnus annus ante natiuitatẽ Obed quia dato, quod Booz statim acceperit Ruth post aduentũ eius in Bethlehem, tamen antequam natus fuisset de ea Obed transiuisset annus vndecimus totus, vel saltem fere. Itẽ Dauid vixit triginta annis antequam cępit regnare, vt habetur 2. Reg. 4. Itẽ Iesse pater Dauid iam erat senex quando genuit Dauid, vt videtur, quia habuit sex filios ante eum, vt habetur 1. Reg. 15. & 1. Paral. 2. & sic habuit trigintanouem annos ad minus, vt videtur quando genuit Dauid. Hoc etiã patet ex hoc, quod dicitur 1. Regum 17. quod erat senex, & grandæuus, etiam emeritæ militiæ, quando Dauid adhuc adolescens missus fuit ab ipso ad visitandum fratres suos. Si autem isti anni simul coniungantur, faciunt annos octoginta, & sic nõ remanet aliquod tempus vitæ ipsius Obed, quo vsque posset generasse ipsum Iesse. Posito etiam cum hoc, quòd Elimelech à primo anno Heli cœpisset peregrinari, propter quod non videtur verum, quod historia Ruth fuerit tempore Heli, sed ante. Et ideo aliter dicunt Hebræi, & melius, vt videtur, quod iste iudex fuit Abesan de quo dictũ fuit Iudic. 12. qui fuit ante Heli quadraginta septem annis, vt patuit ex dictis supra Iud. 11. Dicunt etiam Hebręi, quod iste Abesan, & Booz est idem homo, binomius tamẽ. Oportet tamen dicere secundum istam viam, quod peregrinatio Elimelech inceperat antequam Booz inciperet iudicare, quia iudicauit populum septem annis tãtum, & Noemi fuit in regione Moab decem annis, vt dicitur infra eod. capi. & Booz accepit Ruth post. Veruntamen illa peregrinatio per redditum Noemi fuit terminata sub Abesan, qui idem est, quod Booz secundum Hebræos, ideo dicunt hoc fuisse tempore eius, quia res à fine denominatur. Et quia ista historia hic ponitur, ad ostendendum quomodo Dauid rex descendit de Booz, vt patet in fine.

2 *Facta est fames.* Propter populi peccata.

3 *Abiit homo de Bethlehem.* Cã hui⁹ pegrinationis varie assignatur. Dicit. n. Hiero. super 4. cap. Paral. quod tunc temporis sol stetit ꝑ aliqđ spatiũ immobilis ad terrẽdũ hoĩes, vt sic retraherentur ab enormibus peccatis quibus erant inuoluti * quod

MORALITER.

* 3 *Abijt homo, & cæter.* Secundum Hebræos iste fuit valde diues, sed auarus, propter quod tempore famis exortæ moleste ferebat petitiones suorum consanguineorum, & conciuium, qui fame coacti recurrebant ad eius auxiliũ, & ideo ad declinandum petitiones eorum, cum vxore ac filijs, & mobilibus bonis abiit in terram Moab. Et quoniam habuit malum motiuum, dominus ibidem puniuit eũ morte propria, & filiorum, & consumptione bonorum temporalium, propter quod vxor eius Noemi reuersa in Bethlehem vixit.

A

Ibid.cap.2.
L.de Nom. Heb.

✠ Idem. Hahalai filius Sesan, ipse est Elimelech pater Maalon, & Chelion. Sesan ideo dicitur filios non habuisse, quia isti absque filijs mortui sunt.

✠ Idem. Elimelech, i. Deus meus rex. Maalon, de fenestra siue à principio, vel consumatio. Noemi, pulchra. Orpha ceruix eius. Ruth, videns, vel festinans, siue deficiens.

✠ Ioseph. Elimelech famem ferre non valens, vxorē, & filios ex ea natos sumens, migrauit in terram Moabitarum Cumque ei cuncta bene procederent, filijs Moabitidas dedit vxores.

✠ Chaldæus Paraph. Transgressi decretum diuini oraculi sibi duxerant extraneas vxores, & propterea immatura morte obierunt, in terra profana, & relicta est Naoumi vidua, & duobus orbata liberis.

B

a *Mahalon.* Qui de fenestra, vel à principio. Hic est chorus prophetarum per quos de fenestra primum fidei lumen in orbem processit, qui etiam veri luminis, idest, Christi primi prædicatores fuerunt.

b *Chelion.* consummatio. Hi sunt Apostoli, qui ænigmata prophetarum ad consummationem pleni intellectus perduxerunt. Hi merito Ephrathæi, & de Bethlehē Iuda orti sunt qui cęlesti pane satiati per prędicationem euangelij fructum prædicationis collegerunt. Ephratheus enim frugifer, Bethlehem domus panis, Iuda confessio interpretatur. vnde. *Vos date illis man.* Item. *Euntes prædi.euan.re.Dei.* Et alibi. *Elegi vos de mun. vt eatis, & fru.fa.*

Marc.6.c.
Ibid.16.d.
Ioan.16.c.

C

c *Ruth.* Videns, vel festinās, vel deficiens interpretatur, in qua obedientia, & credulitas gentium designatur. de quibus dicitur. *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, & cat.* Et alibi. *Aethiopia præueniet manus eius Deo.* Vocabantur ergo duo populi per sanctos prædicatores ad consortium fidei, & electorum Dei, vt ex diuersis gregibus fieret vnum ouile.

† Moabitidę.
Psal.17.g.
Psal.66.g.
† dicerent mihi esse spem, & hac nocte esset vir meum.

D

a ¶ Idest, pulchra. ¶ Pulchra. Pulchra es amica mea, &c.

Noemi, & duo filij, alter Mahalō, & alter Chelion Ephrathæi de Bethlehem Iuda. Ingressiq;

a ¶ Iudæam, quæ male vtebatur lege. b ¶ In patibulo crucis. vnde Chrs factus est pro nobis obediens vsque ad mortem.

regionē Moabitidē morabātur ibi. Et mortuus

a In exilio huius mundi.

est Elimelech maritus Noemi, remansitque

a Ecclesia. b Cum doctoribus. c Quia Apostoli duarum plebium sibi sociauere consortium, Iudæorum, scilicet, & gentium.

ipsā cum filijs, qui acceperunt vxores Moabi- 1

a Ceruix eius. Hi sunt fideles de Iudæis, qui robur fidei, & fortitudinem operationis primi perceperunt.

tidas, quarum vna vocabatur Orphā, altera

c Ruth. Manserūtque ibi decem annis, & ambo

a Apostoli, & Prophetæ decalogum implentes.

d mortui sunt Mahalon videlicet, & Chelion. re-

a ¶ In hac peregrinatione post ascensionem domini. b Ecclesia. c Prophetis, & Apostolis quorum caruit præsentia temporali, vel corporali.

mansitq; mulier orbāta duobus liberis ac marito. Et surrexit, vt in patriam pergeret cū vtraque nuru sua de regione Moabitide, audierat 2 enim, quòd † respexisset dominus populum

Vitæ. Mundo.

e suum, & dedisset eis escas. Egressa itaq; de loco

a Plebe.

peregrinationis suæ cum vtrāque nuru, & iā in

a Christo, vel mandatis eius. b Firmiter.

viā reuertendi positā in terra Iuda, dixit ad eas:

f Ite in domum matris vestræ, faciat vobiscum 3 dominus misericordiā, sicut fecistis cum mortuis, & mecum, det vobis inuenire requiem in domibus virorum quos sortituræ estis, & osculata est eas. Quæ eleuata voce flere cœperunt, & 4 dicere. Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit. Reuertimini filiæ meæ,

a Relicta à Christo. b In Christum credituros.

g cur venitis mecū? Num vltra habebo filios in 5 vtero meo, vt viros ex me sperare positis. Re-

¶ In obseruantia legali.

uertimini filię meę, † & abite. Iā enim senectute confecta sum, nec apta vinculo cōiugali. Etiā si † possem hac nocte cōcipere, & parere filios, † si eos expectare velitis donec crescant, & annos

d *Mortui sunt.* Post perfectionem pij laboris, scilicet de exilio huius mundi ad cęlestia regna migrauerūt, vt ex pleto mādato decalogi acciperēt denariū beatitudinis.

L.5.anti.ca.

✠ Ioseph. Noemi amare ferēs, quod ei prouenerat, & desolationē charorū nō sustinēs filiorū, propter quos, & de patria sua videbat egressa, rursus reuertebat ad eā.

✠ Chaldæus. Famis angustias sustulerat dominus, & escas Israeli præbuerat, propter æquitatem, & preces, quas coram domino fundebat Abessan Iudex, qui & Booz pius dicitur.

E

e *Egressa est, &c. vtraq;* Studiose satagit ecclesia, vt plebes quas Apostoli, et prophetæ tempore suo instruxerūt, perducat ad vnitatē fidei, & societatem Christianæ religionis, quæ scriptura referente didicit, quia iustus nō derelinquetur, nec semen eius quærens panem, qui de cęlo descendit.

† visitasset.
Psalm.36.d.

f *Ite in domum.* Ecclesia nō indiscrete agit, nec īdiscrete quēquam recipit. vnde. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deō sunt.* Possunt hæc synagogæ conuenire, quæ retrahit ad fidē Christi venientes, & maxime illud, vt separata à veritate infirmam se cognoscat effœtandi. *Reuertimini filiæ meæ.*

1.Ioan.4.a.

F

g *Num vltra.* RAB. Vox synagogæ veritatem cōfitētis & superuenientē culpā non tacentis, q̄ à viro, id est, Dauid relicta, & à filijs, id est, regibus, & principibus priuata sterilem se esse, & infirmā ad cōcipiendum filios Deo confitetur post aduentum Christi.

† nunquid eos expectabitis donec cresc[illegible] & nunquid [illegible] diu expectabitis, vt non sitis viro ap[illegible]

☛ Eleua

NICOLAVS DE LYRA.

✠ quod non fecerunt, propter quod tanta fames facta est in terra illa, quod Elimelech, qui erat de nobiliorib. & potētiorib. ciuitatis Bethlehem, fuit coactus ire ad terram extraneam ad quærendum victum suum. Hebræi autem dicunt, quod pp famem in illa terra accidētem multi pauperes recurrerunt ad Elimelech, quia erat diues, & potens, & propter auaritiā suam durum erat ei dare, propter quod ad cuitandū importunitatē illorū exiuit de terra Israel cū bonis mobilib⁹, quæ habebat, & quia ex mala cā exiuit, ibidē mortuus fuit cū filijs suis, & depaupatus est. Cętera patēt in lite.

1 *Qui acceperunt.* Hic consequenter describitur ipsius Ruth desponsatio. Dnt aūt Hebręi, & ēt aliqui catholici, quod ista Ruth fuit filia Eglon regis Moab. Sed hoc vr̄ falsum, quia à tpe Aod, qui interfecit Eglon, vt habetur Iudic.3. fluxerunt anni ducenti 32. vsque ad Abesan, vt declaratum fuit Iudic. 11. & multo plures anni fuerunt vsque ad Heli. & iō si Abesan fuit idem, quod Booz, vt dnt Hebræi, impossibile est, q̄ Ruth fuerit filia Eglon, quē interfecit Aod, quia adhuc erat satis iuuenis, & apta ad prolē qn̄ fuit cōiuncta ipsi Booz. Itē si Booz fuit alter ab ipso Abesan, ita quod historia Ruth accidit tpe Heli, vt dnt aliqui, multo magis impossibile est, qđ ipsa Ruth fuerit filia prædicti Eglon, quia multo plures anni fuerunt vsq; ad Heli, quā vsq; ad Abesan, vt declaratū fuit Iudic. 11. Et ideo si aliquis velit dicere, quod Ruth fuerit filia Eglon regis Moab, oportet ɔn̄r dicere, quod iste Eglon fuerit alius ab illo quem interfecit Aod, & longe posterior ipso. Et tn̄ adhuc non vr̄ conuenienter dictū ꝯm dictū Hebręorū, & catholicorum, quia ꝯm Hiero. Elimelech iuit pauper ad regionē Moab, & secundum Hebræos licet fuerit diues, tn̄ fuit ibi depauperatus, vt dictū est sup. Et hoc vr̄ ex eo quod dr̄ infr. eo. c. q̄ Noemi rediit de terra Moab vacua, s. sine viro, filiis, & diuitiis. Nō est aūt verisimile, qđ rex Moab dedisset filiam suam vxorē viro pauperi, & extraneo, & si post dationē depauperatus fuisset vir eius, non est verisimile, qđ permisisset eā recedere de terra sua, ita pauperē, quod indigeret colligere spicas in agro alieno, sicut dr̄ de Ruth sequenti. ca. Et ideo magis vr̄, quod ipsa Ruth fuerit de humili progenie. Sequitur.

2 *Audierat enim.* & ideo fame recedente de terra sua melius poterat ad eam redire.

3 *Ite in domum.* Hoc dixerat, qa patres earū erant mortui, vel quia mulieres sunt magis familiares matrib. suis, quā patrib.

4 *Quæ eleuata voce flere cœperunt.* Ex quo patet, quod Noemi valde bene se habuerat ad nurus suas.

5 *Num vltra habebo.* Pręceptū. n. erat in lege Deut. 25. quòd si aliquis moreret̄ sine hrd̄e relicta vxore, frater ei⁹ acciperet eā ad suscitādū semē fratri suo defuncto. Cętera patēt i lite.

✠ Cui di.

a *Eleuata*.per has mulieres,quarũ una dolẽs,& lugẽs a socru recedit obstinato aío adhæret.credentes significantur,quorum alii percepta gratia baptismi,& societate fidei ad errores pristinos relabuntur, quos significat Orpha, quæ ad deos suos reuersa est.Alii vero definito consilio perceptam gratiam consequuntur, quos significat Ruth.

✠ Theod.Laudabilis est cõstãtia Ruth,q̃ mulierem senio cõfectam,& paupertate laborãtẽ ꝑtulit parentib. ꝑꝑ aĩ pietatẽ, & coniugis memoriam.

✠Chaldęus Parap.Dixit Ruth Ne mecum contendas, vt recedendo te deseram, qm̃ conuersa sũ ego, vt proselyta sim. Dixit Naoumi,Iubemur seruare sabbatha, & dies festos, ita vt ambulare non liceat ultra duos mille cubitos.Respondit Ruth.Quocunque ibis tu,ibo. dixit Naoumi. Iubemur ne unà cũ externis habitemus populis.Respondit Ruth, Vbicũque habitabis,habitabo. Dixit Naoumi, Iubemur obseruare sexcenta tredecim præcepta. Respondit Ruth, quod obseruabit populus tuus,obseruabo ego,pinde ac si populus meus antea fuisset. Dixit Naoumi, Iubemur ne colamus Deũ alienum.Rñdit Ruth. Deus tuus Deus me⁹ erit,Dixit Naoumi, Sunt nobis quatuor gña mortis in sceleratos, lapidatio,exustio,cædes gladii,& crux. Rñdit Ruth, Quomodocunque morieris,moriar. Dixit Naoumi.Nobis est sepulcrum. Rñdit,Ibidem etiam sepeliar,neque in posterum hac de re verbum facito, nam dispeream, nisi mors me a te separet.

✠Chrys.Ruth pro merito fidei suæ nupsit Booz, quia propriam gentem contempsit,& terram,& genus,& elegit Israel,& nõ despexit socrũ viduã simul,& peregrinã,desiderio ducta gñis eius magis q̃ sui Deos patrũ suorũ repellit, & Deum uiuẽtem elegit,dicens ad socrum, *Ne aduerseris mihi.*

✠ Ambrosius.Ruth intrauit ecclesiam,& facta est Israelitis, & meruit inter maiores Dñici generis computari ꝑꝑ cognationem mentis electa,nõ corporis. Hanc æmulemur, vt q̃a morib.hanc ꝓrogatiuam meruit,nos quoq; ꝑꝑ morum electionem,in ecclesiam Dñi meritis suffragantib.adlegamur, &c. Eius exẽplo,relinquentes pr̃nam domum, dicamus ei q̃ nos ad cultum Dei vocaret, vt Paulo,aut cuicunq.Episcopo, *Populus tuus, populus meus, & Deus tuus,Deus meus.*

b *Quocunque*. sic ecclesia de gentib. uocata relicta patria, i. idololatria omissa,carnali conuersatione,& desideriis,profitetur Deum suum esse in quẽ crediderunt sancti, & ituram quo caro Christi ascendit & ꝑ eius nomine in hoc seculo pati vsque ad mortem, & cũ populo sanctorum,& prophetarum & patriarcharum.vnde, *Lætamini gentes cum plebe eius.*

c *Videns*. Gentilis populus obstinato animo prędicatores, sequitur in terram sanctam, & in ciuitatem Dei Bethlehem, vbi præparatur ad suscipiendum sponsum de stirpe Abrahæ natum, in quo benedicentur omnes gentes, vel tribus terræ.

d *Ne voc*. Agnoscit synagoga calamitatem suam,quam post aduentum Christi merito patitur & refugit pulchra vocari quia tempora ꝓsperitatis suæ finiri conspicit.

impleant pubertatis, antè eritis vetulæ, quàm nubatis. Nolite quæso, filiæ meæ facere hoc, q̃a† vestra angustia magis premit me, & egressa est manus Dñi contra me. Eleuata igitur voce flere rursum cœperunt. Orpha osculata est socrũ, ac reuersa est. Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi. En reuersa est cognata tua ad populũ suũ & ad deos suos vade cũ ea. Quę respondit. Ne †aduerseris mihi, ut relinquã te, & abeam. Quocunq. n. perrexeris, pergam, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & deus tuus, deus meus. Quæ te terra morientem susceperit, ĩ ea moriar, ibiq; locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si ñ sola mors me, & te separauerit. Videš ergo Noemi, q̃ obstinato aío Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, necultra ad suos reditum persuadere, profectæque sunt simul, & uenerũt in Bethlehem. Quib. vrbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebruit. Dicebantq. mulieres, *hæc est illa Noemi. Quibus ait. Ne vocetis me Noemi, i. pulchram, sed vocate me Mara, hoc est, amaram, quia valdè amaritudine repleuit me Oĩpotens. Egressa sum plena, & vacuam me reduxit Dominus. Cur igitur

Interlinear glosses: a Grauis afflictio in uindicta. — Ab errore idololatriæ. — Idest, fidei ecclesiæ. — Per merita adiuuante sola gratuita uocatione. — a Significat ecclesiam tribulationis pressam, præsentia gaudia non amare, sed futuram gloriam quærere. Vide, Nigra sum, sed formosa, &c.

Margin: † amaritudo maior ualde mihi esset quã nobis, quia — †roges me — *Num — Homil.1.in Matth. — Com. in Luc. cap.3 — Rom.15.c

Quan.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cui di. *Hic consequenter describitur ipsius Ruth conuersio, quæ noluit reuerti, sicut altera, sed ire ad terram Israel cum socru sua, & conuerti ad cultum Dei unius, Gentilitate relicta, propter quod dixit*

2 Ne ad. *reuertendo ad cultum idololorum.*

3 Quocunque. *Hic dicunt Heb. quod volentibus conuerti ad Iudaismum dicenda sunt grauia legis, saltem secundum partem, sicut volentibus ingredi Religionem explicanda sunt difficilia illius Religionis. Dicunt igitur, quod Noemi videns Ruth velle conuerti ad Iudaismum, dixit sibi aliqua onera legis, & primo dixit ei, quod non erat licitum Iudæis ire extra terram Israel, nisi ex causa magnæ necessitatis. Et tunc Ruth ei respondit.* Quocunque *& non alibi, Iterum dixit ei, Non est nobis licitum quod mulier sit sola cum viro, nisi fuerit maritus eius. Et Ruth respondit.*

4 Vbi morata, *volens esse sine te cum aliquo viro. Iterum dixit, populus Heb. est subiectus legis oneribus, in qua sunt sexcenta, & tredecim præcepta. Tunc respondit.*

5 Populus tuus, *q.d. uolo subdi legi ipsius. Iterum dixit, Prohibitum est nobis colere deos alienos. Et ipsa respondit.*

6 Deus tuus Deus meus. *Q.d. alium nolo colere. Iterum dixit ei, Transgressoribus legis nostræ in diuersis casibus imponitur pœna quadruplicis mortis, scilicet lapidationis, combustionis, strangulationis in suspensione, & occisionis gladio, vt patet in Exo. & Deuterono. Et tunc Ruth respondit.*

Margin: Pœna legis quadruplex

7 Quæ te. *Q.d. parata sum suscipere pœnam cuiuscunque mortis, si meruero sicut, & tu.*

8 Videns er. *Quia quando aliquis habet firmam voluntatem transeundi ad legem diuinam, vel Religionem, non est impediendus, seu refutandus. Cætera patent vsque ibi.*

9 Dicebantque. *Secundum expositores nostros legitur depressiue, & est verbum congaudendi de reditu Noemi. Secundum Heb. vero legitur interrogatiuè, & est verbum admirandi, quasi dicatur, Hæc est illa Noemi quæ recessit cum curru, & equis, & diuitiis, & modo reuertitur pauper, & peditando, quia exiuit terram Israel ex mala causa, vt supra dictum est secundum opinionem Hebræorum, & huic consonat quod sequitur.*

10 Egressa sum. *filijs, & diuitijs.*

11 Et uacuam, *& in hoc confitetur pœnam sibi inflictam a Domino pro peccato sui exitus de terra Israel ex mala causa, vt supra dictum est. s. secundum opinionem Hebræorum.*

CAP.

MORALITER.

10 *Egressa sum*, vt habetur inf. eo. c. In hoc ergo documẽtum hñt diuites huius mundi, ne moleste ferant petitiones pauperum, nec declinent ab eis indebitè ne sicut Elimelech puniantur, secundum q̃d dr̃ Sap. xj. c. *Per quæ peccat qs, per hæc & torquetur.* Et Prou. 21. b. *Qui obturat au. suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Exemplum Lu. 16. de diuite epulone qui guttam aquæ impetrare non potuit, eo q̃d micas panis Lazaro negauit. Et multo plus timere dñt auari sciæ quæ per communicationem non minuitur, sed auget̃. Et similiter sapientes tpalib. si fuerint auari de dando consilio pauperib. in quo non datur res possessa, sed tantum verba. Per Ruth aũt quæ relicta Gentilitate Noemi adhæsit di. 6 *Deus tuus*, & etiam humiliter obediuit, significatur persona pœnitens ueraciter, quæ relicta diaboli seruitute adhæret ecclesię eius mandatis humiliter obediendo, q̃ p Noemi bene significatur, eo quod Noemi pulchra interpretat̃. Et Can. 4. de ecclesia dicitur, *Tota pulchra es am. &c.* Et talis fuit in principio, sed modo potest dicere.

9 *Ne vo.* Nam multi qui de bonis ecclesiæ lautè viuunt, & magnificè, per suam vitam malam ipsam multipliciter amaricant de quo B. Bern. in eius persona loquens exponit illud Esa. 38. d. *Ecce in pace amaritudo mea ama.* Postq̃. n. cessauit ꝑsecutio tyrannorum contra ecclesiam, & ipsa dotata est multis, & magnis temporalibus bonis, multi abutentes peccatis enormibus, plus secundum veritatem amaricant ecclesiam in ista pace, quam amaricata fuerit in tyrannorum persecutione.

a *Quan.pri.i.* q̄n lex incarnationis suæ ordinem ad mysterii ū passionis Christi conuertit. Messis.n.hordeacea tempus dnicę passionis exprimit, q̄ mense nouorum, i.primo mense contigit. Bn̄ ergo tp̄e illo ad Bethlehem venit, q̄n lex Chr̄m quē docet in Bethlehem natum, in pascha, idest in mēse nouorum prędicat occi sum. Sc̄ā quoque ecclesia toto conatu laborat, ut quos ad fidem conuocat, †incarnationis, passionis, resurrectionis merito imbuat. Messis hordeacea Iudęorum exprimit credulitatem, qui peracto sacramento passionis p̄dicātib. Apostolis primum ad fidem veniūt qui alibi q.nq. panib. hordeaceis pasti a Dn̄o legūt.

†mysterii †contra quam testificatus est Dominus. Ioan.9.a

vocatis me Noemi, †q̄ Dn̄s humiliauit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua de terra peregrinationis suę, ac reuersa est in a Bethleem, quando primum hordea metebantur.

CAP. II.

a Erat autem, &c.

※ Chaldæus. Parap. Ipsi Naoumi erat cognatus mariti sui, uir strenuus, ac legisperitus de familia Elimelechi, cui nomen Boaz.

※ Iosephus. Veniente Ruth socru in Bethlehē. Booz Elimelech cognat⁹ suscepit eas.

Analog. Vir iste cōsanguineus Elimelech Christus est agnus legis, & legislator, quia per legem promissus, & de Patriarchis natus, & de gente Iudeorum secūdum carnem. vnde *Prophetam suscitabit vobis Deus de fratrib. vestris, tanquam me audietis. Hic est potens qui mundi principem debellauit, & totum orbem suo imperio subiugauit, & magnarum opum, quia cœli, & terræ possessor est, & in eo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scię. Ipse est.n. virtus, & sapia.* Deut.18.c 1.Cor.1.d

※ b *Abiit, & colligebat spicas, post terg. meten. &c.* ※ quæ fugerit manus metentium

※ Ambrosius. An mediocris tibi illa uidua uidet' Noemi, q̄ uiduitatem suā messis manipulis sustentabat alienæ, q̄ æuo grauem alebat nurus. nā hoc quoq. & ad subsidium, & ad gratiam viduarum proficit, ut ita instituant nurus suas, quo possint in his naturæ senectutis habere subsidium, & quasi stipendium magisterii, mercedem quoque suæ capere disciplinæ. Et.n. quę bene instituerit nurum suam Ruth, ei deesse non poterit, q̄ viduitatem socrus paternæ domui pręferat. Et si uir ecq. eius mortuus fuerit, nō relinquat tn̄, alat inopem, soletur mœrentē, nec dimissa discedat. Nescit egere optima disciplina. Noemi duob. filiis destituta & marito, pietatis emolumenta nō perdidit, nam & solatium mœroris, & subsidium paupertatis inuenit. L.uno. de viduis.

c *Accidit.* Quia sancta ecclesia ad Christum pertinet, cuius sponsa & corpus est. De quo dicitur, *Fortitudo mea, & laus mea Dominus.* Et alibi, *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.* Ipse est cognatus Elimelech, qui de Bethleem, & de stirpe Dauid natus, testimonium habet a lege, & prophetis. Hic verba salutis, & pacis familiæ suæ attulit, in cuius natiuitate cecinerunt Angeli, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, & cætera.* Cui uenienti in Hierusalem obuia turba clamauit, dicens, *Benedictus qui venit in nōie Dn̄i.* Psal.117. Psal.23. Luc.2.b Mat.21.a

CAP. II.

a ERAT autē viro Elimelech [1] consanguineus hō, & magnarū opum noīe Booz. dixitq. Ruth Moabitis ad socru suā. †Si iubes vadā in agrum, & colligā spicas quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa respondit, b Vade filia mi. Abiit itaque, & colligebat spicas c post terga metentium. Accidit autem vt † ager ille haberet dominū nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech. Et ecce ipse veniebat de [2] Bethlehem, Dixitque messoribus, Dominus vo-[3] biscum. Qui responderunt ei. Bn̄dicat tibi Do-

a ¶Fortitudo Dei, unde & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi.

a Ecclesiam.

b Spicæ remanentes fideles significant, qui translatis cæteris ad cœlum nobis relinquuntur ad exemplum.

a Messis sunt sancti qui colliguntur reponendi in horreo Dei. Messores sunt angeli. Vnde, Exibunt angeli boni a malis.

†è familia Elimelech. †pars agri.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

Erat autem. Hic consequenter describitur ipsius Ruth conuersatio virtuosa, & quia humilitas est fundamētum omnium virtutum, ideo circa eam primo describitur humilitatis virtus, secūdo honestatis decus, ibi, *Accidit au.* tertio gratitudo in beneficiis, ibi, *Quæ ca. in fa.* quarto solicitudo in exercitiis, ibi, *Collegit ergo.* Humilitas autem eius apparet in hoc, quod obtulit se ad colligēdum spicas in agro de uoluntate, & licentia socrus suæ. Præmittitur tamē hic nomē ipsius Booz, eo qd̄ ager in quo collegit erat ipsius q̄a erat de cognatione mariti sui defuncti, & hoc est qd̄ dr̄. Diuisio.

1 *Erat au.* Dicūt Heb. q. Elimelech socer Ruth, & Salmō pr̄ Booz fuerūt frēs, & sic maritus Ruth. & Booz erāt cōsāguinei germani, Sed primū dictū vr̄ falsum q̄a Salmō q̄ genuit Booz de Rahab fuit tp̄e Iosue, & accepit vxorē Rahab post destructionē vrbis Iericho, q̄a tūc fuit copulata populo Isrl̄, vt hr̄ Iosue 6. hoc aūt fuit circa pricipiū ducatus Ios. a principio vero ducatus eius vsq. ad Abesan, quē Hebræi dicūt eē ipsū Booz, fluxerūt anni 272. & multo plures fluxerūt vsq. ad Heli, & iō si ſm op. Heb. dicat', q. Booz & Abesan idē hō fuit, impossibile vr̄, q. Elimelech fuerit frater Salmon, quia Ruth uxor Mahalon filii Elimelech adhuc erat iuuenis, ut satis patet ex sequentib. quando fuit copulata matrimonio ipsi Booz adhuc potenti generare. Et adhuc magis impossibile est, si dicatur quod Booz fuit tempore Heli qui postea per multos annos iudicauit, pp̄ quod dicunt doctores nostri, & bene vt videtur, q. tres fuerunt Booz sibi succedētes, quorum primus fuit auus, secundus filius, & tertius nepos, primus fuit filius Salmō quē genuit de Rahab, & tertius fuit iste qui genuit Obed ex Ruth, & hoc idem dixi sup Mat. 1. c vbi isti tres sub uno noīe comprehenduntur. Tū q̄a Mat. Euāg. genealogiā saluatoris in trib. quaterdenis voluit describere, vt ibidē dr̄, in quo āt gradu vltimus Booz attinebat ipsi Elimelech, & filio eius Mahalō, postea dicet', Cętera patent in lr̄a.

2 *Acci. au.* Hic describitur ipsius Ruth honestatis decus qd̄ percepit Booz ueniēs ad messores suos, vn̄ subdit'.

3 *Dixitq. &c.* Scd̄m qd̄ dicūt Hebræi & satis apparet ex textu, Booz iā erat hō puectæ ætatis, & honorabilis rōe scietię, & virtutis, & iō n̄ ē verisimile q. de aliqua iuuēcula muliere q̄sisset, nisi rōe honestatis singularis q̄ in ea videret, & iō dicūt He. qd̄ spicas stātes remanentes post messores colligebat stādo, iacentes āt colligebat sedendo, ne inclināndo se ad colligendum uestes suæ eleuarentur a parte posteriori, & pars aliqua tibiarum suarum discooperta appareret, & ideo Booz videns eius honestatem motus fuit ad quærendū quę esset, & ad faciendum sibi gratiam, dicens ei quod sequitur.

Audi

MORALITER.

1 *Erat au.* In hoc c. agit' de Ruth humiliter & diligenter i agro Booz spicas colligente. p agrū istū sacra scriptura significat', q̄ est ager plenus optimis fructib. & sensib. tanq̄ bonis fructib. pp̄ qd̄ est ager quem bn̄dicit Dn̄s. per Booz aūt, q. fortitudo interptat', Dn̄s nr̄ Iesus Chr̄s signat', q. tātę fortitudinis est, q. *portat oīa uerbo uirtutis suæ,* ut dr̄ Heb. 1. a. Ipse vero Dn̄s est huius agri, pp̄ quod dr̄ Deuter. 33. *In dextera eius ignea lex.* Quæ cōtinet' i vet. ac no. test. & bn̄ dr̄ ignea, eo q. ignem charitatis in cordib. fideliū accendit. Messores aūt viri Booz. i. Chr̄i, sūt doctores, & p̄dicatores, Ruth āt humilis, & deuota personā deuotā, & simplicem signat, q̄ sermones audiens attente de his q̄ pōt capere, uitā suā, & consciam informat. Et similiter aliorū verbo, & exeplo sibi couenietē sibi modū, & de hoc B. Frācīscus exponebat illud 1. Reg. 2. a. *Sterilis pepit plurimos, & q̄ multos hēbat filios infirmata est.* Sterilē. n. dicebat frēm simplicē, offm̄ p̄dicandi nō hn̄tē per quē gnant' filii, i. ecclesia Dei, 1. Cor. 4. d. *In Chr̄o Iesu p euan. ego vos ge.* Et talis fr̄ simplex exēplari vita plus pficit sibi & aliis q̄ p̄dicator verbosus, & idē dicēdū de aliis simplicib. personis, q̄ sūt uitę exemplaris. Et bene significatur per Ruth, quæ maiorē gratiam inuenit apud Booz, quam eius messores, quia facta est eius uxor. Sic persona simplex exemplaris uitæ maiorem gratiam inuenit apud Christum, qui significatur per Booz, quam messores, per quos, ut prędictum est, significantur prædicatores.

A a *Et rogauit.* Quia sancta ecclesia perseuerat in agro diuinæ lectionis post messores, & prædicatores, mysteria scripturarum colligens, ut in sinu mentis suæ testimonia, & exempla virtutum recondat. Vel ager ille est cęlestis studii disciplina messis intelligentia spiritualis, messores, prædicatores, spicę remanentes, sententiæ scriptura rum, quæ multũ per mysterium occultatæ, quasi pleniores remanent ad exercitium med tatis. Plebs ergo Gentilis ecclesiasticam disciplinã ardenter appetit vt ad meditationem diuinæ legis, & sãctorum societatẽ admittatur, & sctõrum documentis, vel exẽplis reficiat᷑.

B b *Nenadas.* Q. Ne recedas a statu fidei ne sequaris errores hereticorũ, vel schismaticorum, sed magis iũgere animab. sctis, vt metas scripturas sãctas, meditando, & opere ĩplendo, & haustum diuinæ sapię de libris duorũ testõrũ, & uñ pueri i. scti bibũt & ipsa bibas.

c *Quæ cad. in fac.* Grãs refert Ecclesia gentiũ saluatori q eã respicere dignatus ẽ. cui ille rñdit, placere sibi qđ mortuo uiro suo, i. diabolo parẽtes idololatras reliqt, & terrã natiuitatis i. carnalia desideria, & populo sanctorum se sociauit, qui sibi antea ignotus fuit, cum sequeretur cupiditatem veteris hominis.

d *Nuntiata mihi omnia sunt, &c.*

✠ THEODORETVS. Nos docet hæc historia Boozi quoque uirtutem. Ruth. n. non solum fructu liberaliter impertiit, sed etiam verbis est consolatus. Nec solum eam cibo impertit, sed ipse quoque fuit per se sui officii administer, ut qui non alii iusserit ministrare, sed ipse parauerit farinas, & panes admodum liberaliter attulerit.

✠ Chaldęus Paraph. Dixit Booz ad Ruth, Per prophetiam significatum est mihi fore, ut prouenian t ex te reges, & prophetæ, pp bonitatem, qua affluisti erga socrum tuam, quam marito tuo demortuo, aluisti, reliquisti etiam religionem tuam, populum tuum, patrem & matrem tuã, solũq. natale, & tetendisti ut proselyta fieres, ac inter populum, qui tibi nunc nuper notus erat, habitares. Dignum præmium tibi repẽdet Dominus, in hoc seculo propter nobile facinus tuũ si:que consummata merces tya a Domino Deo Israelis in venturo seculo. Ipsa porro ęquitas tua te a Gehennę iudicio liberabit, ut sit tibi portio cũ Sara, Rebecca, Rachele, & Lia. Tunc dixit Ruth, Clemens admodum es erga me, Domine mi, quando quidem fœlicem me dicendo, vt recipiar in domo Domini, atque etiam humaniter locutus, consolatus es me. Ad hæc, mihi attulisti fiduciam de venturo seculo asseq́uendo, vbi pro meritis est præmium. D E

a Quia Christus quemlibet de doctoribus qui mineris. præest sacerdotib. quasi ignorans de fide gentium sciscitatur, cum eum prouocat ad prædicandum.

minus. Dixitque Booz iuueni qui præerat messoribus, Cuius est hæc puella? Cui respondit, hæc est Moabitis q̃ venit cum Noemi de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes,

a Quia in initio. s. fidei usque ad perfectionem boni operis.

sequens messorum vestigia, & de mane vsque nunc stat in agro, &

¶ Antiquæ superstitionis.

nec ad momẽtum quidem domum reuersa est. Et ait Booz ad Ruth:

a Quia a coniunctis formantur mores. unde, Corrumpunt bonos mores colloquia praua,

1 Audi filia. Ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas b ab hoc loco, sed iungere puellis meis, & vbi messuerint sequere. Mandaui enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi, sed etiam si sitieris,

¶ Ad opera.

vade ad sarcinulas, & bibe † aquas de quibus & pueri mei bibunt.

a Ezechiel uidens gloriam Domini cadens in faciem suam adorauit.

2 Quæ cadens in faciem suam, & † adorans super terram dixit ad eum.

a Ecce Centurio, & Elisabeth, & Abigail se humiliabant.

c Vnde mihi hoc, ut inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me

a Procul, & de ultimis finibus pretium eius.

dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit. Nuntiata mihi d omnia sunt quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui, & quod re-

¶ Non inueni tantam fidem in Israel. ¶ Quoniam non cognoui seruum meum.

liqueris † parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad po-

a Fide, scilicet vnde hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.

pulum quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo,

a Aeternam gloriam. Vnde, Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum.

& plenam mercedem recipias a Domino Deo Israel adquem uenisti,

a Duo testa. quibus Deus protegit fugientes ad se. vnde, In umbra alarum tuarum sperabo.

e † & sub cuius confugisti alas. Quæ ait, Inueniam gratiam apud oculos tuos, domine mi, qui consolatus es me & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis unius † puellarum tuarum. Dixitque ad 3 f eam Booz: Quando hora uescendi fuerit, veni huc, & comede pa- 4

a ¶ Quia Ecclesia Gentilis Sanctis Prædicatoribus se iungit per fidem.

g nem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad latus mes- 5

a Quia scientia diuinæ legis deuotam reficit mentem.

sorum, & † congessit polentam sibi, comeditque & saturata est. Et 6

a ¶ Quia singula uerba quæ audiuit subtili descriptione ruminauit.
b Quia in corde verba audita retinuit, & ut maiora percipiat instanter meditando laborauit.

† tulit reliquias. Atque inde surrexit vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens. Etiam † si vobiscum metere uoluerit, ne † prohibeatis eam, & de vestris quoque manipulis pro- h

Left margin notes: †patrem tuũ, & matrem — †ut sub alis eius sperares — †ancillarum — C †porrexit, uel dedit — †superfuit, vel reliquum fuit LXX. reliquit. — †pudore afficiatis

✠ THEODORETVS. finem consequuta est Booz benedictio. Accepit enim Ruth plenam mercedem a Domino, ut quæ fuerit progenitrix benedictionis gentium.

e *Inueni. &c.* Nota humilitatẽ Gentilis Ecclesiæ, quæ se cognoscit imparem tantæ gratiæ, nec audet se ęquiparare primitiuæ Ecclesiæ. vnde dicit, *Nam & catelli edunt de micis, quæ ca. de men. do. suorum.* Et alibi, *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic ver. & sanabitur puer meus.* F

f *Quando hora.* Hora uescendi fuit. Quando dictum est Apostolis. *Ite docete omnes gentes baptizando eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti.* A Domino enim dictum est. *In uiam gentium ne abieritis.*

g *Intinge buccellam.* Lege, s. quæ diu meditata p. erseuerans in priorem populum Pharisæorum conditionib vel traditionib. corrupta natiuum saporem perdidit. In hac tingit Ecclesia buccellam, i. mysterium incarnationis Christi dicitẽ se in testamento veteri, & ideo firmius credit, quia antè longẽ præfiguratum cognoscit.

h *De vestris.* Nota humilitatem patris familias, qui non solum spicas relictas testimoniorum colligi permittit, sed etiam manipulos scientiæ ultronea largitate impertitur.

Right margin notes: †de his — †incurrans se — Mat.15.c — †inter manipulos colligit — Ib.8.b — Mat.16.d — Mat.10.a

De ve-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Audi filia.* & patet litera. Patet etiam quod erat iuuencu la respectu ipsius, quia uocauit eam filiam.

2 *Quæ cadens.* Hic commendatur Ruth de gratitudine, qa ipsi Booz de beneficiis oblatis, licet non essent multum magna, valde fuit regratiata, & patet litera usque ibi.

3 *Quæ non sum.* In Hebræo habetur, *ancillarum tuarum.* Q. d. non sum tanti ualoris, sicut minima ancillarum tuarum, & ideo maiorem gratiam inuenit apud ipsum Booz. vnde subditur.

Dixit-

4 *Dixitque ad, &c. comede panem,* i. cibum paratum de domo mea cum famulis meis.

5 *Et intinge.* Acetum enim multum refrigerat, & ideo in calidis regionibus cuiusmodi est terra Israel, utuntur aceto, maxime tempore calido, cuiusmodi est tempus messionis.

6 *Et con.* scilicet ipsa Ruth præparauit sibi cibum, secundum translationem nostram. In Heb. habetur. *porrexit ei granatum.* i. cibum factum de granis nouis, quem de manu sua dedit Booz ipsi Ruth, ut dicunt Hebræi. Cætera patent in litera.

¶ De vestris manib.proiicite. &c. Quia gentilis populi infirmitatem non despicit, nec pristinos errores improperat, sed studii sagacitate ad ædificationem perducit.

a Quasi ephi. Cum in lectione per sanctæ trinitatis confessionem discit catholicam fidem. In ephi mensura quæ tres modios continet significatur vna diuinitatis substantia, & trium personarum proprietas

b Quos por. Quia fidē suam matri ecclesię ostendit. vel ecclesia synagogę gratiam quā sponsi sui munere percepit ostendit, vt eā prouocaret ad fidē.

c Dedit ei. Eructauit cor meum uerbum bonum. i. de plenitudine cordis cibū prędicationis.

d Bndictus. Synagoga prędicāte ecclesia gētium bonitatem, & potentiam Dñi cognoscit & fortitudinē sui prędictoris, & tādē veritate cogēte nomen Domini bndicit, quod seruauit gratiam mortuis quam præbuit uiuis.

✠ Theod: Grato & beneficii memori animo Noemi absentē nutus benefactorē remuneratā est benedictione. Dixit.n. Qui te agnouit, sit benedictus. Sicut fecit, cū quo fecit. Satiauit animam inanem. Non respexit ad paupertatē, sed ad legislatorem, qui præcepit ut cura gereretur uiduarum.

✠ Chaldęus. Ore sacrosancto Domini benedictus sit ille, qui in sua mansit amicitia cum viuis, & cum mortuis.

e Propinquus. Cognoscit propinquū inter ecclesia per gratuita bñficia populo gentiū collata, & audito nomine recordat bñficiorū antiquorū vñ, Memor fui dierū antiquorū, meditatus sum in omnibus operibus tuis.

f Præcepit mihi. Quia Chrs omnibus ad se venientibus præcipit, ut magis cum fidelibus suis iungātur ad messem spiritualis segetis, quā cum alienis, cui persuasioni consentit socrus, dicens. melius est filia. hoc ut bonum, & utile non potest negare synagoga.

g Donec triticum. hoc est, tandiu adhæret doctorib. in meditatione scripturarū, donec veteris & noui testamēti notitiam in cęsarea cordis reconderet, vnde pastum animæ sufficientem haberet.

[Margin: absq. rubore; .i. tres modios; † recognouit, vel agnouit re; Psal.44.a; † ipsius; Psal.141. E; † misericordiam; † obuius sit]

iicite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in agro usque ad vesperam, & quæ collegerat virga cædens, & excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensuram, i. tres modios. Quos portans reuersa est in ciuitatem, & ostendit socrui suę. Insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitq. ei socrus sua. Vbi hodie collegisti, & vbi opus fecisti? Sit benedictus qui misertus sit tui. indicauitque ei apud quem esset operata, & nomen dixit uiri, quod Booz vocaretur: Cui respondit Noemi: Benedictus sit a Domino quoniam eandem gratiam quā pbuerat viuis seruauit & mortuis. Rursumque ait. Propinquus noster est homo. Et Ruth. Hoc quoq;, inquit, præcepit mihi, vt tādiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus: melius est filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendū, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaque puellis Booz, & tandiu cum eis messuit, donec triticum, & hordeum in horreis conderentur.

a Quia sancta ecclesia virga discretionis spiritualem sensum elicit de litera legis.
a Largitatis. b Iudæis cum eis frueretur beneficiis. c Gentibus, qui in peccatis spiritu... erant.
a Synagogæ secundum carnem, ecclesiæ secundum spiritus vnionem. b Christus.
a Animabus sanctis. b Hæreticorum. c Schismaticorum doctrina vel ... & contentiones.
a Gratiam notæ quæ rationabilibus ad refectionem co..., in quo ostenditur caro & sanguis Christi de quo dicitur. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.
b Leges literæ quæ Iudæis tanquam iumentis ad pastum data

NICOLAVS DE LYRA.

1 Collegit ergo. Hic consequenter describitur solicitudo ipsius Ruth in ope pro quo venerat de volūtate socrus suę, cū dr. Collegit ergo. Quod autem subdit Idest tre, non est in Heb. sed loco eius hr, oratorum, qa inuenit ei hi hordei in hoc qd collegerat. Cuius tamen quantitatis sit hæc mensura ephi, dictum fuit Exo. 16. Gomor n. est decima pars ephi, & Gomor mannę sufficiebat una die pro una persona, ut ibidē dr.

2 Iuncta est. i. ancillis. Cætera patent in litera.

MORALITER.

† Inuenit hordei. i. tres modios, per quos significantur sanctitas meditationis, veritas locutionis, & sinceritas bone operationis factæ simpliciter propter Deum. Hos tres modios collegit Ruth. i. persona simplex, & deuota sermones audiendo, & opere adimplendo.

¶ Postquam autem. ✠ THEODORETVS Quid Noemi suæ nurui suggessit? Cū Ruth audisset socrū dicentem, Hic vir est nobis propinquus, recordata est magni eius officii, & existimauit illū uelle ei ex lege coniungi, ut eius qui decesserat conseruaret memoriā. ergo suggerit ei vt dormiat ad pedes Booz, non vt formam suam vendit, contrarium. n. significant verba narrationis. Adeo confidebat uiri temperantiæ, & iustitiæ. Sermones autem confirmarunt actiones.

b Aream. synagogam Iudæorum ubi legis hordeum conditum est. hāc Christus uentilat, qn in acta Euangeliū prędicans singulorū dōsia & uolūtates erga se triturat. vñ. Ipsis aūt nō credebat semetipsū eis, eo q ipse nosset oēs, & non erat opus ei, vt qs testimonium ph. beret de hoīe: Ioan.2.d

c ✠ Lauare, &c. ABR. filius Ezræ. Vnges te oleo bono odoris. nā ita moris erat in terra Israel, vngebāt se magnates quā viri, qua feminę

✠ Chaldæus. Laues te, & delibuta iucundo odore, concinnesque ueste ita, descendas in aream, &c.

CAP: III.

Ostquam autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea: filia mi quæram tibi requiem & prouidebo, ut bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iūcta es, propinquus noster est, & in hac nocte aream hordei vētilat: lauare igitur, &

a Consilii ... ecclesiæ Gentili quomodo perueniat ad consortium Christi.
a A... pedum, ... Patrem... achryma.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Postquam au. Hic cōsequenter describit circa ipsam Ruth conuentio legalis, quia secundum legem quæ habetur. Deu 25. de suscitatione seminis defuncti ipsa requisiuit Booz de matrimonio de consilio socrus suæ, & ideo circa hoc primo ponitur socrus consultatio, secundo nurus obtemperatio, tertio ipsius Booz rationabilis responsio. secūda, ibi. Quæ respondit. tertia, ibi. et ille, benedicta, &c. Circa primum dicitur.

1 Postquam. f de messionib quarum tempore fuit conuentio puellis Booz vt dictum est, sup. 2. c. in fine.

2 Quæram. i. matrimonium bonum, ita quod non oporteat te laborare pro uictu.

3 Et proui. habendo prolē, qd maxime desiderāt mulieres.

4 Et in, i. festum facit pro ventilatione. Dicunt. n. aliqui quod mos erat antiquorū in uentilatione messis facere conuiuium messorib. & dormire de nocte in area. Rab Sal. dicit hic, q in illo tpe erant multi latrones in terra, & io Booz iuit illuc ad dormiendum, ut in pñtia eius melius custodiret per famulos suos granū uētilatū, & utrumq. potuit eē in cā.

5 Laua. Hoc dixit sibi ad hoc, quod Booz magis inclinaretur ad desponsandum eam.

MORALITER.

1 Postquam. Hic agitur de præparatione Ruth ad matrimonium cū Booz, per qd significatur conunctio psonę deuotę cum Christo, quę coniunctio pōt esse ei durante uita pñti Dicit igitur Noemi. i. ecclesia.

5 Laua. per veram, & frequentem confessionem, quia peccata frequenter pullulant Io. 1. c. Si dixerimus, quia pec. non ha. ipsi nos se. & veri. in no. non est.

A a *Non te.* Quia fides gentium ecclesiæ non ante apparuit, quam Christus mysterium incarnationis suæ impleuit, quãdo corporaliter inter homines viuens cibo, ac potu vsus est, & tandem cęnans cum discipulis suis corporis, & sanguinis sui sacramenta communicauit eis. Impleto autem mysterio dispẽsationis Christi ecclesia de gentibus ad fidem fiducialiter accessit.

Heb. 2. d

b *Discooperies, &c.* Q. Agnosce Christum pro te passum, & veni deuota mente, discute operimentum literæ ve. te. in quo tegit sacramentum incarnationis Christi & cum cognoueris inde tibi salutem promissam, humiliter ad auxilium eius confuge, vt ibi permaneas omni tempore.

c *Cumque comedis. Booz, &c.* ✠ Chaldęus. Curauit Booz corpus cibo, & potu, & corde sobrio benedixit nomini Domini qui illius orationem exaudiuerat, feceratque famem cessare in terra Israelis, ac venit, vt in acerui extremitate dormiret, &c. Accidit autem media nocte vt expauerit vir, victumque redditum fuerit ipsius corpus, vt raphanus, præ timore. Videns porro mulierem ad pedes suos dormientem, libidinem suam cohibuit, vt rem cum illa nõ habuerit, Iosephi iusti imitatione.

Gen. 39.

✠ THEODORETVS. Ille factum Ruth laudauit, temperantiam autem non prodidit sed legi conseruauit nuptialem congressum. Ostendisti, inquit, per ea quæ fecisti, quod hoc non feceris voluptati seruiens. Reuera. n. iuisses ad eos qui sunt iuuenili, ac florenti ætate, solam rationem habens fruendæ uoluptatis. Sed venisti ad virum qui est tibi loco patris. Bis enim idcirco vocauit, filiam.

† apprehendit aut amplexatus est, vel tetigit manu, ut sciret quid esset

C Comedit Christus, & bibit, cum in cœna corporis, & sanguinis sui sacramenta tradidit Apostolis. vnde, quia pueri communicauerũt carni, & sanguini, ipse participauit eisdẽ.

d *Aceruum.* Testimonia scripturarum. vnde, *Filius hominis vadit sicut scriptum est de illo.* Vel iuxta turmas fideliũ animarum, quas morte sua ab inferis reuocauit. Ad hũc lectum properauit ecclesia, & discooperto pallio, &c.

Mat. 26. b

a ¶ Chrismate, vel spiritus sancti unctione. b ¶ Ornatu virtutum.

a vngere, & induere cultioribus vestimentis, ac descende in areã. Non te videat hõ, donec esum potumque finierit. Quãdo autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiet. b Veniesque & discooperies palliũ quo operitur a parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis. Ipse autẽ dicet tibi, quid agere debeas. Quæ respondit, Quicquid præcepcris faciam, desceditque in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus sua. c Cumque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, issetque ad dormiẽdum d iuxta aceruum manipulorum, venit abscondite, & discooperto pallio a pedib. eius se proiecit. Et ecce nocte iam media expauit homo & conturbatus est, viditque mulierem iacentẽ ad pedes suos, & ait illi, Quę es? Illaque respondit, Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super famulam

a ¶ H. c. s. Christus conuersatur, & ad se reuocat genus humanum.

a ¶ Idest, moriendum. s. pro nobis vbi omnia acquisiuit: vnde, Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.

a ¶ Quia necesse est, vt ab ipso saluationis tuæ ordinem discas. Si autem ad synagogam verba Noemi retuleris, inuenies in lege, & prophetis, quod post passionem ventura sit ad fidem ecclesia gentium.

a ¶ Obedientia ecclesiæ meretur desiderii sui effectum: unde, O mulier magna est fides tua, fiat sicut petisti.

a ¶ Quia mundo tenebris errorum inuoluto ecclesiæ celerem fidem ostendit nobis imitandam.

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Humiliter incarnationis sacramentum venerantem. c ¶ Christus. d ¶ Confessionem ecclesiæ expetit.

a ¶ Ecclesia fidei, & protectionis Christi gratiam ante omnia desiderat.

D ✠ *Expãde palliũ &c.* Chaldęus. Accedat quæso, nomen tuum ancillæ tuæ, vt me vxorem ducas, quoniam propinquus es tu.

✠ Author operis imperfe. apud Chrys. Nisi inspiratio Dei fuisset in Ruth, non dixisset quæ dixit, nec fecisset quæ fecit. Quid primũ laudatur in ea? Dilectio generis Israel, aut obedientia, aut fides? desiderabat filios suscipere ex semine Israel, & una fieri ex populo Dei. Simplicitas autem, quia vltronea sub pallium Booz ingressa, nec cogitauit ne forte sperneret eã, quasi iustus lasciuam, aut ne deluderet eam & quod grauius erat, cõtemneret delusam, sicut faciũt multi. Sed obaudiens socrus suæ consiliis, confidenter credidit, quod prosperaturus esset Deus actũ ipsius, sciens conscientiam suã, quia non libido ad hoc eam cõpulerat, sed religio erat hortata. Quid autẽ & in Booz prędicat? Humilitas, castitas, religio. Humilitas quidem & castitas, quia nõ contigit eam quasi lasciuus puellam, nec abhorruit quasi castus lasciuam, sed mox vt verbum eius de lege audiuit, uniuersa religioni adscripsit. Nec despexit, quasi diues pauperem nec veritus est, quasi maturus adolescentulam, sed paratior fide quam corpore, mane processit ad portam, propinquiorem conuenit, præualuit non tam iure proximitatis, quam Dei eligentis fauore.

Homil. 1. in Matth.

E

† in summitate acerui

† accubuit, vel dormiuit

F Quę pallium super se extendi postulauit, bñdictionem accipere meruit. Qui. n. gratiam fidei plenę percipit bñdictionem

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 *Non te videat.* scilicet ipse Booz.

2 *Donec esum potumque.* hoc dixit, quia tunc magis proni sunt homines ad contrahendum, & consummandum matrimonium. Dicunt hic aliqui quòd ista Noemi non peccauit, quia per legem matrimonii quærebat suscitationem seminis defuncti. Contrarium tamẽ magis videtur, tum quia modus quærendi non erat bonus, s. in occulto, tum quia etiam erat alius propinquior ipso Booz, vt infra habetur, qui debebat prius requiri, aliter fuisset sibi facta iniuria, nisi uoluntariè suo iuri cessisset, propter quod Booz dixit ipsi Ruth quod factum celaret, ipsa autem Ruth fuit totaliter excusata, quia erat de nouo conuersa ad Iudaismum, & nesciebat de lege requirendi matrimonium: nec, de modo, nisi quantum sua socrus docebat eam.

3 *Quæ respondit.* Hic consequenter describitur ipsius Ruth obtemperatio, quia fecit omnia quæ sibi socrus dixerat, credens se in omnibus bene agere. Et patet litera vsque ibi.

4 *Expauit.* Dicit Rab. Sal. quod timuit ne esset malignus spiritus, qui in corpore assumpto esset ad pedes eius, vel forsitan timuit de latronibus.

5 *Et conturbatus.* In Hebræo habetur. *Et timuit* vel *amplexatus est*, quia extendit manum suã, & tetigit caput ipsius Ruth & per hoc cognouit quod esset mulier, quia mulieres habent capita aliter parata, & tecta quam viri, ideo subditur.

6 *Viditque mulierem*, i. cognouit per tactum, quia de nocte non poterat cognoscere per visum, sed nomine visus designantur aliquando alii sensus, sicut Exo. 20. c. dicitur, *Cunctus autem populus videbat voces.* idest, audiebat, tamen Booz adhuc nesciebat quæ esset mulier determinatè, iõ quæsiuit.

7 *Quæ es? &c.* Sequitur. *Expande pallium tuum, &c.* Per hoc requirebat desponsationem. Hic. n. erat modus tunc temporis, quod sponsus contrahens sponsalia ponebat extremum vestis suæ super sponsam. Alii autem dicunt, quod cũ hoc curialiter petebat consummationem matrimonii, secundum quod erat edocta a socru sua, propter quod Booz habuit eam totaliter excusatam. Dicunt enim Heb. quod Ruth dixit prius ipsi Booz, secundum quod eam socrus sua docuerat. Socrus mea, & ego necesse habemus vendere hæreditatem quæ fuit Elimelech, & filiorum eius, & tu es propinquus ad quem pertinet redemptio, vt habetur Leuitic. 25. & ideo accipe hæreditatem, & me per consequens in vxorem ad suscitandum nomen defuncti in hæreditate sua, & sic dixit.

✠ Quia

MORALITER.

† *Et vngere.* per augmentum gratiæ quæ augetur in sacramentali confessione.

† *Et induere.* per augmentum virtutum, quę cum gratia infundi tur, & in eius augmento augmentatur.

† *Ac des.* per quod significatur quod bona merita per humilitatem sunt tegenda.

† *Nota locum*, scilicet Booz per quem Christus significatur, locus autè in quo Christus dormiuit somno mortis, est ipsa crux sancta. locum autem istum notare, est Christi passionem deuotè considerare.

† *Et discooperies*, pars pedum est inferior, ideo per ipsam humanitas Chri significatur. Per hanc ergo discoopertionẽ significat, q̃ passio non competit Chro nisi secundum humanitatẽ & hoc firmiter fide tenere ẽ a parte pedũ discoopire.

† *Et proiicies.* per continuationem affectuosę compassionis & q̃m talis persona Christo coniuncta per gratiam, desiderat sibi coniungi per gloriam, ideo dicit quod subditur.

† *Expande.* per quod significat gloria cęlestis. Ez. 61. a. *Pal-*

nem, & virtutem pariter possidebit.

a *Sed est alius me propin.* Ioannes Bapti. qui Christus putabatur, sed sponsi nomen non vsurpauit, sed Christo reseruauit, dic. *Qui habet sponsam sponsus est, & cæter.* (Ioan. 3. d.)

B Hic propinquior quia in mundo prior natus, vel iste propinquus est legis decalogus qui propinquior synagogæ, quam Euangelium videbatur, quia specialiter illi populo datus, & tepore prior est.

b *Surrexit itaque antequam.* Quia antequam Iudæi doctrina legis imbuti naturæ suæ iura cognoscerent, Ecclesia gentium inertiæ suæ somnum excutiens diluculo nascentis fidei resurrexit, & ad Christi gratiam properauit.

c *Mensus est.*

tuam: quia propinquus es: Et ille: Benedicta es, inquit, a domino filia,

a ¶Quia tibi consulendo, vel iteratam dixisti.
b ¶Quia postquam a Christum vere cessisti, constanter perseuerasti.

& priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes, pauperes, siue diuites. Noli ergo metuere: sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat itra portas vrbis meæ, mulierem te esse virtutis. † Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte, & facto mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, absque vlla dubitatione ego suscipiam te, viuit dominus. Dormi vsque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius vsque ad noctis abscessum. Surrexit itaque antequam homines cognoscerent se mutuò, & dixit Booz: Caue ne quis nouerit quòd huc veneris. Et rursum: expande, inquit, pallium tuum quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex† modios hordei, & posuit super eam. Quæ portans ingressa est ciuitatem, & venit ad socrum suam, quæ dixit ei. Quid egisti filia? Narrauitque ei omnia quæ sibi fecisset homo, & ait: Ecce sex† modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam. Dixitque Noemi: Expecta filia donec videamus quem res exitum habeat. Neque enim cessabit homo nisi compleuerit quod locutus est.

a ¶Hæreticos, vel schismaticos, qui non habent maturitatem consilii, quia semper in fide instabiles, & incerti.
a ¶Petite, & accipietis, quærite & inuenietis, quicquid fides recte petit Christi benignitas concedit.
¶Quia in fidelibus firmiter persistens et quod Ecclesia virtutibus plena sit, ut de qua dicitur, Mulierem fortem quis inueniet.
a ¶Quia in spe incarnationis requiescens patienter expectauit donec recederent tenebræ maledictionis.
a ¶Ne quæras laudem de tua conuersatione, vnde. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera.
a ¶Dilata fidem tuam. b ¶Ore crede, exerce quod parce corde.
a ¶Dilata, si Christi donationibus, & virtutum ornata fructibus. b ¶Per mutuam, s. ecclesiam, vel synagogam.
a ¶Magnalia Dei, scilicet vt Ecclesiam primitiuam prouocet ad laudem, vel synagogam ad compunctionem.
a ¶Fiducialiter promisit Ecclesia, quia veritas non cessabit implere promissa, quæ ab eis credenda, & impleta sunt.
a ¶Fimitiuam Ecclesiam, vel synagogam.

† Nunc autem vere propinquus sum.
† mensuras
† temporaliter
non est in Heb. sed tantū sex hordei, subaudi mensuras.

∗ CHALD. Dixit Booz, Exhibe liteum quo tegeris, illudque tene: quod cum teneret, mensus est hordei sex, quæ illi superimposuit. Et autem a Domino concessa fuerunt vires sufficientes ad illa portanda? statimque per prophetiam creditum est quod ab ea procederent sex iusti, qui futuri erant mundo, quorum quisque benedicendus erat sex benedictionibus David, Daniel, Azarias, Ananias, Misael, & Rex Messias, quia iuxta capacitatem intellectus tribuitur perfectę operationis modus, ut intus, & foris ditetur diuino munere. Senarius quoque numerus, & hoc significare potest, quod Dominus 6. æ tate hordeum legis spiritualiter intellectum concessit Ecclesię gentium.

∗ CHALD. ☙ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

∗ 1 *Quia.* Ad quam spectat redemptio hæreditatis, & suscitatio seminis secundum duplicem legem præallegatam, & hoc dictum consonat ei quod se. ca. Booz. dixit, *Partem agri vendidit Noemi.*

2 *Et ille.* hic consequenter ponitur ipsius Booz rationabilis responsio, & secundò curialis emissio, ibi, *Surrexit itaque.* Circa primum dicitur.

3 *Benedicta es.* Et in hoc ostendit quod ipsa erat sine culpa ratione prædicta, & cum hoc ostendit eius affectum bonum, di.

4 *Et priorem misericordiam.* Priorem misericordiam vocat, quia bene se habuerat ad virum suum viuentem, & ad socrum suam, sicut audierat Booz a narrantibus, vt patet supra 2. cap. Secundam autem vocat bonum affectum, quem habebat ad suscitandum nomen defuncti per matrimoniū & hæc vocatur maior prima, quia maior misericordia est bene se habere ad aliquem post mortem eius, quando non potest se iuuare, quam dum adhuc viuit, & quod ipsa Ruth moueretur amore prolis, & non libidinis ostendit di.

5 *Quia.* quærendo eis coniungi in matrimonio, sed me senem in cuius copula non est talis delectatio.

6 *Noli.* de matrimonio tibi affuturo.

7 *Scit.* q. d. ex fama bonitatis tuæ paratus essem te accipere, sed non possum hoc licitè absque propinquioris cessione, ideo subditur.

8 *Sed est alius me propinquior.* iste propinquior est, cuius nomen non exprimitur, eo quòd noluit suscitare semen fratri suo defuncto propter quod fuit indignus nominari. Elimelech enim maritus Noemi, & pater istius Booz fuerunt fratres, & sic vno gradu alter præcedebat eum.

9 *Dormiuit itaque ad pedes,* & in hoc patet continentia vtriusque.

10 *Surrexit itaq.* Hic consequenter describitur ipsius Ruth curialis recessus, seu emissio, & primo ex parte ipsius Ruth, & hoc cum subditur.

11 *Antequam.* Nolebat enim ab hominibus uideri in illo egressu, ne mala suspicio de ipsa, & Booz haberetur. Secundo ex parte ipsius Booz, quia monuit eam de fama vtriusque seruanda, di.

12 *Caue ne quis.* & quia noluit eam redire vacuam, ideo subditur.

13 *Mensus.* In Heb. habetur, *sex ordea.* idest, sex mensuras hordei, sed cuius quantitatis fuerint, non exprimitur, tamē ex circunstantia textus habetur, quod nō fuerunt multum magnę, tum quia continebantur intra pallium ipsius Ruth, tum quia ipsa sola portauit super caput suum totum simul usque ad ciuitatem, & vsque ad domum Noemi. Dicit autem hic Rab. Sal. quod istæ sex mensuræ fuerunt signum, & præfiguratio sex benedictionum Dei quæ futuræ erant super Messiam nasciturum de Ruth per Dauid, & genealogiam regiam, secundum quod dicitur Esa. xj. a. *Egred. virg. de ra. Ies. &c.* Sequitur, *Et requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & timoris Domini.* Quod autem in translatione nostra interponitur, *& pietatis,* non est in Heb. Ex hoc autem dicto Rab. Sal. duo habentur, vnum est quod scriptura ve. te. non solum exponenda est historicè, sed etiam aliquando mysticè. Secundum est quòd illud dictum Esa. allegatum intelligitur de Christo etiam secundum Heb. Cætera patent in litera.

∗ CAP.

MORALITER.

†lium laudis pro spiritu mœroris. Hoc. n. pallio vestiuntur illi quorum peccata luctu vitæ præsentis diluuntur. Propter quod dicit Saluator Mat. 5. a. *Beati qui lugent, qm ipsi consolabuntur.*

† *Quiesce.* Per hoc verbum Booz, significatur ræsio Christi personæ prædicto modo ipsum desideranti, idest, nocte pręsentis seculi perseuera in statu gratiæ vsque mane futuri, in quo omnia erunt clara, & tunc coniunctio tua mecum erit perfecta. Et quoniam quam diu persona deuota est in præsenti proficit in donis Dei, ideo subditur.

13 *Mensus.* per quos significantur sex dona Spiritus sancti q ponuntur Esa. xj. a. *Spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spūs scientiæ, & timoris Dñi.* In Heb. vero non ht *spūs pietatis,* sicut dixi plenius in expositione literali.

† MORA-

CAP. IIII.

A Ascendit ✣ Chaldeus. Ascendit ad portam consessus Senatorum, & illic sedit cum senioribus. ✣ Theodoretus. Tanta erat viri virtus, vt nec ad nuptias, præter legem conuolarit, sed cum Propinquiori de matrimonio verba fecerit. Sunt autem digna admiratione eius quoque ad eum verba. Non enim primos cum eo sermones contulit de nuptiis, sed de possessione agrorum est locutus, & cæt. Quoniam autem propter matrimonium, ille quoque prædiorum abnegauit contractum, conuenienter quidem legi, calceum soluit, & dedit; Booz autem Ruth vxorem duxit. Quod autem non voluptati seruiens, induxit in animum vt duceret vxorem, ostendunt quoque eius verba laude digna. Testes vos hodie, & cæt. Legem inquit, non transgredior, Moabiticam ducens mulierem, sed impleo legem diuinam, studens vt defuncti non extincta cõseruetur memoria.

Quia in Virginis aluo in qua appareret carnem sumebat. De hac porta dicitur: *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transi. per eam: quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam.*

b *Decli.* Quia Christus Iudæis vidit legem constitutam †corporaliter: & ad se declinare iussit: quia eam ad dispensationis suæ mysterium testificandum inclinauit. Aliter: vidit propinquum præterire cum præcursoris sui aduẽtum, quem more humanæ vitæ properare cõspexit, & ad officium præcursoris misericorditer cõuertit.

c *Locutus.* Conuenienter legisperitis partem agri Noemi ad emendum obtulit, cum partẽ plebis, quæ apparẽte iam gratia remansit, ad saluandum magistris synagogæ ostendit, vt infirmitatem suam agnoscerent, & quod ipsi nequirent vero Medico faciendum cõmitterent, vnde leprosis dicitur; *Ite ostendite vos sacerdotibus*, & cum irẽt mũdati sunt.

d *Vt suscites.* Significat nõ aliam possessionem plebis quam copulationem Ecclesiæ in coniugiũ Christi, qui suscitauit antiquum nomẽ filij Dei quod in initio habuerunt Sancti. vnde; *Videntes filij Dei, &c.* Et Lucas dicit; Adam filium Dei, quem etiam in Ecclesia gentium per gratiam Dei suscitauit. vnde: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.* Hoc nomen in nationibus legis Decalogus suscitare non potuit. Si autem hoc ad Iohannem Baptistam retuleris, inuenies eum cedentem iuri propinquitatis, & dicentem; *Ego baptizo in aqua: medius*

CAP. IIII.

¶Quia Christus ad effectum producit prophetiam de incarnatione sua scriptam.

1 Ascẽdit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. 2 Cum que vidisset propinquum præterire de quo prius †sermo habitus est, dixit ad eum. 3 Declina

a ¶Per Gabrielem, scilicet dicens: Iohannes vocabitur nomen eius.

paulisper & sede hic, †vocans eum nomine suo

a ¶in testimonium secundi aduentus sui.

qui diuertit & sedit. 4 Tollens autem Booz decem viros de seniorib. ciuitatis, dixit ad eos, sedete hic. Quibus resi-

a ¶Patres veteres qui decalogum legis seruauerunt, & Christi incarnationem ibidem presignatam esse cognouerunt.

dentibus locutus est ad propinquum. 5 Partem agri fratris nostris Elimelech 6 vendit Noemi, quę reuersa est de regione Moabitide, †quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis, eme & posside. Si autem † displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, vt sciam quid facere debeam. 7 Nullus enim est propinquus excepto te qui prior es, & me qui secundus sum. 8 At ille respondit: Ego †agrum emam. 9 Cui dixit Booz. Quando emeris agrum de manu †mulieris, Ruth quoque Moabitidem quæ vxor defuncti fuit, debes accipere, vt suscites nomen †propinqui tui in hæreditate sua, 10 qui respondit. 11 Cedo iuri propinquitatis. 12 Neque enim posteritatem familiæ meæ

† locutus fuerat Booz

†Beloni almoni. i. talis, & talis. uocessūt Hebreæ quæ ab Heb. dicuntur cum nomẽ alicuius reticetur, uel est occultum.

† propinquus ero. i. iure propinquitatis agrum emam.

†Noemi

† temporaliter.

†reuelare aurem tuam uolui. Heb.

†iure propinquitatis non uis possidère.

Luc. 17. d

†defuncti

Ezec. 44. a

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IIII.

A*Scendit*. Hic vltimò describitur copula matrimonialis inter Booz, & Ruth per cessionem propinquioris. Circa quod primo tangitur dicti propinqui citatio, secundo vxoris acceptio, ibi, *At ille ma. na.* tertio prolis conceptio, ibi, *Ingressusque est*. quarto plebis congratulatio, ibi, *Dixeruntque mu.* Prima in duas: quia primo describitur citatio propinquioris. secundo cessio sui iuris, ibi, *Qui respondit*. Circa primum dicitur.

1 *Ascendit*. In porta enim ciuitatis antiquitus tenebantur iudicia, vt cito & in promptu vnicuiq, pateret locus iustitię.

2 *Et se.* Tanquam iudex principalis, secundum Heb. qui dicunt ipsum fuisse Abesan, vt dictum est supra 1.c.

3 *Decli.* Vt in loco iudicij respondeas.

4 *Tollens.* Vt negocium fieret firmius.

5 *Partem.* Vocat eum fratrem, eo quòd erat de cognatione sua, & hic modus loquendi frequens est in scriptura.

6 *Vendit.* Idest, in proposito vendendi, quia non erat adhuc ager venditus, ut patet per sequentia. Heb. autem non habẽt tempus præsens in modo indicatiuo verbi, sed pro eo vtuntur participio pręsentis temporis communiter dicẽtes, vendens pro vendit, & aliquando pręterito verbi in modo indicatiuo: vt in isto loco. vel fortè iam vendiderat. Et quod de emptione per propinquum subditur, intelligendum est de redemptione emptionis, quę spectabat ad ius propinqui, vt habetur Leuit. 25. Sciendum est autem hic, quòd licet mulieres nõ succederent in hęreditatem, tamen quia vxor post maritum defunctum sine liberis remanebat, ipsa tenebat partem hęreditatis ad vitam, & illam poterat vendere inquãtum erat sui iuris. & sic dicitur hic quod Noemi eodem modo vendere volebat partem agri. Cętera patent vsq; ibi.

7 *Nullus.* Non est intelligendum quòd nulli alij essent de consanguinitate illa, cum essent homines magni, & potentes, sed quia nullus erat propinquior istis duobus, nec qui ita haberet ius in dicto negocio.

8 *Ego agrum.* Bene volebat habere possessionem, sed non vxorem, tamen vnum erat annexum alteri, ideo subditur.

9 *Quando.* Et patet litera.

10 *Qui re.* Hic consequenter describitur cessio iuris cũ dr.

11 *Cedo iuri.* Cuius ratio allegatur, cum dicitur.

12 *Neque.* Qd exponũt aliq Heb. de posteritate egressura de Ruth,

MORALITER.

1 *Ascendit.* hic describitur coniunctio Ruth cum Booz matrimonio, quod quidem matrimonium factum fuit per hoc qd ille qui propinquior uidebatur ad contrahẽdum cum ipsa Ruth cessit iure propinquitatis, & sic Booz accepit eã in vxorem. per Ruth quæ vidẽs interpretat ecclesia bñ significatur, quæ cognitione fidei, & gratiæ illuminat, per propinquiorem aũt Iohannes Baptista põt intelligi, qui natus fuit ante Christum & prius prędicauit, & non solum a vulgarib. hominib. sed etiam à notabilib. personis Iudęorum Christus eẽ credebat, propter quod de Ierusalem metropoli ciuitate miserunt nuntios solennes. s. sacerdotes, & Leuitas ad interrogandum si ipse esset Christus. & per cons ecclesiæ sponsus Io. 1. Ipse verò Iohannes cessit iuri propinquitatis, quod sibi credebatur inesse, dicens. *Non sum ego Christus*. vt ibidem hr. Et similiter, 3. c. vbi idem replicauit, & adiunxit. *Qui habet sponsam, sponsus est*: ubi ostendit se nõ esse sponsũ ecclesiæ, sed amicum sponsi, & sic ostendit manifestè quod ecclesia erat reseruanda Christo sicut sponsa, & Christus qui per Booz intelligitur, sicut dictum est supra. *Eam accepit sponsam.* Per hoc autem quod ex generatione Booz & Ruth deducitur genealogia regalis, cum dicitur.

A medius autem vestrum stetit quem vos nescitis: cuius non sum di.sol. cor.cal.eius. Et alibi. Ego non sum Christus: sed missus sum ante eum, qui habet sponsam, sponsus est, Cedit quoque lex euangelio, Lex enim subintrauit, vt abundaret delictum, Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Reprobatio quidem sit pcedentis mādati propter infirmitatē eius. introductio vero melioris spei per quam proximamus ad Deum, fit per Iesum Christum.

† Sis propinquus propinquitate mea, quia non possum esse propinquus. † Possideת. Et calceamētum. † Booz.

delere debeo. Tu† meo vtere priuilegio; quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt si quando alter alteri suo iuri cedebat, vt esset firma concessio, a soluebat homo calceamentum suum, & dabat propinquo suo: hoc erat testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz: † Tolle calceamentum. Quod statim soluit de pede suo. b At † ille maioribus natu, & vniuerso populo. Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi, & Ruth Moabitidem vxorem Mahalon in coniungium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus, & † populo deleatur. Vos inquam huius rei testes estis, Respondit omnis populus qui erat in porta, c & maiores natu. d Nos testes sumus. Faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur e domum tuam sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum f Israel, † vt sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nog men in Bethlehem. Fiatque domus tua sicut domus Phares, quem

Cedo iuri propinquitatis.

✠ CHALDAEVS Hoc damno non possum redimere mihi, quum enim vxorem habeam, me nō deceret aliam superducere, quandoquidem concitaretur ob id domi B meæ discordia, & fraudarem hæreditatem meam. Redimito tu tibi, cum tibi vxor nō sit; quandoquidem redimere non possum ego.

† Et faciat virtutem. i. honestè viuat, & probè.

a *Solue.* Calceamentum velamen est mysteriorum. Lex verò de pede suo calceamentum soluit, & Christo dedit, & quia sacramenta per magistros populi manifestare non potuit, sed Christo hoc faciendum reseruauit. Ioannes ergo non sibi, sed Christo calceamentum vendicauit, quia soli Christo sponsam competere intellexit, vnde ait. *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius.*

b *Testes.* Sic Christus ex vtroque testamento testes habet sufficientes, quòd populum gentium quem decalogus iam finitus spiritualiter fœcundare non potuit, ipse semine verbi Dei fęcundauit omnia possidens, quę priores, & posteriores habuerunt sancti.

c *Et maiores.* Isido. Decem maiorum natu benedictio ostendit in nomine Iesu omnes gentes esse benedicendas. Iota enim apud Græcos decem significat, quæ in nomine C Iesu prima litera est.

Iota.

d *Faciat do. hanc.* imprecatur prospera ecclesiæ gentium, vt gratiam fœcunditatis, quam habuerunt Israelitarum primi parentes, percipiat.

✠ THEODORETVS. Confirmatunt seniores matrimonium cum benedictione, dicentes. *Deus tibi mulierem, &c.* Illud autem. *Vt faciat uirtutem in Ephrata*, prædicit partum salutarem, per quem Bethlehem facta est celebris inter omnes homines.

✠ CHRYSOSTOM. Ea quæ in Ruth facta sunt, considera nostri figuram fuisse. Hæc. n. erat alienigena, & in extremā delapsa penuriam, sed vidēs eam Booz, nec ob ipsius paupertatem despexit, nec ob impietatē exhorruit, sicut Christus D etiam Ecclesiam suscepit, & alienigenam, & magnorum laborantem egestate bonorū, suo consortio copulauit: Ruth, nisi prius reliquisset parentes, & gentem, & patriam, nunquā tali fuisset nobilitata connubio: ita Ecclesia non ante amabilis efficitur spōso, quam priorem conuersationem relinquat. Propheta ait. *Obliuiscere populum tuum, &c.*

Homil. 2. in Matth.

Psal. 44.

Homil. 1. in Matth.

✠ AVTHOR operis imperfe. apud Chrysosto. Booz pro merito suæ fidei Ruth acoepit vxorem, vt ex coniugio tali sāctificato genus nasceretur regale. Nam Booz senior constitutus, non sibi uxorem accepit, sed Deo, non propter passionem corporis sui, sed propter iustitiam legis, ut suscitaret semen proximo suo, non magis amore quàm religione feruentior, ætate senex: iuuenis autem fide.

† Acquisierim, vel possederi

† porta loci sui.

† I.

E

✠ HIERONYMVS. In genealogia Saluatoris illæ ponuntur mulieres quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de pctōrib. nascens, omnium peccata deleret. Vñ & Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee vxor Vriæ.

Com. in 1. c. Matth.

✠ IDEM. Ruth alienigena à Noemi latere non recessit. Vide, quanti meriti sit desertæ prætitisse solatium. Ex eius semine Christus oritur.

Epitaph. Blesillæ.

✠ IOSEPHVS. Hæc quidem quæ de Ruth gesta sunt, explanaui, ostendere volens Dei potentiam, cui possibile est ad dignitatis culmen euehere quoscunque voluerit, & ad quale perduxit etiam Dauid, huiusmodi ortum initiis.

l. 5. antiq. c. 14.

e *Rachel.* Species internę contemplationis habens internam intelligentiam veritatis. Vnde, Rachel bona facie, & pulchra specie, quam amat omnis piè studiosus, & propter hanc seruit Laban, qui interpretatur dealbatio, quam comparat gratiæ Dei qui dicit, *Quod si fuerint peccata vostra sicut Phœnicum, tanquam nix dealbabuntur.*

Esa. 1. c

f *Lia.* Actio huius vitæ in qua viuimus laboriosa est ex fide, & incerta, quo exitu perueniat ad vtilitatem eorum quibus consulere volumus. Ipsa est Lia prior vxor Iacob, quæ infirmis oculis fuisse memoratur.

Gen. 29. d F

g *Phares, &c.* Qui Gentilis populi gratiā tenuit, & in partu fratrem qui prior manum emiserat pręcessit. Israel. n. in opere legis prius manum emisit, & eā prophetarū, & ipsius Christi cruore pollucā retraxit. Postea verò populus gentiū prupit, vt eēnt *primi nouissimi, & nouissimi primi.* Thamar quoque

Matth. 20. d

NICOLAVS DE LYRA.

Ruth, si eam acciperet, eo quod scribitur. Deuterono. xxij. a. *Moabitides, & Ammonites non intrabunt in Ecclesiam Dei in æternum.* Sed si iste hanc causam allegauit falsum dixit, quia illa pœna non cadit super mulieres, nec per consequens super prolem earum de viro Israelita, sicut ibidem dictum fuit. Et ideo aliter exponitur, videlicet de prole quam iam habebat de alia vxore, quia si accepisset Ruth, oportuisset eum intendere educationi, & prouisioni prolis nascituræ de ipsa, & per consequens minus posset intendere prouisioni prolis iam habitę de alia, & illud vocat deletionem secundum communem modum loquendi, quo dicitur de aliquo si habeat aliquod damnum notabile, destructus est, vel deletus.

1 *Soluebat homo calceamentum suum, & dabat propinquo, & cætera.*

2 *Homo,* hoc erat signum quod unus spoliabatur iure, & alter inuestiebatur, dicitur autem Deuteronom. xxxv. quod mulier defuncti soluebat calceamentum illud, & spuebat in faciem illius nolentis suscitare semen defuncti. Sed hoc erat quando mulier conueniebat eum coram iudicibus, & ille recusabat eam accipere. Sed quando alter propinquus conueniebat eum, sicut fuit in proposito, tunc ipsemet soluebat, ideo subdit. *Dixit ergo Booz propinquo, & cætera.*

3 *At ille maioribus natu, & vniuerso populo.* Hic consequenter describitur uxoris acceptio, vbi ad maiorem solennitatem Booz dixit.

4 *Testes vos,* hoc enim dixit Booz ad maiorem certitudinem facti.

5 *Faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur,* Quia filij earum facti sunt capita 12. tribuum Israel. preponitur autem Rachel ipsi Liæ, licet esset minor: quia fuit prima, & principalis vxor ipsius Iacob, vt habetur Genesis xxix. quia in illam primo consensit, licet alia sibi fraudulenter supposita fuerit.

6 *Fiatque domus tua,* Hoc expressit quia genealogizatio ipsius Dauid inchoatur a Phares postea cum dicitur, *Hæ sunt gene. & cæt.*

Tulit

que commutãs, vel amaritudo interpretatur. Ecclesia enim gentium, & nomine, & habitu quę fuit in idololatria fęda, & amara, in pęnitentia fit dulcis, & pulchra.

a *Vt conciperet, & pareret*. Semper Ecclesia Spiritussancti munere fęcundatur, & alijs ad lucem perpetuam decedentibus alij succedent, vt Christianum nomen in æternũ maneat, & mater sanctissima de noua progenie, in senectute sua consolationem habeat. Decedentibus quoque Patriarchis, & Prophetis successerunt Euangelistæ, & Apostoli. vnde: *Pro patribus tu. nati sunt tibi filij*.

b *De nuru enim*. Nurus synagogæ Gentilis Ecclesia est, quæ nupsit Christo de synagoga nato. Quę scilicet per legẽ gignere non potuit per prophetiæ mysterium susceptum sub velamine figuratum portabat occultum, & nutricis fungebatur officio, quia Matris carebat priuilegio.

c *Multo tibi meliorem*. Multitudinem scilicet eorũ qui in veteri testamẽto legis doctrinã nutriebant, q. s. nõ crediderũt verbũ Dñi, & immolauerũt filios suos, & filias suas dæmoniis, & tandẽ Christũ occiderunt, & Apostolos pseςuti sunt.

d *Et nutricis*. Spiritualis prosapia generationis demõstratur. Obed enim seruilis interpretatur. Isai † in Sole sacrificium, vel incẽsum: Dauid, manu fortis, vel desiderabilis. Qui enim strenuè Deo seruit sacrificium illi gratum, & suauissimum odoris incensum per opera virtutum, & orationis studium impendit. Sicque roboratus fide, & deuotione desiderabilis est, & Deo placet.

e *Vicinæ*. Cœlorum virtutes qui gaudent in fęcunditate Ecclesiæ, & vocant nomen eius Obed, idest, seruiens, quem superno regi secum seruire desiderant.

f *Hæ sunt*. Decem sunt generationes filii Iudæ vsque ad Dauid. Vnde cognoscis, quia totius diuinæ legis intentio ad Christum tendit, qui natus est de semine Dauid: vt illius aduentum prædicet, & legis perfectionem in eo manifestet. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti*. Ante legem ergo Iacob de incarnatione Christi ait; *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus est*. Ad Dauid autem, quia Christus de semine Iuda, dictum est: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. Patet ergo etiam prophetarum, & patriarcharum oraculum pertinere ad dispensationem Domini Nostri Iesu Christi.

Thamar peperit Iudæ, de semine quod tibi dederit dominus ex hac

a ¶ Quia Christo iuncta Ecclesia spiritualem sobolem generat. vnde: Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.

puella. Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit vxorem, ingressusq; est ad [1] eam, & dedit illi Dominus, vt conciperet, & pareret filium. [a] [2] Dixeruntque [¶ Synagogam.] mulieres ad Noemi: [3] Benedictus Dominus qui non est passus, [4] vt deficeret successor familiæ tuæ, & † vocaretur nomen eius in Israel, & habeas † qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. [5] De nuru [b] enim tua natus est † qui te diliget, & multò tibi melior [6] [c] est quam si septem haberes filios. Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis, ac [d] gerulæ officio fungebatur. [e] Vicinæ autem † mulieres congratulantes ei, & dicentes: natus est filius Noemi, vocauerunt nomen eius Obed: hic est pater Isai patris Dauid. [f] Hæ sunt generationes Phares. Phares genuit Esron, Esron genuit † Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, [7] Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, † Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid regem.

Marginalia: † i. maneret † quiescere faciat animam, vel qui reuerti te faciat, siue reuocet ad vitam. Psal. 44. Matth. 20. b Psal. 105. f Deuter. 32. c. † insulæ. † quę te diligit † vocantes, vel imponẽtes, & nomen † Ram, Ram Rom. 10. a

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Tulit itaque Booz Ruth*. Videtur quod fecerit contra inhibitionem Domini de ducendis alienigenis mulieribus, vt habetur Deuter. 7. Dicendum quòd illa inhibitio fuit facta, ne per vxores alienigenas filij Israel traherentur ad idololatriam. Ista autem Ruth iam erat conuersa ad fidem, & cultum vnius Dei, & per bonam vitam in hoc firmata, vt patet ex prædictis, propter quod dicta inhibitio non habebat hic locum. Sed Mahalon, & Chelion non videntur excusari a dicta transgressione, quia ceperunt vxores Moabitidas, antequàm essent conuersæ ad fidem, & cultum vnius Dei, quod videtur ex hoc, quod Orpha rediit ad Deos suos, vt dictum fuit, supra 1. cap. & per hoc quod Noemi suadebat ipsi Ruth similiter reuerti, quod non fecisset si antè conuersa fuisset, quia non suasisset ei apostatare a fide, & cultu vnius Dei veri.

2 *Ingres*. Hic consequenter describitur prolis conceptio, cùm dicitur. Et

3 *Et de. illi*. Vnde videtur quod non solum virtute naturæ, sed cum hoc gratia naturam iuuante, eò quòd ita citò concepit de homine iam sene. Et hoc fuit concessum a Domino, quia Booz acceperat Ruth ex fraterna charitate ad suscitandum semen defuncti in sua hęreditate, & ex obedientia legis, quæ ad hoc inducit, Deuter. 25.

4 *Dixe*. Hic consequenter ponitur plebis congratulatio, & gratiarum actio, cum dicitur, *Benedictus Dominus, &c.*

5 *Et vo. no. eius*. Quia filius sic natus dicebatur filius defuncti, licet alio nomine vocaretur, sicut iste vocatus est Obed, non Elimelech, aut Mahalon.

6 *Et multo tibi me*. Hyperbolica est locutio ad congaudendum ipsi Noemi, vel quia melius erat ei habere vnum nepotem de patre diuite, & potente, quàm septem filios de patre paupere, qualis fuit Elimelech, in fine, vt dictum fuit supra 1. cap. Cætera patent vsque ibi.

7 *Salmon genuit*. Tres fuerunt Booz sibi succedentes hic comprehensi sub vno nomine, sicut dictum est supra 2. cap.

MORALITER.

† *Hic est pater Isai, &c.* Significatum fuit, quòd illi qui per fidem generantur ex Christo, & Ecclesia, & non alii in cœlesti gloria sunt regnaturi. Quod nobis concedat ille, qui est benedictus in sæcula sęculorum. Amen.

PRAEFATIO.

Viginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum testatur, quę Hebrææ magna ex parte confinis est. Nam & ipsi vigintiduo elementa habent, eodem sono, sed diuersis characteribus, Samaritani etiam pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant: figuris tantùm, & apicibus discrepantes. Certumq́; est Esdram scribam, legisq́; doctorem, post captam Ierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel alias literas reperisse, quibus nunc vtimur: cùm ad illud vsq; tempus, iidem Samaritanorũ, & Hebręorum characteres fuerint. In libro quoq; Numerorum hęc eadem supputatio, sub Leuitarum, ac sacerdotum censu mysticè ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Gręcis voluminibus vsq; hodie antiquis literis expressum inuenimus. Sed & Psalmi 36. & 110. & 111. & 118. & 144. quanquam diuerso scribantur metro: tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremię lamentationes, & oratio eius. Salomonis quoque in fine Prouerbia, ab eo loco in quo ait: Mulierem fortem quis inueniet? iisdem alphabetis, uel incisionibus supputantur. Porrò quinq; literæ duplices apud Hebręos sunt: Caph, Mem, Nun, Phe, Sade. Aliter enim scribuntur, per has principia medietatesq́; verborum, aliter fines. Vnde & quinque a plerisq; duplices libri æstimantur, Samuel, Malachim, Dibrehaiamim, Esdras, Ieremias, cum Kinoth, id est, lamentationibus suis. Quo modo igitur vigintiduo elementa sunt per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina supputantur: quibus quasi literis, & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocatur Beresit, quē nos Genesim dicimus. Secundus Ellesemoth, qui Exodus appellatur. Tertius Vaicra, id est, Leuiticus. Quartus Vaiedabber, quem Numeros vocamus. Quintus Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi quinque sunt libri Moysi: quos propriè Thorath, id est, legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue, qui apud eos Iehosua Ben Nun dicitur: Deinde subtexunt Sophtim, id est, Iudicum librũ, & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quem nos Regnorum primum, & secũdũ dicimus. Quartus Melachim, id est, Regũ, qui tertio, & quarto Regum, volumine continetur. Meliusq́; multo est Melachim, id est, Regũ quã Malacoth, id est, regnorũ dicere. Nõ enim multarũ gentiũ describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus est Isaias. Sextus Ieremias. Septimus Ezechiel. Octauus liber duodecim prophetarũ, qui apud illos vocatur Thereasar. Tertius ordo, hagiographa possidet. Et primus liber incipit ab Iob. Secundus a Dauid, quē quinq; incisionibus, & vno Psalmorũ volumine comprehendũt. Tertius est Salomon, tres libros habens. Prouerbia quæ illi parabolas, id est, Misle, appellãt. Quartus Ecclesiasten, id est, Coheleth. Quintus Canticũ Canticorum quē titulo Sir hasirim prænotãt. Sextus est Daniel. Septimus Dibrehaiamim, id est, verba dierũ, quod significantius chronicon totius diuinę historię possumus appellare: qui liber apud nos Paralipomenon primus, & secundus inscribitur. Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Gręcos, & Latinos in duos libros diuisus est. Nonus Esther. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri vigintiduo, id est, Moysi quinque, & prophetarũ octo, hagiographorũ nouē. Quanquã nonnulli Ruth, & Kinoth inter hagiographa scriptitēt, & hos libros in suo putēt numero supputãdos, ac per hoc esse priscę legis libros vigintiquatuor quos sub numero viginti quatuor seniorũ Apocalypsis Ioãnis inducit, adorãtes agnũ, & coronas suas ꝓstratis vultibus offerētes: stantibus corã quatuor animalibus oculatis antè & retrò, id est, in pręteritũ, & in futurũ respiciētibus, & indefessa voce clamãtibus, Sanctus, sanctus, sanctus * Deus omnipotēs, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus scripturarũ, quasi galeatũ principiũ, oĩbus libris quos de Hebræo vertimus in Latinũ conuenire põt: vt scire valeamus quicquid extra hos, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapiētia quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filii Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor nõ sunt in canone. † Machabæorũ primũ librũ Hebraicũ reperi. Secũdus Gręcus est, quod ex ipsa quoque phrasi ꝓbari potest.

*Dominus

†Hebræorum nimirũ, et nõ ut in canone Ecclesiæ Christianæ.

Quæ

A *Quæ cũ ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meũ reprehensionem existimes antiquorum. In tabernaculo Dei offert vnusquisq; quod pôt: alij aurũ, & argentũ, & lapides pretiosos, alij byssum, & purpurã, & coccũ offerunt, & hyacinthũ. Nobiscũ bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos, † & tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ præsentis, futuræq́; distinctio, pellibus tegitur, & cilicijs: ardoremq́; Solis, & iniuriã imbrium ea quę viliora sunt prohibet. Lege ergo primũ Samuel, & Malachim meũ. Meum, inquam, meũ. Quicquid enim crebrius vertendo, & emendando solicitius, & didicimus, & tenemus, nostrum est. Et cùm intellexeris quod antea nesciebas: uel interpretem me existimato si gratus es, vel paraphrasten si ingratus, quanquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiã de Hebraica ueritate. Certè, si incredulus es, lege Grçcos codices, & Latinos, & confer cum his opusculis, quæ nuper emendauimus, & vbicunq; discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem, & si nostra firmauerit, puto quòd eum non existimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos famulas Christi rogo, quæ Domini discumbentis pretiosissima fidei myrrha vngitis caput: quę nequaquam Saluatorẽ quęritis in sepulchro, quibus iam ad patrẽ Christus ascendit: vt contra latrantes canes, q̃ aduersum me rabido ore desęuiunt, & circumeunt ciuitatem, atq; in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahant: orationum uestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententię recordabor: † Dixi, custodiam uias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cũ consisteret aduersum me peccator. Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis.* D

Cor. 12. e — Psal. 38.

GLOSSA ORDINARIA.

✠ Theodoret. Fuerunt plurimi prophetæ, quorum vnusquisque consueuerat scribere quæcunque contingebat fieri suo tempore. Iam verò primus Regum, & apud Hebræos, & apud Syros, nominatur Prophetia Samuelis.

✠ Gregorius Papa. Quia historia Regum eo spiritu condita est, quo & cætera scripturæ sanctę volumina, nõ debet credi eis esse minor sacramentis, q̃bus non est inferior titulo authoritatis. Etenim hic liber primus, & secũdus eiusdẽ historię ad hoc ꝓphetę Samueli adscribitur, vt ex Authoris titulo sentiatur historia quã scribit, nõ tã historia, quam prophetia.

✠ Hieronym. Miseram quędam τῶν ὑπομνημάτων in prophetas sancto patri Domnioni, Samuelem quoq; & Malachim, id est, quatuor Regum libros. Quæ si legere volueris, probabis quantæ difficultatis sit diuinam scripturam intelligere.

✠ Isidor. Samuel Propheta ab incunabulis Domino consecratus, sedulus in ministerio, in gẽte princeps, in templo vates. Cuius verbo obtemperauerunt cęli, occurrerunt nubila, effusi sunt imbres. Hic triumphator ex hostibus, adiutorij lapidem posuit: hic primus principes in regno vnxit. Sepultus est in uiculo suo Ramatha, quæ est secus Bethlehem.

✠ Athanas. Regum nominantur isti libri, ob id quod Regum cum Iuda, tum Israel facta, & annos continent. Digesta sunt autem primo libro ista. Mors Heli, ac filiorum ipsius. Natiuitas Samuelis, & quomodo populus Regem sibi petierit, atque Samuel illis Saulem dederit. Qui ubi mandatum Dei trãsgressus est, ablatum est regnum à stirpe eius, & Dauid in ipsius locum unctus. Præterea, commemoratur quomodo per Dauid Goliath sit occisus, Saul uero inuidia percitus Dauidem persecutus, tamen seruatus, & Saul tandem bello interemptus occubuerit.

Primum librum Regum scripsit Samuel usque ad mortem suam: Deinde Dauid, post Salomon: tandem prophetę.

Viginti duę literę apud Hebręos reperiuntur: secundum quarum numerum apud eos uiginti duo uolumina supputãtur: inter quę liber Regum post Iudicum in ordine habetur tertius. Bene post Iudicum ponitur Regum: quoniam nunc sunt præsules Ecclesiæ: postmodum regnum, seu quia præcedet iudicium, sequetur sempiternum imperium.

Helchana. Hiero. Possessio Dei interpretatur: qui animi virtute vir dicitur: & vnus non mobilis, non vagabundus: sed firmus, & inconfusus. Omnes etiam competenter vnus dicuntur, vnam sapientiam habentes: qui vnum Iesum Christum confitentur: vno spiritu Dei replentur. vnde; *Omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium.* Vnusquisque insipientium non est vnus, sed multi. vnde; *Insipiens sicut Luna mutatur.* Vnus autem dicitur Deus, non numero, sed quia nunquam mutatur. Vnde. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

Quæstio. 1. in 1. Regum. — Samuel autor horũ lib. — Prolog. in lib. Regum. — B — Epist. 52. — Lib. de vita, mor. Samuelis vita — C — Summa huius primi libri. Synopsis. — E — Beda, & Isidorus in 1. Reg. — Orig. hom. de Helcana. — Rabbanus Cõm. in hunc locum. — 1 Cor. 9. d — F — Psal. 101.

CAP.

PRAEFATIVNCVLA NICOL. DE LYRA.

Per me reges regn. Prouerb. 8. b. Sicut dictum fuit in principio lib. Iudicum populus Israel post ingressum terræ promissionis habuit triplicem modum gubernationis. quia primò fuit gubernatus per Iudices vsque ad Saulem. Secundò per reges a Saule vsque ad captiuitatem Babylonicam. tertiò per Pontifices a reditu dictæ captiuitatis, & citrà. De gubernatione autem populi sub iudicibus, vel potius de Deo populum gubernante per iudices actum est in libro Iudicũ; sicut dictum fuit ibidem. Et eodem modo in libris Regum, & Paralip. agitur de Deo gubernante populum per reges. & hoc est quod dicitur in verbo, præassumpto; *Per me reges regnant.* In quo quidem verbo primò tangitur huius gubernationis rector principalis cum dicitur; *Per me.* quia verbum propositum dicitur in persona sapientię increatę, quę Deus est. Secundò tangitur rector ministerialis, cum dicitur; *Reges* in plurali. quia sub vno rectore primò qui Deus est, sunt multi reges generis humani. Circa primum sciendum, quòd sicut dicitur in lib. de causis propositione prima; prima causa plus influit in causatum, quàm causa secunda; & ideo Deus qui est primus, & vniuersalis rector totius creaturæ plus facit ad gubernationem cuiuslibet communitatis, quàm omnes alij, imò sine ipso alij nihil possunt facere propter quod de ipso dicitur Sapien. 8. a. *Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter:* & ideo in persona ipsius dicitur Prouerb. 8. b. *Per me potentes imperant, & legum conditores iusta decernunt.* Circa secundum considerandum, quòd licet Deus omnia gubernare possit, & regere per seipsum; tamen ad cõseruandum pulchritudinem uniuersi quę consistit in ordine partium ad inuicem, & ad Deum, sicut ad primum ducem; inferiora regit per media, vt corporalem creaturã per spiritualem; & eodem modo uulgares homines per reges. Sciendum tamen quòd in populo Israel aliqui fuerũt reges ex diuina permissione ad malum populi subiecti; de quibus dicit Dominus Osee 8. a. *Ipsi regnauerunt, & non ex me.* Aliqui autem fuerunt ex diuina ordinatione ad bonum populi subiecti. secundum quod dicit 2. Paralip. 13. *Non ignoratis, quòd Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, &c.* De istis autem tribus, videlicet de Deo principaliter populum Israel regente, & de bonis regibus ex diuina ordinatione institutis ad populi promotionem; & de malis permissis a Deo regnare in populi delinquentis pœnam, secundum quod dicitur Osee 13. c. *Dabo tibi regem in furore meo,* tractatur in libris Regum, & Paralip. ut patebit persequẽdo.

A a *Ramathaim Sophim de monte, &c.* Origen. Siue Armathaim, quod in alijs Codicibus habetur. altitudo eorum interpretatur. Sophim, specula, vel scopulus. Ephraim, fructificatio. In monte Ephraim, & in Ramathaim Sophim habitasse dicitur, in alta, scilicet, contemplatione virtutum, vt a nullis subiacentibus, & circumlatrantibus vitiorum cogitationibus, mentis eius sublimitas deijceretur, vel vnitas scinderetur. Ideo non de vallibus, vel de campis, sed de monte Ephraim, id est, frugifero esse dicitur, in quo nobilitas omnium virtutum fructificare dignoscitur.

Homil. de Elcana.

B Origen. Hic habuit duas vxores, quarum nobilior, id est, Anna sterilis erat, sicut Sara nobilior vxor Abrahæ. Secunda verò, id est, Phenenna, fuit fœcunda, sicut Agar Aegyptia. Elcana ergo est possessio Dei, primum de secunda vxore pater efficitur: quia vuluam Annę concluserat Deus, quam postea aperuit. Phenenna interpretatur conuersio, Anna gratia. Qui vult ergo esse possessio Dei, has duas habeat vxores, & primam nobiliorem, id est, gratiam. Hæc enim primò per fidem coniungitur homini: vnde, *Gratia Dei saluati estis per fidem.* Deinde iungatur Phenennæ, id est, conuersioni, quia post gratiam fidei sequitur emendatio morum. Phenenna prima filios generat, quia primos fructus per conuersionem proferimus. Nisi enim a malo conuertamur de Anna patres non efficimur. Phenennæ filij non adsistunt altari, non tamen inanes fiunt: quia de sacrificijs diuinis edunt. Qui ergo conuertitur a peccato de

Ephes. 2. a

C conuersione generat opera iustitiæ. & postea excitata Anna, id est, anima zelo bono orat, vt habeat filios qui adsistant Deo, id est, filios gratiæ. Qui enim Deo vacat, & legem eius meditatur die, ac nocte, filius est gratiæ. Hinc in Euangelio: Martha satagit circa frequens ministerium, explens opera iustitiæ, & quasi filios conuersionis generat. Maria sedens secus pedes Domini audit verbum illius, & optimam partem elegit, & generat filium gratiæ, qui dicit: *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Anna generat filiũ Samuelem, de quo dicitur: *Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.* qui dicitur: vbi ipse Deus. vbi enim spiritus gratiæ, ibi Deus. Nisi enim præcedant opera conuersionis, non possumus generare, dona Spiritussancti. Hanc sobolem ex

D Lucæ 10. g

Psal. 72.

Ibi 98. q.

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QVEM NOS PRIMVM REGVM DICIMVS.

CAP. I.

a ¶ Virtute animi.
b ¶ Non vagabundus, non nobilis.
c ¶ Quod interpretatur altitudo eorum.

FVIT vir vnus de Ramathaim Sophim de monte Ephraim, & nomen eius 1 2

a ¶ Specula, vel scopulus.
b ¶ Non de vallibus, non de campis, non de collibus.
¶ De altitudine virtutum.
a ¶ Fructificatio.

E imitatione Annæ, sicut & ipsa oremus.

Rabban. Prius historicæ prophetiæ generatio dicenda: deinde continuanda allegoria. Elcana pater Samuelis fuit de stirpe Leui, sed non de generatione Aaron sacerdotis. Fuit enim secundum Paralipomenon filius † Ieroboam, filij Eliu, filij Thohu: filij Suph, filij Elcanæ, filij Maath, filij Amasai, filij Elcanæ: filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thaat, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core, filij Isaar, filij Caath, filij Leui, filij Israel. Mater quoque eius de tribu Iuda monstratur ex hoc, quòd Ephratæus vocatur ab Ephrata vxore Caleb, quæ fuit de tribu Iuda: non ab Ephraim. sicut Dauid filius viri Ephratæi dicitur, id est, Isai, qui non de Ephraim, sed Iuda fuit. Hic inter medios ciues fortis Ephrem existens, Rhamathaim Sophim, Ciuitatem habitabat, quę est in regione Thanitica, iuxta Diospolim: vnde fuit Ioseph, qui in

Comment. in hunc locum. Matth. 27. g

1. Paral. 6. c † Ieoram

Iudic. 12. b

F Euangelio ab Arimathia esse dicitur. Habuit autem duas vxores, Annam, & Phenennam. Conuenienter quoq; Annę sterilitas memoratur, cuius partus celebrior erat. Sicut Sara

Genes. 16. a

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

FVit vir. Circa materiam istius libri, & Paralipomenon sic proceditur. Quia primò describitur populi Israel per reges gubernatio. secundò huius gubernationis quędam recapitulatio: & suppletio in libris Paralipomenon. Prima in duas: quia primò agitur de Regno Israel vnito, secundo de bipertito, tertio, & quarto libro: propter quod liber Regum apud Hebręos in duas partes diuiditur: ita quòd ibi duo sunt libri tantum. Primus qui vocatur Samuel, continens primũm, & secundum librum Regum. Secundus vocatur Malachim, id est, Regum, continens tertium, & quartum. Prima adhuc in duas: quia primò agitur de Rege, seu de Regno Israel ex electione. secundò ex paterna successione libro secundo. Circa primum sciendum: quòd vbi inchoatur vnus modus regiminis, pręcedens modus terminatur ibidem. Et ideo primò agitur de terminatione regiminis sub iudicibus. secundò de inchoatione regiminis sub Regibus 9. capit. Circa primum sciendum, quòd occasio terminationis regiminis Iudicum, & petendi Regem super populum fuit malitia filiorum Heli, & Samuelis: vt habetur infra 8. capit. Et ideo primò agitur de natiuitate Samuelis sub Heli iudice. secundò de malitia filiorum vtriusque 2. capit. ibi. *Porrò filij Heli filij Belial.* Prima in tres. quia primò describitur ipsius Annę petitio. secundò petitionis exauditio: ibi: *Cognouit autem Elcana.* tertiò gratiarum actio, ibi: *Et orauit Anna.* Prima adhuc in duas: quia primò describitur occasio petendi. secundò modus postulandi, ibi: *Surrexit autem Anna.* Occasio autem petitionis Annæ fuit malitia Phenennæ, exprobrantis ei sterilitatem etiam in diebus solemnibus, quando esse debebat in quiete orationis: & hoc est quod dicitur.

1 *Fuit vir vnus de Ramathaim.* Per, m, in fine debet scribi: quia sic est in Hebræo, & est Rhamathaim vna dictio. Ex quo patet error illorum, qui scribunt n, in fine, facientes inde duas dictiones: ita quòd ly in, sit præpositio iuncta cum dictione sequente, vt Ramatha sit nomen villæ, & Sophim nomen regionis in qua est Ramatha. Et hoc dictum procedit ex ignorantia Hebraicæ veritatis. Sic igitur exponunt Hebræi de Rhamathaim Sophim, id est, de excelsis respicientibus, quia sunt ibi duo montes mutuo se respicientes. Aliter exponunt alij de Rhamathaim Sophim, id est, de excelsis respicientium, vel speculantium, quia ly *Sophim*, quod est pluralis numeri indifferenter potest stare pro quolibet casu, eo quod nomina Hebraica sunt indeclinabilia. Et dicuntur excelsa respicientium, quia inde potest videri longè. Secundum alios vero dicuntur excelsa speculantium, quia ibi habitabant viri in lege studiosi.

2 *Et nomen, &c.* Iste fuit Leuita de filiis Core, vt habetur 1. Paralipomenon 6.

Euphra-

MORALITER.

1 *Fuit vir vnus.* Allegor. Per istum virum fuit significatus Christus; qui Lucæ 24. capit. dicitur; *Vir potens in opere, & sermone.* Et bene dicitur unus, quia nullus alius fuit, nec est, nec erit, Deus, & homo in una persona.

De Ramathaim Sophim. Id est, excelsis speculationibus. Nam in Christo est duplex speculatio, scilicet, diuina, & humana, & quælibet est excelsa. Nam speculatione diuina cognoscit perfectè seipsum, & omnia facta, fienda, & fieri possibilia. Speculatione uero humana cognoscit omnia, quæ Deus cognoscit notitia uisionis.

2 *Et nomen eius.* Qui interpretatur Dei possessio. Nam homo Christus est totus Deificatus, & a Deo possessus.

ra prius sterilis fuit, & Agar Aegyptia generauit, & Rachel pro qua Iacob diu seruiuit, diu sterilis fuit, cum soror eius gauderet numerositate prolis.

Rupertus. Armathaim, vel Ramathaim interpretatur excelsa duo, vt duæ intelligantur tribus, regalis, scilicet, & sacerdotalis, ex quibus extitit pater eius, & mater. Sophim, speculatores. qui fortassis sunt prophetæ quorum filius Elcana.

Hieronym. Elcana allegoricè possessio Dei, qui est filius Dei, dicens: *Dominus possidit me*. qui bene vir vnus, non numero, sed quia nunquam mutatur, nec aliter efficitur Deus. Armathaim Sophim excelsa, vel specula. hæc est superna Ierusalem, de qua veniens speculationem docuit, & morte sua possidere fecit.

a *Ieroham*. Misericors.
b *Eliu*. Deus meus.
c *Thahu*. Signatus.
d *Suph*. Effundens. quia per misericordiam ad nos veniens signatus in passione ait: *Deus meus, Deus meus*. vbi semetipsum exinaniens effudit. vnde: *Vnguentum effusum nomen tuum*; effusum a suis inuisibilibus ad nostra visibilia.

e *Ephrathæus*. Frugifer. quia donis Spiritussancti abundat Ephratæus ab Ephrata vxore Caleb. vel Ephrata Ciuitate: quæ post dicta est Bethlehem, vel ab Ephraim (vt nonnulli aiunt) quia fuit de Ramatha Ciuitate Ephraim, quæ sita est in monte Sophim, qui mons est in tribu Ephraim.

f *Et habuit duas vxores nomen, & cæt.* ✠ Theodoretus. Neque iussit lex cum duabus, aut pluribus simul coniungi vxoribus, aut habere concubinam: sed neque prohibuit, concedens maius, vt prohiberet minus. Ex eorum enim qui accipiebant potentia metiebatur leges. Hoc diuinus etiam dicit Apostolus: *Nihil enim perfecit lex*.

Iustinus Marty. Ideo licuit patribus illis plures habere coniuges, vt futura Christi mysteria delinearent.

✠ CYRILLVS Alexandrinus. Maiores illi rem honestissimam censuerunt, pluribus foetis vxoribus humani generis propagationi studere, & benedictioni diuinæ de multiplicatione hominum, qui terræ vastitatem incolerent.

Gregor. Phenenna est synagoga, quæ fœcunda primum filios Deo per legem generabat, sed iam propter infidelitatem infœcunda manet. Anna sterilis Ecclesia gentium, quæ olim sterilis a prole spirituali, nunc gratia Christi redempta. Anna enim quæ interpretatur gratia Deo filios per baptisma, & Spiritum sanctum gignit.

Com. cap. 3. — Lib. de Nomi. Heb. Allegoricè. — annuatim. — Matth 27.f Cant. 1.a — Quæstio. 4. in lib. Regum. — Dialog. — Lib. 11. com. Gen. — hunc locū.

a ¶ Possessio Dei. b ¶ Misericors. c ¶ Deus meus. d ¶ Signatus.

Elcana; filius Ieroham, filij Eliu, filij Thahu, filij
a ¶ Effundens. b ¶ Ab Ephrata vxore Caleb, non ab Ephraim. c ¶ Commorationem, scilicet a malo, & gratiam.

Suph Ephrathæus. & habuit duas vxores, nomen [1]
a ¶ Gratia. b ¶ Conuersio.

vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fue-
¶ Opera iustitiæ.
¶ Quæ prima, & nobilior. ¶ Vt quanto desideratior, tanto acceptior partus.

runtque Phenennæ filij; Annæ autem non erant †
a ¶ Filij gratiæ, qui in contemplatione semper adsunt Deo.
b ¶ Fortuitu e, l, ascendere, sicut infirmorum descendere.
c ¶ In Pascha, scilicet, in Penthecoste, in solemnitate tabernaculorum. vnde: Ter in anno apparebit omne masculinum coram Domino, & cæt. ¶ In lege.
¶ Legi, scilicet, obtemperans.

liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua † statutisq; diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino [3]
a ¶ In operibus Sanctorum non fit mentio noctis: quia non sunt filij noctis, vel tenebrarum.
¶ Tanquam Leuita.
a ¶ Ciuitas in tribu Ephraim, vbi fuit arca testamenti, & tabernaculum Domini a tempore Iosue vsque ad tempus Samuelis.

g exercituum in Silo. Erant aût ibi duo filij Heli O- [4]
h phni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,
i

g *Silo*. Est in nonagesimo miliario Neapoleos in regione a Thabitana.

h *Sacerdotes Domini*. Gregorius. Quomodo sacerdotes Domini, qui inferius filij Belial dicuntur? Eo tempore sacerdotes Domini dicti sunt, quãdo simulachrorum sacerdotes ex falsorum Deorum nominibus censebantur, vt hoc insigni ab illis discernantur. His enim verbis eorum fides, non vita, prædicatur: quia & prauitatem exercebant operis, sed non errabant in fide conditoris.

Ophni. Discalceatus, siue insania conuersionis.

Phinees. Os mutum Scribas, & Pharisæos significat. Qui filij Heli dicuntur, quia Heli typum tenet sacerdotij. Ipsi, quia non receperunt quem lex, & Prophetæ prædixerunt, ad insaniam infidelitatis conuersi os mutum meruerunt habere a confessione Christi: & quia noluerunt suscitare semen fidei Christo defuncto fratri, meruerunt discalceari, & esse extra sortem eorum, de quibus dicitur: *Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis*. Et quia cognati sunt, nomen sponsi sibi, non Christo vendicare Ecclesiam: vsurpando, nudi remanserunt ab omni dignitate, discalceati ab exemplis Patriarcharum, & Prophetarum. Vnde Silo vbi sacerdotes fuerunt, interpretatur dimissio eius, vel petitio, quia petierunt Pilatum, vt dimitteret eis Barrabam. Merito ergo dimissi sunt, & a Deo derelicti.

i *Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ, &c.* Hieronym. Hæ partes, vestes intelliguntur, quæ in tribus festiuitatibus Paschæ, videlicet, & Penthecostes, & Tabernaculorum, iuxta morem illius gentis, vxoribus, & liberis, ac famulis dabantur.

✠ *Annæ autem dedit partem vnam*. Hebræi. Partem vnam facierum.

✠ Chaldæus. Partem vnam electam.

✠ R. Leui. Partem præstantissimam, quòd eius duplex esset qualitas, vt quæ haberet pinguitudinem, & eadem ex altero latere careret, vt ea vesceretur pro vario appetitu.

✠ Chrysostom. Sed & viri plurimum ab hac historia fructus auferent, si hinc didicerint, placido, mitique erga vxores esse animo, etiam si sterilitatis vitio laborent, quemadmodum Elcana erga Annam fuit affectus.

Com. in hunc locum. — Orig. homil. de Elcana. — Ephes 6.c — Matth. 27.e — Lib. de tradit. Heb. — Homil. de Anna, & Samuelis educatione.

Anna

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ephrathæus*. Non quod esset de tribu Ephraim, sed quia manebat in monte Ephraim, vt prædictum est: sicut aliquis dicitur Ciuis Parisiensis, quamuis sit natione Anglus. Aliqui vero dicunt, quòd dicitur Ephrathæus ab Ephrata, quæ altero nomine dicitur Bethlehem, eo quòd mater eius fuit de Bethlehem: sed hoc non est verisimile, quia filij non cognominantur a matribus, sed a patribus.

2 *Et habuit duas vxores nomen vni Anna, & cætera*. Prima enim, scilicet, Anna fuit sterilis, & ideo aliam superduxit.

3 *Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutisque diebus, & cæt.* Id est, in festo Paschæ, Penthecostes, & Tabernaculorum. Istis enim tribus temporibus debebat apparere omne masculinum coram Domino, vt habetur Exodi 23. Veruntamen aliquando parcebatur populo de duabus festiuitatibus vltimis propter longitudinem viæ ad locum cultus diuini, uel alia causa rationabili. Vtrum autem iste ascenderet semel in anno, uel pluries, non habetur expressè ex textu. Videtur tamen magis quòd semel, eo quòd subditur postea, Sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent Templum Domini.

4 *Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees sacerdotes*. Sic debet scribi per idest, in.

Et — Dedit-

MORALITER.

1 *Et habuit duas vxores nomen vni Anna, & nomen secundæ*. Per quas synagoga, & Ecclesia significantur, uel Iudæa, & Gentilitas.

† *Fueruntque Phenennæ filij*. Per quam significatur Iudæa, quæ filios habuit, scilicet, Prophetas, & legisperitos.

† *Annæ autem non erant liberi, &c.* Per quam significatur Gentilitas, quæ legem diuinam non habuit, nec Prophetas: Psalmo 147. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis*.

Dedit-

a ¶Quia post oblatas victimas cum vxoribus, & filijs, & filiabus Leuitæ vescebatur.

& immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes. [1] Annæ autem dedit partem vnam † tristis, [2] quia Annam diligebat. [3] Dominus autem cõcluserat

a ¶ Sicut Agar Saram.

vuluam eius. † Affligebat quoque eam † æmula [4] eius, & vehementer angebat, † intantum vt exprobraret, quòd conclusisset Dominus vuluam eius. Sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore † ascenderent ad templum

a ¶Malorum enim est solatium vitam bonorum carpere.

a ¶Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte.

Domini, & sic prouocabat eã. Porrò illa flebat, [5]

a ¶Læta. b ¶Corporeum, & alibi: Potum meum cum fletu miscebam.

& nõ capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir [6] suus: Anna cur fles, & quare nõ comedis, & quã obrẽ affligit cor tuum? Nunqd non ego melior [7] sum tibi quàm decẽ filij? Surrexit autem Anna [8]

a ¶Hic maximus sacerdos erat, & post Sampsonem populum Israel rexit annis 40. secundum LXX. viginti.

postquã comederat, & biberat in Silo. Et Heli [9] [10]

a *Annæ autem de. partem vnã tristis.* Quia nõ habebat filios quibus amplius daret. *Phenennæ*, i. synagogæ & filijs *dedit partes*, id est, temporalia bona, iuxta illud: *Dedit eis regiones gentium*. Et quia primum credita sunt illis eloquia Dei. *Annæ*, i. Ecclesiæ gentium *dedit partem vnam*, scilicet ingeniũ. Bene ait:

Psal. 104.

b *Tristis.* quia *conclus. rat Dominus vuluam eius.* nondũ enim aduenerat tempus miserendi eius, vt spirituali gratia fœcundaretur. Sicut Phenenna Annam, ita synagoga Gentilitatẽ despiciebat. Multi ex Gentilibus Redemptoris aduentũ, vt in Iob reperimus expectauerunt, & quia in prece perseuerauerũt, tãdem redẽptor flenti, & nõ capienti cibum Annæ cõsolationem adhibuit dicẽs.

† vel honorabilem.

† Irritabat

Io. 19. b

† ascendebat ipsa.

c *Anna cur fles.* Melior est Ecclesiæ vir suus, idest Christus, quàm decẽ filij quos de synagoga edebat: quia Christum plus nonnunquàm diligit, idest, gratiam eius, quàm illos quos carnaliter pariebat.

c *Dominus autem conclus. &c.* ✠ Theodoretus. Docet hæc oratio, ne matrimonio confidamus, sed Creatoris inuocemus auxiliũ. Quomodo enim agricolę quidem est proprium semina deijcere, Dei aũt deiecta perficere: ita matrimoni quidem est propria coniunctio, Dei aũt est proprium annuere naturæ, vt effingat, & formet aial. Hoc cũ sciret Anna, cõfugit ad Opificẽ, & intẽsa oratione, & lachrymis mutilatã curauit matricẽ, & clausã aperuit. ✠ Chrysost. Neque enim, vt in cæteris, somnus, & congressus tantum parentum, verum & preces, & lacrhymæ, fidesque fuerunt huius generationis principia.

Homil. de fide Annæ tom. 1.

d *Affligebat quoque eam, &c.* Iose. Anna respiciens alterius mulieris filios circa matrem suam, descendit ad lachrymas, & eo quòd non haberet filios ea sollicitudine gemiscebat.

Lib. 5. Anti. c.

✠ Hebræi. Concitauit eam tribulatrix, vel aduersatrix eius irritatione, vt commoueret eam.

✠ Chrysost. Hanc fœminã non anxietas modo a sterilitate proueniẽs, verum, & aliud quoddam obsidebat malũ, ita videlicet, propter ęmulę opprobria, &c. Ac ne quis mihi dicat, quid fructus capiã ab Anna, & illius cõmemoratione? Si qdẽ & orbæ hinc poterũt discere qũo valeant fieri matres: rursus matres scient, q̃ sit optima rõ liberos educãdi. Nec fœminæ tantũ, sed & viri hinc discant, placido mitiq; erga vxores esse animo et si sterilitatis vitio laborent, quemadmodũ Elcana erga Annam fuit affectus.

Homil. de fide Annæ

c *Anna cur fles? Et quare non comedi.* ✠ Tertul. Ieiunium reuerẽtiæ in Deum opus est, per quod Anna retro sterilis, impetrauit facilè a Deo ventrẽ cibo inanem, filio implere, & quidem Propheta. Habet & abstinentia vini suos titulos, quæ & Samuelem Deo vouerat, & Aaronem consecrauerat. ✠ Basil. Iam Samuelem, nõne deprecatio cũ ieiunio coniuncta donauit matri? Quæ res Sampsonem inexpugnabilem reddidit? An non ieiunium? Per ieiunium Moses factus est legislator: ieiunij fructus est Samuel. Ieiunãs Anna Deum deprecata est, &c.

Homil. 2.

Lib. adu. Psychicos. c. 7. & 9.

† inimica

Leuit. 10.

† propterea quod ei.

Homil. 1. & 2. de ieiunio.

Tropologicè, Elcana prędicator, quẽ Dñs possidet. Phenenna, & Anna actiua, & contemplatiua vita. Phenenna fœcunda in filijs, & filiabus, actiua fortia gignens opera, & infirma. Phenẽna interpretatur conuersio, quia actiua ad actiones, quibus prosit pximis, necesse est, vt solicitè conuertatur. Actiua enim vita est panem corporalẽ, vel doctrinæ esurienti tribuere, errantẽ corrigere, ad humilitatis viã superbũ reuocare, infirmãtis curã gerere: quæ singulis expediat dispẽsare. Anna interpretat gratia, qa cõtẽplatio habetur per gratiã. Hæc est sterilis, qa cũ eã nullus, put est penetrare valeat, nullusq; quod in ea sentit pdicare sufficiat, contingit, vt eã prædicando nemo plures filios gignat. Cõtẽplatiua vita est charitatẽ Dei, & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quiescere, soli desiderio cõditoris inhęrere, vt nihil iã agere libeat. Qui vult effici possessio Dei has duas ducat vxores. Actiuã primũ, cõtẽplatiuã deinceps: pcipue doctor ex amplexib. Phenẽnę trãseat ad cõplex⁹ Annę: vtriq; partes tribuat, virtutes virtutib. subnectẽs.

Tropolog.

f *Surrexit Anna postquam, &c.* ✠ Chrysost. Quod omnes faciunt

Homil. de fide Annę tom. 1.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Deditq; Phe. vxo. &c. partes.* Idest, nouas vestes pro solemnitate, vt dicunt aliqui: Melius tamen videtur, scilicet quòd per hoc intelligantur partes sacrificij. faciebat enim Elcana hostiam pacificam Domino pro gratiarum actione, de qua vna pars incendebatur super altare, scilicet adeps, reliqua erat sacerdotis, vt pectusculum, & armus dexter: reliquę carnes erant offerentis, & de istis dabat partes filijs, & filiabus, & vxoribus quasi quid sacrum.

2 *Annæ au. dedit partem vnam.* Non scilicet de datione, sed quia non habebat liberos de Anna, quibus partes darentur, ideo subditur.

3 *Quia Annam diligebat.* Propter quod magis tristabatur de sterilitate ipsius. In Hebræo habetur, *vnam partem pulchram*, vel *duplicem*. cuius ratio subditur: *Quia An. dilige.* & in hoc volebat honorare eam.

4 *Affligebat quoque eam æmula eius.* Id est, Phenenna. dicendo ei verba pungitiua, intantum vt ei exprobraret sterilitatẽ.

5 *Porro flebat.* Præ tristitia.

6 *Et non capi. cibum.* Id est, parum de cibo capiebat. & quod modicum est quasi nihil reputatur, vt habetur 2. Physicorũ.

7 *Nunquid non ego melior sum tibi quàm decem filij.* Quod exponunt Hebræi de pueris Phenennæ. Quasi dicat: intantum diligo te. quòd ego sum melior tibi, quàm decem filij Phenennæ matri suæ: hoc dicens ad ipsius consolationem. Alij exponunt, quàm decem filij, id est, quam si haberes decem filios. Sed ista expositio non videtur rationabilis: quia si haberet decem filios, non propter hoc excluderetur amor Elcanæ ad ipsam, vel minueretur, sed magis includeretur, & augeretur.

8 *Surrexit autem Anna, &c.* Hic consequenter describitur modus orandi humilis, & deuotus, cum dicitur: *Surrexit autem Anna*, vt iret ad locum orationis, iuxta tabernaculum.

9 *Postquam comederat, & biberat in Silo.* Ex quo patet quòd supra dictum est, s. quòd comederat aliquid, licet modicum.

10 *Et Heli sacerdote sedẽte super sellam ante postes templi Domini.* Id est, super sedem magnam, & honorabilem, ut dicunt Hebræi: Ex hac sessione dicentes, quòd illa die fuit institutus iudex super populum. Sed hoc non uidetur uerum, quia infra 4. cap. dicitur, quòd ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Item cap. sequenti dicitur, quòd Samuel adhuc iuuene existẽte Heli erat senex ualde, Ex quo uidetur quòd per plures annos fuit iudex ante natiuitatem Samuelis, qui conceptus fuit, & natus eodem anno quo mater eius orauit pro ipso habendo, ut confitentur Hebræi, & satis apparet ex sequentibus. Nec ualet motiuum allegatum, quia infra 4. cap. dicitur: *Heli sedebat super sellam*, ex qua cecidit, & mortuus est, ut ibidem dicitur: ex qua sessione non potest dici, quòd illa die fuerit factus iudex, nec similiter ex ista.

Et

MORALITER.

1 *Deditq; Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiab. partes.* Nam Deus Prophetis, & Regibus, & sacerdotibus Iudæorum fecit gratias multas, qui dicuntur filij Iudææ.

2 *Annæ autem*: Id est, Gentilitati *dedit partem vnam tristis.* In Hebręo habetur *vnam partem pulchram*. Per quam intelligi potest Paulus Apostolus a Christo datus doctor gentium, sicut ipse dicit Galat. 2. b. *Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est, & mihi inter gentes.*

5 *Porro illa flebat, & non capiebat cibum, &c.* Gentiles enim ad fidem Christi conuersi flebant, & ieiunabant propter peccata in Gentilitate commissa, & maxime in idolorum cultura. Conuersi uero de Iudaismo non habebant talem occasionem flendi, & ieiunandi, quia non fuerant idololatrę, sed cultores unius ueri Dei.

C ciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis: A post conuiuium accurrens ad deprecationem, fontes lachrymarum emisit, mentemque præ se tulit sobriam, ac vigilantem, ac post epulas adeo intente orauit, vt donum acciperet supra naturam. Igitur a fœmina discamus, & post conuiuium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus fuerit, nunquam in ebrietatem, aut vinolentiã incidet. Conuiuium quod a precatione ceptum, in deprecationem desinit, quouis fonte vberius nobis omnia adferet bona. Vbi enim precatio, & gratiarum actio, eò Sancti B Spiritus aduenit gratia, abiguntur dæmones, & omnis aduersaria potestas diffugit. Quoties igitur prandebimus, meminerimus huius mulieris, & illius lachrymarum. Si post prandium talis fuit, qualis erat sub auroram? Si tam instanter orauit post cibum, qualis erat ieiuna?

† Iud. 13. a

✠ a *Orauit ad Dominũ flẽs, &c.* Chrysost. Scriptor geminam hic virtutem in fœmina comprobauit, in precibus assiduitatem, cum ait, *Multiplicauit:* & animi vigilantiam, quum addit, *In conspectu Domini.* Nã omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu Domini. Etenim cum corpore in terra prostrato, & ore frustra dehiante, mens per do- C mum, ac forum circumuagatur: quo ore talis posset dicere, quòd orauerit in cõspectu Domini? In conspectu Dei orat: qui colligens mentem nihil habet cum terra commercij, sed ad Deum totus cõmigrat. Sed quomodo multiplicauit precationem, quando exiguus est modus precationis, quam fudit? Assiduè sonabat eadem, nec destitit. Ad hunc modum Christus docuit orare, non more Gentium vtendo multiloquio, sed vigilantia mentis. Si quidem & Christus, & Paulus iussit breues, sed crebras fieri precationes ex paucis interuallis. Nam si in longum extenderis verba, parum attentus, audaciam diabolo suppeditasti, vt supplantet, & mentem auocet: quod si frequenter oraueris, facilè poteris esse sobrius, ac vigilans, vt precationem multa cum attentione perficias. Quod sanè hæc fecit, dum non sermone prolixo, sed crebris precibus adijt Deum.

† coram sibaudi Domino, tãquam filiam impiam.

Matth. 6. Luc. 18. Rom. 12. 1. Thess. 5

b ✠ *Heli obseruabat os eius, &c.* Chrysost. Postea quàm sacerdos illi occlusit os, coacta est obedire sacerdoti, & ab orando desistere. Vox quidem illi interclusa est, at non fiducia, sed vehementius etiam cor clamabat intus. Nam illa potissimum est deprecatio, quum ab intimis voces sursum feruntur: hoc præcipuè mentis est exercitatæ, non intentione vocis, sed animi feruore precationem absoluere. Sic orauit Moses, cui cum nihil voce resonaret, Deus tamen inquit: *Quid clamas ad me?*

Exod. 14.

c *Dixitque ei.* Septuaginta. καὶ εἶπεν αὐτῇ παιδάριον κ.λ.

✠ Chrysost. *Et dixit illi puer Heli.* Quousque eris ebria, Discute vinum abs te, & recede a conspectu Domini. Domi exprobrauerat ei æmula, venit in templum, & sacerdotis puer afficit illã cõtumelia, fugerat domesticam tempestatẽ, venit in portum, & rursus inuenit vndas. Venit acceptura medi-

a ¶ Vt ingredientibus, & egredientibus templum verbum Dei ministraret: sacerdotes enim scientiæ claues habent.

sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini, cùm esset Anna amaro animo, o-

a ¶ Qui deridetur ab amico, ait Iob, sicut ego, rogabit Dominum, & ipse exaudiet eum.

a rauit ad Dominum flens largiter, & votum vouit dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulę tuę, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, † & nouacula non ascendet super caput eius. [1] Factum est autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obser- b [2]

a ¶ Quia Deus non voce tantum inuenitur, sed corde: vnde, Desiderium pauperum exau. do. præpa. cor eo.

uaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Æstimauit ergo eam [3]

a ¶ Temulenta a temeto, quod antiqui vinum dicebant.

c Heli temulentam, dixitque ei, Vsquequo ebria d

¶ Id est, dormiendo excoque.

eris? Digere paulisper vinum quo mades. Re- [4] e spondẽs Anna; nequaquam, inquit, Domine mi; [5] Nam mulier † infelix nimis ego sum, vinumque [6] [7]

¶ Hodie, scilicet.

& omne quod inebriare potest non bibi, sed effudi animam meam in cõspectu Domini. Ne re- [8]

a ¶ Absque iugo, & notandum hic, quod ebrioli filij Belial vocantur.

putes ancillam tuam † quasi vnam de filiabus Belial; quia ex multitudine † doloris, & mœroris f mei locuta sum vsq; in prẽsens. Tunc Heli ait ei;

D medicamen, & vulnus exasperatum est. Vt Satanas perspexit eam magno animo ferre sterilitatem, adijt Sacerdotis puerum, qui magis illam exacerbaret, &c.

d *Vsquequo ebria eris?* Homo videt in facie: Deus in corde. Heli æstimabat ebriam qui tantum os intuebatur. Dominus autem respexit ad orationem eius, qui videbat cor eius. Hic autem traditur nobis forma orandi, vt non in multiloquio, sed in compunctione cordis, & effusione lachrymarum oremus: quia *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c.*

Quomodo orandum sit.

Psal. 50.

e *Nequaquam Domine mi, &c.*

E ✠ Chrysostom. Hic potissimum licet huius mulieris philosophiam perspicere. Conuicijs petita, a puero sacerdotis, non indignatur quo magis etiam sibi cõciliat Deum. Sic enim res se habet quoties opprobris, & malis affecti, conuiciantes excelso ferimus animo, maiorem nobis a Deo beneuolentiam conciliamus. Liquet ex his quę euenere Dauidi, magna animi moderatione, & patientia ferenti conuicia Semei, & Absalonis bellum, &c. Hæc e templo abigentem, & scommata iacientem, appellat Dominum. Nõ dixit, quod plerique solent, Ista ne sacerdos? Ista, qui alios docet? Sed illud spectat, quo- F modo suspicionem temulentiæ depelleret. Nos contra, si quando conuicijs appetimur, quum oportet excusare, & in gratiam redire, frequẽter excitamus incendium, ac more ferarum insilimus in cõuiciatores, pro dictis suppliciũ reposcentes, &c. Anna nõ commemorat æmulæ conuicia, nõ traducit illius malitiam, nec domesticam exaggerat calamitatem, sed hactenus aperit suam anxietatem, vt tantum sese apud sacerdotem purgaret. Nec ait, Deprecor Dominum, sed *Effudi animam meam, &c.* hoc est, meipsam totam conuerti ad Dominum, mentem meam exinaniui apud illum, toto animo, totaque virtute precationem meam peregi. Deo narraui calamitatem meam, ostendi vulnus, ille pótest dare remedium, &c. Apostolicam impleuit legem, quæ iubet, vt prouideamus bona nõ tantùm coràm Deo, sed etiam coram hominibus, cum omni modo suspicionem depulit.

Hom. de fide Annæ.

1. Reg. 16.

† amaro spiritu

† eloquii mei. LXX. meditationis meæ.

2. Cor. 7.

f ✠ *Heli ait ei, Vade in pace.* Chrysostom. Vide & huius prudentiam. Non inquisiuit curiosè de genere calamitatis, non exactius scrutatus est angoris causam, sed ait, *Vade in pace. Dabit tibi Dominus petitionem tuam.* Mulier ex accusatore fecit patronum, tanta res est humanitas, ac mansuetudo.

Heli ait, Vade in pace, &c. Et abijt mulier, &c. Vides mulieris fidem? Priusquam acciperet quod postulauerat, perinde confisa est, quasi iam accepisset. In causa erat, quòd orasset multo cum feruore, citra vllam hæsitationem. Abijt pacato animo, quasi totum impetrasset. Insuper Deus totam anxietatem iam illi excussit ex animo, largiturus quod petebat. Hanc fœminam imitemur, & in omnibus afflictionibus ad Deum confugiamus. Si nobis non fuerint liberi, ab illo postulemus, quos si acceperimus, multa cura educamus, &c.

Vultus-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et nouacula non ascendet super caput eius.* Ex hoc datur intelligi, quòd deberet tenere ritum Nazaræorum, sicut dictum fuit Iudicum 13. de Sampsone.

2 *Vt Heli obseruaret os eius.* Attendens si aliquod verbum exprimeret, vel a motu labiorum cessaret.

3 *Aestimauit ergo eam Heli temulentam.* Id est, plenam bono vino: & dicitur a temeto, quod significat bonum vinum, & lentos quod est plenum.

Digere

4 *Digere paulisper vinum.* Quasi dicat, vade prius ad dormiendum, & postea venias ad orandum.

5 *Nequaquam inquit Domine.* Scilicet sum ebria, vt tu credis.

6 *Nam mulier infœlix.* Tum propter defectum prolis, tum propter verba Phenennæ me prouocantis.

7 *Vinumque, & omne quod inebriare potest, &c.* Quia liquorem inebriatiuum non biberat illa die. Vel si biberat acceperat ita parum, quòd quasi nihil esset reputandum.

8 *Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus.* Id est, sine iugo disciplinæ.

Deus

A a *Vultusq; illius non sunt amplius in diuer.mut.* Rab. Alia trãslatio: *Facies nõ cõcidit amplius*, qa certissimè se credidit exauditã.

Rabban. Nequaquam enim Ecclesia a fide, & dilectione Redemptoris in diuersa declinando mutata est.

b *Et recordatus est eius Do.* Rabb. Quia Anna Dñm deuotè postulauit, cõcepit, & peperit. Sic Ecclesia per naturalem intellectum orãs mysterium incarnationis corde concepit, ore confessionis genuit.

c *Vocauitq; nomen eius Samuel.* Id est, Deus Annæ primo genitus propheta. Quis est hic, nisi dominicus homo?

B Rab. Samuel postulatio Dei, vel nomẽ eius: actor, s. natiuitatis eius Deus, qa sterili oranti concessit filiũ, qui cunctis diebus sibi in templo deseruiret.

Homil. de Anna, & Samuelis educat.

✠ d *Anna non ascendit.* Chrys. Non existimabat esse tutũ, relicta domo ascendere in templũ, quòd cum accepisset donum, non sustineret absq; dono comparere. Eoque tanto tempore remãsit, vt cum dono compareret. Nõ solum ergo ex eo quod illum Deo spopondit, verum etiam ex hoc quod non ausa sit ascẽdere in C templum priusquam ablactasset infantem, fœminæ pietatem licet perspicere.

† 1.q.3.§.1. 20.q.1.c.quicunque.

Rab. i. Ecclesia ex nationib. prius lacte nutriuit filiũ, quem concepit per fidem, i. simplici intellectu in suis auditoribus. D Tres vituli tria tempora significant, quibus Christum expectabat Ecclesia. Tres modij farinę, Fides, Spes, Charitas, quas obtulit Ecclesia: seu tres filij Noe ex quibus plures Ecclesia per fidem Deo obtulit. Hæc dona pro puero offert Ecclesia gentium, vt ostendat se puerũ genuisse, id est, fidem Christi percepisse, & operibus demõstrare velle. Et adduxit eum in Silo in domum Domini, cum perfecta fide incarnationis iunxit se primitiuæ Ecclesiæ ex Iudæis.

Vade in pace, & Deus Israël det tibi petitionem [1] quã rogasti eũ. Et illa dixit: vtinã inueniat ancil[2]la tua gratiã in oculis tuis. Et abijt mulier in viã a suã, & comedit, vultusq; illius non sunt amplius [3] in diuersa mutati. Et surrexerũt mane, & adorauerũt corã Dño, reuersiq; sunt, & venerũt in do[4]mũ suã ĩ Ramatha. Cognouit aũt Elcana Annã [5] b vxorẽ suã, & recordatus est ei⁹ Dñs. Et factũ est post circulũ dierũ, cõcepit Anna, & peperit fic liũ, vocauitq; nomẽ ei⁹ Samuel, eò ꝙ a Dño po[6]stulasset eũ. Ascẽdit aũt vir ei⁹ Elcana, & oĩs domus eius, vt immolaret Dño hostiã † solennẽ, & d votũ suũ: & Anna nõ ascendit. Dixit. n. viro suo; Nõ vadã donec ablactetur infans, & ducã eũ, vt [7] appareat ante cõspectũ Dñi, & maneat ibi iugi[8]ter. Et ait ei Elcana vir su⁹; Fac qđ bonũ tibi vĩ, e & mane donec ablactes eũ; Precorq; vt impleat [9] Dñs verbũ suum. Mãsit ergo mulier, & lactauit f filiũ suũ, donec amoueret eũ a lacte. † Et adduxit

a ¶ Quia in incepto, scilicet voto firmiter perseuerauit, sic & nos perseuerare debemus, si exaudiri a Domino volumus.

¶ Anni reditum.

a ¶ Postulatio, vel nomen eius Deus.

† anniuersariũ

e *Precorque vt impleat Dominus.* Quod voluisti, vel suum quod promisit per Heli, cum E ait: *Det tibi Deus petitionem, & cætera.*

f *Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum a lacte. Et adduxit.* Non vult Anna puerum ducere ad domum Dei antequàm ablactetur: quia Ecclesia nullum ad sacerdotium prouehit dum lactis infantiæ particeps est, non solidi cibi, & intelligentiæ spiritalis capax.

Homil. de Anna, & Samuelis educat.

✠ CHRYSOSTOMVS. Cõspiciebat infantem illum, non tantum, vt infantem, F verumetiam, vt rem Deo consecratam, eoque matri geminus amoris stimulus insitus est, alter a natura, alter a gratia,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Deus Israel det tibi petitionem. *In Hebræo habetur:* Dabit tibi petitionem.

2 Vtinam inueniat ancilla, &c. *Vt velis orare pro me Dominũ.*

3 Vultusq; illius non sunt am. in. *Quia passiones iræ, & tristitiæ quæ mutãt faciẽ in diuersos colores, recesserũt ab ea ex consolatione exteriori verborum Heli, & ex interiori cõsolatione gratiæ diuinæ.*

4 Reuersiq; sunt, & ve. in do. suam. *Ista est eadem Ciuitas, quæ supra nominata est Ramathaim. Ramathaim enim quod significat excelsa, plurale est huius nominis Ramatha, quod significat excelsum, sicut in Latino eadem Ciuitas aliquando nomine plurali, sicut Ciuitas Ebroicensis, aliquando vocatur Ebroias, aliquando Ebroix.*

5 Cognouit aũt Elcana Annã vxo. suam, *s. post quam reuersus fuit in domum suam, quia Iudæi euntes in Ierusalem cũ vxorib. suis ad diem solennem, vel causa sacrificij, seu orationis, vsq; ad reditũ suũ in domos suas continebant ab vxoribus suis. Et ad hoc melius seruandum postea fuit constitutũ, ꝙ qñ de eadem ciuitate ibant Ierusalem propter dictam causam, plures viri, & plures mulieres, viri ibant in vna comitiua, & mulieres in alia. Pueri aũt de quibus non erat suspicio poterant ire in ista comitiua, vel in alia. Et ideo cũ Saluator noster Iesus Christus duodecim annorũ ascẽdisset in Ierusalẽ ad diẽ festũ, & ibi recedẽtib. parẽt. b. remãsisset, nõ cognouerũt parentes eius, existimantes illum esse in comitatu, vt habetur Luc. 2. quia existimabat eum esse in comitatu mulierum. Maria autem mater eius in comitatu virorum.*

6 Vocauitq, no. eius Sa. eo ꝙ postul. eum a Domi. *Samuel enim interpretatur quasi postulatus a Deo. Sequitur.*

Duplex ablactatio.

7 Non vadam do. abla. *Duplex est ablactatio, vna est abstractio a lacte mamillæ, & ista fit circa principium tertij anni, vel circiter. Alia est ablactatio, qñ abstrahitur puer a lacte pueritiæ, quando incipit vti alijs cibis communibus, & lacticinijs non nutritur amplius. Et hoc fit circa decimum annum, vel circiter, & de hac ablactione loquitur hic scriptura, quia ante decimum annum, vel circiter pueri non sunt apti ad faciendum aliquod officium in templo Domini, sed extunc possunt aliqua parua officia facere, ut accendere lampades, uel huiusmodi, & sic paulatim assuefieri ad maiora.*

8 Et ma. ibi iugi. *In Heb. habetur,* vsque ad sęculum, *i. usque ad quinquagesimum annum, quia ultra non debebant Leuitæ seruire in templo, ut habetur Num. 9. unde, & infra 7. c. dicitur, ꝙ Samuel factus iudex populi, ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgal, & Masphat, & iudicabat Israelem in supradictis locis.*

9 Precorq; vt im. &c. *Quale autem fuerit istud uerbum non exprimit hic scriptura. Et propter hoc dicunt aliqui Hebræi, ꝙ ante natiuitatem Samuelis audita fuit uox de cœlis, ꝙ futurus erat quidam iustus nomine Samuel; propter quod mulieres plures parientes masculos illo tempore uocabant eos nomine Samuelis quousque per opera apparebat, ꝙ de illis non intelligebatur uox diuina. Et secundũ hoc sic intelligitur uerbũ Elcanæ prædictũ:* Precorq;, &c. *i. precor Dominũ, ut per bonã indolem istius pueri appareat, ꝙ ille sit Samuel, de quo audita est uox a Deo emissa. Sed istud uidetur fictitium: tum quia de scriptura non habetur, tum quia Anna non uocauit filiũ suum Samuelem propter aliquam uocem de cœlo auditã, sed quia postulauerat eũ a Domino, ut prædictũ est. Et ideo aliter dicitur, quòd uerbũ Dñi hic accipitur uerbũ ipsius Heli sacerdotis, q secũdũ ueritatẽ Hebraicam dixerat Annæ deprecãti:* Dabit tibi Dñs petitionẽ tuã, *ut sup. dictũ est. & hoc dixit instinctu Spiritussancti. Anna uero petebat a Dño filiũ q uiueret, & ministraret in templo Dñi, ut patet ex prædictis: & hoc precabatur Elcana a Domino impleri. quia licet puer Samuel esset natus, non tamen adhuc erat in statu quo posset in tabernaculo ministrare.*

In

MORALITER.

5 *Concepit An. & pe.* Per quod significatur, ꝙ Gentilitas conuersa fructificauit in bonis operibus, sed quę dici possunt eius filij, quia procedũt a libero arbitrio, sicut proles ab vtero monente Spiritusancto. Moral. Autem Elcana signat bonum prælatum sæcularem, vel religiosum. Per duas autem vxores intelliguntur vita actiua, & contemplatiua, quibus debet debitum reddere vtrique vacãdo tempore competenti. Gregor. Sit præsul actione precipuus, sit præ cæteris contemplatione suspensus. Præsuli vero debent inferiores prælati in hoc, quantum possunt conformari. Actiua vero quæ fertilis est per Phenennam: contemplatiua vero per Annam significatur. *Deditq; Phe. fi. & fi. &c.* Per quos intelliguntur opera misericordiæ, qbus correspõdent merita, & plura pręmia. *Annæ ue. de. unã,* i. Dei contemplationẽ, quæ hẽt pulchritudinẽ, & suauitatẽ annexã. In actiua namq; vita ex humanis negocijs admiscentur multi pulueres animæ faciem obscurantes, in cuius figura Genes. 29. d. dicitur, ꝙ *Lia lippis erat oculis.* Rachel autem venusto aspectu. *Affligebat.* Per quod intelligitur disceptatio vitæ contemplatiuæ, & actiuæ. Nã charitas Dei trahit bonum prælatum ad actus vitæ contemplatiuę: necessitas vero proximi retrahit ipsum a cõtemplatione, vt intendat operibus actiuę. *Porro.* s. contẽplatiua de dilatione glorię in qua contemplatio consummatur. *Et non ca.* Per quod designatur mirabilis abstinentia contemplatiuorum. Dicitur enim in collationibus Patrum de pluribus, ꝙ aliqñ transibant tres, vel quatuor dies, non solũ absq; cibo corporali, sed etiã absq; memoria eius. Per hoc autem ꝙ Annæ datur filius cuius caput nouacula non debet tangere, significatur actus prædicandi procedens ex contemplatione interiori, cuius caput, id est, intentionem nouacula vanæ gloriæ tangere nõ debet per appetitum laudis humanæ.

A gratia. Ac mea quidem sententia, etiam reuerebatur puerũ suum. Existimabat templum per illum sanctificatũ iri, quando domus ipsius iam erat facta templum, vt quę prophetam ac sacerdotem intra se cõtineret.

a *In vitulis.* in pro cum. vt ibi: *in argento & auro.*

b *Et tribus modiis fa. & amphora vini* Quæ continet tres modios. Nõ intelligitur cuncta simul obtulisse Deo, sed quædã Deo, quædam sacerdoti, vt libenter susciperet puerum in ministerio.

Li. de tradi. Heb. in lib. Reg. Hiero. in Hebræo: *Modio farinæ*, sed vitio scriptorum deprauatum est. Si enim cum tribus vitulis tres modios farinę

B obtulit contra legem fecit, in qua dr̃: Vitulum de armento † tecum. vnum, arietem vnum, agnos Exod. 29. a. anniculos immaculatos 7. in sacrificijs eorum similæ oleo cõspersæ tres decimas p̃ singulos vitulos, duas decimas per arietẽ, vnam decimam per agnũ. Hec verò decima, pars decima ephi erat. Vnde intelligitur, q̃ Elcana nõ obtulit tres modios farinæ, cum tribus vitulis, sed nouem decimas.

C c *Idcirco, & ego commodaui eum, &c.* Nazianzenus. Infans tibi est? Ne occasionem arripiat improbitas, ab infantia sanctitate

Orat. panegyr. in sanctũ Basil.

a ¶ In sacrificio, scilicet, piæ confessionis.

a eum secum, postquam ablactauerat, in vitulis 1

b a Exercitio bonæ operationis. b Gratia eruditionis, scilicet, & fide sanctæ trinitatis instructum, vt posset d'cere: reddemus vitulos labiorum nostrorum, & digne offerret sacramentum corporis & sanguinis domini.

tribus, & vno mõdio farinæ & amphõra vini, & adduxit eum ad domũ domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus, & immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum * Heli. Et ait 2

Scilicet, vt bene suscipias.

Anna. Obsecro mi domine, viuit anima tua *. Ego sum mulier illa, quæ steti † coram te hic orans dominum pro puero isto. Oraui, & dedit mihi dominus petitionem meam quam po

c stulaui eum. Idcirco & ego commodaui eum

Scilicet quandiu vixerit.

domino cunctis diebus, quibus fuerit accom-

d modatus domino. Et adorauerunt ibi domi- 3 num: Et orauit Anna, & ait.

D ctitate imbuatur, ab ipsis vnguiculis Spiritui cõsecretur. At, propter naturæ imbecillitatẽ Baptismo signari metuis? Quã abiecti animi, pusillæq; fidei mater es. Atqui Anna Samuelem, prius etiam quam procreatus esset, Deo promisit, atq; in lucem editum statim sacrosanctum fecit, ac cum veste sacerdotali educauit, nihil humani verita, sed Deo fiducia inixa.

✠ Chrysostomus. Adduxit puerum, ac reliquit. Nec puer a mamma diuulsus, molestè tulit, sed ad dominum respexit, qui matrẽ creauerat. Nec ipsa mater doluit a puero seiũcta, propterea quod naturalẽ

E affectum uicit interueniẽs gratia: & vterque se alteri conuiuere existimabat.

* ipsi.

d *Et ado.* Non inuenitur orare in hoc cãtico, nisi per duo verba tãtum. Vnum est vbi dicit: *Lætata sum in salu. tuo.* Alterum ibi: *Quia non est Deus præter te.* Sed iustus orat sine intermissione, q̃a nõ desinit bene agere, vnde: *Eleuatio manuũ mearũ sacri. vesper.* Leuat manus, qui leuat actus. Mose leuante manus vincit Israel, dimittẽte verò vincit Amalec, quia dum eleuat actus famulus Dei, vincit plebs Dei: si autem dimiserit, vincit Amalec inimicus Dei.

* domine. Orig. ho. de Helca Rabbanus in hunc locum. Infra 2. a. Ibidem. 1. Thes. 5. c. Psal. 104. Exod. 17. c. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In vi. tri. *Postea dicitur:* Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. *Ex quo videtur, q̃ vnum vitulum obtulerũt in sacrificium domino & alios duos obtulerunt Heli sacerdoti, quia puerum dimittebant in cura ipsius, vnde subditur.*

2 Et ait Anna. Obsecro. *Et subintelligitur, q̃ iste puer sit discipulus & minister eius. Cætera patent in litera.*

3 Et ado. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio pro beneficio recepto, & hoc fit in cantico Annæ; In quo primò gratiarum actio redditur, secundò Anna contra superbiam & ingratitudinem inuehitur, ibi:* Nolite multiplicare loqui sublimia. *tertiò Dei magnificatio subditur ibi:* Domini enim sunt cardines. *Circa primum dicitur;* Et adorauerunt ibi dominum, *quia gratiarum actio est, quędam species orationis, vt habetur. 1. ad Timoth. 2. vbi dicitur sic;* Obsecro igitur primò omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones, &c.

CAPVT II.

Cõ. in hunc locum.

a Exultauit cor. ✠ Procopius. Canticum hoc Annæ dignum est admiratione. Nõ enim pro beneficijs acceptis authorem modò bonorum celebrat, sed etiam prophetiã hymno admiscet, pterea gratiæ quoq; filio collatæ particeps facta est. Nã cum prophetam in vtero gestaret, post partũ & ipsa p̃phetauit. Sic & Elizabeth Ioannis filij, & Maria Christi Seruatoris gratiam participauit.

Luc. 1.

Com. ✠ Rupertus. Quæ canit, hæc & prophetissa est, & eadẽ qua fœcunda facta est, gratia, quã & proprio nomine significat, Anna quippe interpretatur gratia. Non tam sua propria pręsentia, quam totius sanctæ Ecclesiæ

Ecclesię futura bona communia prophetat ac prędicat.

✠ Euthymius q. d. Cor meum, quod ob sterilitatis dolores laxatum, & molle effectum fuerat, nunc confirmatum est, consolidatumq;, & corroboratũ a domino. Exaltata quoque est gloria mea propter Deum meum: nam post filij partum gloriam adepta sum.

Com. in Canticum 3.

CAP. II.

a ¶ Gaudete In domino semper, &c.

a Xultauit cor meum in 1

a ¶ Quia non in laude hominum, non in vanitate. b ¶ Q...

dõmino, & exaltatũ est 2

a ¶ Exaltabuntur cornua iu ti, qua a de apicibus crucis Christi conferetur hæc cornua iu tis, in his vẽtilamus & de minus demones animæ nostræ insidiantes. b ¶ Nõ in se.

b cornu meum in dõmi-

c no: Dilatatũ est os meũ 3

super inimicos meos, quia lætata sum † in 4

✠ Hierony. Cornu, filium vocat: quia q̃n sine filio erat absque cornu videbatur sibi esse.

Lib. de tradit. Hebr.

Raban Augu. Dicat hoc ecclesia gratia plena, prole fecũda: quod de se ante prophetatum cognoscit.

Rabban. in hũc locum.

b *Cornu.* regnum ecclesiæ, q̃a aduersa mũdi & desideria carnis transcẽdit, sicut cornu carnem excedit.

2. Tim. 2. b.

c *Dilatatũ est.* Os ecclesiæ prædicatores, quorum doctrina di latata

† vel q̃ me liberasti.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP II.

Gaudium & exultatio differunt.

1 Exultauit. Gaudium propriè loquẽdo est delectatio appetitus intellectiui ab intra in bono adepto, uel in pręsenti. Sed q̃n resultat in signis exterioribus, tũc dr̃ exultatio, & dr̃ quasi extra saltatio. Totaliter autẽ gaudebat Anna de beneficio sibi collato a Deo, secundum illud Psal. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

2 *Et exaltatũ est cor.* Cornu in sacra scriptura accipitur pro motu cordis tendentis in aliquid arduum. Et si careat regula rationis & legis diuinæ dicitur cornu superbiæ. Si autem dictis regulis mẽsuretur, dicitur cornu magnanimitatis vel magnificentia, quod est quando animus ex beneficio a Deo collato in pręsenti per spem tendit ad maius beneficium ex Dei liberalitate consequendum. Sic aũt mouebatur Anna in augmentum gratiæ consequendum à Deo in vita præsenti, & complementum glorię in futuro.

3 *Dilatatum est.* Ad Deum apertè & magnificè laudandum de collato mihi filio, & quia Phenenna & liberi eius de hoc torquebantur, ideo subditur.

4 *Super inimicos.* Odiebat enim eorum malitiam, sed diligebat naturam secundum charitatis formam.

✠ 1 Non

MORALITER.

✠ 1 *Et arauit Anna, & ait. Exulta, &c.* Per Annã, que gratia interpretatur ecclesia significatur: nam & tempus ecclesię tempus gratię nominatur, dicit Grego. *Exulta.* pro multiplicatione filiorum in domino credentium.

2 *Et exaltatum est cornu meum in domino:* id est, Christus, qui defensor est ecclesię, propter quod de ipso dicitur Luc. 1. g. *Erexit cornu salutis nobis. &c.*

3 *Dilatatum est.* In prędicatoribus & doctoribus & sacris eloquijs Iudęos & hęreticos confundentibus.

latata est super inimicos, quia excessit scientiam scribarum & Pharisæorum.

Dilatatum est. Raban. Aug. Quia sermo Dei, non est alligatus in pressuris, non in præconibus alligatus.

Raban. Augu. Christo, quem puerum amplectitur senex Simeon & cognoscit magnum dicens: *Nunc dimittis seruum tuũ Domine, secundum verbum tuum in pace Quia viderunt oculi mei, salutare tuum.* Si legatus fuero in salutari Dei, tunc dilatabitur os meum per meditationem, scilicet, verbi Dei venitur ad eleuationem cordis. vnde: *Os nostrum patet ad vos, o Corinthy, cor nostrum dilatatum est.* Ex latitudine cordis ministratur sapientia ori.

Aug. lib. 17. de ciui. c. 4. Lucæ 2. d. 2. cor. 6. e.

✻ Euthimius. *Dilatatum est os meum*, & maiori cum libertate, atque imperterritè admodum locuta sum. Per inimicos autẽ eius, intelligendi sunt Phenenna, atque illius cognati: qui eo vsque de Annæ sterilitate exultauerant, & multis eam opprobriis affecerant. *Lætata sum in salutari tuo*, quod scilicet, in me factum est. Salutem enim præstitit mihi hæc proles, cũ antea præ immenso atq; immoderato dolore periclitarer.

a *Non est san.* Orig. Rab. præter te domine, quia nemo fit nisi a te, & si sunt, qui dñr dij multi, & dñi multi, nullus tamẽ eorum naturaliter est id quod Deus est: quia ipse est solus, q ait; *Ego sum, qui sum.* Exod. 3. d. vmbra enim ad comparationem corporis non est, vel fumus ad comparationem ignis.

b *Vt est do.* Raba. Augu. Non dicit nisi dominus: *sed nullus est sicut dominus*, sanctus & sanctificans, iustus & iustificans.

c ✻ *Non est fortis, &c.* R. Dauid. Kimhi. Idcirco Deum fortẽ appellat, q. vi sua potuerit ipsius naturam immutare.

✻ R. Leui. In secundis causis nihil est, quod ita res fingere ac formare valeat, sicut Deus.

✻ Euthymius. Dominus sanctus est & purus, quia nullam alicui occasionem mali præstat: sed omnia cum ratione administrat. Iustus est, neque enim sustinuit me amplius in miseria versari, & male audire.

d *Nolite.* Redarguit Iudeos & sapientes seculi, extollentes se contra scientiam Dei. Salomon: *Altiora te ne quæsieris.* & alibi: *Deus in cœlo, & tu super terram, sint pauci sermones tui.*

✻ Euthymius. Sermo est ad Phenennam, & illius cognatos: & ad omnes alios, qui in fœlicitate aliqua constituti gloriantur. Nolite loqui, inquit, sublimia, propter excellentiam atque præstantiam vestram.

e *Vetera, &c.* Quæ ad veterem hominem, i. carnalem cõuersationem pertinent. scientiã inquirite, quæ nõ est nisi a Deo: quia ipse est scientiarum dominus in quo sunt omnes thesauri sapientiæ.

† Ipsi directa sunt opera: Alii sic ei tamẽ numerata sũt opera, sub audi hominũ qa ipse facit quẽ admodũ vult & non homo. Alij ipsi soli numerata sũt opera, quia solus ipse potest quicquid vult Alii, ipse præparat opera, vel conatus. Lxx. Deus præparatur ad inuẽtiones suas.

† valde sublimia i. superbè loqui.

a b salutari tuo. Nõ est sanctus, vt est dominus, 1 c neque enim est alius extra te, & non est for- d tis sicut Deus nr̃. Nolite multiplicare loqui 2 e † sublimia, gloriantes? Recedant vetera de 3 f ore vestro: quia Deus scientiarum dominus 4 g h est, & † ipsi præparãtur cogitationes. Arcus 5 i fortiũ superatus est, & infirmi accincti sunt 6 k robore. saturati prius, pro panibus se loca- 7

a ¶ Ipse enim sal. fa. po. su a pec. eorum. ¶ Immutabilis sicut tu. a ¶ Altiora capacitatem intellectus transcendentia. b ¶ Vaniloquia vel turpiloquia. a ¶ Spiritus omnia scrutatur. a ¶ Id est, intentio Iudæorum, vel disciplina philosophorum, quia de se præsumebant, & necesimpicitatem deridebant. ¶ Repleti. ¶ Vel pane.

✻ Hieronymus. In Hebræo habetur: *Exeant vetera.* Et est sensus: Exeant humilia de ore vestro, de quo antea grandia & superbia exibant. Quibus verbis Phenennam, & filios ei° increpat; quæ ob fœcunditatẽ sibi concessam, contra Annam eleuabatur.

Lib. de tradit. Hebr.

f ✻ *Deus scientiarum Dominus est, &c.* R. Dauid Kimhi, Deus vocatur sciẽtiarũ, numero multitudinis, vt eum sapientissimũ esse intelligamus, vt qui vel particularia omnia intuetur.

✻ Euthim. Nec apparentia tãtum atque aperta cognoscit, sed ipsa etiam occulta. Vnde temeritatem & iactantiam vestram, & meam humilitatem perspiciens, iustè inter nos iudicabit. Sibi ipsi quoque dispensationes præparat, Vel, parat consilia sua.

g *Ipsi præparantur.* Quia aufert se à cogitationibus, quę sunt sine intellectu, vel ipsi præparantur cogit. i. manifestantur, vnde: *Dominus nouit cogitationes hominum.*

h *Deus scientiarum.* Rab. Aug. Ipse vos scit, & vbi nemo scit. vnde: *Qui putat se aliquid esse cum nihil sit, seipsum seducit.* Hæc dñr aduersarijs ciuitatis Dei ad Babylonem pertinentib. de sua virtute confidentibus. Ex quibus sunt Iudæi, qui ignorãtes Dei iustitiam, i. quam dat homini Deus: qui solus & iustus & iustificans, & suam volentes constituere, velut ex se sibi parata non a dño impertitam, iustitię Dei non sunt subiecti. Sed Deus scientiarum & arbiter conscientiarum, videt cogitationes hominum, qm̃ vanę sunt. Vanæ, quia propriæ hominum sunt, & ab illo non sunt a quo homines sunt.

Rabban. in hũc locum.

h *Arcus fortium.* ✻ Hiero. Arcus Aegyptiorum, i. fortitudo & potentia superata est: & infirmi, i. Israelitę, confortati sũt. Aliter. Arcus, i. fortitudo & superbia Phenennæ, qua in filiis gloriabatur, superatã est: & Anna, quæ ob sterilitatem infirma erat, accincta est robore filiorum.

✻ Euthym. Per arcum, vires, seu arma intelligit: quamplurimis enim conueniunt hæc verba.

Rab. Aug. Idest, intentio eorum, qui sibi potentes esse videntur. vt sine Dei auxilio diuina possint implere mandata.

i *Et infirmi.* Rab. Aug. Qui in Dei pietate confidunt, dicũt: *Miserere mei Deus quoniam infirmus sum.* Infirmus erat Gentilis populus, quando a testamento Dei alienus, nunc autem pręcinctus robore, cum indutus scuto fidei & galea salutis, & gladio spiritus poterit ignea tela diaboli extinguere.

Psal. 6. in hunc locum.

K *Saturati prius pro panib.* Repleti prius Iudei. i. mysterijs eloquiorum

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non est sanctus, &c.* Quia ipse est sanctus per essentiam: alij autem per participationem, & hoc modo exponatur quod subditur. *Et non est fortis, &c.*

2 *Nolite multiplicare, &c.* Hic consequenter Anna inuehitur contra ingratam superbiam, quia Phenenna de prole sibi a Deo data superbierat: de quo tñ dẽret esse humilior & Deo gratior, & hoc est quod dicitur: *Nolite multiplicare, &c.* i. superba & aliorum contemptiua, qualia erant verba Phenennæ contra Annam: vt patet ex prędictis ca. 1.

3 *Recedant vetera, &c.* i. mala verba iam quasi ex longa consuetudine inueterata.

4 *Quia Deus scientiarum, &c.* q. d. nihil latet eum: sed omnia certitudinaliter retinet ad iudicandum etiam secreta cordium, ideo subditur: *Et ipsi præparantur cogitationes.*

5 *Arcus fortium.* Arcum fortium vocat linguam Phenennę, & puerorum eius ex qua procedebant verba pungitiua qua si sagittę.

6 *Et infirmi, &c.* Loquitur pro se & sibi similib. natura enim in eum erat infirma & impotens ad prædicandum, sed roborata est ad hoc ex dono Dei.

7 *Saturati prius, &c.* Loquitur metaphoricè, quia prius satiati si postea incurrunt famem & defectum cibi, plus cruciantur, sic fuit de Phenenna, quę fuit prius liberis plena, & postea mortui sunt.

MORALITER.

† *In salutari tuo*, id est, Christo in ipsis principaliter operante Ioan. 16. a. *Sine me ni. po. fa.* ideõ subditur.

1 *Non est sanctus*, id est, Christus, qui dicitur sanctussanctorum, Danielis 9.

2 *Nolite multiplicari loqui, &c.* id est, superba contra Christum & Ecclesiam.

3 *Recedant vetera.* id est, ceremoniæ veteris testamenti.

4 *Quia Deus scientiarum dominus.* Ideo dedit eas simplicibus in nouo testamento, Matth. 11. d. *Abscondisti hæc à sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis.*

5 *Arcus fortium*, id est, scientia Scribarum & Pharisęorum.

6 *Et infirmi*, id est, apostoli simplices & illiterati.

7 *Accincti sunt robore.* In spiritussancti datione per quem facti sunt intelligentes scripturas, & eloquentes in omni idiomate: & ita constantes, quod gaudebant in tribulatione. Actu. 5. g. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

8 *Saturati prius, pro panibus, etc.* id est, sacerdotes & scribæ Iudæorum, qui prius erant repleti notitia legis & prophetarum: ita euacuati sunt bonis spiritualibus, sicut illi, qui pro victu quotidiano semetipsos locant, indigent bonis temporalibus.

quorum pro panibus se locauerunt, i. separauerunt a Deo: vel a proprijs sedibus euulsẽrunt:ne reciperent euangelium agens de pane qui de cœlo descendit. Repleti ijdem, qui & potentes, i. Israelitæ quibus credita sunt eloquia Dei, sed ancillæ filij minorati sunt, qui se subtraxerũt, nec in saluatorẽ crediderunt, & in ipsis panibus, i. diuinis eloquijs tantum terrena senserunt. Gentes autem qui bus non est data lex, postquam per nouum testamẽtum ad illa eloquia venerunt, multum esuriendo terram transierunt, quia in eis non terrena, sed cœlestia sapuerunt. In Græco ita: *Pleni pa nibus minorati sunt: & esurientes trã sierunt terram.*

a *Et famelici*, i. Gentiles prius egentes, panẽ verbi Dei iam gustant, quoniam suauis est. Tandiu pasti sunt scientia Dei.

B In Hebræo *sibeath*: quod significat septem & plurimos.

b ✲ *Donec sterilis peperit, &c.* Euthym. Hic sermo etiam priuatum ac peculiarem respicit casum. Per sterilem enim seipsam intelligit, quæ Dei ope septem filios, hoc est, multos peperit. Solent. n. Hebręi septenario numero vti, quoties multitudinem volunt exprimere. Quod si historiam dicas vnius tm̃ filij meminisse, r̃nderi pot, quod Samuelem dignum ꝑ multis intelligat. Phenenna aũt infirmata est, eo ꝙ a priori decidit superbia, & Anna a viro deinceps magis amata est.

c *Sterilis pepe.* In septenario vniuersitas ecclesiæ designatur. vnde & Ioannes scribit septem ecclesijs ad vnius plenitudinem se scribere ostendens. vnde: *Sapientia ædificauit sibi domũ, & suffulsit columnas septem.* Sterilis erat in gentibus ecclesia anteq̃ iste fętus quem cernimus oriretur. Cernimus ẽt terrenam Ierusalem prius fœcundam, nunc infirmatam: quia quicunq; in ea filii liberi erant virtutis eius, nunc vero ibi q̃m litera est, spiritus non est: amissa virtute infirmata est.

d *Plurimos.* Raba. *Plurimos* in Hebræo & in LXX. habetur *septem.* Iudæi dicunt, ꝙ nato Samuele, mortuus est primogenitus filius Phenennæ: & singulis Annę nascentibus filiis, singuli Phenennæ sunt mortui. Sed Phenenna habuit septẽ: Anna verò quinq;. Sed Hebręi duos filios Samuelis, annumerãt Annæ filijs.

Raban. Sterilem, vel eosdem *mortificat, & viuificat*, quod repetit adiungens, *deducens ad inferos, & re.* vnde: *Si mortui estis cũ Christo, q̃ sursum sunt querite.* Salubriter mortificant, quibus dicitur: *Quę sursum sunt sapite, non quæ super terram*, vt sunt, scilicet, illi qui esurientes transierunt terram. *Mortui enim estis*, inquit salubriter, s. *& vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Idem ergo viuificati, vel viui, sicut *Christus mortuus est propter peccata nostra, & surrexit propter iustificationem nostram*, & q̃a ait: *Non derelinquas animam meam in inferno.* Eundem deduxit ad inferos Deus, & reduxit: hac ei⁹ paupertate ditati sumus.

Marginalia: Ephe. 6. c. Ioan. 6. c. † septem. † Deu. 32. f. Tob. 13. a. Sap. 16. b. † Psal. 12. Apoca. 1. a. Prouer. 9. a. Hiero. lib. tradit Heb. in lib. Reg. Rabban: & Aug. li. 17. de ciui c. 4. Colo. 3. a. 1. Cor. 15. c. Psal. 15.

Gentiles. — a Causa est cur ita factum sit.

a uerunt, & famelici saturati sunt. b Donec sterilis peperit † c plurimos, & quæ multos ha- d bebat filios infirmata est. †e Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. (1–5)

a Hoc est superbos. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

6 Dominus pauperẽ facit & ditat, humiliat & 7 f subleuat. 8 † Suscitat de puluere egenum, & de † g stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum † h

a Humiles. b Cito vt caro eius non videret corruptionem. c Christum, qui pro nobis pauper factus est, vt ditemur. a Supra diuites.

e ✲ *Dominus mortificat, &c.* R. Isaac Alfeci. Tria hominum genera sistuntur in iudicio, perfectè iusti, omnino impij, & mediam sortem tenẽtes. Primi ad vitam futuri seculi scribũtur & obsignantur. Secundi perinde etiam ad Gehennam, iuxta Danielis verba, *Multi ex dormientibus, &c.* Medij quorũ paria sunt merita & demerita, descendunt in Gehennam, ibiq; expectãtes, clamant, & ascendunt, quemadmodum scriptum est: *Dominus deducit ad inferos, & reducit.*

✲ R. Alius anonymus: Dominus mortificat impios, viuificat autem iustos: deducit ad inferos, ad certum aliquod ac definitum tempus: postea verò reducit, & ascendere ex eo loco facit.

✲ Alij Heb. Sunt, qui descendunt in puteum corruptionis, & pro mensura scelerum, ibi plectũtur. Sunt etiam qui post quam pro meritis pęnas luerint, excindũtur, & pereunt. Sũt qui ad finem vsq; anni integri puniuntur, postea aliquanto superius ascendunt, & habitant inter iustos Ac de his quidẽ ait Anna: *Dominus deducit eos ad inferos & reducit.*

✲ Euthym. Dñs omnia potest. Reduxit. n. ex inferis non tãtum Lazari, aut filij viduæ, & filiæ Archisynagoge animas: sed omnes ẽt alias, quando illuc post passionẽ descendit.

✲ Theodoret. Fecitq;, vt post resurrectionem suam corpora resurgerent, & Hierosolymę conspicerẽtur, vt cognoscerent sanctos liberatos esse ab animarum carcere.

f *Pauperem, &c.* Iesum, qui propter nos pauper factus est, & ditat eundem gloria resurrectionis.

✲ R. Leui. Ideo non superbiendum est, si floremus opibus; nec si premamur inopia, desperandum, quia Deus est, q omnia temperat & regit, & cum visum fuerit, ea commutat.

✲ Theod. Futura pdicit. Deprimitur. n. Saul elatus, extollit autem Dauid ab ouibus ad hoĩum curam a Deo vocatus.

g *De puluere.* De corruptione Christum. vnde: *Nec dabis sanctum tuum vide. corrup.*

h *De stercore.* Raban. Iudaico populo in quo cum se dixisset Aposto-

Marginalia: Tracta. Ros hasanath. c. 1. Purgatorii locus. In Catena. Li Sẽ. Tob. tract. 5. Psal. 15. Ibidem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et famelici.* quia Anna prius famelica & desiderans de prole habenda, habuit prolem ad sufficientiam, ideo subditur.

2 *Donec.* In Hebræo hr̃: *Donec sterilis peperit septem.* Sed hoc vr̃ esse ꝯ illud, quod postea dr̃ eodem cap. ꝙ Anna concepit et pepit tres filios & duas filias, & iõ dñt aliqui Hebręi, ꝙ duo filij Samuelis cõputant̃ hic inter liberos Annę: q̃a de ip sa exiuerũt mediãte Samuele: & sic dr̃ peperisse septẽ. Alij vero Hebręi dñt, ꝙ q̃n Anna pariebat vnũ puerũ, Phenenna sepeliebat duos de suis: & iõ nato quarto ipsius Annę puero, octo liberi Phenennę fuerũt mortui, & sic nõ remãserũt sibi nisi duo pueri, q̃a ẜm ipsos, decẽ habuit: vt dictũ est s. 1. c. Igit̃ q̃n vidit, ꝙ Anna q̃ntũ ꝯceperat, & apropĩquabat partui timuit de morte duorũ liberorũ, q̃ sibi remãserũt: pp ꝙ humiliauit se corã Anna: & instanter petijt, vt oraret pro vita puerorũ sibi remanentiũ, ꝙ & factũ est. Et iõ illi duo pueri licet essent ipsius Phenennę, tñ de cętero vocati sũt pueri Annę, eo ꝙ ei⁹ orõnib. erat vita eis ꝯcessa. Istę expositiões nõ hñr de textu: sed ponunt̃ ab Hebręis ad verificãdũ hoc dictũ, *peperit septẽ.* Et iõ melius vr̃ dicendum: ꝙ translatio nostra sit melior, in qua dr̃: *Peperit plurimos.* Ad cuius intellectũ sciendũ, ꝙ dictio Hebraica, q ponit̃ hic, s. sibeath, æquoca est ad designandũ septẽ: & hanc significationem sequuntur hic Hebręi moderni, vt pdictũ est, & ad designandũ satietatẽ, & hãc sig̃natione secutus est translator nr̃: & forsitan illo tpe Hebręi illã seq̃bant̃, ẜcd̃m hoc igit̃ Anna peperit satietatẽ, i. habuerat pueros ad sufficientiã, quã sufficientiã expressit translator nr̃ dicendo: *Plurimos*, ꝙ ꝯuenientius fuit dicere, q̃ si dixisset satietatẽ, vel satis. Scd̃m. n. qđ dicit Hiero. in Epist. ad Pãmachiũ de optimo gñe iterpretãdi: Melior interptatio nõ semp est trãsferẽdo verbũ ex verbo, sed aliq̃n meli⁹ ẽ trãsferre sensũ ex sẽsu: vt ead. veritas diuersis, ꝓprietatib. idiomatũ applicet̃.

3 *Et quæ mult. habebat.* quia sicut Anna multiplicabatur ĩ ꝓle, ita Phenenna diminuebatur, secundum quod dicunt expositores Hebręi & catholici.

4 *Dominus mortificat.* pueros Phenennę.

5 *Et viuificat.* pueros Annæ.

6 *Deducit ad inferos.* In Hebręo hr̃: *Ad fossam.* i. sepulchrum.

7 *Et reducit.* quia aliq̃n contingit, ꝙ aliqui de quorum sepul pultura iam tractatur ad vitam reseruẽtur: sicut de Ezechia habetur 4. Regum 20. pro humiliatione sua coram domino.

8 *Dñs paupe.* quia de diuitijs & honoribus frequenter dejicit ✲ aliquos

MORALITER.

1 Et *famelici*, i. apostoli prius illiterati per Spiritumsanctum scientia Dei sunt repleti.

2 *Donec steri. &c.* i. gentilitas quæ sterilis erat in bonis operibus ad prædicationem apostolorum valde fructificauit.

3 *Et quæ multos habebat filios infirmata est.* id est, Iudæa, quę ꝑ infidelitatem est infirmata.

4 *Do. morti.* Iudęam, dimittendo eam cadere in infidelitatẽ.

5 *Et viuificat.* Gentilitatem per fidei susceptionem.

6 *Deducit ad. &c.* Iudęos obstinatos, dimittẽdo eos deduci.

7 *Et reducit.* Gentiles ab idololatria, per quam digni erant inferni pęna, reuocando.

8 *Dominus pau. f.* Populũ Iudaicũ obstinatũ spualibus bonis

† *Et ditat.* Eis Gentilem ad se conuersum.

† *Humiliat.* Iudæos in captiuitate dispersos.

† *Et subleuat.* Conuersos Gentiles Iudęis dominantes. Aliter potest exponi de eadem persona ab illo loco. *Dñs mortificat.* per carnis afflictionem. *Et viuificat.* per spiritus consolationem. *Deducit ad inferos.* per considerationem pœnæ. *Et reducit.* per emendationem vitæ. *Dominus pauperem facit*: in tẽporalibus. *Et ditat.* in spiritualibus. *Humiliat.* in præsenti. *Et subleuat.* in futuro.

† *Suscitans de puluere egenum.* in futura resurrectione.

† *Vt sedeat cum prin.* in throno gloriæ.

Apostolus ecclesiam persecutum, *quæ mihi, inquit, fuerunt lucra propter Christum æstimaui stercora.*†

a *Principibus.* Raba. quibus dicitur: *Sedebitis super sedes 12. iudicantes duodecim tribus Israel.*

✠ Tertul. Anna mater Samuelis, spiritu Deo gloriam reddens, qui inquit excitat pauperem de terra, & mendicum, vti sedere eum faciat cum dynastis populi, vtique in regno suo, & thronis gloriæ, vtiq; regalibus.

✠ Idem. Puto iam alibi satis commendasse nos diuitiarum gloriam damnari a Deo nostro, ipsos dynastas detrahente de solio, & pauperes alleuãte de sterquilinio.

✠ Theodor. Possunt sanè discipuli sup duodecim solijs gloriosè sedere, Iudæos iudicantes: & cæteri fideles futuri splendere, & in requie esse, quod solium indicat.

b *Solium glo.* in æqualitate patris sedendo, & quia *pater omne iudicium dedit filio, & quia regni eius non erit finis.*

c *Cardines terræ.* Quatuor, scilicet, plagæ mundi, in quibus dilatauit orbem ecclesię, quæ *a solis ortu vsque ad occasum laudat nomen domini.*

Mystice. Predicatores, super quos orbis, id est, ecclesia, fide eorum stabilitatur, de quibus dicitur: *sub quo curuantur, qui portant orbem.*

✠ Hieronym. In Hebræo habetur: *domini sunt afflicti terræ.* Hoc nomine pauperes spiritu & humiles corde intelligunt, super quos dominus orbem posuisse dicunt: quia eorum meritis terram stare autumant.

d ✠ *Non in fortitudine sua, &c.* R. Leui. Sæpe fit, ut princeps potentissimus ab infirmiori superetur, quia non est fortitudo hominum, vt paretur victoria: sed quoniam iusti Deo curæ sunt, ideo vincunt.

e *Dominum formidabunt.* quia infirmũ faciet aduersariũ eius. Potest ex ambiguo Græco intelligi, & aduersarium suũ. Cũ enim dominus possidere nos incipit, aduersarius noster ipsius fit, & vincitur a nobis non virib. nostris: quia nõ in virtute propria potens est vir. *Domi.* Aduersarij Iudei, sup quos in celis, i. Apostolis dñs tonauit, qñ eos terruit gehennam minãdo, minas signis firmãdo: vnde multi conuersi sunt. Vel formidabunt in iudicio, quem hic aduersantes contempserunt, super quos tonabit, dicens: *Ite in ignem æternum.* Quod ne omnibus cõtingat dominus quotidie in cœlis, id est, scripturis & doctoribus tonat.

f *In cœlis.* Rab. Quia iusta retributio futura est in die iudicij, sed interim tonat de nubibus suis, quas Spiritu sancto impleuit postquam celos ascendit.

✠ Theodoret. & Procopius. Vaticinatur de ascensione Christi: de missione & aduentu Spiritus sancti: & fœlici successu prædicationis Apostolicę: de secundo aduentu Christi. Ipse enim cum iustus sit, iudicabit fines terræ. Præterea etiam de maioribus ipsius secundum carnem, qui a Dauide vsque ad captiuitatem durauerunt. Dabit enim robur, inquit, regibus nostris. Docet etiam non fidendum diuitiis, non sapientiæ, non potentiæ, sed ei soli, qui potest & vitam suppeditare, & mutare res bene gestas in malè gestas, & res aduersas in secundas.

g *Fines.* Extrema hominis: quia non iudicabuntur, quæ in melius vel deterius medio tempore commutantur, sed extrema in quibus fuerit inuentus.

h *Et dabit,* id est. Christo.

i *Imperium,* id est, ecclesiam. vnde: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Vel imperium, id est, potestatem iudicandi: qa omne iudicium dedit filio.

K *Regi.* Raban. Christiano populo cui dat virtutem regendi carnem, vt in eo vincat mundum, qui propter eum fudit sanguinem suum.

a Christi

Marginalia: Phil. 3. b. † detrimenta; Matt. 25. c.; I. 4. adu.; Mar. c. 14.; Cap. 28.; † 49. dist. c. 1. post principium.; Ioan. 5.; † fortitudinem.; Psal. 112.; Iob 9.; Lib. de tradit. Heb.; Matt. 25. d. † Hereditare faciat eos.; † vel, nemo in fortitudine sua erit fortis † vel Domine côterantur rixę ei.; Psal. 2.; Ioan. 5. d.

[Text:]

a ¶ Vt det eis hæreditatem, id est, sedem gloriæ. b ¶ Quia dominantur a mari vsque ad mare.

a principibus & b solium glorię teneat. Domini 1 enim sunt c cardines terræ, & posuit super eos † orbem. † Pedes sanctorum suorum seruabit, 2 & impij in tenebris conticescent: quia 3 non 4 d in fortitudine sua roborabitur vir. † e Dominũ formidabunt aduersarii eius, & super ipsos in f cœlis tonabit. Dominus iudicabit 5 g fines terræ, & dabit h imperium i regi k suo, & sublimabit 6 7

Interlinear: a ¶ Id est, quatuor plagæ mundi. a ¶ Id est opera electorum. b ¶ In via iustitiæ diriget. a ¶ Inferni, vbi erit fletus & stridor dentium. b ¶ Ab arrogantia cessabunt. a ¶ Sed Dei, b ¶ populus fidelis. a ¶ Iudæi. Peccatores. Damnati. b Iudæos. Peccatores. Damnatos. a Apostolis. Scripturis sanctis. b Poenas vero. Iudicia. c Non solum mediterraneas regiones, sed & extremas. Extrema hominis. a Ecclesiam. Carnem regendi. b Christo. Populo Christiano.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ aliquos propter eorum superbiam: & aliquos pauperes & abiectos eleuat ad diuitias & honores, propter eorum humilitatem, per hoc innuit Anna, q sic factum est a domino de ipsa & Phenenna.

1 *Domini.* Hic consequenter ponitur Dei magnificatio: & primò quantum ad potentiam, & hoc est in actu creationis, cum dicitur: *Domini.* Secundò quantum ad sapientiam, in actu gubernationis, cum dicitur.

2 *Pedes.* dirigendo eos in via morum. Tertiò, quantum ad eius iustitiam in actu debitæ punitionis, cum dicitur.

3 *Et impii.* s. in tenebris culpæ, & postea in tenebris gehenę.

4 *Quia non.* quia per potẽtiam secularem nullus poterit manum Dei euadere.

5 *Dominus.* in iudicio extremo.

6 *Et dabit.* i. ipsi Christo, cui pater dedit iudicium, vt habeť Ioan. 5. d. Et quia iudicabit in forma humanitatis, in qua fuit coram Pilato iudicatus, ideo sequitur.

7 *Et sublimabit.* i. vncti sui. Christus enim in humanitate fuit vnctus plenitudine gratię. Licet autem Christus appareat in iudicio in forma humanitatis, tamen non erit infirmitati subiectus, sicut fuit coram Pilato. Sed apparebit in forma gloriosa omni creaturæ, etiã supremis angelis prælata. Ideo bene dicitur: *Et sublimabit cor.* i. potestatem. *Christi sui.* Tunc. n. potestas Christi sublimabitur, quando omnia ei perfectè subijcientur, qđ nõ est adhuc impletum, secũdum quod dicit Paulus Apostolus Hebr. 2. b. *Nunc autem necdum videmus omnia esse subiecta ei.* Ad cuius intellectum considerandum, q in Christo est duplex natura, scilicet, diuina & humana. Secũdum diuinam omnia plenè sunt ei subiecta, nec potestas eius deprimi potest, aut sublimari, cum sit infinita. Secundũ vero naturam humanam sublimata est potestas Christi, & adhuc sublimabitur, licet enim ab instanti illius sanctę vnionis naturæ diuinæ & humanæ in supposito verbi omnia plenè subiecta fuerint humanitati Christi authoritatiuè, non tamen executiuè. Primum patet, quia quanto aliqua sunt deitati propinquiora, tanto alia sunt ei magis subiecta: sicut patet de elementari regione, quę tota subiecta est lationi astrorum, vt omnis virtus eius inde gubernetur, ut dicitur. 1. Meteororũ. Corpora vero cęlestia subiecta sunt angelis siue intelligentijs mouẽtibus ea: & iterum angeli inferioris & mediæ Ierarchiæ, subiecti sunt angelis Ierarchiæ superioris. Natura autem humana in Christo ab instanti vnionis prædictę propinquior fuit deitati omnibus angelis: quia vnita est ei in esse hypostatico. Angeli enim quantumcunq; supremi non sunt ei sic vniti, quia nusquam angelos apprehẽdit, vt dr̃ ad Hebr. 2. sed tantum per operationem, s. per apertam visionẽ & fruitionem perfectam: & ideo ab instanti vnionis pdictæ oĩa sunt subiecta Christo hoĩ authoritatiuè. Secundum similiter patet: quia ante resurrectionem natura humana in Christo fuit passibilis & subiecta pœnalitatibus ad cõplendũ mysterium nr̃e redemptionis, & sic nõ fuerunt ei oĩa subiecta executiuè. Sed qñ resurrexit ad vitam immortalem, natura illa fuit plenè gloriosa in aĩa & corpore, & per consequens potestas eius tunc fuit sublimata, propter quod tunc dixit ✠ Apostolis

Marginalia: Quomodo Christo omnia sint subiecta.

MORALITER.

1 *Domini enim sunt, &c.* id est, prelati, & principes dominantur tantum in terra & non in cœlo, sicut beati.

† *Et Posuit.* i. curam orbis spiritualem & temporalem.

2 *Pedes* ne corruant in foueam mortalis culpæ, & inde in foueam gehennæ.

3 *Et impii,* scilicet, culpę & postea gehennalis miserię.

4 *Quia,* scilicet, corporali & temporali.

† *Roborabitur.* Eo, q est defectiua.

† *Dominum.* id est, dæmones & peccatores obstinati.

† *Et super ipsos.* in illa sentẽtia terribili. *Ite maledicti, &c.* Matthei 25. quę dabitur in cœlo aereo.

5 *Dominus.* id est, homines de omnibus finibus terrę.

6 *Et dabit imperium.* i. Christo homini: quia tunc omnia perfectè subijcientur ei. Ideo subditur.

7 *Et sublimabit,* scilicet, id est, ipsius potestatem.

† Robo- 1 Et erat

a *Christi sui.* Christiani populi chrismate uncti, totum tñ corpus cum capite suo unus est Christus. Hæc Anna prophetauit mater Samuelis, in quo tunc figurata est mutatio veteris sacerdotij, & nunc impleta, quando infirmata est fecunda, vt nouum haberet sterilis in Christo sacerdotium.

Rabba nus in hunc locum. A

b *Heli.* Interpretat̃ extraneus, a Deo enim alienus est, qui subditos non corrigit. Ophni infamia conuersionis, meritò autem sic vocatur, qui differt conuerti in melius. Phinees oris obduratio, vel ori parcens. Duos Phinees sacerdotes legimus. Alterum iustum Eleazari filium alterum iniustum filium Heli. Sacerdotes, qui custodiũt os suum, ne exeat inde aliquod prauum, in filio Eleazari signãtur. Qui autem os habent obturatum, vel imperitia, vel peccatorum conscientia, in filio Heli figurantur.

Rabbanus. B C D

c *Porrò.* Theodoretus. Heli fuit ex genere Ithamar. Sed propter filiorum nequitiam, totum genus fuit priuatum honore pontificali. Docet.n. historia, quanta admiserint flagitia.

✠ Augu. Dico filios Heli eius ætatis fuisse, qua possent & deberent pro sacrilego ausu, quo se domino in sacrificiis præferebant, digna coerctione cohiberi. Quod neglectum Deus bello vindicauit.

Lib. 1. cont. aduers. leg. cap. 16. E

✠ Eugerius. Filii Heli diuina sacrificia temerantes peccabant coram domino: & deridebant per eos multi sacrificia domini. Vnde Heli sacerdos pro eorum iniquitate dãnatus est,

Com. in hũc locum. F

a ¶ Cornu Christi, capitis, scilicet, & membrorum regnum sublime monstrabitur, quod nunc ab infidelibus despicitur.

a cornu Christi sui. Et abiit Elcana ĩ Ramatha in domum suam. Puer autem erat mini- 1 b ster in conspectu Domini, ante faciem He- c li sacerdotis. Porrò filii Heli, filii Belial 2

a ¶ Absque iugo, absque domino.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ apostolus Mat. 6. d. *Data est mihi, &c.* Et adhuc sublimabit ĩ futuro iudicio qñ sñia eius quã proferet in nã humana, vt pdictum est pfectè implebit in oibus tam in electis q̃ in dãnatis, & ſm h. d. hic: *Et sub.* Sciendũ aũt, q. Ionathan filius Ozihel in translatione Chaldaica alter exponit canticũ Annæ pdictum, cuius sensum accipiam prout potero, addendo et aliqua ad maiorem intellectũ. Dicit igit̃, q. Anna per spiritũ propheticum cognouit statum Iudæorũ futurũ tpe filii sui Samuelis & tpibus sequentibus: & ſm hoc prophetiã suã ptulit p modũ orationis & diuinæ laudis, sicut & psalmi sunt qdã prophetię prolatę p modũ laudis diuinę. Dicit igit̃, q. Anna primò spũ prophetico cognouit filiũ suũ Samuelẽ futurũ pphetã magnũ in Israel: & facturũ signa & mirabilia, sicut patet, j. 7. c. q. ipso offerente sacrificium pro filiis Israel; dñs intonuit fragore magno, & exterruit Philisthęos, & debellauit. Et j. 12. c. Samuele rogante Deũ, dñs dedit voces & pluuias ɔ̃ solitũ cursum nãę: vt p hoc ppls Israel petẽdo regẽ cognosceret se peccasse, vt hr̃ ibidẽ. Cognouit et, q. tpe filii sui Israelitę de seruitute Philisthinorũ essent liberãdi saltẽ in parte, & ſm hoc dixit: *Exultauit cor meum in dño:* pp prædicta. Secundò cognouit in spiritu prophetico, q. filius, filii Samuel, s. Heman cum quatuordecim filijs suis futuri erant cantores diuinarũ laudũ in templo dñi, vt hr̃. 1. Parali. 25. & pp h. d. *Et exaltatum est cor meum*, i. gloria mea in Deo meo. Tertiò vidit Anna p spũm pphetię, q. Philisthei pp captionem arcæ & deductionem in terram suam percutiendi erãt à dño: intantum, q. compellerentur eã remittere super plaustrum nouum cum emẽda pro peccati sui recognitione, ponẽdo in capsella iuxta arcã mures aureos & Anos aureos: vt hr̃ j. 6. & pp h. d. *Dilatatum est os meum*, ad narrandum vindictam dñi, *super inimicos meos*, i. Philisthęos, qui erant inimici populi Israel, *quia lętata sum in salutari tuo*, in hoc q. coges hostes remittere arcam modo predicto. Quartò vidit Anna, q. Sennacherib dictus foret Assyriorum rex blasphemias ɔ̃ dñm: & q. niteretur destruere ciuitatem Ierusalem & templum, sed ab angelo dñi percuteretur eius exercitus vsq; ad 185. milia virorũ, & sic cõpelleret̃ fugere ĩ terrã suã verecundè, vt hr̃ 4. Re. 19. Et pp hoc dixit Anna: *Non est sanctus, vt est dñs*, qui ipse est sanctus sanctorum, vt hr̃ Daniel. 9. *Neq; enim est alius extra te.* s. verus Deus, quia aliqui dicũtur dij erroneè: sic Iupiter & Saturnus & consimiles, vel participatiuè, vt iudices & viri sancti. *Et non est fortis sicut Deus noster*, quia in momento & p vnicũ angelũ conteret ipsius Sennacherib exercitũ. Quintò vidit futurũ esse, q. Nabuchodonosor rex Babylonis destrueret ciuitatẽ & teplũ, & populũ Israel captiuaret, vt hr̃ 4. Reg. 6. & de hoc multũ gloriaretur, pp q. dixit: *Nolite multiplicare loqui sublimia*, gloriantes de ciuitatis destructione, & populi Israel captiuatione. *Recedant vetera de ore vestro*, i. verba superba, q̃ dñr vetera, quia initium oĩs peccati est superbia, vt hr̃. Eccl. 10. b. *Quia Deus scientiarum dñs est*, quasi dicat, ipse scit tpa futura determinata, in quib. adducet super vos vindictam pp peccata, vñ & postea Nabuchodonosor in furiã versus est, vt hr̃. Daniel. 4. Et Balthasar eius abnepos, ſm Iosephum occisus est. Scd̃m verò alios Hebręos Balthasar fuit eius nepos, cui concordat dictũ Iere. 27. a. *Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis, & seruient ei omnes gentes, & filio filii eius*, nec plures ibi exprimuntur: & Babylon destructa fuit p Cyrum & Darium, vt hr̃. Dan. 5. Et ipsi preparantur cogitationes: quia *homo videt ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor.* vt hr̃, j. 16. b Sextò vidit, quòd Græci affligturi essẽt filios Israel tpe Antiochi illustris, qui coegit filios Israel transire ad Gentilem ritum, & in tẽplo dñi posuit abominandum idolum, vt hr̃ 1. Mach. 1. Et q. per Mathathiã & filios eius Græci forent debellãdi, & mũdandũ tẽplũ dñi, vt hr̃ j. Mach. 3. Et pp hoc dicit Anna. *Arcus fortium superatus est*, i. virtus Grecorum est debellata. *Et infirmi accincti sunt robore*, i. Machabęi, qui respectu Græcorum videbantur nullius momenti, & tñ pluries eos superauerunt & de terra Israel eiecerunt, ut patet in processu libri Machab. Septimò vidit ĩ spũ tribulationem futuram Iudæis tpe Aman Agagitæ, & filios Israel liberandos ab illa per Mardochęũ & Esther, vt hr̃ in processu libri Esther. Et quantum ad hoc dixit Anna. *Repleti*, aliàs *saturati prius*, i. Aman & filij eius pleni diuitijs & delitijs tpalibus. Pro panibus se locauerunt, quia pro seruanda & sustẽtãda vita sua libẽter supposuissent se seruituti Esther & Mardochei, vñ Esther 7 dr̃, q. Aman rogauit Esther reginã pro aĩa sua, & famelici saturati sunt. i. Iudæi q̃ tũc erãt pauperes & abiecti, p Esther & Mardochęũ fuerunt eleuati p totum imperiũ Assueri. *Donec sterilis peperit plurimos.* i. Ierusalẽ siue Iudęa, q̃ ſm Hebręos modò dr̃ sterilis, eò q. Iudæi q̃ sunt eius filii inde sunt eiecti, & p orbẽ dispersi: pariet tñ plurimos vt dñt, quia in aduentu Messię quẽ expectãt, dñt Ierusalẽ & Iudęã dr̃e repleri filijs Israel ibidẽ de diuersis mũdi partibus congregandis, & dñt q. tunc oẽs aliæ nationes subijcientur eis. *Et q̃ multos hẽbat filios, infirmata est.* i. Roma siue Romanũ imperiũ, q. vastauit Iudæã & dispersit Iudęos, tũc debilitabitur, & ad nihilũ deducet̃. Sed illud q. hic dr̃, de partu sterilis, ſm veritatẽ intelligit̃ de ecclesia q̃ primo videbatur sterilis pp paucitatẽ fidelium: sed *peperit plurimos* in conuersione multitudinis gentiũ ad fidẽ. Et sic exponit Apostolus ad Galatas 4. c. *Lætare sterilis, &c.* Et q̃ multos hẽbat filios, infirmata est. i. synagoga, vt patet p orbẽ vniuersũ. *Dñs mortificat.* Hic pñr ostenditur ſm dictũ Ionathã filij Oziel, vnde pdicta contingant. s. ex virtute diuina, q̃ põt mortificare viuentes, & viuificare mortuos. i. potẽtes huius seculi deducere ad nihilũ, & abiectos & impotẽtes, q̃ quasi mortui & descendẽtes ad inferos pputant, reducere ad pspeꝛũ & potẽtẽ statũ. Et eodẽ mõ exponit̃ q. subdit̃. *Dñs pauperẽ facit & ditat humiliat, & sublevat:* quia ſm ipsum populum Iudaicum quẽ depauperauit & humiliauit per Romanos, ditabit & subleuabit per regem Messiã, & sic eleuabit eũ de stercore vilificationis ad sedem glorię & exaltationis tpalis. *Dñi.n. sunt cardines terræ.* In Hebręo hr̃: *Fortes terrę.* Et posuit super eos orbẽ, quia terra tenet infimũ locũ, sicut in domo fundamentũ. Pedes sanctorũ suorũ seruabit, ne ruãt in culpã, & inde in gehẽnã. Et impij in tenebris pticescẽt, s. in tenebris gehẽnę. *Quia non in fortitudine sua roborauit vir*, quia non põt propria virtute subsistere, nisi diuina virtute sustentet̃. *Dñi formidabunt aduersarii eius.* i. oẽs Gẽtiles, quos vocat oẽs extra sectam Iudaicã existẽtes: & iõ vocat eos aduersarios Dei, & in aduentu Messiæ deterreri & subiugari. iõ subdit̃. *Dñs iudicabit fines terræ*, reddens penam pro peccatis ppetratis. *Et dabit imperium regi suo*, i. Messiæ futuro secundum ipsos. *Et sublimabit cornu*, i. potestatem Christi sui, i. Messię, quod idem significat. Messias.n. Hebraicè, Christus Grecè, & vnctus Latinè idẽ significant. Reges.n. per inunctionem instituebantur, & Iudæi expectant Messiã futurũ regẽ, & dñari tpaliter super totũ mũdum. Ex pdictis patet, q. expectant pdictum Messiam circa cessationem Romani imperii, & ſm veritatem ille, qui tũc veniet in maxima ptãte tpali erit Antichristus, scd̃m qđ dicit Apostolus 2. ad Thessalonicenses 2. a. ubi signũ precedẽs aduẽtũ Antichristi, dixit esse cessationẽ Romani imperii, dicens: *Qm̃ nisi venerit dissensio primum*, i. discessio a subiectione Romani imperij, secundum quod exponunt doctores, *& reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis*, i. Antichristus. &c.

Alia expositio.

Visiones Annæ prophetę.

1 *Puer autem.* Ex hoc patet, q. supra dictum est, s. q. Elcana pater Samuelis fuit de tribu Leui, aliter filius eius non posset ministrare in templo domini.

2 *Porrò.* Hic consequẽter describit̃ malitia filiorũ Heli & Samuelis.

A est, q eos peccantes minus seuera animaduersione plectebat. Equidem coercuit, sed leuitate patris, nō seueritate pōtificis. Qua sñia discant sacerdotes, quomodo filiorum etiā propter scelera puniantur quiq;, & quamuis sancti sint, culpa tamen subditorum eisdem, si non coerceant, imputatur.

a ✠ *Filii Belial, nescientes dominū.* Chaldæus. Timore domini erant destituti.

✠ R. Dauid. Kimhi. Viā Dei nesciebant, hoc est, ius diuinum, & veras ministerii sacri leges.

✠ R. Leui. Curabant prius suā mensam quam altare domini.

✠ Rupert. Tria scelera filiorum Heli scriptura pͤsentat, propter q̄ nominat eos filios Belial. Primum in eo est quod ait: *Omne quod leuabat fuscinula, tollebant.* Nō enim quidlibet, sed certas quasdā portiones debebat sacerdos tollere sibi. Secundum peccatum est in eo, quod adipē accipiebant priusquam hostia incenderetur. Tertium, dormiebant cum mulieribus, &c.

a nescientes dominum, † neque officium sacerdotum ad populum: sed [1] quicunque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & [2] mittebat eam in lebetem, vel in caldariam aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo. Etiam antequam adole[3]rent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti. Da mi[4]hi carnem † vt coquam sacerdoti; non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam. Dicebatque illi immolans: Incendatur primū iux[5]ta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat anima tua. qui respondens aiebat ei; Nequaquam. Nunc enim dabis, alioquin tollam vi. † Erat ergo peccatum puerorum grande nimis co[6]ram domino; quia † detrahebāt hoīes sacrificio domini. Samuel autē [7][8] b ministrabat ante faciem domini puer accinctus ephod lineo; & tuni[9]c cam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat † statutis diebus, [10][11]

a ¶ Super humerali. ¶ Non eo quo induebatur pontifex: illud enim quatuor coloribus distinguebatur, hyacintho, cocco, bysso, & auro. ¶ Quod minoribus gradibus concessum erat.

Marginalia: † vel cōsuetudo, aut sacerdotū cū populo erat ꝙ quicunq. — † affem. — † sa. di. c. de his verò. — † vel contemnebant. — † annuatim. — Exod. 29. Leui. 7. & 8. — Ioseph. li. 5. antiq. c. 15. — Rabbanus. — Li. quæst. de vet. test. q. 46 — 1. Reg. 7.

D domino. Et in Psalmo: *Fiant Moyses & Aaron in sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.* Quis non aduertat ex hac distinctione, diuisas esse personas dignitatum causa, vt Moses & Aaron sacerdotium adepti noscantur, Samuel verò inter prophetas Deo dignus extitisse habeatur? Si sacerdos fuit Samuel, sine dubio & Helcana pr̄ eius. Sed hic sacerdos nō erat, q͂a ascēdebat de ciuitate sua adorare, & sacrificare, vbi erāt Heli, & duo filii eius sacerdotes domini, & offerre munera sua per sacerdotes tempore competenti secundum quod constituerat Moses. Ad hæc, duas vxores habuit vno tempore, qđ illicitum est sacerdotibus. Sed nec mater illum voto consecrasset domino omnibus diebus vitæ suæ, si natus esset sacerdos: oportebat. n. illum seruire altari. Non erat igitur de genere Aaron, aut sacerdos: sed Leuita. Et quia lex Leuitis adhuc non erat posita, vnoquoq; eorum pro voluntate sua agente, idcirco eūvouit Anna, ne cū cæteris oberraret. Sed ꝯdictores inquiunt, Si sacerdos non fuit, quomodo scriptum est eum sacrificiū obtulisse? Ille dr̄ offerre, cuius oblationes sacerdos imponit super altare. Sic & Saul, & Dauid, & Salomon obtulit hoc genere, i. per sacerdotem. Rursus inquiunt: Hinc vr̄ sacerdos Samuel, q vestitus erat Ephod. Quasi non hodie Diaconi Dalmaticis induantur sicut Episcopi. Ephod etiam Dauid legimus fuisse indutum. Ephod quidem vnum nomen est, sed non vnam rem semper significat. Aliqñ. n. vestis, aliqñ quasi armariolum q portabant sacerdotes ad interrogandū dñm significatur Ephod. Sacerdotes portabant, non vestiebantur Ephod: Reges vero & Leuita Samuel induebantur.

B Refert Iosephus, q Heli sacerdoti erant duo filij Ophni, & Phinees circa hoīes iniuriosi, & circa diuinitatem impij, nulliq; iniquitati parcebant: & alia quidem munera ab oblatoris pp honorem sibimet sequestrabant, alia rapinæ modo tollebant, mulieribus religionis causa conuenientibus contumelias inferebant, aliis violentias facientes, aliis persuadētes donis, nihilque eorum vita a tyrannide pessima differebat. Vnde & Heli pro eorum iniquitate damnatus est, quia minus seuera animaduersione plectebat, & si quidem coercuit, & corripuit: cum lenitate tamen & mansuetudine patris, non seueritate & authoritate pontificis. Discant ergo sacerdotes, quia propter scelera populi punientur, & subditorum culpa illis imputabitur.

b ✠ *Samuel autem ministrabat, &c.* August. Sunt quidam inter nos, qui errorem patiuntur, putantes Samuelem sacerdotē fuisse: i. ex Aaron habere originem, ex cuius progenie constituit dominus nasci, non fieri sacerdotes. Sed nō est natus sacerdos, factus autem nec legitur, nec probatur: igitur in

C absoluto est Samuelē minimè fuisse sacerdotem. Scriptum .n. est de eo: *Innotuit omni populo q̄m Samuel fidelis est propheta Domino.*

E ✠ Procop. Aquila exponit ἐπένδυμα ἐξαίρετον, indumentum insigne. Symmachus, ephod lineum, & vestē exteriorē, siue pallium paruū. Theodotion, ephod, bar & ἐπενδύτην μικρόν.

✠ Theodoretus. Heli videns in eo florentem diuinā gratiam, natum admirabiliter, tabernaculo deseruientem, tanquam sanctum, & Nazaræum, eo honore illum impertiit.

F c *Tunicam.* Tunica quā faciebat Anna. i. gratia, & puero tradebat, inceptiua doctrina ē, qua fideles prima rudimēta accipiunt.

NICOLAVS DE LYRA.

muelis, quæ fuit occasio terminandi regimē iudicum, & inchoandi regimē regum. Primò igitur describitur malitia filiorum Heli. Secundò filiorum Samuelis, c. 8. Prima in duas, quia primò describitur filiorum Heli transgressio. Secundò transgressionis punitio, ibi: *Venit autem vir Dei.* Circa primū describendo filiorum Heli malitiam scriptura simul exprimit Samuelis iustitiam, vt opposita iuxta se posita magis elucescant. Primò ergo exprimitur malitia filiorum Heli, cum dicitur: *Porò filii Heli, filii Belial*, id est, absque iugo legis diuinę. Ideo subditur.

1 *Nescientes dominum neq;.* de mandato filiorum Heli, qui erant sacerdotes sub patre suo.

2 *Et habebat fuscinulam tridentem in manu sua, &c.* i. instrumentum ad extrahendum carnes habens tres dentes.

3 *Etiam antequam.* s. filij Heli, quia ad eorum officium ptinebat cremare adipes sacrificiorū super altare holocaustorū.

4 *Da mihi carnem vt coquam sacerdoti.* In Hebræo habetur: *Da mihi carnem ad assandum sacerdoti*, propter hoc enim volebāt accipere carnem crudam, vt coqueretur & pararetur ad eorum voluntatem contra Dei legem.

5 *Incendatur primum iuxta.* Illud enim de sacrificiis debebatur domino, & ideo primum debebat sibi offerri.

6 *Erat ergo peccatum puerorum.* Dicuntur autem pueri moribus non ætate: quia iam erant homines prouecti.

7 *Quia detrahebant homines.* Propter quod peccatum eorum erat contra Deum: & redundabat in totum populum. Consequenter iuxta istorum malitiam describitur innocentia Samuelis cum dicitur.

8 *Samuel.* nō ī offō sacerdotali, sed ī ministerio sibi ꝯpetēti.

9 *Puer accinctus.* i. est promptus & paratus.

10 *Ephod.* Non est tale vestimentum sicut ephod summi sacerdotis: quod alio nomine dicitur superhumerale, de quo habetur Exod. 28 sed erat quædam vestis linea, qua vtebantur Leuitæ in suis officijs ministrando.

11 *Et tunicam.* In Hebręo habetur: *Et pallium paruum.* Cætera patent vsque ibi.

✠ 1 Et

MORALITER.

6 *Erat ergo peccatum puerorum.* Sic est hodie, qua propter malā vitam clericorum, curatorū & p̄latorum, multi laici tā de principibus quàm de vulgaribus retrahuntur a bonis operibus, & ad mala dilabuntur. Greg. in pastora. Cū pastor p abrupta graditur, ꝯñs est, vt grex ad præcipitium sequatur.

cipiunt. vnde: *Lac vobis potum dedi, non escam*. Superhumerale verò lineū castitatē & continentiam cū bonis operib. signat. Qui.n. dño ministrare desiderat, necesse est, vt castè & continenter viuat, & bonis operibus se exerceat.

1. Cor. 3. a. A

a ✠ *Reddat tibi dominus, &c.* Chrysos. Initio non dixerat, Reddat tibi: sed, *Det tibi Domi*. Verū postea quàm illa Deū fecerat debitorem, ait: *Reddat tibi*, bonam de futuris spem præbens. etenim si dedit cum nihil deberet, multo magis redditurus est postquam accepit.

Homil. de Anna & Samuelis educat.

ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiā, † solennem, & votum suum: & benedixit Heli Elcanę & vxori eius, dixitque ei: Reddat tibi dominus semen de muliere hac, pro † fœnore quod commodasti domino. Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios & duas filias. Et [1] magnificatus est puer Samuel apud dominū. [2] Heli autem erat senex valde Et audiuit omnia [3] quæ faciebant filii sui vniuerso Israeli, & quo[4]modo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. * Et dixit eis: [5] Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio res pessimas ab omni populo? Nolite filij mei Nō est enim bona fama quam ego audio, [6] vt transgredi faciatis populum domini. Si pec[7]cauerit vir in virum, † placari ei potest Deus. [8] Si autem peccauerit in Deum vir, † quis ora[9]bit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui, [10] quia dominus voluit occidere eos. Puer au[11]tem Samuel † proficiebat atque crescebat, & [12] placebat tam Deo, quam hominibus. Ve[13]nit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: [14]

† anniuersariam.

† commodato.

✠ Idem. Tātum hac negotione lucrum fecit Anna, quantū facere par est eam, quę cū Deo habuerit commercium. Reddidit enim ei alterū filium: imò non vnum, neque duos, neque tres, neque quatuor tātum, sed his multo plures, vt iam vsura sortem excederet. Talis est negotiatio, quæ cum Deo geritꝰ: sortem multis partibus conduplicatam reddit. Aemulemur huius mulieris fidem atque tolerantiam, &c.

Homil. de fide Annæ.

b ✠ *Dormiebant cum mulierib. &c.* R David Kimhi. Mulieres illę excubebant pro foribus, cō ꝙ nefas esset mulieribus ingredi atrium tabernaculi.

† congregabāt Lxx. aderant vt s. ieiuniis & orationib. vacarent.

B

✠ Hiero. lib. Trad. Hebr. Dormisse eos dicunt Hebræi cum mulieribus, eo quod post menstrui tp̄s, aut partus, non impleto sacrificio, suadebant eas ad viros suos redire, eisque cōmisceri. Et dormire ideo dicūtur, quia eas dormire cum bona fama viris suis contra pręceptum legis faciebant.

† 50. di. c. aliorū. De pœ. di. 1. §. ꝙ autem.

† vel diiudicabitur cum illo i. quis erit purus vt iudicet cum illo siue vt iudex constituatur cum illo vel pro illo, & dicat, faciemus iudicium inter vos sic & sic: uel quis iudicabitur pro illo. i. quis ingredi ausus erit indicium pro illo cum domino Chald. iterpr. à quo rogabit & remittetur ei?

c ✠ *Quare facitis res huiusmodi, &c.* Theodoret. Horum iniquitas non egebat lenibus medicamentis, sed acerrimis. Oportebat ergo, cum post primam & secundam admonitionem perseuerassent in nequitia, eos a templi ambitu expellere.

✠ Chryso. Homi. 17. in Matt. Cum vita Heli esset irreprehensibilis, tamen quia filios calcantes Dei legem non cum seueritate corripuit, cum illis etiam iure punitus est, & graue subiuit supplicium.

✠ Idem. Lib 3. aduer. vitupe. vitæ Monast. Nāq; & minas ille addere debuerat, & a suo eos conspectu amouere, etiam & verberibus afficere, multoque illis grauius & durius instare. Sed cum intempestiue illis parceret, & suam & illorum salutem perdidit.

✠ Idem. Audite hęc patres, vestrosq; filios in disciplina & correptione domini erudite, cum summa diligentia. Est.n. iuuentus fera, plurimisque indiget institutoribus, magistris, pędagogis, asseclis, &c.

Homil. 9. in 1. Tim.

✠ Hiero. Heli corripuit filios, & punitus est, quia non corripere debuit, sed abiicere. Quid faciet, qui gaudet ad vitia, qui emendare non audet.

Lib. 1. dialo. adu. Pelag.

C

d *Si peccauerit*. Non eo modo peccatur in virum, quo peccatur in Deum: quia peccare in virum, i. ꝯ proximum leuius est & venialius. In Deum vero peccare, id est, a cultu eius recedere, impietatis peccatum est, quod difficilius ponitur, & tardius remittitur. Et cum quis in virū peccat, placato viro facit sibi Deum placabilem. Sed cum quis in Deum peccat, quis orabit pro eo: i. per quem sibi Deum faciet propitium? Non ꝙ nulla sperāda sit venia eis, qui in diuino peccant officio: sed maior est pœna, & tardior venia his qui in reb. Deo sacratis offendunt, quā si verbo vel facto læserint proximum, quia quantò maior gloria, tantò grauior offensa.

Hier. lib. trad. Hebr. in lib. Reg.

D

✠ Chrysosto. Si peccauerit vir ī virum, &c. Plena sunt grauitatis, reuerentiæ, ac pōderis hæc verba, & quę ad statum vitæ melioris reuocare possent eos, qui penitus amentes non essent. Quippe sceleris grauitatem indicant, & quam sit metuendum & cauendum admonent, & quæ illud pęna subsequebatur ostendunt, grauissima, scilicet & intolerabilis. Verum quia non omnia, quæ fuerant agenda, vt ea resecarentur vitia, molitus est, ipse cum illis vna periit.

Lib. 3. adu. vitupe. vitæ monast.

* ecclesiæ uel testimonii.

† iudicabit illū Deꝰ vel iudex dictio Hebręa & Deum & iudicem significat. Chal. interpres nonne adducent corā iudice, & audiet verba illorum, & diuidet inter illos. i. dirimet litem ꝙ inter illos est.

† ambulabat.

✠ Ambros. Lib. 1. de pęnit. c. 8. Quædam interrogationes in sacris literis, quæ negationem inferre videntur, non sunt negatiuè intelligendæ, vt hæc.

e ✠ *Quia dominus voluit occidere eos*. R. Dauid Cum impii peccata peccatis cumulāt, Deus illis postremò iter ad resipiscentiam recludit, partim vt suorum scelerum dent pœnas: partim, vt huiusmodi exemplis pij admoniti, sibi diligentius caueant.

✠ August. Dominus delinquentes deserit, resistentes indurat, & contemnentes condemnat.

Li. de prædest. & grat. cap. 9. Ad arti sibi falsò impos. arti. 10.

E

✠ Idem. Non casus ruentium, nec malignitatem iniquorū, nec cupiditates peccantium, prædestinatio Dei, aut excitauit, aut suasit, aut impulit: sed planè destinauit vnicuique retribuere, pro vt gessit, siue bonum, siue malum.

✠ Idem Nefas est Deo ascribere causas talium ruinarum: qui & si ex æterna scientia pręcognitum habet, quid vniuscuiusque meritis retributurus sit, nemini tamen per hoc quod falli non potest, aut necessitatem, aut voluntatem intulit delinquendi: Si ergo a iustitia & pietate quis deficit, suo in præceps fertur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua persuasione decipitur, sua culpa moritur.

Arti. 13.

f ✠ *Puer autem Samuel, &c.* Chrysosto. Quamquam ætas esset immatura, virtus tamen aderat matura: nam ascendentibus in templū omnibus, multæ pietatis magister factus est. Siquidem dum discunt modum natiuitatis illius, magnum solatium accipiunt spei erga Deum. Nec quisquam viso puero tacitus descendebat, sed omnes glorificabāt illum, a quo præter spem datus erat.

Homil. de Anna, & Samuelis educat.

F

a Patris

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et magnificatus*. Ex quo patet suę bonitatis augmentum.

2 *Heli autem*. Hic reuertitur scriptura ad scribendum malitiam filiorū Heli, quia patri arguenti non acquieuerunt, sed obstinati in malitia remanserunt. Et hoc est quod dicitur.

3 *Et audiuit*. retrahētes eū a sacrificijs dn̄i propter prædicta.

4 *Et quomodo*. Istæ erant mulieres, quæ veniebant, vt purificarentur post partum, ut præcipitur Leuit. 12. & filij Heli solicitabant eas, & aliquas decipiebant.

5 *Et dixit*. Reprehendit eos nimis molliter, propter ꝙ dicit Hieron. super locum istum: Heli pro iniquitate filiorum suorū damnatus est, corripuit quidē eos, sed lenitate patris, non authoritate pontificis, & quia eos tenebatur corripere: ideo non solū pro iniquitate filiorū, sed ēt pro sua fuit punitus.

6 *Vt transgredi*. quia sicut dictū est, ꝑ malitia eorū pp̄ls retrahebatꝰ a sacrificijs debitis, & a debita reuerentia erga Deum.

7 *Si peccauerit*. per orationes & sacrificia.

8 *Si autem*. q. d. remitteturꝰ sibi ꝑ talia, non quia tale peccatum sit simpliciter irremissibile, sed quia de difficili est remissibile. Et per talē modum dicit saluator Matt. 12. *Qui autem dixerit verbum contra Spiritumsanctum, non remittetur ei in hoc seculo, neque in futuro.*

9 *Et non audierunt*. Ex quo patet eorum obstinatio.

10 *Quia dn̄s*. Contrariū aūt vr̄ dici Ezech. 33. c. *Nolo mortem peccatoris, &c.* Dicendum, ꝙ Deus non vult mortem peccatoris per se, sed per se vult iustitiam suam, sicut & bonitatem ad quā sequitꝰ punitio peccatoris, q̄ aliqn̄ fit per mortem corporalem, & aliquando cum hoc per modum gehennę.

11 *Puer autem*. Hic conuertitur scriptura ad describendum Samuelis iustitiam, iuxta filiorum Heli malitiam ratione supra dicta, cum dicitur.

12 *Proficiebat*. ætate, scilicet, & virtute.

13 *Et placebat*. sicut dr̄ de sancto Sebastiano: Necesse erat, vt quem Deus tanta ꝑfuderat gratia, ab omnibus amaretur.

14 *Venit aūt*. Hic ꝯñr describitur transgressionis filiorū Heli punitio: Et primò describitꝰ huius punitionis denūtiatio. Secūdò executio c. 4. Prima ī duas, qa primò denuntiatꝰ ꝑ nuntium extraneū, Scđò per discipulum subiectum 3. cap. Circa

a *Patris tui, &c.* Aaron, scilicet. A Quis enim alius fuit in Aegyptiaca seruitute, qui post liberationem electus sit in sacerdotem? quicunque enim ex eius genere est, cum videt sacerdotium Christianorum pollere per mundum, sibi autem esse subtractum, dolore & mœrore tabescit.

Cõ. in hunc locum. ✠ Eucherius. Quis nunc fideli oculo hæc intuens non videat esse completa? quando quidem nullũ tabernaculum, nullum templum, nullum altare, B nullum sacrificium, & ideo nec vllus sacerdos remansit Iudęis? Ecce dies, qui prenunciati sunt iam venerunt Iudæus cum videt sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi autẽ honorem illum magnum esse subtractũ, deficiũt oculi eius, & defluit anima eius tabe mœroris.

✠ Procopius. Hæc prædictio videtur familiam Heli summo pontificatu deiicere: latenter verò totius Iudaici sacerdotij finem innuit.

Lib. de paradiso. c. 15. b ✠ *Sed quicunque honorificauerit, &c.* Ambrosius. Honorificãtes me, inquit, honorificabo: C honorem bonorum operationis suæ esse declarans. Et contẽplatores mei, non dixit, Honore priuabo: sed honore priuabuntur. Non suæ operationi deputans eorum iniuriam, sed quid futurum esset ostendens.

✠ Rupertus. Quacunque ex domo, quacunq; ex gente sint, siue Iudæus, siue Græcus sit, *qui me honorificauerit, glorificabo eum,* glorioso regno, glorioso sacerdotio, &c. Hæc mihi conditio, hæc mihi seruanda vicissitudo est. Accipito, vt ius, & dicito, qa promissionis fidem irritam fecerim, facilius cœlum & terra, quam hoc verbum transire poterit.

c ✠ *Præcidam brachium, &c.* Hieronymus, & Rupertus. Brachium arcam vocat, & dignitatem sacerdotii. Senem autem sacerdotem magnum dicit. Vbi nunc sacrificia filiorum Aaron, taurorum, hircorum, agnorum & arietum? Præcisum est brachium Heli, brachium sacrificii veteris, &c.

d *Aemulũ.* Rabbanus Aemulus domus Heli fuit, Sadoch sacerdos, q abiecto Abiathar a Salomone sacerdotiũ suscepit. Vñ *proiecit Salomon Abiathar ne esset sacerdos dñi, vt impleretur verbũ dñi quod locutus est super domum Heli.* (3. Reg. 2. e.)

---

1 Hæc dicit dominus: Nunquid non apertè † reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto in domo Pharaonis? Et elegi eũ ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut † ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, 2 & portaret corã me ephod, & 3 dedi a domui patris tui omnia † de sacrificiis filiorum Israel. 4 Quare † calce abiecistis victimam meam & † munera mea, quę præcepi, vt offerrentur in † templo; 5 & magis honorasti filios tuos quã me, vt † comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei? (a ¶ Non contenti parte concessa vobis.) Propterea ait dñs Deus Israel: 6 Loquens locutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in cõspectu meo vsq; in sempiternum. (a ¶ Non quod vmbra æterna, sed veritas.) Nunc autẽ, dicit dominus: 7 Absit hoc à me. 8 Sed quicunq; b honorificauerit me † 9 glorificabo eum. (a ¶ Sicut Samuel.) 10 Qui autem contemnunt me, † 11 erunt ignobiles. 12 Ecce c dies veniũt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. (a ¶ Noui testamenti in quo non est sacerdos secundum Aaron. b ¶ Dignitatem & robur sacerdotij. ¶ Aaron. a ¶ Sacerdos magnus. ¶ Christianum populum.) d Et videbis † æmulum tuum in 13

☞ a Vt

Marginalia: † calcitratis contra. † oblationes meas. † saginetis uos de primitiis. D † manifestauit me. Lib. 1. com. in li. 1. Reg. cap. 9. † uel ut offerret super. † ignita. i. oblationes, quę igni consumuntur. † tabernaculo. E † honorificabo. † contẽnentur. 3. Reg. 2. e. F Infra 8. a. † inimicum in habitaculo.

NICOLAVS DE LYRA.

primum dicitur: *Venit autem.* Huius viri nomen non exprimitur: ideo circa hoc variè dicitur. Ab antiquo dixerunt aliqui, q Phinees, filius Eleazari sacerdotis qui adhuc viuebat. Sed hoc videtur impossibile, quia Phinees ante mortẽ Mosi iam erat ad minus 30. annorum, vel circiter: quia tunc factus fuit Phinees princeps exercitus contra Madianitas, vt habetur Num. 31. Item a morte Mosi vsque ad mortem Heli antequam pauco tempore vir iste Dei venit ad Heli, fluxerunt anni trecenti 57. Quod declaratur sic: quia ducatus Iosue incepit immediatè a morte Mosi. Tempus autem ipsius Iosue quo præfuit, non exprimitur in scriptura: sed continetur sub tempore Othoniel qui ei successit, & hoc tẽpus fuit 41. annorũ, vt habetur Iudic. 3. post ipsum Aod prefuit 80. annis, Iudic. 3. Postea Delbora 40. Iudic. 5. Posteà Gedeõ 40. Iudic 8. Posteà Abimelech tribus annis, Iudic. 9. Post eũ Thola. 23. Iudic. 10. Post Tola, Iair 23. Iudic. 10. Post Iair filii Israel fuerunt sine iudice 18 annis quibus seruierunt Philistheis, & filiis Ammon, vt habetur Iudic. 10. Posta Iephte õfuit sex annis. Iudic. 12. Post eum Abesan annis septem Iudi. 12. post eum Ahialon 10. Iudicum 12. post eum Abdon 8. Iudic. 32. post eum Samson 20. Iudic. 16. post eũ Heli 40. vt hr̃ 1. Reg. 4. qui simul iuncti faciunt annos 357. Alii uerò dixerunt, q iste vir fuit Helias propheta, Sed hoc ẽt vr̃ impossibile, quia ante mortem Heli, iam Helias fuisset 20. anno. & plus cum hic dicatur vir secundum eos. Item a morte Heli vsque ad tempus quo Helias fuit raptus, vt hr̃ 4. Reg. 2. c. fluxerũt anni 208. Quod declaratur sic: quia Samuel præfuit post Heli, cuius tempus non exprimitur: & ideo continetur sub tp̃e Saulis, & istud tempus fuit 40. annor. vt habetur Act. 13. post Saul regnauit Dauid 40. annis 2. Reg. 5. g. post Dauid Salomon 40. 3. Reg. 11. post eum Roboam 17. 3. Reg. 14. post eũ Abia tribus annis, 3. Reg. 15. post eum Asa 41. 3. Reg. 15. post eum Iosaphat 25. 3. Reg. 23 post eum Ioram annis duobus vsq; ad mortem Ochoziæ regis Israel, ut hr̃ 4 Reg. 1. qui anni simul iuncti faciunt annos. 208. Huic autem Ochozię Helias denuntiauit mortem suam vicinam anteq̃ raperetur, vt habetur. 4. Reg. 1. Propter quod, alii dicunt, q iste vir Dei de quo hic agitur, fuit angelus in specie viri. Hebræi autem moderni dicunt q fuit Elcana pater Samuelis à Deo missus ad ipsum Heli arguendum, & pęnam debitam sibi ac filiis suis nunciandum, Ideo subditur.

1 *Hæc dicit dominus. Nunquid non aperte reuelatus sum.* De ista reuelatione aũt hr̃ Exodi 4. vbi dr̃, q Aaron a quo descendit iste Heli, vt dictũ est supra, i. capitulo per domini reuelationem iuit obuiam fratri suo Mosi, & tunc reuelatum fuit sibi q futurus erat summus sacerdos, vt hic dicitur, licet Exod. 4. non exprimatur.

2 *Et portaret ephod coram me,* idest, super humerale, cui coniunctum erat rationale iudicii, vt habetur Exod. 28.

3 *Et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel,* i. omnia ad ipsos pertinentia: quia aliqua de sacrificiis cremabantur ad honorem diuinum, & aliqua erant ipsorũ offerentiũ in sacrificiis pacificorum, vt frequenter supra dictum est.

4 *Quare.* i. contemptibilem reddidistis, quia filii Heli prius accipiebant partem suam, quã pars diuina offerretur, & cremaretur. Et quia aliquando accipiebant pro se illa, quæ debebant Deo offerri: ideò subditur.

5 *Et magis.* Et quia Heli tenebatur filios suos corripere de contemptu diuino, ideo dicitur hic magis honorasse filios suos, quam Deum.

6 *Loquens.* De domo patris sui bene inuenitur hoc scriptũ, quia ipsi Aaron de quo iste Heli descendit, a Deo fuit datũ sacerdotium, vt habetur Exod. 28. Sed de isto Heli, q concessum fuerit a Deo sibi sacerdotium & domui eius, non inuenitur nisi in isto loco. Et ideo dicunt hic Hebræi, q illi qui descenderunt de Aaron per Eleazar, quibus ex ordinatione diuina debebatur sacerdotium ante tempus Heli, fuerũt negligentes in reprehensione & doctrina populi Israel: qui declinabat ad idololatriam & ad alia enormia peccata: iõ iusto Dei iudicio translatum fuit summum sacerdotium de filiis Eleazar ad filios Ithamar in isto Heli. Deus enim suo iudicio iusto mutat tempora & ętates, transfert regna atque cõstituit, vt dicitur Dan. 2. Et eodem modo dicendum est de summo sacerdotio, & aliis dignitatibus.

7 *Absit.* Ex hoc patet, q promissiones diuinæ & collationes alicuius boni habendi futuris tp̃ibus intelligũtur sub conditione, s. si illi quibus fiunt tales promissiones vel collationes benè se habuerint in vtendo. Ideo subditur.

8 *Sed quicunque.* Bene vtendo summo sacerdotio vel alia dignitate.

9 *Glorificabo.* Conseruando eum in statu suę dignitatis.

10 *Qui autem.* Abutendo collata sibi potestate.

11 *Erunt ignobiles.* Quia deiicientur a statu suæ dignitatis.

12 *Ecce dies.* i. potestatem summi sacerdotii, q impletũ fuit tempore Salomonis, qui abiecto Abiathar de summo sacerdotio, qui descenderat de Heli, instituit Sadoch summũ sacerdotẽ, qui descenderat de Eleazar, vt habetur 3. Reg. 2. Et tunc rediit summum sacerdotium ad primam lineam.

13 *Et ui.* i. ipsum Sadoch & posteros eius. Tñ Heli in psona sua nõ vidit hoc, qa mortuus fuit antè p annos 80. Qđ patet qa post Heli Samuel & Saul pfuerũt 60. annis, & Dauid rex 40. vt

A a *Vt deficiant*. Rabb. Augu. vt semper scilicet sit de domo Heli in domo domini, qui in dignitate sacerdotii vidēs aliū substitutum, & se destitutū, deficiat animo & tabescat. Hæc aūt mutatio sacerdotii in Christo plenè completa est quę a Samuele figurata. post Samuelem enim sacerdotes fuerunt de genere Aarō, Sadoch, & Abiathar, & alii vsque ad tempus Christi.

Hier. lib. de trad. Heb.

b ✠ *Suscitabo mihi sacerdot. fidelem, &c.* Theodoret. Hæc soli dominio nostro Iesu Christo conueniunt, qui quo ad humanitatem attinet, nominatus fuit noster pontifex. *Habentes, inquit, Pontificem magnum, qui penetrauit cęlos Iesum*.

† vt consumā oculos suos.

B

Heb. 4.

† incurvet se pro nummo argēteo & buccella. i. petēs nūmum, &c.

c *Et animam*. Rabb. Augu. Nō habet Deus animam, sed tropicè dicitur animam habere, sicut manus & pedes, & cętera corporis membra. De Samuele autem dici potest quia in omnibus Deo paruit. Christus autem in omnibus Deo patri placuit. Vnde: *Quæ placita sunt ei facio semper*. Cui pater ædificauit domum, quæ domus nos sumus, si fiduciam & gratiam & gloriam spei vsque ad finem retineamus. De Samuele autem dici non potest, q ædificata sit ei domus fidelis,

Deus quo animam habere dicat. Ioan. 8. d.

C

templo, in vniuersis prosperis Israel, & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab
a ¶ Hoc impletum est quando Saul iussit interfici sacerdotes de stirpe eius.
a altari meo, † sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, & pars
¶ Vel infidelitate, vel gladio Titi.
magna domus tuæ morietur cum ad virilem ætatem venerit. Hoc au-
a ¶ Mutandi sacerdotij. mors enim filiorum significat mortem non hominis sed sacerdotii.
tem erit tibi signum, quod venturum est de duobus filiis tuis, Ophni
¶ In bello,
b & Phinees; In die vno morietur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem
a ¶ Vnde: Quæ placita sunt ei facio semper.
c fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & ædificabo
a ¶ Ecclesiam, ei Hierusalem supernam. b ¶ Domus. ¶ Conuersabitur. ¶ De morte ad vitam.
ei † domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis die-
d bus. Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, ve-
a ¶ Oris confessionem. b ¶ Sacrificium salutare abiectis carnalibus.
niat vt † oretur pro eo & offerat nummum argenteum, & tortam
a ¶ Id est, ipsi in plebem Christo sacerdote pollentem vnde. Vos autem genus electum regale sacerdotium, &c.
panis, dicatque; Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdota-
e lem, vt comedam buccellam panis.

D lis, quæ coram Christo domini, i. Samuele incedat cunctis diebus, cum legamus in sequentibus, quia filii eius post auaritiam declinauerunt. Nisi fortè domum eius plebem Iudaicam accipiamus: quæ cunctis diebus sacerdotii eius domino seruiuit. Vnde: *Et requieuit domus Israel post dominum*.

1. Reg. 7. a.

d *Futurum est*. Rabba. Non proprie de domo Heli hoc dicitur, sed de domo Aaron, de cuius genere vsque hodie veniunt & conuertuntur.

† omnis multitudo domus tuæ morientur iuuenes.

e *Buccel.* Rab. *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*. Quia dixerat se dedisse cibos domui Aaron de victimis veteris testamenti, quæ fuerunt sacrificia Iudeorum: dicit esse postulandam buccellam panis ad comedēdum, quod est sacrificium Christianorum, & pabulum animarum.

Ioan. 6. f.

E

† vel domum securam.

† iūge me quæso vni patri sacerdotali.

✠ Rupert. Quicunq; de populo Iudaico remanserit, id est, ad vitam præordinatus fuerit, veniet ad Ecclesię sacerdotiū vt oretur pro eo, & per eiusdem Ecclesię sacramenta reconcilietur Deo. Petit vt in vnitate corporis Ecclesiæ, comedat buccellam panis viui, qui de cęlo descendit, buccellam corporis Chri filii Dei, i quo solo vita est, sine quo nemo viuit.

Com. li. 1. c. 10.

F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

40. vt dictum est supra eod. ca. Sed illi qui descenderunt de Heli hoc viderunt, in quibus ipse Heli quodammodo remāserat, sicut homo mortuus in filio viuente. secundum illud Eccl. 30. a. *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.*

1 *Et non.* Quia filii sui interfecti fuerunt in virili ætate, vt habetur infra c. 4. Hoc etiam potest referri ad sacerdotes quos Saul fecit interfici, vt habetur infrà 22. qui descenderant saltem pro maiori parte de Heli.

2 *Veruntamen.* Quia post institutionē Sadoch in summo sacerdotio remanserunt aliqui de domo Heli in officio sacerdotum minorum. Istud tñ erat quodāmodo in confusionē & anxietatem ipsorum, eo q videbant se deiectos a summo sacerdotio, & alios loco eorū positos. Et hoc est q dicitur.

3 *Sed vt, &c.* scilicet in filiis tuis: licet non in persona tua.

4 *Hoc autem.* id est, mors filiorum tuorum.

5 *In die.* Futura de propinquo erit signum, quod alia certitudinaliter euenient posteà. s. interfectio sacerdotū per Saulem, & translatio sacerdotii ad Sadoch per Salomonem.

6 *Et suscitabo mihi, &c.* id est, ipsum Sadoch.

7 *Et animam, &c.* id est, Salomonem.

8 *Futurum.* Quia inferiores sacerdotes habebant recurrere ad summum sacerdotem, vt pro eis oraret, & faceret ei oblātionem. In Hebræo habetur: *Veniat ad inclinādum pro se in obolo argenteo, &c.* Quod sic exponunt Hebræi, q sacerdotes remanentes de stirpe Heli, futuri erant humiliare se corā summo sacerdote, & orare vt possent seruire in templo pro pretio oboli argentei & tortæ panis in die. Et litera sequens videtur concordare, cum dicitur.

9 *Dicatq;.* Obolus aūt est vicesima pars sicli, vt hr. Exo. 30.

CAP.

ADDITIO.

In j. Reg. ca. 2. vbi dicitur in postilla. Ad cuius intellectum sciendum, q dictio Hebraica quæ ponitur hic, scilicet, Sibea est æquiuoca, &c.

Illa dictio Hebraica, s. Sibea non est propriè æquiuoca, put hic ponitur: solū. n. significat septem in propria significatione, licet saturitatem significet s̄m etymologiam. sed trāslatio nostra quæ dicit *plurimos*, ex alia ratione obtinet veritatem. Nam in Hebraico aliquando septem accipitur pro pluribus: vt intelligatur numerus determinatus pro indeterminato. vt ibi: *Apprehendent septem mul. virum vnum*, Esa 4. a. & sic in aliis locis. quod idem est ac si diceret: plures mulieres apprehendent virum vnum, prout ibidem exponitur. Et sic translator noster in hoc loco non solum sensum ex sensu, sed etiam verbum ex verbo transtulit.

CAPVT III.

a P*uer autem Sam. &c.* b ✠ *Pretiosus.* Hiero. Pretiosus dicitur quia perrarus erat: omne enim quod rarum est, pretiosum est, & prophetia non plenè manifestabatur.

✠ Rupert. Rarus & penè nullus erat, qui sermonem Domini volentibus audire loqueretur.

Rab. Vnde in diebus illis non erat visio manifesta. Propter peccata enim populi & prælatorum non apparebat dominus per visiones vel per angelicas responsiones, sicut patribus apparuit.

✠ Hiero. Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerãt, nec poterat videre. Hic enim distinguẽdum est, & postea inferendũ, Et antequã lucerna extingueretur, Samuel dormiebat, &c.

✠ Rupert. Dormiebat in templo antequam lucerna extingueretur, id est, antequam lux diurna fieret, quando eadem extinguenda erat. Sic enim a Domino per Moysen iussum erat, vt lucerna luceret vsque mane.

c *Lucer.* Rab. quę ardebat in tabernaculo ante lucem diei. Sub luce enim diei extinguebatur, lucebat autem vsq; ĩ mane, Vel hoc significat, q̃ Heli in cęcitate permaneret, donec funditus cum prole sua extingueretur, i. moreretur. Mysticè autem cæcitas Heli, significat cæcitatem Iudæorum, qui pręsentem Saluatorem non agnorunt, nec fulgorem miraculorum eius, nec doctrinam, donec sacerdotium cũ populo & templo euerteretur.

d *Porro Samuel necd. scieb. domin.* ✠ Hieronym. Nescire dominũ dicitur, quia per prophetiæ ministeriũ necdum ei reuelatus fuerat sermo Domini.

e ✠ *Intellexit Heli quia dom. vocaret puerum.* ✠ Rupertus. In Samuelem moderatus est Dominus vocationis suę gratiam, vt prius contra quem mittebatur, vocatum esse a Domino illum sciret, quã ipse qui vocatus est. Sicque factum est, vt is qui visionem indicare timuisset, celare non auderet, tacere non posset.

✠ Theodoretus. Quoniam Deus erat mala Heli prædicturus per Samuelem, ne videretur Samuel finxisse reuelationẽ Deus rem dispensat, vt eum Heli quidem crederet quod sit Deus q vocat Samuelẽ, ille aũt posteà renũciaret q̃ dicta sunt

[margin: ¶ vel rarus. — † dormiebat. Rabbanus in hunc locum. — Leuit. 23. — Mysticè. — † infra q. 4. l. li. de Tra. Heb. — † Antequam lucerna Dei extingueretur Samuel significat nõ ctem fuisse qñ interim lampas ardebat in tabernaculo dñi.]

CAPVT III.

P1 Ver autem Samuel ministabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat † pretiosus 2 In diebus illis non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam, Heli † iacebat[a] in loco suo, 3 † & oculi eius caligauerant nec poterat videre † lucernã Dei antequam extingueretur. Samuel 4 autem dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei. Et vocauit[a] Dominus Samuel: Qui respondens ait: Ecce † ego. Et cucurrit ad Heli & dixit: Ecce ego; vocasti enim me. 5 Qui dixit; Non vocaui, Reuertere & dormi Et abiit & dormiuit. Et adiecit Dominus rursum vocare Samuelem. Consurgensque Samuel abiit ad Heli, & dixit; Ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit; Non vocaui te fili mi; Reuertere & dormi. 6 Porrò Samuel necdũ sciebat dominum[a], nec reuelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit dominus & vocauit adhuc Samuelem tertiò. Qui consurgens abiit ad Heli & ait; Ecce ego, quia vocasti me. Intellexit ergo Heli, quia dominus vocaret puerum, & ait ad Samuelem; Vade & dormi Et si deinceps vocauerit te dices; Loquere domine, quia audit seruus tuus. Abiit ege Samuel, & dor

a ¶ Præ nimia ætate.

a ¶ Trina vocatione potest intelligi, quia erat futurus propheta, dux & sacerdos.

a ¶ Quia per propheticæ mysterium non erat ei reuelatus sermo diuinus.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

P*uer au.* Hic consequenter describitur denuntiatio pœnę futuræ facta ipsi Heli per Samuelem sibi subiectum. Circa quam sic proceditur: quia primo describitur reuelatio facta Samueli. Secundò dictæ reuelationis denũtiatio ipsi Heli, ibi: *Et Samuel timebat.* Tertiò huius manifestatio toti Israeli, ibi: *Creuit autem Samuel.* Circa primum Samuel, a domino vocatur. Secũdò punitio Heli futura ei reuelatur, ibi: *Et dixit dominus.* Circa primum ponitur conditio temporis, cum dr̃.

2 *Et ser.* quia propter malitiam filiorum Heli & negligentiam patris in corrigendo cessauerant responsiones & reuelationes domini. vnde in Hebręo habetur hic: *Et sermo domini erat prohibitus* vel *obturatus.* & redit in eandem sententiam cum translatione nostra: quia omne rarum pretiosum.

3 *Et oculi.* Hoc exponitur vno modo, quia non poterat videre de nocte, sed aliqua poterat videre de die, quando lucerna tabernaculi erat extincta, quia extinguebatur quãdo dies incipiebat clarescere. Alio modo, q̃ non poterat videre lucernam ardentem eo q̃ offendebat visum eius nimis debilitatum. Sed istæ expositiones non videntur conuenientes, quia nullus est ita cęcutiens qui non magis videat lucernã ardentem quam extinctam. & procedunt ex suppositione falsi, vt dicunt aliqui, s. q̃ hæc sit vera litera: Nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. In Hebræo.n. sic habetur: *Et non poterat videre.* Et hic finitur versus. q̃ autẽ sequitur est principium versus sequentis: *lucerna domini nondum extinguebatur, & Samuel dormiebat, &c.* Ad cuius intellectum sciendum: q̃ in templo domini plures lucernę ardebant tã de nocte quã de die: ita q̃ aliquæ extinguebantur in mane. Est igitur sensus: q̃ adhuc non erat tempus extinguendi illas lucernas quando Samuel iacens in lectulo suo fuit vocatus à domino, quia fuit vocatus antequam esset dies, & sic extinctio lucernę non refertur ad pręcedentia, s ad caligationem oculorum ipsius Heli: sed ad sequentia, videlicet ad denotationem temporis in quo reuelatio facta est Samueli. Et hoc idem dicit magister in historiis, & idem habetur libro de Hebraicis questionibus. propter quod translatio nostra videtur hic corrupta per imperitiam aliquorum correctorũ qui duos versus coniunxerunt in vnum, sicut & in pluribus locis aliis factus est; Et ideo hic consequenter posuerunt lucernam in accusatiuo pro lucerna in nominatiuo: Propter quod videtur q̃ ista fuit veritas translationis nostræ a principio: *Oculi eius caligauerant & non poterat uidere.* & hic terminatur versus. Et sequitur: *Et lucerna Dei antequam extingueretur Samuel dormiebat, &c.*

4 *In temp.* i. in exedra iuxta tabernaculum, vbi erant Leuitæ qui custodiebant tabernaculum domini, in quo erat arca: intra tabernaculum enim nullus iacebat.

5 *Et cucur.* Credens q̃ ab eo vocaretur: & sic fecit tribus vicibus. Cuius ratio subditur.

6 *Porro.* i. modum loquendi ipsius domini cum prophetis. Sicut enim ars & natura procedunt de imperfecto ad perfectum: ita etiam reuelationes diuinæ secundum processum temporis: quia prophetę posteriores ad tempus Christi appropinquantes habuerunt clariores reuelationes de Christo quam priores: & ita frequenter fuit in eodem propheta: q̃ à principio non habuit ita claram cognitionem sicut postea. Et hoc patet in proposito, quia Samuel a principio vocem domini audiens credidit esse vocem hominis, postea vero cognouit magis distinctè. Sequitur postea.

✠ 1 Et

MORALITER.

1 *Puer autem Samuel ministrabat.* Sequitur.

† *Nec poterat uidere. Lucerna.* In hac autem Heli tenet figurã mundi, qui non põt videre bonum proximi, quo lucet corã Deo & hominibus per bonam famam. sed quando diabolo procurante extinguitur per infamiam, tunc acute videt.

† *Et uo.* & non Heli sacerdotem, quia veritas humilibus, & non altis per superbiam reuelatur. Matth. 11. *Confitebor tibi pater domine cæli & terræ: quia abscondisti hęc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

✠ Loquere

sunt a Deo, non esset suspectus tanquam qui finxisset, sed ei fides haberetur, vt potè cui diuina facta esset reuelatio.

a *Et venit dom. & stetit, &c.* R. Dauid. Stetit forma quadam aspectabili, vel imagine se illi demonstrauit.

b *Tinnient.* Rab. Comminatio Dei est super Heli & super domum eius, quia s. pro peccato filiorũ Heli priuabatur sacerdotio domus domini: vnde aures audientium tinnirent stupore vehementi.

c *Hæc.* Prouerbium erat apud Hebræos. Et est sensus: Si absconderis mihi malũ quod locutus est tibi dominus de me, veniat super caput tuum.

d ✻ *Indicauit ei Samuel, &c.* Ignatius martyr. Non decet contemnere ætatem Episcopi ad iuuentutem aspicientes, sed ad eam quam in Deo hēt prudentiã. Quandoquidē non qui diu vixerunt, ij continuò sapientes: nec qui senes, prudētia prediti sunt: sed spiritus qui in hominib. est. Daniel enim sapiens duodecim annos natus, spirit⁹ Dei afflatus est, &c. Samuel cũ esset paruulus puellus nonagenarium Heli sacerdotem redarguit, qui Deo prę posuisset filios suos. Similiter Hieremias, Salomon quoque & Iosias, &c.

✻ Theod. & Proco. Iuuenilem ætatem Samuelis antiquę prætulit Deus, docens quantum canitie est melior iuuentus virtute ornata. Porrò Heli quoque pietatem verba ostendunt. Nam non pudiut eum rogare adolescentem, vt ei declararet quæ ei a Deo fuerãt annunciata. Sed & cũ astrinxit iureiurando & execrationibus, vt nihil eum celaret. Deinde cum latã didicisset sñiam, laudi dignam emisit vocem: Dominus faciat quod in oculis suis placuerit. Quinetiam cum filiorum suorum cognouisset cædem, non pusillo & abiecto animo id tulit & pater, & senex. Cum autem accepisset, arcam captam fuisse ab hostibus, ingenti animi mœrore confectus, vitæ finem accepit.

Hieron. | † rem vnã. | Episto. ad Magnesianos. | † prohibuerit. | † domum. | Quæst. 11. in li. 1. Reg.

a miuit in loco suo. Et venit dñs & stetit, & vocauit sicut vocauerat secundò: Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere, quia audit seruus tuus. Et dixit dominus ad Samuelem; Ecce ego facio † verbum in Israel, quod quicunq; audierit, tinnient ambæ aures eius. b In die illa suscitabo aduersum Heli omnia quę locutus sum super domũ eius. Incipiam, & complebo. Prædixi enim ei, quòd iudicaturus essem domum eius in æternum propter iniquitatem eius, eò quòd nouerat † indignè agere filios suos, & non † corripuerit eos. Idcirco iuraui † domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & † muneribus vsque in æternum. Dormiuit autem Samuel vsque mane, aperuitque ostia domus domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli. vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit; Samuel fili mi. qui respondens, ait; Præsto sum. Et interrogauit eum; c Quis est sermo qui dictus est ad te? Oro te ne celaueris me Hęc faciat tibi Deus, & hæc addat. Si absconderis à me sermonem ex d omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Indicauit itaque ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit, Dominus est; Quod bonum est in oculis suis, faciat. e Creuit aũt Samuel & dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. f Et cognouit vniuersus Israel à Dan, vsque g Bersabee, ꝙ fidelis Samuel propheta esset domini. Et addidit dominus, vt appareret in Silo, quoniã reuelatus † fuerat dominus Samueli in Silo iuxta verbum dñi. † Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

a ¶ Quam in Christo admiserunt.

e *Et non.* Rab. q̃a nihil ex his quæ locutus est dominus, irritum fuit. Cadent enim in terram verba vacua, pro nihilo habenda & omnium despectu calcanda. vnde Iob: *Lux vultus mei non cadebat in terrã:* quia in tanta grauitate vultũ tenere consueuerat, vt non contemptibili lætitia resolueretur. Sed quoties hilarem se præsentibus exhibebat, certa causa vtilitatis eorum hoc faciebat.

f *A Dan.* Rab. Hieron. Per terminos Iudææ vniuersitatem plebis comprehendit. Dan viculus est in quarto a Paneade miliario, qui vsque hodie sic vocatur: terminus Iudæę prouinciæ contra Septentrionem: de quo Iordanis erumpens a loco sortitus est nomen. Ior quippe fluuiũ vel riuũ Hebræi vocant. Dan interpretatur iudicium vel iudicans.

g *Bersabee.* In tribu Iuda vel Simeonis est vicus grandis in vicesimo ab Hebrõ miliario, vergens ad Austrum: in quo Romanorum positum est pręsidium: à quo incipientes termini Iudææ tenduntur vsque ad Dan. Nec mirari debet qspiam, si ciuitates Iudæ in tribu Simeonis vel Beniamin reperiat. Tribus enim Iuda fortis & bellicosa sæpè aduersarios superans, in omnibus tribubus tenuit principatum, idō aliarum tribuum fortes in eius funiculo computantur alioquin in medio tribus Iudę habitasse Simeonem scriptura manifestat.

Iob 29. d. | † ꝙ maledi cerent sibi filij L... | † oblationibus. | † manifestatus, vel & Samueli loquebatur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vocauit. *Istud secundò, non refertur ad numerum vocationum domini, qui iam vocauerat Samuelem tertiò, vt habetur in textu: sed refertur ad expreßionem nominis Samuelis, quæ in qualibet vocatione fuerat duplicata. Ideo subditur.*

2 Samuel. *Posita vocatione Samuelis a domino, hic consequenter describitur sibi facta reuelatio, cum dicitur.*

3 Ecce. *id est, faciam de propinquo: quia quod modicum distat, quasi nihil distare videtur.*

4 Verbum. *id est, factum, vel rem significandam verbo.*

5 Quod quicunq; audie. *id est, erit attonitus præ admiratione & stupore. & hoc dicitur de captione arcæ domini futura, prout hr̃ capitulo sequenti: quia tale factum nunquam acciderat in Israel. Fuit. n. magnæ admirationis materia, ꝙ Deus permisit arcam capi ab infidelibus, quæ tantæ reuerentiæ erat, ꝙ si videretur discooperta à Leuitis et Dei cultoribus, moriebantur, vt habetur Num. 4. & infra cap. 6.*

6 Prædixi enim ei, &c. *id est, puniturus.*

7 Domum. *s. Heli per interfectionem multorum & abiectionem aliorum de sacerdotio.*

8 Idcirco. *id est, firmiter & absq; retractatione disposui.*

9 Quod. *quantum ad pœnã ordinatã seu dispositã, licet fuerit expiata quantum ad culpam & pœnã æternam in illis qui verè pœnituerũt.*

10 Et Samuel. *Hic consequenter describitur dictæ reuelationis denunciatio facta ipsi Heli ad eius petitionem, quia Samuel timebat ei denuntiare propter eius reuerentiam. Et patet litera vsque ibi:*

11 Hæc faciat. *Hic erat modus adiurandi apud Hebræos. Et est sensus: Faciat tibi Deus tanta mala sicut fecit alicui multum punito ab ipso, & adhuc plura.*

12 Si absconderis, &c. *celando aliquid de veritate.*

13 Indicauit itaq;, &c. *sicut prius dictum est.*

14 Et ille respon. *patienter acquiescens domini sententiæ.*

15 Domi. *Ex quo videtur ꝙ licet in persona propria & filijs punitus fuerit ad pœnam temporalem, ipse tamen in persona propria caruit æternam, qa in acceptione diuinæ iustitiæ videtur veraciter pœnituisse. Sed iam erat ita senex & debilis, ꝙ delicta filiorum nõ poterat emẽdare: potuißet tñ à principio qñ primo sciuit. Ad uerbum verò Hiero. suprà allegatum, Heli pro iniquitate filiorum suorum damnatus est. potest dici ꝙ in eligendum est de damnatione pœnæ temporalis tantũ, quia & hoc modo frequenter accipitur damnatio.*

16 Creuit. *hic consequenter describitur reuelationis diuulgatio, cũ dicitur:* Creuit. *ætate & virtute.*

17 Et dominus erat, &c. *per gratiam.*

18 Et non. *id est, incassum, quia totum fuit adimpletum.*

19 Et cog. *i. ab vno termino terræ promißionis vsq; ad alterum secundum ipsius longitudinẽ, quia Dan est in termino Aquilonari, Bersabee vero in Australi.*

20 Et ad. *Quia ibi iterum apparuit Samueli. sed quid in iterata apparitione reuelauerit ei, non exprimitur hic.*

MORALITER.

18 *Et non.* s. de verbis Samuelis per quę significatur pdicator, qui nõ dēt loqui de terrenis nisi pro quanto ordinant ad spũalia, sed de spũalibus & ęternis. Loqui namq; de tpalibus prout ordinantur ad spiritualia, est loqui de spiritualibus: nam vbi vnum propter alterum, vtrobique tantum vnum.

ADDITIO.

In ca. 3. vbi dicitur in postil. Vnde in Hebræo habetur sic: *& sermo domini erat prohibitus vel obturatus, &c.* In Hebræo in hoc loco ponitur hęc dictio iacuar quæ nihil aliud sonat nisi pretiosum. vnde translatio nostra in hoc loco propriè se habet, nec indiget alia redactione.

C A P. IIII.

a Et factum. b *Israel.* Vir videns Deum, vel fortis cũ Deo. hi sunt credentes. Philisthijm cadẽtes poculo. s. dæmones, qui poculo superbię inebriati & ipsi ceciderũt, & homines peruertere festinãt. Contra quos Israel. i. fideles ne cedant, sed superẽt castramentant̃ iuxta lapidem adiutorij. i. legem Christi, vbi lapis. i. Christus inuenitur. de quo: *Lapidem quem reprobauerunt ædi.* Sed dum fideles in lege domini meditant̃, vt Deũ inueniant adiutorẽ. *Philisthiim ve,* i. furorem nouum: tũc qui a fideles immundi spiritus diuinis legibus amplius insistere cõspiciunt, ideoq; acriora ac noua certamina construunt, vnde in suis viribus confidentes & in humana sapientia gloriãtes, ac per hoc gratiam euangelij contemnentes, quasi quatuor milia immundi spiritus facilè prosternunt.

c *Iuxta lapidem.* Lapis adiutorij quem postea Samuel posuit in signum, quando primum auxiliatus est ei dominus.

d *Aphec.* Rab. Hiero. Locus est iuxta vicum Esron ciuitatis Israel: vbi dimicauit Saul in forte Aser, & interpretatur furor nouus vel apprehendens. qui enim iram domini meruerunt, ab hostibus comprehensi sunt.

e *Et tule.* Filij Israel tulerunt arcam vbi capta est. Et fideles ex Iudæis duo testamenta ad gentes transtulerunt.

✠ Iosephus. De summa perditione formidantes Hebræi, miserunt ad seniores atque Põtifices vt arcam Dei adferrent, ignorantes quod maior esset arca ille qui calamitates ei inferre decreuerat. Aderant itaque cum arca & pontificis filij, quibus præceperat pater, vt si capta arca viuere voluissent, ad eius faciem non venirent. Phinees enim iam sacerdotis fungebatur officio, patre hoc propter senectutem sibimet permittente.

✠ Rupert. Præsumptio stulta & vana, quæ tunc decepit improuidos, & iustitiæ Dei ignaros, ipsa eadem decepit illos, quando clausi obsidente exercitu Romano, tumultuabantur & vociferabantur confidentes quod nequaquã toleraret Deus se priuari illo templo, illo pulchro & aureo sanctuario. Decepti enim sunt dum pro aureis simulachris sanctuarij, diuinum sibi quasi debitum arrogant adiutoriũ. Vnde & falsi sunt metando castra iuxta lapidem, postea dictum adiutorij. Nam & tunc præsagio suo frustrati sunt, & nunc eius lapidis non habuere adiutorium, quem reprobauerunt.

✠ R. Leui. Bellum iniussũ Dei indixerunt Hebręi, & grauiter peccauerunt, q, habentes Vrim & Thumim, Deum non consuluerunt.

f *Sedentis super.* Tabula enim erat super arcam quã protegebant Cherubin alis: vbi apparebat dominus per angelum & loquebatur. Cherubin plenitudo scientiæ, quæ in Christo & in duobus testamentis inuenitur.

g *Clamore.* Clamor grãdis vox prædicatorum roborata miraculis ex duobus prolata testamentis.

h *Et per.* A voce prædicationis, sapientes seculi, dęmones quoque ingemuerunt, credentes se superari.

Margin: Et factum est in dieb. illis conuenerunt Philisthiim in pugnã nec exẽpla qui dem veterã habẽt hæc. Mat. 21. d. — † castrametati sunt. — † cęsus est Israel corã. — 5. Antiq. c. 16. — lib. 1. Com. c. 13.

CAPVT IIII.

1 Et factum est in diebus illis conuenerunt Philisthijm in pugnã. Egressus est nãque Israel obuiã Philisthijm in prælium, & castamentatus est iuxta lapidem adiutorij Porrò Philisthiim † venerunt in Aphec, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, † terga vertit Israel Philisthæis, & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor milia virorum. Et reuersus est populus ad castra. Dixeruntque maiores natu de Israel: quare percussit nos dominus hodie coram Philisthijm? Adferamus ad nos de Silo arcam fœderis domini: & veniat in medium nostri: vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Silo; & tulerunt inde arcam fœderis domini exercituum sedentis super Cherubin. Erantque duo filij Heli cum arca fœderis domini, Ophni & Phinees. Cumque venisset arca fœderis domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra, Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntque; quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorũ? Et cognouerunt q arca dñi venisset in castra; timuerũtq; Philisthiim dicẽtes: Venit Deus in

a ¶ Vir videns Deum vel fortis cũ Deo.

I De

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT IIII.

1 Et factum. *Descripto Heli & filiorum eius peccato, hic consequenter describitur sequens punitio. Et primò describitur populi depressio propter Heli & filiorum eius peccata. secundò eius releuatio per Samuelis merita 7. ca. Circa primum debellato populo Israel arca Dei capitur. Secundò capta circumducitur, c. 5. Tertiò ad terram Israel reducitur: c. 6. Prima in quatuor, quia primò describitur populi Israel debellatio. Secundò arcæ apportatio, ibi:* Dixeruntq;. *Tertiò ipsius captio, ibi:* Pugnauerunt ergo. *Quartò captæ lamentatio ibi:* Currẽs autem. *Circa primũ dicitur:* In die. *Quæ a domino excitata est, vt per ipsam puniretur Heli & filij eius. & etiam populus qui occasione eorum retraxerat se a debita Dei reuerentia & sacrificijs, vt dictum est, supra 2. c.*

Et ca.

2 Et ca. *Nomen huius lapidis hic ponitur per anticipationem: quia postea fuit sibi hoc nomen impositum, vt habetur infra 7. cap.*

3 Inito. *pro peccatis prædictis.*

4 Dixe. *Hic consequenter describitur arcæ apportatio, quia pp eius absentiam credebant se superatos fuisse, & per consequens credebant per eius potẽtiam superare, quia sicut dicitur 2. Physicorum. Illud q per sui absentiam est causa periclitationis, per sui presentiam est causa salutis, vt patet de absentia & præsentia nautæ respectu nauis.*

5 Tule. *Ex hoc videtur, q propitiatorium quòd erat quasi sedes Dei, non erat operculum arcæ, sed quædam tabula deaurata, quæ erat sic posita quasi portaretur ab ipsis Cherubin, & operculum arcæ esset quasi scabellum illius sedis, sicut plenius fuit expositum secũdum vnã opinionem, Exod. 25. cap.*

6 Cumq;. *ex gaudio & confidentia victoriæ habendæ per præsentiã arcæ. sed ista confidentia erat falsa, quia erat sine meritis, & econtra rio Philisthijm timuerunt, dicentes:* Vę no.

Quis

MORALITER.

1 Et fa. Per pugnam Philisthinorum contra filios Israel, q describitur hic allegoricè significatum fuisse vr bellum Persarum sub Cosdroe rege, contra catholicos in terra Iudææ. q a sicut in isto bello filij Israel fuerunt debellati, & arca Dei fuit capta, sic i bello Cosdroe catholici partim occisi fuerũt, & partim captiuati, & sancta crux fuit capta & portata ĩ terram Persarum, sicut arca transportata fuit in terrã Philisthinorum. De qua transportatione dr̃ in fine capituli: *Transla.* Et idẽ dici potuit de sancta cruce, quæ est gloria plebis Christianæ. Gal. 6. c. *Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce domini nostri Iesu Christi.* Per hoc autem q vxor Phinees audita morte viri sui & captione arcę, incuruauit se & peperit, significant̃ illi qui ex auditu repentinæ cõtritionis gloriosorum in hoc mundo concipiunt timorem, & incuruantur per veram humiliationem, reputantes gloriam mundi nullius esse momẽti, & sic pariunt fructum operis meritorij.

a *De manu.* Iudæi vnũ Deũ colũt, sed gẽtes suo more loquũť.

A b ✠ *Arca Dei capta est. Duo quo ; filii Heli mortui sunt, &c.* Theodor. & Procop. Quod factum est duplicem produxit vtilitatem. Nam Hebræos docuit, vt legitimè viuentes in Dei confiderent prouidentia: legem autem transgredientes, neque in ipsa, neque in arca confiderent. Alienigenæ aũt cum timuissent, post victoriam autem despexissent eã, & velut manubias suis dedicassent idolis, experientia, Dei didicere virtutem. Nam primũ quidem viderũt ante arcam suum cecidisse Deum, & adorationis p se ferre figuram. Deinde cum eũ erexissent postridie eum inuenerunt contritum, & extremis partibus priuatum.

Rabbanus. Quæst. 10. in li. 1. Reg.

B ✠ Tertul. Nam & si mauult Dominus opera iustitiæ, non tamẽ sine sacrificio qđ est anima confiictata ieiuniis: ille certè Deus, cui nec populus incontinens gulæ placuit, nec sacerdos, nec prophetes. Eliditur pro templi foribus senior Heli, filij ei⁹ in acie ruunt, nurus expirat ĩ partu. Hanc. n. meruerat a Deo plagam domus impudens sacrificiorum carnalium defraudatrix.

li. adu. Psychic. c. 13. † 1. q. 4. §. item pecca to ciuium ver. itẽ peccato Israelitarum. & ver. itẽ peccato filiorũ Heli & 37. di c ligant. Matt. 21.

✠ Augu. Legis transgressores nequaquã arca tueť sed victo potius & deleto ex parte populo, ab alienigenis ipsa capiť. Idẽ. Hoc signũ mortis filiorum Heli factũ est mutandi sacerdotij de domo eius: quo signo significatũ est mutandũ sacerdotiũ domus Aaron. Mors qppe filiorum huius, signauit mortẽ nõ hoĩum, sed ipsi⁹ sacerdotij de filijs Aarõ.

li. 2. de mirab. sacræ scriptu. c. 7. li. 17. de ciuit. c. 5.

Rabbanus. C c *Et arca.* Arca ab alienigenis capta testamentum ad gentes transiturum significat.

d *Cumq;.* Rab. Hęc Iosephus ita refert: Cum Heli arcam audisset ab hostibus captam, dolore turbatus ruens de sede defunctus est, dum nonaginta octo vixisset annos, quorum quadraginta tenuit principatũ. Ea die defuncta est vxor Phinees filij eius, dũ post occasũ mariti viuere nõ toleraret. Peperit ãt filium septem mẽsium, quem appellauerunt Ichabod, id est, inglorium: quia illo tpe hmõi infortunium accidisset. Habuit autẽ principatum primus Heli de domo Ithamar filij Aarõ. Nam prius de domo Eleazari sacerdotes erant, ex quo honorẽ filius a patre percipiebat, & Eleazar Phinees filio suo tradidit. Post eum Abiezer filius honorem accepit, quem Bozi filio suo dereliquit, cui Ozi filius successit, & post hunc Heli tenuit sacerdotium: ex domo Eleazari denuo receperunt.

D Iosephus. li. 5. Antiq. c. 16.

e *Ceci.* Et ruente Heli de sella pontificis sedes remanet vacua, & gloria sacerdotũ ẽ extincta.

f *Mortuus.* Moritur Heli, moriuntur & filij, quia deficit põtificatus cum sacerdotio veteri.

g *Vxor.* Vxor sacerdotis nõ ante interiit, quam virũ peperit, nec synagoga ex toto interijt antequam primitiua ecclesia quæ ex ipsa erat credidit.

h *In ipso.* Euidenti signo figuratur, qa extincto carnali sacerdotio Iudæorũ, extinguitur carnalis synagoga quæ ei carnaliter adhærebat.

i *Ne timeas.* Credentes synagogam consolantur, sed desperans minimẽ adimaduertit, nec sobolem nouã deputat gloriæ, sed ignominiæ. Vnde sequitur.

K *Et vo. Cabbod.* gloria, Icabhod, cecidit gloria. Trãslata est enim gloria capta arca vnde: *Auferetur a vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructus eius.*

E F

castra. Et † ingemuerunt, dicentes; Væ nobis. Non enim fuit † tanta exultatio heri & nudiustertius. Væ nobis. Quis nos saluabit de manu deorũ † sublimium istorum? Hi sunt dii qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto. Confortamini & estote viri Philisthiim, ne seruiatis Hebræis, sicut illi seruierunt nobis; † Confortamini & bellate. Pugnauerunt ergo Philisthiim, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum, & facta est plaga magna nimis; & ceciderunt de Israel triginta milia peditũ, & arca Dei capta est. Duo quoq; filii Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissa veste & conspersus puluere caput. Cumque ille venisset, Heli sedebat super sellam, contra viam † spectans. Erat enim cor eius pauẽs pro arca domini. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiauit vrbi, & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitq; ; Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit & venit & nuntiauit Heli; Heli autem erat nonaginta & octo annorum, † & oculi eius caligauerant, & videre non poterat. Et dixit ad Heli; Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait; Quid actum est fili mi? Respondens autem ille qui nunciabat; † Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim; & ruina magna facta est in populo † Insuper & duo filii tui mortui sunt, Ophni & Phinees, & arca Dei capta est. Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir & grandæuus, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Nurus autem eius vxor Phinees prægnans erat, vicinaq; partui. & audito nuntio q̃ capta esset arca Dei, & mortuus esset socer eius & vir suus, incuruauit se & peperit. Irruerant enim in eam dolores † subiti. In ipso autem momento mortis eius dixerunt ei qui stabant circa eam; Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque † animaduertit, & vocauit puerum Ichabod dicens: Translata est gloria domini Dei Israel, quia capta est arca Dei. Et pro socero suo & pro viro suo † ait; Translata est gloria Dei ab Israel, eò quod capta esset arca Dei.

Marginal glosses: † dixerũt. † similis. † fortium. Fortes. † Estote viri. ƒ Indicium luctus. † speculans. † supra 3. a. † supra 2. g. fui. † posuit cor suum Heb. † & dixit.

a Quicunque retrorsum conuertitur a fide & veritate, necesse est vt cadat & moriatur. Mystice autem transeunte arca domini ad Gentes, periit sacerdotium Iudæorum.

d Cumque — ✠ a In Azot

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quis. *i. de potentia ipsorum. q. d. tanta est potentia, q̃ non poterimus resistere. Et ad hoc inducitur exemplum, cum dicitur.*

2 Hi. *Et ideo sicut Pharao cum maxima multitudine non potuit resistere, sic nec nos poterimus: & sic per verba ista videbant omnino diffidere de victoria. Sic exponit cõiter ista litera. Sed litera sequens non videtur concordare, qa immediatè subditur;* Confor. *Propter qđ Hebræi aliter exponunt, dicentes q̃ in exercitu Philisthinorum aliqui erant habentes reuerentiam ad arcam domini, quamuis essent Gentiles. Bene enim inuenitur in ve. & no. test. q̃ aliqui Gentiles veniebant adorare in Hierusalem. & de istis dicitur:* Et in. *vsque ibi inclusiuè:* Quis nos. *Alij erant nullam habentes reuerentiam ad arcam, nec p consequens timorem: & isti vt excluderent timorem ab aliis, dicebant,* Hi sunt. *i. eis possibili. q. d. fecerunt tunc totum posse suum, & ideo nõ potuerunt nunc nobis nocere, ideo consequenter dicebant:* Conforta.

3 Pugna. *Hic cõsequenter describitur arcæ captio, quia populus Israel debellatus fuit: & residui fugerunt ad tabernacula sua dimittentes arcam. & sic fuit capta. Et patet litera.*

4 Cur. *Hic consequenter describitur arcę captæ lamentatio, & primò eius captio nuntiatur, cum dicitur.* Currens. *Dicunt Hebræi, q̃ iste fuit Saul, qui capta arca videns tabulas testimonii in manibus Goliath Gethæi quas in arca acceperat, abstulit de manibus eius, & fugiens reportauit eas in Silo, Heli sedente super sellam contra viam, qa solicitus erat audire rumores de exercitu. Cuius causa subditur.*

5 Erat enim. *magis quam pro filiis suis. Cætera patent vsque ibi.*

6 Et fra. *In Hebræo habetur;* Et fracto collo suo, &c. *sequitur.*

7 Incurua. *quia dolor magnus & repentinus accelerat partum.*

8 Et vo. *quod interpretatur, inglorius: ideo pro causa huius nominationis subditur;* Translata, &c.

CAP.

MORALITER.

8 *Et vocauit.* i. ingloriũ, quia verè humilis quamuis pariat fructum magni meriti, nullam tamen inde gloriam tribuit sibi, sed totum diuinæ virtuti secundum saluatoris consiliũ. Luc. 17. c. *Cum omnia benefe. di. serui inuti. su. & c.*

✠ 1 Philisthijm

a *In Azotum.* Rab. Quæ & Asdor, vna de quinque vrbib. Palestinorum, decreta quidem tribui Iudæ, sed non retenta: quia non potuit indigenas expellere. Interpretatur aũt ignis patris vel incendiũ. Benè aũt sic vocatur locus vbi erat idolum Dagon, quia aduentus arcę in Azotum erat incẽdiũ diaboli patris omnium inimicorum vel iniquorum. Dagon qui interpretatur piscis tristitię, significat diabolũ, qui in mari huius seculi deuorat peccatores, qui & in Iob Leuiatham & Beemoth nuncupatur.

Azotum. Locus est in quo posuit Samuel lapidem, sicut in sequentibus demonstratur.

b *Caput.* Superbia diaboli, qui est initium omnis peccati.

c *Super.* Rab. Finem præfinitum significat, in quo cessaret idololatria: Limẽ enim finis est itineris.

d *Truncus.* Dorsum tantum inuenerunt fractis omnibus membris quod idololatriæ fugam exprimit. Qui enim fugit, dorsum dat fuganti. vnde: *Quoniam pones eos dorsum.*

e *Aggrauata est manus dom. super.*
✠ Rupert. Grande spectaculum, grande miraculum. Translata ab Israel gloria Domini, capta ab Allophylis arca, victoriam de victoribus versa vice exigit: primumque in Deum ipsum Dagon, deinde & super homines aggrauatur manus Domini. *Computrescebant*, inquit, *vitales eorum.* Hoc Psalmista magnificè decantans, *Et excitatus est*, inquit, *tanquam dormiens Dominus, & percussit inimicos suos in posteriora.* Porro, vbi concidit sacerdotium vetus cum terrena Hierusalem, & templo, tunc Dominus pugnam init cum Diis gentium, arca Domini quæ est Christus, manens in Ecclesia sua, &cet. Cecidit coram ista arca Dagon, cecidit inquam, coram illa omnis massa dæmonum.

✠ Theodoretus. Vt septuaginta sunt interpretati, percussi sunt in sedibus. Vt autem Aquila, laborarunt exedente vlcere, quod dicunt Phagedęnam. Iosephus autem docuit eis fuisse morbum dysenterię. Sed nemo existimet esse inter se discrepãtes diuersas illas editiones. Nam dysenteriæ successit motus sedis, frequens enim excretio inflammauit particulam illam.

✠ Procopius. Profluuio ventris laborarunt eo quod arcam Domini impiè & nefariè iuxta mendacem Deum suum collocauissent.

✠ Athanasius. Vt olim Azoti incolæ ausi arcam attingere, quam illis vel oculis conspicere nefas fuit, fœdum tormentis excruciati peribant: ita Arrianus quidam iuuenis ausus sellam ligneam (templi Alexandrini, ex qua docebat Athanasius) conuellere, fragmẽto ligni inde in ventrem ipsius resiliente, intestina sua perforauit, & rupta aluo sua intestina effudit.

f *Et per.* Qui testamentũ Dei suscipiunt & posteriora huius vitæ diligunt, ex ipsis iustè in posteriora cruciabuntur, quę debent æstimare sicut stercora. Qui n. testamẽtum Dei assumunt, & in posteriora respicientes, veteri se vanitate nõ exuunt: similes sunt ei qui arcam testamenti iuxta idola sua posuerunt. Et vetera quidem illis & nolentibus cadũt quia *omnis caro fœnum.* Arca autem manet in æternum seculum. scilicet testamentum regni cælorum vbi est verbum Dei in æternum.

☙ a Circun-

Comm. in hunc locũ. — Iob 40. — 1. Reg. 7. c. — Eccle. 10. — Psal. 20. — In comment. in 1. li Reg. cap. 14. — Psal. 77. — † mariscis & infra. — Et ebullierũt villæ & agri in medio regionis illius & nati sunt mures & facta est cõfusio mortis magnæ in ciuitate ne exemplaria quidem vetera hæc habent. — Quest. 11. in u. 1. Reg. — Epist. ad solitariam vitã agentes. — † ceciderat in faciem suam. — Rabbanus. — † Psal. 77. Eccle. 10. d.

C A P. V.

1 PHilisthiim autem tulerunt arcã Dei: & 2 asportauerunt eam à lapide adiutorii in 3 Azotum. Tuleruntq; Philisthiim arcam Dei, & 4 intulerũt eam in templũ Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumq; surre-

a Postquam testamentum Dei receperunt ad gentes statim idola corruerunt.

5 xissent diluculo Azotij altera die, eccè Dagõ † iacebat pronus in terram ante arcam domi-

a Multi fuerunt deuoti sed prolapsi.

6 ni. Et tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Rursumque mane die altera cõ-

7 surgentes inuenerũt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini.

b Caput autem Dagon & duæ palmæ manuũ †

a Ad eos fidem qua idololatria destruitur.

c eius abscissæ erant super limen. Porrò Dagon

d truncus solus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius su-

a Ob reuerentiam Dei sui.

per limen Dagon in Azoto, vsque in hodier-

e 8 num diem. Aggrauata est autem manus domini super Azotios, & demolitus est eos. † Et

Quoniam Sodomitæ erant.

f 9 percussit † in secretiori parte natium Azotum

10 & fines eius. Et ebullierunt villæ & agri in

NICOLAVS DE LYRA.
C A P V.

1 PHilisthijm. *Hic consequenter describitur circumductio arcæ domini per terram Philisthinorum: quæ circumductio facta est eò ꝙ prima ciuitas in qua posita fuit, a domino, fuit percussa grauiter: & ideo fecerunt eam duci ad alia loca, ad experiendum si propter præsentiam arcæ fuerat ista plaga. quod apparuit, eo ꝙ vbicunq; ducebat populus similiter percutiebatur: & sic in captione arcæ per Philisthæos apparuit Dei iustitia, ne populus Israel præsumptuosè & sine meritis præsumeret de Dei protectione ex arcæ præsentia. Apparuit etiam eius potentia, percutiens Philisthæos in terra propria, ne captionem arcæ suæ adscriberent potentiæ, & vt Deum Israel qui solus est verus Deus, cogerẽtur reuereri & timere. In hoc igitur capitulo sic procedit, quia primò describitur percussio Azoti. Secundò totius populi, ibi:* Videntes autem. *Tertiò super hoc congregatio consilij, ibi;* Miserunt itaque, & cõgregauerunt. *Circa primum dicitur:* Philistiim *fugiente populo Israel.*

2 Et asportauerunt eam, &c. *Hoc nomen exponatur sicut prius.*

3 In Azotum. *Nomen est ciuitatis vbi primo fuit posita.*

4 Et intulerunt eam, &c. *attribuentes sibi victoriam & arcæ captionem propter quod dominus ostendit contrarium. vnde subditur.*

5 Ecce Dagon iac. &c. *Quasi faciens ei reuerentiam.*

6 Et tu. *i. sacerdotes antequam populus perciperet, propter quod dominus audidit secundum signum manifestum, per detruncationẽ idoli.*

7 Inuene. *Licet enim caput esset abscissum a corpore, corpus tamen ita iacebat super terram, ac si facies esset ad terram versa, si esset corpori coniuncta. Caput etiam super limen sic iacebat, ꝙ facies erat versus terram. Dicunt tamen Hebræi, ꝙ istud idolum habebat caput factum ad similitudinem cuiusdam piscis. & ideo vocabatur Dagon a Dag, ꝙ significat piscem in Hebræo.*

8 Aggrauata. *Quia postquam percusserat eorum Deum, percussit et populum. Et modus percussionis subditur.*

9 Et per. *Percussi enim fuerunt dysenteria vehementi, ita ꝙ intestina inferiora per quæ feces egrediebantur, putrescebant uel scaturiebant uermibus, & exterius prominebant.*

10 Et ebullierunt. *Totus iste uersus non est in Hebræo, nec in libris antiquis, sed per modum glossæ primo fuit additus hic extra textum, eo ꝙ infra 6. ca. exprimitur ista plaga murium facta in quinque ciuitatibus principalibus; quarum Azotus erat una, & postea aliqui imperiti hunc uersum inseruerunt textui, sicut & in pluribus alijs locis sacræ scripturæ reperitur.*

✠ 1 Viden-

MORALITER.

1 *Philisthijm.* Per hoc sicut dictum est figurata fuit portatio sanctæ crucis in Persidem.

4 *Et intulerunt.* Per quod figurata fuit positio sanctæ Crucis in phano quod Cosdroe fecerat, & ibi se tanquam Deũ adorari faciebat.

5 *Ecce.* Per hoc significata fuit deiectio Cosdroe de regno. Per hoc autem quod subditur.

† *Caput autem.* significata fuit occisio Cosdroe ab Eraclio imperatore.

10 *Et ebul.* Per mures bona agrorum corrodentes, significati fuerunt Eraclij bellatores terrã Persarum deuastãtes. Per plagam vero quã passi fuerũt Azotij in posterioribus, significatum fuit opprobrium seruitutis ꝙ incurrerunt Persę sub Romanis. Aliter potest dici, ꝙ per arcam domini signatur sacra scriptura, sicut & crux sancta. Nam vetus testamẽtum figuris multiplicibus & prophetijs clamat Christũ passurũ, & nouum testm̃ factis mirabilib. clamat ipsum passum. Trãslatio vero arcæ a Iudæa in Philisthinorum terra, signat trãslationem sacræ scripturæ quantum ad eius sanum intellectũ a Iudæis ad populum ex gentibus credentem. Per casum autem Dagon de loco suo, significatur in gentibus credentib. idololatriæ deiectio. Per mures autem hæretici consurgentes, & per plagã in posterioribus conuersi ad fidẽ ad vomitũ postea reuertẽtes, sicut fuit Iulianus apostata & eidem sites.

a *Circunducatur.* Vt si quocunque eat, percussio comitetur, sciamus esse plagam a Deo quod voluntate Dei consilio eorum actum est, vt plaga cōis esset, quoniam culpa cōis erat, gam non immissam diuinitus: sed morbū ex pestilente quadam affectione ortum esse. Arcam igitur ad se trāsferentes, eadem patiuntur.

b *Inierunque Gethæi consilium, &c.*

c *Miserunt arcam dom. in Accaron, &c.*

✠ Theod. Cum nulla ciuitas auderet arcam excipere, eam foris reliquerunt sub dio. Sic enim docuit historiographus. Fuit arca Dei in agro alienigenarum menses septem. Postquam autem existimarunt, foris manente arca, se esse liberatos a plagis, immisit Deus muriū multitudinem in vites, & segetes, qui omnes fructus eorum perdiderūt. Per hęc autem docuit, quod ipse quoque Aegyptiis diuersas intulit plagas.

B. ✠ Procop Suspicati sunt Gethæi illam plagam

medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate. [1] Videntes autem viri Azotij huiuscemodi plagam, dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon deum nostrum. Et mittentes congregauerūt omnes satrapas Philisthinorum ad se, & dixerūt. † Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderuntq; Gethæi [2] a Circunducatur arca Dei Israel. Et circūduxerunt arcam Dei Israel. Illis autē circunducētibus eam, fiebat manus dñi Dei super singulas ciuitates interfectionis magnę nimis, & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis, à paruo vsque ad maiorem, & † cōputrescebant prominētes [3] extales eorum. b Inieruntq; Gethęi consiliū, & fecerunt sibi sedes pelliceas. c [4] Miserunt ergo arcā dñi in Accaron. Cumq; venisset arca dñi Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerūt ad nos arcā Dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. [5] Miserunt itaq; & cōgregauerunt oēs satrapas Philisthinorum. Qui dixerunt: Dimittite arcā Dei Israel, & reuertatur in locum suū, & non interficiat nos cū populo nostro. Fiebat enim † pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus dñi. Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebātur in secretiori parte natium, & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cęlum.

¶ Id est principes. a ¶ Sacerdotes & diuini. ¶ Torcularia, vel oppimentes.

✠ Ioseph. Passiones Azotorum Ascalonitis, & Accaronitis, secum deuexit. Nam cum & ipsi eisdem passionibus turbarentur, eam vicinis ciuitatibus tradiderunt. Et isto modo arca quinque ciuitates Palæstinorū transiuit, quasi prędam quandam exigens passionibus per singulas ciuitates.

✠ Hebræi. Cum ex infirmitate ani, etiam intestinum rectum propenderet, & effunderet sanguinem, atque reliquum ventris succum, veniebant mures terræ & intestinum arrodebant, cum maximo patientis dolore.

Margin: lib. 6. Antiq. ca. 1. — † Infra 6. a. — † & antea in cognitæ erāt eis marisçę. Alij lasit eos in natibus. — Inierunque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas. — † vel cōtritio. — D — E

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Viden. *Post percussionem Azoti, hic consequenter describitur percussio alterius populi. Et patet litera vsque ibi.*

2 Circunducatur. *Ad videndum si propter eius pęnitentiam contigerat dicta plaga, quod apparuit per effectum: Et patet litera.*

3 Etales. *i. intestina inferiora per quæ egrediuntur feces.*

4 Et fecerunt. *Vt possent melius sedere, & vt mures importuni nō possent intestina prominentia mordere.*

5 Miserunt. *Hic consequenter describitur consilium de remittendo arcam Dei ad locum suum, ad quod fuerunt coacti propter experientiam plagæ: nec arcam Dei audebant dissipare, ne peius eis eueniret. Et patet litera.*

4 Et

CAPVT VI.

a Fuit ergo, &c. ✠ Procop. Cum nullum ex oppidis arcam recipere auderet, eam extra oppida sub dio reliquerūt, sic rati se posse malis liberari. Quamobrem domino ipsos castigante, etiam frugum terrę penuria mulctati sunt. C Septenarius significat vniuersitatem temporum, quæ discurrit septenario numero dierum, & significat Dei testamentum vsque ad consummationem seculi in

CAP. VI.

a Fuit ergo arca domini in regione Philistinorum [1] septem mēsibus Et vocauerunt Philisthiim [2] sacerdotes & diuinos, dicentes: Quid faciemus de [3] arca domini? † Indicate nobis † quomodo remittamus eā in locū suum. Qui dixerunt: Si re[4]mittitis arcā Dei Israel, nolite dimittere eam [5] vacuā, sed † q debetis reddite ei p peccato, & tūc [6] curabimini, & scietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui di[7]xerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntq; b † illi: Iuxta numerū † prouinciarū Philisthinorū, quinque anos [8]

li in gentibus permansurum.

✠ Chrysostomus. Quoniam Philisthæi vatibus suis talia dicentibus consilia crediderunt, eorumque impleuerunt præceptū, Deus quoque condescensione solita, diuinorum sententiam comprobauit: nec maiestate sua putauit indignum, in effectum operis p fanorum dicta producere.

b *Quinque anos aureos, &c.*

Rab. Quinque ani aurei, & quinque mures quos fecerunt Philisthęi

Margin: † in quo. Rabbanus. — † restituite eā hostiam. — † ei. — Hom. 6. in Matt. — † supra 5. c. — F — † Principum.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP VI.

1 Fuit ergo. *Hic consequenter agitur de arcæ reductione. Circa q primo de modo reducendi consilium quæritur. secundò iuxta formam dati consilij reducitur, ibi:* Fecerunt ergo. *tertiò a Bethsamitis indiscretè suscipitur, ibi:* Porrò Bethsamitę. *quartò pp hoc populus percutitur, ibi:* Percussit autem. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

2 Et vocauerunt Philisthijm, &c. *idolorum suorum.*

3 Et diuinos. *qui per pacta cum dæmonibus inita tacitè vel expresse dicunt hominibus aliqua incognita. Dęmones enim eo quod in eis remanserunt naturalia integra ex intellectus pspicacitate, et experiētia longi temporis, multa sciunt hominibus incognita, & de talibus prædicti diuini ab eis instruuntur. Aliquando etiam dæmones ad dicendum diuinis vel etiam alijs aliqua vera a Deo coguntur, sicut patet in legendis multorum sanctorum, quod dęmones coacti eorum sanctitatem confitebantur. Et sic videtur fuisse in proposito, quia consilium ab eis datum cedebat ad gloriam Dei Israel & honorem ideo subditur.*

4 Si remit. arc. &c. no. di. eam. *i. absque muneribus gloriam & virtutem Dei Israel significantibus, ideo subditur.*

5 Sed quod debe. *id est, emendam pro peccato.*

6 Et tunc curabimini, &c. *a plagis vobis inflictis.*

7 Et scietis. *per experientiam.* quare non recedat. *vos percutiēs quamdiu retinetis eam, quæ autem sit emenda subditur.*

8 Quinq; anos, &c. *Per hoc designabatur plaga facta in populo*

✠ Phili-

MORALITER.

1 *Fuit autem arca.* In hoc capitulo describitur arcæ reductio, per quam significatur sanctæ crucis reportatio, quam Eraclius imperator occiso Cosdroe, & Persis in deditionē receptis in

✠ Hieru-

sthæi post plagam suam,& attulerunt ad arcam, significant, quia carnales quinque sensibus corporis dediti cum a domino fuerint correpti, scelera sua propria cognoscentes, iuste se percussos esse confitentur,& licet coacti in melius commutantur: Quod bene significant quinq; ciuitates Philisthinorum, Azotus, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, illos. s. exprimentes, qui externi hominis actus sequuntur. Gaza ciuitas est Heueorum, i. qua habitauere Cappadoces pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres erat terminus Chananæorum iuxta Aegyptũ, & cecidit in sortem Iudæ, sed eam non potuit obtinere: quia Enachim, id est, gigantes Allophylorum fortissimè restiterũt. Et est vsque hodie insignis ciuitas Palestinæ. Dicitur tamen Gaza futura in tumulum sempiternum, quia primum funditus destructa est,& in alio loco alia edificata. Ascalon vrbs nobilis Palestinę destinata tribui Iudę, sed habitatores eius superare nõ potuit. Geth autem nunc vicus grandis vocatur Gethan, inter Antipatrem & Thamnam. Est & alia villa huius nominis. Accaron est in tribu Dan vel in tribu Iudæ ad leuam Chananæorum, sed pristinos habitatores non expulit:& vsq; hodie grandis vicus Accaron dicitur inter Azotum & Thamnam respiciens ad Orientem. Quidam putant Accaron turrem Stratonis, postea Cęsaream nuncupatam. Azotus interpretatur ignis patris mei vel incendium. Gaza fortitudo. Ascalõ ignis infamis vel ignis ignobilis. Geth torcular. Accarõ, eruditio tristitiæ vel sterilitatis. Omnis enim cõcupiscentia infamis & ignobilis per diabolum inflãmata, per cõtrarias fortitudines instigata,& per torcular nequitiæ expressa, vinum profundit amaritudinis in doctrina praua & operatione peruersa. & iõ tendit ad mortem, vbi est tristitia vera & sterilitas perpetua.

Gaza. † Exo. 12. † factum est in eos, dimiserunt? Ascalon. Geth. Accaron.

aureos facietis, & quinq; mures aureos, quia plaga vna fuit omnibus vobis & satrapis vestris. Facietisq; similitudines anorum vestrorũ,& similitudines muriũ qui demoliti sunt terrã, & dabitis gloriã Deo Israel, si fortè releuet manũ suã a vobis, & a Dijs vestris, & a terra vestra. Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Aegyptus & Pharao cor suũ? Nonne † postquã † percussus est, tũc dimisit eos & abierunt? Nunc ergo arripite, & facite plaustrum nouũ vnum:& duas vaccas fętas, quibus nõ est impositũ iugum iũgite in plaustro,& † recludite vitulos earum domi. Tollitisq; arcam dñi,& ponetis in plaustro,& vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis ĩ capsellã ad latus eius:& dimittite eã vt vadat, & aspicietis. Et si quidẽ per viã finiũ suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: Si autem minimè, sciemus quia nequaquã manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerũt ergo illi hoc modo, & tollentes duas vaccas quę lactabãt vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulosq; earum † cõcluserunt domi. Et posuerunt arcã Dei super plaustrum,& capsellã quę habebat mures aureos & similitudinem anorum. Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergẽtes

a ¶ Peccati. b Cursus Dei decem milium multiplex. a Quasi in seculo remanentes. b Parentes filios. a Sanctos renunciantes seculo.

a *Quare aggrauatis corda, &c.* ✠ Procop. Recentem illarum rerum memoriam fuisse, sermones eorum testantur.
b *Plaustrum.* Crux Christi, arca sacra scriptura.
c *Duas vaccas.* Isido. Vaccæ arcam gestantes sanctos significãt, qui seculo renunciant, qui nullum delicti traxerũt iugũ. Sicut.n. vaccę vitulorũ affectu a recto itinere non deuiant, sic sancti patres tali affectu a bono proposito non exorbitant.
d *Et si quidem per viam.* &c. ✠ Theodor. Cum hæc consuluissent impij,& suorum Deorum sensissent imbecillitatem, voluerunt discere per experiẽtiam, plaga ne esset a Deo immissa, an casu accidisset. Nam mures & sedes ex auro fabricatas dono miserunt ad Deum q eos castigauerat. In triuio autẽ absque auriga dimissis vaccis, expectabant vt viderent an ad vitulorum mugitum reuertantur, an ad aliam viam declinẽt, relicta via quæ ducit ad Hebræos: vt si ex his quidem duobus fieret alterum, tãquam imbecillam condemnarent arcã. Sin autem vaccę alijs vijs relictis,& spretis suis vitulis, abeãt ad terram Israelitarum, verè cognoscerent illas plagas fuisse a Deo immissas.
✠ Procop. Deus autem hariolorum sententiæ obsecundauit vt ipsi etiam hostes virtuti diuinæ testimonium perhiberent: & magistri ipsorum de hac re, sententiam ferrent.
✠ Ioseph. Bobus autem recta via, veluti quodam duce præcedente, pergentibus, Palestinorum principes sequebãtur, quo starent, aut ad quos venirẽt volentes agnoscere.
e *Quæ ducit, &c.* Rab. via, scilicet regia euntes Bethsames, id est, in domum solis, celestẽ scilicet Hierusalem. vbi semp lucet sol iustitię.
f *Bethsames.* Rab. Ciuitas est sacerdotalis ĩ tribu Beniamin: q vsque

Rabbanus. Quæst. 13. in 1. Reg. † lactantes. † reducite vitulos earum sequẽtes eas ad domum. † duxerunt in domum. Bethsames.

NICOLAVS DE LYRA.

Philistinorum, quantum ad eorum corpora.
1 Et quinque mu. *ad designandum plagam inflictam terræ eorum, vt patet per prædicta.*
2 Et dabitis gloriam. *Per hoc enim confitebantur se percussos a Deo Israel & terram eorum, eò quod præsumpserant capere arcã Dei & secum ducere ad terram suam. Ad hoc autem inducitur exemplum cum dicitur.*
3 Quare aggra. *arcam retinendo.*
4 Sicut aggrauauit Aegyptus, &c. *detinendo populum Israel.*
5 Nonne postquam percussus est. *decem plagis.*
6 Tunc dimi &c. *vt habetur Exod. 12. sequitur.*
7 Facite plaustrum. *ad ponendum arcam desuper reuerenter.*
8 Et duas. *habentes iam fœtus natos, vt patet per sequentia.*
9 Quibus non est. *Et sic non habent vsum ducendi currum.*
10 Iungite in plaustro. *ad retrahendum ipsum.*
11 Et recludite. *Omnia ista fiebant ad experiendum virtutem Dei Israel in reductione arcæ. Vaccæ enim lactantes vitulos naturaliter inclinantur ad eos nutriendum, & ideo si ipsæ non reuerterentur ad fœtus, & portarent arcam directè ad terrã Israel, & maximè quia erãt inconsuetæ ad portandum iugum vel plaustrum trahendum, signum foret manifestum, quod ducerentur occulta Dei virtute: & ex hoc essent Philisthæi certificati quod plaga eorum fuisset à Deo inflicta, sin autẽ: alteri causæ imputarentur. Et ex his dictis patet litera.*
12 Fecerunt ergo. *Hic consequenter secundum formam dicti consilij arca reducitur, Et patet litera ex dictis vsque ibi.*
13 Et itinere vno gradiebantur. *vniformiter.*

MORALITER.

Hierusalem reportauit, quę per Bethsames vbi arca fuit reportata significatur, eo q Bethsames domus interpretatur. Hierusalem aũt conuenienter dr̃ domus solis, eo q diuinus fuit electa ad Dei cultum,& quia ibidem mysterium Christi fuit completum. Aliter autem per reportationẽ arcę in Iudæam significari potest reuersio fidei ad Iudeos circa finem mundi. Per duas autem vaccas arcam reportantes in Iudeã, intelliguntur duo prædicatores contra Antichristi perfidiã scilicet Helias & Enoch, quibus eius perfidiam detegentibus Iudęi dicuntur tunc recepturi fidem. De vaccis autem arcam portantibus in textu dicitur, q lactabant vitulos: per quod significatur, quod prædicatores verbi diuini dẽnt auditores doctrinæ dulcedine consolari. Dicitur etiam q vituli earum fuerunt domi reclusi, quia nouicij in fide vel religione non debent hinc inde euagari. Dicitur etiã quod vaccæ ibant mugientes, quia prædicatores per viam huius vitæ pcedentes debent deuotè Deũ orare. Psalm. 118. g. *Cantabiles mihi erant, &c.* Vnde de istis vaccis dr̃ in Heb. q cantabant. Item quod incedebant rectè non declinantes ad dexteram vel sinistram, per quod significatur quod pdicatores tenere debent rectitudinem vitæ & doctrinæ, nec ab ea declinare pp psperas vel aduersa.& sic veniunt Bethsames q interpretatur domus solis.& sic in sensu anagogico signat celũ beatorum. Cęlum enim dr̃ quasi casa Helios, id est, solis iustitię.

Incod.

vsque hodie monstrat de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim, in 10. miliaria contra Orientem: Altera Bethsames est in tribu Nephthali, in qua permansere cultores antiqui.

a *Et non.* Rab. idest: nec extollebantur prosperis: nec frangebantur aduersis. Si igitur ad æterni solis habitationem tendimus ab itinere Dei pro carnalibus affectibus nō declinemus. Pensandum autē qđ vaccæ Dei plaustro supposite pgunt, nec tamen ab itinere gressus flectunt. Sic prædicatores Dei & qlibet fidelis intra ecclesiam esse domini, vt pro ximis compatiantur per charitatē, & de via Dei non exorbitent p compassionem. Arca quippe super posita Bethsames pgere est, cū superna scientia ad internæ lucis habitaculum propinquare. qđ vere facim9 cum pro affectu pignorum non declinamus. Sic enim incedere debent, qui sacræ legis iugo suppositi, per internam scientiā domini arcam portant: vt propinquorum necessitatibus condolentes, a rectitudine non declinent: quorum gratia mentem nostram tenere debet, ne aut si effectu non tangitur dura sit, aut plus tacta sit in fletu remissa.

† sciderunt. • omnium. † principum. † lapidem. † ad diem hanc. † quæ erant in arca. † viros.

a mugientes, & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sini-b strā, sed & satrapæ Philisthijm sequebātur vsq; ad terminos Beth-c sames. Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle. Et eleuantes oculos suos viderunt arcam, & gauisi sunt cum vidissent. Et plaustrū venit in agrum Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis

a ¶ Leuitæ vel sacerdotes, qui alijs non licebat.

magnus. Et †conciderunt ligna plaustri, vaccasq; imposuerunt super ea, holocaustum domino. Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerūt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa domino. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthijm pro delicto d domino. Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnū, Accaron vnum. Et mures aureos secundum numerum • vrbium Philisthijm quinque † prouinciarum, ab vrbe murata, vsque ad villam quę

¶ Iero. luctus.

e erat absque muro, & vsque ad † Abel magnum, super quem posue-

¶ Assiduè

runt arcam domini, quæ erat vsque † in illa die in agro Iosue Beth-f samitis. Percussit autem dominus de viris Bethsamitibus, eo quòd

a ¶ Maiores natu optimates scilicet populi.

vidissent † arcam domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia † plebis. Luxitque populus, eo quòd dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitæ: Quis

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Rabban. b *Bethsamitis.* Domus solis. Hæc est ecclesia a sole iustitiæ illustrata. Bethsamitas in valle frumenta metere, est doctores ecclesiæ annonam verbi Dei in humilitate tractare. Lapis in agro Iosue, Christus in Ecclesia sua. Lingua plaustri, crux Christi. Vacca super lapidem immolare, est conuersos a seculo in Christi imitatione mortificare.

Lib. 6. Antiquit. cap. 1. ✠ c *Porrò Bethsamitę, &c.* Iosephus. Est autē quidam vicus in tribu Iuda, nomine Bethsamis, in quo venerunt boues. Cumq; in campum magnum deuenissent, vlterius accedere cessauerunt. Statuentes autem illic vehiculū, gratum miraculum habitatorib. vici illius præbuerunt. Aestatis namq; tempus, dum omnes in agris essent pro colligendis fructibus, cū vidissent arcā, delectationes passi, & opus manuū relinquentes, repente cucurrerunt ad eam, vehiculum simul & boues holocaustum offerentes, pariter epulati sunt.

✠ Theodoretus. Hebręi rem nouam, & alienam conspicati, nempe plaustrum quod a nullo homine regebatur, lubenter accurrerunt, & admirati sunt Dei victoriam.

Quæst. 14. in 1 Reg. trad. Heb. d *Azotus vnum.* Hieronym. Quinque anos, & quinque mures, quinque ciuitates dederunt. Reliquæ autem ciuitates prouinciarum & villæ quæ erant absq; muro, mures tātum. vnde, Ab vrbe murata vsque ad villā quæ erat absque muro, &c.

2. Reg. 20. f. e *Abel.* Ciuitas est in termino Israel, q̄ añ, Bethsames vocata, nūc vocat Abel vel p pter luctū sup viris Bethsamitib9 ibi factum, vel p pter distinctionē ciuitatis a Bethmaca, de qua exclamauit mulier sapiens ad Ioab: *Qui interrogant, interrogēt in Abela.*

Hieron. f *Percussit, &c.* Qui cū nō essent Leuitę, ausi sunt videre arcā. Hoc ne pateretur, in Exodo populus longè stabat, solus Moyses ascendit ad dominum. *Percussit &c.* In Hebr. habetur: *Et percussit de populo. 70. viros: & 50. milia viros.* 70. viros iudices.

Exod. 24. a. Septuaginta. Hebræi dicunt, nulli licebat detectam videre arcam nisi pontifici. percussi ergo sunt eo quòd indigni essent, vel indignè accessissent, vel non custodissent arcam.

L. 6. ant. c. 1. ✠ Ioseph. Indignatio Dei septuaginta Bethsamitas, & 50. milia plebis occidit, eo qđ non fuissent digni arcam cōtingere, q. nec sacerdotes erant apud illos, qui ad arcā accesserāt.

✠ Theod. Populus fuit castigatus, vt qui noluerit pro arca adire periculū, & septē mēses eam reliquerit inter alienigenas, & pro ea bellū nō susceperit. Cū ergo ostendisset Deus, quod eorum non egeat auxilio, & quantū honorem ac cultum acceperit ab alienigenis, eos ostendit magis impios.

✠ Eucherius. De optimatibus populi septuaginta sunt percussi, de ipsa autem turba vulgari hoīum 50. millia. Ob hoc autem a Deo percussi sunt, quia non solū appropinquauerūt ad arcam

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et mugientes.* Quasi Deum modo suo laudantes.

2 *Sed & satrapæ Philisthinorum seque.* Ad habendum experientiam prædictam.

3 *Porro.* Hic consequenter agitur de arcæ receptione. & primo describitur ipsa receptio. secundo interponitur cuiusdam dicti explicatio, ibi: *Hi sunt autem.* Circa primum dicitur.

4 *Eleuantes.* Dicunt Hebræi quod ista letitia fuit inepta, procedens ex leuitate capitis, & non ex debita reuerentia.

5 *Et conciderunt.* s. postquam arca fuerat deposita per Leuitas, licet ante scribatur.

6 *Vaccasq;.* In hoc videntur malè egisse, quia femella non offerebatur domino in holocaustum, quod erat sacrificium perfectissimum, vt habetur Leuit. 1. c. Cętera patent.

7 *Hi sunt.* Quia superius dixerat, qđ quinq; prouinciæ Philisthinorū fecernat quinque anos aureos, & quinque mures hic explicat quod quinque ciuitates principales hoc fecerūt, tamen alię villę minores adiacentes adiuuerunt in expensis. ideo subditur postea: *Ab vrbe murata vsque ad villam, &c.*

8 *Et vsque.* Quia terra Philisthinorum extendebatur vsque prope locum illum, & vocatur hic Abel magnus, qui supra vocatus est lapis magnus, quod patet ex hoc quod subditur:

9 *Super.* Ratio autem mutationis huius nominis fuit, quia populus ibi percussus fuit & luxit, vt dicetur. & ideo vocatus est Abel quod luctus interpretatur. Item quia nomina sunt propinqua Aben enim in Hebręo lapidem significat, & mutata n in l, fit Abel, vt patet.

10 *Percussit.* Hic consequenter describitur populi percussio: cuius percussionis duę causę prius sunt tactę. s. inepta lętitia, & holocaustum indebite oblatum. Tertia tangitur hic. s. curiositas, qua moti fuerunt ad vidēdum arcam nudam: quod sub pœna mortis inhibebatur. vt habetur Nume. 4. Quarta etiam causa ex circunstantia literę datur intelligi. s. quod arcam domini dimiserunt nimis sub diuo sine luminaribus & cultu debito. ideo sequitur.

11 *Et percussit.* Quod sic debet intelligi etiam secundum Hebræos quod solum lxx. viri sunt percussi qui erant tantę reputationis quod æquiparabantur quinquaginta milibus de plebeis. eo modo loquendi quo dicitur 2 Reg. 18. de Dauid: Tu vnus pro decem milibus computaris: principales enim populi percussi fuerunt, eo quod debebant ordinare populum, & præcauere de prędictis offensis.

ad arcam, sed etiam, vt alia translatio habet, *despexerunt*.

A a *Miseruntq;*. Rab. Significatur trans latio testamenti dñi a Iudæis ad gentes, quia cum illi carnali obseruantia atq; Pharisæorum superstitionibus legem fœdarent, Christi & discipulorum eius doctrinam recusauerunt. vnde: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia indignos vos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes.* (Act. 13. g.)

b *Cariathiarim*. Rab. Interpretat' villa siluarũ. de qua dr̃: *Donec inueniam locum do. taber. Deo Iacob. Ecce audi. eam in Ephra. inue. e. in campis siluæ*. (Psal. 131. Ibidem.) Locus enim dñi est tabernaculũ pectoris Christiani populi. Ciuitas.n. siluarũ.i.cõuentus gentium, est locus aptus ad suscipiendã arcã. In domo Aminadab, qui interpretatur pater meus spontaneus, & dicere potest voluntarie scilicet tibi.

Rab. Cariathiarim, ciuitas est saltuũ, vna de vrbibus Gabaonitarum pertinens ad tribũ Iudæ, nono miliario euntib. ab El ia Diospolim. de hac fuit Vrias propheta quẽ interfecit Ioachim in Hierusalẽ, sicut scribit Hieremias. (Hiere. 26. g.)

✠ Theodoretus. Filij Iechoniæ, vt impij & seruientes idolis, ægre tulerunt videntes arcã, & meritò luerunt supplicium. Quod etiã impiorum populus cõtempserit arcã, testatur quæ sequunt'. Diuinissimus.n. Samuel eos est hortatus, vt cõuerterent' ad dñm, & auferrent Deos alienos è medio sui, & lucos.

poterit stare in conspectu domini Dei sancti huius? Et ad quem ascendet a nobis? Miseruntque a nuntios ad habitatores Cariathiarim b, dicentes: Reduxerunt Philisthijm arcam domini, descendite & reducite eam ad vos. 1

¶ Præsentia ¶ Digne

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Miseruntq;*. Quia illa ciuitas erat securior & nobilior, propter quod arca poterat melius ibi custodiri.

Moral. Vaccæ portantes arcam testamenti, sunt prædicatores portantes verbum Euangelij. Qui lactant filios spirituales, eos consolando. mugiunt deuotè orando, rectè incedunt sanctè viuendo. Non declinant ad dexteram, allecti mundana prosperitate, nec ad sinistram prostrati aduersitate. Et sic veniunt ad Bethsames, quæ domus solis interpretatur. idest, ad celum q̃d casa Helios, idest, solis nuncupatur.

ADDITIO.

In cap. 6. vbi dicitur in postil. *Et itinere vno gradiebantur, id est*, vniformiter.

In libris antiquis translatio nostra sic habet: *Ibant autem vaccæ in sto itinere*: quod propriè consonat Hebraicę veritati in hoc loco, & magis conuenit proposito.

CAP. VII.

B a *Venerunt ergo viri*. ✠ Iosephus. Bethsamitę indignos se iudicantes, vt apud eos arca consisteret, mittentes ad omnes Hebręos, indicauerunt arcam a Palæstinis fuisse reuocatam: Qui reportauerunt eam in Cariathiarim proximã ciuitatem Bethsamitarum, vbi in domum cuiusdam leuitæ Aminabab noie, qui videbatur esse iustus, & vita religiosus, arcam introduxerunt, velut in locum Deo dignum, in quo habitaret vir iustus. Ministrabant enim arcę eius filij, & huic curę annis viginti prefuerunt.

✠ Theod. Prompto aũt & alacri aĩo arcam excepit Aminadab, & idcirco totam eius domũ dñs repleuit benedictione.

b *Gabaa*. Rab. Collis animæ humilium. vnde: *Suscipiant montes pacem populo, &c.* i. montes maiores animæ colles minores. Seu etiam Gabaa interpretatur sublimitas, vbi Eleazar sacerdos constituitur. (Psal. 71.)

C c *Eleazar*. Raban. Dei adiutorium Bene autem qui hoc nomine vocatur ad arcam domini custodiendam eligitur, quia sancti viri quicquid habent boni. Deo attribuunt non sibi. Vnde: *Sufficientia nostra ex Deo est, qui idoneos fecit nos ministros noui testamenti.* (2. Cor. 3. a.)

d *Annus vice*. Rab. Erat quando septimo anno regis Saul allata est in castra de Cariathiarim. *Annus vice*. Raba. Non ita intelligendum est quod viginti anni quibus arca mansit in Cariathiarim, vsque ad octauum regni Dauid annum quo cã congregata populi frequentia adduxit in Hierusalem, sint computandi. Inuenitur enim in sequentibus, quod tempore Saulis de hac ciuitate ablata est in castra contra Philisthæos. & quia constat quòd Dauid duxit eam in Hierusalem de domo Aminadab, restat intelligi quod in diebus Saulis de castris relata est in præfatam ciuitatem. vnde, postea regnante Dauid deducta est in Hierusalem. Est ergo sensus, quia ex quo mansit arca in Cariathiarim, erat annus vicesimus, cum in tempore Saulis translata est in castra. Vel vicesimus annus erat cum omnis domus Israel post dominum quieuisset abiectis idolis & seruiens

CAP. VII.

a Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerũt arcã domini, & intulerũt eã ĩ domum Abinadab b in Gabaa. Eleazarũ aũt c filiũ ei⁹ sãctificauerũt, vt custodiret arcam domini. Et factũ est ex qua die mansit arca domini in Cariathiarim, d multiplicati sunt dies: erat quippe iam annus 1 2 3 4 5 6

¶ Gentilis Ecclesiæ. ¶ Qui interpretatur pater meus spõtaneus.

a Postquam testamentum mansit in ecclesia multiplicati sunt iusti, qui ab ipso vt dies illum mi sunt.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

1 *Venerunt ergo*. Descripta prostratione populi Israel propter filiorum Heli peccata, hic cõsequenter describitur releuatio ipsius per Samuelis merita. Et primo ponit' continuatio ad prædicta secundo releuatio ista, ibi: *Et factum est ex qua die mansit arca domini*. In fine præcedentis capituli dictum fuit, qualiter significatum fuit viris de Cariathiarim quod arcam ad se ducerent, hic consequenter ostendit' qualiter hoc fecerunt, cum dicitur: *Venerunt ergo viri Ca. & redu. arcam domini*. ad ciuitatem suam.

2 *Et intulerunt eam in do. &c.* Hoc non fuit factum statim, sed per magnum tempus post, quia per aliquod tempus stetit in Cariathiarim. & inde translata fuit, in Masphath, & inde in Galgala, vt dicitur libro de Hebraicis quæstionibus. & postea fuit translata in Nobe vbi erat tempore Saul, secundum quod habetur in frã 21. ca. & inde translata est postea in Gabaa in domum Aminadab, vt hic dicitur. Et de loco illo Dauid transtulit eam in domum Obededom, & inde in ciuitatem Dauid, vt habetur 2. Reg. 6.

3 *Eleazarum autem, &c. sanctificauerunt, vt custodiret arcam domini*. Hebræi autem dicunt: *Præparauerunt*, seu *dispo suerunt*, & in idem redit: quia talis præparatio est quædã sanctificatio.

4 *Et factum est ex qua die*. Hic consequenter declaratur releuatio populi sub Samuele, quæ facta est propter conuersionem populi ad Deum per solicitudinem Samuelis. Circa quod primò describitur dicta conuersio. secundo Philisthinorum debellatio, ibi: *Et audierũt*. tertio populi pax, & bona ordinatio, ibi: *Facta est itaq;*. Circa primum, quia litera est intricata & indiget supplemento, sicut & in pluribus alijs locis sacræ scripturæ. Sciendum quod Heli mortuo, Samuel statim incepit discurrere & docere populum, vt illum reduceret ad Deum per debitam conuersionem ad cultum diuinum, quæ quidem cõuersio incepit a tempore quo populus iam viderat malum, quod euenerat propter peccata filiorũ Heli, & audiuerat plagam Philisthinorũ propter arcam domini, & durauit tempore Samuelis, vsque ad regnum regis Saulis, scilicet viginti annis vel circiter, & hoc notatur cum dicitur: *Et factum*. id est, trans lata fuit ibi de Bethsames, vt prædictum est.

5 *Multiplicati sunt*. in quibus Samuel hortabatur populum ad bonum.

6 *Erat quippe iam*. Postquam inceperat Samuel docere populum.

Et re-

MORALITER.

1 *Venerunt, &c.* Sicut dictũ est supra per arcam significatur crux sancta. Per viros igitur Cariathiarim arcam ad se reducentes, possunt intelligi pauperes religiosi crucem pęnitentiæ sibi assumentes.

seruiens illi, qđ eam fecisse toto tēpore Samuelis Iosephus testatur 27.ſ.annis, & primo tempore regni Saul, quod eodem Ioſepho teſtante 20.annis tenuit. Cum.n. receſsiſſet a Saule ſpiritus domini,& agitaret eũ ſpiritus nequã ad per ſequẽdũ Dauid,ſecuta eſt eum aliqua pars militię & plebis.

a *Aſtaroth.* Factura explorationũ. Qui uerus Iſraelita eſt, aufert a ſe omnem facturam malignorum ſpirituum & iactantiam atq; ſuperbiã,& ſeruit domino ſoli,quia nulla ſocietas lucis ad tenebras.

b *Maſphath.* Ciuitas eſt in tribu Iuda iuxta Cariathiarim. Rab. *Maſphath.* Speculatio, uel contemplatio,uel intentio uel locus iudicij. Bene autem cõuenit iſte locus tam ſancto viro qui in iuſtitia & veritate iudicauit,& ſumma prudentia gubernauit populum.Eccleſia in vnitate fidei ſub nouo ſacerdotio collecta, aquas lachrymarum hauriẽs ſatisfaciendo in cõſpectu domino effundit, propheta populũ i Maſphath, iudicat, qui doctor eos maxime docet, quos in intentione cõtemplationis & ad amorem patrię cœleſtis intentos eſſe perſpexerit.

c *Hauſeruntque aquam. &c.* Vt ſicut aqua effuſa non redit,ſic nec ipſi redirent ad idololatriam.

✠ Hieronym.Hebræi tradunt quod coram domino in eandẽ aquam maledicta cõgeſta ſint, & ſicut in lege mulier zelotypa,hauſta aqua probatur,ita & hic idololatræ hac aqua probati ſunt. Quicunque enim idololatra hanc guſtaſſet, labia eius ita ſibi adhærerent, vt ab inuicem ſeparari non poſſent, hocque indicio deprehenſus interficiebatur. Quod & ſequentia demonſtrant, cum dr. *Iudicauit Samuel filios Iſrael in Maſphath.* Iudicare in hoc loco,eſt idolatras morti tradere. Moſes hoc etiam modo idolatras qui uitulum fecerant,probauit.

Rabban. — † Ioſ.24.c. Rom.5.c. — Lib. tradit. Hebr. — †totum. — Num.5. — Exod.32.

✠ R.Leui. Aqua effuſa ſignum fuit mutati propoſiti, uelle ſe poſt hac mundos eſſe, & nihil ſuperfuturum idololatriæ.

✠ Chaldaeus. Ita effuderunt corda ſua coram domino, ac ſi aquam funderent.nihil eos ſimulaſſe, ſed prorſus omnes ſuas cupiditates patefeciſſe.

vicesimus, & † requieuit omnis domus Iſrael poſt dominũ. Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicens. † Si in toto corde veſtro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth, & præparate corda veſtra domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim. Abſtulerunt ergo filij Iſrael Baalim,& Aſtaroth, & ſeruierunt domino ſoli. Dixit autem Samuel. Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphath, vt orẽ pro vobis dominum. Et conuenerunt in Maſphath. Hauſeruntq; aquam & effuderunt in cõſpectu domini,& ieiunauerũt in die illa,atq; dixerunt ibi. Peccauimus domino. Iudicauitque Samuel filios Iſrael in Maſphath. Et audierunt Philiſthijm quod cõgregati eſſent filij Iſrael in Maſphath,& aſcenderunt ſatrapę Philiſthinorum ad Iſrael. Quod cum audiſsent filij Iſrael,timuerunt a facie Philiſthinorum. Dixeruntq; ad Samuelem. Ne ceſſes pro nobis clamare ad dominum Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum. Tulit autẽ Samuel agnum lactẽtem vnum, & obtulit illum holocauſtum † integrũ domino. Et clamauit Samuel ad dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum dominus. Factum eſt autẽ cum Samuel offerret holocauſtum, Philiſthijm iniere prælium contra Iſrael.

a ¶ Aſcendentes vel ſuperiores.
a ¶ Aures domini in preces iuſtorum.

✠ Ioſephus. Haurientes aquã immolauerunt Deo, & tota die ieiunantes,in orationibus conuerſati ſunt.

✠ Tertull. Ieiunium etiam iratum Deum homini reconciliat. Deliquerat Iſrael, in aquatione apud Maſphath cõgregatus a Samuele,ita ſtatim delictum ieiunio diluit, vt periculum prælij ſimul fugerit. Cum Samuel offerebat holocauſtum, in nullo magis procuratã audimus Dei clementiam,quam abſtinentia populi. Allophyli præliũ admouebãt. Dominus intonuit uoce magna ſuper eos,confuſi ſũt, & corruerunt in cõſpectu Iſraelis: ceciderunt paſtos impaſti,armatos inermes. Hę vires ieiunantium Deo, cęlum pro eiuſmodi militat.

✠ Theod. Cum Deus iuſſerit in vno loco Deum colere,cur Samuel altare ędificauit? Templum nõdum erat ędificatum,& Deum colebãt i diuerſis locis. Cęterum, hinc quoque diſcimus, quod cum ſciret Deus populi propenſionem ad impietatem, diuinũ cultum loco circũſcripſit. Pijs enim & qui ſciũt ſcopũ legis, quilibet locus eſt cõſecratus ad Dei cultum. Nam Elias in Carmelo extruxit altare, & obtulit ſacrificium.

✠ R. Leui. Non ipſe Samuel ſacrificauit, ſed aliena manu.

✠ Auguſt. Ipſe dicitur offerre cuius oblationes ſunt,quas ſuper altare ponit ſacerdos.

d *Agnum lactentem.* Agnus oblatus pro populo Dei uictoriã præſtat,& per paſsionem Chriſti dęmonibus ſuperatis,pax data eſt fidelibus.

L.6.antiq. cap.2. ‡ingemuit. (vel luxit) — L.adu.pſyc. cap.7. — Quæſt.15. in li.1.Reg. — 3.Reg.18. — L. quæſt. ve. & no. teſta. quæſt.56.

✠ R.Leui. ✠ Rab.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et requieuit.* ſcilicet 20.annis quibus præfuit Samuel,& ſubditur modus quo Samuel reduxit populum ad Deũ a principio,cum dicitur.

2 *Si in toto corde.* Et patet litera vſque ibi.

3 *Congregate,* vbi renouauit fœdus populi cum Deo, ideo ſubditur.

4 *Hauſeruntq;.* Ra. Sa. dicit,quod hoc fecerunt in ſignum humiliationis.q.dicerent. Sicut aqua effuſa ad nihilum valet ultra,ſic in conſpectu tuo nihil ſumus vel uidemus. Ionathan filius Oziel maximæ reputationis apud Hebræos, hoc exponit de conuerſione cordium ad Deum,& ſic per iſtas aquas intelliguntur lacrymæ contritionis exeuntes a corde,& per oculos effuſæ.

5 *Iudicauitq;.* Quia non ſolũ reconciliauit populum dño ſed et vnũ quemque de populo ad proximũ ſuũ iniurias & fore facta ad ęquitatẽ iuſtitiæ reducendo. Aliter aũt exponit̃ ſm aliquos ab illo loco. Erat quippe annus viceſimus.ſ.quo arca dñi mãſerat in Cariathiarim, ita qđ per hoc notatur, q, tot annis manſit ibi antequam inde alibi transferretur. Et quod ſequitur. *Hauſeruntque aquam & effuderunt,* dicunt aliqui quod in illa aqua erant maledicta congeſta, ſicut in ſacrificio zelotypiæ, ita quod labia bibentium ſi fuiſſent idololatræ,ita iungebantur,quod non poterant abinuicem ſeparari, & per hoc conuincebantur,ſicut tempore Moſi per potum aquæ, vbi puluis vituli aurei fuerit commiſtus, prout dictum fuit Exod.32. ideo ſequitur. *Iudicauitque Samuel.*ſ. idololatras interficiendo qui conuincebantur modo prædicto, prima tamen expoſitio videtur mihi magis rationabilis, lector tamẽ eligat quam voluerit.

6 *Et audierunt.* Hic conſequenter deſcribitur Philiſthinorũ debellatio. Ad cuius intellectum ſciẽdum,quod Philiſthijm poſt debellationẽ populi Iſrael pp peccata filiorum Heli tenuerunt ipſum ſub tributo,& ne haberent conſilium & opportunitatem rebellandi,interdixerant eis congregationes populi fieri: propter quod audito,quod congregati eſſent in Maſphath,venerunt cõtra eos in prælium, ſed Samuele orãte & holocauſtum pro populo offerente, fuerunt cælitus debellati,ſecundum quod dicitur infra.

✠ Intonuit

MORALITER.

† *Ait autem Samuel ad vniuerſam domum.* Per quẽ ſignificatur bonus prælatus ſecularis vel religioſus, qui populum hortat̃ recedere a ſeruitute diaboli,& inhærere ſeruituti Dei.

† *Auferte.* Per quos deſignãtur vitia,quibus diabolo deſeruitur. Venter enim Deus eſt guloſi,& pecunia cupidi, & ſic de alijs vitijs.

4 *Hauſeruntq; aquam & effude.* Ad ſignificandum abiectionẽ peccatorũ ſine recidiuo. Et quoniã dęmones ſic recedẽtes a ſe nituntur ad ſuam reducere ſeruitutem, ideo ſubditur.

† *Et aſcenderunt ſa.* qui interpretantur ſatis rapiẽtes, propter quod ſignificãt dęmones qui rapere ſtudẽt homines per peccata,ideo dicitur quod aſcenderunt ad Iſrael.i. ad fideles vt ſuæ ſubiicerent ſeruituti.

† *Tulit autem Samuel agnum.* i.tenellum, per quem ſignificatur Chriſtus,de quo dicitur Ioan.1.c. *Ecce agnus Dei,&c.* Qui dicitur tenellus teneritudine pietatis quem bonus prelatus offerre debet in ſacramẽto Euchariſtiæ pro ſuorũ ſubditorũ ſalute,& dæmonum repulſione,ideo ſubditur.

† Into-

Rab. Innocentem vitam igne charitatis accensam.

A a *Intonuit.* ✻ Ioseph. Palæsthinis Deus terrã mouit, eamq; tremere fecit, ita vt scissa i diuersis apertionib. sorberet. De inde tonitruis concrepitantib. & igneis coruscationib. longe micantibus, velut incendens vultus eorum, nimis eos affecit, & ex eorum manibus arma diripiens, nudos in fugam vertit.

lib. 6. antiq. cap. 6.

✻ August. Infinita Philisthinorum, agmina quasi arenæ maris, per plena terræ Israel se effuderunt, quæ Dominus Samuele orante, ingenti cœli fragore perterrebat, quatenus per hoc, & Israelitæ non propria virtute vicisse intelligerent, & hostes Dei protectionem & auxilium erga hũc esse populum scirent.

† contriuit. lib. 2 de mirab. sacræ script. c. 8.

† eius.

✻ Ioseph. Samuel eos cum multitudine persecutus est, & plurimos interfecit, & lapidẽ fixit velut terminum victoriæ & hostium fugæ, eumque lapidem fortitudinem appellauit, qui Hebræi signum esset diuini solatij cõtra hostes adhibiti. Inimici post illam plagam nequaquam super eos egressi sunt, sed timore & memoria rerũ quæ super eos accesserant, quiescebant. Fiducia quę fuerat Palęsthinis aduersus Hebræos, post hanc victoriã facta est Hebræorum.

B

† & terminũ suum. liberauit Israel.

Rab. Cum per prædicatores euãgelij dominus intonat, spirituales hostes in fugã conuertuntur coram Israel. i. populo Dei, & persequuntur eos vsq; in domum agnitionis, vsque quo. s. omnis error expurgetur, & Deus vere cognoscat.

b *Bethchar*, Rab. domus agnitionis, vel domus agni.

C c *Et posuit eum.* Alia editio. *inter Masphath nouam & veterem, & vocauit nomen eius Abenezer, vel Abongener. i. lapis adiutorii.* Hęc est medietas saluatoris, per q̃ transeundũ est a Masphath veteri ad nouã. i. ab intentione qua expectatur in carnali regno beatitudo falsa, ad intentionem qua per nouum testamentũ expectatur in regno cęlorũ beatitudo vera, qua quoniam nihil est melius hucusq; adiuuat Deus. Masphath intentio. Sẽdentiũ. Lapis inter hęc, Christus inter intẽtionem veteris testamẽti, & euãgelij prędicationẽ positus, ipse lapis propter firmitatẽ adiutorij, quia suos contra dęmones adiuuat dimicantes.

D

a Intonuit autẽ dominus fragore magno in die 1 illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt a filijs Israel. Egressiq; filii Israel de Masphath persecuti sunt Philisthęos, & percusse b runt eos vsque ad locum qui erat subter Beth- a ¶ ob signum victoriæ. c char. Tulit autem Samuel lapidẽ vnum, & posuit eum inter Masphath, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitq;. d Hucusque auxiliatus est nobis dñs. † Et humiliati sunt Philistiim, nec apposuerunt vt venirent vltra in terminos Israel. 2 Facta est itaque manus domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis. Et redditæ sunt vrbes quas tulerant Philisthijm ab Israël, Israëli, ab Accaron vsque Geth, & terminos suos. Liberauitq; Isra- e el de manu Philisthinorũ, 3 eratq; pax inter a ¶ Amarum, vel loquentem. Israel & Amorrhęũ. 4 Iudicabat quoq; Samuel Israelem cũctis diebus vitæ suæ. 5 Et ibat p singulos annos circumiens a ¶ Domus Dei. Bethel, & b ¶ Reuelatio. f Galgala, & a ¶ Intentio. Masphath, & iudicabat Israelẽ in supradictis a ¶ Excelsum signum, vel mortis visio. locis. 6 Reuertebaturq; in Ramatha, ibi enim g erat domus eius, & ibi iudicabat Israelẽ. 7 Aedificauit etiam ibi altare domino.

d *Hucusq; auxil.* Quia qui hos terminos transcedunt, vt hæretici, auxilium Dei non merentur.

e *Eratq;.* Christus est nostra pax, qui fecit vtraq: vnũ, per quem facti sunt prope qui erant longe.

Eph. 2. c.

f *Galgala.* Ciuitas est vbi Iosue populum secundo circumcidit, & pascha celebrauit, & deficiente manna Israel vsus est panibus triticeis, vbi & lapides sunt translati de alueo Iordanis, vbi tabernaculũ testimonij multo tempore fuit. Hæc cecidit in sortem Iudæ, & vsq; hodie ostẽditur locus in secũdo ab Ierícho miliario hominibus illius regionis venerandus. Sed iuxta Bethel quidam aliam Galgalam suspicantur.

Iosue. 5. a. Ibidem. Iosue 4. d.

E

Galgala interpretatur volutatio vel reuelatio. Bene ergo propheta in Bethel, & in Galgala, & Masphath iudicauit Israel, & reuertens in Ramatha, in domum suam iudicauit ibi Israel, & ædificauit ibi altare domino, exemplum tribuens iudicium esse faciendum in domo Dei, non indiscrete vel maliuola mente, sed secundum quod scriptura reuelauerit, & intentione bona & amore fraterno, & sic esse reuertendum in Ramatha in domum nostram. id est, ad interna pectoris, vt vacemus contemplationi, & in altari fidei gratas hostias operis & veritatis offeramus.

F

g *Aedificauit etiam ibi, &c.* Lex præcepit, nõ ędificari altare nisi vbi dominus elegisset, sed ne immolarent dijs, cõstruxit altare, in quo non reprehenditur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Intonuit autem dominus, &c.* Ita quod ex fulgure multi fuerunt mortui, & alii exterriti fugientes pro magna parte occisi, & patet litera.

2 *Facta est.* Hic consequenter describitur populi Israel tranquillitas & bona ordinatio sub regimine Samuelis. Et patet litera vsque ibi.

3 *Eratq; pax.* Quia seruiebat Israel sub tributo.

4 *Iudicabat quoque Samuel, &c.* s. vsque ad institutionem & confirmationem Saulis, ex tunc enim Saul habuit officium iudicandi.

5 *Et ibat.* Per loca ad iudicandum opportuna proprio labore & expensa, vt habetur infra 12.

6 *Reuertabaturq;.* vbi communius iudicabat populum.

7 *Aedificauit etiam.* Sed in hoc uidetur fecisse contra legem quia non debebat esse altare aliquod ad immolandum, nisi in loco vbi erat arca sicut dictum fuit, Ios. 22. quę non legitur fuisse in Ramatha. Dicendum quod ex dispensatione domini poterat alibi immolari, & per consequens altare construi, & hoc modo Samuel ibi altare construxit. Potest etiam dici secundum illud quod dictum fuit Deuteronomium 12. & est satis verisimile, quod a tempore quo arca fuit capta per Philisthæos, vsque ad tempus quo fuit posita in templo constructo per Salomonem arca non habuit stabilem mansionem, quia tempore intermedio de loco ad locum frequenter fuit transportata, vt patet ex prædictis, & aliquando ad exercitum deportata, vt habetur infra 14. & ideo sacrificia votiua, ad quæ offerenda homines non tenebantur, sed si fiebant ex deuotione poterant alibi offerri secundum voluntatem & deuotionem offerentis. Sicut & alia sacrificia poterant fieri hoc modo, tempore quo arca & tabernaculum fuerunt in deserto, eo quod arca adhuc non habebat stabilem mansionem, sicut dictum fuit Deuteronom. 12. Tempore uero quo fuit in Silo non fuit hoc licitum, prout dictum fuit Iosue 22. quia tabernaculum & arca longo tempore fuerunt ibi: & habuerunt ibi stabilem mansionem, licet non ad semper.

MORALITER.

1 *Intonuit.* Nam per diuinum auxilium dęmones territi fugiunt a tentationibus fidelium populorũ, propter quod subditur.

† *Hucusque au.* Et quia de talib. beneficijs diuinis debet memoria remanere in fidelium cordibus, ideo dicitur quod Samuel posuit lapidem, & locum vocauit, Lapidem adiutorij, ad memoriam beneficij diuini.

4 *Iudicabat quoq;.* Quia bonus prælatus non solum debet pro subditis exorare, sed defectus eorum per correctionem debitam emendare.

CAP. VIII.

A a *Factum est,&c.posuit filios.* Rab. Quia secundũ Iosephũ alterum in Bethlehem, alterum in Bersabee posuit.

b *Abia.* Rab. Pater dñs, vel pater fuit. Bene ergo qui in inchoata iustitia non permanserunt, & paternitatem domini neglexerunt, fuit Deus, vel pater fuit, nominati sunt, vt significentur paternitate Dei indigni.

c *Et non ambulauerunt.* Quia pro munere opprimebant iustitiam, ad epulas pretiosaque conuiuia declinantes.

Li.6.anti.c.3. ✻ Ioseph. Isti facti sunt exẽplum, quod aliquando boni & moderati ex malis (vt Ezechias ex Achaz, & Iosias ex Manasse) & praui producerentur ex malis. Nam a patris studijs recedentes, muneribus, turpibusque lucris iustitiam comprimebant, & iudicia non vera, sed secundum prẹmia proferebant, & ad epulas pretiosaque conuiuia declinantes, primum quæ erant inimica Deo gerebant, secundò, B quæ patri aduersa.

† Osee 13. c. Quæst. 16. in lib.1.Re. ✻ Theodor.& Procop. Quare Samuel non luit pœnas propter scelera filiorum, sicut Heli? Isti in homines iniuriosi, illi in Deum impij fuerunt. Neque enim illi violauerunt matrimonia, nec libidinibus iniuria affecerunt diuinum tabernaculum: neq; ventri suo dabant primitias hostiarum, euerso ordine sacrificiorum. Eos autem solum accusat, ꝙ corrumperentur muneribus. Neque hoc sciebat propheta. Habitabat enim Ramathaim, illi verò Bersabee.

Li 6.antiq. cap.4. d *Displicuitq; sermo,&c.* ✻ Ioseph. Verba populi concusserunt Samuel, propter insertam ai iustitiam, & odiũ circa reC ges. Nimia ergo cogitatione afflictus, neq; cibi memoriã habuit, neque somni; sed facta nocte, rerum cogitationes euoluens sine sopore permansit.

D Quæst.17. lib.1.Reg. ✻ Theod. & Procop. Regis petitio legi diuinæ repugnat, Deus enim & domini & regis loco erat: propheta autem administer, & veluti prefectus, aut dux, & imperator.

CAP. VIII.

a 1 Factum est autem cum sea ¶ Quia ætate & curis grauatus solennia celebrare non poterat. nuisset Samuel, posuit fi- 2 lios suos iudices sup Israel. Fuitq; nomẽ filij ei⁹ a ¶ incipiens vel fuit Deus. primogeniti Ioel: & nob men secũdi Abia, iudicũ c in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius, sed declinauerunt post auaritiã, acce- 3 perunrq; munera, & puerterunt iudiciũ. Con- 4 gregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha. Dixeruntq; a ¶ Aetate defectus. rebus præesse non potest. ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis. † Cõstitue nobis regem, vt iudicet nos, d sicut & vniuersæ hñt nationes. Displicuitque 5 sermo in oculis Samuelis, eo quòd dixissent: Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Sa- 6 muel ad dominum. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocẽ populi in omnibus quæ 7 a ¶ Qui vos spernit, me spernit. e loquunt̃ tibi. Non enim te † abiecerunt, sed me: 8 ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua,

Lib.1.Recognit. ✻ Clemens Rom. Vbi Israelitæ tyrannos sibi magis quæsiuere quàm reges, tunc etiam in loco qui eis orationis causa fuerat destinatus, templum pro ambitione regia construxere: & sic per ordinem regibus impijs sibi inuicem succedentibus ad maiores impietates populus declinauit.

Episto. ad Magnes. e *Non te abiecerunt, sed me.* ✻ Ignatius. Decet vos episcopo obedire, & in nullo ei contradicere, terribile est enim tali contradicere. Nõ eñi hũc qui cernitur seducit quis, sed inuisibilẽ decipere nititur, qui non potest falli a quoquam. Nam si id fit, non ad hominem, sed ad Deum redit cõtumelia. Samueli enim Exod.8. dixit Deus, *Non te spreuerunt,* E *sed me.* Et Moses inqt: *Non aduersus nos est murmuratio hæc, sed aduersus dominum Deum.*

Epi.65.quæ est ad Rogatianum. ✻ Cyprian. Cũ Samuel sacerdos a Iudęorũ, populo ob senectutẽ contẽneret, exclamauit iratus dñs, & dixit: *Non te spreuerunt, sed me.* Et vt hoc vlcisceretur, excitauit eis Saul regẽ, qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per omnes contumelias, & pœnas supbum populũ † spreuerunt. calcaret & premeret, vt contẽptus sacerdos de supbo populo vltione diuina vindicaretur.

Com.li.1. cap.18. ✻ Rupertus. Israelitæ importuno tempore dixerunt. *Da nobis regem qui iudicet nos.* cum haberent iudicem iustè iudicantem spiritus Dei & sermonis domini veritate. In eo etiã populus deliquit, quia regnantem super se sermonem domini, immò ipsum dominum Deum suum proiecit, sicut postmodũ F ipse Samuel acri inuectione dicit: Vos proiecistis Dom. &c.

☞ *Hoc erit*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VIII.

1 F*Actum est.* Descripta superius malitia filiorum Heli, hic consequenter describitur malitia filiorum Samuelis, quia vtraq; fuit occasio, vt terminaretur regimen per iudices, & reges instituerentur. Igitur circa hoc primo describit̃ filiorũ Samuelis transgressio, secundo populi petitio, ibi: *Congregati ergo.* tertio domini diffinitio, ibi: *Et orauit Samuel.* Circa primum dicitur.

Factum est. quia iã non poterat ita commodè per loca ad iudicandum discurrere.

2 *Posuit filios suos.* Credens eos fore suæ iustitię imitatores. Sed hoc non fuit ita. vnde subditur.

3 *Acceperuntq;.* Et sic dupliciter peccauerunt. s. accipiendo munera pro iudicio, quod non est licitum, licet pro labore iusto & bono iudices possint accipere stipendia ad victum decentem & honestum. Secundo, quia propter munera declinauerunt a iustitia reddendo iudicium peruersum.

Congregati

4 *Congregati ergo.* Hic consequenter describitur populi petitio de rege habendo. cuius vna causa fuit malitia filiorum Samuelis, vt hic exprimitur, cum dicitur; *Filij tui, &c.* Alia fuit: quia audierãt Naas regem filiorum Ammon, disponentem exercitum ad veniendum contra eos. & ideo volebant habere regem capitaneum sui exercitus contra eum: & hęc causa hic tacetur, sed infra exprimitur 12.cap.

5 *Displicuitq; sermo.* Propter tria. Vnum fuit, quia displicuit malitia filiorum suorũ, quæ vsq; tunc latuerat ipsum. Aliud fuit propter honorem diuinum, qui videbatur contemni seu diminui, eo quod retinuerat sibi in populo Israel nomen regium. Tertio, quia populus in hoc volebat assimilari Gentilibus dicens: *Constitue nobis regem sicut & vniuersæ habet nationes,* vt immediate præponitur.

6 *Et orauit.* Hic consequenter ponitur domini diffinitio. Samuel enim istud negotium reduxit ad dominum. qui respondit: 7 *Audi vocem populi.* de rege instituendo.

8 *Non enim.* Quia tu solum eras meus vicarius. & quod ista petitio eorum ex malo processerit, ostẽditur cum subditur: *Iuxta omnia opera sua, &c.* sequitur:

✻ *Sicut*

MORALITER.

1 *Factum est,* Per filios Samuelis propter munera iudicium peruertentes, ostendit̃ quod aliquãdo de bonis & sanctis viris nascuntur peruersi, sicut econtrario de peruersis iusti. De Achaz enim & Manasse qui fuerunt pessimi, nati fuerunt Ezechias, & Iosias qui fuerunt optimi.

† *Filij tui, &c. Constitue.* Ex quo patet quod ꝓpter malitiam regentium commouetur aliquando populus ad petendũ vel faciẽdũ aliquid quod ei cedit in malum. Quia enim ista petitio populi fuerit culpabilis, patet ex hoc quod habet̃ infra 12.c. *Inuocabo dominũ, & dabit voces, pluuias, & scietis & videbitis quia grande malum feceritis in conspectu domini, petentes super vos regem.* Et similiter aliquãdo pro malo regentiũ, populus mouetur ad rebellionem & seditionem, ex quibus sequuntur maiora mala quam fuerit regentium rapina.

7 *Audi vocem populi.* Ex hoc patet, quod aliquando dominus exaudit aliquid quod nõ cedit ad bonum petentis, eo quod male petit: & talis exauditio magis est punitio, Osee 13.c. *Dabo tibi regem in furore meo.*

quæ fecerũt a die qua eduxi eos de Aegypto vsq; ad diem hanc. Sicut [1] dereliquerũt me, & seruierũt diis alienis: sic etiam faciunt tibi. Nunc [2] ergo audi vocem eorum. Verũtamẽ contestare eos, & prædic eis, ius [3] regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaq; Samuel omnia verba domini ad populũ, qui petierat a se regem, & ait: Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis: Facietq; sibi equites & præcursores quadrigarum suarum. Et constituet sibi tribunos & † centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruũ suorũ. Filias quoq; vestras † faciet sibi vnguentarias, & † focarias, & panificas. Agros quoque vestros & vineas & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. Seruos etiã vestros & ancillas & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoq; vestros addecimabit, vosq; eritis ei serui. Et clamabitis ĩ die illa a facie regis vestri, quẽ [4] elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa. Noluit autem [5] populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquã. Rex enim [6] erit super nos, & erimus nos, quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel. Vadat vnusquisque in ciuitatem suam. [7]

Interlinear: a ¶ Idest testimonium da illis. — a ¶ Exactionem & dominationem. — a ¶ Iudices. — ¶ Coquinarius. — a ¶ Quæ redeunte anno vineæ proferunt. — a ¶ Scilicet audiemus te. — a ¶ Donec indicet Deus quid faciamus.

a *Hoc erit ius regis, &c.* ✱ Iosephus. Apparuit Samueli diuinitas, cumque consolata est, dicens: Audi vocem, &c. prædices tamen eis, quales erunt reges, & quæ sub eis mala passuri sunt, protestans, qualem mutationem habere festinant. B Samuel conuocatis Iudæis, narrauit quę essent futura eis per reges, & quibus forent afflictionibus atterendi. Filios vestros auferet, & cætera. Seruietis omnibus cum vestris regi, serui effecti, horum quę sermonum memoriam tunc habebitis, quando hæc passi fueritis: & pœnitentia ducti rogabitis Deum, vt vestri misereatur, & C donet a regali onere velocissimam libertatẽ, qui vestras nõ suscipiet preces. D

b *Et clamabitis in die illa, &c.* ✱ Hierony. Samuel ideo eis dura regis exponit imperia, vt ad dominum regẽ clemẽtissimum conuertantur. Sed illi absque volũtate Dei reges extiterunt. Ergo Saul non ex volũtate Dei, E sed ex populi errore rex factus est. Ait enim dominus: *Me rege deserto, petierunt sibi regem, sicut & gentes reliquæ, & fecerunt contra voluntatem meam.* ✱ Beda. Non qualis esse debeat moderatus & iustus imperator exponit, cuius in Deuteronomio perfectio docetur, sed potius rector improbus, a quo austeritate subiectos sit oppressurus intimat, vt F per hæc populum a pertinaci illius petitione reuocet.

Margin: Li. 6. Antiq. cap. 4. — † quinquagenarios. — † tollet in — † de feminib. vestris, & vineis vestris capiet decimas. — pro nobis — Com. inc. 8. Osee. — † pistrices vel coquas — lib. 2. expo. in Samuel. ca. 1. — Deut. 17.

ADDI-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sicut dereliquerunt.* Ostendẽtes facto, q; non haberent me pro rege suo, 2 *Sic et faciunt, &c.* Abiiciendo te ne sis vicarius meus. 3 *Verũtamẽ contest.* Circa qđ sciendum, q; aliqua sunt de iure regis in necessitate positi, pp bonũ cõe regni, & sic oĩa quæ inferius exprimunt a Samuele sũt de iure regis: quia in tali casu oĩa sunt regis vel principis, & exponẽda vel expendẽda pro bono cõi. Sicut & in corpore naturali videmus, qđ manꝰ vel ẽt alia pars corporis naturali instinctu exponit ꝓ cõseruatione vitæ ipsius corporis. Si aũt accipiatur alio mõ ius regis extra necessitatẽ, sic plura exprimunt a Samuele, q̃ non ptinent ad ius ipsius regis: vtpote oĩa illa quæ reddunt populũ subditũ seruilẽ, & quę non respiciunt bonũ cõe, sed magis hoĩs in regno positi voluntatẽ & talia pdixit eis Samuel, ad retrahendũ eos ne peterent regẽ, q̃a eis non expediebat, & q̃a regimen pp magnitudinẽ ptãtis regi concessã de facili conuertit in tyrannidẽ. vñ & Deut. 17. vbi agit de cõstõne regis dr: *Non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum meum in Aegyptum.* s. quasi seruũ nec hẽbit argẽti & auri immensa pondera. & ibidem subditur: *Ne eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos.* & secundum istum duplicem intellectũ exponenda sunt q̃ sequunt de regimine vsq; ibi. 4 *Vosq; eritis.* scilicet si conuertat regnum in tyrannide, qđ de facili fit, saltem in parte pp magnam regis potestatem. 5 *Et clamabitis.* propter oppressionem quam vobis inducet. sequitur. 6 *Nequaquam:* scilicet dimittet nos Deus exaudire si regem hẽmus. Cætera patent vsque ibi. 7 *Vadat vnusquisque.* Hoc autem dixit Samuel, vt super electionem regis inquireret domini voluntatem. a qua dependet regis institutio. secundum quod habetur Deut. 17. vbi de institutione regis dr: *Eum constitues regem quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* Ad maiorem prędictorum euidentiam quæritur. vtrum filij Israel peccauerunt petendo super se regem. Et arguitur quod non. quia petere illud quod est bonum simpliciter, & de dictamine rationis rectæ non est peccatum: gubernatio autem populi per regem est optima vt dicit Philosophus 3. Politico. & per consequens est de dictamine rõnis rectæ, quæ magis respicit bonum cõe quã particulare. ergo, &c. Itẽ illud quod cõceditur lege diuina licitũ est, quia nullum peccatũ cõcedit, sed Deut. 17. c. cõcedit lex diuina filijs Israel constitutionẽ regis, vbi dr. *Cum ingressus fueris terrã quam dñs deus tuus dabit tibi, &c.* Et sequitur. *Eum constitues quem dñs Deus tuus elegerit,* ergo &c. Contra infra 12. c. dr. *Scietis & videbitis quia grande feceritis vobis malum in conspectu domini, petentes super nos regem.* Ad hoc dicẽdum quod cum regnum sit optima politia, cæteræ gentes a filiis Israel petẽdo vel constituendo super se regem non peccauerunt, sed magis bonũ egerũt. Filij aũt Israel hoc faciendo peccauerũt, vt patet per verba Samuelis ad hoc allegata, quę hñtur inf. 12. c. & per consequens miraculum a Deo datum ad verificationẽ verbi Samuelis, vt ibidẽ hẽtur. Cuius rõ est, quia Deus populum Israel elegit sibi specialem & peculiarẽ præ cæteris populis sm qđ dr Deut. 7. b. *Te elegit dñs Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris,* & iõ voluit esse rex immediatus illius populi, propter quod & legẽ dedit ei in monte Sinai per seipsum. i. per angelum in persona illius loquentem & non per hominem mediatorem, propter quod voluit homines gubernatores illius populi ab ipso immediate institui, tanquam eius vicarii essent & non reges vel dñi, vt patet in Moyse & Iosue, & de iudicib. sequẽtibus, de quibus dicitur in lib. Iud. Suscitauit eis dñs talem vel talẽ iudicem, pp quod filij Israel fecerunt ꝯ ordinationẽ domini, petendo sup se regẽ hominem mortalẽ, cum dñs hoc sibi retinuisset, & ad bonum populi, quia sẽper gubernauit eos, & optime, & ꝓtexit q̃ diu fuerunt boni subditi, & sẽper sic fecisset si populus ille in bona subiectione sub dño stetisset. Ex dictis patet primũ argm̃, quia si gubernatio regis optima est, sequit q; melior est gubernatio hr̃e regem Deum immediatẽ, quãtõ Deus est melior hoĩe: & iõ ꝯ istã ordinationẽ petere nõ est bonũ, sed malũ. Ad ꝯm dicendum, q; illud q; habetur Deute. 17. de constõne regis, quantũ spectat ad populũ non fuit concessio ꝓprie dicta, sed magis pmissio, sicut repudiũ vxoris fuit pmissum ad duritiã cordis eorũ, prout dictũ fuit Deut. 24. sicut tñ in repudio fuit præceptum, quòd darent libellum repudij si repudiarent: sic in proposito si pertinaciter regẽ hr̃e vellent, p̃ceptum fuit q; de populo Israel haberent & non de alio, vt ibidem dicitur.

Margin: Quę sunt de iure regis. — An populus peccauerit, petendo regem.

MORALITER.

3 *Prædic. eis, &c.* Hic accipitur ius largè & impropriè dictũ, quod reputatur ius pp malum abusum. nam illa quæ dicunt hic de iure regis, magis ꝯtingũt p exercitiũ tyranidis. Quia enim pertinere dñr ad regẽ, hoc est ad ostẽdendũ: qđ ꝓpter malitiã hoĩum regnum de facili conuertitur in tyrannidem.

A

ADDITIO.

In cap. 8. vbi dicitur in postil. Vtrum filij Israel peccauerunt petendo super se regem.

Rñsio postillatoris ad hanc qõnem non vr̄ ad plenū sufficere. Nā institutio regis in aliqua gēte vel populo simpl̄r cōsiderata, nō tollit imediatā gubernationē diuinā ab eo. Stāt enim simul, qđ Deus sit rex immediatus alicuius gētis ipsā in principalibus immediatē regēdo seu gubernādo, & tñ cū hoc hēant supra se regē, seu principē hoiem mortalē qđ manifeste patet in populo fideliū. Populus.n. fideliū immediatè a Deo gubernari dicēdus est, qđ patet p rōnes a postillatore allegatas, p filijs Israel. Nā si in antiqua lege populū illū sibi Deus elegit in spālem seu peculiarem, ſm illud Deut. 7. in postil. allegatum, non tñ minus, sed lōge magis populus fideliū in noua lege est a Deo electus spāl s, & peculiaris. iuxta illud 1. Pet. 2. b. *Vos aūt estis genus electū regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c.* Sir̄ & si antiqs dedit lēgē p angelum in psona Dei loquentē, & non p hoiem mediatorē, per amplius verò & pfectius Catholicis legē dedit p seipsum. i. p filium Dei æternū, & per spūm sanctum in forma visibili missum. vñ si populus ille rōnibus pdictis debuit p Deū immediatē gubernari, p easdē rōnes seu fortiores populus fideliū immediatē a Deo debet gubernari. qđ ēt patet ex pmissione Chri. Matt. vlt. d. *Ego vobiscum sum omnibus di. &c.* q. exponitur vno modo, p assistentiā Chri suę ecclesiæ, continuè ipsam dirigendo p occultos instinctus spūs sancti, vt idē postillator in eodē loco dicit: Ex quibus pnr hr̄, q. sicut ecclesia licet a Deo immediatē interiori gubernatione regat̃, non tñ ex hoc instituendo supra se regē hoiem in tpalibus peccat,

B vt patet ex vsū ecclesiæ consuetudine, quæ maximæ autoritatis est. Sic pari modo & rōne dicendum vr̄, q. antiqui licet Deum habuissent regē & immediatū gubernatorē, tñ petendo simpl̄r supra se regē non peccassent. Nec valet dicere, q. gubernatio diuina, respectu ecclesiæ immediata est quantū ad spūalia. Nam ēt in spūalibus summus pōtifex constituitur in ecclesia absq; pctō, imo sequendo vestigia Chri dicētis Petro: *Pasce oues meas.* Ioā 21. d. Si aūt dicatur, q. summus pontifex tanquā Dei vicarius ecclesiā gubernat, quod verū est. idem ēt posset dici de regimine regali. vñ Apostolus de rege simpliciter loquens ad Rom. 13. b. *Non sine causa gladium portat, minister enim Dei est.* Præterea si pctm̄ filijs Israel impositum, in hoc q; petierunt sibi regem ex rōne per postillatorē assignata causaret̃ sequeret̃ q. semper in eodē peccato perseuerarent durante regio regimine. Nam sic existendo semp fecissent ɔ Dei ordinationē, qui sibi soli eorū regimē immediatū retinuerat: nolēs qđ sup eos homo mortalis regnaret, vt ait postillator. Ex quo vlterius seqt̃, qđ oratio Samuelis p populo, vt Deus eis parceret hoc pctm̄, esset vana, & ɔ regulā diuinę legis, durante eorū cōtumacia i eodē pctō: Ratio huius est. Nā ſm legē diuinā nō dat̃ venia nisi correcto. vt patet Ezech. 18. *Cū auerterit se impius, &c.* Sed cōstat, vt hr̄ infra 12. c. qđ Samuel populo sibi supplicanti vt p eo oraret, & suū pctm̄ de petendo regē aperte cōfitēti, respondit: *Ne timeatis, &c.* & infra: *Absit à me ne orem Deū pro vobis, &c.* Ex qb9 satis patet, qđ huiusmodi pctm̄ p populi cōfessionē & orationē prophetæ fuit sublatū: nō obstante qđ adhuc perseuera-

C bant in eodē peccato, retinendo sibi regē illicite, ſm opinionē postillatoris. Pręterea dicere, qđ cōcessio de cōstitutione regis filijs Israel facta Deut. 17. non fuit propria concessio, sed magis permissio, sicut repudium uxoris, &c. non videtur rationabiliter dictum. Nam qđ matrimoniū sit inseparabile p hominem, est de iure naturali ſm postillatorē, prout ipse nitit̃ probare Matth. 19. licet hoc non reputē esse verū, put ibidem domino concedente amplius declarabitur. Cōstat autē qđ permissio facta de repudio, non tollit legem naturę quæ indelebilis est, sed in proposito est per oppositū. Nā constitutio regis in aliqua gente est conformis iuri naturali, representat. n. gubernationē mundi ab vno Deo. prout etiā philosophus i politicis, & alibi determinat. vnde pmittente lege diuina regis cōstitutionē, vt in c. Deut. allegato: talis cōstitutio. s. regis remanet omninò licita tanq̄ iuri naturali cōformis, & a iure diuino nō phibita. Ex qb9 videt̃, qđ quæstio nō remanet sufficiēter soluta. Vnde ad eandē vr̄ aliter dicendū. s. qđ populus iste nō peccauit petendo regē simpliciter, cum hoc iam sibi esset a Deo concessum, & iuri naturali cōforme: Sed peccauit petendo regem certo modo, contra diuinam ordinationem. Ad cuius declarationem sciendū, qđ cōstitutio regis iuxta potestatē sibi cōcessā pōt esse duplex. Primo mō, qđ rex habebat plenam potestatē in populo sibi subdito, nō solū in his quæ ad defensionē ptinēt subditorū, [illegible] ad eorū dispositionem gubernationem: sed etiam in his quę pertinent ad omnes actus iudiciales, intantū quod rex sic constitutus dr̄ esse absolutus legibus, prout legiste de imperatore dicere solent. Sir̄ vt & de regibus qui superiorē, nō cognoscūt asserit̃, & talis rex dr̄ esse sup oia iura positiua, seruando ea ad libitū, vel reuocādo: prout in plurib. mundi partibus non solum paganorum, sed ēt Catholicorū esse dignoscit̃. Et qa bonas seu magnas fortunas ferre nō posset nisi virtuosus, vt hr̄ in 10 Ethic. pfecta aūt virtus raro inuenit̃, ideirco pp tantā ptātem regibus cōcessam, seu ab eis vsurpatam frequēter in tyrannidē labūtur, qđ est pessimum regiminū. Vñ & de talibus pōt intelligi illud Oseæ 13. c. *Dabo eis regem in furore meo, &c.* In pœnā. n. populorū dātur eis reges qui tñ absoluta vtant̃ ptāte. Sedō modo pōt cōstitui rex cū ptāte limitata, sic. s. quod in his saltē quæ ad iustitiā pertinēt præsertim cōmutatiuam sit sub legib. iā ordinatis & legitimis consuetudinibus, quas in se & alijs obseruari faciat fortiter exequendo: & inferiorū iudicum defectum legitimè supplendo, nec tñ ɔ eas temerariè aliquid agendo. Sir̄ auferēdo a se omnia illa quæ cupiditati, seu cōcupiscentiæ, vel superbiæ, occasionē præstant, ex quorū appetitu frequenter declinatur ad tyrannidem. Et qa ſm D. Tho. in 1. 2. q: 105. art. 1. in corpore articuli ordinatio principatus quam lex diuina antiquis instituit fuit optima: idcirco isto modo cōcessum fuit filijs Israel instituere supra se regē, nō aūt primō modo, Quod patet ex hoc: nā in eodem ca. & contextu Deut. 17. cū ageret̃ de constitutione regis, dñs diligens verba populo ait. *Cum dixeris: Constituam super me regem, sicut hñt omnes per circumitum nationes.* quod intelligitur de primo modo regnandi pdicto. Cæterę enim nationes vt in pluribus reges hñt cum prima potestate, quę sępe in tyrannidem vertitur. Vñ saluator ait: *Reges gen-*

E *tium dominantur eorum, &c.* Luc. 22. c. Quem modū constituendi regem dñs ei non concessit, sed potius secūdum modum. Nam ibidem dedit eis regulas tam in modo eligendi regē, quàm in modo viuendi ipsius in se, quàm ēt ad Deum, & ad subditos tales, quod oino cōtradicit modis cōmunibus aliarum nationum, seu gentium. In modo enim eligendi ad cauendas violētias & fraudes, quæ in similibus electionibus solent contingere, instituit vt spectaretur iudicium diuinum, vnde ait: *Eum constitues quem dominus Deus tuus elegerit.* Similiter ad vitandum imitationem consuetudinū aliarum nationum, ait: *Non poteris alterius gentis hominem regem facere.* Consequenter prohibuit regi multiplicare equos, currus, & vxores, & immensa argenti & auri pondera, quæ occasionē præstant tyrannidis, vt dictum est. Similiter instituit vt rex semper legeret & cogitaret de lege Dei, vt cōtinuo esset in Dei timore & obedientia, cum dicit: *Describet sibi Deuteronomium legis huius, &c. legetque illud oibus dieb. vitæ suæ, vt discat timere Deum, &c.* Similiter instituit vt nō superbè, seu tyrannicè contemneret subditos, seu opprimeret, cum dicit: *Ne eleuetur cor eius in superbia super fratres suos, &c.* quæ omnia contradicunt modo primo regnandi, qui est cōmuniter gentium seu nationum, vt dictum est. Sed constat qđ filij Israel, regis institutionem primo modo eis non concesso, sed potius implicite, seu interpretatiue cum prohibito petierūt, vt patet per uerba principalia suæ petitionis in hoc cap. ubi sic dicit: *Pone nobis regem vt iudicet nos sicut gentes.* Non enim solum petebāt esse sub rege modo eis a dño concesso, qui est secundus modus, sed vt rex iudicaret eos modo quo reges cōmuniter iu-

F dicabāt gentes. s. absolutè, & absq; limitatione ptātis & refrenatione appetitus, prout moris cōis erat inter gentes, præsertim eo tpe. & ideo seqtur: *Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent: Da nobis regem vt iudicet nos.* Nō enim displicuisset si regem simpliciter petiuissent modo eis a dño cōcesso: sed pp istam additionem: *Vt iudicet nos sicut gentes,* quod intelligitur modo primo prędicto, vñ & sequitur: *Dixit dñs, &c. Non te abiecerunt sed me.* petendo. n. regem cum ptāte & iurisdictione absoluta: sicut inter gentes, implicitē petebant ipsū ɔ modū instituendi regem sibi cōcessum, vt dictū est. Vñ & statim Deus mādauit, vt populo ptestaret̃, seu declararetur ius regis tali modo regnaturi, dicens: *Filios vestros tollet: filias vestras faciet sibi vnguentarias, &c.* Vnde & finaliter ius huius regis concludit: *Vosq; eritis ei serui.* quod propriè est tyrānorum qui suis subditis vt seruis principantur: quod totum occasione plenissimæ potestatis regi concessum ad modū cōmunem gentium contra diuinam ordinationem cōtingere consueuit. In qua quidem petitione perniciosa pertinaciter perseuerantes Samuel iura regni tyrannici eis explicanti responderunt. *Nequaquam, rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, &c.* In quo euidentius explicauerunt petitionē eorum esse contra diuinam ordinationem & concessionē, vt dictum est. Et sic patet manifestè, quomodo in hoc peccauerūt: de quo peccato verisir̄ pœnituerunt petētes a Samuele vt oraret p eis Deū: ut infra 12. cap. ubi Samuel offerens se pro eis oraturū prote-

Duplex regis potestas

status est: *Igitur timete Deum & seruite ei, &c.* quod dicit peccatum cōmissum in petēdo regē mō pdicto dimittet̃ uobis, dū tñ nō derogent diuinis legibus, seu ordinationib. Si aūt dicat̃, q̧ si uerē populus pœnituisset, Saulē amouissent a regno. Ad hoc dicendū, q̧ iam non poterant facere. Primò, qa erat iam Saul tpe pniæ populi ad instantiā eorū a Deo p Samuelē unctus: ut j. 10. cap. unde & eius amotio, seu reuocatio uideret̃ quodāmodo ꝯ honorem diuinū, & ideo cū Samuel dixisset Saul, infrà 15. f. *Scidit dñs regnum Israel a te. &c.* subiungit ibidē: *Porrò triumphator in Israel pœnitudine non flectetur, &c.* q. d. & si tu iam es a Deo abscisus, non tñ statim amoueris a regno: ne dñs videat̃ quasi pœnitudine flecti. Scdo, qa Saul post victoriā in Iabes Galaad habitam erat vallatus in regno. Tertiò, qa eius regnū publicè erat in Galgala renouatū, vt infrà 11. ca. Nec obstat, q̧ cū populus cōfiteret̃ pctm̄ suū Samuel, dixerunt: *Addidimus. n. peccatis nostris malum, vt peteremus regē.* 12. cap. vbi non fuit facta mētio de modo regnandi, vt inter gentes & hmōi. Nā hoc est breuitatis causa omissum, cū iam in loco proprio sæpe repetitū fuisset, vt dictū est. De regno aūt Dauid non est mentio in hoc facienda. fuit. n. ipsius regnum pro se, & suis successorib. a Deo per Samuelē iustum, & a Deo iudicē constitutū, absq; aliqua populi petitione, seu instantia institutū, vt patet infrà 16. ca. Pōt ēt dici ad qōnem principalem ſm quosdā, quod filij Israel peccauerūt petendo regē, non solū pdicto modo, sed ēt iniuriando Samuelem iustum, & a Deo iudicē constitutum. Licet. n. filij sui quos cōstituerat iudices peccassent, vt patet in principio huius ca. nō tñ ex hoc ī scriptura legit̃ imposita culpa Samuelis, sicut Heli imponit̃ ex pctō filiorū s 2. c. Ratio differentię est: nā peccata filiorū Heli erant publica, seu notoria, tā sibi q̃ populo peccata vero filiorū Samuelis, nō ita erant publica, seu manifesta. peccabant. n. ī accipiendo munera & puertendo iudiciū, q̧ pluries fit occulte & colorate. & sic pſumēdū est, q̧ Samuele ignorante hoc fecissent, pſertim, qa nō fuit antea monitus nec redargutus sicut Heli. Vnde vt Samuel ostenderet innocentiā suā, j. 12. c. requisiuit populum. Primò præsentando filios suos populo, vt redderent rōnem de seipsis, dicendo: *Ego senui, & filij mei vobiscū sunt.* q. d. vt puniatis eos secundū delicta eorum. Secundò requirit eos de seipso, dicēs: *Ecce præsto sum, loquimini de me corā domino & coram Christo eius, vtrū bouem cuiusquā tulerim, &c.* vsq; ibi: *Testis est dominus, quia non inueneritis quippiam in manu mea.* & sic patet q̧ ipse volebat se purgari ab infamia suæ dispōnis. Concordat cū hoc glossa, quę super illud verbum: *Nō te abiecerūt, sed me.* interlineariter dicit: *Qui vos spernit, me spernit.* In quo patet, quod cum Samuel cōstitutus a Deo sine causa spernebat̃, Deus ipse videbatur sperni. in quo manifeste peccabāt, ēt si petitio regis post obitum Samuelis esset licita eo modo quo petita fuit. De quo peccato videntur pœnituisse, cum eum posteà tam in vita, quàm in morte multū honorificè tractauerint, vt patet ex decursu historiæ. Et sciendum q̧ hic secundus modus respondendi ad questionem non repugnat primò. ex vtroq; enim simul posset formari sufficiens rñsio, vt patet intueti.

REPLICA. Burg. saltū faciens vsq; ad primum Regū, in quo vsq; ad 8. ca. non mouet nisi difficultates vocales, de quib. non iudico, cum res sit nota. In hoc 8. cap. vbi postillator quærit, disputat & concludit, q̧ filij Israel peccauerunt petendo super se regē. Burg. longa digressione, sed nō multa rōne nititur determinationem postil. infirmare. Et vt clarius appareant Burg. ineptiæ, digressionē eius redigā in certa dicta, quæ p ordinem tractabo secundū merita eorundē.

Burgensis dictorū quadruplex increpatio.

Primū igitur eius dictū est, q̧ stat simul gentē regē aliquē hre mortalem: Deum tñ eius gentis fore immediatū regem & gubernatorē principalē: & p illud dictū putat Burg. soluere argm̄ quod postillator pro cōclusione facit: q̧ videlicet Iudei peccauerūt regē petēdo. putat ēt p idem replicare ꝯ solutionem datam ad argm̄ Iudæorum in ꝯrium. Et fortassis bene putaret, si dictum illud esset in proposito verū: nūc autem falsitas illius dicti patet ex lr̃a, iuncta glossæ interlineari. dicit enim litera: *Nō te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt a die qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, sic etiam faciunt tibi.* Hæc in litera glo. interlinearis dicit, *qui vos spernit, me spernit.* & j̃ ca. 10. resumitur pctm̄ hoc, ibi petendo regē, quibus suppositis non stat qd̄ Deus sit rex & gubernator, sic rege postulato, vt dicit lr̃a cū gl. nisi gn̄ali influentia quā Iudæi abijcere non potuerunt. Sed illa nō est ad propositum Burgen. nec exempla quæ ponit valēt in hoc casu, quia & ecclesia, & populus Christianus hēt reges ī spiritualibus, vt Papam: & in temporalibus, vt Imperatorem: & eos veneratur, eisq; subiectus est: tñ Dei regnum principale & immediatū non abijcit: sed potius regnum hoīum viæ Dei contrarium vsque ad mortem contemnit, vt patet in primitiua ecclesia, in tempore Apostolorum & Martyrum.

Secundum dictum Burg. est, quia peccatum Iudæorū regē petentiū, confessione populi, & Samuelis orōne fuit abolitū, manente tñ regimine regis, iō petitio regalis regiminis non fuit pctm̄. Nam manente peccato peccatū non cēsetur abolitū. Sed hoc dictum fundatur super falso fundamento. Nā petere regem absolutè non est pctm̄ in proposito commissum, sed petere ꝯ Dei ordinationē est in proposito peccatū: quia sic petere est Dei ordinationē contēnere, & Deū abijcere ne regnet. Nūc ante Deus noluit aliquē huic populo præfici, vt iudicē regē aut sacerdotē nisi sua ordinatione, vt patet p totū decursū vete. test. ab exitu Aegypti vsq; huc. Populus aūt Deū & hāc eius ordinationē abiecit petēs regē dari a Samuele, videlicet p electionē vel humanā institutionē, vt sicut & cęteræ nationes regē haberent. vñ dr̃ in litera. *Congregati vniuersi seniores natu dixerunt ad Samuelem: Constitue nobis regē vt iudicet nos sicut cæteræ nationes*: non dixerūt: pete nobis a Deo regē, &c. quo modo si dixissent nō peccassent: nec Dei ordinationi ꝯuenissent. Cū aūt de pctō sic cōmisso pœnituissent, & errorē pfatū correxissent, & Samuel pro eis orasset, pctm̄ est abolitū, vt patet j̃. 12. ca. in lr̃a iuncta glossæ interlineari. nec rex tūc fuit cōstitutus sicut petitus. petebat̃ enim cōstitui ordinatione humana, vt ostensum est: & hoc fuit pctm̄: sed petitio vt sic nō habuit effectū, qa instituebat̃ electione & vnctione Dei. Nō erat igitur pctm̄ sub rege sic constituto permanere. Burg. igitur errauit in fundamēto, putans populum permansisse sub regimine regio vt petito, q̧ falsum est, vt patet ex dictis. Quibus bene pensatis, obiectiones Burg. ꝯ postil. nullius sunt efficaciæ. Sed Burg. idē præsumens aliter absoluere quæstionem motam, dicit contrariū.

Est igit̃ tertiū eius dictū tale: q. petere regē fuit populo a Deo cōcessum. Deut. 17. c. iō petendo nō peccauit. Sed illud dictū respiciēdo bñ lr̃am allegatā vr̃ supponere falsū, qa in illa lr̃a nō ponit̃ aliqd̄ verbum ptinens ad cōcessionē de rege petendo. Est. n. hic tenor lr̃æ allegatæ: *Cum ingressus fueris terram quam dñs Deus daturus est tibi, & possederis eam, habitaueris que in ea, & dixeris: constituam supra te regem, sicut habent oēs per circumitum nationes: eum constitues quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* Ecce lr̃a, cuius sensum suprà. Deut. 17. dixi hr̃e sensum prænosticum. Prænosticauit enim Deus Iudæos sic dicturos: non præcepit nec cōcessit, sed ordinauit prægnantē negatiuā, s. quod sic dicendo nō cōstituerent regem, nisi electione præcedente. Huic autem ordinationi petendo a Samuele regē expresse contradixerūt. tum quia petierunt ab humana potestate. tum quia sicut cæteræ nationes, quę ad diuinam ordinationem non respexerunt. Igitur peccauerunt, quod est contra tertium Burg. dictum.

Quartum dictum, est q̧ regis constitutio contigit dupliciter. Vno modo ſm potestatem regēdi illimitatam. Alio modo limitatam. Primo modo cōstituit̃ rex absolutus legibus, potens regere pro libito voluntatis. exēplificat de Imperatore & alijs regibus, tā Catholicis, q̃ infidelibus. Scdò modo constituitur rex obligatus ad seruandū leges ptinentes ad se & subditos. Sed ista distinctio nō est artificialis, quāuis multi principātur vitiosè secundum primum membrum, non tñ ad sic principandū instituū̃tur: immò in proposito casu Iudæi ex vitiato regimine filiorum Samuelis acceperūt occasionem petendi regē. Dr̃ namq; in hoc ca. quod filij Samuelis, *declinauerunt post auaritiam, & acceperunt munera, & peruertebāt iudicia. Congregati sunt ergo omnes maiores natu Israel, venerūt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntq; ei: Ecce tu senuisti & filij tui non ambu. in viis tuis: constitue nobis regem.* vnde luculenter apparet q̧ petebant regem, vt euaderent primum modum regendi. quis igitur desipiens diceret eos petijsse tyrannidē quā euadere cupiebant? Est. n. primus modus regēdi tyrānicus, quē Iudęi petendo regē petere non potuerūt, quemadmodum vult Burg. Nam implicare videtur, qd̄ quis cōtra voluntatē aliquid instituat vel eligat: cū omnis talis libera institutio, & electio sit voluntaria. Si igitur fieret cōtra voluntatem, esset inuoluntaria: per consequens implicatio. Istius confirmatio potest videri in lumine naturæ, quemadmodū Arist. 3. Polit. oēm principatum distinxit in tēperatum, & vitiatū. Temperatum dixit: in quo principans dominatur ad cōe bonū, conferens ſm voluntatem subditorum. Vitiatum autem dixit deficere in altero, uel utroque. Certū est igitur vitiatum nō peti elegi vel constitui a subditis, quia omnis talis est præter, immo contra voluntatem subditorum. Secundus igitur principatus & modus regnandi a subditis peti nō potest: sed solum primus, qui si uertitur in intēperatū & tyrannidē, potius subditi dicendi sunt talem principatū pati quàm petere. Nec exēpla Burg. de Imperatore, & alijs sūt vera. Non. n. tales subditi ꝯstituūt, sed tēperato modo cōstitui sępe intēperati &

Principatus duplex.

A rati & vitiosi fiunt. Nec verum est de regum & imperatorũ iudicio, quod sunt electi & instituti ad iudicandum secũdum arbitrium voluntatis, sed sunt instituti ad iudicãdum non de legibus, sed secundum leges, & si aliquãdo modum suæ institutionis excedunt cadentes in tyrãnidem Oligarchiam' vel Democratiam in his casibus subditi potius patiuntur quam agunt, quia tales casus non proueniunt ex subditorum institutione, sed institutorũ vsurpatione. Immo & titulus Imperatoris modo regendi vitiato contradicit. Nã titulus eius est N. Dei gratia Romanorum rex & semper Augustus, hoc est reipublicæ, non priuatæ accommodatus. Ita & aliorum regum protestationes sunt sub Dei gratia, quæ vitiatum principatum non admittit. Ex quibus patet quod solutio Bur. quã concludit suis inepte dictis, videlicet quod Iudæi petentes regem vt regeret intemperato & vitiato regimine, qđ apud eum dicitur illimitatum, peccauerunt, nihil valet, quod patet ex prædictis. Et certe quantumcunque barbari scienter sibijpsis nocere non possunt, nocerent autem sibijpsis si secundum Burg. regem contra commune conferens peterẽt & petiuissent, Non enim talem regem quantumcunque barbarus elegit, patitur quidem bene, vnde dixit Arist. de huiusmodi vitiose principantibus. Sustinent quidem homines talem principatum nihil contristati propter ipsorum barbaram & seruilem naturam, & consuetudinis auxilium: Et propterea quę dicta sunt Bur. fortasse pœnitentia ductus, in fine suæ inutilis digressionis ponit huius quæstionis solutionem meliorem: quæ quasi concidit cum postillatore, quod videlicet Iudæi peccauerunt petendo regem non simpliciter, sed propter abiectionem Samuelis sine sui culpa vsque ad abiectionem Dei, iuxta glos. *Qui uos spernit, &c.* D

CAP. IX.

a V*Ocabulo Saul.* Rab. Saul q offenso Deo fact' est rex super Israel, Iudęos significat. Sicut. n. ipse durus & superbus, & rigidus factus est, vt eos B seruili onere premeret q̃ liberaret. Sic populus Iudæorũ, quãuis vnctus in sacerdotib. & regibus, tamen ancillæ filius erat quæ in seruitutem generabat, nec perfectam libertatẽ per vnctionem consequi poterat, pręcipue quia regem verum & mãsuetum recipere noluit, per quem potuit liberari. Saul ergo petitio interpretatur, q fuit de stirpe Beniamin, quia filius Cis filij Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Sareth, filij Aphia. Bẽiamin, filius dexterę. Cis durus, C vel vomitus viri, vel vomẽs vir Abiel, pater meus Deus. Seror, paruulus vel turbulẽtus. Bechorath, primogenit' tuus. Sareth, descẽsio. Aphia, liberalitas dñi, Israel ergo filius Dei primogenitus, & pater eius Deus, filius fuit dextræ, quia per auxilium Dei hostibus præualuit, sed quia ingratus & durus à liberalitate domini descendit, in blasphemiam erupit, & de magno paruulus, & de placito turbulentus factus est. E

Rabanus. † infra 14. g. 2. Paral. 8. d. † Chal. interpre. pulcher, decorus. Exod. 4. f.

CAP. IX.

E T erat vir de Bẽiamin 1 nõiẽ Cis filius Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Sareth, filij Aphia filij viri Iemini fortis robore. Et erat 3 a ei fili' vocabulo Saul, electus & † bon', & nõ 4 5 6 b erat vir de filijs Israel † melior illo. † Ab humero 7 & sursum eminebat super oẽm po- 8 pulũ. Perierant autem asinę Cis patris Saul, 9 & dixit Cis ad Saul filium suum, Tolle tecũ vnũ de pueris, & consurgẽs vade & quęre a- 10 sinas. Qui cum transissent per montem Ephraim, & per terrã Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per terram Salim, &

a ¶ Filius dexteræ. a ¶ Durus, vel vomitus viri, vel vomẽs vir. b ¶ Pater meus Deus. a ¶ Paruulus vel turbulentus. b ¶ Primogenitus tuus. a ¶ Descendens vel descensio. a Liberalitas domini. b ¶ Binomius fuit erat autem familia pertinens ad tribum Beniamin. a ¶ Petitio. a ¶ secundum hunc huius vitę ...tiam. ¶ Ciuitas Melchisedech.

Rabanus. Quia Saul asinas patris sui quærens, venit ad prophetam a quo vnctus est, significat quod Iudæi stultitiam carnalis sensus sequentes, per errores deuios luxum mundi perquirunt, asinus enim brutum & luxuriosum animal est. Et ad prophetam venientes, id- F est, Mosen, audiunt asinas esse inuentas, id est, bona terræ sibi esse debita, a quo etiam vnctionis oleum & regni gubernaculum promittitur, in quibus ad tempus fratres suos de manu hostium eriperent.

b *Non erat.* * Theodoret. Et Procopius. Quomodo bonum nominauit Saulem? Non dedit ei, testimonium virtutis

Rabbanus. † Chal. interpres pulchrior † infra 10. d. * quæso. Quæst. 19.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

1 E*T erat vir de Beniamin.* Regimine iudicum terminato, consequenter agitur de regno. Et primo de regno labili Saulis. Secundo de stabili scilicet ipsius Dauid cap. decimoseptimo. Prima in tres diuiditur quia primo describitur ipsius Saulis regis institutio, secundo instituti transgressio c. decimoquarto tertio transgressoris reprobatio capite decimoquinto, ibi. *Factum est autem verbum domini.* Prima adhuc in tres, quia circa institutionem Saulis in regem primo describitur ipsius electio, secundo, electionis confirmatio cap. vndecimo: tertio populi increpatio capite duodecimo. Prima in duas, quia primo describitur Saulis electio secreta, secundo publica, circa medium decimi capituli, ibi. *Et uocauit Samuel populum.* Prima adhuc in duas, quia primo ponitur Saulis electio, secundo electi vnctio, cap. decimo, ibi. *Perierant autem asinæ.* Circa primum sic proceditur, quia primo habilitas Saulis ad regendum describitur, secundo a Samuele cognoscitur, ibi. *Perierant autem,* tertio honorifice a Samuele suscipitur, ibi. *Assumens itaque Samuel.* Circa primum describitur aptitudo Saulis ad regendum ratione patris sui, cum dicitur. *Erat uir de Beniamin nomine Cis.* Hoc dicitur, quia erat in toto populo Israel famosus.

2 *Filiis Sareth.* Hoc non est de textu.
3 *Fortis robore.* Hoc dicitur ad denotandum fortudinem Saulis: quia fortes homines solent fortes generare. Consequenter ostenditur aptitudo Saulis ratione morum, cum dicitur.
4 *Et erat ei filius vocabulo Saul.* Quia erat famosus.
5 *Electus.* sine macula notabili uitiorum.
6 *Et bonus.* ratione morum & uirtutum.
7 *Et non erat uir de filiis Israel.* Ex quo notatur quod non solum erat bonus, sed etiam excellentis bonitatis. Consequenter describitur eius aptitudo ex parte corporis, cum dicitur.
8 *Ab humero,* in quo notatur fortitudo corporis, quæ multum est necessaria in regibus, & pulchritudo personæ, quod multum est decens in eis, secũdum illud. Species Priami digna est imperio.
9 *Perierant autem asinæ.* Hic consequenter describitur cognitio Saulis a Samuele, quę facta est dupliciter. Primo per humanam inquisitionem, secundo per diuinam reuelationem, ibi *Dominus autem reuelauerat.* Primum autem contigit eo quod Saul quærens asinas patris sui, & non inueniens uenit ad Samuelem, ut de asinis audiret ueritatem, & hoc est quod dicitur. *Perierant autem,* idest, timebantur perisse, non enim simpliciter perierant, quia postea inuentæ.
10 *Vade & quære.* Ex quo patet humilitas Saulis, qui negocium humile & laboriosum non recusauit.

2 Filiis ... Cum

MORALITER.

4 *Et erat ei.* Per Saulem de quo dicitur hic quod *erat uir electus, & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo,* significatur quilibet homo aptus prælationi siue regno. Nam qui præest aliis in potestate, debet etiam moribus precelle & exercitatus in humilitate, quod in Saule significatur, per hoc quod iuit asinas quærere. Vnde de Helia dicitur quarto Regum 2. b. *Pater mi currus Israel & auriga eius.* Currus. n. qui ducitur hic ponitur primo, & auriga qui ducit secundo, ad ostendendum quod ille bene ducit regendo, qui primo fuit ductilis in obediendo.

Dominus

virtutis animæ, sed formam & magnitudinem. Narrat. n. pulchro & præstanti corpore fuisse.

✠ Ioseph. Erat de tribu Beniamin vir nobilis, moribusq; laudabilis, nomine Cis. Huius filius erat iuuenculus, formaque pulcherrimus, & corpore valde procerus, quippe qui multos mōte & prudētia præcederet, vocabaturque Saul.

✠ Tertul. Saul bonus præceteris, liuore postea auertitur. Quid ergo mirum, vt probatus aliquis retro postea excidat.

Rabb. Secūdum præsentis vitæ iustitiam.

Idem. Hoc magis ad Christum pertinet, de quo dicitur. *Ecce puer meus electus quem elegi*, Et alibi, *Quis similis Deo in filiis Dei?*

a *Stateri*. Stater siclus est qui habet 20. obolos, id est, denarios decem.

b *Demus homini*. Quāuis dare decreuerint, nō legimus quod Samuel acceperit, si tamē accepisset, non reputaretur in diuinationis præmium sed in prophetæ stipendium.

✠ Iosephus Errantes, eo quod nō acciperet propheta mercedem.

✠ Proc. Non est quod Samuelem corrumpēdum muneribus fuisse existimemus. Suspicatus est autem Saul tanquā prophetæ & principi aliquid offerendū esse. Cęterum, nihil attulit: contra vero, humanitatis prophetæ fructū percepit. Quod si moris fuisset, prophetas aliquid accipere, non dictum esset per Michæam, prophetę eius propter mercedem prophetabant. Sic. Ierehoā mittens vxorē ad Ahiā Silonitē, videtur dicere, vt munera deferat. Verū, prophetam accepisse, ex scriptura nō potest colligi. Hæc igitur falso, vt pote homines praui de prophetis, sunt suspicati. Qui vel non acceperunt, vel a iustis acceperunt, quod simpliciter vitu perari non potest. Nam Apostoli 9 officium fecissent, quem admodū Paulus dicit. *Semel et iterū quod opus erat mihi misistis.*

c *Olim in Isra.* Vt ait Beda, nō historiagraphi, sed Esdræ verba sunt.

d *Videns*. Dicitur propheta, quia per spiritū noscit futura.

✠ Theod. Non est nomen oculorum corporis, sed spiritualis, contēplationis.

e *Cliuū, &c. egredientes ad hauriendam aquam*. Cliuus ascēsus mōtis flexuosus.

f *Benedicet hostiæ, &c.* R. Dau. Kimhi. Moris erat inter Hebręos, vt pater familias initurus magnum & solenne cōuiuium præiret verba, & accepto in manus pane, precaretur regem mundi, vt illud vellet esse salutare, & postea accepto poculo idem diceret.

[Marginal notes: Lib. 6. Antiq. cap. 4. — lib. de Præsc. — † vel timeat — *nunc. — † gloriosus vel honorabilis siue clarus. — † 1. q. 1. c. iudices. — † vasis. — Esai. 42. a. — Psal. 86. b. — Hie. — † sic. — † vel sacrificio. — † hac hora. — Mich. 3. — 3. Reg. 14. — † veniendo venit Heb. — † viam nostrā per quam ambulemus. — Philip. 4. — † munus. — † sicli. — † 3. Reg. 2. f. & 18. d. — † Chal. interpres. parati sunt sub. ad comedendum.]

¶ Idest, Beniamin. non erant, sed & per terram Iemini, & minime repererunt. Cum au- [1] tem venissent in terram ¶ Proauus Samuelis. Suph, dixit Saul ad puerum suum qui erat cum eo. ¶ Amen eam vicit. Veni & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & † solicitus sit pro nobis. Qui ait ei. Ecce * vir Dei est in ciuitate hac, vir [2] † nobilis, omne quod loquitur, † sine ambiguitate venit. Nunc ergo [3] eamus illuc, si forte indicet nobis † de via nostra propter quam venimus. Dixitque Saul ad puerum suum. ¶ Putauit Saul quod non indicaret asinas nisi precio: † Ecce ibimus. Quid feremus [4] ad virum Dei? Panis defecit in ¶ Sacculis vel pera. † sitarcijs nostris, & † sportulam non [5] habemus vt demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rursum puer respondit Sauli, & ait. Ecce inuenta est in manu mea quarta pars † sta- [6] [a] teri argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram. [b] Olim [7] [c] in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum. Venite & eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur [d] olim videns, & dixit Saul ad puerum suum. † Optimus sermo tuus. Veni eamus. Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei. Cumque ascen- [e] derent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis. Num hic est videns? Quæ respondentes [8] dixerunt illis. Hic est, ecce ante te, festina nunc. Hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredien- [9] tes vrbem † statim inuenietis eum, antequam ascendat excelsum ad vescendum. Neque enim comesturus est populus, donec ille veniat, [f] quia ipse benedicet † hostiæ, & deinceps comedent qui † vocati sunt. [10] Nunc ergo ascendite, quia hodie reperietis eū. Et ascēderūt in ciuitatē. Cumque illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens [11] obuiam eis, vt ascenderet in excelsum. Dominus autem reuelauerat [12] auriculam Samuelis ante vnam diem quam veniret Saul, dicens,

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cum autem uenisset, &c.* Iste fuit atauus Samuelis, ut habetur in principio huius libri.

2 *Vir nobilis.* Hoc dicitur propter dignitatem prophetiæ, quod patet ex hoc quod sequitur. *Omne quod loquitur, absque ambiguitate uenit.*

3 *Nunc ergo*, idest, de asinis, propter quas fiebat uia illa.

4 *Quid feremus.* Credebat enim Saul quod non indicaret eis gratis, vel forte erubescebat apparere in conspectu eius absq, aliquo xenio. Vnde subditur.

5 *Et sportulam.* In Hebręo habetur. *Et xenium non habemus*, Et in idem redit translatio nostra, quia sportula est uasculum in quo ponitur fructus uel aliquod huiusmodi ad exeniendum, & sic accipitur hic continens pro contento.

6 *Ecce inuēta est in manu mea quarta.* Puer enim Saulis propter uerbum magistri sui posuit manū ad bursam, & inuenit quartam partem stateris argenti, idest, quartam partem sicli, quia stater & siclus idem sunt, Siclus autem 2b. obolos habet, vt habetur Exod. 20. & sic quarta pars stateris valebat quinque obolos, vel secundum alios sex obolos, quia secundum eos siclus sanctuarij habebat viginti obolos tātum, siclus autem communis 24.

7 *Olim in Israel sic loquebatur unusquisque.* Istud non fuit dictum a puero Saulis, sed ab eo qui scripsit librum istum, vt dicunt Hebræi. Beda autem dicit quod fuit appositum ab Esdra, quando legem a Chaldæis combustam reparauit. Cætera patent usque ibi.

8 *Quæ respondentes dix. illis. Hic est, ecce ante te, festina nunc. Hodie.* Istæ puellæ plura verba dixerunt Sauli, ut patet ex sequentibus, quia sicut dicit Rab. S. tardabant eum aliquantulum detinere uerbis, admirantes pulchritudinem ipsius.

9 *Sacrificium est.* Aliqui dicunt, quod erant tantum prandiū paratum pro aduentu Saulis, quem præsciuerat Samuel: ut patebit in sequentibus. Alij autem dicunt, quod non solum fuit prandium, sed etiam hostia pacifica, de qua una pars domino offerebatur, reliquæ comedebantur ab offerentibus. Licitum autem erat tunc temporis offerre domino sacrificium alibi quē ubi erat arca & tabernaculum, ut dictum est supra. 7.

10 *Quia ipse be.* Modus enim erat Hebreorum ante prandiū, & maxime de sacrificio oblato laudare Deum.

11 *Apparuit Samuel.* quia de aduentu Saulis reuelationem habuerat, quantum ad diem & horam determinatam, ut patet ex sequentibus.

12 *Dominus autem.* Hic consequēter ostenditur quō Samuel cognouit Saul per diuinam reuelationē, non solum quantū ad personā, sed et quātum ad dignitatē regiam, ad quam dominus ipsum elegerat, & præceperat Samueli, ut ungeret ipsum in regē super populū Israel, & hoc est quod dicitur. *Dominus autem*, loquitur scriptura more humano, quādo aliquis reuelat secreta amico suo. Cætera patent ex dictis usque ibi. 1 *Quia*

MORALITER.

12 *Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diē quam veniret Saul.* Aptitudinem ipsius Saulis ad regnādum, & eius aduentum, ideo subditur. Dedit

A a *Et unges eum du.* Saul unctus Christum significat, q. & ipse Christus appellatus est, unde, Quare nō timuisti mittere manum in Christum domini. 2.Reg.1.c.

b ※ *Venit enim clamor eorum, &c.* R. Dauid. Cum iā Samuel consenuisset, & populū nō posset continere in officio, & filij eius se turpiter & flagitiose gererēt, omnia pessum ierunt, & cœperunt redire ad idololatriam. Itaque, permisit eos uenire in potestatem hostiū. Naas, etiam rex Ammonitarum, parabat in eos expeditionē. Itaq; deserti a Deo & redacti in angustias, cœperunt clamare ad Deum.

B

c *Omnia quæ.* Rabban. Tradūt Hebræi fuisse in corde Saul, quia rex esset futurus cum uidisset per uisum se in uertice arboris palmæ collocari, quod est signum regnaturi.

d *Assumens ita.* Rabba. Quod Samuel Saulem in excelsum duxit, refectionē tribuit, signat prophetas populū Heb. doctrina sua ad altiora prouocantes, ut scientia spirituali refectus, in culmine uirtutum consistat, nec relabatur ad uitia. D

e *Triclinium.* Cœnaculum a tribus lectulis discumbentium.

f *De industr.* i. de prouidentia: datur intelligi, quod iam comederit, licet non plene, quia reuelātū a dño qd ueniret Saul, conuiuium dilatum est.

Hac ipsa hora quæ nunc est, cras mittam uirum ad te de terra Beniamin, & unges eum ducem super populum meum Israel, & saluabit populum meum Israel de manu Philisthinorum, quia respexi populum meum. Venit enim clamor eorum ad me Cumq; aspexisset Samuel Saulem, dominus dixit ei. Ecce uir quem dixeram tibi. Iste dominabitur populo meo. Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait. Indica oro mihi, ubi est domus uidentis? Et respōdit Samuel Sauli dicens. Ego sum uidens. Ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodie, & dimittā te mane, & omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de asinis quas perdidisti nudiustertius ne solicitus sis, quia inuentæ sunt. Et cuius erunt † optima quæque Israel? Nonne tibi & omni domui patris tui? Respondens autē Saul ait. Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea † nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? Quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Assumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant enim quasi triginta uiri. Dixitque Samuel coco: Da partem quam dedi tibi, & præcepi ut reponeres seorsum apud te. Leuauit autem cocus † armum, & posuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remansit, pone ante te & comede, quia † de industria seruatum est tibi, quando populum uocaui.

a ¶ Christus saluat populum suum de potestate dæmonum.
¶ In augmentum Chri. ti.

※ Procop. Hanc partem Sauli apposuit, quando quidem regnaturus, & maiora pericula, quam ipse populus subiturus erat, & propterea, testimonium hanc partem appellat. E
※ Theodorus. Apposuit, Samuel armum, ante Saulem, in regni indicium. Nam sicut hæc, cum sint breuiora alijs membris animalis, portant totam molem compacti corporis, & firmiter suffulciunt, ita etiam, regium robur, etiam si ad unum uirum contrahatur, sustinet totum corpus reipublicæ, & non sinit cadere. F

Quæst. 21. in lib. 1. Reg. † desiderabilia
† minor.
† coxam & quod erat super illā Ch. interpr. coxam & femur eius.
† in istud tempus. Lxx. in testimonium.

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quia re. pe.* scilicet, oculo misericordię.
2 *Venit enim cla.* de afflictione eius facta per Philisthæos. Ex quo patet, quod licet in populo Israel essent multi mali, tamen cum hoc erant multi boni, quorum preces erant corā Deo exauditæ.
3 *Iste domi. po.* In Hebræo habetur, *Iste retinebit populum meum,* quia ad reges pertinet retinere populum, ne in bellis præcipitanter se ingerant, & etiam tempore pacis, ne iniuste contra proximos agant, sequitur.
4 *Et omnia.* Aliqui exponunt de asinis quas quærebat, sed litera sequens non consonat, ubi dicitur.
5 *Et de asi.* Ex quo uidetur quod alia in corde Saulis uersebātur. Dicitur enim in lib. de Heb. quæst. quod in somno uiderat se esse in capite arboris palmę, quæ uisio signū regale erat, & de hoc cogitabat, ideo subditur.
6 *Et cuius re. optim.* i. dignitas regia quæ potest accipere optima populi sibi subditi, maxime in necessitate, ut patet ex supradictis. 8. c.
7 *Nonne tibi.* Quasi diceret sic, quia iam reuelatum erat sibi a domino ipsum regem futurum.
8 *Et omni do.* quia filius suus Isboseth successit sibi in regno septem annis & Abner princeps militiæ, & alii potentes de domo Saulis his temporib. potiti sunt bonis regni, & posteri eorum habuissent, si Saul in bonitate sua stetisset.
9 *Nunquid &c.* de. i. de tribu Beniamin, quæ tūc erat minima inter alias tribus Israel, quia pro peccato uxoris Leuitæ fuerat quasi ad nihilū redacta, prout dictum fuit Iud. 21.
10 *Et cognatio, &c.* Ista dicit Saul ex humilitate & quadā humana curialitate, quia pater Saul inter illos de tribu Beniamin erat famosus.
11 *Quare ergo lo. es. mi.* Ex quo patet uerum quod prædictum est scilicet, quod cogitauerat se ad dignitatem regiam sublimandum, quia uerbum Samuelis quod erat obscurum, statim intellexit de dignitate regni, quamuis aliter posset intelligi. Nec oportet Saulem de mendacio ex humilitate dicto excusari, quia multa peiora fecit.
12 *Assumens itaq;* Hic consequenter ostenditur qualiter Saul a Samuele fuit honorifice susceptus tanquam rex de proximo futurus, cum dicitur.
13 *Introduxit eos in tricli.* Triclinium proprie loquendo, est camera in qua sunt tres ordines lectorum, hic autem accipitur pro loco in quo sunt tres ordines sedentium ad comedēdum. s. maiorum, mediocrium, & minimorum, quia antiquitus homines sedendo in lectis, comedebant. Unde & in sacra scriptura comedentes frequēter dicuntur recumbere vel accumbere.
14 *Et dedit eis lo. in ca.* i. in principaliori loco trium ordinum prædictorum.
15 *Da partem quam.* quia ferculum nobilius vel gratiosius fecerat poni ad partem, ut coram Saule venturo poneretur, quia volebat eum præceteris honorare tanquam regem de proximo futurum, & iam a Deo electum, ut patet ex prædictis.
16 *Ecce quod remansit.* Ex quo dicunt aliqui, quod ante aduentum Saulis Samuel cum alijs iam erat in mensa, sed ipso appropinquante surrexit de mensa obuians ei ex reuerentia. Sed hoc non consonat literæ præcedenti, vbi dicitur. *Apparuit Samuel egrediens obuiam eis vt ascenderet in excelsum.* Ex quo videtur quod adhuc non ascenderat in superiori parte montis ad sacrificium seu conuiuium celebrandum. Item ibi statim subditur. *Dominus autem reuelauerat, &c.* vbi dicitur quod dominus diem & horam certam aduentus Saulis Samueli reuelauerat, & ideo non est verisimile quod ante intraret ad mensam, cum ipsum vellet honorare in illo conuiuio quod paratum erat propter aduentum ipsius, vt dictum est, propter quod Ra. Sa. aliter exponit quam illud quod dicitur. *Ecce quod,* refertur ad numerum virorum, qui vocati fuerant a Samuele ad conuiuium, ita quod pro quolibet erat ferculum determinatum secundum quod debebant sedere, & istud ferculum erat vltra illum numerum, propter Saul quem Samuel sciebat venturum, ideo subditur.
17 *De industr. ser.* i. vltra numerum populi a me inuitati.

MORALITER.

14 *Dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati.* Et hoc ratione suę virtutis & dignitatis regię de proximo imminētis: vtrique namque debetur honor, dicitur enim 4. Eth. qd honor est virtutis prēmium. Debetur etiam regiæ dignitati, eo quod debet esse custos virtutis & promotor.

Dic

A uatum est tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa, & descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est 1 cum Saule † in solario. Cumque mane surrexissent, & iam dies lucesceret, vocauit Samuel Saul in solario dicẽs. Surge & dimittã te. Et surrexit Saul. Egressiq; sũt ambo, ipse videlicet & Samuel. Cũq; descẽ a derent in extrema parte ciuitatis, 2 Samuel dixit ad Saul. Dic puero vt antecedat nos & trãseat. Tu autẽ subsiste paulisper, vt indicẽ tibi verbum Dei.

† superiectũ, & infra.

a *Cumque d. s.* Descenderunt de excelso, vt in aliquo, secretiori loque retur de regno & vngeret eũ. D

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et locutus*. id est, in secreto loco, de quo autem sibi locutus fuerit, non exprimitur, sed Hebræi dicunt, quod fuit de timore Dei & lege seruanda. Cætera patent usque ibi.

2 *Dic puero vt antecedat nos & transeat*, vt non posit audire verba mea.

MORALITER.

2 *Dic puero vt anteced.* Secreta namque diuina ante tempus ab eo dispositum non sunt aliis publicanda, propter quod Samuel secretum de regno sibi commissum a Deo, reuelare noluit Sauli in præsentia sui pueri.

CAP. X.

T*Vlit autem.* Lenticula vas fictile quadrangulum, in latere habens foramen per quod fragilitas regni designatur.

Lib. 4. cap. 10.

✠ Lactãtius. Primo quidem Iudei nõ dñio regũ subiecti fuerint, B sed populo ac legi ciuiles iudices præsidebant, non in annum conditi sicut Romani consules, sed perpetua iurisdictione subnixi. Tum sublato Iudicum nomine, potestas regalis inducta est. Ve- C rum sub iudicib. prauis religionibus susceptis, sæpe subacti, ab hostibus, sæpeque sunt liberati. Sub regibus autem, finitimorũ bellis, ob delicta vexati, postremo capti, abductique Babylonem, pœnas impietatis suæ, graui seruitio pependerunt, donec Cyrus eos restituerat.

† vel vas oleazium.

† Sel sah nomẽ loci.

† vel timet.

† In pace.

✠ Theodoretus. Cur cum eum vnxisset, est deosculatus? Gratia q̃ sibi inerat cũ impertijt. Nam dñs cum in sufflasset in Apostolos, dixit. *Accipite spiritum sanctum*. Etenim ex plenitudine eius nos oẽs, accepimus. Sic pheta deosculat⁹ est regem cui impositæ erant manus. Quamobrem ei multa, dedit signa? Vidit eum dubitantem, & suam, confitentem, paupertatem, propterea confirmat, promissionem, regni, prædictionib. de omnibus.

Quæst. 20. & 21. in libro 1. Reg.

Ioan. 3. & 20. E

& liberabis populum suum, de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum quia vnxit te dominum in principem. Ista ne vetera quidem exemplaria habent.

CAP. X.

a TVlit autem Samuel † lenticulam olei, & effudit su 1 per caput eius, & deosculatus est eum, & ait. Ec 2 3 ce vnxit te dominus super hęreditatem suam in principem, & liberabis populum suum de mani 4 bus inimicorum eius, qui in circumitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia vnxit te dominus in 5 principẽ. Cum abieris hodie a me, iuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in † Meridie, dicentq; tibi. Inuentæ sunt asinæ ad quas ieras perquirendas, & intermissis pater tuus asinis † solicitus est pro vobis, & dicit. Quid faciã de filio meo? Cumq; abieris inde, & vltra transieris, & veneris ad quer- 6 cum Thabor, inuenient te ibi tres viri ascẽdentes ad Deum in Be- 7 thel, vnus portans tres hædos, alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. Cumq; te salutauerint†, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio 8 9

a ¶ Causa orationis. b ¶ Vbi Iacob erexit lapidem.

a ¶ Collis Dei locus est, vbi prophetæ habitabant.

Et

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. X.

Diuisio.

a T*Vlit autẽ.* Hic consequenter agitur de vnctione Saulis in regem. Et ponit primo vnctio ista, secundo certificatur per signa, ibi, *Cum abieris.* Circa primum dicitur.

1 *Tulit autem Sa.* i. uasculum factum de auro vel argento ad reponendum oleum vnctionis, vnde inungebantur reges & pontifices, & dicitur a liniendo.

2 *Et deoscu.* in signum amicitię & confœderationis.

3 *Et ait.* Quia in hoc non sum nisi minister eius.

4 *Et liberabis.* Et patet litera usque ibi.

5 *Quia vnxit te dominus*. Tota ista litera inclusiue non est in Heb. nec est de textu, sed ab aliquo antiquo doctore fuit apposita per modum glossæ, & postea inserta textui per ignorantiam scriptorum, sicut est in pluribus aliis locis.

6 *Cumque abieris.* Hic consequenter ponitur certificatio prædictorum per signa, & primo huiusmodi signa prædicuntur, secundo de facto reperiuntur, ibi, *itaque*, Circa primum dicitur. *Cumque abieris.* Sed hoc dictũ videtur implicare repugnantiam, quia Rachel sepulta est iuxta Bethlehem, vt habetur Gen. 35. quæ est in sorte Iudæ, hic autem dicitur in finibus Beniamin propter quod Ra. Sa. sic exponit. *Inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel*, id est, qui nunc sunt iuxta sepulchrum Rachel, sed quando inuenies eos, erunt in finibus Beniamin Aliter potest dici, quod sortes Beniamin & Iudæ erant cõiũctæ, & ideo erant ijdem fines vtriusque vbi iungebantur.

7 *Inuenient te ibi tres.* Causa orationis & sacrificij, q. a tunc temporis erat licitum immolare domino in excelsis, vt prędictum est 7. cap.

8 *Post hæc &c.* Dicit Ra. Sa. quod hic collis est Cariathiarim eo quod ibi erat arca domini. Sed hoc non videtur verum, quia iam translata fuerat inde in Masphat per Samuelem, vt dictum est supra. Et ideo alii dicunt, quod erat locus vbi manebant prophetæ, & ideo uidetur verum per ea quæ sequuntur postea.

9 *Vbi est.* Statio prout hic accipitur, est fortalitium vbi ponuntur bellatores ad tenendum terram, ne posit rebellare. Et hoc modo fecerant Philisthæi in terra Israel. Sed hoc videtur esse contra illud quod dictum est supra 7. c. quod Philisthijm non apposuerunt vltra vt venirent in terminos Israel tempore Samuelis. Ad quod potest dici, quod non venerunt de vrbibus suis, sed illi qui positi erant in fortalitiis adhuc stabant ibi, & hoc consonat ei quod dicitur infra 14. ca. *Et percussit Ionathas stationem Philisthinorum quæ erat in Gabaa*, quæ est ciuitas in terra Israel. Vel forsitan, quia antea fuerat ibi talis statio Philisthinorum, & nomen remanserat loco, licet pro tunc non essent ibi Philisthæi, primum tamen videtur verius & magis consonat textui vt allegatum est.

Obui-

MORALITER.

1 *Tulit, &c.* vngendo eũ in regem. nam ex hoc cõstat ei ad quem quẽ spectat de aptitudine alicuius ad regẽdũ in tẽporalibus vel spiritualibus & de uolũtate Dei circa ipsũ, statim est ei † princi-

a *Et prophetabis cum eis.* Iudæi tradunt eum prophetasse de futuro seculo, de Gog & Magog, de premijs iustorum & pœnis malorum.

Rabbanus.

b *Mutaberis in virum alium.* ✠ Procopius. Quia agrestis erat, & tantum terram colere nouerat, delecto in regem regium animum indidit.

Com. in hunc locum. ✠ Eucherius. Sic aliã cordis affectionem significat, quam conuertendo fecit Deus, vt imaginum significantium & præfigurantium capax fieret ad propheticam diuinationem.

Sunt qui vertant chorum ue quod Bar are dicit cor amuiam.

Lib. de anima. cap. 11. ✠ Tertullian. Saulem tam Dei spiritus postea vertit in alium virum, id est, in Prophetã, quàm & malus spiritus postea euertit in alium virum, apostatam, scilicet.

Hieron. lib. de tra. Heb. c *Quando ergo.* Quasi his signis nosse poteris quod Deus te regẽ fore voluit. Ideo in oib. regaliter age: quia dominus tecum est.

d *Septem diebus.* subauditur in cõsecratione regni tui: sicut in consecratione sacerdotũ septem diebus offerebant victimę.

e *Et venerunt.* Significat quod Iudæis omnia quæ Moses & prophetæ prædixerant, euenerant. Ipsi uerò libros legis & prophetarum tenentes, diuinare vñ cum futura mysteria de Christo & ecclesia in eis scripta pronuntiare noscuntur,

Rabbanus.

Philistinorum Et cum ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos † psalterium & tympanum & tibiam & citharam, ipsosque prophetantes. Et † insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quęcunque inuenerit manus tua: quia dominus tecum est. Et descendes ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationem & immoles victimas pacificas. † Septem diebus expectabis donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. Itaque cum auertisset humerum suum vt abiret a Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa: veneruntque ad prædictum collem, & ecce Cuneus prophetarum obuius ei. † Et † insiluit super eum spiritus domini, & prophetauit in medio eorum: Viden-

a ¶ Subauditur in consecrationem regni tui. Septem itaque dies non ad expectandum, sed ad immolandum statuti sunt.

Quæst. 14. f ✠ *Prophetauit in medio eorum.* Theodor. Non habuit Saul proprium donum prophetiæ, ad declarandum autem spirituale donum prophetauit illo tempore. Ita et Septuaginta seniores quos elegit Moses, statim quidem electi, digni sũt habiti prophetica operatione. Postea autẽ minimè prophetabãt, sed a dono diuino redditi sapientes, cõponebant populi cõtrouersias.

† requiescet & infrà.

Exod. 24.

† infrà 13. b.

✠ Eucherius. Tantũ distat inter prophetiã prophetarũ, sicut Isaias, Ieremias, & ceteri huiusmodi fuerũt, atque istam transitoriã quæ in Saul apparuit, quantum distat inter loquelã humanã, & ali-

† requieuit † infrà 11. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Obuium, &c.* Ex hoc vr verũ quod pdictũ est. s. quod collis dñi vocatur locus, eo quod manebant ibi prophetæ, & vocant hic prophetæ hoĩes deuoti & religiosi, quos cõgregauerat Samuel ad laudandũ Deũ, & cum hoc hẽbant spũm prophetiæ saltem aliqui eorũ. 2 *Et ant.* quia aliquæ melodiæ excitãt ad deuotionẽ, vt patet p experiẽtiã, & et ad prophetiã. vñ dr 4. Reg. 3. quod Heliseus cũ quæreret̃ ab eo prophetia, dixit: *Adducite mihi Psaltẽ.* & subditur. *Cumque caneret Psaltes, facta est super eum manus dñi, &c.* 3 *Et insi.* idest, spũs deuotionis, vel spũs prophetiæ, vt dñt Heb. 4 *Et prophe.* Deum laudãdo, vel de occultis prophetando. vñ in lib. de Hebraicis qõnibus dr, recitando opinionem Heb. quod prophetauit de bellis futuris Gog & Magog, & de premijs iustorũ & pœnis malorũ. 5 *Et mut.* propter dictum prophetizandi modum tibi aliàs insolitum.

6 *Quando er.* Scias quod illa sunt vera quæ ego prædixi tibi de regno, ideo subdit̃. 7 *Fac quæcunque.* idest, dispone te quantũ potueris ad decenter & potenter regnandũ. 8 *Et desce.* Hic dẽt fieri pũctus vt dñt aliqui, vt hr in lib. de Heb quæst. ita quod ly *septem diebus*, non notat tempus quo Samuel a Saule deberet expectari: sed tẽpus in quo pro Saule de nouo inuncto in regẽ deberent oblationes & sacrificia fieri sicut in consecratione summi pontificis fiebant septem diebus, vt habet̃ Exo. 20. Et Leu. 8. sed in Biblijs Hebraicis, quas vidi nõ sic taliter punctus: sed ly *septem diebus*, coniũgitur cum lra sequenti: sic *Septem diebus expectabis, &c.* Liber etiam de qõnibus Hebraicis super libros Regis negat̃ ab aliquib. esse Hieronymi, quorum rões hic pp prolixitatẽ omitto. Andreas ẽt dictum illorum impugnat, quia non hr in aliquo loco scripturæ, quod pro vnctione regũ debeat talis solennitas fieri septem dierum, nec legitur factũ pro quocunque rege quantũcunque sancto uel magno. pp quod illud dictum vr fictitiũ. Et ad hoc inducit quod hr 11. de innouatione regni in Galgala, ubi dr. *Et fecerunt ibi regem Saul corã domino, &c.* Ex quo vr, quod si debuisset de vnctione Saulis fieri talis solennitas, fuisset tunc facta, & non fuisset expectatum in futurum: in quo poterant per ad

aduersarios impediri, & maximè quia Samuel erat præsens, per quem talia debebant fieri. Vñ hic ubi translatio nra hẽt: *Ego quippe descendam ad te ut offeras oblationem, &c.* in Hebræo habetur, *Ad offerendum oblationem, &c.* s. per me: tũ pro salute tua, & sic etiam exponitur translatio nostra a doctoribus nostris: Vt offeras & immoles, nõ per te, sed per me, sicut & populus offerebat per sacerdotes. Propter quod iste Andreas aliter exponit. Ad cuius intellectũ pponit vnũ. s. quod in magnis negocijs propter quæ in primis debebat Deus placari sacrificijs, Deus nolebat quod Saul aliquid faceret absque præsentia Samuelis, qui pro eo offerret & ipsum dirigeret, & sic exponit literam istam. *Descendes ante me in Galgala.* id est, si contingat tibi casus in quo debeat placari Deus per sacrificia, descendes ante me in Galgala, vbi est locus orationis & sacrificij & subintelligitur & significabis mihi descensum tuum, ibi: *Ego quippe desc. ad te, vt offeras oblat. & immoles victimas pacifi.* id est, per me. *Septem diebus.* subintelligitur postquã recepero nuntium. *Donec veniam ad te.* ad offerendum pro te sacrificium & ad te dirigendum. Sed hæc opinio non videtur bene concordare textui, quia ex modo loquendi & tempore videtur quod Samuel loqueretur Sauli non generaliter, nec indeterminatè pro quocunque casu arduo indeterminato futuro, sed pro casu determinato & imminenti, scilicet, vt post publicationem electionis ipsius in regem descenderet in Galgala, vt ibi Samuel pro eo offerret sacrificium & doceret eum de modo gubernandi regnum suum: quia hoc maximè indigebat in principio regni sui, & quod Samuel tempus descendendi in Galgala sibi determinauit, licet non sit hic expressum, quia non omnia hic exprimuntur: dicens quòd eum expectaret septem diebus, hoc dixit Samuel, quia nesciebat vtrũ dominus circa illud tempus occuparet eum in alio negocio, ita quòd non posset venire ad Saul ita citò. In quo autem peccauerit Saul transgrediendo verba ista Samuelis, dicetur infrà 14. cap. vbi habet locum.

9 *Itaque.* Hic consequenter describitur euentus signorũ prędictorũ prout dixerat Samuel, & patet lra ex pdictis vsque ibi. 1 Quæ

MORALITER.

† principẽ vel pontificem promouendus. Dicuntur autẽ ei tria futura. Primũ est de duobus viris salientibus magnas foueas ad exercitiũ suę fortitudinis & agilitatis, ad significandũ quod princeps tales dẽt quærere & sibi sociare tanquam aptos ad prælũ, propter quod infra 14. dicitur, quod quemcunque Saul videbat ad prælium aptum, sibi sociabat. Secũdũ signũ est de tribus viris causa oblationis ascẽdentibus ad dominũ. quod pertinet ad prælationis officiũ, & p hoc significatũ fuit Sauli, quod debebat legẽ accipere a sacerdotibus, & in ea meditari, vt habet̃ Deut. 17. Tertiũ signũ est de grege prophetarum cui Saul obuiauit, & cum eis prophetauit p quos significãtur viri religiosi. Et ſm veritatẽ historiæ tales erant isti qui dicũtur hic prophetare. i. Deũ laudare non solũ vocibus humanis, sed etiã musicis instrumentis, & tales dẽt promotus in principem eligere, & cum eis Deũ laudare de sua promotione: & vt eorum orationibus possit bene suum populum gubernare, ideo subditur.

7 *Et mutab. &c.* per quod ostenditur, quod promotus in principem debet aliter viuere quàm prius, scilicet, virtuosius. vnde Philosophus 7. Eth. virtutes transcendentes communem modum humanum vocat heroicas vel diuinas.

6 *Quando ergo euenerint, &c.* i. scies te esse regem ex ordinatione diuina: ideo viuas sicut rex virtuosè.

7 *Quia do.* ad te dirigendum in his quæ spectant ad legis officium: nisi ponas obicem per tuum defectum. Ex hoc hr argumentum, quod qñ aliquis promouetur ſm Deum, dat ei gratiam exequendi debitè officium, nisi ponat impedimentum.

† Deser-

& asinæ in qua sedebat Balaã. Accepit enim hoc ad tempus illud iumentum, vt Deus quod statuerat demonstraret, non vt habitu perpetuo bestia loqueretur. Non enim si quis dixerit aliquid quod ad sapientiã pertinet, continuò sapiens existimandus est: sic nec quisquam si aliquando prophetauit, iã inter prophetas numerabitur, cum & dñs in Euãgelio dicat, quosdam cum gaudio verbum excipere, sed esse temporales. *Spiritus vbi vult spirat, & spiritũ prophetiæ nullarum animarum potest maculare contactus.*

a *Et quis.* Quasi: quis maior illo in dignitate & sapientia? Pôt ergo tãquã pater & magister inter prophetas versari. *Et quis pater eorum.* i. prophetarũ, subauditur nisi Deus?

Mysticè. Seniores Israel reprobato Samuele regem sibi petierunt. & Scribæ cũ Pharisæis, repulso Christo vero sacerdote clamauerũt: *Nõ habemus regem nisi Cæsarem.* vnde Samuel interpretatur, nomen eius De⁹, Saul petitus siue petitio, quia a populo est postulatus, Barrabas intelligitur. Cis durus vel vomẽs, Abiel, pr̃ meus Deus. Iudæi enim duri & vomentes Deum patrem confitendo, filium negant: sed qui negat filium, negat & patrem qui misit eum. Saul asinas patris quærens: in regno assumptus est. Saluator a patre missus ad oues quæ perierant domus Israel: super cunctum populum in regem constitutus est. Tot enim sunt asinæ, quot oues. Saul accepit armũ, & Christus principatum. Saul a Samuele est vnctus, & vnigenitus a patre spirituali vnctione delibutus. Ab humero Saul supereminebat: quia caput nostrum supra nos est Christus.

b ✼ *Cecidit sors super tribum Beniamin, &c.* Procop. Prauis filijs tam addicti erant, vt etiam prophetis Dei fidem nõ adhiberent. Ne igitur suffragium humani studij & fauoris esse suspicarentur, sorti iudicium permisit propheta, vt quod Deo visum esset, declararet. Saul verò iã forte delectus, cõsiderans hãc potestatem, sua dignitate & meritis longè excellentiorem esse, occultè latere tentabat. Sed a Deo Samueli ostensus, toti populo præfectus est.

✼ *Ecce absconditus est domi.* Ioseph. Semetipsum abscondit, nolens videri sponte suscipere principatum. Sed tantam sui temperantiam demõstrauit, vt dum multi nec in parua fœlicitate gaudium valeant retinere, sed omnibus esse conspicui desiderent, ille tantarum gentium futurus dominus, non solum nõ ostendit, sed & a conspectu eorum quibus erat regnaturus, eripuit.

✼ *Altior fuit vniuerso populo, &c.* R. Dauid Kimhi. Voluit Deus elegantem personam constituere in regem, quæ præ se ferret maiestatem quandam, nõ ob aliam rationem, quam quo a subditis magis timeretur.

✼ Theod. Quoniam ad bella gerenda, non ad pietatem, petierant regem, ideo Deus elegit omnium maximũ quoniam non animæ virtutem, sed corporis mirabantur magnitudinem.

Marginalia: Infrà 19.d. — Supra 8.a. — Ioan. 19.c. — † seruat. — † supra 8.d. & infrà 12.c. — † milia vestra — 1. Ioan. 2.c. — Matt. 15.c. — 1. Cor. 11. — Lib. 6. antiq. cap. 1. — † capta est tribus. — † capta est familia. — Quæst. 17. in li. 1. Reg.

tes autem omnes qui nouerãt eũ heri & nudiustertius, quòd esset cũ prophetis & prophetaret, dixerũt adinuicẽ: Quænã ¹ res accidit filio Cis? † Num & Saul inter prophetas? Respon ditque † alius ad alterũ, dicẽs: Et quis pater eorũ? ² Propterea versum est in prouerbiũ: ³ Nũ & Saul inter ꝓphetas? ⁴ Cessauit autẽ prophetare, & venit ad excelsum. Dixitq́ patruus Saul ad eum & ad puerum eius; quo abistis? qui responderunt; Quærere asinas. Quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelẽ. Et dixit ei patruus suus; Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et ait ad Saul ad patruum suũ; Indicauit nobis, quòd inuentæ essent asinæ. ⁵ De sermone aũt regni nõn indicauit ei, quẽ locutus fuerat ei Samuel. ⁶ Et cõuocauit Samuel populum ad dñm in Masphath, & ait ad filios Israel. Hæc dicit dñs Deus Israel; Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorũ, & de manu oĩum regum qui affligebant vos, vos autem hodie proiecistis dñm Deum vestrũ, qui solus † saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris, & dixistis; † Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram dño per tribus vestras & per † familias. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel † & ^b cecidit sors super tribum Beniamin. ⁷ Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, † & cecidit sors sup cognationẽ

a ¶ Ne videretur gloriari, vel ne inuidiam generaret sibi.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quænam, &c.* Hoc dicebat admirando: quia Saul erat magnus & robustus & dispositus ad bellandum, & non ad laudandum Deum cum religiosis, vel prophetandum cum prophetis.

2 *Et quis pater eius.* q.d. Cis pater eius non est propheta, nec ad hoc dispositus. q.d. nec iste deberet esse, per talem modum loquebatur Amos 7.d. *Non sum propheta, nec filius prophetæ, sed pastor armentarius, &c.* In Hebræo habet. *Quis pater eorũ?* & sic refertur ad sensum oppositum, vt dicit Ra. Sa. sic exponendo, *quis pater eorũ.* s. prophetarum. q.d. prophetia nõ habetur per successionem paternam, sed Deus eam dat sua gratia cuicunque voluerit, & ideo non est mirandum si iste habet donum prophetię, dato quod pater eius propheta nõ fuerit, vel alius de genere suo.

3 *Propterea ver. est in prou.* idest, vulgare verbum vel exemplare. 4 *Num & Saul inter prophetas?* Quia quando alicui ex inspirato dabatur donum prophetiæ vel aliquid huiusmodi: dicebatur hoc uerbum: *Num & Saul, &c.* quasi dicat, non est mirum si detur isti sicut datum fuit Sauli. Cætera patent usque ibi.

5 *De ser. &c. indi. &c.* ut euitaret iactantiam, & humilitatem seruaret, & etiam fidelitatem secreti. Samuel enim unxerat eũ secretè: propter quod puerum Saul fecit pręire ne audiret uerba eius, ut sup. dictum est, et ideo uoluit tenere secretum, & debuit quousque Samuel negocium publicaret.

6 *Et conuocauit.* Hic consequenter ponitur electio Saulis publica. licet enim Samuel de mandato domini eum inunxisset, & statim hoc publicare posset: tamen ad compescendũ murmur & indignationem aliorum qui erant de nobilioribus tribubus, quesiuit a domino, ut per signum euidens omnibus electio Saulis appareret, & propter hoc uocauit populum, & patet litera usque ibi.

7 *Et cecidit.* In Hebræo habetur. hamathri, seu ipsius mathri & dicunt aliqui quod est nomen propriũ unius hominis, a quo denominata fuit illa cognatio, sed quia in lib. Paralipo. seu alibi non inuenitur tale nomen vnius hominis in tribu Beniamin vnde cognatio nominetur: ideo dicunt alij & probabiliter, quod non est nomen proprium, sed commune, & significat in generali hominem quemcunque rectè iacientem ad signum sagittam, telum, vel lapidem. Ad cuius intellectum sciendum: quòd matharah in Hebræo significat signum ad quod se exercitant sagittarij, vel fundibularij, vel huiusmodi. vnde infrà 20.c. vbi dicitur, quòd Ionathas dixit: *Et iaciam quasi exercens me ad signũ.* In Hebræo habetur. *ad matharath,* & eodem modo habetur Thren. 3.b. *Posuit me quasi signum ad sagittam.* In Hebræo habetur. *Posuit me quasi matharath.* Et inde deriuatur hoc nomen mathari vel matheri, significans hominem rectè ad signum iacientem. In Gabaon autem unde fuit Saul, fuerunt tales, ut habetur Iudic. 20. ubi dicitur de habitatoribus Gabaa. *Sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere, &c.* Debellatis autem filijs Beniamin, ut habetur Iudic. 21. aliqui uel saltem aliquis de illis euaserunt uel euasit. & ab illa arte in qua erãt excellentes, denominata est una cognatio, sicut frequenter contingit in humanis, & de illis descendit Saul.

MORALITER.

5 *De sermone autem regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel.* Vt pristinam humilitatẽ teneret, & secretũ sibi commissum usque ad tempus debitum conseruaret.

6 *Conuocauit Samuel populum, &c.* ad ostendendum Dei ordinationem per sortium emissionem. ideo sequitur.

A Metri:& † peruenit vsq; ad Saul filiũ Cis. Quæsierunt ergo eũ, & non est inuentus. Et consuluerunt post hæc dominum, vtrum nam venturus esset * illuc. Responditq; dominus. Ecce †absconditus est domi. Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde. Stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum. Certe videtis quem elegit dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait. Viuat rex. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino. Et dimisit Samuel omnem populũ, singulos in domũ suã Sed & Saul abijt in domũ suam in Gabaa, & abijt cũ eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Filij vero † Belial dixerunt. Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire.

† Captus est filius.
* adhuc vir vel aliquis.
† abscondit se inter vasa.
a ¶Quid rex a populo exigere, & quid populus regi dare deberet.
† Impii.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quæsierunt.* abscondit.n. se ex humilitate, & vt ostenderet se dignitatem regiam non ambire, vnde subditur:
2 *Ecce.* nõ in domo sua in Gabaõ, qa nõ potuisset ita cito inde hẽri, sed in domo in qua hospitatus erat. Vñ in Heb. hẽtur, *absconditus est inter vasa*, & vocant vasa arma, vel quæcũq; alia q̃ secum detulerãt illi qui erãt cõgregati in Masphat, & illa reposuerãt pro custodia in domib. in quib. erãt hospitati.
3 *Locutus est.* s. qualiter populus se debebat habere ad regem & rex ad populum.
4 *Et abijt cum eo pars.* consentientes electioni a Deo factæ.
5 *Filii vero Belial.* i. absque iugo legis diuinæ & disciplinæ.
6 *Dixerunt.* quasi dicat, non. ideo subditur.
7 *Et despex.* eo q̃d nõ erat de illis tribub. nobiliorib. vt pote de tribu Iuda, cui promissum erat regnum. Gen. 49. de tribu Ephraim, q̃ Iacob in bñdictione ꝓposuerat Manasse. Gẽ. 48.
8 *Et non.* Xenia, sicut tũc erat consuetũ fieri in creationib. regum & principum, & adhuc in pluribus locis obseruatur.

MORALITER.

B † *Et per.* s. sors regni, nec fuit hoc a casu, sed ex ordinatione diuina, vt publicaretur electio prius in secreto facta.
2 *Ecce ab.* hoc factum est ex instinctu diuino, ad ostẽdendum quod nullus ingerere se debet ad huiusmodi dignitates.
† *Et altior fuit vniuerso.* per quod significatur supereminentia virtutis, quæ debet esse in promoto.
† *Et scri.* s. legem regni, non secundum vsurpationem supra positam, sed secundum ordinationem Dei positam Deu. 17.
5 *Filii vero*, per hoc ostenditur, q̃d in omni congregatione communiter sũt aliqui mali qui de bono murmurant, & si possent libenter impedirent.

CAP. XI.

a ET *ascendit, &c.* ✣ Iosephus. Post mensem, honoris Saulis initium, belli causa contigit contra Naas. Hic enim multa mala Iudæis habitantibus trans Iordanem intulit, vrbesque eorum seruituti subegit. Quicunque autem, ad eũ vel fide data venissent, aut quos bello cepisset, dextros oculos reuellebat, vt sinistrã partem vultus sui scutis celantes, ad bellandũ nimis forent inutiles. Et hęc cum fecisset habitãtibus trãs Iordanem, supra Galladinos abiit, &c. ✣ Theod. & Procop. Israelitas bello inutiles reddere voluit. Sinister.n. oculus clypeo tegit̃, dextro autem hostes aspicimus: quo si quis priuetur, facilè vincit̃. Sic aduersariæ ẽt ptãtes nobis dextros oculos eripere conãtur. Rabb. Iabes sensus. Galaad aceruus testimonij. Naas. i. serpẽs. s. diabolus ascendit ꝯ sensum testimonij scripturę eruditũ.

b *Et respondit.* Bellum Naas, bellum hęreticorũ ꝯ ecclesiam significat. Naas interpretat̃ serpens, Ammon cõprimens vel coangustãs, vel populus męroris. Iabes exiccata, Galaad aceruus testimonij. Naas ergo, significat serpentem antiquum, qui est princeps Ammonitarum. i. hęreticorum. Hic est enim populus mœroris, qui, non habet gaudium spiritussancti, qui disponit fœdus, cum populo ecclesiæ, vt eruat oculos dextros, visum, scilicet, sanæ & orthodoxæ fidei. Sinistrum relinquit oculum, vt scilicet praua tantum sentiat. Sed mẽs fidelium exiccata a sorde vitiorum, aceruum testimonij, id est scientias sanctę scripturæ congerit, quibus viriliter resistat hosti.

C F

CAP. XI.

a ET Ascendit Naas Ammonites, & pugnare cępit aduersum Iabes Galaad. Dixeruntq; omnes viri Iabes ad Naas. Habeto nos fęderatos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites. In hoc feriam vobiscum fędus, vt eruã omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Et dixerunt ad eum seniores Iabes. Concede nobis septem dies, vt mittamus nuntios ad vniuersos terminos Israel. Et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerunt ergo nuntij in Gabaa Saulis, & locuti sunt verba hæc audiente populo. Et leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. Et ecce Saul veniebat

a ¶Intellectus fidei. ¶ Propter vsum belli, ne viderent hostem sinistro oculo sub clypeo absconso.
¶ Exiccata.
a ¶Doctores. s. ecclesiæ, qui scutum fidei debent contra hostes opponere.

a In

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

ET *ascendit* Hic consequẽter describit̃ ꝑdictæ, electionis confirmatio, q̃ facta est per hoc, q̃d Saul triumphauit de filijs Ammon, & sic oẽs in eum consenserunt & regnũ eius innouauerunt. Primò igitur circa hoc ponitur hostiũ incursio. Scd̃o ipsorum debellatio, ibi. *Venerunt ergo nuntij*. Tertio regis confirmatio. ibi. *Et ait populus*. Circa primum dicitur.
1 *Ascendit.* Quod aũt in aliquib. Biblijs præponitur. *Et factũ est quasi post mensem*, non est in Hebræo neque in Biblijs correctis, quia non est in textu.
2 *Naas*, tempore.n. Iephte rex Ammon venit contra filios Israel, repetens totam terrarũ filiorum Israel vltra Iordanem tanquam ad suum regnum pertinentium, vt habetur Iudic. 11. sed tunc fuit debellatus, vt ibidem habetur: & ideo fortificato illo regno iste rex forsitan ex eadem causa venit contra filios Israel.
3 *Habeto nos fæ.* sub tributo competenti, quia videbant se impotentes ad resistendum, vt magis patet ex sequentibus.
4 *Eruam omnium &c.* volebat enim eos inutiles reddere ad bellum, quia sinister oculus clypeo tegitur, & ideo carens oculo dextro non potest bene videre aduersarium.
5 *Ponamque vos &c.* hoc volebat facere ad sui iactantiam, & ad incutiendum terrorem alijs, vt sic se subiicerent eius seruituti.
6 *Concede &c.* Concessit autem rex superbus spatium petitũ credens quod nullus auderet venire ad leuandum eum de obsidione, & sic obsessi magis se traderent voluntati suę.
7 *Et si. &c. egredie. ad te.* ad suscipiendum quod tibi placet de nobis.
8 *Venerunt ergo.* Hic consequenter describitur filiorum Ammon debellatio per Saul ad preces virorũ Iabes, & patet litera vsque ibi.
9 *Et ecce Saul.* Nõ est intelligẽdũ q; Saul iam electus publice in regẽ ageret offiñ bubulci, sed veniebat de agro vbi fuerat cã spaciandi vel se exercitãdi in arte sagittaria vel huiusmodi, & inde reuertebat̃ hora qua solẽt boues ad domũ reduci

4 Eruam

Et

MORALITER.

1 *Ascendit Naas Ammonites.* Per Naas qui serpẽs interpretatur, diabolus intelligitur. Nam in specie serpentis decepit genus humanum, ꝑp quod serpens antiquus nominatur.

† Ipse

A a *In Bezec*. Rab. vrbe. s. Adoni bezec, vsq; hodie duę villę dicunt, Bezec in septimo lapide a Neapoli descēdentib. Citopolim. Bezec interpretatur egestas, & electorū paucitatem significat, vnde *Multi sunt vocati, pauci vero electi*, (Matt. 20. b. † supra 10. b.) Rex quoque noster Christus qui est sacerdos, & propheta, contra hostes aciē dirigens, de vtroque, populo, milites eligit fide trinitatis, & pfectione insignes. Hostes fugat & percutit gladio spiritus, a mane lucescentis fidei, vsque dum lumen sciētię & ardorē charitatis per totū orbem ecclesia diffundat.

B b *Dispersi sunt*. Quia congregatio prauorū charitatis & fidei vnitate non iungitur, ab inuicem dissensione separatur, vnde *Inimici tui domine peribūt et dispergentur*. (Psal. 91. b.)

c *Quis est iste qui* d. Saul non re.

✲ Iosephus. Hæc (Lib. 6. Anti. cap. 5.)

C

sequens boues de agro, & ait: † Quid habet populus quod plorat? Et narrauerunt ei verba virorū Iabes. Et insiliuit spiritus domini in Saul [1] cum audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. Et assumens† vtrunq; bouē concidit in frusta, misitq; in omnes terminos Israel per manus nuntiorū dicēs: Quicūq; non exierit & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor domini populum, & [2] egressi sunt quasi vir vnus, & recēsuit eos in Bezec. Fueruntq; filiorū [3] (a) Israel treceta milia, virorū autē Iuda triginta milia. Et dixerūt nūtiis [4] [5] [6] qui venerāt. Sic dicetis viris qui sunt in Iabes Galaad. Cras erit vobis [7] salus cū incaluerit sol. Venerūt ergo nūtij, & annuntiauerunt viris Iabes, qui lętati sunt, & dixerunt*. Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne qđ placuerit vobis. Et factū est cum venisset dies crastinus [8] [9] cōstituit Saul populū in tres partes, & ingressus est media castra in vigiliā matutina, & percussit† Ammō vsq; dū incalescetet dies. Reliqui [10] (b) autē dispersi sunt, ita vt nō relinquerētur in eis duo pariter. Et ait po- [11] (c) pulus ad Samuelē. Quis est iste qui dixit. Saul nō regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul. Nō occidetur quisquam [12] in die hac, quia hodie fecit dns salutem in Israel. Dixit autem Samuel [13] (d) ad populū. Venite & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et † perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regē Saul coram [14] domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram domino Et lætatus est ibi Saul & cuncti viri Israel nimis.

(Interlinear: a ¶ Fide trinitatis insignes. b ¶ Fide trinitatis & cognatio legis preclari. ¶ In futuro. ¶ Institiæ. a In principio clarescentis fidei.)

(Marginal: * viri Iabes. † par boum. † accasatiui ca sus est.)

D Hęc victoria clarū fecit valde Saul, & apud omnes Hebræos eum laudabilem demōstrauit. Nam qui primitus eum spreuerant, conuersi sunt vt eum honorarent, & dignū principatu iudicarēt. Populi pro reb. gestis magna delectatione gaudebāt, & cō eos qui Saulē spreuerant exclamabāt, quę solet vulgus fœlicitate detētum euomere contra illos qui huiusmodi rerum esse videntur authores, &c.

d *Venite & eamus in Galgala, &c.*

✲ Iosephus. Cum Samuel dixisset secundam ordinationem*, E in confirmatione regni Saul oportere fieri, oēs congregati sunt in Galgala. Et rursus vidēte populo, propheta vnxit Saul oleo Sancto, & secundo denunciauit, regem. Itaque isto modo respublica Hebræorum ad regum iura conuersa est.

F ¶ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et insi. &c.* i. motus fortitudinis & constantiæ ad liberandum populum obsessum.

2 *Sic fiet bo.* Per hoc intelliguntur alia animalia, vt dicit Ra. & sic erat comminatio magnæ pęnæ, quia diuitiæ illo tēpore pro maiori parte in animalibus consistebant. Noluit autē comminari pęnam mortis vel mutilationis in principio regni sui, ne a nimio rigore incipere videretur.

3 *Inuasit ergo timor dom. pop.* idest, a domino immissus.

4 *Et egress. sunt, &c.* i. generaliter & perfecte, sicut quando vnus homo exit nihil remanet de illo in loco vnde exit. Vel aliter, quasi homo vnus, i. vno corde & vna voluntate ad liberandum obsessos.

5 *Et recensuit eos in Bezec*. nomē est ciuitatis in qua rex regnauit Adonibezech, vt habetur Iud. 1.

6 *Virorum autem Iuda*. Segregatim numerabantur, eo quod ista tribus erat nobilior & bellicosior.

7 *Cras erit vobis salus*. i. in futuro, de proximo tamen.

8 *Mane exibimus ad vos*. Irrisorie loquebantur, eo quod sciebant auxilium eius affuturum in crastino.

9 *Et fa. est. &c. di. cra. s.* ab illa die in qua viri Iabes dixerāt verbum præcedens. *Mane exibimus, &c.* non autem a die qua dixerat Saul: *Cras erit vobis salus &c.* quia quando numerauit populum, adhuc distabat a loco obsidionis, & postea nuntij Iabes redierunt ad suos, & propter hoc sicut dictum est, illud quod dixit. Saul. *Cras erit vo. sa.* ly cras, non accipitur pro die crastino, sed pro futura die, de proximo tamen.

10 *Const. &c.* Vt repente irruentes super exercitū filiorum Ammon ex diuersis partib. magis tenerēt, alia terrerēt eos.

11 *Et ait populus*. Hic consequenter describitur Saulis cōfirmatio in regem, quia populus videbat Saulē potenter triumphasse, iō volebat eos interficere qui eum despexerūt in sua electione, prout dictum fuit in fi. ca. præce. sed Saul hoc fieri impediuit, vt a clementia regnare inciperet offensas pprias remittendo, vnde dicit Seneca lib. de clementia. Nullū ex omnib. magis decet principem quam clementia. Magni. n. animi proprium est placidum esse tranquillumque, offensas & iniurias remittere. Muliebre autem est litigare, & morē iræ suæ gerere. Allegauit autem rationem dicens.

12 *Quia hodie*. quasi dicat, procedēdum est ad gratiarū actionem & non ad occisionem.

13 *Dixit autem*. Videns Samuel quod populus cōcorditer cōsentiebat electioni factæ de Saul, ideo tunc voluit eam innouare seu confirmare solenniter, & in loco solenni, iō subdit.

14 *Et fece.* quia iam translatum erat ibi tabernaculum domini & arca.

Moraliter exponendo, Naas qui serpens interpretat, diabolum significat, qui filiis Israel. i. fidelibus inimicatur. Quęrit autem oculos dextros eruere & sinistros dimittere, vt sapientia quæ desursum est & ad salutē animæ ordinatur, penitus auferatur, & sapientia mundana, *quæ terrena est animalis et diabolica*. Iac. 3. d. remaneat, vt sic homines terrenis vitijs implicentur. Contra ipsum aūt venit rex Israel. i. rex gloriæ Iesus Christus cū trib. ordinibus. s. Apostolis, Martyrib. & Confessorib. cuius victoria incipit a vigilia matutina, & in calore Solis consummat, quia a principio pdicationis Euāgelij cepit potestas dęmonis diminui, & adueniente iudice in potestate claritatis suæ in extremo iudicio totaliter auferetur. (Moraliter.)

¶ CAP.

MORALITER.

† Ipse vero quęrit eruere oculos dextros uirorū Iabes, quæ calor interpretat, nā viris charitate feruentibus malignus insidiat. Per oculū autē significatur intētio. Matt. 6. c. *Si oculus tuus fuerit simplex*. i. intentio tua, secundum Aug. p oculū igit dextrū intentio ad bona spiritualia, per sinistrū autē ad temporalia designātur. Per hoc igit qđ Naas oculos dextros virorū Iabes quęrebat eruere, significat q diabolus intētiones virorū in charitate feruentiū quęrit a bonis spiritualibus totaliter auertere. Per hoc autē, qđ viri Iabes quęsierūt auxiliū regis, significatur q, a diabolo impugnati dicto mō debēt ad auxiliū regis regū Iesu Chri p deuotas orationēs recurrere.

10 *Constituit Saul. pop. & c.* Nā rex noster angelos p tres hierarchias diuisit, & omnes sunt in adiutorium nobis contra dęmonis exercitū Heb. 1. d. *Omnes administratorij spiritus sūt i ministerium missi pter eos qui capiunt hæreditatē salutis*: Et sic debellatur Naas cū suo exercitu, idest, diabolus cū angelis malignis. Apoc. 12. b. *Michael & angeli eius præliabant cū dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & nō præualuerūt, neque inuentus est eorum locus in cælo*. E accipitur hic cęlū pro ecclesia militāte.

† *Venite & ea. in Gal. & inn. ib.* Ex noua nāque victoria de diabolo habita, innouandū est Chri regnum per nouā oblationē laudum diuinarum. Nec mirandū, quod per Saulem pro tēpore quo fuit bonus, significetur Iesus Christus, sicut infra dicetur de Dauid & Salomone. Sicut enim dictum fuit in principio huius operis, ſeo propter diuersas proprietates aliquando signat diabolum, aliquando Christum. (Psal. 91.)

CAP. XII.

A CAPVT XII.

Dixit autem Samuel ad vniuersum,&c.

✠ Theodo. Cum esset Iudex, excedebat à ptāte, & eam tradebat Regi. Erat ergo consentaneum, vt q̄ gesserat narraret, & quòd in republica gerēda cum laude esset versatus ⁊ sentientem haberet populum, legitimam illū, docens potestatem.

B ✠ Augusti. Saul autem rex non ad permanēdum electus est à Domino, sed secūdū cor populi durum & malum datus ad eorum correptionem, non ad vtilitatem, secundum illam sentētiam: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peruersitatē populi.

D ✠ CHRYSOSTOMVS. Quoniā Samuel pro se magnam proposuit laudem, attamen nullus illum arguit, quia non dicebat, vt seipsum laudaret, sed quoniam rege cōstituturus erat, pro defensione sua posuit, volens illum erudire, vt humilis sit ac mansuetus. Neq; enim quis illum tunc iure conuenerat, vel arguerat vt defensione haberet opus,

E sed vt illum faceret meliorem hęc dicebat, etc. Qui ad vtilitatem audientium spectarit, etiam si commendet seipsum, non solum non meretur reprehendi, sed & coronari, & propter silentium taxandus. Nam, & Dauid, & Amos, & Michęas seipsos commendant.

F a Messis

Quæst. 25. | † & abscōdam oculos meos ab eo. | Super Ps. 51. tiusititis. | † Iudi. 6. c. | Iob 34. | Hom. 24. in 2. Cor. | † vel testificamini contra me. | † cuiuspiam occupaui sua bona. | † occupasti nos, i. bona nostra. | † Gen. 46. a. | † Iudi. 4 a. | 1. Reg. 17. Amos 7. Mich. 3. † supra 8 d. & 10. c.

1 Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia, quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem, & nūc rex graditur ante vos. Ego autem senui, & incanui. 2 Porro filij mei vobiscum sunt. Itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsq; ad hanc diem ecce præsto sum 3 † loquimini de me coram domino, & coram Christo ¶ Saule. eius, 4 vtrum bouem cuiusquam tulerim, 5 aut asinum, 6 si quempiam calumniatus sum, 7 si oppressi aliquem, 8 si dè manu cuiusquam munus accepi, † 9 & contemnam illud hodie, restituamque vobis. 10 Et dixerunt. Non † es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. 11 Dixitque ad eos. Testis est dominus aduersum vos, 12 & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu ¶ a Opere. mea quippiam ¶ b Mali. 13 Et dixerunt. Testis. 14 Et ait Samuel ad populū. 15 Dn̄s, qui fecit Moysen, & Aarō, & eduxit patres nostros de terra Ægypti, adest. Nunc ergo state, vt iudicio contendam aduersum vos coram domino, de omnibus † misericordiis domini quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris, 16 † quomodo ingressus est Iacob in Ægyptum, 17 & clamauerunt patres vestri ad dominum, & misit dominus Moysen, & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto, 18 & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sunt 19 domini Dei sui, 20 & tradidit eos in manus † Sisaræ magistri militiæ Hasor, 21 † & in manu Philisthinorum, 22 & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduersum eos. Postea autem clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus dominum, & seruiuimus Baalim, & Astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi. † 23 Et misit dominus

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

Dixit autem. *Hic consequenter describitur increpatio populi à Samuele. uiderat enim populus regem electum prospere egisse, & ideo poterat credere in petendo super se regem non peccasse. cuius contrarium Samuel ostendit in hoc c. 1. declarando suam innocentiā, & secundò populi culpam, ibi.* Et ait Samuel. *Primum aūt ostendit Samuel per hoc, quòd petitioni populi condescenderat de institutione regis, in qua erat, quodammodo abiectio Samuelis, ut dictum fuit sup. 8. ca. & hoc notatur cum dicitur.* Ecce audiui vocem vestram, &c. *Secundo in hoc, quòd diu inter filios Israel sine calumnia uixerat, & hoc notatur cum dicitur:* Ego autem senui, *& subditur.*

2 Porro filij, &c. *Quasi diceret, remanebunt pro me obsides ad satisfaciendum, si alicui teneor, & satisfacere non possum.*

3 Loquimini, &c. co. *idest, Saule rege, qui de nouo erat inunctus, propter quod Samuel coram eo uolebat iudicari.*

4 Vtrum bouem cuiusquam. *ponendo in opere meo.*

5 Aut asinum. *super eum de loco ad locum incedendo.*

6 Si quempiam calumniatus. *iniuste ad iudicium trahendo.*

7 Si oppressi ali. *damnum quodcunque seu iniuriam inferendo.*

8 Si de ma. *etiam pro iusto iudicio reddendo. Ex quo patet, quòd proprijs sumptibus, & laboribus officium iudicis exequebatur, prout dictum fuit supra 7.*

9 Et contemnam, &c. *nolens mihi retinere.*

10 Et dixerunt. *& sic testificati sunt eius innocentiam.*

11 Dixitque ad. *qui præsens est ubique.*

12 Et testis Christus, *scilicet Saul, qui præsentialiter aderat.*

13 Et dixerunt. *replicando, quod supra dixerant ad maiorē affirmationē, secundum illam translationem. In Heb. habetur.* Et dixit testis, *quod exponunt Heb. dicentes, quod postquam populus testificatus fuerat Samuelis innocentiam, ipse Samuel quæsiuit cum hoc testimonium diuinum, quod est maius, & firmius, dicendo.* Testis est dominus. *idest rogo, ut sit testis, & tunc uenit uox à Deo missa, & dixit, testis, testificando Samuelis innocentiam.*

14 Et ait. *Hic consequenter Samuel declarat populi culpam, & primo uerbo, secundo miraculo, ibi.* Sed & nunc sta. *Circa primū Samuel declarat primo Dei misericordiam erga populū, cum dicitur.*

15 Dominus qui, *scilicet idoneos nuntios suos ad educendum populum Israel de Aegypto. sequitur.*

16 Quomodo in. *Vbi eum dominus saluauit à periculo famis.*

17 Et cla. *cum affligeretur ab Aegyptijs, ut habetur Exod. 3.*

18 Et col. *scilicet in terra optima lacte, & melle manante. Consequenter ostendit ex opposito populi ingratitudinem, cum dicitur.*

19 Qui obliti sunt. *per idololatriam, & alia mala.*

20 Et tradidit eos. *vt per flagella reduceret eos ad bonum.*

21 In manu. *id est, regis Asor, ut habetur Iud. 4.*

22 Et in manu. *ut habetur Iud. 10. & 11.*

23 Et mi. *id est, Gedeon, ut habetur Iud. 6.*

10 Et ... Et

MORALITER.

1 *Dixit autem.* In hoc autem capitulo Sanctus Samuel suam declarat innocentiam, dicens.

3 *Loquimini.* Non dicit coram hominibus, sicut hypocritæ, qui quærunt iustificari coram mundo.

4 *Vtrum boues.* Per calumniam inferendo.

8 *Si de ma. cu. mu. ac. &c.* pro iustitia exercenda. Per hoc informari debent principes, & prælati, vt regant populum sibi subditum sine calumnia, & auaritia. Secundò arguit populum de petitione regis, ostēdens, quòd dominus rex eorum fuerat immediatus per iudices tāquam per ministros, & vicarios eos saluans, dicens.

8 Si de

a *Messis tri.* RAB. Collectio, s. Gentilis populi ad fidem. b *Voces*, id est tonitrua, & pluuias. Nõ est consuetudo Iudææ in tempore æstatis pluere. ✠ Augustin. Samuele inuocante Dominum, Dominus per pluuias, & horribiles voces intonuit, quibus plebs, quæ audierat se Dominum repulisse ne regnaret sibi, intelligeret, quos fragores per Samuelis iterũ Dominus deprecationem compescuit, postquam populi de hac re pœnitudinẽ intus aspexit. ✠ R. Salomon Deus excitauit ista tonitrua, vt confutaret peruicaciam populi. Nam si tantæ erant vires Samuelis, vt posset cœlum commouere, & tonitrua deuocare, quomodo non potuit hostem profligare, & præesse reipublicæ? CAP.

(i. de mirab. s. scri. ca. 9.)

a ¶ Qui & Gedeon, timor viri. b ¶ Idest Samson fortissimus. Præcipuus, vel In iudicio. c Aperiens, vel apertus, vel aperiro.

Ierobaal, & Badan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circumitum, & habitastis confidenter. Videntes autem, quòd Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo præsto est rex vester quem elegistis, & petistis. Ecce dedit vobis dominus regem. Si timueritis dominum & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os domini, eritis, & vos & rex, qui imperat vobis sequentes dominum Deum vestrum. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus domini super vos, & super patres vestros Sed, & nunc state, & videte rem istam grãdem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum, & dabit † voces, & pluuias, & scietis, & videbitis, quia grande malum feceritis † vobis in conspectu domini, petentes super vos regem: Et clamauit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces & pluuias in die illa. Et timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem. Et dixit vniuersus populus ad Samuelem. Ora pro seruis tuis ad dominum Deum tuum, vt non moriamur. Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere: Vos fecistis vniuersum malum hoc. Veruntamen nolite recedere a tergo domini, sed seruite domino in omni corde vestro, & nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt. Et non derelinquet dominus populum suum propter nomen suum magnum, quia † iurauit dominus facere vos sibi populum. Absit autem à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam, & rectam Igitur timete dominum, & seruite ei in veritate, ex toto corde vestro. Vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit dominus, quòd si perseuerauerĩtis in malitia, & vos, & rex vester pariter peribitis.

(a Nominatus seu postulatus à Deo. — a In aduentu Christi. — a Scilicet Christus. b. Blandientem prædicationem. — a Verba Euangelii vel legis. — a sed sequamini dominum tanquam ducem vestrum. — a Mundi desideria. — a Quamuis me, & dominum offenderitis. ¶ Christum Dei verbum. ¶ sicut filii. ¶ Non ex necessitate.)

(† tonitrua, & intra. — † vos. — † voluit, vel cepit. Cal. inter pr. placuit coram domino.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Badan. *& idest, Samson, qui descendit de tribu Dan, vt habetur Iud. 14.*
2 Et Badan. *de quo Iudi. 5.*
3 Et Iephte. *de quo Iudi. 11.*
4 Et Samuel. *loquitur de seipso tanquam de alio.*
5 Et eruit, &c. *quotiescunque inuocastis fideliter eius auxilium.*
6 Et habitastis confiden. *quamdiu fuistis ei boni subiecti, fuit, & ipse rex vester immediatus.*
7 Videntes autem. *Ista fuit vna causa petendi regem, vt dictum fuit supra 8. cap.*
8 Dixistis mihi. *dissuadenti vobis petere alium regem.*
9 Nequaquam. *scilicet, erimus sine rege homine.*
10 Nunc er. *licet enim Saul fuerit à Deo electus, vt dictum est supra c. 9. & 10. tamen ista electio imponitur hic populo, eo quod ad petitionem populi facta fuit. Cætera patent vsque ibi.*
11 Erit manus. *idest, ita erit super vos de futuro, sicut fuit super patres vestros de præterito.*
12 Sed. *Hic consequenter Samuel arguit malitiam populi miraculo, quia ad ipsam declarandam facta sunt subito tonitrua, & pluuia contra solitum cursum naturæ in terra illa, & hoc est, quod dicitur.*
13 Nunquid. *q. d. isto tpe non consueuerunt talia fieri, & si aliquando fiant, non tamen, ita repente, vel subito, sicut factum est ad preces Samuelis, & absque dispositione aeris præcedente, ideo subditur.*
14 Et timuit. *Videns insolitum miraculum, & timens mori præ horrore tempestatis.*
15 Nol. tim. *eos assecurauit, quando confessionem eorum de petitione regis, & aliis malis audiuit.*
16 Nolite reced. *semper eum sequentes per debitum cultum.*
17 Et no. *id est, post idola ea colendo, quia in illis nulla est efficacia vos saluandi, sicut medicina dicitur vana, quæ nullam habet efficaciam in sanando.*
18 Et non. *quamdiu sibi fuerit subiectus per debitum cultum.*
19 Quia iurauit. *sicut habetur Gen. 22.* Per me, &c.
20 Absit au. *Quamuis enim populus eum abiecisset, vt patet ex supra dictis 8. cap. tamen peccatum reputabat sibi si non oraret pro eis. et hoc est intelligendum quantum ad bona gratiæ, & gloriæ consequenda, ideo subditur.* Et do. vos.
21 Timete dominum. *timore filiali.*
22 Et seruite ei, &c. *absque diminutione.*
23 Ex toto corde. *absque diminutione.*

CAP.

MORALITER.

† *Misit dominus.* Per hoc signatur, quòd prælati, & pdicatores debent ostendere populis Dei beneficia, vt cognoscãt eius bonitatem, & per oppositum suam ingratitudinem, nam opposita iuxta se posita magis elucescunt, vt sic per veram pœnitentiam ad Deum redeant, & ipsi fideliter seruiendo verum dominum recognoscant.

MORA-

CAP. XIII.

a Filius unius anni. ✻ R. DAVID. Dicitur filius vnius anni, quòd vnum annum iam regnasset, antequam confirmaretur in Galgala.

✻ Chaldæus. Paraph. Erat simplex, & innocens, tanquam puer vnius anni.

✻ PROCOP. Symmachus exponit, *Sicut puer anniculus*. Quo verbo simplicitas animi ipsius ostenditur, quam in regno habuit, qua tamen non longo tempore vsus est. Quo circa additur, *Et duob. annis regn. & cæt.* nempe cum illa morum simplicitate. Postea ad prauitatem declinans, diuina gratia destitutus est.

✻ HIERONYMVS. Non de Isboseth filio Saul dictum ē hoc Sic enim erat Saul innocens, quando regnare cœpit, sicut filius est vnius anni, & in eadem innocentia, duobus annis regnasse dicitur.

R A B. per anticipationem dicit de Isboseth filio Saul, de quo in sequentibus dicitur *xl. annorum erat Isboseth cum regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit*. Si autem à morte Heli omne tempus concluditur, quo Samuel, & Saul regnauerunt, inueniuntur xl. anni vsque ad mortem Saul. Quando ergo Saul regnare cœpit, filium habebat vnius anni, qui post mortem patris regnauit in Israel duobus annis, & à latronibus occisus regnum dimisit Dauid. Continuatur tempus Samuelis cum tempore, & regno Saulis. historici enim non poterāt connumerare numero iudicum, quoniam propheta erat, & non toto tempore vitæ suæ populum iudicauerat, vt alij.

b *Gaba*. Vrbs est Phinees filij Eleazari, vbi ipse Eleazar sepultus est, & interpretaē col lis patruelis. Bene tria milia Israelitarū electa sunt ad pugnandum cōtra Philistheos. hi. n. soli apti sunt ad pugnādū cōtra hostes ecclesie, qui habent perfectā fidē trinitatis, in qua existāt superiores hostib. suis. Philisthiim hęretici, qui pari consensu aduersus ecclesiā ꝯspirantes eā de populari conanē, quibus alij abiurata fide sociant. alij dū fidem palā confiteri metuūt quasi i cauernis latitāt. Variç sectç vno impietatis vinculo colligatæ ad decipiendū discurrūt. Equites potētia tumidi, qui hæticos iuuant. *Vulgus sicut arena*, multitudo hętica persuasione aggregata. Viri cum Saul remanētes Catholici Chro firmiter adherētes.

c *Reliquum vulgus sicut are. etc.*

✻ IOSEPHVS. Cum Palæstini cognouissent castra sua ab Hebreis obsessa, indignati, & cōteptū Hebræorū magnam iniuriā iudicantes, Iudæis prælium intulerunt, ducentes pedestrium quidem trecenta milia, curruum vero triginta millia, & equitū sexaginta millia.

a *Abscon-*

Marginalia: † vel veluti filius. Sunt qui sic vertunt Saul regnauerat vnum annum. — lib. tradit. Heb. — Rabbanus. — † præfectum, aut ducem. † qui. — libr. 5. Antiq. cap. 6. — † præfectum, aut ducem, siue præsidem. — † abominabilis fuit, vel fœtuit Israel inter Philisthæos, vel corā Philisthęis.

---

a ¶ Id est humilis tanquam paruulus, & lactens.

Filius † vnius anni erat [1] Saul cum regnare cepisset: duobus autem [2] annis regnauit sup Israel. Et elegit sibi Saul tria milia de Israel. Et erant cum Saul duo milia in Machmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin. Porro cæterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua. Et percussit Ionathas [3] † stationem Philisthinorum, † quæ erat in Gabaa. Quod cū audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra dicens: Audiāt [4] Hebræi. Et vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famā. Percussit Saul † stationem Philisthinorum, & † erexit se Israel aduersus Philisthiim. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. Et Philisthiim congregati sunt ad [5] præliandū cōtra Israel triginta milia curruū, & sex milia equitū, & reliquum vulgus, sicut [6]

a ¶ Iuste scilicet, & mansuete, postea enim magis tyrannus fuit, quam rex.

a ¶ Vsque hodie vicus grandis ostenditur in finibus Heliæ, distans ab ea octo milibus iuxta villā Rhama, & antiquū retinet nomē. Interpretat aūt humilitas.

¶ Alias d.c.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

1 Filius. Postquā descripta est Saulis electio, hic ꝯñr describitur eius reprobatio. & hoc ex triplici cā. Prima fuit diffidētia, & vsurpatio. Scda temeraria iuratio, c. 14. Tertia cupiditas, & elatio. ca. 15. Circa primū, primo describit diffidētię rō. scđo diffidentis, vsurpatio, ibi: *Ait ergo Saul.* tertio incursio hostiū, ibi. *Porro Philisthijm.* quarto impotentia ad resistendū ibi, *Porro faber.* Cā vero diffidentiæ duplex fuit. Prima fuit ex percussione stationis Philisthinorū, pp quā Saul, & filij Israel formidabāt Philisthinorū aduentū. Scda fuit dilapsus populi à Saul, pp metū, qui ponitur ibi. *Quod cū audissent.* Circa primū, q͂ a i hoc ca. agitur de Saulis præuaricatione, ꝑmittiē eius bonitas vt nullus de sua iustitia ꝓsumat, & vt opposita iuxta se posita magis elucescant, cū dr̄, *Filius vnius anni erat, & cæ.* i ita innocens, & purus à peccato, sicut puer vni⁹ anni. Cuius rōnē assignant Hebræi, & probabiliter, dicentes, q̄ qñ hō ꝓmouetur ad aliquod officiū magnū à Deo, sicut Saul fuit elect⁹ in regē ab ipso, vt patet ex ꝓcedentibus simul sibi dat' à Deo gratia iustificans, & ipsum disponens ad suū officiū exercēdū, nisi ipse ponat obicē. Saul aūt in sua electione nō posuit obicē grę diuinæ, quia ẜm, q̄ dr̄ sup. 9. c. *erat electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo.* Aliqui aūt exponunt de Isboseth filio Saul, dicentes quòd habebat vnū annū tm̄ qñ Saul incepit regnare, & secundum hoc ly *Saul*, est datiui casus. cum dicitur. *Filius vnius anni erat Saul*, i. ipsi Saul. Sed hoc patet falsum ꝑ illud, qđ habeē 2. Reg. 2. d. *Quadraginta annorū erat Isboseth cū regnare cępisset.* Fuit aūt institutus immediate post mortē patris, vt ibidē dr̄. pater aūt regnauit 20. annis tātum. pp quod tenentes hoc dictū dicunt, quod inceptio regni Saul hic accipitur immediate post mortē Heli, quod tēpus fuit quadraginta annorū, vt habetur Act. 13. Sed hoc nō valet, quia in nullo alio loco sacræ scripturæ reperitur, quòd sacra scriptura determinando principium regni alicuius regis, determinet hoc per ætatem filij sui. Et ideo, quia ista expositio de scriptura non habet autoritatē eadē facilitate contēnitur qua probatur, & prima magis tenenda est, vt vr̄.

2 *Duo. aūt an. re. & c.* s. in bonitate, & innocētia sua licet pluribus annis regnauerit existens in malitia. Vel aliter potest dici, quia post duos annos a principio regni sui Dauid fuit à Deo electus in regē inunctus per Samuelē, vt hr̄ infr. 16. ca. & ex tunc Saul non regnauit de iure, sed tantū vsurpatiue, pp quod anni sequentes à regno suo hic resecantur. Consequenter ponitur percussio stationis Philisthinorū, cū dicit'.

3 *Et percussit.* quod erat signum manifestum rebellionis filiorum Israel ad Philisthæos, ideo subditur.

4 *Audiant He.* Hoc fecit Saul proclamari, vt filij Israel præcauerent sibi ab insultu Philisthinorum in hoc facto contēptorū, & non confiderent de ipsis in aliquo. vnde subditur.

5 *Et Phil. & c. mi. cur.* Non est verisimile, quòd tot essent currus, sed accipitur hic numerus hominum in curribus existētium, quia tunc temporis in curribus pugnabant pro magna parte, vt habetur in pluribus locis sacræ scripturæ.

6 *Et reliquum.* Hyperbolica locutio est, ad designandum magnam populi multitudinem.

1 *Quod*

MORALITER.

2 † *Et duob. an.* Act. 13. Dicitur, q̄ regnauit xl. annis. Sed hic ponitur tantum tempus quo permansit in humilitate, & bonitate. Ex quo patet, quòd rex malus tempore malitiæ suæ non est ẜm veritatē rex dicendus, sed tantum æquiuoce, sicut oculus lapideus, aut depictus, & idem dicendum de pręlato malo, & multo plus, quia regit in spiritualibus, q̄ tēporalibus præferuntur, corruptio. n. optimi pessima iudicatur.

3 *Et percussit Io. sta.* Per Ionathan, qui donum columbæ interpretatur, dominus Iesus Christus significatur, super quē spiritussanctus apparuit in specie columbę, cū baptizaretur. Ipse vero stationem Philisthinorum percussit, quādo descēdens ad infernum, inde patres potenter liberauit. Philisthiim autem interpretantur cadentes, ideo signant dęmones, qui de cœlo per suam superbiam ceciderunt.

a *Absconderunt se in &c.* Rab. A absconsis, s. quibusdã Israelitis, qui Saulẽ, & populũ, q cũ eò erat reliquerant, qdã pars illorum, qui Hebrȩi vocãtur timore perterriti defecerũt à Saul, & à viris, q cum eo erãt, & descẽderũt in castra Philisthiim. vt in sequentibus. Sed & Hebrȩi, qui fuerunt cũ Philisthiim heri, & nudiusterti⁹ ascẽderãtq; cum eis i castris, reuersi sunt, vt cũ eis Israel qui erant cũ Saul, & Ionatha. omnes quoque Israelitȩ, q se absconderãt i mõte Ephraim, audiẽtes, quòd fugiẽt Philisthiim, sociauerunt se cum suis in prȩlio.

†coarctatus. †munitionib. †secundum tempus, quod dixerat Samuel.

b *Afferte mihi holocaustũ, &c.*

✠ PROCOP. Samuel Sauli prȩceperat, vt septem dieb. ipsum expectaret, deide sacris ritè pactis, ordines instrueret B At ille cũ videret Palȩstinorũ copias collectas esse nõ expectauit prophetã, quemadmodum prȩceperat. Quare reiectio ei nunciatur.

†veniebas ad tempus dierũ Heb. pro tempore constituto, nempe septimo die.

✠ R. Leui. Saul istis sacrificiis elicere voluit Spiritũ prophetiȩ, vt ipse sibi esset propheta, & sine Samuele intelligeret voluntatem Dei.

✠ TERTVL. At legit Saul, sed nondum despector prophetȩ Samuelis.

lib. 2. adu. Marc. c. 23. Epistol. ad Magnes.

✠ Ignatius. Saul dignitatis honore priuatus est, qui non expectasset Samuelem principem sacerdotum. Oportet C igit, & vos reuereri supiores.

†Gen. 31. d. 2. Par. 16. c.

CLEMENS.

arena, quæ est in littore maris plurima. Et ascendẽtes castrametati sunt in Machmas ad Orientem Bethauen. Quod cum vidissent viri 1 Israel se in arcto positos († afflictus enim erat a populus) absconderunt se in speluncis, & in † abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis. Hebrȩi autem transierũt Iordanẽ, in terrã Gad, & Galaad. Cumq; adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et expectauit septem die- 2 bus † iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala. Dilapsusq; est populus ab eo. b Ait ergo Saul, afferte mihi holocaustum, & pa- 3 cifica. Et obtulit holocaustũ. Cumq; cõplesset 4 offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Et egressus est Saul obuiã ei, vt salutaret eum. Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? 5 Respondit Saul: Quia vidi, quod dilaberetur populus à me, & tu non † veneras iuxta placitos dies, porro Philisthijm congregati fuerant in Machmas, dixi: Nunc descendent Philisthijm ad me in Galgala, & faciem domini non † placaui: † necessitate compulsus, obtuli holocaustum domino. Dixitque Sa- c muel ad Saul: † Stulte egisti, nec custodi- 6 sti † mandata domini Dei tui, quæ præcepit d tibi: Quod si non fecisses, iã nunc præparasset 7

a ¶Humilitas, vel attractatio.

a ¶Domus idololatriæ, vel domus inutilis.

Samuel ex præcepto domini iusserat, vt expectaret se, donec veniret ad vngendum illum regem, & offerendas victimas septem diebus, sicut in consecratione sacerdotis, quod quia non custodiuit recte arguitur.

✠ CLEMENS. Rom. Quem D admodũ non erat licitũ alienigenã, & eũ, qui non esset Leuita, aliquid offerre, vel ad altare accedere sine Sacerdote, ita vos sine Epo nihil facite. Vt enim Saul cũ sine Samuele obtulisset, audiuit, *quoniam frustra fecisti*: sic laic⁹ oĩs sine sacerdote pficiẽs aliquid, frustra facit.

lib. 2. constit. cap. 31.

c *Stulte egisti, nec.* RAB. Videtur quibusdam Saul inculpabiliter sacrificasse, qa Samuel ex pactatus iuxta placitum nõ venit. Qui autem diligẽter inquirit, inueniet eum iure culpatum & inobedientiæ reum. Apud Hebræos, ita distinguitur, & *descendes ante me in Galgala: Ego quippe descendam ad te.* Deinde infertur: *ad offerendas oblationes & immolandas victimas pacificas septem diebus, expectabis donec veniam ad te, & ostẽdam tibi, quæ facias.* Non ergo Samuel se expectari septem diebus præcepit, E sed ad offerẽdas oblationes, & immolandas victimas pacificas, se septem diebus expectari voluit, quod ille non fecit, & ideo merito culpatur, & stultitiȩ arguitur.

supra cap. 10.

✠ Iosephus. Samuel non rectè Saulem fecisse dixit, eo quòd orationes, & sacrificia, q̃ Dei voluntate erant facienda pro populo, offerre petulanter ipse præcesserit.

†sum precat⁹. †roboraui me vel fortem animum sumens.

d *Quod si non fe.* August. Non sic accipiendũ est quasi dominus Saulẽ in æternũ parauerit regnaturũ, & hic noluerit ser- F uare

Euche. libr. 1. commen. in li. Regum. †præceptum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quod cum. *Hic ponitur secunda rõ diffidentia, s. propter recessũ populi a Saule, quia aliqui præ timore Philisthinorũ absconderunt se in locis occultis. Alij autem transierunt Iordanẽ, qui est in parte Oriẽtali terræ promissionis. Terra aũt Philisthinorũ, vnde veniebãt super filios Israel, erat in parte opposita, s. Occidentali, quia est super mare mediterraneum, quod est terminus terræ promissionis à parte Occidẽtis, & iõ Hebræi fugientes transibant Iordanẽ. tũ vt fugerent ad partem oppositam, tum quia timebant, quòd Philisthijm non transirent Iordanem, eos insequendo. Ex his patet litera vsque ibi.*

2 Et expectauit, &c. *bene dicitur iuxta, quia non totaliter, et complete expectauit, vt videbitur postea.*

3 Ait ergo, &c. *Hic consequenter describitur diffidentis vsurpatio. diffidebat enim de populo suo, quem videbat in timore positum, & de aduentu Samuelis ad offerendum sacrificium, & ideo stulte vsurpauit sibi illud officium, dicens.*

4 Afferte mihi holo. *propter quod à Samuele veniente reprehenditur, cum dicitur.*

5 Quid fecisti? *quasi diceret, rem tibi illicitam. propter hoc postea subditur.*

6 Stulte egi. *Mandatũ dñi hic dicitur verbum Samuelis loquentis Sauli ex parte dñi, vt habetur supra x. c. Ex verbis autẽ Samuelis in hoc loco, q̃ absque dubio reputanda sunt vera, oportet dicere, ꝙ Saul hic grauiter peccauit, sed q̃ũo peccauerit, diuersimode dicitur. Ad cuius intellectũ recurrendũ est ad intellectũ verbi Samuelis habitũ supr. x. ca. quod tale est.* Et descẽdes ante me in Galgala, &c. *vsque ibi.* Et ostẽdã tibi, q̃ facias. *inclusiue, ꝙ ibidẽ fuit expositum tripliciter, & secundũ primã expositionẽ Saul peccauit in hoc, quod non expectauit Samuelem ad offerendũ sacrificiũ septẽ dieb. continuis ꝑ sua vnctione in regẽ, quia Saule præoccupante offerre Samuel fuit turbatus, & recessit, & sic illa solẽnitas vij. dierũ dimissa fuit. Secũdũ vero expositionẽ secundã, quæ est Andreæ, Saul peccauit in hoc, ꝙ nõ expectauit Samuelẽ vij. dieb. prout fuerat sibi dictũ, sed tantũ sex. quia debebat expectare Samuelẽ vij. dieb. postquã Samuel recepisset eius nuntiũ, ita ꝙ illa dies in qua Samuel recepisset nuntiũ Saulis, non erat de numero vii. dierũ expectationis, Saul autẽ illã diẽ intra illũ septenariũ inclusit, & sic sex dieb. tantum expectauit, Secundum vero tertiã expositionẽ, q̃ videtur mihi probabilior. Saul peccauit in trib. Primo, quia non expectauit Samuelẽ vii. dieb. cõplete, vt erat sibi iniunctum, quod patet ex textu. vbi dicitur.* Cumq; cõplesset offerens holocaustũ, *s. Saul,* Ecce Samuel veniebat, *ita ꝙ venit die vii. & de tali hora, quod poterat offerri sacrificiũ, qa vsque ad horã iugis sacrificii vespertini poterant alia sacrificia offerri. Secundo peccauit, qa officiũ sibi illicitũ, s. offerendi per seipsum vsurpauit, qđ est graue peccatũ. qđ patet ex hoc, ꝙ rex Ozias volens offerre incensum, quod non pertinebat ad regis officium, percussus fuit lepra a dño, vt habetur 2. Para. 26. d. & factus fuit terræmotus in signũ iræ diuinæ, ut habetur Zach. 14. Tertio peccauit in hoc, quod peccatũ suũ non recognouit humiliter cũ argueretur à Samuele dicente sibi.* Quid fecisti? *sed se voluit excusare ex necessitate imminentis belli, quæ excusatio nulla erat penitus, quia talis oblatio sacrificii non est Dei placatio, sed magis offensio.*

7 Quod si. *Hoc videtur falsum, quia præordinatio diuina certa est, & infallibilis. Præordinatũ aũt erat à Deo, regnũ concedendũ tribui Iudæ, vt habetur Genesis xlix. b.* Non auferet sceptrũ de Iuda. *Dicendũ, ꝙ ordinatio diuina de aliquo futuro aliquando accipit prout est in diuina ꝑscientia, & sic immutabilis est: Alio mõ accipitur secũdum dispositionẽ cãrũ secundarũ, i. secundũ merita, & demerita hominũ, ex quibus disponunt, vt per hoc puniãtur, vel remunerẽtur secũdũ ordinationẽ diuinã, & talis ordinatio mutabilis est sicut merita, et demerita hominũ, & frequenter contingit, ꝙ ordinatio diuina de aliquo futuro, isto secundo modo exprimitur in sacra scriptura, sicut Io. 4. b. dicitur.* Adhuc xl. dies, & Niniue subuertetur. *quia demerita illius ciuitatis exigebant eius subuersionem à Deo futuram, sed quia egerunt pœnitentiam, hæc ordinatio fuit mutata, quia ciuitas*

Ordinatio diuinæ acceptio duplex.

MORALITER.

6 *Dixitque Samuel ad Saul, stulte,* s. vsurpãdo tibi officium legalis sacerdotij, & incomparabiliter plus peccant illi, qui sibi officium sacerdotis euangelici vsurpant.

1 Et

a dominus regnum tuum super Israel in sempiternũ, sed nequaquam [1] b regnum tuum † vltra consurget. Quæsiuit sibi dominus virum iuxta [2] c cor suum, & præcepit ei dominus, vt esset dux super populum suum, [3] eo quòd non seruaueris, quæ præcepit dominus. Surrexit autem Sa- [4] muel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul, obuiam populo, qui expugnabant eos, veniẽ- [5] tes de Galgala in Gabaa in colle Beniamin. Et recensuit Saul populũ qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos viros. Et Saul, & Ionathas filius eius, populusq; qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin. Porro Philisthijm † consederant in Machmas. Et egressi sunt [6] [7] † ad præliandum de castris Philisthinorum tres cunei. Vnus cuneus [8] pergebat contra viam Ephraim ad terram Saul. Porro alius ingredie- [9] † batur per viam Bethoron. Tertius autem verterat se ad iter † termi- † d ni imminentis valli Seboim contra desertum. Porro faber ferrarius [10] a ¶ Vt facilius possent superare. non inueniebatur in omni terra Israel. Cauerãt enim Philisthijm, ne [11] ¶ A quo se defenderent. forte facerent Hebræi gladium, aut lanceam. Descendebat ergo om- [12] a Vomerem contionis sua hæreticorum bonorum acuit sensum. nis Israel ad Philisthiim, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum. † Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonũ, & tridentũ, & securium vsq; ad stimulũ corrigendũ. [13] Cumq; venisset dies prælii, non est inuẽtus ensis, & lãcea in manu to- [14] tius populi, q erat cũ Saule, & Ionatha excepto Saul, & Ionatha filio [15] [16] eius. † Egressa est autẽ statio Philisthiim, vt trãscẽderet in Machmas.

A uare peccanti, sciebat enim peccaturum. Sed pparauerat regnũ eius, in quo esset figura regni æterni, vnde addidit. *Et nunc regnũ tuũ nõ stabit vlt.* Stetit ergo, & stabit, qđ in illo significatũ est, sed non huic stabit, quia non fuerat regnaturus in æternũ, nec pgenies eius, vt saltẽ per posteros alter alteri succedentes videretur impleri quod dictum est in æternum.

† stabit.

Rabbanus. a *Sed nequaquã.* Reprobatio Saulis ablatio regni Iudæorum. Dauid ei superstes Christus populo Iudæorũ successurus.

† vel castra metabantur. † qui vastarent.

b *Quæsiuit sibi.* Non quasi vbi sit nesciens, sed per hominem more hominum B loquitur, quia, & sic loquẽdo nos quærit. Non solum enim Deo pati, sed ipsi quoque vnigenito, qui venit quærere, quod perierat, sic iam non eramus, vt in ipso essemus electi ante mundi constitutionem.

Luc. 19. b. Ephes. 1. a. † ruptæ. † acuendum.

Quæret ergo sibi, dixit, suum habebit. vnde in Latina ligua hoc verbum accipit præpositionem, & acquirit, dicitur, quod satis apertum est. Sine præpositione etiam quærere intelligitur acquirere. ex quo lucra vocantur quæstus.

c *Virum iuxta cor.* Dauid significat, vel ipsum mediatorem noui testamenti, qui figurabatur in charismate in quo vnctus est Dauid, & progenies eius.

Quæst. 30. C d *Porro faber fer. &c.* ✠ THEOD. Cũ eos vicissent alienigenæ, vniuersum ferrũ acceperũt, & phibuerũt ne possidereñt D aliud. Quãobrẽ apud eos fiebant agri colẽdi instrumenta. Dẽtẽ ãt Symmach⁹ interpretat⁹ est aratrũ. Siclũ vocauit staterẽ.

L. 1. Com. ✠ EVCHER. Sicut tũc Philisthiim cauerãt ne facerẽt Hebræi gladiũ, aut lanceã, & ne haberẽt fabros ferrarios, qui arma ad repugnãdum facerent, ita Chaldæi destructa Hierusalem, & vastata omnia terra, satagebant vt nullus in ea remaneret artifex qui vel fœdata vrbis mœnia cõponere, vel posset resarcire diruta.

† Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiã populo, qui expugnabãt eos venientes de Galgala i Gabaa i colle Beniami, ita ne vetera quidã exẽplaria habent.

RABBANVS. Diabolus quoque per paganos per hæreticos, & per falsos Christianos studet prohibere, ne sint doctores in ecclesia, qui spiritualia arma faciant, & nobis ad pugnandum tribuant. Pagani enim prohibuerunt, ne Christiani liberalibus imbuerentur artibus. Hæretici quoque persuaserunt principib. vt Catholici Ecclesiæ defensores in exilium pellerentur, vt desolatam plebẽ facilius seducerẽt. Nũc quoque antiquus hostis ab instantia eruditionis prælatos auertit, vt & ipsos, & subditos facilius decipere possit. Duplici reatu Diabolus constringitur, superbia qua cecidit, & inuidia qua alios deijcere contendit. Philisthiim autẽ interpretantur duplex ruina. Hebræi transeuntes. Nõ enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirimus.

† termini, q respicit contra vallem, vel regionis vergẽtis in valle. E

† vel egressi sunt principes exercitus.

Ioan. 19. c. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

uitas nõ fuit subuersa. isto mõ dr̃ hic Sauli. *Quod si.* i. si nõ fecisses ꝯ mandatũ dñi, & stetisses in bonitate in qua eras qñ regnare cœpisti, esses dispositus, vt cõfirmaret̃ tibi regnũ, & filijs tuis. Ista tñ confirmatio est intelligenda sub ꝯditione, s. si Saul, & posteri eius starẽt in bonitate, quod est mutabile. Qualiter aũt mutabilitas taliũ stet cũ imutabilitate diuinæ psciæ, diligentius pertractare ptinet ad primum sentẽtiarũ. 1 *Sed ne.* i. vltra te, qa filius eius Isboseth nõ regnauit super totũ Israel, nec ẽt super illũ pacifice, & cũ hoc paruo tpe, vt habetur 2. li. Reg. 2 *Quæsiuit sibi.* s. ipsum Dauid. 3 *Et præcepit.* Licet hoc eẽt adhuc futurũ, tñ loquitur per modũ præteriti pp certitudinẽ diuinæ puidentiæ prout est in mente diuina, qa est certa de futuro, ac si iã eẽt i actu pñti, vel fuisset de pterito. 4 *Surrexit.* Quo ibat popul⁹ Israel ꝯ Philisthæos inermis, & paruo numero, vt patet ex sequẽtib. vt ex pñtia Samuelis ꝯsolaret̃. Vel, iuit i collẽ dñi vbi erat ꝯgregatio pphetarũ, q̃ erat ppe Gabaa, vt ibi vacaret orõni, p pplo Dei. 5 *Venientes.* Hoc refert̃ ad pplm sequẽtẽ Saul. Cętera patẽt. 6 *Porro.* Hic ꝯñr describitur hostium incursus cum dicitur. 7 *Et egressi.* Sciebant. n. esse filios Israel sine armis, & paucos iõ per tria loca intrauerunt terrã eorũ ad pdandũ, quia non timebãt de resistẽtia eorũ. 8 *Vnus.* In Hebr. hr̃. *Contra viã Ephratę ad terrã Saul:* Et ideo translatio nostra vr̃ hic corrupta, vitio scriptorũ pp similitudinẽ dictionũ. 9 *Porro alius.* Hic ꝯñr impotentia filiorũ Israel ad resistendũ. erãt. n. inermes, & iõ non audebant egredi ꝯ prædatores, sed tenebant se intra fortalitiũ Gabaa. Rõ aũt quare erant sine armis, iungitur cum dr̃. 10 *Faber ferrarius nõ.* Qui posset facere arma. 11 *Cauerãt, &c.* Quia Philisthiim dñantes Hebræis transtulerant fabros de terra Israel in terrã suã, ne fabricarent eis arma, permittebant tñ, quod filij Israel haberent instrumẽta ad colẽdũ terrã. Iõ subditur. 12 *Descendebat ergo oĩs Israel, &c.* Sed hoc erat tpe pacis, sed postq̃ Ionathas percusserat stationẽ Philisthinorũ, non audebant illuc descendere. Iõ subdit̃. *Retusæ itaq; erãt acies, &c.* 13 *Vsq; ad stim.* i. vsque ad aculeũ quo stimulant̃ boues. Hoc est dictũ, q in quolibet instrumẽto ferreo præparando quantũcunq; paruo acies erat retusa, ex cã prædicta, quia non audebant filij Israel descendere ad fabros existẽtes i terra Philisthiim. 14 *Cũq; venisset dies, etc.* Id est, illud tẽpus in quo pręliandũ est ꝯ prędatores prędictos. 15 *Nõ est inuẽ. &c.* ex causa prędicta. 16 *Excepto Saul, &c.* Dicunt Hebręi, quod miraculose dati sunt eis gladij. Sed nõ est verisimile, quòd scriptura tm̃ signum tacuisset. Nec oportet ad hoc inducere miraculum, quia reges, & filij regum multa habent, & maxime de armis, q̃ vulgares non habent.

MORALITER.

Dæmonum tentatio triplex ad hominem.

7 *Et egressi.* Per hoc aũt significatur, q dęmones, qui vt dictũ est, per Philisthęos intelliguntur, de tribus nos tentant. Primũ est concupiscentia oculorũ, & dęmones de hoc tentantes significantur per primum cuneum, cum dicitur.
8 *Vnus cuneus.* Quę fertilis interpretat̃. Concupiscentia vero oculorũ bona tẽporalia coaceruare semper nititur. Secũdum autem est superbia vitę, & dęmones de hoc tentantes per secundum cuneum significantur, cum dicitur.
† *Porro, &c. per vi.* quę domus excelsa interpretatur, iõ per ipsam superbia vitę intelligitur, q̃ semper ascendere conat̃. Tertium autẽ est concupiscentia carnis, & dęmones de hoc tentantes per tertium cuneum significantur, cum dicitur.
† *Tertius, &c. Sebo.* q interpretatur capra. pp quod significatur concupiscentia carnis, per quam homines assimilantur aĩalib. brutis. vnde v. Ethi. vita voluptuosa dr̃ vita pecudum.
9 *Porro fa.* Dęmones enim student ad hoc, quod fabricatores armorũ spiritualiũ tollãtur de terra fidelium. Huiusmodi vero fabri sunt doctores, & prędicatores, qui contra dęmonum insultus fideles armant suis sanctis exhortationib. propter quod illi, qui eos impediunt in tam bono actu, ministri sunt dęmonum hoc casu.

CAP. XIIII.

A Li.6.Anti.c.6.

Et accidit. a Ionathas. ✠ Ioseph. Palæstini tribus agminibus exercitum diuidētes, & per totidē itinera discurrētes, Hebræorum prouinciā deuastabant, vidētibus Rege, & filio eius Ionatha, & terram defendere non valētib. Dumq; residerent super collē excelsum terrāque populari respicerent, eis in maxima angustia constitutis, Ionathas cum armigero suo constituit, vt latēter ad hostium tabernacula properarent, turbamque eis, & quendam modum commotionis inferrēt, &c. *Ionathas.* Columbæ donum.

B Hi sunt, qui dono spiritus sancti replentur, p quos dominus hæreticorum cōuentus dissipat, atque in fugam vertit. Armiger eius spiritualiū discipuli, qui non per plana, sed ardua iter arripiunt, quia sacerdotes hostibus contraire nequeunt, si nō per arctam viam gradientes, inter vtrunque testamentum, &

C inter prospera, & aduersa quasi duos scopulos dextra læuaque incedunt, & ad alta contemplationis toto animi nisu conscendunt. Ionathas, nō nisi prouocatus ad hostes transit, quia catholici aduersus hæreticos non contentionē

D commouent, nisi prius ad certamen prouocentur. Ionathas ergo in agro culturæ, hostes prosternit, & doctores in meditatione scripturę hæreticos vincunt.

b *Veni, et transeamus ad statione, etc.* ✠ THEODORETVS. Quæst.31. Cur Ionathan volens irruere in hostes, dedit quædam signa armigero? Non dedit symbolice, sed vt fidelis, volens nosse Dei voluntatem, vt si ab ipsis essent vocati, in eos irruerent, tanquam Deo aperte opem ferente. Quod autem in

E Deo confidens, in præuisum se dederit periculum, testantur hæc verba. *Non est difficile Domino, & cæt.* Hæc enim verba sūt animæ, quæ in Deo confidit. Cum autem sic confidisset, non fuit spe frustratus. Nam fudit castra hostium. Illi enim ignorantes se, inter se interimebant vt, qui essent collecti ex diuersis ciuitatibus, & inter se inuicem habuerunt pro hostibus. Iud.14.c. ✠ IOSEPH.

F Alij perēpti moriebantur, alij fugientes per saxa præcipites collabebantur.

Adiurauit

CAP. XIIII.

a b ET accidit in quadam die, vt diceret Ionathas filius Saul ad 1 adolescentem armigerum suum. Veni, & transeamus ad †stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Pa- 2 tri autem suo hoc ipsum non indicauit. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo granato, quæ erat in † agro Gabaa, & erat populus cum eo quasi sexcētorum virorum. Et Achias filius Achitob, fratris Ichabod, filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote domini in Silo, portabat Ephod. Sed & populus ignorabat 3 †quo isset Ionathas. Erant autem inter ascensus per quos nitebatur 4 Ionathas transire ad stationem Philisthinorum, † eminentes petræ ex vtraque parte, & quasi in modum dentium scopuli, hincinde præru- ¶Flores. ¶Angustans cum. pti, nomen vni Boses, & nomen alteri Sene. Vnus † scopulus prominens ad Aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad adolescentem armigerum suum, Veni transeamus ad stationem Philisthinorum incircuncisorum horum, si forte faciat dominus pro nobis, quia non est in domino † difficile saluare, vel in multis, vel in paucis. Dixitque ei armiger suus: Fac omnia, quæ placent animo tuo. Perge quo cupis, & ero tecum vbicūque volueris. Et ait Ionathas. Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis si taliter locuti fuerint ad nos: Manete donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint: Ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos do- 5 minus in manibus nostris. Et hoc erit nobis signum. Apparuit igitur vterque stationi Philisthinorum. Dixeruntq; Philisthijm: En Hebræi egrediuntur de cauernis in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statione ad Ionatham, & ad ad armigerum suum. Dixeruntq; Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armi- 6 gerum suum: Ascendamus, sequere me. Tradidit enim eos dominus 7

† vel aciē aut præfectum, siue duces exercitus, & infr.

† quod

† Septuaginta aliquid nobis alij virtutum salutē p nos.

† præfecti, vel aciei, idest ordinantes bellum, & statuentes populum. Chal interpr. custodiæ, idest, quę in circuitu castra custodiebant.

† Magron.

† dēs petrę in transitu hinc, & dēs petrę in transitu inde. † dens.

† prohibitio Hebr.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

1 ET accidit, &c. Hic consequenter describitur trāsgressio Saulis ex temerario iuramēto. Et primo ponitur iurandi occasio. Secūdò ipsa iuratio, ibi: *Adiurauit autem Saul.* Occasio autem iurandi fuit auiditas insequendi hostes coram Ionatha, & eius armigero fugientes. & ideo circa hoc primo ponitur ipsius Ionathæ constans audacia. Secundo mirabilis pugna, ibi: *Et ait Ionathas.* Tertiò pugnæ notitia, ibi: *Et respexerunt.* Ipsius autem Ionathæ audacia patet ex hoc, quòd solus cum armigero suo voluit ire ad tentandum si posset stationem Philisthinorum debellare. Et patet litera vsque ibi.

2 *Patri autem hoc ipsum, &c.* Ne per ipsum impediretur. Cætera patent vsque ibi.

3 *Portabat.* Idest, vestem sacerdotalem, cui coniunctum est rationale iudicij, vt hr̄ Exo.27. vt in ea consuleret dn̄m coram arca dn̄i, quæ erat ibi cum exercitu, vt habetur infra eod.c.

4 *Erāt aūt inter, &c.* Erat.n. ibi quasi quædam ruptura montis, & vallis in medio, habēs ex vtraq; parte scopulos ī modū dētiū, & per illū locū quærebat Ionathas transire. Dicit aūt Iosephus, quod Ionathas rogauit dn̄m deuote, vt posset Philisthæos debellare, & dn̄s ꝯcessit, dās ei signū, s. qđ si Philisthæi videntes eū dicerent. *Ascendite ad nos,* ꝙ dn̄s p Ionathan, & armigerū suū debellaret eos. Et sic patet lit. vsq; ibi.

5 *Ascendite ad nos.* Irrisorie loquebantur, quia videbāt Ionathan, & armigerū eius, euntes hinc, & inde ad quærendum transitum, & Philisthæi loquebantur eis, ac si quærerent rem perditam.

6 *Et ait Ionathas, &c.* Hic consequenter describitur ipsius Ionathę mirabilis pugna, q̄ facta est virtute diuina. Et sequit.

7 *Tradidit enim eos.* Et hoc ostenditur per effectum, cum subditur.

✠ *Itaque*

MORALITER.

1 *Et accidit.* Per Ionathan, qui columbæ donum interpretatur, dn̄s Iesus Christus significatur. nam ad modū columbę caret amaritudinis felle. Per hoc autem, ꝙ Ionathas ascendit per scopulos ad destruendam Philisthinorū stationē, significatus fuit ascensus Christi in cruce per clauos, & sic destruxit stationē dęmonū, frāgēs infernum, & inde liberans collegium sanctorum patrum. Per armigerum autem eius intelligitur beatus Franciscus, qui arma Christi non solum in mente per fidem, sed etiam in corpore per expressam similitudinem portauit, & per crucem pœnitentię post Christum incedens, frequenter dęmones fugauit, non solum de corporibus obsessis, sed etiam de ciuitatibus, & locis, vt in eius legenda plenius continetur.

In manus Israel. Ascendit autem Ionathas reptans manibus, & pedibus, & armiger eius post eum. Itaque cum vidissent faciem Ionathæ, [1] alij cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas, & armiger eius, quasi viginti virorũ ĩ media parte ⁺iugeris, quã par boum in die arare consueuit. Et † factũ est miraculũ in castris per agros. Sed, & oĩs popu- [2] [3] lus † stationis eorũ, q ierãt ad pdandũ obstupuit, & cõturbata est terra. † Et accidit quasi miraculũ à Deo. Et respexerunt speculatores Saul, q [4] erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo † prostrata, & huc illucq; diffugiẽs. Et ait Saul populo, q erat cũ eo, † Requirite, & videte qs abierit ex nobis. Cumq; † requisissent, repertũ est non adesse Ionathan, & armigerũ eius. Et ait Saul ad Achiam. Applica arcã Dei. Erat enim ibi [5] arca Dei in die illa cũ filijs Israel. Cumque loqueretur ⁺Saul ad sacerdotem, tumultus magnus † exortus est in castris Philisthinorum, crescebatque paulatim, & clarius ⁺resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem. Con- [6] [7] trahe manũ tuam. † Conclamauit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & venerũt vsque ad locum certaminis. Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum, & cædes magna nimis, Sed [8] & Hebræi, qui fuerant cum Philisthijm † heri, & nudiustertius, ascenderantque cum eis in castris, reuersi sunt, vt essent cum Israel, qui erãt cum Saul, & Ionatha, omnes quoque Israelitæ, qui se absconderant in monte Ephraim, audientes, quòd fugissent Philisthiim † sociauerunt se cum suis in prælio. Et erant cum Saul quasi decẽ millia virorum. Et saluauit dominus Deus Israel in die illa. † Pugna aũt peruenit vsque ad a Bethauen, & viri Israel † sociati sunt sibi in die illa. Adiurauit autem [9]

A a *Adiurauit autem Saul, &c.* ✻ Ioseph. Cum sacerdos Saulem vincere, & hostibus fortiter ꝑualere dixisset, ille Palæstinos inuasit. Refugerunt etiam ad eum, qui se per cauernas celauerant. Congregatis autem quasi decem milib. Hebrçorũ, persecutus est inimicos. Igitur siue propter inopinatæ victoriæ gaudiũ, dum sæpe fœlices contingat extolli, siue ignorantia faciẽte, palmæ illius decus pessima lamentatione sę datum est. Volens enim funditus interimere Palæstinos, maledixit Hebræis, vt si quis à cæde se retinens inimicorum, aliquid ante noctẽ comederet, maledictus esset.

B ✻ PROCOP. Si Saul insipienter, & temere anathematizauit, cur Deus illud anathema ratum habuit? Primum, cum redarguit, & cõuincit, quod deuotionẽ imprudenter fecerit. Deinde, docuit neque huiusmodi anathemata contẽnenda esse. Pium verò

C hic scopum prçfixum habet, ad Dei enim gloriam dirigitur. Erat

D Erat autem considerandum, quid pugnantium labor, & sitis necessitas efficiat

✻ CHRISOSTOM. Quid hoc iurõ stultius fieri posset? Fatigatos enim, & multo labore pressos milites cum refocillare debuisset, & recentiores hostibus immittere, per iuramẽti necessitatem fami grauissimę ipsos tradidit. Nec quod veri simile erat, ex tanto numero vnum saltem iuramentũ transgredi cogitauit, neque, quòd milites, & milites pugnantes, & multum à disciplina alieni, ventrem vincere nesciunt.

E Et ideo tãtum diabolo aditum aperuit, vt non tantum duo, & tria, & quatuor, sed, & multo plura hoc ex iuramento periuria texeret.

✻ THEODO. Saul eminus cõspicatus, cum per vestem sacerdotalem didicisset victoriã impetum fecit in alienigenas. Stulte autem, & insipienter subiecit anathemati eum, qui cibi,

F & potus ante vesperam esset particeps.

Porro

L. 6. anti. c. 7.
cum ⁺vidissent faciem Ionathę.
⁺ fere.
† paris sub. boũ idest iugeris, quod par boũ in die arare cõsueuerat.
† dissoluebat se.
† & fuit terror à Deo Sũr, qui Hebraismum esse volũt vertentes, ⁺& fuit in pauore grãdi.
⁺ adhuc.
Com.
† reboabat.
† congregatus est.
id est antea.
† persecuti sũt et ipsi illos.
† afflicti vel coarctati erant.
Ho. 14. ad po. Antio.
† fuit pauor.
† princeps exercitus, & vastator ex paue runt etiã ipsi.
† vel numerate.
† vel numerasse nt.
† multiplicabatur.
† paulatim, & clarius resonabat.
Quęst. 32.
† bellatores autem trãsierũt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Itaque cum.* Dicit Iosephus, q quædam nebula subito surrexit, ꝑꝑ quod Philisthijm non cognoscebant Ionathã, nec seipsos ad inuicẽ, & sic mutuo se trucidabant, & ẽt ex eadẽ causa Philisthæi reuertentes de præda pugnabant cum suis, qui remanserant in castris, & econuerso. ideo subditur postea. Sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad pdandum obstupuit, & conturbata sunt castra. Alij vero dñt, & melius vt vř, quod hoc contigit, eo quòd Deus percussit Philisthæos ἀοϱασίᾳ, qua tollitur visio, seu cognitio illius, qđ esset alicui expediẽs, seu necessariũ videri ab eo, sicut ꝑcussi fuerunt milites quærentes Helisæum capere, quos econtrario duxit quasi captos vsque ad medium Samariæ, vt habetur 4. Reg. 6. & hoc videtur per illud quod subditur.

2 *Et factum est mirac.* In ꝑcussione eorũ, q erant in statione

3 *Per agros, &c.* Quantũ ad redeũtes de pda, q similiter percussi fuerunt. Si. n. hoc cõtigisset per nebulã, vt dicit Ioseph⁹, non esset miraculũ, qa frequẽter consurgit naturaliter, & repente. Præterea, ita obnubilasset visum Ionathę, & armigeri sui, sicut Philisthinorũ, cuius ꝯriũ textus innuit, quia distincte aduersarios cognoscebant, & interficiebant. Itẽ qa speculatores Saul à lõge uiderũt bellũ illud, ꝓut sequit̃ imediate.

4 *Et respexerunt.* Hic consequenter describitur prædictæ pugnæ notitia, per hoc, quòd speculatores Saul viderunt bellũ, & annuntiauerunt Sauli, tamen antequam iret illuc, voluit quærere consilium domini, quia habebat populum paucum & inermem. & hoc est, quod subditur.

5 *Applica arcam domini.* id est, applica te ad consulendum dominum, si debeamus ire ad illud bellum. Sequitur.

6 *Contrahe manum.* Extenderat enim sacerdos manus in oratione. Et quia non habebat cito responsum, & Saul erat sollicitus ꝓ filio suo absente, iõ dixit sacerdoti, vt quiesceret à petitione, quia volebat statim filio suo succurrere, iõ subdit̃.

7 *Conclamauit ergo Saul* Et patet litera vsque ibi.

8 *Sed, & Hebræi, qui.* Aliqui enim Hebræi timore ducti coniunxerant se aduersariis, sed videntes debellationem eorum, & conuersionem ad fugam, ad suos reuersi sunt. Similiter, qui præ timore se absconderant, ad prælium cum suis egressi sunt, & patet litera.

9 *Adiurauit autem, &c.* Videns autem Saul suos aduersarios fugere, omnino voluit eos persequi, & ideo ne populus impediretur à persecutione aduersariorum, præcepit vt nullus de populo suo aliquid gustaret, donec inimicos percussisset. & hoc præcepit sub pœna mortis, & obseruationem præcepti iuramento firmauit.

Igitur ad maiorem sequentium euidentiam, per modum inquisitionis scholasticæ quæritur. Vtrum Saul hoc iurando peccauerit? Et videtur, quòd non, quia motus fuit ad iurandum bono zelo, scilicet, vt infideles, & nominis Dei persecutores occiderentur, quod non solum erat licitum, sed etiam bonum, & meritorium, ergo &c. Item si Saul iurando peccasset, Ionathas comedendo contra præceptum patris non peccasset, quod videtur falsum, quia propter eius comestionem Deus cessauit dare responsum, vt infra dicetur. eo. cap. Deprehensus etiam fuit Ionathas per iudicium diuinũ, ergo, & cęt. Ad oppositum est sententia doctorum hunc locum exponentium.

Ad hoc dicendum, quod Saul in dicto iuramẽto peccauit dupliciter. primo, quia male iurauit. secundo, quia peiùs implere voluit. Primũ declaratur sic, quia licet iuramentum sit bonum in necessitate, & cũ debitis circunstantiis, si tamen hæ deficiant malum est, sic autem fuit in proposito, quia Deus victoriam sufficiẽtem dederat, & miraculose, vt patet ex prędictis, & ideo non erat necessitas insequendi hostes vlterius absq; diuino cõsilio, qđ Saul nõ expectauerat, vt patet per prædicta. Itẽ Saul præcipiẽdo, quod populus nihil comederet casum necessitatis non excepit verbo, nec intellectu. quod patet ex hoc, quod Ionathan filiũ suũ, qui in necessitate positus modicũ mellis comederat, voluit oĩno occidere. Casus vero necessitatis ab oĩ pręcepto, & lege except⁹ ẽ, & iõ peccauit Saul nõ excipiẽdo, qđ debuit excipe. Itẽ, qa iura-

Iosephus.
Saul iurando dupliciter peccauit.

a *Et non manducauit,&c.* ✻ Septuaginta. Et non gustauit vniuersus populus panem, & omnis terra præuidebat.
✻ TERTVL. Non gustauit totus populus eius, & tota terra prandebat.

parit, de qua mystice putatur Ionathan gustasse, & forte deprehensus, vix precibus populi liberatus est. vnde patet eum, qui mundi voluptate superatur, sanctorum suffragijs, & fraternis orationibus indigere.

✻ CHRYSO. Vidisti quanta vorago? Mensa ex tēporanea, vt & accedendi facilitas, & nutrimenti suauitas, & latendi spes, in iuramentorum præuaricationem ipsos alliceret. Nam fames, & labor, & tempus, (omnis enim inquit, terra prandebat) tunc ad præuaricationem impellebant. Veruntamen illi cupiditatem continuerunt, nec intra se dixerunt, Quid nobis iuramentum Saulis curæ est? Quis nostrum hoc iurauit? Nihil huiusmodi cogitauerunt, sed cū multa transibant reuerentia, & disciplinam seruabant.

b *Porro Ionathas.* Columbę donū. Hic eos significat, qui accepta spiritus sancti gratia mundi parant spernere illecebras. Non enim potest contra allophylos spiritales, idest, dæmones viriliter pugnare, qui mūdi dulcedinem nescit declinare.

c *Illuminati sunt.* RAB. Non ad videndum, quia ante videbat, sed ad discernēdum, quia vetitū tetigerat vnde confundebatur. Quo facto monetur omnis, qui Deo vult militare, omnes voluptatum illecebras contemnere, *Mel distillant labia meretricis*, id est voluptas carnalis delectationem parit,

(Ho. 14. ad po. — Rabbanus. ¶ confortatus est, & hilarior apparuit vultus eius, qui deficiens corde humilior, & tristis apparebat. — Eucherius. — Prouerb. 5. a.)

a ¶Saul indixit ieiunium, ne si comederent, mora fieret vltioni inimicorum.

Saul populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperum, donec vlciscar de inimicis meis. Et nō manducauit vniuersus populus panem. Omneq; terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum. Timebat enim populus iuramentum. Porro Ionathas non audierat, cum adiuraret pater eius populum, extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam

a ¶Nimio calore, & prælio, & ieiunio prius reuerberati.

ad os suum. †Et illuminati sunt oculi eius. Respōdensq; vnus de populo ait: Iureiurādo constrinxit pater tuus populum, dicēs: Maledictus vir, qui comederit panem hodie. Defecerat autem populus. Dixitq; Ionathas. Turbauit pater meus terram. Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto, quanto magis si comedisset popul⁹ de præda inimicorum suorum, quam reperit? Nōne maior facta fuisset plaga in Philisthiim? Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis vsque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis, & versus ad prædam, tu-

✻ CHRYSOSTO. Diabolus à longe moliebatur, & naturam ipsam cōtra seipsam diuidere. Nec enim Saulē tantum periurium patrare volebat, verum, & cædem filij componebat, ideoque, & Ionathan ad præuaricationem impulit. Nam malis insaturatus humanis, nec vnquam nostris expletus miserijs, nihil gloriosum se facere putabat, si cædem moliretur simplicem, sed nisi filij morte regis dextram pollueret, fecisse se nihil magnum arbitrabatur. Interfectus enim duplicem patri dolorem effecisset, filium enim, & filium qui nihil peccauerat, immolaturus erat.

✻ TERTVL. Lego Nathan prophetam agnoscentem Dauidi delictum suum in Vriam, & Achaz reum idololatriæ, & sanguinis, veniam meruisse, pœnitentiæ nomine, Ionathan filium Saulis, resignati ieiunij culpam deprecatione delesse.

✻ AMBROSIVS. Cū Saul abstinentiam suis omnibus indixisset, & Ionathas eius filius præcepti nescius, inter medias acies hostium victor incedens fauum mellis gustasset, tanta indignatio repente commota

(Ho. 13. ad po. Antioc. — L. 4. adu. Mar. c. 10. — Serm. 55.)

NICOLAVS DE LYRA.

mentū suū vergebat in peiorem exitū, quia si populus ieiunio, & labore fatigatus aliquid cibi accepisset, maior plaga in hostib. facta fuisset, vt dicit inf. eo.c. Itē, quia fuit occasio peccandi toti populo, qui pp iurm̄ suū nō fuit ausus sumere cibū aliquē vsque ad vesperā, pp qd veniēte vespera, populus lassus, & famelicus ex festinatione comedendi, peccauit comedens cum sanguine, vt in litera dr̄, Et sic patet, q̃ Saul primo peccauit temerarie iurando. Secūdo peccauit impie adimplendo quantum fuit ex se, quia Ionathan innocentē voluit occidere. Vnde, & super hoc iurm̄ temerarium replicauit, dicens. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.* Ad primū in oppositū dicendū, q̃ bonitas motiui non iustificat factū malum sequens. Si. n. aliquis motus pietate furetur, vt det eleemosynā pauperi, non excusatur. Ad s̄m dicendū, q̃ Ionathas comedendo mel non peccauit Tū quia pceptū patris non audiuit, vt dr̄ in textu. Tum quia positus in necessitate comedit. Ex labore enim prælij, & ieiunio, & calore solis, ita erat fatigat⁹, q̃ oculi eius, & alij sensus erāt nimis depressi. propter quod dicitur in textu, quòd gustato modico mellis illuminati fuerunt eius oculi, qa corde confortato, & resumptis viribus, facies eius fuit exhilarata, & viuacitas sensuum rediit. Quod autē inducitur de responso Dei propter ipsum denegato, & de eius deprehēsione iudicio diuino, dicendum, quòd diuina responsa fiunt ex eius mera gratia, & potest ea subtrahere pro sua voluntate, & sic subtrahit absque peccato Ionathæ. De deprehensione vero eius dicendum, quòd hoc fuit factum diuina ordinatione, ad declarationem suæ innocentiæ. Sciebant enim multi ipsum comedisse, qui tamen ignorabant eius necessitatem, & iuramenti patris sui ignorantiam, & ideo potuissent contra innocentem scandalizari, reputando ipsum transgressorem, & ideo publice deprehensus fuit, vt coram omnibus se excusando eius innocentia declararetur, & per consequēs per populum sicut innocens liberaretur, reputādo eius mortē nefariam, vt patet in textu. His dictis ad expositionem literæ reuertamur, quæ satis patet ex dictis, paucis exceptis, quæ exponentur. *Adiurauit autem Saul.* Residuum huius capituli sic diuiditur, quia primo ponitur iurantis præcipitatio, secundo ignorantis transgressio, ibi. *Porro Ionathas.* tertio facti inquisitio, ibi. *Et dixit Saul.* Circa primum dicitur: *Adiurauit autem Saul populum dicens*, præcipitanter, & temerarie, vt dictum est.

1 *Maledictus vir,&c.* id est, morti adiudicatus.

2 *Qui comederit panem, &c.* id est, quemcunque cibum vnde nec Ionathas panem comedit, sed mel.

3 *Venit in saltum.* Apes enim mellificabant in arboribus in tanta copia, quod mel inde manabat ad terram, & propter talem copiam terra promissionis dicitur manans lacte, & melle in pluribus locis.

4 *Porrò Ionathas non audierat, &c.* Hic consequenter describitur ignorantis transgressio. Et patet litera ex supradictis vsque ibi.

5 *Turbauit pater meus terram.* id est, homines terræ suæ, qui propter iuramentum suum erant fatigati ex ieiunio, & labore, nec poterant inimicos persequi, vnde dicitur hic. *Defatiga.* Cætera patent vsque ibi.

Malla-

lit oues & boues, & vitulos & mactauerunt in terra, comeditque populus cum sanguine. Nuntiauerunt autem Sauli dicentes, quod populus peccasset domino, comedens cum sanguine. Qui ait: Præuaricati estis. Voluite ad me iam nunc saxum grande; Et dixit Saul; Dispergimini in vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me vnusquisque bouem suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctem, & occiderunt ibi. Ædificauit autem Saul altare domino. Tuncque primum cępit ædificare altare domino. Et dixit Saul; Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos vsque dum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitq; populus Omne quod bonum videtur in oculis tuis fac. Et ait sacerdos Accedamus huc ad Deum † Et consuluit Saul dominũ. Num persequar Philisthijm? Si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. Dixitque Saul, Applicate huc vniuersos angulos † populi, & scitote & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. † Viuit dominus Saluator Israël, quia si per Ionathan filium meum factum est, absq; retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuersum Israël. Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Responditque populus ad Saul; Quod bonum videtur in oculis tuis fac. Et dixit Saul ad dominum Deum Israël, † Domine Deus Israël da iudicium, quid est quòd non responderis seruo tuo hodie? Si in me; aut in Ionatha filio meo hæc iniquitas est, da ostensionem. Aut si hæc est iniquitas in populo tuo, † da sanctitatem.

a ¶ Quia occisis pecudibus nondum bene expurgatis à sanguine carnibus coxerunt & comederunt.

Vt pro peccato populi intercederet.

commota est, vt & deferretur victoria, & diuinitas læderetur. Denique nec bello finis imponitur, nec regi responsum propheticũ datur. Vnius ergo culpa, cunctis confertur ignauia: & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit virtus in exercitu, vbi deficit in obseruatione ieiunium.

a *Populus peccasset domino com.* Peccasse domino & comedisse cum sanguine dicuntur, quia mactatis victimis non obtulerũt ad sanctuarium sacerdotibus iuxta legem adipem & sanguinẽ, cùm s. sanctuariũ secum haberẽt. Quãdo enim locus sãctuarij procul erat iubebatur in terram sanguis fundi: earũ s. victimarum quas prçparabãt ad esum suum. Cùm verò sanctuariũ præsens erat super altare domini fundebatur, vnde in Deut. *Sanguinem bestiarum tuarum fundes in altari, carnibus autẽ ipse vesceris.* Hoc populus modo nõ fecit, ideo dicitur domino peccasse, & cum sanguine comedisse.

Rabbanus.

Deut. 12. d.

-domine Deus da iudicium, quid est quod non respondens seruo tuo hodie. Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc da ostensionem, aut si in iniquitas hęc est in populo tuo. hęc verba nec in veteribus exemplaribus leguntur.

b *Occidite super istud, &c.* Vt fluat sanguis ad terram. Vel comedit cum sanguine, quia ante sacrificium vespertinum comederunt, quod post stragem visus erat fieri ante cibum. Vel in hoc peccauerunt (vt placet quibusdam) quòd ad ostium tabernaculi victimas suas non duxerunt.

c *Et occiderunt.* Occisio animalium est baptisma, in quo vetus homo moritur. Ingens saxum super quod fiebat occisio fides est, sine qua nõ moritur vetus homo. Mactatio in extra hæreticorum baptisma. Cuius sanguinem comedunt, quãdo absque purificatiõe peccatorum sibi lotos aggregant. Hęc animalia de Philisthæis capta, significãt, aut de hæreticis reductos, aut de Gẽtilitate conuersos, illos imperiti rebaptizant, istos aliter quàm ecclesia tradit baptizant. Quos Christus velut Saul in fide sua quasi super saxum grande occidendos boues & oues, id est, in differentias hominum baptizari præcepit.

d *Tuncque primum cępit ædificare altare domino, &c.* Quia obedienter & rectè. Superius verò cum increpatus est à Samuele, non dicitur ædificasse domino, quia inobedienter ædificauit.

e *Applicate huc vniuersos angulos populi.* Angulos populi principes vocat, quibus hinc inde populi tanquam angulis parietes adhærebant.

† infrà. 28. a † maiores.

† 22. q. 2. §. si Saul.

† 3. q. 7. c. sacerdos.

† da perfectionem vel fac quod rectum est. Lxx. da manifestationem.

Gustans

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Mactauerunt.* & sic peccauit faciendo contra mandatum legis. Hæc tamen litera diuersimodè exponitur: vno modo sic: *Mactauerunt*, id est, in quolibet loco vbi erat commodius eis indifferenter, cùm tamen prius deberent adducere ante sanctuarium quod erat ibi præsens, vt suprà dictum est.

2 *Comeditque populus cum sanguine.* id est, antequam sanguis aspergeretur ad honorem diuinum. Alio modo: *Mactauerunt in terra*, non super lapidem, vel locum taliter eleuatum, quòd posset bene sanguis exprimi de carnibus & effluere: & sic comederunt cum sanguine, id est, carnes non sufficienter depuratas à sanguine. Tertiò modo exponitur, quia antequam comederent de præda hostium debebant Deo prius facere sacrificium, quod tunc non fuit factum, & omnia ista processerunt ex hoc: quòd populus erat nimis famelicus, & festinabat comedere. Propter quod iuramentum Saulis fuit populo peccandi occasio, vt suprà dictum est.

3 *Voluite ad me iam nunc saxum grande.* vt ibi interficerentur animalia secundum morem paternum, & sanguis bene exprimeretur.

4 *Et non peccabitis domino comedentes cum sanguine.* sicut ante fecistis.

5 *Ædificauit autem Saul altare domino.* Ad agendum gratias de victoria concessa.

6 *Tuncque primùm cæpit ædificare altare domino.* Licet enim prius obtulisset sacrificium, vt dictum est, capite pręcedenti, hoc tamen fecit super altare prius ędificatum ab alio. Vel quia illud sacrificium Deo non placuit, vt dictum fuit ibidem. Dicunt tamen aliqui, quòd istud altare quod hic dicitur ædificatum à Saule non fuit aliud quàm lapis magnus, de quo dictum est, vbi mactabantur animalia, & exprimebatur sanguis, & ibidem adipes eorum cremabantur.

7 *Et dixit Saul.* Hic consequenter ponitur facti inquisitio cuius inquisitionis præmittitur ratio, quæ fuit eò quòd dominus non respondit Sauli, & patet litera vsque ibi.

8 *Applicate huc vniuersos, &c.* id est, totum populum ab extremitatibus castrorum.

9 *Et videte per quem acciderit peccatum hoc hodie.* Aestimabat enim Saul quòd Deus non negaret responsum absque peccato alicuius de populo, quod tamen non oportet vt præ dictum est.

10 *Viuit dominus.* Modus est iurandi, acsi dicatur, per Deum qui semper viuit. Cætera patent vsque ibi.

11 *Si in me, aut in Ionatha filio meo hæc iniquitas est.* vsque ibi inclusiuè.

12 *Da sanctitatem.* non est in Hebræo, nec de textu.

5 Ædi- 1 Et captus

a *Gustans gustaui, &c.* ✠ Ioseph. Ionathas dixit patri suo: Pater, nihil aliud scio, nisi quod ignorans maledictum à te prolatū, persequens inimicos fauū gustaui mellis. Quē Saul occidere se repete iurauit, quatenus & generis & naturæ simul amori hoc modo pponeret iusiurandū. Qui nequaquā mortis interminatione pterritus, sed animam ingenuè nimis magnanimiterque componens: Nec ego supplico, inquit, pater, parcere mihi, mors mihi suauis est quæ pro tua geritur pietate, & populi magna victoria, maxima mihi cōsolatio est, Hebræos de Palæstinis reliquisse victores. In his itaque oīs populus doluit, & nimis īgemuit iurauitq; non mori se pmittere Ionathā, victoriæ huius authorē. Et ipsi quidem arripuerunt eum à maledicto patris, orationes pro eo facientes, vt ei peccatum quoque dimitteret Deus.

✠ Ambros. Saul ex ipsa diuinitatis offensione cognouit peccatum admissum effusione sanguinis expiādum. Videte quanta apud eum fuerit religionis obseruantia, qui offensum Deum optauit etiam parricidio mitigare. Et quāta sit resoluti culpa ieiunij, quæ non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Ionathas indictum à patre ieiunium, quia resoluerit morti addicitur, qui sciens à Christo indictum resoluit ieiunium, quid meretur?

✠ Chrysost. Saul dixit, *Hæc mihi faciat Deus, &c.* Ecce tertium iuramentum, nec simpliciter tertium, sed cum multa temporis angustia. Festinabat enim diabolus ipsum in hanc impiam agere cædem, & impellere. Respondit populus: *Hæc nobis faciat Deus, &c.* Ecce & populus iurauit, & regi contrarium iurauit. Nunc mihi reminiscimini funiculū à pueris tractum, & disruptum, & trahentes supinos proijcientē. Hic necesse est iuramentum scindi, nam hos omnes verè iurasse est impossibile. Si rex voluisset resistere, totus restitisset populus, & tyrannis crudelissima facta fuisset, & bellum ciuile, & iugulationes, & cruores, & infinita cadauera ex vno parata iuramēto. Cauete ergo penitus à iuramentis, &c.

b *Hæc faciat.* Iuramentum Hebræorum quod per contrarium intelligitur q. d. malum quod tibi debetur, mihi imputetur, si te non interfecero.

c *Qui fecit.* Multum prosunt transacta bona. Nisi enim Ionathan præterita bona iuuissent, imminentia mala non euasisset. Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur bonorum.

Lib. 6. antiq. cap. 7. — † moriar. — Serm. 25. qui est de quadrages. — Hom. 14. ad pop. Ant. de iuramentorū abstin. — † hoc nefas est, absit. — † viriliter agebat vel intrepidè se gerebat. — † supra 9. a. 1. Paral. 8. c. — † robustum.

Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autem exiuit. Et ait Saul; Mittite sortem inter me & inter Ionathan filium meum. Et captus est Ionathas.[1] Dixit autem Saul ad Ionathan; a Indica mihi quid feceris?[2] Et indicauit ei Ionathas, & ait;[3] Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis, b & ecce ego † morior?[4] Et ait Saul; † Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Dixitque populus ad Saul. c Ergone Ionathas morietur qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Hoc nefas est. Viuit dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, vt nō moreretur. Recessitq; Saul, nec persecutus est Philisthijm. Porro Philisthijm abierūt in loca sua. Et Saul confirmato regno suo super Israel,[5] pugnabat per circuitum aduersum oēs inimicos eius; contra Moab, & filios Ammon, & Edon, & reges Soba, & Philistæos, & quocunque se verterat † superabat.[6] Congregatoq; exercitu percussit Amalec,[7] & eruit Israël de manu vastatorum eius. Fuerunt autem filij Saul, Ionathas,[8] & Iessui, & Melchisua. Nomina duarum filiarum eius, nomē primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas. † Et nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul.[9] Porrò Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.[10] Erat autem bellū potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem & † aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et captus. *alias* deprehensus Ionathas, *per sortem quæ cecidit super eum ex causa supradicta.*
2 Et indicauit. *causas suæ comestionis supradictas.*
3 Et ait gustans. *scilicet, modicum in transitu.*
4 Et ecce ego. *absque causa rationabili: & ideo liberauit eum populus, vt patet in litera.*
5 Et Saul confirmato regno. *Hic vltimò ponitur historiæ prosecutio, & patet litera vsque ibi,*
6 Et quocunque. *In Hebræo habetur:* Et quocunque se vertebat impiè agebat, *vel,* impius fiebat, *& litera immediatè sequens concordat, cùm dicitur,* Congre-
7 Congregatoque. *de qua percussione agitur cap. seq. in qua pluribus modis incurrit offensam domini, vt videbitur.*
8 Fuerunt. *Hic non nominatur Isboseth, non propter defectum ætatis quia iam habebat 20. annos & vltrà, cùm in morte Saulis fuerit annorum 40. vt habetur 2. Reg. 2. c. sed propter defectum magnanimitatis: quia fuit pusillanimis & ineptus ad prælium, propter quod in bello vbi mortuus fuit Saul, non fuit cum alijs fratribus suis.*
9 Patruelis, *id est, cognatus germanus, quia Saul & Abner fuerunt nati de duobus fratribus. vt habetur 1. Paralip. 8. c.*
10 Filius Abiel, *scilicet, Cis, vt habetur suprà 9. cap. Erat autem bellum potens, quia Philisthæi erant potentes, & Saul partem suam contra eos fortificabat quantum poterat. ideo subditur.* Nam quemcunque viderat Saul virum fortem, &c.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 14. vbi dicitur in postilla. Et quocunque se verterat superabat. *In Hebræo habetur;* Quocunque se vertebat iniquè agebat, *vel* impius fiebat.

Imò dictio Hebraica in hoc loco posita æquiuoca est. Vno modo significat idem quod vincebat vel superabat. Alio modo cōiori significat idem quod impiè agebat. Vnde translatio nostra habet veritatem iuxta primam significationem, quæ concordat cum litera præcedenti, vbi dicit: & pugnabat per circumitum aduersus omnes inimicos eius contra Moab, & filios Ammon & Edon, & reges Soba, *&* Philisthæos *etiam constat quòd in his prælijs non imponitur sibi peccatum in litera, sed solum victoria. Similiter concordat cum litera sequenti, cùm dicitur:* Et eruit Israel de manu vastatorum eius, *quod solum sonat triumphum de inimicis, & non peccatum. Secunda verò significatio quæ est communior concordat cum processu vitæ ipsius Saul, postquam regnauit. vnde vtroque modo litera Hebraica de ipso Saule verificatur. &c.*

CAP. XV.

ET dixit Samuel ad Saul: Me misit dominus vt vngerem te in regē super populum eius Israel. Nunc ergo audi vocē *domini: Hæc dicit dominus exercituum: † Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli, † quomodo restitit ei in via, cùm ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade & percute Amalec, & demolire vniuersa eius, nō parcas ei, & nō cōcupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem. & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum. † Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos † quasi agnos, ducenta milia peditum, & decem milia virorum Iuda. Cumque venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in † Torrente. Dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite atque discedite ab Amalec, ne fortè † inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel cum ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. Percussitque Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Aegypti: & apprehendit Agag regem Amalec viuum. Omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, † & vestibus, & arietibus, & vniuersis † quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid verò † vile fuit, & reprobum hoc demoliti sunt. Factum est

a ¶ Gens bruta, populus lambens. b ¶ Dolens, parturiens, stolidus aut a principio.
c ¶ Mu us robu..us continens, directus angu..ia accibitas aut continentia.
a ¶ Domus vel tectum seu festiue solennis.
a ¶ Ad gloriam triumphi sui demonstrandam.

Marginal notes: * verbum. — † recordatus sum eorū quę — † insidiarum quas posuit. — † Congregauit itaq; Saul populū. Lxx. & nunciauit Saul populo. — † vel disperdam te. — † pinguibus id est, optimis pecudib. — † vel bona. — † contemptibile & dissolutum.

CAP. XV.

a ET dixit, &c. Bouem Ideo iubet dominus demoliri iumēta Amalec, vt nec in iumentis eius memoria fiat. Dominus enim dixerat se deleturum memoriam Amalec de sub cælo. Et quia eius memoria penitus deleta nō fuit Saul per inobedientiam peccauit. De Amalec verò in Deuteron. dicitur: quia extremos populi Dei qui lassi residebant cecidit. Lassos verò exponunt Hebræi immundos, secundum legem extra castra manentes. Quorum (sicut tradunt) circuncisionem amputarunt, & ad subsannationem Dei in cœlum proiecerunt.

b *Dixitque Saul Ci.* Cinæus ipse est Ietro cognatus Mosi, de quo erant Cinæi, qui habitabant cum Amalec. Consanguinei enim erant, & in terra eius hæreditatem habebant. Misericordiam fecit Cineus cum filijs Israel, quia fouit Mosen in terra Madian, & consilium dedit ei qualiter gubernaret multitudinem

Marginal notes: Rabbanus. — † Exod. 17. c. 1. q. 4. ecclesia. §. 1. 44. q. 3. §. 1. — & non concupiscas ex reb' eius aliquid. Ne in exēplaribus quidem antiquis habentur hæc. — † in Talaim. — Rabbanus.

titudinem populi.

c ✠ *Percussitque Saul Amalec, &c.* Iosephus. Amalechitarum vrbes obsedit, & alias quidem molitionibus, alias suffossionibus cloacarum, & muris extrinsecus è diuerso ædificatis: alias autem fame & siti: alias verò modis aliis obsidens, fortiter capiens, ad necem cunctorum infantum & mulierum simul accessit: nihil crudele, nec dirum, nec vltra humanam naturam se facere credens. Primum, quod in hostes hoc agebat: deinde quod præcepto diuino, cui non obedire foret grande periculum, ministrabat: cepit etiam regem hostium Agag captiuū. Cuius corporis pulchritudinē magnitudinemq; miratus, decreuit esse saluādum: non hoc faciens diuina voluntate, sed proprii iudicium sequēs.

✠ Procop. Quod Deus pœnam Amalechitarū hucusque distulit, ipsius erga homines amoris est & benignitatis, qui tantum tēporis pęnitentiæ ipsorum dedit, & expectauit donec mensura

Marginal notes: Lib. 6. Antiquit. cap. 8. — Com. in hunc locum.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XV.

1 ET dixit Samuel. *Hic consequenter ponitur tertia transgressio Saulis, quæ processit ex cupiditate & superbia, eò quòd ex victoria habita de Amalec concupiuit prædam, & arcum triumphalem erexit ad sui iactantiam. Igitur circa hoc describitur mandati diuini sibi facti denuntiatio. secundò ipsius transgressio, ibi:* Et apprehendit, *Circa primum dicitur.*

2 Me misit dñs vt vngerem te in regem super populum eius Israel. *Quasi dicat Samuel, ex hoc dēs esse solicitus obedire Deo.*

3 Nunc ergo audi vocē domini. *Quasi dicat, prius transgressus es offerēdo in persona propria quòd tibi non licebat, ut dictum fuit cap. decimotertio, & temerariè iurando, ut dictum fuit cap. decimoquarto, sed nunc aduerte ut obedias in nullo transgrediendo.*

4 Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli. *Quia primò filios Israel impugnauit in deserto, ut habetur Exo. 17. & ideo demeruit deleri ab hominibus usq; ad animalia, & à maiori usque ad minimū. Dicit autem hic Ra. Sa. quòd dominus præcepit hic animalia interfici, eò quòd inter Amalechitas erant multi sortilegi se transformantes in similitudinem bestiarum. Sed hoc fictitium uidetur, ideo primum est magis tenendum, maximè cum similis interfectio alibi facta sit, ut patet Iudic. 20. de ciuitate Gabaa in detestationem criminis perpetrati in uxore Leuitæ. Cætera patent usque ibi.*

5 Dixitque Saul Cinæo. *id est, illis qui descenderant de Ietro, & uenerant cum filijs Israel ut dictū fuit Exo. 18. & Nu. 10. & Iudi. 1.*

6 Et apprehēdit. *Hic consequenter ponitur mandati transgressio, cum dicitur:* Et ap. *& in hoc transgressus fuit mandatum domini, in quo fuerat sibi præceptum quòd totum populum exterminaret, & ideo hoc potissimè intelligebatur de capite populi. Sed Saul cupiditate ductus sperabat habere de eo magnam redemptionem, uel per eum occulti thesauri reuelationem: & eadem cupiditate reseruauit meliora de præda: ut patet in litera.*

7 Factum est. *Superius descripta est ipsius Saulis transgressio, hic consequenter describitur eius diffinitiua reprobatio. Quæ primò Samueli reuelatur. Secundò Sauli denuntiatur ibi:* Dixitque ✠ Sam

MORALITER.

1 *Et dixit Samuel.* Per Samuelem qui postulatus à domino interpretatur, conuenienter Iesus Christus significatur, quē à domino postulauerunt instanter patriarchæ & prophetæ. Esai. 16. a. *Emitte agnum domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion.* Et consimilis postulatio in multis locis ponitur in veteri testamento. Per Saulem verò regnare volentem potest intelligi quicunque quęrit vel acceptat potestatem temporalem & spiritualem, & talis debet primò de regimine sui cogitare, quod consistit in hoc, quòd sensualitas redigitur sub rationis potestate. propter quod sibi dicitur à Christo qui per Samuelem significatur. *Vade & percute Amalec,* qui bruta gens interpretatur. propter quod per Amalec sensualitas, per quam homo conuenit cum brutis designatur, & sic debet domari quòd obediat rationi. Sed in hac victoria duplex potest esse defectus. Vnus est si nimis parcatur carni sub prætextu seruitutis Dei, scilicet, vt sit fortior ad seruiendum ei, & hoc significatur per hoc quòd Saul pepercit melioribus animalibus, sub prætextu oblationis Deo fiendæ ex eis, cùm dicitur.

† *Et pepercit.* & idem significatur per hoc q; dimisit viuum regem Agag pinguissimum. Alius autem defectus est, qñ ex vitiorum carnalium victoria insurgit superbia, quæ aliquādo est magis Dei offensiua. Bern. super Missus est. Expedit magis virginem non esse quàm de virginitate insolescere. Et hoc significatur per hoc, q; Saul erexit sibi fornicem triumphalem ad suæ victoriæ ostentationem. Et quoniam per humilitatem fuerat electus in regem, sicut dicitur in textu.

Nonne

A mensura peccatorum adimpleretur. Cùm interim ipsi loco pœnitentiæ, peccata peccatis cumularent. Cùmq; tot miracula in conspectu haberent, in Israele edita, eos ad pœnitētiā prouocare debuerunt. Quod verò cùm maiores peccarint, posteri puniūtur, primùm quidē ab illis mēsura est impleta. Deinde maiores ipsorum etiam pœnas non subterfugerunt. Cęterùm, peccatoribus qui in hoc seculo puniuntur, nihil beatius, & optabilius posset accidere.

Comment. in hunc locum.

a *Pœnitet me.* Greg. hac increpatione superbia regis abijcitur. quod ad correctionem suam cō uertere potest quisque prēlatus. Cùm Saul se paruulum in oculis suis æstimaret, caput in tribubus Israel factus est. Q. Cùm te paruulum conspiceres, ego te præ cæteris magnum feci. Quia verò magnum conspicis, à me paruulus æstimaris. Quod contra Dauid cum regni sui potentiam co ram arca domini saltando despiceret, dixit: *Ludam & vilior fiam plus quā factu sum: et ero humilis in oculis meis.* 2. Reg. 6. d. Si ergo sancti ēt cū fortia agunt, de semetipsis vilia sentiūt, qd dicturi sūt, qui sine operibus virtutis intumescunt? Quælibet autem opera nulla sunt, nisi humilitate condiantur. Miranda actio, cum elatione nō eleuat, sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes cō gregat, in ventum puluerē portat. vnde dum aliquid ferre cernitur deterius excæcatur. Non ergo aspiciamus quibus iam superiores, sed quibus adhuc sumus inferiores: vt ad maiora & semper ex humilitate ascēdam⁹.

† mane.

† Locum.

B

Saul offerebat holocaustum domino de initiis prædarum quæ attulerant ex Amalec, & cum venisset Samuel ad Saul, Ne vetera quidem exempla ria hæc habēt.

Humilitatis laus.

Quæst. 33.

✠ Procop. Humano more dicit, *Pœnitet me.* Loquit enim cū hominibus, ijsque imperitis & rudibus, regni translationem in Dauidem significans. Pœnitentia ergo Dei, est dispensationis ipsius mutatio.

C

autem verbum domini ad Samuel, dicens: a Pœnitet me, quòd constituerim Saul regem. quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatusque est Samuel & [1] clamauit ad dominum tota nocte. Cumque [2] † de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nuntiatū est Samueli, eò quòd venisset [3]

a ¶ Arcum vbi describeret triumphum gloriæ suæ.

Saul in Carmelum, & erexisset sibi† fornicem [4] triumphalē, & reuersus transisset descēdissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum domino de initijs prædarum quę attulerat ex Amalec. Et cū venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu à domino: impleui verbum domi- [5] ni. Dixitq; Samuel: Et quæ est hæc vox gre- [6] gum quæ resonat in auribus meis & armentorum quam ego audio? Et ait Saul. De Amelec adduxerunt ea. Pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis vt immolarentur domino Deo tuo, reliqua verò occidimus. Ait autem Samuel ad Saul; Sine [7] b me, & indicabo tibi quæ locutus sit ad me [8] dominus nocte Dixitque ei; Loquere; Et ait c Samuel; Nonne cum paruulus esses in ocu- [9] lis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Vnxitque te dominus in regem super Israel, & misit te dominus in viam, & ait; Vade & [10] interfice peccatores Amalec; & pugnabis

D ✠ August. Idem Samuel cui di erat dominus, *Pœnitet me q consili. e im reg m Saul*, ipsi Sauli ait de Deo: *Quoniam non est sicut homo vt pœniteat eum*: satis ostendens cùm Deus dicit, *Pœnitet me*, &c. non humano more accipiendum esse.

Lib. 2. quæst. ad Simplic. Quæst. 2.

✠ Eucher. Neque sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui pœnitet, cuius est de oibus omnino rebus tam fixa sententia, q̃ certa præscientia.

b *Sine me, & indicabo tibi, &c.* Procopi. Quamquam propheta sit, tamen regē allocuturus libere loquēdi copiam petit.

Quæst. 33.

✠ Thodor. Reuocat ei in memoriā, quæ dicta fuerant ante regnum. Nūquid tu paruus es in oculis tuis, vt sis dux ex Beniamin minima tribu? An nō hæc dicebas? Deinde dicit cuiusmodi mādata ei dederit, & qūo ea sit trangressus. Tantū eū condēnauit ea qua præter legem vsus est misericordia, quātū auaritia & plura haben di insatiabilitas, & amor pecuniç, cui seruiēs trāsgressus est mādatū. Sed Saul vsus est ver bis Adami. Dixit. n. *Audiui vocē populi.* Et ille dixerat. *Mulier quā dedisti mihi, ipsa dedit mihi, et comedi.* Rupert. Duo peccata superbiæ Saulis nobis indicio sunt. Primū quod hō non de tribu Leui, regio fastu nihil si bi nō licere arbitratus, obtulerit holocaustū. Hoc nimis grā de fuit regis superciliū, dignè superno iudicio feriēdū, vt postea in Ozia. Secūdū, q, iussus in verbo dñi ire, & percutere Amalech, non fecit. In hac superbia psumpti quoq; superi⁹ sacerdotij ausum retinebat. Itaq; perseuerās in malis, peccatum nō mutauit, sed auxit, quando optimis quibusq; pepercit. Præterea, qd nequissimū est, redargutus in sermone dñi, refellere ausus arguentem se de peccato, cum superba defensione, dicit: *Imo audiui vocem dñi, &c.* Hoc etenim nequissimū est, cùm post voluntatem peccati quod primum est, & post effectum operis quod secundum, atque post vsum peruersum quod tertium est, additur & defensio peccati, quod quartū est: & hic nullus veniæ locus est. Nam Deus dicit: *Super tribus sceleribus Damasci, & s per quatuor non conuertam eum.*

E

Lib. 1. com. cap. 10.

2. Paralip. 26.

F

Amos. 1.

✠ Theod. Prauidit Deus futura Saulis scelera & iniquitates: insidias quoq; in eos qui de eo bene erant meriti: sacerdotū cædes: iurisiurandi trāsgressiones: profectionē ad ventriloquā. Sufficit aūt vel sola trangressio præcepti Samuelis ad inferendū ei vltimū suppliciū. Oportebat. n. stultū intelligere, quod vna gutta diuinæ clementiæ, vincit oēm hominū bonitatē. Sed infœlix cum Deus iussisset punire, misertus est: & cùm Deus morte damnasset, ipse, vt existimauit, vitam tribuit. Non fuit ergo paruum eius peccatum, sed maximū.

✠ Aug.

c *Nonne cum.* Greg. Paruulus est in oculis suis, quia dū cōsiderat, imparē alienis meritis pensat. Nā grādē se conspicit, qui super

Lib. 34. Moral. cap. 17. & Eucherius Lugd.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Samuel, *Circa primum dicitur*: Factum est ver. do. &c. Pœnitet me. *Pœnitentia cum mutabilitatem importet, non potest esse in Deo, dicitur tamen pœnitere eò quòd ad modum pœnitentis se habet, quando destruet quod fecerat, & sic est in proposito, quia Saulem abijcere decreuerat quem prius sublimauerat. Ista tamen mutabilitas solum est in creaturis. quia Deus uoluntate immutabili facit mutabilia.*

1 Contristatusque est Samuel, *propter peccatum Saulis.*

2 Et clamauit. *ad ipsum placandum si posset, quia adhuc forsitan ignorabat vtrum esset Dei diffinitio, vel solùm comminatio. Sed postea bene sciuit vt ex sequentibus patebit.*

3 Nuntiatum. *montem valde altum.*

4 Et erexisset sibi fornicem, *id est, arcum triumphalem de palmis & oliuis factum, in signum victoriæ habitæ ad sui iactantiam, quia illam victoriam soli Deo debebat attribuere. vnde & postea subditur ad sui iactantiam.*

5 Impleui. *quod tunc erat falsum. & ex istis aggrauabatur Saulis peccatum.*

Dixitque

6 Dixitque Samuel. *Hic consequenter domini sententia Sauli denuntiatur, & primò ponitur ista denuntiatio. secundò Saulis obstinatio, ibi: Et ait Saul, Denuntiatio autem diuinæ sententiæ per Samuelem ponitur modestè & ordinatè, quia primò ponitur simplex reprehensio, cum dicitur:* Dixitque Samuel, *quasi dicat, non fecisti verbum domini, quia præceperat omnia occidi. Secundò subditur Saulis superba responsio, in hoc quòd peccatum suum humiliter non cognouit, sed magis ineptè se excusauit: ponens super populum quod principaliter fuerat factum per ipsum, vt patet ex prædictis, & patet litera. Tertiò Samuel processit ad denuntiationem diuinæ sententiæ contra eum, dicens.*

7 Sine me. *id est, audi me loquentem.*

8 Et indicabo tibi, &c. *domini sententiam.*

9 Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis. *quasi dicat, sicut per humilitatem meruisti ad regnum exaltari, ita per superbiam & contemptum verbi diuini meruisti deijci. Quod autem contempserit Dei mandatum ostendit dicens.*

10 Misit te dominus in viam, & ait: Vade & interfice peccatores Amalec. *Et patet litera.*

Et ait

MORALITER.

9 *Nonne cum paruulus*, ita per superbiam fuit eiectus, sicut dicitur infrà.

A qui super aliena merita se extendit. Saul autē in bono quod cœperat nō permansit, quia fastu potestatis intumuit. David verò semper de se humilia sentiens, & eidē Sauli se cōparatione postponens, postquā feriendi locum reperit, pepercit: & sumēti aduersario se humiliter prostrauit dicēs: *Quem persequeris rex Israel, quēquæris? Canem mortuū, & pulicem viuum*. Iam tamen in regem vnctus fuerat, iam didicerat, quòd Saule reprobato B seruabatur ad regni gubernacula. Discant ergo quo modo humiliari proximis debēt, qui adhuc in quo loco habeantur apud Deum nesciunt si electi se illis humiliant, quibus se iam antepositos sciunt, C hoc autem proprium est electorum, de se sentire īfrà quàm sunt. vnde: *Si non humiliter sentiebam, sed exal. &c.* Et alibi. *Si quis paruulus est veniat ad me, &c.* Qui enim humilem se non sentit sapientiam Dei non apprehendit. *Paruulus.* Paruulum se Saul prius vidit, sed elatus potentia iam se paruulum non videbat, ceterorum cōparatione se præferens, quia plus poterat, magnum se præ omnibus æstimabat. Sed cum apud se paruulus, apud Deum magnus, cum apud se magnus, apud Deum paruulus fuit. Vnde: *Ducem te constitui noli exto. sed esto quasi vnus ex illis.*

Infrà c. 14.

contra eos vsque ad internetionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis

a Superbe respondit, malum malo addidit, quia culpam defendere studuit, ac per hoc accumulauit.

domini? Et ait Saul ad Samuelem. Imò audiui vocem domini, & ambulaui in via per quam me misit dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. Tulit autem populus de præda oues & boues, primitias eorum, quæ cæsa sunt, vt immolet domino Deo tuo in Galgalis. Et ait Samuel; Nunquid vult dominus holocausta & victimas, & non potius, vt obediatur voci domini? Melior est enim obedientia quàm victimæ, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est † repugnare, & † quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Pro eo ergo, quòd abiecisti sermonem domini, abiecit te, ne sis rex. Di-

† vel rebellare.

D minima: si etiam suum aliquid non habet. Cum enim locus superior imperatur, obedientiæ sibi virtutem euacuat, qui adhuc proprio desiderio anhelat. Cum verò opprobria vel cōtumeliæ imperantur nisi ex semetipso hoc aius appetat, obedientiæ sibi meritū minuit: quia ad hoc inuitus descendit. Hinc Moses principatum populi humiliter recusat. Paulus autem audacter dicit: *Ego non solum ligari in Ierusalem, sed etiam mori paratus sum.* E

Exod. 4. d.

Act. 21. c.

✠ Bernardus. Propria voluntas docet vos naturę non parcere, rationi non acquiescere, non obtemperare seniorum consilio, vel exēplo, non obedire nobis. At verò ignoratis, quia *melior est obedientia quàm victimæ?*

Serm. 19. in cant.

† tāquam Teraphaim, (id est, imagines in quibus futura aspiciebant diuini) transgredi. F

✠ Idem. Qui sapientes in oculis suis decreuerunt apud se nec consilio acquiescere nec præcepto, videant quid respondeant non mihi, sed dicenti: *Quoniam quasi peccatum ariolandi, est repugnare: & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Præmiserat autem, quià *melior est obedientia quàm victima, & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum*, id est, abstinentiam contumacium.

Serm. 33.

✠ Idem. Elatio contemnentis, atque impenitentis obstinatio, in minimis quoque mandatis, culpam facit non minimam: & conuertit in crimen grauis rebellionis neutum satis leuem simplicis transgressionis. *Quasi peccatum ariolandi*, inquit Samuel, *est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Non ait, non acquiescere, sed *nolle acquiescere*: vt non iussionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis superba contemptio, scelus idololatriæ reputetur. Non obedire interdum erroris est vel infirmitatis: nolle obedire, odiosæ pertinaciæ.

Tractat. de præcepto & disp.

a *Melior est, &c.* Quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Tantò ergo quisque Deum citius placat, quantò repressa arbitrij sui superbia gladio præcepti se immolat. Ariolandi verò peccatum inobedientia dicitur, vt quanta sit virtus obedientiæ ex aduerso demonstretur. Si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, sola est obedientia, quæ fidei meritum possidet, qua sine quisque infidelis conuincitur. vnde Salomon: *Vir obediens loquitur victorias.* Dum enim alienæ voci humiliter subdimur, nos ipsos in corde superamus. Sciendum autem, quod nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem bonū quod agitur debet intermitti. Non enim mala erat arbor in paradiso quam Deus contingere vetuit, vt per obedientiæ meritum homo benè conditus cresceret, dignum fuit, vt hunc ēt à bono prohiberet. Notandum etiam quod ibi dicitur: *Ex omni ligno paradisi edite, &c.* Qui enim ab vno bono subditos vetat, necesse est, vt multa concedat, ne mens ab oibus repulsa quasi ieiuna intereat. Sciendum etiam, q̄ obedientia aliquando si de suo aliquid habet, nulla est. Aliquādo autem minima

Rabbanus cōment. in hunc locum, & Eucherius.

Prou. 21. d.

Genes. 2. c.

b *Pro eo ergo, quòd abiecisti, &c.* Tertullianus. Et hoc mirum (opinor) vt probatus aliquis retro posteà excidat. Saul bonus præ cæteris, liuore posteà euertitur. Dauid vir bonus secundum cor domini, postea cædis & stupri reus est. Salomon omni sapientia & gratia donatus à domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur.

Lib. de præscrip. adu. hæreticos.

✠ Eusebius Emissenus. Non sufficit summis labijs dicere, peccaui, parce, remitte. Nam & Saul hoc dicebat, sed non obtinuit veniam illam quam Dauid vna pęnitentiæ voce promeruit. Et hoc quare? Quia confessionem illam nuda magis verba, quàm veri gemitus exprimebant: quia non cōpensat magnitudinē criminis lenta humiliatio supplicantis.

Homil. 5. ad Monach.

a Non

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ait Saul, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Saulis obstinatio, & secundò pœnitentiæ simulatio, ibi:* Dixitque, *Saulis obstinatio apparet, quia cum prædicta excusatione sua addidit peccati sui defensionem dicens.*

2 Imo audiui vocem, &c. *Veruntamen in sua defensione contradicit sibi, sicut frequenter contingit malis hominibus, di.*

3 Et adduxi Agag, &c. *de quo fuerat sibi præceptum, vt interficeret eum. sed cupiditate ductus reseruauit eum viuum, vt dictum est suprà.*

4 Tulit autem populus, &c. *q. d. non ego: cum tamen esset principalis in hoc facto.*

5 Vt immolet domino. *q. d. non debes hoc reprehendere: quia cedit ad honorem diuinum, quòd excludit Samuel dicens.*

6 Nunquid vult, &c. *quasi dicat non, vnde subditur.*

7 Melior est enim, &c. *in quo sacrificatur Deo volūtas propria.*

8 Quàm victimæ, &c. *in quibus offertur caro aliena, quantò de re meliori Deo fit oblatio, tantò magis sibi placet.*

9 Quoniam quasi peccatum, &c. *proprium peccatum defendendo: propter quod abiectio Saul à regno definitiuè sibi denuntiatur, cum dicitur.*

10 Pro eo ergo, quòd abiecisti, &c. Dixitque Saul. *Hic consequenter ponitur pœnitentiæ simulatio. Timuit enim Saul, ne Samuel ad electionem alterius regis procederet: & sic ipse regnum perderet: ideo fictè se humiliauit. Primò igitur describitur ista ficta humiliatio, secundò ipsius Samuelis aliqualis condescensio, ibi:* Reuersus ergo. *Circa primum dicitur.*

✠ 1 Dixitque

MORALITER.

† 10 *Pro eo ergo quòd abiecisti, &c.* Et per hoc significatur, q̄ nullus potest esse bonus rex in regimine sui & aliorum, nisi abijciat à se superbiæ vitium.

† 1 Dixitq;

Rabbanus. A a *Non reuer.* Alia editio: *Non reuertar (inquit Samuel) tecum, quia spreuisti uerbum dñi, & spreuit te dñs, ne sis rex super Israel. Et conuertit Samuel faciem suam, ut abiret, & tenuit Saul pinnulam diploidis eius, & dirupit eam. Et dixit ad eum Samuel: Dirupit dñs regnũ Israel de manu tua hodie, & dabit proximo tuo bono super te, & diuidetur Israel in duo, & nõ conuertetur neque pœnitebit eum: quia non est sicut homo ut pœniteat eum:* hic minatur & non permanet.

b *Ille autem.* Sicut in passione domini põtifex vestimẽtum scidit, ita & Saul vestem prophetæ. Per vtramq; enim potestatẽ regalem, scilicet & sacerdotalem, scissio facta mõstrat regnum Iudæorũ & sacerdotium stare nõ posse, quia verũ regẽ & sacerdotẽ. i. Christũ noluerãt recipere.

(Marg.: † oram. B Mat th. 26. f. Rabbanus. † 23. q. 5. c. reos. † delicatissimus. † verè venit amaritudo mortis. † Rabbanus comment. in hunc locum. C)

xitque Saul ad Samuelem: peccaui, quia præuaricatus sum sermonem [1] domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum: Sed [2] nunc † porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem [3] [4] a dominum. Et ait Samuel ad Saul: Non reuertar tecum, quia proiecisti [5] sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis super Israel. Et b conuersus est Samuel, vt abiret. Ille autem apprehendit summitatem [6] c † pallij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel: † Scidit dominus [7] regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo[a] tuo meliori te. [8] Porrò † triumphator in Israel non † parcet & pœnitudine non flectetur[b]. [9] Neque enim homo est vt agat pœnitentiam. At ille ait: Peccaui: Sed [10] d nunc honora me coram senioribus populi mei & coram Israel, & re- [11] uertere mecum, vt adorem dñm Deum tuum. Reuersus ergo Samuel, [12] secutus est Saulem: & adorauit Saul dñm. Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag regẽ Amalec. † Et oblatus est ei Agag, † pinguissimus. Et dixit Agag; † Siccine separat amara mors? Et ait Samuel; Sicut fecit [13] absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mu- [14]

a Christo, qui de Iudæis est secundum carnem sicut & Saul.
a Dominus cui omnis victoria ascribitur. b Quia immutabilis est, & secundum iustitiam & veritatem omnia iudicat.

(Marg.: † vel parce obsecro peccato meo. † infrà 28. c. E † fortitudo. † mentietur vel fallet.)

† Aug. Iste cui dixit: *Spernit te dominus ne sis rex super Israel, & dirupit dominus regnum Israel de manu tua hodie.* 40. annis regnauit, quantũ, scilicet, regnauit & Dauid: & audiuit hoc primo tpe regni sui. Intelligimus ergo ideo dictum, quia nullus de stirpe eius fuerat regnaturus, & respicimus ad stirpẽ Dauid, de quo secũdum carnem natus est Christus. Populi quoque Israel figura est Saul, qui regnũ fuerat amissurus, Christo per nouũ testamentũ, spiritualiter regnaturo, de quo dr: *Dabit illud proximo tuo bono super te* id est, meliori, vel ideo *super te*, quia vnus bonus. vnde: *Donec ponã inimicos, &c.* in quib⁹ est & Israel. Cui suo p secutori regnũ abstulit Christus: quãuis & ibi esset Israel, in quo nõ erat dolus, quasi frumẽtũ illarũ palearum. Inde enim Apostoli, inde martyres, quorũ primus Stephanus. Inde ecclesiæ magnificantes Deũ. vñ sequitur: *Et diuidetur Israel in duo.* In Israel. s. inimicũ Chro & in Israel adhęrentẽ Christo. In Israel ad ancillã, & in Israel pertinentẽ ad liberã. Hæc duo simul primũ erant: donec sterilis per gratiã fœcũdata clamaret: *Eiice an. et fi. eius.* Propter peccatum quidem Salomonis regnante filio eius Roboã, Israel in duo diuisus est, donec illa gẽs tota à Chaldęis subuersa est. Sed hoc quid ad Saulẽ; cum ipsi Dauid fuerit potius cõminandum, cui filius Salomon. Postremò verò inter se gẽs Hebręa diuisa non est, sed in eodẽ errore dispersa per terras. Diuisio verò quã Deus sub psona Saulis illius regni & populi figurã gerẽtis, eidem regno & populo minat⁹ est, æterna & immutabilis significata est: per hoc quod adiũctum est: *& non conuertetur, neq; pœnitebit eũ, quoniam nõ est sicut homo vt pœniteat eum:* hic minatur, & nõ pmanet. Vbi enim legitur, *quòd pœniteat eum,* mutatio rerũ significatur diuina præscientia immutabiliter permanẽte. Vbi ergo pœnitere dicitur nõ mutare itelligitur. Quicũque enim ad Christum transierunt, vel transibunt inde, non erant secundum Dei præscientiam, non secundum humani generis vnam eandemque naturam.

(Marg.: Psal. 109. a. Act. 7. g. Genes. 21. b. 3. Reg. 11. f. D F)

c *Scidit.* Quamuis posteà regnauerit quadraginta annis, sed tunc promisit, vt à stirpe sua scinderetur: & traderetur meliori, id est, Dauid, & à Samuel, id est, Iudæis aufertur regnũ, & traditur Christo. Corrigit regem de inobedientia, quia mandatum domini non impleuit, & prædicit amissionem regni. Meritò autem regnum perdit, qui tenere nescit. Ille autem benè regit, qui superiori obedit, & inferioribus authoritatem suam anteponit.

d ✠ *Sed nunc honora me coram, etc.* Bernardus. Indignus cœlesti benedictione conuincitur, qui dubio quęrit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugium parans, si fortè eã non obtinere cõtingat. Vbi perstitit in sententia Samuel sanctus, Saul, inquit, *Honora me vel coram populo.* Ad quid tibi hęc honoratio, miser? Hęccine erat tota illa supplicatio: *Peccaui, ora dominum pro me?* Meritò sanè non pepercit, qui intuebatur cor. falsa non poterat supplicatione moueri.

(Marg.: Declamat. in illud, Ecce nos reli. omn.)

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitque Saul. *Sed quòd ista pœnitentia ficta fuerit, patet per hoc quod subditur.*

2 Timens populum. *cum non esset inobedientia populi, sed magis econuerso, & ideo culpam suam obumbrauit falsò, vnde subditur.*

3 Sed nunc. *coram populo dissimulando.*

4 Et reuertere. *honorans me tua præsentia.*

5 Non reuertar. *Videtur, quòd Samuel falsum dixerit: quia posteà cum ipso reuersus fuit. Dicendum, quòd intellectus Samuelis fuit pro illa hora, & non pro sequenti, sicut Ioan. 7. saluator dicit:* Ego non ascendam ad diem festum istum. *& postea dicitur, & ipse ascendit in occulto. Vel quia pro tunc Samuel intendebat non reuerti, sed post mutauit propositum ex causis quæ dicentur.*

6 Ille autem. *ad retinendum eum.*

7 Quæ & scissa. *in signum scissionis regni à Saule, secundum quod subditur à Samuele.*

8 Scidit dominus. *Dicũt autem hic aliqui Hebræi, quòd Samuel tunc dedit signum ipsi Sauli, quòd ille erat regnaturus pro eo, qui abscinderet oram chlamydis suæ, quod fecit Dauid, vt habetur infrà 24. propter quod Saul tunc videns oram chlamydis suæ in manu Dauid dixit:* Nunc scio quod certissimè regnaturus sis, *vt ibidem habetur.*

9 Porrò triumphator. *Sciebat enim sententiam domini diffinitiuam super Saul & filios eius de translatione regni, quæ immutabiliter venit in effectum.*

10 At ille ait: *hoc dixit Saul magis timore pœnæ, quàm amore iustitiæ.*

11 Sed nunc. *& si non ratione personæ; hoc tamen facias propter honorem dignitatis regiæ.*

12 Reuersus. *Hic ponitur condescensio Samuelis volens deferre honorem Sauli quandiu à Deo in regno tolerabatur, & ut interficeret Agag, qui adhuc uiuus seruabatur, ideò subditur.*

13 Sicut fecit. *Secundum Hebræos hoc non dicitur de Agag, in persona propria, sed de rege Amalec, qui filios Israel inuasit hostiliter in deserto, & plures ex eis interfecit, ut habetur Exod. 17. Num. 14. & Deuter. 25.*

14 Sic absque liberis inter mulieres, &c. *per hoc nõ est intelligendũ, q mater Agag adhuc uiueret, quia antè mortua fuerat morte naturali uel interfecta cum aliis de populo Amalec. Sed per hoc intelligitur quòd omnes filii eius essent interfecti, quia Agag, erat in puncto occisionis, & si cum ipso alios habuerat, iam interfecti fuerant cum aliis.*

(Marg.: G)

✠ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Dixitq; Saul, &c.* Per hoc autem q Samuel Agag occidit, significatur q Christus per Samuelem figuratus extinguit aliquando incentiuum carnis in aliquibus amicis suis, sicut legitur de Beato Francisco, & in collationibus patrum de Sereno abbate, quòd in somnis vidit angelum Dei eunuchizantem ipsum, & ex tunc non sensit motum carnis inordinatum, prima collatione eius.

† 1 *Veruntamen*

a *Et in frusta.* Cum legũt quidam in scripturis, quòd sancti nulli hostium parcant, dicunt eos crudeles, nec intelligũt in his verbis obumbrata mysteria: vt pugnantes, scil. aduersus vitia nullũ penitus relinquamus. Si enim pepercerimus reputabitur nobis in culpã, sicut Sauli, qui regem Amalec viuũ reseruauit. Sancti verò sicut Samuel, nullum peccatum dimittunt impunitum.

✠ Ioseph. Agag adducto, dicenteq; quã esset amara mors, ait Samuel: Sicut tu multas Hebreorum matres pro filijs ingemiscere fecisti, sic ingemiscet in tua morte genitrix tua. Iussitq; repẽte eũ in Galgalis mori.

✠ Theodoretus. Cur Agag regem occidit propheta? Sicut Phinees Zambri. Nam quod fit Deo iubente, est pium.

b ✠ *Veruntamen lugebat Samuel Saulem, &c.* Hieron. *Beati, qui lugent.* Luctus hic non mortuorum ponitur communi lege naturæ, sed peccatis & vitijs mortuorũ. Sic fleuit & Samuel Saulem: & Paulus Apostolus flere ac lugere se dicit eos, qui post fornicatiõe, & immunditiã, non egerunt pœnitentiã.

✠ Bernard. Lugebat Samuel Saul, miserans, non deliberans. Fundebat lacrymas Dauid filio patricidę; & si non profuturas, pias tamen.

✠ Idem. Samuelem recolo, qui non semel, sed cũbus diebus vitæ suæ lugebat super Saul, cùm sciret eum longius ab oculis diuinitatis elongatum. Non cessabat tamen compassio, quæ condolentis animum irreplerat, fundens lacrymas, & si non profuturas, pias tamen.

✠ Chrysost. Multũ exhausit tpis beatus Samuel pro Saule deprecans: noctesque multas transegit insomnes pro delinquentis salute. Deus autẽ tempus repu lians, (non enim cum prophetæ oratione peccatoris conuenit pœnitentia) dicit ad prophetam: *Vsquequo tu ploras?* Vsquequo, ostendit tempus ac perseuerantiam deprecãtis. Et repulit Deus tempus deprecationis prophetæ. Sancto verò Dauid per Nathan de peccati errore correpto, & illico ad minas veram profitenti conuersionem, vniuersam contulit pœnitenti salutem.

✠ Idem. Frater nõ redimit, redimet homo? Etiã si Moses fuerit, et si Samuel, et si Hieremias, tñ eorum pro impœnitentibus, Deũ non placaret oratio. Et si Samuel rursum exorans pro aliquo indigno deprecetur, continuò ad ipsum clamabit Deus, *Vsquequo tu luges Saul?* Etiã si pro sorore quispiã incompetenter orauerit, audiet qđ Moses: *si conspuisset pater, &c.* Ex quibus profectò redolet, q, si negligentes fuerimus ac desides, nec per aliorũ qdẽ possumus merita saluari.

Lib. 6 antiq. cap. 9. — *Saulis. — Quæst. 34. — Com. in 5. Matth. — Epist. 12. — Serm. de Magdal. — Homil. 5. de pœnit. — † 2. q. 78. irẽ cum Balaam aute fi. — Homil. 1. in Mat. psal. 48. — Numer. 12.

a lieres mater tua. † Et in frusta concidit eum Samuel coram domino in Galgalis. Abiit autem Samuel in Ramatha. Saul verò ascẽdit ĩ domũ suã in Gabaa. * Et nõn vidit Samuel vltrà Saul vsq; ad diem mortis suę Veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam dñm pœnitebat, quòd constituisset regem Saul super Israel.

a ¶ Sub auditur in habitu regnantis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in frusta *non zelo vindictæ, sed iustitiæ diuinæ.*

2 Et non vidit *Istud exponitur dupliciter: Vno modo referendo ad mortem Samuelis, de qua habetur infrà 25. c. vbi dicitur, quòd congregatus est ad eum vniuersus Israel, & verisimile est, quòd Saul ibi venerit & Samuel iam propinquus morti eum viderit. Sed contra hoc videtur quod dicitur infrà 19. cap. quòd Saul prophetauit cum cæteris coram Samuele. Ad quod respondent illi, quòd non vidit eum in regio habitu, vnde subditur ibidem:* Et cecinit nudus tota die illa & nocte, *Vel quia erat mutatus in virum alterum, propter spiritum prophetiæ, sicut suprà 10. b. dicitur de ipso.* Prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium, *& sic exponitur quod dicitur hic: quòd Samuel non vidit eum vsque ad diem mortis suæ, scilicet, in regio habitu & communi statu. Aliter exponitur referendo ad mortem Saulis, quia tunc vidit eum Samuel suscitatus, & denuntiauit ei mortem suam futuram in crastinum, quæ dies iam inceperat quando Samuel hoc dixit: quia dies apud Hebræos incipit à vespera præcedentis diei.*

3 Veruntamen. *non ad hoc, quòd sententia domini contra eum mutaretur quam sciebat definitiuam, vt prædictum est: sed compatiens animæ eius ne damnaretur æternaliter, & timens ne populus Israel propter peccata Saulis affligeretur.*

MORALITER.

† 3 *Veruntamen.* Per hoc designatur, quòd quilibet, qui est membrum Christi, reputare debet casum magnæ personæ valde lamentabilem.

CAPVT XVI.

Dixit Dominus. a ✠ *Ait Samuel: Quomodo vadam, &c.* Theodoretus. Cur propheta iussus, timuit vngere Dauid? Quoniam non solum erat propheta, sed etiam homo. Si enim prophetarum dominus noster Iesus, salutarem suscipiens passionem, timere humanã ostendit naturam, quis est adeo liber à passionibus, vt reprehendat prophetam, qui timuerit?

✠ Procop. Constitutum quoque erat, vt sacrificij prætextu abiret, nõ mendaciter. Mentiri enim nõ docet dominus, verè obtulit sacrificium. Dictum igitur est ei, vt factum celaret, & aliud quàm res erat, diceret.

✠ Theodoret. Quam ob causam electum nesciebat propheta? Quoniam non erat Deus, sed homo. Ignorantia autem diuinam reuelauit sententiam. Si enim ad Dauidem rectã esset profectus, venisset in suspitionem, quòd hoc fecisset ex aliqua subornatione. Nã cùm etiam sic facta electione, aperuerũt fratres suam inuidiam, quid non fecissent si non facta esset hoc modo?

Quæst. 35. & 36. — † De pœn. di 1. cap. prædixerat. — Quæst. 37.

CAPVT XVI.

Dixitq; † dñs ad Samuelẽ: Vsquequo tu luges Saul, cũ ego piecerim eũ ne regnet super Israel. Imple cornu tuũ oleo, & veni vt mittam te ad Isai Bethleemitẽ. Prouidi. n. in filijs ei⁹ mihi regẽ. Et ait Samuel: Quõ vadã? Audiet enim Saul & interficiet me. Et ait dñs: Vitulũ de armẽto tolles in manu tua, & dices: Ad immolãdũ dño veni. Et vocabis

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVI.

1 Dixitq; dominus. *Superius actum est de regno labili sub Saule, hic consequenter agitur de regno stabili sub Dauid. Circa quod aduertendum: quod Dauid fuit inunctus in regem, non ad hoc ut statim possideret regnum, sed quando accederet beneplacitum diuinũ. Deus autem tolerauit Saul, in possessione regni vsq; ad mortem suam, vt ex persecutione Dauid malitia Saulis amplius declararetur, & Dauid innocentia atq; patientia probaretur. Primò igitur describitur ipsius Dauid inunctio, secundò Saulis æmulatio, c. 17. tertiò Dauid persecutio. c. 19. quartò ipsius Saulis mors, & Dauid exaltatio. c. 28. Circa primum Samuel à Deo mittitur, secundò Dauid inter fratres inungitur, ibi:* Cumque ingressi essent. *tertiò Saul tanquam reprobatus à maligno spiritu affligitur ibi:* Spiritus autem domini, &c. *Circa primum dicitur Samueli à Domino.*

2 Imple. *Per cornu quod est vas solidum, designatur stabilitas regni Dauid, sicut per lenticulam, quæ est vas fragile, designata fuit fragilitas regni Saul suprà 10. cap.*

3 Et ait. *Hoc dixit non diffidendo de protectione diuina: sed quærit modum qualiter debeat ire propter quod dominus respondit.*

4 Vitulum. *hoc erat verum, licet cum hoc esset alia causa.*

5 Et vocabis Isai. *vt ipse & filij eius sanctificarentur.*

MORALITER.

✠ 1 *Dixitq; dominus.* Sicut c. prece. per Samuelem significatus est Christus, ita per ipsum significatur Christi vicarius, ad quem pertinet vngere in principem vel prælatum, propter connexionem enim principalis agentis ad vicarium in expositione sacræ scripturæ, & maximè mystica, fit frequenter transitus de vno ad alium. dicitur igitur sibi.

† *Vsquequo, &c.* q. d. vicarius approbare debet magistri sui sententiam. Et quia mortuo vel deiecto principe vel prælato, alius est instituendus, ideo subditur.

† *Veni vt mittam, &c.* Per Isai, qui interpretatur salus mea, Christus significatur: de quo Esa. 56. a. in persona patris dicit: *Iuxta est salus mea, vt ve. &c.* Cum ergo dicit, *Veni vt mittam te ad Isai,* intelligitur esse verbum, vel inspiratio spiritussancti ad illũ, qui principem vel prelatum instituere dẽt vel vngere. Nam talis promotus de filijs Isai, id est, Christi per veram fidem debet esse, per hoc autem, quòd de filijs Isai minor inunctus fuit de præcepto domini sicut dicitur infrà.

Rabbanus. A a *Ne respicias.* Reprobatis maioribus filijs Isai minimus ad regnum eligitur, quia spreto Iudaico sacerdotio & regno, prioris populi, Christus caput minoris populi rex, & sacerdos factus est.

Lib. de praescript. c. 3. b ✱ *Homo enim videt ea quae, &c.* Tertul. Tu vt homo, extrinsecus vnumquemque nosti: putas quod vides. Vides autem quousque oculos habes. Sed oculi domini alti. Homo in faciem, Deus in praecordia contemplatur. Et ideo *cognoscit, qui sunt eius.*

B c *Paruulus.* De officio pecorum factus est Dauid rex hominum: Christus autem ab ouili Iudaicae plebis ad regnum gentium translatus est.

Homil. 1. in psal. 50. ✱ Chrysost. Venit Samuel ad Iesse, vt vnū ex filijs eius constitueret regem, nō multitudine vallatus militū, nec ambitione superba adueniens, sed cornu in quo erat sanctum oleum habens in manu. Cōplebatur numerus filiorum, C & qui quaerebatur, nō inueniebatur. Erubuit pater, habeo inquiens, vnum paruulū & contemptibilē, qui pascit oues: tu autem regē requiris. O pater, paruulū & pastorem Dauid dicis? Homo despicit, sed Deus coronat. Nunquid magnitudinem corporis quaerimus? In D genuitatem animae desideramus. Nolo pulchritudinem corporis, honestatem mentis requiro, &c.

Lib. 6. antiq. cap. 10. ✱ Iosephus. Samuel sumens oleum vnxit Dauidem, eiq; significauit, quomodo regnare eū Deus eligeret, monuitq; iustum esse debere, & eius praeceptis obedire. Sic etenim regnum ei multo tēpore fore mansurum, domumque claram ac famosissimā habiturum, vastaturumq; pariter Palaestinos. Et dū haec quidem monuisset, abscessit, diuinitas autē ad Dauid, Saul relicto, migrauit. Et ille quidem prophetare coepit, sancto super se Spiritu veniente. E

Lib. de tradi. Hebr. ✱ Hieronym. Ideo directus in Dauidem Spiritus domini dicitur, eo quòd tūc Psalmos canere coeperit.

d *Spiritus autem domini, &c.*

✱ Isidorus. Sic dictus est etiam sopor domini, qui occupauit milites Saulis, cum Dauid hastam & scyphum abstulit a capite dormientis, non quòd ipse dominus dormiret, sed quia eius F nutu infusus esset, ne quisquam praesentiam Dauid sentiret, dicitur ergo spiritus Dei malus, id est, minister Dei ad faciendum

(Marginal notes:) † dicam. † moti sunt. Leu. 20. b. Luc. 3. b. † Corā. † quae sunt in corde. † Chald. interpres praeparate vos. † Chald. interpre. quia non quemadmodum vidēt filij hominū. † 2. Reg. 7. b. Psal. 77. Act. 13. d. † vel rubeus. Rabbanus. † vel mansit.

a ¶ Christus vnctus est oleo laetitiae prae consortibus suis.

Isai ad victimam. Et ego ostendam tibi quid facias, & vngēs quemcunq; † monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei dominus. Venitq; in Bethleem, † & admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei. [1] Dixerūtq;: Pacificus ne est ingressus tuus? Et ait. Pacificus [2]

a Id est lauate vestes. b Vt immolem.

Ad immolandū domino veni. † Sanctificamini, & venite mecum, vt [3]

a Id est mundate seipsos fecit.

immolē. Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium [4] Cumq; ingressi essent, vidit Eliab, & ait: [5] Num coram domino [6] est Christus eius? Et dixit dominus ad Samuelē: Ne respicias vultum [7] [8] eius, neq; altitudinem staturae eius, quoniam abieci eum, † nec iuxta [9] intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea quae parent, dominus [10] autē intuetur † cor. Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum [11] coram Samuel. Qui dixit: Nec hunc elegit dominus. Adduxit autem [12] Isai Samma: de quo ait: Etiā hunc nō elegit dominus. Adduxit itaq;

a Haec est gens sabbatizans reprobata.

Isai septem filios suos corā Samuele. Et ait Samuel ad Isai: Non elegit dominus ex istis. Dixitq; Samuel ad Isai: Nunquid iam completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus & pascit oues. † Et ait Samuel ad Isai: Mitte & adduc eū. Nec enim discumbemus, [13] priusquam ille huc veniat. Misit ergo & adduxit eum. Erat autem [14]

a Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra. b Speciosus forma prae filijs ho.

† rufus & pulcher aspectu, decoraq; facie. Et ait dominus: Surge & [15]

a Vnxit te deus oleo laetitiae prae con &c.

vngē eum. Ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum

Reprobato Saule.

in medio fratrum eius. Et † directus est spiritus domini à die illa in [16]

a Christum, qui manu fortis, quia diabolum & mundum vicit, & desiderabilis vnde: Veniet desideratus cunctis gentibus.

Dauid & deinceps. Surgensque Samuel abijt in Ramatha. Spiritus [17]

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et admirati. *Tū quia non consueuerat illuc venire; tū quia veniebat multum solitarius, quia legatio sua de negotio regni erat secreta.*

2 Dixeruntque: Pacificus. *Timebant enim ne fugeret à facie Saulis offensi contra eum, eò quòd arguens ipsum denuntiauerat ei translationem regni.*

3 Ad immolandum. *Ad duo enim venerat, scilicet, ad inungendum regem, & illud tacuit, quia erat secretum. Et ad offerendum, & illud expressit, quia in publico erat agendum, secundum quod fuerat sibi dictum à domino, vt habetur ex praedictis.*

4 Sanctificauit. *Aqua expiationis, uel per cōtinentiā ab vxoribus.*

5 Cumq; ingressi. *Hic consequenter ponitur Dauid inunctio, praemittitur tamen fratrum suorum repulsio, cum dicitur.* Cumque ingressi. *locum secretum ad inungendum regem.*

6 Vidit Heliab. *qui erat primogenitus Isai & magnae staturae, vt habetur ex sequentibus.*

7 Et ait. *in corde suo.*

8 Num coram, &c. *q. d. sic, quia ex magnitudine staturae iudicauit eum esse aptum dignitati regiae. Sed hoc excludit dominus di.*

9 Ne respicias. *nolens eum regnare. Cuius rationem assignant Hebraei, quia erat superbus corde, & iracundus, quod patet ex hoc quod sequen. c. dicitur:* Iratus fuit contra Dauid: *& eum valdè durè increpauit sine causa, cum tū iam vidisset eū vngi in regē per Samuelē.*

10 Dominus. *Hoc enim est proprium ipsius scire secreta cordium.*

11 Et vocauit. *sic est in Hebraeo.*

12 Adduxit. *1. Paralip. 2. ponuntur tantum 7. filij Isai, computando Dauid, qui nondum adhuc venerat. Et ideo dicitur hic & cap. seq. vbi exprimuntur octo eius filij, quòd Ionathan filius Samma, quem adoptauerat ei in filium, et nutriuerat inter filios suos, computatur inter filios eius, & fuit adductus coram Samuele, antequam veniret Dauid, qui erat ipso iunior.*

13 Mitte &c. *quia mandatum domini voluit implere diligenter, & quia debebat inungere regem oleo sacrae vnctionis, quod debet fieri cū reuerentia & salina ieiuna.*

14 Erat autem rufus. *In Hebraeo habet,* rubeus, *vel* rubicūdus.

15 Et ait domi. Sur. *quia tale negotium debebat fieri stando cum deuotione & reuerentia.*

16 Et directus est spiritus do. *id est, spiritus fortitudinis & constantiae ad liberandum populum. vnde & se. c. dicitur, q inermis iuit constanter & voluntariè ad pugnandum cōtra Philisthaeum. Hieron. dicit, q ab illa die fuit in eo spiritus prophetiae, & ex tunc coepit psalmos canere. Et hoc consonat dicto illorum qui dicunt ipsum fecisse illum psal.* Dominus illuminatio, &c. *in sua vnctione.*

17 Spiritus autem domi. *Hic cōsequēter ostēditur Saulis afflictio* ✱ per

MORALITER.

† 15 *Et ait dominus.* Significatur quòd iste de Christi filiis, qui est humilior (caeteris paribus) est ad dignitatem ecclesiasticam vel secularem aptior.

16 *Et direct. &c. in do.* Per quod ostenditur, quòd promoto ex ordinatione diuina datur gratia ad exequendum officiū suum, nisi ponat obicem spiritussancti gratiae.

17 *Spiritus autem domi.* Per quod significatur, q qñ spiritus sanctus recedit ab aliquo propter peccati mortalis commissionem, spiritus malignus agitat eum de culpa in culpam. Greg. Peccatum quod non per poenitentiā diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Per hoc autem, quod psallente Dauid Saul alleuiabatur, significatur, quòd per orationes sanctorum à daemonibus agitati aliquando curantur: quod de corporali curatione orationibus sanctorum frequenter legitur esse factum. Spiritualiter autem praedicatores hoc faciunt in illis, qui ad eorum praedicationem spiritum verè poenitendi cum proposito confitendi concipiunt.

faciendum in Saule, quod eum pati decerneret iudex oĩum.

A Gregor. Diabolus licet afflictionem iustorum semper appetat, tamen si a Deo potestatem nõ accipit, ad tentationis articulum non conualescit. vnde omnis voluntas eius iniusta. Ex se enim tentare appetit, sed eos qui tentandi sunt, & prout tentandi sunt, Deus iustè tentari permittit. Ideo idem spiritus, & Domini appellatur, & malus: Domini, per licentiam iustæ potestatis, malus per desiderium iniustæ voluntatis. Formidari ergo non debet, qui nihil nisi permissus valet: quamuis eñ malignitas a Domino non sit, potestas nisi a Deo non est.

(Li. 2. Moral. c. 6. & li. 18. cap. 3.)

✠ Theod. Cum diuinus recessisset Spiritus locum sortitus est malignus. Hinc autem docemur clamare cũ Dauide. *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.* Sic cum Apostolica gratia Iudam reliquisset, in eum ingressus est diabol⁹.

(Quæst. 38. — Psal. 50. — Io. 13.)

✠ Eucher. Arbitror malignum spiritum a quo vexabatur Saul, ideo dictum, Domini, quòd occulto iudicio Domini Saulem vexabat.

(Com. in hunc loc.)

B Vtitur enim Deus ministris etiam spiritibus malis, ad vindictam malorũ, vel ad bonorũ probationem, alio modo ad illã rem, alio ad istam. Dictus est ergo spiritus Dei malus, hoc est, minister Dei ad faciendum in Saul, quod eũ iudex omnipotentissimus pati iudicabat, quoniã spiritus ille volũtate qua malus erat, non erat Dei, creatura verò qua cõditus erat, Dei erat: potestas autem quã, nõ sua, sed Domini omnium æquitate acceperat, Dei erat.

14 Spiritus autem Domini recessit à Saul, & † exagitabat eum spiritus nequam à Domino. 15 Dixeruntque a ✠Omnes fulcedi regis, serui, vel pueri, soli consiliarij vocantur amici. serui Saul ad eum: Ecce spiritus Dñi malus exagitat te: 16 Iubeat * Dominus noster, & serui tui, qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua & leuius feras. 17 Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me. 18 Et respondens vnus de † pueris ait; Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientẽ psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & dominus est cum eo. 19 Misit ergo Saul nuntios ad Isai, dicens, Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis. 20 Tulit ergo Isai † asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnum, & misit per manum Dauid filij sui Sauli, 21 Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. 22 Misitque Saul ad Isai dicens, Stet * Dauid in conspectu meo. Inuenit enim gratiam in oculis meis. 23 Igitur quandocunque spiritus Domini arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, † & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus.

(Margin: † tenebat, vel turbabat. — * quæsumus. — † bene sit tibi. — † seruis — † aceruum panum, vel asinũ ferentem panes. — * obsecro — † bene)

per elationem in furorem vertitur, dignũ est, vt ad salutem mentis quasi dulcedine citharę locutionis nostræ tranquillitate reuocetur.

D ✠ Ioseph. Saul quædam passiones, & dęmonia repentè cõprehenderunt, suffocationes ei & angustias inferentes, ita vt medici nullum ei salutis remedium inuenirẽt. Delectabatur autem in Dauide, & maximè in inuasione dæmoniorum, qui cum ad eum accederẽt, solus erat medicus, hymnos dicendo, & psallendo in cithara, & Saul a mentis oppressione reuocando.

(Li. 6. Antiq. cap. 10.)

✠ Procopius. Cultus Dei qui per instrumenta musica exercetur, nõ quidem a Deo traditus, sed à Dauide religiose excogitatus est. Diuino enim ardore inflammatus, ea quæ homines ad libidinẽ & lasciuiã accendunt, ad pietatem traduxit. Cantum articulatæ vocis hymnis diuinis temperans, vt melos sensum, intellect⁹ verò vna eademq; opera diuinũ ardorem exsuscitaret. Dauid itaq; diuini Spiritus vim atq; efficaciam acceperat, quo operante spiritus malignus quiescebat.

(Com. in hunc loc.)

E ✠ Basil. Dauid sacrorũ canticorũ poeta, cithara ex insania Saulem regem liberauit. Dĩ & Pythagoras in ebrios olim incidens, iussisse tibicinem conuiuio luxurioso præsidentem mutare harmoniã, ac dorion ipsis canere. atque hoc modo melodiæ illos ad sobrietatẽ reduxisse, qui eiectis de capite coronis sanè omnes erubuere.

(Homil. 24. quę est ad adolescẽtes de libris gentil. legend. — Homil. de sermone.)

✠ Athanasius. Dauid cum in solitudine pastorali ageret, nec esset cum quibus loqueretur, citharam compinxit. ex cuius concentu duo in primis consequebantur, quòd & inde solitudinem suam mitigaret: nec ad dissolutas cãtiones delaberetur. Sed psalmos caneret, quo & modulationis fructum perciperet, & pietatẽ adiuuaret. Psallebat quoque multiphària miracula Dei. Ceterum, cum torqueretur Saul ab immundo spiritu, non defuit qui indicaret ei Dauidis solertiam. Accersitus, quoties inuadebat regem spiritus immundus, Dauid citharam pulsabat, hymnos domino cãtitans, suffocantem dæmonẽ propulsabat. O magnã psalmorũ virtutem, Spũs immũdus suffocans alium, ipse inuisibiliter suffocatur, & respirabat Saul.

(In Psal. 14.)

✠ Tertul. In domesticos Dei nihil Satanæ licet ex propria potestate. Aut enim ex causa probationis conceditur ei ius tentationis prouocato, vel prouocanti, aut ex causa reprobationis traditur ei peccator quasi carnifici in pœnam, vt Saul. *Et abscessit inquit, spiritus Domini a Saule, & concutiebat eum spiritus nequam a Domino, & suffocabat eum.*

(Li. de fuga in persecu. c. 3.)

a *Scientem Psal. &c.* Erat Dauid canticis musicæ eruditus. Diuersorum sonorum rationabilis moderatusque concentus Ecclesiæ vnitatem significat, quæ varijs modis quotidie resonat. Dauid in cithara sua malignum spiritum compescuit, non quòd tanta vis esset in cithara, sed in figura crucis Christi, quæ de ligno & cordarum extensione gerebatur, quæ iam tunc dęmones effugabat.

(Rabbanus. Bucherius.)

C Tropologicè autẽ hoc facto, compatiendum proximo instruimur. Plerunq; enim superbus diues, exhortationis blandimento placandus est. Quia plerunque dura vulnera per leuia fomenta mollescunt, & furor insanorum ad salutem, medico blandiente reducitur. Apprehensa Dauid cithara, Sauli sedabat insaniam. Per Saulem potentes, per Dauid vita sanctorũ signatur. Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur, Dauid canente eius vesania temperatur. Quia cum sensus potentum per

(Tropolog.)

✠ Chrysost. Pulcher psalmi concentus est acutissimũ telum aduersus dæmones, nec enim cerui ita tela fugiunt, vt psalmos Dauid dęmones. Sumpsit Dauid cytharam, & pulsauit, & a Saule recessit malus spiritus, & recedens dęmõ cecidit, vt ceruus sagitta percussus, & in iecore sauciatus. Pulchra est Dauid cithara, est.n. animę cõsolatio. Pulchra est lyra pastoris: mentis enim nrę neruos confirmat ad virtutem, &c.

F b *Refocillabatur Saul.* Ante enim vexabatur a dęmonio vsq; ad suffocationem. Refert Boetius philosophum quendam tactu citharæ dęmonium ab obsesso corpore pepulisse.

(Boetius.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *per spũm malũ qui a Deo permissus fuit eũ affligere. ideo subditur.*

1 Ecce spiritus do. mal. *Dicitur autem dæmon* spiritus dñi, *quia natura ipsius bona est, & a Deo per creationem, sed malus factus fuit per superbiam suam. Cętera patent vsque ibi.*

2 Psallat manu. *Qualiter autem hoc fit, dicetur in fine cap.*

3 Et respondens vnus. *Dicunt Hebræi, q̃ iste fuit Doeg, qui erat principalis inter famulos Saul, & dixit hoc ex odio, quia iam Dauid odiebat, & sic quærebat, vt staret in præsentia Saulis cum a dæmone affligeretur, & sic a Saule, vel dæmone ipsum agitante occideretur, & ideo ipsum commendauit, non ad bonum ipsius Dauid finaliter, secundum intentionem suam. Vnde & in eius commendatione aliquid addidit, quòd non videtur verum, dicens.*

4 Et vi. bellico. *quia adhuc erat iuuenis. Vnde & Saul dixit ei postea, vt habetur ca. se. Non vales resistere* Philisthęo isti &c. *q̃a puer es. Sic enim faciunt hões malitiosi, cõmendando illos quos oderunt, vt in aliquo casu sub specie boni eos confundant, sed Deus frequenter corũ insidias conuertit ad bonum illorum quibus insidiantur, quia* non est scientia contra dñm. *Sicut Deus malitiam fratrum Ioseph ipsum vendendo, ne eis dominaretur, conuertit ad cõtrarium, quia per hoc fuit exaltatus in Aegypto, & fratres sui coacti fuerunt adorare ipsum.*

5 Tulit. &c. asi. pl. i. *oneratum panibus, vel secundum alios, saccum factum de corio asini plenum panibus. Cætera patent vsque ibi.*

6 Igi. quã. &c. *quia nõ affligebat eũ cõtinuè, sed p̃ interualla tp̃is.*

7 Tollebat Dauid ci. *idest, accipiebat, & percutiebat manu sua, quia contactu digitorum fit talis melodia.*

8 Et refocillabatur Saul, &c. *Cuius causa subditur.* Recedebat enim ab eo spi. ma. *Ad maiorem huius euidentiam quæritur hic,* vtrum

(Quæstio.)

A *vtrum dæmones virtute melodiæ possint expelli a corporib. obsessis. Et videtur ꝙ sic, quia dicitur,* Recedebat ab eo spiritus malus. *Item Tobiæ 6. dixit angelus Raphael de iecore piscis, qđ si super carbones ponatur, fumus eius extricat oē genus dæmoniorū, siue a viro, siue a muliere. Odor aūt huius fumi non est maioris virtutis quàm melodia, maximè cum sensus auditus sit magis disciplinabilis, ergo &c. Itē in musica Guidonis dicitur, quòd sunt quidam dæmones qui melodiā sustinere non valent. Item Iosephus libro de Iudaico bello dicit, quòd in exercitu Titi cum obsideret Ierusalem, erat quidā qui per lapidē annuli dæmones expellebat à corporibus obsessis. Salomon ēt dicitur fecisse exorcismos ad dæmones expellendos. Ista aūt sunt quædam sensibilia propter quod nō videtur in eis esse maior virtus quā ī melodia, ergo &c. Cōtra, Iob 41.d.* Non est potestas super terram quæ ei comparetur, *dicitur de diabolo. Ex quo patet quòd maior est virtus dæmonis & superior quàm cuiuscunque rei corporalis vel sensibilis. Minor autem potestas non habet efficaciam super maiorem, sed econuerso. Melodia autem est quędam res sensibilis immutans auditum corporalem, ergo, &c.*

Platonicorū opinio de dęmonibus.

RESPONSIO, dicendum, si dæmones secundū opinionem Platonicorum haberent corpora naturaliter sibi vnita, prout dicit Apuleius, quòd dæmones sunt aīalia, corpore aerea, mente rōnalia, tpe æterna, aīo passiua, sic nullū esset inconueniens dicere ꝙ ex melodia, & ex aliquib. rebus sensibilibus possent immutari, & ab afflictione hominum repelli. Ponebant aūt Platonici naturam dæmonū esse mediam inter intelligentias, quæ sunt substātiæ puræ spūales, & hoīes hn̄tes corpora ex quatuor elementis constituta. Sed quia sacra scriptura & fides catholica asserit, dæmones esse de natura angelica, & quòd naturalia remanserunt in eis integra, quāuis sint per malitiā deprauati, oportet cōsequenter dicere ꝙ nulla res sensibilis, aut virtus corporalis pōt in eis aliquid agere directè, vel indirectè, cum sint oīno spūales substantiæ, ꝑ quod possint ad aliquid cōpelli, nec per consequens ab obsessis corporib. expelli, virtute aūt diuina, quæ superior est, potest hoc fieri immediatè, vel mediantib. sanctis angelis, qui frequenter in talib. sunt executores voluntatis diuinæ. Videtur tā rōnabiliter concedendum, ꝙ per melodiā, seu per aliqua alia sensibilia pn̄t afflicti à dæmonib. afflictionem

Melodia afflictionem dæmonum alleuiat dupliciter.

B *lenius ferre, vno modo, quia actus actiuorū sunt in patiente prædisposito, vt dicitur 2. de aīa. Dæmones aūt non pn̄t materiā corporalē secundum suā voluntatē transmutare, sed hoc faciunt mediantib. actiuis corporalibus, pp quod in suis actibus hoīes affligendo, aliqn̄ considerant dispositionē materiæ corporalis. vnde & aliqui dicuntur lunatici, vt habetur Matt. 4. & 17. qui secundū variam dispōnem lunæ affliguntur a dęmonibus ex diuina tn̄ permissione, quia luna hēt dn̄ium super humida, & secundū hoc cerebrum hominis, quod inter omnes partes corporis est magis humidum, magis est aptum ad suscipiendum actionem dæmonis vno tempore quàm alio secundum varium motum lunæ. Et eodem modo ad contrarium per melodiam, seu per aliquam rem sensibilem potest causari dispositio in corpore humano per quam minus subijcitur actioni dæmonum, & sic afflictio ab eis causata diminuitur & alleuiatur. Alio modo potest hoc contingere, quia ad afflictionem requiritur perceptio. Delectatio enim est coniunctio conuenientis cum conueniente cum perceptione eiusdem, ita quòd vbi nulla est perceptio, nulla est delectatio, & eodem modo est de tristitia, seu afflictione quæ est de pręsenti malo, seu coniunctio cum perceptione eiusdem, & ideo illud quod diminuit perceptionem huiusmodi, diminuit & alleuiat afflictionem. Melodia verò attrahit ad se mentis attentionem, & per consequens ab alio retrahit, & sic potest alleuiare afflictionem a dæmone causatam in homine inquantum attrahit ad se attentionem, & retrahit ab afflictionis perceptione, sed dæmonem affligentem non potest expellere, vt prædictum est. Ad primum igitur dicendum, quòd per melodiam virtute naturali, Saul leuius poterat ferre, vt dictum est, sed per eam vt sic, dæmon non recedebat, sed magis virtute diuina immediatè, vel mediantibus angelis sanctis ex merito Dauid, qui laudes diuinas in cithara canebat pro salute Saulis. Sicut & per orationes sanctorum frequenter leguntur dæmones expulsi a corporibus obsessis. Melodia etiam ad hoc aliquo modo faciebat, non agendo in dæmonem, sed inquantum deuotionem Dauid excitabat, sicut & 4. Reg. 3. ca. dicitur, quòd Helisæus fecit adduci psaltem, vt mens eius in Deum eleuaretur.*

C *Eodem modo in proposito ex melodia mens Dauid magis eleuabatur in Deum, & sic eius laudes ad expulsionem dæmonis erant magis efficaces apud Deum. Ad secundum dicendum, quòd liber Tobiæ non est de canone, & ideo licet recipiatur in ecclesia ad legendum pro ædificatione, tamen non est efficax ad probationem alicuius dubij, vt dicit Hier. in prologo galeato. Verumtamen potest dici, quòd fumus illius iecoris non expulit dæmonem, sed meritum orationis Tobiæ, quod per fumi odorem designabatur. & hoc patet per illud quod ibidem dicitur, quòd angelus Raphael apprehendit dęmonem & religauit eum in superioribus Aegypti. Ex quo patet quòd non ex virtute fumi iecoris, sed virtute sancti angeli voluntatem diuinam exequentis fuit ille dæmon expulsus, & ita fuisset in quacunque alia persona vbi talis oratio & diuina ordinatio affuisset, & hoc modo intelligenda sunt verba Angeli Raphael. Ad tertium dicendum, quòd de dicto illius Guidonis non est multum curandum, cum nullius sit autoritatis. Potest etiam dici, quòd ad melodiam repellantur propter sanctitatem melodiam facientis, vt dictum est de Dauid, vel propter malitiam ipsius,*

vtpote si fiat ad hoc, quòd per hoc reuerentia Deo debita dæmonibus tribuatur, cuius sunt cupidi, & sic recedunt non sicut coacti, sed voluntariè, vt tales homines in errore teneant, & in sua seruitute, quod maximè desiderant. Et eodem modo dicendum est de illo qui in exercitu Titi dæmones expellebat, quòd hoc arte magica faciebat per pacta cum dæmonibus inita, tacita vel expressa, quibus fingunt se expelli, ut homines in errore teneant, & in sua seruitute, vt dictum est. De exorcismis verò à Salomone confectis, dicendum quòd si fecit eos tempore quo habebàt spiritum Dei, illis repellebantur dæmones uirtute diuina, sicut suprà dictum est de orationibus sanctorum, si uerò confecit eos postquam fuit idololatra, repellebantur eis dæmones arte magica. prout dæmones fingunt se expelli modo prædicto: ut homines teneant in terrore. D

ADDITIO.

In cap. 16. vbi dicitur in Postil. vtrū dęmones virtute melodiæ possint expelli a corporibus obsessis.

Non solum concedendum vr̄, ꝙ per aliqua sensibilia possint afflicti a dęmonib. leuius ferre, sed ēt ꝙ per sensibilia aliqua a dęmonib. afflicti possint totaliter liberari qđ patet per eādem rōnem ab ipso postil. allegatā. Nā cū demones non pn̄t materiam corporalē s̄m suam voluntatē trāsmutare. sic nec passionare, nisi mediantib. actiuis corporalib. quę dispo nunt mām ad suscipiendum actionē afflictiuam in corporibus ab eis obsessis, prout postilla, dicit, & est rōnabiliter dictū. Eadē rōne per aliquā rem sensibilem pōt causari dispositio in corpore humano, ꝑ quā non sit aptum ad suscipiendū actionē dæmonis. verbi grā, Nā sicut mania, quæ est ira permanens s̄m Damascenum, quæ s̄m Philosophū. 4. Ethic. dr̄ amaritudo, quæ est maxime dispositiua ad alienationē mentis s̄m sn̄iam medicorū, & ꝑ consequēs ad suscipiendū afflictionem dæmoniacam, quæ quidē dæmoniaca passio sicut pōt alienari ꝑ sensibilia medicamina sic & penitus curari, cū sit morbus sæpe curabilis, & sic per ꝯn̄s curata, cessat talis dispositio in corpore humano ad suscipiendū afflictionē dæmonū, correspōdentē tali dispositioni, & sic recedet penitus afflictio dæmonis actiua recedente passiua dispōne sibi correspōdēte in hoīe obsesso. Cū aūt melodia habeat circa passiones aīæ, p̄sertim circa tristitias & delectationes manifestam efficaciā, vt patet per experientiam cōem. August. ēt in 10. confess. dicit, ꝙ oēs affectus spiritus nr̄i hn̄t proprios modos in cantu, quorū occulta familiaritate excitatur, & consequens est, vt melodia quæ virtute naturali passiones aīæ mutat, possit mutari dispōnē aīæ seu coniūcti. s. aīę & corporis, taliter qđ dispositio passiua ad recipiendū afflictionē dæmonum tollat̃. & sic cessabit penitus talis afflictio. Hoc idē posset dici de iecore piscis, de quo angelus ad Thobiam. s. ꝙ fumus talis iecoris ex proprietate nāli posset extricare, seu corrigere dispositionē cerebri ex motu lunæ causatā, quę dispositio cerebrū humanū reddit aptū ad suscipiendum actiones dæmonis, & sic cessabit actio dęmoniaca correspōdes tali dispositioni, &c. Pręterea si melodia hēt efficaciam ad causandum talem dispōnē in aīa hoīs, vt recipiat, seu recuperet donum prophetię amissum, seu sublatū, vt patet 4. Reg. 3. cap. qđ quidē donum ꝓpheticū est supernaturale a fortiori posset causare dispōnem in corpore humano talē, quæ non sit receptiua afflictionis dæmonū quæ est naturalis. Virtus. n. actiua quæ pōt in maius pōt & in minus. Et attendendū, ꝙ hæc opinio est cōsona lr̄æ q̄ dicit. Recedebat ab eo spūs malignus, nō. n. dixit, alleuiabat̃, vel remittebat̃ afflictio, sed recedebat spiritus malignus, ꝙ planè sonat totalē separationē spūs maligni a Saule cū Dauid in cithara psallebat, quia s̄m ꝓprium sensum lr̄alem hoc fiebat graduatim, prout per ea quæ nāliter agunt, fieri solet. Primò. n. refocillabatur Saul, & leuius hēbat. ꝯn̄r recedebat ab eo spūs malignus per totalē repulsionē, seu separationē. Dicere aūt ꝙ hoc fiebat ex merito Dauid, seu per orōnes eius, est alienum a lr̄a quæ nullā facit mentionē in hac historia de eius meritis seu orationib. quantum ad hoc, sed solum de actu psallendi, seu citharizandi, vt patet in litera. Si autem recessus spiritus maligni a Saule meritis, seu orōnibus Dauid Deo operante causatus fuisset, non videretur rationabile, vt scriptura talia taceret, quæ ad laudem Dei pertinent, & ædificationem audientium.

Mania.

E

F

REPLICA. In cap. 16. vbi Postil. disputat & soluit qōnem, an dæmones virtute melodię a corporib. obsessis possint expelli. Bur. cōsentit Postil. & in parte recedit ab eo, consentit nanq; in hoc, ꝙ per sensibilia, & melodias, & medicamina possunt fieri dispositionęs in corpore & humoribus, vt afflictio dęmonis ī obsessis sit leuior, uel esset nulla, sed recedit a Postil. Bur. q̄a Postil. negat ꝑ hm̄ōi sensibilia de ꝑ se dæmonē posse totaliter expelli. Bur. aūt fauet opinioni, q̄ vult ꝙ ablata dispositione passiua receptiua afflictionis aufertur, &

actiua,& sic cū demon non affligit, intelligit spūs malignus recessisse,& obsessus totaliter liberatus. Sed Burgen. & hæc sua opinio cui fauet innititur falsis imaginationibus. Imaginatur.n. primò,q. nullus sit obsessus,nisi ad hoc fuerint preuię naturales dispones, vel passionales , qđ falsum vr in Saul de quo sermo,Cum ei esset in naturalib.optime,imò iā premebatur melancholico affectu præ tristitia dispositus præ cunctis fratribus & coætaneis suis, vt hr 1.Reg.9. dr tñ de eo in hoc cap. *Spiritus Domini recessit a Saul & exagitauit eum spiritus nequam à Domino.* f. tribuente prātem vexādi,vt in glo.& est beati Gre.Ex qua lra iuncta glo. primæ Burg.imaginatio vr oīno falsa.Secundò imaginatur,q. dæmon recesserit qn obsessum actualiter non affligit . Cuius imaginationis falsitatē ostendere non oportet,cū sit luce clarior,recedit.n.sæpe secundum apparentiam,sed nō realiter,obsidet ēt sæpe obsessum non affligendo.Imaginatur tertio,q. obsessi nō affliguntur, nisi in eis sit nālis dispositio passiua huic afflictioni correspōdens,q. falsum est,quia obsessio,sicut & afflictio,est sæpe ex sola Dei pmissione,vt vult gl.psall quæ est B.Gre.Motiua ēt quæ mouet Bur.ꝯ postil.non valent. Mouetur.n.primò quasi post, neget melodiā & iecur piscis aliqd facere in corpore vel aia & vtroq, , sitr & humoribus quo minus malignus spūs affligat obsessū.Sed bn respicienti dicta postillatoris apparet,q.hoc non negat,sed probare intēdit,q.per ea obsessi leuius ferunt, vel oīno non sentiunt afflictionē dæmonū.Sed negat q.per ea tanquā talia simpliciter liberētur, sed q. liberentur non est virtute talium,f.melodiæ vel iecoris, sed merito facientis & talia applicātis. Et cū instat Bur. q. melodia disponit hoīem ad recuperandum spiritū propheticæ amissum,allegans ad hoc dictū de Helisæo.4.Reg.2. Rñdeo q. malè allegat, non enim dicitur ibi, q. virtute melodiæ resumpsit prophetiam, sed merito laudis Dei p psaltem decantatę . vide ibi postill.virtus.n.creata ad actus aut habitus supernaturales se non extendit. Dato tñ assumpto quāuis non concesso, non sequit qđ infert Burg. per illā regulam.Virtus actiua quæ pōt in maius,pōt & in minus,quia illa regula solū tenet in essentialiter subordinatis,& in eodē gnē.Nam non sequitur,homo generat hoiem , igitur asinū vel ignem qđ est minoris virtutis, nec sequit. homo potest portare magnū lapidem,igitur magnū ignem . Regula igit per Bur.allegata non est vlis.de quo vide Exo.8.primo correctorio.Et cū Bur.nititur excludere positionē postil. dicentis,q. recessus dæmonis a Saul erat merito orōnis Dauid, dicit,q. non hr ex litera,in quo vr ipse Bur. fauere errori Vviclefistarum & Hussitarum dicentium, q. non oportet credere,nisi quod expresse in sacra scriptura continetur.

CAP. XVII.

A a Congregan. Rabanus. *Azeca.* Ciuitas est Chananæorum in tribu Iuda ad quam vsq; persecutus est Iosue quinque reges,& hodie villa vocatur Azeca inter Eleutheropolim & Heliam,quæ interpretatur fortitudo & decipula.

b *Dommim.* Vicus est in tribu Iuda in finibus Eleutheropolis distans ab ea xx. & vij. miliaribus Dommim interpretatur silentium,vel gaudiū.

c *Terebinthi.* Terebinthus est in Sichimis, sub qua abscondit Iacob idola iuxta Neapolim.

B

d *Spurius*, quia ignobili pře matre vero nobili natus erat.

✠ Chrysostomus. Ab Allophylis Saul prouocatur ad bellum, disponitur acies, præparatur exercitus, pugna dirigitur. At contrà hostes non aliter præparantur, ardescunt iræ, tollitur insania. furore feruescunt, pendet in inuicem vterque exercitus, expectat signum, sustinet iussum, &c. Prosilijt de Allophylorum castris vir corpore immani vastissimus, horrēdus statu, mirabilis visu,cristato vertice galeatus,coruscus armis,fulgens gladio,vmbone tectus,lorica vestitus,noīe Goliath.Qui stupentib.cunctis, Vos,vos inquit, exercitus Saulis admoneo, vobis mea depromo verba . Nolite pugnare nobiscū,vt pugnat in bello, eligite si potestis, vnum qui mecū fortiter pugnet,&c. Goliath metuendus visu,metuēdus armis,metuendus & verbis: & trementibus cunctis, solus Dauid cōsistit intrepidus.

(To.1. homil. de Dauid, & Goliath.)

C

D

✠ August. Extitit Golias ingēs statura corporis, armis instructus, viribus exercitatus, elatus iactantia, qui superbè prouocaret ad monomachiam populum aduersarium. hoc est,ut unus electus procederet aduersus eum, & duobus pugnantibus, examen totius belli in medio uersaretur.Rex Saul angebatur, æstuabat, quærebat in uniuerso exercitu parem illi uiro. Non inueniebat, nec forma corporis, nec audacia prouocationis.

(li.50.homil. homi.32.)

E

✠ Chrysostom. Saul rex, populusque terretur, formidant cuncti. Non in forti virtus,

F

CAP. XVII.

a Congregantes autem Philisthijm agmina sua in pręlium conuenerunt in Socho Iudę, & castrametati sūt iter Socho & Azeca in finib. Dōmim. Porrò saul & filij Israel cōgregati venerunt in vallem Terebinthi, † & direxerūt aciē ad pugnādū cōtra Philisthijm. Et Philisthijm stabant sup montē ex parte hac, & Israel stabat supra mōtē ex altera parte, vallisque erat inter eos. Et egressus est vir † spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmi, & cassis ærea super caput eius, & lorica

(Margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7; letters a, b, c, d)

a ¶ Oppidum in tribu Iuda & interpretatur ramus, vel humiliatus, siue tentatio.

¶ Vel diuina.

a ¶ Terebinthus arbor est, de qua lachryma resinæ præstantissima manat: vnde inuaria medicinalis dissoluta congiatinat.

a ¶ Quia de patre gigante & matre Gethea natus.

† viri

† cla, id est quercus

† stans inter ambos, vel inter duas acies lxx. potens.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVII.

1 Congregati. *Postquam descripta est ipsius Dauid electio hic consequenter describitur contra eū Saulis æmulatio. Et primò ponitur huius æmulationis causa. secundò inuidia subsecuta c.18. Circa primum sciendū quòd causa æmulationis fuit laus ipsius Dauid ex victoria quam habuit contra Philisthæum, prout exprimitur c.18.& ideo in hoc ca.primò describitur belli apparatus. secundo ipsius Dauid aduentus,ibi,* Dauid autē. *tertiò Dauid conflictus,ibi.* Audita sunt. *quartò ipsius triumphus,ibi.* Præualuitq; Da. *Circa primum præmittitur vtriusque exercitus situatio cum dicitur.*

2 In So. *hoc dicitur ad differentiam illius Socho quæ est vltra Iordanem, vbi Iacob mansit declinans ab Esau, vt habetur Gen.33.*

3 Et Phili. *ad hoc enim vterque exercitus stabat in monte valle existente in medio, vt si vnus exercitus vellet venire ad alium, ille exercitus qui stabat in monte opposito haberet auantagiū interficiendi aduersarios de valle ascendentes ad eum. Secundo ponitur ipsius Goliath gloriatio, vbi præmittitur eius statura & armatura, cum dicitur.*

4 Et egressus. *Hebræi vero dicunt hic,* Et egressus est vir intermedius de aciebus Philisthinorum. *& dicitur intermedius homo fortis & audax, & confidens de fortitudine sua. egreditur ante aciē suorum, paratus præliari contra alium venientem de acie opposita, sicut solent facere in exercitibus aliqui volentes ostendere suam probitatem & litera sequens consonat huic dicto.*

5 Altitudi. *Cubitus secundum vnam opinionem continet duos pedes vsuales. secundum aliam vero pedem & dimidium, & sic secundum vtramque expositionem vel opinionem patet altitudo ipsius.*

6 Et cas. *hic dicunt aliqui quod nomine æris intelligitur omne genus metalli. & sic in hoc loco pro ferro accipitur æs, ita quod cassis ærea idem est quod cassis ferrea, quia non solet fieri de ære, sed de ferro.*

7 Et lori. *i. concatenata, quia fit de annulis ad modum catenæ coniunctis. Hebræi autem hic dicūt,* Et lorica squamata induebatur, *quia super loricam habebat armaturam factam de laminis ferreis p modum squamarum ordinatis, sicut est genus armaturæ quod vocat plates gallice. & hoc erat ne per foramina loricæ sagitta vel spiculum, aut gladius posset transire.*

Et Et cc.

MORALITER.

1 *Congregantes autem.* Hic agitur de duello Dauid contra Goliath Gethæū: per quod significatur allegorice pugna Christi contra diabolū. Circa quod notandum, quod sicut in pręcedenti c. significatus est Christus per Isai, sic per ipsum potest hic Deus pater significari, eo quod pater & filius vnum sunt in substantia & operatione, sicut dicit Ioan.10.f. *Ego & pater vnum sumus.* Igitur per Isai mittentem filium suum Dauid ad fratres suos visitandum, dicens.

tus, non in audace animus, nō salus in bellatore cōsistit. &c.

A ✠ Hieronym. Goliath spurius dicitur, quia a patre gigante, matre verò Gethea natus erat.

L. trad. Heb. L. 15. de ciuit. c. 23. ✠ August. Gigantes propterea creare placuit Creatori, vt hinc ostenderetur nō solū pulchritudines, verum et magnitudines, & fortitudines corporum nō magnipendendas esse sapienti, q spiritalibus atque immortalibus lōge melioribus atque firmioribus, & bonorum proprijs, non bonorum malorumque communibus beatificatur bonis.

Hieron. li. de Tradi Heb. a *Octo.* In Paralipomenō tantum vij. dicuntur, sed Nathā prophetam filium Semma, B quasi filium educauerat, & nutrierat. Coram Samuele quoque vij. filij Isai dicuntur adducti, & octāuum esse in pascuis. inter quos adductus est Nathā, qui & Ionathan, de quo in extrema parte Samuelis dicitur, *Percussit autem eum Ionathas filius Semma fratris David.* Et notandum, quòd vbicunque propheta vocatur, Nathan scribitur, nō † Ionathā. C filium fratris Dauid. quidam suspicātur Nathā prophetam. sed falsum est, quia hic Ionathan dedit consilium Amnon, vt concumberet cum sorore sua, quod prophetam non decuit. Nathan quoque prophetam dicit Isido. de Gabaonitis fuisse.

D 2. Reg. 13 a. b *David.* Est octauus qui in regno eligitur, hic est Christus, Philip. 2. a. q *semetipsum exinaniuit formā ser. ac.* quia & per gloriam resurrectionis regnum in gentibus adeptus est.

c *Direxerat enim aciem Israel, sed Philisthum.* Pugna Philisthinorum contra Israel, pugna dæmonum contra ecclesiam accipi potest. Goliath verò superbiam diaboli significat: quā Dauid, idest, Christus singulari certamine prostrauit, & populum Deeripuit. Qui leonem & vrsum necauit, diabolum, scilicet, & Antichristū: alterum nunc latēter insidiantem, alterum postea manifestè sæuientem. Prouocauit superbia humilitatem, diabolus Christum. Accepit arma bellica Dauid quæ pro ætate & parua statura portare non potuit, & abiecit. Accepit quinque lapides de flumine, & posuit in vase pastorali,

a Conserta hamis & concatenata.

squamata induebatur. Porrò pondus loricæ eius quinque millia siclorum æris erat, & † ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius. Hastile autem † hastæ eius erat quasi liciatorium texentium. Ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri. Et armiger eius antecedebat eum. Stansque clamabat aduersus phalangas Israel, & dicebat eis, quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virum, & descendat ad † singulare certamen. Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui. Si autem ego præualuero, & percussero eū vos serui eritis, & seruietis nobis. Et aiebat Philisthęus, Ego † exprobraui agminibus Israel hodie. Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul & omnes Israelitæ sermones Philisthæi huiuscemodi, stupebant, & metuebant nimis. Dauid autem erat filius viri Ephratæi, de quo suprà dictū est, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios. Et erat vir in diebus Saul senex & † grandæuus inter viros. Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in prælium. Et nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellum, Heliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma. Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem, abijt Dauid, & reuersus est a Saul, vt pasceret gregem patris sui in Bethlehem. Procedebat verò Philisthæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus. Dixit aūt Isai ad Dauid filium suū: Accipe fratrib. tuis † ephi polentę & decē panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem † formellas casei, has deferes ad tribunum. Et fratres tuos visitabis † si rectè agant, † & cum quibus ordinati sunt, disce Saul autem, & illi, & omnes filij Israel in valle † Terebinthi pugnabant aduersum Philisthijm. Surrexit itaq; mane Dauid, & † commendauit gregem custodi, & onustus abijt sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locum Magala, & ad exercitum, qui egressus ad pugnā vociferatus erat in certamine, direxerat enim aciē Israel. Sed Phi-

Interlinear glosses: a De ferro. — a Agmina. — a Diabolus. Potestate cadens. — a Prosperitate. b Aduersitate. c Toto tempore præsentis vitæ, quo contra decalogum per quatuor elementa peccamus. — a Mensura est trium modiorum.

Marginal notes: † uel laminas æreas. † uel lanceæ. † probris affeci acies Israelis. † ueniens Hebr. † modium. † caseos lacteos hos. † pacificè uel cum salutatione Heb. † Ela. i. quercus. † reliquit. † Ionadab. † ad me. De quo supra dictum est. † & pignus eorū tolles. mos militum est, ut deficiente pecunia mutuò illam capiant dato pignore.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et oc. *In Heb. habetur,* Et vasaria frōtaria versus pedes eius, *quia de galea quæ erat ærea super verticē descēdebat qdā lamina operiens Nasum & tendens deorsum vsque ad collum versus pedes. sicut solebat fieri in antiquis galeis.* 2 Et cly. ęr. teg. hum. *Hebræi dicunt.* Et spiculū ęreū inter scapulas eius. *& dicitur hic spiculū secundū eos quædā lamina descendens a casside procedens in acutū inter scapulas, vt sic ptegeret collū & iūcturā armorū capitis & corporis.* 3 Et armi. *In Hebræo habetur.* Et portans peltam suam *vel* scutum ante eum, *sicut solet fieri pugilibus quādo vadunt ad cōgrediendum, sed quando debent actu congredi tunc traditur eis scutum. Ex hoc etiam patet, q prædictum est. s. quod illud, quod depēdebat a galea inter humeros, non erat proprie clypeus. secundo ponitur ipsius Goliath gloriatio, cū dicitur.* 4 Stans. *vt magis videretur.* 5 Clama. *vt a longe audiretur.* 6 Aduer. *i. agmina armatorum.*

7 Quare. *s. in tanto numero. q. d. cito potest finiri negotium per singulare certamen inter me, & vnum de vestris a vobis electum. & sequitur* 8 Et ai. *se iactando & exercitui Israel exprobrando. ideo subditur.* Ego. 9 Audiens. *propter altitudinem staturæ & robur armaturæ.* 10 Et me. *quia nullus audebat hoc duellum recipere.*

11 Dauid au. *hic cōsequenter describitur ipsius Dauid aduētus missi a patre. ideo dicitur.* Dauid au. *i. Bethlehemitæ, quia Bethlehē altero nomine vocatur Ephrata, vt habetur Ge. 60.* 12 De Bet. *hoc dicitur ad differentiam alterius Bethlehem quæ non est in tribu Iuda.*

13 Qui. *coputādo Ionathā, q erat filius adoptiuus, vt dictū est. c. prec.* 14 Senex, *quia iā erat emeritæ militiæ.* 15 Abiit. *quia nō habebat officium coram eo citharizandi, ideo ad officium pristinum reuersus est in domum patris sui.* 16 Pro. *Bis in die ad sui iactantiam & Israelis vituperationem.* 17 Et stabat qua. *exercitus enim Philisthinorū stabat in vno monte & exercitus Israel in mōte alio opposito. & vallis erat intermedia, & ideo quilibet exercitus sic diu stabat in loco suo. quia nec iste exercitus, nec ille audebat in vallem descendere ad procedendum cōtra aduersarios, quia exercitus stans in loco suo statim posset alium lapidibus obruere.*

18 Acci. f. ep. p. *In Hebræo habetur* ephi granatæ. *i. granorum tritici decoctorum. Ephi autem quædam mensura est, continens decies gomor. prout dictum fuit Exodi 16.*

19 Et dec. f. ca. *i. decem caseos paruos habentes formam paruam.*

20 Has de. *qui præerat millenario, in quo erāt filij sui ordinati, vt sic tribunus magis codescenderet eis, & præcaueret eorū periculo. Cætera patent vsq; ibi.* 21 Et ve. *Et secundum hoc Megala est nomen proprium. Hebræi dīt quòd est nomen cōe, & significat circulum, quia in situatione castrorū debet fieri fossatum in circuitu secundum qd docet Vegetius in lib. de re militari, quia quātumcunq; sit paruum, tn̄ castra intrà locata sunt magis secura contra repentinum hostium incursum. & ideò subditur.* 22 Et ve. ad c. *extra prædictum circulum, in* ✠ *quo*

MORALITER.

20 *Fra. tu.* & significatur Deus pater filiū suū mittēs in mūdum, vt saluetur per ipsum. Io. 3. Per hoc autem quod Dauid debellauit Goliath Gethæum, & per hoc. Philisthinorum exercitum sicut dicitur infrà.

A storali,his armatus vicit. Sic Christus tẽpore reuelationis noui te.insinuandę & commendandę gratia,deposuit corporalia sacramenta legis,quæ non sunt imposita gentib. q̃ in veteri lege legimus & non obseruamus,sed ad aliquã significationẽ pręmissa & posita intelligimus, hęc deposuit tãquam onera legis, & ipsam legẽ accepit. Quinque enim lapides,quinque libros Mosi significãt. Tulit quinque lapides de fluminc.i. de hoc seculo. Labitur enim mortale seculum. Erãt tãquam in flumine lapides ĩ primo populo illic vacabãt, & nihil proderant. Trãsibat supra fluuius. Sed Dauid accepit,gratiam vt lex esset vtilis q̃ sine gratia impleri nõ potest. *Plenitudo enim legis charitas est.* (Rom.13.c.) B Quia ergo legem gratia facit ĩpleri,significatur enim gratia lacte. hoc est enim ĩ carne gratuitũ vbi vero mater nõ q̃rit accipere,sed dare,gratis dat, & cõtristatur si desit qui accipiat, ostendit Dauid legẽ sine gratia operari non posse,cum illos quinque lapides, quibus significatur lex in 5. libris coniungere volens gratiæ, posuit in vase pastorali,quo lac solebat mulgeri. His armatus processit contra superbum. Tulit lapidem vnum,& deiecit vnum,in fronte percussit & cecidit, ex eo loco corporis vbi signum Christi non habuit. Quinque accepit, vnum misit. Quinque libri electi sunt,sed vnitas vincit. *Plenitudo* ergo *legis charitas*, vt ait Apostolus. *Sufferentes inuicem in dilectione, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* (Vbi supra. Eph.4.a.) Illo deiecto gladium abstulit, caput illi abscidit. Christus diabolum de suis membris occidit,quando crediderunt magi,quos ille in manu habebat. & de quibus alios trucidabat,conuertentes linguas suas contra diabolum,& sic Goliæ gladio suo caput absciditur.

✻ a *Derelinquens ergo Dauid vasa,&c.* Chrysostomus. (Homil.46. in Gen.) Dauid cum adhuc adolescẽs ob immaturam ætatem in paterna do C mo versaretur,quoniã tẽpus exposcebat, vt clarior eius uirtus fieret,admonitus a patre vt fratres suos inuiseret,missus est ad eos. Cũ uenisset,spectator volebat fieri nõ spectaculi, quo unus hõ Goliath aduersus tot milia se poneret. Verum D fratres eius non ferentes fortitudinẽ Spiritus, prouocati sũt in inuidiam,& dicunt ad eũ. Non alia de causa uenisti,quam ut bellum videres: Nõ uenisti nostri cã,vt nos inuiseres? At tu uide huius prudẽtiã & mansuetudinem. Nihil temerariũ aut asperum eis loquitur, sed reprimens eorum flammam, & demulcens inuidiam, Nunquit, inquit, uidistis me arma aripere, Aut adornari cæteris in acie, &c. Postea audiẽs hominis blasphemias, & arrogantiam, & uideret trepidationem eorũ qui cum Saul erãt, ait. Quid erit uiro, qui illius, caput execuerit? Et magnum animi robur his E uerbis ostendebat, omnes in admirationẽ adducens.

a listhiim ex aduerso fuerant præparati. Derelinquens ergo Dauid vasa, quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & † interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos. [1] (†salutauit fratres suos pacifice Heb.) Cumque adhuc ille loqueretur eis, † apparuit vir ille spurius ascen- [2] († ecce vir stãs inter duas acies ascendebat.)

a ¶Reuelatus transfiguratus vel,transmigrans.

dens, Goliath nomine Philisthæus de Geth, de castris Philisthinorum.

¶ Christus.

Et loquente eo hæc eadem verba, audiuit Dauid. Omnes autem Israe- [3] litæ cum vidissent virum, fugerunt a facie eius timentes eum valde,

¶ Sanctis videntibus Deum. ¶ In superbia.

& dixit vnusquispiam de Israel. Num vidisti virum hunc qui ascendit? Ad exprobrandum enim Israeli venit. Virum ergo qui percusse- [4] rit eum,ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. Et ait Dauid ad viros, qui [5] stabant secum, dicens. Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? Quis est enim hic Philisthęus in-

a Immundus. b ¶Sanctos Dei militantes.

circuncisus qui exprobauit aciem Dei viuentis? Referebat autem ei populus eundem sermonem, dicens. Hæc dabuntur viro qui percusserit eum. Quod cum audisset Eliab frater eius maior loquente eo [6] cum alijs, iratus est contra Dauid, & ait. Quare venisti, & quare de- b reliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quia vt videres prælium, descendisti. Et dixit [7]

a ¶Subaudis dignum increpatione.

c Dauid. Quid feci? Nunquid non † verbum est? Et declinauit paululum [8] [9] († idest,causa.)

✻ Athanas. (Homil. de semente.) Goliath immani corpore animo ferox, uisu terrebilis ad quadraginta dies conuiciabatur Israeli, in singulare certamen quemlibet prouocans,indutus vasto clypeo, hastamque gestans, ocreas horrendas,quem qui videbant, aufugiebant. ipseque adeo Saul in pauore erat.

✻ Iosephus. (l.6.antiq.c.11.) Cum Goliath denuo reuertens, & prouocans exprobraret,quod nullus inter eos vir esset, qui cõ eũ pugnare præsumeret,cum fratrib. loquens Dauid ea quæ mandauerat pater,& audiens illum blasphemantem fratrib. ait, paratum se esse cũ hoste pugnare. Cui senior interminatus est, pręsumptionẽ hẽre eum,dicens,& inexpertũ huius officij, iussit ad patrem & pascua remeare. Qui reueritus fratrẽ discessit,& apud alios milites est locutus, quod vellet cum Palæstino pugnare.

b *Noui superbiam tuam & nequitiam cordis tui,quia.* (Rabban.) Putabat in eo tumorẽ propter Samuelis vnctionẽ, quasi ex ea audaciã sumpsisset,& timebat ne si congrederetur cum Philistæo interficeretur. Vnde subdit, *vt videres prælium descendisti*.i.in hoc superbus appares, quod cum non hẽas consuetudinem præliandi,actus prelij quasi miles sciscitaris.

c *Nunquid non verbum.* (Rabban.) Quasi diceret,est,quia non est volũ- F tas

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *quo remanserunt sarcinæ,& aliqui eas custodientes, sequitur.*

1 Et interrogabat. *secundum mandatum patri sui.*

2 App. *In Hebræo habetur* intermedius, *& exponatur sicut supra.*

3 Omnes. *Non est intelligendum, quod totus exercitus fugeret, sed intelligendum est, quod nullus audebat egredi faciem ad obniandum illi, & pugnandum inter acies duorum exercituum, sequitur.*

4 Virum ergo. *hoc enim fecerat rex proclamari per exercitum antequam Dauid veniret.*

5 Et ait Da.ad ui. *Licet enim iam audisset Dauid, vt dictum est, tamen volebat a pluribus requirere ad maiorem certitudinem, nec quærebat ista Dauid cupiditate lucri, vel honoris principaliter, volebat enim pugnare cum eo propter gloriam Dei, vt videbitur, & propter liberationem populi, libertas autem a tributo, & alia regis promissa non alliciebant eum ad hoc, nisi tantum consequenter.*

6 Quod cum au.&c.ir. *quia timebat ne fatuitate iuuenili exponeret se periculo. Vel ut alij dicunt, quia credebat eum in superbiam erectum eo quod fuerat inunctus in regem præ fratribus suis, vt dictum est supra 16.cap.*

7 Et di.Da.quid fe. *quasi dicat, adhuc nihil repræhensibile attentaui.*

8 Nunquid non uerbum est? *quasi diceret non posui me ad pugnam, sed ad audiendum verba de statu exercitus ad referendum patri.*

9 Et de. *in quo apparet humilitas Dauid, quia reprehensionem fratris irrationabilem patienter portauit.*

A tas præliandi,ſed vt ſcirem quod neſciebam. Audaciam tñ ex eo ſumpſerat,qđ ſpiritum ſanctum acceperat, expertus auxiliũ Dei in leone & vrſo,& iõ audacter ſe obtulit ad ſingulare certamen,non tam victoriȩ cupidus,quã vltor blaſphemiarum Dei,& iniuriarum populi.

Nihil differt a beſtia qui viuit in impietate, & qui nudatus eſt a diuino auxilio.Ego autem confido in illius auxilio. D

✻ Chryſ.Nõ Dauidẽ immanitas hoſtis exterruit,non armorũ enormitas fregit,aut ſupbia verborũ imminuit,ſed fortiorẽ cunctis virtus diuina cõſtituit.Noli,inqt ad Saulẽ,noli rex formidare, noli ei immania verba, aut armaturã pertimeſcere. Qđ minat leue eſt, qđ loquit, facile, q̃ oſtẽtat, mortale. Ego ꝯ illum e-xcã, ego pugnam ꝯ eũ inſtituã, & iactãtiã, iſaniamq; Deo mitigãte ꝯſternã. Nã cũ paſcebã gregẽ, ouẽ a leone & vrſo arreptã, beluis iteremptis, pdã excuſſi, & beſtias iterfeci. Hoc exẽplo, ẽt iſtã immanẽ belluã ꝑ uocẽ bello,pugna cõgrediar, Dei po- pu- E F

Tom. 1. ho. de Dauid & Goliath.

Quæſt.40.

a *Ego ſeruus, tuus uadam, & pugnabo,&c.*

✻ Theodor. Erat adoleſcens, quatuordecim aut quindecim annorum. Neceſſe ergo habuit dicere ſe omni reliquo tempore de victoria fiduciã concepiſſe, quomodo cum gregẽ paſceret, ſuffocauit leonem, & vrſum eum inuadentes. Et erit, inquit, alienigena iſte incircunciſus, ſicut vnus ex iſtis. Ni- B C

ab eo ad alium,dixitque eundem ſermonem. Et reſpondit ei populus verbum ſicut prius. ¹Audita ſunt autem verba quæ locutus eſt Dauid,& annunciata in conſpectu Saul. Ad quem cum fuiſſet adductus,locutus eſt ei: Non concidat cor cuiuſquam † in eo. ²Ego ᵃſeruus tuus vadam & pugnabo aduerſus Philiſthȩum. Et ait Saul ad Dauid: Nõ vales reſiſtere Philiſthæo iſti,nec pugnare aduerſus eum,quia puer es: hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua. ³Dixitque Dauid ad Saul:Paſcebat ſeruus tuus gregem patris ſui,& veniebat leᵃo vel vrſus,& tollebat arieᵇtem de medio grecgis & perſequebarᵈ † eos,& percutiebam,eruebamq; de ore † eorum, Et † illi conſurgebãt aduerſum me,& apprehendebam † mẽtum eorum,& ſuffocabam,interficiebamque eos Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus. ⁴Erit igitur & Philiſthæus hic in-

a ¶ Diabolus. b ¶ Antichriſtus. c ¶ Quemlibet prælatum d ¶ Dominici.

† vel propter eum, ſub Goliath.

† eius. † ille conſurgebat.

† eum. † barbam eius & percutiebam eum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Audita. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Dauid conflictus. Ad maiorem tamen ſequentium intelligentiam hic quæritur, Vtrum duellum ſit licitum,& videtur quod ſic per factum ipſius Dauid,qui ad duellum voluntarie iuit.vt patet in textu,nec ex hoc reprehenditur in ſcriptura,ſed magis commendatur.ergo &c.Contra,quia in duello datur poteſtas vel ſaltem cõceditur licentia vtrique interficiendi ſe mutuo. cum igitur alter illorum ſit innocens,præſtatur autoritas,vel ſaltem datur licentia interficiendi innocentem.quod ſimpliciter eſt illicitum, quia cõtra dictum iuris naturalis,& cõtra diuinum præceptum.ergo,&c.Reſponſio,duellum poteſt accipi dupliciter.Vno modo proprie,& ſic duellũ eſt ſingularis pugna duorum,vt per victoriam vnius appareat eius iuſtitia tanquam per diuinum iudicium,& alterius iniuſtitia, & ſic ſecundum omnes doctores duellum eſt illicitum,tam ex parte appellantis quã etiam recipientis,& etiam iudicantis & conſulentium & fauorẽ præſtantium,quia ibi eſt manifeſte tentatio diuina,& hoc modo videntur loqui de duello iura ipſum prohibentia.2.quæſtio.1.monomachiam,& extra de pur.vulg. cura ſuſcepti. Niſi per reuelationem diuinam manifeſtum fuerit quod Deus velit ſic iudicare ſuam iuſtitiam.Et hoc modo dicũt ſancti & doctores catholici, Dauid ſingulare certamen iniyt cum Golia,quia ſibi reuelatum fuit a Domino quod ſic volebat iudicare ſuam iuſtitiam contra Philiſthȩos. vnde procedens contra Philiſthæum dixit,* Ego venio cõtra te in nomine Dei uiuentis,&c. *& ſic nõ fuit proprie duellator,ſed magis diuinæ iuſtitiæ executor. Alio modo poteſt accipi duellum large, prout eſt bellum ſingulare vnius cum vno abſque expectatione diuini iudicij,ſed vt per virtutem, artem, vel fortuna, vel omnibus iſtis vel aliquibus eorum concurrentibus aliqua controuerſia inter eos criminalis vel ciuilis terminetur. Et ſic adhuc dicunt aliqui quod duellum eſt omnino illicitum,non ſolum a parte appellantis & iudicantis,ſed etiam recipientis,ita quod magis debet ſuſtinere rerum ſuarum ſpoliationem,& ſuæ perſonæ ſuſpenſionem, & mortẽ quam duellum recipere,etiam dato quod ſe ſentiat innocentem. Cuius ratio,eſt, qa intentio ſic intrantis duellum eſt interficere aduerſarium ſuũ, quod nulli perſonæ priuatæ licitum eſt, quia eſt contra præceptum diuinũ. Et ad hoc inducunt verbum beati Aug.libr. de libero arbitrio, dicentis ſic, Quomodo poſſum arbitrari iſtos carere libidine, qui pro his quoque rebus gladiantur quas poſſunt amittere inuiti? et inter iſtas res ſecundum ipſum ponitur vita propria,vt ibidem præmittitur, ergo, &c.Sed iſta ſententia videtur alijs nimis dura.ptopter quod dicunt, quod ſi appellatus de duello non poſſit declinare,vt pote quia denegantur ſibi probationes aliæ,& ſi appellet non defertur appellationi ſuæ,poteſt licite ſe defendere duellando,& non ſolum in cauſa criminali pro vita ſua defendenda,ſed etiam in cauſa ciuili. Quia ſicut licitum eſt alicui bellare ad ſui corporis defenſionem, ita etiam ad rerum ſuarum conſeruationem. Nec valet vt videtur,quod alij arguunt, quod intendere aliũ occidere eſt contra dictamen naturæ.Dicendum quod hoc verum eſt, ſi per ſe intendatur ſed in hoc caſu non intenditur niſi per accidens, ſi non poſſit aliter vitam ſuam, vel res ſuas ſeruare, ad quorum conſeruationem per ſe dirigitur intentio ſua, quod patet ex hoc, quod declinat duellum quantum poteſt, & ad conſeruationem vitæ propriæ, & rerum ſuarum magis inclinat natura,propter quod argumentum quantum ad hoc videtur magis ad oppoſitum. Quod autem additur, hoc eſſe contra præceptum diuinum.Dicendum quod præceptum diuinum quod eſt,* Non occides, *intelligitur* de *occiſione innocentis. Appellans autem in hoc caſu non eſt innocens,nec per conſequens iſte ſe defendens de mandato & voluntate iudicis non videtur peccare, maxime pro ſuæ vitæ tuitione. Ad dictum vero Auguſt. poteſt dici, quod loquitur inquiſitiue & dubitatiue,& non determinatiue. Dicunt tamen iſti,quod licet appellatus in duello in hoc caſu excuſetur a peccato,appellans tamen & iudex autoritatem vel licentiam præſtans ſemper peccant mortaliter.Sed quia multi principes ſanctæ vitæ,& qui bonorum conſilio vtebantur,aliquando duella ſuſtinuerunt ſeu conceſſerunt vt beatus Ludouicus rex Franciæ, Carolus magnus,& plures alij, & Archiepiſcopi & Epiſcopi iuſtitiam temporalem habentes, videtur durum duella condemnare in omni caſu ex parte iudicum. Ideo abſque aſſertione aliqua,& per modum collationis poteſt dici, quod in aliquo caſu a iudicibus poſſunt permitti, vt pote quando aliqui nobiles habent inter ſe bellum quod poſſunt mouere ex longa conſuetudine,quamuis ſuperiorem habeant,vt patet in pluribus terris,& regnis,& ex hoc vnus vaſtat terram alterius ferro & igne,in quo ſubditi qui ſunt innocentes in rebus & corporibus multipliciter affliguntur, & aliquando contingit quod vnus coram ſuperiori principe prouocat alium ad duellum & alius ſtatim recipit abſque ulla recuſatione.Si iudex in tali caſu probabiliter videat,quod prædicta vaſtatio ſubditorum innocentum per duellum iſtud debeat terminari, non videtur peccare tale duellum permittendo.Quia ei qui habet curam alicuius communitatis,licitum eſt minora mala permittere ad euitandum maiora. Sicut licite permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbentur libidinibus, vt etiam dicit Auguſt.ſic autem videtur eſſe in propoſito, vt patet ex prædictis. Et eadem ratione videtur eſſe de ignobilibus bellum adinuicem mouere non potentibus in aliquo caſu, vt ſic per hoc,quod nullus poſſet alium prouocare ad duellum, multiplicarentur homicidia occulta in terra,eo quod homicidæ tales non timerent ad duellum ab aliquo prouocari.In tali caſu non videtur illicitum principi aliqua duella permittere,vt prædicta homicidia ceſſent, quæ ſunt maiora mala. Huic autem dicto videtur concordare dictum S.Tho.de Aquino in ſua ſumma vbi dicit,quod quando in duello non expectatur aliquis euentus miraculoſus,ſicut eſt in propoſito,vt patet ex ſupra dictis,tunc tale duellum appropinquat ad communem rationem, fortium:fortibus autem licitum eſt vti in pluribus caſibus,vt ipſe ibidem dicit.Ad primum argumentum de Dauid patet ſolutio ex prædictis. Ad argumentum alterius oppoſitæ partis poteſt dici,quod non datur licentia occidendi innocentem in caſibus prædictis, quia nullus duellantium prædicto modo eſt immunis a culpa,eo quod voluntarie ponunt ſe ad hoc prætermiſſis alijs vijs ſecundum ordinem iuris. His dictis ad expoſitionem literæ reuertamur.* Audita ſunt &c. *Hic deſcribitur ipſius Dauid conflictus,& primo bellum ab eo petitur,cum dicitur.*

Duelli acceptio duplex.

Duellum licere ex parte iudicum.

2 Ego ſeruus tuus va. *Conſtanter.n.ſe obtulit propter reuelationẽ Dei ſibi factã,vt prædictũ eſt.Sed quia Saul nolebat ei cõcedere, eo qđ timebat ne vinceretur,quia adhuc erat iuuenis in ȩtate,nec videbatur ad robur viri perueniſſe,ideo Dauid bellũ deſiderans declarat ſuã fortitudinẽ & audaciã,dicens.* 3 Paſcebat ſeruus. *Nec dicebat hoc Dauid ad iactãtiã,ſed ad Dei gloriã cui hoc principaliter attribuebat, de quo etiã adiutorio contra Philiſthȩũ iſtum confidebat. Iõ ſubditur.* 4 Erit igitur Philiſthȩus hic,&c. *Quod autem vtrumque Dauid attribuerat Deo principaliter,patet ex hoc quod ſubditur.*

1 Domi-

A pulum de eius manu eripiam, & vt nocentissimam belluam Dei virtute percutiam. Pugna ista Dei est, bellum quod geritur, cœleste atque diuinum. Nihil isthic humanum inuenies, nihil qđ hominis virt⁹ cōficiat, aut potentia bellatoris exerceat. Adest Dominus, adest, inq̃, q. me in prælíū cogit procedere. Adest q. me bellum desiderat gerere, & hostem im manissimum iugulare.

✠ Idem. Coactus fuit vir diuinus hæc narrare, nolens vanam hinc gloriam aucupari, sed vt illi animos adderet, et ne spectaret rex ad vilitatem eius, sed ad fidem quæ intrinsecus latebat, supernumq; auxiliū, quo adolescens inermis, viris armatis, & pastor, militibus fortior erat.

Nunc vadam & auferam opprobrium populi, quoniam q's est iste Philisthæus incircuncisus, hæc ne in veterib. quidem exemplaribus legūtur.

Hom. 46. in Gen.

† cœpit (vel voluit) ire, non enim antea tentaue rat, siue periculum fecerat.

circuncisus quasi vnus ex eis. Nunc vadam & auferam opprobrium populi, quoniam quis est iste Philisthæus incircuncisus, qui † ausus est maledicere exercitui Dei viuentis? Et ait Dauid. Dominus qui eripuit 1 me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad † Dauid, Vade, & Dominus tecum sit. 2 Et induit a Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream su- 3 per caput eius &, vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, † cœpit tentare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem. Dixitque Dauid ad Saul, Non possum sic incedere, quia non † vsum habeo. Et deposuit ea. Et tulit baculum 4 suum, quem semper habebat in manibus. Et elegit sibi quinque † limpi- 5 dissimos lapides de Torrēte, & misit eos in perā pastoralem quam hēbat 6 b secum, & fundā manu tulit, & processit aduersum Philisthęū. Ibat autem 7

a ¶ Potestate.
a ¶ Legis sacramenta tanquam onerantia.
a ¶ Legem Moysi in quinque libris scriptam.
a ¶ Adiunxit.s. gratiæ, quæ per lac significatur, quod in vase pastorali mulgetur.

L. 50. homil. ho. 31.

✠ Aug. Intellexit Saul cum videret audentem puerum, aliquid in eo diuinitatis esse, nec illum tenera ætate, sine diuino instinctu talia posse præsumere.

a ✠ *Induit Saul Dauid vestimentis suis, &c.*

✠ August. Armatus est Dauid, ut quoniam etate, & viribus impar erat, quasi armis par esset: sed arma uetera potius onerabant, quam adiuuabant. Abiecit, onera esse dixit, fortis nō in se, sed in Domino, armatus non tā ferro, quam fide.

Homil. 46. in Gen.

✠ Chrysost. Hoc factum est, ut uirtus Dei aperte monstraretur, & non armis quę fiebant, mira ascriberentur. Nam deposuit arma, & accepta pera pastorali & silicibus, contra catneam illam turrim egressus est.

✠ Idem. Tam ista arma ut puer gestare non potuit, quam Goliath, his non metuit interire. Noua, & inopinati generis arma Dauid conquirit: quinque lapides eligit: fundam sumit, situlam pastoralem corripuit, contra Goliath exiuit.

B ✠ Bernardus. Audiuimus Goliam virum procerę staturę, presumentem super multa fortitudine, & magnitudine corporis sui, uociferantem aduersus phalangas Israel, & prouocantem eas ad singulare certamen. Audiuimus etiā a Deo suscitatum spiritū pueri iunioris, ut indignē ferret uirū spuriū & incircuncisū castris Israel, & Dei uiuentis exprobrātē agminibus. Spectauimus procedentē adolescentulū in funda & lapide aduersus monstruosę magnitudinis hominē loricatum, & clypeo protectū ac galea, ceterisque terribilem militaribus armis. Laudauimus magnitudinē paruuli, quod comederet animā eius zelus domus Dei, & opprobria exprobrantiū ei a se nō duceret aliena: sed tanquā ad propriā moueret iniuriam, & doleret super contritione Ioseph, &c.

Serm. de Dauid, Goliath & quinque Lapid.

Quæst. 40.

b *Ibat autem.* ✠ Theodoretus. Cū ea fide profectus Dauid, spe non fuit frustratus: sed cum esset nudus, uicit armatum, et qui pascebat oues, eum qui erat exercitatus in bellis et trophęis: & qui erat paruus et iuuenis, eum qui de tanta se iactabat magnitudine. Vidit eum Goliath, & cū nihili fecit, quoniam esset puer, & ipse rufus cum pulchritudine oculorum, Imitabantur.n. animi oculos oculi corporis. Illi enim acutū cernebant, & contēplabantur eum, qui nō cadit sub aspectū.

C ✠ Chrysost. Goliath videns cum pastorali pera contra se contendentem, & lapides solum afferentem, in hunc ferme modum ad eum dicebat. Putasti te adhuc apud oues esse, & canes quosdam persequi, & ita aduersum me, quasi ꝑ canem impugnam venisti? Statim experientia disces non tibi cum homine vulgari bellum esse.

Hom. 46. in Gen.

D

Ho. de Dauid & Goliath.

✠ Idem. Irrisit ætatem, irrisit arma, irrisit & puerum. Irrisit inquam etatē, sed non intellexit i Dauid esse Dei virtutē. Irrisit & puerū, nec tamē sciuit dimicare i pue ro Dominū. Lapides & fundā irrisit, sed vno se lapide moriturū nesciuit.

† probris afficit acies.

† Dauidem

† periculum fecit.

† leues.

✠ Idē. Visus magno verborum fastu, tumultuabatur, armaturamque suā omnem mouebat, ac arma exercebat. Et ipse quidē armorū virtute fidens, pugnam iniuit: Dauid, autem fide, superno que, præsidio munitus. Et dixit ad eum. Tu venis ad me fidēs in gladio, ego in Deo. Tu terrenis dimicas, ego cęlestibus pugno. Tu in lancea, ego in fide. Tu in clypeo, ego in prece. Tu venis ad me in armorū virtute, ego in potentissimo genitore. Denique in te tua arma vertentur, in te tuus gladius exercetur. Dei enim est hæc pugna, Dei erit & ipsa victoria. Interea inter vtrumque ducem, vterque pendet, exercitus stupet metu, formidine tremit, vicinitatem mortis horrescit. Procedunt adinuicem cōtra semet ipsos pugnaturi duces, & excitati in sese iam quærunt dilatum bellum conficere, iam desiderant alternam victoriam perpetrare. Sed Dauid propere lapidem de situla rapit, fundę apponit, & contorto vertice in Goliath excussit. Qui lapis per inane volans, verberat auras, aerem scindit, & violento impetu Goliæ frontem inuadit. Qui nutabundus ac tremens, totam molem corporis cum armorum potentia secum ipse deiecit. Dehinc festinans accurrit, hostis gladium sumit, caput eius abscidit, & de tā immani bellua victoriam perpetrauit. Quem cum extinctum socij vidissent, in fugam versi, & Israelitarum sunt cęde mactati. Quibus ego te laudibus, quibus glorijs præferam sancte ac religiose puer, qui innocentia pares, virtute fortes, senes merito pręuenisti? Tu hac pugna monstrasti, nec pueros posse esse imbelles, nec a gloria maiores immunes, nec senes vnquam esse degeneres, quoniam in omnib. ætatibus victor si pugnauerit Deus, victus iacebit, & deficiēs inimicus, &c.

E

✠ Athanasius. Prostratus est ergo immanis ille Goliath a paruulo, peritus ab imperito & simplici. Sumēs deinde gladium illius, caput ipsi præcidit, quod deportatum est in Hierusalem, gladius autem in custodiam datus est Abimelech sacerdoti.

Hom. de semente.

L. 6. antiq. c. 11.

F ✠ Iosephus, Palæstinus armorum pondere grauatus, cum currere non valeret, paulatim uenit ad Dauid, contemnens eū, & se confidens nudū adhuc simplici ætate puerulū sine labore perimere. Occurrit ei iuuenis cū Deo auxiliatore suo, qui ab hoste nō videbatur, & sumens, emittensq; de fundibula petrā percussit eum in frōte, & vsq; ad cerebrū penetrāuit, ita ut mox cōfracto capite, Goliath caderet pronus in terram,

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Dominus qui eripuit me de manu.* i. de potestate eius. Secundo bellum ipsi Dauid conceditur, cum dicitur.

2 *Dixit autem.* Ex hoc dicunt aliq. qđ reuelatū fuit Sauli qđ Dauid uinceret Philisthęum. Fiunt.n. aliquando reuelationes diuinæ etiam malis hominibus ꝑp commune bonum.

3 *Et induit.* Non est intelligendum, quod arma Saulis facta pro suo corpore tradita fuerint Dauid, quia ab humero & supra ęminebat super totum populum, ut dictum est supra 10. capitulo. Illa.n. arma omnino fuissent improportionata ipsi Dauid. Et si dicatur quod propter hoc ea dimisit postea, nō est uerum quia in dimittendo non allegauit armorum improportionem, sed inconsuetudinem portandi, ut patet infra. Arma igitur Saul quibus Dauid fuit indutus intelliguntur, quia erant de armamentario suo, & dedit ea Dauid, quia tunc eum militem fecit. Tertio Dauid cum Philisthæo congreditur, qui congressus describitur, cum dicitur.

4 *Et tu. ba, suum.* i. consuetudinarie.

5 *Et elegit si. quin. lim. la.* i. duros & planos, & retundos sine angulis, quia tales magis directe proiciunt, & maiore impetu.

6 *Et proces. &c.* constanter & intrepide de Dei auxilio confidens.

7 *Ibat au.* s. plane, propter pondus enim armorum non poterat currere sicut Dauid.

terram, &c. Saul & exercitus Hebræorũ clamore facto super fugientes Philisthæos, exilierũt, & mortui quidẽ sunt ex illis triginta milia, & totidem vulnerati. Caput Goliath Dauid in tabernaculũ proprium deportauit, & hastam dicauit Deo.

✠ August. Quia omnis superbia habet impudentiam frontis, in frõte Goliath lapide veniẽte deiectus est. Euacuata est frõs quę habebat impudẽtiam superbię, & vicit frons quæ hẽbat humilitatem crucis Christi. Propterea & nos signum ipsum crucis in fronte portamus, quia illud intelligimus.

✠ Idem. Videte fratres, vbi crucis signaculum non habebat. Sicut enim baculus crucis typum habuit, ita etiam & lapis ille de quo percussus est, Christum figurabat. Qđ non in alio membro, sed ĩ fronte pcussus est: hoc significat, quod modo in nostris compe tentibus exercetur, qui quãdo catechumenus in fronte signatur, spiritalis Goliath percutitur, & diabolus effugatur.

✠ Idem. crucifixus noster crucem nobis in memoriam suæ passionis reliquit. Hoc signum præsidium est amicis, obstaculum inimicis. Huius mysterio rudes catechisantur, fõs regenerationis cõsecratur, baptizati dona gratiarũ accipiũt, basilicę dedicãtur, altaria consecrantur, altaris sacramenta cũ interpositione dominicorum verborum conficiuntur, sacerdotes & leuitæ promouẽtur, & omnia ecclesiastica sacramẽta in huius virtute perficiuntur.

✠ Theodoretus. Cum nondum habitasset Hierusalem, quomodo in eam intulit caput alienigenę? Iebusęi quidẽ adhuc illam habitabant, eis autem volens ostendere, in ea intulit caput viri insignis fortitudine.

Ibat au. Allegori. Philisthæi dęmones. Goliath caput eorum qui ante aduentum viri Dauid superari non potuit. Geth ciuitas Golię interpretat, torcular. hic est mũdus vel infernus in quo velut in torculari obnoxios peccatis cõculcabit, q relicta

Ser. 198. de temp. — † quem probris affecisti die hac. — Serm. 19. de sanctis. — Rabbanus, Allegorice.

Philisthæus incedens & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum. Cumque inspexisset Philisthæus & vidisset Dauid, de- (a ¶ P[illegible]sione. b. Speciosus forma præ filiis hominum.) spexit eum. Erat autem adolescens rufus & pulcher aspectu. Et dixit [1] Philisthæus ad Dauid. [2] Nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid in dijs suis. Dixitque ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestijs terræ. Dixit autem Dauid ad Philisthæum. [3] Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, [4] ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, † quibus exprobrasti hodie. [5] Et dabit te (¶ Potestate.) Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum a te, (a ¶ Quæ iuxta viam comedunt semenem.) & dabo cadauera castrorum Philisthiim hodie volatilibus cœli, & (a ¶ De quibus, Ne tradas bestiis anima confitentium tibi.) bestiis terræ, vt sciat omnis terra, quia est Deus † in Israel, & nouerit vniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus. Ipsius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. Cum ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, [6] festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi, (¶ Vanitas vincit.) Et misit manum suam in peram. [7] Tulitque vnum lapidem, & funda (a ¶ Vbi signum Christi non habuit.) iecit, & percussit Philisthæum in fronte. [8] Et infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. [9] † Præualuitque Dauid aduersum Philisthæum in funda & lapide, percussumque Philisthæum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & (a ¶ Diabolum. b ¶ Eos. s. quos diabolus in manu habebat, per quos alios trucidabat.) a stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina [10]

licta quiete superna tanquã septenario, in hunc mundũ sex dieb. factum lapsus est. Altitudo Goliæ diaboli superbia, per quam super filios superbię principatũ obtinuit, quasi palma se extollens. Arma Golię diaboli ad nocendum versutię. Dauid a patre ad visitandum fratres missus est, & Chrs a patre Deo *ad oues quę perierunt, Domus Israel.* Dauid ephi polentæ. i. triũ modiorũ mensurã, fratribus detulit, & Christus mysterium sanctę Trinitatis credentibus commendauit. Dauid decem formellas casei tribuno detulit, & Christus decalogũ Iudæis tradidit. Eliab Deus meus pater. Iudæi se Deũ patrẽ habere mentientes, qui Christũ ęmulati primogenita pdiderunt. Baculus Dauid, crux Christi. Golias in fronte percussus ruit, & subditur ipsi Dauid, & diabolus in fronte suorum feritur, cum signũ crucis eo in loco infigitur, & subiicit in mẽbris Christo. Dauid gladiũ Goliæ in Ierusalẽ detulit, & Christ⁹ quoq, de diaboli potestate rapuit & ad defensionẽ ecclesiæ in eã transtulit. Saul de domo Dauid & de eo quasi ignoto requirit, cũ iã dudũ Dauid ei adsisteret, & Iudęi Chrm vẽturũ nouerant, & quẽ in potẽtia corporali p virtutes filium Dei approbare poterãt, tanq̃ ignorãtes dicunt, tu quis es, & vbi est pater tuus? Morali. Mẽbra veri Dauid cũ supbientes hereticos & sacrę scripturæ sentẽtias deferentes eisdẽ suis quas proferunt vincunt, quasi elatum Goliam gladio suo detruncant.

a *Et tu.* Greg. Vir quoque catholicus colligit testimonium scripturę, quę affert hereticus, & erroris eius pertinaciã inde cõuincit. Vnde & Dauid typũ Dñi, qui. s. fortis manu interpretat, Golias vero reuelatus siue trãsmigrãs, hæreticorũ superbiã signans, hoc reb. locuti sunt quod nos verbis aperimus. Golias vero cũ gladio, Dauid cũ pera pastorali venit ad p̃liũ, sed Dauid Goliã suo occidit gladio. Nos quoq; q sumus mẽbra veri Dauid, hereticos suis sentẽtijs vincim⁹

a Caput

Matth. 15. c. — † Israeli. — 1. Mac. 4. d. 2. q. 4. c. monomachiam. — † Ecc. 47. a. — Rabbanus. — Grego. lib. 18. mor. cap. 11.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Despexit eum,* reputans eum nullius momenti ad pugnandum secum.

2 *Nunquid.* q. d. canis qui est inermis potest timere baculũ, non ego. Cętera patent vsque ibi.

3 *Tu ve. ad me.* i. confidens de armis & uirtute tua.

4 *Ego autem ve. in no. do.* confidens de uirtute diuina.

5 *Et da.* ex hoc patet quod super hoc diuinam reuelationem habuerat, quia futurũ contingens certitudinaliter prę nuntiat.

6 *Festina.* proijcere lapidem antequam Philisthæus esset sibi nimis propinquus, quia talis ictus fortior est aliquantulum a longe.

7 *Tulitque.* Matth. 4. dicit quędam glossa, quod Christus uicit diabolum tribus tentationibus sicut Dauid Goliath tribus lapidibus. Sed illa glossa non est multũ autentica, quia non dicitur ibi cuius sit, & ideo uidetur esse quædam glos. magistralis, propter quod magis est adhærendum textui sacrę scripturæ, qui uidetur hic innuere, quod Dauid uno tantum lapide Philisthæum vicit.

8 *Et infi.* Dicunt aliqui quod ferrum galeæ cessit lapidi miraculose. Vel potest dici absque tali miraculo, quod galea sic erat facta, quod facies erat discooperta illa parte qua operiebatur lamina ferrea descendente super nasum, vt dictum est supra.

9 *Præualuitque.* Hic consequenter describitur ipsius Dauid triumphus, & patet litera vsque ibi.

10 *Et edu.* Philisthæus enim adhuc eum non extraxerat, quia prius cum hasta pugnare volebat, sicut faciunt milites in duellis prius inuadendo se cum lanceis.

Videntes

a ¶ Proprio gladio.

a sua, & interfecit eum, præciditque caput eius. Videntes autem Philisthijm, quod mortuus esset † fortissimus eorum, fugerunt. Et consurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos vsque dum veniret in vallem, & vsque ad portas Accaron. Cecideruntque vulnerati de Philisthiim in via Saraim, & vsq; ad Geth, & vsque ad Accaron. Et reuertentes filij Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos † inuaserunt castra eorum. Assumens autem Dauid caput Philisthæi attulit illud in Ierusalem. Arma vero eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo viderat Saul † Dauid egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ, de qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitque Abner. Viuit anima tua rex, si noui. Et ait rex. Interroga † tu cuius filius sit iste puer. Cumque regressus esset Dauid, percusso Philisthæo, tulit eum Abner & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu sua. Et ait ad eum Saul, † De qua progenie es ò adolescens? Dixitque Dauid. Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

¶ Anticipatio est, hoc enim postea fecit.

a ¶ Vnde postea ab Abimelech sacerdote accepit.

a ¶ Domini. superflue additum est suo, quia arma non in suo sed domini posuit tabernaculo.

A a *Caput*. Dauid caput Philisthæi tulit in Ierusalē, vt terreret eos murorū firmitate & altitudine insuperabiles se esse fidentes, vt non discrederent se ab illo vincendos esse.

B b *De qua*. August. Quòd Saul & Abner ignorant Dauid apud eos diutius commoratum: fecit barba quæ adolescenti creuerat dum absens fuerat.

C c *Viuit*. Huic simile est illud: *Benedixit Naboth Deo & regi. Q. d. non viuat anima tua rex, si noui* D vel videam mortem tuam si noui. Si quoque coniunctio aliquando pro nō ponitur secundum illud: *Si introibunt in requiem meam*, i. non introibunt. vnde patet sic E exponi: *Si noui*, id est, nō noui.

✠ Theod. Quomodò Saul ignorauit Dauid? Duorum alterū est intelligēdū. Vel quod furore percitus non sentiebat eū pulsantem citharā, vel qđ inuidia eū mouit, vt nō sciret vñ nā eēt. F

† fortis

† diripuerūt.

† Dauidem.

3. Reg. 21. c. Rabbanus.

† filius cuius es puer.

Psal. 94.

Quęst. 42. c. filius uiri fortis & potētis.

† id est, an sis † filius cuius est iste puer.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Videntes*. diuino miraculo.
2 *Fugerunt*. territi diuino iudicio. cætera patent vsque ibi.
3 *Assumens an*. non tunc sed postea ad terrēdum Iebusæos, ibi habitantes in fortalitij fortitudine confidentes.
4 *Arma verò eius posuit in ta*. scilicet domini, quod patet ex hoc quod dicitur infra 21. quod gladius Goliath erat inuolutus post Ephod in templo domini.
5 *De qua*. Licet autem Dauid fuisset cū Saul, vt patet ex prędictis c. 16. tñ nunc nō cognoscebat, quia sicut dicit Aug. interim barba creuerat adolescēti quę notabiliter mutat aspectum faciei. Pōt ēt dici, q Saul ex dæmonis afflictione hēbat memoriā, & phantasiā pturbatā & impeditā a cognitione.
6 *Dixitq;* modus est iurādi & est sensus: Sicut uerū est, q ego desidero uitā tuā: sic uerum est q ego nō noui, & accipitur hic si, pro non. Nec mirū si Abner non cognoscebat Dauid: qa erat princeps militis, & sic erat occupatus ꝯ aduersarios in extremitatib. regni rege in domo manente, & Dauid adhuc cū Saule parū fuerat, ita q forsitan Abner eū ibidē non uiderat. 7 *Et ait*. Fecerat enim proclamari quòd filiam suam daret ei qui Philistæum percuteret, ut dictum est supra: & ideo uolebat scire si esset de bono genere, ita quòd filia sua esset illi competenter assignata.

MORALITER.

† 1 *Viden*. significatur q Christus debellauit principē dæmonū & eius exercitum. Per baculū aūt & quinq; lapides quib. Dauid Goliath debellauit significatur crux sancta, & quinq; vulnera per quæ Christus de diabolo & angelis eius triūphauit. Per hoc aūt q Dauid gladio Goliæ caput eius amputauit, significatur q sicut diabolus per lignū deuicerat genus humanum in homine primo. sic per lignū deuictus est ab homine Christo. *Moral*. per Dauid inūctum a Samuele significatur quilibet Christianus bonus a Christo inunctus vnctione gratiæ, propter quod timere non debet ptātem & arma Sathanæ, sed constanter ipsum aggredi cū baculo sanctę crucis ipsum per fidem interius portando, & exterius in signo. *Et quin. la*. idest, exercitio quinq; sensuum in bonis & sanctis operibus. 1. Pe. 4. a. *Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini*: & sic diabolus deuictus cum exercitu suo fugit confusus. Iac. 4. b. *Resistite diabolo, & fugiet a vobis*.

ADDITIO.

In cap. 17. vbi dicitur in Postill. ad maiorem sequentiū intelligentiam: hic quæritur vtrum duellum sit licitum, &c.

Licet causa collationis & absq; assertione multa falsa possint dici, in sacra tñ scriptura vel in eius expositione nō vñr falsa aliquo modo persuadenda: posset. n. inde sequi error in opere vel in mēte. Vñ in proposito circa qōnem motam per postillatorē cum assertione vera: dicēdū qđ duellum ex parte iudicum semp est illicitū, ēt in casib. positis a Postill. Qđ patet ex hoc, nā autoritates textuales decretorū & canonum per postillatorē allegatæ, indistinctè loquuntur. nōn excusantes in aliquo casu in duellis iudicem a pctō neq; duellantes, saltem quo ad vtramq; partē duelli. In illo enim cap. Monomachia. i. p ipsum postillatorē allegato expresse hr̃ sic: Hęc & huiuscemodi sectantes Deū solūmodo tentare vñr, q̄ quidem verba indistinctè loquunt. Vbi attendendū est, q nō dicit, oēs hæc sectantes tentant Deum, sed vñr tentare, vt intelligatur q posito casu q aliquis ex his sectātib. intēdat alium finem forte rectum: quia tñ apparentia est mala, cauendum est. Nā ſm Apost. 2. Thes. 5. ca. etiā ab hūte spēm mali abstinendum est. Idem modus dicendi in ca. dilecti. de purg. vul. vbi in sili materia sic hmōi iudicium penitus est interdictū. vtpote in quo Deus tentari vr̃. & in ca. suscepti regiminis ti. prædicto tractans spāliter de duello expresse dr̃, q in eo casu vel alijs hoc non dēat aliquatenus tolerari. In quo hr̃ manifeste, q non solum prohibent duella fieri seu cōmitti, sed etiā eorum toleratio est prohibita, qđ est de directo ꝯ positionē Postillatoris. Illud aūt qđ dr̃ ad autoritatē Augustini, qđ loquitur inquisitiuè seu dubitatiuè, & non determinatiuè, non habet aliqđ fundam̄: eo q non ostendit ꝯrium dictum ipsius Augustini, nec q pdicta retractet in libro retractationū. Silr̃ nec doctores prædictas authoritates iuridicè exponentes, ipsos iudices vñr excusare. Vñ nec ipse postillator aliquē doctorem allegat, nisi Sanct. Thomā, qui nihil facit pro opinione sua, vt patebit. Leges ēt seculares ab ipsis philosophis conditæ, qui de præcepto prohibitionis diuinæ tentationes nō curant, adhuc duellum vñr simpliciter prohibere, vt de gladiatorib. leg. vnica. Cū igitur nec p autoritates textuales, nec p doctores talis excusatio. s. iudicum in duello appareat, deueniendum est ad rōnes per Postillatorem allegatas, & casus p ipsum positos, qui si bene aspiciuntur non vñr ꝯ hanc assertionem aliquid facere. Ad cuius euidentiā sciendum, q licet hñti curam alicuius cōitatis licitū sit permittere minora mala, vt euitentur maiora, vt patet de meretricio per ipsum allegato, nemini tñ licet facere mala vt eueniant bona. Vnde in gl. 2. Regum 21. Vana spe securitatis a diabolo diuiduntur, q dñt, faciamus mala vt eueniant bona, talium. n. damnatio iusta est, cuius rō est manifesta. Nō. n. sola bonitas finis sufficit ad faciendū actum bonū, nisi simul cōcurrāt, aliæ bonitates ad hoc requisitæ, vt satis declarat S. Thom. 1. 2. q. 18. art. 4. in rñsione ad vltimum argumentum. Et ideo licet tolerare meretricium, quia pp bonum finē sit permissum, nunquam tñ committere meretricium, seu eidem auxilium aut cōsilium præstare est licitum. Sed cōstat q principes seu iudices duellorum non solum concurrunt in hmōi duellis permittendo seu tolerando, sed etiam faciendo, seu auxilium præstando, & hoc multipliciter. Primò, quia de eorū mandato & autoritate ordinant seu assignantur loca & tpa duellādi. Silr̃ & de eorum autoritate & mandato dantur conseruatores seu rectores, qui vtrosq; duellātes custodiant a fraudib. quæ circa partialitatē amoris vtriusque & in aliis huiusmodi possūt contingere. Similiter per principes seu iudices corā quibus duella

duella exercentur, oportet q utraque pars sit tuta a uiolentia: sic q neuter duellantium possit ab amicis seu alijs iuuari ut alterum inuadat seu supprimat, uel ipsum a limitibus p principem seu iudicẽ assignatis expellat. Nisi.n. aliquis hñs autoritatem ad hoc seu ptãtem talia duella a uiolentia extrinseca securaret, iam non esset duellũ sed bellum, cum utraq; pars posset conuocare amicos & fauentes seu coadiutores ad aliũ conuincendum: quod est ꝯ rõnem duelli. Sic principes seu iudices coram quibus duella exercent manifestẽ præstãt autoritatem duello cũ controuersias seu disceptationes duellantium diffiniũt seu pręcipiunt decidi seu diffiniri in curijs suis, prout duellum terminatur, s. q si actor uiuat in duello, reus hr pro condemnato & deuicto, tanquã si actor intẽtionem suam legitimẽ coram eo probasset & econtra. Et super hoc consueuerunt ferre sñias uerbo & scripto autoritate iudiciali, sicut fit in alijs causis per legitimas probationes. Vñ manifestum est, q in prædictis principes seu iudices non solum dici debent tolerantes minora mala, ut euitentur maiora, sed ẽt facientes mala ut bona eueniant, uel ut mala maiora euitentur: quod nullo modo licet quantũcunq; malũ qđ cõmittitur sit modici nocumenti, & bonum quod inde speratur maximæ utilitatis. Nam secundum Augustinum non est licitum mendacium perniciosum proferre pro salute totius mundi, unde in casibus per postillatorem allegatis non excusantur a peccato iudices ex bonitate finis, per uias enim iustitiæ rectas decet principem talia determinare: nõ per illas quæ diuino iuri obuiant, ut ait Stephanus Papa in ca. consuluistis. 2. q. 5. Spontanea confessione vel testium approbatione delicta concessa sunt vestro regimini iudicare, occulta enim & incognita illi sunt relinquẽda, qui solus nouit corda hoium. Et ibidẽ qđ sanctorũ patrũ documẽto sancitũ nõ est, superstitiosa adinuentione non est p̄sumendũ. Præterea si in casib. positis a Postil. nullus duellantiũ est immunis a culpa, eo q voluntariẽ ponunt se ad hoc prætermissis al js vijs ſm ordinem iuris. vt idẽ Post. l. dicit in fine istius quæstionis, a fortiori vinculo iudices q voluntariẽ hoc approbant & ad hoc cooperantur modis prædictis prætermissis alijs vijs iuris & medijs culpabiles magis sunt. Præterea ratio ista Postillatoris in qua dicit, quod si vnus alium non posset prouocare ad duellum, multiplicarẽtur homicidia occulta in terra, &c. non videtur habere valorem. Nam ex opposito ẽt sequeretur multiplicatio homicidiorum seu aliorũ malorũ in occulto. Ex hoc enim quod vnus alium posset prouocare ad duellũ. illi q viribus corporis sunt validiores, vel arte bellãdi magis eruditi, alios infirmiores occultẽ opprimerẽt, ꝯfidẽtes de ꝓprijs virib. & hmõi: & sic nõ timerent ad duellũ prouocare, ꝓut sæpẽ cõtingit. Qđ aũt dicit S. Tho. cõcordari huic dicto &c. nullo modo hẽt locũ si sanctus Tho. bñ intelligat. Nã in 2. 2. q. 95. in fi. vlt. art. scilicet in rñsione ad vltimum articulum, vbi de hoc tractat, dicit q iudicium ferri candentis in aliquo conuenit cũ sortibus, s. inquãtum ordinatur ad alicuius facti occulti inquisitionẽ p aliquod factum ab hoie, sed differt a iudicio sortiũ, inquantũ spectatur in iudicio ferri cãdentis aliqs miraculosus effectus: quod nõ contingit in rõne sortium. Et postea paucis interpositis dicit, q duella in quib. non spectatur miraculosus effectus, vtpote quia pugiles sunt penitus pares uirtute & arte, magis accedunt ad cõem rõnẽ sortium quam examinatio ferri candentis, vbi miraculũ spectatur diuinũ. hæc ille. Sed ex hoc non tollit quin iudicium duelli illicitũ reddatur ex duobus, q ipsemet sanctus doctor ponit in eodem loco tanquam illicita. Primum. s quia ordinatur ad iudicandũ occulta quæ diuino iudicio reseruãtur. Secundõ ẽt quia hmõi iudiciũ nõ est autoritate diuina sancitũ. Et sic sunt intelligẽda uerba sancti doctoris in illo cap. ut patet bñ inspicienti. Cũ vlterius dicit postillator, q principes sanctæ vitæ duella sustinuerũt seu cõcesserunt, ut sanctus Ludouicus rex Francorũ, & alij &c. Ex hoc nõ cõcludit ꝓpositum suũ, nam fuerunt, multi sancti a Deo in sacra scriptura approbati, q plaries peccauerũt, ut patet de Dauid & alijs, sed pctã eorũ non sunt trahenda ad consequentiã: sed sua bona opa.

REPLICA. In ca. 17. ubi Postillator sub distinctione in certis casib. dicit iudices nõ peccare duellũ permittentes: Burgẽ. uĩ dicere Postillatorẽ commisisse crimẽ læsæ maiestatis. uñ eum stomachanter inuadit cõcludens q uera assertione gñaliter & sine distinctione dicẽdũ sit, q duellũ ex parte iudicum semper sit illicitum, q persuadet ex hoc, q a ut dicit canon, Monomachiam. 2. q. 5. & cætera iura per postillatorẽ allegata loquunt indistinctẽ, s. q nullo casu debẽt duella fieri, nec tolerari. Sed nimis præcisa uĩ hæc Burgen. sñia. Pensando. n. uerba iurium iunctis glossis oium doctorũ materia duellorum tractatur sub distinctionib. manifestis. Nã iura loquunt in casu quo Deus tentari vr, duella sunt ꝓhibita: A ꝯrio aũt sensu quod est argumentum ualidum in iure, ubi Deus tentari non vr, pmitti pñt: in casu ẽt quo ad duellum ptendit alicuius occulti inquisitio, aut vulgaris purgatio, aut sñiæ ꝓmulgatio iura nõ pmittũt. A ꝯrio aũt sensu vt supra, pmitti pñt. Est igit manifesta hmõi ꝓhibitionis & pmissionis distinctio. In casib. deniq, per Postillatorẽ adductis nulla Dei apparet tẽtatio, sed ꝓuocãtis p̄sumptio, & assumẽtis ciuilis coactio. Nisi. n. ꝓuocatus ad duellũ assumeret, in vulgo iudicaret, vel iniustus vel effœminatus. vt igit euadere posset tale vulgi temerariũ iudiciũ, putat duellũ necessariõ assumẽdũ, vel saltẽ saluo honore nõ esse declinandũ. Et sic intelligo ciuilẽ coactionẽ, & puto vtrũque nõ esse sine culpa, q uis ꝓuocãs cęteris paribus, videat culpabilis magis, iudex tñ pmittens nõ, cum ptineat ad pacẽ pauperũ litis terminatio, & ad reipublicæ vtilitatẽ manifestã, vt patet in casib. positis a Postillatore, in qbus ex parte duellantiũ nõ est aliqua Dei tentatio, sed p̄sumptio virium, artis, & industrię experimentũ humanæ: nec ex parte eorũ: imõ nec iudicis intẽtione alicuius occulti inqsitio, nec vulgaris purgatio, rõne cuius in eodem iuris titulo, & 2. q. 5. dr prohiberi, nõ vr peccare iudex, sed potius facere debitũ officij sui, & p pñs mereri. Patet igit quod Burgẽ. non bñ attendit verba iuriũ & doctorũ, asserendo q oĩno loquunt indistinctẽ. Nã si sine distinctione debeãt illa verba accipi, sequit Dauid assumentẽ duellũ, de quo hic sermo, & Saul pmittentẽ imõ approbantẽ & opẽ armis ferentẽ peccasse, qđ erroneũ est dicere. Et si dixeritis ꝓut doctores cõiter dñt, hunc casũ factum ex Dei reuelatione, patet q in casib. hmõi distinctio est: & nõ sunt indistinctẽ illa iura recipienda: Nec Burg. rõnibus Postil. satisfacit. Cũ. n. arguit, q curatores rei publicæ possunt permittere minora mala vt euitent maiora, vt patet de meretricio ſm Beatũ August. Burg. cõcedit totũ: sed addit impertinenter, q non põt facere minora mala vt vitent maiora: q a ſm Apostolũ nõ sunt facienda mala vt eueniãt bona, Et tota digressio Burg. tẽdit ad hoc, q iudices nõ modo sunt duellũ tolerãtes, sed faciẽtes & ẽt autores. q sic ostẽdere nitit. Nã, vt inqt, eorũ autoritate deputant certa tpa & loca duellãdi. Itẽ ordinant rectores & cõseruatores q vtrosq; duellantes pseruent a fraudib. & violentia amicorũ alteri fauentiũ &c. Ad qđ dicẽdũ est, q ubi iudices circa duella excedunt naturã pmissionis: vt puta ex victoria unius partis pferre sñiam ꝯ victum tanq̃ reũ, vel alias: pculdubio peccãt, sed ubi iudices non excedunt naturã pmissionis ordinantes in fauorem iustitiæ, non duelli, nec duellantium certos modos quibus iniustitia caueri posit circa duellum possibile, non vñr ꝑpterea dici debere autores vel factores duelli. patet hoc in exemplo de permisso meretricio. Rectores enim reipublicæ ipsum permittentes, nolentes tñ meretrices habitare in locis sacris & honestis, ad vitandũ sacrorũ locorũ ꝓphanationẽ & scandalum hoium vtriusq; sexus honestorũ, ordinant spãlia loca vbi meretrices & aliæ pſonę habitẽt infames, & non alibi. Quis cũ nr̃o seniore Burg. desipiens diceret ipsos ex eo meretricij fautores, factores & autores? Itẽ ordinant, q sacris tpibus puniunt lenones prostibula visitantes, alijs aũt tpibus nõ, quis ex hoc dicet eos tpibus permissis fore meretricij fautores? Item ordinant, q domibus meretricum sit immunitas, ita q, nemo posit ibi meretricib. aut alijs impunẽ violentiã inferre. ad cauendũ seditiones & homicidia. Quis ex his oĩb. culpabit Reip. rectores tãquã malefactores, aut mali cuiuscũq; autores, & nõ potius cõmendabit eos tanq̃ prudentes ꝓuisores, q a quis pmittũt pp maius malũ vitandũ minus, cauent tñ quãtũ possunt ne in illo minori malo pmisso omnes malę circũstãtię cõcurrere posint: malũ. n. est meretriciũ, sed multo peius est ei[9] exercitiũ in locis sacris & tẽporib. & interuenientibus homicidijs. Vnde & si caueri nõ posũt meretricia pp causas, ꝓdictas tã rectoribus cauent alia mala cõcurrere possibilia. Ita dico in ꝓposito, qđ si iudices duellũ se temere ꝓuocãtiũ, pp tutelã pauperũ & patrię pacẽ & vtilitatẽ pmittãt, nõ peccant, nec ex hoc nãm pmissionis exeunt, si cauet cętera mala q duellũ ꝯtingere posũt: Duellũ. n. sic se ꝓuocantiũ omne q uis sit malũ, sicut & meretriciũ, vtrũque tñ pmisũ pt per iudices autoritatẽ habentes sine peccato cõditionari: nõ in mali fauorẽ, sed in cautelã aliorũ cõcurrere potentiũ. Incautus igitur Burg. q temere in huiusmodi stans reprobat Ludouicũ regẽ Francię, & Carolũ magnũ &c. & si Burg. diligenter vidisset sanctũ Th. in loco p eũ allegato, nõ dixisset Postil. ipsum malẽ adduxisse. q. n. adducit ꝓ cõfirmatione suę ptentę sñię, q duellũ a parte iudicũ sẽp reddat illicitũ, nõ valet. Prim[9]. n. casus adductus nõ est ad ꝓpositũ: videlicet qđ duellũ sẽp ordinet ad iudicandũ occulta q diuino iudicio reseruant. patet. n. ex s. positis esse falsũ. Nec secũdo adductum valet, qđ videlicet omne illud sit a parte iudicũ illicitum qđ diuino iudicio ñ est sancitũ, q a idẽ argũ esset de meretricio, qđ a Deo nõ est sancitum, tñ licite permissum, vt supra patuit.

CAP.

Duella an sancita sunt.

Prostibuli permissio & ordinatio.

CAP. XVIII.

A

Rabbanus. a ET *factum est &c.*
Et dile. &c. Ionathas dilexit Dauid vir videlicet bellicosus iuuenem aptum pugnis. Ionathas significat eos qui de Iudæis in Christum crediderunt, percepta gratia Spiritussancti pro Christo relictis omnibus ipsum secuti sunt. Vnde Petrus, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Sic enim Ionathas dedit Dauid vestimēta sua a tunica vsq; ad baltheum: cum credentes oīa quæ habuerant in Christi seruitium contulerunt.

Matth.19.d.

Rabban. B b *Percussit Sa. &c.* Hoc fuit seminariū odij contra Dauid. Sic Iudæi audientes Christū quem crucifixerant in ecclesijs prædicari, & victoriam qua hostē antiquū vicit, & credētes in laude eius gratulari, grauiter tulerunt.

† & etiam † reuerterentur ipsi, dum reuerteretur a pcutiendo.

Ecc.47.a.

c *Saul mil.* scilicet eos qui fugiētes occisi sunt.
d *Dauid, de. mi.* scilicet Philisthæū qui vno deiecto omnes in fugam misit.

Homil. de Dauid & Saule tom.1. C ✻ Chrysost. An non par erat Dauidem post facinus, ornare titulo domini, columnis inscripto, & publicum seruatorem ciuitatis appellare? Qui regni dec⁹, & ciuitatū fundamēta, & omnium vitam opitulante Dei gratia seruauerit? Quod esse poterat aliud beneficium hoc maius? Per illum vicit rex, ac principatum retinuit. Qui etiam si a suo capite detractam coronam Dauidis capiti imposuisset, nunquam parem retulisset gratiam, sed ampliorem debuisset. Sed quam tandem retulit? Ab illo die suspectum eum habuit. Quam ob causam? Postquam barbari illius caput abstulit, exierunt mulieres canētes, Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decem milibus suis. Etiā si hęc præter meritum fuissent dicta, ne sic quidem oportebat hostilem in eum gerere animum. Nam si indignandū erat, Dauidē potius conueniebat indignari, quòd cum solus totū gessisset alterum haberet laudis participem. Verùm vt donemus nō rectè fecisse mulieres, q͂d hoc ad Dauidē? Neque enim ipse composuerat cātionem, neq; eas iusserat dicere, Proinde etiam si indignandum erat mulieribus, oportuit indignari, non publicitus de republica, bene merito, & infinitis digno coronis. D E

† infrà 19.a.

† vel canticis lxx. cymbalis

† Dauidem

c *Et prophetabat, &c.* ✻ Hebræi. idest, delirabat, & insaniebat. F

✻ Theodo.

CAP. XVIII.

a ET factum est cum complesset loqui Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Tulitq; eum Saul in die illa, & non concessit ei, vt reuerteretur in domum patris sui. Inierunt autem Ionathas & Dauid fœdus. † Diligebat enim eum quasi animam suam. Nā expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium & arcum suum, & vsque ad baltheum. Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat. Posuitque eum Saul super viros belli, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, † maximeque in conspectu famulorum Saul. Porrò cum † reuerteretur percusso Philisthæo Dauid, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel cantantes chorosq; ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiæ † & in sistris, & præcinebant mulieres ludentes, atque b dicebant: † Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus c est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste. d Dixitque: Dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille. Quid ei superest nisi solum regnū? Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat † Dauid a die illa, & deinceps. Post diem autem alteram inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

a Id est, Iudæos. b Id est, more arreptitiorum aliena referebat.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVIII.

1 ET factum. *Descripta ipsius Dauid victoria, hic consequenter describitur ex hoc inuidia subsecuta. Et primò describitur circa Dauid omnium gratia. secūdò Saulis inuidia ibi:* Porrò cum reuerteretur. *tertius effectus malitia. ibi:* Post diem. *Circa primum describitur primò gratia acquisita ipsi Dauid circa Ionathan filium regis cum dicitur.*
2 Anima Io. cō. &c. *idest, coniuncta indissolubili glutino charitatis, huius autem dilectioris subditur effectus cum dicitur.*
3 Inierunt, &c. fœ. *iurando perpetuam amicitiam, & in signum huius amicitiæ subditur.*
4 Expolia. *reputans eum quasi seipsum.*
5 Vsque ad, &c. *ly vsq; secundum aliquos hic tenetur exclusiuè. ita q͂ ista non dedei it Ionathas ipsi Dauid, quia nō poterat bono modo istis carere. Alij autem dicūt q͂ tenetur inclusiuè, ita quòd ista etiam dederit Dauid in signum perfectæ amicitiæ. & hoc videtur verius, nec valet ratio aliorum, quia filius regis de facili poterat talia aliūde habere. Secundò describitur gratia ipsius Dauid erga populum cum dicitur.*
6 Et ac. er. &c. *quia omnia negotia sibi imposita pro bono & defensione regni feliciter consummabat.*
7 Porrò, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Saulis inuidia, cuius seminarium fuit laus ipsius data in cantilenis communibus de victoria Philisthinorum, in quibus cantabant.*
8 Percussit. *& sic plus honoris attribuebant Dauid quàm Sauli, Dicebant autem Dauid percussisse x. milia, eo q͂ percusserat Goliath qui pro x. milibus computabatur, eo modo loquendi quo de Dauid dicitur 2. Reg. 18. a.* Tu vnus pro decem millibus computaris.
9 Quid ei, &c. *Ex tunc enim timere cœpit, ne Dauid perueniret ad regnum, quia sciebat se reprobatum sicut dictum fuit suprà. 15. cap.*
10 Non rectis ergo oculis, &c. *Modus est enim inuidorum & odientium respicere eos quos odiunt ex obliquo.*
11 Post diem autem. *Hic consequenter describitur prædictæ inuidiæ effectus malignus. Et primò Dauid inuadendo. secundò filiam suam ei insidiose promittendo, ibi:* Dixit autem Saul. *Circa primum dicitur.* Post diem autem in. spiri. *Grauius quàm ante propter odium contra Dauid conceptum.*
Et pro-

MORALITER.

1 *Et factum.* Per Ionatham qui interpretatur columbę donū, Christus significatur, eo q͂ in eius baptismo spiritussanctus super ipsum apparuit in specie columbæ, Matt. 3. Cuius anima idest voluntas conglutinatur per amorem ipsi Dauid, per quem significatur quilibet qui fortiter contra vitia pugnat. eò quòd Dauid manu fortis interpretatur. & dat ei vestimenta sua & arma sicut dicitur.
† *Et dedit eam, &c.* Per quæ intelliguntur vestęs & arma virtutum & gratiæ. Secundū enim sensum literalem ly *vsque* tenetur hic inclusiuè. Hæc autem arma dat Christus suis militibus, non solum ad ornandum, sed ēt ad fortiter dæmones impugnandum. Sed q͂m quos Christus diligit diabolus fortius odit, ideo incitauit Saulem ad odiēdum Dauid, sicut dicitur in textu: *Non rectis ergo ocu Saul inspicie. Dauid.* Sic diabolus potentes huius seculi studet incitare ad odium amicorū Christi, & non solum ad odiendum in corde, sed etiam ad persequēdum in opere: in cuius figura Saul voluit Dauid cū lancea perforare. Et quando diabolus videt q͂ aperta persecutio contra Christi amicos non valet, ad persecutionē maliciosam contra eos concitandam sub specie boni studet, q͂d significatur per hoc quòd Saul filiam suam Merob promittit dare Dauid dicens:
† *Ecce filia*

❧ ⁂ Theodor. Pseudo prophetæ agitati a malo spiritu sunt similes furore percitis Corybantib. Hoc passus est etiam Saul vexatus a dæmone. Illud aūt *Trophetico*, posuit per homonymiā. Nam & pseudo prophetas noīabāt prophetas, & Deos eos, qui falsò dij nominantur. Sed ille quidē priuatus fuit diuina gratia. Dauid autem psallens furorum leniebat dæmonis; sed Saulis minimè sedauit inuidiam. Nam quo eum maiori afficiebat beneficio, eo magis properabat eum occidere.

⁂ Eucherius. In alijs scripturarum locis sæpe inuenitur, quod prophetia non tantum bona, sed & mala dicitur & prophetæ dicti sunt Baalim: vt exprobratū est quibusdā qui prophetabāt in Baal. Non ergo propterea necesse est intelligi bonus Spiritus qui factus est postea super Saul, &c.

Rabbanus. a *Tenebatque*. Sic predicāte Christo euangelium, Iudei conabantur mortē inferre. Sed dum ille ad salutem gentium secedit, tantum nocuere seipsos.

Li. 1. Com. in li. reg. c. 11. b *Dixitque*. Isidor. Saul calid⁹ simulator studuit alligare Dauid Michol filiæ suæ. si cētū sibi Allophilorum preputia offerret: ille autem ducēta obtulit, sicque Saul dum illum periculo obiecit, amplius eum glorificauit. Ita Iudæi dum contra volūtatem Dei Christum interficere nitebantur, salutem gentiū operati sunt. Dauid prius alienigenarum præputia attulit, & sic filiam Saul vxorē accepit. Et Christus non prius synagogam accepit, quàm in gentibus gloriosus extitit. Prius enim in nationibus resecauit carnis pollutionem, & postea copulatus est synagogæ. *Cum enim intrauerit plenitudo gētium, tunc omnis Israel saluus fiet.* (Rom. 11. e.) Dupla aūt p̄putia obtulit, pro Iudeis, & gētibus, scilicet. acquisitis, vel quia maior est numerus credētium gentiū, quàm Iudæorum. Creuit odium Saulis aduersū Dauid, intantum vt in remedium sui de more psallentem iaculo conaretur configere. Per Saulem Iudæorum elatio, per Dauid Christi humilitas significatur. Cum ergo ab immundo spiritu Saul arripitur cantante Dauid, eius vesania tēperatur: quia cum sensus Iudæorum per blasphemiam in furorem vertitur, dignum est, vt ad salutem quasi dulcedine citharæ euangelicæ locutionis tranquillitate reuocetur.

⁂ THEODORETVS. Erant ergo nuptiæ insidiarum non beneficentiæ.

⁂ Iosephus. Dauid Deum habens vbique ducem, quocunque venisset præualebat, & optimè agebat, ita vt propter excellētiam fortitudinis, & populus eum, & filia regis virgo concupisceret, amore eius detenta, cunctisq; ita fieret manifesta, vt hoc perduceretur ad patrem. (Li. 6. antiq. c. 11.)

a Christus. b Euangelica dulcedine. c Cœpit Iesus facere & docere.

medio domus suæ. Dauid autē psallebat manu sua sicut per sin- 1 gulos dies. Tenebatq; Saul lanceam, & misit eam, putans quòd 2 configere posset Dauid cum pariete. Et declinauit Dauid a fa- 3 cie eius secundò: Et timuit Saul * Dauid, eò quòd esset dominus cum eo, & a se recessisset. Amouit ergo eum Saul a se, & fecit 4

a In pugnam primus more regio.

eum tribunum super mille viros. Et egrediebatur & ingrediebatur in conspectu populi. In omnibus quoque vijs suis Dauid prudenter agebat, & dominus erat cum eo. Vidit itaque Saul quòd prudens esset nimis, & † cœpit cauere eum. Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid. Ipse autem ingrediebatur b & egrediebatur ante eos. Dixitque Saul ad Dauid: Ecce filia 5 mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem, tantummodo esto 6 vir fortis, & præliare bella domini. Saul autem reputabat dicens: nō sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthino-

a Latenter dignum se insinuat.

rum. Ait autem Dauid ad Saul: Quis ego sum, aut quæ est vita 7 mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis? Factū 8 est autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, da- 9 ta est Hadrieli Molathitæ vxor. Dilexit autem Dauid Michol fi- 10 lia Saul altera. Et nuntiatum est Saul, & placuit ei. Dixitq; Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in scādalum, & sit super eum manus Phi 11

a ¶ Vna est res quod gigantem pro[str]auit, altera si centum præputia Allophilorum deferret.

listhinorum. Dixitque Saul ad Dauid: In duabus rebus gener 12 meus eris hodie. Et mandauit Saul seruis suis: Loquimini ad 13 Dauid clam me, dicentes. Ecce places regi, & omnes serui eius

* à facie

† timuit a facie eius

❧ Percussit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et prophetab. in med. do. *Hic non accipitur prophetia propriè, sed tantum, denominatiuē: quia aliena tanquam arreptitius loquebatur.*

2 Putans quòd configere, *id est. perforare lancea, sic quòd transiret vsque ad parietem.*

3 Et declina. *prius enim recesserat ab eo rediens ad domum patris, vt dictum fuit cap. præced. & nunc iterum redijt ad patrem, ostendens periculum in quo fuerat, sed Saul reuocauit eum fingens, quòd non fecisset ex proposito, nec ex odio: sed nesciens quid faceret agitatus a dæmonio.*

4 Et fecit eum. tri. *Non propter honorem suum, sed vt egrediens ad belli pericula occideretur, sed dominus istud conuertit in bonum ipsius Dauid, vt patet ex litera sequenti.*

5 Dixitque. *Hic consequenter ponitur effectus malitiæ Saul, filias suas Dauid promittendo, & primò primam, secundò secundam, ibi:* Dilexit autem Michol. *Circa primum dicitur.*

6 Ecce filia mea maior. *Quasi dicat, volo te honorare dando tibi primogenitam, malitiosè cogitans, vt ad consequendum hoc matrimonium Dauid audacius se periculis exponeret, & sic periret, sicut patet in litera.*

Quis ego

7 Quis ego sum, aut quæ est vita mea. *Hoc dixit Dauid non renuens matrimonium, sed vt magnificaret ipsius Saulis beneficium, vnde subditur.*

8 Factum est autem tempus. *vt Dauid eius amplexibus frueretur.*

9 Data est Hadrieli. *Et sic apparuit non solum inuidia Saul, sed etiam eius falsitas, non implendo promissum: maximè cum Dauid iam hoc meruisset ante in occisione Goliath, vt patuit ex supradictis.*

10 Dilexit autem. *Hic describitur promissio secundæ, quæ etiam data fuit Dauid malitiosè, vt patet ex sequentibus, cum dicitur:*

11 Dabo, &c. *id est, in occasionem ruendi gladijs Philisthinorū. Scandalum enim propriè significat impactionem pedis ad lapidem, vel aliquid huiusmodi quod facit hominem ruere.*

12 In duabus &c. *In aliquibus libris additur* rebus, *sed non est in Hebræo, nec est de textu. Vnde hic est sensus secūdum Hebræos. In duabus filiabus meis eris gener meus: quia in prima fuisti gener meus quantum ad sponsalia, & in secunda eris gener meus quantum ad sponsalia & matrimonium sequens. q. d. vtrunq; cedit tibi ad honorem: & ideò debes te magis opponere aduersarijs meis.*

13 Loquimini ad. *Hoc dicit, vt Dauid magis crederet Saulem honorem eius quærere, & non mortem.*

Ego

MORALITER.

6 *Ecce filia mea maior Merob ipsam dabo tibi vxorem tantummodo esto vir fortis, &c.* Quod faciebat ad hoc, q. Dauid gladio Philisthinorū moreretur. Et sicut Deo dispon̄ete Dauid fuit saluatus, & Saul in manibus Philisthinorum cecidit & ab eis letaliter vulneratus: Sic ex diuina ordinatione frequenter contingit, quod illi qui machinantur malum innocentibus, capiuntur in suis machinationibus. Psalm. 9. *In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.*

a *Percussit &c.* A & *attulit*, Sic Rabbanus. Christus, prius in gentibus clarificatus est, quam synagogam sibi copularet, & prius in gentibus immunditiã relecuit. *Cum enim plenitudo gentium intrauerit, tūc omnis Israel saluus fiet.* B

† desiderat rex dotem. Ro. 11. † mori faceret Dauidē per manus Quæst. 47.

✠ Theodor. Quanam de causa petijt Saul, nō capita, sed præputia? Improbe cogitans, coniecit q; occisis, aliquibus sui generis, afferret eorum capita, ea de causa iussit afferri sibi prępputia. Præpu- C

† uel prospera tus est Dauid præ omnibus seruis.

diligunt te. Nūc ergo esto gener regis. Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc. Et ait Dauid. Num parū vobis videtur generum esse regis? Ego autem sum vir pauper, & tenuis. [1] Et renuntiauerunt serui Saul dicentes. Huiuscemodi verba locutus est Dauid. Dixit autem Saul. Sic loquimini ad Dauid. † [2] Non habet rex sponsalia necesse, [3] nisi tantum centum [a] præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat † tradere Dauid in manus Philisthinorum. Cumq; renūtiassent serui eius Dauid verba quæ dixerat Saul, [4] placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. Et post dies paucos surgens Dauid, abijt cum viris qui sub eo erant, & percussit ex Philisthijm ducentos viros, & attulit præputia eorum, & † annumerauit ea regi vt esset gener eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiā suam vxorem. Et vidit Saul & intellexit q; dominus esset cum Dauid. Michol autē filia Saul, diligebat eū. [5] Et Saul magis cœpit timere Dauid. Factusque est Saul inimicus Dauid, cunctis diebus. Et egressi sunt principes Philisthinorū [a]. A principio autē egressionis eorū, † prudētius se gerebat Dauid quā omnes serui Saul. Et celebre factū est nomē eius nimis

a ¶ Capita secundum quosdam, quia præputium vocatur summitas.

a ¶ Synagogam.

D putium enim indicat aliud genus. Omnem autē mouebat lapidē, moliēs cędē sui benefactoris ✠ Eucher. Saul dissimulator callidus, vt fine insidijs suis Dauidem posset offerre discrimini, E statuit eum Michol, filiæ suæ nuptijs, alligari, si centum sibi, Allophylorum, præputia victor offerret, pro quibus centū, ducenta dedit. Et vnde creditus est regio perire voto, inde auctus est gloriosiori trophæo. F

Com. in hunc lo.

† plene tradidit uel conpleuit. i. tot dedit quos petierat Saul.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego autem sum vir pauper. *q. d. non habeo vnde possem regi cōuenientia dona dare, quæ antiquitus fiebant in matrimonijs Hebręorū, sicut patet Gen. 24. quia seruus Abrahę in matrimonio Rebeccę patri, & matri eius obtulit munera, & ideo ad hoc respōdit Saul dicens.*

2 Non habet rex spon. *hoc est dona pretiosa auri vel argenti quæ solent regibus dari quando filias suas dant sponsis.*

3 Nisi tan. *Hoc autem petijt Saul duplici rōne. Vna est quia per illas partes amputatas & sibi apportatas certus erat Saul, q; illi interfecti non erant de filijs Israel qui sunt circuncisi. Alia ratio fuit, quia Philisthæi horrebant circuncisionem tanquam mortem, et ideo per hoc cōciperent maius odium contra Dauid propter tale opprobrium illatum eis per ipsum, & sic magis mouerentur ad interficiendum Dauid, quod intendebat Saul.*

4 Placuit. *Tum quia Michol diligebat. Tum quia Philisthæos idololatras odiebat, cętera patent vsque ibi.*

5 Et Saul. *Tum quia iam erat gener regis, & per consequens de maioribus in regno. Tum quia Michol filia regis eum diligebat, & Ionathas filius eius erat ipsi Dauid confœderatus, vt patet ex prædictis.*

CAP.

ADDITIO.

In c. 18. vbi dicitur in po. *Et declinauit a facie eius secundo* prius enim recesserat ab eo rediens ad domum patris, vt dictū fuerat, capitulo pręcedenti.

Ad veritatem literę habendam sufficit, quod Saul tentauit percutere Dauid bis in eadem die seu tempore, & in qualibet vice Dauid declinauit. & sic debet intelligi illud. *Declinauit Dauid secundo*, i. non solum declinauit ictum seu percussionem semel, sed etiam bis, nam in Hebræo in hoc loco habet, Declinauit Dauid a facie eius duabus vicibus.

REPLICA. In cap. 18. circa illud quod dicitur. *Declinauit Dauid a facie Saul secundo*, vult Bur. quod eadem die Saul nitebatur bis percutere Dauid, sed hoc non videtur verisimile, quia semel declinans non legitur redijsse nisi reuocatus, vt hic & c. 19 etiam de exilio & tyrannide Saul non est magna vis cum res sit satis apparens.

CAP. XIX.

CAP. XIX.

Locu. est &c. Sequitur. a *in agro &c.* Quo consilian di causa venire cōsueuerat vbi Dauid condi- ctum fuerat.

L. antiq. c. 12.

✠ Iose. Saul videns Dauid & apud Deū & apud homines approbari, expauit, & metū celare nō valēs, timore magnarū rerū. i. regni & vitæ, ne priuaretur vtroq; cogitauit eū crudeli calamitate perimere, eiusque mortē Ionathę filio & reliquis familiarib. delegauit, filius, admiratus permutationē patris erga Dauid, qui ad mortem vsque seuiret, dixit ei secreto voluntatem patris &c.

[1] Locutus est autem Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauid: Porro Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde: Et indicauit Ionathas Dauid, dicēs: † Quærit Saul pater meus occidere te: Quapropter obserua te quæso mane, & manebis clam, & abscōderis. [2] Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem meum in agro [a] vbicunque fuerit, & ego loquar de te ad patrem meum, & quodcunque videro nunciabo tibi: [3] Locutus est ergo Ionathas de

Nisus

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIX.

Diuisio.

1 Locutus est. *Vidēs Saul, q; non poterat occidere Dauid per malitiam occultam, vt patet ex prædictis, processit ad persecutionē eius manifestā inuidia ipsum stimulante eo quod fortuna Dauid crescebat quotidie. Et more malefactorū persecutus est eum ordinate, primo ipsum inuadendo, secundo de regno expellendo. ca. 21. tertio fugitiuum insequendo. c. 23. & quarto ipsum exulando. cap. 27 Prima in duas, quia primo Saul inuasit Dauid personaliter, secundo Ionatham filium suum propter ipsum. c. 20 Circa primū sic proceditur, quia primo de cōsilio Ionathæ Dauid absconditur, secundo in gratiam Saulis ad horam recipitur, ibi.* Locutus est ergo. *tertio a Saule personaliter inuaditur ibi.* Motum est autē, *quarto vxoris industria morte eripitur, ibi.* Misit ergo. *quinto malitia Saulis diuinis laudib. impeditur, ibi.* Nuntiatum est autem. *Prima pars patet ex prædictis vsque ibi.*

2 Ego au. egre. *Ad hoc. n. fuit Dauid absconditus de consilio Ionathæ, vt exploraret voluntatem patris de receptione Dauid in gratiam, vt sic posset in curia absque periculo stare. Expectauit autē Ionathas loqui de hac materia patri suo, quousque esset in agro vbi ire consueuerat cā spaciādi vt tūc in loco recreationis magis acquiesceret verbis suis.*

3 Loc. est. *Hic consequenter ponitur reconciliatio ipsius Dauid, cum Saul per Ionatham ipsum multipliciter commendantem. Et primo de innocentiæ puritate, cum dicitur.*

Ne-

MORALITER.

1 *Locutus est.* Ille qui machinatur occulte ad mortem innocētis, & videt quod non proficit, quia Deus innocentē protegit ad ipsum occidendum manifeste si potest se conuertit, & hoc figuratur per Saul qui dixit.

1 *Ad Ionathan.* Per hoc autem quod Ionathas insinuauit Dauid dicens.

† *Quærit Saul.* significatur, q; Christus frequenter præmonit suos fideles vt caueant insidias crudeles. Et similiter per hoc quod Ionathas persuasit Sauli contrarium, dicens.

Ad

Ne

a *Nisusque est Saul configere Dauid &c.* ⁘ Chrysost. Postea quam hostes deuicerat, ac filiā regis acceperat, rursus psallebat Dauid, & quærebat eū Saul lācea percutere. Quę nō ista vel exactæ philosophię gnarum animiq; moderatissimi ad iracundiā excitassent? Quę non perpulissent ad occidedum insidias molientē? Nihil tamen horum tentauit Dauid, sed potius habuit fugere &c. Nec eo spectabat vt seipsum vlcisceretur, sed vt illum ab eo malo liberaret. Hanc ob causam subduxit sese ab oculis inimici, vt subsidere faceret vomicam, contraheret que tumorem vlceris, & inuidiam mitigaret. Hæc non audiamus tantum, verū etiam imitemur, nihil non faciamus, vt inimici simultatē erga nos deponant. Spectat medic⁹ vt morbo liberet ægrotum, nō vtrū merito an īmerito sibi morbū cōtraxerit. Tu quoque medicus esto ei qui te læsit, vnum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. b *Misit ergo.* Hoc nō ad crucē Christi, sed ad passionē pertinet. Crucifixus enim Christus & mortuus est, & sepultus. Erat autem illa sepultura tanquā domus, ad q̄ custodiendam misit regnū Iudęorū, quando ad sepulchrū domini custodes adhibiti sūt Quia custodita est domus, vt Dauid interficeretur (q.a Christus nō in sepulchro, sed in cruce est interfectus) refertur ad corpus eius. Christi.n. nomen tollere est Christū interficere, non.n. crederetur, in Christum, si custodū p̄ualeret mendaciū, qui dixerūt, *nobis dormientibus venerunt discipuli eius & abstulerunt eum.* Sed neque, Saul potuit interficere Dauid nec regnū Iudęorum tollere memoriam Christi. Qui autem de virtute Saul, idest de regno Iudæorū in Christū præsumpserūt, offenderūt in lapidem offensionis, tanq̄ in statuam, & eis hœdus visus est agnus, quia in quo peccatū non inuenerūt, quasi peccatorē persequunt. c *Pel.* Inde pulluillus cōsutus fuit qui intonsis pilis caput inuolueret hominis in lecto mētiretur. ⁘ Iose. Michol per fenestrā depositō dimissoq; Dauide, construit lectulum, quasi ægrotantis, & subsago iecur spirans capræ supposuit. Die vero secūdo, missis a Saule nūcijs, q̄ nocte factus fuisset infirmus, ostēdens eis lectū coopertum, dū iecur pecoris qđ sub sago iacebat, palpitaret, egrotū vere esse & dormire Dauid crediderunt, & Sauli renunciauerūt. ⁘ Theod.

Marginalia: Homil. de Dauid & Saule. — † Heb. præ obiecit se periculo mortis. — ‡ cæsso vulnere. — * ipsi. — Rabbanus. Isidorus, & Eucherius Lugdunensis. — Matth. 28. d. Ro. 9. g. — * nunciot. Li. 6. antiq. c. 13. — † pannum caprarū idest puluinar è lana aut pilis caprarum & infra.

Dauid bona, ad Saul patrem suum: Dixitq; ad eum: Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde. † Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli. Vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui est absque culpa? Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Viuit Dominus, quia non occidetur. Vocauit itaq; Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc: Et introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, sicut erat heri & nudiustertius. Motum est autem rursum bellum. Et egressus Dauid, pugnauit aduersum Philisthijm. Percussitque eos plaga magna, & fugerunt a facie eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul. Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceā. Porro Dauid psallebat manu sua, Nisusque est Saul configere lancea Dauid in pariete. Et declinauit Dauid a facie Saul. Lancea autem casso vulnere perlata est in parietem. Et Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos in domum Dauid vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annunciasset * Dauid Michol vxor sua, dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris, deposuit eum per fenestram: Porro ille abijt & aufugit atque saluatus est. Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & † pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. Misit autem Saul apparitores qui raperent Dauid. Et Responsum est, quod

a ¶ Regnum Iudæorum. b ¶ Milites qui custodirent sepulchrum. c ¶ Sepulchrum. d ¶ Christi. a ¶ Idest memoria eius & fides de cordibus hominum auferretur. a ¶ Quoniam domus circundata erat custodibus. a ¶ Lapidem offensionis. a ¶ Quia Iudæis hœdus visus est agnus. a ¶ Ministros qui parent imperanti.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne pecces rex in ser. tuum Dauid, quia non pec. ibi. *secūdo de virtuoso opere, cum dicitur,* Et opera eius bo. sunt valde. *tertio de animositate, cū dicitur,* Et posuit an. suā in ma. sua. *i. exposuit vitam suam periculo quantū apparebat humano iudicio, quia inermis iuit ad prœliandum cū Philisthęo, vt patet ex supradictis. c. xvij. quarto de reipublicæ vtilitate, cum dicitur.* Et fecit dominus salutem ma. vni. Israeli. *& subditur.*

2 Vidisti. *quasi dicat non possunt ista negari.*

3 Et læ. *q.d. ex quo dedit tibi lætitiæ materiam non debes quærere mortem suam.*

4 Quod cum audisset. *scilicet ad horam.*

5 Iurauit. *Vt daret Dauid maiorem securitatem.*

6 Viuit dominus, *idest, per viuentem Deum.*

7 Et intro. *credens quod ipsum stabiliter in gratiam recepisset.*

8 Motum. *Hic consequenter Dauid a Saule rursum impetitur. Habitus enim inclinat per modum naturæ. Saul autem erat habituatus in odio contra Dauid, & ideo licet recepisset eum in gratiam ad preces Ionathæ filij sui, habita tamen occasione, licet irrationabili redit ad eius persecutionem, quæ quidem occasio fuit victoria Dauid de nouo habita contra Philisthæos, quæ nominatur cum dicitur,* Et

9 Et egres. *De quo Saul torquebatur inuidia, quamuis deberet gaudere. ideo, subditur.*

10 Et fa. *Quia crescente eius malitia dabatur dęmoni maior potestas in persona sua.*

11 Nisusque est Saul confi. *Ex odio inueterato.*

12 Misit er. *Hic consequenter Dauid vxoris industria de periculo liberatur. videns enim Saul quod Dauid ictum eius declinauerat & fugerat, misit post eum vt caperetur & occideretur, sed per eius vxorem eripitur: quod notatur cum dicitur.*

13 Quod cum. *per hoc enim q̄ a Dauid audierat, qđ Saul eum configere voluerat, & consequenter viderat homines armatos post Dauid missos, & coiecturauit quod mortem eius quærebant. Vel forte aliquis de famulis Saul ad hoc missus, secretum aperuit ipsi Michol, vt Dauid per eam saluaretur, qui erat acceptus maximè in conspectu famulorū Saul, vt dicitur in ca. præce.*

14 Tulit autem Michol statuā. *ad repræsentandū corpus Dauid:*

15 Et pel. *ad repræsentandum eius capillos, vt sic quærentes mortē Dauid deluderet, & interim Dauid fugeret quia primi nuncij a Saule missi habebant in mandatis, vt ipsum vsque mane custodirent: & tūc occideretur cum de lecto surrexisset, quia turpe erat occidere hominem in lecto iacentem. Cætera patent vsque ibi.* 1 Dimit-

MORALITER.

† 1 *Ne pec.* significatur quod instinctus diuini retrahentes impios a malo, non deficiunt eis quandiu sunt in vita pñti, quamuis Deus sciat eos vitam in malo finire, tamen aliquando ad tēpus retrahuntur, & hoc significat per hoc quod subditur Saulis responsio.

6 *Viuit dominus.* Tamē postea conatus est multipliciter per se, & suos satellites ipsum occidere vt patet in textu. Per hoc etiam apparet Dei misericordia retrahēs peccatores a malo & hominū malitia, qui contēpta tali retractione, cito reuertuntur ad vitia consueta.

14 *Tulit au.* Per Michol vero Dauid vxorē qua caute saluauit eius vitam, significatur hominis sapientia, de qua dicitur Sapien. 8. a. *Hāc quæsiui mihi sponsam assumere,* & ipsa liberat habētem ipsam sicut de ipsa dicitur Sap. 10. b. *Hæc liberauit iustum.*

✠ Theod. Nonnulli intellexerunt effigiẽ, id est, imaginem Dauidis, & eam dixerunt fuisse coopertam vestibus, preter aliquas partes vultus, fuisse autem suppositũ iecur caprarum vt eius qui moueretur figuram efficeret verisimilem. Aiũt enim iecur caprarum diu moueri.

Quæst. 48.

✠ Procop. Aquila μορφώματα, idest, figuras dicit, & hepar caprarum, omneq; multitudinem & conuolutionem, στρογγύλωμα, pilorum.

✠ Hebr. imagines.

Rabbanus. a *In Ramatha*. Ciuitas Saulis est in tribu Beniamin in sexto miliario ab Helia ad septemtrionalem plagã cõtra Bethel. alia Ramatha est in tribu Aser. Bene cõueniunt hæc nomina rebus gestis ipsis, quia prophetarum dicta & celsitudinem habẽt scientiæ & venustatẽ eloquentiæ.

✠ Ioseph. Dauid Samueli, indicauit regis insidias, & quod, iaculo eius penè fuisset extinctus, dum neque circa eum extiterit inimicus neq; circa hostiũ certamẽ infirmus sed in omnibus & probus, & fœlix,

ægrotaret. Rursumque misit Saul nuntios, vt viderent Dauid dicens. Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. Cumque venissent nuntij, inuentum est simulachrum super lectum, & pelles caprarum ad caput eius Dixitque Saul ad Michol: Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meũ vt † fugeret? Et respondit Michol ad Saul, Quia ipse locutus est mihi: Dimitte me, alioquin interficiam te. [1] a Dauid autem fugiens saluatus est. Et venit ad Samuel in Ramatha, & nunciauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul: Et abierunt ipse & Samuel & morati sunt in Naioth. Nunciatum est autẽ Sauli a [2] dicentibus. b Ecce Dauid in Naioth in Ramatha. Misit ergo Saul lictores vt raperent Dauid. [3] Qui cum vidissent † Cuneum prophetarum vaticinantium, [4] Et Samuelem † stantem super eos, [5] factus est etiam spiritus domini in illis, [6] & prophetare cœperunt etiam ipsi. [7] Quod cum nunciatum esset sauli, misit & alios nuntios. Prophetauerunt autem & illi. Et rursum Saul misit tertios nuntios, qui & ipsi prophetauerunt. Abijt etiam ipse in Ramatha, & venit vsque ad cisternam magnam quæ est in Socho, & interrogauit, & dixit, In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictumque est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramatha: Et abijt in Naioth in Ramatha. Et factus est etiam super eum spiritus domini, & ambulabat ingrediens & prophetabat vsque dum veniret in Naioth in Ramatha. [8] Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & c prophetauit cum cæteris corã samuele, d & [9] † cecinit nudus tota die illa & nocte. [10] Vnde & exiuit prouerbium, e [11] † Num & Saul inter prophetas?

a Locutus est in Ramatha vbi sedit Dauid. ¶ Pulchritudo. b ¶ Excelsum. a ¶ Qui illo tempore prophetabant. ¶ Absc ondito.

† saluaretur. † vel societatem. † stantem & docentem eos vel præsidentem que illis. † cecidit, id est, orabat cum eis ipsisque cadẽtibus ad terram cadebat, & ipse.

Com. in hunc loc.

nun prophetare. Et nos cum inscios videmus docere, recte dicimus, *Num & Saul inter Prophetas?*

✠ Procop. Quomodo illi prophetant, quomodo & Saul? Varia vtiq; Domini sunt retia. Quasdam n. hoium opera, & ministerio capit, quosdam cæcitate venatur, id quod accidit tẽporibus Helisei. Illos autem per propheticam gratiam, Dauidem interficere, prohibuit. Saul etiã qui post alios omnes venit, humanitatis vinculis irretitus est, prophetat enim, sed non similiter vt reliqui. Indignus enim gratia, veste exutus tota die iacebat. Habitus autẽ ille regni ablationem significabat. Pœnas itẽ dedit propter contemptum prophetici Spiritus. Ira enim contra Dauidẽ, diuinum spiritum contumelia affecit. Hinc autẽ manifestum est, quod qui sanctis adhæret, & conuersatur, sanctus efficitur, & si ante malus fuerit, idque tum maxime, si priora denuo non recurrat.

✠ Augu. Satelli. tes Saulis protinus vt veniebant Spiritus qui in prophetis loquebatur

L. 2. de mirab. sac. scri. c. 10. † 1. q. c. multi. &c. prophetauit.

Cognoscens, itaque Propheta regis iniustitiam, Ramatham ciuitatem reliquit, & deducens Dauid ad quendam locum commorabatur illic cum eo.

b *Misit er. &c. Abijt.* Rab. Saul quoque & nuntij eius Iudæos significant, qui dum aduersari Christo cupiunt, hẽnt in ore sacramenta legis, & prophetarum ad Christi testimonium, & cum ecclesia quasi cum Prophetis de scripturis disputãt, sicut illi cum Prophetis prophetabant.

c *Prophetauit.* Isti Prophetę religiosi viri erant, dicti Nazareni, qui non bibebant vinum, & vacabant semper canentes hymnos & Psalmos.

d *Nudus.* Et Iudæi fide atque sacerdotio & regno nudati, legem & Prophetas in ore habent.

e *Num & Saul.* Prouerbium dicitur, quod in ore loquentiũ sæpe versatur. Mira enim res videbatur, hominẽ tã prophanum

arripiebat. Ipse quoque Saul quasi iniunctum famulis opus executurus, stricto arcu post eos exiens, cum inter Prophetas venerat, prophetabat. Diximus autem, cum de Balaam & asina eius dissereremus, quoniam Spiritus sancti verba, non, dicentium merito pensantur, sed ipsius voluntate vbicunque voluerit, proferuntur, sicut in Balaam, & Saul, & Caipha Pontifice. Quidam æstimant, quod Saul non diuino Spiritu, sed malo illo quo sæpe arripiebatur, per totum illum diem prophetaret, donec Dauid imminentis mortis periculum Domini dispensatione euaderet.

Rabb. Magna quæstio hic oritur cum in præcedentib. legatur, *& non vidit Samuel Saulem vsq; in diẽ mortis suæ*, quomodo hic prophetasse corã Samuele dicat. Quod Hebrei duobus modis soluunt, quia. s. abscondit se Samuel ne videretur ab eo. Vel nõ vidit eũ. s. indutũ habitu regio, sed indutus erat

Quæstio.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dimitte me. *In hoc mentita fuit quia ad persuasionem eius Dauid fugit, vt patet ex prædictis: tamen hoc dixit timore patris, istud tamen mendacium fuit officiosum.*

2 Nunciatum. *Hic consequenter ponitur frustratio conatus Saulis persequentis Dauid per diuinas laudes. Saul autem misit nuncios ad interficiendum Dauid postquam sic euaserat, & hoc ostenditur cum dicitur.*

3 Misit ergo. *occisores qui habent officium puniendi malefactores, & dicuntur a lito tas, quod idem est quod sacrificare, tamen interponitur, c litera. Sed frustrata fuit intentio Saul, per hoc quod subditur.*

4 Qui cum, *idest societatem religiosorum Deum laudantium, prout supra dictum fuit. 10. c.*

5 Et Samuelem stantem. *idest, præsidentem eis.*

6 Factus est etiam spiritus Domini. *id est, deuotionis.*

7 Et prophe. *idest, Deum laudare, omittentes persequi Dauid. Simile habetur Ioann. 7. g. de ministris missis ad capiendum Iesum, qui cum audissent eum prædicantem, conuersi fuerunt per deuotionem ad ipsum,* Nunquam sic locutus est homo, *excusantes se de eius captione. Et eodem modo dicendum de secundis nuncijs & tertijs a Saule missis, & etiam de ipso Saule, qui desiderio occidendi Dauid iuit in propria persona, ut dicitur in litera, & patet vsque ibi.*

8 Et ex. *non quod remaneret nudus, sed quia deposuit insignia regalia quæ erant exterius, vt acciperet vestes similes a religiosis laudantibus Deum. Sicut Dauid rex vestitus Ephod lineo ante arcam præcedebat cantans in organis laudes diuinas, vt habetur. 2. Reg. 6. d. propter quod despexit eum Michol dicens. Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se, quia insignia regalia deposuerat, ideo subditur, ibi.* Et nudatus est, *quasi si nudetur unus de scurris, & eodem modo dicitur hic de Saule.*

9 Et cecinit, *quia deposuerat insignia regalia, vt prædictum est.*

10 Vnde, &c. *idest, uerbum commune.*

11 Num, &c. *Hoc exponitur aliter quam sup. 10. c. quia hic accipitur de eo in quo apparet aliqua deuotio ad horam ex insperato, sicut cũ aliquis vita dissolutæ ostendit aliquod signum deuotionis, dicitur, modo Bernardus factus est monachus, Ita tũc dicebatur de talib.* Num, &c. *q. d. ista deuotio transitoria est & ad horam, non firma.*

CAP.

A rat, quando dictum est, *non vidit eum vsq; in diem mortis suæ*: & sic non vidit eum indutum scilicet, regio habitu. Se vero expoliasse non omnib. vestimentis, sed regalib. tantum intelligendum est.

Rab. Item quæritur quomodo qui missi erant ad hoiem tenendum, & ad Necem ducendum, prophetalis spiritus, participes esse meruerunt? a & similiter, ipse Saul quærens sanguinem innocentẽ? Sed & Balaã pphetauit, *& multi dicent in illa die. Domine Domine nonne, in nomine tuo prophetauimus? &c.* Quibus dicetur, Nõ noui vos vnquam, discedite a me qui operamini iniquitatẽ. Nõ est ergo mirum hominem reprobum transitorie prophetasse. Mystice autem Saul, & nuntij eius significant hæreticos, qui habent aliquid, spiritualium donorum, sicut testamenta legis & euangelij, & baptisma. Quod B cum ad ecclesiam veniunt, nõ est in eis violandum, aut quasi non habeant tradendum, sed oportet eos cognoscere vnitatem in vinculo pacis, sine qua quicquid hñt quãuis sit sanctum & venerandum, ipsi tamen tanto indigniores sunt, quanto illis donis non bene vsi sunt.

† De pœ. dist. 2. cap. fugerat autem, &c. si enim.

† supra. 17. d. & infra. 26. c. Matth. 7. c.

† Cur autem absconderit mihi rem hac mihi non est cognitum. LXX. & cur absondet pater meus a me rem hanc non non est hoc.

† id est, primus dies mẽsis qui Iudæis erat celebris & infra.

✠ Idem. In Dauid cum socijs fugiente a facie regis Saul, præfiguratus cum Apostolis Christus est, vt principem mundi lateret.

✠ Chrysost. Dauid dum eijcitur, dum in exilium agitur, dũ vsq; ad vitæ discrimẽ insidijs appetitur, hoste suo factus est illustrior, honorabiliorque, & non tantum omnibus amabilior, sed ipsi etiã Deo. Quid enim detrimenti cœpit tam multa perpressus a Saule? An, nõ in hodiernum vsque diem canitur, illustris in terra, illustris in cœlo? An non illum inenarrabilia manent bona, Nõne celorum regnum? Rursus, quid commodi cepit infelix ac miser Saul? Nonne regno excussus est? Nonne miseranda morte perijt vna cum filio? Nonne ab omnibus vituperatur, & qđ E his grauius est, æterna luit supplicia?

D Com. in c. 6. Luc. Homil. de Dauid & Saule.

CAP. XX.

† Fugit autem Dauid de Naioth quæ 1 est in Ramatha, veniẽsq; locutus est coram Ionatha. † Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animã meã? Qui dixit ei. Absit, non 2 morieris: neque enim faciet pater meus quicquam grande vel prauum, nisi prius indicauerit mihi. † Hunc ergo celauit a me pater meus sermonem tantummodo? Nequaquam enim erit istud. Et iurauit rursum Dauid. Et ille ait. Scit profecto pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. † Quinimo viuit dominus & viuit anima 3 b tua, quia vno tantũ (vt ita dicã) gradu ego morsque diuidi 4 mur. Et ait Ionathas ad Dauid: Quodcunque dixerit mi- 5 hi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan. Ecce a calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere 6 soleo iuxta regem ad vescendum. Dimitte ergo me, vt abs- 7 8

a ¶ Calendas Iudei celebrant hostijs, epulis, requie.

b ¶ Tanquam genes regis.

b *Vno tant.* Rab. gradum vocat parietẽ quo medio inter se & hostes p domus fenestram euasit, vbi erant obsidentes.

✠ Hebraei. Viuens Dominus, & viuit anima tua, quia tanquam passus vnus est inter me & inter mortẽ.

† Verum.

† tãquam passus vnus est inter me & mortem, id est, parum distat vt occidar quod ad voluntatem patris tui attinet.

CAP. XX.

a F*ugit au.* ✠ Athanasius. Si Arriani vituperant eos qui sese dum ad necem quæruntur, occultant, & calũniantur eos q. vitãt persecutores, quid quęso, faciẽt, quõ viderint Iacob a fratre suo Esau fugiẽtem? Mosemq, ad Madianitas metu Pharaonis secedere? Aut qu d isti rñdebunt Dauidi, e suis ædibus ob percussores summissos fugienti?

✠ Ambrosius. fugit sanctus Dauid odia Saulis regis, non relinquens terras, sed declinans cõtagia regis inimici & superbi, quia mens eius adhærebat Deo, cui sine charitate nullus adultus adhærere potest.

✠ Idem.

Apolog. de fuga sua.

L. de Abrahã & Isaac. C

✠ Eucherius, fuit Ionathas ad Dauid quem in persecutionibus patris sui non iustis, dolebat fatigari. Sicut animam. n. suam ita diligebat eum, vt ille nimirum qui tã perfecto iuxta legem Dei, amore complectebatur Dauid, a perditione inimicorũ eius videretur immunis. Qui & si sit ita morte pręreptus vt regnum cum eo vt sperabat, habere nequiuisset cõmune, absque vlla tñ contradictione, regni cęlestis consortium cum eo, quẽ pro gloria uirtutum tantopere dilexit, cũ esset & ipse vir virtutum, accepit.

✠ Chrys. Habitabat in tabernaculo Dñi, qui iurauit proximo suo, & non fefellit, vt Abraham Abimelech, & Dauid Ionathan, &c. Dauid, ait. Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ Iuraui proximo meo Ionathæ, non delere semen eius cum ipso, & id seruaui.

Com in hunc locum.

Com. in Psal. F

Et re.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XX.

1 FVgit au. *Hic consequenter describitur quomodo Saul ex odio Dauid filium proprium inuasit. Circa quod sciendum, quod postquam Saul receperat Dauid in gratiã ad preces Ionathæ, vt dictum est cap. 19. Ionathas à patre recessit pro aliquibus negotiis, & sic ignorabat quomodo pater suus postea Dauid inuaserat, & mortem eius quæsierat: propter quod Dauid venit ad Ionathã rẽ istam denuntians ei, vt adhuc tentaret, si Saul simpliciter diffinierat eum occidere, quia grauis erat ei a Ionatha, discedere & grauius mortem incurrere. Igitur in hoc. cap. sic proceditur, quia primo ponitur ipsius Dauid petitio. secundo ipsius Ionathæ concessio ibi:* Et ait Ionathas, *tertio concessionis executio. ibi.* Et venerũt calend. *quarto Saulis indignatio, ibi:* Iratus autem Saul. *quinto Dauid & Ionathæ lachrymabilis separatio, ibi:* Cumque illuxisset. *Circa primum præmittitur querimonia Dauid de Saule ipsum iniuste persequente, vt ex responsione Ionathæ formet postea suam petitionem.*

2 Non mo. *Hoc dixit Ionathas ignorans quid fecisset pater suus post recessum suum ab eo, vt dictum est, propter quod Dauid postea dixit.*

3 Quinim. *Modus est iurandi ac si dicatur: per Deum viuentem.*

4 Quia vno. *id est, modicum defecit, quod pater tuus me non interfecit. primo lanceam proijcendo. secundo per nuntios & per seipsum me ad mortem quærendo, vt patet ex dictis cap. 19. Quo audito dixit Ionathas.*

5 Quodcumque. *Ad salutem tui & conseruationem. ex quo Dauid consequenter format suam petitionem dicens.*

6 Ecce. *id est, festum Neomeniæ. quod fiebat apud Hebræos in memoriam beneficij diuini in rerum conseruatione sicut & sabbathum celebratur pro beneficio creationis. Transmutatio autem in istis corporibus sensibilibus multum sequitur motum lunæ, & ideo in nouilunio fiebat festum prædictum.*

7 Et ego. *Quia illa die ratione solẽnitatis notabiles personæ comedebant cum rege, inter quas Dauid sedebat primus, eo quod erat gener eius.*

8 Dimitte ergo. *vt possis certitudinaliter experiri vel explorare intentionem finalem patris tui de me, per modum qui sequitur:*

✠ Si respi-

MORALITER.

1 *Fugit au.* Per hoc ꝙ Dauid in persecutione positus fugit ad Ionathan amicum suum fidũ, ostendens ei anxietatem animi sui: docemur in angustia positi recurrere ad eũ, de cuius amicitia & fidelitate nobis cõstat. & eidẽ aperire: quia per hoc alleuiatur. sicut postema plus affligit quandiu clausũ remanet, q̃ post apertionẽ, p quã sanies defluit & euacuatur. Per hoc autem qđ Ionathas dedit ei consilium & auxilium offensa patris sui non obstante, docemur dare cõsiliũ & auxilium innocẽti non obstante offensa cuiuscunque personę. Aliter autẽ potest dici, quod per Ionathan qui columbæ donũ interpretat', spiritussanctus qui in columbæ specie apparuit in baptismo Christi significatur, ad cuius auxiliũ & consiliũ debemus recurrere in angustijs, & ipse paratus est iuuare, q a propriũ est diuinitatis succurrere in casibus desperatis in quo Dauid erat secũdũ viã humanã. Per hoc etiã quod Ionathas cõfortauit Dauid prędicens ei quod esset persecutionem Saulis euasurus, & regnum Israel adepturus, dicens:

Dimittam

a *Et requisiuit.* Prolepsis est, id est, anticipatio, hoc enim multo post factum est, interfecto Saule, regnum ad domum Dauid translatum est: & qui innocentem persecuti sunt diuinitus mulctati sunt. Tunc requisiuit dominus de manu inimicorũ quare, scilicet, virum sanctũ afflixerunt. Tunc cogebantur rationem reddere, quia oderant eũ tanto tempore. Quod de Absalon, & de Siba filio Bochri, de Saul, & de cæteris hostibus Dauid potest intelligi. *Vel requisiuit do. Da.* quod non & ipsi cum eo fœdus pacis inire voluerunt, cũ quo dominum esse viderunt. Hæc autem scriptura ideo præoccupauit, vt quod dixerat, *ut do eradicauerit dominus inimicos Dauid*, verũ esse comprobaret: quia, scilicet, inimici Dauid eradicati sint de terra, non ipso Dauid se vlciscente, sed domino pro illo vindicante.

b *Et addi.* Rabbanus. Vt a perditione inimicorum Dauid ostenderetur immunis, quia diligebat eum secundum legẽ Dei. Qui etsi morte præuentus regnum terrenum cum eo sicut sperabat habere non potuit, absq; vlla dubitatione regni cælestis consortium cum eo quem pro virtutibus diligebat cũ esset & ipse virtutum accepit.

✻ Iosephus. Ionathas egressus sub diuo nihil se prætermissurum pro Dauid salute iurauit, dicens: Hunc Deum quem magnum esse vides, & vbique præsentem, & antequam mentem meam sermonibus prodam, iam præscientem eã, cum in communi pacto testem promissionis adduco, quoniam non cessabo frequenter tentans patris animũ cognoscere, donec mihi eius animi secreta pandantur. Quæ cum didicero, non celabo, sed protinus tibi nunciabo, siue mitis circa te, siue sit valdè crudelis. Nouit autem hic Deus, qualem eum circa te semper esse exoro, ☞ & qui

a ¶ Tribus enim diebus festiuitatem Neomeniæ agebant.

condar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ. Si † respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suam, quia † victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit, benè: pax seruo tuo. Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. Fac ergo misericordiã in seruum tuum, quia fœdus domini me famulum tuum tecum inire fecisti. Si autem est aliqua iniquitas in me tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Et ait Ionathas: Absit hoc a te. Neq;. n. fieri potest, vt si certè cognouero completã esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi. Responditque Dauid ad Ionathan: Quis renuntiabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus durè? Et ait Ionatha ad Dauid: Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumq; exissent ambo in agrũ, ait Ionathas ad Dauid, domine Deus Israel si inuestigauero sententiam patris mei † crastino vel perendie, & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & † notum tibi fecero; Hæc faciat dominus Ionathan, & hæc † augeat. Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te vt vadas in pace, & sit dominus tecũ sicut fuit cum patre meo. † Et si vixero, facias mihi misericordiam domini. Si verò mortuus fuero, non auferas misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum. Aut si non fecero, quando eradicauerit dominus inimicos Dauid, vnumquemq; de terra, auferat Dauid Ionathã de domo tua, & requirat dominus de manu inimicorum Dauid. † Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid. Et requisiuit dominus de manu inimicorum Dauid. Et addidit Ionaths deierare Da-

a ¶ De vrbe in agrum egressi sunt, vt securius fœdus domini inirent, id est, iuramentum.

a ¶ Sublimet regnum tuum. ¶ Prius.

a ¶ id est, valde iurare.

† recordando recordat⁹ fuerit mei, uel métionem de me fecerit.

† in tempore hoc cras die tertia, hic cras de die tertio dicitur.

† addat.

† Et non si adhuc me uiuente & non facceres mecum misericordiã domini & non moriar.

Li. 6. antiq. cap. 12.

† sacrificium annuũ est ibi toti familiæ.

† Neque enim fieri potest.

† aperuero aurem tuam, Hebraismus & in fra.

† placuerit patri meo, ut adducat malũ.

† Et auferat Dauid Ionatha de domo: & requirat. Lxx. auferetur Ionathas à domo Dauid, & requirat.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si respiciens. *Vtrum autem sic fecerit Dauid, vt hic dicitur, non habetur ex textu, nec etiam contrarium. Dauid autem tunc loquebatur Ionathæ die immediatè præcedente Calendas, vt patet in textu, & abscondendus erat in agro die tertia post, ita q͂ duæ dies integræ & plus erant intermediæ, vt patebit ex sequentibus. Sortes autem Iudæ & Beniamin erant coniunctæ, ita q͂d citò poterat aliquis ire de vna ad aliã & redire: propter quod Dauid tpe intermedio potuit ire in Bethlehem. & redire die determinata ad locum condictum inter ipsum & Ionathan. Si aũt non fecit sic, fuit mendacium officiosum, de quo non est necessarium excusare Dauid & Ionathã, quia Apostoli, qui fuerunt multò perfectiores non excusantur omnino a peccato veniali. Ioan. .d.* Si dixerimus, q̃a pctm̃ non habemus, ipsi nos seducimus, &c.

2 Si dixerit, *id est, signum est quod non quærit me occidere, cętera patent.*

3 Et ait. *Hic ponitur ipsius Ionathæ concessio secundum formam petitionis Dauid propter quod respondit Dauid.*

4 Quis renuntiabit. *Hoc dixit, quia sibi difficile videbatur, quod filius regis veniret ad ipsum in agro, quin alii comitarentur ipsum, quod posset cedere in periculum ipsius Dauid ad faciendum voluntatẽ regis. Et similiter periculosum sibi videbatur, quod Ionathas renuntiaret Dauid per alium, eò quod Dauid habebat omnes suspectos ne accusarent eum erga Saul, præter Ionathan, propter quod Ionathas ei dixit.*

5 Veni & egrediamur. *Vt ostenderet ei locum vbi sibi renuntiaret intentionem patris sui per seipsum modo inferius scripto. Interponitur tamen renouatio fœderis inter Ionathan & Dauid, cum dicitur.*

6 Et si vixero. *Quia Ionathas pro certo tenebat Dauid regnaturũ post Saul patrem suum, sicut & factum est.*

7 Aut si non. *Hoc non est in Hebræ. nec est de text, sed immediatè sequitur.*

8 Quando eradicauerit. *Sciebat enim patrem suum cum domo sua puniendum propter persecutionem Dauid iniustam.*

9 Et requirat, &c. *hoc similiter non est de textu, sed immeditè sequitur:* Pepigit ergo, &c. *& sequitur.*

10 Et requisiuit dominus de. *Quod exponunt expositores nostri de vindicta diuina contra Saul & alios inimicos Dauid. Hebræi verò retorquent ad sensum oppositum, dicentes, quod inimici Dauid hic ponuntur pro ipso Dauid, & est sensus:* Requirat dominus de manu Dauid, *quia Dauid fœdus istud initum cum Ionatha fregit, quãdo medietatem hæreditatis Miphiboseth filii Ionathæ dedit Sibæ seruo eius, vt habetur infra 2. lib. 19. c. vt plenius videbitur, quando erimus ibi domino concedente. Vnde dicit hic Rab. Sa. quod quãdo Dauid dixit ipsi Miphiboseth,* tu & Siba diuidite possessiones, *venit vox a Deo di. Roboam & Ieroboam diuident regnũ, eò quod Dauid fregerat istud pactum quod erat inter Dauid & Ionathan ac posteros eorum. Quod autem ponitur hic.*

11 De manu, &c. *loco huius,* De manu Dauid: *dicunt, quod hoc factum est ad reuerentiam ipsius Dauid, sicut mater maledicens puero suo ex amicitia ad ipsum statim subdit: huic lapidi dico, vel parieti, vel aliquid huiusmodi: & eodem modo Iob 2. cap. dicitur:* Benedic Deo & morere: *propter reuerentiam diuinã ibi ponitur* benedic *pro maledic secundum omnes expositores, & tali modo loquendi vsus est Dauid, infra 25. iurans destruere domum Nabal di.* hoc faciat Deus inimicis Dauid, &c. *id est, mihi, ut dicetur ibidem. Aliter secundũ sensum istum potest exponi:* De manu, *id est, per manus inimicorum Dauid, quia Ieroboam, & alii, qui insurrexerunt cõtra Salomonem ad diuidendum regnum dicuntur inimici Dauid, inquantum fuerunt inimici posteritatis suæ.*

12 Et addidit, *i. valde iurare: ita quod non accipitur hic pro periurio, sed pro assertione iuramenti. Cætera patent vsque ibi.*

✻ 1 Et

MORALITER.

✠ 6 *Dimittam te, vt vadas.* Et sequitur postea.

7 *Quando eradicauerit.* significatur quod spiritussanctus innocentes positos in aduersitatibus consolatur, & eis adeptionẽ regni cælestis pollicetur, Matt. 5 a. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

uid, eò quod diligeret eum. Sicut enim animam suam, ita diligebat eum. Dixitque ad eum Ionathas: Cras calendæ sunt, & † requireris. Requiretur enim sessio tua † vsque perendie. Descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es, in die quando operari licet, & [1] sedebis iuxta lapidem cui nomen est Ezel. Et ego tres sagittas mittam [2] iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque [3] & puerum, dicens ei: Vade & † affer mihi sagittas. si dixero puero ecce sagittæ † intra te sunt, tolle eas, tu veni ad me: quia pax tibi est, & nihil est mali; viuit dominus. Si autem sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ vltra te sunt, vade in pace, quia dimisit te dominus. De verbo [4] autem quod locuti fuimus ego & tu, sit dominus inter me & te vs- [5] que in sempiternum. Absconditus est ergo Dauid in agro, & vene- [6] runt calendæ, & sedit rex ad comedendum panem. Cumque sedis- [7] set rex super cathedram suam secundum consuetudinem, quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul: va- [8] cuusque apparuit locus Dauid, & non est locutus Saul quicquam in [9] die illa. Cogitabat enim quod fortè euenisset ei, vt non esset mun- [10] dus, nec purificatus. Cumque illuxisset dies secunda post calendas, rursum apparuit vacuus locus Dauid. Dixitque Saul ad Ionathan filium suum: Cur non venit filius Isai nec heri nec hodie ad vescen- [11] dum? Et respondit Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè, vt iret in Bethlehem, & ait; Dimitte me *, quoniam sacrificium † solenne est in ciuitate mea. Vnus de fratribus meis † accersiuit me. Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis. Iratus autem Saul ad- [12] a uersum Ionathan, dixit ei; Fili † mulieris vltrò virum rapientis, num- [13] b quid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & in [14] c confusionem ignominiosæ matris tuæ? Omnibus enim diebus qui- [15] bus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius [16] mortis est. Respondens autem Ionathas Sauli patri suo ait; Quare [17] morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum. [18]

(Interlinear: ¶ Pridie calendarum. — a ¶ Videns Deum, vel fortitudo Dei. — ¶ Rex Saul. — ¶ Id est adulteræ.)

(Margin: † de te fiet mentio, deficiet. † & tertio die descendes festinus. † inuenias. † citra. * obsecro. † peruersæ sub. matris, rebellionis, i. fili matris peruersæ & rebellis. Alij fili nequam & peruersæ. † familiæ nostræ. † præcepit mihi sub. vt illuc me conferam. Homil. de Dauid & saule. in pace.)

A & qui nunc tecū est, nec te derelinquit; facietq; te inimicorum tuorū, siue pater meus est, siue ego, esse meliorem. Dauid itaque hanc fidem accipiens à Ionatha, ad locum proximum est profectus.

a * *Fili mulieris vltrò virum rapientis, &c.* Iosephus. Non retinuit iram Saul sed blasphemauit filium, natumque de muliere vltrò virū appetente, & hostem proprium, B dixit, & socium Dauid, & cooperatorem eius: & nec ipsum erubescere, nec eius matrem, talia facientes: nec volentes intelligere, donec Dauid viueret, regnum eorum esse incantum. Dixitq; vt eum vocaret, quatenus pœnas exolueret. Respondente Ionatha, non ad verba iam Saul accessit: sed arrepta lancea super eum, vt C respondentem interficeret insiluit, & hoc quidem non imple D uit prohibit⁹ ab amicis.

* R. Dauid Kimhi. Saul dixit: filius es mulieris reprobatæ ob rebellionē: hoc est, imitaris matrem tuam, quæ ob id quod mihi rebellis fuit, reproba & peruersa meritò est iudicanda.

b * *Filium Isai in confusionē, &c.* Chryso. Iustum ob vehemens odium non sustinuit proprio vo- E care noīe: sed *filium Isai*. Sic autē appellauit eum, partim odio proprij noīs, partim genitoris humilitatē notans, sperans fore, vt hoc pacto iustifama contaminaretur: haud intelligēs hoīem nobilem illustremque reddi solere non progenitorū claritate, sed animi virtute.

c *Nunquid.* quasi dicat, amas inimicū meum aduersans mihi, in quo ostēdis adulterino te conceptum concubitu. Nam legitimè nati arctius amant patres. F

a *Affer*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et venies in, &c. *quia dies calendarum & crastina erant festiua, & sic apparet quod supra dictum est, scilicet, quod absconsio Dauid fuit statuta die tertia a calendis.*

2 Et sedebis, &c. *id est ambulationis secundum Hebræ. quia ille lapis erat signum directiuum ambulantium per viam.*

3 Et ego tres, &c. *hoc autem signum dedit Ionathas Dauid, quia nesciebat si posset venire solus ad loquendum cum Dauid, vel si veniret secretè, fortè poterant aliqui superuenire, ita quod non esset tutum ipsi Dauid apparere, ne referretur Sauli, & caperetur.*

4 De verbo autem, &c. *id est, de fœdere inter nos & posteritates nostras.*

5 Sit dominus, &c. *scilicet, testis & requisitor, quia nullus alius ad hoc fuerat vocatus, ad periculum Dauid euitandum.*

6 Absconditus est, &c. *scilicet, tempore constituto die tertio calēdarum, quia dubium erat si rex Dauid requireret die calendarum, vel expectaret vsque in crastinum, sicut & fecit.*

7 Et venerunt, &c. *Hic consequenter describitur prædictæ concessionis executio, quia Ionathas explorauit intentionem patris de Dauid per modum inter eos condictum, & patet litera ex prædictis, paucis exceptis.*

8 Surrexit. *quando enim erat ibi Dauid sedebat iuxta regem, & postea Ionathas, & post ipsum Abner: & ideo absente Dauid nullus erat inter Saul & Ionathan. Et quia non est consuetum, quod filius regis sedeat post patrem, ita quod nullus sit intermedius, ideo surrexit Ionathas & sedit post Abner.*

9 Et non est, &c. *scilicet, de ipso Dauid, cuius ratio subditur.*

10 Cogitabat enim, &c. non es. *ex concubitu cum vxore vel ex tactu rei immundæ, quia de sacrificio Neomeniæ non debebant immundi comedere donec essent purificati, quæ quidem purificatio in aliquibus fiebat per transitum temporis, & in aliquibus per aquā expiationis, sicut dictum fuit Num. 19.*

11 Cur non venit, &c. *ex contemptu & odio nolebat eum nominare nomine proprio. Cætera patent.*

12 Iratus autem Saul. *Hic consequenter describitur ipsius Saulis indignatio, dicentis Ionathæ.*

13 Fili mulieris vltrò. *id est, concubitum viri importunè petentis.*

14 Diligis filium Isai in confusionem. *quia per hoc tu ostendis quod non sis filius meus, qui ipsum odio: & per consequens quod tu sis de adulterio, quod cedit in confusionem tuam & matris tuæ.*

15 Omnibus enim diebus quibus filius, &c. *Ex quo patet perfectio Ionathæ, qui propter hoc non retrahebatur a Dauid charitate.*

16 Itaque iam. *sine aliqua retardatione.*

17 Et adduc eum. *vt in præsentia mea occidatur, & sim certus de eius morte.*

18 Quia filius mortis est. *id est, dignus morte, sicut peccatores dicuntur filii gehennæ Matth. 23. Cætera patent.*

1 Cumque

a *Affer mihi sagit, &c.* ✲ Theodoretus. Quamobrem Ionathas volens significare Dauidi insidias patris, id significauit per tela aut iacula; Non nulli dicunt, propter famulum, qui simul erat cum eis, ne cognosceret, quæ significabantur. Deinde ne esset perspicuè eum indicare amico animum patris cædis spirãtem, sagittandi simul exercitationem. Et verbis quidem suis ad famulum ænigmaticè Dauidi significabat fugam.

Quæst. 50.

† ignominia affecisset uel dolore affecisset. † ad tempus constitutum Dauidi. † inuenias. Deut. 6. a. Exod. 20. b. Matt. 16. a.

Quid est, quòd Ionathas volens seruare Dauid, cum ille lateret in agro iuxta lapidem, ad signum duas sagittas iecit: quas puer paruulus ignorans, quid faceret, collegit, & in ciuitatem retulit? Nisi quod pater filium vnigenitum ad salutem humani generis mittendum in litera legis Iudæis nescientibus habuit abscõditum. Dauid ergo absconditus est in agro, & Christus in mundo. *In mundo erat & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* Iuxta lapidem sedebat, quia in tabulis legis scriptis erat. vnde: *Dominus Deus tuus vnus est*, Et: *Non assu. nomen Dei tui in vanum.* Saul inter epulas eum mortis filium esse iudicabat, & Iudaica perfidia inter paschales epulas de nece domini tractabat. Cum ergo illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid & puer paruulus cum eo: iecit vnam sagittam, iecit & alteram, & Deus pater illucescente mane fidei prius testimonium legis de Christo protulit, deinde prophetas misit. Collegit puer Ionathæ sagittas; & ad dominum ignorans quid ageretur retulit. Sic Iudaicus populus libros legis & prophetarum portans quasi diuinit⁹ scriptos honorabat, sed quem Moses & prophetę prędixerant ignorabat.

Rabbanus. Ioan. 1. a.

Et intellexit Ionathas, quòd diffinitum esset à patre suo, vt interficeret Dauid. Surrexit ergo Ionathas à mensa, in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super Dauid, eò quòd † confudisset eum pater suus. [1] Cumque illuxisset mane, venit Ionathas in agrum † iuxta placi-[2]tum Dauid & puer paruulus cum eo. Et ait ad [3] a puerum suum: Vade & † affer mihi sagittas, quas ego iacio. Cumque puer cucurrisset, iecit † aliam sagittam trans puerum. Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas. Et clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta, porrò vltra te. Clamauitque iterum Ionathas post † tergum pueri, dicens: [4] Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum, & quid ageretur * penitus ignorabat. Tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. [5] Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei: Vade & defer in ciuitatem. Cumque abiisset puer, [6] surrexit Dauid de loco qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram adorauit tertiò. b [7] Et osculantes se alterutrum, [8] fleuerunt pariter, [9] Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid; Vade in pace. a [10] Quæcunque iurauimus ambo in nomine domini dicentes; dominus sit inter me & te, & inter semen tuum & semen meum vsque in sempiternum. Et surrexit Dauid & abiit, sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

¶ Improperans quod filius esset adulteræ.

a ¶ Subaudi, firma sint: nimius dolor deficit in loquendo.

b ✲ *Et osculantes se alterut. &c.* Chrysostomus. Est via interitus, quæ ex ore proficiscitur, quando sunt turpia & immunda oscula: quando ficta ac fraudulenta. Tale erat Iudæ osculum, dolo plenum. Sed non tale Pauli osculum, quo iussit inuicem se osculari, in osculo sancto. Quemadmodum nec Dauid quod Ionathæ præbet osculum, sed sanctum, & honestum, & syncera dilectione plenum: cuiusmodi etiam fuit eorum, qui in Pauli collum ceciderunt, & eum amplexu osculabantur.

✲ Iosephus. Dauid cecidit ad pedes Ionathę, eumque adorans, Saluatorem animæ suæ vocabat. Quem Ionathas eleuauit a terra, & alterutros se amplexantes validè, semeipsos osculabantur, & flebant ætatem suam inuidię malignitate consumptam: & futuram separationem, quæ nihil differt à morte. Vix etenim quiescentes a gemitu, & memoriam iurisiurãdi apud alterutros constare poscentes, diuisi sunt.

Cõ. in psal. 140. † sagittas. 2. Cor. 13. † puerum, & infra. * puer. Act. 26. Lib. 6. Antiq. cap. 12.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cumque illuxisset, &c. *Hic consequenter describitur Dauid & Ionathæ flebilis separatio per hoc, quod Ionathas indicauit ei intentionem Saulis de morte eius, vt sic fugeret, & saluaretur, & hoc est quod dicitur:* Cumque illuxisset. *Ex quo patet fidelitas Ionathæ, qui die præcedenti non comederat, vt patet ex prædictis, & tamen mane ante comestionem venit ad Dauid ad nuntiandum quod interuenerat. Tum quia magis secretè poterat cum eo loqui antequam communiter homines ad campos exirent: tum quia mora erat ipsi Dauid periculosa.*

2 Iuxta placitum, &c. *id est, condictum vel promissum.*

3 Et puer. *Vt minus posset percipere ad quid Ionathas venerat, & vt facilius posset se expedire de eo. Cætera patent vsque ibi.*

4 Festina velociter, &c. *Videbat enim Ionathas tempus aptum ad loquendum cum Dauid, eò quod nullus esset in agro: ideo voluit statim remittere puerum, vt solus cum Dauid loqueretur antequam aliqui superuenirent, qui possent accusare Dauid.*

5 Dedit ergo Ionathas, &c. *i. arcum, pharetram & sagittas.*

6 Surrexit, &c. *per indicium prædictum. Et cadens pronus in terrã adorauit, adoratione duliæ.*

7 Et osculantes, &c. *ex amoris fidelitate.*

8 Fleuerunt, &c. *ex imminenti separatione.*

9 Dauid. *quia non solum deserebat Ionatham, sed & terram & cognationem suam.*

10 Quæcunque, &c. *Subintelligitur sint rata & firma. Cætera patent in litera.*

CAPVT XXI.

a *Venit autem.* b *Achimelech.* ✠ Procopius. Liber pſalmorum pro Achimelech ī titulo habet Abimelech, facta ꝑmutatione literæ, propter affinitatē apud Hebręos, Beth, ſcilicet, & Caph. Similes enim ſunt literę exiguo apice tantum variante. Sed quomodo Seruator hui⁹ hiſtorię mētionem faciens, dicit, Dauid ad Abiathar ſummum pontificem perueniſſe? Aut igitur Abimelech binomius fuit. & Abiathar etiam appellat⁹ eſt: aut dicendum eſt, hiſtoriam Abimelechi tanquam ſacerdotis mentionem facere: Abiatharum verò ſummum illis temporibus pontificē fuiſſe. Videtur etiam quod regū liber ipſum Abimelech, & ſacerdotes domini ſublatos eſſe dicat a Saule, non autem ſūmum pontificem.

✠ Hieronym. Achimelech ipſe eſt Aia, filius Achitob, filij Phinees, fili Heli.

Achimelech. Rabbanus. Frater meus rex. Apoſtoli quos rex regum fratres ſuos appellat ſolus fuit Dauid, & Chriſt⁹ in paſſione. Dauid ait: *Illo & illo in loco condixi pueris meis*, Et Chriſtus dixit: *Poſtquam reſurrexero præcedam vos in Galilæam.* Per viam pollutam venit Dauid, & Chriſtus immundas actiones Iudæorū impollutus pertranſijt. Dauid ait: *Et ipſa hodie ſanctificab itur in vaſis meis.* Et vaſa dñi, i. Apli à ꝯtagione Iudæorū fide ſanctificati ſunt.

Pſal. 33. A — Mar. 2. — † aliquid. B — † indicaui eis quo irent ante me, ad talē locum. Lib. tradit. Hebr. — † quod eſt ſub manu tua, ꝗn que. Lxx. ſi habes ad manū quinque. Marc. 16. b. — † vel prophanos, aut cōmunes. i. quibus liceat veſci omnibus. C

CAP. XXI.

VEnit autem Dauid in ¹ Nobe ad Achimelech ſa- ² cerdotem, & † obſtupuit Achimelech, † eò quòd veniſſet Dauid, & dixit ei: Quare tu ſolus & nul- ³ lus eſt tecum? Et aid Dauid ad Achimelech ſacerdotem: Rex præcepit mihi † ſermonem & ⁴ dixit; Nemo ſciat rem propter quam miſſus es a me, & cuiuſmodi præcepta tibi dederim. Nam & pueris meis † condixi in illum & illum locum. † Nunc ergo † ſi quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi, aut quicquid inueneris Et reſpondens ſacerdos ad Dauid, ait illi; Non habeo † laicos panes ad manum, ſed tan- ⁵ tum panem ſanctum. Si † mundi ſunt pueri, ⁶ maximè à mulieribus, manducent. Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei; Et quidem † ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & ⁷ nudiuſtertius quando egrediebamur, & fuerunt ⁸ vaſa puerorum ſancta. Porrò via hæc polluta ⁹ eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. ¹⁰ † Dedit ergo eis ſacerdos † ſanctificatum panem: †

a ¶ Eo quod ſine mili. ibus venit.
a ¶ Achimelech ipſe eſt Achias nepos Heli.
a ¶ Laos Grece populus inde Laicos panes, id eſt, populares.
¶ A concubitu, ſcilicet.
a ¶ In Hebræo via hæc laica.

c ✠ *Si mūdi ſunt pueri, &c.* Procop. Oſtendit ſanctitatem & caſtimoniam, eodem nos cum pōtificib. honore dignos efficere. Quod autem Dauid eorum quæ ſacerdotibus aſſignata erant, particeps factus eſt, omnibus piis menſam myſticam proponendam eſſe, inde manifeſtū eſt. Dñico. n. corpore ſacerdotes pariter & laici participant quotquot ſacri baptiſmatis participes facti ſunt.

d *Via.* Rabbanus. In Hebræ. *via hæc laica eſt.* Q. In lege ſcriptum eſt, vt extraneus non comedat ex eis, cur interrogas vtrum mundi ſint pueri, qui etiam ſi mundi eſſent veſci non deberent? Via ergo laica eſt, quia tu laicaliter interrogas. Sed & ipſa hodie ſanctificatur in vaſis. In vaſis, i. mente ſua ſe ſāctificari dixit, quia niſi neceſſitate corporis, & periculo vitæ vrgente non veſceretur eis.

✠ Theodoretus. Cum ſacerdos rogaret, an illo die caſtus eſſet, dixit tres dies fuiſſe caſtum: & adiecit, propter viam propoſitā neceſſario erit particeps ſacri alimenti, vt ab eo roboratus, quæ ſunt ei propoſita rectè gerat.

✠ Hier. lib. 1. aduer. Iouin. Panes enim ꝑpoſitionis quaſi corpus Chriſti de vxorum cubilibus cōſurgentes edere nō poterant. Ideo dictum eſt ad Dauid fugiētem, *ſi mundi ſunt pueri ab vxoribus.*

d *Dedit ergo.* Quantum ad prophetiā pertinet, hoc ī Chriſto impletum

D — † vel timuit. — † & venit. * in occurſum ipſe. — E — † 33. q. 4. c. r. De cō. di. 2 c. trib. gradib. — † cuſtodiuerunt ſe. — † prohibita ē a me mulier vel continui me a muliere, vt nō eſſ..me cū ſicut heri. — Rabbanus. Luc. 22. b. — † Mat. 12. a. Mat. 2. d. q. r. §. his ita. — † ſanctificatū. id eſt, gratiarū actionis. Panes triplices. F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXI.

1 VEnit autem. *Hic conſequenter Saul Dauid perſequitur ipſū banniendo. Circa quod ſciendum, ꝙ Saul cognoſcens euaſiſſe Dauid: ipſum de regno ſuo expulit, & in exilium miſit vt nullus auderet eum recipere. quod patet ex hoc ꝙ ſacerdotes occidit pro eius receptione vt habetur c. 22. Iſtud tñ exilium ad Achimelech non peruenerat qñ Dauid recepit. Sic ergo proceditur: quia primo erga Dauid deſcribitur ipſius Achimelech beneficium. ſecundò ex hoc illatum ſupplicium. c. 22. Circa primum. deſcribitur ipſius Dauid curialiter receptio. ſecundò periculi imminentis euaſio, ibi:* Surrexit itaq; Dauid. *Primum oſtenditur, eò ꝙ Achimelech dedit ipſi Dauid cibum & gladium: & interponitur Doeg præſentia, ex qua ſecutū eſt ſacerdotum excidiū dicitur ergo:* Venit autem. *vbi erat tabernaculū domini, vt ibi oraret ꝙ eum dominus de manibus Saulis eriperet.*

Diuiſio.

2 Ad Achi. *Iſte eſt qui ſupra vocatus eſt Achias cap. 14.*

3 Quare tu ſo. *Non eſt intelligendum ꝙ nullus eſſet cum eo, quia infra quæſiuit Achimelech:* Si mundi ſunt pu. &c. *& Matt. 12. dicit ſaluator:* Nunquid legiſtis quid fecerit Dauid quando eſurijt & qui cum eo erant, &c. *Ex quibus patet, quod aliqui erant in comitatu ſuo, ſed pauci reſpectiuè & in comparatione ad illos qui ſoliti erant cum eo ire ſicut dicitur communiter: nullus eſt in foro quando ſunt ibi pauci reſpectu alterius tēporis, quāuis ſint pro tunc ibi multi.*

4 Rex præc. *Non oportet hic excuſare Dauid de mendacio officioſo, ſicut & dictum eſt ca. præ. Cætera patet, vſq; ibi.*

5 Non habeo. *Erant enim panes in triplici gradu. Aliqui dicebantur panes propoſitionis, qui erant liciti ſacerdotibus tantum. & panes oblationis, qui offerebantur in altari holocauſtorum & illis vtebantur Leuitæ. Et panes communes quibus omnes indifferēter poterant vti, & dicuntur hic panes laici.*

6 Si mundi. *q. d. poſſent in neceſſitate eis dari.*

7 Continuimus. *immunditia enim illa contracta purgabatur per tranſitum temporis, quia durabat tantum vſque ad veſperam.*

8 Et fuerunt, *i. corpora ab immunditia coitus, vel vaſa hic dicuntur ipſimet pueri.*

9 Porrò via. *Quod exponunt aliqui ſic. q. d. Dauid in via fortè aliquam immunditiam potuimus contrahere.*

10 Sed & ipſa. *quaſi dicat talis immunditia excuſabitur in nobis per continentiam a mulieribus prædictam. Aliter ſic:* Hæc via polluta eſt. *id eſt hic proceſſus eſt illicitus de communi curſu, ſcilicet, quod detur panis ſanctificatus laicis.* Sed hodie ſanctificabitur in vaſis. *id eſt, excuſabitur in nobis, propter neceſſitatem comedendi in qua ſumus. Erant enim, vt dicunt Hebræi, valdè fatigati a ieiunio, & hoc modo Saluator hoc factum dicit eſſe licitum, Matth. 12. eò quod Dauid & viri eius erāt in neceſſitatis articulo. Cætera patent vſque ibi.*

MORALITER.

✠ 1 *Venit autem, &c. ad Achimelech, &c.* Per iſtum Achimelech bene ſignificatur Ieſus Chriſtus. Primò rōne nominis. Nā Achimelech interpretatur frater meus rex. Chriſtus aūt frater noſter eſt, rōne humanitatis aſſumptæ. Hebr. 2. ca. dr̄ de Chriſto & ſuis fidelibus. Non confunditur eos vocare fratres, di. *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, &c. Ipſe eſt etiam rex regum, dominus dominantium*: vt dr̄ Apoc. 17. d. Secundò rōne officij. Nam Achimelech erat ſummus ſacerdos, quod competit ipſi Chriſto, propter quod per Melchiſedech, q̄ rex erat & ſacerdos, ſignificat' Hebr. 6. Per hoc ergo, ꝙ Dauid ī arcto poſitus uenit ad Achimelech, ſignificatur, quod quilibet Chriſtianus in arcto poſitus ꝑ preces deuotas recurrere dēt ad dominum Ieſum Chriſtum. Per hoc autem quod Dauid ab Achimelech panem petijt, & ille dedit, ſignificatur quod Chriſtianus debet a Chriſto petere panē verbi diuini & euchariſtiæ ſicut dr̄ in oratione dñica: *Panem noſtrum quotidianū da nobis hodie*: & hoc ſignificatur per hoc quod dicitur.

† *Dedit ergo ei.* Per hoc autem quod dixit ſacerdos, quod ad eſum panis illius requirebatur munditia maximè a mulieribus, ſignificatum fuit quod peccatum carnale impedit maximè perceptionem euchariſtiæ. Per hoc autē quod Achimelech dedit Dauid gladiū, ſignificatur quod Chriſtus armat ſuos fideles ꝯ dęmonum inſultus. Per hoc aūt quod fuit gladius quo caput Goliat fuerat amputatū, ſignificatur, ꝙ memoria paſſionis Chriſti, qua caput dęmonum fuit deuictum eſt efficax gladius ꝯ dęmonum inſultum. 1. Pet. 4. a. *Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini.*

† Et

implectum est, qui positus in carne dũ Iudæorũ sæuitia declinaret, ad populos transit, cum quibus cibũ desideratũ sumpsit. *Desiderio enim desideraui manducare Pascha.* Goliæ, i. diaboli arma sustulit. Ipse. n. fortior spolia fortis diripuit. His autem a quibus receptus est Christus intulit diabolus persecutionẽ, tribulationẽ, & mortem. Omnes enim qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patiuntur. vnde: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.*

Matth. 2. d. Luc. 6. a. 25. q. 1. §. his ita. 2. Timoth. 3. c Ioann. 15. c

✲ August. Nonne Dauid cum panes propositionis mãducauit, quos nõ licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, in vno Domino Iesu Christo regnũ, & sacerdotium futurum figurauit?

Lib. 12. cõtra Faustũ, cap. 33

† Hic pascebat mulas Saul.

✲ Idem. Quanquam Dauid apertè fuit, figurauit tamen, & sacerdotis personam, quando panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus.

Lib. 1. de consens. Euãg. c. 3

✲ Ambros. Intrauit Dauid in domũ Achimelech sacerdotis, sed nec periculo mortis proposito, hospitem recusat, nec declinat exulẽ sanctus animus sacerdotis. Tãta hospitalitatis est gratia, vt libenter in nos aliena pericula transferamus. Verũ, hoc in historia morale: in mysterio propheticum est, quod nec præsumpto futuræ mortis exitio, verum illum Dauid hospitio suæ mẽtis religiosi excluderẽt sacerdotes. Demonstrauit etiã typus, quod Christi corpore cibus fidelibus pararetur, vt Christi corpus assumeret fidelis, nec esuriret.

Com. in 6. c. Luc.

† si non est.

† supra 11. & infra 29. b.

a *In tabernaculo Domini.* Rabb. In Heb. *Obligatus in conspectu Domini.* fortè enim vouerat, quia aliquot diebus in tabernaculo Domini moraretur, & vacaret orationibus.

† 22. q. 2. cap. vtilem.

† insaniebat, siue insanum se simulabat

✲ Theodor. Est perspicuum q̃. Doeg vexabatur ab aliquo dæmone, aut tenebat aliquo morbo, & ea de causa diuino assidebat tabernaculo. Sed sceleratus, non solùm significauit Sauli omnia quæ dicta, & facta fuerant ab Achimelech, sed etiam omnes occidit sacerdotes. ✲ Iosephus. Aderat illic seruus Saul, genere quidem Syrus, nomine Doech, qui mulas pascebat regis.

✲ Ambros. Nec Doech figura vacat, qui erat custos mulorum, eò quòd nemo alius, nisi infructuosi gregis custos Iudæ proditoris Typum impleret.

In c. 6. Luc.

Neque enim erat ibi panis, nisi tãtùm panes † propositionis, qui sublati fuerãt a facie Domini, vt ponerẽtur panes calidi. [1] Erat autem ibi vir quidã de seruis Saul in die illa † [2] intus in tabernaculo Domini, & nomẽ eius Doeg [a] Idumæus, [b] potẽtissimus [3] pastorũ Saul. [4] Hic pascebat mulas Saul. Dixit autẽ Dauid ad Achimelech; [5] Si habes hic ad manũ, hastã, aut gladiũ da mihi; quia gladiũ meũ, & arma mea nõ tuli mecum. † Sermo enim regis vrgebat me. Et dixit sacerdos: [6] Ecce hic gladius Goliath Philisthæi quẽ percussisti in valle Terebinthi, est inuolutus pallio post ephod si istũ vis tollere, tolle. Neq; enim hic alius est absque eo. Et ait Dauid; [7] Nõ est huic alter similis; da mihi eũ. [8] Surrexit itaq; Dauid, & fugit † in die illa a facie Saul; & venit ad Achis regẽ Geth. Dixeruntq; serui Achis ad eũ, cum vidissent Dauid. [9] Nũquid nõ iste est Dauid rex terræ? [10] Nõne huic cantabãt per choros dicẽtes; † Percussit Saul † mille, & Dauid decem millia? [c] Posuit autẽ Dauid sermones istos in ¶ corde suo, & [11] extimuit valde a facie Achis regis Geth. † [12] Et immutauit os suum coram Achis; & † [13] collabebatur inter manus eorum, & [15] impingebat in ostia portæ, [14] defluebantq; saliuæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos; Vidistis hominem insanum. Quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istũ, vt fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam?

¶ Ne inuidia motus aliquid mali machinaretur.

b *Doeg Idumæus.* Rabb. Qui camelorum, id est, infructuosi gregis, & tortuosi custos erat, & interpretatur motus, vel solicitus, qui & percussit Achimelech sacerdotem magnum, qui interpretatur frater meus rex: nomine, & actu Iudam significat, per quem contra Christum regem verũ, diabolus operatus est fraudem, vt eo perdito etiam Ecclesia pateretur, & discipuli Christi, & sacerdotes pro nomine eius occiderentur. Sed in domo Achimelech solus Abiathar princeps sacerdotum euasit, quia nemo potest nocere Christo sacerdotum principi, *qui victor cælos ascendit.*

† facierum, id est, qui ante conspectũ domini ponebãtur.

† retardatus, vel inclusus, scilicet ut oraret coram Domino.

† vel negociũ

c *Posuit autem.* ✲ Iosephus. Dauid ex oĩ regione Hebræorũ, fugit in Geth, quæ est regio Palæstinæ, vbi regnauit Achis. Cumq; cognitus esset a famulis regis, indicantibus quod multa millia Palæsthinorũ peremisset, metuens Dauid ne periculũ qđ declinauerat a Saul, ab illo susciperet. Simulauit se eẽ furiosũ, & rabidũ, ita vt spumã ex ore proijciens, & alia quæ furiosi sunt faciens, fidem regi veræ passionis ostenderet.

Lib. 6. Antiq. cap. 13.

† mille suos

✲ Chrysost. Dauid ad Achis profectus, cùm insanum se simulans consideret, versaretq; oculos, atque spumæ plurimum ex ore dimitteret, longè profectò amplius cruciabatur, quàm illi qui reuera corripiuntur a dæmone, cũ secum reputaret in quam necessitatẽ se reduxisset illic quẽ summis beneficijs affecerat.

Lib. 3. de prouidentia Dei, Tomo 5.

† sermonẽ suũ aut cõsiliũ alii geri suos uertunt.

✲ August. Nec quod Dauid simulauit insaniam, nec cætera huiusmodi, mendacia iudicanda sunt, sed actiones, locutionesque propheticæ ad ea quæ vera sunt intelligenda referendæ.

Lib. contra Mendac.

✲ Idem. Quasi insanus putatus est Dauid, qñ dixit Achis: Arrepti- tioes ejus, vt dictũ fuit Lev. v. & sic Dauid i. e potuisset eo vti ut cætero licitè. pp qd dicẽdũ, qđ ibi fuerat positus tñ ad memoria illius victoriæ a Deo datæ.

Conc. 1. in Psal. 33.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Erat autem. *Istud hic interponitur ratione prædicta.*

2 Intus in ta. *i. in atrio vbi laici admittebantur ratione oblationis vel orationis, quia tabernaculum soli sacerdotes intrabant, in Heb. hr.* Retentus in tabernaculo. *Obligatus. n. erat ex voto ad manendũ ibi aliquib. dieb. ad orandum, vel offerendum, vel forte ad vtrumque.*

3 Potentiss. *i. iudicum, vt dicunt Heb. Iudices. n. in vet. test. frequẽter nominantur pastores, quia per eum rex reddebat iudicia. Non est. n. verisimile, quòd esset custos animalium, quia erat primus inter seruos Saul, vt dr̃ cap. 22. & ideo illud quod sequitur in aliquibus libris.*

4 Hic pascebat. *non est in Hebræo nec in libris correctis.*

5 Si ha. &c. has. aut. *Dauid. n. dimissus a Michol per fenestram, vt dictum est supra 10. non potuerat sumere arma sua.*

6 Ecce hic. *Dñt hic aliq, qđ pp victoriã illã, ille gladius quo fuerat amputatũ caput Goliæ, fuerat dño cõsecratus. Sed hoc non vr̃ verũ, qa talis cõsecratio est ad sp, pp qd res dño cõsecrata nõ poterat redire ad vsus ejus, vt dictũ fuit Lev. v. & sic Dauid i. e potuisset eo vti ut cætero licitè. pp qd dicẽdũ, qđ ibi fuerat positus tñ ad memoria illius victoriæ a Deo datæ.*

7 Non est. *æqualis ei.*

8 Surrexit. *Hic consequenter describit imminentis pcli euasio in ciuitate Geth, ad q̃ Dauid fugitiuus fugit, qa erat extra regnũ Saulis.*

9 Nũquid. *quia indiuulgatũ fuerat ipsum fuisse inũctũ à Samuele.*

10 Nonne huic, &c. Percussit. *de Philisthæis, hæc autem dicebant vt Achis eum detineret, & occideret, ideo subditur.*

11 Et extimuit. *quia non poterat resistere.*

12 Et immutauit os suũ corã Ach. *loquens aliena sicut insanus.*

13 Et collabebatur inter ma. *sicut epilepticus, vnde subditur.*

14 Defluebãtq; saliuæ eius in ba. *sicut solet fieri in tali passione.*

15 Et impingebat in ost. por. *quasi innitens transire per ostia clausa. In Hebr. habetur,* & pingebat, *faciendo ibi quasdam figuras, sicut solent facere fatui, propter quæ Achis eum repulit, vt insanum.*

MORALITER.

† *Et venit ad.* Et sequitur. 12 *Et mu. os suum.* Per hoc autem quod se simulauit insanũ, vt euaderet mortis periculum, dedit exemplum vtendi cautelis contra malitiam peruersorũ. vñ dicit Poeta. Stultitiã simulare loco, prudẽtia summa est. Qđ hẽt locũ, qñ qrit aliqd cuius rñsio odiosa est, & sine fructu, tunc declinare qñ pot fieri licitè, vr̃ esse prudentiæ. Aliter per Achis, & eius populum pñt sacerdotes, & scribæ Iudæorum intelligi. Et per Dauid ipse Chr̃s, q coràm eis mutauit os suum docens contemptum temporalium bonorum, q̃ tñ in lege veteri promittebant in pmiũ, Es. 1. c. *Si audieritis me, bo. ter. co.* pp qđ ipsum reputabãt insanũ, sicut hr̃ Io. 10. d. dicebãt. n. de Chro. *Dæmoniũ hẽt, & insanit, vt qd eũ auditis?* Sicut Achis reputauit Dauid isanũ dicẽs *vidistis hoĩem insaniẽtẽ.*

ADDITIO.

In c. 21. vbi dicitur in postilla. Circa quod sciendum, quod Saul cognoscens euasisse Dauid ipsi regno suo interdixit.

Hoc exilium non habetur ex textu, nec etiam ex hoc, qđ Saul sacerdotes Dauid recipientes occidit talis expulsio cõprobatur. Saul enim absque aliqua iniuria, sed tyrannicè, & crudeliter persequebatur non solum Dauid, sed etiam amicos eius, & ei fauentes, ut patet in cap. pr. vbi habetur quod Saul uoluit percutere Ionathan filium suum, solum ex hoc quod innocentiam Dauid allegabat.

A Arreptitium hunc mihi adduxistis? Et Christus dicens, *Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum*, quasi insanire videbatur. Sed regi Achis videbat̃. i. stultis & ignorantib. &c. *Et ferebatur in manibus suis*. Quō intelligitur in ipso Dauid ſm literā non inuenimus: in Christo aūt inuenimus. Ferebat̃. n. Christus ī manibus suis, qn̄ commendans ipsum corpus suū ait, *Hoc est corpus meum*. Ferebat enim illud corpus in manibus suis.

† seruauit se.

Trac. in hoc verbum Sixto, &c.

✠ Arnol. Boneualensis. Horrebant Caphernaitæ potum sanguinis, & carnem humanam cibum insolitum mensis suis inferre, impium & nefarium iudicabant. Durus erat sermo huiusmodi, quia sensu carnis oppressi, spiritum & vitam in verbis veracibus contemnebant. Hoc intimabant illæ per barbā Dauid fluentes saliuæ, quod infantilia & friuola hæc verba æstimarent Iudæi, &c. B Porrigit quidē Christus discipulis, imò toti Ecclesiæ proprijs manibus Eucharistiam, quasi seipsum ferens: quam qui dignè accipit, viuit: nec immeritò proscribitur qui contemnit.

Expos. sacri canonis.

✠ Odo Cameracensis. Qui prius erat panis, benedictione factus est caro. Modo caro, iam non panis. O miraculum. Frangebatur inter digitos, sedens incolumis īter discipulos. Erat integer & diuidebatur in partes. In manibus tenebat seipsū & de manibus se discipulis porrigebat edendum. Hoc signabat Dauid, qui coram Achis rege, se in manib. suis ferebat.

Isid. Rabb. Achis interpretatur, quomodo est, per quod significatur ignorantia. Verbum enim iurantis & non agnoscentis, ꝙ in Iudæis impletum est, qui dum Christum viderunt non agnouerunt. *Coram eis mutauit os suum & abiit*. Erant enim ibi præcepta legis carnalia: erat sacrificium secundum Aaron, sed ipse de corpore suo, & sanguine instituit sacrificium ſm ordinem Melchisedech Mutauit os suum in sacerdotio, mutauit in præceptis, dans aliud testm̄ euacuata operatione carnali Collapsus est in manibus eorum, qn̄ eum cōprehenderunt & crucifixerunt, & prociderat ad ostiū portæ. i. humiliabat se ad initium fidei nostræ. Ostiū portæ initiū fidei est: à fide incipit ecclesia, & peruenit vsq; ad spē. C Quòd saliuę quasi furiosi decurrebāt p barbā eius, Apostolus aperit dicēs: *Prædicamus Christū crucifixū, Iudæis scandalum gentibus autem stultitiā*. Infirmitatē. n. saliuæ significant, q*a stultum Dei fortius est hominibus*. Saliuæ fluunt per barbam, qūo. n. in saliuis infirmitas, sic virtus ostenditur in barba. Texit ergo virtutē suā corpore infirmitatis suæ, & q, foris infirmabatur, tanquā saliua apparebat: intus diuina virtus, tanquam barba latebat. D

1. Cor. 1. d.

Ibidem.

CAP. XXII.

a Abijt ergo inde Dauid & † fugit in speluncam Odollā. quod cum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum omnes b qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno & amaro animo, & factus est eorū princeps. Fueruntque cum eo quasi quadringenti c viri. Et profectus est Dauid inde in Maspha, quę est Moab: & dixit ad regem Moab: Maneat (oro) pater meus & mater mea vobiscum,

a ¶ Peccatorum, s. non habentes latitudinem charitatis.

CAP. XXII.

Abiit ergo. ✠ Hieron. Adollam in tribu Iudæ: & vsq; hodie vicus nō paruus ad Orientem Eleutheropoleos in decimo miliario hoc nomine vocatur.

Lib. de locis Hebraicis.

✠ Ioseph. Dauid liberatus de terra Geth, venit in tribū Iuda, & habitans in spelunca circa ciuitatem Odollam, misit ad fratres suos, eisque vbi esset ipse mandauit: illi verò ad eum cum omni cognatione venerunt. Sed & alij quib. aut odiū aut timor erat regis Saul ad eum pariter cōcurrerunt, E facturosq; se quæcunque placerent illi dicebāt: fueruntq; omnes simul quasi quadringenti. Tunc ille securus quasi auxilium ei fuisset adiectum, surgens inde, venit ad regem Moabitarum: rogauitq; eum vt parentes eius, donec ipse de suo fine cognosceret, in regione sua susceptos haberet. Quo annuente, parentes eius omni tempore quo apud eum fuerunt, dignis munerib. honorati sunt.

Lib. 6. Anti. cap. 13.

* egrediatur &

a *Quod cum*. Rab. Significauit, quod redemptor noster peracta passione & redemptione humani generis de Israelitica plebe in Iudea primum ecclesiam collocauit, de qua & carnē sumpsit. vbi fratres eius, i. apostoli & domus patris eius, i. qui crediderunt ex Iudæis venerunt ad illum, & conuenerūt ad eum omnes qui erant in an. cōsti. &c. Quibus scilicet, ait: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos*.

Hieron. & Augustin. in Psal. 56.

Matth. 11. d.

b *Aere alieno*. Rab. Census. s. peccatorum quē diabolo psoluunt, dū exhibent membra seruire iniquitati ad iniquitatē, necesse est vt tales in amaritudine animi pœnitentiam agāt, & ad Dauid veniant, i. ad Christum cunctis gentibus desideratum, vt fiat eorum princeps: *Ipse est enim Iudex viuorum & mortuorum, & princeps pacis, cuius regni non erit finis*.

Aggæi. 2. d. Act. 11. g. Luc. 1. c.

c *Profectus est Dauid in Maspha*. ✠ Hieron. Massepha ī Moab ad quam profugus Dauid, cū Saulis isidias declinaret, venit.

Lib. de locis Heb.

✠ Chrys. Cuineq; vrbes, neq; castella, neq; socij neq; reditꝰ inerant F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXII.

ABijt ergo. *Post beneficium à sacerdote ipsi Dauid exhibitum, consequenter describitur ex hoc sequens sacerdotum exterminiū & primò Achimelech accusatur, secundò coram rege citatur, ibi:* Misit ergo, &c. *tertio iniustè cum suis condemnatur, ibi:* Dixitq; rex. *quarto factum ipsi Dauid nuntiatur, ibi:* Euadens autem. *Prima in duas: quia primò ponitur accusationis occasio, secundò ipsa accusatio, ibi:* Respondens autem Doeg. *Circa primum sciendum, ꝙ occasio accusationis fuit, eò ꝙ Dauid iam sibi multitudinem fugitiuorū aggregauerat, & ideo timebat Saul ne potestas Dauid augeretur, propter ꝙ conquerebatur de proprijs famulis quasi aliqui eorum ipsi Dauid fauerent, & eum ipsi Sauli non accusarent, dicitur ergo.*

1 Abijt ergo. *s. de Geth, propter periculum ꝙ ibi expertus fuerat.*

2 Et fu. &c. *Locus est plenus cauernis & rupibus, & per consequens fugitiuis aptus et etiam in sorte Iudæ, propter quod Dauid qui erat de tribu Iuda, ad illum locum fugit securius.*

3 Quod cum audissent, &c. descenderunt, &c. *quia Saul propter Dauid eius propinquos persequebatur.*

4 Et con. &c. ere alieno. *propter debita quæ non poterant soluere, vel propter inimicos quibus non poterant resistere, vel quia erant in Saulis persecutione, vel alia huiusmodi causa.*

5 Et factus. *Videtur ꝙ peccauerit tales recipiendo, sicut Abimelech inopes & vagos sibi aggregando, vt habetur Iud. 9. Dicendum ꝙ non aggregauit eos ad interficiēdum innocentes, sicut fecit Abimelech ad interficiendum fratres suos, nec ad deprædandum fideles, quia non legitur populum Israel deprædasse, sed magis bona eorū custodiuisse, sicut hr̄ infra 25. de Nabal. Sed aggregauit eos ad infideles persequendum, vt hr̄ infra in pluribus casibus, & ad corpus proprium custodiendum contra insidias Saul, ꝙ poterat facere in tali necessitate, maximè cum iā esset rex inunctus: pp quod in tali casu poterat solutionē debitorum prolongare, & in pluribus forefacta relaxare propter cām prædictam.*

6 Et profectus. *Hoc additur ad differentiam illius Maspha quæ est in terra Israel, vt habetur supra 7. cap.*

7 Et dixit. *Expositores nostri dicunt cōiter ꝙ iste rex fuit Naas quē Saul debellauerat vt dictum est supra 11. ca. & ideo Dauid ad ipsum iuit securius, quia erat inimicus Saul. Huic autem dicto concordare vr̄ quod habetur infra lib. 3. 10. c. ꝙ mortuo Naas misit nuntios ad consolandum eius filium, eo ꝙ pater secum fecerat misericordiam. Sed huic dicto obuiare vr̄, quod in locis præallegatis ille Naas dicitur rex filiorum Ammon & non Moab, & propter hoc secundum istos consequenter dicere oportet, ꝙ idem esset rex Ammō & Moab, cuius nomen hic tacet: sed in alijs præallegatis exprimitur. Sed quia in scriptura cōiter regnum Ammon & Moab dnr duo regna diuersa, ideo dicit Ra. Sa. ꝙ iste rex Moab ad quem iuit Dauid, non fuit Naas qui erat rex filiorū Ammon, iuit tñ ad ipsum duplici de causa. Vna fuit quod Saul hēbat bellum contra regem Moab, sicut & contra filios Ammon, vt habetur supra 14. Alia fuit quia Dauid descenderat de Ruth Moabite, vt habetur suprà Ruth vlt. & ideo securius fugit ibi propter cognationem ex parte matris suæ, maximè ſcdm illos Heb. qui dnt Ruth fuisse filiā regis Moab, pp quod rex ille recepit Dauid & viros eius & posuit eos in quodam fortalitio propinquo terræ Saul, de quo subditur postea.*

1 Manse-

MORALITER.

Abiit ergo. Sequitur. 7 *Et dixit ad regem.* Per hoc aūt quod Dauid fugitiuus & in periculo sui corporis & eorum q erāt secum, ante omnia quesiuit parentibus suis securitatē māsionis ostendit per hoc factū quantū de parētibus sit curandū.

Dixitque

inerant, considera quo animo erat cum aduersus fretū his omnibus regem pugnare cogeretur nec præter deserta & speluncas, quo confugeret, reperire non posset.

a *Dixitq; Gad.* Rab. De improuiso Gad inducitur. Nulla enim fit mentio eius in præcedentibus. sicut & Helias, vbi dicitur: *Et dixit Helias Thesbites de habitatoribus Galaad.* Ex ore igit domini Gad propheta dixit ad Dauid, vt non moraretur inter gentes in terra polluta, sed in terram Iudæ redeat, vbi iuxta voluntatem domini persecutionem sustineat.

b *Saul aūt hastā manu tenent, &c.* Chrysost. O excellentem insaniam, ô stuporis magnitudinem. Eum qui vitā sibi seruarat, & omnem exercitum ab alienigenæ Goliath furore liberauerat vt hostē suspectū habet: & mente obtenebratus ab inuidia, vt a quadam ebrietate, benefactorē vt hostem spectat. Ita enim se habere solet huius affectionis malitia: primum corrumpit eum a quo generatur. Sicut enim vermis qui a ligno producitur, lignum primò consumit: ita & inuidia illam primò animam corrumpit, a qua nata est.

Adduxi † — 3. Reg. 17. a. — † Arce. — Hom. 46. in Gen. — † sciretur vel cognitū esset ubi esset.

donec sciam quid faciat mihi Deus. Et † reliquit eos ante faciem regis Moab. Manseruntq; apud eū cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio. Dixitque Gad propheta ad Dauid: Noli manere in † præsidio, proficiscere & vade in terram Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in saltū Hareth. Et audiuit Saul, quòd † apparuisset Dauid & viri qui erant cū eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Ramatha, hastā manu tenens, cūctiq; serui eius circunstarent eum: ait ad seruos suos qui assistebant ei: Audite me nunc filij Iemini: Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos & centuriones? Quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi † renuntiet, maximè cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai: Non est qui vicem meā doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi, eo q̄ suscitauerit filius meus seruū meum aduersum me insidiantem mihi vsq; hodie. † Respondens autem Doeg Idumęus qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul: Vidi, inquit, filiū Isai in Nobe apud Achimelech filiū Achitob sacerdotem, qui consuluit pro eo dn̄m, & cibaria dedit ei, sed & gladiū Goliath Philisthæi dedit illi. Misit ergo rex ad accersendum Achimelech filium Achitob sacerdotē & omnem domum patris eius sacerdotum qui erant in Nobe. Qui vniuersi venerūt ad regem. Et ait Saul ad Achimelech. Audi fili Achitob. Qui rn̄dit, præsto sum domine. Dixitque ad eum Saul; Quare cōiurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & cōsuluisti pro eo Deum, vt consurgeret aduersū me insidiator † vsq; hodie permanens? Rn̄densq; Achimelech regi ait; Et quis in omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo cōsulere dominum? Absit hoc à me, ne † suspicetur rex aduersus seruum suum rē huiuscemodi in vniuersa domo patris mei. Nō enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicū, vel grāde. Dixitq; rex; Morte

a ¶ Id est, Beniamin. — † aperiat aurem meam Heb. — a ¶ Inimicum. — † supra 21 b. † constitutus erat super. — † secundum diem hanc, id est, vel ut hodie palā fit. † vt tibi obediat. — † imponat.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Manseruntq;. *scilicet, pater & mater Dauid, & alii de sua cognatione qui non poterant eum sequi.*
2 Cunctis. &c. in præsid. *i. in prædicto fortilitio, vsq; ad monitionem Gad prophetæ, Dauid cum viris suis inde recessit, vt statim subditur.*
3 Dixitq; Gad. *Quod factum fuit ne viri qui erant cum Dauid, quorum aliqui non erant multum stabiles in fide, propter debita & tribulationes in quibus erant, declinarent ad idolatriam si diu manerent in terra idololatriæ subdita, & vt patientia Dauid in persecutione Saulis magis probaretur. Ex illo vero recessu Dauid, rex Moab indignatus occidit patrem & matrem Dauid, aliquos tamen fugientes Naas Ammonites saluauit, propter quod postea Dauid misit nuntios ad consolandum eius filium, eo q̄ pater fecerat istam misericordiam secum in inimicis suis, vt dicit Ra. Sa.*
4 Et audiuit Saul. *Propter quod timuit ratione prædicta, & ideo mouit querimoniam de familia sua quasi aliqui fauerent Dauid. & patet lit.*
5 Respondens autem. *Posita occasione accusationis, hic consequenter ponitur accusandi actus cum dicitur.*
6 Vidi inquit fi. Isai. *Non nominauit eum proprio nomine, tanquā indignum nominari, volens in hoc placere Sauli. Accusat etiam Achimelech ex consequenti di.*
7 Qui consu. *Dicunt aliqui quod iste mentitus fuit, sicut relatores solent plus dicere, quam sit in veritate, contrarium tamen magis videtur verum, vt postea dicetur.*

Misit

8 Misit ergo. *Hic consequenter ponitur ipsius Achimelech cū suis citatio. & pat. t littera vsque ibi.*
9 Respondensq; Achi. *ad declarandam suam innocentiam.*
10 Et quis, &c. fi. *quia negocia sibi iniūcta a rege fideliter fecerat.*
11 Et gener regis. *& per consequens est ei sicut filius.*
12 Et pergens. *promptè se exponendo omnibus periculis pro te & regno tuo.*
13 Et gloriosus, &c. *i. honorabilis præ omnibus. Vnde & in mensa solitus erat sedere immediatè iuxta regem, vt habetur supra 20. qua si diceret: Necesse fuit in pluribus articulis propter prædicta, q̄ iam diu est vt plures consuluerim pro eo dominum, ideo subditur.*
14 Num hodie, &c. *q.d. si hodie cœpissem consulere dominum, & non ante posses me habere suspectum. Hic autem qui tenent Doeg supra falsum dixisse, dicunt. Num hodie cœpi, id est, nec nunc, nec alias consului pro eo dominum, sed prior expositio magis concordat literæ præcedenti.*
15 Absit hoc. *s. q̄ cōiurauerim in aliquo cōtra te. vnde subditur.*
16 Non enim. *Sed istud videtur repugnare ei quod dictum est, quod consuluit pro eo dominum, et si consuluit verisimile est quod sciuit de fuga eius a facie Saul & sic negocium sciuit, Dicendum quòd Dauid dixit tantummodo verbis generalibus quod periculum sibi imminebat, & quod consuleret dominum vtrum euaderet periculum illud, & rogauit sacerdotem vt oraret pro eo, & per hoc Achimelech scire non potuit q̄ Dauid fugeret a facie Saulis, quia frequenter ipsi Dauid aliunde pericula imminebant.*
17 Dixitq;. *Hic ponitur ipsius Achimelech & omnis domus patris sui iniusta condemnatio, cum dicitur:* Morte morieris.

Et ait

MORALITER.

3 *Dixitq; &c.* Per Gad prophetam intelligitur bonus prælatus, qui de salute maximè spirituali suorum subditorum debet esse sollicitus, & iō monuit Dauid recedere de loco vbi securius erat corporaliter inter idololatras, tamen periculosius specialiter. Nā aliqui de societate Dauid ad idololatriā declinare possent, si ibi diu mansissent. ideo dixit.

† *Vade in terram Iu.* Vbi Deus colebatur, tn̄ Saul eius aduersarius ibi dominabatur. Ex hoc etiam q̄ Dauid cum suis illuc iuit, ostenditur q̄ homines debent esse magis soliciti de cauendo spirituale periculum quam corporale.

5 *Respondens autem.* Per Doeg qui interpretatur mortuus, allegoricè significatur Iudas proditor qui de morte Christi tractauit cum principibus Iudæorum, sicut Doeg denuntiauit Sauli factum Achimelech signantis Christum sicut capre fuit dictum, & per illam denuntiationem Achimelech fuit occisus & alij sacerdotes occasione eius, & similiter per tractatum Iudę prædictum Christus fuit captus & occisus, & post hoc Apostoli & Martyres alij pro fide ipsius.

a *Conuersusq; Doeg Idomæus, irruit in sacerdotes, &c.* ✠ Ioseph. Cum armati circunstantes Saulem, non præsumerent cõtingere sacerdotem, sed diuinitatem formidarent, potiusq̃ regi parere vellent, tunc rex Syro Doeg imperauit sacerdotis interitum. Qui sumens suæ malitiæ similes, occidit Achimelech, eiusq; progeniẽ quasi trecẽtosq; quinq;. Quo facto, misit quoque Saul in Nobe ciuitatem sacerdotũ, & omnes occidit: nõ mulieri, non infanti, non alij pepercit ætati, eamque succendit. Hæc siquidem contigerunt, sicut Deus sacerdoti Eli prophetauit, propter iniquitates duorum filiorum eius, dicens prolem eius radicitus euellendam. Hoc Saul fecit studens quodammodo Deũ sacerdotibus prophetisque priuare, dum tantos simul occideret, neq; patriam eorum manere permittens, vt posset aliquis post illos oboriri. ✠ Theod. Digni sunt laude satellites Saulis. Neque enim cũ rex iussisset, tolerarunt inquinare manus cæde sacerdotum. Doeg autem impius hanc fecit cædem. Adiectum est autem: *Omnes portantes ephod*, ad maiorem reprehensionem eius qui id ausus est. Hæc Saulis cędes fuit omnibus alijs peccatis magis impia. ✠ Chrysost. Quando Ionathan filium Saulis eripere oportebat, omnes communiter assentantes eripuerunt. Quando aũt volebat occidere tot sacerdotes, ne vocem quidẽ emiserunt, nec eos defenderunt. Huius rei causa erat socordia, & q, sacerdotum vicẽ non valde dolebant. Illius autem negligẽtiæ non leues pęnas dederunt. Quando ergo factum fuerit aliquid nefarium, nemo sit iners & ignauus, sed igne ardentior: nec minus doleat, quam hi quibus fit iniuria, & ita plurima mala sistentur.

b *Et ait Dauid: Sciebam in die illa, &c.* ✠ Chrys. Quando sacerdos qui impias regis manus effugerat, cladem luctuosissimam annũtiauit Dauidi, erupit in amarissimam illam vocem. Ego sum causa mortis tot animarum. Ita que Abiathar iugiter cum illo congressus, nihil aliud erat, quã luctus illius ac męroris monumentum. Cum enim in illum intuebatur, semper versabatur illi ante oculos necatio illa sacerdotum: & huius sibi causam imputãs, reis omnibus infęlicius degebat.

Lib. 6. Anti. cap. 13. — In Psal. 134 — Quæst. 55. — Li. 3. de prouid. Dei.

morieris Achimelech tu & omnis domus patris tui. Et ait [1] rex † emissariis qui circumstabant eum; Conuertimini & interficite sacerdotes domini. Nam manus eorum cum Dauid est, scientes quod fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluerunt [2] autem serui regis extendere manus suas * in sacerdotes domini. Et ait rex ad Doeg. Conuertere tu & irrue in sacerdo- [3] tes domini. a Conuersusque Doeg Idumæus irruit in sacerdotes & trucidauit in die illa octogintaquinque viros vestitos Ephod lineo. [4] Nobe autem sacerdotum ciuitatem percussit in [5] ore gladii, viros & mulieres, paruulos & lactantes, bouemque & asinum & ouem in ore gladii. Euadens autem vnus filius A- [6] chimelech filii Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, b & nuntiauit † ei quòd occidisset Saul sacerdotes domini. Et ait Dauid ad Abiathar; Sciebam enim in die illa, quòd [7] cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli. Ego sum reus omnium animarum * patris tui. Mane mecum ne timeas. Si quis quęsierit animam meam, quæret & animam tuam; mecumque seruaberis.

a ¶ Emissarij sunt qui imperio regis mittuntur ad interficiendos reos.
a Dauid & serui eius.
a Vt per habitum religionis moueretur animus regis ad pietatem.

† cursorib. — * vt irruerent. — † Dauidi. — * domus.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ait. *dicit Ra. Sa. quod isti fuerunt Abner & Amasa qui mittebantur ad regni negotia.*

2 Noluerunt. *Sciebant enim q non erat obediendum regi in illis q̃ sunt contra Deum, et hoc acceperãt vt dicit Ra. Sa. ab eo, quod dicitur Iosue. 1. d.* Sicut obediuimus in cunctis Mosi, ita obediemus & tibi: tantum sit dominus Deus tuus tecum. *i. in illis in quibus voluntas tua est concors voluntati diuinæ tibi obediemus, & non in aliis.*

3 Et ait, &c. *Iste non fuit Iudæus natione, sed Idumæus conuersus ad Iudaismum, & ideo non intantum horruit interficere sacerdotes sicut alii. veruntamen non fuit solus, quia non poßet tot homines interficere & ciuitatem destruere, nisi fuissent plures mali secum.*

4 Vestitos. *Venerant enim ad regem in vestibus in quibus ministrabant ante Deum, vt magis flecterent animum eius iratum.*

5 Nobe. *scilicet, de mandato Saul. In quo apparet magna crudelitas in vastatione tot bonorum, & in iugulatione tot innocentium.*

6 Euadens. *Hic consequenter ponitur huius facti denuntiatio ipsi Dauid per ipsum Abiathar, qui effugerat vt per Dauid tutaretur, propter quem domus patris sui destructa fuerat.*

7 Et ait. &c. Scie. *Hic ponitur scire impropriè pro coniecturare: uel timere, non tamen reuelauit hoc Abimelech, quia de futuro contingenti certitudinem non habebat, & quia si fecisset sibi periculum iminebat: quia fortè per sacerdotes fuisset retentus & Sauli traditus, ipse autem magis debebat præcauere proprio periculo quam alieno. Si autem quæratur, quare Doeg non detinuit eum, & quare non uocauit ad hoc adiutorium sacerdotum. Dicendum q ex uoto fuerat pluribus diebus in loco tabernaculi causa orationis, uel ad discendum legem, ut dicunt Hebræi, propter q ignorabat modum recedendi ipsius Dauid a Saule, & q fugeret ibi exul.*

CAP.

MORALITER.

6 *Euadens autem.* Per euasionem istius significatus fuit status confessorum qui filij sunt Christi, quamuis non transierint per gladium. Moraliter per Doeg qui bonum factum innocentis Sauli retulit in malum, signantur adulatores & maligni relatores: & per hoc potentes concitant contra innocentes, & hoc est pessimum, maximè quando fit contra personas Deo consecratas, sicut in proposito Eccl. 28. b. *Susurro & bilinguis maledictus: turbauit enim multos pacem habentes.*

CAP. XXIII.

ET annuntiauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philisthijm oppugnant Ceilã, & deripiunt areas. Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens: Num vadã & percutiã Philisthæos istos? Et ait dominus ad Dauid: Vade & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis. Et dixerunt viri qui erant cum Dauid ad eum: Ecce nos hic in Iudęa consistẽtes timemus, quantò magis si ierimus in Ceilam, aduersum agmina Philisthinorum? Rursum ergo Dauid consuluit dominum. Qui respondens ait ei: vade in Ceilam. Ego enim tradam Philisthæos in manu tua. Abijt ergo Dauid & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum philisthæos. Et abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna, & saluauit † Dauid habitatores Ceilæ. Porrò eo tempore quo fugiebat, Abiathar filius Achimelech ad Dauid, in Ceilam Ephod secum habens descenderat. Nuntiatum est autem Sauli, quòd venisset Dauid in Ceilam. Et ait Saul: Tradidit eum dominus in manus meas: Conclususque est introgressus vrbem, in qua portæ & seræ sunt. Et præcepit Saul omni populo, vt ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret Dauid & viros eius. † Quod cum Dauid rescisset, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica ephod. Et ait Dauid; Domine Deus israel, audiuit famam seruus tuus quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt eueitat propter me vrbẽ. Si tradent me † viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul sicut audiuit seruus tuus? Dñe Deus Israel indica seruo tuo. Et ait dñs; Descendet. Dixitque Dauid rursum;

a Annonam de areis asportatam.
a Oneranda de arca.
a Quod Moyses iubente domino fecerat: sicut etiam rationale in quo erat doctrina. & veritas: in quo etiam consuluit Dauid dominum.

A a Ecce Philisthijm oppugnant Ceilam. (L. de loc. Heb.) ✠ Hieron. Ceila in tribu Iuda, vbi quondam sedit Dauid: & nunc villula Ceila ad Orientalem plagam Eleuthero poleos, pergentibus Hebron, quasi ab octauo milliario, in qua sepulcrum demonstratur prophetę Habacuk.

B b Porrò eo tempore quo fugie. Abiathar, &c. (L. tra. Heb.) ✠ Hier. Ephod illud erat, quod Moyses iubente domino fecerat, in quo erat doctrina, & veritas, in quo etiã consuluit sacerdos dominum.

c Si tradent me viri Ceilæ in ma. ✠ Hieron. Respondit: Si hic steteris, descendet. Et si descẽderit Saul, & hic te inuenerit, tradent. († maiores & infra.)

C D

✠ Theodo. Diuina scriptura ostendit Dauidis pietatem. Sẽper. n. Deum sciscitãs, & aciem instruebat, & gerebat. (Quæst. 54.)

d Descendet. Rab. Si hic steteris descendet Saul, & tradent te viri Ceilæ in manus eius: ergo voluntatem eorum indicauit. Viri autem Ceilę ingrati beneficijs Dauid, quos de manibus Philisthinorum liberauit, Iudęorũ infidelitatem significãt & inconstãtiam, qui redẽptori suo ingrati apud seculi potestates insidiantur. Ceila autem interpretatur ad fundã iacta, vel excellens sibimet. In circuitu impii ambulãt. Et, Stultus vt luna mutatur. (Psalm. 11. Eccl. 27. b.)

E

† dominus.

† infra 30. b.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP XXIII.

1 ET annuntiauerunt Dauid. *Postquam Saul persecutus fuerat Dauid exilio, hic consequenter eum persequitur multipliciter insequendo. & quia* Deus facit cum tentatione prouentum, *ideo circa hoc primò ponitur contra Dauid duplex insultus. secundò triplex prouentus ca. 24. Circa primum Saul persequitur Dauid. primò in ciuitate, secundò in deserti vastitate, ibi:* Et vidit Dauid. *Prima in tres, quia primò Ceila per Dauid protegitur. secundò in ea contra Dauid obsidio disponitur, ibi:* Nũciatum est autem Sauli. *tertiò Dauid Dei reuelatione eripitur, ibi:* Quod cum rescisset. *Circa primum dicitur:* Et annunciauerunt. *scilicet viri de Ceila imminens eis periculum.*

2 Consuluit ergo. *Erat enim paratus iuuare filios Israel: tum quia eos diligebat: tum quia iam erat inunctus rex: & ideo curam habebat de eorum salute, tamen sicut debebat prius voluit dominum consulere: sed viri sui eum auertebant, dicentes.*

3 Ecce nos. *quasi dicant, si ierimus ad bellandum contra Philisthæos, audiet Saul, & sic dato quod vicerimus Philisthæos oportebit nos pugnare contra Saulem, & non poterimus propter laborem belli præcedentis.*

4 Rursum. *Non quia dubitaret de victoria, cum iam super hoc hãbuisset diuinum responsum, sed vt ex duplici responso diuino viri sui essent confortati, & parati ire cum eo.*

5 Et pugnauit aduersum Philisth. *eos debellando. Ideo subditur.*

6 Et abegit iumenta. *Quæ adduxerant Philisthæi ad portandum in terram suam blada, & alia bona Hebræorum.*

7 Porrò eo. *Istud subditur ad respondendum quæstioni tacitæ: quia dictum est, q̃ Dauid bis consuluit dominum: ideo posset quæri per quẽ, & quomodo. Et respõdetur hic q̃ per Abiathar sacerdotem, qui fugiẽs ad Dauid secum apportauerat ephod; quæ est vestis summi sacerdotis, in qua erat rationale iudicij, in quo apparebat responsio domini, prout dictum fuit Exod 28.*

8 Nunciatum. *Hic consequenter ponitur dispositio ad obsidendum Dauid in Ceila, per Saul & viros eius. Et patet litera.*

9 Quod cum Dauid. *Hic consequenter ponitur exceptio Dauid, cum dicitur:* Quod cum. *per exploratores suos, eò quod semper de Saule timebat.*

10 Dixit ad. *i. induere veste sacerdotali ad consulendum dominum.*

11 Et ait Dauid. *scilicet per sacerdotem dominum consulentem.*

12 Vt euertat propter me vrbem. *Si illi de ciuitate noluerint me ei tradere.*

13 Si tradent. *Vt præcaueant ciuitati suæ. Licet istæ duæ interrogationes sint scriptæ immediatè absque responsione media, non tamen sic fuerunt factæ: Sed habito responso de prima, scilicet de aduentu Saul, facta fuit secunda de traditione Dauid.*

14 Et ait dominus. *i. si manseris in ciuitate, descendet; quia non venit illuc, vt postea habetur, quia Dauid inde recesserat.*

✠ Et di-

MORALITER.

1 *Et annuntiauerunt, &c. Ceilam.* quę interpretatur ad fundã iacta. ideo per ipsam significatur militãs ecclesia. Funda nãque bellicum est instrumentum, vt patet Iudi. 19. Militans autem ecclesia semper est coniuncta bello contra dęmones & vitia. Per habitatores igitur Ceilæ significantur filij ecclesiæ, quorum aliqui sunt boni, aliqui mali vsque ad finẽ mundi. tamen bonus prælatus, qui per Dauid significatur, eo q̃ Dauid fuit pastor ouium, debet vtrosque consolari, sicut Dauid habitatores Ceilæ consolatus fuit.

2 Et *diripiunt.* i. rapiunt alimenta de areis, per quæ significãtur verba diuina & Eucharistiæ sacramẽtum, quibus fideles spiritualiter reficiuntur. Hæc autem alimenta Philisthijm rapiunt, quando demones qui per Philisthęos significãtur, fructum verbi diuini, & Eucharistiæ sacramenti suis tentationibus impediunt. Sed Dauid habitatores Ceilæ saluat, quando bonus prælatus suis precibus, & exhortationibus tẽtationes demonum erga suos subditos euacuat. Sed quoniam sicut dictum est in filijs ecclesiæ aliqui mali sunt & ingrati: iõ pro illis dicitur, quod viri Ceilæ ad tradẽdum Dauid in manus Saulis fuerunt parati, sicut dicitur infra.

Et diri- ✠ *Et dixit*

A a *Ziph.* Rabban. Apud se latitantem Dauid, Sauli prodiderunt, & cum eo de morte eius tractauerunt. Ziphæi aūt florentes vel germinantes interpretantur: & significant eos Iudæos, q florem terreni regni appetentes, cum principib. suis de nece Christi tractauerunt, quomodo eū per discipulū suū perditum apprehenderent, & præsidi ad interficiendum traderent, & florentes seculi Christum in mēbris potestates scilicet huius mundi produnt.

✠ Hieron. Ziph, in octauo milliario a Chebron, contra Orientē, vsque hodie vicus ostenditur, vbi absconditus est Dauid. Fuit autem tribus Iuda in Daroma, in finibus Eleutheropoleos. Ziph mons squalidus, vel caligans, siue nebulosus. Iuxta Ziph in quo sedit Dauid prope Chermelam quæ in scripturis sanctis Carmelus appellatur: vicus hodie appellatur Iudæorum, vnde fuit Nabal. (L. de loc. Heb.)

C b *Et surrexit Ionathas. &c.* ✠ Theodoret. Ionathas ostendebat se ardenter esse affectum in Dauidem. Nam cum pater eius spiraret cædem, & cum venari cuperet, non tulit stimulū desiderij, sed venit vbi degebat. Et cū prædictione regni, ei animū addidisset, pacta conuenta rursus ꝯfirmauit. Dominus autem ostendit suam quoque eius curā. Nam cum Dauidē esset captu⁹ Saul, incursione alienigenarum cursum eius repressit. (Quæst. 54.)

D ✠ Cyrillus. Ionathas hoc magno negotio inuenit ipsum Dauid in sylua, quia ei amicitia coniunctissimus, ad confortādum illum perquisiuit. (L. 6. in Io. cap. 20.)

✠ Ioseph. Ionathas osculat⁹ Dauidem securum eum esse iussit, & spem bonam habere futurorū nec præsentibus rebus eum debere deficere, quoniam regnaturus foret, & habiturus sub se Hebræorum omnium potestatē: & quoniam gratiora essent quęcunque magnis laboribus euenirent, &c. Ziphæi autem iniusta & malignissima voluntate sua tandē frustrati sunt: qui cū nihil mali facere potuissent, si Dauidem non indicassent Sauli: propter blandimenta regia, virum religiosum, & ad mortem iniustē quæsitum, & qui latere poterat, prod. derunt, & se eum tradere promiserunt. (L. 6. Antiq. c. 13.)

✠ Ambros. Et amicitia probabilis quæ honestatem tuetur, pferenda sanè opib. honorib. ptātibus: honestati verò pferri non solet sed honestatem sequi. Qualis fuit Ionathę, qui p pietate non offensam patris, nec salutis periculū refugiebat. (lib. 3. Off. c. 16.)

Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum in manu Saul? Et dixit dominus: Tradent. Surrexit ergo Dauid & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti. Nuntiatumque est Sauli quod fugisset Dauid de Ceila & saluatus esset, quamobrem dissimulauit exire. Morabatur autem Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco. Quærebat eum tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum dominus in manu eius. Et vidit Dauid, q egressus esset Saul, vt quæreret animam eius. Porrò Dauid erat in deserto Ziph in sylua. Et surrexit Ionathas filius saul, & abijt ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo. Dixitque ei. Ne timeas. Neque enim inueniet te manus Saul patris mei. Et tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus. Sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterq; fœdus coram domino. Mansitque Dauid in Sylua. Ionathas autem reuersus est in domum suam. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in colle Hachile quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende. Nostrum autem erit, vt tradamus eū in manus regis. Dixitque Saul: Benedicti vos a domino, quia † doluistis vicem meam. Abite ergo oro, & diligentius præparate, & † curiosius

(Interlinear: a ¶ In voluntate habent vt tradant. — ¶ Ziph mons squalidus vel nebulosus vel caligans. vnus autem de posteris Caleb sic appellatus est. — b ¶ Ionathas. — Marg.: in monte opaco. — † miseriti estis † videte.)

Ascendit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dixit. *Scilicet si manseris in ciuitate, & Saul illuc venerit: ita quod conditionalis est vera, quamuis neutrum euenerit. sicut ista est vera: si homo volat habet alas, quamuis vtraque pars conditionalis sit falsa. Sequitur.*

2 Quamobrem dissimulauit. *post Dauid pro tunc.*

3 Quærebat. *Non quòd semper ipsum actu quæreret, sed quia semper habebat voluntatem quærendi, si facultas capiendi se offerret, vel quia semper actu ipsum quærebat, non per se, sed per exploratores.*

4 Et vidit. *Hic consequenter ponitur persecutio Dauid in deserto. quando enim Saul vidit se esse frustratum ab intentione sua de obsidione Dauid in loco clauso muris, persecutus fuit eum in nemoribus & sylnis. In qua persecutione sic proceditur: quia primò Dauid a Ionatha cōfortatur. Secundò a suis contribulibus accusatur, ibi:* Ascenderunt autem Ziphæi. *Tertiò Saul in latibulis eum perscrutatur, ibi:* At illi surgentes. *Circa primum dicitur:* Et vidit. *ad quærendum Dauid per nemora & deserta, & ideo versabatur Dauid in tutioribus locis. Et hoc est quod dicitur.* (Diuisio.)

5 Dauid erat. *Qui est locus nemorosus & opacus.*

6 Et surrexit Ionathas. *de societate patris ipso ignorante.*

7 Et abiit. *Sciebat enim vbi esset, quia frequenter mittebant nuntios ad inuicem, occultè tamen. Cætera patent vsque ibi.*

8 Percussit. *Tribus enim vicibus iniit Ionathas fœdus cum Dauid. Primò in domo. Secundò in agro, vt patet ex supradictis 18. cap. et 20. Tertiò in deserto, vt hic patet. In signum q fidelis anima, quæ significatur per Ionathan debet inire fœdus cum Deo, qui per Dauid intelligitur. Primò in domo cordis. secundo in agro operis. tertiò in deserto contemplationis.* (Dauid & Ionathæ fœdus triplex.)

9 Ascenderunt. *Hic ponitur accusatio Dauid per contribules suos. Ziphæi enim descenderunt a Ziph, qui fuit de genere Caleb, vt habetur 1. Paralip. 2. cap. & 4. Caleb autem fuit de tribu Iuda sicut & Dauid. Ex quo patet quod Ziphæi fuerunt de eadem tribu cum Dauid. Ex quo patet malitia eorum, qui contribulem suum innocentem accusauerit, & cum hoc ad tradendum eum proditoriè se obtulerunt. Et patet litera vsque ibi.*

✠ Considera

MORALITER.

1 *Et dixit dominus.* Et per hoc significantur mali subiecti, qui bonos prælatos suos nequiter accusant, & tradunt in manib. tyrannorum.

9 *Ascenderunt autem.* Qui interpretantur germinantes vel florentes, & significant Pharisæos qui ex radice superbiæ germinauerunt in odium Christi, per Dauid significati; sicut dictum est supra in pluribus locis, & odio persecuti sūt eum vsq; ad mortem, eò q arguebat vitia eorum. Et de hoc potest accipi, quod dicitur Ezech. 7. c. *Floruit virga, germinauit superbia, iniquitas surrexit in virgam impietatis.* Magna enim imò maxima impietas fuit vsque ad mortem prosequi innocentem, & mundi saluatorē. Per hoc igitur q Ziphei insidiati sunt Dauid, vt in manus Saul traderetur, significata fuit insidiatio Pharisæorū contra Christum, vt traderetur i manus Herodis: Marc. 3. a, Exeuntes aūt Pharisei cū Herodianis cōsilium faciebant quomodo eum perderent. sed sicut Dauid tunc

agite, & considerate locum vbi sit pes eius: vel quis viderit eum ibi, vbi dixistis. † Recogitat enim de me, quòd callidè insidier ei. Considerate & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me † ad rem certam, vt vadam vobiscum. Quod si etiam in † terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda. At illi surgentes, abierunt in Ziph ante Saul. Dauid autem & viri eius erant in deserto Maon in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendum eum. Et nunciatum est Dauid. Statimque descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. Quod cum audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul & viri eius ad latus montis ex parte vna. Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera. Porrò Dauid † desperabat se posse euadere a facie Saul. Itaque Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid & viros eius, vt caperent eos. Et nuntius venit ad Saul, dicens: Festina & veni: quoniã † infuderunt se Philisthiim super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum. Propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.

† vbi dixistis. † Dicit enim mihi. † maxime callidus sit. † re bene comperta. † terra fuerit. † & viri eius. † festinabat. † impetum fecerunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Considerate. *quia ad euitandum insidias meas mutat loca, & sic non possum eum inuenire.*
2 Et reuertimini. *i. denuntiando mihi certa loca in quibus inueniatur, ne exercitus meus incertitudinaliter vagando ab eius captione fraudetur.*
3 Quod si etiam. *in cauernis.*
4 Perscrutabor. *Hoc dixit Saul, vt Ziphei essent magis animati ad faciendum voluntatem ipsius Saulis: quasi homines militares illius tribus essent contra Dauid in facto isto, sicut & ipsi. Et forsitan ita erant, quia sicut Ziphei erant homines rurales timore vel fauore regis erant contrarij Dauid, sic & homines bellatores saltem pro magna parte.*
5 At illi surgentes. *Hic consequenter describitur perscrutatio ipsius Dauid a Saule per indicium Zipheorum. & hoc est quod dicitur.*
6 Abierunt. *Vt explorarent loca in quibus Dauid latitabat.*
7 Dauid autem. *Dicit Ra. Sal. quòd Maon est nomen ciuitatis, cui adiacet desertum ab ea sic nominatum.*
8 Iuit. *post renuntiationem Zipheorum, vt dictum est.*
9 Et nunciatum est Dauid. *per exploratores suos.*
10 Statimque. *Dicunt aliqui quod est nomen castri, vbi Dauid reposuit ea quæ habebat, vt esset expeditior. Alii autẽ dicunt, quod erat cauerna in rupibus magna & occulta in qua Dauid reposuit prædicta, noluit tamen ibi remanere, ne fortè per Saul ibi includeretur. Sequitur.*
11 Porro Dauid. *Sed videtur quòd in hoc dubius fuerit in fide, quia per reuelationem diuinam certitudinaliter habuerat ipsum fore regem pro Saul. Dicendum, quòd non desperabat euasionem pro sua persona, quia certus erat de impletione diuini promissi, sed desperabat se posse euadere absque bello cum Saule. Quòd quidem bellum horrebat, quia timebat de morte virorũ suorum & aliquorum, qui erant cum Saule eum sequentium in hoc magis inuoluntariè, quam voluntariè.*
12 Et nuntius. *Hoc factum est ex condescensione diuina, vt Saul impediretur a captione Dauid.*
13 Propter. *Quia ibi fuit diuisus exercitus Saulis a persecutione Dauid.*

MORALITER.

† *Statimq; descendit.* Ita Iesus tunc cum discipulis suis secessit ad mare: vt dicitur Mar. 3. tunc euasit eorum insidias, sicut dicitur.

ADDITIO I.

In c. 23. vbi dicitur in postil. *Et dixit dominus tradet.* i. si mãseris in ciuitate & Saul illuc venerit ita quòd cõdõnalis est vera.

Licet conditionalis possit esse vera, quamuis vtraq; eius pars sit falsa, nunquam tñ cõdõnalis est vera, qñ opposituũ consequentis est compossibile antecedenti. vnde ista cõdõnalis, si homo currit baculus est in angulo est falsa: licet vtraque eius pars esset vera. Et ideo in proposito nõ saluatur veritas diuinæ responsionis per hoc quòd cõditionaliter, vt in postill. dr. s. si manseris in ciuitate & Saul illuc venerit, tradent. Nam pro tunc. s. tpe responsionis possibile erat quòd non traderetur Dauid ab illis de Ceila, licet illic remansisset, & Saul illuc venisset, cum quælibet istarum propositionum erat merè contingens & cõpossibilis alteri, vt de se patet. Nec valet dicere, quòd apud Deum cuius scientia est ineffabilis, prædictę propositiones erant necessarię. Nam diuina præscientia licet sit certissima, non tñ tollit contingentiam a rebus, prout communiter tenetur à doctorib. Vnde ad saluandum veritatem diuinę rñsionis aliter vr dicendum, s. quòd Dauid quærebat à dño, apud quem oĩa sunt nuda & aperta, vtrum Saul habebat in corde descendere ad Ceilam vt ipsum apprehẽderet. Silr quęrebat Dauid a Deo vtrum viri Ceilæ habebãt in corde, vt traderent Dauid, & viros eius in manũ Saul pp liberationem suam. Et ad vtrumq; Deus respondit affirmatiuè. quæ quidem responsiones fuerunt veræ, etiam si Saul descendit, nec Dauid fuit traditus, quia in mente eorum erat sic facere occurrente opportunitate, prout Deo qui nouit corda hominum, erat notum, &c.

ADDITIO II.

In eod. ca. 23. vbi dicitur in postill. *Porrò Dauid desperabat se posse euadere.*

Translatio nr̃a in hoc loco multum deuiat a veritate Hebraica. Nam ibi in hoc loco sic dr: *Porrò Dauid festinabat ad eũdum a facie Saul.* vt patet bene intelligenti illam linguã & sic ibi non fit mẽtio de desperatione. Nam posito quòd Dauid certitudinaliter credebat seipsum fore regem post Saulẽ, put fuerat sibi diuinitus reuelatũ, ex hoc nõ tollitur quin faceret quãtũ in ipso erat ad saluandum vitã suam, & suorum, &c.

REPLICA. In c. 23. postil. vult verificari diuinam respõsionem, cum dicitur: *Si manseris tradent.* dicit illam rñsionem esse veram conditionaliter. i. ex suppositione si Saul descenderet, & Dauid maneret. Burg. nescio quod confusum murmurans mensurare vr veritatem, falsitatem, aut possibilitatẽ partium: volens illam cõdõnalem non esse veram, *Si manseris tradent.* eò quòd vtraq; pars erat merè contingens, & sic alteri compossibilis. Sed istud non est dictũ. Nam scd̃m Logicos veritas cõdõnalis, vel falsitas, nõ est ex veritate, aut falsitate partium, sicut nec ɔtingentia: quia etsi partes cõdõnalis sint contingentes, stat bene ɔdõnalem esse necessariã, imò stat partes esse impossibiles: dũmodo non sint incõpossibiles, & tñ ɔdõnalem esse veram. imò necessariam. Exemplum primi: si Sortes currit, Sortes mouetur. Exemplum secundi: si homo est asinus, homo est rudibilis. Oĩs igitur ɔdõnalis falsa est impossibilis: oĩs vera est necessaria: quia nulla est vera, nisi æquipolleat ɔñæ bonæ & formali, in qua opposituũ ɔñtis non potest stare cum antecedente. Nunc aũt pp veritatem saluandam diuinæ rñsionis qua dr: *Si manseris tradent:* hæc cõdõnalis est necessaria: quãuis vtraq; pars eius sit merè contingens. sicut illa de virtute sermonis. si Sortes currit, Sortes mouetur; ita & ista de qua sermo: et nõ sit vera de virtute sermonis, est tñ necessaria virtute sñiæ Dei, non obstante contingentia antecedentis & ɔñtis. sicut: si Sortes est prędestinatus saluabitur, est necessaria: quamuis & antecedens & ɔñs sit merè contingens. Et p istam Logicã magister Sẽtentiarũ in primo libro soluit argumenta in ɔ̃rium, dicens, quòd Sortes sm̃ talem cõdõnalem necessariò saluabitur necessitate consequentiæ: sed non necessitate consequentis.

In eod. cap. Burg. notat nostram trãslationem: sicut & nõ stillatur in tractatu suo de dr̃ia nostræ translationis & Hebraicæ veritatis: cum litera dicit de desperatione Dauid. Dicunt. n. in litera Hebraica non haberi, ly *desperauit*, sed loco eius, festinauit. vnde translatio nostra potest habere veritatem de desperatione quantum est de remedio humano nõ quantum est de subsidio diuino: quod statim apparuit, cum de diuina ordinatione occurreret nuncius, qui Saul a persecutione Dauid auerteret: & ad pugnandum ɔ̃ Philistheos sollicitaret: de Dei enim auxilio Dauid nunquam desperauit.

CAP. XXIIII.

Lib. de loc. Hebr.

a Scendit ergo Dauid. ✠ Hierony. Engaddi in tribu Iuda, vbi absconditus est Dauid in solitudine, quæ est in Aulone Hierichus, hoc est, in regione illa campestri, de qua supra diximus. Vocatur autē vsq; hodie vicus prægrandis Iudæorum Engaddi, iuxta mare mortuum, vnde & oppobalsamum venit, quas vineas Engaddi Salomon nuncupat.

Cant. 1. Homil. de Dauid & Saule.

✠ Chrysost. Hic beatus egestatem præ diuitijs, solitudinem præ patria, labores periculaque præ delitijs ac securitate, perpetuum exilium præ terrarum orbe elegit, vt Saulem ab illo in ipsum odio maleuolentiaque liberaret. At ne sic quidem melior factus est Saul, sed persequebatur, sed vbique circumibat quærens eum, qui non solum nihil læserat, sed quum esset læsus, tum maxima, tum innumerabilia pro iniurijs bona rependerat.

B † abruptissimas.

b Eratque ibi, &c. ✠ Ioseph. Saul vidit circa iter speluncā profundam atque rotundam multa longitudine & latitudine nimis apertam, in qua Dauid cum quadringentis erat absconsus. Dumque naturaliter ventris purgandi necessitate vrgeretur, ingressus in eam solus est.

† 1. q. 7. §. item obijcitur. 1. q. 1. q. 1. c. domini.

† in manus tuas.

Eucherius.

Rabb. Rex ex improuisis exceptus insidijs, quod innocenti moliebatur, incidit in foueam quam fecit. Dauid verò pro malis bona retribuēs, non occidit eum, sed in testimonium facti oram chlamydis abscidit. Cum facilius esset aduersarium perdere, quam fallere: latuit Dauid in spelūca, ne inueniret. Tegitur aūt terra, id est, carne

† de pœnit. 2. §. opponitur ibi. Quærenti animā suam peperit.

C

CAP. XXIIII.

Scendit ergo Dauid inde, 1 & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Cumq; reuersus esset, Saul postquā persecutus est Philisthæos, nuntiauerunt ei dicētes: Ecce Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inue- 2 stigandum Dauid & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad Caulas ouium quæ se offere- 3 bant vianti. Eratq; ibi spelunca, quam ingressus 4 est Saul vt purgaret ventrem. † Porrò Dauid & viri eius, in † interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies de 5 qua locutus est Dominus ad te. Ego tradam † tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid & præscidit † oram chlamydis Saul silenter. † Post hæc per- 6 cussit cor suum Dauid, eo quod abscidisset oram

a ¶ Fons hædi, vel oculus tentationis.

a ¶ Ibices sunt animalia quæ de rupibus excelsis se cornibus excipiunt.

a ¶ Locus sic appellatur.

a Chlamys est sagum militare, quæ etiam pytorica dicitur: eo quod acuminata sit ex vna parte, quæ pertingit vsque ad talos.

est carne, qui latet in spelunca. Iesus autem latebat in carne quā acceperat de terra, ne à Iudæis inueniretur diuinitas. *Si n. cognouissent nunquam dominū gloriæ crucifixissent.* Illi ergo nō cognoscentes Deum hominem persecuti sunt. In speluncā fugit Christus a facie Saul, tamdiu n. persecuti sunt illū Iudæi, donec in monumento poneretur, quod excisum erat in petra. Saul ad purgandum ventrem speluncam ingreditur quia Iudæi conceptam malitiam contra Christum quasi odorem fœtidum emiserunt, & cogitationes malas factis deterioribus ostendebant. Dauid seruare Saulem quàm perdere maluit, quem in antro occultatus ipso testante habuit. Sic & Christus cum esset in spelunca carnis persecutorem populum in potestate habuit, nec occidit. de quo scriptum erat: *Ne occidas eos.* Summitatem chlamydis silenter abscidit, quia Christus Iudæos non occidit, sed gloriā regni abstulit. Chlamydis enim abscissio, regni amputatio. Vnde cum Saul vestimentum dirupit Samuelis, ait Samuel: *Dirupit dominus regnum Israel de manu tua.*

D 1. Cor. 2. b.

Matt. 27. d.

E sup. eo. 15. f.

† arietibus syluestribus.

† lateribus.

Homil. de Dauid & Saule.

c Saul silenter. ✠ Chrysos. Vidisti tensa retia, vidisti venatum insidiantem, vidisti venatorem erectum, vidisti omnes adhortantes, ut ensem in hostis pectus immergeret? Nunc mihi specta philosophicam animi moderationem, specta luctam, victoriam, corōnam. Spelunca campus erat, luctatus est Dauid, pugilem egit iracundia, Saul certaminis materia, agonothetes Deus. Quin potius nō ipsi modo, adueršus scriptum erat prælium, sed aduersus commilitones. Etenim si voluisset parcere Sauli, cōsentaneum

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIIII.

1 Scendit ergo Dauid inde. *Postquam descriptus est multiplex insultus contra Dauid, hic consequenter describitur triplex Dei prouentus erga ipsum, quia primò Saul eius persecutor in manib. eius traditur. Secūdò Nabal eius irrisor morit, c. 25. Tertiò Saul factus erga eum mentitor iterum ei exponitur, c. 26. Prima in duas, quia primò describitur crudelitas Saulis Dauid persequentis. Secundo benignitas ipsius Dauid sibi parcentis, ibi:* Eratq; ibi spelunca. *Crudelitas aūt Saulis apparet, eo q; quærebat Dauid in rupibus quasi inaccessibilibus, ita q; ex desiderio occidendi eum exponebat se, & suum exercitum periculis multis & magnis. Et hoc est quod dicitur.*

Diuisio.

2 Perrexit. *id est, capreis syluestribus. Et dicunt aliqui q; istæ capreæ sunt huius conditionis, quòd de alto possunt præcipitare se & in cornibus suis se recipere absque læsione.*

3 Et venit ad Caulas. *i. quæ erant prope viam cōem, vt in Hebræo habetur:* Ad caulas ouium super viam. *Venit autem illuc Saul non ad quærendum Dauid: quia non credebat quod auderet se prope viam ponere, sed venit illuc: quia recedēs ab ipsis Dauid inuestigatione, quem in locis aptis profugitiuis non inuenerat, & Dauid in cauerna vix propinqua cum viris suis se posuerat, eò quòd similiter credebat quod Saul eum ibi non quæreret: sed tantum in locis a communi strata remotis.*

4 Eratq; ibi. *Hic consequenter describitur benignitas Dauid parcētis Sauli ipsum ad mortem persequenti. vbi primò describitur ipsius Dauid miseratio. Secundò miserationis declaratio, ibi:* Surrexit autem Dauid post eum. *Tertiò Saulis responsio, ibi:* Cum autem complesset Dauid. *Miseratio autem Dauid apparet manifestè in duobus scilicet ei parcendo cum posset eum occidere, & viros suos refrenando ab eius inuasione. Et patet litera his exceptis.*

5 Ecce dies. *In scriptura præcedenti non inuenitur hoc, sed doctores dicunt communiter quod hoc fuit sibi dictum, quando fugiens Saul venit ad Samuelem, vt dictum est supra 19. cap.*

6 Percussit cor suum. *id est, conscientia sua eum reprehendit. & sic Dauid est accusatiui casus: quia in hoc fecerat irreuerentiam ipsi Saul, qui honorandus erat quamdiu in regno tolerabatur à Deo. Propter quod dicunt Hebræi, quod Dauid circa mortem fuit punitus in simili scilicet in vestibus, quibus opertus non calefiebat, vt plenius videbitur, infra tertio libro.*

Viuit

MORALITER.

† *Assumens.* Allegorice. Per Saul qui cum socijs suis quærebat Dauid super abruptissimas petras quæ solis capreis syluestribus sunt peruiæ, significatur Caiphas pontifex anni illius vt dicitur Ioan. 11. qui cum alijs sacerdotibus quærebat mortem Christi per vias & modos irrationabiles, quod nullus deberet quærere.

4 *Eratq;* in qua latebat Dauid, ideo per ipsam significari potest humanitas Christi, in qua latebat diuinitas, Phil. 2. a. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.*

† *Quam ingressus.* Caiphas enim considerans Christū purum hominem, emisit illud verbum fœtidū: *Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo.* Licet. n. ipse & alij non hērent aliquam causam rationabilem interficiendi Christum innocētem, tñ ne occasione eius Romani venirent, & tollerent locum & gentem: hoc dixit affirmās minus malum esse innocentem interficere, quam locum & gentem perire.

† *Surrexit.* Pro hoc significatur, quod Christus post resurrectionem suam, & ascensionem abscidit a Iudæis regni & sacerdotij dignitatem. Secundum verò literalem sensum Dauid orā chlamydis abscidit, vt per hoc ostenderet Sauli, q; ipsum si voluisset occidere potuit. Et similiter Christus quærētibus eum capere hoc ostendit: nam ex solo verbo quod dixit eis: *Ego sum.* omnes ad terram prostrauit.

A sentaneũ erat,vt illos metueret,ne ipsum trucidarent ĩ spelunca.Probabile est enim ipsos dixisse.Errones exulesq; facti sumus domo,patria,cęterisq; omnibus excussi, & omniũ difficultatum tuarum consortes sumus. Et tu horum authorem,in manus traditum,cogitas dimittere,ne nobis vnquã liceat respirare? Si tuam salutẽ negligis, nostræ vitæ parcas. Non tibi dolent anteacta, neq; memor es eorum, quæ ab illo perpessus es mala:certè ob ea q̃ futura sunt tolle hostem,ne maiora & acerbiora perpetiantur. Verum nihil horum iustus ille apud se penpẽdebat, vnum spectabat quomodo posset redimiri tolerantiæ corona. Allegant rursum milites diuinam authoritatem, Deus inquientes, illũ tradidit,quo promptius iret ad homicidium. Non enim, inquiunt,tuam vicem vlcisceris, Deo subseruis,eius minister es, illius sententiam comprobas. Sed quo magis hæc illi dicebãt, eò magis hæc pepercit hosti. B Intelligebat enim quod Deus iõ tradiderat eum, vt ipsi maiores occasiones probandæ virtutis suppeditaret. Ait ergo: Rex est, qui præsidentiam in nos suscepit.Christus Domini est, nõ ab humano honore,sed a cęlesti iudicio sumpto honorifico testimonio.Contemnis conseruum tuum: sed reuerere Dominum Aspernaris electum: metue eũ qui elegit,&c.Non pepercit tantum,sed & excusationem pro eo composuit. Nec permisit vt alij occiderent: sed perinde vt si aliquod depositum suæ fidei creditum accepisset, pro quo rationem esset redditurus,non attigit,alios coercuit, satelles optimus & corporis custos pro hoste factus.Saul egressus est è spelunca ignarus omnium, quæ gesta fuerant: Egressus est & Dauid liberis oculis cœlum intuẽs, & magis exultans quam cum Goliath deiecisset. Siquidẽ hæc illa magnificentior erat victoria,hęc magnificentiora spolia,hęc pręda illustrior,hoc glo riosius trophęum. Hæc & tu tecum expende, & disce multo esse maius parcere quam perdere.

† dixit quispiam.

† non occidi te.

C Gregorius. Moral. Quid per Saul, nisi mali rectores? Quid per Dauid,nisi boni subditi signantur? Saul ventrem purgare

chlamydis Saul. Dixitque ad viros suos; Propitius sit mihi dominus ne faciam hanc rem domino meo Christo domini,vt mittam manum meam in eum, quoniam Christus domini est. a † Viuit dominus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt 1 moriatur, aut descendens in prælium perierit,propitius sit mihi dominus vt non mittam manum meam in Christum Domini. Et confregit Dauid viros suos sermonibus istis, & non permisit eos vt consurgerent in Saul. Porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid post 2 eum, & egressus de spelunca clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se. Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit Dixitque ad saul; Quare audis verba hominum loquentium; Dauid quærit malum aduersum te? Ecce viderunt hodie oculi tui, quod tradiderit te dominus in manum meam in spelunca, & † cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim; non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus domini est. Quin potius pater b mi vide,& cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea, quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, † nolui extendere manum meam in te. Animaduerte & vide,quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas,neque peccaui in te. Tu autem insidiaris animę meæ, vt auferas eam. Iu-

a ¶ Peste vel aliquo huiusmodi.

D purgare,est prauos præpositos conceptam in corde malitiã vsque ad opera miseri odoris extendere, & cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quem tamen Dauid ferire metuit, quia pię subditorum mentes ab omni se peste obtrectationis abstinentes pręposítorum vitã nullo linguę gladio percutiunt, etiam cum imperfectionem reprehendunt.quia si quãdo propter infirmitatem se abstinere vix possunt extrema quædam atque exteriora præpositorum mala, sed tamen humiliter loquuntur,& quasi oram chlamydis silenter incidunt. quia dum prælatæ dignitati saltem innoxiè & latenter derogant, quasi regis suppositi vestem fœdant sed tamen ad semetipsos redeunt, seque de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Dauid enim percussit cor suũ, eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul. Facta quippe præpositi oris gladio ferienda non sunt,etiam cum rectè reprehẽdenda videantur. Si quando verò contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est vt per afflictionem pœnitentię E comprimatur, vt ad seipsum redeat, & cum præpositæ dignitati deliquerit, eius contra se iudicium sibi qui prælatus est perhorrescat. Nam cum præpositis delinquimus, eius ordinationi qui eos nobis prętulit obuiamus. Vnde Moyses cum contra se & Aaron populum conqueri cognouisset, ait: *Nos enim quid sumus? Nec contra nos murmur vestrum est, sed contra Deum.*

a *Viuit, &c.* Defectiua literæ Iosephus supplet: Qui erant cum eo redarguebant eum.Seruat enim inimicum qui volebat delere eum, & sedauit eos, dicens: *Viuit dominus, &c.*

b *Vide & cognosce oram chlamydis tuæ, &c.* ✠ Chrysosto. Dauid adorabat seruatum,rursum que regem nominabat, ob illius dignitatem,iram mitigans, & inuidiam submouens. *Cur audis verb. &c.* Crimen transfert in alios, vt illi præbeat occasionem excutiendi malitiam. Hoc & parentes sæpe faciunt erga filios,culpam in alios reijciendo qui seduxerunt, vt à malitia resipiscant, &c. *Ecce viderunt oculi tui, &c.* Illi F verbo

† infra 26. b. Viuit dominus quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur,aut descẽdẽs in prælium perierit, propitius sit mihi dominus vt non mittã manum meam in Christum domini. Hæc non in veteribus quidẽ exemplaribus leguntur.

Exod. 16. b.

Hom de Dauid & Saule, Tom. 1.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Viuit. *vsque ibi exclusiuè.* Et confre. *non est in Hebræo nec in libris correctis, fuit enim quid appositum per modum glossæ, & postea insertum est textui per ignorantiam scriptorum seu aliquorum correctorum. Causa autem appositionis primò per modum glossæ vt credo fuit, quia infra 26. c. Dauid dixit ista verba in simili casu quo poterat interficere Saul.*

2 Surrexit. *Hic consequenter describitur dictæ miserationis manifestatio, per hoc quòd Dauid aliquantulum sequens Saulẽ ostendit ei partem suæ chlamydis abscissam, per hoc manifestè declarans, quod ita faciliter eum occidisset si voluisset. & per hoc probat falsitatem Doeg & aliorum qui accusabant Dauid erga eum. Et patet litera vsque ibi.*

1 Vlciscatur

A verbo calumniatur, at ego reipsa me purgo, ipsisque factis depello crimen. Teipsum testem inuoco, qui meo beneficio hodie seruatus es. Ecce lacinia chlamydis tuæ quam abstuli, nec occidi B te. Mutus quidē testis, sed omnibus vocem habentibus euidentior. Ni corpori tuo vicinus stetissem, non potuissem amputare. Tametsi poterat multa enumerare beneficia, exprobrare plurima, sed tantum voluit persuadere se esse ex C eorum numero, qui

dicet dominus inter me & te, & vlciscatur me dominus ex te: [1] manus autem mea non sit in te. [2] Sicut & in prouerbio antiquo [3] dicitur; Ab impijs egredietur impietas. [4] Manus ergo mea non sit in te. † Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? [5] Canem mortuum persequeris & pulicem vnum. Sit dominus iudex, & iu-a dicet inter me & te, & videat & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. [6] Cum autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul; Nunquid hæc vox tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam & fleuit. Dixitque ad Dauid; [7] Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me dominus in manu tua, & non occideris me. [8] Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi † vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. [9] Et nunc quia scio quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, [10] iura mihi in domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meū de domo patris mei. [11] Et iurauit Dauid Sauli. [12] Abijt ergo Saul in domum suam, & Dauid & viri eius ascenderunt † ad tutiora loca.

† ignobilem: impotentem.

qui ipsum amarent & reuererentur, non qui rebellionem aut insidias molirentur.

a *Iudicet dominus inter me & te.* ※ Chrysostomus. Non hoc dixit cupiens Saulem puniri, sed vt illi formidinem injiceret vē turæ condemnationis commemoratione: & seipsum à criminis suspitione purgaret, &c.

D

† De pa. di. 2 §. opponitur vltra medium.

E

† bonum.

CAP.

† ad munitionem vel præsidia.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vlciscatur, &c. *Hoc dicit zelo iustitiæ, non vindictæ.*

2 Manus, &c. *Nullus enim debet de propria iniuria sumere vindictam per se, nisi incumbat sibi ex officio, & tunc melius esset q per alium faceret. Vnde legitur de Platone, quod seruum suum peccātem contra se, tradidit alteri puniendum, ne ipse propria iniuria motus mensuram excederet rationis.*

3 Sicut, &c. *id est, verbo vulgari.*

4 Ab impijs, &c. *Hoc enim dicebatur, quando dominus per aliquē malum sumebat vindictā de alio peiori vel æquè malo. & quia Dauid sentiebat se innocentem, nolebat quod talis vindicta per ipsum fieret de Saule, sed si Deus vellet facere, per aliquem malum hominem faceret, sicut factum fuit postea, quia a Philisthæis fuit Saul occisus, vt habetur infra 31. ca. Hebræi autem dicunt hic.* Sicut, &c. *dicentes quod istud prouerbium est lex data a Deo, qui dicitur antiquus dierum. Dan, 7.b.* Accipiunt autem hoc a lege. *Exod. 21. vbi dicitur de occiso a casu, quod* dominus tradidit eum in manu occidentis. *quod dicunt accidere propter peccatum occultum ipsius occisi pro quo erat dignus morte. & pro aliquo peccato occulto ipsius occidentis, pro quo erat dignus expelli ad tempus de sua ciuitate, scilicet vsque ad mortē summi pontificis. Et quia dicta peccata occulta non possunt vindicari per humanum iudicium isto modo vindicantur per diuinum. Sed hoc dictum non est semper verum, licet aliquando possit contingere. quia frequenter contingit homicidium casuale absque peccato occidentis vel occisi hoc demerente secundum diuina iudicia nobis occulta, omnia tamen ad bonum electorum ordinantur.*

5 Quem pers. *q. d. vile est tibi me persequi, etiam dato quod essem nocens, cum sim nullius momenti respectu tui.*

6 Cum autem. *Hic consequenter ponitur ipsius Saulis responsio, qui conuictus & confusus de sua nequitia dixit.*

7 Iustior, &c. *Ista est comparatio abusiua, acsi diceretur, nix est albior coruo.*

8 Quis, &c. *q. d. hoc nullus faceret, nisi esset valde bonus & perfectus. & in hoc confitetur ipsum Dauid esse dignum regno. Ideo subdit.*

9 Et nunc. *Dicunt autem aliqui Hebræi, quod hoc sciuit per signum sibi datum a Samuele, quia ille regnaret post eum qui scinderet vestem eius, prout fuit dictum cap. 15.*

10 Iura, &c. *Videns eum pronum ad misericordiam, habita pro se misericordia vna petit aliam pro semine suo.*

11 Et iurauit Dauid, &c. *tanquam pronus ad misericordiam.*

12 Abijt, &c. *Pœnitens de persecutione Dauid. sed hoc tantum fuit ad horam vt ex sequētibus patebit. Videretur fortè alicui, quod Dauid peccauit iurando facere misericordiam ipsi Sauli, cum sciret eū esse à domino reprobatum. Item quia istud iuramentum transgressus fuit vt videtur, quia septem viros de filiis Saul tradidit crucifigendos, vt habetur infra 2. liq. 21. cap. Ad primum dicendum, quod Dauid nesciuit Saul reprobatum simpliciter, scilicet quantum ad vitam æternam, sed tantum respectu regni temporalis. Non autem per iuramentum suum concessit filiis Saul quod regnarent, sed solum quod viuerent, quod poterat stare absq; hoc quod regnarent. propter quod iurando non peccauit, imò opus perfectionis fecit, secundum illud Matt. 5.* Benefacite his qui oderut vos, &c. *Similiter non fuit transgressus iuramentū, quia in omni iuramento voluntas superioris intelligitur excepta, & maximè ipsius Dei, de cuius voluntate expressa fuit punita posteritas Saul propter Gabaonitas. quæ punitio non debebat fieri per pœnam pecuniariam, sed per mortem saltem aliquorum. & ideo non peccauit tradendo illos septem viros crucifigendos. nec per hoc fuit deleta posteritas Saul, quia Dauid reseruauit Miphibosetb, vt ibidem habetur qui descendit de Saul per Ionatham filium eius.*

CAP.

CAP. XXV.

a Mortuus est. ✱ Iosephus. Hoc tempore Samuel defunctus est, que pro eius virtute populus multo tempore fleuit, & circa sepulturam eius, atque solemnium largitatem studium magnum competenter exhibuit. Fuit autem vir iustus, & natura benignus, & propterea magis amicus Deo. Hic præfuit populo post mortem Eli annis duodecim, cum Saul verò rege annis decem & octo.

✱ Author Seder Olam rabba. Samuel moritur ante Saulis obitum quatuor mensibus, & cæt.

b *Pharan*. Rab. Oppidum est in Arabia vicinum Saracenis, qui in solitudine erant. per hoc transierunt filij Israel, cum de monte Sinai castra mouissent. Est autem contra australem plagam, & distat ab Haila contra Orientem itinere dierum trium. In deserto Pharan memorat scriptura habitasse Ismaelem, à quo Ismaelitæ, qui nunc Saraceni dicuntur. Legimus & Chodorlaomor percussisse eos qui erant in deserto Pharan.

CAP. XXV.

Mortuus † est autem Samuel, & cögregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensque Dauid descendit in desertum Pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & † possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis. Erantque ei oues tria milia, & mille capræ. Et accidit, vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal, & nomen vxoris eius Abigail. Eratq; illa mulier prudentissima & speciosa. Porrò vir eius durus, & pessimus, & malitiosus. Erat autem de genere Caleb. cum autem audisset Dauid in deserto, quòd tonderet Nabal gregem

c *Possessio eius in Carmelo, &c.* ✱ Theodoretus. Carmelum autem Eusebius Cæsariensis hic dixit non esse montem, sed vicum quendam, qui vsq; in hodiernum diem sic nominatur, in quo aiunt habitasse Nabalem.

d *Nabal, &c.* Rab. Vir durus & pessimus, Iudæos significat, qui vua fellis & botri amaritudine ebriati dura ceruice & incircuncisi corde semper spirituisancto resistebant, & legem carnaliter sequentes, stulti facti sunt. Nabal enim interpretatur insipiens vel demens. Ideo Christum & apostolos refectionem fidei & boni operis expetentes respuẽdo dixerunt. *Nos scimus quia Mosi locutus est Deus, Hunc autem nescimus vnde sit*: Abigail verò prudentissima & speciosa, plebem illam significat, quæ ad Deum conuersa est. Interpretatur patris mei exultatio. Vnde: *Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agente.*

Marginalia: † Infra 27. a. — Cap. 13. — Pharan. Num. 10. — Quæst. 58. — † opus eius. i. pecudes & boues erga quæ se exercere solet homo. — Ioan. 9. f. — Luc. 15. b.

a Quodcun-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXV.

1 Mortuus est, &c. *Hic consequenter ponitur secundus prouentus per mortem iniqui Nabal, qui diuina vltione mortuus est, eò quod vituperauerat Dauid & seruos eius iniquè, & sic vxor eius, & quicquid habebat fuit ipsius Dauid. præsumitur tamen hic mors Samuelis iusti pretiosa, vt per hoc magis appareat mors hominis iniqui ignominiosa, secundum quod dicitur Prouer. 10. b.* Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. *Et hoc est quod dicitur de Samuele ad eius laudem.*

2 Et cong. *De morte verò Nabal nullus planctus scribitur. Sed hic oritur quæstio, quomodo secundus liber Regum dicitur ipsius Samuelis sicut & primus, cum tamen ab isto loco & deinceps non potuerit scribere. s. post mortem suam. Ad quod dicitur: quod vnus de discipulis suis residuum scripsit, qui ab aliquibus dicitur fuisse Nathan propheta, & & ideo ascribitur Samueli, sicut factum discipuli magistro.*

3 Erat, &c. *Hic consequenter agitur de ipso Nabal. Vbi primò describitur Nabal & Abigail personalis conditio. Secundò ipsius Dauid curialis petitio, ibi:* Cum ergo audisset. *Tertiò. rusticana responsio, ibi:* Respondens autem. *Quartò Abigail prouida obuiatio, ibi:* Abigail autem. *Quintò circa Nabal diuina vltio, ibi:* Diluculo autem. *Circa primum dicitur:* Erat autem vir quisquiam in solitud. *ly solitudine non est in Hebræo, nec est de textu, quia secundum quod dicitur in libro de quæstionibus Hebraicis manebat in ciuitate Maon, sed eius animalia erant in monte Carmelo, vbi habebat domum pro pastoribus & pecoribus, ad quem venit pro tondendis ouibus cum vxore sua. Sciendum autem quod ista Carmelus est mons in sorte Iudæ. Alius autem Carmelus vbi Helias interfecit sacerdotes Baal, est in tribu Issachar. Exprimitur nomen viri & vxoris, cum dicitur:* Nomen autem, &c. *Et conditio vtriusque, cum dicitur.*

4 Eratque illa, &c. *Et sic erat mente & corpore gratiosa.*

5 Porro vir, &c. *Ad conuiuendum.*

6 Et pessimus. *Ad iniuriandum proximum & decipiendum.*

7 Erat autem de. *Hoc autem non additur ad designandum, quod Caleb fuerit talis, quia fuit virtuosus & bonus, vt patet Num. 14. & Iosu. 14. sed ad ostendendum, quod Nabal erat de tribu Iuda, sicut & Dauid: & ideo grauius peccauit ipsum vituperando. Sequitur.*

8 Cum autem. *Hic consequenter ponitur ipsius Dauid curialis petitio. quod patet primò ex amicabili salutatione, cum dicitur:* Et salutabitis, &c. *Hoc autem quod ibi sequitur:* Ex multis, &c. *non est in Hebræo. Secundò ex rationabili allegatione, vbi tanguntur quinque rationes quibus Nabal debebat inclinari ad exauditionem petitionis. Prima est, quia Dauid & viri eius pacifice conuersati fuerant cum pastoribus Nabal, licet possent omni die accipere quod habebant & hoc notatur, cum dicitur.*

Marginalia: Diuisio. — Quæstio. — Carmelus duplex. — Nabal flecti debuit propter quinq;.

✱ 1 Nun-

MORALITER.

1 *Mortuus est. & plan.* Per planctum communem Samuelis ostenditur quantum plangendus est obitus boni prælati vel doctoris.

3 *Erat, &c.* Per istum qui vocabatur Nabal, & stultus interpretatur, significari potest quilibet philosophus superbus. Stultus enim dicitur quasi statu altus. s. in æstimatione sua. Philosophus enim superbus ratione scientiæ est alti status, sed ratione superbiæ stultus. Dicitur enim Prouer. 11. a. *Vbi humilitas, ibi & sapientia.* Et eadem ratione, vbi superbia, ibi stultitia. Vnde de philosophis superbis dicitur Rom. 1. d. *Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt,* aut gratias egerunt, *sed euanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.*

4 *Eratq; &c.* Per quam significatur sapientia philosophica. secundum quod dicitur Sap. 8. a. *Hãc quæsiui sponsam mihi assumere.* Est etiam speciosa in se. Vnde dicit Plato: Si sapientiæ forma oculis videri posset, ad amorem suum omnes maxime alliceret, nec ex habentis superbia in se deterioratur, aut deturpatur, secundum quod dicitur Sap. 6. b. *Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia.* Per hoc autem, quod Nabal nuntios Dauid repulit vacuos, significatur superbus philosophus qui repellit a se instinctus diuinos: qui sunt quasi quidam nuntij Dei a malo retrahentes & ad bonum inducentes, & de tali repulsu iam dictum est: *Qui cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, &c.* Per hoc autem quod mortuo Nabal vxor eius copulata fuit Dauid, significatur quod post mortẽ Gentilium philosophorum sapientia philosophica copulata est ipsi Christo in sacris ecclesiæ doctoribus. s. Dionysio, Augustino, & alijs pluribus. Potest autem hoc exponi aliter, scilicet de translatione studij philosophiæ ad partes fidelium. Nam de Athenis translatum fuit Romam, de Roma Parisios per Carolum magnum.

Marginalia: 1. Cor. 2. b.

MORA-

a ✠ *Quodcunque inuenerit manus tua, &c.*

Quæst. 54. Theodoret. Postulatio erat moderata, & significãs egesta tem rerum necessariarum. *Da quod inuenerit, &c.* Quid differunt hæc verba, a verbis quibus vtuntur medici? Sed vir ferus, non modò non dedit, sed et irrisit?

† ignominia affecim⁹ eos. de grege.

lib. 6. Antiq. cap. 13. ✠ Iosephus. Erat Nabal vir durus, & studijs malignissimus, habens vitam detestabilem, de Cynica secta, cui erat vxor bona, simul & casta, & specie nimis eximia.

† deficiunt a dominis suis.

b *Accingatur vnusquisque gladio, & cæt.* ✠ Theodoretus. Quamobrem is qui in Saulem tantam ostendit lenitatem & patientiam, Nabalem tentat occidere? Iste multis beneficijs sæpe fuerat affectus. Nam cum pastoribus versans in solitudine, non solum prohibuit suos aliquid auferre ex ijs quæ ad ipsum pertinebant, sed etiã repulit damna quæ aliunde ei afferebant. Hoc pastores testantur Abigail. Recorda-

† uel vt salutarent. † ualde.

† dominum nostrum. † eius.

suum, misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacificè, & sic dicetis: † Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ, & omnibus quæcunque habes sit pax ex multis annis saluos faciens tuos

a Quia patriarchæ pastores ouium fuerunt, ideo in tonsione ouium in memoria eorum festiuè epulabantur Iudæi.

& omnia tua. Audiui quòd † tonderent pastores tui greges tuos qui erant nobiscum in deserto; [1] Nunquam † eis molesti fuimus, nec aliquando [2] defuit eis quicquam de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. [3] Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis. [4] In die enim bona venimus ad te. a Quodcunque inuenerit manus tua, da * seruis tuis, & filio tuo Dauid. Cumque venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & siluerunt. [5] Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: [6] Quis est Dauid? & ¶ Despectiue. quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui qui † fugiunt dominos ¶ Multiplicati sunt. suos. [7] Tollam ergo panes meos & [8] aquas meas & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint? [9] Regressi sunt itaque pueri Dauid per viam suam, & reuersi venerunt & annunciauerunt ei omnia verba quę dixerat Nabal. [10] Tunc ait Dauid pueris suis: b [11] Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis. Accinctusque est & Dauid ense suo, & secuti sunt Dauid quasi quadraginta viri. Porrò ducenti reman-

a Hanc Dauid post mortem viri sui, qui demens in stultitia sua perijt sibi copulauit sponsam, non habentem maculam neque rugam.

serunt ad sarcinas. [12] Abigail autem vxori Nabal nunciauit vnus de pueris suis, dicens: [13] Ecce misit Dauid nuntios de deserto, [14] † vt benedicerent domino nostro, & † auersatus est eos. ¶ Despexit. c Homines isti † satis boni fuerunt nobis, & non molesti, nec quicquam aliquando † perijt omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. [15] Quamobrem considera & recogita quid facias, [16] quoniam completa est malitia aduersum † vi id est, diaboli. rum tuum & [17] aduersum domum † tuam, & [18] ipse est filius Belial, ita vt nemo ei possit loqui. [19] Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sa- d ta * polentæ, & centum ligaturas vuæ † passæ, & ducentas massas

* Mensura, a pol, quod est farina.

cordatus ergo Dauid horũ beneficiorum, & auditis conuitijs & contumelijs, magno impetu venit armatus. Cogitabat enim quod Saul occasionem haberet, potentiam, & regni inuidiam: iste autem nullum prætextum habens arrogantiæ, aduersus eũ extremis vsus sit maledictis.

† uiuo. i. magno, vel forti viro. Alij sic uertunt ad uitam meã. Alij per uiuere. † tondeãt greges tuos porrò pastores tui fuerunt. in deserto.

* obsecro.

c *Homines isti satis boni, &c.*

✠ Iosephus. Opes Nabalis Dauid illæsas cu stodire suos pręceperat: vt neque desiderio, neque egestate, neque pro loco deserto vbi potuissent latere, aliquis eas vexare præsumeret. Nihil vt iniustum fieret, dicens, & aliena tangere pessimũ iudicarent, neque Deum offenderent.

d *Sata.* Satum est genus mensuræ continens modium, & semis. Polenta est accuratissima farina. Vua passa dicitur quæ priusquam mature scat ad solẽ diu exiccatur, & sic seruatur. Massas caricarũ, id est, ligaturas de fructibus ficorum. Et

† inuectus est in eos uel increpauit eos, aut expulit. † defuit.

† uel ficus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquam eis mol. *Secunda, quia eos & gregem securè seruauerant à feris & prædonibus. Et hoc notatur, cum dicitur:*

2 Nec al. *Prædones enim non audebant illuc accedere timore ipsius Dauid. vnde dicitur infra.* Erant nobis pro muro. *Tertia est humilis modus petendi, ibi.*

3 Nunc ergo. *cum tamen Dauid de iure posset accipere pro sua voluntate, cum esset rex inunctus & in necessitate positus. Quarta est ratione diei festiui cum dicitur.*

4 In die, &c. *Faciebant enim Hebræi festum magnũ tonsoribus suis & pastoribus in die tonsionis ouium, in memoriam patriarcharum q fuerant pastores ouium, vt habetur Genes. 47. Et talibus diebus solent homines magis esse curiales. Quinta ratio accipitur ex parte rei petitę quam simpliciter ponunt in voluntate Nabal quantum ad qualitatẽ & quantitatem. quod notatur ibi:* Quodcunque inuenerit ma.

5 Respondens, &c. *Hic consequenter ponitur rusticana responsio, quia non solum negauit quòd petebatur, sed etiam à vituperijs inchoauit, dicens.*

6 Quis est. *quasi dicat nullius valoris, quia descendit de alienigena muliere, scilicet de Ruth Moabitide, & non solum vituperauit Dauid, sed & viros eius, dicens:* Hodie. *ita quod notauit eos de seruilitate & malignitate, propter quam fugitiui essent.*

7 Tollam ergo. *q. d. non debeo facere.*

8 Et aquas. *i. potus meis quia frequenter in scriptura nomine aqua intelligitur omnis potus, sicut nomine panis omnis cibus. vnde 4. Reg. 6. e. dicitur:* Pone eis panem & aquam. *Et subditur ibidem:* Et apposita est eis magna ciborum præparatio.

9 Regressi sunt. *vacui & vituperati.*

10 Tunc ait. *meritò prouocatus.*

11 Accingatur. *ad accipiendum vindictam de tam vili rustico.*

12 Abigail autem. *Hic consequenter ponitur ipsius Abigail prudens obuiatio. Et secundò ipsius Dauid pacificatio, ibi:* Cum autem vidisset. *Circa primum præmittitur facti notificatio ipsi Abigail per vnum de famulis suis, dicentem ei.* Diuisio.

13 Ecce mi. *vbi patitur defectum victualium.*

14 Vt benedicerent. *eum curialiter salutando, & eius beneficium humiliter petendo. Cætera patent ex prædictis vsque ibi.*

15 Considera, &c. *præcauendo tibi & domui tuæ.*

16 Quoniam, &c. *quia in promptu est vindicta de malitia sua. cognoscebat enim iste animositatem Dauid & virorum eius.*

17 Et aduersum. *i. in omnes nos redundabit istud malum, quamuis simus innoxij.*

18 Et ipse. *q. d. ideo dico tibi hoc: quia maritus tuus verbum meum non reciperet, sed magis fugeret.*

19 Festina. igitur. *ad præcauendum malo prædicto. & patet litera vsque ibi.*

8 Et

1 ✠ Viro

a *Et reddidit mihi malum pro bono, &c.* ✻ Hieronymus. Tunc quippe reddidit malum pro bono, quando blasphemauit eum conuiciando.

b *Hæc faciat Dominus inimicis, &c.* ✻ Theodoretus. Cur cùm iurasset, transgressus est iusiurandum? Iusiurandum quidem est iustę irę: pepercisse autem est sapiẽtis & moderatæ cogitationis. Accepta enim Abigail supplicatione, extinxit iram. Melius enim erat transgredi minarum iusiurãdũ, quàm tantam cædem facere.

c *Nabal secundum nomen suum.* ✻ Theodoret. Nomen Nabal si trãsferatur in linguam Græcam significat τὴν ἀφροσύνην, id est, insipientiam. Dixit Aquila: Nabal est nomen ei, & cum eo est effluxio. Effluente enim & extincta vi rationis, succedit affectio insipientiæ. ✻ Hieronym. Nabal, insipiens: quod si legere volueris Nebel, mẽsuræ nomen est siue psalterij. Abigail, patris mei exultatio. ✻ Augustinus. (Serm. 11. de sanct.) Occurrit Abigail vxor Nabal, & tulit Dauid quę poposcerat. Suppliciter eum rogauit, flexit, & à mariti sanguine reuocauit. Iurauit Dauid temerè, sed non impleuit iurationem maiore pietate. ✻ Ambros. (lib. 1. off. c. 21) Dauid armatam dextram in indignatione compresserat: & quantò plus est non remaledicere, quàm vindicare? Et bellatores aduersus Nabal ad vltionem paratos, Abigail deprecatione reuocauerat. Vnde aduertimus, tempestiuis quoque intercessionibus non solum cedere nos, sed etiam delectari oportere. ✻ Idem. (lib. 1. off. c. 50.) Est contra officium nonnunquã soluere promissum, sacramentum custodire: vt Herodes qui iurauit quoniam quicquid petitum esset, daret filię Herodiadis, & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret. ✻ Isidorus. (In synonimis.) In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum. Impia est ꝓmissio, quę scelere adimpletur.

d ✻ *Quapropter suscipe benedictionem.* Cyrillus. (lib. 7. in Ioan. cap. 11.) Placida verba ac mitia, iracundia cõcitatum animum mitigare solent, & ad mansuetudinem reducere: quod nobis ipse Dauid suo prodit exemplo: cuius districtũ mucronẽ in totius domus Nabal exterminiũ, Abigail vxor eius suauiloquẽtia & humanitate, vagina recondidit, & à cruoris effusione

caricarum, & imposuit super asinos, dixitque pueris suis, præcedite me: & ecce ego post tergum sequar vos. [1] Viro autem suo Nabal non indicauit. [2] Cum ergo illa ascendisset asinum, & descenderet † ad radicem montis, Dauid & viri eius descendebant in occursum eius. Quibus & illa occurrit. [3] Et ait Dauid: Verè frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, & non † perijt quicquam de cunctis a quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono. b [4] Hæc faciat dominus inimicis Dauid, & hæc addat: si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsque mane [5] mingentem ad parietem. [6] Cùm autem vidisset Abigail Dauid, festinauit & descendit de asino, & procedit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit: [7] † In me sit domine mi hæc iniquitas (a ¶ Blandiẽdo sibi imprecatur peccatum quod haberet Dauid, si se vlcisceretur.), [8] loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. [9] Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super c virum istum † iniquum Nabal, quia secundum nomen suum † stultus est, & stultitia est cum eo. [10] Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos domine mi, quos misisti. (Veni ad te.) [11] Nunc ergo domine mi viuit dominus & viuit anima tua, [12] qui prohibuit te ne venires in sanguinem (Innoxiam.), & saluauit animam tuam tibi: [13] Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. d [14] Quapropter suscipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo, & da pueris qui sequuntur te dominum meum. [15] Aufer iniquitatem famulæ tuæ (a ¶ Quam mihi imprecata sum: si te vlciscaris scilicet noli vlcisci.). [16] Faciens enim faciet tibi dominus domino meo domum (Regnum significat.) † fidelem, [17] quia prælia domini domine mi tu præliaris. Malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. [18] Si enim

† per absconditum. † defuit. † obsecro. † impium. † sic est, Nabal nomẽ eius. † vel stabilem aut securam.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Viro autem, &c. *Quia præ auaritia & nequitia sua totum impediuisset.*

2 Et descen. ad ra. *Vbi inter duos montes erat vallis media ad quam descendebat Dauid ex parte vna, & Abigail ex opposita, & sic obuiabant mutuò.*

3 Et ait, &c. *Ista dixit Dauid audita relatione nuntiorum, sed hic ponitur per recapitulationem vt dicunt aliqui: vel procedendo per viam dicebat hoc viris suis vt dicunt alii, & fortè vtrumque potuit esse.*

4 Hæc fa. *Hic est modus iurandi per execrationem, quando aliquis sibi imprecatur malum futurum nisi impleatur verbum suum, & ideo hic pro ipso Dauid accipiuntur inimici Dauid, aliter esset iuramentum nullum, sed magis derisorium, sicut & supra 20. c. in consimili ponuntur inimici Dauid pro ipso Dauid, vt ibidem dictum fuit.*

5 Min. ad. *id est, canem qui leuato crure mingit ad parietem. Dicũt etiam hic aliqui, quod per mingẽtem ad parietem, intelligitur infirmus qui non potest surgere, & ideo facit vrinam inter lectum & parietem, & sic est intellectus verbi. quòd non parceret viro & animali: quia et canis qui propter vilitatem non esset tangendus, & infirmus cui propter infirmitatem esset parcendum non euaderent manum meam. Alii vero dicunt: quòd per mingentem ad parietem intelligitur omnis masculus, quia mingit erectus, & sic est intellectus verbi: quod Dauid intendebat interficere omnes viros, non autem mulieres.*

6 Cùm autem. *Hic consequenter ponitur ipsius Dauid pacificatio. vbi primò præmittitur ipsius Abigail deprecatio. Secundò ipsius Dauid acceptatio ibi:* Et ait Dauid. *Deprecatio autem Abigail ostenditur acceptabilis: primò ex sui humilitate in facto, cum dicitur:* Et procidit coram Da. &c. *& verbo, cum subditur.*

7 Et dixit. *id est parata sum recipere quamcunque vindictam pro mariti mei iniquitate. Secundò ostenditur deprecatio Abigail acceptabilis ex rationabili allegatione, cum dicitur.*

8 Loquatur, &c. *vbi primò allegat viri sui stultitiam, & ideo factum suum viro prudenti non est accipiendum cordi. & hoc est quod dicitur.*

9 Ne ponat oro. *Nabal enim stultus interpretatur. q. d. stultus est re & nomine. Secundò allegat suam ignorantiam, dicens.*

10 Ego autem, &c. *q. d. si enim vidissem eos, fuissent gratiosè recepti, nec recessissent vacui. Tertiò allegat diuinam clementiam quæ parata est semper parcere, dicens.*

11 Nunc ergo. *q. d. verum est quòd Deus viuit, & tu viuis: ita diuina clementia factum est, vt venirem obuiam tibi ad impediendum ne venires ad effundendum sanguinem.*

12 Et saluauit. *scilicet innocentem. solus enim Nabal erat culpabilis, cum quo fuissent occisi innoxii.*

13 Et nunc. *scilicet fatui & improuidi in factis suis. Ra. Sa. dicit, quòd Abigail hoc dixit per spiritum prophetiæ, significans quòd Nabal citò moreretur.*

14 Qua propter suscipe bened. *id est, exenium.*

15 Aufer. *recipiendo exenium in signum remissionis offensæ, quam Abigail super se acceperat, dicens:* In me, &c. *vt prædictum est. Quartò allegat regni dignitatem quam consecuturus erat Dauid, quæ quidem dignitas exigit in habente innocẽtiam. & hoc est quod dicitur.*

16 Faciens enim, &c. *tradendo tibi regnum.*

17 Quia, &c. *id est, ad Dei honorem & communem vtilitatem populi.*

18 Malitia, &c. *quia non decet tantam dignitatem. Quintò allegat protectionem diuinam quæ protegit secundum misericordiam, dicens.* Si enim, &c. *Sequitur.*

surrexerit aliquando homo persequens te & a quærens animam tuam, erit anima domini [1]

a ¶ Ad literam: fasciculus vitium viuit in aqua cum ad transplantandum præparatur.

mei † custodita, quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Porrò inimicorum tuorum anima † rotabitur, quasi in [2] impetu & circulo fundæ. Cùm ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia hæc quæ locutus est bona de te, & cõstituerit te ducẽ

a ¶ Id est in fletum.

super Israel, non erit tibi hoc † in singultum [3] & in scrupulum cordis domino meo, quòd [4] effuderis sanguinem † innoxium, † aut ipse [5] te vltus fueris. Et cum benefecerit dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. Et [6] ait Dauid ad Abigail, Benedictus dominus [7] Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & [8] benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & † vlciscerer me manu mea. † Alioquin viuit dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi, nisi citò venisses in occursum mihi, nõ remansisset Nabal vsque ad matutinam lucem mingens ad parietem. Suscepit ergo de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitque ei; Vade pacificè in domum tuam; Ecce au- [9] diui vocem tuã, & † honoraui faciem tuam. [10] Venit autem Abigail ad Nabal, & ecce erat [11] ei conuiuium in domo eius quasi conuiuiũ regis, & cor Nabal iocundum. Erat enim ebrius nimis, & non indicauit ei verbum pu [12] sillum aut grande vsque mane. Diluculo au- [13] b tem cùm digessisset vinũ Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor [14] eius † intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cumque pertransissent decem dies, percus- [15] c sit dominus Nabal, & mortuus est. Quod [16] cùm audisset Dauid mortuum Nabal, ait: [17] [18]

---

effusione immunem reddidit.

A a *Erit anima, &c.* Pulcherrima comparatione statum iustorum & reproborum discreuit. horum quippe animas appellat viuentes, illorum spiritali morte occupatas. *Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.* hos fasciculis, illos lapidi fundæ assimilat. Fasciculus enim astringitur vt conseruetur. Lapis in funda ponitur, vt abijciatur. Sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, vt his admoniti arctius adinuicem mutua charitate nectantur, & adunati per manus redemptoris in perpetuum conseruentur. Reprobi quantò latius voluptatibus suis dimittuntur, tantò longius à diuinæ visionis gloria proijciuntur. *Ipsi enim de manu Dei repulsi sunt.* Mirè autem omnipotentem prouidentiam superni pro- B tectoris describit, cum dicit animam sancti viri quasi in fasciculo viuentium apud eum esse custoditam. Sicut enim facile est cuilibet fasciculum herbæ vel fœni manu retentum conseruare, ita virtus saluatoris nostri electos ab initio vsque in finem conseruare & custodire. vnde. *Et non rapiet eos quisquam de manu mea.* Sicut autem fasciculus alligatur, ita sanctorum decus vera charitate constringitur, diuino munimine circundatur. Ad literam autem anima Dauid quamuis multi persequerentur, semper custodita est in sorte viuentium. Inimici verò eius sicut lapis funda circumactus instabili motu perturbati de finibus suis, vel de rebus humanis ablati sunt.

✠ Hebræi. Est iusti anima, in qua ex peccato est aliquid sordidum relictum: huius spiritus igne lauatur, mundatur, purgatur, innocens, purus, mundus & lotus ad locum superiorem ascendit, non aliter vt qui seipsum C aqua purgat & abluit, quò mundus sit. Cumque id sit assecutus, vt ad fasciculum viuen- D tium colligi debeat, velox hunc ignem transit, in quo purgatur, vt sic ligetur in fasciculo viuentium.

✠ Alij Hebr. inscribunt sepulcris suorum defunctorum; Sit anima huius colligata in fasciculo viuentium.

b *Cum digessisset.* Moraliter. Gregorius. Iracundos melius corrigimus si in ipsa iræ commotione declinamus, perturbati enim quid audiant, ignorant. Sed cum ad se redeunt, tantò libentius exhortationis verba recipiunt, quantò se tranquillius tolerari erubescunt. Menti autem furore ebrię omne rectum quod dicitur peruersum videtur. Vnde & Nabal ebrio culpam suam E Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit. Malum enim quod fecerit nocere potuit, quia ebrius non audiuit.

c *Percussit Dominus Nabal, &c.*

✠ Ambrosius. Nabal duro & rigido corde verbum vxoris ferre non potuit, & obstupefactus obriguit, & in mortem incidit.

✠ Saluianus. Quia Dauid se vlcisci distulit, vltionem statim Deo executore percepit. Extincto itaque paulo post aduersario suo, & manu cœlesti obruto, sic locutus est: *Benedictus Dominus, &c.*

✠ Chrysostomus. Nabal ex desperatione vesanus factus, timore demum consumptus est. Simul enim ac quispiam sapientiæ modo exciderit, formidolosus simul & audax animo ipso debilitato efficitur.

✠ Iosephus. Dauid agnouit, quod maligni diuinitus arguantur, & nullus inter homines despiciatur à Deo, qui dat bonis quidem similia, malis uero refert digna supplicia, &c. F

a *Et sur-*

Eucher. & Rabbanus. | Ezech. 18. a. | † funda iaculabitur in medio sedis fundæ. Lxx. & animam inimicorum tuorum funda iaculaberis in medio fundæ. Chal. interpres. Et animam inimicorum tuorum volare faciet quemadmodum volare faciunt sub fundibularij lapidem fundæ. | Psal. 87. a. | † 22. q. 4 cap. quòd Dauid & ca. iurauit. & c. si aliquid. | Ioan. 10. f. | lib. Abrat. Rokel.

† colligata. | Eucher. & Rabbanus. | † offensio & offendiculum. | † frustra. | † aut fecerit sibi salutem dominus meus. Hebr. | † & seruarem manum meã mihi Heb. | In Psal. 17. | lib. 2. | † Lxx. reueritus sum. | Sermo contra despera. & superb. tom. 5. | lib. 6. Antiq. cap. 13. | † in medio eius. | * Ferè.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Erit anima, &c. *id est à Deo protegetur contra omnes insidias malorum. Dicunt hic aliqui, quòd loquitur metaphoricè. quia sicut ramusculi alibi transplantandi vel inserendi in fasciculo ligantur & in aqua ponuntur, & posteà transplantantur vel inseruntur, sic iusti in præsenti vita conseruantur in humore gratiæ, vt transplantentur in terra viuentium per adeptionem gloriæ, de quibus reputabat ipsum Dauid.*

2 Porro inimicorum, &c. *id est, voluetur per vitia diuersa & mala quousque proiiciatur ad pœnam gehennæ. Sextò allegat pacem conscientiæ ipsius Dauid futuram, cum dicitur:* Cum, &c. *Sequitur.*

3 Non erit tibi hoc, &c. *id est, in mœrorem animi & conscientiæ remorsum.*

4 Quod effuderis, &c. *quantum ad familiam Nabal.*

5 Aut ipse te vltus. *de ipso Nabal, quòd non decet vt aliquis vlciscatur se manu propria, vt dictum fuit cap. præcedenti.*

6 Et ait Dauid, &c. *Hic consequenter ponitur ipsius Dauid acceptatio, vbi primò regratiatur Deo, dicens.*

7 Benedictus dominus, &c. *Quia eius prouidentia & dispositione Abigail occurrit Dauid ad ipsum pacificandum. Secundò ipsi Abigail, dicens.*

8 Et benedictum eloquium. *Et patet litera vsque ibi.*

9 Vade in pace, &c. *aliàs pacificè. q. d. pacificatus sum tibi & domui tuæ.*

10 Ecce audiui vocem tuam, &c. *id est, exaudiui deprecationem tuam.*

11 Et honoraui faciem. *Accipiendo exenium de manu tua, & sic non feci tibi verecundiam repellendo in aliquo petitionem tuam.*

12 Et non indicauit ei ver. *prudenter enim expectauit tempus in quo esset extra ebrietatem.*

13 Diluculo autem, &c. *Hic consequenter describitur diuina vltio circa ipsum Nabal, cum dicitur.*

14 Et emortuum est cor eius. *Ex vehementia timoris concepti de Dauid.*

15 Cumque pertransissent. *dicit Rab. Salo. quòd tot diebus languit quasi mortuus, eò quod decem iuuenes missos à Dauid confuderat.*

16 Percussit dominus. *Ex quo patet quod non fuit mortuus morte naturali sed accelerata vltione Dei.*

17 Quod cum audisset. *Tali diuina percussione.*

18 Ait, &c. *applaudens diuinæ iustitiæ, secundum illud Psal. 57. b.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam, &c. *non autem gaudebat de morte Nabal zelo vindictæ.*

8 Et | ✠ 1 Misit

a ✠ Et surrexit Iosephus. Cum omni apparatu proprio venit, ei que coniuncta est: quæ ad hunc honorem venire promeruit, tā pro modo castitatis atque iustitię, quā pro specie suæ formæ.

lib.6. Antiq. cap.13.

b Phalti fil. Ra. Sicut tradūt Hebræi, nō cognouit eam Phalti, quia si cognouisset, Dauid postea nō recepisset eā, qa in lege prohibetur. Phalti n. de Gallim erat

a ¶ Hoc dicebat Dauid amore iustitiæ, non libidine vindictæ.

Benedictus dominus qui vindicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo Dauid & locutus est ad Abigail vt sumeret eam sibi in vxorem, & venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes, Dauid misit nos ad te, vt accipiat sibi in vxorem. Quæ consurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pedissequę eius. Et secuta est nūtios Dauid, & facta est illi uxor. Sed & Achinoā accepit Dauid de Iezrahel, & fuit utraque uxor eius. Saul autē dedit Michol filiam suā uxorē Dauid, Phalti filio Lais qui erat de Gallim.

erat .i. de mundatione .i. de lege. Legis enim doctor erat de Baurim .i. de electis, quando Michol ei datur. Phalti enim vadens dicitur, quando aufertur. Phaltiel .i. euadens à Deo, quia custodiuit eum ne tangeret eam, ne fieret transgressor legis. tamen secutus est eam plorans vsque Baurim præ gaudio, quia non tetigerat eam.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Misit ergo, &c. *Per nuntios missos.*

2 Vt sume. *quia sciebat eam esse pulchram & prudentem & diuitem, vt patet ex supradictis. Sequitur.*

3 Quæ consur. *scilicet dominum de tanto beneficio, quòd Dauid in regem electus à Deo petebat eam pro vxore: propter quod respondit valde humiliter, dicens,* Ecce famula tua sit in ancil.

4 Sed & Achinoam, &c. *Videtur quòd fecerit contra mandatū domini Deut. 15. vbi dicitur, quòd rex constitutus de Israel non debebat sibi multiplicare vxores. Dicendum quòd illud intelligitur de vxoribus alienigenis inclinantibus animum viri ad idololatriam: sicut contigit Salomoni, vt habetur infrà 3. lib. 11. cap. hoc aūt non fecit Dauid.*

5 Saul autem. *Dicunt Heb. quod iste fuit legis doctor, & ideo licet accepe it Michol ad obediendum Sauli & vt honoraretur tanquā Gener regis: non tamen cognouit eam, quia sciebat eam esse veram vxorē Dauid, quia ipsam non repudiauerat: propter quod Dauid postea recepit eam: qui tamen non accepisset eam si fuisset ab eo cognita, sicut nō fuit ingressus vltrà ad vxores suas, quas cognouit Absalon, vt habetur infrà 2. lib. cap. 20.*

ADDITIO.

In cap. 25. vbi dicitur in postilla. *Et erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium.*

Hæc verba non videntur propriè posse declarari, nisi metaphoricè. vnde & in glo. ordinaria plura notabilia hic ponuntur, inter quæ sic dicit: Pulcherrima comparatione statum iustorum & reproborum decreuit, & intrà, hos fasciculo, illos lapidi fundæ assimilat. Fasciculus enim astringitur vt conseruetur, lapis in funda ponitur vt abijciatur. Sic enim electi tribulationum pressuris cōstringuntur, vt in his admoniti animi adinuicem mutua charitate nectantur, & adunati in manu redemptoris perpetuò conseruentur. Reprobi quantò latius voluptatibus suis reuoluuntur, tantò longius à diuinæ visionis gloria proijciuntur. Ipsi enim de manu domini repulsi sunt.

Et venerunt Ziphæi, &c.

b Dormientem. Rab. Persequuntur Iudæi Christū, & persequendo dormiūt, quia non vigilant corde. Dormitio enim cordis duritia est. dormiunt in veteri vita nō vigilant in noua. Christus venit, non eos occidit, sed scyphū aquę .i. gratiā legis abstulit, & sceptrū regni .i. potestatē qua se temporaliter protegebant, & cōtra Deū erigebāt, sed Dauid nr̄ victor de castris eorum egressus,

† Iesimon & infrà.

† castrametatus erat.

CAP. XXVI.

a ¶ In colle locus est.

Et venerunt Ziphęi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce, Dauid abscōditus est in colle Hachilę, q̄ est exaduerso † solitudinis. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria milia virorum de electis Israel, vt q̄reret Dauid in deserto Ziph Et castra metatus est Saul in Gabaa Hachilæ, quæ erat ex aduerso solitudinis in via. Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem quòd venisset Saul post se in desertum, misit exploratores, & didicit quòd venisset certissimè. Et surrexit Dauid clam, & venit vsq; ad locum vbi † erat Saul. Cumque vidisset locum vbi dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circumitum eius, ait Dauid ad Achimelech

egressus, altitudinem cæli conscendit.

✠ Theodorus. Quid est, Saul dormiebat ἐν λαμπήνῃ, in lampine? Lampine est genus currus, sicut etiam ἀπήνη apene. Sed id quod dicitur, significat ipsa rotunditate in medio exercitus decubuisse regem, & vndique fuisse munitum à stipatoribus. Ingressus est autē Dauid audacter, insilijt autē modestè & temperanter.

Quæst. 59. † Gabaa.

a Nein-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVI.

Diuisio.

Et venerunt. *Hic ponitur tertius prouentus Dei circa Dauid, per hoc quòd Saulem iterum in manu sua tradidit, vt sic Dauid innocentia & Saul nequitia plenius appareret. Et diuiditur in tres partes: quia primò Saul manibus Dauid exponitur. Secundò expositus custoditur, ibi: Dixitque Abisai. Tertiò à Dauid conuincitur, ibi:* Cumq; transisset. *Circa primum dicitur.*

1 Et venerunt. *Isti iam ante Dauid accusauerant Sauli, vt habitum est suprà 23. & ideo timentes ne Dauid post Saul regnaret, & per consequens eorum proditionem puniret, solliciti erant de captione Dauid, vt moreretur.*

2 Et cum eo tria. *scilicet ad bellandum.*

3 Videns autem. *id est, cognoscens per nuntium sibi dicentē, quia processus regis cum tali multitudine bellatorum non potest latere.*

4 Misit exploratores. *vt sciret certitudinaliter tempus & locum vbi castra poneret.*

5 Et surrexit Dauid clam. *i. abscondite, & mutato habitu, ne cognosceretur. sicut Alexander magnus fuit in castris Pori regis Indiæ ad explorandum, prout habetur in historia ipsius.*

6 Ait Dauid ad Achimelech. *Dauid enim habuit duas sorores. vna earum vocata est Abigail, de qua natus fuit Amasa princeps militia Absalon, vt habetur infrà 2. lib. 17. cap. Alia Saruia de qua natus est Ioab & Abisai, & sic isti erant nepotes Dauid.*

1 Dixit-

MORALITER.

1 *Et venerunt Ziphæi, &c.* Sequitur.

† *Et surrexit Saul.* Per Saulē, qui cū exercitu armato iuit ad capiedū Dauid, cōuenienter significari pōt Iudas proditor, qui cū multis armis venit ad capiendū Iesum, sicut dr̄ Ioan. 18. Iudas aūt cū accepisset cohortē, & a pōtificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cū laternis & facibus & armis. Per hoc aūt q. Dauid descēdit in castra Saulis, significat processus ipsius Iesu obuiā quærētibus ipsum. Io. 18. a. *Iesus aūt sciens oīa q̄ ventura erāt super ipsum, processit eis obuiā, & dixit eis. Quē quæritis?*

a Ne interficias eum, &c. ✠ Chrysost. Cùm Dauid videret Saulem immobilem, neq; quicquam posse facere, cum suo animo ita locutus est. Vbi nunc ille furor? Vbi tot technæ, tot insidiæ? Abierunt omnia illa, perieruntque exigui somni incursu. Iacet alligatus rex, cùm nihil horũ nos nec cogitauerimus, nec perfecerimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Somnus nihil aliud est, quàm mors temporaria, & vnius diei interitus. Sic hostem ĩ potestatẽ suam accepit, & Deũ erga se beneuolentiorem reddidit. Sed nõ eò beatum prædico sanctum illum, quòd hostem viderit sub pedibus suis iacentem, sed quòd illi pepercerit: quorum alterũ fuit opus diuinæ potentiæ, alterũ Dauidicæ philosophiæ, &c. Is qui occidit inimicum, frequenter & ipse sese condemnabit dum prauam gerit conscientiam, dumque in singulos dies & horas à peccato illo vrgente affligitur. At, qui pepercit, breuique tempore vicit affectus suos post exultat ac delectatur optima spe fultus, ac tolerantiæ brauia expectans à Deo.

Homil. de Dauid & Saule.

✠ Iren. Irenæus martyr. Quando Dauid persecutionem patiebatur à Saul propter iustitiam, & regem fugiebat, & inimicum non vlciscebatur: & Christi aduentum psallebat, & sapientia instruebat gentes, & omnia secũdum consiliũ sancti Spiritus faciebat, & placebat Deo. Quando autem accepit Bersabee vxorẽ Vriæ, dicit scriptura de eo, Nequam visus est sermo quem fecit Dauid in conspectu Domini.

lib. 4. cap 46.

Hethæum, & Abisai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens: Quis descendet mecum in castra ad Saul? Dixitque Abisai: Ego descendam [1] tecum. Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius. Abner autem & populum dormientes in circumitu eius. Dixitque Abisai ad Dauid, Conclusit Deus hodie inimicum tuum in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundò opus non erit. Et dixit Dauid ad Abisai: [2][3] a Ne interficias eum: † Quis enim extendet manum suam in Christum [4] domini, & innocens erit? Et dixit Dauid: Viuit dominus, quia nisi [5][6] b dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in [7][8] prælium descendens perierit, † propitius sit mihi dominus, ne extendam [9] manum meam in Christum domini. Nunc igitur tolle hastam [10] quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus. Tulit ergo [11] Dauid hastam & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt, & non erat quisquam qui videret & intelligeret, & euigilaret, [12] sed omnes dormiebant: quia sopor † domini irruerat super eos. [13] Cumque transisset Dauid ex aduerso & stetisset in vertice montis [14] delonge, & esset grande interuallum inter eos, clamauit ad populum [15] Dauid, & ad Abner filium Ner, dicens: Nonne respondebis Abner? Et respondens Abner: quis es tu qui clamas, & † inquietas regem? Et ait Dauid ad Abner: Nunquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum [16] regem? Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret regem [17] dominum tuum. Non est bonum hoc quod fecisti. Viuit dominus, [18] quoniam † filij mortis estis vos, quia non custodistis dominum ve-

¶ Vel eius

† infrà 1. q. 1. ✠ dominus.

† ad regem .i. qui tuo clamore excitas regem.

† Heb. pro digni morte.

b Nisi dominus percusserit eũ, &c. ✠ Theodo. Illud, Dominus percusserit eum, significat plagam à Deo immissam, quam etiam sustinuerunt primogenita Aegyptiorum, & populus in deserto sæpenumero, & Nabal Carmelitanus. Dies autẽ eius venerit, significat mortem secundum naturam, quæ cognoscitur vel ex abundantia, vel ex defectu alicuius ex his qui insunt nobis humoribus. Quæ accidit in bello, est magis violenta: occiduntur enim qui sunt robustis corporibus. Illud autem, Accepit hastam, &c. vt rursus collatum ostendat beneficium: Vbique autem scriptor diuinam prædicat prouidentiam. Nam cum dixisset, Omnes dormiebant, subiunxit: Stupor Domini cecidit super eos, &c.

Quæst. 60.

† absit mihi à domino idest auertat hoc Deus à me, &c.

† vel à domino, alij, vehementes interpretantur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitque Abis. *Accepit licentiam interficiendi Saul, quia sciebat quòd Dauid non interficeret eum manu propria.*
2 Et secundo. *Ita vno ictu interficiam eum perfectè, quòd non oportebit vltrà manum apponere, & sic poterimus recedere expedite.*
3 Et dixit. *Hic consequenter Saul per Dauid à morte protegitur, cum dicitur:* Ne inter. *Cuius causa subditur.*
4 Quis enim. *Volebat enim Dauid personæ ipsius deferre, quamdiu à Deo tolerabatur in regno. Ideo subditur.*
5 Viuit dominus, &c. *id est per viuentem Deum.*
6 Quia nisi dominus. *aliqua pestilentia, vel infirmitate accelerans mortem eius.*
7 Aut dies eius venerit, &c. *scilicet vltima.*
8 Vt moriatur. *scilicet morte naturali.*
9 Aut in prælium. *Istis tribus modis poterat mori. Per hoc intendit Dauid dicere quòd nullo modo volebat esse causa efficiens mortis suæ, nisi forsitan se defendendo, ita quòd non posset aliter euadere.*
10 Nunc igitur tol. &c. *id est, fixa in terram ad caput lectuli, vt si esset necesse statim posset eam accipere. Erat etiam in parte superiori signum armorum regis, ad significandum locum regium.*
11 Et scyphum. *In Hebræo habetur:* Et Phialam aquæ. *Et forsitan erat aqua Rosacea, ad refrigerium caloris, vel aqua simplex ad ablutionem manuum regis, quando surgeret de somno.*
12 Et non erat quisquam qui. *Cuius causa subditur:* Quia sopor do. *id est, somnus grauis à Deo immissus.*
13 Irruerat super eos. *Vt sic Dauid sine periculo recederet, & per hastam acceptam & vas aquæ suam declararet innocentiam, & Saul de nequitia conuinceretur.*
14 Cumque tran. *Hic Saul & viri eius à Dauid conuincuntur: quia primò viri Saul conuincuntur de negligentia, cum subditur.*
15 Clamauit. *Cum iam esset sic elongatus & in tuto loco positus, quòd viri Saul non possent capere eum, & primò conuincit Abner singulariter, cum subditur.*
16 Quare ergo non, &c. *quia erat princeps militiæ, & custos erat principalis personæ regiæ.*
17 Ingressus est enim. *Iste fuit Abisai qui voluit eum interficere vt prædictum est, Secundò arguit omnes alios, dicens.*
18 Viuit dominus. *id est, digni morte. consequenter probat dictum suum per euidens signum dicens.*

Nunc

MORALITER.

† *Sopor domini irruerat super.* scilicet, super Saulem & suos socios, per quod significatur casus Iudæ & aliorum cum eo existentium, qui ad verbum Christi dicentis. *Ego sum, abierunt retrò & ceciderunt proni in terram*, tanquam insensibiles & dormientes. Per hoc etiam ostendit Iesus, quòd poterat eos occidere, sicut Dauid per lanceam Saulis quam secum portauit, ostendit quòd poterat eum occidere. Item per lanceam significatur principatus, eò quòd ad principem pertinet pro subditis pugnare. Per scyphum autem, sacerdotium, eò quòd sacerdotes vtebantur scyphis in oblationibus liquidorum. Per hoc ergo quòd Dauid hastam Saulis & scyphum aquæ secum tulit, significata fuit ablatio regni & sacerdotij à Iudæis, quam fecit Christus in vltionem mortis suæ per exercitum Romanorum.

MORAL.

A strum Christum domini. Nunc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi scyphus aquæ qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Nunquid vox hæc est tua fili mi Dauid? Et ait Dauid. Vox mea domine mi rex. Et ait. † Quam ob causam dominus meus persequitur seruum suum? Quid feci? aut quod est in manu mea malum? Nunc ergo audi oro domine mi rex verba serui tui. Si dominus incitat

a ¶ Placare eum sacrificio & prece oportet.

B te aduersum me, † odoretur sacrificium. Si autem

¶ Incitant te in me.

filij hominum, maledicti sunt in conspectu domini, quia eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate domini, dicentes: Vade,

a ¶ Quasi diceret, opus mihi est inter exteros morari quia rex Israel mortem meam quærit.

serui diis alienis; Et nunc non effundatur sanguis meus in terra coram domino, quia egressus est rex Israël vt quærat pulicem vnum, sicut

a ¶ Quasi dicat nec per Deum nec per filios hominum incitatus sum in te, sed per meipsum.

C persequitur † perdix in montibus. Et ait Saul,

† supra 24. a.

† idem signo manifesto ostē dat iniustitiā meam sicut in sacrificium.

† quispiam perdicem.

Peccaui; Reuertere fili mi Dauid; Nequaquam enim vltrà tibi malè faciam, eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet

a ¶ Consilia Dei qui te conseruat, & me in manus tuas tradit.

enim quòd stulte egerim & † ignorauerim multa nimis. Et respondens Dauid, ait; Ecce hasta regis, transeat vnus de pueris regis & tollat eam. Dominus autem retribuet vnicuique secundum iustitiam suam & fidem. Tradidit enim Dominus te hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in Christum domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis E

a ¶ Quod vt noceret sæpius inimico pepercit.

meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad Dauid; Benedictus tu fili mi Dauid.

a ¶ Iam mihi præualens amplius præualebis. b ¶ Id est, abundanter facies. c ¶ Iam. d ¶ Vt regnes.

Equidem faciēs facies, & potens poteris. Abijt F autem Dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum.

† errauerim supramodum

secundum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunc ergo. *Per hoc enim patebat quòd ille qui hastam abstulit, regem interficere potuit.*

2 Cognouit. *Hic consequenter conuincitur Saul de malitia. quia persequebatur Dauid sine causa. Et patet litera vsque ibi.*

3 Si dominus incitat. *scilicet ad me persequendum.*

4 Odoretur sacrificium. *id est, patientia mea in persecutione ista, sit accepta coram Deo, ac si offerrem holocaustum ad altare suum.*

5 Si autem filij, &c. *Incitant te ad hoc sicut faciebat Doeg & sui complices,*

6 Maledicti sunt in conspectu. *Cuius ratio subditur.*

7 Quia eiecerunt me hodie, &c. *id est, in præsenti tempore.*

8 Vt non, *i. vt non habitem pacificè in terra promissionis, vbi vigebat cultus diuinus, ut possem illuc accedere et debita sacrificia offerre.*

9 Dicentes. *Facto.*

10 Vade, serui. *Quia illi qui propter persecutionem coguntur intrare terram idololatriæ subditam, exponuntut peccato idololatriæ, eò quòd ab idololatris ad hoc de facili inclinantur, & aliquando violentia pœnæ coguntur.*

11 Et nunc. *id est, terra in qua colitur Deus. q. d. melius est quòd fugiam propter persecutionis atrocitatem.*

12 Quia egressus est rex Israel. *cum exercitu forti.*

13 Vt quærat pulicem. *id est, hominem nullius momenti.*

14 Sicut. *perd. Heb. dicunt Kore Hebr. omnibus est perdix: & legendum: sicut sequitur quis perdicem in montibus quoquim: quæ est auis insequens muscam vel aliam rem vilem. Et consonat literæ præcedenti vt patet tam ratione sententię quàm ratione significati huius dictionis persequitur, quod est in sensu actiuo. Secundum translationem verò nostram oportet dicere quòd ly* persequitur, *habet hic sensum passiui, vt sit sensus: Sic me persequitur rex Israel, sicut perdix persequitur ab aucupe. i. fugatur vt capiatur. Et est similis modus loquendi ad Heb. vlti.* Talibus enim hostijs promeretur Deus. *i. pro merito talium acquiritur Deus. tamen secundum grammaticam communem promeretur sensum actiui importat. Consequenter Saul peccatum suum confitetur, dicens.*

15 Peccaui: re. fili mi. *Tamen Dauid non fuit reuersus. tum quia Saul aliàs sibi promissum non tenuerat, tum quia Dauid in curia inimicos habebat qui impetrassent retractationem promissi. Tū quia dæmon arripiens Saul, per tempus eum ad occisionem Dauid incitabat. Tum quia ex afflictione dæmonis Saul memoriam ferè amiserat, & ideo citò oblitus fuisset promissum, maximè propter habitum præcedentem rancoris & odij contra Dauid. Cætera patent in litera.*

CAP. XXVII.

a ✻ *Melius est vt fugiam, &c.* Augustin. Quid sibi vult quod ad titulum Psalmi 55. adhuc pertinet, *quia tenuerunt eum Allophyli in Geth?* Geth ciuitas quædam erat Allophylorum, id est, alienigenarum, vtiq; populi longè à sanctis. Ex eo enim quod alienigenę, non vtique appropinquant sanctis, sed longè sunt à sanctis, &c. Inuenimus quidem

Enarrat. in Psal. 55.

CAP. XXVII.

Et ait Dauid in corde suo; aliquando † incidam vna die in manu Saul. Nonne melius est vt † fugiam, & saluer in terra Philisthinorum & desperet Saul, cessetq; me qrere in cunctis finib⁹ Israel? Fugiamus ergo manus eius. Et surrexit Dauid, & abiit ipse & sexcenti viri cū eo

† consumar vna die manu.

† eruam ergo me de manu.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVII.

Et ait Dauid. *Hic post multam persecutionem (vt patet ex prædictis) describitur exulatio Dauid extra terram Israel. Et primò describitur ipsius Dauid egressus. secundò habitationis locus, ibi:* Dixit autem Dauid. *tertio viuendi modus ibi:* Et ascendit Dauid. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Et ait, &c. *id est, diligenter & deliberatè considerauit.*

2 Aliquando. *Non dixit hoc Dauid, eò quòd timeret occidi à Saule in propria persona, cum sciret certitudinaliter ex diuino promisso se post ipsum Saulem regnaturū. Sed quia timebat, ne sic accideret, quòd oporteret eum pugnare cum Saule, quod horrebat Dauid propter mortē suorum, et aliquorum qui erant cum Saule. Præterea non debebat Deū tentare, omittendo scienter ea quæ erant ad conseruationem vitæ propriæ & suorum, cuiusmodi erat talis exitus. vnde subditur.*

3 Et desperet Saul. *scilicet à mea captione.*

4 Cessetque. *Quia non poterat eum persequi in terra aliena. præterea Saul in terra Israel multos persequebatur, imponendo eis quòd receptarent Dauid & viros eius, quorum damnis & persecutionibus Dauid debebat præcauere.*

5 Et surrexit, &c. Achis. *Iste enim erat inimicus Saul, eò quòd Saul frequenter debellauerat Philisthæos: & ideo libentius recepit Dauid, eò quòd Saul reputabat eum inimicum.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et ait Dauid.* per Dauid qui dimisit Iudęā & abiit ad Gentilium terram, significatum fuit q. Christus per Dauid figuratus relicturus erat Iudęam propter obstinationem suā, & ad

A dem ipsum Dauid peregrinatum esse apud Allophylos cùm quæreretur à Saule, & fuit in ista ciuitate, & apud regem ciuitatis huius, sed ibi retentum esse non legimus. Ergo Dauid nostrum dominum Iesum Christum natum ex semine illius Dauid, non solum tenuerunt, sed & tenent adhuc Allophyli in Geth. Geth indicat torcular. Tenetur autem in torculari corpus Christi, id est, ecclesia eius. Quid est in torculari? In pressuris. Sed in torculari fructuosa pressura est.

B a *Agebant prædas de Gessuri, & de Gerzi, &c.* ✠ Hieronymus. Hi pagi non erant sub potestate Achis. Habitati in terra antiquitus dicuntur, quia quieti & securi habitati fuerant, & nullius hostis depredationes perpessi.

Lib. de trad. Hebr.

✠ Idem. Gessuri est regio alienigenarum in Syria.

Hi. de locis Hebr.

a ¶ Non illum à quo vix euasit, sed filium eius qui ipsum dilexit propter famam virtutis.

ad Achis filium Maoch regem Geth. Et habitauit Dauid cũ Achis in Geth, ipse & viri eius vir & domus eius Dauid & duæ vxores eius: Achinoam Iezrahelites, & Abigail vxor Nabal Carmelitis. Et nuntiatum est Saul, quòd fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum. Dixit autem Dauid ad Achis. Si

CAP.

inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg. Propter quam causam facta est Siceleg regum Iuda vsque in diem hanc. Fuit autem

C numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum † quatuor mensium. Et ascendit Dauid & viri eius, & † agebant prædas de

a ¶ Hi pagi non erant sub potestate Achis.

Gessuri & de Gerzi & de Amalecitis: Hi enim

a ¶ Secure s. & quiete, quia non erat qui deprædaretur.

pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vsque ad terram Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem terram illorum,

a ¶ Ne accusarent apud Achis.

nec relinquebat viuentem virum & mulierem. Tollensq; oues & boues, & asinos, & camelos, & vestes reuertebatur & veniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis: † In quem irruisti hodie? Respondebat Dauid: Con-

a ¶ Fingens gentem suam se habere exosam.

trà meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & cōtra meridiem Ceni. Virum & mu-

a ¶ Id est non viuere permittebat.

E lierem non † viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: Ne fortè loquantur aduersum nos, hæc fecit Dauid. Et hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicens: † Multa enim mala operatus est contra populum suum Israël. Erit igitur mihi seruus sempiternus.

F

D † annus cum quatuor mensibus Chald. interpr. dies aliquot cum quatuor mensibus.

† impetum fecerunt in Gessuritas, & Gerzitas & Amalecitas, hi enim inhabitabant terram quæ fuit, à seculo.

† Quo irruistis ad prædã.

† Heb. pro relinquebat viuum.

† Abominando abominatus est.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et habitauit, &c.* Hoc fuit tantum ad horam, quia habuit alium locum assignatum, vt postea dicetur.

2 *Dixit autem.* Hic consequenter agitur de loco ipsi Dauid assignato, quem petiuit Dauid extra ciuitatem regiam, vt liberius ire posset cum suis viris ad deprædandum infideles. vnde cum suis posset viuere. Et patet litera vsque ibi.

3 *Fuit autem numerus.* In Hebræo habetur *Dies & 4. menses* & per dies secundum aliquos Hebræos intelligitur annus vel anni. secundum verò Rab. Sa. intelliguntur tantum duo dies naturales. vtroque enim modo in vet. test. inuenitur hoc nomen dies in plurali acceptum, scilicet pro duobus diebus naturalibus, & pro anno vel annis indeterminatè. Quod autem hic accipiatur secundo modo, magis videtur ex hoc quod dicitur infra 29. quod dixit Achis de mora Dauid cum ipso: *Est apud me multis diebus vel annis.*

Diorum acceptio varia.

4 *Et ascendit.* Hic describitur viuendi modus, scilicet de prædis infidelium circumadiacentium.

5 *Nec relinquebat.* ne accusarent eum apud Achis: licet enim non essent de Philisthæis, tamen aliqui eorum poterant esse sub eorum tributo, vel habere aliqua pacta seu conuentiones cum eis. propter quod Achis potuisset contra Dauid prouocari.

6 *Respondebat Dauid.* illæ enim terræ de quibus prædas accipiebat, licet essent versus illam partem, non tamen erant de filijs Israel. videtur tamen quòd Dauid per hoc non excusetur à mendacio, quia tali modo loquendi vtebatur vt Achis crederet ipsum filios Israel deprædasse. vt patet ex sequentibus istud tamen mendacium erat officiosum, scilicet pro salute sui & suorum, à quo non oportet Dauid excusari, quia multa peiora fecit. nec ipse Dauid peccauit prædictos infideles interficiendo: quia manebant infra terminos terræ promissionis, quorum habitatores fuerunt à domino condemnati ad mortem, vt dictum est suprà frequenter in libro Iosue & Deut. & Num. propter quod filij Israel poterant eos licitè occidere habita opportunitate, & bona eorum occupare nisi per inducias ad tempus positas impedirentur: quæ seruandæ sunt de iure naturali quamdiu durant. licet enim filij Israel non possent cum illis fœdera perpetua contrahere: poterant tamen ex aliqua causa rationabili inducias seu pacta ad tempus cum ipsis inire, vt dictum fuit suprà, Iosue 21. in fine.

7 *Erit igitur mi.* Credebat enim eum tot mala fecisse filijs Israel, quòd de cætero non posset cum eis reconciliari, & sic esset coactus ipsi Achis fideliter seruire.

MORALITER.

† ad Gentiles transiturus per fidem & deuotionem. propter quod Paulus & Barnabas constanter dixerunt Iudæis Act. 14.g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus.* Per hoc autem quòd Dauid agebat prędas de gentibus circunstantibus & neminem viuificabat, significatum fuit quòd Christus per prædicationem apostolorum occidebat errores Gentilium, & illos sibi per fidem charitate formatam incorporabat. sic enim dictũ fuit Petro Act. 10.b. *Surge Petre, occid. & man.* quod intelligitur de conuersione Cornelij & amicorum eius ad fidem Christi per prædicationem beati Petri.

CAP. XXVIII.

A a *Samuel autem.* Rab. Samuel superius mortuus legitur: sed causa resurrectionis eius repetitur ad damnationem Saulis, qui relicto Deo contra legem pythonem consulebat.

b *Et Saul abstulit magos, &c.*

✠ Iustinus. Sustulit ventriloquas vt ea ratione Deum sibi reconciliaret, quo sententiam abrogaret quæ Saulum regno abdicauerat. Non ille quidem ventriloquarum impietatem odio persequens, sed regnum amans. Et quia non admittit Deus intentionē eius, cum deseruit, ruit, vt egeret eis quas non bona intentione sustulerat.

✠ Hebræi. Saul ea causa sustulit ariolos, quòd illi prædicerent, eius familiam euertēdam esse, & regnum transferendũ esse ad Dauidem.

c *Consuluitque do.* Rab. Sicut Hebræi tradunt ieiunando & orando à Deo petebatur oraculũ: & Deus illis per somnia reuelabat futura, quod Saul fecisse non legitur.

d *Neque per sa.* Rab. In Hebr. *Neque per vrim.* id est, doctrinam, neque per ephod, scilicet quod sacerdos gerebat in pectore: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

a *Quærite*

Quæst. 52. ad orthod.

† Profectò ego.

† suprà 25. a.

† verũ noster interpr. doctrinam interpretatur.

CAP. XXVIII.

Factum est autem in diebus illis congregauerant Philisthijm agmina sua, vt præpararentur contra Israel ad bellum. Dixitq; Achis ad Dauid. Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tu & viri tui. Dixitque Dauid ad Achis: Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: † Et ego a custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. † Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israël, & sepelierunt eum in b Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & ariolos de terra, & interfecit eos qui pythones habebant in ventre. Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt & castrametati sunt in Sunam. Congregauit autem & Saul vniuersum Israël, & venit in Gelboe, & vidit Saul castra Philisthijm & timuit, & expauit cor eius nimis. c † Consuluitque * dominum, & non respondit ei, neque per † d sacerdotes, neque per somnia, neque per prophetas. Dixitque Saul

a ¶ Pro te contra hostes tuos.

a ¶ Superius dicitur sepultus in domo sua. i. in familia & in cognatione sua.

– & interfecit eos qui pythones habebant in ventre.

* Saul.

† suprà 14. f.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVIII.

✠ 1 Factum est. *Hæc est vltima pars principalis huius libri primi: in qua describitur Saulis mors & consummatio per bellum contra Philisthæos. primò igitur describitur belli apparatus. secundò Dauid recessus cap. 29. tertiò Saulis occubitus c. 31. Circa primum sciendum, quòd propter magnitudinem apparatus in Philisthinorum exercitu Saul territus consuluit Pythonissam. Circa quod primò describitur consultationis occasio. secundò ipsa consultatio, ibi:* Dixitque Saul. *tertiò data responsio, ibi:* Dixit autem Samuel. *quartò Saulis desolatio, ibi:* Statimque Saul cecidit. *Circa primum dicitur.*

2 Congregauerũt Philisthijm. *in multitudine magna & valida.*

3 Dixitque. *quia multum confidebat de probitate Dauid & eius fidelitate.* Dixitque Dauid ad Achis, &c.

4 Nunc sci. *scilicet, pro te contra inimicos tuos, vt dicit hic glo. interlinearis. Sed videtur quòd in hoc Dauid peccauerit. quia si intendebat hoc facere, intendebat pugnare contra fideles pro infidelibus, quod est illicitum. Aut si non intendebat hoc, sed magis contrarium, scilicet, iuuare filios Israel contra Philisthæos, sicut opinati fuerunt satrapæ, vt habetur se. cap. sic fuit falsus & proditor intẽdens nocere ei quem promittebat adiuuare. Dicendum quòd Dauid intendebat defendere ipsum Achis, cui tenebatur ex beneficijs receptis, quia Achis ipsum benignè receperat: & sic eum securum fecerat à persecutione Saulis, vt patet ex prædictis. nec peccasset hoc faciendo duplici ratione. Vna accipitur ex parte Achis, scilicet si habebat iustum bellum contra Saul, quod potuit esse, si Saul qui erat arreptitius à dæmone aliqua pacta fregerat seu iuramenta cum Philisthæis inita, quia talia sunt seruanda. vnde & Sedechias. 2. Paral. 36. arguitur. eò quòd fregit iuramentum quod fecerat Nabuchodonosor. Quamuis autem filii Israel non possent facere cum Philisthæis fœdera perpetua, eò quòd habitabant in terra sibi promissa: tamen ex causa rationabili poterant facere inducias ad tempus, & iuramento firmare vt patet ex supradictis. Alia ratio accipitur ex parte ipsius Dauid, qui habebat ius in regno Israel: & ideo poterat illud acquirere virtute armorum facultate occurrente: & in tali bello iusto poterat licitè vti Philisthinorum confortatione & auxilio. Cogitabat enim probabiliter quòd si Philisthæi haberent victoriam, Achis ei amicus & fauorabilis eum iuuaret ad possidendum regnum. quia habita victoria Philisthæi illud regnum nõ possederunt, sed in terram suam reuersi fuerunt: & Isboseth filius Saul successit in regno, vt habetur infrà 2. lib. 2. cap. Ex dictis patet argumentum factum ad contrarium.*

5 Samuel autem. *Licet mors eius suprà descripta fuerit 25. cap. tamen hic repetitur, quia erat excitandus de proximo ad denuntiandum Saulis casum.*

6 Et Saul. *Istud ponitur hic ad declarationem sui facinoris, quia quod destruxerat quasi zelo legis iterum requisiuit. Dicunt tamen aliqui quòd eos interfecit, eò quòd vaticinabantur Dauid regnaturum post eum.*

7 Et inter. *Hoc non est in Hebræo, nec est de textu: sed primò videtur per modum glossæ appositum, postea per scriptores textui insertum. sequitur.*

8 Consuluitque dom. &c. *quia eos occiderat, excepto Abiathar qui erat cum Dauid.*

9 Neque per. *Dicunt hic aliqui, quia in tali requisitione debebãt ieiunia & orationes præcedere, quod non fecit Saul.*

10 Neque per prophetas. *isti fuerant discipuli Samuelis.*

11 Dixitque. *Descripta occasione consulendi Pythonissam, scilicet timore Saulis de apparatu Philisthinorum & negatione diuini responsi, hic consequenter describitur Pythonissæ consultatio. Ad intellectum tñ sequentium quæritur, vtrum in tali suscitatione apparuit ipse Samuel vel malignus spiritus in eius specie. Et arguitur primò quòd fuerit ipse Samuel: quia scriptura hic de ipso loquitur tanquam de persona ipsius, nominans ipsum pluries proprio nomine. & ideo videretur falsitatem prætendere nisi ipse fuisset. Item magna irreuerentia facta fuisset sancto, si malignus spiritus toties in scriptura sacra nominatus fuisset nōe ipsius. Itẽ Eccles. 46. dicitur de ipso:* Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, &c. *Itẽ dicit certitudinaliter verum de futuris contingentibus, s. de morte Saul & filiorũ eius, & de debellatione sui exercitus. & videtur fuisse verus propheta Samuel, & non malignus spiritus, qui est mendax & pater*

Quæstio de Samuelis suscitatione.

MORALITER.

† *Vidit Saul.* quæsierat enim mortem Dauid cum magna solicitudine & labore, cuius tamen innocentiam pluries probauerat: & quoniam ipsum pluries terruerat iniustè: ideò do minus terrorem ab aduersarijs suis immisit sibi iustè. Sap. 11. c. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* vnde & subditur.

8 *Consuluitque dom.* Responsio per somnia est interius, & iō significat consolationem interiorem à Deo datã, quæ negata est Sauli, & iustè, vt patet ex dictis. Responsio per sacerdotes signat effectum orationis ecclesię, quam non habent homines obstinati contra innocẽtes, qualis erat Saul. & ideo non habuit rñsum per sacerdotes, nec eis consimiles. Rñsio verò per prophetas signat consilium bonorum & prudentium, pp quod prophetæ videntes antiquitus appellabantur 1. Reg. 9. b. *Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns.* Hoc autem responsum obstinati non quærũt, nec ei acquiescunt, sed quærunt responsum à Pythonissa: per quam significantur mali homines artibus prohibitis vtentes, vel quia in malis obstinati instinctus diaboli prosequuntur.

lib. trad. Heb.

a *Quærite mihi.* ✻ Hieron. Quamuis legatur erasisse magos & hariolos de terra, hanc tñ mulierem Hebræi matrem fuisse Abner filij Ner autumãt; & propter eundẽ Abner, ne perimeret cũ ceteris pythonissis, abscõsã & reseruatã fuisse.

b *Magos.* Magi vtunt sanguine humano, & cõtactu mortuorum in maleficijs & diuinationib⁹. Arioli solis verbis, id est, incantationibus diuinant. Pythius dicitur Apollo harum artium cultor à quo Pythonisse, i. diuini. hos Saul quasi zelo legis deleuit, quia, vt aiunt, à demonibus coacti Dauid regem esse futurum præconabantur.

c *Quem susc.* Aug. ad Simplicianum. Quæris vtrũ potuerit malignus spũs excitare aĩam iusti, vt videret & loqueretur cũ Saul? Nonne & magis mirandũ est, q̃ sathanas dñm assumpsit & cõstituit suprà pinnã tẽpli? Quolibet enim fecerit, factũ est. Nisi quis dicat, faciliorẽ diabolo fuisse licẽtiã ad dñm viuũ vnde voluit assumendũ, & vbi voluit ad cõstituẽdũ quã ad Samuelẽ spiritũ excitandũ. Si autẽ hoc nõ cõturbat: quia voluit dñs & permisit nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri, sicut à Iudæis se crucifigi & interfici passus est: non est absurdum credere aliqua dispẽsatione permissũ fuisse, vt nõ dñante magica arte vel potẽtia, sed dispẽsatione occulta, q̃ Pythonissã & Saulẽ latebat, se oñderet spiri-

† Leui. 20. d. Deut. 18. b. Act. 16. c. Matth. 4. a.

a ¶ Qui dicuntur fuisse discipuli Samuelis cum quibus Saul prophetauit.

a seruis suis; † Quærite mihi mulierẽ habẽtẽ pythonẽ, & vadã ad eã, 1 & sciscitabor per illã. Et dixerũt serui eius ad eũ; Est mulier habens pythonẽ in Endor. Mutauit ergo habitũ suũ, vestitusq́; est alijs vesti- 2 mẽtis, & abijt ipse & duo viri cũ eo, venerũtq́; ad mulierẽ nocte, & 3 ait illi; Diuina mihi in pythone; & † suscita mihi quẽ dixero tibi. Et 4 ait mulier ad eũ; Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo era- b serit magos & ariolos de terra. Quare ergo † insidiaris animæ meæ vt † occidar? Et iurauit ei Saul in dño, dicẽs; Viuit dñs q̃ nõ eueniet c tibi † quicquã mali propter hanc rẽ. Dixitq́; ei mulier. Quẽ suscitabo

† ponis laqueũ .i. quare das operam vt imponas laqueũ mihi quo interficiar? † mori facias me? Aug. lib. 2. quæst. 3. ad Simplic. Eucher. & Rabbanus.

† vel fac ascẽdere ad me.

† punitio.

NICOLAVS DE LYRA.

pater mendacij, vt habetur Ioan. viij. f. In contrarium arguitur per glossam quæ habetur Esa. xxix. quæ dicit sic; Pythonissa non suscitauit Samuelem, sed euocauit dæmonem. Item Deus nolebat respondere Sauli per prophetas viuos, vt patet ex p̃dictis: & multò minus per mortuos, vt videtur. Itẽ, ille qui apparuit dixit Sauli: Cras mecum eris. *cum igitur Saul esset reprobatus, & igne gehennæ cruciandus, videtur quòd ille qui sibi apparuit malignus spiritus fuerit eidem igni deputatus. Item ille qui apparuit permisit se adorari à Saule. quod non permisisset sanctus Samuel cũ solus Deus sit adorandus, & ideo videtur quòd fuerit malignus spiritus talis honoris cupidus. Item si fuit Samuel, aut apparuit diuina virtute, vel magica. Non primo modo, quia sic Deus multum fauisset arti magicæ faciens apparere Samuelem ad inuocationem Pythonissæ, quod omnino videtur falsum & irrationabile. Nec secundo modo, quia ars magica nullam virtutem habet de se, sed dæmones per aliqua pacta cum magis inita voluntariè apparent vel aliqua faciunt, vt homines teneãt in errore. Si igitur Samuel virtute magica apparuit, hoc fuit quia dæmon ipsum adduxit. Tunc q̃ritur aut fuit adductus voluntariè & sic dæmoni cõsensit & in malo actu, quod est incõueniẽs, cũ esset in parte sanctorum. Aut coactus per dæmonem & hoc videt incõueniens, quia dæmones super sanctos defunctos nullã habent potestatẽ.*

Responsio, ad quæstionem istam respondet Augu. in epistola ad Felicianum. cuius responsio ponitur in glo. super locum istum & tãgit ibi duplicem opinionem vel dicendi modum. Primus est quòd fuerit anima Samuelis ipsi Sauli apparens. & hoc secundum ipsum potuit esse dupliciter. Vno modo per dæmonem eam ad hoc adducentem, tamen ex permissione diuina ex aliqua ratione nobis occulta. Sicut Christus permisit se à diabolo assumi & super pinnaculum templi portari & super montem excelsum collocari, vt habetur Matth. 4. & ideo nullum inconueniens videtur, quod talia permissus fuerit facere in anima Samuelis, quę longè incomparabiliter minor fuit ipso Christo, & aliquam figuram facere seu ostendere per quam appareret Sauli quasi in proprio corpore & habitu, ut litera prætendit. Alio modo, quòd ista apparitio non fuerit aliqualiter arte magica seu potestate diabolica ad hoc permissa, sed diuina virtute hoc faciẽte ex sua dispositione quæ Pythonissam & dęmonem latebat, vt Sauli propter sua demerita sententia diuina super eum futura de proximo per Samuelem denuntiaretur. sicut per ipsum viuentem reprobatio à regno sibi fuerat ante denuntiata, sicut dictum fuit suprà 15. Alium verò modum dicendi ponit Aug. in ea epistola, quòd nõ fuerit Samuel, sed malignus spiritus apparens in eius effigie. Dicit enim Apostolus 2. Cor. 11. quòd ipse sathanas trãsfigurat se in angelũ lucis, *& multò fortius ut videt potuit se transformare in similitudinẽ Samuelis tñ Deo hoc permittẽte in vtraque transfiguratione, sine qua nihil potest facere. Adducit etiã ad hoc aliquas rõnes tactas in arguendo pro parte ista, & ad hoc videtur magis declinare agens de præstigiis dæmonũ, vt habetur in decretis 26. q. 5. c. nec mirum. Dicendum igitur, q̃ si decretũ allegatũ habeatur pro determinatione ecclesiæ, tenẽda est ista pars determinatè. Si autẽ nõ sit determinatio ecclesiæ, vt probabiliter videtur, tũ quia Aug. cuius est decretũ vtrumq́; modũ dicẽdi ponit vt probabilẽ & rationabilem in epistola ad Simplicianum, tũ quia post compilationem decretorum expositores sacræ scripturæ p̃dictos modos recitauerunt & scripserunt tanquam probabiles & rationabiles, quod non fecissent si unus dicendi modus esset ab ecclesia determinatus, nisi forsitan ex ignorãtia huius determinationis, qđ non videt eis imputãdum. & ideo si illud decretũ non sit determinatio ecclesiæ, videt (absq́; tamẽ assertione) q̃ probabilior sit modus dicẽdi, quòd anima Samuelis virtute diuina & eius dispensatione apparuerit modo prædicto ad annuntiandum Sauli diuinam sententiam. quia huic dicto magis videtur concordare tex. Bibliorum hic & in Ecclesiastico, vt suprà alleg. est pro ista parte. Ad hoc etiam faciunt rationes suprà inductæ. hoc etiam dictum tenent omnes Hebr. doct. Istud etiam dictum videtur concordare ei quod habetur in libr. Num. in casu quantum ad aliquid simile. Dicitur enim ibi. 82. c. & 23. quòd Balaã magus & ariolus quater quæsiuit responsum dæmonis in domo sua, & bis cum Balac, & tunc secundum oẽs docto. catholicos, dæmon virtute diuina fuit prohibitus dare ei responsum, & angelus bonus dedit sibi responsum suæ volũtati cõtrariũ. Nec Deus in hoc vel angelus bonus mago vel magicæ arti fauebat, sed magis effectũ artis magicæ impediebat. Sic videtur in proposito rõnabiliter posse dici, q̃ dæmon fuit prohibitus ad vocationem Pythonissæ venire. Ad hoc enim illa ars ordinat, vt ab omnibus tenetur. & patet per glo. Esa. superius allegatã, q̃ diuina virtute & voluntate apparuit Samuel annũtians Sauli cõtrariũ voluntati suæ. Tenendo igitur modũ istum, ad ea quæ obiiciuntur in cõtrariũ potest responderi. Ad primũ dicendũ, q̃ Pythonissa nõ suscitauit Samuelẽ, sed illũ Deus apparere fecit, ut dictũ est. sed ipsa vocauit dæmonẽ, qui tñ fuit prohibitus venire, vt dictũ est, & sic illa glo. nõ est huic mõ dicendi cõtraria, quãuis nõ sit magnæ autoritatis, cũ sit quædã glo. magistralis. Ad secundũ, dicendum q̃ non fuit sine causa q̃ Deus magis respondit Sauli per Samuelẽ iam defunctum, quàm per prophetam viuum, vt patet ex supradictis. Ad tertium dicendum, quòd Samuel permisit se adorari adoratione duliæ. nec hoc fuit malum. sicut & Dauid permisit se adorari à Nathan propheta vt habetur 3. Reg. 1. Ad quartum dicendum, quòd Samuel dixit Sauli ipsum fore secum in crastino, id est, in statu defunctorum, nec plus sonat autoritas, quia si sonaret statum sanctorum, eadem ratione adduceretur ad oppositum, quia dixit Sauli;* Cras tu & filij tui eritis mecum. *Ionathas autem ibidem interfectus erat valde bonus vir & perfectus, vt patet ex supradictis in pluribus locis. propter quod tenendum est quòd receptus fuit in parte sanctorum. & ideo si ex Saule arguitur apparuisse dæmonem, eadem ratione ex Ionatha arguitur ipsum fuisse Samuelem. Ad quintum dicendum, quòd Samuel fuit adductus virtute diuina, non in fauorem artis magicæ, sed magis in impedimentum, vt patet ex dictis in quęstione. Verum quia Aug. videtur magis declinare ad alium dicendi modum, vt dictum est. ideo similiter soluenda sunt argumenta in contrarium facta. Ad primum dicendum, quòd rerum similitudines in sacra scriptura frequenter nominãtur nominibus rerum, vt patet Gen. 41. a. vbi dicitur, quòd Pharao vidit septem spicas & septem boues, & tamen certum est quòd non vidit nisi earum similitudines. Et eodem modo sicut dicit Aug. effigies Samuelis per dæmonem repræsentata hic vocatur nomine ipsius secũdum istum dicendi modum. Nec ex hoc scriptura inducit aliquid falsum, sicut nec Gen. 41. vbi similitudines boum vocat boues, sed dat studiosis occasionem quærendi sanum intellectũ ex circũstantiis facti & aliis locis scripturæ. Nec propter hoc facta est irreuerẽtia sancto, qa talis denominatio est æquiuoca, vt patet. Et eodẽ modo soluitur illud, qđ inductũ fuit de Ecclesiastico. Ad aliud dicendum, q̃ non est inconueniens dęmones prædicere veraciter aliqua futura contingentia, quæ habẽt per reuelationem à sanctis angelis secũdum diuinam ordinationẽ nobis occultã, & aliquando coguntur ad hoc, sicut patet in multis locis, & põt dici, q̃ sic fuit in proposito, ad denuntiandũ sententiam diuinam ipsi Sauli, eò quòd non erat dignus q̃ sibi responderetur per angelos sanctos vel prophetas. His dictis reuertamur ad literam exponendam de consultatione Pythonissæ. vbi primò ponitur eius inquisitio, cum dicitur.*

1 Quærite. *Dicunt Hebræi, q̃ hoc dixit Saul duobus sibi familiaribus & secretis. s. Abner & Amasæ. secundo ad eã peruẽtio, cũ dicit.*

2 Mutauit. *s. ne ab ea cognosceretur, quia tunc non fuisset ausa suã artem exercere. Item quia Saul volebat alios latere, quod consuleret Pythonissam. & propter istas duas causas subd. tur.*

3 Vene. ad mu. *vt eius negotium esset occultum. Tertiò ponitur eius consultatio, cum dicitur.*

4 Diuina. *Illa autem timente hoc facere Saul eam assecurauit etiã iura-*

spiritus sancti aspectibus regis diuina cũ sententia percussurus. Vel nõ vere spiritus Samuelis à requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma, & illusio imaginaria diaboli machinationib. facta, q̃ propheta Samuelẽ appellat, sicut solẽt imagines rerũ suarum nominib. appellari, sicut pictura Ciceronis vel Salustij, sicut cherubin super arcam testamenti de metallo facti magnæ rei significãdæ gratia cherubin vocabant, cum sint cęlestes virtutes, quæ cherubin dicuntur. Dum etiã quis videt somnium, non dicit imaginem vidi Augustini, sed vidi Augustinum, cum eo tempore quando aliquid tale vidit, ignoraret Augustinũ. Pharao quoque spicas se vidisse dixit in somnis, & boues, non spicarum, aut boũ imagines. Forte ergo apparuit imago Samuelis per ficta machinamenta eius, qui trãsfigurat se in angelum lucis. Si autẽ mouet quomodo à maligno spiritu vera Sauli prædicta sunt? Potest & illud videri mirum, quòd dæmones agnouerunt Christum, quem Iudęi non agnoscebant. Cum enim vult Deus, etiam infirmos spiritus aliqua vera cognoscere tẽporalia duntaxat ad istam mortalitatem pertinentia, facile est nec incongruũ, vt omnipotẽs & iustus (ad eorum pœnam quibus ista prædicũtur, vt malũ quod imminet antequam veniat patiatur) occulto apparatu videlicet mysteriorũ suorũ talib. spiritib. aliquid diuinationis impertiat, vt quod audiunt ab angelis prænuntient hominibus. Tãtum autem audiunt quantũ omniũ moderator dominus iubet, vel sinit, vnde etiã spirit⁹ Pythonicus ĩ Actibus Apostolorũ Paulo attestatur, & euangelistam esse conatur. Miscent tñ fallacias, & verũ non docendi, sed decipiẽdi fine pronuntiant. Hinc forte illa imago dixit secũ Saulẽ futurũ, quod est falsum. Inter bonos. n. & malos post mortem chaos magnũ firmatũ est. Vel propterea dixit, *mecum eris*, vt ad parem cõditionem mortis referatur, quòd vterq; hõ fuerit, & mori potuerit, iam mortuus mortẽ viuo prænũtiauit.

A — *mulier. — † diuum vidi ascendentem. — Genes. 41. a. — B — 2. Cor. 11. c. — † commouisti. — † Angustiis afficior valde. — Dæmones quomodo uera dñt. — † supra 15. — C — Act. 16. c. — Luc. 16. g.

tibi? Qui ait, Suscita mihi Samuelẽ. ¹ Cum autem vidisset mulier Samuelẽ, ² exclamauit voce magna, & dixit * ad Saul: Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. Dixitq; ei rex: Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: † ³ Deos

¶ Plurale pro singulari.

vidi ascendẽtes de terra. Dixitq; ei? ⁴ Qualis est forma eius? Quæ ait: Vir senex ascẽdit, & ipse amictus est pallio. ⁵ Et intellexit Saul, quòd Samuel esset. Et inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. Dixitq; Samuel ad Saul: Quare † inquietasti me, vt suscitarer? ⁶ Et ait Saul: † Coarctor nimis. Siquidem Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit, neq; in manu prophetarum, neque per somnia. Vocaui ergo te, vt ostẽderes mihi quid faciã. Et ait Samuel: Quid interrogas me cum dominus recesserit à te, & trãsierit ad † æmulum tuum? † Faciet enim tibi

PROBLEMA
DE VERO SAMVELE EXCITATO.

*IVSTINVS MARTYR. Manere post mortem animas declaraui vobis exemplo Samuelis, cuius anima iubente Saule, fuit euocata per sagam ventriloquam. — Dialog.

*IOSEPHVS. Iussit Saul Pythonissæ, vt ei animã Samuelis euocaret. Illa nesciẽs quis Samuel esset, eũ ex inferno euocabat. Cũque apparuisset, videns mulier virũ sanctũ, & Deo docibilem, conturbata est, &c. significans se senem iã gloriosum, & sacerdotali pallio vidisse circumamictum, ex quibus agnouit rex hunc Samuelẽ esse, & procidens in terram, salutauit, & adorauit. Anima verò Samuelis inquirente, cur eam conuenisset, Saul ingemiscebat, propterea (inquiens) ad te, qui mihi semper prospexisti, confugi, &c. — Li. 6. antiq. cap. 14.

D

*THEODORETVS. Ego legẽs librum Paralipomenõ, inueni: Quod interrogauit Saul in vẽtriloqua, vt exquireret. Et respondet ei Samuel propheta. Hinc est ergo perspicuũ, quod ipse Deus vniuersorũ, efformata vt voluit specie Samuelis, protulit sentẽtiã, cum hoc facere non potuisset ventriloqua, sed Deus, & minime protulit sententiam per aduersarios, & cę. Deinde commisso prælio, Saul fuit interfectus. Vera ergo fuit prædictio, fuit enim diuina, vt pote, quæ per Samuelem, vt arbitror, facta fuerit. — Quæst. 62. Iuxta edit. septuaginta.

*PROCOPIVS. Nonnulli dicunt reuera quidem Samuelem apparuisse, sed Deo hanc animam reuocante, non saga. Scriptura enim tantum dicit, hanc vidisse Samuelem, nõ autem reuocasse. — Com. in hunc loc. E — † 26. q. 2. c. illud. & 5. q. c. nec mirum. circa mediũ.

*HIERONYMVS. Pleriq; putant Saulem signũ accepisse de terra, & de profundo iferni, quando Samuelem per incantationes, & artes magicas visus est suscitasse. — In c. 7. Isa.

*AMBROSIVS. Sancta Maria plena Spiritu sancto ꝓphetauit, & Elisæus mortuus cadauer hominis tactu sui corporis suscitauit, & Samuel post mortem, secundum scripturæ testimonium, (Ecclesiast. 46. & 1. Reg. 28) futura non tacuit. — In c. 1. Luc. — † inimicum.

*AVGVSTINVS. Quæris, vtrum spiritus immundus, qui erat in pythonissa, potuerit agere, vt Samuel à Saule videretur, & loqueretur cum eo. Sed multo maioris miraculi est, quod ipse Satanas potuit loqui cum Deo, & petere ad tentandum Iob, & ipsos Apostolos, &c. Quod si licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tãquam de abditis mortuorũ receptaculis reuocare, nonne magis mirãdum est, quod Satanas ipsum dominum assumpsit, & constituit super pinnaculum templi? Si illud nos nõ perturbat, quod dominus voluit atq; permisit, à Iudæis facta diaboli facientibus, se teneri, illudi, crucifigi, interfici, non est absurdum credere, ex dispensatione permissum fuisse, vt Deo obtemperans, consentiret spiritus prophetæ sancti, se ostendi aspectibus regis, diuina cum sententia percussurus. — Li. 2. ad Simplicianũ, q 3. F — Iob. 1. Luc. 22. Matth. 4.

*BEDA. Cæremoniæ legales idipsum, nunc frustra celebratę significant, quod olim Deo iubente mõstrabant, quomodo Samuel mortuus, sed impia arte suscitatus idipsum de regni mutatione, quod & viuus antea prædicebat. — Libr 4. allegoricæ expos. in Sam cap. 7.

QVOD NON VERVS SAMVEL, SED DIABOLICVM SPECTRVM APPARVERIT.

*IVSTINVS. Omnia, quæ à ventriloqua facta sunt, facta sunt opera dæmonis, qui sic perstrinxit spectantium oculos, vt — Quæst. 52. ad orthod.

NICOLAVS DE LYRA.

iuramento. & tunc illa consensit dicens: Quem suscitabo.

1 Cum autem vi. *secundum veritatem, iuxta primum modũ dictũ superius positum, vel dæmonem in effigie Samuelis iuxta secundum.*

2 Excla. *præ timore Saulis, quem tunc sciuit esse præsentem. Si autẽ quæratur quomodo sciuit? Respondent Hebræi communiter, quòd hoc fuit, quia quando alius à rege petebat aliquem suscitari per artem Pythonicam, primò apparebat ex parte pedum, quando autem rex hoc faciebat, primò apparebat ex parte capitis propter reuerentiam regis. Alij dicunt, & videtur verius, quòd ille, qui apparuit hoc sibi dixit.*

3 Deos vidi, *id est, homines diuinos, vt dicunt Hebræi, dicẽtes, quòd duo fuerunt, scilicet, Samuel & Moses. Cuius rationẽ assignant, quia Samuel timuit vocari ad diuinum iudicium, ideo adduxit secum Mosen, vt esset sibi testis, quòd legem integraliter obseruasset. Sed hoc videtur fictitium, quia propheta Samuel ante tempus iudicij sciebat Christum venturum. Videtur etiam textui contrarium, quia statim subditur.*

4 Qualis est for. *in singulari, & ita est in Hebræo, & ideo dicendũ, quòd solus Samuel apparuit. Et ponitur hic deos in plurali pro Deum, sicut Exod. 32. Isti sunt dij tui Israel. & tamen erat ibi tantum vnum idolum.*

5 Et intellexit. *secundum veritatem, vel secundum apparentiam. secundũ duos modos supradictos, & ita intelligatur istud nomen hic, & in alijs. Fuerat enim Saul in sepultura Samuelis, prout dictum fuit supra 15. c. & vidit eum sepeliri in habitu suo sicut religiosum, quia primo cõgregauit hoĩes religiose viuẽtes sub ipso, vt patet ex superiorib., & ideo ex figura, & ætate, & habitu sibi relatis per Pythonissam Saul cõiecturauit, q̃ esset Samuel, patet etiã ex hoc, quòd licet Saul audiret verba Samuelis, non tamen eum vidit, nec alij, qui erant cum eo, sed solum Pythonissa. Dicunt ẽt Hebræi, quòd solus Saul audiuit verba Samuelis cum eo loquentis. Et hoc satis videtur ex circunstantia literæ. Tum quia mulier illa rogauit eum comedere, tum quia nec ipsa, nec illi, qui erant cum eo suaserunt sibi absentare se à periculo, vel à prælio futuro, vbi erat moriturus, videtur tamen probabiliter, quòd hoc fecissent si verba Samuelis audissent. Cætera patent ex dictis.*

6 Et ait Saul. *Hic consequenter ponitur Samuelis responsio. Et patet litera ex prædictis vsque ibi.*

1 Et

vt sibi viderentur Samuelem videre, qui non erat. Verborũ quidem veritas à Deo profecta est, qui dæmoni concessit in figura Samuelis apparere, & futurum reuelare.

Vbi supra. ✠ THEODORETVS. Existimo mulieres necromãticas ne quamlibet quidem reducere animam, tantum abest, vt tanti prophetæ. Est enim perspicuum, quòd in aliquo alio loco degunt animæ, expectantes resurrectionem corporũ. Est ergo impium credere ventriloquam habere tãtam vim.

✠ PROCOPIVS. Impium est dicere dæmones incantamentis curiosorum, in animas potestatem habere, i quas quo ad homines vixerunt, potestatem nullam habuerunt. Igitur vel spiritus impostor formam Samuelis simulat, vel angelus Dei formã Samuelis assũpsit, domino sententiam per contrarium efferente.

Com. in c.13. Ezech. ✠ HIERONYM. Quomodo aduersus ꝓphetas pseudo prophetæ inspirabantur diabolico spiritu, ita aduersus prophetissas, inspirabantur dæmoniaco spiritu aliæ eiusdem sexus. Has dicunt Hebræi maleficis artibus eruditas, per necromantias, & pythicum spiritum, qualis fuit illa, quæ visa est suscitasse animã Samuelis.

Lib. de anima. cap. 57. ✠ TERTVLLIANVS. Ecce hodie Simonis hereticos tãta ꝓsumptio artis extollit, vt etiam

dñs sicut locutus est in manu mea, & scindet regnũ tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, quia non obedisti voci domini, neq; fecisti irã furoris eius in Amalec. Idcirco, quòd pateris, fecit tibi dominus hodie, & dabit dominus etiam Israel tecũ in manu Philisthijm. Cras autem tu, & filij tui mecũ eritis, sed & castra Israel tradet dominus in manus Philisthijm. Statimque Saul cecidit porrectus in terrã. Extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. * Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul, & vidit. * Cõturbatus.n.erat valde. Dixitq; ad eũ: Ecce obediuit ãcilla tua voci tuę, & posui animam meam in manu mea, & audiui sermones quos locutus es ad me. Nunc igitur audi, & tu vocem ancillę tuę, & ponam coram te buccellam panis, vt comedens conualescas & possis iter agere. Qui renuit, & ait: non comedam. Coegerũt autem eum serui, & mulier. Et tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum † pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum. Tollensque farinam miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cũ comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totã noctẽ illam.

a Id est, mortui quod verum, vel in requie, quod falsum dicit, vt credi faciat, & securum reddat.

a ¶ De secretario vbi maleficium exercebat.

a ¶ Id est, discrimini me exposui.

¶ Incrassatum.

* & tota nocte.

* & vidit.

† pinguem.

etiam prophetarũ animas ab inferis mouere se spõdeant. Et credo, quia mẽdacio possunt, nec enim pythonico tunc spiritu minus licuit animam Saulis effingere, post Deum mortuos consulente Saule. Absit alioqui, vt animam cuiuslibet sancti, nedum prophetæ, à dæmonico credamus extractam, edocti, quòd ipse Satanas trãsfiguretur nedum i hominem lucis, etiam Deum se adseueraturus, &c.

Lib. 2. de mirab. sac. scri. cap. 11. ✠ AVGVSTINVS. Non enim, quia imago Samuelis mortui, Sauli regi vera prenũciauit, propterea talia sacrilegia quibus imago illa præsentata est, minus execrãda sunt.

✠ IDEM. Non hunc esse Samuelem per factum facilius intelligitur, sed diabolus, qui se transfert in angelum lucis, in phantasia Samuelis consideretur, &c.

Vbi supra. ✠ BEDA. Si quem mouet quemodo mulier arte dæmonica prophetam post mortem inquietare, & suscitare potuerit, sciat pro certo, aut falsam tunc vmbram quærentibus ostendisse diabolum, aut si vere Samuel excitit, tãtum in his agendis licere diabolo, quantum dominus permiserit.

✠ THEODORETVS. Nõnulli dicunt ventriloquam vere retulisse Samuelem, nonnulli autem hoc refellerunt.

a Congrega-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dabit illud. *Quia propter peccatum principis bene puniuntur subditi pœna temporali, & etiam morte corporali, & maxime, quia multi erant fautores Saulis, & consentanei in malis suis.*

2 Cras autem. *Istud iam expositum est supra.*

3 Statimque. *Hic consequenter ponitur Saulis desolatio, tum propter domini sententiam, tum propter debilitatem, cuius causa tangitur, cum dicitur.*

4 Quia non. *id est, cibum aliquem, consequenter ponitur eius aliqualis consolatio, & primo ex parte mulieris inuitantis eum curialiter, & obnixe ad accipiendum cibum, dicens.*

5 Ecce obediuit. *& in facto mihi periculoso, ideo subditur.*

6 Et posui. *id est, feci opus ad tuam petitionem sub pœna mortis prohibitum, quasi dicat ex hoc debes inclinari meæ petitioni, secundo ex parte sociorum suorum, cum dicitur.*

7 Coegerunt autem. *precibus inportunis, & sic aliqualiter consolatus eis acquieuit.*

8 Mulier autem. *In Hebræ. habetur,* præsepiatum, *id est, in præsepio impinguatum.*

9 Tollensque. *infundendo aquam, vt inde faceret pastam.*

10 Et coxit. *quia non habebat tempus fermentandi.*

11 Qui cum comedissent, &c. *confortati cibo.*

12 Et ambulauerunt. *vbi apparet mirabilis probitas, & animositas Saulis, qui ita festinauit redire ad populum suum, vt esset cum eo in prælio, in quo sciebat se moriturum.*

1 Congrega-

ADDITIO I.

In cap. 28. vbi dicitur in postil. *Dixitque Dauid ad Achis: Nunc scies, quæ facturus est seruus tuus,* scilicet, pro te contra inimicos tuos.

Nulla rõnũ in postil. allegatarũ vr̃ efficax ad excusandum Dauid à peccato, si impugnasset populũ fideliũ ꝓ infidelib. Dauid.n. licet fuit vnctus in regẽ Deo iubente ꝑ Samuelem vt patet sup. 16. ex hoc non sequitur, q̇ habuisset ius i regno ad executionẽ regiæ ptãtis in populo Israel, donec populus recepisset eũ supra se in regẽ. Cuius rõ est. Nã in institutione regis à Deo ꝑ legẽ ordinata duo requirebantur. Vnũ ex parte instituentis, s. quod diuina ꝓuidẽtia fuisset electus: Aliud ex parte populi, s. q̇ talẽ electũ à Deo in regẽ populus reciperet, ponendo ipsum electũ supra se regẽ, quod clare denotãt verba Deu. 17. vbi de i stitutione regia agit̃. Legitur.n. ibidẽ: *Ipsum pones super te regem, quem dominus Deus tuus elegerit.* Ex quibus verbis patet, q̇ acceptatio populi requirebatur ad executionẽ regiæ potestatis post diuinam electionem, quod est propositum. Quod etiam manifeste patet fuisse obseruatum in ipso Saul, qui licet prius fuerat vnctus in regẽ à dño Deo per Samuelẽ, vt patet sup. 10. c. vlterius habuit institui à populo ipsum in regẽ recipiẽdo, vt patet sup. 11. Præterea confirmantur ꝓdicta sic: Nam si Dauid fuisset rex, & hẽret ius in regno ante mortẽ Saul, & antequã fuisset receptus in regẽ, tunc Saul in sequendo Dauid hostiliter, esset proditor manifestus, & crimẽ læsæ maiestatis incurrisset, & per ꝯñs Dauid meritorie potuisset, & ẽt debuisset occidere eũ tanquã proditorẽ manifestũ sibi de iure subditũ, cuius oppositũ fecit occurrẽte sibi opportunitate, vt sup. 24. ca. vbi Dauid seruis suis volẽtib. Saulẽ occidere, ait: *Absit à me facere rem hanc dño meo Christo dñi.* In quib. verbis duo oñdit. primũ, q̇ talis occisio esset nefanda, siue illicita, cũ dr̃: *Absit, &c.* secundũ, quia reddens rõnẽ primi confitetur, q̇ Saul erat dñs ipsius Dauid quòd minime posset esse si Dauid pro tunc fuisset rex Israel, regnũ.n. non patit̃ consortẽ. Idẽ patet capitulo vigesimosexto, vbi iterũ habuit Dauid Saulẽ ĩpotestate sua, & Abisai, & alijs suis volentib. eũ occidere, similiter r̃ndit addẽdo: *Viuit dñs nisi dominus percusserit eum, vel dies eius venerit, vel in prælio descendens, &c.* q. d. licet ille sit dignus morte ꝑꝑ persecutionem meam iniustam, & alia sua demerita, non tñ eius iudex sum superior, sed solum Deum habet superiorẽ, qui possit cum

A eum occidere modis prædictis.vnde ſubdit. *Abſit à me mittere manum meam in Chriſtum domini.* Ex quo patet manifeſte,ꝙ Dauid reputabat Saulẽ in vita ſua regẽ ſuũ, & dñm,licet tyrannũ,& peſſimũ. Itẽ patet de Dauid, qui licet fuiſſet à dño vnctus in regẽ,vt dictũ eſt,ſup.16. fuit tñ inſtitutus per tribũ Iudæ in regẽ ſuper eandẽ tribum in Hebron, vt inf. 2.Re.2. Et iterũ tertio per alias tribus fuit in regẽ inſtitutus ſuper Iſrł vt 2.Reg.5.vnde cũ Dauid nũquã fuit in vita Saulis inſtitutus rex per populũ,ſequitur, ꝙ nunquã in eo tpe habuit ius ĩ regno, licet hẽret ius ad regnũ,nec habuit executionẽ regiæ ptãtis.Nec valet ↄ pmiſſa dicere,ꝙ Dauid vocat Saulẽ dñm ſuũ ex quadã humilitate ſeu reuerẽtia vnctionis,quã habuerat,non aũt rõne ſuperioritatis,aut maioritatis.Nã hoc eſſet de directo ↄ rõnẽ Chriſti factã Phariſæis, Matt. 22.d.vbi dicit.Si ergo Dauid vocat eũ dñm quõ eſt filius, &c. Chrs. n. voluit oſtẽdere Phariſæis, ꝙ in Chriſto promiſſo erat diuina natura,ex eo,ꝗd Dauid cũ eſſet pater eius vocabat eũ dñm, cũ dixit: *Dixit dñs dño meo.* vnde in Chriſto ponenda erat alia natura excellentior,quã humana, ꝑ quã Chriſtus eſſet ſuperior,& dñs ipſi⁹ Dauid, prout ipſe poſtillator ibidẽ diffuſius declarat.Quæ quidẽ rõ Chriſti nõ eſſet efficax, ſi rõnabiliter poſſet dici, ꝙ Dauid ex humilitate ſeu reuerentia vnctionis Chriſti futuri vocabat eũ dñm.vnde neceſſe eſt dicere,ꝙ Dauid viuente Saul,&t poſt primã vnctionẽ erat inferior,& ſubditus ipſi Sauli, & ſic non poterat Saule viuente regnũ Iſrael

B iuſte ſibi vendicare. Et ſic rõ poſtillatoris ex hac parte ſumpta non excuſaret ipſum Dauid. Similiter nec alia rõ per ipſum poſtillatorẽ aſſignata ſufficit ad excuſationẽ ipſius Dauid. Tum quia non apparet in textu,quòd Saul fregiſſet aliqua pacta,vel iuramẽta cũ Philiſthæis inita, ſicut patet de Sedechia cũ Nabuchodonoſor. Tũ qa poſito per caſum,quòd Achis haberet iuſtã cãm ↄ Saulẽ,adhuc ex hoc non ſequeretur,quòd bellũ iuſtũ eſſet, quia requireretur authoritas principis,vt in ſecunda ſecundæ.q.40.art.1.in corpore artic. quæ quidẽ authoritas non poſſet præſtari ab Achis reſpectu ipſi⁹ Dauid,cũ nõ eſſet eius princeps, vt dictũ eſt,licet ei eſſet obligatus ex bñficijs impenſis,q qdẽ bñficia impẽſa ipſi Dauid à rege Achis nõ ſoluebant ipſum a ſubiectione, qua tenebat̃ ipſi Saul, nec a fidelitate,quã tenebat̃ obſeruar̃ ſuis fratrib.ſ. filijs Iſrael,licet tñ per alias rationes obligaret̃ Dauid ſeruirẽ ipſi Achis,ſ. rõne beneficij,vt dictũ eſt. Et iõ ad excuſandũ in hoc loco Dauid a peccato,aliter poſſet dici,ſ.ꝙ Dauid nunquam determinauit ſe ad bellandũ ↄ filios Iſrael, nec ↄ Saulẽ,q erat rex ſuus, & iõ nunquã dixit,nec aſſeruit regi Achis, ꝙ ipſe pugnaret ↄ regẽ Iſrael,& ſuos,ſed tñ dixit: *Tu ſcies quæ facturus ſit ſeruus tuus*, q̃ verba ſunt manifeſte indeterminata,poſſunt.n.ptinere veritatẽ tã ex hoc,ꝙ pugnaſſet ↄ Saulẽ,& ſuos, quã &t ex hoc,quod nihil ↄ eos feciſſet,ſicut de facto contigit. Vnde in hoc veriſimiliter æſtimandũ eſt, quòd Dauid, qui in factis ſuis a Deo ſingulariter dirigebatur vt in proceſſu geſtorũ ſuorũ ſatis patet,vidẽs ſe ĩ hac anxietate ſeu perplexitate,qa ſi adiuuiſſet Philiſthæos, aduerſaretur populo Dei,& regi ſuo debitã ſubtraheret fidelitatẽ, ſ. Sauli

C regi Iſrael,ſi aũt non adiuuiſſet regẽ Achis , eſſet ſibi manifeſte ingratus.Idcirco diuinæ prouidentię ſe cõmittebat, ſicut in cęteris ſuis cauſis. vñ ſuper hoc ſpectabat diuinã directionẽ ſeu inſpirationẽ,ad hoc,ꝙ ipſe excuſaret̃ a cõmittenda ꝓditione ↄ regẽ Iſrael,& exercitũ eius: ſimiliter,& excuſaret̃ ne eſſet ingratus regi Achis. Quod etiã quaſi miraculoſe ſic fuit factũ,vt patet in litera. Nã diſponente Deo de voluntate Philiſthinorũ receſſit ab eius conſortio ſine aliqua nota ingratitudinis,nec etiã pugnauit ↄ exercitum Iſrael , ſed poti⁹ contra hoſtes Dei,ſ.Amalecitas. Nec gl.interlinearis allegata ꝑ poſtillatorẽ ↄ hoc facit,vbi dicit, *quod faciet ſeruus tuus*, cõtra inimicos tuos:Nã iſta verba gloſſæ ſunt indeterminata,ſicut verba textus,non.n.dixit. Tu ſcies,ꝙ pugnabo cõtra inimicos tuos,quia ſic dixiſſet mẽdaciũ ſeu falſum, ſed ſolũ dixit. *Tu ſcies,&c.* quod habet duplicem cauſam veritatis, vt dictum eſt ſupra.

ADDITIO II.

In eod. cap.28 vbi dicitur in poſtilla. Alium vero modũ dicendi ponit Auguſt. in eadem epiſtola , ſcilicet,quòd non fuerit Samuel,ſed malignus ſpiritus apparens in eius effigie.

Recte intuenti verba Aug.manifeſte conſtat de mente illius eſſe,ꝙ iſta apparitio Samuelis fuiſſet præſtigioſa, & dæmoniaca, nam in epiſtola ad Simplicianũ, quæ ſuper hunc paſſum in glo.ponitur, licet duos modos dicendi proponat, non tñ æqualiter.In illo.n. mõ vbi dicit, ꝙ ſpiritus Samuelis apparuiſſet,talia aũt verba ponit, ſ. non eſt abſurdũ credere aliqua diſpẽſatione pmiſſum fuiſſe,&c. q̃ quidẽ verba ſi põderentur,non aſſerunt,nõ eſſe inconueniens, neque falſum hoc credere,ſed ſolũ dicunt non eſſe abſurdũ, multa.n.non ſunt abſurda,quæ tñ ſunt falſa,vel inconuenienter dñr. In c. vero,nec mirũ.per poſtil. alleg.totaliter,& indiſtinc̃te tenet vnã partẽ,ſ.ꝙ non Samuel ſm veritatẽ apparuit,ſed dæmon in eius ſpecie. Cũ igit̃ ſm veritatẽ hæc ſit propria opinio Augu. & non ſit alius de doctorib. eccleſiæ approbatis,q oppoſitũ videat̃ tenere, ſatis dẽt ſufficere ad authoritatẽ, &t ſi per eccleſiã hic non determinet̃, vñ & ſi aliqui doctores in hoc loco vtrunq; modũ dicẽdi ꝓponant, hoc eſt ad ſufficientiã diſtinctionis oſtẽdẽdã,q̃ diſtinctionẽ ipſe Aug. poſuit,vt dictũ eſt.Circa qđ vlterius attẽdendũ,ꝙ principales oppoſitã opinionẽ tenentes,ſunt Hebræi,& eorũ ſequaces,q intm̃ adhęrent literę,vt credãt,ꝙ vbicunq; dr̃ Samuel, intelligat̃ in ꝑſona ꝑpria,& nõ in eius ſimilitudine, cuius tñ oppoſitũ ſatis deducit̃ ꝑ exẽpla ſacræ ſcripturæ ab Aug.ĩ c. nec mirũ,pſato alleg.q ꝑ poſtil.aliqualiter hic colligunt̃. Eodẽ mõ Hebręi ĩ hoc loco incidũt ĩ aliũ errorẽ ex nimia adhęrẽtia literę.Dñt .n.Moſẽ,& Samuelẽ reſurrexiſſe ex hoc, ꝙ Pythoniſſa dixit ĩ plurali, *deos vidi aſcẽdẽtes de terra.* quorũ fundamẽtũ nihil valet cũ pluries ĩ ſcriptura plurale accipiat̃ pro ſingulari, vt in poſtil.allegat̃. Dimittere igit̃ propriã opinionẽ Aug.q mẽte literæ ſcrutatur, & adherere Hebræiſtis, q ſuperficiẽ lr̃æ tm̃ ĩſpiciũt, valde irrõnabile vr̃. Sed attẽdẽdũ eſt,ꝙ licet oẽs authoritates,q vr̃ prima facie ↄ opinionẽ Aug. facere,ſũt ſufficiẽter ſolutę ab Aug.ĩ c. nec mirũ ſupra dicto, iſta tñ authoritas Eccl 46.ꝑ poſtil.alleg.vbi dr̃ de Samuele. *Poſt hoc dormiuit, & notũ fecit regi, & oñdit illi finẽ vitæ ſuæ.* vr̃ facere ſpecialẽ difficultatẽ ↄ opinionem Aug.prædictam. Nam in illa au-

E thoritate de vno,& eodem ſuppoſito aſſeritur, ꝙ dormiuit,& ꝙ *notum fecit regi,&c.* Si .n. dæmon tantummõ apparuit Sauli,& notũ fecit ei finem vitæ ſuæ, quõ de eodẽ dicitur, quòd *dormiuit*, diabolus. n. nunquam dormit, nec requieſcit. Ad quod dici põt, ꝙ verũ corpus Samuelis in ſepulchro iacens cũ proprio habitu in quo ſepultus fuit, virtute magica Deo permittente apparuit ipſi Sauli, in quo corpore dæmon loquebatur, ex quo non attribuitur Samueli aliquod inconueniens,cum tale corpus poſt animæ ſeparationẽ careat intellectu,& ſenſu ſimiliter,& velle,& nolle. Et iſte modus ſuſcitandi proprie eſt necromanticus , necromantiã.n.ſecũdum eius interpretationẽ eſt diuinatio per mortuos.Quod quidẽ corpus, ſ. Samuelis Samuel potuit in ſacra ſcriptura vocari, ſicut in alijs,quã plurimis locis ſacri eloquij defunctorũ corpora eiſdẽ nominib.vocantur, quib.in vita cõſueuerunt nominari . Vnde Gene.35.d. Vbi ſepelierũt Abrahã,& Saram vxorem eius.Ibi ſepelierunt Iſaac,& vxorẽ eius Rebeccam, &c. Conſtat aũt, ꝙ illorũ corpora fuerunt ſepulta, non autẽ eorũ animę.Pari modo vulgariter corpus defuncti nominat̃ eodẽ mõ quo prius,cũ aĩa fuerat ſibi ꝯiuncta. Cõiter.n.dicit̃, hic iacet talis,vel talis.Huic &t dicto conſonat illud,quod legitur in pñti c.& in perſona Samuelis. *Quare inquietaſti me,vt ſuſcitarer?* quod põt referri ad corpus Samuelis tantũ, qui Samuel nominatur mõ pdicto, qui quidẽ modus non eſt alius ab eo quẽ Aug.tenet,ſed ſub eodẽ continetur,ſi verba Aug. ad Simplicianũ,vbi narratur hæc ſua propria opinio bene ꝯſiderentur. Dicit.n.ibi ſic. Vel non vere ſpiritus Samuelis à

F requie ſua eſt excitatus,ſed aliquod phãtaſma, & illuſio,&c. Vbi aduertendũ,ꝙ nõ dixit nõ vere corpus Samuelis eſt excitatũ,ſed ſpiritus Samuelis,excludit.n.ſpiritũ Samuelis à ſuſcitatione,nõ tñ eius corpus,qđ qdẽ corpus cũ illuſione imaginaria diaboli viuũ apparebat,& loquebatur,& poterat vocari Samuel rõne pdicta.Et iſte mod⁹ dicẽdi ſeu declarandi mẽtẽ Aug.vr̃ ſatis ſufficere &t illis, q volũt min⁹ literalizare.

REPLICA. In c.28.vbi poſtillator adducit certas excuſationes ꝓ Dauid,cũ dixiſſet ad Achis. *Nũc ſcies,q̃ facturus ſit ſeruus tuus.* Burg.volẽs illas excuſationes nõ ſufficere, vt à peccatis excuſare Dauid valeat,addit aliã excuſationẽ,dicens verba Dauid fuiſſe indeterminata, ſicut ſunt quorũ veritas ſumi põt ex duob.ſ.ſiue pugnarẽ,ſiue non. Contra arguitur ſic per illa verba ipſe Dauid, aut aliquid intendebat,aut nihil,ſi nihil,igitur mẽtiebatur,& peccauit. Si aliquid, aut ꝙ voluit pugnare ↄ Iſrael,aut ꝙ noluit,ſi primũ, peccaſſet volẽdo pugnare ↄ fratres ſuos fideles pro infidelib. ſi ſm,igitur propoſitũ habuit fallendi Achis,qđ eſt peccatũ ingratitudinis. Sed Dauid vr̃ determinaſſe illa verba indeterminata, cũ inf. 29. cap.amotus per regẽ Achis dixit regi. *Quid inueniſti in me,vt non pugnem contra inimicos dñi mei?* vbi apparet ſe determinaſſe ad pugnandũ ad modũ loquẽdi poſtil. Et vr̃,ꝙ non oportuit tantũ laborare pro excuſatione Dauid à peccato. Si.n. poneretur,ꝙ Dauid verbis illis indeterminatis habuiſſet pro poſitũ paralogiſandi Achis,eſſet peccatũ venia dignũ, videlicet infideli fidem non ſeruare, potiſſimum quãdo fidei obſeruantia uergeret in deteriorem exitum, ſcilicet,ↄ populũ Dei,& proprium pugnare. Nec puto errorẽ concedere Dauid quantũcunque à Deo dilectum, & directum peccaſſe venialiter,qa poſt regnũ adeptũ ſępe legit̃ peccaſſe mortaliter.

In eod.

In eo.c. vbi de apparitione Samuelis, (vt patet in historia Vriæ) postilla. adducit duas opiniones, quarũ vna opinatur Samuelẽ in propria persona apparuisse, alia opinatur nõ Samuelẽ, sed diabolũ in eius specie apparuisse. Et vtraq; opinionẽ ponit beatus Aug. ad Simplicianũ, cuius authoritas adducit̃ in gl. ordi. vbi beatus Aug. rñdit ad rõnes vtriusq; opinionis, per hoc dans intelligere, q; vtraq; pars opinabilis est, vnde quãuis in c. nec mirũ 26.q.5. ad secũdam opinionẽ appareat inclinatus, dicit tñ aliã non esse absurdã. Et cũ ad primã postil. trib. rõnib. & authoritatib. inclinat: Burg. putat ipsum cõmisisse crimẽ lęsę maiestatis. eo q; opinionẽ, quã beat⁹ Aug. tenet, ipse declinat, cũ tñ beatus Aug. in hmõi opinionibus consensum aliorũ nõ efflagitet, vt haberi potest ab eo. 4. sup Gen. ad lrãm 19.c. & 22. sciens, q; in materia opinabili sapiẽs nõ absurde cõdicit sapienti, imò expedit cõtrias in studijs ecclesiasticis esse opiniones ad exercendũ ingeniũ, & excutiẽdũ studentiũ pigritiã. Nã pp easdẽ rõnes idẽ Beatus Aug. 1. super Gene. cõ Manichæos dicit ecclesiæ proficere hæreses insurgentes. vide de hoc in primo correctorio huius operis, authoritas igitur beati Aug. nec ẽt decreti in materia opinabili cõpellit quominus qlibet pars opinabilis teneri põt quo usque per ecclesiã altera pars fuerit determinata, quia ex tũc cessat opinio qñ incipit esse veritas determinata. Nunc autẽ Burg. hęc oĩa ægre ferẽs, opiniones beati Aug. nititur defendere alia tñ via incedens, quã beatus Aug. quia beatus Aug. incedit via probabili. Bur. aũt innititur temeritati. Nã rõnes & verisimilitudines per postil. pro opinione cõria inductas non soluit, vt patet, sed solũ laborat circa authoritatẽ adductã de Eccles. 46. dicẽs illã facere speciale difficultatẽ cõ beatũ Aug. sicut & facit. Nã in authoritate illa dr̃ Samuel dormiuisse, & tunc notũ fecisse regi finẽ vitæ suæ, & exaltasse vocẽ suã de terra in prophetia, quæ oĩa dęmoni ascribi non pñt, dęmon. n. nunquã dormit, cõ primũ, sed nec propheta dici põt cõ sm. Loquitur igitur illa authoritas de persona Samuelis diuina dispensatione suscitata, non ad factum Pythonissæ, nec ad meritũ Saulis, sed ad cõfirmandã finalẽ scissurã regni de manu Saul, quam ipse Samuel cum viueret, prædixit, vt patet supra. Et habet hoc factũ aliqd simile cũ facto Ochoziæ regis Israel, qui misit ad consulendũ Beelzebub Deum Accaron, sed diuina dispensatione impedita est cõsultatio, & missus est Helias, vt patet 4. Reg. Ita in ppposito Saul volẽs p Pythonissam cõsulere dęmonẽ impeditus est, qa diuina dispensatione per missionẽ Samuelis pueũtus fuit, & hoc intelligens pęnituit. Sed ad hoc rñdẽdo Burg. ad dicta. B. Aug. addit, quę puto de mẽte Aug. nõ fuisse dicit nãque, q; dicta authoritas intelligenda sit de corpore Samuelis in proprio habitu, vt sepultũ fuit, q; videlicet virtute artis magicę diabolus illud corpus assumpsit pro instrumento suæ ludificationis, sed vt verũ fatear Burg. non fuit cõpulsus illa authoritate sic dicere. Si. n. dęmũ assumpsisset, sicut põt corpus aereũ in similitudine, & corporis, & habitus Samuelis, ita vere diceret̃ Samuel ex illa similitudine, sicut si corpus proprium suffuisset ludificationi, sicut vulgo nominamus imaginem nomine rei, accipiendo signũ pro signato, imo, & B. Ambr. dicit in legenda sanctorũ Geruasij, & Prothasij, se per pũcturã didicisse, q; ei apparens imaginaria visione fuisset S. Paul⁹ Etiã huic mõ dicendi vr̃ repugnare litera huius c. qua dicit̃, *quare inquietasti me, vt suscitarer, &c.* nã cũ illud corpus de quo sermo sm Burg. caruit intellectu, & sensu, nolle, & velle, nõ potuit se vere dicere inquietatũ, neque suscitatũ. Et si Burg. dixerit illos modos loquendi à dęmone cõfictos, nõ oportuit imo non decuit ad mẽdacia dęmonũ corpus sancti pphetę ponere instrumentũ. Nec puto artẽ magicã, quæ in corporibus mortuorũ diuinare consueuit, sine singulari Dei pmissione ad corpora sctõrũ posse extendi, & cũ de hmõi pmissione in scriptura nullũ reperit̃ fundamentũ, irrõnabile vr̃, & in iniuriã sanctorũ talia confingere, vt argumento vtar invalido quo Burg. vti consueuit. Recedit igit̃ Burg. longe ab intentione B. Aug. qui dicit nõ vere fuisse spiritũ Samuelis, sed phantasma, & illusionẽ, &c. quę de reali corpe Samuelis vera nõ sunt. Si. n. verũ corpus Samuelis fuisset, iõ fuisset visio realis, nõ illusoria nec phãtastica, prout B. Aug. vult, q̃uis locutio fuisset illusoria, apparitio tñ fuisset realis, qd' est cõ intentionẽ B. Aug. Vel oportet Burg. dicere, q; nõ fuit corpus reale, & hr̃ propositum, ẽt dato quis nõ concesso, q; dęmon fuisset coniunctus corpori, vt motor, illud tamen coniũctũ non vere dici posset prophetiã texuisse de terra, prout dr̃ in authoritate pręal. Quib. omnib. sic dictis remanet liberum, quã opinionẽ, quis tenere, & defendere velit, cũ ad neutrã partẽ appareat ecclesię authoritas determinata. Et eodẽ mõ liberũ est Saul dicere saluatũ esse, vel damnatum, cũ ad neutrã partem est demonstratio, vel ecclesiæ authoritas cogẽs.

CAPVT XXIX.

A Congregata. a ✻ *Quid sibi volunt Hebræi, isti, &c.* THEODORETVS.

B Cũ cogeret̃ exercitus alienigenarum, Satrapæ nõ lubenter viderũt Dauidem, & ægre ferentes persuaserunt, vt dimitteretur tanquam hostis.

CAPVT XXIX.

Congregata sunt ergo agmina Philisthijm vniuersa in Aphec. Sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrael. Et Satrapæ a quidem Philisthijm incedebant in centuriis, et milibus. Dauid autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis: Dixeruntque principes Philisthijm ad Achis: Quid sibi volũt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim: † Nunqd ignoratis Dauid, qui fuit seruus

a vnde centurio & qui tribunus:

D † castra:

E † nõne iste est.

C ✻ PROCOPIVS. Diuina prouidentia hæc geruntur. Vel enim pugnasset contra populum Israeliticũ, & sic suorum sãguine se contaminasset vel non deseruisset, laborantem populum, sed maximam eius curam habuitset, sed hunc pœnas dare suæ impietatis oportebat. ✻ RVPERTVS. Vtique Deo prouidente factum est, vt Dauid legitimus rex, neque proditor

F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIX.

1 Congregata. *Hic consequenter describitur recessus Dauid, de Philisthinorum exercitu, & primò describitur hmõi recessus, secundo incidens casus cap. 30. Circa primum Achis propter Dauid, et viros eius reprehenditur, secundo propter hoc Dauid ad locum suum remittitur ibi:* Vocauit ergo Achis Dauid. *Prima pars patet vsque ibi.*

2 Nunquid *q.d. non debetis timere de eo, quia Saul persecutus est eũ vsque*

MORALITER.

1 *Congregata.* Saul, & eius populus puniti fuerunt per Philisthæos pp mala, quæ fecit Saul, specialiter contra Dauid, in cuius persecutione fauebat, & obediebat sibi populus pro maiori parte, propter quod cum eo meruit puniri. Igitur per Philisthæos Israel debellantes, significantur infideles populi impugnantes fideles ex instinctu Dei ad puniendum peccata per fideles commissa, sicut frequenter legitur esse factum vnde Atila rex Hunorũ cum obsideret ciuitatem Trecẽsem interrogatus à beato Lupo, quis esset, respondit; Ego sum flagellũ Dei. At ille dixit: Et ego Lupus, qui merui flagellari. talis vero flagellum fuit Cosdroe Saladinus, & plures alij. igit̃ per Dauid, qui voluit ire contra filios Israel cum Philisthęis significantur sancti, qui in punitionibus fideliũ factis per man⁹ infideliũ applaudunt iustitiæ Dei secundum illud Psal. *Lętabitur iustus cum viderit vindictã manus suas la. &c.* Et per talem modum Iere. 18.d. dicebat de populo Israel peccatore. *Da filios eorum in famẽ, & deduc eos in manus gladii.* Per hoc autẽ, quòd Dauid à Philisthæis recessit, significatur affectus naturalis sanctorũ ad fideles, licet applaudant diuinæ iustitiæ in eorũ punitione, propter quod, & sanctus Iere. licet dixisset prædicta, tamen capta ciuitate, & populo partim occiso, partim captiuato lamentabatur dicens: *Quomodo sedet sola ciuitas, &c.* sicut patet in illis lamentationibus consequenter.

Psal. 57. b. Thom. 1. a.

1 *Cumque*

proditor, neque hostis patriæ iudicari posset. Denique si bello ad missus contra suos præliaretur, hostis patriæ, si ad suos conuerteretur deserto rege ad quem confugerat, quique illum quasi fidelem custodem capiti suo posuerat, infamis existeret, perfidi proditoris crimine.

✠ R. LEVI. Tenebatur Dauid cum Achis domino suo, in cuius ditione cum suis morabatur, egredi: sed interim poterat suis magis prodesse, quam obesse, infatuando, scilicet, consilia Palæstinorum, & in periculis monendo Israelitas, id quod Satrapæ Palæstinorum facile aduertere potuerunt.

a *Percussit Saul.* Inuidentes gloriæ Dauid aiunt cum pugnasse tantum in decem milib. quasi minoris potentiæ, Saul autem in milib⁹ quasi innumerabilibus, nec addunt quot percussit inuidentes illorum laudi, vel ne suos terrerent. In vetustissimis libris non habetur milibus, sed tantum *mille*, & *decem milia* tantum.

† virorum horum. † mane. † sup. 18.b. infr. 21.b. Eccle. 47.a. † mille suos, & Dauid decem milia sua.

Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis? & non inueni [1] in eo quicquam mali, ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. ¶ Infidelitatis. Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthijm, & dixerunt ei: Reuertatur vir, & sedeat in loco suo in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius cum præliari cœperimus. Quomodo enim placare aliter poterit dominum suum, nisi in capitibus † nostris? ¶ Amputatis. a † Nonne iste est Dauid cui cantabant in choris, dicentes: Percussit Saul [3] tin milibus suis, & Dauid in decem milibus suis? Vocauit ergo Achis Dauid, [4] & dixit ei: Viuit dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu a ¶ Apud me acceptus est. meo, & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris. Et non inueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me vsque ad diem hanc, sed satrapis non places. Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthijm. Dixitque Dauid ad Achis: Quid enim feci, aut quid inuenisti in me seruo tuo, à die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc, vt non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis? Respondens autem Achis, locutus est ad Dauid. Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei. Sed principes Philisthijm dixerunt. Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge mane tu, & serui domini tui, qui venerunt tecum, & cum † de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite. Surrexit itaque Dauid de nocte ipse, & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad terram Philisthijm. Philisthijm autem ascenderunt in Iezrael.

NICOLAVS DE LYRA.

vsque ad mortem, & ideo compulsus fuit fugere ad terram meam. Ideo subditur.

1 Et est. *Illi autem, qui dicunt, quod fuit ibi tantum 4. mensibus habent consequenter dicere, quod Achis dixit de mora Dauid in terra sua, plus quam esset in veritate ad pacificandum principes Philisthinorum, vnde subditur.*

2 Et non inueni. *scilicet, machinationis ad malum, quæ tamen fuisset percepta in tanto tempore si fuisset in eo secundum veritatem. Cætera patent vsque ibi.*

3 Percussit Saul. *Ista litera videtur sonare, quod in acie Saul essent tantum mille bellatores cum eo, & cum Dauid 10. millia, quod non est verum, quia plures fortiores ponuntur circa regem, & ideo exponendum est hoc, sicut fuit, supra expositum 18. c. ita quod mille hic nominati intelliguntur percussi ab ipso Saule, vt sit sensus:* In milibus suis, *id est, in milibus ab eo percussis, & eodem modo de 10. milibus Dauid.*

4 Vocauit ergo. *hic propter prædictam causam Dauid ad locum suum remittitur, quod à Deo factum est, ne forte bellando contra filios Israel aliquos bonos de illo populo, vel amicos suos interficeret, secundo vt Amalecitas, qui manum Saul euaserant, & ciuitatem Siceleg in odium Dauid incenderant deleret, & prædam ab eis captam recuperaret, tertio, vt ex præda ibi acquisita amicos sibi aggregaret, qui iuuarent ipsum post mortem Saulis ad obtinendum regnum.*

1 Et

CAPVT XXX.

Li. 5. Moral. cap. 29. Eucherius. Rabbanus. Isidorus.

Cumque. a *Amalecitæ.* GREGOR. Considerandum est quid sit, quod Amalecitæ Siceleg inuadunt, & prædam capiunt. Amalecitæ populus lambens vocatur, per quem secularium mentes designantur, quæ terrena ambiendo quasi lambunt dum eis delectantur quasi populus lambens prædam facit, dum terrena diligentes lucra de alienis damnis sibi exaggerant. Et hoc absente Dauid agunt, quia redemptorem ante oculos cordis habere negligunt. Aegyptius puer in itinere lassatur, quia amator præsentis seculi peccati nigredine opert⁹, sæpe ab eodem seculo infirmus despectusque relinquitur, vt cum eo occurrere non valeat, sed fractus aduersitate torpescat. Huc Dauid inuenit, quia Christus vere manu fortis quos despectos à mundi gloria repit, in suum amorem conuertit. Cibo pascit, quia scientia verbi reficit, ducem itineris elegit, quia suum et prædicatorem facit. Et quia Amalecitam sequi non valuit, dux Dauid efficitur, quia quem mundus deseruit, non solum conuersus in mente Deum recipit, sed prædicando vsque ad aliena corda perducit. Quo duce Dauid Amalecitæ conuiuantem inuenit, & extinguit, quia Christus ipsis prædicantibus mundi lætitiam destruit, quos communiter mundus habere despexit.

† iuerant ad prædam. Quæst. 65.

CAP. XXX.

a Cumque venissent Dauid [1] & viri eius in Siceleg die tertia Amalecitæ † impetum fecernut ex parte australi in Siceleg, & [2] percusserant Siceleg, & succenderant eam igni. b Et captiuas duxerant mulieres ex ea à minimo vsque ad magnum,

a ¶ Isti sunt Amalecitæ, quos Saul delere debuit, & inobedientiæ reus regnum amisit.

b ✠ *Et captiuas duxerant mulieres, &c.* THEODO. Cur De⁹ permisit, vt eorum vxores, & filij, abducerentur in captiuitatem? Vt reuersi expeditionem facerent

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XXX.

1 Cumque. *Hic consequenter describitur incidens casus, s. de ciuitate Siceleg incensa, & deprædata tempore quo Dauid, et viri eius erant in exercitu Philisthinorum. Circa quod primo describitur incendium ciuitatis, & eius deprædatio, secundo hostium insecutio, ibi* Confortatus est autem Dauid, *tertio eorum debellatio, ibi.* Qui cum dixisset, *quarto prædæ diuisio, ibi.* Respondensque. *Circa primum ostenditur, qui fecerint istud maleficium, cum dicitur.*

2 Amalecitæ. *odiebant enim filios Israel, eo quod Saul fere deleuerat eos, & ideo cognoscentes, quod Dauid, & viri eius erant absentes, ciuitatem Siceleg inuaserunt.*

1 Et

MORALITER.

1 Cumque. Per hoc autem, quod absente Dauid combusta fuit sua ciuitas, & mulieres cum paruulis in captiuitatem ductæ per Amalecitas, qui gentes brutæ interpretantur, propter quod, & dæmones signant, quod in forma brutorum, vt frequentius hominibus apparent, vnde, & Euæ apparuit in serpentis specie. Gen. 3. significatur, quod absentia boni prælati, qui per Dauid significatur, à sua diœcesi dæmones incedunt populum suum igne concupiscentiæ carnalis, & cupiditatis, & ducunt eum captiuum multiplicibus peccatis irretitum.

† Consuluit

cerent aduersus Amalechitas, & conuenienter diuina prædictione eos penitus perderent. Præterea, vt plurimam amicitiam Dauid significaret suis contribulibus, & eos ad maiorem attraheret beneuolentiam.

✻ CHRYSOSTOMVS. Dauid pcussus verbis Satraparũ accepta cõtumelia recessit mœrens, ac domum rediens tãta mala tot clades offendit, vt pene mœrore suffocaretur. Ex insperato enim super uenientia duplo, quam erant, grauiora videbãtur, neque iam tolerabilia. Iuerat enim ille quasi quieturus domi, mœroris prætendit consolationẽ inuenturus, vxores, scilicet, ac liberos, cum repente audiuit illos in seruitium ab hostibus abductos, hausitq; oculis ignem, fumum, sanguinẽ, cadauera. Atque antequam illos lugeret, captiuosque defleret, irruunt ad eũ feris omnibus immanius habitatores ciuitatis, quę rentes singuli causam suorũ consolationem ex illius capite. Tunc tristitia, & metu iusti huius perturbantibus animum, tempestas maxima, tumultusque harum passionum inuicem se colludentium iugiter inerat

a ✻ *Applica ad me Ephod.* PROCOPIVS. Aquila ἐγγισόν μοι τὴν ἐπωμίδα. Cõsulit autem Deũ de Geddur, qđ apud Hebręos (τὸ σύστημα καὶ τὸ πειρατήριον) certum numerum militum, vel receptaculum latronum atque prædonum significat. Sic autẽ appellatur, τὸ λῃστρικὸν σύστημα, prædonum congregatio.

b *Substiterãt.* Ducenti lassi viri, qui cũ sarcinis sũt relicti, significãt infirmos ecclesiæ, qui cũ spũalib. viris currere nequeũt ĩ via, sed q̃a fidẽ habent, & opus bonum seruãt, à Christo prẽmiũ beatitudinis cũ pfectis pcipiunt.

✻ HIERO. Cũ in latinis codicibus legatur, lassos quosdã substitisse ad sarcinas, & in Hebræo habeatur, iussos fuisse, vt residerent ad sarcinas, locus hic mõstrat, Hebraicam veritatẽ in hoc loco sequi debere, quę non lassos, sed iussos remãsisse ad sarcinas dicit fuisse.

c ✻ *Qui cum duxisset eũ, &c.* IOSEPHVS. Hũc Dauid habẽs ducem super Amalechitas, apprehẽdit eos in terra iacentes, & alios quidẽ prandentes, alios iam ebrios, & vino solutos, quibus cũ socijs irruẽs, eos late prostrauit. Nudi nãq; erãt, & nihil huiusmodi suspicantes, sed & ad potũ, & epulas conuerti remissiores omnes erãt. Et alij quidẽ adhuc mẽsis appositis apprehẽsi, super eas extincti sunt, & sanguis eorum cibo permixtus est, alios inuicem se ad pocula inuitãtes occidit, & multos etiam in soporem conuersos extinxit.

Li. 3. de prouiden. Dei, tom. 3. — *Lib. tradit. Hebraic.* — *Lib. 6. Antiq. cap. 14.*

& nõ interfecerãt quẽquã, sed secũ duxerãt, & pergebant itinere suo. [1] Cũ ergo venisset Dauid, & viri eius ad ciuitatẽ, & inuenissent eã succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas. Leuauerũt Dauid, & populus, q̃ erat cũ eo voces suas, & plãxerunt donec deficerẽt ĩ eis lachrymę. Siqđẽ, & duæ vxores Dauid captiuę ductæ fuerant, Achinoã, Iezraelites, & Abigail vxor Nabal Carmeli, & contristatus est Dauid valde. Volebat.n.eum populus lapidare, q̃a a- [2] mara erat anima vniuscuiusque viri super filijs suis, & filiabus. Confor- [3] tatus est autẽ Dauid in domino Deo suo, & ait * ad Abiathar sacerdo tẽ filium Achimelech: † Applica ad me ephod. Et applicuit Abiathar [4] ephod ad Dauid, & consuluit Dauid dominum dicens: Persequar an † non † latrunculos hos, & comprehendam eos? Dixitque ei dominus: Persequere, absque dubio comprehendes eos, & excuties prædam. Abijt ergo Dauid ipse, & sexcenti viri, qui erant cum eo, & venerũt vsq; ad torrẽtẽ Besor, † & lassi qđã substiterunt. Persecutus est [5] autẽ Dauid ipse, & quadringenti viri cum eo. Substiterant enim ducenti, qui lassi transire nõ poterant torrentẽ Besor. Et inuenerunt virũ [6] Ægyptium ĩ agro, & adduxerunt eum ad Dauid. Dederuntque ei panẽ, vt comederet, & biberet aq̃, sed & fragmẽ massę caricarum, & duas ligaturas vuę passę. Quę cum comedisset, reuersus ẽ spiritus eius, & [7] refocillatus est. Non.n.comederat panẽ, neq; biberat aq̃ trib. dieb. & [8] [9] trib. noctib. Dixit ei Dauid: Cuius es tu, vel vnde, & quo pgis? Qui ait: [10] Puer Ægyptius ego sum, seruus viri Amalecitæ. Dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. Siquidem nos [*] erupimus ad australẽ plagam Cerethi, & † contra Iudã, & ad meridiẽ Caleb, & Siceleg succendimus igni. Dixitque ei Dauid. Potes me ducere ad † cuneum istum? Qui ait: Iura mihi Deum, quòd non occidas me, & nõ tradas me ĩ manᵘ dñi mei, & ego ducã te ĩ cuneum istũ. Et iurauit ei Dauid. Qui cũ duxisset eũ, ecce illi discũbebãt super faciem [11] vniuersę terrę, cõmedẽtes, & bibẽtes, & † quasi festũ celebrantes diem [12] pro cuncta præda, & spolijs, quæ ceperant de terra Philisthijm, & de terra Iuda. Et percussit eos Dauid à vespera vsque ad vesperam alte- [13] rius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi tantum quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant. Eruit ergo

a ¶ In Hebræo, non lassi, sed iussos remansisse dicitur.

¶ Securiter.

a ¶ Facies hominis ei dicta, eo quod faciat eum notum.

a ¶ Securiter.

a ¶ Isti sunt Amalecitæ quos Saul delere debuit, & inobedientiæ reus regnum amisit.

† vires ad sequendum. — † sup. 53. b. — † exercitum hunc. — † reliqui vero. — † iuimus ad prædam. — † exercitum. — † tripudiãtes. — * Dauid. — * quo pergis. — † ad quod est Iudæ.

a ✻ Aequa

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non. *Quia volebant eos habere, & vendere in seruos, & ancillas, vt facerent vtilitatem suam, non solum de rebus, sed etiam de personis. Cætera patent vsque ibi.*

2 Volebat. *eo quòd erant in passione doloris positi, & quia secum duxerat omnes bellatores, nec dimiserat aliquos ad custodiam loci.*

3 Confortatus. *Hic consequenter describitur hostium insecutio, & primo ex directione diuina, requirendo eius consilium, cum dicitur.*

4 Applica ad. *id est, pro me quasi dicat indue te veste sacerdotali, vt consulas Deum pro me. Cætera patent vsque ibi.*

5 Et lassi. *s. ducenti, qui licet propter fatigationem non possent competenter aduersarios persequi, tamen poterant competenter custodire sarcinas, propter qđ Dauid, & viri eius reliqui dimiserunt sub custodia eorũ illa, quæ poterant eis esse oneri, vt patet ex sequentibus, id est, vt possent hostes expeditius persequi, secundo insequitur Dauid hostes directione humana, cum dicitur.*

6 Et inuenerunt. *infirmitate, & fame quasi morti propinquum.*

7 Reuersus est. *id est, aliqua conualescentia virtute cibi confortãtis.*

8 Non enim comed. *pa. id est, aliquem cibum.*

9 Neque biberat, &c. *id est, aliquem potum.*

10 Tribus. *& io non est mirum si erat exinanitus. Cætera patent.*

11 Qui cum duxisset. *Hic consequenter describitur hostium debellatio, qui à Siceleg elongati credebant esse securi.*

12 Comedentes. *& sic sibi non præcauentes, & ideo fuerunt faciliter debellati. Et patet litera vsque ibi.*

13 Vsque ad, &c. *quia fugiebant, & abscondebant se per diuersa loca, in quibus Dauid, & viri eius insequentes eos perscrutabantur, & ideo tantum tempus apposuerunt. Cætera patent.*

Diuisio.

1 Respon-

MORALITER.

† *Consuluit Dauid, &c.* & sic Dauid reduxit prædã per suã diligentiam, & laborẽ, in quo docetur bonus prælatus diligẽtiã, & laborem apponere, vt malum, quod per eius absentiã contigit, reformetur. Per hoc etiam, quod Dauid existente cum Achis rege contigit damnum prædictum, signatur dãnum in spiritualibus, quod contingit frequẽter in diœcesibus prælatorum propter ipsorum occupationem circa negotia regum, & magnatum,

† Et

A Dauid omnia, quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores suas eruit. Nec defuit quicquam à paruo vsque ad magnum, tam de filijs, quam de filiabus, & de spolijs, & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid, & tulit vniuersos greges, & armenta, & minauit ante faciem suam. Dixerũtque: Hęc est præda Dauid. Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi poterant Dauid, & residere eos iusserat in torrente Besor. Qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo, qui erat cũ eo. Accedens autem Dauid ad populum salutauit eos pacifice. Respondensque † omnis vir pessimus, & iniquus de viris, qui erant cum Dauid, dixit, quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquam de præda, quam eruimus, sed sufficiat vnicuique vxor sua, & filij, quos cum acceperint recedant. Dixit autem Dauid: Non sic facietis fratres mei de his, quæ tradidit nobis dominus, & custodiuit nos, & dedit † latrunculos, qui eruperant aduersum nos, in manus nostras, nec audiet vos quisquam super sermone hoc. Aequa enim pars erit descẽdẽtis † ad prælium & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum, & pfinitũ, & † quasi lex in Israel vsq; ad diẽ hanc. Venit ergo Dauid in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda, & † pximis suis dicens: Accipite benedictionem de præda hostium dñi. His qui erãt in Bethel, & q. erant in Rhamoth ad meridiẽ, & q. in Gether, & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Estamo, & qui in Rachal, & qui in vrbibus Hierameel, & qui ĩ vrbibus Ceni, & qui in Harama, & qui in † lacu Asan, & qui in Athach, & qui in Hebron, & reliquis, qui erãt in his locis in quibus fuerat commoratus Dauid ipse, & viri eius.

a Vt attrahe. et eos in amicitiam, & facerent eum regem, sicut & fecerunt.

Marginalia: † vnus. † exercitum. † in. † tius, vel mos. † vel amicis. † Bor.

a ✽ Aequa enim erit pars descendentis ad prœlium. ✽ IOSEPHVS. Lex ista apud nos permansit, vt tantum accipiant, qui custodiunt castra quantum illi, q. pugnant. ✽ ISIDORVS. Lib. 5. Origi-num. c. 7. Ius militare est prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus, & laboribus iusta diuisio, ac principis portio.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Respondensque. *Hic consequenter describitur prædæ diuisio, & primo quantum ad bellatores, secundo quantum ad amicos Dauid seu benefactores, ibi.* Venit ergo Dauid. *Circa primum dicitur.* Respõdensque. *Isti qui erant in comitiua Dauid cupidi, & mali hoc dicebant tractantes inter se de prædæ diuisione.*

2 Dixit autem, &c. *repellens auaritiam, & nequitiam istorum.*

3 Aequa. *Ex hoc patet illud, quod prædictũ est, s. quòd illi ducenti remanentes custodierunt sarcinas, & ideo non erant debita portione priuandi, hoc autem accepit Dauid de facto Abrahæ, qui similiter fecit sociis suis ad sarcinas remanentibus, quando quatuor reges debellauit, vt dictum fuit Gene. 14. Vnde subditur.*

4 Factum est. *In Hebræo habetur.* Ex die illa, & ab ante, *s. à tẽpore Abrahæ. Sed per Dauid fuit hoc firmius statutum, & lege decretum ex regia potestate, vt de cætero sic simpliciter obseruaretur.*

5 Venit. *Hic consequenter describitur prædæ diuisio quantum ad amicos Dauid, & benefactores, apud quos Dauid, & viri eius latuerant fugiendo persecutores Saulis, & a quibus beneficia receperant, quia iustum erat, quòd huiusmodi beneficia recognoscerent facultate occurrente. Et patet litera.*

MORALITER.

† *Et misit.* per hoc autem significatur, quòd succedentib. pspẽris debet quilibet de bonis à Deo sibi cõcessis refundere suis benefactorib. & amicis, & si dẽt hoc fieri de bonis temporalib. multo magis fieri debet de bonis spiritualibus, quæ alijs communicata non diminuuntur, sed potius augmẽtãt. Damnũ verò, quod cõtingit in ciuitate Dauid ipso absente, sicut expositũ est de prælati absentia, sic exponi potest de regis, vel principis negligentia circa regimẽ suę terrę, q. nimis intentus aucupijs, & venationib. negotia regni dimittit alijs tractanda, & sic ex hoc contingunt aliquando magna dãna.

CAPVT XXXI.

a *Philisthijm autem pugnabant aduersum Israel, & fugerunt, etc.* b *Percusserunt Ionatham, & cę.* RABBANVS. Ionathan, Abinabat, qui & Iesua, & Melchisua. Isboseth autem domi erat, qui eo anno quo Saul constitutus est rex, natus dicitur, qui etiam 40. annorum fuisse legitur cum regnare cœpisset, vnde colligitur Saul quadraginta annis regnasse. Iesua autẽ interpretatur æqualis, quia æqualis meriti fuisse filij cum patre memorantur. Abinadab pater meus sponte. Sponte enim sua pater eius Saul male agendo acquisiuit, vt vna cum filijs periret.

Marginalia: Rabbanus. † 1. Para. 10. † expauit. † Persecuti q; sunt Philisthijm Saulem, & filios.

CAPVT XXXI.

Philisthijm † autẽ pugnabãt aduersũ Israel, & fugerũt viri Isrł' ãn faciẽ Philisthijm, & ceciderũt ĩterfecti ĩ mõte Gelboe. † Irrueruntq; Philisthiĩ ĩ Saul, & ĩ filios eius, & pcusserũt Ionathã, & Abinadab, & Melchisua filios Saul. Totũq; põdus plii versũ ẽ ĩ Saul. Et cõsecuti sunt eũ viri sagittarii, & † vulneratus ẽ

a Arripuit

NICOLAVS DE LIRA CAP. XXXI.

1 Philisthijm. *Hæc est vltima pars primi libri in qua describit ipsius Saul occubitus, & primo describit ipsius occisio, scdõ occisi vituperatio, ibi.* Facta autem die al. *tertio ipsius honorabilis tumulatio, ibi,* Quod cum audissent. *circa primũ pmittit filiorũ occisio, cum dicitur.*

2 Et percusserunt. *sic est in Hebræo, & ideo aliqui libri male habent Aminadab. Isboseth non nominatur hic inter filios Saul, tum quia remanserat ad disponendam domum, tum quia non erat multum aptus ad prælium.*

1 Dixitque

MORALITER.

1 *Philisthijm.* secundum Grego. hom. 10. Inimicorũ omnium caput est diabolus, & huius capitis mẽbra sunt omnes iniqui, propter quod sicut sup. cap. 29. per Philisthæos intelliguntur infideles, qui sunt mẽbra diaboli, sic in isto c. p Philisthæos possunt dæmones intelligi propter conformitatẽ capitis ad mẽbra, & eorum connexionem. In hoc autem bello Philisthinorũ contra Israel, aliqui de populo Israel fugiẽtes turpiter euaserunt, & aliqui gladijs Philisthinorũ interfecti fuerunt, & aliqui, s. Saul, & armiger eius proprijs gladijs occubuerũt, licet ante Saul à sagittarijs fuisset vulneratus, vt dicitur in textu, & idem probabiliter videtur de armigero ipsius. Per primos autem, qui euaserũt cũ aliqua turpitudine, significantur illi, q. de bello dæmonum contra nos euadũt sine culpa mortali, non tamen sine veniali, quæ habet aliquã turpitudinẽ annexam. Per secundos aũt, qui ciciderunt gladijs Philisthinorũ, significantur illi, q. cadunt in mortale peccatũ, & hoc tẽtationib. dęmonũ, per tertios vero, q. à Philisthæis lethaliter vulnerati gladiis pprijs se interfecerunt, significant illi, q. tẽtationib. dęmonũ vulnerant pc̃tõ mortali, & cũ hoc postea pprio motu mortaliter peccãt, vel alios ad hoc inducũt, & sic gladijs dæmonũ, & suis pprijs moriũtur.

1 Et

A a *Arripuit itaque.* Gladio quo Amalechitis cõ pceptũ Dei pepercit, merito seipsum occidit, sic q potẽtate pro cõi vtilitate accepta, aut non vtitur, aut abutitur, suo se nimirũ gladio confodit, & quo ab hoste defendi debuerat hostem potius iuuat.

✠ IOSEPH. Palæstinis dimicantibus, & pugna graui commissa, Palæstini quidem vicerũt, & multos hostiũ suorum interemerunt. Saul autem, & eius filij fortiter decertãtes, & vtentes omni fiducia, tãquam gloria corũ in bona morte, & in hostium dimicatione cõsisteret, nihilque hoc preciosius esse iudicantes, omnium inimicorũ cohortem contra se cõuertentes, vndique circundati, pariter sunt extincti, multos tamen Palæstinorũ forti dimicatiõe pimentes. Saul autem hoc modo peremptus est.

D nere propheta pdicente cognosceret, nõ fugit, nec amore vitæ suũ prodidit exercitũ inimicis, nec regiæ contumeliã intulit dignitati. Sed potius cũ omni domo semetipsum tradens, optimũ iudicauit magis cum filijs cadere pro subiectis pugnando, & filios vna perire, quã eos in incerto relinquere quasi successionem regni, & generis habituros.

Lib. 6. Antiq. cap. 14.

vehemẽter à sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerum suum. † Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircũcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius, fuerat enim nimio † terrore perterritus. Arripuit itaque Saul gladium suum, & irruit super eum. Quod cum vidisset armiger eius, videlicet, quòd mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul, & tres filii eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. Videntes autem filii Israel, qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, & tres filii eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt. Veneruntq; Philisthiim, & habitauerunt ibi. Facta autem altera die venerunt Philisthiim, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul, & tres filios eius iacentes in monte Gelboe. Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis, & miserunt in terram Philisthinorum per circumitum, vt annuntiaretur in templo idolorum, & in populis, & posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius † suspenderunt in muro Bethsan. Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad quæcunque fecerant Philisthiim Saul, surrexe-

a ¶Doeg secundum Hebræos, qui videns Saulem mortuum metuens Dauid se interemit.

¶Domestici.

a ¶Vallis ista circa Iordanem grandis est, & campestris.

Marginal notes: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10; timore. fixerunt. † 1. Para. 10. a. Lib. 1. de ciui. ca. 17. 20. 21. 22.

✠ AVGVST. Cum occidendi licentiam nulla lex cõcedit, profecto etiam, qui seipsum occidit, homicida est. E Neque frustra in sanctis libris nusquam nobis permissum ẽ, vt vel adipiscendæ immortalitatis, vel cauendi carendi ve mali causa, nobismetipsis necem inferamus. Nam lex ait: *Nõ occides:* alterum, ergo nec te. Neque enim, qui se occidit, aliud, q̃ hominem occidit. His igitur exceptis, quos vel

B C Cũ esset hostium multitudine constipatus, Palæstinis crebro super eũ iacula mittentibus, omnes pene prostrauit, paucis exinde fugientib. qui vulnera in se multa gerens, ita vt iam non posset plagas tolerare, semetipsum perimere inualidus, iussit armigero, vt cũ perimeret. Eo nõ psumente dñm suũ occidere, ipse gladiũ suũ in terrã figens, irruit in mucronẽ. Et cũ nequiret sibi mortẽ inferre, cõuersus, & videns quẽdã iuuenẽ Amalechitã, rogauit eũ, vt occideret. Qđ cũ fecisset, sublato auro ex eius brachijs, & corona regali, diffugit, &c.

✠ IDEM. Cũ Saul iam futura nosset, & mortẽ sibi immi-nere

F lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ Deus spãliter occidi iubet, quisquis hoiem, vel seipsum, vel quẽlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Et quicunq; hoc in seipsis ppetrauerũt, animi magnitudine fortassis mirandi, non sapiẽtiæ sanitate laudãdi sunt, &c. Cõsulatur idem Aug. epist. 60. & 204. Item lib. 2. contra Petil. c. 49.

✠ Hier. Nõ recipio tales aĩas, q̃ me nolẽte, exierũt đ corpe.

✠ Chrysosto. Qui seipsos occidunt nos dicimus sceleratos esse, & peiores homicidis.

Epistol. de obitu Blesillæ. In 1. c. epist. ad Galat.

b *Habitatores.* quos Saul ab aduersarijs defenderat, repẽdũt, quod

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitq; Saul. *Iste fuit Doeg, vt cõiter dr̃, et satis rõnabiliter, vt vr̃ qa sup. 22. dr̃, q ipse adsistebat Sauli, & erat primus inter seruos eius.*

2 Et percute, &c. *i. affligẽtes me morte ignominiosa in cõtẽptũ personæ meæ, & populi mei, & per consequens redundet in contẽptũ Dei.*

3 Arripuit, &c. *ex hoc dicunt doctores nostri concorditer ipsum esse dãnatũ, quia interfecit seipsum, quod nulli est licitũ. Ad hoc ẽt inducitur, qđ habetur 1. Para. 10. d.* Mortuus ẽ ergo Saul pp iniquitates suas, eo q præuaricat⁹ sit mãdatũ dñi, q pce. &c. *Hebræi verò dñt ipsum esse saluatũ, quia audita dñi sententia sibi per Samuelẽ annuntiata de omnib. peccatis suis pœnituit, et licet primo fuisset desolatus, tñ diuinã sniam de morte sua, & filioru suorũ ac regni translatione patienter acceptauit, vt diuina voluntas impleretur. Quod vr̃ ex hoc, q modico cibo sumpto pro sustentatione naturæ per totã noctẽ ambulauit, vt veniret ad pliũ secundũ diuinũ iudiciũ ibidẽ moriturus, nec Ionathan primogenitũ suũ, seu alios duos filios suos ibidem existentes suasit de prælio recedere volens diuinã sententiã non solũ in se. sed ẽt in filiis recipere in pœnã suorũ peccatorũ. Ad hoc ẽt inducunt Hebræ. q Samuel dixit ei.* Tu, & filij tui cras eritis mecũ, *i. in parte iustorũ tũ quia Samuel in illa parte erat, tũ quia Ionathas, qui erat sanctus, et bonus, credendus est, quòd in parte sanctorum sit receptus, & idem dicunt de Saule, quia eodem modo dicitur de vtroque.* Tu, & filij, &c. *Ad hoc etiam videtur facere, quod dictum est, supr. 9. c. de Saule, quòd* erat electus, & bonus, nec erat in filijs Israel vir melior illo. *& ideo licet postea multipliciter, & grauiter peccauerit, videtur tamẽ diuinæ pietati congruum, vt propter præcedentem bonitatem dominus dederit ei in fine pœnitentiæ locũ ad euadendum pœnam æternam non tamen ad recuperandum regiam dignitatem. Nec authoritates superius in pluribus locis allegatæ de abiectione Saulis a Deo videntur aliud sonare, nisi de regia dignitate, quæ ad Dauid erat transferenda ex determinatione diuina. Ad illud autẽ, quod obiicitur in contrarium dicunt Hebræi, & aliqui etiam Christiani, quòd interficere seipsum intuitu propriæ personæ, vt quis per hoc mortẽ acerbiorẽ, vel turpiorem euadat, sp est illicitũ, secundũ quod dicit Augu. 1. de ciuit. Dei c. 17. sed interficere seipsum intuitu diuini honoris, ne, s. vituperium exerceatur in proprio corpore redundans in Dei vituperiũ, sicut timebat Saul, ne in ipso, qui erat principalis in populo, fierent ludibria in contemptum Dei Israel, vt dicunt isti, hoc non est illicitum. Et hoc modo Rasias vr̃ se interficere, 2. Mach. 14. nec tamen inde vituperatur in scriptura, sed magis laudari videtur. Hoc ẽt modo Samson se interfecit, vt dicitur Iudic. 16. Isto etiam modo aliquæ sanctæ mulieres, & de quibus solennizat ecclesia, se interfecerunt, ne infideles ipsis abuterentur, exercendo luxuriã contra diuinũ honorẽ. Verũtñ Aug. 1. de ci. Dei, istas personas nõ excusat à culpa, nisi fecerint hoc instinctu diuino nobis occulto. Isto etiã modo posset excusari Saul, si aliæ viæ non sufficerent, nisi contrariũ inueniat expresse determinatũ in sacra scriptura, vel per authoritatẽ ecclesiæ, qđ non recolo me vidisse. Ad illud aũt, quod obiicitur. 1. Para. 10. d.* Mortuus est Saul pp iniquitates suas, &c. *põt dici. q pp iniquitates suas pœna mortis inflicta est sibi, & filiis suis, sed q pp hoc sit damnatus, authoritas non sonat, sicut fur suspenditur pp furta sua, si tñ pœniteat in fine veraciter, & mortẽ patienter sustineat, efficitur dignus vita æterna. Residuũ autem huius authoritatis inductæ exponetur. 1. Para. 10. c. Quod autẽ sequitur, insuper & Pythonissam cõsuluerit, nec sperauerit in dño, nõ valet, qa licet tunc non sperauerit qñ ipsam cõsuluerit, tñ de omnib. istis, & aliis malis finaliter pœnituit, et tũc in dño sperauit de salute æterna, licet non de tẽporali vita.*

4 Qđ. *Iste pdicto mõ ab Hebræis non excusatur, nec ẽt à Latinis. Dicunt enĩ coiter, quòd fuit Doeg Idumeus, qui timens grauius affligi à Dauid si superuiueret, ideo ex tristitia, & quasi desperãs surripuit sibi vitã. Sicut, & Cato pp Cæsaris victoriã, quod factum fuit pusillanimitate, prout declarat Aug. 1. de ci. Dei. Cætera patẽt vsq; ibi.*

5 Veneruntq; *non mansiue, sed quòd occupauerunt aliqua fortalitia, ponentes ibi milites, ne filii Israel rebellarent, sicut dictum fuit, supra. 13. c. de statione Philisthinorũ, principes autem Philisthiim, & communitas populi reuersi fuerunt in terrã suã.*

6 Facta. *Hic consequenter ponitur ipsius Saul occisi vituperatio, cũ dicitur.*

7 Et pcide. *ad eius vituperium & laudẽ idolorũ suorũ, quibus illã victoriã attribuebãt.*

8 Et posuerũt. *ea consecrando idolo pro victoria habita.*

9 Corpus. *ad inferendum maius vituperium, & ad suam victoriam ostendendum.*

10 Quod. *Hic consequẽter describitur ipsius honorabilis tumulatio,*

Hebræorum opinio de saluatione Saul. Quæstio.

MORALITER.

7 *Et præciderunt.* Per hanc expoliationẽ significatur, quòd homo mortaliter peccans armis virtutũ, & gratiæ spoliatur, per hoc autem, q caput Saul, & eius corpus ad vituperium eius appensa fuerunt in muro Bethsan, significatur infamię turpitudo, quæ sequitur ad mortalem culpam.

qđ pñt. Nos quoq; benefactores nr̃os gladio peccati peremptos quo ad possumus a Philisthinorũ opprobrio eripiamus. ✠ Iosephus. Viri Iabes crudele iudicãtes Saulem cum filijs isepultos despicere, tota nocte iter agẽtes, & accedẽtes ad muros hostiũ, & deponẽtes corpora Saul & filiorum eius, detulerunt in Iabes, hostibus pp̃ fortitudinẽ eorũ nequaquã prohibere valentibus, aut præsumentibus. Viri autem Iabes cum omni populo flentes sepelierunt corpora in optimo loco prouinciæ, quem Segehem appellant, & ieiunium septem dierum cum mulieribus & infantibus super eos celebrauerunt, tundẽtes pectora, ac lugents regẽ & filios eius, nec cibũ desiderantes gustare vel potũ. ✠ Beda. Rectè pro mortuis ieiunauerũt, vt ad requiem peruenire valeant.

runt oẽs viri fortissimi, & ambulauerũt tota nocte, 1 & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filioru eius de muro Bethsan; Venerũtq; viri Iabes Galaad, & cõ 2 busserunt ea igni, & tulerunt ossa eorũ, & sepeliẽrũt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septẽ diebus. 3

✠ R. Iose. Affect. Peccatum preuaricatorum Israel est, q̃ descendunt in Gehennam, ibiq; menses duodecim pœnas luũt, & postea expectantes, ascendunt quemadmodum scriptum est: Et adduxi tertiam partem ad ignem, & vram eos sicut argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. Zac. 13.

Lib. 1. ex vsf illeg in S... ante. cap. 10.

Tract. itu R... hasanah.

Pro purgatorio.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *cum dicitur*: Quod cum audisset, &c. *Isti autem præ cæteris doluerũt de vituperio Sauli illato: eo quòd liberauerat eos de manu Naas regis Ammon, vt dictum fuit suprà* 11. 1 Et ambulau. *quia de die non poterant illa corpora auferre*. 2 Et comb. *aromatica multa ibidem comburendo, sicut fieri solebat antiquitus in sepulturis solẽnibus, sicut dicit* 2. *Para.* 16. *in sepultura Asa regis Iuda*. Posueruntq; eũ sup lectũ suũ plenũ aromatib. & vnguẽtis meretricijs, q̃ erãt pigmentariorũ arte cõfecta, & cõbusserunt sup eũ ambitione nimia. 2 Et ie. se. *in signum tristitiæ pro morte Saul & filiorũ eius*.

MORALITER.

† *Quod &c. surrexerũt, &c.* p̃ istos q̃ caput & corpus Saul auferẽtes de muro sepelierũt, significant illi q̃ turpitudinẽ suorũ superiorum quãtum possunt, bono modo satagũt occultare.

ADDITIO.

In cap. 31. vbi dr̃ in postilla. Hebræi verò dñt Saulẽ esse saluatũ. Opinio Hebræorũ in hoc passu nullo modo vr̃ sustinẽda, nõ. n. hẽt fundm̃ in autoritate, nec in rõne: Nã fundm̃ eorũ assũptũ ex hoc, q̃ Saul diuinã sñiam p̃ Samuelẽ sibi annũtiatã acceptauit, nulli⁹ valoris est. In hoc. n. nõ excusant Saulẽ a peccato, sed potius eũ grauius accusant. Qđ sic patet, nã in Pytonicis diuinationibus, & hmõi duo ꝓhibent̃ in lege diuina, quorũ vnũ est tales diuinatores ꝯsulere. vñ Deu. 18. b. *Non sit in te maleficus neq; qui Pythones consulat*. Aliud verò ꝓhibitũ est, ne q̃s verbis taliũ credat seu assentiat, vñ Deu. vbi s. *Gẽtes istæ quarũ possidebis terrã augures & diuinos audiũt, tu aũt à Deo tuo aliter institutus es, &c.* Vbi & in sequentib. manifestè hr̃, q̃ sicut in lege diuina ꝑcipit̃, vt credat̃ vero ꝓphetę Dei, ita in eadẽ lege ꝓhibet̃ ne q̃s talibus supstitiosis vaticinijs assentiat, seu credat, vt in p̃dicto ca. satis declarat̃. Ex quibus euidẽter seq̃tur, q̃ si q̃s cõsuleret Pytones, seu diuinos: quib. cõsultis nõ assentiret eorũ vaticinijs, talis esset transgressor primi ꝑcepti tm̃, si aũ non solũ cõsuleret, sed ẽt eorũ prænosticis assentiret, esset trãsgressor vtriusq; ꝑcepti, vt patet ex dictis. Ex q̃bus manifestè seq̃tur, q̃ volẽtes excusare Saulẽ a ꝯsultatione Pythonissæ, p̃ hoc q̃ sñiam sibi p̃ illũ suscitatum annuntiatã acceptauit, nõ solũ ipsum nõ excusant a pc̃õ ꝯsultationi, sed insup ipsum accusant de nouo pc̃õ. s. acquiescendi verbis magicis seu diuinationibus, vt sic nõ solum sit Saul primi ꝑcepti supradicti trãsgressor, sed ẽt secũdi: si autẽ dicat q̃ Saul nõ credidit Pythonissę, seu Pythoni, sed prophetiæ Samuelis, q̃ erat fidelis ꝓpheta dñi: hoc nõ valet. Nã ſm opi. Aug. s. ca. 28. tradita quæ vera est, vt ibi fuit declaratũ, nõ enim Samuel in spũ apparuit, sed dæmõ in Samuelẽ trãsformatus est, & sic nõ Samueli. sed dęmoni credidit, verbis eius assentiẽdo. Dato ẽt q̃ Samuel in ꝓpria ꝑsona apparuisset, ꝓut quidã volunt, licet minus sanè, vt s. adhuc Saul peccauit in credendo verbis illius, cuius rõ est, nã dicentes Samuelẽ verũ fuisse suscitatũ, hoc asserunt ex dispensatione diuina euenisse quæ Pytonissam & Saulẽ latebat, vt expresse hr̃ in glo. ibidẽ, & sic Saul nõ credebat ipsũ esse verũ Samuelẽ, sed spiritũ malignũ arte magica in Samuelis specie apparentẽ, cui credẽdo indubiè peccauit ꝯ conscientiã cõmittendo. *Qđ enim non est ex fide, peccatũ est*. Ro. 13. Si autẽ dicat, q̃ Saul credidit verbis sibi annũtiatis rõne signorũ, quę forte viderat Pythonissa, vel ipse Saul, nec ex hoc excusat̃ a pc̃õ. Nã ſm Augus. in c. nec mirũ. s. allegato. nõ ideo q̃s debet credere talib. q̃a aliq̃n eueniũt ea quæ p̃dicũt, ad cuius ꝓbationẽ adducit clarã autoritatẽ Deut. 14. Quod aũt dr̃ Saulẽ de oibus suis peccatis pęnituisse audita sñia, talis assertio eadẽ facilitate ꝯtẽnitur, q̃ approbat̃ ſm Gre. Nullũ. n. fundm̃ huius pñiæ apparet in sacra scriptura, nisi forte in acceptatione p̃dictę sñię: q̃ q̃dem acceptatio nõ hẽt pñiæ rõne, sed potius peccati, vt dictũ est. Si aũt signũ suæ pñiæ volũt accipere ex hoc q̃ modico cibo sũpto per totam noctẽ ambulauit, vt veniret ad prœliũ, vbi erat moriturus, ꝓut in po. dr̃, hoc nõ vr̃ valere. rõnabilius. n. posset dici seu ꝓsumi, q̃ Saul iuit ad pliũ, credẽs nõ esse diuinã sñiam sibi p̃latã, sed poti⁹ dęmoniacã illusionẽ. Ex quo aliter esset excusatus, vel saltẽ alienatus a pc̃õ prędicto. Illud aũt q̃ dñt Hebræi ad suã opinionẽ confirmandam ex illis verbis: *Cras tu & filii tui eritis mec.* rõ nõ vr̃ valere. Nã ly *mecũ*, nõ est necesse, ut intelligat̃ in parte iustorũ, sed sufficit intelligere in statu defunctorũ. Nec plus sonat autoritas, ut idẽ postil. ait s. ca. 28. & põt argui ex uerbis Christi ad latronem Luc. 23. f. *Hodie me. e. in pa.* Si enim hanc dictionẽ *mecũ* oporteret referri ad statũ beatitudinis, sup̃fluũ esset addere. *in paradiso*, sufficeret. n. dixisse *hodie mecũ e.* sed quia sine tali additione posset intelligi, *mecũ eris*. i. in statu defunctorũ. ideo cõuenienter addit̃, *in parad.* Samuel aũt nõ dixit: Cras eritis mecũ i limbo, sed tm̃ dixit, *eritis mecũ*. Et iõ rõ Hebręorũ ex hac autoritate nõ est efficax. Ad aliã vero rõnẽ q̃ pro Hebræorũ opinione inducit̃, de eo qđ dictũ est s. 19. cap. de Saule qđ erat lectus & bonus, &c. Ex qua volunt inferre, q̃ licet postea grauiter & multipliciter peccasset, tñ diuinę pietati congruũ vr̃, vt pp̃ p̃cedentẽ bonitatẽ dñs dederit ei in fine pñiæ locũ hoc nõ vr̃ valere. Nã licet Deus hoc potuisset facere ex dispẽsatione de cõi tñ lege diuina ꝯriũ legit̃ Ezec. 18. f. *Cũ auerterit se iustus a iustitia: & fecerit iniquitatẽ, morietur in ea iniustitia quã operatus est*. Sic igit̃ patent fundamẽta He. in hoc passu nullius esse efficaciæ. Sñia igit̃ doctorũ nr̃orũ est tenẽda tanq̃ ex veris sũpta fundamẽtis. Fundat̃. n. primo in hoc, q̃ Saul seipsũ occidit, qđ est grauissimũ pc̃m, q̃a magis ꝯ nãlem inclinationẽ, & ꝯ charitatẽ quã cętera homicidia, sir̃ & est periculosius cęteris peccatis, cũ post mortẽ nullus sit locus pœnitẽdi. Nec valet dicere q̃ hoc fecit: ne in ꝓpria ꝑsona pateret̃ ꝯ honorẽ diuinũ, &c. ꝓut in post. ait. Nã ludibria seu improperia quæcũq; pp̃ Deũ sustinere quãtũcunq; ignominiosa sint & acerba, tãto magis ad diuinũ honorẽ ꝑtinẽt, vt patet in Martyrib. vñ & Saul debuisset in Deũ sperare q̃ potens est hoiem quacunq; tẽtatione supueniente liberare a pc̃õ: q̃ tñ nõ fecit se occidẽdo, & iõ vere de ipso dr̃ 1. Para. 10. d. *Nec sperauit in Dño*. Pręterea bonitas finis nõ tollit malitiã actus humani, si talis actus ſm suã spẽm est malus, nõ. n. sũt faciẽda mala vt eueniãt bona: sũt. n. tolerãda minora mala, vt vitẽtur maiora, vt dictum fuit s. c. 17. Prætcrea si Saul excusatus fuisset a reatu homicidij rõne p̃dicta, pari mõdo excusaret̃ Amalechita si ipsũ Saulẽ pp̃ eandẽ rõnẽ occidisset, cuius ꝯriũ patet inf. 2. Re. 1. vbi hr̃, q̃ Dauid q̃ fuit rex iust⁹ audita Amalechitę excusatione, ipsũ mãdauit interfici: Qđ aũt inducit̃ de Rasia. 2. Mac. 14. nõ est trahẽdũ ad ꝯñiã, q̃a nõ cõmendat̃ ex hoc in scriptura, tanq̃ virtuosus simplr̃, sed tanquã hñs quãdã spẽm fortitudinis, ęstimãs se fortiter agere: q̃ tñ nõ est vera fortitudo, sed magis q̃dã mollities animi nõ valẽtis maiora pęnalia sustinere, vt p̃ Philo. patet in 3. Ethic. & p̃ Aug. 1. de ci. Dei. Põt ẽt aliter dici. s. q̃ Rasias ille p̃ totũ ꝓcessũ suę vitę in sacra scriptura commẽdat̃, vt patet ibidẽ. vñ & talẽ ꝓsumendũ est instinctu diuinæ inspirationis hoc fecisse. Nã ſm Iuristas: q̃ semel bonus semp ꝓsumit̃ esse bonus. Secus aũt de Saule de quo legit̃ s. 14. iuxta Hebrai. veritatẽ, q̃ *quocunque se vertebat impiè agebat*. De tali igit̃ ꝓsumẽdũ est semp fore malũ, & p̃ ꝯñs nõ instinctu diuino se occidisse, sed ex desperatione seu timore acerbioris periculi, seu mortis tpalis. De Sãsone aũt nõ est trahẽda ꝯñia, quia p̃ illũ Deus multa miracula faciebat. vñ ꝓsumẽdũ est, q̃ latẽter inspiratione diuina hoc fecit. Sir̃ tenendũ est de sanctis fœminis q̃ tp̃e ꝑsecutionis seipsas occiderũt, ꝓut dici Aug. 1. de ciui. Dei, nec ad dãnationẽ Saulis alia autoritas sacræ scripturæ, seu determinatio ecclesię vr̃ req̃ri, cum doctores nr̃i hęc cõcorditer teneãt, vt dr̃ in po. Nã vt in c. decretales epistolæ di. 20 scripturarũ tractatores. i. doctores i earũ expositionib. summis põtificibus p̃ponunt̃. vnde determinatio doctorũ sacrę scripturæ in talibus tm̃ sufficere dẽt, acsi ab ecclesia determinaretur. igitur illa verba. i. Paralip. 9. vbi dr̃: *Insuper & Pythonissam consuluit, nec sperauit in dño*, intelligenda sunt de despera-

desperatione simili, prout doctores nostri eam exponunt. Quòd et malitiã totius vitæ ipsius Saulis postq̃ regnauit vnà cũ pessimo ipsius fine sibi inuicẽ correspõdẽdo hoc testant.

REPLICA. Quãuis Bur. ipse circa ca. 31. lõga laboret digressione, volẽs q̃ Saul sit dãnatus ꝫ opinionẽ Hebræorũ cui vr̃ Post. fauere, nõ obstantib. obiectionibus Bur. quæ sunt faciliter solubiles, q̃a volẽs sustinere opinionẽ de vera apparitione p̃sonæ Samuelis modo p̃dicto cessant oĩa argumẽta Bur. quæ fundant̃ ĩ peccatis cõsultationis Pythonissæ. Nam Saul p̃ Samuelẽ verũ informatus de cõsultatione pœnituit, & sñiam diuinã ꝫ se latã acceptauit, et per pñiam meruit de vera Samuelis apparitione certificari, vt sic sine periculo deceptionis sententiam diuinam acceptaret. quib. bene attentis soluuntur ea quæ Bur. de gl. in cõtrarium adducit. Et per eandem pœnitentiam & sententiæ acceptionem Saul meruit recipere inspirationem de seipsum occidendo, sicut cõmuniter tenetur de Samsone. Et beatus August. primo de ciu. Dei dicit, de sanctis fœminis, quę sese tempore persecutionis occiderũt, ne in vituperium honoris diuini illusiones infidelium paterentur, & hęc dicta sufficiant &c.

SECVNDVS LIBER SAMVELIS, QVEM NOS SECVNDVM REGVM DICIMVS.

CAPVT PRIMVM.

1 Factum est aũt postquam mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur a cæde Amalec, & maneret duos dies in Siceleg. 2 In die aũt tertia apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa, & puluere conspersus 3 caput, & vt venit ad Dauid, [a] cecidit super faciem suam & adorauit. Dixitq; ad eũ Dauid: Vnde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. † Et dixit ad eũ Dauid. Quod est verbũ q̃d factũ est? Indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt, sed & Saul & Ionathas filius eius interierũt. Dixitque Dauid ad adolescentẽ qui nũtiabat ei: Vñ scis q̃a mortuus est Saul, & Ionathas fili⁹ eius? Et ait adolescẽs q̃ nuntiabat ei: 4 Casu veni in mõtẽ Gelboe, & [a] Saul incũbebat sup̃ hastã suã. 5 Porrò currus & equites † 6 appropinquabãt ei, & cõuersus post tergũ suũ, vidẽsq; me vocauit. Cui cũ r̃ndisśẽ, adsum: Dixit mihi; Quisnã es tu? Et aio ad eũ; Amalecites sũ. Et locutus est mihi. 7 Sta * sup̃ me & interfice me, quoniã tenent me angustiæ, & adhuc tota [anima] mea in me est. 8 Stansq; super eum, occidi illum. Sciebam enim quòd viuere non poterat [a] post ruinam. 9 Et tuli diadema quod erat in capite eius & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. 10 † [b] Apprehendens autem Dauid vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super [a] populum domini, & super [domum] Israel eo quòd corruisent gladio. 11 Dixitque Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat

[a] A parte totum. non enim homo cadit solum super faciem, sed in eam partem in qua est facies totus cadit.

[a] Fatigatus sustentabatur.

Totus viger animæ.

[a] Vulnerationem.

[a] Sacerdotes.

Generaliter.

CAP. I. A [a] Amalecitas sum, ait Iosephus. Predictũ pręliũ gestũ est, die qua Dauid victis Amalechitis reuersus est ĩ Siceleg, &c. narrabat nuntius vidisse se fugã Hebræorũ, & fugienti regi se fuisse p̃ntem, quem rogatus iugulasse fatebat̃: B qm̃ dũ gladio incubuisset, p̃pter vulnerũ magnitudines ipse non posset occidere. Simul signa mortis ostẽdit, aurũ brachiorũ ei⁹ atq; coronã, quæ cũ expoliasset mortuũ Saul, Dauidi detulerat.

Lib. 7. Antiq. cap. 1.

Rabbanus. Hũc aũt Hebrei filiũ fuisse Doeg. Amalecites enĩ & Idumę⁹ vnum est, quia fili⁹ primogenitus Esau Eliphan fuit, & huius filius Amalec. Diadema autem, & armillam a patre commendatam habebat.

** postquã cecidisset ipse.*

Heir. de trad. Heb.

Gen. 36. b. C

[b] *Apprehendens autem Dauid vestimenta sua, &c.* D

* Theod. Admirari oportet prophetã & regẽ. Maleuoli viri audita cæde, nõ solũ luxit, sed ẽt acerbè est lamentatus. Multa aũt erant quę faciebant, vt lugeret, Ionathæ desideriũ, amor in populũ: victoria impiorũ alienigenarũ: pręterea cędes Saulis. Quẽ enim reuerebat̃ viuum, multomagis miseretur mortui.

* Ioannes Cassianus. Dauid præcepta legis superauit: qui præcipiente Mose, vt inimicis talio redderetur, non solum hoc non fecit: verum etiã dilectione cõplexus est persequentes, & pro his domino piè supplicans, etiam lugubriter fleuit, & vltus est interfectos. F

Quęst. 1. & 3. in lib. 2. Reg.

† infrà 24. 1. Paral. 21. d. E

† vel p̃sequebantur eum

* quæso. Collationis 21. cap. 4.

† infrà 3. f. & 13. f.

Appre. *Acce-*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. I.

1 Factum. *Postquam in primo lib. actũ est de regno per electionẽ, hic consequenter agitur de regno per successionẽ, quia Isboseth successit Sauli, licet paruo tp̃e, & Salomon successit Dauid, & sic consequenter alij reges vsq; ad captiuitatem Babylonicam, & quia regnum Isboseth procedebat debilitando, regnũ aũt Dauid fortificãdo. ideo primo describitur inchoatio regni vtriusq; partialis, secundo exterminatio regni Isboseth totalis capit. 4. tertio promotio regni Dauid integralis ca. 1. Circa primũ præmittitur Saulis & filiorum eius lamentatio, secundo successoris duplex institutio ca. 2. Circa primum primò describitur denuntiatio mortis: secundò actus lamentationis, ibi:* Apprehendens autem Dauid. *Circa primum præmittitur tempus huius denuntiationis, cum dicitur.* 2 In die. *scilicet a reuersione Dauid in Siceleg interfectis Amalecitis qui eam incenderant, prout dictum fuit in libro tertio, 10. cap.* 3 Veste conf. *Ista fiebant apud Hebræos in signum tristitiæ & magnæ desolationis. Cætera patent vsque ibi.* 4 Casu. *licet venisset a proposito ad prælium, tamen fugiens casualiter venit ad locum vbi Saul erat vulneratus, vel fortè in hoc dixit mendacium sicut & in alijs, vt patebit consequenter. Dicitur enim coiter: q̃ erat filius Doeg: & ideò verisimile est, quòd esset iuxta patrem suum qui erat cum Saule, vt prædictum est in fine primi libri.* 5 Et Saul. *Grauiter vulneratus, & non potens incedere.* 6 Porrò currus. *ita quòd non poterat eos euadere.* 7 Sta super. *Hoc fingebat, sed non erat verum, quia hoc dixit Saul armigero suo tantum, qui etiam interfecit seipsum.* 8 Stansque su. *Similiter in hoc mentitus fuit, quia Saul semetipsum occidit. Dicit tamen Iosephus, q̃ iste verũ dixit, quia licet Saul irruisset super gladium suum, tamen ita debilitatus erat q̃ non poterat seipsum perforare, & ideo iste iuuenis ex eius præcepto impegit eum super gladium, intantum quòd fuit mortuus, contrarium tamen tenetur.* 9 Et tuli. *Dicunt autem hic Hebræi, quòd Doeg videns Saul mortuũ tradidit ista insignia regalia filio suo, vt portaret ad Dauid: ac per hoc inueniret gratiam apud eum: & tunc seipsum interfecit ratione prædicta in fine primi libri.* 10 Apprehendens. *Hic consequenter ponitur actus lamẽtationis, & primo in generali, secundo modus planctus in speciali, ibi:* Planxit autem Dauid. *Circa primum præmittitur planctus, cum dicitur.* Apprehen. *& subditur punitio nuntiantis, cum dicitur.* 11 Dixitque Dauid ad. *quia dixerat se interfecisse Saulem.*

Vnde

MORALITER.

2 *In die autem tertia apparuit homo veniens de. &c.* Per istũ hominẽ qui ad nũdum ipsius Dauid gratiã mendaciũ sibi dixit, scilicet quòd interfecisset Saul, cum tñ interfectus fuisset partim sagittis Philisthinorum, partim proprio gladio, significant̃ illi qui per mendacia quęrunt placere potentibus & prælatis,

Vocan-

A a *Accedens,&c.* Omnis qui proximo machinatur malũ, vel de eius gaudet interitu, iustæ retributionis pœnã a iudice superno meretur. *Qui enim fodit foueam incidit in eam.* Et *Os quod mentitur oc. animam.* hic aũt mentiebat̃ sese Saulem occidisse.

Prou. 26.d. Sap. 1.c.

✱ Theodor. Qui significauerat, nulla affectus iniuria morti insultabat & irridebat. Accedit quod erat etiam Amalechita, in quem Deum iam olim tulerat sententiam mortis.

b ✱ *Planxit autem Dauid, &c.* Iosephus. Conscripsit Dauid epitaphium, sicut fieri assolet in sepulcris, quod lamentationes contineret, & laudes Saul & Ionathe, quod etiam vsq, ad meũ permansit tempus.

✱ Chrysostomus. Mœstissimo percussus est nuncio, mortem Ionathę comperiens, quæ illius animum tãto dolore prostrauit, quantus ex illius lamentatione cognoscitur. Qui enim insidiatorem suum ita lacrymatus est: quid passus existimetur, cum illum qui sibi in periculis semper adstiterat, eripuerat, & plurima pacta fecerat, ante vita defecisse cognosceret, quàm illi acceptorum beneficiorum vicem restituere valeret?

Lib. 3. de prouid. Dei.

† rectorum.

B c *Filios.* Filij Iuda filij confessionis, quos verus Dauid vult arcu scripturæ muniri, ne p ignorantiam in conspectu dęmonũ succumbant.

¶ O desiderate Israel.

d *Arcum.* Rabb. Quia Philisthijm sagittarij sunt, qua arte Saul interfecerant, eadem belli artem vult eos discere, vel pręcepit, vt reges Iuda docerẽt fortitudinẽ, vt fortes. s. & interfecti essent

C

ci: Vnde es tu? Qui respondit: Filius hominis (1) aduenæ Amalecitę ego sum. (2) Et ait Dauid ad (3) eum: Quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres Christum domini? (4) a Vocansque Dauid vnum de pueris suis ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & a ¶ Damnatio tua. mortuus est. Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus super caput tuum. Os enim tuum locutum est aduersum te, dicens: Ego interfeci b Christum domini. Planxit autem Dauid plan- (5) ctũ huiuscemodi super Saul, & super Iona- (6) c than filium eius. Et præcepit, vt docerent fi- (7) d lios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro (8) e a ¶ Gemit subitum casum principis populi. f † iustorum. Et ait: Considera Israel pro his (9) ¶ Montes Gelboe. (10) qui mortui sunt, super excelsa tua vulnerati. (11) † Inclyti Israel super montes tuos interfecti (12) (13) a ¶ Quasi dicat, illico inter hostes. b Prohibet ne vllus lætetur in tali casu: ne diuulgetur casus populi Dei in ciuitatibus inimicorum. sunt. Quomodo ceciderunt fortes? Nolite (14) g annuntiare in Geth, neque annuntietis in (15) compitis Ascalonis, ne fortè lætentur filiæ (16) Philisthijm, ne exultent filiæ incircuncisorũ.

essent in timore domini, ne perirent sicut Saul.

e *In libro.* Rab. *Legitur,* vel *scriptum est.* Hunc librũ nusquam reperiri asseuerant, sicut librũ bellorum dñi, cuius in libro Numerorũ mentio fit, & carmina Salomonis, & disputationes eius de natura lignorũ, & herbarũ iumentorũ, volucrũ, reptilium, & piscium. Vel quod in libro verborum dierum dicitur? *Reliqua vero opera Salomonis priorum, & nouissimorum, scripta sunt in libris Nathan prophetæ, & Aiæ Silonitis. In visione quoq; Addo videntis contra Ieroboam filium Nabath.* & multa volumina huiusmodi q̃ scriptura fuisse probat, sed hodie nõ esse cõstat. Vastata enim a Chaldæis Iudæa, bibliotheca hostili igne consumpta est. Pauci autem libri Esdrę põtificis ex prophetiæ industria reparati, vel restaurati sunt. Hic vero Esdras scriba in lege Dei fuit, qui promptiores literarum figuras quàm catenus Hebræi habuissent, reperit. Sunt enim qui dicunt librum iustorum esse librum Regum, vbi continentur prophetæ iusti Samuel, Gad, & Nathan: in quo scriptum est, quomodo Saul recedens a timore domini p inobedientiam perijt.

D Defect* libro rum ve. test. Num. 21.c. 1. Reg. 4.d.

Paral. 1.9.g.

f *Considera Israel.* Rabban. Qui remansisti, pro qua culpa interfecti sunt, & præcaue ne & tu in scelere eorum pereas.

E -Et ait, Considera Israel pro his qui mortui sunt super, excelsa tua uulnerati Hunc uersum non legit etiam ... exep. Mich. 23.d.

g *Geth.* Torcular, scilicet Hierusalem quæ occidit prophetas, cui mors domini, & Apostolorum in derisum fuit: & ob hoc pręcepit verus Dauid, ne passio sua illis annuntietur.

F

☞ Montes

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vnde es tu? *Iam enim dixerat, quòd erat Amalecites, sed Dauid de morte Ionathan, & populi Isra l turbatus non aduerterat.*

2 Filius hominis. *id est, conuersi ad Iudaismum.*

3 Amelecitę. *hoc videtur falsum: quia supradictum est, quòd Doeg pater eius erat Idumæus. 1. lib. 21. ca. & 22. Dicendum quod Amalec a quo dicti sunt Amalecitæ, fuit filius Eliphan primogeniti Esau, prout declaratum fuit suprà assusè. Exod. 12. ab Esau verò denominati sunt Idumæi, & sic omnis Amalecita est Idumæus, sed non econuerso.*

4 Vocansque. *Et sic iusto Dei iudicio & mendacio de quo sperabat impetrare gratiam, reportauit mortem.*

5 Planxit. *Hic consequenter describitur forma planctus in speciali, cum dicitur.*

6 Planctum. *qui postea subditur: sed quoddam præceptum Dauid interponitur de sagittandi arte, secundo explicatur carmen eius lugubre, ibi:* Et ait, Considera. *Circa primum ergo ponitur Dauid præceptum, cum dicitur.*

7 Et præ, *Sic est in Hebræo, & in libris correctis, & per arcũ hic intelligitur ars sagittãdi, ne filij Iuda de cætero debellarent a Philisthæis per artem sagittandi, sicut Saul, & eius exercitus fuerant debellati.*

8 Sicut. *Aliqui dicunt, q hic est liber Regum, in quo agitur de Samuele, & Dauid, & alijs pluribus iustis. Sed hoc non est verisimile quòd idẽ liber alleget seipsum, & ideo dicunt aliqui aliq, q iste liber est vnus specialis liber qui non habetur: quia Esdras reparans bibliothecã a Chaldæis incensam non reparauit oẽs libros, sicut patet de libris Salomonis quos fecit de naturis animalium, & herbarũ, vt habetur infrà 3. lib. & de libris Nathã prophetæ & Aiæ Silonitis, qui allegãtur 2. Par. 9. nec tñ hñr, quia non fuerunt reparati, & idem dicunt de isto qui vocatur liber iustorum. Ra. Sa. dicit, quòd hic liber est Gene. in quo agitur de iustis, scilicet, Abraã, Isaac, & Iacob. et Gen. 48. scribitur in benedictione Iuda,* Manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorum, *quod fuit impletum potissimè tempore Dauid qui inimicos Israel potenter in circuitu debellauit. Ad quam debellationem multum fecit ars sagittandi, in qua filios Iuda instrui præcepit.*

9 Et ait: Considera. *Præmisso præcepto Dauid de sagittandi arte hic consequenter explicatur carmẽ eius lugubre. & primo gñaliter. secundo specialiter, ibi:* A sanguine interfectorum, *tertiò singulariter, ibi:* Ionathas. *Circa primum lamentatur populum Israel, dicens.*

10 Considera Israel. *id est, attentè recogita.*

11 Pro his qui mortui sunt. *de populo tuo.*

12 Super excelsa tua. *Quod est turpius, videlicet quod sunt deuicti in terra propria, & in loco montoso, & malè accessibili, propter quod poterat facilius ab aduersarijs defendi.*

13 Inclyti Israel. *idest, nobiles genere, armorum peritia, & corporum virtute. Ex quo concludit admiratiuè.*

14 Quomodo ce. for. *q. d. non videtur humana victoria, sed vltio diuina. s. propter peccata Saul, et complicum eius, & ideò summè cauẽdum est a talibus.*

15 Nolite annun. in Geth, &c. in con. *idest, in quadriuijs, seu locis, vbi plures viæ conueniũt, & ibi solent hoĩes conuenire ad audiẽdũ rumores, sicut patet ex pcedentibus. Istud factũ iam erat diuulgatũ per totam terrã Philisthinorum. Quo ergo dixit Dauid:* Nolite annuntiare, &c. *quia quod factũ est non põt non fieri. Dicendum q loquit̃ ad modũ dolentis, qui aliqñ innuit et aliqua irrationabilia, & aliquando pronuntiat aliqua absolutè, quæ tamen sunt sub conditione intelligenda. Est igitur sensus:* Nolite annuntiare, &c. *idest, si illud posset fieri quòd non annuntiaretur ibi, illud vellem ex toto desiderio animi.*

16 Ne forte lætentur filię Phi. *Mulieres hic exprimit potius* ✱ quàm

MORALITER.

4 *Vocansq;.* In hoc Dauid dedit exemplũ potentibus huius mundi, vt non sint fauorabiles, aut benefici adulatoribus & mendacibus: sed magis puniant eos secundum quantitatem delicti, vt iustitia seruetur: & terror alijs incutiatur.

5 *Planxit.* per casũ Saul & populi corporalem, significat lapsus fideliũ in culpã mortalẽ, q. plãgendus est valde quãto anima est melior corpore, & maxime quando peccatum est prælati vel principis, ad quod sequitur malũ communitatis. *Et præ.*

7 *Et præ.* Hæc est vera litera: sed aliq; libri habẽt *planctum,* & sm̃ sensum literalẽ p arcũ intelligitur ars sagittãdi, qua filij Iuda fierent impugnare Philisthæos, sicut sagittis debellati fuerant p ipsos. Ars aũt sagittãdi spiritualis, est exercitiũ deuotę orationis quo dęmones qui p Philisthæos intelligũtur fortiter debellant̃. In cuius figura dicit̃ Exo. 17. quod Moses in orationibus perseuerante Amalecitæ p quos similiter dęmones significant̃, vt dictũ est supra, 1. lib. 30. cap. fuerunt a filijs Israel debellati. 10 *Considera.* Sicut sup. dictũ est 29. ca.

a *Montes Gel.&c.* Rab. Alij excelsi, quia. s. ô Saul inobedientia tua quasi idololatria in excelsis reputata est: quia scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Montes Gelboe vberrimi ante maledictionem fuerunt, quos hactenus maledictioni subiacere ferunt, nec vnquam pluere ibi testantur.

Rabb. Rex & propheta Dauid qui persecutorib. mala non reddidit, cum Saul & Ionatha bello occubuissent in lamentatione sua Gelboe motib. maledicit: *Montes Gelboe nec ros, &c.*

✻ Theod. Hoc quoq; indicat summũ dolorẽ. Quo. n. qui aliqua parte corporis sunt malè affecti, aut parieti, aut lecto manus allidunt, pp stimulos doloris: ita et vir diuinus nimia ardens animi ægritudine, malè precatur inanimis montibus.

✻ Amb. Propter scelus hominũ, & ista elemẽta damnantur. Deniq; Dauid in montibus in qb. Ionathas cũ pre interẽptus ẽ, ppetuæ pœnã sterilitatis optauit dicens, *Montes Gelboe, &c.*

✻ Ruper. Quare, inquit, Nec ros, nec pluuia veniat sup vos? Videlicet, vt ipsa montis ariditas ppetua pmanẽs, posteris sit necessariæ rei documentũ, vt semp præ oculis hẽant vñ cõmoneant futuri reges, cauere superbiæ viriũ: pter quod ibi abiectus est clypeus Saul tam ignobiliter, ac si non esset vnctus oleo ac si nunq̃ efficax rediisset a sanguine interfectorũ.

✻ Amb. lib. 3. offic. ca. 9. Aruerunt mõtes prophetico maledicto, & diuina vis sententiã maledicentis impleuit. Itaque pro regiæ necis spectaculo, pœnam elementa soluerunt.

Rab. Quid deliquerũt mõtes? Sed quia Gelboe interpretatur decursus. Per Saul aũt vnctũ & mortuũ, vnctio & mors nři mediatoris exprimit: merito p Gelboe superba Iudæorum corda significant, quæ dũ in huius mũdi desiderijs defluũt, in vnctio. i. Chri. se morte miscuerũt. Et q a in eis vnctus rex tẽporaliter moritur, ab oĩ rore grẽ siccantur. De quib. bene dr, *vt agri primitiarum esse non possint*. Superbi enim Hebræorum mores primitiuos fructus non ferunt, qui & in redemptoris aduẽtu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sancta. n. ecclesia in primitijs suis multitudine gentiũ fecũdata, vix in fine mundi Iudæos, quos inuenerit suscipit, & extrema colligens, eos quasi reliquias frugũ ponit. vnde: *Reliquiæ Israel saluæ fiant.* Pñt tũ montes Gelboe ore pphetæ maledici, vt dũ fruct⁹ arescẽte terra morit, possessores terræ sterilitatis dãno feriant, vt ipsi maledictionis sniam acciperẽt, q apud se morte regis suscipere iniqtate exigente meruissent.

b *A sanguine int. ab.* Sanguis & adeps robur pstant corporis: ita illi fortitudinẽ dabãt subiectis, a quibus Saul & Ionathas interfecti sunt quasi non a rusticis. Vel ita Saul reprobatus est a Deo, & ab incircũcisis viliter interfectus, tanq̃ nõ esset vnct⁹ oleo, propter sanguinẽ interfectorũ. s. 75. sacerdotum, qui domino adipem adolebant, quos innoxios iussit Saul interfici.

c *Sagitta.* Ionathã & Saul bellicosos & fortissimos significat fuisse, & laudat in eis decorum formæ & constantiam animi.

Rab. Alleg. prius ppheta Dauid figuraliter deflet Saul & Ionathã, q cũ potentes essent, & sup hostib. pualerent, sauciati illico, & vulnerati in medio plio corruerũt. Sic & Christiani deflent eos qui repugnãtes dæmonib. in lubrico seculi labunt. Gelboe nãque mõtes lubrici interpretant, & spẽ recuperationis omittẽtes proprio mucrone desperationis seipsos interficiunt, sicut Saul irruẽs sup gladiũ suum. Philisthæi vero a dæmones de interfectis spolia virtutũ auferentes, propriæ fortitudini victoriã ascribunt, cũ talia iustis pmissione Dei eueniunt. Sed Dauid nř in electis suis corruentiũ casũ gemit, & in vrbibus Allophylorũ phibet diuulgari, i. pcipit fidelib. vt cautè se custodiãt, vt scutũ fidei, loricam iustitię, galeã salutis, & gladiũ spiritus habeant, qđ est verbum Dei, quibus aduersarijs resistant, ne iterum ignominiosè superati, gaudium inimicis faciant.

d ✻ *Amabilis su. amo. mul.* Theod. Quidam irrident hoc qđ dictum

Marginal notes: † oblationum. Quæst. 6. † abijt. Li. 2. de Cain cap. 8. Lib. 2. com. cap. 20. ẽ iucundus, vel amabilis fuisti mihi valde. Sicut mater amat vnicum filium suũ ita te diligebam. Ne in veteribus quidẽ leguntur hæc. Rom. 9. f. † i. ornabat vos aureis ornamentis 1. Reg. 21. l. † vel angustiis afficior. † mirabilior, vel arctior fuit mihi amor tuus amore. Ephes. 6. c. Quæstio.

a ¶ Indignatus casu fortium ipsum interfectionis locum abominatur.

a Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniant [1] super vos. Neq; sint agri † primitiarũ, quia ibi [2] abiectus est clypeus fortiũ, clypeus Saul quasi [3] b non esset vnctus oleo: a sanguine interfecto- [4] c rum, ab adipe fortium. Sagitta Ionathæ nunquam † redijt retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. Saul & Ionathas amabiles, [5] & decori valde in vita sua, [6] in morte quoque [7] ¶ Hyperbole. non sunt diuisi. Aquilis velociores, [8] leonibus [9] a ¶ De præda, scilicet, hostium. fortiores. [10] Filiæ Israel super Saul flete qui ve- [11] stiebat vos coccino in delitijs: qui † præbebat [12] ornamenta aurea cultui vestro. [13] Quomodo a ¶ In peccato subaudi. ceciderunt fortes in prælio? [14] Ionathas in ex- ¶ Sicut suprà. celsis tuis occisus est. † Doleo super te frater d mi Ionatha † decore nimis, & † amabilis [15] super amore mulierum. Sicut mater amat vnicũ filium suum, ita te diligebam. Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *quàm viros, quia illæ sunt quæ præcipuè solent canere in choris cantilenas de victorijs suorum sicut suprà 1. li. 18. ca. dictum fuit de mulieribus præcinentibus obuiam Sauli & Dauid de victoria redeuntibus.*

1 Montes Gel. &c. *Licet terra sit res inanimata, bene tamẽ maledicitur propter factum quod contigit in ea.*

2 Quia ibi abie. est cly. for. *Quia plures videntes se debellatos proiecerunt ibi clypeos proprios, vt expeditius possent fugere. Vel dicitur clypei abiecti, quia non potuerunt bellatores a sagittis Philisthinorum defendere. Et in isto sensu accipitur quod subditur:*

3 Clypeus Saul quasi non esset vn. *scilicet, consecrationis regiæ a Samuele, prout habetur suprà 1. lib. 10. cap. ac si dicat, ita prostratus est ibi Saul quasi esset vnus de humili plebe.*

4 Sangui. *Hic lamentatur Dauid in speciali Saul & Ionathã. primò rememorans eorum probitatem, dicens.* A sangui. &c. redit, *id est, sagitta Ionathæ & ensis Saulis no percussẽrunt inuanum, sed perforabant arma fortium vsque ad adipem & sanguinem intrinsecus.*

5 Saul & Ionathas. *idest, digni amore, quod patet de Ionatha in pluribus locis suprà, & de Saul pro tempore quo fuit electus a domino, q in Israel non erat vir melior eo, vt habetur sup. lib. 1. cap. 9.*

6 Et deco. *quia patet de Saule, qui ab humero & suprà eminebat super totum populũ, vt habetur sup. 1. lib. 10. ca. de Ionatha eius primogenito verisimile est, quod fuerit procera statura, & forma decora.*

7 In mor. *q. d. lamentabile est, quòd tales duo sint simul interfecti.*

8 Aquilis velociores. *ad persequendum hostes.*

9 Leonibus fortio. *Aduersarijs resistendo. Sciendum tamen q hic est hyperbole, ad exprimendũ eorum notabilem agilitatem, & fortitudinem, sicut de aliqua re notabiliter alba dicitur. q hoc est albior niue.*

10 Filiæ Is. *i. in vestib. coloratis & pretiosis de præda hostiũ sublatis.*

11 Qui præbebat ornamenta aurea. *de hostium præda.*

12 Cultui. *idest, ornatuĩ, illud enim vocatur cultus alicuius, circa quod est multum intentus, mulieres autem sunt multum intentæ circa ornatum suum. & ideo ornatum huiusmodi hic vocat earum cultum.*

13 Quomodo. *verba ista vel sententia pluries repetuntur in isto lugubri carmine, sicut & in cantico lætitiæ illud quod est primum vel principale ibi pluries repetitur.*

14 Ionathas. *Hic ponitur lamentatio singularis super Ionatha, eo q Dauid eum singulariter diligebat. ideo subditur.*

15 Amabilis. *Quod põt intelligi dupliciter, uno modo passiuè. i. plusquam amantur mulieres, & tamen ille amor est multum feruidus, secundum quod dicitur 3. Esd. 4. c.* Multi dem ẽt es facti sunt propter vxores suas. *i. propter feruentem amorem ipsarum. Alio modo actiuè, idest, plus quàm mulieres diligunt, quæ tamen aliquando valde ferunter amant. Et huic consonat quod subditur.* Sicut mater.

CAP.

MORALITER.

† primi libri, mortalitas ista cõtigit propter peccatũ, & hoc est a viuentib. valde considerandum, & maxime a pergẽtib. ad bellum, ne & ipsi sint irretiti aliquo peccato graui & contingat eis similis pœna, vel etiam maior in gehenna.

ADDITIO.

In 2. lib. Reg. 1. cap. vbi dicitur *Et præcepit vt docerent filios Iuda arcum, &c.*

Hoc præceptum vt quidam Hebræorum expositores dicunt, est de substantialibus lamentationis cuius ratio est. Nam in hoc carmine principaliter intendebat Dauid plangere inualitudinẽ populi & debilitate in fortiorũ eius qui in patria & in locis excelsis fuerunt turpiter deuicti. Ex quo inferebat lamẽtando, q iã non erat modus defendendi populum & patriam nisi per artem sagittandi, secundum quã artem debiliores sæpe possunt fortiores eis debellare, quod sic contingit in pugna quę fit cum gladio, in quo magis requiritur animi virilitas, & brachij fortitudo. Idcirco tanquã proœmium sui carminis prẽmisit hoc lamentatoriẽ, dicens: *Præcepit vt docerent.*

A dictũ est. Quam sunt stulti quibus hoc accidit? Oportebat enim eos intelligere, qđ volens ostendere vehementiã & sinceritatẽ amoris, eam adduxit similitudinem. Tãta est. n. viri affectio in mulierem, vt dicatur, *Relinquet ho patrẽ & matrem & adhærebit uxori suæ.* Quomodo ergo coniunctio matrimonij efficit vnam carnem, ita etiã eorum qui sincere amant animas vnit affectio.

✠ R. Leui. Mulieris amor tam fortis est, vt si maritus eam iam percusserit, & illi maledixerit, non possit vel in modico minui amor eius, imo plerunque arctius diligit.

CAP. II.

a IGitur post. Rabb. Ascensio Dauid cum duabus vxoribus in Hebron, significat conuocationem duorum populorum in ecclesiam catholicam. Hebron enim interpretatur coniugium. Sola autem ecclesia cœlestis regis sponsa est. Illuc duxit Dauid singulos viros cũ domo sua, quia singuli fideles in illam societatẽ per euangelij prædicationem conuocantur, vbi non est distinctio Iudæi & Græci.

Quæst. 8. ✠ Theodoretus. Deus iussit Dauidi vt primum ascenderet in Hebron, propterea quod patriarchæ in illa ciuitate & viui habitarint, & mortui fuerint sepulti. Præterea, ex tribu Iuda erat Dauid, huius autem tribus illo tẽpore metropolis erat Hebron. Hierusalem enim tenebãt Iebusæi. Tribus autem Iuda Dauidem, vt qui ex ea esset tribu, diligebat plusquam alios. *Vngunt*, autem posuit, pro eligunt. Diuino enim oleo, cum vnxerat diuinus propheta. Semel enim fuit vnctus a Samuele, bis autem fuit pronunciatus rex. Primum quidẽ suffragijs tribus Iuda in Hebron, septem autem annis postea a cæteris tribubus.

✠ Ambros. Dauid debitum sibi imperium diu distulit, qđ sciebat Deo authore deberi, docens non præripiẽdũ regnũ, etiam si debeatur, sed expectandum vt suo tẽpore deferat. Vtinam hunc virum imitati essent posteri, nõ tãtas bellorũ pertulissimus acerbitates.

CAP. II.

1 IGitur post hæc consuluit Dauid dominũ di- 2 cẽs: Num ascẽdam in 3 vnã de ciuitatibus Iuda? Et ait dñs ad eum. Ascende. Dixitq; Dauid. Quo ascẽdã? Et rñ- 4 dit ei, in Hebron. Ascendit ergo Dauid [*] & 5 duę vxores eius, Achinoẽ Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli, sed & viros qui erant cum eo duxit Dauid singulos cum domo sua, & mãserunt in oppidis Hebrõ. Ve- 6 b neruntq; viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid vt

a ¶Hoc plenius scriptum est in Paralipomenõ.

regnaret super domũ Iuda † Et annuntiatũ est Dauid, quod viri Iabes Galaad sepelissẽt Saul. Misit ergo Dauid nuntios ad viros Ia- † c bes Galaad. Dixitq; ad eos: Benedicti vos à domino qui fecistis misericordiam hanc cũ domino vestro Saul, & sepelistis eũ. Et nunc d retribuet vobis quidẽ dominus misericordiam & veritatẽ, sed & ego reddã † gratiam, eo quod feceritis † verbũ istud. Cõfortentur manus vestræ, & estote filij fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester Saul,

¶Quasi dicat, ero vobis loco Saul.

tamẽ vnxit me domus Iuda in regẽ sibi. Ab- 7 e ner autẽ filius Ner, princeps exercitus Saul, f tulit Isboseth filium Saul, & circunduxit eũ

b *Veneruntque.* Rabb. Quia superbis & contemptoribus gratiam Dei spernentibus electi fama prædicationis & virtutũ studio cõfitetur Christũ regẽ esse in populo suo, cui data est omnis potestas in cælo & in terra.

c *Dixitque.* Rab. Redemptori nostro multum placet, qui opera malorũ qui in peccatis mortui sunt, obliuioni tradit damnando, nec ea quæ domino displicent imitatur, sed quę præcepit [*] recordatur.

✠ Iosep. Dauid misit ad viros Iabes, laudans & approbans eorum virtutem, & agens gratias pro studio quod circa defunctos habuerant.

d ✠ *Retribuet vobis dominus misericordiã.* Hiero. in præsenti seculo, *veritatem*, in futuro, quia misericordia quę in præsenti seculo tribuitur ad comparationem æternæ misericordiæ mendacium est.

e *Isboseth.* Rab. Qui interpretatur filius cõfusionis Abner auxiliãte, qui interpretatur patris lucerna, regnauit super vniuersum Israel, & sola domus Iuda sequebatur Dauid, quia solis credẽtib. & vere confitentibus sequentibus Christum in cæteris error confusionis regnauit, diabolo instigante qui *transfigurat se in angelum lucis.*

f *Circumdu.* In Hebræo dicitur: *Traduxit eum in Mahanaiim*; quod interpretaẽ castra, traduxit

Marginalia: D Apolog. 1. pro Dauid. cap. 6. — * illuc. E — † 1. Reg. 31. d. Lib. trad. Heb. — † rem hanc. — † bonum. — 2. Cor. 11. c. — B — C — F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 IGitur. *Posita lamentatione Saulis, hic consequenter describit institutio successoris. Habuit autem duplicem successorem, vnũ de iure. s. Dauid, qui iam inunctus erat ex diuina electione. Aliũ de facto scilicet, Isboseth, quem instituit Abner princeps militiæ. Et io primo agitur d institutione Dauid, secundo de institutione Isboseth, ibi.* Abner aũt. *tertio de processu vtriusq; ibi.* Egressusq; est Abner. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

2 Post hæc. *Licet hẽret ius in regno, quia erat inunctus ex præcepto diuino, tamen noluit intrare possessionem absque diuino consilio, quia* attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

3 Num ascendam. *De illis primo quæsiuit, quia magis confidebat de hominibus illius tribus, eo quod esset de eadem tribu.*

4 Quo ascendam. *Habita responsione de tribu Iuda, conuenienter quærit de loco.*

5 Et respondit ei in Hebron. *Quia in illa ciuitate sunt sepulti, quatuor principales patriarchæ, prout dictum fuit Gen. 23. propter qđ Caleb illuc iuit ad orandum dominum ex deuotione, prout dictum fuit Num. 13. & Ios. 14. propter quod dominus uoluit, quod ibi inciperet regnum Dauid.*

6 Veneruntque. *Ter fuit inunctus, primo in domo patris, ut dictũ fuit supra 1. lib. 16. cap. Secundo in Hebron super tribum Iuda, ut hic habetur. Tertio super totum populum Israel, ut habetur inf. 5. cap. In signum quod bonus catholicus regno cælesti dignus debet habere unctionem spiritussancti in corde per ueram fidem, in ore per confessionem, in opere per sanctam conuersationem. Et quia bonus rex debet esse gratus subditis de facto fidelitatis & pietatis, ideo consequenter ostẽditur gratitudo ipsius Dauid erga uiros Iabes Galaad de sepultura Saulis & filiorum eius. Et patet litera.*

Vnctio Dauid triplex.

7 Abner. *Hic consequẽter ponitur institutio ipsius Isboseth de facto. Et patet litera. Sciendum tamen quod Ra. Sa. dicit hic, quod hoc factũ fuit ad uerificandum uerbum domini ad Iacob Gen. 35. b.* Reges ex te egredientur, *& tamen omnes filij eius erant nati præter Beniamin, & sic significatum fuit, eo quod de Beniamin essent duo reges futuri, scilicet, Saul, & Isboseth.*

Egressusque

MORALITER.

1 *Igitur post hæc con.* Per hoc autem quod Dauid ex diuina reuelatione ascendit in Hebron, q̃ alio nomine vocaẽ Chariatharbe. i. ciuitas quatuor, significatur quod hõ bonę volũtatis, qui per Dauid significaẽ, ascẽdit ad perfectionẽ quatuor virtutum carnalium p instinctum & adiutorium diuinum, q̃ quidem perfectio ciuitas quatuor potest dici, de qua dr̃ Apocal. 21. e. *Et ciuitas erat in quadro posita.*

6 *Venerunt.* Ibi Iuda interpretatur confitens, & iõ viri Iuda dicuntur illi, qui corde ore & opere Deum cõfitentur, & isti vngere Dauid, idest, virum virtuosum promouere nitũtur. Nam si est promotio in regimine temporali, volunt eũ hẽre principem, si autem in spiritualibus pontificem vel præsidentem.

† *Misit ergo Dauid nun.* Sicut dictum est supra vltit. cap. 1. lib. Per istos viros Iabes significantur illi qui cooperire student quãtũ bono modo possunt turpitudinẽ superioris sui, & ipsi sunt a domino benedicti, vñ Gen. 9. d. Sem & Iaphet operiẽtes verenda patris sui ex hoc receperunt bñdictionem. Chã autẽ reuelãs maledictionẽ. Abner autem filius Ner, qui constituit Isboseth regem, significat illum qui per potentiã suã det promouere indignum. Isboseth autem vir cõfusionis interpretatur, & sic signat illum qui nõ est dignus honore, sed magis vituperio.

xit scilicet vltra Iordanem,& in castris regem constituit.

A a *Et fuit*.Rabb.Bene dixit, quod Dauid septem annis & sex mensibus regnauit in Hebrō, quę interpretatur cōiugiū, vel visio sempiterna,quia Christus in ecclesia quę est eius spōsa per omne tēpus huius vitę quod septenario dierū numero decurrit, regnat, secundum illud, *Ecce ego vobiscum sum usque ad con. secu.* & quia post, expletionem sena rij.i. perfectionem boni operis, electos suos ad verū sabbathum. i. requiem sempiternam perducit, vbi perfruentur visione Dei perpetua. Est autem Hebrō ciuitas in tribu Iuda quæ quondam vocabatur Arbe, licet in Græcis codicibus male habeatur, Arboc B sicut, & in nostris cum, in Hebræo legatur Arbe idest quatuor, quia Abraham, Isaac, & Iacob ibi sepulti sunt, & magnus Adam, licet eum in loco Caluariæ quidam suspicentur.Hæc fuit olim metropolis Philisthinorum, & habitaculum gigantium, postea ciuitas sacerdotalis, & fugitiuorū, distat a Meridiana plaga ab Helia miliarib. circiter 22. vbi quercus Abraham quæ etiam Terebinthus,quæ & Mambre usque ad Constātini regis imperium monstrabatur, & Mausolēū eius in præsentiarum cernitur. Cumque a nostris ibidem ecclesia iam extructa sit in circumitu,a cunctis gentib. Terebinthi locus supstitione colitur,qa sub ea Abrahā angelos hospitio recepit,hic primū Arbe dicta ē, postea Hebrō ab vno filiorū Caleb.Cōdita est aūt ante septē annos q̄ Thanis vrbs Aegypti.

Mat.28.d. Gen.23.a. &55.

per castra, regemque constituit super Galaad & super Assuri,& super Iezrahel,& super Ephraim,& super Beniamin, & super vniuersum Israel. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul cum regnare cœpisset super Israel,& duobus annis regnauit. Sola autem domus Iu[a] da sequebatur Dauid. Et fuit numerus dierum quos cōmoratus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda septem annorum & [b] sex mēsium. Egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filij [1] Saul de castris in Gabaon. Porro Ioab filius saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt,& occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in v[2]num conuenissent,e regione, [3] sederunt hi ex vna parte piscinæ,& illi [c] ex altera. Dixitque Abner ad Ioab. Surgant [4] pueri & ludant [5] coram nobis. Et respondit Ioab. Surgant. Surrexerunt ergo & transierunt numero duodecim de Beniamin ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid. Apprehensoque [6] vnusquisque capite comparis sui,defixit gladium in latus conrrarij,& ceciderunt simul. Vocatumque est nomen loci illius ager robustorum in Gabaon. Et ortum [7] est bellum durum † satis in die illa. † Fugatusque [8] est Abner & viri Israel † a pueris Dauid. Erant autem ibi tres filij Saruiæ,Ioab, & Abisai, & [d] Asael. Porro [9] Asael cursor velocissimus fuit, quasi vnus [10] † de capreis, quæ morantur in † syluis. Persequebatur [11] autem Asael Abner, & non declinauit ad dexteram neq; ad sinistram,omittens persequi Abner. Respexit itaque Abner post tergum suum,& ait: Tu ne es Asael? qui respondit: Ego sum. Dixitq; ei Abner: Vade ad dexteram siue ad sinistram,& apprehende vnum de † adolescentibus,& tolle tibi † spolia eius. Noluit autem Asal omittere quin vrgeret eum. Rursumque locutus est Abner Asael: Recede: noli me sequi, ne forte compellar † confodere in terram, & leuare [12] non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Qui audire contempsit, & noluit declinare.

† valde. † coram seruis. † Cassusque † ex. † agris. † adolescentulis. † uestem. uel arma. † percutere.

b *Egressus*.Rab.Hūc locum Iosephus ita exponit.Abner pro C mouit electū nimis exercitum, vt cōgrederetur cū tribu Iuda.Irascebatur enim aduersum eos,a quib.rex Dauid fuerat ordinat⁹.Huic occurrit miss⁹ Ioab a Dauid fili⁹ Saruię sororis eius,hic erat contra Abner cōstitutus princeps militię,cū D quo fuerūt fratres sui Abisai & Asael, & oēs armati Dauid veniensq; ad quādā fontē in ciuitate Gabaon, aciē cōstituit ad pugnādū. Dicēte vero Abner ad eū, velle se pbare q̄s eorū hēret robustiorē exercitū,cōuenit inter vtrosq; vt duodecim viros, pugnaturos mitterent, eductisque gladijs viri Dauid, & tenentes hostium capita lūbos, & latera suis gladijs perforarunt, donec omnes quasi ex vno constituto periculo, perimerēt, his cadē- E tibus etiam reliquus dilabebat exercitus, & Abner populus victus. Fugientesque Ioab persequi nō cessabat, præcipiēs armatis vt festinarēt, & occidēdo nō deficerēt. Cuius etiā fratres prōptissime decertabant. Inter quos clarior fuit Asael, qui tantam gloriam in pedum velocitate habuit, vt etiā equos currēdo superaret, hic persequebatur Abner ī neutram partem declinans.

c *Dixitque Abn.* ✻ Theod. Proposuit certamē bellicum prętātissimis iuuenum. Ludum enim appellauit eorum cōgressū, an commune & maximū, singularis certaminis faciens periculū. Numero āt tribuū pares collecti sūt ex vtroq; exercitu. Abner de tribu Beniamin princeps exercit⁹ Saul, pueros Dauid ad prælium prouocauit. Et Saulus necdū apostolus de tribu Beniamin Pharisæus, apostolos ad certamen prouocauit, ac neci Stephani interfuit.

Quæstio.

d *Porro Asael cursor velocissimus fuit quasi vnus de capris*. Greg. Asael significat eos quos vehemēs arripiēs furor in pręceps ducit, qui in eodē furoris impetu tāto cautius declinādi sūt, F quanto insane rapiūtur, vnde Abner. i. patris lucerna fugit, quia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Egressusq; *Hic consequenter ponitur vtriusq; regis instituti processus, quia Isboseth procedebat semper deficiēdo, Dauid aūt proficiendo, quod ostenditur in duobus, primo in virorum Isboseth debelllatione, secundo in ipsius Abner cum Dauid confœderatione, ca.3. Circa primū primo ponitur debellatorū cōgregatio, secundo partis Isboseth depressio, ibi.* Fugatusq; est Abner. *tertio belli cessatio, ibi.* Persequentibus aūt. *Circa primum sciendum, quod quantum ex litera videtur Abner princeps militiæ Isboseth, et Ioab princeps exercitus Dauid condixerāt adinuicem, vt conuenirent ad locum certum, et ibi viderent pugnam singularem aliquorum ex vna parte & ex altera, ad videndum probitatem virorum vtriusque partis, & hoc est quod dicitur.*

2 Et cum in unum. *i. in vnum locum determinatum.*

3 E regione. *i. exercitus Dauid ex vna parte, & exercitus Isboseth ex altera. Et piscina erat in medio, id est, congregatio aquarum pluuialium in vna fouea, sicut solet esse in campis pro animalibus potandis.*

4 Surgant. *Hoc est, ad prælium apti.*

5 Et ludant. *i. ostendant fortitudinem suam & probitatem. Vnde sciendum, q̄ istud verbum quod hic ponitur æquiuocū est ad ludere, & occidere, & etiam ad quæpam alia, sicut dictum fuit Gen. 21. hic autē ponitur pro occiddre, ideo subditur.*

6 Apprehensoque. *Ex quo videtur, quod ex vtraque parte fuerunt interfecti, licet Iosephus dicat, quod illi soli de parte Isboseth fuerunt interfecti, sed magis credendum est textui, qa Iosephus frequenter dicit aliqua textui dissona, vnde subditur.* Vocatumq;. *In Hebræo hētur* cāpus cōcisorum, *eo q̄ mutuis gladijs cōcisi ceciderūt ibi isti & illi.*

7 Et ortum *Quia istis occisis vterque exercitus incepit pugnare ad inuicem ad suorum vindictam.*

8 Fugatusque. *Hic consequenter describitur partis Isboseth debellatio. Et patet litera paucis exceptis.*

9 Porro. *Ex hoc patet quod pugnauerunt peditando, aliter non commendaretur de velocitate cursus, sed magis equus portans ipsum.*

10 Quasi vn. *Hyperbole est, ad denotandū eius agilitatē excellentē.*

11 Persequebatur aūt Asael Abner & non declina. *Reputans sibi ad magnam gloriam si posset deuincere militiæ principem.*

12 Et leuare. *Cogitabat enim Abner quod Dauid finaliter præualeret,*

MORALITER.

1 *Egressus*. Per Abner qui mouit contentionem cōtra viros, Dauid, significatur quod illi qui indignum promouere nitūtur, & contentiones & brigas mouēt pro impio, & sicut iste † Abner

quia doctorum lingua quæ supernum Dei lumen indicat, cum per abrupta furoris mentem cuiuspiam ferri conspicit, & contra irascentem verborum dissimulat iacula reddere, quasi persequentem non vult ferire. Sed cum iracundi nulla se consideratione mitigant, & quasi Asael persequi nõ cessant. Necesse est enim, vt qui furẽtes reprimere conantur, nõ se in furorẽ erigant, sed si quid est tranquillitatis ostendent, q̃dam verò subtiliter proferant, in quibus ex obliquo animũ furentis pungant. Vnde Abner persequentem non recta, sed auersa hasta perforauit. Ex mucrone enim percutere est impetu apertæ increpationis obuiare. Auersa autem hasta ferire est furentem intrãquillè ex quibusdam tangere, & quasi parcendo superare. Asael autem protinus occumbit, quia commotę mentes dum & parci sibi sentiunt, & tamen responsorum ratione in intimis sub tranquillitate tanguntur ab eo quo se erexerant statim cadunt. Quia ergo a furoris sui impetu sub lenitatis percussione resiliunt, quasi sine ferro moriuntur.

† infrà 29.d. † Amma. † Giah. † amaritudo sit in nouissimo. † Infrà 20.g.

¶ Conuersa.

1 † Percussit ergo eum Abner † auersa hasta in inguine, & transfodit, 2 & mortuus est in eodem loco. Omnesq; qui transibant per locum in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebant. 3 Persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit. Et venerunt vsque ad collem † aquæductus qui est ex aduerso † vallis, & † itineris deserti in Gabaon. Congregatique sunt filij Beniamin ad Abner, &

¶ Eminentioris loci.

conglobati in vnum cuneum steterunt in summitate † tumuli vnius, & exclamauit Abner, ad Ioab, & ait: Num † vsque ad internecionem [a] tuus mucro desæuiet? 4 An ignoras, quòd † [b] periculosa sit [c] desperatio? 5 Vsquequo non dices populo, vt omittat persequi fratres suos? 6 Et ait Ioab: Viuit Dominus † [a] si locutus fuisses mane, 7 recessisset populus persequens fratrem suum. † Insonuit ergo Ioab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt vltrà Israel, neque iniere certamen. Abner autem, & viri eius abierunt per campestria Moab tota illa nocte, & transierunt Iordanem, & lustrata omni Bethoron, venerunt ad castra. Porrò Ioab reuersus omisso Abner congregauit omnem populum, & desuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, 8 excepto Asaele. Serui autem Dauid percusserunt de Beniamin, & de viris qui erant cum Abner, trecentos sexaginta, qui & mortui sunt. Tuleruntq; Asael, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethlehem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

a ¶ Hebræus non habet tuus. b Vna salus victis nullam sperare salutem. c Cum desperatur neglecta vita pro viribus certatur.

a Id est, si pacem petisses.

a *An ignoras quòd periculosa sit desperatio.* In Hebræo habetur: *An ignoras, quòd amarus erit finis. si populum delere niteris.*

※ Procopius. Non æquũ est, inquit, vt victores omnes victos ad vnum conentur extinguere. Sæpenumero enim qui secundum prelium faciũt, denuò vincuntur: & qui alios persequuntur, vertuntur in fugã. Quamobrem dicit extrema amara esse. Cognationem etiam reuocans in memoriam, ei permisit quod voluit.

† cuspide lanceæ in quinta costa. † per viam. † collis. † in seculum vel perpetuo tuus gladius. † nisi locutus fuisses, s. Surgant pueri, & ludant &c. tunc.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

※ *ret, & tunc indigeret gratia ipsius Ioab, qui erat maior in domo Dauid: propter quod reformidabat occidere fratrem eius.*

1 Percussit. *id est, cõtra eum versa. Si enim de ligno hastæ percussisset eum, vt dixerunt aliqui, non potuisset eum ita transfodisse, maximè quia armatus erat, licet leuibus armis. In Hebræo habetur:* Percussit ergo eum post epar. *id est, circa membra vitalia, vbi est ictus mortalis.*

2 In inguine. *In Hebræo habetur:* In quinta. *scilicet, costa, sub qua sunt membra vitalia.*

3 Persequen. *Hic consequenter describitur, belli cessatio duplici de causa. Prima propter noctem superuenientem, quæ notatur cũ dicitur:* Sol occubuit. *Secunda propter periculum interfectionis ex vtraque parte, quia filij Beniamin se recolligentes circa Abner parabant se ad ponendũ totum pro toto ad fortunam. propter quod clamauit ad Ioab.*

Diuisio.

4 An ignoras. *scilicet, de fuga absq; bello. q. d. tu non debes ignorare, quia per talem modum vtraque pars ponit totum pro toto, & sic est in periculo, cui non debebant exponi. ideò subditur.*

5 Vsquequo. *secundo signum cessationis.*

6 Vt omit. *Quia isti & illi erant cultores Dei & de eadem lege, & ideo non erat bonum destructionem huius partis, vel illius quærere. Cui Ioab assentiens dixit.*

7 Si locu. *Hoc est si citius ista verba dixisses, bellum citius cessasset, aliqui Hebræi dicunt, q̃ hæc est litera:* Si non locutus fuisses mane, *scilicet, verbum, quod prædixisti in principio:* Surgant pueri & ludant coram nobis. *recessisset populus absque bello, quia occasione illius dicti, & sequentis facti ortum fuit bellum, vt patet ex prædictis. Cætera patent vsque ibi.*

8 Excepto. *Licet esset de pueris Dauid sicut & alij interfecti, tamen mors eius per se exprimitur, quia plus ponderabatur quàm omnium aliorum propter quod de eius sepultura specialiter ag tur. Et patet litera. Sepultura tamen ista fuit postquam Ioab, & exercitus redierant in Hebron, licèt ante scribatur.*

CAP.

MORALITER.

† Abner de contentione sua reportauit confusionem multis de suis bellatoribus o ccisis de prelio fugiendo, sic Dei iudicio iusto pro indignis contentiones mouentes confusionem reportant frequenter, & vtinam esset semper.

A

CAP. III.

a Facta est ergo. Rabb. Domus Dauid cœlestis Ierusalem quæ partim peregrinatur in terris, partim cum domino regnat in cœlis. Domus verò Saul superbi & impij regis est Babylo quæ facit fornicari omnes gentes. Inter has longa concertatio est, quia quæ secundum carnem est, persequitur eam quę secũdum spiritum est. Sed domus Dauid ꝓfectu filiorum gaudet, & in persecutione domus Saulis deficit in sua iniquitate, & tandem secundũ merita sua in profundum abyssi submergetur.

1. Para. 3. a. B

Rabbanus. b Natique. Sex filij qui nati sunt Dauid in Hebron perfectionem sanctorum significant, qui de spirituali coniugio Christi & Ecclesię per Spiritussancti gratiam quotidie oriuntur.

† tenebat se pro domo, vel stabat a parte dom' Hieron.

c In Egla. Rabban. Hæc est Michol, quæ sola vxor dicitur, quia eam Dauid in adolescentia sua primam C sortitus est vxorem. Hæc in partu dicitur occubuisse. vnde in sequentibus scriptum est: *Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius, vsque ad diem mortis suæ*, quia in ipso partu occubuit. D

✻ Theod. Lex quidem iussit ne vxor a viro dimissa, & alij coniuncta, reuerteretur ad priorem maritum, quod & Deus significauit per Hieremiam, cap. 3. Sed Dauid nõ dimiserat Michol, sed pater illius eam inique abductã a coniuge, alij dederat. Vis ergo erat matrimonium, & quæ cum illo fuerat coniunctio. Dauid ergo non est legem transgressus: sed Saul qui Michol coniunxit alteri. Violentię autem patris ignoscens Dauid, rursus accepit vxorem. E

Quæst. 11.

• ser

Li. trad. Heb.

d Nunquid caput canis, &c. ✻ Hierony. Acsi diceret: Propter te, & propter domũ patris tui, dicor caput canis esse contra Iudam, eo quòd non reducam domum Israel ad Dauid. quem scio vnctum esse regem, & regnaturum super vniuersum Israel. Caput canis se dicit esse, idest, vilem eo quòd a domo Iuda sic haberetur sicut • qui. -iqui. F latratus

Ingressusq; est ad eam Abner.

CAP. III.

a Facta est ergo longa concertatio inter 1 domum Dauid, & inter domũ Saulis. Dauid proficiẽs & semper seipso robu- 2 stior, domus aũt Saul decrescens quo- 3 tidie. † Natiq; sunt sex filij Dauid ĩ Hebron b Fuitque primogenitus eius Amnon de Achinoam Iezrahelitide. Et post eum Cheleab de 4 Abigail vxore Nabal Carmeli. Porrò tertius Absalon, filius Maacha, filiæ Tholmai regis Gessur. Quartus autẽ Adonias, filius Haggith. Et quintus Saphaija filius Abital. Sextus quo- 5 c que Ietraam de Egla vxore Dauid. Hi nati sunt Dauid in He- 6 bron. Cum ergo esset prælium inter domum Dauid & domũ 7 8 Saul, Abner filius Ner † regebat domum Saul. Fuerat autem 9 Sauli concubina nomine Respha filia Aia. Ingressusq; est ad eam Abner. Dixitque Isboseth ad Abner: Quare ingressus es 10 ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba 11 d Isboseth, ait: Nũquid caput canis ego sum aduersus Iudam 12 hodie? Ipse mihi fecit hæc, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximo

Interlinear: a Si malos habet et tamen grauiter quando parere debebant ibi minabantur, in Hebron scilicet. — a Egla sola vxor appellatur, quam secundum legem nuptialiter accepit. — a Timebat ne concubinam vendicans regnum vsurparet. — a Ita causa fuit vt nunquam De' transferretur regnum ad Dauid. — a Id est, vilis & abominabilis. ¶ Caput canis, idest, princeps stultorum, & quasi latrantium contra Christum domini.

s

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

1 Facta est. *Ostensa debilitatione regni Isboseth ex suorum debellatione, hic consequenter hoc idem ostenditur ex Abner cum Dauid altercatione. Circa quod præmittitur Dauid profectus. secundò ipsius Abner fœdus, ibi:* Cum ergo esset prælium. *Primum autem ostenditur, cum dicitur.*

Diuisio.

2 Dauid pro *in potestate & multitudine, quia aliqui de nouo sibi iungebantur quotidie.*

3 Et semper. *respectu temporis præteriti: quia semper crescebat eius potestas, crescebat etiam in prole. ideo subditur:* Natique. *sequitur.*

4 Et post. *Iste autem 1. Paral. 2. vocatur Daniel, & hoc fuit nomen eius primum secundum quod dicit hic Ra. Sa. sed quia tunc erant aliqui derisores dicentes, quòd erat filius Nabal, & quod Abigail ipsum conceperit quando Dauid eam accepit vxorem: ideo ad ostendendum hoc esse falsum, mutata est a Deo eius facies, & assimilata est faciei Dauid. Et extunc vocatus est Cheleab, quod nomen sonat in Hebr. quasi pater, vel similis patri.*

5 Sextus. *Iste vocatus fuit Nathan secundum Iosephum.*

6 De Egla. *Ista fuit Michol filia Saul, & vocatur Egla. i. vitula secundum proprietatem idiomatis Hebræi, & vocatur sic, eo quòd fuit ei coniuncta in iuuentute, & ei valde dilecta, eo modo loquendi quo dixit Samson Iudic. 14. d.* Si non arassetis in vitula mea, &c.

7 Vxore. *Licet enim in veteri testamento viri possent habere plures vxores simul, illa tamen quæ primò accipiebatur, vxor specialiter vocabatur, propter quod Iacob dixit de Rachel Gen. 44. f.* duos genuit mihi vxor mea. *Alia autem non sic: quamuis secundum veritatem essent vxores. Michol autem primo fuit coniuncta Dauid, & ideo vocatur specialiter eius vxor.*

8 Cum ergo. *Hic consequenter describitur ipsius Abner cum Dauid fœdus, & primò describitur huius confœderationis occasio. secundò ipsa confœderatio, ibi.* Misit ergo. *Occasio autem fuit turbatio Abner contra Isboseth occasione cuiusdam mulieris, & hoc notatur cum dicitur.*

9 Fuerat. *idest, vxor nõ primaria, sed prima adiuncta, sic enim nominantur secundæ vxores in veteri testamento, vt patet in pluribus locis.*

10 Quare. *Dicunt aliqui, quòd Abner ingressus fuit ad eam concubitu matrimoniali, sperans per hoc obtinere regnum, sicut & Adonias petiuit Abisac habere vxorem, vt habetur infrà 3. lib. 2. cap. alij autem dicunt, quòd ingressus fuit ad eam fornicariè, quod redundabat in uerecundiam Isboseth filij Saul: & ideo si primo modo fuerit, uel secundo, merito displicuit ipsi Isboseth.*

11 Qui iratus nimis prop. &c. *Eo quòd multa fecerat propter ipsum Isboseth.*

12 Nunquid caput canis ego sum. *idest, uilis & abominabilis sicut canis caput, erga tribum Iuda, de qua erat Dauid. Vel aliter:* caput canis, *idest, latrans contra Dauid & tribum Iuda, ne obtineant regnum contra te.*

Et tu

MORALITER.

1 *Facta est ergo.* Sequitur: *Dauid pro.* Per Dauid qui interpretatur manu fortis. bonus princeps vel prælatus significatur, quia mittit manum suam ad fortia. Per Saul autem, qui interpretatur abutens malus princeps vel prælatus, quoniam abutit potestate sibi data. Per hoc ergo quòd dr: *Dauid profi.* significatur processus boni prælati vel principis in se, & in suis subditis de bono in melius, secundum illud Psal. 83. b. *Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion.* Per hoc autem quod dicitur.

† *Domus autem,* significatur defectus mali prælati vel principis in se, & in suis subditis, quantum ad bonum virtutis.

10 *Dixit Isboseth ad Abner: Quare ingres.* Sicut dictũ est suprà. Abner conatus fuit constituere regẽ Isboseth, & male: quia Dauid in regno ius habebat ex diuina electione. Per hoc igitur quod inter ipsos orta fuit discordia, significatur q. inter promouentem indignum & ipsum promotum Dei iudicio frequenter oritur dissensio, ex qua sequitur vtriusque ruina, & sic fuit in proposito. Nam occasione huius discordiæ Abner iuit ad Dauid in Hebron, & ibidem fuit interfectus, & ipso mortuo Isboseth fuit mente prosternatus, ex quo Rechab & Banaa acceperunt audaciam intrandi domum Isboseth, & interficiendi eum, vt habetur cap. sequen.

Misit

latratus canis,& eo quod princeps esset canum, id est,stultorum hominum.

a *Non videbis faciem meam antequam &c.* ✻ Hieron. Est hic defectus, & necessaria subauditio, qua respondisse fertur Abner ad Dauid, se hanc rē non posse facere,vt ei Michol reducceret, eo quod frater ei⁹ rex eam haberet in potestate, & responso excusationis ratione pleno ab eo Dauid accepto,misisse pro ea ad fratrē ei⁹ Isboseth legitur, sicut sequētia declarant.

b *Sermonem.* Rabb. Abner hortat̄ vniuersum Israel, vt relicto, Isboseth filio Saul ad Dauid conueniat; quia doctores sancti. qui patris lucerna dicūtur, lumine fidei & scientiæ pleni, omnes gētes exhortantur, vt spreta idolorū cultura & relicto errore cōfusionis cū autore suo diabolo ad verū Dauid,id est,Christum venire festinet. Nā & Ioab qui Abner in dolo loquens, & percutiens in inguine interfecit, hostem antiquū significat, qui fideles fradulenter subuertit, & per libidinis contagionem interficit. Ioab enim inimicus, vel idem pater interpretatur: omnium enim iniquorum diabolus caput est. vn de: *Vos ex patre diabolo estis*. Ab hac interfectione Dauid immunis est, quia De⁹ neminem tentat, qui omnes, homines vult saluos fieri vel esse. Per inuidiam, autem diaboli mors intrauit in orbē. Potest Ioab per sona & nomine populum Iudæorum significare. qui semper inimici fuerunt prædicatorum, & fidem Christi vbique persecuti sunt.

Percussit

† visitasti super me iniquitatē mulieris.i.mētionem fecisti iniquitatis quā commisi cū muliere.

† fœdus

† 1. Reg. 18. g

eius, & non tradidi te in manu Dauid, & tu † requisisti in me quod argueres pro muliere hodie. Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo iurauit dominus Dauid, sic faciam cum eo, vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam, a Dan vsque Bersabee. Et non potuit ei respondere quicquam, quia metuebat illum. Misit ergo Abner nuntios ad Dauid in Hebron pro se dicentes. Cuius est terra? Et vt loquerentur: Fac mecum † amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israel. Qui ait. Optime. Ego faciam tecum amicitias. Sed vnam rem peto a te, dicens. a Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul, & sic venies & videbis me. Misit autem Dauid nuntios ad Isboseth filium Saul, dicens. † Redde vxorem meam Michol, quam despondi centum præputijs Philisthijm. Misit ergo Isboseth, & tulit eam a viro suo Phaltiel filio Lais. Sequebatur eam vir suus plorans vsque Bahurim Et dixit ad eum Abner. Vade, & reuertere. Qui reuersus est: b Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens. Tam heri quam nudiustertius quærebatis Dauid vt regnaret super vos. Nunc ergo facite, quoniam dominus locutus est ad Dauid, dicens. In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philisthijm omnium, & inimicorum eius. Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin. Et abijt vt loqueretur ad Da-

a ¶ Superius ducenti leguntur, sed Saul centum postulauit.

a ¶ Quia amittebat eam quam non cognouerat, eo quod illa diligens Dauid semper tristis erat.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et tu requisisti,&c. *quasi diceret:bene deberes tacere.*

2 Hæc faciat Deus,&c. *i.tot mala & plura quam alicui misero.*

3 Nisi quomodo iurauit dominus. *Hoc est nisi impleam verbum domini.*

4 Vt transferatur regnum,&c. *ad Dauid.* Regnum tuum.

5 Et non potuit ei respōdere quicquam. *Tum quia Ieboseth nō erat homo alicuius valoris: tum quia Abner regebat totam domum illam, & habebat in manu sua totam militiam.*

6 Misit ergo. *Posita occasione confœderationis cum Dauid: hic consequenter ponitur ipsa confœderatio. & primo per nuntios, secundo per seipsum, ibi:* Et abijt. *Circa primum dicitur:* Misit ergo Abner nuntios,&c. *ad videndum qualiter posset, cum eo fœdus contrahere.*

7 Dicentes. *scilicet ex nomine Abner.*

8 Cuius est terra. *Quasi dicerent, tua de iure, ex quo voluit te Deus in regem eligere. Cætera patent usque ibi:*

9 Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol. *Volebat enim Dauid, & debebat præcauere honori suo. Fuerat enim Dauid uxore sua iniuste spoliatus. et ideo in primis voluit eam sibi restitui.*

10 Misit autem Dauid nuntios ad Isboseth. *Quia Abner rescripserat ipsi Dauid, quod non poterat sibi reducere Michol nisi de voluntate Isboseth, cuius erat soror. & ideo tunc Dauid petiuit eam ab ipso Isboseth.*

11 Misit ergo Isboseth. *de consilio Abner.*

Et tulit

12 Et tulit eam a viro suo Phaltiel filio Lais. *Phaltiel nō erat uir suus nisi putatiuus, quia secundum ueritatem erat uxor Dauid: nec poterat simul habere duos viros secundum ueritatem, quia nunquam fuit licitum mulieri habere plures uiros simul.*

13 Sequebaturq; eam vir suus plo. *Dicūt expositores nostri communiter, quod plorabat ex gaudio, eo quod ad uirum suum reducebatur absque hoc quod eā tetigisset, sed sicut sororem seruasset. Erat enim doctor in lege, & sciebat sibi esse illicitum eam tāgere carnaliter ipso Dauid uiuente, sicut dictum fuit sup. 1. lib. 25. c. Ra. Sa. dicit quod flebat dolens, eo quod exercitium magnæ perfectionis ab eo recedebat. Reputabat enim exercitium magnæ perfectionis talem dominā sic pulchram & nobilem seruare sicut sororem absque copula carnali.*

14 Sermonem quoque &c. *s.e.i. ut adhærerent ipsi Dauid sciens, quod alij uulgares istos de facili sequerentur.*

15 Locutus *idest, ad illos de tribu Beniamin, istos enim oportebat specialius & efficacius inducere, eo quod in promotione Dauid transferebatur regnum de tribu eorum.*

16 Et abiit vt loqueretur,&c. *Consequenter describitur confœderatio Abner per seipsum, quia personaliter uenit ad Dauid. Et primo describitur huiusmodi cōfœderatio amicabilis, secundo fœderis uiolatio detestabilis, ibi.* Nuntiatum est itaque. *tertio occisi tumulatio uenerabilis.* Dixit autem Dauid. *Circa primum sciēdū, quod ista confœderatio fuit amicabilis. Tum ex parte Abner uenientis, quia ante inclinauerunt corda filiorum Israel ad Dauid ut patet ex prædictis, tum ex parte Dauid recipientis, qui eum amicabiliter, & honorifice receperat & hoc notatur, cum dicitur.*

1 Et fecit

MORALITER.

6 *Misit ergo Abner nunti. ad da.* ad contrahendum cū eo amicitiam. & quia Dauid Christi figura fuit: ideo Abner in hoc gerit typum peccatoris pœnitentis & Christo reconciliari quærentis. Per nūtios autē eius intelligūtur viri boni & religiosi per quorū orationes pœnitens sperat, & quærit Christo reconciliari exemplo Centurionis, Luc. 7. a. qui misit Iudæos ad Christum, vt per eos serui sui sanationem impetraret.

Non vi-

9 *Non videbis.* Quę interpretat̄ aqua ex omnibus, & ideo signat lachrymas veræ pœnitentiæ, quæ de peccatis omnibus debet esse. Per hoc autem quod Dauid Abner ad se venientem & Michol adducētem gratiose recepit, & magnum cōuiuium ei fecit, significatur quod Christus vere pœnitentem recipit gratiose, & cum reficit Eucharistiæ sacramento, in cuius figura dicitur de Christo, Luc. 15. a. *Hic peccatores recipit & manducat cum illis.*

a *Percussit illum in inguine, &c.* ✠ Theodo. Ioab prætextum quidem habebat cędem Azelis, causam autē inuidiā. Sciebat enim fore vt ille præesset exercitui, qui vniuersū Israelē adducebat ad regem. Imperādi ergo desideriū eū armauit ad cędem illius faciēdam. Rex autē plane optimus, & eum luxit, qui iniuste fuerat interfectus, & eum qui iniuste interfecerat, multis subiecit execrationibus. Seminis autē profluuiā laborans & leprosus, ex lege immundus. & separatus a communi conuersatione cum ciuibus. Baculo autem vtuntur, qui sunt mutilato corpore. Aquila eum nominauit cęcum. Execratus est autem illius genus, & ei imprecatus omne genus imbecillitatum corporis, paupertatem extremam, per gladium, occisionem, postremo autem iussit etiam vt perimeretur. ✠ Ioseph. Ioab metuens ne Dauid in honore primi ordinis cōstitueret Abner, ipse vero decresceret, & militiæ amitteret principatum, viam pessimam & malignissimam cogitauit, vt ei detraheret apud regem. Sed cum his verbis non potuisset persuadere regi, deteriorem ruinam aggressus, eum occidit. Et Abner quidem hoc modo ab Ioab dolo peremptus est, pro morte, sicut dicebat, fratis sui Azael, vt tamen veritas habuit, pro metu proprij principatus & honoris quem habere poterat apud regem. Ex his itaque debet considerare, quilibet, quanta & qualia, præsumunt homines propter auaritię zelum, & principatus affectū, cum nulli cedere volunt. Nam concupiscentes hęc adipisci, per multa mala ad ea perueniunt. Quæ rursus metuentes amittere, multo deterioribus, actionibus, vt ea retineant, implicantur.

b *Fluxum seminis.* Iuxta literam videtur imprecari effluentiam libidinis, lepræ plagam, effœminationē, inimici subiacere gladio, mēdicare.

c *Tenens fusum.* August. Per ambitum, verborum notātur qui fallaciam suā defendere nitūt.

d *Cadens. Qui gladio percutit, gladio peribit.* Heretici gladio oris perfodiūt prius gladio impitatis confossi.

Margin: A Quæst. 12. — † e castris. — B † vel pacifice. — † quinta costa — † Dan. 13. c. Act. 20. f. — † cadat. L. 7. Antiq. cap. 1. — C — D — E — † propter sanguinem. — Matt. 18. c. F

uid in Hebron omnia quæ placuerant Israeli, & vniuerso Beniamin. Venitque ad Dauid in Hebron cum viginti viris. Et fecit [1] Dauid Abner & viris eius qui venerant cum eo, conuiuium. Et dixit Abner ad Dauid: Surgam vt congregem ad te dominum meum re- [2] gem omnem Israel, & ineam tecū fœdus, & imperes omnibus sicut desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset Dauid Abner, & ille isset [3] in pace, statim pueri Dauid & Ioab venerunt† cæsis latronibus cum præda magna nimis. Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iā dimiserat eum, & profectus fuerat in pace. Et Ioab & omnis exercitus qui erat cum eo, postea venerunt. Nuntiatum est itaque [4] Ioab à narrātibus. Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abijt in pace. Et ingressus est Ioab ad regē, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te. Quare dimisisti eum, & abijt, & recessit? Ignoras [5] Abner filium Ner, quoniā ad hoc venit vt deciperet te, & sciret exitum tuum & introitū tuum, & nosset omnia quæ agis? † Egressus itaq; Ioab a Dauid misit nūtios post Abner, & reduxit eum a cister- [6] na Sira ignorante Dauid. Cumq; redisset Abner in Hebron, seorsū [7] adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei † in dolo. Et [8] [9] a percussit illū ibi in inguine, & mortuus est in ultionem sanguinis [10] Asael fratris eius. Quod cum audisset Dauid rem iam gestam, ait: [11] Mundus ego sum, & regnum meum apud † Deum vsque in sempi- [12] ternum a sanguine Abner filij Ner, & veniat sup caput Ioab & super [13] b omnem domū patris eius, nec deficiat de domo Ioab fluxu seminis c d sustinēs & leprosus, & tenēs fusum, & cadēs gladio, & indigēs pane. [14]

Interlinear: a ¶ Et Iudæi siue heretici quosdam præsules ecclesiæ ob defensionem fidei necauerunt. — a ¶ Ne consentiens neci videretur. — ¶ Iudæorum perfidiam & miseriam notat. — a ¶ Principes. s. & sacerdotes populi. — a ¶ Synagogā. s. sathanæ generationem malorum, vt requiratur ab eis omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. — b ¶ Variis desiderijs fluens. — a ¶ Instabilitatem hæresis & mundanæ voluptatis. — b ¶ Vltione diuina. — c ¶ Qui de celo descendit.

Manus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fecit Dauid Abner. *Valde solenne in fœderis signum, similiter ex parte Abner recedentis. ad hoc enim a rege recessit, vt promissum impleret in effectu, quod notatur ibi:*

2 Surgam vt congregem, &c. *Similiter ex parte Dauid eum dimittentis: quia ad ipsum honorandum conduxit eum per aliquod via spatium. ideo subditur.*

3 Cum ergo deduxisset, &c. *Cætera patent in litera.*

4 Nuntiatum est itaque. *Hic consequenter ostenditur fœderis violatio detestabilis. primo in ipsius Abner falsa diffamatione, cum subditur postea:*

5 Ignoras Abner, &c. *Quod erat falsum, vt patet ex precedentibus, quia venerat ad hoc, vt perficeret regnum eius. Secundo in subdola eius reductione, cum dicitur:*

6 Misit nuntios. *Ad reducendum eum quasi rex haberet cum eo loqui & sibi dicere aliqua quæ omisisset, quod tamen fuit fictum & absque scitu Dauid, vt patet in litera.*

7 Et reduxit eum. *Sic autem vocabatur locus ille, eo quod cisterna illa erat in quadam via communi eūdi versus Syriam, vt dicūt aliqui. In Hebræo habetur:* A cisterna sapientiæ. *quia ibi erat quædam sapientia notabilis & gratiosa. Tertio ostenditur detestabilis ex dolosa occisione, cum dicitur:*

8 Adduxit eum. *Fingendo quod vellet ei loqui secretè ex parte Dauid, ideo subditur:*

9 Vt loqueretur. *quod patet ex effectu, cum subditur:*

10 Et percussit illum. *Quia in nullo sibi præcauebat credēs esse in tuto, eo quod iam erat cum rege Dauid confœderatus: & per cōsequens cum omnibus alijs de domo regis. quarto ostenditur detestabilis ex parte causæ cum dicitur:*

11 In vltionem. *Quę causa erat nulla, eo quod Abner interfecerat eum in bello se defendendo, nec potens aliter manum eius euadere, vt patet ex supra dictis. Aliqui vero dicunt, quod non solum interfecit eū pro ista causa, sed motus inuidia: quia timebat ne Dauid faceret Abner principem militię, sicut fuerat cum Saule, et hoc est satis verisimile: qa ex simili interfecit Amasan, vt habetur infra 20. c. & hoc fuit pessimū. propter quod Dauid detestans illud factum, dixit.*

12 Mundus ego sum. *Volebat enim sciri ab omnibus, q̄ talis proditio non erat facta per eum: tum quia horrebat tale homicidium, tum quia si populus habuisset eum suspectum de hoc facto, merito abhorruisset eius dominium: propter quod imprecabatur facientibus multiplex malum. di.*

13 Veniat super caput Ioab. *Scilicet vindicta a Deo pro sanguine Abner effuso. Et imprecatur quinque mala, videlicet fluxum seminis, lepram, & debilitatem, ibi:*

14 Tenens fusum. *Hebræi dicunt appodiamentum & gladium, & famem.*

Dixit

a *Manus tuæ non sunt ligatæ, &c.* ✠ Hieron. Non es iure belli captus, & manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes compedibus aggrauati, sicut eorum manus solent ligari & pedes vinciri, qui in prælio capi solent. Dolo igitur non virib. peremptus es.

Litera. Heb.

✠ Ioseph. Dauid erat solicitus ne contra fidem & iusiurandum agere videret quod exhibuerat Abner. Præcepit autem flere, & lugere, & lamētatiões fieri super virū, & eius corpus solēnibus honorare obsequijs. Ipse lugēs & deflens sequebatur loculum cū senioribus atq; proceribus, ostendens deuotionē circa viuos, & tristitiā circa defunctos, & quod non eius consilio fuisset extinctus. Cōscribens autem lamētationes eius super sepulchrū statuit: & stans ipse primus super monumentum fleuit, & alijs hoc celebrare contradidit.

✠ Ambrosius. Depositis insulis potestatis, exequiarum iusta curauit. Quo facto docuit etiam aduersarijs fidē promissam esse seruandam, honorandā quoque, & ī hoste virtutē.

Ambr. 1. pro Dauid c. 7.

Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo quòd occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon in prælio. [1] Dixit autem Dauid ad Ioab, & [2] ad omnem populum qui erat cum eo: † [3] Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis & plangite ante exequias Abner. Porrò rex Dauid sequebatur feretrum. Cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suam, & fleuit super tumulum Abner. Fleuit autem & omnis populus: Plangensque rex & lugens Abner, ait: [4] Nequaquam vt solent mori * ignaui, mortuus est Abner. a Manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes tui non sunt † compedibus aggrauati: [5] sed sicut solent cadere [6] coram filijs iniquitatis, sic [7] corruisti. [8] Congeminansque omnis populus fleuit super eum. [9] Cumque venisset vniuersa multitudo † cibum capere cum Dauid clara adhuc die, [10] iurauit Dauid dicens: [11] Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, [12] si ante occasum solis gustauero panem, vel aliud quicquam. Omnis populus † audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi. Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset a rege, vt occideretur Abner filius Ner. Dixit quoq; rex ad seruos suos: Num ignoratis, quoniam princeps, & maximus cecidit hodie in Israel? [13] b Ego autem † delicatus adhuc sum, & vnctus rex. [14] c Porrò viri isti filij Saruiæ [15] † duri sunt mihi, [16] retribuat dominus facienti malum iuxta malitiam suam.

a ¶ Qui me regem facere voluit super omnem domum Israel.

a ¶ Nondum perfecte constitutus.

* super

† stulti

† vt comedere faceret ipsum Dauid panem.

† tener

† supra 1. b. & infra 13. f.

† in cōpedes æneos illati.

† cognouit

† lxx. duriores, sunt me vel fortiores.

b *Delicatus.* Antiqui delicata dicebant dijs cōsecrata, quæ nunc dicimus dedicata.

c *Porrò isti filij Saruiæ, &c.*

✠ Iosephus. Saruiæ filijs nihil præualeo facere, cum sint memetipso potentiores, sed vicem eis reddat diuinitas.

✠ Procopius. Causam ponit propter quam Dauid de interfectore Abneri capitalem pœnā non sumpserit. Quando enim iustā irā exercere potuit, ei non pepercit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixit autem Dauid. *Hic consequenter describitur ipsius Abner venerabilis tumulatio ex luctu Dauid, & totius populi, & ieiunio, & planctu lugubri, & hoc est quod dicitur:* Dixit autem. *in hoc ostendens quod malè fecerat.*

2 Et ad omnem populum. *Vt solennius fieret negotium.*

3 Scindite vestimenta. *Hæc enim fiebant apud Iudæos in signum magnæ tristitiæ. Cætera patent vsque ibi:*

4 Nequaquam. *Vbi ponitur planctus Dauid in speciali.* Nequaquam vt solent. *id est, timidi, & effœminati, qui videntes contra se gladium permittunt se capi, & ligari absque defensione. ideo subditur:* Manus tuæ.

5 Sed sicut solent cadere. *viri fortes & animosi.*

6 Coram filijs iniquitatis. *quia sub simulatione amicitiæ, & pacis interficiunt eos dolosè, quos non auderent inuadere manifestè.*

7 Corruisti. *Tu Abner virorum fortissime.*

8 Congeminansque. *Sicut enim in cantilenis lætitiæ verba præcinentis repetuntur ab alijs in chorea existentibus, sic in carmine lugubri Abner, verba Dauid ipsum lugendo repetebantur a populo.*

9 Cumque venisset vniuersa. *post sepulturam ipsius Abner.*

10 Iurauit Dauid. *Ad maiorem declarationem suæ innocentiæ circa mortem Abner.*

11 Hæc faciat mihi Deus. *tantum malum sicut Abner & plus.*

12 Si ante occasum solis, &c. *Et patet litera vsque ibi:*

13 Ego autem. *In Hebræo habetur:* Tener. *& loquitur metaphoricè. quia sicut ramusculus tener de nouo plantatus, vel insertus, indiget fomento, & nutritione. aliter citò desiccaretur, sic Dauid pro tunc multum indigebat auxilio Abner, vt in regno suo statueretur, & firmaretur. ideo subditur.*

14 Porrò viri isti. *Ioab & Abisai cum adhærentibus sibi.*

15 Duri sunt. *Quia dictum auxilium mihi necessarium subtraxerunt. Sed quæritur hic quare Dauid eos non puniuit morte, sicut puniuit morte eos, qui occiderunt Isboseth, vt habetur sequen. cap. Dicendum, quòd Dauid erat in principio regni sui, & sola tribu Iuda tunc erat cum eo, quia aliæ tribus adhuc non erant sibi confœderatæ. In tribu verò Iuda inter milites Ioab & Abisai erant principales, & trahebant post se totam militiam, propter quod Dauid eos punire non potuit tunc, propter quod eorum punitionem Deo recommendauit, dicens:*

16 Retribuat dominus. *In fine etiam vitæ suæ punitionem huius facti imposuit filio suo Salomoni, vt habetur infrà 3. lib. 2. cap.*

CAP.

CAP. IIII.

a Duo autem viri. Rab. Hi duo viri principes erãt in exercitu Isboseth, & mortuo Abner sicut tradunt Hebræi consiliati sunt cum Miphiboseth, vt Isboseth interficerét, & ipsum regem cõstituerét. Sed Miphiboseth consiliũ prodidit. ĩõ sic inducitur: *Erat autem Ionathæ filius pedibus debilis.* Illi verò timore perterriti fugerunt in Gethaim fuerũtq; ibi vsq; ad tempus illud, quo.s. inde reuersi domum Isboseth ingressi sunt.

b *Et ostiaria.* Rab. Ostiaria triticũ purgat, cũ mẽtis custodia discernendo virtutes a vitijs separat. quæ si obdormierit, in mortẽ proprij domini insidiatores admittit; quia cum discretionis solicitudo cessauerit ad interficiendum animam malignis spiritibus iter pandit. Qui ingressi spicas tollunt: quia bonorum cogitationum germina auferunt, atque in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine enim ferire, est vitam mentis carnis delectatione perforare. Non enim Isboseth inopinata morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est, ad mentis aditum mollem custodiam deputasset. Fortis enim vigilq; sensus præponi cordis foribus debet quem nec negligentiæ somnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat. vnde bene Isboseth dicitur, qui custode fœmina hostilibus gladijs nudatur. Isboseth enim vir confusionis dicitur, vir autẽ confusionis est qui forti mentis custodia munitus non est: quia dum virtutes se agere æstimat, subintrãtia vitia nescientẽ necãt. tota ergo virtute muniendus est mentis aditus, ne eã hostes penetrent foramine neglectæ cogitationis.

c *Assumentes spicas tritici, &c.* ∴ R. Dauid. Intrauerunt cũ his, qui triticum erant accepturi.

∴ Chaldæus Paraph. Quasi emptores tritici ingressi sunt domum, & percusserunt enim in latere femoris sui.

CAP. IIII.

1 Audiuit autem Isboseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisq; Israel perturbatus est. 2 Duo autem 3 viri principes † latronum erãt filio Saul: Nomen 4 vni Baana & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de filijs Beniamin. Siquidem & Beroth reputata est in Beniamin. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi aduenæ vsque in tempus illud. 5 Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus. Quinquennis enim fuit, quando venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. Tollens itaque eum nutrix sua, fugit. Cumque festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est. Habuitq; vocabulũ Miphiboseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt † feruenti die domum Isboseth, qui dormiebat super stratũ suũ meridie, 6 & ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. 7 Ingressi sunt autẽ domũ latẽter, assumentes spicas

¶ Fortitudo. a ¶ Ignorans quem potius sequatur. † turmarũ, vel cuneorum. † si incalescerẽt dies. † in cubiculo meridiano. c ¶ Quasi causa præmittitur, vt regi defesse viderentur, & dolus non deprehenderetur. & ostiaria domus purgens triticũ, obdormiuit.

☞ Præcepit

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

1 Audiuit autem. *Hic consequenter describitur totalis destructio regni Isboseth per mortem eius. Et primò describitur eius occasio iniqua. secundò punitio iusta, ibi:* Respondens autem Dauid. *Circa primum sciendum, quòd in libro de Hebraicis quæstionibus dicitur, quod mortuo Abner Isboseth constituit Rechab & Banaa, alias Baana, qui erant de tribu Beniamin, vt patet in textu, duces suarum expeditionum. Vnde hic vbi dicuntur,* principes latronum, *in Hebræo habetur:* Principes turmarum, *vel* cuneorum *postea isti duo de scitu Miphiboseth conspirauerunt in mortem Isboseth, ut Miphiboseth regem instituerent qui erat debilis pedibus, & sic facerent sub eo quicquid vellent. Miphiboseth autem videns se ineptum regno, reuelauit hanc conspirationem auunculo suo. s. Isboseth: & tunc illi scientes suum consilium reuelatum, timore Isboseth fugerunt in Gethaim, & fuerunt ibi quousque redirent latenter ad interficiendum Isboseth, ut sic de eo amplius non timerent. & per hoc erga Dauid gratiam & munera impetrarent. Dicitur etiam in lib. de Hebr. quæstionibus, quod hoc tradunt Heb. Sed vbi hoc sit ab eis traditũ nescio, maxime quia Rab. Sa. qui ordinauit gl. Hebraicas super totũ vet. test. aliter dicit super locum istum. s. de Rechab & Baana: quod de ciuitate Beroth, ut habetur in textu. & quia illa ciuitas licet esset in tribu Beniamin tamen erat propinqua terræ Philisthinorum. & ideo mortuo Saule filij Israel dimiserunt ciuitatem illam inde fugientes, sicut et de multis alijs ciuitatibus, vt habetur suprà lib. 1. ca. vlt. et maximè de ciuitatibus propinquis ipsis Philisthæis, postea isti sic fugitiui aggregauerunt sibi multitudinẽ consimiliũ hominum, ut de prædis viuerent, & consimili occasione latenter & dolosè venerunt ad interficiendũ Isboseth, ut per hoc à Dauid munera reportarent. Secundũ igitur vtrumq; dictum litera in aliquibus locis est aliter & aliter exponẽda, quæ tamẽ pro magna parte patet ex prædictis secundũ vtrumq; modum dicendi. Veniamus ergo ad literã.* Audiuit aũt *quia tales rumores citò portant.*

2 Et dissolutæ. *eò quòd Abner erat princeps militiæ suæ.*

3 Duo autem. *id est. cuneorum currentium super aduersarios ad ipsos spoliandum. propter quod vocantur hic latronum principes, quia in talibus multa etiam latrocinia exercentur.*

4 Filio Saul. *id est. de domo eius, & ab eo instituti super turmas: secundum primum modum dicendi secundum Rab. dicũtur principes latronum ad literam.* Filio Saul. *i. insidiantes ei ad interficiendum ipsum rationibus prædictis. Cætera patent ex prædictis vsque ibi:*

5 Erat autem. *Secundũ primũ modum dicendi fit hic mentio de Miphiboseth, eò quòd Rechab & Baana volebant interficere Isboseth ut facerent illum regem, ut prædictum est. Secundum Ra. Sa. fit mentio de eo; eò quòd hic scriptura ostendit qualiter regnum Saul totaliter cessabat, quia post mortem Isboseth de qua in hoc cap. agitur, non remanebat nisi iste claudus ad regnum totaliter ineptus. Cætera patent ex dictis vsque ibi:* 6 Et ostiaria. *Totus iste versus non est in Heb. sed post literam præcedentem hunc versus immediate sequitur:*

7 Ingressi. *quasi volentes honorare regem faciendo sibi de hoc exenium, vt dicunt expositores nostri secundum translationem istam. In Heb. autem habetur:* Et venerunt vsque ad medium domus sumentes triticum. *Quod exponens Ra. Sa. dicit; quod intrauerunt sub specie mercatorum, quasi volentes emere triticum, quia rex de suis redditibus multum triticum recipiebat, & mercatoribus de longe venientibus vendebat. Cætera patent.*

Respon-

MORALITER.

3 *Duo autem.* Per istos duos dęmones significantur. qui Lu. 10. latrones nominantur, cum dicitur: *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho & incidit in latrones.* Per quos secũdum expositores dæmones intelliguntur.

7 *Ingressi sunt.* Cuius causa præmittitur, cum dicitur:

6 *Et ostiaria.* Cuius sensus mysticus in gl. ponitur hoc modo. Ostiaria triticum purgat, cũ mentis custodia discernẽdo virtutes a vitijs separat: quæ si dormierit in mortem dñi proprij insidiatores admittit, quia si discretionis solicitudo cessauerit. ad interficiendũ animam malignis spiritibus iter pandit. qui ingressi spicas tollunt, quia bonarum cogitationũ germina auferunt, atq; in inguine feriuntur: quia virtutẽ cordis delectatione carnis occidunt. In inguine. n. ferire, est vitam mentis carnis delectatione perforare. Non. n. Isboseth inopinata morte succũberet, si nõ ad ingressum domus mulierẽ, idest, ad mentis aditũ mollem custodiam deputasset. Fortis enim vigilq; sensus præponi cordis foribus debet, quẽ nec negligentiæ somnus opprimat, nec ignorãtiæ error fallat. Vñ bene Isboseth dr, qui custode fœmina hostilibus gladijs nudatur. Isboseth. n. vir confusionis dr. Vir autem confusionis est, qui forti mentis custodia non est munitus: quia dum virtutes se agere æstimat, subintrantia vitia nescientem necant. Tota ergo virtute muniendus est mentis aditus: ne eam hostes inuadant, & penetrent foramina neglectæ cogitationis.

Respon-

a *Præcepit autem Dauid pueris suis, & interfecerunt eos &c.*
✠ Theodor. Eos qui Isboseth occiderant, & eius caput attulerant, extremis membris mutilatos egit in crucem, etiam si existimassent se vniuersum, Israelis regnũ adducere illius cæde. Regis autem ei infesti caput honorificæ tradidit sepulturæ.
✠ Ioseph. Dauid, non est scelere eorum delectatus, sed ait. O pessimi viri, an mutatum me, aut esse huiusmodi credidistis, lætari cum malignis hominibus, & munus credere, pessimas, actiones interfectorum, proprij domini, qui nihil operatus est mali, & vos ipsos multa prouidentia & honore glorificauit? Quapropter a me suscipietis digna supplicia, q putastis me libēter mortē illius habiturũ. Non enim aliter gloriam meam fœdare potuistis, quam vt me talia velle crederetis.

Quæst. 15. — L. 7. Antiq. cap. 2. — † supra 1. b. — † qui putabat quod daturus essem mercedem.

tritici. Et percusserunt eũ in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclaui, & percutientes interfecerunt eum. Sublatoque capite eius abierunt per viam † deserti tota nocte, & attulerunt caput Isboseth ad Dauid in Hebron. Dixeruntque ad regem. Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui qui quærebat animam tuam, & dedit dominus domino nostro regi vltionem hodie de Saul & de semine eius. 1 Respondens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius, filijs Remmon Berothitæ, dixit ad eos. Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quoniam eum qui annuntiauerat mihi & dixerat. † Mortuus est Saul, qui putabat se prospera nuntiare, tenui & occidi eum in Siceleg, † cui oportebat me dare mercedem pro nuntio, quanto magis nunc cum homines impij interfecerint virum † innoxium in domo sua super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? a Præcepit † itaque Dauid pueris suis, & interfecerunt eos. 2 Præcidentesque manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron. 3 Caput autem Isboseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebrõ.

✠ August. Quoniam scriptum est, *Diliges proximum tuũ sicut teipsum*, nemini licet non volentē occidere proximũ, cui nõ expedit occidere seipsum. Ois q sine vlla legitimæ potestatis autoritate hominem occidit, homicida est, &c.
✠ Ambros. Dauid magis solicitus fuit, ne innocentis mortē inultã relinqueret, quam suam mortē doleret.

Epist. 61. — † Lxx. quæ ad occasum. — L. 2. Off. c. 7. — † iustum.

a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Respondens autem Dauid &c. *Hic consequenter ponitur occisionis Isboseth iusta punitio, quia Dauid præcepit homicidas istos occidi, eo quod interfecerant dominum suum dolose ducti cupiditate, vt patet ex prædictis. Et patet litera vsque ibi.* Præ-
2 Præcidentesq; &c. pisc. in Hebron. *In loco patenti et comuni in detestationem criminis, a I declarationē innocentiæ Dauid, vt omni populo Israel notum fieret, quod illa occisio Isboset non fuerat facta de uoluntate seu mandato ipsius Dauid.*
3 Caput au. &c. sep. &c. *honorifice tamen cũ principe suæ militiæ.*

MORALITER.

1 *Respondens autem Dauid.* Sequitur.
† *Præcepit itaq;.* Per hoc autem dedit Dauid exēplum principibus & prælatis, vt non parcant malefactoribus, qui talia aguntad eorum gratiam consequendam.

CAP. V.

a *Et venerunt.* Sic omnes gentes, conueniunt ad Christum, & quasi blandiendo, dicunt. *Os tuum, & caro tua sumus*, cum in illo, incarnationem, quam ex nostra natura in virginis vtero suscepit, diligunt & venerantur.

Rabbanus. — † 1 pa. 1. a. in itaq. 9. c.

CAP. V.

a ET † venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in 1 Hebron dicētes. 2 Ecce nos os tuum & caro tua sumus. 3 Sed & heri & nudius tertius cum esset Saul rex super nos, tu eras educens, & 4 reducēs Israel. 5 Dixit autem dominus ad te, tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. b 6 Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram domino. c 7 Vnxeruntque Dauid in regem super

c *Vnxeruntque.* Rabb. Dauid bis vnctus dicitur, & Christus prius in Iudæis post in gētibus principatũ sum psit.
✠ Theo. Quam obrem fuit Dauid ter vnctus? Per Samuelem, regiam adeptus est vnctionem. Populi autem electiones historia appellat vnctiones.
✠ Proc. Iterũ pro suffragijs eum reliquæ ēt tribus eligunt.

† Heb. i. propinqui tui. — Quæst. 15.

b *Seniores.* Rabb. Prophetę, & Apostoli pari fide & deuotione ad Christum concurrunt.

c *Vn-*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

1 ET venerunt. *Hic consequenter describitur institutio ipsius Dauid integralis, & sic deinceps in hoc libro agit de regno eius integro in quo aliqñ floruit innocenter, & sic fuit a Deo exaltatus, aliquando vixit insolenter, & tunc fuit ab eo castigatus. Primo ergo agitur de eius innocentia in prosperis, Secundo de eius pœnitentia in peccatis, et patientia in aduersis 11. c. Circa primum, primo describit eius confirmatio sup totum regnum. Secundo eius deuotio erga Deũ. c. 6. Tertio eius concertatio contra aduersariũ. c. 8. Quarto eius compassio erga pximũ c. 9. Quinto eius gratitudo circa beneficiũ, c. 10. Circa primum ondit, primo qualiter a populo sit inunctus. Secũdo qualiter sit famã adeptus. ibi.* Et abijt rex. *Circa primũ dicitur.* Et ve. vni. *Iam. n. audierant, quod Abner & Isboseth non fuerant de scitu eius occisi, & qđ super hoc suam innocentiam declarauerat manifeste, vt patet ex prædictis.*

Diuisio.

2 Ecce nos. *Quia omnes tribus descenderant de Iacob.*
3 Cum esset, &c. tu eras educens. *s. populum ad bellum.*
4 Et reducens. *Habita de aduersariis uictoria.*
5 Dixit autem. *q. d. ex hoc patet qđ tu debes suscipere honorem & onus regni, quia hoc est de uoluntate Dei.*
6 Venerunt. *In quibus stabat autoritas & regimen populi.*
7 Vnxeruntq;. *Et sic fuit ter inunctus, sicut dictũ est supra 2. cap.*

1 Filius

MORALITER.

1 *Et uenerunt vniuersæ tribus Israel.* Sequitur.
7 *Vnxeruntq;.* Trib. autem vicibus fuit Dauid in regē inunctus Primo per Samuelem de domini mandato, vt habetur sup. 1. li. 16. Secundo per viros Iuda vt habetur sup. 2. c. Tertio ab vniuersis tribubus Israel in hoc loco.
Per hoc Allegoricē significatũ fuit, qđ Christus per Dauid figuratus, tanquã dignus regiæ maiestatis ter fuit declaratus. Primo in magorũ adoratione: Matt. 2. Secundo in baptizatione, Dicēte patre: *Hic est filius meus dilectus, &c.* Mat. 3. Tertio in transfiguratione similiter per testimonium patris dicentis: *Et Hic est filius meus dilectus, &c.* Matt. 17.
Moraliter autē per triplicē Dauid vnctionem, significatũ fuit, qđ quilibet Christianus esse debet ter inūctus. Primo in baptismo Secũdo i ɔfirmatione. Tertio i extrema vnctione

Et abijt

a *Et quadraginta*. Rab. Quæritur, cur, non in summa quadraginta anni & sex menses numerentur? Quod ab Hebræis duobus soluitur modis. Dicunt enim, quod Dauid sex mensib. Absalom filium suum fugerit, & eos de summa regni subtractos. Dicunt etiam quod sex mensibus in Hebron corporis laborauit infirmitate, idcirco eos non debere computari. Ex eo.n. tempore in Hebrō illum regnasse dicunt, ex quo deuictis Amalecitis de spolijs eorum misit dona senioribus Iuda, qui scilicet erant in Hebron & in Bethel, & vbi commoratus fuerat Dauid. Quod autem Dauid triginta annorū regnare cepit, significat quod dominus noster cum esset triginta annorum, venit ad baptismum, & cepit prædicare Euangelium regni, cuius regnum sempiternum, & potestas æterna. Quadragenarius vero numerus, qui ex quaterdenis constat, temporum & rerum perfectionē significat.

a ¶ Hac ætate dominus baptizatus, discipulos habere cepit.

Israel. Filius triginta annorum erat Dauid cū 1 regnare cepisset, & quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit super Iudā septē annis & sex mensibus. In Hierusalem aūt regnauit triginta tribus annis super omnē Israel & Iudam. Et abijt rex, & omnes viri qui erāt cū 2

a ¶ Qui erat de genere Chananæorum.

eo in Hierusalē, ad Iebusæum habitatorem terræ. Dictumq; est ad Dauid ab eis Nō ingre 3

a ¶ Hos constituerant Iebusæi super murum ad irridendum Dauid.

dieris huc, †nisi abstuleris cęcos & claudos dicentes. Non ingredietur Dauid huc. Cepit āt 4 Dauid arcem Sion. Hæc est ciuitas Dauid 5

†vel sed abigent te cæci & claudi putabāt enim Dauidem eo nō ingressurū. LXX quia insurrexerunt claudi & cæci.

b *In Hierusalem*. Tradunt Heb. quod Sem filius Noe, quem dicunt Melchisedech, cōdidit Salē. Hanc postea tenuerunt Iebusæi, è quibus sortita est nomen Iebus. Inde Hierusalem, quasi Iebus Salem quæ post a Salomone Ierosolyma, quasi Ierosalomonia dicta est, q̄ postea ab Helio Adriano vocata est Helia.

c *Cęcos & claudos*. Q. qui sufficiūt contra te. Hoc dicebāt fidētes muris. Aut ita, non ingredieris nisi nos auferas, quos inermes sicut cęcos & claudos arbitraris, & triūphare putas.

✠ Chaldæus. Nisi remoueris peccatores & reos, qui dicūt. Non ascendet Dauid huc.

✠ R. Aben Ezra. Ciuitas ista Hierosolymitana tua erit, si poteris per arma tua deuincere cęcos & claudos, hoc est, turrim seu fortalitium illud, in quo sunt imagines cæcæ & claudæ, sed nos scimus propugnaculum illud robustius esse, quā vt a te superari possit.

lib. 6. Ant. c. 6. ✠ Iosephus. Iebusæis habitantibus ciuitatem, & claudentibus portas, & cęcos aspectu, & claudos, omnesque leprosos ad derisionem regis constituentib. super murum, & dicētibus, quod prohiberent eum cęci ingredi ciuitatem, despiciētes eum pro maxima munitione murorū, iratus rex Hierosolymam obsidere cepit, & multo studio & labore conari vt eam caperet, quatenus in ipso principatus initio suā fortitunem demonstraret.

✠ Cyrillus. Beato Dauidi restiterunt cæci & claudi Iebusæi, quo facto misere disperierunt. *L. 3. in Esai. cap. 29.*

✠ Tertull. Aliquando Dauidē in recuperatione Sionis offenderunt cęci resistentes quo minus admitteretur, in figuram populi cæci, non admissuri quandoque Christum filium Dauid. *Lib. 4. Adu. Marc. c. 36.*

d *Cepit autem*. Rabb. Sicut Iosephus ait, conscendere festinantibus, Ioab Saruiæ filius præuenit vniuersos, & conscendens cacumen clamauit ad regē, exigens militiæ principatum. Expulsis ergo rex de summa arce Iebusæis, & ædificans ciuitatem, vocauit eā Hierosolymam, & in omni tempore imperij habitauit. *Iosephus.*

Rab. Dauid Iebusæum habitatorem terræ de Hierusalē eijciens, significat Christum contrarias potestates de cordib. fidelium eijcientem, & ibidem manentem. Iebusæus.n. interpretatur conculcatus, Hierusalem visio. Non solum.n. per mysterium crucis omnem principatū diaboli destruēdo trophæum gloriæ acquisiuit, sed etiā fidelib. suis super omnem virtutem diaboli potestatem dedit, vnde. *Ecce dedi vobis potestatem calcādi super serpentes, & super scorpiones. &c.* Bn̄ ergo Dauid eiectis cęcis, & claudis habitauit arcem Siō, & ciuitatē suā nominauit, quia cū Christus malignos spiritus & vitiorū turbam de anima expulerit, habitat ibi, quæ merito arx Sion .i. speculationis vocatur, vt de ea recte dicatur. *Factus est in pace locus eius, et habitatio eius in Sion. Ibi confregit potētias, arcum, scutum, gladium, & bellum.* *Allegorice. Luc. 10. c. Psal. 75.*

Dauid arcem Siō cepit ablatis prius cęcis & claudis odientibus animam Dauid. Sic dominus primatū in ecclesia gētiū acquisiuit, reprobatis eius scribis & Pharisæis, q. cæci & claudi oderunt animam Christi .i. eius vitam auferre conati sūt.

Proposuerunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Filius triginta. *idest, triginta annorum. Cætera patent.*

2 Et Abijt. *Hic consequenter ostēditur qualiter fuit famam adeptus & hoc ex quatuor. Primo expellendo inimicos interiores. Secūdo confœderando amicos exteriores, ibi.* Misit quoque Hiram. *Tertio multiplicādo amicos interiores ibi,* Audierunt ergo. *Circa primum sciendum, quod inimici interiores erāt Iebusæi habitatores Hierusalē, quos non expulerunt filij Iuda, sicut dictum est 1 Iosue 15 & ideo Dauid immediate post regnum integraliter adeptum iuit ad eos bellandum, secundum quod dicitur hic.*

3 Dictūq; *Istud exponitur dupliciter. Dicunt enim doctores nostri communiter, quod illi Iebusæi in fortitudine murorum suorum confidentes, posuerant aliquos homines cæcos & claudos ad propugnacula in contemptum exercitus Dauid, quasi dicerent, tales homines sufficerent ad defendendum fortalitium. Simile autem huius habetur Eze. c. 27. b. de ciuitate Tyri, vbi dicitur.* Pigmei qui erant in turrib. tuis pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum, ipsi cōpleuerunt pulchritudinem tuam. *Qd exponunt aliqui doctores de quibusdam paruis hominibus qui sunt cum talis magnitudinis tantū, et tales fuerunt positi in turribus Tyri ad ostentationē fortitudinis loci, qua si dicerēt, tales sufficerent ad defensionē turrium. Ra. Sa. dicit, qd isti cæci & claudi erant duæ imagines, quarum vna repræsentabat Isaac, qui in fine fuit cæcus, vt habetur Gene. 27. & alia Iacob, qui claudicabat ex lucta cum angelo, vt habetur Gen. 32. Dicit igitur quod Iebusæi qui erant in Hierusalem descenderant de Abimelec, cū quo iniit fœdus & iuramentum Abraham, vt habetur Gen. 21. & ideo videntes posteri eius filios Abraham crescētes, timuerunt ne aliquando vellent eos inuadere: & ideo posuerunt prædictas duas imagines in parte superiori sui fortalitii, & in ore cuiuslibet imaginis erat scriptū iuramentū Abrahæ. quasi dicat posteri Abrahę non possunt hunc locū inuadere: & secūdū hoc dicitur, odientes animā Dauid vt hic habetur: inquantum reputabant eum transgressorem iuramenti Abrahæ, & per consequens odibile Isaac & Iacob, cuius erant imagines. Dicūtur etiā cæci & claudi in plurali, licet esset tantū vna imago repræsentans cęcū, & alia claudū: eo modo loquendi, quo in sacra scriptura al quādo ponitur plurale pro singulari, sicut Exod. 32. a. dicit. Isti sunt dij tui Israel, & tamē erat ibi vnū idolum tantum. Dauid autem licite & bene inuasit locum illū, quia iuramentū Abrahæ non fuerat ad semper, eo quod terra illa fuerat promissa Abrahæ & semini eius, sed vsq; ad tēpus certū, q̄ nōdū transierat quando Iosue cepit terram: propter quod filij Iuda quando ceperunt partē ciuitatis Hierusalem non potuerunt tunc expellere Iebusæū, sicut dictū fuit in Iosue 14. in fine. sed tempore Dauid prędictū tempus transierat, vt dicit Ra. Sa. & ideo licite eos impugnauit. Secūdū hoc igitur diuersimode est exponenda a aliquibus:* Nisi abstuleris cęcos, &c. *Secundū doctores nostros communiter, qui dicunt istos cæcos, & claudos fuisse homines, & per cōsequens potētes loqui, ipsi dicebant verba ista Dauid derisorie. Secundū Ra. Sa. qui dicit eos fuisse imagines, dicebant hoc interpretatiue per scripturam in ore eorum positam modo prædictū.* *Psal. 75. a.*

4 Cepit autem Dauid. *idest, fortalitium illorum Iebusæorum, quod dicebatur arx Sion .i. speculatiua quia inde poterat longe videri.*

5 Hec est. *Ex tunc eam suo nomine denominauit: qualiter autem acceperit hoc fortalitium, subditur cum dicitur.*

1 Propo-

MORALITER.

2 *Et abiit, &c. in Hierusal.* idest, contra Iebusæum. Per quod significatū fuit quod Christus post baptismū suū iturus erat in Hierusalē ad impugnandum malitiam Scribarū & Phariseorum qui bene significantur per Iebusæum, eo quod interpretatur: præcipe meum. Et de ipsis scribitur Matth. 24. b. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum oratione longa simulantes.*

Et abstu-

a *Proposuerat enim Dauid premium,&c.* ✠ Hieron. In Hebreo habetur, *Et Dixit Dauid in die illa, Qui percusserit Iebusæum,& tetigerit fistulam,& claudos & cæcos odientes animam Dauid.* subauditur, erit princeps & dux. Ascendit autem primus Ioab filius Saruiæ,& factus est princeps. Quod autem dicit, *Qui tetigerit fistulam*, ita intelligendum est. Qui tantæ fuerit audaciæ & fortitudinis, vt ad murum ciuitatis vsque veniat, & hasta sua fistulam quæ in muro est, tangat ipse princeps erit.

L. trad. Hc.

b *Domatum* idest, tectorum, fistulas appellat aquæ ductus de plumbo vel tegula factos per quos aqua ibat super murum per totam ciuitatem.

c *Fistulas*. Falsam scientiam seu hæreticorum dogmata figurant, quæ dominus per Ioab idest, prædicatores destruit. Iebusæus conculcans, hęc est Gentilitas q ante fidē pcepta Dei cōculcabat. Hæ Iebusęus calcatus, qa diabolus a dño calcat, & suo Ioab calcādus subditur.

d *Et ædificauit*. A loco ita dicto, subaudi murū: & intrinsecus. subaudi alium murū, hoc est, muniuit vrbem duplici muro.

e *Misit quoq;*. Hirā uiuēs excelse. hęc est Gentilitas in Christo excelsa. nūtios mittit ad Dauid. i. doctores ad Christū,& p eos cedrina ligna. i. incorruptos & fortes,& artifices. i. eos quorum arte mentes sunt incorruptæ, & tanq̄ lapides quatuor virtutibus quadratæ, sic domus Dauid. i. ecclesia Christi ædificatur,& cognoscitur quod Deus nostrū Dauid confirmauit regem super Israel. i. videntes Deum.

f *Concubinas*. ✠ Augu. Non facile dignoscitur quas concubinas appellet scriptura, & quas vxores quando quidem & Agar dicta est uxor, quæ postea dicitur concubina,& Cethura. Et ancillæ quas dederunt Rachel & Lia uiro suo. Nisi forte, omnis concubina uxor, non autem omnis uxor cōcubina more loquendi scripturarū appellat: idest, ut Sara & Rebecca & Lia & Rachel, cōcubinæ dici non possint, Agar uero & Cethura & Bala & Zelpha, & uxores & concubinę. Rabbanus. Hæreticorū ecclesias q sub Christiani nominis titulo se manere gloriantur. Sed quia propter lucra carnalia Christū sequuntur, non coniuges, sed concubinæ uocantur. Nunc vero si reges plures uxores, uel concubinas habent, peccatum est: quia figuræ transierunt, pro quibus hoc aliquando ueniale fuit.

L. 1. in Gen. cap. 90.

g *Natiq; sunt*. Si per Dauid significat Christus, nō immerito per filios eius intelliguntur: Christiani, qui sunt ex Iudæis & natio-

a ¶ Vt in principio regni fortitudine demonstraret. b ¶ Principatum militiæ. c ¶ Qui scilicet per subiectos colles in arcem conscenderet, eamque caperet.

a ¶ Quia iam capta inferiori ciuitate arcem obtinere non poterat. b ¶ Qui erat super murum.

a †Proposuerat enim Dauid in die illa præmium† qui percussisset Iebusęum,& tetigisset domatū fistulas,& abstulisset claudos & cęcos odientes animam Dauid. Idcirco dicitur in prouerbio.† Cæcus & claudus non intrabunt in templum. Habitauit autē Dauid in arce Sion,& vocauit eā ciuitatē Dauid,& ædificauit p gyrū a Mello & intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atque succrescēs,& dominus Deus exercituū erat cum eo. Misit quoq; Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid,& ligna cedrina & artifices lignorum, artificesq; lapidū ad parietes,& ædificauerūt domum Dauid. Et cognouit Dauid quoniam cōfirmasset eum dominus regem super Israel,& quoniam exaltasset regnum eius super populū suum Israel. Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Hierusalē postquam venerat de Hebrō. Natique sunt Dauid & alij filij & filiæ. Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Hierusalem, Samua, & Soab, & Nathan,& Salomon,& Iebahar,& Elisua,& Nepheg,& Iaphia,& Elisama, & Elioda, & Eliphalet. Audierunt ergo Philisthijm,

a ¶ Diuersas ecclesias.

a ¶ In primo Paral. Simma. ¶ Hi quatuor filij ex Bethsabee filia Amihel. a ¶ In Paral. Iebaar b ¶ In Paral. Napheg. c In Paral. Iaphie. a ¶ In Paral. Heliade.

† Dixerat. † premium. † dicebāt. † Leu. 21. d. † domum. † qui percusserit Iebusęū, & attigerit tectorum canalem, & abstulerit cæcos & claudos odio habitos ab anima Dauidis sub. erit dux, vt legitur. i. 2. Paral. a. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Proposuerat. *Quale autem fuerit istud præmium non dicitur hic, sed habetur* 1. Par. 11. b. *vbi dicitur*, Dixitq; Dauid. Qui percusserit Iebusæū in primis, erit princeps & dux. *s. militiæ, & sequit ibidē.* Ascendit ergo primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps.

2 Et tetigisset. *i. stillicidia quæ erant in tectis domorum.*

3 Et abstulisset. *i. homines tales, vel imagines, secundum duplicem modum dicendi prædictū, quia secundū vtramq; opinionem erant ibi.*

4 Odientes animam. *Si erant homines odiebant vere, si imagines, repræsentatiue, prout est supra expositum.*

5 Idcirco dicitur. *Leu.* 21. *d. scribitur, quod cęcus & claudus nō debent intrare templum ad exercendum sacerdotum ministerium, & illa scriptura ex isto facto tracta est ad prouerbium, id est, vt vulgariter inter homines diceretur.*

6 Et ędificauit per gyrum. *quia dilatauit ædificia illa.*

7 A Mello. *Mello erat quædam vorago quæ erat ante fortalitium prædictum, ita tamen quod inter voraginem illam & murum fortalitij erat terræ spacium, in quo Dauid illa ædificia construxit.*

8 Et dominus Deus ex. erat cum eo. *eum in suis operibus manifeste dirigendo.*

9 Misit quoque Hiram. *Hic consequenter ostenditur qualiter Dauid amicos exteriores multiplicauit faciendo amicitiam cum rege Tyri.*

10 Et ligna cedrina. *propter amicitiam enim contractā inter eos misit ei ligna de terra sua per mare.*

11 Et artifices. *quia in terra illa non inueniūtur ita bona ligna, nec artifices ita experti sicut in regno Tyri, secundum quod habetur inf.* 3. *lib.* 5. *cap.*

12 Et cogno. *quia videbat facta sua in omnibus prosperari, nec erat aliquis in regno Israel, qui auderet seu vellet aliquid cōtra eum machinari, vel hoc forte habuit per diuinam reuelationem.*

13 Accepit. *Hic consequenter ostenditur qualiter multiplicauit amicos interiores, per hoc quod de nouo accepit vxores plures ad multiplicandum prolem, quæ cōiūgeretur in matrimonium cum nobilioribus & potētioribus regni sui, & sic essent ei affinitate coniuncti ad maiorē firmitatem regni sui. Licet enim de diuina protectione & conseruatione confideret, omittere tamen non debebat ea quæ poterat facere secundū prouidentiam humanam ad regni sui stabilitatem. Et patet litera hoc excepto quod dicitur hic.*

14 Concubinas. *Ly* & *nō tenetur hic copulatiue, sed expositiue, pro idest. Illæ enim fuerunt veræ vxores suæ, sed dicuntur cum hoc concubinæ eo quod erant secundariæ & non principales.*

15 Audierunt. *Hic consequenter ostenditur qualiter bis expugnauit inimicos exteriores, scilicet Philisthæos, consuluit tamen primo dominum, vt per eius auxilium dirigeretur & protegeretur. Et patet litera vsque ibi.* Venit

MORALITER.

3 *Et abstul. &c. odientes.* Per istos significati fuerunt Scribę & Pharisęi odiētes animam Christi, sicut patet ex Euangelio. Nam ipsi persecuti fuerunt Christū vsque ad mortē. Fuerūt etiā cęci per ignorantiam propter quod de ipsis dicit saluator, Matt. 15. b. *Cęci sunt & duces cęcorum.* Similiter fuerūt claudi in via morū, quod patet ex hoc, quod irrita fecerunt mandata Dei ppter traditiones suas, vt habetur Matt. 7. Ipsos aute abstulit Christus de Hierusalē. i. auferendos pdixit, Luc. 19. g. vbi prędixit destructionē ciuitatis & populi per Romanos in vltionē mortis suę, quod impletū fuit anno quadragesimo secundo a Christi passione.

† *Habitauit.* s. Sion, per quā intelligitur militans ecclesia, eo quod ibidē per missionē spiritus sancti super Apostolos fuit fundata. In hac autē arce habitat Christus p gratiā, sicut dr Mat. vlt. *Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus, vsq; in finem seculi.*

9 *Misit.* Per hoc q. Hirā Gentilis talia fecit, fuit significatū, quod Gētilitas in ędificatione ecclesię proficeret multum.

15 *Audierunt ergo.* Per hoc autē quod ipsi cōtra Dauid insurgentes ab eo fuerunt bis debellati, significatū fuit, quod principes Iudęorū & tyranni contra Christum in membris suis pugnaturi, per fidem & miracula essent bis debellandi & confutandi, primo scilicet in Iudæa, & in alijs terris postea.

& nationibus, quibus congruunt interpretationes nominum, Samua, audacia. Sobab, côuertens. Iabahar, elegit. Elisua, Dei mei salus. Nepheg, applicans ori, Iaphia, illuminat vel ondit. Elisama, Deus meus audiens. Elioda, Deus meus scit. Eliphalet, Deus meus saluans.

dici sic locus vocatus, quia Philisthijm reliquerunt idola sua in loco vbi diuisi sunt.

c *Pyrorum.* In Hebr, *flentium*, id est, idolorum, vbi. s. idola erāt in quibus confidebant, quæ fletium vocant, quia fletu digna sunt, & cultores suos ad fletum miseriamque perducunt.

lib. 7. Ant. c. 4.

a *Philistiim autem venientes &c.* ✠ Iosephus. Nemo credat, modicum venisse Palæstinorum exercitum, eo quod, sic fuerint facillime superati, sed cuncti sciant, omnem Syriā, & vniuersam, Phœnicem, & super hæc alias multas, & pugnantes gentes fuisse cū eis hac dimicatione cōmunes. Cuius rei, hoc maximum indicium fuit, quia cum sæpius iam deuicti fuissent, & de suo exercitu multa millia pdidissent, sine dubio cum maiori virtute veniebant super Hebræos. Denique & hoc prælio deuicti, denuo cum triplici manu super Dauid venerunt.

b *Baalpharasim.* Interpretatur inimicorum diuisio. Potest dici

quod vnxissent Dauid in regem super Israel, & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid. quod cum audisset Dauid descendit in † præsidium. a Philisthijm autem venientes, diffusi sunt in valle Raphaim. Et consuluit Dauid dominum, dicens. Si ascendam ad Philisthijm, & si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad Dauid. Ascende, quia b tradens dabo Philisthijm in manu tua. 1 Venit ergo Dauid in Baalpharasim, & percussit eos ibi, & 2 dixit. Diuisit dominus inimicos meos coram me sicut diuiduntur aquę. 3 Propterea vocatum est nomē
a ¶ Et idem excussit, sicut in Paral. declaratur.
loci illius Baalpharasim. 4 Et reliquerunt ibi sculptibilia sua, 5 quæ † tulit Dauid & viri eius. 6 Et addiderunt adhuc Philisthijm, vt ascenderent & diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluit autem Dauid dominū. Si ascendam contra Philisthæos, & tradas eos in manus meas? Qui respondit. Non ascendas † obuiam eis, sed gyra post tergum eorum, &
a ¶ Vel cum audieris a potestatibus angelicis eorum idola conteri & conculcari.
c venies ad eos ex aduerso † pyrorum. 7 Et cum audieris sonitum clad moris gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium, quia 8 tunc egredietur dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philisthijm. Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei dominus, & percussit Philisthijm de Gabaa vsque dum venias Geser.

† contra eos.
† obuiam eis.
† mororum.

Rabban.

d *In cacumine.* Pyrus dicitur ex Græco πῦρ, quod est ignis. Pyri † arcem. sancti, cacumen sublimitas vitæ eorum, in qua stante spiritu sancto intonuit prædicationis sonitus. Qui est gradientis. i. dest, donum in carne ad uenientis, in cacumine pyrorū, idest, super celsitudinem sanctorum, dum hic sonitus auditur a nostro Dauid, Philistæi intelligibiles superantur.

· Si ascendam contra Philistheos & tradas eos in manus meas.

Quæst. 19.

✠ Theod. Sapientissimus pædotriba, Dauidem in virtute exercet, & suadet ne suis fidat viribus sed eius expectet auxilium. Vnde etiam dat ei signa sui aduētus. Nam quando, inquit, videris syluas sua sponte moueri absque vento, tunc descende ab bellum, tunc egredietur dominus ante te ad feriendos in bello alienigenas.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venit ergo. *Istud nomen ponitur hic per anticipationem, quia sic vocatus est ille locus ex uictoria quam habuit Dauid, secundum quod subditur.*

2 Et dixit. *Aqua enim propter sui mollitiem faciliter diuiditur, sic Philisthæi a Deo territi, & molles, & effœminati effecti, fugerunt corā Dauid per vias diuersas se diuidendo, quia modus fugientium de prælio est diuisim recedere, sicut econtrario modus venientium ad præliū est coniunctim & vnite incedere.*

3 Propterea vocatum est nomen loci illius Baal. *A Baal, qd est campus seu planicies, & Phares quod est diuisio, quasi campus seu locus diuisionis.*

Et

4 Et reliquerunt. *Quæ apportauerant, sperantes cōsequi victoriam per ipsa.*

5 Quę tulit. *In Heb. habetur.* Et cōbussit ea Dauid. *Et quod hęc sit uera litera, patet p hoc quod dicit. 1. Para. 14. de idolis.* Et tulit ea & iussit ea comburi Dauid. *quia præceptum erat in lege, quod aurum & argentum, seu aliquid de idolis non concupiscerent, sed omnino destruerent, vt habetur. 7.*

6 Et addiderunt. *quia collegerunt maiorem exercitum quā prius. vt se vindicarent. Et patet litera usque ibi.*

7 Et cum audieris. *Signum erat angelorum uenientium in auxiliū Dauid ad debellandum aduersarios, ideo subditur.*

8 Tunc egredietur dominus. *i. diuina uirtus in angelis a Deo missis.*

ADDITIO.

In ca. 5. vbi dicitur in post. Ra. Sa. dicit, quod isti cęci & claudi erant duæ imagines, quarum vna repræsentabat Isaac.

Hæc expositio Ra. Sa. videtur aliqua falsa presupponere, & quædam alia incerta quę nullum habent fundamentum in sacra scriptura subiungere. Primum patet nam supponit qđ Iebusæi descenderant de Abimelech, cum quo Abrahā iniuit fœdus & iuramētum, &c. quod falsum est Nam Abimelech erat rex Philisthinorum, vt patet Gen. 21. & 26. Philisthæi autem descenderunt a Mesraim secundo filio Cham filij Noe. vt patet Gen. 10. Iebusæi vero descenderūt a Chanaan, quarto filio Cham filii Noe, vt patet ibidem, & sic patet falsitas huius præsuppositi. Preterea præsupponit secūdo quod posteri Abrahæ non possent inuadere Hierusalem ratione prædicti iuramenti, quod falsum est. Nam in prædicto fœdere cum Abimelech inito licet Abraham iurauit nō nocere Abimelech, nec posteris suis seu stirpi suæ, non tamē iurauit, quod posteritas Abrahæ nō noceret posteritati Abimelech, vt patet in prædicto cap. Gene. 21. aspicienti formā illius iuramenti. Similiter & Gen. 26. Abimelech confœderauit se cum Isaac cum iuramento, quod non oportebat facere si iam Abraham iurasset pro posteritate sua, & sic dato qđ Iebusæi descenderant ab Abimilech, adhuc possent filii Israel eos inuadere. Secundum patet. Nam dicit quod iuramentum Abrahæ fuerat ad tempus certum, quod nondum transierat quando Iosue cepit terram, sed tempore Dauid, iam tempus illud transierat: quæ quidem præsupposita nullam autoritatem videntur in sacra scriptura habere. Vnde de tali expositione non videtur mentio esse facienda. Alia vero expositio doctorum est satis applicabilis literæ, sed tamen

men est alius dicendi modus, qui forte magis literæ adaptatur, & est talis, videlicet quod cæci, & claudi ibi erant simulacra deorum Iebusæorum suprapposita in summis fortalitijs suis, qui quidem Iebusæi suos deos cęcos, & claudos nominabant secundum æstimationem Dauid, qui illos deos improperando dicebat. *Oculos habent & non videbunt, pedes habent & non ambulabunt:* & ideo credentes, quod Dauid non toleraret in illa ciuitate regia similes deos, nec cultum eorum, excusabant se a receptione Dauid dicentes. *Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos & claudos.* quasi dicat, Scimus, quod si tu possideres illum locū, auferres deos nostros quos reputas cœcos, & claudos, quod nos nullo modo permitteremus, vñ oportet quod eos potenter auferas si vales, quia non sponte eos trademus tibi. Vnde Dauid de hoc indignatus, postquam cepit arcem Sion potenter, posuit præmium facientibus tria in debellatione Iebusæorum. Primo illi qui primo percussisset Iebusæum, quod est contra personas eorum, secundo illi qui tetigisset domorum fistulas, & hoc contra sustentationes eorum. Hierusalem enim non habebat aquam inter muros, sed ex pluuialibus aquis in cisternis collectis sustentabatur, vnde frangendo stillicidia illa. s. fistulas per quas aqua fluuialis fluebat maxime affligerentur, tertio ordinauit contra deos eorū, dicens. Qui abstulisset cęcos & claudos, &c. hoc est simulacra Iebusęorū vt dictum est. Et nota, qđ vbi translatio nostra dicit, *Cęcos & claudos odientes animam Dauid:* veritas Hebr. habet, *cæcos & claudos quos odiebat anima Dauid,* quod uidetur facere pro ista expositione. Nam Dauid proprie odiebat talia simulacra tanq̄ inimica diuino cultui, iuxta illud Psal. *Nōne qui oderunt te*

te dñe oderā. Similiter iuxta illud, qđ sequit', *Idcirco dicitur in prouer. Cæci, & claudi non intrabunt in tēplū dñi.* vr̄ magis adaptari ad istam expositionē sic. Nā iste locus fuit assignatus diuino cultui à tpe quo Abrahā voluit immolare Isaac Ge. 22. Et ibidē Iacob vidit scalā, Ge. 28. Et ibidē fuit fundatū tēplum per Salomonē, vt inf. 3. l. c. 6. & 2. Para. 3. & iō ibi erat tēplum dñi ædificandū, in quo nulla immunditia idololatrica debebat hēre ingressum, sed solus Deus erat adorandus, & colēdus, iō tanq̄ psagiū huius boni futuri quasi prouerbialiter dicebatur, *Non intrabit cæcus, & claudus in tēplū dñi.* quasi diceret, vere prænosticauerunt Iebusęi, quòd in templū Domini in hac ciuitate ędificandum non intrabunt cęci, & claudi, hoc est, dij gentium, qui cęci, & claudi dicuntur, vt dictum est.

Psal. 138. d. Leui. 21. d. 3. Reg. 5. b.

REPLIC. In 2. li. Reg. 5. c. vbi post. adducit Ra. Sa. non vt eius dicta approbet, sed vt obscure dictū de cęcis, & claudis aliqualiter elucidet. Burg. rōnabiliter quędā dicta Ra. Sa. abijcit de cęcis, & claudis, & extortā sententiā superaddit 9 cōem doctorū nostrorū expositionem, asserens per cęcos, & claudos intelligi deos Iebusęorū, qui suos deos sic nominabant, quia Dauid de dijs gentium dixerat, *Oculos habent, &c.* Sed extraneū vr̄, qđ pp dictū Dauid Iebusęi suos deos dicerent cęcos. Dauid. n. fuit Iebusęis, & dijs gentiū 9rius. Vnde simile vr̄, q, si quis infidelis blasphemus Deo vero imponeret nomē turpe, & fidelis de Deo vero loqui volēs, vteretur blasphemātis nomine, ita & infidelis audiēs idola 9tēptibiliter cęcos p suū aduersariū nominari se suo noie aduersario 9formaret, qn potius re,pbaret, nec fortasse ille mod' loquēdi de dijs gētiū erat apud Dauid i vsu, q, a nōdū ille Ps. factus vr̄ fuisse, q loquit' de deorū cęcitate, nec fortasse Iebusęi sibi putasset honestū deos suos exponere sup muros, vbi sagittis imperi potuiss̄et, qđ tñ de cęcis, & claudis hic dr̄, nec nobis foret honestū sacrū sic ponere in locū, vbi nō parceret' eidē. Est igit' extorta expositio Bur. Et sicut dicit Burg. Hebraica lra hēbat *cæcos, & claudos quos odiebat aīa Dauid*, hoc bñ stat cū nr̄a trāslatione, & doctorū nrōrū expositione. nā stāt bene simul, qđ ipsi cęci, q, ad deridēdū Dauid sup fortalitia positi oderāt aīam Dauid, & q, Dauid oderat eos. Nec vere applicat Bur. prouerbiū Iebusęorū, *cæci, et claudi nō itrabūt i tēplū*, quasi pnostice verū dixerint, qđ dij gētiū nō essent ingressuri, q, a 9riū huius hr̄ ex Daniele, & euāgelio Mat. vbi dr̄ abominatio desolationis ponēda in tēplo, & fortasse hodie templum hoc prophanationib. deseruit, sicut tempore Achaz.

CAPVT VI.

Rabban. Eucher.

B a **C**Ongregauit. Dauid Christū, arca significat ecclesiam. Quęsiuit Dauid arcam in ciuitatem suā adducere, sed causa interueniente, ad tēpus eam alibi diuertit, & postea, quod vouerat, expleuit, quia Domin' in carne apparens, euangelium genti suę prędicauit, sed cęcitas ex parte cōtigit in Israel, *donec plenitu. gen. in. & sic omnis Israel saluus fieret.* Congregauit Dauid ex Israel electos triginta milia, quia Dominus primitiuam ecclesiā ex Israel cōstituit, nō omnes, sed electos sibi consocians. Non. n. omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitę, sed filij promissionis deputāt' in semine. Qui triginta milia dñr, i. fidei operis, & spei firmitate perfecti. Tria enim propter confessionem trinitatis ad fidem pertinent. Decē propter decalogū ad opera. Mille pp sui perfectionē ad spem vitę eternę, qua superius nihil est, sicut nullus numerus maior millenario est. Si. n. decē milia, si triginta, si ēt mille milia dixeris, non ipsum mille numerando transcendis, sed vel p se, vel per minores numeros sępius ducēdo multiplicas. Tria ergo per decē multiplica, ne *fides sine operibus mortua sit.* Item triginta per mille, vt fides, quę per dilectionē operatur, non alibi, quam in cęlis retributionem speret. Electi igitur ex Israel populos recte credentes, operantes, sperātesque significant. Viri autem Iuda, qui erāt cū Dauid apostolos, & doctores lateri Christi quasi familiarius adhærentes indicant. His stipatus Dñs arcā adducere, i. ecclesiam dilatare, & in eorū, q nō crediderūt cordib. inserere gaudet. Imponit' arca plaustro nouo, vt noui testamenti gratia renouatis in baptismo infundat', & vinum nouum nouis vtribus commendet'. Erat quidē prius arca in domo Abinadab, qui erat in Gabaa, quia eadem, q nunc pdicatur ecclesię fides, & ante incarnationis dominicę tempus florebat in his, qui patriarcharum deuotionē secuti sunt. Abinadab. n. qui interpretatur Deus meus spontaneus, vel Abraham patrē fidei, vel Moysen legislatorem significat, qui vterque in Gabaa custodit arcam, quia sublimi exemplo virtutis credentium pectora munit. Vnde Gabaa, & collis interpretatur, qui est locus in ciuitate Cariathiarim. Elata foris arca ludebant Dauid, & omnis Israel coram Domino diuersis instrumentis, & musicorum generibus, quia inchoante nouę gratię pręconio Dominus ad exhibendas Deo patri laudes humilitatis omnes inuitat d cens, *Qui mihi ministrat, me sequatur.* Alij dando per spiritum sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij genera linguarum, &c. Sed his, & huiusmodi charismatū generibus progrediente arca, id est, crescente primitiua ecclesia, ventum est ad arcam Nachor, idest, arcam præparatam in gentium ecclesiam fidei veritate consecrandam, de qua dicitur, *Permundabit aream suam.* vbi sacerdos, qui arcā incautus quasi corrigendo tetigit, mox à Dño percussus occubuit, quia Iudæorū populus dum inuidet gentibus, salutis munere priuatur. dum legem vult euangelio miscere, vtriusque gratiam perdit. Tenuit eam, quia calcitrabāt boues. Boues calcitrare est prædicatores euangelij liberius circa fidē agere, nec s̄m consuetudinem legis ingredi, sed sabbatha, neomenias, circuncisionem victimasque spiritualiter interpretari. Quos velut errantes corrigere tentabant, qui descēdentes de Iudæa docebant fratres. *Nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis salui fieri.*

Rom. 11. d. Rom. 9. b. C Iaco. 2. d. Luc. 5. a. g. E F Ioh. 12. d. 1. Cor. 2. a. Matth 3. a. c. Act. 15. a.

CAP. VI.

a **C**Ongregauit autem rursum Dauid oēs electos ex Israel trigīta milia. Surrexitq; Dauid, & abiit, & vniuersus populus, qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei super, quam inuocatum est nomen Domini

a Sedentis

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

COngregauit. *Hic consequenter ostenditur deuotio Dauid erga Deum, & hoc quantum ad duo. Primo quantum ad arcam Dei deducendam ad locum solennem Ierusalem. Secundo quantum ad domum Domini ædificandam. c. 7. Circa primum deductio arcæ incipitur secundo ex timore interrumpitur, ibi.* Postquam aūt percu. *Tertio deuote perficitur, ibi,* Nuntiatumque est. *Circa primum dicitur.*

1 Congre. *au. quia talis translatio arcæ debebat fieri cum magna solennitate.*

2 Vel adduce. arcam Dei. *Sicut enim dictum fuit Exo. 25. b. super arcam erat propitiatorium, quod erat quasi sedes Dei inde dantis responsa.*

Et

MORALITER.

1 *Congregauit autem, &c.* Sequitur.

2 *Vt adducerent arcam.* In hac autem arca tria fuerunt, s. tabulæ testimonij per quas designatur donum sacræ scripturæ, & virga Aaron, per quam rigor iustitiæ, & manna, p quā dulcor misericordiæ figuratur. Hæc enim tria regimini tēporali, & spūali sunt necessaria. Per hoc igitur, qđ Dauid arcam ad se adduxit, significatur, quod bonus princeps, & prælatus debent esse soliciti de habendis istis tribus. Per hoc aūt, qđ hęc arca Debebat sacerdotū humeris deportari, significatur q, principes, & plati propios humeros debent submittere ad portandū onus sui officij, ne percutiantur à dño, sicut Oza, qui ad deportationē arcæ boū humeros applicauit, cui sunt similes, qui regendas ecclesias suas alijs tradunt, etiam ignorantibus, & ipsi in alijs occupantur. Licet autē Oza fuit percussus pro peccato deportationis indebitæ, & nō p tactu arcæ, sicut plenius dixi in expositione literali, non tamē fuit percussus ante tactū eius, quando inclinata fuit ex recalcitratione boū, quia tunc apparuit Ozæ peccatū, quia nō fuisset sic inclinata si fuisset humeris deportata. Et in hoc Domin' documentum dedit iudicibus differendi punitionem malorū vsque ad tempus debitum. Et hoc modo Dauid punitionē Ioab, & Semei distulit, vt habetur 3. Reg. 2. b. Hoc etiam modo Dominus dixit Gene. 15. d. *Nondū complete sunt iniquitates Amorrhæorū.* Per hoc autem, quòd Dauid fuit ita solicitus de portatione arcę ad locum honestum, & de statuendis cantoribus, & Leuitis ibidem ad diuinum obsequium, vt habetur. 1. Para. 16. ostenditur qualiter principes Christiani de cultu diuino debent solicitari.

a *Sedentis*. Super arcam erat tabula, quā alis duo Cherubim tegebant, inter quos Dominus apparebat, & loquebatur.

Eucherius. & Rabban. com. in hunc locum.

GREG. In historia regis Dauid, & prophetæ qua arcam Dei adduxisse dr̄, humilitas approbata, superbia dānata, & temeritas vindicata monstratur. Dauid.n. qui coram arcam humiliter saltare non erubuit mox promissionē filij Dei de sua stirpe nasciturі suscipere meruit, & vxor quæ humilitatē despexit, perpetuæ sterilitatis pęnas luit. Sacerdos quoq; qui arcam temerarie tetigit, reatum sui ausus immatura morte purgauit. Vbi intuēdū est quātum delinquat, qui ad corpus Domini reus accedit si ille morte mulctatur, q̄ arcam dominici corporis figuram minori, quam debuit, veneratione corripuit.

† 1. Pa. 13. c.

† abiegnis. † nablis.

L. 5. Moral. 10.

GREG. Sæpe quia intelligi non valent, deterioribus displicent facta, vel dicta meliorū. Sed eo ab eis non temere rep̄hendēda sunt, quòd apphēdi veraciter nō possunt. Sæpe aliquid à maioribus dispēsatorie agitur, quòd à minorib. error putatur. Sæpe multa à fortib⁹ dicuntur, quæ infirmi dijudicant, qui ignorant. Quod bene bobus calcitrantib. inclinata illa testamenti arca significatur, quam quia casuram credēs Leuites erigere voluit, mox suam mortis accepit. Quid .n. est mens iusti, nisi arca testamenti, quæ bobus calcitrātibus inclinatur, quia sæpe ēt, qui bene præest dum subiectorum cōpassione concutitur, ad dispensationis condescensionē ex sola dilectione promouetur. Sed in hoc, quod dispensatorie agitur, inclinatio fortitudinis casus putatur imperitis Vnde, & subditi ꝯ hanc manū reprehensionis mittunt, si à vita ꝑtinus sua temeritate deficiūt. Leuites ergo quasi adiuuans manū tetendit, sed delinquens vitā perdidit, quia dum infirmi fortium facta corripiunt, ab ipsa viuentiū sorte reꝓbantur. Aliquando sancti viri quædā minimis condescēdētes dicunt, q̄dam vero summa contēplantes proferunt, dū que vim, vel ꝯdescensionis, vel altitudinis nesciūt, audacter hæc stulti reprehendunt. Et quid est iustum de sua condescēsione velle corrigere, nisi inclinatam arcam superba rep̄hēsionis manu releuare? Quid est iustum de incognita locutione reprehendere, nisi motū eius fortitudinis erroris lapsum putare? Sed perdit vitā, qui arcā Dei tumide subleuat, q̄a nō sanctorum corrigere recta præsumit, nisi qui de se prius meliora sentit. vnde, & Leuites Oza, i. robustus Domini, quia præsumptores, nisi robustos se in Domino crederent, nō meliorum facta, vel dicta velut infirma iudicarent.

† declinabant boues, uel impellebant, aut mouebāt sup. arcam.

† uel errore.

L. 7. anti. c. 4.

b *Et percussit eum super temeritate, &c.* IOSEPH. Accedens ad arcam Oza, ira Dei repente percussus est. Nam cū boues declinassent arcam, extendens ille manum suam, & volens eam retinere, cum sacerdos non esset, quoniam eam contingere præsumpsit extinctus est.

R. LEVI. Oza idcirco percussus interijt, quod cum neque Leuita esset, tetigit arcam.

ALII RABBINI. Hoc accidit, quòd Oza putaret arcam ruituram esse à curru, & Deum, ita infirmum esse, vt non posset se sustinere.

THEOD. & PROCOP. Alterius delicti luit pęnas. Nam cum Deus iussisset, vt Sacerdotes arcam suis ferrēt humeris, præter legem eam tulit in plaustro. Hoc autem eos fefellit, quòd ea sic emissa ab alienigenis, nemini nocuit. Etenim cum postea Dauid eam transtulit in regiam, non est vsus plaustro, ne trahentes boues haberent posteriores partes versas ad arcam, sed Leuitæ eam tollerēt ferentes humeris magna ligna, à quibus pendebat. Et non alij quidem ante, alij vero pone incederent, sed ex æquo ingrederentur, adeo vt eorum posteriora ad eam nō essent conuersa.

Quæst. 21.

a exercituum sedentis in Cherubim super eam. † Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum 1 nouum. Tuleruntque eam de domo Abinadab 2 qui erat in Gabaa. Oza autem, & Ahio filij Abinadab minabant plaustrum nouum. Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa custodiens arcam Dei, Ahio præcedebat arcam Dei. Dauid autem, & omnis Israel lu 3 debant coram Domino in omnibus lignis † fabrefactis, & citharis, & † lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis. † Postquam autem vene- 4 runt ad arcam Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniā † calcitrabāt boues, & declinauerunt eam. Iratusq; b est Dn̄s indignatione cōtra Ozā. Et pcussit eum c super † temeritate, qui mortuus est ibi iuxta arcā

a ¶ Id est, super humeros est percussus, quibus secundum legem arcam ferre debuit.

12. q. 7 c. plerunque. uer. item legitur.

HIERONYMVS. Oza arcam, quam non licebat tangere attingens, subita morte prostratus est.

Epist. ad Eust. de cust. uirg.

IDEM. Oza Leuites arcam Domini, quam portare ipse debuerat, quasi ruentem sustentare voluit, & percussus est.

Epist. ad Sabinianum.

AVGVSTINVS. Oza subsequens arcam, cū illā velut sustentans tangeret, subita morte percussus, & suffocatus est. In quo facto temeritas cum ipso Oza, qui cū non esset de genere Aaron arcam tetigit, damnatur, & totus populus, quia caute in diuinis reb⁹ se agere deberet, admonetur. Sed quidā aliquod p̄cedens peccatū in Oza per hanc culpā punitū esse existimant, quoniam sæpe euenit, vt minores culpæ præcedentium peccatorū vindictam incutiāt.

L. 2. de mirab. facr. ca. 11.

RVPERTVS. Iusserat Abinadab filijs suis, vt portarent arcā humeris suis, & quia neque ipsi portauerunt, neque Caathitis ad portandū dederunt, idcirco Oza morte mulctatus est. fuit enim peccatum in non portando, in sustinendo arcam iam pęna peccati. Nam traditur, quod aruisset brachium eius, & humerus vbi arca Domini portanda fuerat, & in illius loco diuisio quædam facta est.

Lib. 2. com. cap. 28.

c *Qui mor.* Mortuo sacerdote non ausus est arcā diuertere ad se in ciuitatē Dauid, sed diuertit eā in ciuitatē Obededō Gethæi, quia respuentibus verbum Iudæis, ne prædicatio audita, & non suscepta plus noceret, Apostoli transierunt ad gentes. vñ locus arcæ Nachō, q̄ gētiū fidem dñi gratiæ ꝑparatā significat, percussio Ozæ nuncupatur, quia ex illorū delicto preuenit salus gentibus. Obededom namque, q̄ interpretatur seruiens homo, illū significat de quo dr̄. *Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in au. au.* & quasi mors Ozæ præmittitur. *Eripies me de contradictionib. populi.* Geth quoq; torcular interpretatur, significans crucē in qua vitis vera calcari, & exprimi dignata est. A qua Gethæus populus pōt appellari, qui dicit. *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini.*

Rabbanus. Eucher.

Psal. 17. f. Ibidem.

Gal. 6. c.

a Tribus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et impo. *Isto modo remiserant eam principes Philisthinorum, vt habetur li. 1. 6. c.*

2 Tuleruntque. *Contrariū videtur. 1. Para. 13. b. vbi dicitur,* Et ascēdit Dauid, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim, quæ est in Iuda, vt auferret inde arcam Domini. *Dicēdū, q̄d Cariathiarim, & Gabaa erant loca satis propinqua, & in Cariathiarim primo congregatus est populus ad Dauid, & inde transierunt ad deducendum arcam, quæ erat in Gabaa, & in deducendo eam transierunt per Cariathiarim, & sic intelligendum est illud, quod inductum est de 1. Paral. Vltimus enim locus in quo manserat arca antequam per Dauid transferretur in domum Obededom, fuit Gabaa, sicut dictum fuit supra 1. lib. 7. ca.*

3 Dauid autem. *Iste ludus non erat dissolutionis, sed deuotionis, secundum illud. Psal. 83.* Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

4 Postquam autem. *Hic deductio arcæ interrūpitur propter mortem Ozæ repentinam, Cuius causa fuit, vt dicunt Hebræi, quia fecerat poni arcam super plaustrum, cum tamen deberet portari in humeris Leuitarū, vt habetur Nu. 7. et in pluribus alijs locis, & propter hoc, quā do secundo fuit portata de domo Obededom fuit portata in humeris, vt patet. inf. c. c. & 1. Para. 13 Quod aūt sic deberet portari, Oza nullo modo debebat ignorare. Præterea peccauit in hoc, quod voluit assimilari Philisthæis infidelibus in arcæ deportatione; vt patet ex p̄dictis. fuit tamen percussus à Deo quando arcam tetigit inclinatam ex recalcitratione boum portantium ipsam, quia tunc fuit manifestum, quod non debebat sic portari, sed humeris hominum rationabilium quorum deportatione sic non fuisset inclinata. Quod autem aliqui dicunt, quod fuit percussus à Domino, eo quòd arcam nudam tetigerit, non habet apparentiā, quia arca portabatur inuoluta panno, ne videretur nuda à Leuitis eam portantibus, & à populo, ne morerentur subito, sic habetur Nu. 4. & hic. 1. li. 6. c. Item sciendum, quòd iste Oza solus fuit percussus, & non frater eius cum eo, quia principalis erat. Et illa temeritas erat de eius ordinatione, & mandato.*

Oza quomodo peccauit.

Con-

a *Tribus mensibus, & benedixit do. &c.*

✠ HIERON. Hebraei dicunt Dominum domum Obed benedixisse, eo quod omnes vxores eius, & concubinae, & nurus, & ancillae masculos pepererint filios necnon, & foeminae quadrupedes geminos ei ediderint foetus.

L. trad. He.

✠ IOSEPHVS. Audiens rex quomodo haec prouenissent Obededom, & ex priori paupertate, & humilitate, epulentiae magna vbertate polleret, ita vt zelum circa eum inspicientes haberent, securus quia nihil pateretur mali, arcam ad sua regalia deportauit. Quibus scilicet fides, spes, & charitas significantur. Sicut enim diebus mensis impletur, ita singulae virtutes suis aeque passibus ad perfectionem veniunt. Hi menses donec plenitudo gentium intrat, currere non cessant. Tandem rediens Dauid arcam in ciuitatem Domini reducet, quia Christus Helia, & Enoch praedicantibus, conuertet corda patrum ad filios, boues, & arietes immolans, idest, eos, qui arcam Domini triturant, & ouium ducatum gerunt in martyrij sanguine coronans.

l. 7. Ant ca. 4. † Heb. ad uerbum legitur, diuisit Domi nus diuisione in Oza. Rom. 11. f. Rabbanus. Malach. 4. b. - & erant cum Dauid septem chori, & uicti ma uituli. Hęc nusquā leguntur in antiquis sicut apud Heb. - percutiebat in organis armigatis, & ne in ueteribus quidem exēplaribus hæc leguntur.

b *In organis*, id est, ad armum ligatis, dum manibus ferentis tanguntur. Aliud genus organi, est quod cum aqua fit.

✠ *Et Dauid percutiebat in organis, & caetera.* AMBROSIVS. Saltabat ante arcam potentissimus regum, docens contuitum regalis potentiae non habendum, vbi religioni exhibetur obsequium.

Apolog. 1. pro Dauid, cap. 6. † uiriliter agentem.

✠ IDEM. Cantauit Dauid, & ante arcam, non pro lasciuia, sed pro religione saltauit. Ergo nō histrionicis motibus saltus corporis sinuati, sed impigra mentis, & religiosa corporis agilitas designatur.

✠ IDEM. Dauid rex pariter, & propheta, cū multa cecinerit & an arcā saltasse dicat, elatus gaudio in saltationē prorupit.

✠ IDEM. Non cōfusus est Moyses adscitus in domū regiā thesauris Aegypti opprobriū Christi praeferre, Non cōfusus est Dauid, qui ante arcam testimonij coram omni populo saltauit. Non Esaias, qui nudus, & discalceatus ibat per populos oracula clamans coelestia. Ezechieli dictum est, *Plaude manu, percute pede.* Sed hęc quę corporeo aspectu fiunt turpia, sacrosanctę religionis contēplatione reuerenda sunt; vt qui ista reprehendunt, ipsi in laqueos reprehensionis animas suas, (vt Michol) inducāt. Non erubuit igitur Dauid foemineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est.

Com. in Luc. c. 7. Serm. 11. & 80. Epist. 36. Exod. 2. Heb. 11. Isa. 20. Ezech. 21.

PRO-

Dei. Contristatus est autē Dauid, eo quòd percussisset dominus Ozā. Et vocatum est nomen loci illius percussio Ozae vsque in diē hanc. Et extimuit Dauid dominū in die illa, dicēs: Quomodo ingredietur ad me arca domini? Et noluit diuertere ad se arcam domini in ciuitatē Dauid, sed diuertit eam in domum Obededō Gethaei. Et fuit arca domini in domo Obededom Gethaei tribus mensibus. Et benedixit dominus Obededom, & omnē domū eius. Nuntiatūq; est regi Dauid, † quod benedixisset dominus Obededom, & omnia eius propter arcam dñi. Dixitq; Dauid: Ibo & reducam arcā benedictiōe in domum meā. Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededō in ciuitatē Dauid cū gaudio. Et erant cū Dauid septē chori, & victima vituli. † Cūque transcendissent qui portabant arcā domini sex passus, immolabāt bouem, & arietem. Et Dauid percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis virib. ante dominū. Porrò Dauid erat accinctus Ephod lineo, & Dauid, & omnis domus Israel ducebant arcā testamenti domini in iubilo, & in clāgore buccinae. Cumque intrasset arca dñi in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestrā, vidit regē Dauid † subsilietē atque saltātē corā dño, & despexit eū ī corde suo. Et ītrodu-

a ¶ In humeris, ne percuterentur, sicut Oza.

a ¶ Aqua omnis, vel ex omnibus aqua.

a ¶ Quia gestus corporis ad vocem pertinebat cantantis: Vnde cecinimus, & non saltastis.

✠ PROCOPIVS. Michol alienū à regia dignitate eē putauit, quod Dauid publice in omniū conspectu saltabat. Nesciebat. n. diuini amoris stimulos, quos sermone ad ipsam Dauid declarauit. Addit ad haec scriptura, quod filium non habuerit, suae irrisionis poenas indicans. Deinde etiam ne regium semen ex illa regnum obtineret.

c *Ephod lineo, & Dauid, & omnis domus Israel, & caetera.* non pontificali, sed linea veste, cā humilitatis. Linum de terra procreatū multo labore ad cādorem vestis peruenit, & humanitas à verbo assumpta inter flagella triumphauit.

d *Cumque intrasset arca Domini.* Cunctis exultantib. & ad arcis coelestis introitum hymnos resonātib. sola Michol filia Saul abest, & ex spectaculis Dauid humiliatū despicit, quia credētibus in fine mūdi Iudeis, multi professione Chrm, sed opere sequent Antichrm quib. congruit quod Michol, (quae ob figurandū instabilitatē carnalium, aqua oīs interpretatur) nō vxor Dauid, sed filia Saul dr. quia qui Christo fide tenus seruiūt, nō illis regno coronandi, sed persecutorū eius quos imitantur anathemate sunt dānandi. Verū praui succēseāt, humilitatē ecclesiae ptēnāt, nihilominus arcā Dñi locū suū ingreditur, & ponitur in medio tabernaculi quod tetēderat ei Dauid. i. fides ecclesiae pdicat, proficit, īserit cordib. ouium quos Deus ad vitā pordinauit aeternam. Offert Dauid holocausta, & pacifica corā dño, fidē deuotioneq; ecclę cōmendat Chrs pri, qui ad dexterā Dei interpellat pro nobis, qui in exēplum Dauid fideles humilesq; bndicēs, salutaris mysterij pascit alimētis. Partitur singulis collyridā panis vnā, illius, s. qui de cęlo descēdit, & dat vitā mūdo, & assaturā bubulę carnis vnā illius, s. vituli saginati, quod pro reuerētē filio mactatus, & igne passionis assatus est dicēs, *Exaruit velut testa virtus mea, &* similā frixā oleo, carnē, s. à peccati labe mūdissimā, sed humanę salutis cā vberrimā delectationib. crucis sart igne coctam. Merito vnius panis collyrida, vna carnis assatura dat, quia *vnus Dñs, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, et pater omnipotens.*

Aliter hæc munera fideles accipiūt, cū vnus panis, & vnū corpus multi in Christo, suae carnis singuli lasciuiā castigantes: & seruituti subijcientes, spiritus igne decoquunt, & fructus bonorū operū oleo misericordiae pinguissimos cōpassione proximi feruere faciunt. At contra filia Saul cubiculū regis ingressa, nullos concepti seminis fructus dat, quia qui verbum Dei aure tenus percipiunt, absque boni operis prolem perpetuae mortis expectant.

Rab. † Diuisio. Rabb. † quia. - Dixitque Dauid, Ibo, & reducam arcā benedictione in domū meā. † 1. Par. 15. d. - testamenti. Ro. 8. g. Io. 9. d. Luc. 15. e. Psal. 21. d. Eph. 4. b.

Egressa

NICOLAVS DE LYRA.

1 Contristatus. *Non de diuina iustitia, sed magis de Ozae offensa, propter quam meruerat à Domino percuti.*

2 Et extimuit Dauid dominum in die illa, dicens, Quomodo. *ex facto enim illo timuit, ne esset indignus deducere arcam ad domum suam. Ideo subditur.*

3 Sed diuertit. *Iste autem Obededom erat de Leuitis, vt habetur. 1. Paral. 16. Dicitur autem Gethaeus, quia ibi. scilicet in Geth fuerat cū Dauid fugiente Saulem.*

4 Et benedixit. *multiplicando eū in bonis spiritualibus, & temporalibus, eo quòd circa arcam Domini reuerēter se habuerat, & deuote.*

Diuisio. 5 Nuntiatūque. *Hic consequenter deductio arcae interrupta perficitur. Vbi primo ostenditur ipsius Dauid deuota iucunditas respectu Dei. secundo ampla liberalitas respectu populi ibi,* Cumque cōplesset, *tertio vera humilitas respectu sui ibi.* Reuersusque est Dauid. *Circa primam dicit,* Nuntiatūque est regi Dauid, quod bene. &c. *& ideo confidens de Dei misericordia voluit arcam adducere ad domum suam, vt benedictio Dei esset super ipsum, & super domum suam, & sic fecit, & patet litera vsque ibi.*

6 Et erant. *Iste versus non est in Hebraeo, nec in libris correctis, & ideo non expono. quia appositus est ab hominibus imperitis.*

7 Et Dauid. *Id est, ad aemum ligatis, sicut sunt organa portatilia.*

8 Porro Dauid, &c. *deposuerat enim insignia regalia, vt humiliaret se coram Deo, & acceperat vestem similem Leuitis coram Deo ministrantibus.*

9 Et despc. eo, quod *in tanta solennitate non apparebat in habitu regio*

a *Egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait.*

A GREG. Intueri libet quāta virtutum munera Dauid perceperat, & in his omnib. quam fortem se humilitate seruabat. Quem, n. non extollet ora leonū frangere, vrsorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula vngi: timendum cunctis vno lapide Goliam sternere, à rege proposita extinctis Allophylis numerosa præputia re portare, promissum tandem regnum percipere, cūctumque Israeliticum populum sine vlla contradictione possidere? Et tamen cum arcam Dei in Ierusalem reuocat, quasi oblitus prælatum se omnibus admistus populis ante arcam saltat. Et quia coram arca saltare, (vt creditur) vulgi mos fuerat, rex se in diuino obsequio per saltum rotat.

B Ecce quem Dominus cunctis singulariter prætulit, sese sub Domino exequando minimis, & abiecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur, non subiectorum oculis saltando vilescere metuit, nō se honore prælatum cæteris ante eius arcam, qui honorē dederat, recognoscit. Coram Deo egit debilia, vel extrema, vt illa ex humilitate soli daret, quę coram hominibus gesserat fortia. Quid de his factis ab alijs sentiatur ignoro. Ego Dauid plus saltantem stupeo, quam pugnātem. Pugnando hostē subdidit, saltan

C do coram Domino semetipsum vicit. Quę Michol Saul filia adhuc ex tumore regij generis insana cum humiliatum despiceret, dicens, *Quam gloriosus fuit hodie rex discooperiens se ante ancillas seruorū suorū, et nudatus quasi vnus de scurris, protinus audiuit, Ludā ante dñm, q elegit me potius, quā patrem tuum,* & paulo post, *Ludā, & vilior fiā plus quā factus sum, eroq; humilis in oculis meis.* ac si dicat, Vilescere corā hominibus appeto, quia seruare mihi corā Deo ingenuitatem per humilitatem quæro. Sunt qui de se humilia sentiunt, qui in honorib. positi nihil se, nisi puluerem fauillāque perpendunt, sed coram hominib. viles apparere refugiūt, & pro hoc, quod de se interius cogitant, quasi rigida exterius venustate palliantur. Et sunt, qui viles videri ab hominib. appetūt, & omne, quod sunt de iectos se exhibendo contemnūt, sed apud se quasi ex ipso merito ostensę vilitatis intumescunt, & tāto magis ī corde elati sunt, quanto amplius in specie elationem pmunt. Quæ vtraque elationis bella Dauid magna circunspectiōe dephendit, mira virtute superauit. Quia.n. de se intus humilia sentiens honorem exterius nō quęrit insinuat dicēs, *Ludam, & vilior fiam.* Et qa per hoc, quod vilē se exterius pbuit, interius nō intumescit, adiungit, *Eroque humilis ī oculis meis.* Ac si dicat, Qualē me exterius exhibeo, talē interius attēdo. Quid ergo acturi sunt quos doctrina eleuat, si Dauid, q ex carne sua vēturū redēptorē nouerat, eiusq; gaudia pphetādo nūciabat, tñ in se ceruicem cordis valida discretionis calce dprimebat dicēs, *Eroque humilis ī oculis meis.*

b *Gloriosus.* Dauid cū arcam in Ierusalem trāsferret, à Michol subsannatus est. Et Christus cum testamentum nouū in ecclesiam suam trāsferret, Iudæis in cruce ludibriū fuit, nudus apparuit dū potentiā illis abscondens, carnis infirmitatem quasi ephod lineū ostendit. Ancillæ seruorū per sonā gestant sanctorū, inter quos per crucis triūphū gloriosior effectus est, quē dum Michol irridet, gloriosior ancillis apparet, quæ in typo synagogæ sterilis permansit.

c *Et nudatus.* Nudatus non omnino, sed regalibus indumentis, & quia se coram Domino humiliare non erubuit, mox promissionem filium Dei ex sua stirpe nasciturū suscipere meruit.

Marginalia: L.27.moral. cap.27. Rabbanus. Eucherius. Recapitulatio gestorum Dauid. 1.Reg.18.f. † partem pulchrā, uel frustum. † lagenam nō pe uini. † & nudatus est. † fatuis. † super. † De pœniten. dist.1.§. oppo nit circa med. D Humilitas sit duplex. † uel placetam, aut tortam. E † uel contemptibilior. F

xerunt arcam domini, & imposuerunt eam ī loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid. Et obtulit Dauid holocausta, & pacifica [1] [2] coram domino. Cumq; complesset offerens [3] holocausta, & pacifica, benedixit [4] populo in nomine dñi exercituum. Et partitus est vniuersæ [5] multitudini Israel, tam viro, quam mulieri, singulis † collyridam pānis vnam, & † assaturam [6] bubulæ carnis vnam, & † similām frixam oleo: [7] Et abiit omnis populus, vnusquisq; in domum suam: Reuersusque est Dauid, vt benediceret [8] a domui suæ: Et egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait; b Quam gloriosus fuit hodie [9] rex Israel, discooperiens se ante ancillas [10] seruorum [11] suorum, c & nudatus est quasi si nudet vnus [12] de † scurris; Dixitque Dauid ad Michol; [13] Viuit [14] dominus, quia Iudā ante dominum, [15] qui elegit me, potius quam patrē tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit mihi, vt essem dux super omnem populum domini in Israel; Et Iudam, & vilior fiam plus, [16] quam factum sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, [17] de quibus locuta es, gloriosior apparebo: Igitur [18] Michol filiæ Saul non est natus filius vsque ad diem mortis suæ:

Interlinear: a ¶Panis est triangulus, & modicus. a ¶A boue dicitur bubalus agrestis, & indomitus. b ¶Paniculi prius cocti deinde friguntur oleo. a ¶Sicut prius populum, ita nunc familiam benedicit, id est epulas distribuit.

¶ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et obtulit Da.&c. *id est, oblationes totaliter incensas ad honorem diuinum.*

2 Et pacifica. *id est, oblationes quarum vna pars incendebatur ad honorem diuinum, alia erat sacerdotum, & alia offerentium, sicut plenius dicitur in Leuitico in pluribus locis.*

3 Cumque complesset offerens, &c. *Hic consequenter ostenditur ipsius Dauid liberalitas respectu populi, & primo in spiritualibus cum dicitur.*

4 Et benedixit. *id est, bona imprecatus est. secundo in temporalibus cum dicitur.*

5 Et partitus est vniuersæ multitudini Israel tā viro, quam mulieri, &c. *id est, panem tenuem.*

6 Et assaturam bu. &c. *id est vnam portionem dat carnis assatæ.*

7 Et si. frixam oleo. *Simila est farina tritici delicatissima, ex qua cum aqua temperata fiebat pasta, & oleo frixabatur, & per portiones populo diuidebatur.*

8 Reuersusque. *Hic ostenditur humilitas Dauid respectu sui, quia reuersus in domum suam, vt bene faceret illis de domo sua, sicut fecerat illis extraneis, Michol vxor eius improperauit ei, quòd in tanta solennitate non apparuerat in ornatu regio, dicens.*

9 Quam gloriosus. *quasi dicat in nullo, imo vilis, & ingloriosus.*

10 Discooperiens, *quia regalia insignia deposuerat ex humilitate q magis placet Deo, quā ornatus regius. vnde de Eraclio Imperatore legitur, q cum reportaret crucē in Ierusalem Cosdroe rege deuicto, & sedens in equo, & ornatus insignijs imperialib. portans crucem non potuit ingredi Ierusalē, donec depositis omnib. humiliter venit peditādo.*

11 Ante ancil. *id est ita publice, quòd personæ etiam seruiles poterāt hoc videre, quasi dicat peius est, quam si fuisset factum secrete.*

12 Quasi. *q.d. non fuit distinctio in hab tu regis à vilibus personis.*

13 Dixitque Dauid ad Michol. *humiliter respondendo.*

14 Viuit dominus. *id est, per viuentem Deum.*

15 Ludam ante dominum. *mente, & corpore exultando.*

16 Et vili. *i. humilior. quia secundum, quod dicit beatus Greg. homi. 41. Tanto humilior atque ad seruiendum Deo propior quisque debet esse ex munere, quāto obligatiorē se esse cōspicit ī reddēda rōne. Dauid autē à Deo multa beneficia receperat, quæ se humiliādo recognoscebat.*

17 Et cum ancil. *Michol enim ex sua superbia inter ancillas reputabat alias vxores Dauid quas acceperat tanquam secundarias, & cum istis Dauid apparuit gloriosior, quia de ipsis habuit prolem multam, pulchram, & nobilem, etiam post istud factum, non autem de Michol. ideo subditur.*

18 Igitur. *scilicet de cætero, licet habuisset ante filium, prout dictum fuit supra. 3. ca.*

ADDITIO.

In ca. *vbi dicitur in postil.* Et cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo.

Non apparet, quod Michol vocasset alias vxores Dauid ancillas, put postil. ait, Nā verba sua in textu talia sunt, Quam gloriosus fuit rex Israel hodie discooperiens se ante ancillas suorum seruorū, *nō.n. dixit ante ancillas suas, sed* ante ancillas seruorum, *volens dicere, q non solū vxores, sed etiam ancillæ seruorum poterant eū videre discoopertum, quod ipsi Michol videbatur inhonestum. In responsione vero Dauid vbi dicit,* Cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo, *intendit dicere, quod etiam vilificando se coram ancillis seruorum gloriosior deberet apparere. iuxta illud saluatoris,* Qui se humiliat, exaltabitur. Luc. 14. c.

CAPVT VII.

A a [F]*Actum est autem cum sedisset rex, &c.*

[Quæst. 22.] THEODORETVS. ✱ Nathan cum esset propheta, quomodo nesciuit Dei voluntatem, & iussit Dauidi, vt ædificaret domum Dei? Non omnia norant prophetæ, sed sicut Dei gratia reuelauit. Ita Samuel ignorabat quem ex filijs Isai oporteret vngere. Et Helisæus quid accidisset Sunamitidi. Ita etiam Nathan cum laudasset scopum Regis, existimauit opus placere Deo. Vnde dixit, *Omne quod est in corde tuo, vade & fac, &c.*

[Rabban.] b *Omne quod est in corde tuo va. fac.* Patet, quod prophetiæ spiritus prophetarum mentes non semper irradiat. *Spiritus enim vbi vult spirat.* [B] [Ioh. 3. a.] Hinc Helisæus ait, [4. Re. 4. c.] *Dominus celauit à me, & non indicauit mihi.* Quod Deus ex dispensatione pietatis disponit, quia dum prophetię spiritum dat, & subtrahit prophetantium mentes eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, vt accipientes spiritum inueniant quid de Deo sint, & rursum prophetiæ spiritum non habentes cognoscāt, q̄d sint d̄ semetipsis.

[Quæst. 21.] c ✱ *Vade, & loquere ad seruum meum, &c.* [C] THEODOR. Primum quidem eū deliniit appellatione seruitutis, est autē summus honor nominari seruū Dei. Deinde docuit suam naturam nulla laborare indigentia. *Non habitaui,* inquit, *in domo, &c.* Quod enim neque ante hoc tēpus tēplū haberet, veteres docēt historiæ. Deīde ostendēs infinitā virtutē, & benignitatē subiunxit. *Et erā habitās in diuersorio, &c.* Hæc aūt dixit ad ɔfirmādā eius pietatē & æquitatē, vt recordans beneficiorū, colat benefactorem.

[Com. in hunc locum.] ✱ PROCOPIVS. Domū orationis ɔstruere Deus Dauidem non permisit, docens humanitatem oēs quotquot hoc in loco Deum erant inuocaturi. Nā qui vident prophetam non concedere Dauidi pp cædes quātumuis iustas, vt Deo ædificet, puras manus habere docentur. Deus nihilominus Dauidē elegit, qui erga mulieres cōtinenter vixit, imperium intrepide gessit, cultum diuinum exercuit, intētus orōni, psalmodię diuinę, dilectiōi, & salutis totius populi magnā curā habuit. [D] ptérea erga amicos fidus fuit, gratus erga benefactores, non crudelis in eos, qui iniuria aliqua eum affecissent. Deinde, si quisquā alius vnquam, certe hic pauperes amplexat⁹ est. [1. Para. 17. a.] ob quas res, homo secundum cor Dei esse dicitur. Cęterum si quando humanum aliquid passus errauit castigauit eū dn̄s, non auersatus est bonū alioqui existentē, paucis exceptis, vt q ad iustā staterā exigens, plura bene facta, quam malefacta reperit.

[L. 7. moral. ca. 17.] GREG. Mundus in se esse à vitijs debet, q curat aliena corrigere, vt terrena nō cogitet, vt desiderijs infimis nō succūbat, quatenus perspicacius alijs fugienda videat, quāto hic ipse per scientiā, & vitā veri⁹ declinat. [E] Nō pure maculā in mēbro ɔsiderat oculus quē puluis grauat, & superiectas sordes tergere non valēt manus, quæ lutū tenēt. Quod iuxta antiquā trāslationē bn̄ ad Dauid erga exteriora bella laborātem per significationē dicitur, *Nō tu ædificabis mihi tēplum, quia vir sanguinum es.* Dei templum ædificat, qui corrigendis atque instituendis proximorum mentibus vacat. Tēplum Dei sumus nos, q ad veram vitā ex eius inhabitatiōe constituimur, vnde, [1. Cor. 3. d.] *Tēplū Dei sanctum est, quod estis vos.* [F] Sed vir sanguinū templum Dei ędificare prohibetur, quia qui adhuc actibus carnalibus incūbit, necesse est, vt instituere proximorum mentes erubescat.

[Rabbanus.] d *Nunquid.* Alia translatio. *Nunquid loquens locutus sum alicui viro de tribubus.* Et in Para. dicitur, [1. Par. 17. a.] *Nunquid locutus sum saltem vni iudicū Israel, quib. p̄ceperā, vt pascerent populū meū, & dixi, Quare nō ædificasti mihi domū cedrinā?* Iō à nullo iudicū sibi ędificari domū cedrinā iussit, quia oēs ɔ hostes pugnauerunt, & effusores sanguinis fuerunt. Filius tū tuus cui non instabūt bella hostiū, & q nō erit vir sanguinū, ipse ædificabit mihi domū.

a Et

[tuel, cortinarum, id est pannorum, qui expanduntur in tabernaculorum compositione.]

CAP. VII.

a [F] † ACTVM est autem 1 cū sedisset rex in domo sua, & dominus dedisset requiem vndiq, ab vniuersis inimicis suis, dixit 2 ad Nathan prophetā: Vi 3 dēsne, quòd ego habitē in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio †pellium? 4 Dixitque Nathan ad regem: 5 Om- 6 b ne quod est in corde tuo vade fac, quia 7 Dominus tecum est. 8 Factum est autē in nocte illa, & c ecce sermo domini ad Nathan, dicens. Vade, et loquere ad seruum meum Dauid Hæc dicit do-

a ¶Quasi dicat non, quia vir sanguinum es.

d minus 9 Nunquid tu ędificabis mihi domum ad habitādum? 10 Neque enim habitaui in domo ex die illa qua eduxi filios Israel de terra Ægypti vsq; in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo,

a ¶Silo, Galgala, Nobe, & cætera loca vbi tabernaculum, & arca domini locata sunt.

& in tentorio per cuncta loca, quæ trāsiui cum omnibus filiis Israel. 11 Nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi, vt pasceret populum meum Israel, dicens. Quare nō ędificasti mihi domū cedrinā? 12 Et nūc hæc dices seruo meo Dauid. Hæc dicit domi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 FActum est. *Hic consequenter describitur deuotio Dauid erga Deū, quantū ad domū ipsius ædificandā. Circa qd primo ponit humana consultatio. secundo diuina prohibitio ibi,* Factum est aūt. *tertio de Christo repromissio, ibi* Et nunc hæc dices. *Circa primum sciendū, quòd Deut. 12. dicitur, q quando filij Israel quietati essent in terra promissionis, tunc Dominus eligeret locum vbi templo ædificato offerrentur de cætero sacrificia Domini, & non alibi, sicut et fuit expositum ibidem, & ideo videns Dauid, quod Dominus dedisset sibi requiē vndique ab vniuersis inimicis suis, credidit esse tempus ædificandi tēplum, propter quod.* 2 Dixit. *per modum collationis, & consilij.* 3 Vides, &c. do. ce. *nobiliter, & præsumptuose ædificata.* 4 Et arca. *q. d. iustum videtur, & rationabile, quod ego ei ædificem excellentissimam domum.* 5 Dixitque Na. *non spiritu prophetico, sed humano, quod patet ex hoc, quia postea retractauit verbum suum.* 6 Omne quod. *q. d. bonum propositum concepisti, impleas opere.* 7 Quia do. *credebat. n. Deo placere, quod domus à Dauid ædificaretur. Et ex hoc patet, quod spiritus prophetiæ non semper tangit corda prophetarum, quia aliquando loquuntur instinctu proprio, & humano, & non diuino, vt patet in hoc loco, & in pluribus aliis.*

8 Factum

8 Factum. *Hic consequenter ponitur diuina prohibitio, cū dicitur,* Factum est. *i. immediate sequenti dictum consilium. videbat enim Dominus ipsum Dauid valde voluntariū ad opus inchoandum, cuius tamen tempus nondum aduenerat, vt magis patebit ex sequentibus, iō ita cito facta est diuina prohibitio, ne Dauid statim inchoaret opus.*

9 Nunquid. *quasi dicat non Cuius ratio subditur.*

10 Neque enim. *quia arca Dei, et propitiatorium, quòd erat quasi sedes Dei, vt supra dictum est, semper fuerant in tabernaculo, & non in domo stabili, vel mansiua de lignis, & lapidibus ædificata.*

[Pastorum tribuum Israel, qui fuerunt.] 11 Nunquid. *q. d. adhuc non præcepi. In Heb. habetur.* Et dixi ad vnam de tribubus Israel, cui pręcepi, vt pasceret. *q. a de omnib. fere tribubus fuerat aliqui pastores populi Israel. Verbi gratia, de tribu Leui, Moyses, & Aaron, de tribu Ephraim Iosue, de tribu Iuda, Othoniel, de tribu Manasse, Iephte, de tribu Beniamin, Aod, & Saul, de tribu Nepthali, Barach, de tribu Zabulon, Abilon, de tribu Dan, Samson, de tribu Issachar, Thola.*

[Diuisio.] 12 Et nunc. *Hic consequenter ponitur de Christo repromissio. et secūdo ipsius Dauid gratiarum actio, ibi,* Ingressus est aūt rex. *prima in duas, quia primo beneficium exhibitum recolitur. secundo exhibendum promittitur, ibi,* Et ponam locum. *Circa primum dicitur.*

1 Ego te,

MORALITER.

[Vitæ actiuæ, & contemplatiuæ distinctio duplex.] 1 *Factū est.* Ad intellectū sequentiū considerandū, qd̄ doctores nostri loquentes de vita actiua, & contēplatiua dupliciter eas distinguūt. Vno mō accipiendo vtramque in vita p̄senti, & sic actiua dr̄, quæ circa proximi necessitatē versatur per temporale subsidium, vel spirituale. Contemplatiua vero, quæ temporalib. omissis æterna meditatur. Alio vero modo distinguūt eas sic, vt tota vita p̄sens dicatur actiua, futura vero ɔtēplatiua. vnde Aug. super Ioannē, Vna bona, sed adhuc misera, alia melior, sed beata. Secūdū primū modū distinctionis, per Dauid significatur princeps, vel prælatus circa necessitatē populi propter Deū intentus, qui tū desiderat ab hoc onere liberari, & cęlestia meditari, s̄m illud Augu. Otiū sanctū, q̄rit charitas, negotiū iustū suscipit necessitas charitatis. Quia ɔtēplatiua dēt esse in desiderio. iō dixit Dominus ad Dauid, vt habetur 3. Re. 8. b. *Quia cogitasti domum ædificare nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente pertractans.* Cōtēplatiuus autē ædificat Deo domū cedrinam, i. contēplatione altam. sed quia talis occupari desiderans in contēplatione pp necessitatem populi aliquādo detinetur in actione. iō subditur.

 † Suscitabo

a *Et plo.* tempus Salomonis describit, quo filij Israel pacem vndique habuerunt, nec afflicti sunt sicut tempore iudicū. ✻ THEODORET. Pollicitus est etiam populi curā gerere. *Ponam*, inquit, *locum populo meo, & per se habitabit*. Nā ex diuina lege vitam instituens, separatus erat ab alijs gentib. Illud autem, *Nō adycict filius iniquitatis, &c.* exponunt ea, quę deinceps sequūtur. Nam quoniam tempore Iudicum seruiebant aliquādo Ammonitis, et Moabitis, aliquādo Madianitis, & alienis, pollicitus est eis se regnum cōseruaturū integrū, & à frequentibus liberaturum mutationibus. Hæc cū dixisset de Salomone, admiscet prædictioni ea, quæ dicuntur de Chro Domino. *Erigam sedem eius vsque in seculum. Et ero ei in patrē, etc.* Testis est diuinus Apostol⁹ in epistola ad Hebræos. Deinde etiam docet, quanta cura, & pvidentia propter hūc filium, eius secundum carnem maiorum et legem, transgredictiū. *Arguam, & castigabo eos, misericordiam autem non auferam, & cæ.*

✻ b *Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur, &c.* TERTVL. Nathan propheta in secundo Basiliarum professione ad Dauid facit: Semen tuū, quod erit ex ventre tuo. Hoc si in Salomonem simpliciter edisseres, risum mihi incuties, videbitur enim Dauid peperisse Salomonē. An, & hic Christus significatur, ex eo ventre semen Dauid, q esset ex Dauid id est, Mariæ? Quia, & ædem Dei magis Christus ædificaturus esset, hominem, scilicet sanctum, in quo potiore templo inhabitaret Dei spiritus. Deinde, & thronus in æuum, & regnum in æuum, magis Christo competit, quam Salomoni. Sed à Christo misericordia Dei non abscessit, Salomoni verò etiā ira Dei accessit post luxuriam, & idololatriam.

a *Et fide.*

Quæst. 22. — † 1. Re. 16. b. 1. Paral. 17. b. — † 4. Re. 8. c. — L. 3. adu. Marc. c. 20. — † te tugurio. — † in loco suo. — † vel Samam.

nus exercituum. † Ego te tuli † de pascuis sequentem greges, vt esses [1] dux super populum meum Israel, & fui tecum in omnibus vbicunque [2] ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua. Fecique tibi [3][4] a nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. Et ponam [5][6] locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit † sub eo, & [7][8] non turbabitur amplius, nec addent filij iniquitatis, vt affligant eum, [9][10] sicut prius, ex die qua constitui iudices super populum meum Israel. [11] Et requiē dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Prædicitq; tibi dominus: [12][13] quòd domum faciat tibi dn̄s. † Cumque cōpleti fuerint dies tui, & dor- [14] b mieris cum patrib. tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur †

(Interlinear: ¶ Abraham, Isaac, & Iacob, Moysi, & Iosue, quorum nomina famosa sunt in terra. ¶ Cælum. ¶ Spiritali. a ¶ Hæc tanta bona, qui in terra sperat, insipienter sapit. a Id est filios tibi succedentes. a Christum. b Quod non de Salomone.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego te. *hoc patet ex prædictis supra 1. lib. 16. & 17. cap.*
2 Et fui. *protegens te ab aduersarijs, & dirigens in operibus tuis.*
3 Et interfeci vni. *s. Saul, Doeg, & alios, vt patet ex supradictis.*
4 Fecique tibi. *dando tibi dignitatem regiam.*
5 Iuxta nomen. *q. d. magnitudo ista, quæ habetur in terra modica est respectu illius, quæ expectatur in futuro. Vnde dicit saluator Matthæ. 11. b.* Qui aūt minor est in regno cælorum, maior est illo. *Ista beneficia Dauid exhibita Deus recitauit, non ad exprobrandum, sed ad accendendum amplius cor Dauid ad amorem diuinum.*
6 Et ponā. *Hic consequenter promittitur beneficium exhibendum. Et primo quantum ad temporale regnum, secūdo quantū ad spirituale, & æternum, ibi,* Cumque completi fuerint. *Circa primū dicitur,* Et ponam. *i. tēplum in Ierusalem, vt populus ibi offerat, & non alibi.*
7 Et plantabo. *Id est, firmiter radicabo in regno tuo.*
8 Et habitabit. *per verum cultum.*
9 Et non turbabitur. *sicut fuit in Aegypto sub Pharaone.*
10 Nec addent fil. *Id est infideles.*
11 Vt affligant. *Scilicet tempore iudicum, qui frequenter propter peccata sua affligebantur ab infidelibus, sicut patet ex decursu illius libri, quia licet filij Israel fuerint postea aliquando afflicti propter peccata sua, non tamen ita frequenter.*
12 Et requiem dabo. *Licet enim Dauid iam esset in requie, vt prædictum est, tamen illa requies non erat adhuc, ita perfecta, sicut postea fuit quando infideles existentes in circumitu regni sui debellauit, vt habetur ca. se.*
13 Prædicitque. *scilicet successionem regni tui in filiis tuis.*
14 Cumque com. *Hic consequenter fit promissio ipsi Dauid de regno spirituali, & æterno, quæ promissio impleta fuit in Christo. Ad intellectū aūt huius passus, & similium considerādum, quòd gesta ve. test. fuerunt figura gestorum noui, secundū quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 10. c.* Omnia in figura contingebant illis. *Et sic Salomon filius Dauid fuit figura Christi, qui natus est etiam de Dauid secundum carnē vt dicitur Rom. 1. Illud autem quod est figura alterius, oportet quod sit aliqua res secundum se, nisi enim circulus pēdens in tabernæ ostio esset aliqua res in se, nō posset esse signū, vel figura vini existētis in cellario. Sic igitur illud, quod est figura alterius pot tripliciter cōsiderari. Vno modo vt est res in se tantum. Alio modo vt est figura alterius tantum. Tertio modo secundum vtrumque. Sic igitur in sacra scriptura aliqua dicuntur de Salomone secundum se, & sic non fuit figura Christi, sicut quòd fecit templa idolorum, vt habetur infra 3. li. 11. cap. Aliqua aūt dicuntur de ipso inquantum fuit figura Christi tantum, quæ nō possunt verificari de Salomone secundum se, sed tantum de Christo, sicut illud psal. 71.* Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, *quod non fuit verum de Salomone, quia non fuit monarcha, sed habuit regnum satis arctum, sed verum est de Christo homine, cui in sua resurrectione data fuit* omnis potestas in cœlo, & in terra, *vt habetur Matt. vlt. d. Alia autem dicuntur in scriptura de Salomone vtroque modo, quæ, s. verificata sūt de ipso, licet minus perfecte, & de Christo perfectius. cuiusmodi sūt illa, q̄ hic ponuntur, saltē aliqua.* Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patrib. *Exponendo de Salomone, sciendum, quòd licet fuerit coronatus in regē viuente adhuc Dauid, vt habetur ī fra 3. li. 1. ca. tamen non fuit firmiter stabilitus in regno vsque post mortem Dauid, quando Adonia, & Ioab interfectis dissoluta fuit colligatio eorum, qui fauebant Adoniæ. tamen Salomon adhuc nō erat natus nec conceptus, quando ista verba fuerūt dicta Dauid ex parte Domini. Sic igitur, quod dicitur hic,* Suscitabo semen tuum post te, &c. *post mortē tuam. ita quod ista suscitatio intelligitur quantum ad regni stabilitatem. sicut aliquis dicitur creari in regem.* Quod egrediet. *Per hoc designatur natiuitas Salomonis, quæ licet fuerit ante mortem patris, fuit tamen post verba ista sibi dicta. & sic litera est intricata, et referenda est ad diuersa modo dicto. & talis modus loquendi bene inuenitur alibi in scriptura,* Ipse ædificabit domum nomini meo, *sicut habet inf. 2. li. 6. ca.* Et stabiliam thronum, *i. in tempus longū, sicut in psalmo dn̄r montes æterni. Regnum enim Salomonis defecit in transmigratione Babylonis, vel saltem in diebus Herodis, qui fuit alienigena, quia pater eius fuit Idumæus.* Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi. *per gratiam adoptionis. quia in principio Salomon fuit gratiosus coram domino, propter quod Nathan propheta vocauit eum amabile Domino, vt habetur, inf. 12.* Qui si ini. *Hic accipitur si pro quia, quia de eo scribitur. inf. 3. li. 11. c.* Cūq; iā esset senex, deprauatū est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos. *Et ibi subditur, quō ædificauit tēpla idolorū in mōte Oliueti cōtra Ierlm, ita*

Figura tripliciter consideratur.

MORALITER.

† *Suscitabo semen tuum post te.* quia de discipulis eius, qui dicūtur filij sui, aliqui sunt contemplatiui, qui domū hanc ędificāt pro eo, quia bona cōtemplatio discipuli cedit ad meritū magistri. Secundum autem modū aliū distinctionis actiuæ vitæ, & contemplatiuæ per Dauid significatur hō, qui ex feruore dilectiōis diuinæ dissolui desiderat, vt cū Christo sit in patria, tamen ex diuina dispositione propter salutē populi retinetur in præsenti vita. Sic aūt dicebat Paulus de seipso multo magis ad Phi. 1. c. *Desiderium habens dissolui, & esse cū Christo multo magis melius. manere aūt in carne necessariū est propter vos,* ideo dicit, *Quod aūt cogitasti ædificare domum nomini meo,* idest quòd tu sicut lapis perfectus in ædificio cælesti statim poneretis, *bene fecisti.* q. d. hoc est melius, vt dictum est. *Suscitabo se.* idest, dabo tibi bonos discipulos, qui ædificabunt pro te, qa per meritum circa doctrinā ipsoū habebis in patria gradū altiorē, quam si statim transires ad gloriam. Sic autem dixerunt discipuli beato Martino: Salua sunt tibi tua pręmia, nec dilata minuentur, sed supple potius augebuntur. Et similiter beatus Ioannes euangelista dicebat Christo, Quoties te rogaui, vt venirem ad te, & dixisti mihi, Expecta vt liberes populum mihi crediturum.

a *Et fide.* Hoc vere de Christo dicitur. Salomonis. n. dom⁹ plena fuit alienigenis mulierib. falsos deos colentibus, & ipsum Salomonē ad idē impellentib. In Christo vero cōplentur ista, qui est ex semine Dauid secundum carnem. Iudæi filium Dauid in hoc loco promissum intelligunt Salomonē, & adhuc mirabili cæcitate alium se sperare dicunt. Facta est quidem alia imago rei futuræ in Salomone, quia templum ædificauit, pacem secundum nomē suū habuit. Salomon enim pacificus interpretatur. In principio regni sui laudabilis fuit, sed Chr̄m p̄nuntiabat, non exhibebat. Vnde quædam de illo scripta sunt quasi de ipso prædicta, dum scriptura in eo figuram depingit futurorum. Nam in psalmo, qui nomine eius intitulatur multa dicuntur, quæ ei conuenire nō possunt. Christo autem euidenter cōueniunt. In Salomone enim figura, in Christo veritas. Notum est enim quibus terminis regnum Salomonis conclusum sit, cum ibi legatur, *Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum.* Christus aūt a flumine dominandi sumpsit exordium, vbi baptizatus à Ioanne eo demōstrante cœpit agnosci a discipulis, qui eum non solū magistrum, sed et dn̄m appellauerunt, nec ob aliud viuente adhuc patre suo regnare cœpit, (qd̄ nulli illorum regum contigit,) nisi vt appareat ipsum non esse quem prophetia p̄signat dicens, *Cum repleti fuerint dies tui, & dormieris cū patrib. tuis, suscitabo semen tuū post te, &c.* Hic est. n. verus pacificus, qui non ante sicut Salomon, sed post mortē Dauid prophetatur suscitandus, qui ædificauit domū Deo non de lignis, & lapidibus, sed de hominibus. Vnde, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Benedictio enim Domini in semine Dauid in æternū speranda est. Vnde certissima spe dicitur, fiat fiat, secundum illud, *Benedictus dominus in æternum, fiat fiat.* Spei autē confirmatio est ipsa repetitio. Vnde Dauid. *Et locutus es pro domo serui tui in longinquum.* Inde adiūxit. *Nūc incipe, & benedic domum serui tui in æternū* quia tunc generaturus erat filiū, ex quo progenies eius duceretur ad Christum. Ideo cum secundum. Lxx. in verbis Nathan dictum sit. *Et nuntiabit tibi Dominus, quoniam domum ædificabis ipsi* postea dicit ipse Dauid, *Quoniam tu Dominus Deus omnipotens Deus Israel reuelasti aurem serui tui dicens, Domum ædificabo tibi.* Hanc enim domum ædificamus bene viuendo, & Deus opitulādo. Huius domus cū venerit vltima dedicatio, implebit, quod p̄ Nathan dictum est, *Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo illum, & inhabitabo seorsum, et solicitus non erit vltra, Et non apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel.* Iudices ante fuerunt, quam reges, & humiliabat populū filius iniquitatis, i. hostis alienigena per temporū interualla, & inueniuntur ibi pacis tēpora prolixiora, quā Salomon habuit, qui xl. annis regnauit. Nā sub iudice Aod fuit pax lxxx. annis. Non ergo sub Salomone hæc promissa sunt, nec quisquam illorum regum in tanta pace regnauit, vt gēs illa solicita non fuerit. Locus ergo tam pacatæ, & securæ habitationis æternus est, vbi erit verus Israel, idest videns Deū. *Et se.*

Marginalia: A Eucher. Raban. August. li. 17. de ciui. cap. 8. — † uel firma, aut stabilis. psal. 71. a. — B — Matthæ. 3. d. — C — D 1. Cor. 3. d. — psalm. 71. d. — Heb. 1. b. — 1. par. 21. c. — psalm. 88. a. — E — Indic. 3. d. — F

de vtero tuo, & firmabo regnum eius. [1] † Ipse ædificabit [2] domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. † [3] Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. [4] Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga^b virorum, & in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie tua. [5] Et † fidelis erit domus tua, [6] & regnum tuum vsque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam sic locutus est Nathan ad Dauid. [7] Ingressus est autem rex Dauid,

¶ In membris. a ¶ Salomonem. b ¶ Gladio inimicorum.
a ¶ Incommoditatibus corporum. b Qui talia merentur.

NICOLAVS DE LYRA.

ita, q̄ de templo Domini poterant idololatræ videri. quod erat maximū incitamentum populo Israel ad derelinquendum dominum, q̄a pronus erat ad idololatriā. Arguam eum in virga vi. *i. in molestijs ab hominib. inflictis, sicut infra dicitur. 3. li. 11. quod Dominus suscitauit aduersarios plures Salomoni in fine vitæ suæ.* Et in pla. *eodem mō exponendum est de aduersarijs prædictis Salomoni suscitatis. In Hebræo habetur,* In plagis filiorum Adam. *Quod exponunt Hebræi de Adā primo homine, dicentes, q̄ Adam in centum tribus annis quibus cōtinuit se ab vxore sua Eua propter interfectionē Abel, dæmones succubi iungebantur ei, & concipiebant ab eo, & pariebāt dæmones, & isti fuerunt filii Adam, qui vt dicunt, incitauerunt Salomonem ad peccandum, & per hoc diuisum fuit regnum tempore filii sui. Hoc autem hic posui ad ostendendum, ad quam cæcitatem deuenerunt Iudæi secundū dictum Apostoli ad Ro. 11. quia cum dæmones sint spirituales substantiæ, non possunt ex semine hominis produci, & si dæmones aliquando fiunt succubi, vt ex semine illo aliquid generetur oportet, q̄ postea fiāt incubi, vt semen illud in mulierem transfundatur, & sic ex eo homo, & non dæmon generaretur.* Misericordiam. *Ex hoc dicunt aliqui, quòd Salomon licet peccauerit grauiter, vt dictum est, tamen in fine pœnituit. & sic est saluatus. Et hoc etiam dicit quædam glos. Hebraica super Ecclesiasten. 2. ca. Sed hoc est mihi valde dubium, sicut diffusius tractaui in quadam quæstione de quolibet mihi super hoc proposita, q̄a si vere pœnituisset, cum esset rex valde potens, cui nullus de populo ausus fuisset contradicere, destruxisset templa idolorum, quæ ædificauerat, vt videtur, quòd tamen non fecit, quia steterunt vsque ad tempus Iosiæ regis, vt habetur inf. 4. li. 23. ca. Nec ex hoc loco potest efficaciter argui de misericordia Dei circa eum, nisi quantum ad temporale regnum, quod non fuit ab eo, nec à filiis eius totaliter ablatum, sicut fuit à Saule, ideo subditur.* Sicut abstuli à Saul quem amoui, *s. ne regnaret posteritas sua. Quòd enim Saul fuerit damnatus non habetur expresse ex scriptura, sicut sup. dictū est l. 1. c. vlt.* Et fidelis erit domus tua. *quia licet aliqui reges à Dauid descendentes declinauerunt ad idololatriam, tamen alii sequentes reducebant populum ad cultum diuinum. Exponendo autem literam istam de Christo, expositio est multo clarior, & melior saltem in pluribus, cum dicitur,* Cumque completi fuerint dies tui, &c. *certum est, quod Christus descendens ex Dauid secundum carnem per virginem Mariam, fuit magno tempore post mortem Dauid, & sic litera patet prout iacet.*

1 Et firmabo. *quia regnum Christi firmum est in perpetuum, secundum quod dicitur Dan. 7. d.* Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.

2 Ipse ædi. *scilicet ecclesiam de lapidibus viuis, & electis.*

3 Ego ero ei. *non per adoptionem, sed per naturam, quæ est vera, & perfecta filiatio. & sub isto intellectu introducit Apostolus hanc authoritatem dictam de Christo Hebr. 1. ca.*

4 Qui si inique aliquid gesserit. *Hoc non potest exponi de Christo in persona p̄pria, quia peccatum non fecit, nec inuentus* est dolus in ore eius, *nec Salomon inquantum peccator fuit ipsius, vt prædictum est. Potest tamen exponi de ipso pro membris ipsius propter condescensionem capitis ad membra secundum illam regulam, quam posui in principio Gene. Et hoc modo peccata populi Christiani dicuntur peccata Christi, Psalmo 21. a.* Longe à salute mea verba delictorum meorum, *vbi loquitur propheta in persona Christi. Vnde & pro peccatis nostris verberatus fuit, plagatus, & crucifixus.*

5 Et fidelis erit domus. *quia fides non deficiet in ecclesia.*

6 Et regnum tuum vsque in æternum, &c. *quia regni Christi non erit finis. Luc. 1.*

7 Ingressus est autem. *Hic consequenter ponitur gratiarū actio. vbi Dauid primo regratiatur de promissione. secundo deprecatur pro promissi impletione, ibi,* Nunc ergo domine. *Circa primum dicitur,* Ingressus est autem Dauid, locum orationis iuxta tabernaculum.

a *Et sed.co.* sedere coram Domino, est beneficia eius in humilitate confiteri.

Lib. 2. ad Simplicianum q. 4. ✠ AVG. Hoc est, vt nullus hominum esset, qui audiret orantē. Siue ergo ꝑ arcam testamenti, siue ꝓpter secretum remotius ab arbitris, siue propter intimū cordis, vbi erat orantis affectus, conuenienter dictum est: *Sedit coram domino.* Nisi forte, quòd sedens orauit, hoc mouet, cum & sanctus Helias hoc fecerit, quando pluuiam orando impetrauit.

b *Quis ego sum domine Deus meus, &c.* Homil. de eo quod S. Dauid dicit. Quis sum ego. to. 1. ✠ CHRYSOST. Attendistis hominem gratia plenū & Deo non esse ingratum? Videtis quomodo agnoscit se quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratiæ, vt se in omnibus vnusquisque agnoscat. Primò, quia mortalis est. Secundò, quia casibus vita humana plena est. Tertiò, quia tribulationes & dolores in seculo inuenit. Quartò, vt sciat, quia patientia pauperum non peribit in finem. Quintò, vt norit, quia perseuerantia ꝑducit ad Deum. Sexto, vt intendat, quia quanto magnus est, humiliatus si fuerit, & humilitatis vias tenuerit, inueniet grām in ꝯspectu Dei. Septimo, quia nō est sine peccato nec infans vnius diei natus super terrā. Octauo, quia ꝯ insidias diaboli oportet sp orare, & non deficere. Nono, vt in oratione nō captiuemur terrena cogitatione. Decimo, vt in spe non deficiamus. Vndecimo, vt contēplemur delectatione domini, & protectionem speremus diuinitatis. Duodecimo, quia non tacebimus trino illo clamore dicentes, ἅγιος ἅγιος, ἅγιος, sine cessatione. In his omnibus, qui se agnoscit, viā tenet humilitatis. Nā omnes sancti patriarchæ, prophetæ, apostoli, &c. has tenuerunt semitas, quibus potuerunt ad Deum peruenire. Abraham dicit, *Ego sum terra & cinis.*

✠ c *Sed, & hoc parum, &c.* PROCOP. Omnipotentiam Domini docens, admiratus sum, inquit, excellentem promissionem, meipsum respiciens. Parua enim hęc sunt, si cum tua potentia conferantur.

d *Lex Adam*, scilicet hominis, vt tibi in simplicitate cordis, & puritate seruiat, & tu facias ei secundum misericordiam tuam, sicut mihi fecisti. (Rabbanus.)

✠ RVPERTVS. (l. 2. cō. cap. 32) Ista est lex Adam, lex vtique peccati, sub qua nos omnes ille genuit. Sumus enim ꝑ illū, & nos omnes natura filij iræ, sicut & cæteri. Idcirco neque nos, neque alij per nos, tua domus esse merentur, quia nemo nostrum est, qui à sorde sit immunis, & omnes eadem gratia tua, id est, peccatorum remissione indigemus. Tu scis seruum tuum Domine Deus. Scis inquam, quod cum originali peccato, actualibus quoque peccatis non careā ego seruus tuus.

¶ Arca, scilicet domini.

1 a b & sedit coram domino, & dixit. Quis ego sum domine Deus 2 c meus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed, & 3 hoc parum visum est in conspectu tuo domine Deus meus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum. Ista est enim 4 d lex † Adam domine Deus. Quid ergo addere poterit adhuc Da- 5 uid, vt loquatur ad te? Tu enim scis seruum tuum domine Deus. 6

¶ Ad regnum. a ¶ Quod scilicet promisisti Abraham, Isaac, & Iacob. b ¶ Misericordiam tuam, quia. f. non est similis tui. c ¶ Mihi.

Propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia ma- 7 8 gnalia hæc, ita vt notum faceres seruo tuo. Idcirco magnifica- 9 tus es domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus e extra te in omnibus, quæ audiuimus auribus nostris. Quæ est au- 10 tem, vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret sibi in populum, & poneret sibi nomen, face- 11 12 retque eis magnalia, & horribilia super terram à facie populi tui, 13 f quē redimisti tibi ex Aegypto gente, & Deo eius? Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum, & tu Dn̄e Deus factus es eis in Deum. Nunc ergo domine Deus verbum 14 quod locutus es sup seruum tuum, & super domum eius, suscitā in sempiternum, & fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur. Dominus Deus exercituū, Deus sup Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita corā † dn̄o, quia tu domine exercituū Deus Israel, reuelasti auriculam 15

¶ Quod facturus es. a In Hebræo. gentibus, & diis earum. Q. Aegyptios in mari rubro peremisti, & in diis eorum fecisti iudicia. a ¶ Opere perfice, scilicet filium da, per quem stabiliatur domus mea in æternum. a Ecclesia. † hominum. † te.

✠ R. DAVID. Hæc est dispositio magnorum hominum, qui posteris suis sic de successione in imperio prouident. (Rabban.)

e *Quæ est.* In terra alia præter electam, propter quam venit Dei filius in mundum velut in Aegyptum, vt commercio sanguinis redimeret sibi populum acceptabilem, sectatorē bonorum operum. Deum autem eiusdem populi hominem dominicum intelligimus, quem de Aegypto, id est, mundo per vterum virginis assumpsit.

f *Ex Aegypto.* gente, & Deo eius, vel gente, & Deū eius, Gē-tem

---

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et sedit coram Domino. *Id est, coram arca Domini vbi Deus repræsentabatur modo speciali, licet sit vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam.*

2 Quis ego sum domine Deus meus, & quæ domus mea, quia adduxi *idest vsque ad sublimitatem regiam, quasi dicat ex me non habeo ad hoc aptitudinem.*

3 Sed, &. *quia non solum locutus es de regno confirmando in persona mea, sed etiam in posteritate mea.*

4 Ista est. f. *vt quilibet sit solicitus, & desiderans prosperitatem posteritatis suæ.*

5 Quid ergo. *quasi dicat tu maiora fecisti, & promisisti, quam ego fuissem ausus petere.*

6 Tu enim. *idest per effectum ostendisti, quòd tu habeas notitiam, & memoriam mei, tot & tanta mihi faciendo, & promittendo.*

7 Propter. *idest, propter verbum, quod locutus es de me Samueli ista fecisti, & promisisti, vt impleatur, quod ei dixisti.*

8 Et secundum. *id est, voluntatem tuam, quia hoc procedit ex tua mera liberalitate, non ex mea dignitate.*

9 Idcirco magnifi. *Modus enim magnifici est facere maiora, quam sit dignitas recipientis.*

10 Quæ est. *deducendo filios Israel in columna ignis, & nubis. Sciēdum tamen quòd ille, qui præcedebat erat angelus, vt habetur Exod. 14. tamen aliquando nominatur Deus cuius personam repræsentabat, secundum quod dicit Greg. In Hebræo habetur,* Propter quam iuerunt dij. *quod exponit Ra. Sa. de Moyse, & Aaron, qui missi fuerunt ad educendum populum Israel de Aegypto, & dicuntur dij participatiue, eo modo quo dicitur Moysi Exo. 7. a.* Ego constitui te Deum Pharaonis. *Sed hæc expositio apparet falsa per illud, quod dicitur. 1. Para. 17. d. vbi dicitur,* Ad quam perrexit dominus Deus. *& sic est in Hebræo. ex quo patet, quod intelligitur de Deo vero. Sed melius potest exponi de pluralitate personarum in diuinis, quarum opera sunt indiuisa, & ideo hic notatur pluralitas personarum, cum dicitur,* Iuerunt dij, *quia tres personæ vere dn̄r tres deitatē habētes. Quia tñ illa deitas, & essentia vna est simplex in trib. iō subditur in singulari.*

11 Vt redimeret. *quia ex redemptione illius populi nominatus est Deus Israel in speciali.*

12 Faceretque. *& quæ sint illa ostendit, dicens,*

13 A facie. *subintelligitur eijciendo. scilicet.* A facie populi tui. *i. populum, qui habitabat in terra Chananæorum, & deos eius quos cōtriuerunt filij Israel. Et quòd sic debeat intelligi, patet per illud, quod habetur. 1. Paralip. 17. d. vbi ista sententia clarius ponitur sic.* Et magnitudine sua atque terrore eijceret nationes, &c.

14 Nunc ergo. *Hic consequenter Dauid deprecatur pro promissi adimpletione. duplici de causa. Vna est, quia licet Deus velit dare beneficia in futuro, vult tamen super hoc deprecari, vt recipientes mereantur. Alia est, quia tales promissiones diuinæ intelligendæ sunt sub conditione, scilicet si homines faciant debitum suum, & non ponant diuinæ promissioni impedimentum, prout diffusius dictum fuit supra. 1. lib. cap. 11. versus finem. Cætera patent vsque ibi.*

15 Reuelasti auriculam serui tui dicens domum ædificabo ti. *alias,* aurem serui tui, & cætera. *sequitur.*

Propterea

tem Israel, & Deum eius Moysen de quo: *Constitui te Deum Pharaonis.*

A a *Inuenit seruus.* Nihil corde fugacius, quod inuenitur cùm per discretionem restringitur.

Exo.7.a.

* Hier. Aurem ei Dominus per prophetam reuelauerat, se illi domũ ædificaturum. Idcirco Dauid inuenisse se dicit cor suum, idest, iuenit audaciã in corde suo, vt oraret eum oratione hac.

L. de tradi. heb.

* Augustin. Dictum est in verbis Dauid: *Quoniã tu Deus Israel, reuelasti aurem serui tui, Domum ædificabo tibi.* Hanc domum & nos ædificamus benè viuendo: & Deus vt bene viuamus opitulando. *Quia nisi Dominus ædificauerit domum in vanum laborabunt &c.* Cuius domus cùm venerit vltima dedicatio, tũc fiet illud quod locutus est per Nathan Deus: *Et ponã locũ populo meo &c.* Hoc tam magnũ bonũ quisquis in hoc seculo, & in hac terra sperat, insipienter sapit. Pacẽ quippe illã scriptura in vmbra futuri excellenti prædicatione commendat. Locus ergo iste q promittitur tã pacatæ ac securæ habitationis, æternus est, æternisque debetur in matre Hierusalem libera, cuius præmij desiderio pia per fidem vita in hac ærumnosa peregrinatione ducenda est.

L.17. de ciui. dei.c.12.& 13.

Psal. 125.

¶ Nathan. a ¶ Per prophetam. b Qui.s.reuelasti autem serui tui. ¶ Audaciam cordis.

a serui tui, dicens domum ædificabo tibi. Propterea inuenit seruus tuus 1 cor suum, vt oraret te oratione hac. Nunc ergo domine Deus, tu es 2 Deus, & verba tua erunt vera. Locutus es enim ad seruum tuum bona 3 hæc. Incipe ergo & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te, quia tu domine Deus locutus es hæc: & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione, *nisi reuelasses mihi per Nathan prophetam, quod tu velles mihi tanta bona facere, nullo modo præsumerem ista deprecari à te.*

2 Tu es Deus &c. *& per consequens veritas per essentiam.*

3 Et verba tua erunt vera. Locutus es enim ad seruũ tuum bona hæc &c. *Per consequẽs, nisi ponat impedimẽtũ à parte nostra.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. 7. vbi dicitur in postil. *Misericordiam autem meam nõ auferam ab eo.* Ex hoc dicunt aliqui quòd Salomon licet peccauerit &c.

Possibile fuit Salomonẽ pœnituisse, sic tamen prope mortem, quod iam non valebat idola destruere: vnde ex hoc nõ concluditur necessariò ipsum non esse saluatum. In hoc autem quod dicit postillator, quòd illud verbum: *Misericordiã autem meam non auferam ab eo*, non intelligitur nisi quantùm ad temporale regnum &c. nimis videtur literalizare. Nam manifestum est secundum doctores nostros, quod lex vetus disponebat ad Christum, sicut imperfectum ad perfectum, & ideo populus ille cõparatur puero sub pedagogo existenti, vt patet ad Galat. 3. Vnde communiter talia bona eis promissa principaliter intelligũtur pro spiritualibus, & ideo ista regna Dauid promissa & filio suo Salomoni, similiter perpetuitas fidelitatis domus eius. Et si intelligantur de regno tẽporali, intelligenda sunt principalius etiam ad literam de regno æterno. sicut cùm dicitur Abrahæ: *Et bened. in semine tuo omnes gentes & cætera.* Genes. 22. d. intelligendum est de benedictione spirituali etiam ad literam. Si enim intelligerentur de benedictione temporali tantum, euacuaretur ratio Apostoli ad Gal. 3. quod nullo modo à Catholicis est asserendum. De damnatione autem Saulis dictum est suprà in additione primi libri cap. vlt.

Replica, in cap. 7. vbi multa bona dicuntur de Salomone & eius domo, quod postillator exponit secundum præsentem iustitiam, volens quod ex illis dictis non potest argui Salomon saluatus, sicut quidam voluerunt, huic se Burgen opponit, asserens etiam intelligendum non de regno temporali solùm sed æterno, volens Salomonem saluari eò, sicut dicit Burgens. quòd possibile fuit Salomonem pœnituisse sic prope mortem, vt non valeret idola destruere: Sed istud videtur confictum iuxta Achillem Burgens. Est enim commune eius argumentum quod repetit, & consueuit sæpe repetere, videlicet ex litera non habet fundamentum, igitur irrationabiliter trahi contrarium. Vnde si per casum à Burgens. positum Salomoni remaneret aliqua excusatio de tanto, non tamen de toto. nulla tamen successoribus suis remanet excusatio, qui domus eius hic dicuntur, & hæc domus dicitur fidelis, prout in litera. Formetur igitur argumentum sic, cuius domus est contra Dei diffinitionem, & infidelis, ille saluatus esse non potest. sed domus Salomonis fuit infidelis, vt latè declaratur in glossa ordinaria, igitur, &c. Omnia igitur quæ hic laudabilia de Salomone & eius domo dicuntur, intelliguntur de eo secundum præsentem iustitiam, & non æternam prædestinationem, sed secundum æternam præscientiam intelliguntur de Christo, de quo est principalis sensus literalis eorum laudabiliũ quæ hic dicuntur, prout dicit eadem glossa, quæ est notabilis. Fictio etiam Bur. potest argui ex textu. 3. Reg. 11. & 12. Vbi dominus per prophetã Ahiam Silonitem diffiniuit regnum Salomonis scindendũ, eò quòd dereliquit dominum & adorauit Astarthem deam Sidoniorum &c. Et constat illam diffinitionem non esse positam in executionem, nisi tempore Roboam filij Salomonis, quia dicitur cap. 12. *Non acquieuit rex populo, quoniam auersatus fuerat eum dominus, vt suscitaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ, &c.* vide ibi diligenter literam. Si igitur Salomon egisset pœnitentiam, prout vult Bur. illa sententia Dei non fuisset posita in executionem post pœnitentiam Salomonis. Mutata enim causa mutari debuit sententia. Nunc autem causa scissuræ regni fuit idololatria Salomonis, vt patet ex litera allegata. idcirco pœnitentia eius debuit esse causa contrarij scilicet vnitatis regni, quod tamen falsum est: Huius argumentum simile accipitur ab historia Niniuitarũ Ionæ. 3. vbi sententia diuina lata contra peccata eorum propter peractam pœnitentiam fuit immutata, vnde videtur Salomon non pœnituisse. Apostolus igitur ad Gal. 4. allegans præsentem literam de regno æterno fideli, &c. Ad literam intelligit de Christo, & eius domo, non de Dauid & Salomone, nisi secundum præsentem iustitiam.

CAP. VIII.

A Factum est. Sequitur.

Rabbanus. Hieron.

a *Frænum*. Quinque ciuitates erant Philisthinorum, quæ Israelem tributarium faciebant. Has tulit sibi Dauid & fecit tributarias, sicut in Paralip. legitur.

1. par. 18. a.

Percussit Dauid Philisthiim, & humiliauit eos, & tulit Geth & filias eius de manu eorum &c.

Frenum. Christus de aereis potestatibus triumphãs frenum erroris quod humano generi imposuerat confregit.

B

b *Coæquãs*. Nõ enim homines in terra viuentes, intãtũ humiliabãtur, vt funiculo superextẽso terræ apparerent æquales: sed adeò viles & contempti, vt in nullo plus valerent, quam terra quæ nullos homines habet. Funiculum autem pro sorte posuit, quia funiculo solet mensurari, secundũ illud. *Et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Psal. 77. f.* Significat autem quòd tam liberè regiones Moabitarum, quibus vellet diuideret, quàm possessor agros proprios.

† plenum funiculum phrasis est Hebraica quæ significat uix tertiã partem Moabitarum super stitem mãsisse quæ seruiret Dauidi sub tributo. Sic legas licet, percussit quoque Moabitas ita ut duas partes occideret & unam partem uitæ seruaret. L. 7. antiqui. cap. 5.

C

c *Mensus est*. ✱ Iosephus. Dauid conuertit bellum ad Moabitas, & duas quidem partes eorum exercitus victas dimicando consumpsit, reliquos autem captiuos accipiens & annua tributa eis imponens, contra Adrazarum regem Sophenæ conuertit exercitum.

✱ Theo. Tanta erat vis victoriæ, & tanta erat multitudo eorum qui capti erant viui, vt eos numerare non permitteret. Iussit enim eos deijci pronos in terram, diuisos trifariã. Et duas quidem partes occidit: vnam autem viuam cepit.

✱ Angelomus. Quod scriptum est, *Mensus est eos funiculo coæquans terræ*, hyperbolicè debet accipi. Non fieri poterat vt homines in terra degentes, intantum humiliarentur, donec ipsius terræ dorso funiculo super extenso comprobante, apparerent æquales: sed immensam humiliationem captæ & oppressæ gentis voluit scriptura hoc verbo accumulare. Quod autem mensus eos funiculo dixit, funiculum pro sorte posuit, eo, quod ita soleant agrorum spatia metiri. Significat autem quòd tã libera dispositione regiones Moab quibus vellet hæredibus diuisit, quasi possessor agros proprios ad nutum funiculo dirimit.

Commẽt. in hunc locum.

D

CAP. VIII.

FACTVM est autem post hæc percussit Dauid [1] Philisthiim, & humiliauit eos. [2] Et tulit Dauid frænum tributi de manu † Philisthiim, & percus- [3] sit Moab, & mensus est eos funiculo coæquans [4] [5] terræ. Mensus autem est duos funiculos, vnum [6] [7] ad occidendũ, & † vnũ ad viuificandum. Factusq; [8] est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et percussit Dauid Adarezer filium [9] Rohob, regem Soba, quando profectus est vt dominaretur super flumen Euphraten. Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti milibus peditum subneruauit † omnes iugales curruum. † De- [10] reliquit autem ex eis centum currus. Venit quoqua Syria Damasci, vt [11] præsidium ferret Adarezer regi Soba, & percussit Dauid de Syria vi-

¶ Hyperbole.

a Quos vult damnat propter peccata, quos vult viuificat, condonans peccata dominus iesus.

¶ Id est, qui eam sibi tutam facerent.

† aquæ duct', idest, ciuitates aquæ ductus trãsibat. chal. interpres uertit dispositionem aquæ ductus.

† unum.

E

† oẽs currus.

† id est seruauit sibi.

Rabbanus.

Significat autem quia quos voluit potuit occidere: & quibus voluit potuit parcere. Quòd autem Moab qui interpretatur ex patre, & Syriam Damasci, & cæteras regiones tributarias fecit, significat quòd Christus omnes gentes sub dominatione sua tenet, & premit, & sensum bonorum operum exigit. Damascus enim nobilis vrbs Phęnicis eodem vocabulo quo & Maseth ancillę Abrahæ filius dicitur, & interpretatur sanguinis poculum. Syria verò sublimis vel humecta; Quæ enim prius humecta libidine sanguinem humanum inexplebiliter sitiebat, nunc mundata baptismo Christi, sublimis profectu virtutum, sanguinis eius poculum desiderat.

F

d *Subneruauit omnes iugales curruum &c.* ✱ Theodoretus. Quamobrem confregit plurimos currus Syrorũ? Lex diuina iussit re-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

1 FActum est. *Hic consequenter ostenditur fortitudo Dauid in debellando aduersarios. Et primò ponitur huiusmodi debellatio. Secundo regni Dauid ordinatio, ibi:* Et regnauit Dauid. *Prima in quatuor partes, secundum, quatuor gentes quas debellauit. secunda ibi:* Et percussit Moab. *tertia ibi:* Et percussit Adarezer. *quarta ibi* : Fecit quoque. *Prima gens ab eo debellata fuit gens Philisthinorum, quod notatur cum dicitur.*

2 Et tulit Dauid fręnum. *Frænum, id est, quo tenetur equus sub sessore. & eodem modo tributum est id quo tenetur populus subiectus sub dominatore. Dauid autem deuincendo Philisthæos hoc frænum de manibus eorum abstulit, quia prius dominabantur Hebræis: sed postea econuerso seruierunt Dauid sub tributo.*

3 Et percussit. *Secundus populus à Dauid debellatus fuit populus Moabitarum: quod notatur cùm dicitur.*

4 Et mensus est eos funiculo. *agens cum eis rigore iustitiæ.*

5 Coæquans. *quia destruxit fortalitia eorum, ne posteà possent rebellare.*

6 Mensus est autem duos. *i. ordinauit duos procedendi modos.*

7 Vnum ad occidendum. *s. magis culpabiles per viam iustitiæ.*

8 Et vnum. *minus culpabiles dimittens per viam misericordiæ, In Hebræo habet:* Mensus est duos funiculos ad mortificandum, & impleuit funiculum ad viuificandum. *quod exponunt Hebręi dicentes quod duas partes occidit, tertiã partem vitæ reseruauit. Causa autẽ quare sic rigidè contra eos processit fuit, quia rex Moab patrem & matrem Dauid & aliquos de amicis eius quos ibi reliquerat Dauid pro custodia occidit, recedente Dauid de terra illa, secundum quod dicit Ra. Sa. & prout dictum fuit suprà. lib. 1. 22. cap. Ista tamen sententia Dauid intelligenda est quantum ad viros bellatores, quia totum vulgarem populum dimisit ad seruiendum sibi sub tributo.*

9 Et per. *hic ponitur debellatio populi Syriæ à Dauid. & primò ponitur ista debellatio. secundò ex hoc sequẽs cõfœderatio ibi :* Audiuit aũt Thou. *Circa primũ dicit.* Et perc. *qui regnabat in vna parte Syriæ.*

10 Subneru. *idest equos iugo curruum applicatos, vt de cætero essent inepti ad prælium.*

11 Dereli. *idest, equos centum curruum qui erant ei necessarii. In quolibet aũt curru erant quatuor equi, vt probat per illud quod dicitur infrà. 3. lib. 10. ca. in fi.* Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto. *idest, equi pro vna quadriga,* sexcentis siclis argẽti & equus. cl. *Ex quo patet, quod in una quadriga erant quatuor equi, quia. cl. sicli quater accepti faciunt sexcentos siclos. Et sic patet, quod Dauid quadringentos equos reseruauit, qui erant sibi necessarii in diuersis negotiis.*

Diuisio.

✱ Et po-

MORALITER.

1 *Factum.* Sequitur.

2 *Et tu.* hic describitur triumphus Dauid de quatuor populis, id est, Philistheis, Moabitis, Syris, & Idumæis. Moral. per Dauid manu fortis interpretatur, vir fortiter pugnans cõtra passiones inordinatas significatur. Ipse verò de quatuor passionibus principalibus triumphat, quę sunt, gaudium ineptũ in prosperis, & dolor nimius in aduersis, & spes de bono futuro incompetenti sibi, & timor inordinatus de incursione temporis mali, & his passionibus subiectis proficit homo in perfectione moralis & intellectualis virtutis : ideò dicitur 7. Physicor. Sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens: quia sedatis & quietatis tumultibus passionum acquiruntur scientiæ & virtutes. Propter quod de quatuor passionibus prędictis ad quas aliæ reducuntur dicitur primo de consolatione. Tu quoque si vis lumine claro cernere verũ. Tramite recto carpere callem gaudia pelle: Pelle timorem spem-

passiones quatuor.

Boetius.

A iussit regem non vti multis equis: vt non in eis, sed in virtute diuina confideret. Hanc legem implens, confregit currus plurimos. Vnde canit in psalmis: *Non saluatur rex per multam virtutem. fallax equus ad salutem.*

a ✠ *Et tulit arma aurea &c.* Ioseph. Aureas pharetras, & arma diuersa quæ custodes corporis Adadi gerebant, Deo dicauit in Hierosolimis.

✠ Theodoret. χελιδόνας autem Syrorum, interpretatus est Aquila torques aureos, Intellexit autem splẽdorem Syriæ.

B b *Sanctificauit* Sic Christus oẽs quos de gentibus conuocat, alios quasi aurum idest, sensu spirituales facit, alios quasi argentum idest, eloquentiæ nitore splendentes, alios quasi æs prædicatione sonoros sanctificat domino vt eius tabernaculo fideliter deseruiant.

c *Cæsis.* Quod in quibusdã codicibus duodecim milia cæsa dñr vitio scriptorum inolitum est. Veraciter enim Dauid in C valle Salinarũ decẽ & octo milia cecidit. Ioab verò 12. millia, sicut in titulo 58. psal. scribitur. Significatur aũt, quòd Christus districtione sui examinis in his qui de illo praua sentiũt stultitiam immoderati laboris extinguit.

d *Facie. quo. &c.* ✠ Theo. Scriptor narraturus scelus in quo incidit vir diuinus, necessariũ duxit prius ostẽdere viri virtutem, vt sciamus delictum non fuisse mẽtis, sed circunstantiæ.

e *A cõmentariis.* Vicem regis agebat cuius iudicio leges scribebantur. Scriba ex ore regis verba describebat.

f *Sacerdotes.* Sacerdos quasi sacer dux, Filij aũt Dauid ducatũ habebant in tribu Iuda.

g *Cerethi et Phe leti.* ✠ Procop. Iaculatores & sagittarios hoc noĩe appellat.

✠ R. Da. Vrim & Thumin, quòd essent illustres & integri. Alij. Due cognationes erant, que semp stipabãt latera regis paratæ vt exequerentur eius imperium.

✠ Alij. Sanhedrim, hoc est, summos consiliarios. Assidebant regi custodientes corpus eius, & interpretant interficientes & viuificantes, quoniã secundũ iudicium eorũ digni reseruabantur ad vitã, alij ducebantur ad mortem.

(Text) ... gintiduo milia virorum. Et posuit Dauid præsidium in Syria Damasci. 1 Factaque est Syria [* ipsius] Dauid seruiens sub tributo. Seruauitque Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est. Et tulit Dauid arma 2 aurea, & torques aureos quæ habebant filij Adarezer, & detulit ea in Ierusalem. Et de Bete & de Beroth ciuitatibus Adarezer, tulit rex Dauid 3 æs multum nimis. † De quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, & mare æneum, & columnas, & altare. Audiuit autem Thou rex Emath, quòd percussisset Dauid omne robur Adarezer. 4 Et misit Thou Ioram filium suum ad regem Dauid, vt † salutaret eum, congratulans, & gratias ageret, eò quòd expugnasset Adarezer, & percussisset eum: Hostis quippe erat Thou Adarezer. Et in manu eius erant vasa aurea, b & argentea, & vasa ærea, quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid domino 5 cum argento & auro quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat de Syria, & Moab, & filiis Ammon & Philisthiim & Amalec, & de manibus Adarezer filij Rohob regis Soba. Fecit quoque si- 6 bi Dauid nomen,ª cùm reuerteretur capta Syria in valle Salinarum cæsis c decem & octo milibus, & in Gebelem ad viginti tria milia: & posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium, & facta est vniuersa Idumæa 7 seruiens Dauid. Et seruauit dominus Dauid in omnibus ad quæcun- 8 que profectus est. Et regnauit Dauid super omnem Israel. † Faciebat 9 10 d quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo. † Ioab autem 11 filius Saruiæ erat super exercitum. Porrò Iosaphat filius Ahilud erat 12 e † à commentarijs. Et Sadoc filius Achitob & Achimelech filius Abia- 13 14 f thar erant sacerdotes, & Saraias scriba. Banaias autem filius Ioiadæ 15 g † super Cerethi, & Pheleti. Filij autem Dauid † sacerdotes erant. 16

ª Erexit scilicet sibi fornicem triumphalem.

Marginal notes: † De consec. dist. 1. cap. 1. — † salutaret eũ pacificè uel munus offerret ei & benediceret ei. — Rabbanus. - & in Gebelẽ ad uiginti tria milia. — † 1. par. 18. di. — † infra. 20. g. — † Hebraicè ad uerbum monẽ facto, qui negotia gerenda commemorat, & à libellis est. — Hierõn. — -de quo fecit salomon omnia uasa ærea i templo & mare æneum, & columnas hęc nusquam legũtur in ueteribus exemp. sicut nec apud Hebræos. — † & Cereti erat una ex familiis Israel. † principes uel primarii ad latus reg. Lxx. aulę principes Rabbanus. D E F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et po. *idest homines bellatores in fortalitio, vt Syri securius tenerentur sub tributo.*
2 Et tulit Dauid arma. *In Hebræo habetur,* pharetras.
3 Tulit rex Dauid. *Quod autem sequitur immediatè. De quo fecit, vsque ibi: Et altare, non est in Hebræo sed appositum fuit à quodam glossatore, quia illud æs fuit expensum in operibus templi, & postea vitio scriptorum hæc glossa inserta est textui.*
4 Aud. *Hic consequenter ponit sequens confœderatio, quia frequenter contingit quòd quo aliqui fiunt amici, eo sunt inimici eiusdem, & hoc modo Thou factus est amicus Dauid: eò quòd debellauerat Adarezer inimicũ eius & in signũ amicitiæ misit sibi vasa aurea & argentea et ærea.*
5 Quæ &c. *idest, consecrauit vt inde fierent illa quæ erant necessaria in templo, ita quod de cætero non poterat humanis vsibus applicari. Dicit autem hic Ra. Sa. quòd propter hoc ista bella Dauid posita sunt in hoc cap. post præcedens immediatè, in quo declaratur voluntas Dauid circa templi ædificationem, quia omnia metalla quæ per ista bella acquisiuit ad opera templi fienda consecrauit.*
6 Fecit. *Hic ponitur debellatio quarti populi. s. Idumæorum, quos debellauit rediens de Syria in valle Salinarum. & hoc est quod dicitur.* Fecit. *idest arcum triumphalem: vt coĩter dicunt expositores nostri. posuit in signum victoriæ habitæ de Idumæis. Sed hoc non videtur probabile, quia tale quid fit ad iactantiam propter quod Saul increpatur de erectione arcus triumphalis. vt habetur supra 1. lib. 15. cap. Propter quod Rab. Sal. hoc exponit de sepultura Idumæorum tunc occisorum in prælio, quos Dauid fecit sepeliri. & in hoc acquisiuit sibi nomẽ bonũ. Tum quia exercuit circa mortuos opus misericordiæ. Tum quia scribit Deut. 23.* Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. *Iacob enim à quo descenderunt Iudæi, & Esau à quo descenderunt Idumæi, fuerunt fratres vterini, vt habetur Gen. 24. & ideo Iudæi & Idumæi fratres dicuntur propter quod Dauid eis sepulturam exhibuit. Et idem legitur fecisse Ioab. infrà. lib. 3. 11. cap.*
7 Et posuit in Idumæa, &c. *ne rebellarent & recederent ab ea.*
8 Et fa. *sicut prædictũ fuerat Gen. 25. c.* Maior seruiet minori.
9 Et serua. *hoc additum est, ad ostendendum quòd Dauid habuit prædictas victorias non virtute humana, sed diuina.*
10 Et re. *Hic cõsequenter ostẽditur regni Dauid ordinatio, cũ dicit.*
11 Faciebat quoque Dauid iudicium. *rectè sententiando.*
12 Et iustitiam. *debitè exequendo.*
13 Ioab. *Sicut enim regnum bene ordinatur intra se per iustitiam, ita extra se reprimendo aduersarios per militiam.*
14 Iosa. *vnum nomen est indeclinabile, & significat idem quòd cãcellarius, vt dicunt aliqui, Alij autem dicunt, quòd est officium dictandi leges In. He. habetur hic,* recordator. *Et sic dicit Ra. Sa. quòd officiũ eius erat repetere seu recordari casus varios qui venerãt ad Dauid, vt per ordinẽ expedirent. s. primus primò, & secundus secundò & sic de aliis.*
15 Et Sa. *habebat enim officium scribendi gesta temporum. Alii dicunt quòd scribebat literas regis.*
16 Banaias. *idest, saggittarios & balistarios vt dicit translatio Chaldaica. Filii autem Dauid sacerdotes erant. i. maiores vel primi ad honores vnde 1. Par. 18. habetur:* Filij autem Dauid primi ad manum regis. *non enim potest dici quòd essent sacerdotes proprie in tabernaculo ministrantes, quia non erant de genere Aaron.*

ADDI-

MORALITER.

† rem, spemque fugato: Nec dolor adsit nubila mens est, vinctaque frænis. Hæc vbi regnant. Propter quod ipsis ablatis per Dauid tollitur frænum tributi. Per Philisthæos autem qui cadentes interpretantur, timor mundanus qui cadere facit hominem à virtute significatur. Per Moabitas significatur dolor de præsenti pœna: Nam Moab interpretatur ex patre. Talis verò dolor contrahitur in nobis ex carnali generatione. Per Syros autem qui sublimes interpretantur, spes immoderata, quæ magis propriè præsumptio significatur. Per Idumęos autem, qui interpretantur terreni, significatur gaudium ineptum de adeptione temporalis boni.

MO-

A

ADDITIO.

In cap. 8. vbi dicitur in post. *Faciebat quoque Dauid iudicium*, recte sententiando.

Cum secūdum Philosophum in 3. Politico. ordinatio populi præcipue depēdeat ex maximo principatu, idcirco postquàm dicit quòd *Dauid faciebat iudicium, & iustitiam, &c.* subiungit suam optimam ordinationem in eius officialibus, in quibus tota ordinatio regiminis principatus virtualiter contineri videtur. Nam ad officium Ioab pertinebant omnia illa quæ ad defensionem subditorum & intrusionem hostium erant necessaria, cùm esset ipse princeps militiæ. Ad officiū verò Iosaphat pertinebant omnia illa quæ ad iudicia particularia erant necessaria per se, vel per alios expedienda tanquàm ad cancellarium. Ad officium verò Saruiæ pertinebāt omnia dictamina scripturarum quæ à rege vel à suis iudicibus emanabant, seu in historiis regalibus erant reponenda. Ad officium verò Banaiæ filij Ioiadæ pertinebat custodia regis, executio iustitiæ specialiter criminalis. quæ cum manu valida & potenter exerceri solet. & hoc est quod dicitur: *Super Cerethi & Phelethi.* qui secundum Hebraicam veritatem quæ in gl. hoc loco habetur interpretantur interficientes & viuificantes. quoniam secundum iudicium regis vel officialium eius digni reseruabantur ad vitam, alij ducebantur ad mortem. Filij aūt Dauid non habebant nomen offi. ij, sed dignitatis: erant.n. maiores seu primi post regē ad honores.

D

CAP. IX.

Quæst. 24.

Et dixit Dauid: *Putas ne.* ✻ The. Qui autem erat benignus & clemēs etiam in inimicos, non erat amicos daturus obliuioni. Rogauit itaque an restaret aliquis ex domo Saulis, vt *faciamus ei* inquit, *misericordiā propter Ionathan*. Nā propter suam in illum beneuolentiam, eius despiciebat maleuolētiam. Deinde summam curam gerit Miphibosethi, vt qui eū fecerit dominū omniū q̄ possidebat Saul. & iusserit eum perpetuò cum eo victū sumere. ✻ Chrysost. Dauid mortuo Saule, non modo nō occidit illius posteros sed eis plura præstitit, q̄ erat pollicitus siquidem filiū eius cùm esset claudus in suā domum induxit suęque mēsę fecit participem, nō arbitratus regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari. Quotquot eīn cū illo discūbebāt, abibant bāt magnā philosophiæ doctrinā consequuti. Cùm enim viderent illius Saulis filium, qui tanta mala patrarat aduersus Dauidē, tanto in honore haberi apud ipsum, et si feris oībus essent immitiores, pudore tamē ac rubore cum oībus inimicis redibant in gratiam. Scitis profectò, nō esse facilè hostiū filios diligere? Quid dixi diligere? Nō odisse nō persequi magnū est, Multi defunctis inimicis, in illorum liberos iram effuderunt. At non ita generosus ac magnanim⁹ iste: sed & viuentem inimicum obseruauit, & illo defuncto beneuolentiam filijs exhibuit. Quid illius mēsa sanctius? &c. Hoc tu facito charissime, &c. ✻ Angelo. Non enim erat Dauid immemor fœderis q̄d olim pepigerat cum Ionathan, nec ex eorū societate, de quibus scriptū est: *Qui tollit ab amico suo misericordiam timorem Domini derelinquit.* Quæ res & fidelitatē probauit secūdum historiam in viro, & sacramētū iuxta allegoriā ostendit in facto. Ecce

B

† infra 19. e. Hom. de Dauid & saule tom. 1.

† 1. Re. 18. d.

† super mensam.

C

E

Comment.

Iob. 6.

† Omnes verò habitatores.

F

CAP. IX.

a Et dixit Dauid; putasne est aliquis qui remāserit de [1] domo Saul, vt faciā cū eo misericordiā propter Io[2]nathan? Erat autem de domo Saul seruus nomine Siba. Quē cùm vocasset rex ad se dixit ei; Tune es Siba? Et ille rn̄dit, Ego sum seruus tuus. Et ait rex; Nunquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitq̄; Siba regi; Su[3]perest filius Ionathæ debilis pedibus. Vbi, inquit, est? Et Siba ad regem. Ecce ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar. Misit ergo rex Dauid & tulit eū de domo Machir filii Ammiel de Lodabar. Cùm autē venisset Miphiboseth filius Ionathæ filii Saul ad Dauid, corruit in faciem suam & adorauit. Dixitq̄; Dauid. Miphiboseth? Qui rn̄dit, Adsum seruus tuus. Et ait ei Dauid † Ne timeas, quia faciens faciā in te misericordiā pro[4]pter Ionathan patrem tuum, & restituā tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper. Qui adorans eū dixit. † Quis [5] [6] ego sum seruus tuus, quoniā respexisti sup canem mortuū similem mei? [7] Vocauit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei: Omnia quæcunque [8] fuerunt Saul, & vniuersam domum eius dedi filio domini tui. Operare [9] igitur ei terram tu & filij tui, & serui tui, & inferes filio domini tui cibos vt alatur. Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper pa[10]nem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij & viginti serui. Dixitque Siba ad regem: Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus. Et Miphiboseth comedet super mensam tuam, quasi vnus de filiis regis. Habebat autem Miphiboseth filium paruulum nomine Micha. † Omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat Miphiboseth. Porrò Miphiboseth habitabat in Ierusalem, quia † de mensa Dauid regis iugiter vescebatur, & erat claudus vtroque pede.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

1 Et dixit Dauid. *Hic consequenter ostendit pietas Dauid ad proximum faciendo misericordiam erga domum Saul propter Ionathan amicum suum, quæ pietas in tribus ostenditur. primo quia diligenter inquisiuit. quod notatur cum dicitur.*

2 Putas. *hoc quæsiuit Dauid ab assistentibus sibi, per quorum indicium vocauit Sibam, qui Sauli seruierat vt ab eo certius de hoc inquireret, & in particulari. qui interrogatus respondit.*

3 Superest. *cuius causa dicta fuit suprà. 4. cap. Secundò ostenditur fidelitas Dauid & eius pietas, eò quod Miphiboseth quæsitum dulciter recepit: quod notatur cum dicitur.*

4 Et ait. *timebat enim eò quòd auus eius & patruus fuerant inimici Dauid, propter quod eum assecurauit, & sibi bene facere promisit di.* Restituam tibi omnes agros, &c.

5 Qui adorans eum. *adoratione duliæ.*

6 Dixit: Quis ego. *q.d. nullius momenti respectu tanti beneficii.*

7 Quoniam. *oculos pietatis.*

8 Super. *idest, super me vilem & despicabilem, quia erat impotens corpore & genere, eo q̄ amici sui erant mortui. Tertio ostenditur pietas Dauid eo quòd ipsi Miphiboseth diligenter prouidit, assignans ei procuratorem & seruum pro domo sua & familia gubernanda scilicet, Sibam qui auo suo seruierat. & ipsum Miphiboseth faciendo sibi commensalem, & patet litera paucis exceptis quæ occurrentur.*

9 Dedi. *idest, filio Miphiboseth qui nunc est dominus tuus, cuius filius vocabatur Micha, vt infra habetur. non enim potest hoc intelligi de cibis administrandis Miphiboseth, quia semper comedebat in mensa regis, sequitur.*

10 Miphiboseth. *& secundū hoc Siba dixit istud verbū. In Hebr. habetur,* & Miphiboseth comedet super mēsam meā. *& secūdū hoc est verbū ipsius Dauid, quod exponunt Hebræi dicentes, q̄ postquàm Siba dixerat regi* sic faciet seruus tuus, *Dauid respondit:* Et Miphiboseth comedet super mensam meā. *ita q̄ hic sub intelligitur, rn̄dit Dauid. Et est modus loquendi qui apud Hebræos vocatur, decurtatus vel recisus. s. quando aliquid omittitur, quod tamen necessariò sub intelligitur ad habendum sententiam perfectam. & talis modus loquendi frequenter inuenitur in scriptura in ve. te. Cætera patent.*

CAP.

MORALITER.

1 *Et dixit.* Et secūdū sensum literalē per hoc q̄ Dauid mortuo Ionatha q̄ fuerat ei amicissimus in vita, diligēter inquisiuit de posteris ei⁹, vt eis exuberet bn̄ficia, docemur amicitiam

A Rab. Ecce Dauid non est oblitus iuramẽti & fœderis quod cũ Ionatha pepigit, sed misericordiam quã promisit patri, filio impleuit. Dauid quoque Christũ significat. Ionathas qui interpretatur colũbæ donum vel domini donũ gratia spiritus sancti. Habuit ergo Ionathas paruulum filiũ nomine Miphiboseth vtroque pede claudũ, quem, Dauid ad se vocauit, cum prædestinatio & præscientia Dei eum quem ad seculi desideria & mũdana negotia exercenda sermone & actione debilem conspicit, ad Dei ministerium eligit. quia quem mũdus per fastũ elationis spernit, Deus propter deuotionem humilitatis acquirit. Interpretatur enim Miphiboseth de ore ignominia. Is enim B cuius loquelam & præsentiam superbia mundi despicit, Dei domo vtilis ad spiritale ministeriũ in ecclesia apparebit. Quid est autem, quòd Dauid Sibam seruum Saul de stirpe ipsius interrogans inuenit Miphiboseth? Nisi quod Christus electorum numerum discutiendo inter eos qui contempti mũdum reliquerunt ad se venire facit. Siba enim egressus venit interpretatur: *Machir* vidẽs: vel de infirmitate Ammiel populus eius Deus. Lodabar: ipse verbum. Denique Dauid noster contemptibiles huius mundi, & quæ non sunt eligens, vt quæ sunt destruat eos vendibiles mũdo: & in infirmitate cõ C stitutos reperiens, populo suo dignos verbo prædicationis adiungit, eisq; regium honorem inter filios cõcedit. Vnde & Dauid agros Saul & seruitia Miphiboseth tribuit & super mensam suã cũ filijs esse præcepit, quia Christus qui *de stercore erigit pauperem*, vt sedeat cũ principibus, & soliũ gloriæ teneat, cõtẽptibiles personas de mũdo auferẽs possessores virtutũ efficit, & in mẽsa scripturarũ quotidie reficit. Tales verò sobolẽ gignũt, qui dicitur Micha, idest, quis est iste. quia in admirationem populi veniunt, qui nuper in mundo despecti in ecclesia apparent gloriosi. D

1. Reg. 20. c. — 1. Par. 19. a — Psal. 112. a.

CAP. X.

† Factum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnaret Hanõ filius eius pro eo. Dixitq; Dauid: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid consolans eum per seruos suos super patris interitum. Cùm autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanõ dominum suum: putas quòd propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideo vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatẽ, & euerteret eã, misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitq; dimidiã partem barbæ eorũ, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos. Quod cum

a Et diabolus pristinam fortitudinem eripit.
a ¶ Et diabolus castitatis dignitatem nudat, & turpia quæ persuasit, reuelat.

C A P. X.

a Factum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Am. &c. b Faciam. Quãdo Dauid fugit à facie Achis regis Geth, venit ad Naas regem Ammon, qui fecit cum eo misericordiam. De Naas itaque venit ad speluncam Odollam: vbi venerunt ad eum pater eius & mater, & omnis domus eius, inde peruenit ad Moab, & dimisit apud eũ patrem & matrem & omnem domum suam. Quod verò dixit Achis rex Geth: *Hic ne ingredietur domum meam?* Abijt inde Dauid & fugit in speluncam Odollam. subaudiẽdo de domo Naas. Si quæratur, cur ad Achis redierit, quem prius fugerat. Intelligendum est eum ad quem redijt fuisse filium eius quẽ fugit. Vnde in sequentibus de Achis, cum quo descendebat Dauid in prælium filius fuisse dicitur Maoch. Non enim à patre hoc patronymicum, sed à matre sumpsit, quæ Maacha vocabatur. E b ✠ *Tulit.* Ambr. Si consuetudo & lex est, hominum legatis nõ inferre exitia: qua præsumptione & audacia legatis Dei non solum exitia, sed & mors irrogaretur? ✠ August. Quomodo salutis infirmitas, sic barba virtus ostenditur. ✠ Idem. per barbam non incongruè fortitudo intelligitur.

Significant hæc bellum diaboli contra ecclesiam Hanon enim idest, dolor eorum, diabolum significat, qui Ammonitarum, idest, malignorum spirituum, idest, rector populi mœroris & semper in angustia constituti, qui comprimere vel angustiare homines desiderat. Radit ergo Hanon barbam dimidiam nuntiorum Dauid, cum diabolus quorundam prædicatorum sermonem uel conuersationem corrum- F

Hieronym. Angelomus. Rabbinus. — 1. Reg. 21. c. — Ibi. 27. a. — Ibi. 21. d. — 1. Reg. 21. a. — Ibi. 22. a. Quæstio. — 1. Reg. 27. a. — Com in cap. 6. ad Ephes. — In psal. 33. & lib. 2. cont. lit. Petil. cap. 103. — Eucherius, Angelomus Rabbanus.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. X.

1 Factum est. *Hic consequenter ponitur gratitudo Dauid erga beneficium. Circa quod primò ponitur ipsius Dauid gratia propter impẽsum sibi beneficium. secundò illata sibi iniuria per malũ cõsiliũ, ibi:* Cum autem venissent. *tertiò vindicans iustitia propter illatũ opprobrium, ibi:* Quod cum audisset. *Circa primum dicitur.*

2 Faciam. *Ista autem misericordia quam fecit Naas cũ Dauid, tacta est suprà primo lib. 21. ca. secundũ duplicem opinionem. Vna est, quòd iste Naas qui dicitur hic mortuus, esset simul rex Ammõ & Moab, quia ibidem dicitur quòd Dauid dimisit patrem & matrem & aliquos eius amicos, qui non poterant sequi eum cum rege Moab pro custodia, & sic voluit filio eius recompensare. Alia est quòd rex Moab apud quem dimisit prædictos iratus propter recessum Dauid de terra sua, interfecit eos paucis exceptis, qui fugerunt ad Naas regẽ Ammon, & ibi saluati fuerunt. Et ista opinio videtur verior. quia suprà. 8. cap. dictũ est qualiter Dauid rigidè processit contra regem Moab & populum eius. & hic dicitur quomodo amicabiliter voluit procedere contra regem Ammon. Ex quo manifestè videtur, quòd iste Naas fuerit alius à rege Moab, cui recommendauit patrem & matrem cum esset in fuga Saul.*

Diuisio.

3 Misit, *nuntians ei quod esset paratus ad eius auxilium si indigeret, propter patris sui receptum beneficium.*

4 Cum. *Hic consequenter describitur illata Dauid iniuria per malum consilium cùm dicitur.*

5 Putas. *q. d. non: sed vt sub specie amicitiæ decipiat te explorando per nuntios tuos infirma terræ tuæ.*

6 Tulit. *quia tunc temporis erat maximum vituperium & adhuc est in terra illa in qua homines sine barba reputantur quasi mulieres.*

7 Et dimisit. *ita quòd apparebant verenda eorum.*

✠ Manete

MORALITER.

† tiam seruare post mortem, quod tamen pauci faciunt, intantum quòd vulgariter dicitur, mortuus non habet amicum. Secundum autem sensum allegoricum per Ionathan, qui interpretatur columbæ donum, significatur ipse Christus qui columba dicitur amaritudinis felle carẽs. Est etiam donum ex charitate paterna nobis datum. Ioan. 3. b. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnige. da. &c.* Per filium Ionathæ claudum vtroque pede, significatur quilibet Christianus, qui Christi filius est per baptismum claudus tamen est vtroque pede: Nam pronus est dupliciter ad cadendum in peccatum scilicet, per ignorantiam & infirmitatem. Per Dauid verò potest intelligi bonus prælatus qui talem ad ambulandum in via morum debilem debet fouere & nutrire cibis mensæ suæ, scilicet alimento sacræ scripturæ, & sacramento eucharistiæ, vt sic disponatur quòd ad mensam gloriæ finaliter transferatur.

1 *Factum est* Per Hanon qui populus murmurans interpretatur, Iudaicus populus significatur: qui à principio fuit murmurationibus assuetus, scilicet contra Moysen & Aaron, & etiam contra dominum, vt patet in Exodo & in locis pluribus, & in libro Numerorum & posteà contra Christum, vt patet ex decursu euangeliorum. Ad hunc autem populum misit Dauid, id est, Christus per Dauid figuratus, seruos suos, scilicet apostolos aliosque discipulos ad spiritualem eius cõsolationem, dicens eis, Mat. 10. a. *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.* Sed sicut Hanon seruis Dauid vituperium intulit, quia sequitur.

6 *Tulit.* Sic populus Iudaicus seruos Christi vituperauit multipliciter & afflixit, vt habetur in Actibus apostolorum in pluribus locis propter quod noster Dauid scilicet Christus.

† Manda-

corrumpendo maculat. Præcidit tunicas vsque ad inguina, cum turpia facta quæ persuadet in oculis hominum reuelat. His necesse est sedeant in Iericho donec crescat barba, ne sint opprobriũ aliorum & anathema omniũ, id est, donec incrementa virtutum in eis nascantur, & digni habeantur præsentari suo regi. Dauid autem noster milites suos inultos esse non patitur, sed exercitu congregato suorum iniuriã vindicat: nec solũ aduersarios per sanctorum suorum victoriam confundit sed etiam in extremo iudicio perpetuis ignibus tradit.

a *Reliquam au.* ✻Hieronym. Notandũ quod solummodo in hoc loco in Hebræo legatur Abisa, in cæteris verò locis Abisai. Ideo autẽ ex noĩe illius vnam literam dẽ ptam Hebrei dicunt, eò quòd necis Abner cõscius fuerit. ✻Ioseph. Ioab circa metropolim Ammonitarum, Charanachã veniens, castra fixit. Hostibus egredientibus, & aciem in duas partes disponentibus, contra molitione tractauit & fortissimos quidem viros eligens, se opposuit Syris, reliquam verò partẽ fratri tradidit. vt contra Ammonitas dimicaret, Cũq; incitasset fratrem, atque rogasset vt magnanimiter & fiducialiter ageret, & grauẽ verecũdia metuens decertaret, Syros aggressus, multos peremit, cæteros conuertit in fugam.

b *Misitq; Adarezer & eduxit Syros qui erant trãs fluuium, & addu.* ✻Theodor. Quõ cùm superius dixisset interitum Adarezer, dicit eũ venisse in belli auxilium? Superatum quidem dixit fuisse Adarezer, non autem occisum. Conueniunt autẽ quæ nũc dicta sunt cum superioribus. *Misit* inquit, *Adarezer & eduxit Syrum qui est trans flumen Chalaac*, Si autẽ proprias habuisset copias non eguisset alienis.

nuntiatum esset Dauid, misit in occursum eorum. Erant enim viri confusi turpiter valdè. [a ¶ Sub anathemate pœnitentiæ.] Et mandauit eis Dauid: [1] Manete in Ierichò donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini. Videntes autem filij Ammon, [2] quòd † iniuriam fecissent Dauid, miserunt & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba viginti milia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Istob † decem milia virorum. Quod cùm audisset, [3] Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum bellatorum. [4] Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ. [5] Syrus autem Soba & Rohob & Istob & Maacha seorsum erant in campo. [6] Videns igitur Ioab, quòd præparatum esset aduersum se prælium, & ex aduerso, & post tergum, elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum. a Reliquam autem partem populi tradidit Abisa fratri suo. Qui direxit aciem aduersus filios Ammon. Et ait Ioab: Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium. Si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & † ciuitate Dei nostri. Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. Iniit itaque Ioab, & populus eius qui erat cũ eo, certamen contra Syros. Qui statim fugerunt à facie eius. Filij autẽ Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt in ciuitatem. Reuersusq; est Ioab à filijs Ammon, & venit Ierusalem. [a ¶ Alias: Videntes igitur filii Ammon quoniam Syrus expauit, &c.] [7] Videntes igitur Syri, quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter. b Misitque Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit exercitum eorum. Sobach autem magister militię Adarezer erat † princeps eorum. Quod cũ nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venitque in Helam. Et direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra Israel. Fugeruntque Syri à facie Israel. Et occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta milia equitum, & Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. [8] Videntes autem vniuersi reges † qui erant in præsidio Adarezer victos se esse ab Israel, expauerunt & fugerũt quinquaginta & octo milia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel, & seruierunt eis. Timueruntque auxilium Syri præbere vltrà filijs Ammon.

✻CAP.

Marginalia: † abominationem, vel recordationem. — L. de tradi. Heb. — † ante eos. — L. 7. An. c. 6. — † duodecim. — † ciuitatibus. Quæst. 21. — † serui. — expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo milia coram Israel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Manete. *quæ erat in principio regni Dauid ex illa parte vnde veniebant, vt sic non apparerent inter homines cũ turpitudine sibi illata.*
2 Videntes. *quia cognouerunt quod non ex fraudulentia, sed ex vera amicitia nuntios miserat, & tamen non recognouerunt culpam, nec petierunt veniam, sed magis præparauerunt se ad defendendum suam stultitiam, vocando alios in suum auxilium contra Dauid: quod factum eorum notabiliter aggrauauit.*
3 Quod &c. *Hic consequenter ponitur vindicatio prædictæ iniuriæ per viam iustitiæ. & hoc notatur cum dicitur:* Quod. *scilicet filios Ammon obstinatos in sua malitia.*
4 Misit. *ad vindicandum opprobrium sibi illatum non zelo vindictæ, sed amore iustitiæ.*
5 Syrus. *isti libenter iuuabant filios Ammon, vt per hoc essent liberati de tributo Dauid.*
6 Videns, *id est, antè & retrò. Sic enim diuiserant aduersarij suũ exercitum vt includerent filios Israel. propter quod Ioab expertus in bellis diuisit exercitum in duas partes, vt quælibet pars haberet hostes in fronte, & sic securius possent pugnare, & per istam viam habuerunt contra vtrosque victoriam. Cætera patent vsque ibi.*
7 Videntes. *scilicet suam debellationem & confusionem, vt possent se vindicare congregauerũt multitudinem maiorem, propter quod Dauid in propria persona ad prælium venit cum exercitu suo maiori quàm prius, & eos debellauit. Et patet litera vsque ibi.*
8 Videntes. *promittentes reddere Dauid pacificè tributum & de cætero non præbere eius aduersarijs auxilium.*

✻CAP.

MORALITER.

1 *Manda.* Per Iericho quæ interpretatur luna, & mutationẽ signat, eò quòd luna continuè variatur, benè Gentilitas significatur quæ multis erroribus tunc temporis variabatur. In hac autem Iericho manserunt apostoli alijque Christi discipuli à populo Iudaico reprobati & vilipẽsi. propter quod Paulus & Barnabas dixerunt Iudæis. Act. 13 g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus.* Manendo verò in Gentilibus & eis prædicando, creuit barba eorum, id est, perfectio meritorum, quæ per incrementum barbæ signatur eò quod barba signũ est masculini sexus, qui est perfectus.
2 *Et tunc.* Post perfectionẽ enim meritorũ in doctrina Gentiliũ, apostoli & alij discipuli venerũt ad Dauid. i. Christũ per apertã & claram visionẽ 2. Cor. 5. b. *Audemus & bonam voluntatem habemus peregrinari magis à corpore & præsentes esse ad Deũ.*

CAP. XI.

A a FActum est autem vertente anno eo tempore quo,&c. i. in vere: qñ pulsa frigoris asperitate pabula reperiuntur iumentorum. in Hebræo ita legitur, *eo tempore quo reges ad bella processerant misit Dauid Ioab &c. Processerant.* scilicet ad pugnã contra Dauid rex Rohob: & Istob Soba & Maacha, qui reges Syriæ fuerunt & pugnare voluerũt contra Dauid conducti à rege Moab, sed deuicti sunt.

Hieronym. Rabbanus.

✠ Ambr. Peccauit Dauid, q̃ solent reges: sed pœnitentiam gessit & fleuit, quod non solent reges. Rogauit veniam, nõ arrogans potestatis, sed infirmitatis suæ conscius: prostratus in terrã cilicio se operuit, oblitus imperij, memor culpæ, &c.

Apolog. 2. pro Dauid cap. 3.

B ✠ Idem. Non adulterasset Dauid alieni ius tori, nisi nudam & lauantẽ mulierẽ de domus suæ interioribus vidisset. Et ideo bene scriptũ est: Nõ intẽdas in mulieris speciẽ: & non concupiscas mulierẽ. Et alibi: Ad oẽs irreuerentes oculos caue: nil de continentia tua & virtute præsumas.

† tempore vespertino. Eccl 25. & 26. † vel tecto.

✠ Chryst. Dauid à Saulis difficultatibus, & alijs hostibus liberatus, postquàm quietem assecutus est, difficilius bellum passus est incontinentis cupiditatis, quod eum etiam maiori supplicio affecit. Quo circa tunc maximè timendum est, quando fuerimus liberati ab ærumnis. Quemadmodum enim alligatam bestiam non ita timemus vt emissam, sic & vitium non est ita timẽdum in afflictione, &c.

† è tecto. In psal. 11.

C ✠ Idem. Talis ac tantus vir, qui vicit leones & vrsos, qui mille aduersum se machinas superauit, negligentior factus est: vt addiscatis quantum bonum sit tribulatio virtutũ omnium mater. Interea dum hæc securitas esset & deambularet in solario domus, vidit mulierem pulchram valdè. Sed pulchritudo non est in culpa, quia Dei est donum. Aperuit oculos, & accepit sagittæ ictum. Audiant curiosi qui pulchritudines considerant alienas, & qui ex spectaculis insaniunt theatralibus, &c. Ille nõ vidit meretricem, sed in solario domus suæ: tu autem in theatro. Mors intrat per fenestras. Oculi tanquam fenestræ sunt animæ.

In psal. 50.

Ierem. 9.

✠ Idem. Ambulemus vigilantes, & expergefacti, vel si paululum quis dormitauerit illico prostratus est. Non enim sumus Dauide solertiores, qui cùm parumper neglexisset, in ipsum præcipitatus est peccati barathrum. Sed citò surrexit. Ne tantum itaque quod peccauit aspicias, verum etiam quòd peccatum abstersit. Propter hoc enim historiam illam descripsit, non vt lapsum consideres, sed vt surgentẽ admireris, & discas cum cecideris, quomodo surgere conueniat.

Hom 77. ad pop. Antioc.

D ✠ Theod. Diuinus Dauid cùm Saul eũ persequeretur, se sapienter gessit, & cum esset in acie, mentemq; exerceret in belli cura ex legibus diuinis vitã suã administrabat. Paruas aũt assecutus inducias, passus est lapsum. Verè magnum & vehemẽs est bellum, remissio, & delitiæ, & regnum, & potestas, & forma corporis, & post cibi satietatem insultus: quo tẽpore etiã ijs qui se exercẽt ad castitatẽ, accẽdit scintilla, vt quæ irrigationem habeat nutrimẽtum. Est autem perspicuũ Dauidem habuisse vehemẽtiorẽ desiderij affectionẽ. Nõ enim pluribꝰ vsus esset vxoribus, nisi ei vim attulisset natura, vt illud faceret. Cùm ergo simpliciter, nõ curiosè despexisset, vidit mulierẽ q̃ lauabatur: sed nõ effugit aspectũ reuera pniciosũ, formæ inescatus pulchritudine deuorauit hamum peccati.

Quæst. 25.

E ✠ August. Multi cadere volunt cum Dauid, & nolunt resurgere cum Dauid. Non autẽ cadendi exemplum propositũ est, sed si cecideris resurgendi. Attende ne cadas. Non sit delectatio minorum, lapsus maiorum; sed sit casus maiorum tremor minorum. Ecclesiæ filij audientes tã sancti viri ruinã, metuunt infirmitatem suam: & quæ condemnat Deus deuitare cupientes, abstinent oculos & reprimunt à petulantia, non se miscent mulieribus alienis, non leuant oculos facilè ad aliena domicilia, aut solaria, &c.

lib. 50. hom. ho. 21.

F

CAP. XI.

a FACTVM est autem 1 vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit 2 Dauid Ioab & ser- † uos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba. b Dauid autem remansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur accidit quadã die, vt surgeret

a ¶ Manu fortis, vel visu desiderabilis. b ¶ Declinante iam mundo.

Dauid de stratu suo † post meridiem, & de-

a In sole posuit tabernaculum suum, corpus, scilicet, quod assumpsit, cunctis patefecit.

ambularet in a solario domus regiæ. Viditq; 3

a Propter fluxum menstruum, vt quidam volunt.

mulierem se lauantem † ex aduerso super solariũ suũ Erat autẽ pulchra valdè Misit ergo 4 rex & requisiuit quæ esset mulier. Nuntia-

a Id est dolori, qui falso dixit: Lux mea Dei, ideoque de terra viuentium merito abscissus. Hethæus vel Rechæus enim abscissus.

c tumque est ei, quòd ipsa esset Bethsabee filia

b *Dum hæc.* Dauid grauiter peccauit, quod & per prophetam Deus arguit, & ipse pœnitendo abluit. *Sed ille desiderabilis cunctis gentibus,* quasi in solario deambulans, *in sole posuit tabernaculum suum,* & amauit ecclesiam super tectum se lauantem, id est, mundantem se à sordibus seculi, & domum luteam spiritali contemplatione transcendentem & calcantem, & inchoata cum illa primæ conuentionis notitia separatum ab ea diabolum occidit, sibique eam perpetuò copulauit. Oderimus ergo peccatum, sed non extinguamus prophetiam. Amemus illum Dauid quantum amandus est, qui nos à diabolo per misericordiam liberauit: amemus istum pœnitentem, qui tam graue vulnus peccati humilitatis confessione sanauit.

Rabbanus. Aggei. 2. b. Psal. 18. b.

c *Bethsabee.* Isid. Puteus satietatis, vel puteus septimus. Ecclesia verò vocat puteus aquæ viuæ, & huic puteo septenarij nomen numeri in Spiritus sancti significatione coniungitur, propter rationẽ Pẽtecostes, quo die de cælo Spiritus sanctus missus

Rabbanus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 FActum. *Hic consequenter ostẽditur qualiter Dauid vixit insolenter, propter quod fuit à Deo castigatus: vbi etiam ostẽditur eius pœnitentia de peccatis, & patientia in aduersis. Primò igitur ostẽditur peccasse per luxuriam. Secũdò per negligentiam. ca. 21. Tertiò per superbiã. cap. 24. Circa primũ ponitur primò culpæ perpetratio, secundò humilis recognitio cap. 12. tertiò punitionis patiens toleratio cap. 13. Circa primum describitur primò ipsius Dauid adulteratio. secundò quæritur facti celatio ibi.* Misit autem Dauid *tertio præcipitur innocentis occisio ibi:* Factum est er. *Circa primũ dicitur:* Factum *scilicet in principio æstatis, qñ terræ nascentia sunt in campis ad pabulum equorum.* Mi-

Diuisio.

2 Misit. *Alijs enim procedentibus ad bellum remansit Dauid in Ierusalem quasi otiosus, propter quod fuit lapsus in adulterium. vnde dicit Ouidius poeta: Otia si tollas periere cupidinis artes. Et Eccles. 33. d.* Multam malitiam docuit otiositas.

Ouidius de reme.

3 Viditque mu. *Ex quo patet quòd aspectus impudicus est valde periculosus, quia Dauid tam sanctus & bonus per hoc fuit tractus in adulterium, & ex consequenti ad homicidium proditoriè procuratum, vt ex sequentibus apparebit.*

4 Misit. *Ad hoc enim quæsiuit, vt sciret si esset soluta, vt sic eam acciperet in vxorem & licitè cognosceret eam, inualescente tamen tentatione, sciens quod esset maritata, nihilominus mandauit pro ea adducenda, & commisit adulterium.*

✠ Statimque

MORALITER.

1 *Factum est.*

† *Dauid.* Per hoc autem, quòd alijs procedentibus ad bellum Dauid remansit in Ierusalem, quæ interpretatur pacifica, vel quieta: & tunc enormia perpetrauit peccata, scilicet adulterium, & homicidium, proditorium, vt habetur infra, significatur q̃ illi qui quiescunt otiosi, & se non exercent in prælio contra tentationes, incurrunt frequenter varias peccatorum enormitates. propter quod dicit Seneca, Summa omnium vitiorum otiositas. Dæmones enim nunquam dormiunt, sed semper insidiantur nobis, & quos otiosos à bonis, inueniunt, ad peccatum inducũt. Propter quod dicit Hieron. ad Rusticum: Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum.

3 *Viditque.* per hoc autem quod Dauid sanctus & deuotus ex impudico aspectu peccatum incurrit adulterij, & vlterius homicidij proditoriè perpetrati, nobis ostenditur, quanta diligentia debeat adhiberi in custodia sensus visus, & etiam quia dicitur Thre. 3. f. *Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* Et idem videtur de custodia aliorum sensuum. Ierem. 9. f. *Ascendit mors per fenestras meas.* Sensus enim exteriores sunt quasi quædam corporis fenestræ per quas tentationes contra latrones ad interiora ingrediuntur bona gratiæ rapientes.

missus est Ad 49. idest, species septem vnum additur, quoniam vnitas commendatur. Vnde: *Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Dono itaque spiritali, idest, septenario facta est ecclesia puteus satietatis. quia factus est in ea *fons aquæ salientis in vitam æternam, quam qui biberit non sitiet in æternũ.*

a *Mittensque nunciauit Dauid: Concepi.*

✻ Chrysostomus. Prægnans facta mulier, vadit ad regem, & dicit: O Rex, perij. Et ille: Quid habes? Prægnans (inquit) sum. Peccati mei pullulat fructus, ac cusatorem intrinsecus habeo; in ventre profero proditorem. Si venerit & viderit vir meus, quid dicam? quid loquar? quã excusationem prætendam? Videte & admiramini fratres, quantum mali sit peccatis obnoxium fieri. Rex militem timet, & formidat subditum. Nonne tu imperator? Nonne gladij potestatem habes? Habeo (inquit) sed conscientiam peccati mei timeo formidinis matrem. Quid ergo rex? Pudoris excogitato cõsilio, peccatis adijcit peccatum, & iniquitatẽ scelere vult celare. Quoniam celare non potuit adulterium copulat homicidium.

b *Et venit vrias ad Dauid, &c.*

✻ Chrysostomus. Venit Vrias de castris, intrauit ad regẽ, interrogatusque de apparatu belli, respondit omnia prospera, & victoriam esse paratam. Audiuit rex q; miles vicerit, & dolet q; ipse sit victus. Miles aduersarios subdidit, & rex a libidinis concupiscentia superatur. Miles inimicum prostrauit, victoriam annunciat, & rex præ confusione sua peccatum timet cõfiteri. Stupebat, & præ confusione peccati, pugnæ victoriam victus non sentiebat. Vide clementiam Dei quomodo immutat cõsilia hominum qui in malis suis celare cupiunt quod admittunt. Dicit militi: *Vade in domum tuam laua pedes, &c.* Propter quam causam ô Dauid, *sollicitus es?* Dic mihi. Ob hoc inquit, plenum pietatis do consilium, si potero quo pacto obumbrare sceleris magnitudinem, & vulneri superducere cicatricem, vt illius esse dicatur quod meum est. Sed inextinguibilis oculus non concessit, parcens ei qui fuerat vulneratus.

Greg. Adhuc carnis corruptibilis pondere grauati nõ valemus sic viuere, vt nulla nos possit culpæ delectatio pulsare. Sed aliud est nolentẽ tangi, & aliud consentientem. Sãcti aũt viri tantò vigilantiori se circũspectione custodiũt, quãtò se pulsari sinistris motibus vel transitoriè dedignantur, vt si quid forte cor illicitũ concupisceret, pressus per disciplinæ magisterium oculus videre recusaret. Sicut enim sæpe tẽtatio per oculos trahitur, sic nonnunquàm concepta intrinsecus compellit sibi extrinsecus oculos deseruire. Plerunque enim quælibet res innocenti mente respicitur, sed in ipso conspectu animus concupiscentiæ gladio confoditur. Non enim Dauid Vriæ coniugẽ studiosè respexit, quia concupiuerat, sed potius cõcupiuit, quia incautè respexit. Iusto verò retributionis examine qui exteriori negligenter vtitur, interiori oculo cæcatur. Sæpe autem iam intrinsecus concupiscentia dominatur, & illecebratus animus ad vsus suos sensus corporeos famulari more tyrannidis exigit, suisque voluptatibus oculos seruire compellit, & fenestras luminis aperit ad tenebras cæcitatis. Vnde sancti viri cum sinistra delectatione pulsari se sentiunt, ipsa per quę formæ species admentem ingreditur, disciplinæ magisterio lumina restringunt ne prauæ cogitationi vitio lenocinata famuletur; Quę si vnquam subtiliter custodiri negligitur, cogitationis immunditia ad operationem transit.

Grego. Sæpe res quælibet per historiam virtus est, per significationem culpa, sicut aliquando culpa in facto, in scripto ꝓphetiæ virtus. Quis enim non detestetur, quod Dauid in solario deambulãs Bethsabee Vriæ concupiuit vxorem, qui tamen à prælio reuertẽtem ire domum monet, pedes lauare? Qui protinus respondit dicens: Arca Dei sub pellibus, & ego in domo mea requiescam? Quem Dauid ad mesam propriam suscepit, eiq; epulas per quas mori debeat tradit. Tenet ergo Dauid figurã eius de quo scriptum est: *In sole posuit tabernaculum suum.* Qui Betsabee ad se iubet perducere, idest, legem l teræ carnali populo cõiunctã spirituali sibi intellectu sociare. Bethsabee. n. puteus, septem dicitur, quia per cognitionẽ legis infusione specialis gratiæ perfecta nobis sapiẽtia ministrat. Vrias verò Iudaicũ populũ significat, qui interpretatur lux mea Dei. Iudaicus. n. populus qui de accepta legis scientia extollit, quasi Dei luce gloriatur. Sed huic Dauid vxorem abstulit sibiq; coniunxit, quia manu fortis redẽptor apparens, dũ de se spiritualiter legẽ loqui innotuit, per hoc quod iuxta literam tenebat, hanc à Iudaico populo extraneã demõstrauit, sibi cõiunxit, quia ✻ se per

Eliam vxor Vriæ Hethæi. Missis itaque Dauid nuntijs tulit eam. Quæ cùm ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea. Statimque [1] † sanctificata [a] est ab immunditia sua, & reuersa est in domum suam concepto fœtu. Mittensque nuntiauit Dauid, & ait, Concepi. Misit [2] autem Dauid ad Ioab, dicens: Mitte [3] ad me Vriam Hethęum. Misitque Ioab Vriam ad Dauid. Et venit [b] Vrias ad Dauid. Quæsiuitque [4] Dauid, † quàm rectè ageret Ioab & populus, & quomodo administraretur bellum. Et dixit Dauid ad Vriam: Vade [5] in domum tuam, & [a] laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, † secutus[6]que [a] est eum cibus regius. Dormiuit autem Vrias † ante portam domus regiæ cum alijs seruis domini sui, & non descendit ad domũ suam. Nuntiatumque est Dauid à dicentibus: Non iuit Vrias ad domum suam. Et ait Dauid ad Vriam: Nunquid [7] non de via venisti? Quare non descendisti in domum tuam? Et ait [8] Vrias ad Dauid: Arca [9] Dei & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manẽt, & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam, & per † salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriã: Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Vrias in Ierusalẽ in die

a Id est, menstruali effusione.

a Post laborem balneis vtere: partem posuit pro toto corpore: non enim tantum vir discalceatus incedebat.

a Vt re[illegible] delitiosè prouocatus libidine dormiret cum vxore: & sic adulterium lateret.

Marginalia: Eph. 4. b. Ioan. 4. b. — † vel purificata. i. cessauerunt menstrua illa feminarũ: id quod est signum feminas concepisse. — † de pace Ioab, & de pace populi, & de pace belli. Heb. — In psal. 50. — † sequutũ que est eum donũ regium. — † vitam. — Eucherius. Angelomus. — Psal. 18. b. — Oculorum illecebra.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Statimque. *idest, à fluxu menstruorum. non quia tunc pateretur menstrua quando Dauid eam cognouit, quia tunc mulieres sunt turpis coloris & abominabiles ad actũ carnalẽ, & de ipsa dicitur hic, quòd erat pulchra valde, dicitur ergo tunc purgata à menstruis futuris vsq; ad partum, quia in illo coitu concepit, vt patet in textu. post conceptionem autem cessat fluxus menstruorum, quia sanguis ille cedit in formationem fœtus & eius alimentum.*

2 Misit. *Hic consequenter quæritur celatio facti, cùm dicitur.*

3 Mitte. *Ad hoc enim pro ipso mandabat, vt vxorem suam cognosceret, & sic crederetur puer nasciturus esse suus, & sic peccatum Dauid occultaretur: & mulier à lapidatione quæ secundum legem ei debebatur, preseruaretur.*

4 Quæsiuitque. *hoc quæsiuit vt statum sui exercitus sciret, & Vrias causam sui aduentus non perciperet.*

5 Vade. *idest, vtere balneo propter fatigationem laboris præcedentis. Et per lotionem pedum designatur ablutio totius corporis intelligendo à parte totum.*

6 Secutusque. *vt sic per balneum & cibum delicatum prouocaretur ad coitum. Cætera patent vsque ibi.*

7 Nunquid. *q. d. in exercitu fuisti in labore, & similiter in via veniendo inde: & ideo indiges recreatione.*

8 Et ait Vrias, &c. *se excusando valde fideliter.*

9 Arca. *quia tunc erat portata ad exercitum, sicut fuerat tempore Saul prout habetur supra 1. lib. 14. c. ad dandum confidentiam bellatoribus. Cætera patent vsque ibi.*

✻ Et voca-

se per illam prædicatum declarauit. Vriam tamē ad domū monet ire, & pedes lauare, quia incarnatus Iudæis præcipit, vt ad conscientiam redeant, & sordes operum fletibus tergant, vt specialiter mandata legis intelligant, & post tantam duritiam præceptorum fontem baptismi inuenientes ad aquam post laborem currāt. Sed Vrias, qui arcam domini esse sub pellibus meminit, respondet: quia domum suam intrare non possit. q. d. Ego mandata Dei in sacrificijs carnalibus video, & redire ad conscientiā per spiritualem intelligentiā non requiro. Quasi enim arcā Dei esse sub pellibus dicit, qa præcepta Dei non nisi exhibēdo ministerium carnalis sacrificij intelligit. Hunc tamen redire domum nolētem, Dauid ad mensam vocat, quia cū Iudæi ad conscientiam reuerti contemnant, Christus tamen spiritualia prædicat di. *Si crederitis Mosi, crederetis forsitan, & mihi, de me enim ille scripsit*. Legem enim Iudeus tenet, quæ eius diuinitatem loquitur, cui credere dedignatur. Vnde & Vrias ad Ioab cū epistolis ex quibus occidi debeat, mittit: quia Iudeus legem portat qua conuincente moriatur. Cum enim mandata legis retinens implere nititur, ipse defert iudicium vnde damnetur. Quid ergo per factum istud Dauid scelestius? Quid Vria mūdius? Sed ad mysterium: quid Dauid sanctius? Quid Vria infidelius? Quia ille per vitæ culpam prophetiæ signat innocentiam, & iste per vitæ innocentiam in prophetia exprimit culpam. Virtus enim sacri eloquij sic transacta narrat, vt ventura exprimat, sic in facto rem approbat, vt in mysterio contradicat. Sic gesta damnat, vt hæc mysticè gerenda suadeat.

Ioan. 5. g.

† ciuitatem.

† Iudi. 9. g.

• facto impetu.

illa & altera. Et vocauit eum Dauid, vt comederet coram se & biberet, & inebriauit eum. Qui egressus vespere dormiuit in strato suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit. † Factum est ergo mane & scripsit Dauid epistolam ad Ioab: misitq; per manum Vriæ, scribens in epistola. Ponite Vriam ex aduerso belli vbi fortissimum est prælium, & derelinquite eum, vt percussus intereat. Igitur cum Ioab obsideret vrbem, posuit Vriā in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. Egressique viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Hethæus. Misit itaque Ioab & nuntiauit Dauid omnia verba prælij. Præcepitque nuntio dicens: Cum compleueris vniuersos sermones belli ad regem, si eum videris indignari, & dixerit, quare accessistis ad † murum vt præliaremini? An ignorabatis, quod multa desuper ex muro tela mittantur? Quis percussit Abimelech filium Ierobeseth? † Nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? Dices: Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit: Abijt ergo nuntius, & venit & narrauit Dauid omnia, quæ ei præceperat Ioab. Et dixit nuntius ad Dauid: Præualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum. Nos autem facto impetu, persecuti sumus eos vsq; ad portam ciuitatis, & direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper mortuique sunt de seruis regis. Quin-

a *Ponite Vriam ex aduerso belli, &c.* Chrysostom us. O infelicitas peccati Gladium aduersū se nesciens portabat: qui iniustitiam fuerat passus, epistolam ferebat sanguine plenam, sicq; perrexit. Stetit in pugna, occisus est, cecidit. Ecce duo peccata, adulteriū & homicidiū. Homicidiū adulterij fructus efficitur: & mala cogitatio sceleris, crimen est. Hæc dico propter peccatores, qui sibi multorū sunt malorum conscij, vt audientes de sua non desperent salute. Scriptum est enim: *Non mœchaberis: non homicidiū feceris.* Duo hęc mandata transgressus est. Grande vulnus, pessima plaga.

In psal. 50.

✱ Theodoretus. Rex conuiuio Vriam excepit, frequentique ac liberali inuitatione vltra modum coegit bibere, vt irrigata cupiditate, vinum eum incitaret ad coniunctionem. Post

Quæst. 25.

Postquam autem vidit imbecilla, quę à se callidè fuerant cogitata, pudore stimulatus literas scripsit ad imperatorem exercitus. Ille autem sciens nihil ex his, quæ scripta fuerant abijt ferens gladium suæ cædis.

✱ Augustinus. Adulterium simul & homicidium non fecit Dauid cum persecutorem Saulem pateretur: cum per diuersa fugiebat non cupiuit alienam, non adulteratæ vxoris occidit virum. Erat in infirmitate tribulationis suæ tanto in domini misericordia intentior, quanto miserior videbatur. Valeat hoc exemplum ad id, vt timeamus fœlicitatem.

Homil. 21. lib. 50. hom.

† de offi. delega: c. cum olim.

Gregorius. Ad hoc in scriptura Dauid & Petri peccata sunt indita, vt cautela minorum sit ruina maiorum. Ad hoc pœnitentia insinuat & venia, vt spes pereuntium sit recuperatio perditorum. De statu suo Dauid cadente nemo superbiat, de lapsu etiam resurgente Dauid non desperet. mirabiliter scriptura eodem verbo superbos premit, quo humiles leuat. Vnam namque rem gestam retulit, & diuerso modo superbos ad humilitatis formidinem humiles ad spei fiduciam reuocauit. Inestimabile noui generis medicamentum: quod eodem ordine positum, & premendo tumentia exiccat, & subleuando arentia infundit. De maiorum nos lapsu terruit, sed de reparatione roborauit. Sic nos diuinæ dispensationis misericordia, & superbiētes reprimit, & ne desperatione corruamus fulcit. Sed fortasse lectoris aius mouetur, cur Deus eos quos eligit, quosq; ad donorum spiritualium culmen assumit, a vitijs non custodit? Sed multi p accepta dona virtutum, p impensam gratiam bonorū operum in superbiam cadunt: sed tamen q ceciderunt nō agnoscunt. Contra eos ergo hostis antiquus, qui iam interius dominatur, exterius sæuire permittitur, vt qui in cogitatione elati sunt, p carnis luxuriam consternātur. Aliqñ autem minus est in corporis corruptione cadere, quam cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare. Sed cum minus turpis superbia creditur, minus vitatur. Luxuriā eo magis erubescunt homines, quia simul omnes turpem nouerunt. Ideo multi p vel post superbiam in luxuriam corruētes ex aperto casu malum culpæ latentis erubescunt & maiora corrigunt, cū prostrati in minimis grauibus cōfunduntur. Reos enim se inter minora conspiciūt, qui se liberos inter grauiora crediderūt. Pia ergo dñi dispensatione laxatus sæpè malignus spiritus de

Eucherius. Angelomus. Rabbanus. Lib. 33 moral. c. 10.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vocauit eum, &c. *faciens sibi propinari latenter potum inebriatiuum, credens q per hoc daret oblinioni arcam & exercitum, & sic vino calefactus cum vxore sua dormiret, per hoc tamen non fuit deceptus. Et sic patet bonitas & perfectio ipsius, qui pro reuerentia Dei, & afflictione populi existentis in expeditione, etiam à licitis abstinebat. Et ex hoc patet grauitas peccati Dauid, qui militem tam fidelem & probum non horruit occidere proditoriè.*

2 Factum est ergo, &c. *hic consequenter describitur innocentis occisio cum dicitur.*

3 Ponite Vriam, &c. *id est, vbi aduersarij sunt fortes & audaces.*

4 Et derelinquite eum. *retrahendo vos ab ipso.*

5 Vt percussus, &c. *Sciebat enim eum esse constantem, & quod nō turpiter recederet, sed magis mori eligeret.*

6 Igitur cum, &c. *credebat enim, quod regem offendisset, faciens aliquid vnde dignus esset morte, et quod Dauid hunc modum moriendi decreuisset ad celandum culpam Vriæ.*

7 Et ceciderunt, &c. *Ex quo aggrauatum fuit ipsius peccatum, qa occasione illius quem volebat mori, fuerunt etiam alii interfecti.*

8 Si eum videris, &c. *propter interfectionem populi.*

9 Et dixerit, &c. *quia ex illa parte personæ etiam inualidæ possunt homines fortissimos interficere, quod patet per exemplum.*

10 Nonne mulier, &c. *hoc dixit Ioab ad sui excusationem erga Dauid, vt Dauid cognosceret, quòd Ioab non fecerat illum insultum ex ignorantia artis bellicæ, sed vt impleret mandatum regis. Cætera patent vsque ibi.*

etiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuntium: Hæc dices Ioab: Non † te frangat ista res. Varius enim euentus [1] est belli, & nunc hunc, & nunc illum consumit [2] gladius. Conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. Audiuit [3] autem vxor Vriæ, quòd mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eum. Transactoque luctu, mi [4] sit Dauid, & introduxit eam in domum suam,

a ¶ Iam obstinatio culpæ occasionem non habet defensionis: & ideo rectè propheta mittitur.

& facta est ei vxor. Peperitque ei filium. Et displicuit † verbum hoc quod fecerat Dauid, coram domino.

† displiceat in oculis tuis.

† Varius.n. euentus est belli, &

† factum.

A de culpa ad culpam trahit, & quò plus percutit eum quem ceperat, amittit: & vnde vicisse cernitur, inde superatur. Cōsiderare libet intra munitum gratiæ sinum quantò Deus misericordiæ fauore nos continet. Ecce qui de virtute se extulit, per vitium ad humilitatem redit. Qui verò acceptis virtutibus extollitur, non gladio, sed medicamēto vulneratur. Virtus enim medicamentum vitium vulnus. Quia ergo de medicamēto vulnus facimus, B facit ille de vulnere medicamentum, vt qui virtute percutitur vitio curetur. Virtutum enim dona retorquemus in vsum vitiorum, ille vitiorum illecebras assumit in arcē virtutum, & salutis statum percutit, vt seruet, vt qui humilitatem curantis fugimus ei saltem cadentes hæreamus. Sed plerique quò in multis corruunt, arctius ligantur. Cum- C que eos antiqu⁹ hostis ex vno vitio percutit vt concidant, ex alio ligat ne surgant. Consi- D deret ergo homo, cum quo aduersario bellum gerat, & si iā se in aliqu deliquisse perpendit, saltem ad culpam pertrahi ex culpa pertimescat, & studiosè vitentur vulnera, quibus frequenter interficit, quia valdè rarū est, quod hostis noster electorum saluti etiam vulneribus seruiat. Ad erudiendum enim dominus sæpe electos tentatori subiicit, sicut post paradisi claustra, post tertij cæ E li secreta ne reuelationum magnitudine Paulus extolleretur datus est ei angelus Sathanæ. Sed hac tentatione disponitur, vt qui elati perire poterant, humiliate seruentur. Secreto ergo dispensationis ordine vnde sæuire permittitur iniquitas diaboli, inde perficitur benignitas Dei, quia inde obtemperat nutibus superna gratiæ vnde exercet iram voluntatis suæ. F

a Misit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non te frangat, &c. *ab obsidione ciuitatis recedendo.*
2 Varius enim, &c. *quasi dicat, si fortuna nunc fuit contra te, erit postea pro te.*
3 Audiuit autem, &c. *fictè tamen & secundum apparētiam: quia benè volebat eius mortem, vt per hoc lapidationem euaderet, & vxor regis fieret, & ad istam intentionem procurauerat Dauid mortē suam. Ad cuius intellectum pleniorem sciendum, quod hic dicit Ra.Sa. quod viri procedētes ad bellum dabant vxoribus suis libellum separationis, vt liberè possent contrahere si viri in prælio morerentur: & computabatur tempus a die dationis libelli, & ideò vxor Vriæ conceperat post recessum mariti sui, ideo ipso mortuo euadebat pœnam lapidationis.*
4 Transactoq; luctu, &c. *hoc est tempore determinato lugendi, quia post mortem virorum vxores eorum per aliquod tempus portabant vestes lugubres: & istud tempus vocatur tempus luctus.*

NICO-

ADDITIO.

In cap. 11. vbi dicitur in post. Ad cuius pleniorem intellectum sciendum, q; hic dicit Ra.Sa. q; viri procedētes ad bellum dabant vxoribus suis libellum separationis.

Sicut Ra.Sa. & alij Hebr. expositores sæpe corrumpūt verum intellectum scripturarum, prosequendo literam plusquam oportet: in quib. verificatur illud: *Litera occidit.* 2. Cor. 3.b. ita, q; quam pluries labuntur in opposito vitioso & extremo, s. fabulando multa contraria literæ, & quæ nusquam in scripturis autenticis reperiuntur, & in talibus de eis verificatur illud. Psalmi 118.l. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* vt patet in hoc passu. Nam hæc assertio Ra.Sa. dependet ex opinione quorundam Talmudistarum asserentium, q; Dauid nunquam fuit adulter cum vxore Vriæ, ad q; fundandum fingūt illud de libello separationis: quod hic ponit Ra.Sa. quod est falsissimum: & maximè contra textus planos huius historiæ. Vnde Dauid reprehenditur a Deo tanquam adulter per prophetam, quod quidem peccatum etiā verificatur per confessionem ipsius Dauid, vt infra 12. & in alijs multis locis. Si autem fictio ista Rab. Sa. & aliorum sequentium esset vera, tunc Dauid nunquam fuisset reus illius adulterij. nam vxor Vriæ esset libera a die dationis libelli, q̄ præcesserat tempus primæ coniunctionis Dauid cum ea, vt patet manifestè. Causam autem quam assignat Ra. Sa. ad dationem huius libelli repudij dicit, q; hoc fiebat ad finem, q; si viri in bello morerentur, vxores liberè possent contrahere quæ quidem causa est penitus inanis & vacua, nam licet talem libellum repudij nunquam darent, adhuc vxores possent contrahere maritis mortuis. Manifestū est.n. q; in morte alterius coniugis soluitur vinculum matrimoniale, etiam si libellus repudij non præcederet. vnde talia non videntur interponenda inter expositiones sacrarum scripturarum, nisi fortè ad detegendum errorem malè sentiētium, vel in derisionem taliter fabulantium.

REPLICA. In c. 11. vbi postil. allegat dictum. Ra.Sa. de libello dato vxoribus a viris procedentibus ad bella, & cetera, quę inde sequuntur. Istud dictum Burg. reprehendit sicut reprehensione dignum est, sed q; dicit huiusmodi erronea dicta in expositione non miscenda, non vr̄ eruditè dictum, quia sancti doctores hæreses & errores in libris suis explicāt non vt approbent, sed vt derideant & falsitatem eorum ostēdant. Ita & hic Posti. facit, quia & Dauid commisisse adulterium sæpe ostendit, nec cū rigore huius dicti Rab. Sa. ab adulterio excusari permittit. Nec vr̄ posse excusari stante ēt dicto Ra.Sa. quia & si talis libellus daretur, ante tamē mortem sui mariti non haberet effectum: quoniam ante mortem coniuncta alteri adulterium commisisset, sicut in proposito casus Bethsabee habet.

CAP. XII.

Quæst. 78. ad orthod. a Misit ergo Dominus, &c. ✻ Iustinus martyr. Si Dauidem secundum cor suũ esse pronuntiauit Deus, qui factum est, vt postea adulterium cædemque patrauerit? Et si hæc mala Deo inuisa sunt, cur prophetæ genus ex adultera constituit, effecitque, vt Christi genus ad eam referretur? Dauid pœnitentia delicta sua correxit, propterea inuentus est ex animi Dei sententia, qui *non vult mortem peccatoris, sed magis, vt conuertatur & viuat.* Ac quem adulterio procreauit Dauid ex vxore Vriæ, necauit Deus, quoniam adulterorum nati sunt imperfecti. Qui verò post eum nati sunt, non necauit, quoniam Dauid illam duxit vxorem. Ac benignè potentiam honorans Deus, in vxoris Vriæ progenie collocauit genus Dauidis, eademque de causa fecit, vt ex ea Christus genus duceret.

Quæst. 25. ✻ Theodoretus. Non sinit animarum medicus morbum esse immedicabilem: neque iniustam neglexit cædem: neque propter aliam Dauidis virtutem, inultum sinit eum, qui fecerat iniuriam. Missus est ergo Nathan propheta, accusationis decoram induens personã, diuitis & pauperis actum componens.

In Psal. 50. ✻ Chrysostomus. Propheta ad prophetam venit. Sicut enim medici quando ægrotant, aliorum medicorum consilio indigent, & infirmitas obliuioni dat artem: sic & in hoc propheta ille, propheta & iste: sed ille sanus, iste graui vulnere sauciatus. Ingreditur ergo, conspicit regem sedentem in solio, amictum purpura, caput lapide pretioso ornatum, hinc inde vallatum præsidio militum, cũ magna gloria exultantẽ. Dicit, *Sermo mihi ad te ò rex.* O sapientia medici. Intrauit portans gladiũ, vt secaret vulnus, sed infirmanti non ostendit, ne abhorreret medicinã. Abscondit ferrum, non sub vestimẽto, sed sub velamine narrationis: Statim enim non dixit, O inique, ò immunde, ò adulter, ò homicida, Quid igitur? *Causam habeo. Duo viri erant in ciuitate vna, &c.* Duos homines, Vriam & Dauid addisce personas. Pauperculi ouẽ mulierem dixit, quæ in gremio eius cubabat. Considera pauperem incentica pietatis habere fulcimina: in diuitib. autem multã superbiam. Apud pauperes, vxor & ancilla, & ministra est, & procreat filios, & ipsa nutrix, & mater est. Apud diuites non ita: sed cum generauerit filium, eũ tradit foris. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater. Christus autẽ nutritor noster, propria nos carne pascit, & sanguinẽ nobis propinauit: Ouis ergo in gremio cubabat. Venit peregrinus, Concupiscentia videlicet, iniqua, & agrestis, &c. Dauid iratus aduersus hominem, dicit. *Filius mortis est.* Ouem reddet in quadruplum iuxta legem: & ipse gladio punietur. Tunc propheta iactat oẽm vmbrã imaginis, ĩ mediũ pfert gladiũ, percussit, & absci dit vulnus, dicit. *Tu es rex, &c.* O sectura, nõ gladio secãs sẽsũ doloris, sed ꝯpẽdio accusatiõis.

a *Tuleris*

CAPVT XII.

1 † Misit ergo dominus Nathan ad Dauid. Qui cum venisset ad eum, dixit ei: Responde mihi iudiciũ.

a ¶ Cum prælati ecclesiæ potentes arguunt, prius quasdam similitudines velut de alieno negotio inducunt.

2 Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valdè, 3 pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulã, 4 quam emerat & nutrierat & quæ creuerat apud eum, 5 cum filijs eius simul, 6 de pane illius comedẽs, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia. 7 Cum autem † peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouẽ viri pauperis, & præparauit cibos homini illi,

a ¶ Post similitudines rectam sententiam contra se quasi in alterum proferunt potentes.

qui venerat ad se. Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: † Viuit dominus, quoniam † 8 filius mortis est vir, qui hoc fecit, 9 Ouem reddet in quadruplum, eo quod fecerit † verbum istud, & non pepercerit. 10 Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Hæc dicit dominus Deus Israel: Ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de † manu Saul, & dedi tibi domũ domini tui, 11 & vxores domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi maiora. Quare ergo cõtempsisti verbum domini, vt faceres

Tandem prælati modis congruentibus de proprio reatu potentes feriant, iam in nulla sui defensione, erectos, quippe sententia proprij oris ligatos.

† 3.q.7.§.fi. † rem hanc. -qui fecisti hanc rem. † 2.q.7. nos si. § item cum Dauid. -Responde mihi iudicium. † vel viator. † rem hanc & infra. † Hebr. pro dignus morte est. Exod. 22. † domo.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XII.

1 Misit ergo Dominus, &c. *Hic consequenter describitur humilis recognitio peccati. Et primò ponitur peccati reprehensio, secundò reprehensi humilis confessio, ibi:* Et dixit Dauid ad Nathan. *Prima in duas, quia primò in reprehensione Dauid parabola proponitur, secundò exponitur ibi:* Dixit autem Nathan. *Circa primum dicitur.* (Diuisio.)

2 Duo viri erant. *scilicet, Dauid, & Vrias.*

3 Pauper autem, &c. *id est, vxorem vnicam. Dauid autem habebat plures, vt patet ex supradictis.*

4 Quam emerat. *dando pro ea dotem.*

5 Et nutrierat, &c. *quia acceperat eam paruulam.*

6 De pane illius, &c. *quia communicabat cum eo in cibo & lecto.*

7 Cum autem. *id est, diabolus, qui alienatus est a communitate ciuium cælestium per obstinationem in peccato, cui Dauid fecit conuiuium per consensum in adulterium, & homicidium in opus deductum: quia diabolus in talibus delectatur. Talem autem parabolam proposuit Nathan ipsi Dauid, vt ignorans seipsum condẽnaret, et sic frontem nõ haberet defendendi peccatum suum. Ideo subditur sententia Dauid.*

8 Filius mortis est, &c. *id est, dignus morte propter horrorem facti.*

9 Ouem reddet, &c. *Hoc sententiauit secundum legem, quæ habetur Exod. 22. a. scilicet, quod pro furto ouis reddatur quadruplum, & sic factum ei est, quia pro morte Vriæ mortui sunt quatuor filii eius, scilicet, primus filius Bethsabee, Absalon, Ammon, & Adonias, vt habetur ex sequentibus.*

10 Dixit autem Nathan. *Hic consequenter hæc parabola prædicta exponitur contra ipsum Dauid. Et patet sententia ex prædictis paucis exceptis, quæ discurrentur.*

11 Et vxores domini. *Licet non legatur, q̃ Dauid vxores Saulis acceperit, tamen dominus tantam potestatem ei dedit, quòd poterat accipere, & forsitan, aliquas accepit: quia nobiles erant. non enim omnia scripta sunt.*

1 Vriam

MORALITER.

✻ 1 *Misit ergo Dominus, &c.* Per Nathan prophetam potest intelligi bonus prædicator, qui verbum domini habet nuntiare ad modum prophetæ, propter quod sicut Nathan peccata Dauid regis non palliauit, sed efficaciter reprehendit, sic prædicator peccata potentium publica non debet palliare, sed efficaciter contra ea prædicare, exemplo Christi qui peccata scribarum & pontificum efficaciter reprehendit.

a ✣ *Tuleris vxorem Vriæ, &c.* Procopius. Obscurè significatur Deum plus hoc coniugio offensum esse, quàm adulterio. Adulterium enim cupiditate victus committit: coniugium autem deliberationis assensum habet. Cumq; propter adulterium & homicidium plangere deberet, ipse matrimonio cōtra leges contracto, cum ea vitæ consuetudinem habuit.

b ✣ *Tollam vxores tuas in oculis tuis, &c.* Procopius. Simile est huic: *Tradidit eos Deus in passiones ignominiæ.* Dei permissionem significans. Etiam Iacob de Sichem contra animi sui sententiam a filijs euersa, ita loquitur, *quam ceperunt arcu meo*: facinus filiorum cōtra voluntatem suā editum, sibi ascribens.

c ✣ *Peccaui Domino.* Chrysostomus. Rediens velociter ad conscientiam, tanquam fidelis & idoneus seruus culpam simpliciter confitetur, dicit *Peccaui.* Non dixit: ô ille tu, cur non consideras fragilitatem humanam? Cur non temetipsum carnalem intelligis? An nescis me in culmine constitutum esse regali? Cur mihi audacter impegisti crimen? Sed, *Peccaui Domino.* Statimque propheta: *Dominus transtulit peccatum tuum: non morieris.* O arguta pœnitentia, ô velox indulgentia: *Dicta,* inquit, *prior iniquitates tuas, vt iustificeris.* Per opera quidem exacerbasti, sed fideli confessione pœnituisti. Hic ostenditur confessio fidelissimi famuli, & indulgentia clementissimi Dei.

✣ Idem. Peccauit Eua, peccauit & Adam: non easdem autē pœnas dederunt. Occidit Cain, & occidit Lamech: & hic quidem misericordiam est assecutus, ille vero punitus est. Collegit quidam ligna sabbatho, & nullā veniam est assecutus. Dauid occidit, & adulterium commisit, & salutem est consecutus. Cur alij quidem puniti sunt, alij minimè? Quod illi quidem pœnitentia ducti sunt: illi perseuerauerunt.

✣ Idem. Si qui ex his, qui iacent, non surgunt, non in causa est Deus, qui erigit omnes elisos: sed qui nolunt surgere. Nā Iudam quoque cum cecidisset, voluit erigere, & vt surgeret nihil non fecit: sed ille noluit. Dauid certè cum cecidisset, erexit. Petrum cum esset casurus retinuit. Est enim varia & multiplex eius cura & prouidentia.

✣ Ambrosius. Dauid confessus est culpam, obsecrauit indulgentiam, humi stratus deplorauit ærumnam, ieiunauit, orauit, confessionis suę testimonium in perpetua secula vulgata dolore transmisit. Quod erubescunt facere priuati, rex non erubuit ꝯfiteri. Quod peccauit, ꝯdōnis est: ꝙ supplicauit, correctionis. Lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam incidisse, naturæ est: diluisse, virtutis.

✣ Idem. Si baptizatus desertor violatorq; sacramenti fuerit, peccat, & Deum repellit a se. Si autem agat penitentiam ex toto corde, vbi Deus videt, saluabitur: sicut vidit cor Dauid, quando increpatus a propheta, post Dei comminationes terribiles exclamauit: *Peccaui*: & mox audiuit: *Abstulit Dominus peccatum tuum.* Quantū valent tres syllabæ: Tres enim syllabæ sunt *Peccaui*: sed in trib. syllabis flāma sacrificij eius ad cœlum ascendit.

✣ Theod. Quæst. 25. Dauid duplicem debebat mortem: nā & adulter, & homicida ꝑ legē interimebant. Sed mortis sanam soluit peccati cōfessio.

d *Dixitq; Nathan ad Dauid, etc.* Omnia tamen, quæ pro peccato prædicta sunt ei, post modum tolerauit. Deus delictum delet, sed inultum nō deserit. Aut.n. homo in se pœnitens punit, aut Deus hæc cum homine vindicans percutit. Non igitur peccato parcitur, quia sine vindicta non laxatur. Sic enim Dauid audire post confessionem meruit, *Dominus transtulit peccatum tuum,* & tñ multis post cruciatibus afflictus effugiens reatum culpæ quam pperpetrauerat

[Margin: 26. in hunc loc. — † eius. — Rom. 1. — Genes. 48. — In Psal. 50. — Isa. 43. — † vel contemnere. — Isa. 43. — In Psal. 6. — † ægrotabat. Lxx. — In Psal. 143. — Apolog. 1. pro Dauid, cap. 4. — Exhort. ad pœnit. to. 4. — † Eccl. 47. b. De pœn. dist. 3. c. noluisset ini qui. §. deniq;. & c. si peccauit Dauid. & c. sicut primi. & dist. 2. §. opponitur in fin. & dist. 3. c. totam pœnitentiam. & c. ille rex tātus. & c. illud. — Rabbanus. Eucherius.]

malum in conspectu † meo? Vriam Hethæum [1] percussisti gladio, & vxorem illius accepisti tibi vxorem, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedet gladius [2] de domo tua vsque in sempiternum, eo quod a despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi vt esset vxor tua. Itaque hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo [3] b tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus [4] tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondite, ego verò faciam verbum istud in cōspectu omnis Israel, & in conspectu solis hu-

a ¶ Qui humiliter confitetur veniam mox consequetur.

c ius, Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui domi- [5] [6] d no. Dixitq; Nathan ad Dauid: † Dominus quo [7] que transtulit peccatum tuum. Non morieris. [8]

a ¶ Apud gentes scelestum habetur, si quis vxorem alterius per vim sibi vendicauerit, maxime qui rex est.

Veruntamen quoniam † blasphemare feci- [9]

a ¶ Quia talem regem præfecisset.

sti inimicos nomen domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi morte morietur. Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussitque dominus paruulum quem pe- [10] [11] pererat vxor Vriæ Dauid, & † desperatus est.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vriam Hethæum, &c. *quia ex eius mandato factum fuit, vt patet ex prædictis: & ille facit rem cuius authoritate fit.*

2 Quamobrem non recedet. *quia frater occidit fratrem, vt Absalom Amnon, vt habetur infra cap. sequenti. & Salomon Adoniam, vt habetur infra 3. lib. 2. cap. Et filius insurrexit contra patrem, scilicet, Absalom contra Dauid, vt habetur infra 15. c. Ideo subditur.*

3 Ecce ego suscitabo, &c. *scilicet, Absalom filium tuum volentē inuadere regnum.*

4 Et dormiet cum vxoribus tuis, *id est, manifestè coram omnibus, prout habetur infra 15. cap.*

5 Et dixit Dauid ad Nathan, &c. *Hic consequēter ponitur ipsius Dauid humilis confessio & pęnę tēperatio, & secundò humana cōsolatio, ibi:* Et ꝯsolatus est, *tertiò reaccipitur historiæ narratio ibi:* Igitͣ pugnabat. *Circa primum dicitur:* Et dixit Dauid. *ore & corde.*

6 Peccaui domino, &c. *non defendens peccatum suum, sed humiliter recognoscens, propter quod sequitur pœnæ temperatio, cum dicitur.*

7 Dominus quoque. *quantum ad culpam remittendo propter pęnitentiam tuam, & quantum ad pœnam temperando eam, quia licet sis homicida & morte dignus, tamen.*

8 Non morieris. *in propria persona, sed in filio tibi nato, cuius causa subditur.*

9 Quoniam blasphemare, &c. *quia homines ignorantes & mali per hoc blasphemabant iudicia Dei occulta, dicentes eum iniustè egisse reprobando Saul, & eligēdo Dauid, q satis peiora fecerat q̄ Saul.*

10 Percussitque dominus. *infirmitate incurabili simpliciter per naturam, ideo subditur.*

11 Et desperatus est. *scilicet, Dauid de sanatione pueri per viam naturæ & artis medicinæ, quia tamen Deus poterat eum sanare, ideo subditur.*

MORALITER.

✣ 5 *Et dixit Dauid ad Nathan, &c.* Per hoc autem, ꝙ Dauid se non excusauit, sed statim peccatum suum tanquam verè penitens humiliter recognouit, exemplum dedit omnibus, & specialiter potentibus, vt peccata sua non defendant, sed humiliter cōfiteantur, vt veniam consequi mereantur sicut ipse Dauid, cui dictum fuit.

7 *Dominus quoque, &c.* Per hoc autem factum Dauid ostenditur, quod licet pro vita propinquorum languentium quamdiu viuunt sit orandum, tamen ipsis defunctis consolatio recipi debet de morte eorum. Vnde dicitur 1. Thes. 4. c. *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent,* scilicet, resurrectionis futuræ.

traverat, exoluit. Sic nos salutis vnda a culpa primi parentis absoluimur, sed absoluti quoque adhuc carnaliter obimus, quia delicta nostra vel per nos vel per seipsum Deus resecat etiam cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis perpetuò nō vult videre.

a Et nos ieiunemus & super terram iaceamus, donec peccati desiderium funditus aboleatur.

a †Deprecatusque est Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus †seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius †cogentes eum, vt surgeret de terra. Qui noluit, neque comedit cum eis cibum. Accidit autem die septima, vt moreretur infans. Timueruntque serui Dauid nuntiare ei, quod mortuus esset paruulus. Dixerunt enim: Ecce cum paruulus adhuc viueret loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram, quantò magis si dixerimus mortuus est puer, se affliget? Dum ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit quod mortuus esset infantulus. Dixitque ad seruos suos; Num mortuus est puer? Qui responderunt ei; Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vnctusque est; Cumque mutasset vestes, ingressus est domum domini, & adorauit, & venit domū suam. Petiuitque, vt ponerent ei panem, & comedit. Dixerūt autem ei serui sui; †Quis est sermo quem fecisti propter infantem? Dum enim adhuc viueret ieiunasti, & flebas. Mortuo autem puero surrexisti & comedisti panem. b Qui ait; Propter infantem cum adhuc viueret, ieiunaui & fleui. Dicebam enim; Quis scit si forte donet eum mihi dominus, & viuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum, ille verò nō reuertetur ad me. Et consolatus est Dauid Bethsabee vxorem suam. Ingressusque ad eam dormiuit cum ea. quæ genuit filiū & vocauit nomen eius Salomon. Et dominus dilexit eum. †Misitque eum in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius †amabilis domino, eo quod diligeret eum dominus. Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. c Misitq; Ioab nuntios ad †

a In Hebræo. Iedidia, id est, dilectus domini, propter dominum, scilicet, propter gratuitam misericordiam qua eum diligere dignatus e.t, quamuis Manzer esset.

a Hieron. Quando cum adiectione, scribitur Rabbath: sicut hic, quando sine adiectione, Rabba.

[Marginalia: In Psal. 118. octon. 17. — †ut surgere facerent eū. — Ora. de obitu Valentiniani Imper. — †1. Paral. 3. b. Matt. 1. a. — Orat. de fide resurrectionis. — Quæst. 26. — †33. q. 2. c. hoc ipsum uer. hic autem. — †pernoctauit, &c. — Rabbanus. — †Quid est hoc quod. — †uel mi... bitur mei. — Phil. 2. b. — †Iedidia propter dominū id est, dilectū a domino. — Matt. 8. b.]

a ✠ *Deprecatusque est Dauid pro paruulo.* Ambrosius. Filio in ægritudine constituto, neq; cibū sumpsit, neque regium thronum, aut cubile conscendit: sed stratus in terra ieiuna ora lacrymis diluebat, non tā filij mortem, q̄ peccati pœnam in illo lauare desiderans.

✠ Idem. Dauid moriturum filiū flebat, mortuum non dolebat: flebat ne sibi eriperetur, sed flere desinit ereptum, quem sciebat esse cum Christo. Et vt scias verum esse quod assero, incestum Amnon filium fleuit occisum, parricidam Absalom doluit interemptum. Innocentem filium non putauit esse lugendum, quia illos sibi perijsse pro scelere, hunc pro innocentia credidit esse victurum.

b *Propter infantem dum adhuc viueret, &c.* ✠ Ambrosius. Respondit seruis suis, rectè se infante viuente, ieiunasse, plorasse, quia iure arbitrabatur dominum posse misereri, nec dubitandum quod vitam posset seruare viuentis, qui posset viuificare defunctos: iā verò ob ita morte, quid ieiunaret, q̄ iā non posset reducere mortuum, exanimemq; reuocare? &c. Amnonem & Absalonem mortuos fleuit, & flendum infantem mortuum non putauit. Illos enim sibi perisse credebat, hunc resurrecturum sperabat.

✠ Theodoretus. Quamobrem infantem morti tradidit Deus? Viuus erat futurus argumentum sceleris ac iniquitatis. Pij ergo regis & prophetæ curā gerens dominus, non sinit eum viuere.

c *Misitque Ioab nuntios, &c.* Hæc victoria Dauid quam Ioab inchoauit, & ipse perfecit, significat victoriā nostri regis. Dux enim contra hostes bellum gerit cum prædicatorum ordo cōtra mundi potētes scutum fidei opponit. Sed victoria ad Christū refertur, cui omnis potestas & potētia regni ascribitur. *Deus est enim, qui operatur in nobis & velle, & perficere.* Coronam ergo regis hostilis populi tulit Dauid, & sibi diademа fecit: cum Christus diabolo regnum auferēs sibi insigne decorum parauit. Est enim Dauid corona conuētus catholici populi: qui caput nostrum, i. Christum fide & cōuersatione coronat & ambit. Omnis enim sanctorum labor, certamen, & victoria ad honorē eius refertur. Rabbath ciuitas regni Ammon, quæ nunc Philadelphia vocat̃, & interpretatur multitudo. Et in euangelio dr̃, *quia multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob, in regno cælorū.*

a Vrbs

NICOLAVS DE LYRA.

1 Deprecatusque est, &c. *quia nesciebat si verbum domini de morte pueri fuisset dictum per sententiam diffinitiuam: quia tunc non orasset pro eius sanitate, aut per comminationem tantum, sicut Ionæ 3. b. dicitur:* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. *quæ tñ non fuit subuersa, eò q̄ Niniuitæ egerunt pœnitentiam, propter hoc Dauid interrogatus de fletu pro puero q̄diu viuebat, & cōsolatione sua ipso mortuo de quo mirbantur homines sui, vt patet in litera, respondit,*

2 Dum enim adhuc viueret, &c. *pro eius sanitate impetranda.*

3 Dicebam enim. *id est, in corde meo cogitabam.*

4 Quis scit si forte donet. *propter pœnitentiam & afflictionem meam.*

5 Et consolatus est, &c. *Hic consequenter ponitur ipsius Dauid aliqualis consolatio, eo quod dominus peccatum suum remiserat, quantum ad culpam, & temperauerat quantum ad pœnam, vt prædictū est, & ideo consequenter consolatus est Bethsabee vxorem suam de morte pueri.*

6 Quæ genuit filium, &c. *qui interpretatur pacificus, & hoc fuit ex ordinatione diuina, fuit enim ipsi Dauid reuelatum, quod post eum regnaret, & in tanta pace, quod templum domini ædificaret sicut promissum fuerat Dauid a Domino supra 7. c.*

7 Et dominus, &c. *dando sibi gratiam in sua iuuentute, quamuis errauerit in senectute. Vel dicitur quod dominus dilexit eū, eo quod dominus dedit sibi bona naturalia ex parte corporis & animæ.*

8 Misitque eum in manu, &c. *vt per eum sanctè nutriretur, & bene doceretur, vt sic postea ad regnum aptior efficeretur.*

9 Igitur pugnabat, &c. *Interposito peccato Dauid quantum ad adulterium & homicidium, hic reuertitur scriptura ad complendum historiam supra inchoatam 10. cap. de expugnatione filiorum Ammon, cum dicitur:* Igitur pugnabat. *quæ erat ciuitas principalis & regia, propter quod rex & bellatores sui posuerunt se in ea.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ † *Misitque Ioab nuntios ad Dauid, dicens; Dimicaui aduersum Rabbath & capienda est.* Per hoc autem, q̄ Ioab triumphū de filijs Ammon noluit sibi ascribere, sed magis domino suo Dauid nobis ostenditur, quod nullus victoriam de peccatis vel dæmonibus debet sibi attribuere, sed domino nostro Iesu Christo per Dauid figurato.

a *Vrbs aquarum, &c.* Propter abundantiam, quæ ibi erat aquæ, vel vt quidam dicunt populorum.

b *Et tulit, & cæt.* In Paralipomenon, ita legitur: *Tulit Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, Fecitque sibi* inde diadema. Non est enim nomen propriũ Melchon, sed interpretatur rex eorum. Melchon, vt volunt Hebræi, idolum est Ammonitarum, cuius diadematis aurum & gemmas Dauid dicitur conflasse & purgasse secundum legẽ, & fecisse sibi diadema.

capta. Rabbanus. 1. Par. 20. b. † educens. Deuter. 7. d.

a Dauid dicens: Dimicaui aduersum Rabbath, & † capienda est vrbs aquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem & cape eã, ne cum a me † vastata fuerit vrbs, † nomini meo ascribatur victoria. Congregauit itaque Dauid omnem populum, & profectus est aduersum Rabbath. Cumque dimicasset cepit eam. † Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talẽtum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valdè. Populum quoq; eius ᵃad-ducens serrauit, † & circum egit ᵇsuper eos ferrata carpenta. Diuisitq; cultris & trãsduxit in typo ᵇlaterum, Sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorũ Ammon. Et reuersus est Dauid & omnis exercitus in Ierusalem.

a ¶ id est, serra per medium secuit. b ¶ Similitudinem. c ¶ Roris incidentia. d ¶ Eos.
a ¶ Cultros per eos. b ¶ Similitudine. c ¶ Modo quo transducuntur per lateres adhuc teneros, vt conformentur.

† etiam cepi vrbem. † vocetur nomen meum, a per eã Hebr. † 1. Pa. 20. b. † & posuit super eos serras ferreas & traheas ferreas & secures ferreas transire que fecit eos per fornacem laterum.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et capienda est. *quia circa eam erant aquæ & paludes in quibus confidebant interiores. Sed his non obstantibus Ioab tantum fecerat, qđ erat in proximo capienda.*

2 Congrega reliquam. *Ex quo patet magna fidelitas ipsius Ioab erga Dauid: quia victoriam suo labore procuratam noluit sibi asscribi.*

3 Et tulit diadema. *hoc est idoli ipsorum, qui vocabatur Melchon, & interpretatur rex eorum.*

4 Et impositum. *primò tamen conflauit & purgauit metallum secundum purgationem legis, et postea fecit inde sibi diadema. Sed si hoc dicatur, videtur Dauid fecisse contra legem, Deu. 7. a. vbi dicitur: Sculptilia eorum igne combure, & non concupisces aurum & argentum de quibus facta sunt, &c. Ad quod dicendum, quod istud præceptum intelligitur tantum de ciuitatibus & populis, qui erant intra terminos terræ promissionis: quia de eis loquitur sicut patet ibidem. populus autem Ammonitarum non erat contentus intra terminos terræ promissionis.*

5 Populum, &c. *quod non est intelligendum de toto populo Ammonitarum, sed de illis solum, qui consilium dederant, quod fieret vituperium nuntiis suis, quia miserat eos bona intentione ad consolationem regis, & reddiderunt malum pro bono: & ideo voluit contra eos exercere rigorem iustitiæ, ne de cætero aliquis attentaret simile facere.*

CAP.

MORALITER.

✠ 5 *Populum.* Per hanc pœnam, quæ fuit valdè grauis & inflicta pp iniuriam factam ipsi Dauid, allegoricè significata fuit grauitas pœnæ per Romanos Iudæis inflictæ propter iniuriam factam ipsi Christo per Dauid significato, vt prædictum est.

CAP.

CAPVT XIII.

F *Actum est, &c.* Etiam serpentem Moses dixit sapientissimum omnium bestiarum. Non vbiq; igitur scriptura ponit sapiẽtẽ in laude. Sunt enim sapientes, vt malè faciant. Et elegit Deus stulta mundi, vt pudore afficiat sapientes. Et Salomon fuit sapiens super omnes sapiẽtes Aegypti: impij autem erant Aegyptij. Itaque sapiens hic non vocauit scriptura consilium Ionadab, sed illius ingenium, vt quod esset aptũ ad perspiciendum, quid esset agendum: sed nõ est vsus ingenio ad id quod oportebat: imò verò Amnonis libidini opem tulit, & particeps fuit nefarij sceleris, quod ipse est ausus.

a ✠ *Semmaa erat vir prudens valdè.* Thedor.

✠ Iosephus. Erat vir sapiens, & intellectu nimis acutus.

Quæst. 29. ✱ ipsi. Rom. 6. d.

CAP. XIII.

FActum est autem post hæc, vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimã vocabulo Thamar adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret in eam valde, ita vt ægrotaret propter amorem eius, quia cum esset virgo difficile ei videbatur, vt quippiam inhonestè ageret cum ea. Erat autẽ Amnon amicus nomine Ionadab filius Sẽmaa fratris Dauid, vir prudens valdè. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie, fili regis per singulos dies? Cur non indicas mihi? Dixitq; ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo. Cui re-

† ægrotus es.

a Sorbi-

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XIII.

FActum est, &c. *Postquam descripta est transgressio Dauid, & eius punitio occulta per pueri mortem, hic consequenter describitur eius punitio manifesta, & quia peccauerat per homicidium & adulterium, ideo primò describitur primogeniti sui interfectio, secundò vxorum suarum cognitio, cap. 14. tertiò contra eum populi rebellatio, c. 20. Circa primum considerandum: quod primogenitus Dauid occisus est, eo quod sororem suam Thamar violenter deflorauit, & ideo primò describitur, stupratio sororis ab Amnon, secundò conceptio rancoris in corde Absalom, ibi:* Porrò non est locutus Absalom, &c. *tertiò vendicatio pudoris, ibi:* Factum est autem post tempus, &c. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Factum est autem, &c. *Quia in vindictam peccatorum Dauid Amnon primogenitus eius amore illicito exarsit in sororem suam, ità quòd infirmabatur propter eam, quia passiones excessiuæ amoris odii vel timoris & huiusmodi mirabiliter immutant corpus.*

2 Quia cum. *Non quia formidaret inhonestatem, sed quia filiæ regis virgines clausæ intra domum custodiebantur, ita quòd sibi impossibile videbatur, quod posset eius habere præsentiam ad exercendum suã luxuriam.*

3 Erat autem, &c. *id est, astutus, quia ad finem malum sciebat inuenire media opportuna, sicut patet per malum consilium quod dedit ipsi Amnon. Et patet litera vsque ibi.*

✠ 1 Vt

MORALITER.

✠ 1 *Factum est, &c.* Per Thamar virginem, quæ cubiculum Amnon fratris sui ex patre, sed non ex matre intrauit sola cum solo, & ibidem fuit deflorata, significatur quæcunque virgo vel mulier continere proponens, sed de sua securitate nimis confidens. Nam frequenter in tali confidentia diabolus cuius halitus prunas ardere facit, vt dicitur Iob 40. id est, quãdo sola cum solo etiam valde propinquo reperit, ignem concupiscentiæ carnalis accendit, propter quod talis solitudo caueri debet solicitè. Bernardus super Missus est: Solent virgines, quæ veræ virgines sunt, semper esse pauidæ & nunquam securæ: & vt timendo caueant etiam tuta pertimescere.

✠ 6 Porrò

a *Sorbitiunculas.* Est quod ad sorbendum aptum est.

b *Oppressit.* Incesti Amnō maioris filij Dauid in sorore sua Thamar & parricidium Absalom in Amnon fratre, monet nos vt semper cautè agamus, ne vitia in nobis dominentur: & princeps peccati (qui falsā pacem periclitantibus spondet) nos imparatos inueniens de improuiso trucidet. Absaloni enim pater pacis vel patris pax interpretatur. Amnō donans. Thamar amaritudo. Qui enim membra sua donat libidini, & seruit iniquitati ad iniquitatem, in peccati amaritudinem cadit, licet inimicus se quasi patrem pacis ostēdat & prospera pro talibus factis promittat. Necesse est enim, vt citò ad pœnitentiam redeamus, ne fortè diabolus p malignos spiritus in necem nostram conspiret, & morti perpetuæ tradat.

Diuisio. Rabbanus: Angelom. † oro. † finxit se ægrotare. * obsecro. † lagana & infra. Lib. 2. de promiss. & prædi. Dei. cap. 47. dist. c. sicut §. necesse. Lib. 7. Antiq. cap. 8.

✣ Prosper. Quoniam peccata impunita esse non possunt, licet Dauid mortem repentinam euaserit, in his tamen q̃ gessit, constat grauiter vindicatū. Iā enim ex ore prophetæ audierat: *fecisti in abscondito, patieris in sole.* Qua sententia, omnis status domus eius isto ordine perturbatus est. Vnus è filijs ipsius, sororis suę licet ex alia matre, turpi concupiscentia captus, clam oppressit, vitiauitq; virginem. Germanus puellæ Absalon, stupratorem īterfecit fratrē. Tandem Absalom rebellis effectus, fugat atque insequitur patrem, torum eius in concubinis sceleratè contaminans.

✣ Theodoret. Quod in Thamarem est perpetratum, est quoddam principium & radix calamitatum domus regiæ.

c ✣ *Quin potius loquere ad regē, & non negabit me tibi.* Ioseph. Hæc quidem dicebat, volens ad præsens eius petulantiam declinare.

✣ R. Dauid. Kimhi. Secundū carnem quidē soror eius, nō secūdum legem. Nam Dauid videns in bello Maacha matrem eius mulierem gentilē, amore eius captus, priusquā illa Iudęa fieret, impręgnauit eam, nataq; est Thamar ex illo concubitu. Deinde genuit Absolon fratrem eius. Et quia Thamar nata fuit in paganismo, reputatur ad Amnon, qui aliam hēbat matrē, quasi mulier extranea, ideo potuit ab eo duci.

d *Et exosam eam habuit, &c.* Et nos admissū facinus odio habeamus, magis q̃ ante perpetrationem dilexeramus, & ob hoc citius ↄsequemur veniā, sitq; in alio vitio denuò non offendamus sicut Amnon: q. quia post incestum ebrietatem non vitauit, ob hoc mortem non euasit.

✣ R. Dauid, & R. Salomon. Odium inde ortum est, q. luctando cū ea læserit seipsum, Deinde ipsa acerbissimis conuitijs vsa est: Dixerat enim ante: *habeberis stultus & insanus.* Quib. verbis cum nihil proficiset, turpiora ṗbra addidit.

e ✣ *Quæ aspergens cinerem capiti, &c.* Iosephus. Illa dolens iniuriam simul & violētiam, dirupto colobio, quo antiquæ virgines vtebantur, habente manicas, & ad talos vsq; profuso, ne facilè viderentur, & cinere asperso capite, ibat per mediam ciuitatem, clamans & ingemiscens violentiam sibimet irrogatam.

✣ Chrysostom. Fabulas omnes omnemque tragœdiam vicerunt Regis Dauid clades adeo illi monstrosa, & inuicem sibi succedentia aduersa domui suæ contigerunt, cum clades cladibus succedere sē per pergerent. Cōsidera queso. Adamauit sororem Thamar Amnon frater, amatam vi oppressit, eamq; violationē nefariumq; concubitū, prior ipse patefecit, alicui ex seruis mandans, vt inuitam pelleret domo, ac per plateam emitteret clamantem, ploratuq; & lamentis omnia implentē. Id cum didicisset Absalō, ad prādiū fratres inuitat vniuersos, inter quos & stuprator ille sororius aderat, quē inter conuiuandum

spondit Ionadab: Cuba super lectulum tuum & languorem simula, cumque venerit pater tuus, vt visitet te: dic ei, Veniat † obsecro Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & faciat † pulmentum *, & comedam de manu eius. Accubuit itaque Amnon & † quasi ægrotare cœpit. Cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem, Veniat obsecro Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis † duas sorbitiunculas, & cibum paratum copiam de manu eius. [1] Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicēs: Veni * in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui. Ille autem iacebat. Quæ tollens farinam cōmiscuit & liquefaciens in oculis eius, coxit † sorbitiunculas. [a] Tollensque † quod coxerat, effudit & posuit coram eo, & noluit comedere. Dixitq; Amnon: Eiicite vniuersos a me. Cumque eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclaui, vt vescar de manu tua. [2] Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrē suum in conclaui. Cumque obtulisset ei cibum, apprehēdit eam & ait: Veni, cuba mecum soror mea. Quæ respondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me, neq; enim * fas est in Israel. Noli facere stultitiā hanc. Ego enim † ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel. [c] Quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi. [3] Noluit autem Amnō acquiescere precibus eius, [b] sed præualens viribus oppressit eam, & cubauit cum illa. [d] Et exosam eā habuit * odio magno nimis, [4] ita vt maius eēt odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge & vade. Quę respondit ei: Maius est hoc malum q nunc agis aduersum me, [5] quàm quod antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eam, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eiice hanc à me foras, & claude ostium post eam. Quæ induta erat † talari tunica; [6] huiuscemodi. n. filiæ regis virgines vestibus vtebantur. Eiecit itaq; eā minister illius foras, clausitq; fores post eam. [e] Quæ aspergens cinerem capiti [7]

† uel cibum. * in oculis meis, ut uideam. Leui. 18. b. Deut. 17. d. Angelom. † laganum unū aut duo. † sartaginem. * hoc. † quo abire faciam uel quo feram opprobrium meum. Libr. 3. de pro. u. i. to. 5. * Amnon. † polymita & infra.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt faciat in oculis meis, &c. *Id est, duo pulmenti genera ad sorbendum apta. Cætera patent vsque ibi.*

2 Infer cibum in conclaui, &c. *Id est in loco secreto & remoto, quod dicebat, vt posset ea abuti, vt patet ex sequentibus. Sequitur.*

3 Loquere ad regem, &c. *Hoc videtur esse contra legē Leuit. 20. vbi prohibetur matrimonium fratris cum sorore, siue sit de patre tantum, siue de matre, & multo fortius de vtroque. Ad quod respōdet Ra. Sa. q Dauid cepit matrem Thamar in bello, & circuncisis vnguibus & peractis alijs, quæ ad hoc requiruntur, vt habetur Deuter. 21. cap. accepit eam vxorem, veruntamen tunc erat impragnata de viro quem prius habuerat habens in vtero istam Thamar, & ideo nō erat filia naturalis ipsius Dauid, propter quod filius eius poterat eam habere vxorem secundum legem.*

4 Et exosam eam, &c. *quia sicut dicunt Hebræi in eius defloratione læsus fuit intantum, quod dolor sequens maior fuit delectatione præcedenti.*

5 Maius est hoc malum, &c. *scilicet, me expellendo confusibiliter sicut meretricem quàm quod me violenter deflorasti, quia poterat eam accipere in vxorem.*

6 Quæ induta erat talari tunica, &c. *In Hebræo habetur:* Serica tunica.

7 Quæ aspergens cinerem, &c. *hoc non fecit Thamar statim cum eiecta fuit ab Amnon, quia seipsam scandalizasset, sed postquam venit ad domum fratris sui, ideo subditur;* Ibat ingrediens & clamans, &c.

A uiuandū per seruos iugulat, &c. Sufficere ista possunt, vt Dauid inter eos numeretur, qui semper in luctu & miserijs vixerunt.

† eundo.

† ponas cor tuum ad hoc.

Apoleg. 1. pro Dauid cap. 3.

✻ Ambrosius. Dauid genuit ex se duos filios, alium incestum alium parricidā, eo quod incestus & parricidalis B populus affixam patibulo crucis carnem proprij iugulaturus esset auctoris.

In Psal. 37.

✻ Idem. Manum Dei in seipso & liberis expertus Dauid, alterius incestū, alterius parricidium deplorauit, & (quod pio patri grauius est, salutis suæ exitijs) simul sibi opprobria sobolis, & pietatis defleuit excidia: quorum alter ad incestum accen C sus

-Feceratque Absalom conuiuium quasi cōuiuium regis.
† iucundum fuerit cor.

suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat † ingrediens & clamans. Dixit autem ei Absalom frater suus; Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? Sed nunc soror tace, frater tuus est, neque † affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar † contabescens in domo Absalom fratris sui. Cum autem audisset rex Dauid verba hæc contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. Porrò non est locutus Absalom ad Amnon, nec malum, nec bonum. Oderat enim Absalom Amnon, eo quod violasset Thamar sororem suam. Factum est autem post tempus biennii, vt tonderentur oues Absalō in Baalhasor, quæ est iuxta Ephraim. Et vocauit Absalom omnes filios regis. Venitq; ad regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oues serui tui; Veniat oro rex cum seruis suis ad seruum suū. Dixitq; rex ad Absalom; Noli fili mi, noli rogare, vt veniamus omnes, & grauemus te. Cum autem cogeret eum & noluisset ire, benedixit ei. Et Absalom; Si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex. Non est necesse, vt vadat tecū. Coēgit itaq; eum Absalom, & dimisit cū eo Amnon, & vniuersos filios regis. Fecerat q; Absalom conuiuium quasi conuiuium regis. Præceperat autē Absalom pueris suis dicens; Obseruate cum † temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eū & interficite, nolite timere. Ego enim sum, qui præcipio vobis. Roboramini & estote viri fortes. Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon sicut præceperat illis Absalom. Surgentesq; oēs filii regis ascenderunt singuli mulas suas & fugerunt. Cumq; adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens; Percussit Absalom

sus de germanitatis affectu, alter ad parricidiū armatus est studio castitatis. Vtinam aut ille sororem non amasset, aut hic non vindicasset.

† desolata.
-noluit cōtristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eū, quia primogenitus erat ei. Hec non leguntur in ueteribus exempl. sicut nec apud Hebr.

✻ Idem. In Psal. 118. octo. 15. Experta est in liberis domus Prophetæ, detestabiliora inimici oscula, quam odia esse fraterna. Itaque fratricidium pater quidē fleuit, sed magis est indignatus incestum.

E

✻ Saluianus. Scelus quidem grande ab vno fratre committitur, sed peius ab alio vindicatur. Inter hæc pater Dauid facinore vtriusque punitur: duo filij peccant, sed tres duorum scelere perduntur. In Thamar enim virginitas amittitur

Libro 2. de iudic. & prouid. Dei.

D F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Mansit itaque Thamar.* magis volens innupta manere quā a viro sibi dato violata inueniri. Et ex hoc patet continētia & puritas illius temporis in virginibus desponsandis.

2 *Cum autem audisset, &c.* Tum quia filius suus Deum offenderat, faciendo opus nefarium: tum quia filia sua adoptiua erat vituperata in perpetuum.

3 *Et noluit contristare.* Videtur, quod Dauid in hoc grauiter peccauerit, quia non solum tenebatur filium increpare, sed etiā interficere, vt videtur pro virginis violenta defloratione. Dicendum, quod non habebat sibi infligere pœnam mortis, nec ratione deflorationis, nec ratione violentiæ. Primum patet: quia Amnon & Thamar erant personæ liberæ nullo vinculo matrimoniali alligatæ: non solum per matrimonij cōsummationem, sed nec etiam per affidationem. Lex autem non imponit pœnam mortis talibus. Vnde Deut. 22. c. vbi pœna mortis infligitur virgini deflorate in domo paterna, lex illa loquitur de virgine alteri affidata, sicut ibidem diffusius fuit declaratum. Similiter secundum patet, quia illa violentia & totum factum erat occultum, nec poterat defloratio & violentia probari, nisi per querimoniam ipsius Thamar & sui corporis ostensionem, quod ipsa non fecit: imò simpliciter tacuit & de consilio fratris sui Absalom, vt patet in litera, & iō Dauid non habebat viam interficiendi Amnon iustè. Tenēdum est tamen, quod aliter corripuit eum secretè, licet non sit scriptum, in tali autem correctione debet expectari opportunum tempus, & aliæ circunstantiæ: & sic intelligitur quod hic dicitur: *Noluit,* s. pro tunc, quia erat debilis & infirmus, & dolens de facto, quod patet ex hoc, quod habebat Thamar odio, quia & si non dolebat rōne culpæ: dolebat tamen ratione læsionis incursæ, vt prædictum est. Si autem quæratur quare Dauid non coegit Amnon ad accipiendum Thamar vxorē patet responsio, quia propter odium contra eam conceptū probabile erat, quod interfecisset eam.

4 *Porrò non est, &c.* Hic consequenter describitur cōceptio rancoris, quia Absalom istam iniuriam sibi & sorori factā tenuit in corde suo clausam: & iō fuit magis rancor odij augmentatus, quam si per aliqua facta vel signa exteriora fuisset extra propalatus: quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa.

5 *Factum est autem.* Hic consequenter ponitur prędictæ iniuriæ vindicatio modo tamē proditorio: quia Absalō vocauit Amnon ad prandium quasi factum esset totaliter oblitū, & tunc interfecit eum. Et patet litera, paucis exceptis, quæ discurrent.

6 *Vt tonderentur oues.* tunc enim faciebant antiquitus magna conuiuia in memoriam patriarcharum, qui fuerūt pastores ouium, vt habetur Genes. 47.

7 *Cum autem, &c.* i. obnixè rogaret patrem suum.

8 *Et noluisset ire.* imprecando bona sibi Absalom, & amicabiliter se excusando.

9 *Si non vis.* in persona propria.

10 *Veniat obsecro.* qui repræsentat personām tuam tanquam primogenitus.

11 *Obseruate cum, &c.* quia tunc non poterit sibi præcauere.

12 *Nolite timere.* quasi dicat, factū sup me accipio, & vos defendā. Vnde credendū est, quod Absalō fugiens duxit eos secū.

13 *Ascenderunt singuli.* Licet. n. esset prohibitum filijs Israel, ne facerēt commisceri animalia diuersæ speciei, vt habetur Leui. 19. tamen poterant vti animalibus ex tali commistione generatis, cuiusmodi sunt mulæ.

14 *Fama peruenit, &c.* quia de tali facto fama citò volat.

15 *Percussit Absalom.* quia in talibus plus communiter dicitur in principio, quam sit in veritate. sequitur.

✻ 1 Amnon

MORALITER.

✻ *Porrò.* Per Absalom, qui illatam iniuriam suæ sorori falsò dissimulauit, & cum hoc Amnon ad conuiuium inuitādo cum eo amicitiam simulauit, significatur quicunque insidiator fraudulentus vsquequo videat vindictæ tempus, ideo dixit suæ malitiæ ministris.

11 *Obseruate.* Licet enim Amnon mortem meruisset, nō tamē erat interficienda per eū, nec per talem modum proditorium. Aliter: per Absalom, qui interpretatur pater amaritudinis diabolus potest intelligi, qui medacij pater est & amaritudinis peccati: Per Amnon verò quilibet insolēs, quem inuitat primò diabolus ad conuiuium gulæ: & inde pertrahit ipsum ad peccatum luxuriæ, quia sicut dicit Hierony. Venter & genitalia sunt membra propinqua, & ex vicinitate membrorum designatur propinquitas vitiorum: & sic diabolus ipsum iugulat morte culpæ, & postea pertrahit ad mortem gehennę.

omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit itaque rex Dauid & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram. Et omnes serui eius, qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit: Ne æstimet dominus meus rex, quod omnes pueri filij regis occisi sint. Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: omnes filij regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est. Fugit autem Absalom. Et eleuauit puer speculator oculos suos & aspexit, & ecce populus multus veniebat per iter † deuium ex latere montis. Dixit autem Ionadab ad regem. Ecce filij regis adsunt, iuxta verbum serui tui sic factum est. Cumq; cessasset loqui, apparuerunt & filii regis. Et intrantes leuauerunt vocem suam & fleuerunt. Sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis. † Porrò Absalom fugiens abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suum Amnon multis diebus. Absalom autem cũ fugisset & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis. † Cessauitque Dauid rex persequi Absalom, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.

(A, B, C, D, E, F; 1, 2, 3, 4; a, b)

† Post mortẽ.

a ¶ Quia cessauit exire post Absalom, uel quia nouerat Amnon flagitiosum & morte dignum.

☞ titur, in Amnone ẽt Absalonis perditio lugetur.

a *Tholomai*. Hic fuit pater Maacha matris Absalom, quam dicunt Hebræi Dauid in prælio cepisse, & cęsarie & vnguibus præcisis secũdum legem in vxorem sibi sociasse, & ex ea generasse Thamar & absalom.

b *Cessauitque*. in Hebr. *cessauit rex exire post Absalom*. Perhibetur enim Dauid exire voluisse post Absalõ, vt reuocaret eũ, sed putãs q̃a quoties eum videret, mortẽ Amnon ad memoriã reduceret, cessauit exire.

Rabbanus. Angelom.

Deut. 21. b.

† infra 15. b.

† Et desiderauit anima Dauid regis egredi propter Absalom uel & desiderauit mater Absalom Dauidem ut egrederet loco suo ad filiũ suum Lxx. Et cessauit spiritus regis Dauid ut egrederetur contra Absalom.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Amnon. *Ex hoc dicunt aliqui, quod iste Ionadab erat Nathan propheta, & quòd erat binomius, dicentes quod spiritu prophetico sciuit solum Amnon mortuum. quia cum esset absens, via humana scire non potuit. Sed istud dictum patet falsum, per illud quod iste Ionadab dederat Amnon pessimum consilium de sorore sua defloranda, vt patet per prædicta, quod nullo modo fecisset propheta domini. quod ergo dixit,* Amnon so. mor. est. *hoc non dixit certitudinaliter, sed coniecturaliter tantum, eò quod nouerat odiũ Absalom cõtra Amnon, & causam odii, vt patet ex prædictis. Cætera patent vsq; ibi.*

2 Porrò Absalom. *quia attinebat ei ex parte matris. erat enim pater Maacha matris Absalom, vt habetur ex supradictis 3. c.*

3 Luxit. *magis pro morte spirituali quam corporali, eò quod fuerat occisus actu ebrius.*

4 Cessauitque rex. *eò quod reuoluerat in animo Amnon flagitiũ, & sic iusto Dei iudicio eum fuisse occisum. & hoc est quod subditur:* Eo quod consolatus esset super, &c.

ADDI-

ADDITIO.

In ca. xiij. vbi dicitur in postilla: *Cessauitque rex Dauid persequi Absalom, &c.*

Vbi in translatione nostra habetur: *Et cessauit Dauid rex*, in Hebræo est verbum vattechal, à radice chala, quæ est ęquiuoca, & vno modo idem significat quod cessare, vel consummare. Alio modo significat idem quod desiderare seu concupiscere. vnde vt videtur in secunda significatione posse proprius intelligi. Nam Dauid nunquam inchoauit nec incepit persequi Absalom, vt patet ex dictis in hoc c. & ideo impropriè diceretur: *Cessauit a persecutione.* Similiter vbi trãslatio nostra habet, *persequi Absalom.* in Hebræo habetur, *vt egrederetur ad Absalom.* cuius sensus est, quod Dauid desiderabat seu concupiscebat egredi ad recipiendum Absalom, eo quod consolatus esset, &c. Et hic sensus magis cõsonat cum immediatè sequenti, vbi dicitur: *Cognouit Ioab quod cor regis esset versum ad Absalom:* quod sonat idem quod egredi ad recipiendum eum. Secundum enim primam significationem quæ dicit eum solum cessare a persecutione, non ita perfectè intelligeretur cor regis esse versum ad Absalom, sed solum quod cessaret a persecutione eius, &c.

REPLICA. In cap. 13. notat Bur. nostram translationem sicut & postil. facit in tractatu suo de differentia translationis nostræ & Hebraicæ veritatis. Respondeat hic beatus Hiero. pro quo non recipio luctam, sed solum pro postillatore. Autoritas enim beati Hieron. & nostræ translationis per ecclesiam receptę defendit semetipsam.

CAP.

CAP. XIIII.

A a INtelligẽs, etc. ✱ Theod. Cum tres anni præterijssent, & tempore extincta esset ira, tale quid machinatur Ioab dux exercitus. Suggessit mulieri prudenti effingere actum, qui B posset Regem mouere ad misericordiã, &c.

Quæst. 29.

✱ Hiero. Cor regis versum esse ad Absalom Ioab vidisse dicitur, eo quod viderit eum pro illo suspirare. Putatur autem ea vidua, auia fuisse Amos prophetæ, qui fuit de Thecua.

li. de tradit. Heb.

† profectò.

c *Quærunt extinguere scintillam, & cæt.*

† pouam.

✱ Theodore. Per hæc tacitè significat Regem quidem Amnonem nõ C castigasse, neq; Absalonis excussisse desiderium, sed permisisse vt ad malũ veniret D immedicabile.

b *Et ancill. &c.* Aiunt Hebræi hanc mulierem verè duos filios habuisse, & pro hæreditate certasse, & alterum ab altero interemptum, mulier tamen se in persona Dauid posuit: Et filios in persona Am- E non & Absalom: cognationem verò quæ consurgit contra filium in persona aliorum filiorum Dauid.

Hieron. Rabbanus. Angelom.

d *In me domine mi.* Q. quia alter aduersus alterum surrexit, in me sit iniquitas, si tamen esse debet: in te autem nulla sit: quia absque culpa es. & sicut ego absque culpa sum, si alter filius meus interfectus est ab altero, sic & Absalom Amnon morte dignum interfecit.

Hieron. lib. trad. Hebr. Rabban. Angelom.

F

CAPVT XIIII.

a ¶ Quia vidit eum pro Absalom suspirasse.

a ¶ De qua fuit Amos propheta cuius hæc vidua putatur fuisse auia.

a INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, quod cor 1 regis versum esset ad Absalom, misit Thecuam 2 & tulit inde mulierem sapientem, dixitque ad 3 eam; Lugere te simula *, & induere veste lugu- 4 bri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier plurimo iam tempore lugens mortuum. Et ingredieris ad regem, & loqueris ad eum sermones huiuscemodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaque cum ingressa fuisset mulier The- 5 cuitis ad regem, cecidit * coram eo super terram, & adorauit, & dixit; † Serua me rex. Et ait ea rex; Quid causæ habes? Quæ respon 6 dit; † Heu, mulier vidua ego sum. Mortuus est enim vir meus, & 7 b ancillæ tuæ erant duo filij, qui rixati sunt aduersum se in agro, nul- 8 lusque erat qui eos prohibere posset, & percussit alter alterum, & 9 interfecit eum. Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum an- 10 cillam tuam, dicit: Trade eum qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit: & deleamus hæ- 11

a ¶ Reliquias meas a similitudine ignis.

c redem. Et quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, vt 12 non † supersit viro meo nomen & † reliquiæ super terram. Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. Dixit- 13 d que mulier Thecuitis ad regem: In me domine mi rex, sit † iniqui- 14 15 tas, & in domum patris mei, rex autem & thronus eius sit innocens. Et ait rex; Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltrà 16 17 18

* obsecro.

* super faciẽ suam.

† 4. Reg. 6. f. -me.

† residuum.

† uel pena iniquitatis, subaudi siquid cõtra legem feceris ignoscẽdo.

Quem

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XIIII.

INtelligens autem. *Descripta pęna Dauid ratione homicidii, hic consequenter describitur eius pœna ratione adulterii, per hoc quod Absalom filius eius ipsum fugauit & vxores eius carnaliter cognouit. & hoc factum enorme omnibus manifestauit. Igitur circa hoc sic proceditur, quia primò describitur ipsius Absalom reuocatio. secundò contra patrem conspiratio c. 15. Circa primum præmittitur mulieris informatio. secundò informatæ petitio, ibi:* Itaque cum ingressa fuis. *tertiò petitionis interpretatio, ibi:* Dixit ergo muli. *quartò regis concessio, ibi:* Et ait rex ad Io. *Circa primum dicitur.*

1 Intelligens. *quia videbat eum consolatum de morte Amnon & suspirantem post Absalon.*

2 Misit The. *Nomen est villæ, de qua fuit Amos propheta. & in terminis illius sunt pascua bona.*

3 Et tulit inde mulier. *id est, prudenter & efficaciter loquentem.*

4 Lugere. *Ex hoc videtur esse falsum, quod aliqui dicunt hanc mulierem ad literam duos filios habuisse, quorum vnus interfecerat alium quia tunc non fuisset simulatio luctus, sed veritas, nec esset locutio figuralis: sed magis rei gestæ: cuius contrarium dicitur infrà:* Posuit in os ancillę tuæ omnia verba hæc, vt verterem figuram sermonis huius.

5 Itaque. *Hic consequenter ponitur mulieris informatæ a Ioab petitio, cum dicitur.*

6 Serua me. *quasi dicat, reputo me mortuam nisi iuues me.*

7 Heu mulier vidua ego sum. *istud erat verum ad literam.*

8 Et ancillę tuę. *totum quod sequitur est parabola conficta, propter illud quod explicatur posteà.*

9 Nullusque erat. *de insurrectione vnius contra alterum. & per consequens nullus erat qui posset ferre testimonium contra interfectorem.*

10 Et percussit alter. *hoc non dixit mulier confitendo quod ita esset, sed repetendo quod dicebant persecutores filii, non habentes tamen legitimam probationem contra eum. ideo sequitur:* Et ec. *Sequitur.*

11 Et deleamus hæred. *quasi dicat non quærunt hoc amore iustitiæ, sed ducti hæreditatis cupiditate, vt deuoluatur ad eos, quia sunt propinqui.*

12 Et quærunt. *id est, nomen meum & nomen viri mei defuncti, vt non sit ex parte eius, qui nominetur in hæreditate nostra. Sequitur regis responsio.*

13 Et ego iubebo. *scilicet, quòd filius tuus non moriatur supposito quod tu dicas verum: & hoc erat iustum, quia filius eius non erat conuictus de homicidio per euidentiam facti: nec per testes, cum essent soli in agro: nec per recognitionem propriam. & ideo istud debebat derelinqui iudicio diuino, dato quod sic esset in veritate.*

14 Dixitq; mulier. *non contenta ista responsione.*

15 In me domi. *quod sic exponunt Hebræi, & bene vt videtur. Domine mi rex propter multa negotia magna, & ardua poterit esse quod tu des obliuioni istud negotium, & tunc in me & in domo mea erit hæc iniquitas, id est, filius meus interficietur a quærentibus eius sanguinem, & tu eris innocens, quia præter intentionem tuam istud fiet. quasi diceret, placeat tibi istud magis firmare, & me & filium meum assecurare.*

16 Et ait rex. *respondens huic petitioni.*

17 Qui contradixerit tibi, &c. *quærendo sanguinem filii tui.*

18 Adduc eum, &c. *& ego compescam eum.*

1 Oscula

MORALITER.

1 *Intelligens.* Per reuocationem Absalom ad patrem suum, significatur reuocatio peccatoris ad Deum. Igitur per Ioab qui reuocationem istam procurauit, prędicator bonus significatur, cuius officiũ est reuocare peccatores ad dñm & nominis interpretatio congruit. Nam Absalom idem pater interpretatur. prędicator autem peccatoris ad Deum reuersi pater nominatur. 1. Cor. 3. d. *In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Mulier autem Thecuites per quam Ioab fecit Absalom reuocationem, signat prædicandi gratiam, per quam prædicator peccatores reuocat ad pœnitentiam. Et nominis interpretatio congruit. Nam Thecua interpretatur tuba. De prædicandi verò gratia prædicatori dicitur Esa. 58. *Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.*

MORA-

non addet vt tangat te. Quę ait: Recordetur * rex domini Dei sui, vt non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum, & nequaquā interficiant filium meum. Qui ait; Viuit dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier; Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait; Loquere. Dixitque mulier a Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populū Dei, & locutus est b c rex verbum istud vt peccet, & non reducat eiectum suum? † Omnes morimur, & quasi aquæ † dilabimur in terram, quę non reuertuntur. Nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne † penitus pereat qui abiectus est. Nunc igitur * veni, vt loquar ad dominum meum regem verbum hoc † præsente populo. Et dixit ancilla tua, loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suę. † Et audiuit rex verba, vt liberaret ancillam suam de manu omnium qui † volebant de hęreditate domini delere me, & filium meum simul. Dicat ergo ancilla tua, † vt fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus domini, sic est dominus meus rex, † vt † nec benedictione nec maledictione moueatur. Vnde & dominus Deus tuus est tecum. Et respondens rex dixit ad mulierem; Ne abscondas à me verbum quod te interrogo. Dixitque mulier; Loquere domine mi rex. Et ait rex; Nunquid † manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait; Per salutem animæ tuæ domine mi rex, † nec ad sinistram nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex. Seruus enim tuus Ioab ipse † præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc, d vt verterem figuram sermonis huius. Seruus enim tuus Ioab præce-

a ¶ Absalom scilicet & qui cum eo erant, qui quasi captiui & eiecti non reducebantur ad hæreditatem Dei: & poterant coacti in terra aliena seruire diis alienis.

a ¶ Quasi dicat, Deus reuocat peccatores qui à diabolo captiui tenentur, & tu abijcis, qui eum debes imitari.

a ¶ Id est firmum & acceptum.

a ¶ Hominum. ¶ A recto.

a ¶ Id est, me in persona tui acciperem filios meos in persona tuorum.

a *Quare cogit.* ✱ Theodoret. Quasi d. Quomodo potes filium meum liberare a cæde, non reducens filium tuū? Deinde non consolatur eum de mortuo. Filius tuus est mortuus: non potes illum excitare: cur studes hunc interimere, vt viuas priuatus duobus? ✱ Angelomus. Deus peccatores qui a diabolo captiui detinentur, vt ad se conuertātur vocat: & tu qui eū imitari debes, cur non eo modo agis? b *Et locutus est.* Ex hoc aperitur quòd paulò superius dictum est: *Cessauit rex exire post Absalon.* c *Omnes morimur, &c.* ✱ Ambrosius. Triplicem mortem legimus in scripturis. Vna est corporis, qua terrestris domus nostra dissoluitur, & a corporis tabernaculo anima recedit. De hac scribi Apostol. *Statutū est hominibus semel mori.* Hac Abraham & prophetę mortui sunt. Hac omnes moriemur, & sicut aqua effusa super terram non congregabimur. Alia est mors animæ, qua peccati contagio confecta moritur, non in sui substantia, sed in Dei viuificatrice gratia. Tertia est culpæ, qua carnis concupiscentia moritur, vt mens Deo viuat, &c. ✱ Procop. De morte Absalonis regem consolatur. Quemadmodū enim aqua effusa non colligitur, ita iam mortuus non resurget. Cur igitur superstite etiam priuari contendis. d *Seruus tuus Ioab ipse præcepit, &c.* ✱ Theodoretus. Non licebat, inquit mulier, recta via tibi supplicare, quamobrem suggessit mihi, vt vterer hoc circuitu verborum, ut in ficto casu tuum videns quod mihi adhibiturus eras medicamentum, hoc tibi ipsi adhiberes. Rex his cedens, iussit quidem redire Absalonem,

* obsecro. Quæst. 29. † quæ defluūt uel decurrunt † congregantur. * quod. Comm. in hūc locum. † causa est, qa terruit me populus dicens quod non proderit clamor meus coram te de hac re. † Audiet. n. rex ut liberet. † Dixit uel cogitauit. † sup. 19. cap. Tract. de 42. mansion. filiorum Isr. † i. consilium. † fecit rem hanc. 2. Cor. 5. Heb. 9. † Eccl. 25. d. † accipere. † is qui abiectus est, a se quoque expellatur. † quærebant. † volunt. † fiet. † ut audiat bonum, & malū. Quæst. 29. † i. rem ipsam ut est, dixisti.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quæ ait: Recordetur rex domini Dei sui vt non multi. &c.* Adhuc non contenta isto responso.

2 *Recordetur.* & est intellectus huius mulieris, quasi dicat proximi qui quærunt vltionem de filio meo sunt multi, nec possem omnes congregare simul & adducere ad te, & si adducā vnum vel duos, alij interim interficient filium meū. Et ideo recordetur rex domini Dei sui, i. firmet verbum suum iuramento per Deum, & per publicationem huius iuramenti, ita q; nullus audeat inuadere filium meum. pp quod sequitur.

3 *Qui ait, &c.* aequiescendo eius dicto.

4 *Viuit dominus.* i. iuro per viuentem Deum.

5 *Quia.* i. seruabitur non solum a morte, sed etiam a quacūque mutilatione quantumcunque modica.

6 *Dixit ergo mulier: loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait: Loquere, &c.* Hic consequenter ponitur prædictę parabolæ interpretatio: in qua per mulierem accipitur ipse Dauid. per duos filios mulieris duo filii regis, i. Amnon et Absalom. Per cognationem defuncti intelliguntur amici ipsius Amnon quærētes vindictam de morte eius. Et per hoc concludit, q; sicut rex sententiauerat pro filio suo vt nō moreretur, sic deberet sententiare pro Absalom, vt ab exilio reuocetur: q; quidem exilium mors est ciuilis. Præmittit tū mulier tres rationes inducentes ad misericordiā circa Absalom. Prima accipitur ex parte maioris mali euitandi, quia Absalom & illi qui cum eo erant fugitiui in terra idololatrię subdita, propter quod erant in periculo declinandi ad idololatriam per eorum suggestionem vel inductionē inter quos habitabant. Ad quod euitandum erant reuocandi ad terram Israel in qua Deus colebatur. & hec rō tāgitur cum dicitur.

7 *Quare cog.* i. contra Absalom & socios eius qui erant de populo Dei.

8 *Et locutus est rex verb.* præbendo eis occasionem idololatrādi, eo q; non permittit eos redire ad locū vbi est cultus Dei. Secunda ratio accipitur ex parte defuncti, qui ad vitam reuocari non potest ex persecutione Absolom. & hæc ratio tangitur cum dicitur.

9 *Omnes mori.* q. d. ex quo tu non potes euocare defunctum, reuoca viuū. Tertia ratio accipit ex parte Dei cuius propriū est parcere & misereri & hæc ratio tangitur hic cum dr̄.

10 *Nec vult Deus perire, &c.* scilicet, peccatoris, licet ipsum offenderit.

11 *Sed retractat cogitans, &c.* tempus pœnitentiæ concedēs.

12 *Ne penitus pereat qui abiectus, &c.* pena gehennæ.

13 *Qui abiectus est ab eo, &c.* per offensam mortalis culpæ. q. d. hęc mulier: tu es quasi loco Dei in regimine populi, propter quod debes ei in pietate conformari. Nunc procedit ad applicandum negotium dicens.

14 *Nunc igitur veni.* s. vt sententia data pro me & filio meo, & iuramento tuo confirmata publicetur coram populo, vt eandem efficaciam habeat in te & filio tuo.

15 *Dicat ancilla tua.* id est, possit verè dicere.

16 *Vt fiat verbum domini mei.* i. sentētia ab eo data sit Deo placita sicut sacrificium. Sed videtur quod ista mulier per parabolam præmissam non concludat intentum, quia parabola sua est de homicidio occulto, quod non poterat probari: vt patet ex prædictis: Absalom autem interfecerat Amnon p seruos suos palam coram multis. & sic habebantur testes cōtra eum. Ad quod respondet Rabi Sal. q; omnes illi qui fuerant præsentes interfectioni Amnon qui poterant pro testimonio induci, erāt ꝓpinqui ipsius defuncti, vt satis patet ex prædictis: & iō non erant idonei ad ferendum testimoniū in hoc casu. Et si dicatur, q; illi erant ita propinqui ipsi Absalom. Dicendū, q. non est verum, qa Absalom erat de matre alienigena, vt patet p prædicta. Amnon verò erāt de matre Israelitide, & p ɔñs de populo Israel, qui populus alienigenas abominabat. Aliter aūt soluunt aliqui, dicentes q; qui ꝓpinqui alicuius occisi consentiebant in ɔcedenda pace interfectori, rex habens curam totius populi ad petitionem eorū poterat hoc concedere. & talis casus proponebat in parabola, videlicet q; mr̄ q̄ erat propinquissima interfecto petebat pacē interfectoris. Et eodē mō Dauid q erat propinquissimus ipsi Amnō interfecto, & cū hoc erat rex, habēs curā cōitatis poterat reuocare Absalom absque offensa legis: & maximè quia Amnon magnum flagitium fecerat, vt patet per prædicta. Cætera patent in litera.

Et ait

lonem, ipsum autem videre prohibuit. Postea autem hoc quoque fecit, Ioabi adhortatione.

✠ Ambrosius. Quid de sancto Dauid loquar, qui degenerem filium, & fratri non oblitum sanguine, ad vnius mulieris petitionem paternis visceribus mentem emollitus, a domo recepit?

a *Quando tondebat capillos, &c.* ✠ Hieronymus. Non semel in anno, vt Latini codices habent tondebatur caput eius, sed statuto tempore, id est, de triginta diebus.

✠ Chrysostom. Multa naturæ commoda adsunt etiam sceleratis. An non erat pulcher & formosus Absalom, & vsque ad capillos capitis porrigebatur eius corporis species? Caluus autem Heliseus vt etiam videretur a pueris? Sed nec illum quidquam iuuit forma, nec hunc læsit deformitas.

✠ Idem. Quid est speciosa mulier? Sepulcrum dealbatum, nisi fuerit sobria, casta, pudica. Pulchritudo sine his virtutibus, est præcipitium patens, venenũ insipientibus cõpositum. Si ergo videris virum aut mulierem speciosam, ne admireris. Nam & roboreæ arbores, cũ densæ sint folijs & altitudine excelsæ attamẽ non habent fructum hominibus aptum, sed porcis: vinea autem per terram repens, maturum vuarum affert fructum. Quid ape vtilius est? Quid pauone pulchrius? Quid formica sapientius? &c.

Marginalia: Alia causa prima ratio persuasionis. — Epist. 43. — † regio. Trad. Heb. — In Psal. 140. — † si est in me iniquitas. — † suam in terram. — In Psal. 114. — † splendidus. — Et venientes serui Ioab scissis vestibus suis dixerunt: Succenderunt serui Absalom partem agri igni. hæc nusquam apud antiquos leguntur sicut nec in Hebræo.

pit istud. Tu autem domine mi rex sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, vt intelligas omnia super terram. Et ait rex ad Ioab; [1] Ecce placatus feci verbum tuum; Vade ergo & reuoca puerum Absalom. Cadensque Ioab super faciem suam in terram, adorauit, & benedixit regi. Et dixit Ioab; Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, domine mi rex. Fecisti enim sermonem, domine mi rex serui tui. Surrexit ergo Ioab & abijt in Gessur, & adduxit Absalom in Hierusalem. Dixit autem rex; [2] Reuertatur in domũ suam, & faciem meam non videat. Reuersus est itaq; Absalom in domũ suam, & faciem regis non vidit. Porrò sicut Absalom vir non erat pulcher in omni Israel, & † decorus nimis. A vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula. Et quando tondebat capillos (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) [3] ponderabat capillos capitis ducentis siclis pondere † publico. [4] [5] Nati sunt autem Absalom filij tres, & filia vna, nomine Thamar, elegantis formæ. † Mansitque Absalom in Hierusalem duobus annis, & faciem regis nõ vidit. Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem, qui noluit venire ad eum. Cumque secundò misisset, & ille noluisset venire ad eum, dixit seruis suis; Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habentem messem hordei? Ite igitur & succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni. [6] Et venientes serui Ioab scissis vestimentis suis, dixerunt; Succenderunt serui Absalom partem agri igni. [7] Surrexitque Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit; Quare succenderunt serui tui segetem meã igni? Et respondit Absalom ad Ioab: Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei, [8] quare veni de Gessur? [9] Melius mihi erat ibi esse. Obsecro ergo vt videam faciem regis. [10] Quod si † memor est iniquitatis meæ, interficiat me. Ingressus itaque Ioab ad regem, nuntiauit ei omnia hæc. Vocatusque est Absalom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem † terræ coram eo, Osculatusque est rex Absalom.

Interlinear: In plerisque non interponitur, domine mi rex. — a Ne præsentia eius mortem Amnon ad memoriam reducens tristitiam mihi inferat. — a Aiunt in Hebræo esse statuto tempore, s. 30. die.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ait rex ad Ioab, &c.* Hic ponitur petitionis concessio, & quia facta erat per suggestionem Ioab, ideo concessio fit ei a rege. Et patet litera vsque ibi.

2 *Reuertatur.* Ne reuocaret ad memoriam ex præsentia sua mortem primogeniti, & sic dolor regis renouaretur.

3 *Semel autem.* In Hebræo habetur: *Statuto tempore.* quia sicut dicunt aliqui pluries in anno tondebatur.

4 *Ponderabat.* Dicunt aliqui, ꝙ tantum vendebat tonsionẽ capillorum mulieribus, quæ inde ornabant capita sua. Sed hoc non est verisimile, ꝙ filius regis tonsionem capillorum suorum venderet. Præterea dicitur hic ꝙ semel in anno ad minus tondebatur. Crescentia verò capillorum vnius anni non videtur ita longa, ꝙ inde possent fieri talia ornamenta. Et ideo videtur magis probabile, quod scriptura solum faciat mentionem de hoc pondere, ad ostendendum ꝙ habebat multos capillos, quod facit ad pulchritudinem hominis, qa de pulchritudine Absalom scriptura hic loquitur.

5 *Pondere.* Hoc dicitur ad distinctionem ponderis sanctuarij, q. erat alterius quantitatis. Cætera patent vsque ibi.

6 *Et venien.* Iste versus non est in Hebræo, sed immediatè subditur.

7 *Surrexitque Ioab.* ad sciendum causam damni sibi illati.

8 *Quare veni, &c.* quasi dicat nihil valet mihi, ex quo nõ possum accedere ad regem: imò nocet. ideo subditur.

9 *Melius mihi.* quia tunc non erat mihi confusibile faciem patris mei non videre: sed ex quo sum hic in eadem ciuitate cum eo, est mihi valde confusibile.

10 *Quod si me.* nolens me videre. hoc dicebat Absalom ad inclinandũ cor Dauid, fingens, ꝙ tantum eum diligeret, ꝙ magis vellet mori, quàm diutius ab eius ꝯsortio segregari.

CAP.

MORALITER.

† *Mansitq; Absalon in Hierusalem, &c.* Per istos duos annos intelliguntur integra cõfessio, & debita satisfactio, quę post contritionem ad verbum prædicatoris conceptam requiritur ad perfectam reconciliationem cum Deo habendam.

MO-

ADDITIO.

In cap. 14. vbi dicitur in postilla. *Nec vult Deus perire animam.* Vbi translatio nostra habet: *Nec vult Deus perire animam,* veritas Hebraica dicit: *Non accipit Deus animam.* Vnde verba huius sapientis mulieris profundius possunt intelligi, & in fauorem catholicæ veritatis exponi. Pro cuius intellectu sciendum, ꝙ licet communiter antiqui non haberent explicitam fidem de ministerijs Christi, habebant tamen implicitam; vt patet per Aug. in lib. de correctione & gratia. Vnde hæc mulier proponebat ipsi Dauid, ꝙ totum genus humanum non solum erat ad mortem temporalem condemnatũ, sed etiam vltima felicitas quæ in adhæsione ad Deum per gloriam consistit, ei erat interdicta, & ideo dicebat: *Omnes morimur,* hoc est morte temporali. consequenter dicit: *Quasi aquę dilabimur in terra quæ non reuertitur.* hoc est dicere, ꝙ post mortem non congregamur in locum beatitudinis. Cuius rationem subdit dicens; *Quoniam non accipit Deus animam.* s. ad suũ consortium. *Sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.* hoc est dicere quod prouidentia diuina intendebat sic disponere, vt humanum genus quod abiectum erat, non periret. iuxta illud: *Ego cogito cogitationes pacis,* Hierem. 29. c. Ex quo intendebat concludere, ꝙ Dauid tanquam minister Dei in terris debebat cogitare qualiter reconciliaret eiectum filiũ suum, ne periret, &c.

Marginal: Fides antiquorum de ministerijs Christi.

REPLICA. Et quod in c. 14. Burg. ponit circa illum passum: *Nec vult Deus perire animam,* habeatur pro additione, q̃ uis non directè ad literam, vt patet intuenti.

CAPVT XV.

A Igitur post. Duobus annis mãsit in Hierusalem, & regem non vidit, tertio introductus est coram rege, quarto fecit sibi currus & equites: quo transacto expulit patrem de regno. Nec pro seductione & interfectione sacerdotum eiectus est de regno, sed pro adulterio & homicidio, Nathan cuncta prædicente.

li 7. Antiq. ca. 9. ✠ Iosephus. Absalom diebus singulis surgens diluculo, & ad regalia veniens, eis qui causas B habebant, & minores inueniebantur in eis, delectabiliter loquebatur, quasi non habẽte bonos consiliarios patre Rege, sed iniustos in suis sententijs consistentes, quorum iudicio grauarentur. Pro qua re fauorem sibi omnium conciliabat: adijciens, quia si haberet hanc potestatẽ, ipse cuncta sub legum æquitate disponeret.

li. 2. Offi. c 22. ✠ Ambrosius. Exemplis assertiones nostras probemus, quoniam quæ dissimulata sunt, † vel incurnabat se illi diuturna esse non possunt: sed C tanquam ad tempus virentia, citò decidunt. Absalom erat regis Dauid filius, decore insignis, egregius forma, prestãs iuuenta, ita vt vir talis in Israel non inueniretur, a vestigio pedis vsq; ad verticem immaculatus. Sermonibus delinibat singulos. Conuertit in se corda omnium, dum blanditiæ intimorum tangunt viscerum sensum. Sed delicati isti & ambitiosi elegerunt grata & honorabilia ad tempus & iocunda. Vbi autem parua p̃cessit dilatio, non potuerunt tolerare ac sustinere.

E Hom. de Absalom perseq. patr. ✠ Chrysostomus. Perdidit Absalom sceleratissimus mentem, perdidit sensum, amisit consilium insectatus patrem: vsurpat imperium, regnum inuadit: non vt cum patre societatem regni iniret, sed vt totum regnum patris sanguine possideret. Perdidit, inq̃, Absalom consilium, dum parricidio cupit mercari imperium, & per exitium patris cõsequi desiderat regnum. Festinat patrem opprimere reus, patre superstite moriturus.

F a Postquam

CAP. XV.

Igitur post hæc fecit sibi [1] Absalom currus & equi [2] tes, & quinquaginta viros qui præcederent eum. Et mane con- [3] surgens Absalom sta- [4] bat iuxta introitum portę in via, & omnem virum qui habebat ne [5] gotium, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. Respondebatque ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni [6] & iusti, sed non est qui te audiat constitutus [7] a rege. Dicebatque Absalom. Quis me con- [8] stituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & † iustè iudicem? Sed & cum accederet ad eum ho- [9] mo † vt salutaret illum, extendebat manum [10]

† iudicium & iustitiam faciam eis.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XV.

Igitur post. Descripta reuocatione Absalon & eius reconciliatione, hic consequenter describitur eius conspiratio cõtra patrem, & primo qualiter fugauit, secundò qualiter eum fędauit c. 16. tertiò qualiter fugatum de morte eius tractauit cap. 17. quartò qualiter de iudicio interijt cap. 18. quintò quomodo Dauid ad domum regiam redijt cap. 19. Circa primũ primò ponitur ipsius Absalon deceptio simulatoria. Secundò eius conspiratio proditoria, ibi: *Misit autem Absalon*. Tertiò ipsius Dauid humiliatio meritoria, ibi: *Et ait Dauid*. Quartò eius ordinatio consultoria, ibi: *Et dixit rex*. Simulatio autem Absalon fuit in duobus: quia primò simulauit maximũ zelum erga populum. Secũdò deuotionem erga Deum, ibi: *Post quadraginta autem annos*. Circa primum dicitur,

Diuisio.

1 *Igitur post*. Id est, post reconciliationem Absalom cum patre confidens de patris benignitate, & de Ioab familiaritate & eleuatus ex sua pulchritudine, & quia inter cæteros filios Dauid remanentes erat primogenitus, quia Cheleab erat mortuus, q̃ videtur ex hoc quia de eo non fit aliqua mẽtio.

2 *Fecit sibi Absalom currus & equites*. Quasi quoddam præludium q̃ deberet regnare post patrem suum. Sed eius ambitio intantum inualuit, quod patrem de regno expellere voluit, & ideo corda populi ad se trahere disposuit. ideo subditur.

3 *Et mane consurgens Absalom, &c.* Id est, antequam aliquis intraret ad regem.

4 *Stabat iuxta introitum portæ in via, &c.* Ita quod omnes illi qui ingrediebantur ad regem pro negotijs habebant iuxta eum transire.

5 *Et omnem virum qui habebat negotium*. Pauperem vel diuitẽ vt magis colorarct fictionem suam.

6 *Videntur mihi sermones tui bo. &c.* quasi dicat statim deberet tua petitio exaudiri.

7 *Sed non est qui te audiat*. quasi dicat, rex iam est antiquus, nec potest competenter intendere talibus: & ideo magnum damnum est, quod alius habens zelum communitatis non est ad hoc constitutus.

8 *Quis me constituat iudicem*. quasi dicat, pro necessitate populi, & non pro alia re istud onus sustinerem.

9 *Sed & cum accederet ad, &c. vt salutaret illum, &c.* tanqeam regis filium.

10 *Extendebat manum suam, & ap. &c.* in signum familiaritatis.

1 Oscula-

MORALITER.

1 *Igitur post hæc Absalom fecit sibi currus & equites & quinquaginta viros qui præcederent, &cęt.* Per Absalom qui timens mortem propter culpam suam fugerat, & per liberalitatem patris reconciliatus fuerat, & nihilominus tanquam ingratus vel potius ingratissimus patrem suum maliciosè quæsiuit subuertere, & sibi dignitatem regiam vsurpare, significatur quicunque malitiosus, & ingratus qui suum superiorem & benefactorem quærit malitiosè subuertere, & eius gradum per serpentinam astutiam obtinere. Ad hoc autem consequendum facit ostentatio propriæ sufficientię, & superioris insufficientiæ. vtrumque enim fecit Absalom. Per hoc enim q̃ fecit sibi currum & equites, ostendit se potentem ad regni defensionem, & patrem impotentem, quia iam senex in domo quiescebat. Per hoc autem quod dicebat.

8 *Qui me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicem? Sed & si cum accede. &c.* Ostendebat se sapientem ad regni negotia tractanda, & patrem notabat de desipientia. Similiter ad ambitiosi propositum obtinendum facit fauor populi, quem Absalom quærebat, vt patet in textu: propter quod dicitur quod sollicitabat corda virorum Israel, scilicet ad se attrahendo.

✠ Ad

suam, & apprehendens osculabatur eum. [1] Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium vt audiretur a rege: & † solicitabat [2] corda virorum Israel. Post quadraginta autē [3] annos dixit Absalom ad regem Dauid: Vadam [4] * & reddam vota mea quæ voui domino [5] in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus cum esset in Gessur Syriæ dicens; Si reduxerit me dominus in Hierusalem, † sacrificabo domino. Dixitque ei rex Dauid; Vade in pace. Et surrexit, & abijt in Hebron. Misit [6] autem Absalon exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens; Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite; Regnabit Absalon in Hebron. Porrò cum Absalon ierunt ducenti [7] viri de Hierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersiuit quoque Absalon Achitophel Gilonitem [8] consiliarium Dauid de ciuitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas, facta [9]

† Alias quator.

a † Reuersionis.

* ob secro.

† seruiam.

A a *Postquam quadraginta autē an.* Quadragesimus annus agebatur ex quo Saul Nobe ciuitatem subuertit; & 85. sacerdotes propter Dauid interemit. ideo hic quadragesimus annus ponitur, vt monstretur diuinam vltionem suscitari sup Dauid, eo q Achimelech sacerdotem fefellit, & tantæ cædis causa fuit. In mendosis autem codicibus quatuor, non 40 leguntur, sed in Hebræa veritate non quatuor, sed quadraginta. B Si quis verò contentiosus quatuor annos esse asserat ex quo Absalom Amnon interfecit, vsqueque patri dixit: *Vadā & reddam vota mea quæ voui dño in Hebron*, planè errat: cum Absalom interfecto Amnon in Gessur apud Tholomai regē tribus annis, & in Hierusalem reuocatus non viso patre duobus annis moratus fuerit: & sexto anno faciem patris viderit, dum contra eum perduellionem mouerit. Vota namq; se vouisse mentiendo dixit quasi C oraturus i loco vbi requiescūt Abraham, Isaac, & Iacob.

Hier. lib. tra. et Heb. Rabbanus. Angelomus. 1 Reg. 22. d.

D * Chrysostomus. Absalon fuit filius Dauid, iuuenis incōtinens, & perditus. Is neque naturam, neq; educationem, nec ętatem, neque quæ præcesserant respiciebat: sed erat adeo crudelis, & immitis, & belua potius quam homo, vt his omnibus perruptis obicibus, naturæ insultaret legibus, & turba omnia ac tumultu cōpleret. Tūc enim omnia euertebātur decreta naturę, hominum reuerentia, in Deum pietas & religio, humanitas & misericordia, E alimentorum remuneratio, & in senectutem reuerentia. Nam & si nolebat Dauidem reuereri vt patrem, saltem reuereri oportebat vt senem. Quod si canos negligebat, certe vt benefactorem. Qd si ne sic quidem, vt eum qui nullam fecerat iniuriam. Sed amor principatus hanc omnē eiecit reuerentiam, & vt homo fera esset, effecit,

b *Et facta est coniuratio val. &c.*

F * Iosephus. Ad Absalonem

In Psal. 7.

† furabatur Absalon i ipecie iustitiæ, ip sius ignorantibus auferebat eis corda vt decepti p eo sentirent.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Osculabatur eum. *in signum magnæ condescensionis.*

2 Et solicitabat cor. *In Hebræo habetur,* Vaieganneb, *id est, furatus est seu furabatur corda. quia per tales fictiones falsas iniustè attrahebat ad se corda hominum, vt sic ei iungerentur contra patrem suum: quia propter talia eis impensa indicabant, & dicebant eum esse regno dignum.*

3 Post quadraginta autem annos, &c. *Hic consequenter ponitur fictio deuotionis erga Deum per sacrificium in Hebron offerendū. Absalom autem intendebat ibi conspirare contra patrem suum. Dicitur igitur:* Post quadraginta autem annos. *Alij aūt libri habent:* post quatuor annos: *qui accipiuntur a fuga Absalom vsq; tunc secundum istam literam. Sed q sit falsa patet ex duobus, quia primo a fuga Absalon vsq; tunc cucurrit maius tempus: quia post dictam fugam Absalon mansit in Gessur tribus annis, vt habetur supra 14. c. in fi. Itē post eius reuocationem mansit in Hierusalem duobus annis antequam videret faciem regis, vt habetur supra 14. c. & sic in 6. anno faciem regis vidit & perfectè reconciliatus fuit: & postea fecit sibi currum & equites & corda populi sibi attraxit: vt prædictum est: quæ non potuerunt fieri in tam breui tempore, quin ad minus currerent ibi duo anni vel circiter. & sic antequam conspirasset in Hebron cōtra patrem suū iam transierant septem anni vel octo. Secundò hoc apparet, quia Hebraica veritas & libri nostri correcti habent hic* quadraginta *& nō* quatuor: *ex quo patet literam fuisse corruptam vitio scriptorum. Isti autem quadraginta anni variè computantur. In libro enim de Hebraicis quæstionibus dicitur, q hæc computatio incipit a tempore quo Saul interfecit sacerdotes, vt habetur supra primo libro 22. c. & terminatur in conspiratione Absalom contra patrem suum, cuius ratio est, quia Dauid fuit causa & occasio aliquo modo dictæ occisionis. Licet enim non peccauerit petendo panes & gladium ab Achimelech sacerdote, & celando ei fugam istam, prout ibidem dictum fuit, tamē in hoc peccauit, q nimis patenter hoc fecit. Ex quo enim sciebat ibi esse Doeg Idumæum de quo timebat probabiliter, q ista Sauli referret: ut ibidem dicitur: debuit facere ita secretè quod lateret ipsum Doeg. ideo hic fit mentio illius temporis, quia culpa illa ipsius Dauid in parte fuit causa huius rebellionis Absalom contra ipsum. Nec obstat quod prædictum est hanc rebellionem euenisse propter peccatum Dauid cum Bethsabee, quia plura peccata possunt bene esse causæ partiales vnius pœnæ a Deo inferendæ. Rab. Sa. dicit, quod isti quadraginta anni incipiunt a tempore quo populus Israel petiuit regem, & simpliciter habere voluit contra Samuelis persuasionem, vt habetur supra primo lib. 8. cap. & fit hic memoria illius temporis in rebellione ipsius Absalom contra patrem, quod prima facie videbatur magnum malum. quasi scriptura reduceret ad memoriam dictum Samuelis, videlicet q petitio populi de institutione regis non erat ad bonum.*

4 Dixit Absalon ad regem. *Ad hoc accepit licentiam, vt magis operiret malitiam suam excogitatam.*

5 Vadam & reddam vota, &c. *id est, offerenda in Hebron. Locus enim ille sanctus reputabatur, eo quod quatuor patriarchæ principales sunt ibi sepulti cum suis coniugibus, scilicet Adam & Eua, & Abraham & Saraa, Isaac & Rebecca, Iacob, & Lia, sicut dictum fuit Gen. 23. & ideo Absalom fingebat illuc ire ex deuotione. Sed principaliter intendebat ibidem contra patrem conspirare, quia locus iste distat a Hierusalem per sexdecim miliaria secundum Hieron. libro de distantiis locorum, & ideo melius poterat ibi fautores suæ conspirationis aggregare. Item quia Dauid pater eius ibi primò regnauit, ut habetur supra 2. cap. & ideo videbatur locus aptus vt ibi inciperet regnum eius.*

Hebron locus sanctus.

6 Misit autem Absalon, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Absalon conspiratio, quia ad diem determinatam congregauit fautores suos in Hebron. Misit enim nuntios ad ciuitates principales tribuū ita q in qualibet ciuitate notabili erant plures missi ex parte Absalō, quorum vnus habebat tubam, scientes horam in qua clamaretur in Hebron ad sonitum tubæ: Regnabit Absalom, ita q eadem hora in omnibus ciuitatibus notabilibus nuntius Absalom habēs tubam vt sonaret, & alii discurrētes per vicos clamarent. Regnabit Absalom in Hebron, diuulgantes q ibi erat inunctus in regem, & q principales de ciuitatibus festinarent illuc ad faciendum sibi debitam reuerentiam. ideo postea subditur:* Populusq; concurrens augebatur cum Absalō.

7 Porro cum Absalom ierūt ducenti viri de Hierusalē, &c. *ad petitionem ipsius Absalom, vt pauciores cum Dauid remanerent, et vt illi de ciuitate regia viderentur sibi fauere, quia propter multitudinem aliorum Absalom fauentium non audebant contradicere.*

8 Accersiuit quoque, &c. *de cuius consilio iste Absalom hoc negotium acceperat, & vt alii facilius iungerentur sibi videntes principalem regis consiliarium adhærentem sibi.*

9 Facta est coniuratio, &c. *quia illi qui erant ibi iurauerunt stare cum Absalom ad maiorem conspirationis confirmationem.*

Venit

MORALITER.

* Ad hoc etiam facit apparentia cœli circa cultum Dei, quē fingebat Absalom dicens.

5 *Vadam & reddam vota mea quæ voui domino in Hebron. Vouens enim vouit.* Cum tamen intenderet priuare regno patrem suum. vt patuit per effectum. Per vias autem prædictas & cōsimiles quærunt ambitiosi bonos superiores a suo statu deijcere, vt sic ad eum possint ascendere.

Egressus

est coniuratio valida: populusque concurrens augebatur cum Absalom. Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens, Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. Et ait Dauid seruis suis qui erant cum eo in Hierusalem; † Surgite & fugiamus. Neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. Festinate egredi, ne fortè veniēs occupet nos & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntque serui regis ad eum; Omnia quæcunque † præceperit dominus noster rex, libenter exequemur serui tui. Egressus est ergo rex & vniuersa domus eius pedibus suis. & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Egressusque rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo. Et vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & † legiones Cerethei & Phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validi, sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum; Cur venis nobiscum? Reuertere & habita cum rege, quia peregrinus es, & † egressus es de loco tuo. Heri venisti, & hodie † compelleris nobiscum egredi. Ego autem vadam quò iturus sum. Reuertere & reduc tecum fratres tuos, & † dominus faciet tecum misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem. Et respōdit Ethai regi, dicēs; Viuit dominus, & viuit dominus meus rex, quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte siue in vita, ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid Ethai; Veni & transi. Et transiuit Ethai Gethæus, & rex, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. Omnesque flebant voce magna, & vniuersus populus transibat. Rex quoq; transgrediebatur torrentem Cedron, & cūctus populus incedebat contra viā oliuę, quę respicit ad desertū.

Marginal notes: † 23. q. 5. ca. quis enim. — † elegerit. — † omnes pugnatores validi. — li. 3. de prouident Dei. — Quest. 29. — † uagus es ad locum tuum. — † demigrare faciam te, ut nobiscū eas. — † tecum sit misericordia & ueritas.

lonem multus populus, eo inuitante confluxit: & Rex ab omnibus ordinatus est. Dauid metuens impietatem eius, & præsumptionem miratus: quia nec peccati veniam recordatus est, sed scelera potiora committeret: primum quidem quod regnum a Deo donatum vellet auferre: secundo vt patrem vita priuaret: deliberauit fugere trans Iordanem. ✠ Chrysostom. Absalom tyrannidem gestiēs, insurgit in patrem, illumque rursus ad fugas errores que perpetuos, quos perpessus erat sub Saul, reuocat: imò verò multo illi molestior ea fuga quam prior fuit. Nam prius quidem dux cū esset, ista perpessus est: nūc autem cum annis plurimis regnasset, hostesq; ferè omnes superasset, migrare ac profugus fieri cogitur. Qui illum profugum agit, non alienus, non hostis est: sed filius ex ipso natus. Et tunc quidem in feruore ętatis ferre vniuersa fortiter poterat: nunc verò quando senectutis suæ solatium, scelestum illum habere debuerat, tunc infestissimum sentiebat.

a *Dixit autem rex ad Ethai Gethæum & cæt.* ✠ Theodo. Dauid reliquit metropolim, optimam expeditionem ratus fugere ad tempus. Eū autem secuta est satellitum multitudo. Secutus est Ethai Gethæus, cum sexcentis viris electis, qui nuper quidem patriam reliquerat, factus autem fuerat cū suis subiectis proselytus. Ei rex persuadere conatus est vt reuerteretur. Iure est admiranda Dauidis lenitas & mansuetudo. Quem cum bello

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venit igitur. *Non tamen ita citò, eo quod Absalom faciebat custodire vias ne hoc factum nuntiaretur Dauid: donec haberet tantam multitudinem, quod Dauid non posset resistere secundum suam æstimationem.*

2 Et ait. *Hic consequenter describitur ipsius Dauid humiliatio meritoria, quia per eam Deus fuit placatus erga Dauid & contra Absalom prouocatus. Apparuit autem ista humiliatio spiritualiter in duobus, scilicet in humiliter de ciuitate regia recedendo. Secundò arcam domini remittendo, ibi:* Venit autem, & Sadoc. *Circa primum sciendum, quod cum Dauid esset in bellis expertus & audacissimus, & esset in loco forti, & haberet secum plures & fortissimos bellatores, non recessit de ciuitate timore ipsius Absalom principaliter, sed timore Dei quem sciebat se prius offendisse: & propter hoc ex sententia Dei istud malū super eum euenisse, secundum quod dixerat sibi Nathan propheta supra 12. cap.* Hec dicit dominus: Suscitabo super te malum de domo tua. *& ideo ad placandum iram Dei voluit se coram Deo humiliare, qui preces humilium exaudit, & ista humilitas apparuit in cōfusibili egressu eius de ciuitate, cum dicitur.*

3 Neque enim erit nobis effugium a facie, &c. *non propter ipsius virtutem, sed Dei cuius erat flagellum ad punitionem Dauid. Secundò apparuit eius humiliatio in progressu, cum dicitur.*

4 Egressus, &c. *quia incedebat peditando, cum tamen posset habere equos & mulos, & non solum exiuit peditando, sed etiam nudis pedibus incedendo, vt habetur infra eod. cap.*

5 Et dereliquit rex decem mulieres cōcubinas ad cust. &c. *Quia sciebat quod non interficerentur.*

6 Stetit procul à domo. *Extra ciuitatem, vt transire faceret totum populum suum ante se, vt poneret se in maiori periculo si Absalom eum insequeretur: quod fecit, eò quod erat in culpa, vt prædictum est, & alij patiebantur propter eum.*

7 Dixit autem rex ad Ethai Gethæum, Cur venis nobiscū? *Dicunt aliqui quòd iste fuit filius Achis regis Geth, qui adhæsit Dauid propter suam bonitatem & probitatem, et conuersus erat ad Iudaismū, propter quod Dauid magis sibi & sociis suis compatiebatur, eo quod dimiserant gentem suam & locum.*

8 Ego autem. *id est, vagabundus ad locum incertum, quousque dominus sit mihi placatus. Cætera patent vsque ibi.*

9 Omnesque flebant voce magna, & vniuersus populus trāsibat. Rex quoque transgr. &c. *Ipsi regi compatiendo, & ad prouocandum Dei misericordiam.*

Venit

MORALITER.

4 *Egressus est ergo rex & vniuersa domus eius pedibus suis, &c.* Per fugam autem Dauid ad

✠ campe-

bello persequeretur execrandus filius, non cum nominauit parricidam, non fratricidã sed Regem:& cum multo egeret auxilio, curam gessit salutis Proselyti. Sed quanto maiorẽ eius curam gerebat, tanto ille in eum maiorem ostendebat beneuolentiam. Hæc scripta sunt ad doctrinam nostram, ut discamus, q non oportet in rebus quidem secundis versari cum amicis:& in rebus aduersis eos deserere.

Rabbanus. Angelom. a *Et deposuerunt arcam, &c.* Ut ab Abiathar sacerdote consuleretur Deus, quò deberet ire Dauid.

b *Sadoc.* Iustus is gestat personam sanctorum, qui tempore passionis domini corpore quidem discesserunt, verum dilectione separati non sunt.

Quæst. 30. ✠ Theodoretus. Sacerdotes & arcam sequi prohibuit, sciẽs quid accidisset arcę acceptæ, ad opem ferendam iniquis. Nam illi quidem fuerunt interfecti, ipsa autem bello capta data est alienigenis. Si Dominus mihi dixerit, Nolui te, Ecce me, faciat mihi qđ est gratum coram eo. Audio legem dicentem, *Non mœchaberis, Nõ occides.* Ego autem venerandã cõculcaui legem. Si Dominus priuauerit me sua solicitudine & cura, est Dominus, ego verò seruus me subiiciam eius castigationi. Hæc autem lacrymans dicebat vir diuinus lugubri habitu indutus. Erat enim opertus capite, incedens nudis pedibus: eius autem luctus socius erat exercitus.

✠ Ambro-

1 Venit autem & Sadoc sacerdos, & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei,
a ¶ Ad orationem, vt ab omnibus videri posset.
a & deposuerunt arcam Dei. Et ascendit Abiathar, 2 3 donec expletus esset omnis populus
a ¶ Quia responsum datum non est.
qui † egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex b ad Sadoc: Reporta arcam Dei in vrbem. Si 4 inuenero gratiam in oculis domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi, non places, 5 præsto sum, faciat quod bonum est coram se. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O 6
a ¶ Id est propheta quando scilicet consulto Deo populo prædicebat futura.
vidẽs reuertere in ciuitatem in pace, & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar, duo filii vestri sint vobiscum. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec ve-
a ¶ Quidagam.
niat sermo a vobis † indicans mihi. Reportauerunt igitur Sadoc & Abiathar arcam Dei in Hierusalem, & manserunt ibi. Porrò Dauid ascendebat † cliuum oliuarum, scan-
a ¶ Ne videretur flere.
dens & flens, operto capite & nudis pedibus incedens. Sed & omnis populus qui erat cum eo operto capite ascendebat plorãs. Nuntiatum est autem Dauid, q & Achitopel esset in coniuratione cum Absalon. Dixitq; Dauid: c Infatua quæso dñe consilium Achitopel. Cum- 7 que ascẽderet Dauid summitatẽ mõtis in quo 8 9

D ✠ Ambrosius. Spectaculum memorabile. Parricida filius regnum patrium violenter inuaserat: cedebat primò pater eius furori, & locum prelij declinabat, vt vel sic impius a furore resipisceret. (Apol. 1. pro Dauid ca. 6.)

✠ Idem. Patriæ finibus pulsus à filio, fugiebat hostem, quem optauerat hæredem: metuebat vincere, ne pietatis dispendio vinceretur. (In Psal. 37. † egrediebatur.)

c ✠ *Infatua quæso domine, &c.* Theodoretus. Fugiens cognouit proditionem Achitophelis. Sed confestim ad suũ confugit dominum, non iubens vt feriretur fulmine, sed vt inane & vanum redderetur eius consilium, & vt ostenderet eum stultum & insipientem. E

✠ Chrysostomus. Hic Achitophel apud tyrannum hunc omnia poterat, rei quidem militaris valde peritus, & qui in bello Imperatoris partes poterat sustinere. & ideo cum Dauid plus timebat, quam tyrannum, tantum ingenio valebat & prudentia. (In Psal. 7.)

✠ Chrysostomus. Fugiebat Dauid, non vt qui timeret, sed vt qui filium caueret occidere. Etenim parcebat tanquã filio: sed qui cum eo erant, nõ pepercerunt tanquam insurrectori. (In Psal. 3. † peraiceo-sum.)

✠ Idem. Flebat autem. Circũ septus sum tentationibus, circundor torrẽtibus malorum, venerunt flumina hostium, venti spirarunt, in meam domũ irruperunt, uolentes aiam meã a te dimouere: sed fundatus F supra

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venit autem & Sad. &c. *Hic consequenter ostenditur humiliatio Dauid in remissione arcæ, cuius primò describitur apportatio, cum dicitur:* Venit autem. *Quia volebat se associare Dauid in fuga sua, & pro eo consulere dominum tempore debito. Ideo subditur.*

2 Et deposuerunt arcam. *scilicet ad vnam partem ad consulendum dominum, ad quem locum Dauid deberet declinare.*

3 Et ascendit Abiathar. *scilicet ad consulendum dominum se applicauit, quia erat tunc sacerdos principalis. sed tunc non habuit respõsum, per quod cognouit Dauid Deum adhuc non esse placatum erga ipsum, propter quod societate arcæ reputauit se indignum, & ideo eam humiliter remisit ad tabernaculum vnde fuerat assumpta, dicens.*

4 Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me. *Et patet litera.*

5 Si autem dixerit. *scilicet subire fugam, exilium, mortem, vt impleatur diuinum beneplacitum.*

6 Et dixit rex ad Sadoc. *Hic consequenter ponitur ordinatio consultoria, quia licet Dauid non desperaret de Dei misericordia cõsequenda: noluit tamen omittere illud quod poterat fieri via humana. Et ideo primò ordinauit de statu Absalom sibi renuntiando. Secundò de consilio eius dissipando, ibi:* Cumque ascenderet Dauid, *Primum autem fecit per hoc, quod duos sacerdotes remittens cum arca ordinauit, quòd duo filii eorum essent nuntii ad reportandum sibi illud quod audiretur de domo Absalom. & esset expediens sibi illud scire. Et patet litera vsque ibi:*

7 Infatua quęso domine consilium Achi. *Erat enim iste nimis astutus, propter quod erat magis timendus.*

8 Cumque ascenderet. *Hic consequenter ponitur ordinatio Dauid de consilio Absalom dissipando, remittendo Chusbi ad hoc, qui etiã erat valde sapiens & eloquens, vt patebit infrà 17. cap. præmittitur tamen hic locus in quo Chusai occurrit ipsi Dauid, cum dicitur.* Cumque ascenderet Da. *scilicet oliuarum.*

9 In quo adoraturus erat Dominum. *De loco enim illo videbatur clarè tabernaculum, in quo seruabatur arca in monte Sion ex opposito. & ideo quando Dauid veniebat ad locum illum, solitus erat adorare dominum, sicut homines à longè videntes ecclesiam alicuius sancti solent eam deprecari: & tunc ibi Dauid dominum adorauit.*

✠ Ecce

MORALITER.

campestria deserti nudis pedibus & operto capite, significatur patientia boni prælati vel principis in persecutionibus constituti.

✠ Ecce

A supra petram fidei, non cado, sed procumbo, vt dicã *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?* Qui ex me genitus est, cõtra me est: sed tu es pro me. Mea mecũ viscera bellũ gerunt meus populus. Post Absalonẽ meus cõtra me armatur exercitus. Oues meę, lupi facti sunt: & leones, agni: & canes rabie perciti, agnelli: & tauri cornu petẽtes, arietes. Non propter meipsum afficior tristitia, sed illorum doleo exitium.

a *Chusai*. Amicus Dauid. Chusai interpretatur festinãs, qui Hierusalẽ reuertens consilium Achitophel dissipauit, significat discipulos Domini B ex Iudæis occultos Nicodemum, Ioseph, & similes.

Joan. 19. g. Quæst. 31. ✠ Theodoret. Et bonorum, & malorum examinandus est scopus, & institutum. Hic quidem fuit simulatio, nõ propter lucrum pecuniæ, neque ad damnum alienum, sed propter vitam prophetæ, & pij regis.

In Psal. 7. ✠ Chrysost. Chusi vir probus, & Dauid amicus, suam in eo amicitiam perpetuo conseruauit in hac mutatione tẽporum: dirupit amicitiam, aspersit se cinere, fleuit acerbe, & miserabiliter. Non enim C erat amicus temporis, nec potentiæ, sed virtutis, & ideo licet Dauid regno exutus esset, non mutauit amicitiã. Dicit ei Dauid: Sunt hæc quidem synceri amici: sed nil nos iuuabũt. Aliquid excogitandũ est, vt inueniamus rationem nos liberandi ab his calamitatib⁹. *Vade ad filium meum, &c.* Ille paruit, D nec vllã abiecti animi cogitationem suscepit, nec quid ignauum dixit, vt pote: Quid si fuero deprehẽsus? Callidus Achitophel hoc fortasse deprehẽdet, & temere frustraq; illic peribo. Horũ nil reputãs, se in castra tyranni proripuit: vniuersæ rei cura in Deum coniecta. Hinc primũ disce, ne conturberis in rebus aduersis, cũ videas etiã iustis, id euenire. Ne numeris pro tempore, sed noris leges amicitiæ. Tertium, vt etiam pericula audeas adire pro virtute. Quartum, vt E etiam in rebus dubijs, & afflictis bona spe sis præditus, Dei auxilium expectans, &c. Chusi vtrasque partes dijudicabat, & illas quidem inuenit impotentes, & inualidas, has vero (Dauidis) firmas, & potentes. Ille enim (Absalom) iniuste faciebat, hic vero cum iusto seipsum seruabat. Cum ergo staret non vbi multitudo hominum, sed vbi erat virtutis præsidium, opem Dei ad se attraxit. Nos quoque, & si imbecilli a quorum parte stat ius, illorum partes tueamur: licet sint potentes qui faciunt iniuriam, societatem illorum fugiamus. Vitium enim, & si secum habeat vniuersum orbem terrarum, est omnium maxime imbecillum. Virtus autem, & si sola sit, est omnium potentissima. Habet F enim Deum secum stantem, &c.

1 adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei 2 a Chusai Arachites scissa veste, & terra † pleno capite. 3 Et dixit ei Dauid: Si veneris mecum, eris mihi oneri. 4 Si autem in ciuitatem reuertaris, & 5 dixeris Absalom seruus tuus sum rex, patere me viuere: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus; 6 dissipabis * consilium Achitophel. Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes, & omne verbum quodcunque audieris de domo regis, indicabis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus. Sunt enim cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar, & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Hierusalem, & Achitophel cum eo.

† super caput suum.

* mihi.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce occurrit ei. *Quia erat de Ciuitate Arach.*
2 Scissa veste. *In signum magnæ tristitiæ.*
3 Si vẽneris mecum. *Quia non erat vir bellator.*
4 Si autem in ciuitatem. *Quasi non curans de me.*
5 Et dixeris. *Videtur* ꝙ *Dauid hic peccauerit, inducendo eum ad mentiẽdum. Dicendum,* ꝙ *licet non sit aliqua necessitas excusandi Dauid, & Chusai de aliquo mendacio officioso, cũ ipse Dauid peius fecerit tunc, vt patebit cap. sequenti, potest tamen dici* ꝙ *non erat ibi mendacium. Ille enim seruit alicui, qui agit, & agere intẽdit ad bonum ipsius. bonum autẽ erat Absalom,* ꝙ *a suo intento pessimo frustraretur, & patri traderetur, maximè quia nolebat eum interficere, sed magis conseruare ad sui correctionem, vt patet ex his quæ habentur infra 18. cap.*
6 Dissipabis. *Id est, dissipare poteris per tuam sapientiam, & eloquentiam, sicut apparuit per effectum, vt habetur infra 17. cap. Cætera patent in litera.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. 15. vbi dicitur in postil. *Isti autem quadraginta anni varie computantur.*

Licet Dauid fuisset causa occasionalis occisionis sacerdotũ, nõ tamẽ culpabiliter ei attribuẽdũ est. tũ qa sacra scriptura nõ imponit ei hmõi culpã: tũ quia nõ debebat pſumere in Saule eẽ tantã malitiã, vt interficeret sacerdotes ꝑꝑ hospitalitatẽ Dauid q erat gener regis, & nõdũ publice ab eo eiectus, neq; damnatus: licet in occulto Saul cõcepisset rancorẽ de eo, quod latebat Achimelech, vt sup. 1. Reg. 21. Tũ qa ꝑuersitas ipsius Doeg nondũ erat ipsi Dauid nota: qa nihil legiť cõtigisse ante illud factũ in quo Dauid potuisset hoc pſumere de Doeg: nec ipse Doeg hoc reuelauit Sauli spõte, quasi ingerẽs se ad hoc: sed post instãtẽ inqſitionẽ ipsius Saul, vt patet supra 1. Reg. 22. Ex qb. vř, ꝙ hoc gestũ nullã hẽt cõtinuationẽ cũ facto Abimelech, sed nec rõnabiliter hẽt reſꝑctũ ad petitionẽ populi de rege instituẽdo, vt Ra. Sa. dicit. Tũ qa in hmõi petitione licet populus peccasset, nõ tñ Dauid, q ꝑ tũc erat innocẽs: tũ qa illa mala q Samuel ꝑdixerat populo eẽ vẽtura verisimiliter ex institutione regis, non sunt huic casui Absalom similia: sed oĩa pertinebãt ad malũ regimen regis, qui ad tyrannidẽ se inclinaret, quod nullo modo dicẽdũ est de Dauid, cuius regimen publicũ fuit a Deo approbatũ, vt c. seq. 18. Vnde cõputatio horũ quadraginta annorum melius videretur inchoari a prima vnctione ipsius Dauid in regẽ, de qua sup. 1. Reg 16. Quæ quidẽ vnctio in ordine tpis fuit post petitionẽ populi de institutione regis, & ante occisionẽ sacerdotũ ꝑdictã. Rõ aũt huius cõtinuationis talis est: Nã in prima ꝑdicta vnctione legitur: *Directus est spiritus Domini in Dauid a die illa, & deinceps,* qui quidẽ spiritus Dñi exponitur cõiter de spiritu fortitudinis, & cõstãtiæ, q post vnctionẽ viguerũt in Dauid: vnde ex tunc incepit Dauid in virtutibus florere, & ad magnos honores ascẽdere. & exinde cõtinuẽ fuit in cũctis ꝓsperẽ agẽs, & famosissimus in oĩb. actib. virtuosis, & in victorijs bellicis: adeo vt nõ solũ in Israel, sed in cęteris nationibus ꝑ gyrũ timereť, & in magna reuerẽtia habereť tanq̃ dñs pcipuus, & strenuus vir bellator, vt patet 1. Reg. 16. & 17. & 18. & 2. Reg. 5. & in q̃ plurimis alijs locis. Cuius tñ oppositũ vř ei contingere in ꝑsecutione Absalom, in qua prosperitas sua, & celebritas, seu claritas suę famæ fuit f multipliciter denigrata, cũ ille qui de fructu vẽtris sui egressus fuit, tã inuerecunde, & audacter illũ ꝑsecutus est vsq; ad eiectionẽ ꝑsonæ suæ de domo, & ciuitate regia, & deturpationẽ concubinarũ, & hmõi. Nec solũ hoc, sed et ꝑ vnũ simplicẽ hoĩem, s. semel fuit in facie blasphematus, & verbis, & factis grauiter iniuriatus, vt patet infra 16. cap. Merito igitur sacra historia accipit cõputationẽ huius ꝑsecutionis Absalõ a prima vnctione ipsius Dauid. Tũ quia opposita iuxta se posita magis elucescunt: tum ad ostendendum, ꝙ celeberrima prosperitas ipsius Dauid viguit cõtinue per quadraginta annos, dũ ipse Dauid recte ambulauit cũ Deo. & deinde incepit denigrari, seu debilitari per tale infortuniũ, quod sibi cõtigit ex ordinatione diuina propter peccatum cõmissum. Ex quo fideles pñt salubriter erudiri. *Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt,* ad Rom. 15. a. & vt intelligamus, ꝙ prosperitas ipsius Dauid cum ad culmen celsitudinis sublimatus fuit ex suo peccato, faciliter versa fuit in profundum, iuxta illud: *Eiecisti eos cum alleuiarentur.* Quod totũ ẽt in bonum spirituale ipsius Dauid redundauit, vt ipse dixit infra 16. cap. *Forte videbit Deus afflictionem meam, &c.* vnde iuxta sententiam Apostoli: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum:* ad Roman. 8. c. Nam secundum Doctores Deus tantum dat iustis de bonis, & malis temporalibus, quantum decet eorum saluti spirituali, prout in prima quæstio. vlt. art. vlt. in respondendo ad quæstionem.

REPLICA. In c. 15. vbi dř de 40. annis post quos Absalõ cõtra Dauid patrẽ suũ se erexit, postillator dicit, initiũ horũ 40. annorũ a diuersis varie cõputari. Nã B. Hierony. cõputet eos ab occisione sacerdotũ in Nobe, cuiꝰ necis Dauid cãm, & occasionẽ dedit, &c. Burgen. licet in ꝓlog. sui operis valde repre-

A reprehēdat postillatorē, q̄a aliqñ dicta sanctorum præcipue Sancti Tho. ex magnis causis declinauit, hic ipse sine rōne B. Hieron. ꝯdicit: asserēs q̄ pdicta occisio sacerdotū nō sit ipsi Dauid culpabiliter attribuēda, nec sacra scriptura vt dicit, im ponit ei hmōi culpā. Sed ecce Burgen. nō veret se opponere rotūdo textui, nō mirū igit̄, q̄ se opponat sācto Doctori. Dr̄ enim 1. Reg. 22. c. Cūq; Abiathar necē sacerdotū ipsi Dauid nūciasset. Rūdit Dauid, *Sciebā in illa die q̄ cum ibi esset Doeg Idumaus, procul dubio annūciaret Sauli, dicēdo: Ego sum reus oīum aīarum patris tui.* Et B. Hieron. dicit, & assumit̄ in glossa ordinaria. iō hic quadragesimus annus ponit̄, vt monstretur diuinā vltionē suscitari sup Dauid, eo q̄ Achimelech sacerdotē Dei fefellit, & tātæ cędis causa fuit. Nec pōt dici q̄ Dauid ex humilitate sit meritus, dicēs: *Ego sum reus.* Hæc & alia perpendant q̄ Burgen. deliramēta grandipēdūt. Illud aūt quod Burgen. quasi suā cōputationē subiūgit nō minus deliramentūm vr̄. Cōputat. n. illos quadraginta annos a prima vnctione Dauid vsq; ad rebellionē filij sui Absalō, vt opposita iuxta se posita magis moueant: vt puta quia Dauid ab illa vnctione 40. annis fuit in cōtinua pſperitate, & post cępit rebellio, de qua pſens

B sermo. Sed de opinione B. Hieron. Rabi. Salomo. Burg. & aliorū circa hāc cōputationē nō faciendo vim. Rō cōputationis Burgē. nihil vr̄ valere. Nā prima vnctio Dauid facta fuit primo anno regni Saul, ut uult B. Aug. 17. de ciuit. Dei, c. 7. &

D ponit̄ dictū eius in glossa 1. Reg. 15. sup uerbo: *Proiecit te Dn̄s ne sis rex.* Quadraginta autē annis regnauit, sicut & Dauid, ut dicit idē B. Aug. ibidē. Dauid aūt ꝑ tūc nullū ius in regno habuit, licet haberet ius ad regnū, nec habebat executionē pro tūc regię ptātis, ut dicit Burgē. sup. 1. Reg. 28. c. & tn̄ ut patet ex decursu primi libri Regū ꝑ totum, uiuēte Saul, & regnāte nulla fuerat ipsi Dauid securitas, neq; prosperitas, sed neque suis, nec ausus fuit q̄squā in regno Israel eū, aut suos recipere in domū suā, nec quicquā humanitatis exhibere. q̄a exul coactus est se trāsferre ad Achis regē Geth, ut patet 1. Regū 27. & 28. A prima igitur unctione Dauid usq; ad mortē Saul fluxerūt 39. anni, q̄bus fuit sub cōtinua fuga, & tribulatione. Nisi q̄s illā tribulationē pſperitatē dicere uoluerit, q̄a in bonū sui. pari modo, & rebellio Absalō dicenda erit pſperitas, q̄a in bonū, s. humiliationē Dauid, & cōsequenter exaltationē, ut ēt dicit Burgē. Vr̄ igit̄ manifestū deliramentū dicere, Dauid fuisse ī cōtinua pſperitate ante adeptū regnū, qñ fuit secūdo unctus. Nā talis modus loquēdi est oīum sanctorum Doctorū, q̄ dicūt Dauid tpe aduersitatis in uirtutib. creuisse, sed tempore prosperitatis turpiter peccasse, sicut patet per

E decursum secundi libri, & cæt. Reliqua usque ad finem libri secundi stant in difficultate uocali, &c.

CAP.

CAP. XVI.

a Cumque Dauid transisset. ✠ Theod. Nonnulli reprehendunt Dauidem, quòd aures præbuerit, iis quæ dicebat Sibas. Sępe dixi, quòd ꝓphetæ non cognoscebant omnia. Iste autem, & verbis vsus est probabilibus: nam & ipse venit ad diuinum Dauidem, quinetiam dona ei obtulit, suam ostendens beneuolentiam. Postea autem auditis iis quæ dixit Miphiboseth, vtrisque quidem distribuit possessionem: illius autem rursus eādem quam prius curam gessit. Et cum orta esset fames, & Gabaonitæ petiissent septem ex cognatis Saulis, non dedit Miphiboseth, sed impleuit pacta côuenta cum Ionathan.

✠ Procop. Forsitan animaduertit Dauid talē aliquam adolescentis imaginationē, & substantiā minuens animū ipsius deiecit, ne regnum affectaret. Sed cum bonus esset excusationē recepit. Aliàs enim illū qui aduersus dominum suum mendacium dixerat, quem punire potius debebat, nequaquam participem cum eo fecisset.

Quæst. 32. | † ficus siccæ | C | † incuruans se | † ficis siccis | F | 3. Reg. 2. b.

CAP. XVI.

a Cumque Dauid transisset paululū montis verticem, apparuit ei Siba puer Miphiboseth in occursum cū duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centū alligaturis vuę passę, & centū [a] massis palatarū, & vtre vini. Et dixit rex Sibæ. Quid sibi volunt hæc? Respondítq; Siba regi: Domine mi rex, asini domestici [a] regis vt sedeant, & panes [b] & palatæ ad vescendum pueris eius: vinum autem vt bibat si quis defecerit in deserto. Et ait rex: Vbi est filius domini tui? Responditque Siba Regi: Remansit in Hierusalem dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. Et ait rex Sibæ: Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixitq; Siba: † Oro vt inueniam gratiam coram te Domine mi rex. † Venit ergo rex Dauid vsque Bahurim. Et ecce egredie-

a ¶ Ficus palatas appellat, eo quod per massas premerentur inter duas tabulas, quas palas dicunt, a quibus palatæ vocantur.

a ¶ Sunt.

b ¶ Super eos filij regis.

Quid

NICOLAVS DE LYRA CAP. XVI.

Cumque Dauid. Hic cōsequēter ōndit̄ qualiter Absalō patrē suū fedauit igrediēdo ad eius vxores. Prēmittūtur tamē hic quatuor, quia primo Dauid a Siba decipitur. Secundo a Semei impetit̄, ibi: *Venit ergo.* Tertio Chusai ab Absalom recipit̄, ibi: *Absa. au.* Quarto Absalom ad vxorē pr̄is ingredit̄, ibi: *Dixit. aut. Abs.* Circa primū sciēdū, q̄ adulatores intēdētes magnates decipe cōsiderāt tp̄s, & locū, & alia ad hoc apta. Et hoc notat̄ cū dr̄: *Cūq;* q̄a iā erāt fatigati ex itinere, & tristitia.

2 *Apparuit*, quasi multum paratus ad succurrendum regi in tali necessitate. Vnde sequitur.

3 *Asini domestici*. i. si aliquis de domo tua fuerit ita fatigatus, quod non possit incedere, poterit super asinum sedere.

4 *Et Palatæ ad vescendum pueris.* Palatæ dicuntur ficus compressæ inter tabulas.

5 *Vbi est.* Habebat. n. eius curam propter Ionathæ amicitiā.

6 *Rñditq.* Iste Siba mētiebat̄, ut patet ex his, q̄ hn̄t infra 19. ca. quia Miphiboseth de fuga Dauid fuit ualde tristis, sicut apparebit ibi. Cogitabat. n. Siba q̄d Dauid pp sapiam suam, & bonā militiā finaliter obtineret uictoriā, & iō studebat hr̄ditatem dn̄i sui impetrare a Dauid, q̄d & factū est. Vn̄ subdit̄.

7 *Tua sint.* q̄d fuit malè, & pcipitāter, & iniustè dictum: tum q̄a iste Siba dixerat falsum: tum quia dato q̄ verū dixisset, tn̄ Miphiboseth dn̄s suus non erat condemnandus ante q̄ audiretur, vel ante q̄ veritas alio modo sufficienter declararetur.

8 *Venit ergo.* Hic consequenter Dauid a Semei impetitur verbis maledictis, & aliis iniuriis. Et hoc est quod dicitur.

9 *Et ecce.* infra 19. cap. dr̄ q̄ erat de domo Ioseph. Dicēdū ✠ quòd

---

MORALITER.

1 *Cumque.* Hic duo sunt notāda. Primū est cautela malitiosa Sibæ detractoris, qui considerans Dauid, & seruos eius in angustia positos, & fuga, & fame fatigatos, obtulit pauca respectiuè, vt per hoc mendaciter acquireret hæreditatem domini sui detrahendo sibi. Et consimiliter faciunt in curiis magnatorum cupidi, & auari. Secundum est periculum potentum in verbis talium detractorum: quia Dauid sanctus ex verbis, & dono licet modico huius adulatoris, & detractoris in tantum fuit deceptus, quòd sine verborum eius examinatione dedit ei hæreditatem Domini, dicens.

7 *Tua sint.* Propter quod principes, & prælati tales adulatores, & detractores multum debent abhorrere, & ne præcipitanter rem concedant alienam diligenter præcauere.

9 *Et ecce.* Per Semei q̄ maledicebat Dauid, & eum lapidibus † & terra

a *Quid mihi.* Solus Abisai dixerat: *Vadam,& am.* Et Dauid Abisai, & Ioab respondit: *Quid mihi.* Nunquid vultis interficere istum, sicut interfecistis Abner?

b *Dimittite.* Greg. Qui verborum contumelijs pressus virtutem patientię seruare nō potest, vel sufficit, factū Dauid ad memoriā reuocet, quē cum Semei conuitijs vrgeret, & armati proceres vlcisci contenderent ait, *Quid mihi, & vobis filii Saruiæ, &c.* Et paulo post. *Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, &c.* Quibus verbis indicat, quia pro peccato Bethsabee insurgentem cōtra se filium patеretur. Fugiensque reduxit ad animum malum quod fecit, & contumeliosa verba non tam conuitia, quàm adiutoria esse credidit, quibus se purgari sibique misereri posse iudicauit. Tunc enim illata conuitia bene toleramus, cùm in deserto mētis ad mala perpetrata recurrimus. leue quippe videbitur, quòd iniuria percutimur, dum conspicimus quæ pœnis meruimus: sicque fit, vt contumelijs gratia magis, quàm ira debeatur, quorum interuentu Deo iudice pœna grauior declinatur.

✻ Chrysostom. Dum fugeret magnus Dauid parricidæ filij tyrannidem, Semei obuiam factus, cespites, & lapides in eum proiecit, & conuiciatorijs verbis appetiuit. Sed solita philosophia vtens diuinus Dauid, non solum eū nō vltus est, sed etiam vnum ex ducibus prohibuit, dicens: *Sinite, &c.* Peccatum commissum reuocauit in memoriā, cōsiderans quod propter ipsum maledictis appeteretur, & puniretur, & regia expulsus, fuga cogeretur saluti consulere.

✻ Idem. Qui afflictiones ferunt grato, & patienti animo, non solum multa peccata delent, sed & non paruam apud Deum fiduciam, & loquendi libertatem obtinent.

Rabbanus. Angelomus. Li. 30. Moral. cap. 9. Rab. | † mortuus | * obsecro | † infra 19. d | † dixit | In Psal. 38. | In Psal. 141

batur vir inde de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera? procedebatq; egrediēs, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid. Omnis autē populus, & vniuersi bellatores a dextro, & a sinistro latere regis incedebāt. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi: † Egredere, egredere, vir sanguinum, & vir Belial, reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinē domus Saul; quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala tua; quoniam vir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruiæ regi; Quare maledicit canis hic † moriturus Domino meo regi? Vadam * & amputabo caput eius. Et ait rex; † Quid mihi, & vobis est filij Saruiæ? Dimittite eū, vt maledicat; Dominus enim † præcepit ei, vt malediceret Dauid, & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis; † Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam, quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bo-

a ¶ In Heb. non habetur: Dimittite vt maledicat, sed tantum maledicat. a ¶ Permittendo. ¶ Pœnitendo. a ¶ Quia iuste omnia fecerit. a ¶ Promerui enim.

✻ Theod. Sunt admiratione digna, & quæ aduersus Semei, & Abisai dicta sunt a Dauide. *Dimittite eum, &c.* Est iste lorū quidē Dei, & virga. Nō video lorum, sed video eum qui me flagro cædit. Meis iniquitatibus ascribo infirmitates. Nō tango virgā, ne eum irritem qui me percutit. Iste est ex cognatione Saulis, habet veterem in me maleuolētiā. Ego fero, & me contumelijs afficiētes, & cædem mihi molientes, vt ea ratione placem Dei iram.

✻ Ambrosius. Docuit iniuriarum, & periculorum tempora, tentationum certamina, examina probationum esse, & ideo non sine diuino ea irrogari solere iudicio. Exercetur bonus athleta con uicijs, exercetur laboribus, & periculis, vt dignus fit cui conferatur corona iustitiæ, & cæt. O altitudo prudentiæ? o insigne patientiæ? o deuorandę contumeliæ gran de inuentum? Moueris, inquit, Abisai quòd mihi maledicat extraneus, quem parricidio petit filius? Dominus dixit ei, & cæt. Non accusat Dominum quasi auctorem iniuriæ, sed magis laudat, quod patiatur nos minora perpeti, vt maiorum peccatorum veniam adipiscamur.

b *Dimittite eum, vt maledicat, & cæt.* ✻ Ambrosius. Si seruus conuicium dicat, iustus tacet. Et si infirmus contumeliam faciat, iustus tacet. Et si pauper criminetur, iustus non respondit. Hæc sunt iusti, vt tacendo, & cedendo vincat. Quid enim opus est moueri, cum audiuimus conuicia? Cur nō imitamur dicentem: *Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis?* An hoc dixit tantummodo, non etiam fecit. Nam cum ei cōuiciaretur Semei, tacebat: & quamuis septus armatis, nō retorquebat conuiciū, non vltionē quærebat, nec vindicare volentem permisit. Non mouebatur cū vir appellaretur sanguinis, qui erat conscius propriæ mansuetudinis. Melior est itaque

Quæst. 32. | Apolog. 1. pro Dauid cap. 6. | † De consecr. dist. 1. cap. 1. | Li. 6. Off. c. 5. & 6 | † infra 20. b | Psal. 38.

NICOLAVS DE LYRA.

quòd erat de domo Ioseph ex parte patris, scilicet de tribu Ephraim, sed ex parte matris erat de cognatione Saul, quia mulieres in hæreditate non succedentes poterant contrahere matrimonium cum viris alterius tribus, prout dictum fuit, Numeri 36.

1 Egredere, egredere vir sanguinum. *Id est, effusor multi sanguinis innoxii.*

2 Et vir Belial. *Id est, absque iugo disciplinæ, & legis diuinæ. Cætera patent vsque ibi:*

3 Quid mihi. *Ex hoc patet quod Ioab similiter Semei occidere volebat, & fratrem suum Abisai ad hoc incitabat.*

4 Dimittite eum, vt maledicat. *Quia eius maledictio est mihi materia ad exercitium patientiæ.*

5 Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Da. *Hic occurrit perplexitas: quia si Dominus præcepit ei, non peccauit hoc faciendo, sicut nec minister iudicis de præcepto eius malefactorem interficiēdo. Dauid autem peccauerat coram Deo, & dignus erat hac pœna, & maiori: vt patet ex supradictis 11. cap. Sed ad hoc sequitur, ꝙ Dauid peccauit iniungendo Salomoni eius interfectionem: ut habetur infra 3. lib. 3. cap. Cuius contrarium videtur scriptura innuere ibidem. Si autem dicatur, ꝙ Semei maledicendo Dauid peccauit, sequitur inconueniens, s. ꝙ Deus præceperit eum peccare, & sic fuit causa peccati per se, & directè, quod est impossibile. Dicendum ad hoc, ꝙ Dauid videns Semei solum, & inermem ita constanter, & intrepide sibi iniuriātem, & manifeste coram bellatoribus multis fortissimis, & audacissimis, & ad vindicandum regis iniuriam promptissimis, perpendit ꝙ hoc non proueniebat ab ipso Semei tantum, sed a Deo spiritualiter hoc agente, & hoc vocauit præceptum Dei. Et licet Semei in hoc peccauerit volūtate iniqua maledicens Dauid, non tamen propter hoc Deus fuit causa peccati, inquantum peccatum est. Ad cuius intellectum sciendū, quod ad peccatum plura cocurrunt, s. potentia qua peccatur quæ est liberum arbitriū, & motus liberi arbitrii in consensum, & ad impulsum potentiarū executiuarum, & totum istud est a Deo, qui est actor naturæ, & operationum eius. Est etiam ibi deformitas in actu quæ est quidam defectus ex quo actus habet rationem peccati, & huius Deus non est causa, sed defectibilitas liberi arbitrii, sicut in claudicatione quicquid est ibi ambulationis, seu motionis, reducitur in virtutem motiuam, sicut in causam. illud autem quod est ibi deformitatis, & defectus, reducitur in causam tibiæ curuitatis. Et sic patet quod Deus non est causa peccati, licet sit causa liberi arbitrii, & motionis ipsius. Sic igitur potest dici, ꝙ constantia, & audacia quæ fuit in Semei Dauid impetendo, & entitas illius actionis totum fuit a Deo: vt per hoc Dauid puniretur. Sed deformitas, seu defectus, s. quòd iniqua voluntate hoc fecerit, hoc non reducitur in Deum, sicut in causam, sed in liberi arbitrii defectibilitatem.*

6 Ecce filius, &c. *Hoc dicitur pro tanto, quia semen viri quod est principium generationis filii, est de superfluo alimenti, quod in vtero digeritur: & ad membra generatiua virtutis defertur. Cætera patent ex dictis.*

An Semei maledicendo Dauid peccauerit?

Absalom

MORALITER.

† & terra impetebat, significatur quicunque dans afflictionem iniuste: & sicut Semei ex hoc finaliter incurrit mortem corporalem, sic talis incurrit mortem culpæ, & finaliter nisi pœniteat, mortem gehennæ.

itaque qui contemnit iniuriam, quàm qui dolet. Qui enim contemnit, quasi non sentiat, ita despicit: qui autem dolet, quasi senserit torquetur.

L.1.Off.c.48. ✠ Idem. Sanctum Dauid in dilectione inimicorũ imparem Paulo nõ fuisse, edocere possumus. Qui primo cũ malediceret ei Semei tacebat, & humiliabatur: deinde expetebat maledici sibi, quia maledicto illo diuinam exquirebat misericordiam. Tertiò, etiã lapidantem, & sequentem illesum reliquit; quinetiam post victoriam petenti veniam, libenter ignouit.

L.2.de interpel.c.4. ✠ Idem. Bonum est conuicium conuicio nõ referre, ne & nos inter detrahẽtes adnumeremur. Si nobis aliq̃d obijciatur, dum nos purgare volumus, acerbamus: dum vlcisci cupimus, confitemur. Tacebat Dauid cum Semei malediceret: Iob ridebat: Paulus benedicebat, sicut ipse ait: *Maledicimur, & benedicimus.* Audierat dicentẽ. *Benedicite maledicentes vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Quod verbo dixit, exemplo ꝓbauit, dum in cruce positus, de persecutoribus, & conuiciantibus ait: *Pater ignosce illis, &c.* (Iob 19. 1.Cor.4. Matth.5. Luc.23.)

a *Semei autem.* Hic est Nabath pater Ieroboam, secundum Hebræos, qui filius Iemini dicitur, & in zelo domus Saul maledicit Dauid. Nomen vero auĩ eius Iemini fuit. Ipse Semei ex tribu Ephraim filij Ioseph extitit. vnde dicit ad Dauid: *Primus veni hodie de omni tribu Ioseph,* sed Semei, vt superius legitur de cognatione Saul fuit. Saul vero de Beniamin. In Esdra Semei filius Cis legitur, quia & Cis, & Gera vocabatur pater eius filius Iemini, id est, Beniamin hic legitur, sed de tribu Ioseph primus venisse dicitur: quia in tribu Ioseph habitauit. (Rabbanus. Angelomus. 1.Paral.27.d. sup.eo.c.b. 47.dist.§.necesse.)

b *Ad quem Absalom.* ✠ Hierony. In Hebræo legitur, *Hæc est misericordia tua ad amicum tuum?* Quod non affirmando, sed negando pronunciãdum est. Et est sensus: Misericordia est, aut dici debet, quod Dauid amicum tuum dimisisti, & cum eo non isti?

num pro maledictione hac* hodierna. Ambulabat itaque Dauid, & socij eius per viam cum eo. a Semei autem per † iugum montis ex latere contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersus eum, terramque spargens. Venit itaque Dauid rex, & vniuersus populus cum eo lassus, & † refocillati sunt ibi. 1 Absalom autem & † vniuersus populus eius ingressi sunt Ierusalem: sed & Achitophel cum eo. Cum autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum; † Salue rex, salue rex. b Ad quem Absalom: 2 Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum. Quare non iuisti cum amico tuo? 3 Respondit que Chusai ad Absalom: Nequaquam, 4 quia illius ero quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & vniuersus Israel, & cum eo manebo. Sed vt & hoc inferam: cui ego seruiturus sum? Nonne filio regis? Sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. 5 Dixit autem Absalom ad Achitophel: c † Inite consilium quid agere debeamus. d Et ait Achitophel ad Absalom: † Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, 6 vt cum audierit omnis Israel, quòd fœdaueris patrem tuum, † roborentur tecum manus eorum. † Tetenderunt igitur Absalom tabernaculum in solario. Ingressusque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. e 7 Consilium autẽ Achitophel quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret † Deum. Sic erat omne consilium Achitophel, & † cum esset cum Dauid, & cum esset cum Absalom.

a ¶ Vt fœdaret eos.

a ¶ In Heb. Misericordia. q.d. nullius misericordiæ videris: quia dimisisti amicum tuum.

c *Inite consilium quid agere debeamus.* ✠ Chrysost. Parricidæ furor non minuitur, non frenatur. Ardescit in peius, in maius accenditur. Cupit facinus conceptum festinanter implere, desiderat scelus dispositum instãtissimè perpetrare. Properanti ad nefas tarda sunt cuncta, festinanti ad facinus videntur remorari disposita. Cupit parricidium ante complere, quam gerat: festinat patrẽ ante intercipere quàm occidat. Sitit sanguinem patris, cruorem appetit genitoris, &c. (Hom. de Absalom. tom.)

d *Ingredere.* Concubinas Dauid Absalom polluit. Iudaicam plebem Scribæ quoque, & Pharisæi superstitionibus corrumpunt, sicque a vero Dauid alienam faciunt. (Angelomus. Rabbanus.)

✠ Ioseph. Achitophel suasit Absaloni, vt ad concubinas patris accederet, ex hoc enim populum sciturum crediturumq; dicebat, quia circa patrem nulla ei iam reconciliatio superesset: ob hoc cum multa fiducia aduersus eum omnis multitudo pugnaret: hactenus autem apertas inimicitias eos habere metuere, credentes posse patrem cum filio quoquo tempore concordari. (Lib.7.Antiq. cap.9.)

e *Achitophel.* Interpretatur ruina fratris. Iudas de ruina Christi agens, consilium dedit Iudæis aduersus Christũ, vterque suspendio interijt. (Rabbanus. Angelomus. Matth.26.a. Ibid.27.a.)

✠ Procop. Quomodo Dauid hoc consiliario vsus est? Certum est Achitophelem se rebus præsentibus accommodasse, & pro vtriusque ingenio, & moribus consilia dedisse: erga bonum malitiam celans, erga prauum autem ostendens. Festinabat autem ad tollendum Dauidem, metuens ne natura vtrumque conciliaret, & ipse proditionis pœnas daret. Nihilominus pœnam non effugit, sed cum filium in patrem armasset, sibijpsi manus attulit.

Marginalia: * a die; † latus; ex latere; † omnis; † requieuerũt; † Viuat rex, viuat rex; † manus omnium qui sunt tecum; † ipsi Dauidi, & etiam ipsi Absalom; † uerbum Dei.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Absalom autem, &c. *Hic consequenter Chusai ab Absalom recipitur. Et patet litera vsque ibi.*

2 Hæc est, inquit, gratia ad amicum tuum. *Scilicet ad Dauid, quasi dicat, non ostendisti te ei esse fidelem. hoc autem dicebat Absalom, vt exploraret mentem ipsius Chusai.*

3 Responditque Chusai ad Absalom: Nequaquam. *Scilicet debui ire cum Dauid.*

4 Quia il. &c. quem ele. Dom. *In hoc mentitus est Chusai, quia Absalom non erat a Deo electus, sed dixit hoc Chusai, vt Absalom eum reciperet citius, nec oportet eum excusari de mendacio officioso.*

5 Dixit autem Absa. ad Achito. *Hic vltimo Absalom ad vxores patris sui ingreditur de consilio Achitophel. Cuius causa subditur:*

6 Vt cum audierit omnis Israel, &c. *Perpenderat enim Achitophel quòd multi erant cum Absalom vacillantes, eò quòd timebant ne pater eius, & filius reconciliarentur, & sic fierent odiosi vtrique, eo quòd fuissent Absalom in malo, ex quo timebant postea grauiter puniri, & ideo ad remouendum hunc timorem, & vacillationem Achitophel consuluit Absalom, vt patenter fœdaret patrem suum cius vxores cognoscendo carnaliter: vt per tale vituperium ipsi Dauid illatum crederetur a populo dictam reconciliationem non posse fieri, & sic firmiter starent cum Absalom. Istud autem consilium licet fuerit ad malum finem ordinatum, tamen erat valde accommodum, ad finem intentum, Ideo subditur:*

7 Consilium. *Ista similitudo non tenet in omnibus, quia consilium Dei non potest ad malum ordinari, sed tenet quantum ad hoc quod consilium Dei est accommodum ad finem intentum. Dicunt autem aliqui quod Achitophel dedit hoc consilium, eo quod Bethsabee neptem suam Dauid polluerat per adulterium.*

CAP.

MORALITER.

† *Ingredere.* Per Absalom qui cognoscendo concubinas patris sui manifestè ipsum fœdauit, significatur quicunque subditus rebellis suo superiori, cuius famam studet denigrare per suspecta mulierum consortia, & alia mendacia, quæ in appellationibus contra superiores bonos solent poni. Per Achitophel autem qui dedit Absalom hoc consilium, significatur aduocatus qui causam promouet taliter appellantis, & sicut Achitophel suspendit seipsum, sic talis aduocatus sibi procurat inferni patibulum.

† Et

CAP. XVII.

A Dixit igitur Achitophel.

In Psal. 7.

✱ Chrysostomus. Proposito de bello consilio, cũ alii alia dicerent, an statim inuadere, an parum differre oporteret, Achitophel qui consilio plurimum ualebat, & in dicenda sententiã prudẽs erat, dixit. Afflictum nunc & perturbatum patrem tuum inuadamus. Nam si ei respirandi nullum tempus dederimus, ita eum de medio tollemus. Imparatum aggrediamur, et res citra laborẽ a nobis transigetur.

B

b *Cumque fugerit omnis populus, &c.*

✱ Hier. Sicut reuerti solent q̃ amisso in p̃lio rege reuertũtur: sic vniuersus populus Israel reuerteť ad te.

C

c *Vocate, & Chusai Arach. & cæt.*

✱ Chrys. Tyrannus facit Chusai consilii participem, quod non erat humanæ rõni consentaneum, vt eum qui recenter venerat tãto honore afficeret, & fide dignũ existimaret. Sed qñ Deus est ductor, et q̃ sunt difficilia, euadũt facilia. Quid vero Chusi? Nunquam errauit Achitophel, nosti uiri prudentiam. Nõ reprehendit statim eius sententiam, sed cum laude. Eum enim admiratus quod opportunum antea consilium dedisset, ita præsentem vituperat sententiam. Miror quod nunc errauerit, non. n. mihi videtur esse utile consilium *Tu nosti patrem tuum, &c.* Hæc autem dicebat, uolens Dauidi dare tẽpus, vt se parum recrearet, ac respiraret, & cogeret exercitũ.

In Psal. 7

D

CAP. XVII.

a Dixit igitur Achitophel ad Absalom. Eligam mihi duo[1] decim[2] milia virorum, & consurgens[3] persequar Dauid hac nocte, & irruens[4] super eum (quippe qui [a Præ timore.] lassus est, & solutis[5] manibus) † percutiam[6] eum. [A facie nostra.] b Cumque fugerit omnis populus qui cum eo est, [a Propter fugam sociorum.] percutiam regem † desolatum, & reducam[7] vniuersum populum, [a Idest concorditer.] [b Vnde Expedit vt vnus moriatur homo pro populo.] * quomodo † vnus homo reuerti solet. Vnum enim virum tu quæris, & omnis populus erit in pace. Placuitque[8] sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel. Ait[9] autem[10] Absalom. c Vocate, & Chusai Arachiten, & audiamus quid etiam ipse dicat. Cumque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum. Huiuscemodi sermonem locutus est Achitophel: facere debemus, an non? † Quod das consilium? Et dixit Chusai ad Absalom. Non[11] est bonum consilium quod dedit Achitophel hac vice. Et rursum intulit Chusai. Tu[12] nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. Sed[13] & pater tuus vir bellator est, nec † morabitur cum populo. Forsitan nunc latitat in foueis, [a Siue paruus, siue magnus.] aut in vno quo voluerit loco. Et cùm ceciderit vnus quilibet in principio, [a In nouitate regni tui.] [b Idest, auditum habuerit.] audiet quicunque audierit, & dicet: Facta est plaga d in populo, qui sequebatur Absalom: Et fortissimus quisque cuius

† ad te · † pernoctabit.

d *Et fortissim.* In Hebræo, Fortissimus ipse cuius ẽ cor quasi leo. pa. sol. subaudis nõ fortissimus iste Dauid intelligitur. Vnde. *Scit enim.*

Hiero. · † terrebo.

Isid. Secundũ allegoriã considerari oportet quod Absalom parricida patrem insequitur. Primo pater fugit de uictoria securus, & interitum parricidæ deplorabat, quem peritur ũ sciebat. Scribitur. n. fugisse Dauid a facie filii. Et de populo Hierusalem dicit dominus: *Filios enutriui, et exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Filius autem eius, populus Iudaicus, qui tradidit eum. Absalom autem patris pax interpretatur. Quod in historia mirum videtur, quomodo scilicet pax patris intelligatur, vel dicatur qui patrem persequitur. Sed Absalom Hierusalem significat, quæ visio pacis dicitur, a cuius facie fugit Christus quando eam deseruit, & ad gentes transijt.

Allego. In lib. 2. Reg. cap. 3. · † solum · † omnis · E · Esa. 1. a · F

☙ *Absalom*

NICOLAVS DE LYRA CAP. XVII.

Dixit igitur. *Hic consequenter ostenditur qualiter Absalom de morte patris sui tractauit. Et primo circa hoc consilium tractatur. Secundo huiusmodi tractatus ipsi Dauid renunciatur, ibi.* Et ait Chusai. *Circa primum præmittitur consilium Achitophel. Secundo ipsius Chusai, ibi.* Ait autem Absalom. *Circa primum dicitur.*

1 Dixit igitur. *volens absorbere Dauid ex causa prædicta.*

2 Eligam mihi. *Tot enim videbantur sufficere ad debellandum Dauid, & eius exercitum, qui erant fugitiui, & stupefacti de hoc quod acciderat.*

3 Et consurgens per se. *Antequam possit aliquod fortalitium intrare, & ibidem populum sibi fauentem recolligere.*

4 Et irruens super eum. *idest ex itinere fatigatum.*

5 Et solutis, *idest, destitutis uiribus.*

6 Percutiam eum. *Tanquam facilem ad debellandum.*

7 Et reducam vniuersum. *Ad obediendum tibi.*

8 Et omnis. *idest, eo interfecto omnes obedient tibi pacificè.*

9 Placuitque sermo eius. *Tanquam valdè accommodus ad finem intentum, licet malum.*

10 Ait autem Absalom. *Hic consequenter ponitur consilium ipsius Chusai. Et primo dissipat Achitophel consilium. Secundo dat suũ ibi.* Sed hoc mihi rectum uidetur esse eonsilium. *Circa primum dicit sic,*

11 Non est. *q.d. licet sit sapiens homo, & consuetus dare bona consilia, tamen defecit ista vice. Hoc autem dixit Chusai. ne videretur contra Achitophel inuidia moueri, & ideo licet de sapientia eum commendauerit generaliter, non tamen in hoc facto, secundum illud.* Quandoque bonus dormitat Homerus. *Rationem autem huius defectus ostendit ex tribus rationibus. Prima accipitur ex fortitudine Dauid, & voluntate se vindicandi, & similiter aliorum qui cum eo erant quod notatur, cum dicitur.*

12 Tu nosti. *q.d. periculosum est inuadere eum, & maxime modo, quia ex amaritudine animi ponet totum pro toto ad se vindicandum. Secunda ratio accipitur ex prudentia bellica, quæ erat in Dauid ex multis experimentis, hoc notatur cum dicitur.*

13 Sed & pater. *Modus enim est ducum exercitus, qui timent inuadere personaliter, quod de nocte quiescentibus aliis se cum paucis solent absentare, maxime quãdo timẽt a suis tradi. quia dicebat Chusai ipsum Dauid de hoc probabiliter timere, vt tradentes eum haberẽt gratiam Absalom. q.d. Chusai sic faciet pater tuus. Et ideo si percutiatur totus eius populus, non habebis intentum, quia non morabitur cum eis in castris, sed alibi, vt poterit ad eum posteà populus aggregari. Tertia ratio accipitur ex parte virorum Absalom, quia communiter in talibus inuasionibus cadunt aliqui de inuadentibus, & ex festuca fit trabs, quia ex modica pcussione fit rumor magnæ occisionis, & sic expauescunt insequentes, & dissoluunt, & fugiunt. Et hæc ratio notatur, cum dicitur.* Et cum ceciderit unus quilibet in principio, & cætera.

MORALITER.

† *Et dixit.* Per Chusai qui interpretatur silentium, vel arcanum, significari põt quilibet homo deuotus qui in abscondito orat Deum, & talis per orationis suæ meritum frequẽter dissipat consilium malignorum, quod ordinatum fuerat ad destructionem bonorum.

Ionathan

a Absalom. Alii Absalom Iudam traditorem accipiunt, quē Christus pertulit tanquam eius cogitationes ignorauerit, & conuiuium participauit ei, in quo corporis, & sanguinis figuram discipulis commendauit. In ipsa vero traditione ab ipso osculum accepit. ideo Absalom pax pacis dicitur, quia pacem pater habuit, quam ille non habuit.

b *Achitophel.* Qui recedēs a Dauid ad Absalom migrauit, hæreticos significat qui relinquunt veritatem, & sequuntur errorem. Interpretatur Achitophel, frater meus cadens. Silonites vero transmigratus, contra quos dicitur. *In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, &c.* Et merito tales laqueo diaboli malitiæ suæ vitam finiunt, qui alienam prauis persuasionibus corrumpunt, sicut Achitophel in propria domo suspendio interijt, qui in aliena vitæ Dauid insidiatus est. *Qui enim fodit foueam incidit in eam. Et insidiis suis capientur iniqui.*

✠ PROCOP. Scriptura docuit quemadmodum Deus fecerit cum Chusi. Bonum autem consilium appellat, quod tyrannidi expediebat. Quapropter Dauid dixit in Psalm. *Ecce parturit iniquitatem, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & incidet in foueam quam fecit.*

c *Chusai.* Arachites antiquus amicus Dauid, significat credentes de gentibus; qui licet cum Absalom aliquando fuisse visi sunt, tamen operibus eius non communicantes, nec prauis suggestionib. Achitophel consentientes, cum Dauid fideliter permanserunt. Interpretatur Chusai, Aethiops, Arachites lōgitudo mea. vnde: *vertit Aethiops pellem suam.* Et alibi. *Aethiopia præueniet, vel festinet manus eius dare Deo,* quia Gentilis populus postquam se in nigredine peccatorum exuit, nunquā a tergo dñi recessit. Quod autē Absalom concubinas Dauid ad custodiendam domum dimissas stuprando corrupit, significat quod apostata Angelus quosdā qui videntur regere, & custodire populum Dei, hæretica prauitate seducit. Ad quas tamen Dauid vltra non ingreditur, sed in custodia positis alimenta præbet, quæ in viduitate viuentes clausæ sūt vsque ad diem mortis suæ: quia cum hæretici a via veritatis aberrantes redire se simulant, non sunt digni cohabitatione Christi, sed clausi, & separati a consortio eius debent alienari. Ille tamen, qui *Solem facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos,* non renuit talibus pastum in hoc mundo præbere, vt conuertantur beneficiorum occasione.

d *Ionathan autem.*

✠ AMBROSIVS. In mendacijs officiosis nō solum iniusti, sed & iusti sæpe delabuntur. Et propter hoc Psal. mihi dixisse videtur, *Omnis homo mendax.* Nonne melius fuit obstetricibus Aegyptiorum pro mendacio pueros Hebræorum reseruare, quam vera dicendo, tot homicidia perpetrare? Raab pro mendacio quo exploratores Iosue a persecutoribus liberauerat, cum tota cognatione a mortis periculo liberata, a Beato Paulo Apostolo pro hoc facto laudatur. Exploratores missi a Dauide fugientes, ingressi sunt domum cuiusdam viri, absconditi in puteo, posito desuper operimento. Persecutoribus requirentibus mulier respondit. Transierunt statim gustata paululum aqua. Verum dicendo potuisset perdere, quos mentiendo seruauit. Talium itaque mendaciorum maculæ, a charitate ex qua procedunt, delentur: quia *charitas operit multitudinē pctōrum.*

RABA. Quod autem Ionathan qui interpretatur columbę donum, & Achimaas frater eius ad explorandum factum

Marginal references: Mar. 14. c. — Ibidem e. — Rabbanus. — Psal. 10. — Prou. 25. d. — Ibid. 11. a. — Rabbanus. — Hier. 13. d. — Psalm. 97. — Matth. 5. g. — In cap. 11. Apocal. — Iosu. 2. — Psal. 115. — Exod. 1. — Hebr. 11. — 1. Pet. 4. — Angelomus.

cor est quasi leonis, pauore soluetur. Scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes, qui cum eo sunt. [1] Sed hoc mihi rectum videtur esse consilium. [2] Congregetur ad te vniuersus Israel a Dan[a] vsque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis, & [3] tu eris in medio eorum, & irruemus super eum, in quocunque loco inuentus fuerit, & [4] †operiemus eum sicut cadere solet ros super terram, & non relinquemus de viris qui cum eo sunt ne vnū quidem. [5] Quod si vrbem aliquam fuerit ingressus, [6] circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem,[a] vt non reperiatur, nec calculus[b] quidem ex ea. [7] Dixitque Absalom, & omnes viri Israel, Melius est consilium Chusai Arachitę consilio Achitophel. [8] †Domini autem † nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus super Absalom malum, & videretur consilium Chusai bonum coram Absalom. [9] Et ait Chusai Sadoc & Abiathar Sacerdotibus. Hoc & hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom, & senioribus Israel, & ego tale, & tale dedi consilium. [10] Nunc ergo mittite citò, & nuntiate Dauid, dicentes. [11] Ne moreris hac nocte in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredere, ne fortè absorbeatur rex, & omnis populus, qui cum eo est. [12] Ionathan autem & Achimaas stabant iuxta fontem Rogel.[a] [13] Abiit ancilla, & nuntiauit eis, & illi profecti sunt, vt referrent ad Regem Dauid nuntium. [14] Non enim poterant videri introire ciuitatem. Vidit autem eos quidam puer,[a]

Interlinear glosses: a Duo termini terræ promissionis. — a Hyperbole. — b Paruulus lapis. — a Quasi pannos lauatura. — a Filius eiusdem ancillæ, vt dicitur.

Marginal: † castrametabimur aduersus. — † lapis — † sup. 15. g. — † præcepto

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed hoc mihi rectum videtur. *Hic consequenter Chusai dat suum consilium, dicens.*

2 Congregetur ad te vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee, & cætera. *idest, in tanta multitudine, quod nullus possit tibi resistere.*

3 Et tu eris in medio eorum, *sicut rex potentissimus, & gloriosissimus, & sic attribuetur tibi victoria de Dauid, & non Achitophel, vel cuicunque alteri ad hoc misso.*

4 Et operiemus. *idest, in tanta multitudine quod non poterit se protegere.*

5 Quod si vrbem aliquam fuerit ingressus, & cætera. *te fugiendo.*

6 Circundabit omnis Israel ciuitati illi. *Loquitur Metaphoricè, & est sensus, ita destruemus totam illam ciuitatem quod non erit aliqua resistentia. Vnde: in Hebræo habetur.* Circundabit omnis Israel ciuitati illi societates, *scilicet armatorum ad totum populum destruendum.*

7 Dixitque Absalom. *itaque dissipatum fuit consilium Achitophel. Cuius causa subditur.*

8 Domini autem. *quia Dominus humiliationem Dauid, & eius patientiam respexerat oculo misericordiæ, & Absalom reddere volebat pœnam suæ malitiæ. Totam autem prædictam concionem narrauit Chusai, vt Dauid haberet tempus se recolligendi in aliquo fortalitio, & congregandi populum sibi deuotum, & ordinandi cum ad pugnandum contra Absalom.*

9 Et ait Chusai Sadoc, &c. *Hic consequenter tractatus consilij prædicti renuntiatur ipsi Dauid. Et primo describitur huius consilii renunciatio. Secundò ipsius Achitophel digna punitio, ibi.* Porrò Achitophel. *Tertio pugnæ contra Dauid præparatio, ibi.* Dauid autem. *Sententia primæ partis patet usque ibi.*

10 Et nuntiate Dauid. *Hoc autem dixit Chusai, timens ne in eius absentia Achitophel suaderet Absalom executionem sui consilii. Vnde ubi translatio nostra habet.*

11 Ne forte. *idest, Dauid. In Hebræo habetur.* Ne consulatur regi. *scilicet Absalom, quod faciat consilium Achitophel, & sic inueniretur Dauid, & eius exercitus lassus, & fatigatus, & sic de facili posset capi rationibus prædictis in consilio Achitophel.*

12 Ionathan. *Expectantes extra ciuitatem rumores de domo Absalom.*

13 Abiit an. *Ad hoc enim fuit missa, vt magis lateret negotium, quia ibat quasi ad lauandum pannos ibidem.*

14 Non. n. poterant videri introire ciuitatem. Vidit autem eos quidam. *Iam. n. sciebat Absalom quod erant coniuncti ipsi Dauid, & ideo iussisset interfici.*

✠ Qui

❧ ctum Absalom, & Dauid renunciandum decreti fugientes Absalom declinauerunt in domum cuiusdam Bahurim qui habebat puteum in vestibulo,& descenderunt in eum, &c. non sine mysterio credendum est. Significant enim hi duo eos,qui per gratiam spiritus sancti sunt renati,& in numero fratrum sunt ascripti, qui credentes ad Absalom fugiunt, cum malignos spiritus euadere quærunt. Hi stant iuxta fontem Rogel, qui interpretatur tristis,uel deorsum, cum luctum, & despectum in mundo appetunt propter celestis regni desideriū. Declināt in domum viri in Bahurim, qui locus interpretatur, electus, vel viuens,cum adolescentiæ tēpora in memoriam reducunt. Descendunt in puteum, qui erat in vestibulo cum pœnitentiæ se humiliter subiiciunt, quæ cunctis necessaria est ante finem præsentis vitæ. Expandit mulier velamen super os putei, cum ecclesia precū assiduitate delicta iuuentutis, & ignorantiæ filiorum abscondit, quasi siccans ptisanas, cum carnis lasciuiam per continentiæ rigorem stringit, & sic rei latet transgressio,i.humanæ uitæ,quia per assiduitatem precū in compunctione lachrymarum, & per castigationem corporis omnia delicta absconduntur, & homines a persecutione hostis protecti liberabuntur.

a *Dauid autem venit in castra, & cætera.*

✻ Iosephus Dauid transiens Iordanem,venit in castra optima, & munitissimam ciuitatem, susceperuntque eum libentissimè primores prouinciæ, & fugam illius referentes, & honorem ei pristinę fęlicitatis exhibentes. (L.7. Antiqu. cap.9.)

✻ CHRYSOSTO. (In psal.3) Quoniā Dauid mulierem, quæ erat in mariti potestate,tanquam alienum regnū occupauerat, propterea qui ex vxore natus ei erat filius, insurrexit tyrannus volens arripere regnū patris. Vi rapuit,& vim passus est, & qui clanculum peccauerat, de eo palam triumphus actus ē, & qui erat occulto vulneratus, chirurgi manum coram omnib. passus est, propter Deum qui dixerat. *Tu fecisti absconditè, ego autem faciam in aperto.* Cū ergo didicerimus,& domestica,& intestina,& seruilia bella & morbos etiam corporis sæpe fieri propter peccatum,peccatum fontem malorum reprimamus.

& indicauit Absalom. Illi vero concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & [1] descenderunt in eum. Tulit autem mulier,& expandit velamen † super os putei [a] quasi siccans ptisanas,& sic latuit res. Cumque venissent [2] serui Absalom in domum ad mulierem,dixerunt. Vbi est Achimaas,& Ionathan? Et respondit eis mulier. Transiuerunt festinanter gustata paululum aquæ. † At hi qui quærebant, cum non reperissent, reuersi sunt [3] in Hierusalem. Cumque abissent,ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid, atque dixerunt. Surgite, & transite citò fluuium, quoniam huiuscemodi dedit consilium contra vos Achitophel. Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem donec dilucesceret, antequam denudaretur verbum, & ne vnusquidem residuus fuit: qui non transisset fluuium, Porrò Achitophel videns quod non fuisset factum consilium suum, [4] [5] strauit asinum suum, surrexitque & abiit in domum suam, & in ciuitatem suam. [a] Et † disposita domo sua suspendio interiit, & sepultus est [6] [7] in sepulchro patris sui. Dauid autem venit in castra, [a] & Absalom transiuit [8] [9] Iordanem, ipse & omnes viri Israël cum eo. Amasam vero constituit [10] Absalom pro Ioab super exercitum. Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Ietra de Iezraeli, qui ingressus est ad Abigail [11] filiam [a] Naas sororem Saruiæ, quæ fuit mater Ioab. Et † castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad. Cumque venisset Dauid in [12]

a Hordeum siccatum pila tusum decorticatum,inde fit cibus aptus carenti dentibus,hoc est ptisana.

a Iosephus dicit hoc ipsum fecisse potius ex magnanimitate quam ex pusillanimitate.

a Hebraice Manaim,vbi scilicet angeli obuiauerunt Iacob.

a Qui & Isai,& ledde dicitur,vt ferunt Iudæi.

† expandens super illud frumenta contusa.

† uadum aquæ vel a qua hāc

† datis præceptis familiæ suæ

† in uenissent

† Mahanaim

❧ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui habebat. *Id est, in curia sua, seu atrio.*

2 Quasi sic. *Id est, hordeum decorticatum.*

3 Transierunt fe. *In Hebræo habetur,* Transierunt riuum aquarum. *quod exponunt Hebræi de Iordane qui dicitur riuus aquarum, eò quòd riui fontium illius terræ descendunt in eo, sicut in fluuio principali. Est igitur sensus,* Transierunt flumina aquarum. *id est,iam sunt ita elongati, quòd transierunt Iordanem, propter quod nunc Absalom desperati reuersi sunt in Hierusalem. Cætera patent.*

4 Porrò. *Hic consequenter ponitur ipsius Achitophel digna punitio;quia propter nimiam iniquitatem suam permissus est à Deo interficere seipsum. Et hoc est quod dicitur:*

5 Videns. *De hoc fuit valde indignatus,eò quòd consilium Chusai approbatum fuerat, & suum reprobatum.*

6 Et disposita domo sua. *Quia filiis suis diuisit bona sua.*

7 Suspendio. *Per seipsum,quod fecit non solum propter indignationem prædictam, sed etiam quia stultitiam Absalom, & populi qui erat cum eo percipiebat, & ex hoc firmiter timebat, quod Dauid præualeret, & in regnum rediret, propter quod timebat ab eo occidi morte turpi, & dolorosa, ideo voluit magis præuenire mortem suam per aliam viam.*

8 Dauid autem. *Hic consequenter describitur belli præparatio, quia Dauid transito Iordane venit ad quendam locum fortiter munitum, propter quod vocabatur Manaym, id est, castra: quia Iacob ibi obuiauit Angelus, vt habetur Genes.33. Et ibi Dauid populum ad se venientem recollegit, & ipsum ordinauit ad resistendum Absalom, vt plenius habetur infra.*

9 Et Absalom. *Vt caperet Dauid, confidens de multitudine populi cum eo existentis.*

10 Amasam verò constituit. *Ex quo patet, quòd proponebat Ioab occidere cum Dauid, quod patet ex hoc quod sequitur de patre eius.*

11 Qui ingres. *Id est, Isai patris Dauid, qui vocatus est Iesse Isai, & Naas.* (Pater Dauid trinomi⁹ fuit.)

12 Cumque. *Hic reuertitur scriptura ad ostendendum qualiter Dauid fuit ibi receptus, cum dicitur:*

Sobi

MORALITER.

† *Ionathan.* Per Ionathan autem, & eius socium qui denunciauerunt Dauid, Achitophel, & Chusai consilium ad præmonitionem ipsius Dauid, & virorum suorum, significantur consolationes Spiritussancti datæ diuinitus afflictis iniustè per orationes hominum deuotorum. Et interpretatio nominis ad hoc congruit, quia Ionathas columbæ donum interpretatur: per quam Spiritussanctus significatur.

12 *Cumque venisset.* Per istos qui Dauid, & viris eius famē, & labore afflictis ministrauerunt charitatiuè necessaria, significantur illi, qui afflictis iniustè, consolationes, consilia, & auxilia subministrant.

A

a Filius. s. Naas regis cum quo pugnauit Saul. Naas quoque fecit misericordiam cum Dauid, quando fugiebat a facie Saulis. Interempto vero a Dauid Anon qui seruos eius deturpauerat, constitutus est ab eodem Dauid in loco fratris iste Sobi.

castra, Sobi[a] filius Naas de Rabath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Berzelli Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei † stratoria[a], & tapetia, & vasa fictilia, frumentum, & hordeum, & farinam, & polentam[a], & fabam, & lentem, & † frixum[b] oleo cicer, & mel, & butyrum, oues, & † pingues vitulos: dederuntque Dauid & populo qui cum eo erat, ad vescendum. Suspicati enim sunt populum fame, & siti fatigari in deserto.

a Lectorum.

a Puram farinam.

a Genus leguminis.

b Decoctum, vel nouum.

a Christus postquam Iudæos reliquit, spiritualibus honoratur muneribus apud gentes.

† lectum, & crateres, uel peluès.

D † sartostum in fornace.

† caseos vaccinos.

NICOLAVS DE LYRA.

B 1 Sobi filius Naas, & cætera. *Iste Naas fuit Rex Ammon, qui fecit Dauid misericordiam, vt dictum est supra 10. cap. Cuius filius Anon deturpauit nuntios Dauid, propter quod fuit ab eo interfectus, & Sobi frater eius pro eo rex constitutus, quia illud vituperium non fuit factum per ipsum, & quia tunc Dauid misericorditer egit cum eo, ideo vice versa ipse Dauid fugienti præbuit auxilium contra Absalom, & necessaria prout potuit, ministrauit. Et similiter Ammihel, & Berzellai.*

2 Stratoria, & tapetia, *id est, necessaria pro lectis. Cætera patent.* E

ADDITIO I.

In cap. 17. vbi dicitur in postill. *Circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, &c.* loquitur metaphoricè.

C Imo in Hebræo habetur propriè funes sicut in translatione nostra, & est intelligendum metaphoricè, quasi dicat, sic attrahemus illam ciuitatem vsque ad torrentem, ac si esset aliqua res mobilis quæ per funes posset attrahi, & cæter.

ADDITIO II.

In eodem cap. 17. vbi dicitur in postill. *Ne consulatur regi.* Absalom, &c.

Imo in Heb. habetur. *Ne absorbeatur regi.* expressè, &c. F

CAP. XVIII.

L. 7. Antiqu. cap. 10.

Igitur consideratò. IOSEPHVS.[a] Cumque numerasset Dauid eos qui secum erant & inuenisset vsque ad quatuor milia armatorum, noluit expectare quando super eum Absalom veniret, & cæ. Cumq; vellet ad bellum simul exire, amici non permiserunt, dicentes. Si cum eo deuincerentur, omnem spem amitterent, si vero vna parte victa, ad eum reliqui remearent, posset denuò prælium reparari, quando etiam hostes arbitrarentur alium exercitum manere cum rege. Theod.

CAP. XVIII.

Igitur † consideratò Dauid populo suo,[1] constituit super eos tribunos,[2] & centuriones,[3] & dedit populi tertiam partem[4] sub manu Ioab, & tertiam sub manu Abisai filii Saruiæ fratris Ioab, & tertiam sub manu Ethai[a], qui erat de Geth. Dixitque Rex ad populum:

Super mille.

a Iste filius illius Achis putatur cum quo Dauid amicitiam habuit

† numerato

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVIII.

1 Igitur consideratò. *Hic consequenter ostenditur qualiter Absalom Dei iudicio in bello interijt. Et primò ex parte Dauid describitur ordinatio populi. Secundò congressio belli, ibi:* Itaque ingressus. *Tertiò denunciatio facti, ibi:* Achimaas autem. *Quartò lamentatio filii, ibi:* Contristatus itaque. *Circa primum sciendum, quòd secundum Vegetium libro de re militari, Pauci bene ordinati, & constantes sunt dispositi ad victoriam: multitudo verò inordinata non est nisi victima parata ad cædem. propter hoc Dauid expertus in rebus bellicis populum suum qui paruus erat comparatiuè diligenter ordinauit. Et hoc est quod dicitur:*

2 Constituit su. *Quorum quilibet præerat mille bellatoribus.*

3 Et Centuriones, &c. *Præsidentes centum.*

4 Et dedit populi. *Quia de toto populo fecit tres acies.*

Egrediar

MORALITER.

1 *Igitur consideratò Dauid populo, &c.* Moraliter per Dauid, qui manu fortis interpretatur, significatur homo virtuosus, qui contra vitia fortiter præliatur, de quo prælio dicit Seneca, Habeto pacem cum hominibus, & cum vitijs bellum. Igitur virtuosus disponit exercitum suum, scilicet congeriem actuum bonorum in tres partes, sicut Dauid suum exercitum disposuit. Prima pars est interiorum meditationum respectu Dei. Secunda pars consistit in actibus charitatis respectu proximi per eleemosynas corporales, & spirituales. Corporales continentur in hoc versu.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Qui sic intelligitur. Visito infirmum, poto sitientem, cibo famelicum, redimo captiuum, tego nudum, colligo hospitem, condo, id est, sepelio mortuum. Istæ sunt septem eleemosynæ corporales. Spirituales autem eleemosynæ continentur in hoc versu.

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora.

Qui sic intelligitur. Consule, sub quo verbo intelligitur consilium, & doctrina: ideo sic accipitur, consule dubitanti, & doce ignorantem: & sunt duæ eleemosynæ spirituales, castiga delinquentes, remitte offensam, solare, id est, consolare tristem. fer, id est, supporta infirmum, scilicet in moribus. ora, pro omnibus, & sic sunt septem eleemosynæ spirituales. Tertia pars exercitus virtuosi est gestuum, & verborum modestia respectu sui. Per istas tres partes, seu acies debellantur exercitus vitiorum. Princeps autem exercitus istius est superbia, sicut dicitur Ecclesi. 10. b. *Initium omnis peccati superbia.* Superbus aût excellẽter dici potest superbia in abstracto, sicut excellenter liberalis dicitur liberalitas: & talis superbus per Absalom figuratur, qui ex nimia superbia contra patrem rebellauit, & contra ipsum, tanquam princeps mouit exercitum.

Mulus

† Egrediar & ego vobiscum. Et respondit populus: Non exibis. Siue enim fugerimus, non † magnopere ad eos de nobis pertinebit, siue media pars ceciderit è nobis ¶ solus. non satis curabunt, † quia tu vnus pro decem milibus cõputaris. Melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio. Ad quos rex ait. Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam. Egrediebaturque populus per turmas suas cẽteni & milleni. Et præcepit rex *Ioab & Abisaï & Ethai, dicẽs: † Seruate mihi puerum[a] Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom. Itaque egressus est populus in campum contra Israel. Et factum est prælium in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu David, factaque est plaga magna in die illa viginti milium. Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multo plures erãt quos saltus[a] consumpserat de populo, quam hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid

a ¶ Non ætate, sed paruitate sensus.

a ¶ Bestiæ scilicet, quæ in saltu erant, vel ipse saltus asperitate.

A * Theod. Regem volentem esse belli sociũ, prohibuit dux exercitus, & veritus ne ei aliquid accideret. (Erat. n. verisimile aduersus eum solum processuros maleuolos,) & anxius ne si vicisset, misereretur tyranni.

Quæst. 34.

* Procop. Tu solus infinitis partibus nobis omnibus, excellis. Hoc etiã Symmachus ostendit dicẽs. Et tu vt decem milia nostrum.

* R. Dauid. Quasi decem milia virorum nobiscum essent, tã bonum iudicamus, si tu propter nos manseris in ciuitate, & hinc nobis auxilieris.

† ponent sup nos cor. Heb. pro non curabunt.

a Seruate mihi puerum Absa. &c.

* Chrysost. Bellum instruebatur, belli s omnibus quæ vnquã contigerunt peregrinius, significationi quam veritati similius. Eum enim qui causa fuerat malorum omnium, & quo mortuo aduersa omnia finiebãtur, hunc ducibus suis tota cura Dauid commendabat, ista illis iugiter replicans: Parcite filio meo Absalom. Quid ea miseratione miserabilius? Suscipere bellum cogebatur, in quo & vincere & vinci çque illi molestum erat.

Lib. 3. de prouid. Dei.

B † quiete propter me puero, sub. habetote vos

* Ambros. Christo lucebat propheta, cum de eo qui patris salutem parricidalibus prælijs appetebat, pius pater diceret ad prælium profecturis: Parcite filio meo Absalom. Tacebat impietatis scelus, pietatis aũt gsadũ & nomẽ necessitudinis præferebat, vt pugnaturi nõ aduersarium regis, sed filium cogitãtes, dolorem læsæ pietatis inhiberent.

In psal. 118. octon. 14.

* Idem. Augebat incrementa pietatis, qui & insidiatori pepercit, & parricidæ salutem rogauit.

Lib. de fuga seculi cap. 4.

* Idem. Securus erat uictoriæ, qui rogabat ut parceret, nec pietatis alicuius, qui perire deberet, etiam impium filium non putabat.

Apolog. 1. pro Dauid cap. 1.

* Chrysost. Disponitur propere bellum, acies dirigitur, pugna parat, cognatæ classes in semet ardescũt. Inde parricida exercitum ꝯ patrem inflammat, huic Dauid, ut parcãt filio, abeuntes duces exorat. Inde dementia cõtra genitorẽ exurgit: hinc clemẽtia, ut parricidæ parcat, exposcit. Inde furor, hinc pietas operatur. Parricida nõ lesus insanit: Dauid lęditur & mitescit. Parricida nec rõne frangit, nec imminenti interitu deterret. Obduratur in pęnam, in suppliciũ cogitur, nec salutẽ in aliquo iã meretur, qui patrem salute spoliare nititur. Respice scelestissime, respice parricida, in te cuncta conuerti, respice contra te ab ipsa natura repugnari; &c.

Hom. de Absal. persequẽtem patrem. tom. 1.

C * Idem. Vbi iam solatiũ patres, vbi pręsidium inuenient, si filios senserint parricidas? Aut qñ externa tuta sunt, si domestica obsistunt? Innocentem perimere, ne fas est: patrẽ occidere, scelus: prophetam iugulare, facinus inauditum. Cessa iã ab isto scelere, cessa, cessa inquam, ne te boni oẽs semper exhorreant, ne audaces ex te, quod non nouerant discant, &c. D

* Idem. Vos, vos inquam, exercitus infęlices admoneo, vos affectu pietatis exhortor. Cur in alienum facinus ruitis? Cur furentis insaniam adiuuatis? Si deserítis, cessabit: qui ut auderet, uester numerus prouocauit. Solus pereat, qui naturę iura debellat. Solus cõcidat, qui pietatem patris impugnat.

† infrà 21. d.

b Cæsus est populus Israel, &c.

Ibidem.

† nunc autẽ.

* Chrysosto. Commisso bello, prosternuntur hostes, aduersarij cadũt, inimici vincuntur, nudatur hostis, deserit patricida: iam suam in suis conspicit pœnam: iam supplicium debitum sibi, suorum interitu recognoscit timet, iam formidat, iam proprium meditatur interitum. Denique animal * petit, mulum conscendit, dat se in fugam præcipitem. Paratam properè festinat ad arborem, cui est traditus, & ictu violento immissus, animali subducto & subter in campos elapso, inseritur ramis, obligatur lignis. O nefandum meritum parricidæ. Iniuriam patris vindicant ligna, arbor vlciscitur, rami defendunt. E

* ipsi.

* Idem. Absalonis scelus nõ ei ad finem vsque processit: & meritò, ne parricidæ hoc facinus tenerent pro lege parricidij. Cum enim tanquam lictor deseruisset, iterfectus est, vt qui esset damnatus. In alto ligno suspensus est qui aduersus patrem erigebatur: ab arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat: vinctus erat a ramo, ramus a paterna affectione alienus: capite tenebatur, qui genitoris caput auferre cõtendebat: tanquam fructus pendebat ab arbore, qui naturæ agricolam volebat abscindere: & in corde iaculis confossus est, ubi cædem parabat. Spectaculum admirabile. Ex pilorũ coma, a coma arboris tenebatur: & coma tenebat coma tyrannum, illic eum contundens, vbi diadema paternum gestare contendebat. Videbatur Absalom suspensus in medio cæli & terræ. Cælum eum non admittebat, e quo primus insurrector diabolus eiectus est. Terra eum aduersabatur, non ferens pollui passibus parricidæ Si Dathan deuorauit, qui cõtra Mosem erat locutus, quomodo tulisset pedes currẽtis aduersus genitorem: Pulchrum ei Epitaphium Dauid cecinit. *Vidi impium super exaltatum & elatum tanquã cedros libani, & transiui, & ecce non erat.*

In psal. 3.

F Esa. 4. 1. Petr. 2. Luc. 10. Num. 16. Psal. 36.

c *Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid sedens mulo.*

Rabbanus. Absalom mulo fugiens in quercu per cæsariẽ capitis suspensus est, quia Iudæi stultitiæ carnalis sensus incum-

Rabbanus. Angelomus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Egrediar. *quia volebat esse de primis ad laborem & pericula.*

2 Non exibis. *Cuius ratio subditur:* Siuę enim fugerimus, &c. *quasi dicat, parum curant de nobis, quia te solum quærunt.*

3 Melius est igitur vt sis nobis in vrbe pręsidio. *vt si debellati fuerimus possimus ibi habere refugium, vt possit ibi iterum exercitus congregari.*

4 Stetit ergo rex iuxta portam. *vt videret qualiter exirent ordinate, & eos animaret ad fortiter præliandum.*

5 Seruate mihi. *scilicet viuum si ei præualebitis: hoc dicebat Dauid ne moreretur in peccato mortali persequendo patrem proprium, & sic æternaliter damnaretur.*

6 Et omnis. *hoc faciebat rex vt nullus eum interficeret.*

7 Itaque. *Hic consequenter describitur congressus belli, & notatur locus, cum dicitur.*

8 In saltu. *Idest, prope saltum illum, quia pugnabat in campo plano, non in nemore. Sed quærit hic quomodo vocabatur saltus Ephraim, cũ non esset in sorte Ephraim, sed vltra Iordanem, vt patet ex pdictis. Dicendum quod erat ex opposito sortis Ephraim, ita quod Iordanis fluuius tamen erat intermedius: & ex hoc sortitus est istud nomen.*

9 Et multo. *Quia ibi erant foueę magnę, vt patet ex hoc quod infra dicitur, quod Absalom fuit proiectus i foueam magnã, & in foueis illis fugientes de exercitu Absalom, ceciderunt & mortui sunt. Dicunt etiã Hebręi, quod in illo saltu erant feræ terribiles quæ multos de illo exercitu fugientes & intrantes saltum, occiderunt.*

10 Accidit autẽ vt occurreret Absalom seruis Dauid sedẽs mulo. Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam. *Quia fugientes de prælio vagantur incerti, & frequenter incidunt in illos quos fugere intendunt.*

Adhæsit

incumbentes propter superstitionẽ Pharisæorum legẽ corrumpentes, per ipsam quam ad correctionẽ vitę perceperāt mortis occasionẽ habuerunt. Vñ: *Et qui accusat vos Moses, in quo speratis.* Ioab verò in cor Absalō tres lanceas figit, cū diabolus auaritiā, superbiam, & inuidiam vel perfidiā in cor Iudaici populi mittit, q̃ illis maxime sunt causa perditionis. Ex superbia enim in contemptum Dei idola fabricauerunt. Ex cupiditate res trāsitorias virtutib. præposuerunt. Ex perfidia & inuidia non solum dicta legis & prophetarum, sed etiam ipsius Saluatoris præsentiam spreuerunt. vnde: *Non habemus regẽ nisi Cæsarem*, &: *Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris.* Absalō post mortem in foueam grandem mittitur, & quisque iniquus post obitum carnis in lacum inferni, super quem aceruus lapidum cōgeritur, dum duritia mētis exprobratur. David extinctū Absalōm plorauit, & ꝓpter interitum Iudaici populi Christus videns ciuitatem fleuit, cuius miseriæ cōpatiẽs in eruditionem & curam salutis eius vsque ad mortẽ crucis permāsit. Scribæ & Pharisæi, principes Iudæorū in ligno crucis in quo dominū suspenderunt, occulto iudicio damnati sunt: & qui carnali sensu velut irrationabili mulo pręsidere videbantur, in dispersionem gentium pertranseunt, ipsi principatum pariter, & populum amiserunt.

(Ioan. 5. g. — Ioan. 19. c. — Lucæ 19. b. — † non sic expectabo. i. nō est bonum vt moner coram te, & expectē, vt eas ad occidēdum eum.)

a *Vidi Absalom pendentem, &c.* ✱ Chrysostomus. Absalom nō statim de medio sublatus est, sed tanquam in iudicio, prius suspēsus est, & ligno affixus, & Deo ferente sententiam longo tp̃e pependit, a cōscietia deinceps flagellatus. Et vt sciat quod factū est, nō fuisse humanæ industrię, sed diuini iudicij, capilli ad lignū eum alligarunt, & brutum animal eum tradidit, & pro fune quidem coma, pro ligno autem arbor extitit: pro milite autem adduxit eum mulus. Cōsidera quod est admirabile. Nemo suorum ad eum accedere ausus est, cū tantum fuisset spatium. Hoc autẽ Deus prouiderat, vt neque detraheretur, nec vinctus ad patrem afferretur: qm̃ paterna viscera ei parci velle indicauerant. Et quod est admirabilius, qui patrem ei reconciliauit, is ipsum interfecit.

(† Ioan. 7. d. In psal. 7. — † monumentū statuæ & inf. — † vocatum est illud locus.)

sedens mulo. Cumq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui. [1] † Et illo suspenso inter cælum & terram, mulus cui insederat pertransiuit. Vidit autem hoc quispiam, & nuntiauit Ioab, dicens. [a] Vidi Absalō † pendentem de quercu. Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum baltheum? Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis. Audientibus enim nobis præcepit rex tibi & Abisai & Ethæi, dicens: Custodite mihi puerum Absalom. Sed & si fecissem contra animam meam † audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex aduerso. Et ait Ioab: [2] † Non sicut tu vis, [3] sed aggrediar eum coram te. [b] Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom. Cumq; adhuc † palpitaret hęrẽs in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab & percutientes interfecerunt eum. ¶ Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populum ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini. [c] [4] Et tulerūt Absalom & proiecerunt eum in saltu in foueam grandem, [5] & comportauerunt super eum aceruum lapidū magnum nimis. Omnis autẽ Israel fugit in tabernacula sua. [6] Porro Absalō erexerat sibi cū adhuc viueret † titulum qui est in valle regis. [d] [7] Dixerat enim. Nō habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & [8] appellatur manus Absalom, vsque ad hanc diem. [9] Achimaas autem filius Sadoc, ait. Curram & nun-

(¶ Qui scilicet, cum Absalom rebellis extiterat.)

b *Tulit ergo Ioab tres lanceas, &c.* ✱ Theod. Dux exercitus sinens pr̃em misereri, in cor execrandissimū tria confixit tela. ✱ Chrysost. In cor excordis tres sagittas infixit, illic eum feriens, vbi erat receptaculum iniquitatis. ✱ Clemens. Rom. Attendamus ò dilecti, quæ sit seditiosorū gloria, & qui euentus. Nam si reges inuadens supplicio dignus iudicatur, quamuis filius, vel amicus sit, quāto magis qui sacerdotib. insultat? Qui aduersus regnū temere insurgit, nemo impune perit. Nam nec Absalō, nec Beddā (ipse est Seba) impuniti manserunt, nec Core & Dathan. ✱ R. Dauid Kimhi. Absalom primum furatus fuerat cor regis, deinde cor Sanhedrim, id est, ducentorum Senatorum, q̃ simplici corde ierāt cū eo, tertio totius Israelis: ergo triplici ictu confossum est cor eius. Decem concubinas patris constuprauerat, igitur decẽ armigeri eum percutiunt.

(Quæst. 14 — In psal. 3. Lib. 6. const. Apost. ca. 1. — † 47. dist. c. sicut hi. § necesse. — † pendere.)

c *Et tulerunt Absalō & proiecerūt eum, &c.* ✱ Theod. Deiecto Absalonis cadauere in prope sitā vallem profundam, iussit Ioab toti populo vt lapidibus obrueret, adeo vt supplicium ei esset sepulchrum. ✱ Ambros. Parricida Absalō in valle regis titulum statuit, & in fossam proiectus est, cum esset interemptus. Ergo sancti ascendūt ad dñm, flagitiosi ad vitia descendunt. ✱ Hieron. Tradunt Hebræi quod depositus de quercu petierit sibi inducias antequā perimeretur, vt faceret sibi titulū ob memoriam sui, eo quod nō haberet filiū talem qui regno dignus esset. Putabat. n. filios suos nō solum regno indignos verum etiā ob peccatum suum quod in patrẽ gesserat, pręsenti vita indignos. In hoc autem titulo manū dicitur defixisse, & figuram manus suę expressisse, & ob hoc, titulum hoc modo vocari. ✱ Iosephus. Absalom constituerat sibi statuam regiam in valle, quæ duobus stadijs ab Hierosolymis aberat, quam appellauit manum suam, dicens, quia etiam filiis eius morientibus, nomen eius in statua remaneret.

(Quæst. 14. — † nequiter lxx. iniquè. — Epist. 11. — † viueret. — Lib. de tradit. Heb. — Lib. 2. Antiq. cap. 10.)

d *Non habeo filium, &c.* ✱ Theod. Quomodo superius dicit habuis-

(Quæst. 15.)

Tulit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Adhęsit caput. *Quia videns suos deuictos ad fugiendū expeditius deposuerat galeam, & sic per capillos suos qui multi erant, vt dictū est, supra 14. cap. retentus est frondibus quercus. Cætera patent vsque ibi.*

2 Non sicut tu vis. *Absalom seruabatur viuus.*

3 Sed aggrediar coram te. *interficiendo.*

4 Et tulerunt Absalom. *Ex quo patet quod dictum eo, quod in illo saltu erant foueæ magnæ.*

5 Et comportauerunt super eum aceruum. *Hoc fecerunt secūdū legem Deut. 21. vbi præcipitur filius contumax a populo lapidari. Iste autem non solum erat contumax, sed etiam manifestè persequebat patrem, & ideo non solum erat dignus a gladio perimi, sed etiam a populo lapidari.*

Porro

6 Porro Absalom erexerat, &c. *Dicit Iosephus quod fecerat statuam marmoream ad sui memoriam in posterum. Alij dicunt, quod fecerat quoddam ædificium notabile & altum ad eundem finem.*

7 Dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentū nominis mei *supra 14. c. dictum est, quod habuit tres filios. Et ideo dicendum est, quod erant mortui, vel inepti ad regnandum post ipsum.*

8 Et appellatur manus Absalom. vsque ad hanc diẽ. *opus eius memoria dignum. Manus. n. est organum organorum, vt habetur. 3. de Anima, & ideo per eam signantur opera, & maxime solennia & memoria digna.*

9 Achimaas autem filius Sadoc. *Hic consequenter describitur denunciatio facti, quia Achimaas zelans pro Dauid desiderabat victoriam suorum nuntiare, sed Ioab impediebat, dicens* Non eris nun.

Sed

MORALITER.

† *Mulus cui insederat pertr.* Iste mulus sup quẽ sedet supbus est gloria mundana, q̃ cito trāsit 1. Ioan. 2. c. *Mundus transit & concupiscentia eius.* Et supbus per Absalom figuratus remanet suspensus in arbore, per quam significatur patibulū gehennæ, & conficitur tribus lanceis, scilicet pęna ignis, & pęna vermis, & pęna carentię visionis.

in

A tiabo regi, quia iudicium fecerit ei Deus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit: Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia. Hodie nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus. Et ait Ioab Chusi: Vade, & nuntia regi quę

a ¶ Nomen appellatiuum, id est, Aegyptius.

vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab: † Quid impedit si etiam ego currã post Chusi? Dixitque ei Ioab: Quid vis currere fili mi? † Veni huc. Non eris boni nuntij baiulus. Qui respondit: † Quid enim si cucurrero? Et ait ei: Curre.

a ¶ Sic quidam conuersione nouissimi fide, & dilectione fiunt primi.

Currens ergo Achimaas per viam † compendij trãsiuit Chusi. B David autem sedebat inter duas portas. Speculator verò qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos vidit hominem solum currentem, & exclamans indicauit regi. Dixitq; rex: Si solus est, bonus est nuntius in ore eius. Properante autẽ illo, & accedente propius, vidit speculator hominem alterum currentem, & † vociferãs in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitque rex: Et iste est bonus nuntius. Speculator autem, cõtemplor, ait, cursum prioris quasi cursum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex: Vir bonus est, & nuntium portãs bonum venit. Clamans autẽ Achimaas dixit ad regem: † Salue rex. C Et adorans regem coram eo pronus in terrã, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui † conclusit homines qui leuauerunt manus suas contra Dominum meum regem. Et ait rex: Est ne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas: Vidi tumultum magnum cùm mitteret Ioab † seruus tuus, O rex, me seruum tuum: Nescio aliud. Ad quem rex, transi, ait; & sta hic. Cumque ille transisset, & staret, apparuit Chusi, & veniens ait, † Bonum apporto nuntium, Domine mi rex. Iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omniũ qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi; Est ne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi; Fiant, inquit, sicut puer, inimici Domini mei regis, & vniuersi qui cõsurgunt aduersus † eum in malum. Contristatus itaque a rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit, & sic loquebatur vadens; Fili mi † Absalom, Absalom fili mi. † Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom.

habuisse tres filios, vnã aũt filiã, nũc aũt contrariũ? Est vtrunq; verũ. Est enim verisimile eum, & liberos procreasse, & eos decessisse. Iosephus autẽ dicit eũ hoc fecisse, quia filij non possent diu durare: ędificiũ aũt posset ei⁹ cõseruare memoriã.

a *Contristatus itaq; rex asc. in cœn. por. &c.* ✠ Theo Et filiũ amabat, & erat benignus, & clemẽs cuius rei indiciũ est Dauidis luctus. Accedit qđ tanquã prius, luxit eũ quia non poterat ampli⁹ curari per pęnitẽtiã. Nã post mortẽ, pœna peccati ẽ immedicabilis. ✠ Ambros. Incestũ Amnon fleuit occisum, parricidam Absalom doluit interẽptũ. Optasset illos tales obire, qualis Valẽtinianus imper: ereptus est. Ille crimina doluit, non exitum filiorum.

CAP.

† Quicquid sit.
† non erit, uel continget, aut dabitur merces tibi pro nuntio.
† Quicquid sit, curram.
† planitiei
-bonus.
† clamans ad ianitorem.
-bonus.
† Pax.
† ut tradidit
† seruum regium, &
† Nuntiatur Domino meo regi, quod iudicauit.
Quæst. 26.
† te.
Orat. de obitu Valentin.
† fili mi, fili mi Absalom.
† i. utinam ego, &c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sed nuntiabis.* Scilicet, de alia victoria futura, quæ magis placebit regi. Sciebat enim Ioab Dauid de morte Absalom turbari, & ideo nolebat istum quem diligebat rumores istos portare, propter quod misit alium, scilicet Chusi. Sciendum tamen quòd iste Chusi non erat ille, de quo dictum est cap. præced. quòd erat amicus, & consiliarius Dauid, tum quia tantus homo ad hoc non mitteretur, sicut cursor: tum quia non fuerat in bello: sed fuit alius eiusdem nominis, & de humili plebe.

2 *Rursus.* Quia omnibus modis volebat currere ad Dauid, propter eius importunitatem permisit hoc Ioab, maximè quia credebat probabiliter, quòd Chusi præuenisset, & mortem Absalom nuntiasset.

3 *Si solus.* Illi enim qui reuertuntur de prælio fugitiui, non veniunt soli, sed turmatim: victores autem remanent, quia sunt intenti ad rapiẽdum spolia deuictorum, & ideo ex hoc quòd erat solus bene coniecturauit Dauid, quòd erat euentus prosperi nũtius, & eodem modo de alio ipsum sequenti.

4 *Contemplor.* Iam enim erat ita prope, quod poterat personam currentis discernere. Cætera patent vsque ibi.

5 *Vidi tumultum.* Aliqui libri habent *tumulum*, & malè: quia Hebraica veritas, & libri correcti habent *tumultum.* Et accipitur hic *vidi*, pro audiui, sicut Exod. 20. c. *Cunctus autem populus videbat vo.* id est, audiebat, quasi diceret, tantus erat ibi tumultus, quòd ego nõ potui audire, seu percipere, quid esset factum de Absalom, seu mentiebatur, ne regem offenderet, quia viderat ipsum mortuum, denuntiauit tamen victoriam, quæ erat bonum nuntium.

6 *Transi ait, & sta hic.* Donec audiamus, quod dicet cursor alius.

7 *Iudicauit enim.* Tuos aduersarios debellando.

8 *Fiant, inquit.* Per hoc intellexit rex Absalom esse mortuum, quia per talem modum loquendi mors alicuius nuntiabatur communiter.

9 *Contristatus.* Hic vltimo ponitur lamentatio filij, cùm dicitur.

10 *Ascendit cœnaculum portæ.* Id est, solarium, vt in loco sequestrato ab alijs fleret, & plangeret filium suum, dicens.

11 *Fili mi.* Plangebat enim mortem eius spiritualem, quia mortuus erat in peccato mortali actualiter persequendo patrem, & propter hoc, verbum istud.

12 *Absalom.* Ponitur hic sex vicibus quater in hoc capitulo, & bis in sequenti, propter sex conditiones pœnæ gehennæ, quia ibi est pęna damni, & pęna sensus, stridor dentium, & fletus, exteriores tenebræ, & duratio sine fine.

Moral. Exponendo, Absalom persequens Dauid, & viros eius, tyrannum significat simplicium oppressorem, cuius caput adhæret quercui mundi sublimia appetendo. Tribus lanceis configitur, triplici concupiscentiæ assentiendo. In foueam proijcitur ad inferos descendendo.

Moraliter.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 18. vbi dicitur in postilla. Sciendum tamen quod iste Chusi non erat ille, de quo dictum est præcedenti capitulo.

In Hebræo nomina istorum sunt diuersa. Nam ille amicus Dauid vocatur Chusi. Et ex vitio translatorum, seu scriptorum vocatus est vterque Chusi. Chusi autem in Hebræo est æquiuocum. Vno modo significat idem quòd Aethiops. Alio modo est nomen proprium, quo istorum modorum accipiatur in hoc cap. non bene ex litera comprobatur.

CAP. XIX.

a *Nunciatum est autem Ioab, &c.* ✠ Ioseph. Exercitus autẽ, & Ioab audientes, quia rex filium ita lugeret, reueriti sũt triumphali scheмате ingredi ciuitatem, sed deiecti, & flentes, & quasi deuicti potius intrauerunt.

b *Venit vniuersa multitudo, &c.* ✠ Hieronym. Vniuersus populus, qui corã rege venisse legitur, ij sunt qui cũ Dauid permãserãt. Quod vero ait, *Israel fugit in tabernacula sua*, ij intelligendi, qui cum Absalom perduelliones extiterant.

c *Omnis quoque populus cert. &c.* ✠ Iosephus. Qui de prælio fugerant, reuertentes ad semetipsos, singuli mittebant per ciuitates cunctas, Dauid beneficia commemorantes, & libertatem quam eis, resistendo multis hostib⁹, præbuerat edocentes: culpantesque semetipsos, qa eũ expulisse viderentur a regno, & aliũ ordinasse: & qa nunc defuncto principe, qui ab eis fuerat ordinatus, rogare deberent Dauid, vt ab indignatione quiesceret, eisq; faueret, & recepto regno illis suam prouidentiã nõ negaret. Hæc itaq; Dauid crebro nũtiabatur.

d *Amasæ dicite, &c.* ✠ Theod. Cur pollicitus est Amasæ, eum futurũ ducem exercitus, cum Ioab multos labores, & pericula pro eo subijsset? Ioab audaciam perpetuo odio habuit. Tolerabat autem propter eius ingenium, ac prudentiam, & suspectum eũ habens, ne quid noui in eũ moliretur.

Lib. 7. Antiq. cap. 10.

† faciem suam
† supra 19. g
* fili mi.

Lib. de trad. Heb.

- quia dixerat rex: Hæc dicetis ad populũ meũ Iuda. Hæc nec cætera quidem exépla habent.

† Furtim, vel clamauit populus, vt ingrederetur vrbem quemadmodũ furtim, vel clam pergit populus erubescẽs, dum fugit e prælio.

† loquere ad cor seruorum tuorum. Heb. pro, blãde alloquere seruos tuos.

Quæst. 27.

a Nuntiatum est autem Ioab, quòd rex fleret, & lugeret filium suum, & versa est victoria in die illa in luctum omni populo suo. Audiuit enim populus in die illa dici: Dolet rex super filio suo. Et † declinauit populus in die illa ingredi ciuitatẽ, quomodo declinare solet populus versus, & fugiens de prælio. Porrò rex operuit † caput suum, & clamabat voce magna † Fili mi Absalom, Absalom fili mi*. Ingressus ergo Ioab ad regem in domũ, dixit: Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorũ, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarũ tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligẽtes te. Et ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis. & verè cognoui modò, quia si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & procede, & † alloquens satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per Dominũ, quòd si nõ exieris, ne vnus quidẽ remansurus sit tecũ nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te ab adolescentia tua vsque in præsens. Surrexit ergo rex, & sedit in porta. Et omni populo nuntiatum est, quòd rex sederet in porta. b Venitq; vniuersa multitudo coram rege, c Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoq; populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorũ, ipse saluauit nos de manu Philisthinorum, & nunc fugit de terra propter Absalom. Absalom autẽ quẽ vnximus super nos, mortuus est in bello. Vsquequo siletis, & non reducitis regem? Et consiliũ totius Israel venit ad regem. Rex verò Dauid misit ad Sadoc, & ad Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicẽtes: Cur venistis nouissimi ad reducẽdum regẽ in domũ suam? Sermo omnis Israel peruenerat ad regem, vt reducerent eum in domum eius, quia dixerat rex: Hæc dicetis ad populum Iuda: Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos. Quare nouissimi reducitis regem? d Et Amasæ dicite:

Et

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIX.

1 Nvntiatum. *Hic consequenter ostenditur qualiter Dauid in regnum suum rediit, vbi primo describitur ipsius Dauid consolatio, secundo consolati reuocatio, ibi:* Omnis quoque populus. *tertio reuocati reductio, ibi:* Miseruntque ad regem. *quarto reducentium concertatio, ibi:* Omnis autem populus Iuda. *Circa primum dicitur:* Nuntiatum est. *ab illis qui formidabant redire ad domum regis propter eius luctum. vnde subditur.*

2 Et declinauit. *Et ideo imminebat periculum, ne populus indignatus contra Dauid faceret sibi alium regem, quod aduertens Ioab reprehendit eum acriter, dicens.*

3 Confudisti. *Cum tamen deberes eos honorare, & congaudere de victoria, in qua exposuerunt se periculo pro te.*

4 Diligis odientes te. *Id est, tu ostendis hoc per signum lugendo Absalom aduersarium tuum.*

5 Nunc igitur surge. *De luctu.*

6 Et procede. *Ad recipiendum debellatores tuos honorifice.*

7 Et alloquens sat. *Promittendo eis honores, & pmia p victoria.*

8 Iuro enim tibi per Dominum. *Quasi de re certa.*

9 Quòd si non exieris. *Ad satisfaciendum eis modo prædicto.*

10 Ne vnus. *Quia illi qui pugnauerunt pro te contra Absalom recedent a te, & iungentur aliis ad faciendum regem super totum populum, & tu remanebis solus ab omnibus derelictus.*

11 Surrexit ergo. *De luctu, acquiescens rationabili reprehensioni.*

12 Et sedit in porta. *In loco patenti, & communi, vt posset oẽs venientes amicabiliter recipere, & gratiosè alloq, & sic recollegit populũ,* Israel

13 Israel autem. *Scilicet, illi qui erant cum Absalom.*

14 Omnis quoq;. *Hic consequẽter describitur ipsius Dauid reuocatio, qa populus q fuerat cũ Absalom videbat se deceptũ. ideo dicebant.*

15 Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum. *scilicet, Dauid, qui populum Israel de inimicis suis existentibus per circuitum liberauit, vt patet ex supradictis 8. cap.*

16 Et nunc fugit de terra propter Absalom. *i. de vrbe regia pter Absalõ, cuius mala reducebãt ad memoriã in fœdatione patris, & eius persecutione, quasi dicat, indignum est, quod pro ipso fugiat.*

17 Vsquequo siletis. *A recognitione culpæ, & petitione veniæ.*

18 Et non reducitis regem. *Ad locum suum honorifice.*

19 Et consilium totius Israel venit ad regem. *Quia per nũtios certos, & solennes significata fuerunt sibi ista, quibus auditis rex misit ad viros Iuda qui fuerant cum Absalom, vt essent de primis ad ipsum reducendum. Ex hoc enim quod erant de tribu Dauid verecundabantur apparere in conspectu eius, quia plus sibi forte fecerat quàm extranei, & ideo Dauid hoc aduertens mãdauit pro eis, vt venirent secure, quia paratus erat remittere, cuius rationem tangit.*

20 Os meum, & caro. *Quasi diceret, non possum vos odire, quia hoc esset contra me.*

21 Et Amasæ. *Iste inter omnes plus peccauerat contra Dauid, quia fuit princeps exercitus Absalom, vt habetur supra 17. cap. cum tamen esset nepos Dauid, & ideo ipsum specialiter nominauit. Sicut & Christus post resurrectionem suam per Angelum expressit specialiter Petrum, dicens:* Dicite discipulis suis, & Petro. *Mar. 16. b. Quia propter Christi negationem non fuisset ausus inter discipulos comparere, nisi fuisset specialiter nominatus.*

Hæc

MORALITER.

1 *Nuntiatum est autem Ioab quod rex.* Per Dauid lugentem mortem filij sui, significatur bonus prælatus lugens mortem culpæ subditi, maxime quando probabiliter æstimatur, quod comitetur mors inferni, sicut Dauid probabiliter æstimabat de filio qui mortuus fuerat in persecutione patris actuali.

17 *Vsquequo.* Per reditũ Dauid ad regnũ suũ, de quo fuerat † expulsus

a *Et omnis Iuda venit,&c.* ✻ Ambro. Neque Iob cùm esset in stercore, a domino derelictus est, quem in angelorum cõcilio dominus ipse sua uoce laudabat, quem tẽtari passus est vt coronaret. Nec derelictus Dauid, cui regnum dedit, vt populo imparet electo, quem parricidalib. prǽliis appetitum, regni sui depulsum finibus, victoria iure restituit.

(In Psal. 36.)

b *Neque memineris iniuriarum serui tui,&c.* ✻ Tertull. Respice dictum. *Cum vos maledixerint, gaudete*, Dñs ipse maledictus in lege est, & tamen solus est benedictus. Igitur Dominum serui cõsequamur, & maledicamur patiẽter, ut benedicti esse possimus. ✻ Idem. Nulla in maleficio ordinis ratio est, nec locus secernit, quod similitudo coniungit. Absolutè itaque prǽcipitur malum malo non rependendum. Par factum, par habet meritum. Quomodo id obseruabimus, si fastidientes in fastidio ultionis non erimus? Quem honorẽ litabimus Domino, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus? ✻ Idem. Satis idoneus patienter sequester Deus. Si iniuriam deposueris penes eum, vltor est, si damnum, restitutor est, si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est. Quantum patiẽtiæ licet, ut Deũ habeat debitorem,&c.

(Lib. de patie. cap. 8. — † sup. 16. b. — Cap. 10. † supra 16. b — † aduersarii — † ignoras. — † decepit. — Cap. 15.)

✻ Ambrosius. Cum Dauid datus in opprobrium fuerit, nudis pedibus domino satisfecerit, in maledicentem non p̃miserit vindicari, & post hęc regno suo integro restitutus sit, liquet quia, & opprobrium a Domino sit, prosit magis illud sustinere, quam refellere.

(In Psal. 38. — † 3. Reg. 2. b. — † quod bonum esset in oculis eius vel, quod ei bonum uideretur.)

c *Quid mihi.* Timebat Dauid si interficeretur Semei, quod reliqui, qui similiter regem offenderant nollẽt eum sibi facere regem.

d *Illotis.* In Hebræo, *infectis*. Fecerat. n. sibi Miphiboseth ligneos pedes secundum Hebr. quibus pro naturalibus vtebatur, erat enim claudus.

(Hier. — *Ierusalem.)

Nonne os meum es, & caro mea es? Hęc faciat mihi Deus, & hęc addat, si non magister militię fueris coram me omni tempore pro Ioab.[1][2] Et inclinauit cor omnium uirorum Iuda quasi viri vnius.[3] Miseruntque ad regem, dicentes. Reuertere tu, & oẽs serui tui.[4] Et reuersus est rex, & venit vsque Iordanem. Et omnis Iuda venit vsque in Galgala,[5] vt occurreret regi, & traduceret eum Iordanem. † Festinauit autem[6] Semei filius Gera filii Iemini de Bahurim, & descendit cum viris Iuda in occursum Regis Dauid cũ mille viris de Beniamin, & Siba puer de domo Saul, & quindecim filij eius, ac viginti serui erant cum eo. Et irrumpentes Iordanem ante regem transierunt vada, vt traducerent domum regis, & facerent† iuxta iussionem eius.[7] Semei autem filius Gera prostratus coram rege cum iam transisset Iordanem, dixit ad eum. Ne† reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem, neque ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendique in occursum domini mei regis. Respondens vero Abisai filius Saruiæ, dixit. Nunquid pro his verbis non occidetur Semei,[8] qui maledixit Christo domini? Et ait Dauid. † Quid mihi & vobis filii Saruiæ? Cur efficimini mihi hodie[a] in Satan?[9] Ergo ne hodie interficietur vir in Israel? An[a] ignoro hodie me factum regem super Israel? Et ait rex Semei. Non morieris.[10] Iurauitq. ei. Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus,[11] & intonsa barba[12] vestesque suas non lauerat a die qua egressus fuerat rex vsque ad diem reuersionis eius in pace.[13] Cumque * occurrisset regi dixit ei rex. Quare non venisti mecum Miphiboseth? Et respondens ait: Domine mi rex, seruus meus † contempsit me. Dixique ei ego, famulus tuus: vt sterneret mihi asinum, & ascendẽs abirem cum rege.

[a] Id est, contrarium.

[a] Illos occidam hodie qui me fecerunt regem super se.

Tu

NICOLAVS DE LYRA

1 Hæc faciat mihi Deus. *idest, maiora mala, quam sustinuerim in persecutione Absalom.*

2 Si non magister militiæ, *Aliqui libri habent*, post Ioab, *idest, sub Ioab, dictio, n. Hebraica* tachath, *quæ ibi ponitur aliquando significat, pro, aliquando sub, tamen est eadem sententia, quia Dauid non intendebat amouere Ioab de suo officio, sed quod iste suppleret uices eius pro tempore, & loco, vbi videretur expedire.*

3 Et inclinauit *ad se per suum benignum mandatum.*

4 Miseruntq. *Hic consequenter describitur ipsius reuocati reductio vbi interponitur benignitas Dauid in Semei obuiatione, secundo eius inæqualitas in hæreditatis Miphiboseth diuisione, ibi.* Miphiboseth quoque: *tertio eius curialitas in Berzellai licentiatione, ibi.* Berzellai quoq. *circa primum dicitur*, Miseruntq. ad regem. *s. viri Iuda.*

5 Et omnis. *i. trib. Iuda, vt occurreret regi, & traduceret eum Iordanem in nauib. ad hoc paratis ab ipsis, vt dicunt aliqui. Alii aũt dñt, q̃ ista traductio intelligitur, per hoc quod viri Iuda transierunt Iordanem ante regem in equis: ad explorandũ vbi aqua esset bene vadabilis.*

6 Festinauit, *vt apud Dauid inueniret misericordiam.*

7 Et irrum. *transeuntes ad ripam oppositam in qua adhuc erat Dauid, vt sibi seruirent in transitu. Cętera patent vsque ibi.*

8 Nunquid pro. *q. d. magnum malum esset si viuus euaderet, quia incurrerat crimen læsæ maiestatis.*

9 Cur effi. mihi ho. *quia si Dauid eum statim occidi permisisset, alii qui cum Absalom fuerant in persequendo Dauid timuissent sibi, & illi qui nondum venerant retrocessissent, & fortè aliqui qui iam venerant occulte recessissent, & sic eius occisio potuisset esse occasio magnę scissionis, & magni mali contra Dauid.*

10 Non morieris. Iurauitq. ei. *Sed videtur quod Dauid istud iuramentum fregerit, quia iniunxit filio suo Salomoni de morte eius, vt habetur inf. 3. lib. 2. cap. Dicendum quod Dauid non iurauit nisi quod non moreretur tunc, & pro illa causa tantum, sed quia erat homo seditiosus, monuit Dauid filium suum, vt contra hoc poneret cautelam, dicens. Vir autem sapiens es, vt scias quæ facies ei, vt ibidem habetur, propter quod Salomon inhibuit ei sub pœna mortis, ne exiret Ierusalem præcludendo sibi viam faciendi colligationes, & propter transgressionẽ huius præcepti fuit mortuus. Dauid etiam bene cogitabat, quod cautelam sibi impositam non seruaret, & sic mortem de nouo incurreret.*

11 Miphiboseth. *Hic ostenditur inæqualitas Dauid in hæreditatis Miphiboseth diuisione, cum dicitur.* Miphiboseth quoq. filius, *i. nepos. Alij libri habent filius Saul. Sed veritas Hebraica, & libri correcti non habent, Dauid. n. non fuit tunc recordatus amicitiæ Ionathan patris Miphiboseth. Si. n. fuisset recordatus, medietatẽ hæreditatis suæ seruo suo non dedisset.*

12 Intonsa. *In Hebræo habetur.* Incomposita barba. *Quia illo tempore non tondebant barbam filii Israel, prout habetur sup. x. c. de nuntiis Dauid.*

13 Vestesque. *in signum tristitiæ propter fugam Dauid. Ex quo patet uerum quod dictum est sup. 16. c. s. quod Siba seruus suus falso diffamauerat eum apud Dauid, Cætera patent vsque ibi.*

Quid

MORALITER.

† expulsus per Absalom propter Vrię peccatũ, sicut dixerat sibi Dñs per Nathan Prophetã, supra 12. c. *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua*, significatur peccator verè pœnitẽs, & ad bonum regimen vitæ suæ rediens, & sic est in via vitæ per quam venitur ad regnum cœleste. Ipsum autem comitatur Berzellai valde senex, per quem significatur sapientia, de qua dr̃ Prouerb. 8. c. *Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis.*

Vsque

5 *Vsque Ior.* Id est, vsq; ad mortẽ, quę p̃ Iordanẽ significat, eo quod Iordanis iudicii riuus interpretatur, & in morte est hominis iudiciũ particulare. Eccl. 38. c. *Memor esto iudicii mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie.* Per hoc autem quod in transitu Iordanis occurrerunt Dauid viri Iuda, & Israel, significatur quòd bene morienti occurrunt Angeli sancti, qui dicuntur viri Israel, quia vident Deum clare: & viri Iuda, quia laudant eum continuè. Psal. 83. a. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.*

1 *Accidit*

Claudus enim sum seruus tuus. Insuper, & accusauit me seruum tuum ad te dominum meũ regem. Tu autem domine mi rex sicut angelus Dei es: fac quod placitum est tibi. † Neq. n. fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi. Tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ Quid ergo habeo iustę querelæ, aut quid possum vltra vociferari ad regem? Ait ergo ei rex. Quid vltra loqueris? Fixum est quod locutus sum. Tu & Siba diuidite possessiones. Respondit que Miphiboseth regi. Etiam cuncta accipiat postquam reuersus est dominus meus rex pacificè in domum suam. † Berzellai quoque Galaadites, senex valde, descendens de Rogelim traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltra fluuium prosequi eum. Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est, octogenarius. Et ipse præbuit alimenta regi cum moraretur † in castris, fuit quippe vir † diues nimis. Dixit itaque rex ad Berzellai. Veni mecum † vt requiescas securus in Ierusalem. Et ait Berzellai ad regem. Quot sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascendam cum Rege in Ierusalem? Octogenarius sum hodie. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue vel amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus, & potus, vel audire possum vltra vocem cantorum, atque cantatricum? Quare seruus tuus sit *oneri domino meo regi? Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum. † Non indigeo hac vicissitudine, sed obsecro, vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris meæ. Est autem seruus tuus Chamaam, ipse vadat tecum domine mi rex, & fac ei quicquid tibi bonum videtur. Dixit itaque ei rex. Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris a me impetrabis. Cumque transisset vniuersus populus, & rex Iordanem, restitit, & osculatus est Rex Berzellai, & benedixit ei. Et ille reuersus est in locum suum. Transiuit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo. Omnis autem populus Iuda traduxerat regem, & media tantum pars affuerat de populo Israel. Itaque omnes viri Israel concurrentes ad regem, dixerũt ei. Quare te furati sunt fratres nostri uiri Iuda, & traduxerunt regem, & domum eius Iordanem, omnesque viros Dauid cum eo? Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, quia mihi † propior est rex. Cur irasceris super hac re? Nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit uir Israel ad viros Iuda, & ait. Et primogenitus ego sum, decem partibus ego maior sum apud regem, † magisque ad me pertinet Dauid quam ad te. Cur † fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori, vt reducerem regem meum? Durius autem responderunt viri Iuda viris Israel.

Quod scientiam, quia sicut angelus scis voluntatem Dei.

a In Hebræo Chimham.

a Tu & Siba. In Heb. Dauid, tu & Siba diuidite agrũ. Quia Dauid innocenti mortem dederis, & iuramenti quod fecerat cũ Ionathan tam iniustũ protulit iudicium, ideo Roboam, & Ieroboam diuiserunt regnũ eius. *Miphiboseth*. In libro Samuelis legitur, & interpretatur os verecundiæ. In Paral. vero *Miphiboseth* *Meribaal* legitur, i. litigans cũ altissimo, quia Dauid. s. reduxisset cum pace. Et quod ait, *cuncta accipiat postquam reuersus est dñs meus in domum suam pacificè*, indignando, & uerba obliquando protulit contra altissimum.

b *Est autem*. Est autem in Hebræo. *Ecce seruus tuus*, Hebraice legitur *Camehem Chanaan*, Chanaam interpretatur suspirans, quãdiu cum patre fuit suspirans uocatus est, postquã vero ad doctrinam Dauid transiit, non Chanaam, sed Chamaam vocatus est, id est fidelis.

c *Et primogenitus ego sũ decem partib. maior, &c.* Theodor. Cum fuisset lis, & contentio aliarum tribuum cũ tribu Iuda, causantes quod ea regi primo occurrisset, & respondissent regem esse corũ tribulẽ dixerunt alii, se decem manus hře in rege. Nã trib. Beniamitica coniuncta erat tribui Iuda. Addiderunt etiam se habere priuilegia primogenitorũ, & pp Rubẽ natura primogenitum, & propter Ioseph, cu pp virtutẽ hæc fors obtigit. Primogeniti. n. accipiebant duplũ paternæ hæreditatis. Et ideo patriarcha dicebat Iosepho. *Ephraim, & Manasses tan quam Ruben, & Simeon erũt mihi*. Magnus itaque Moses, & Iosue eius successor, duplicẽ illis tribu erũt sorte.

Hieronymus. supra 9. a. 1 Reg. 18. a. & 20. ...

3. Reg. 11. f & 12 e. 2. Reg. 9. b. 1. Para. 9. d. & 9. g.

† discernere possum inter suaue, & amarum? aut gustare potest seruus tuus cibum, & potum?

† propitior.

† vilipendisti me.

† supra 9. b

† iuris, vel iustitiæ. Quęst. 28.

† 3. Re. 2. b

† Mahanaim † magnus † & alam te.

*adhuc.

† Et ut quid retribuet mihi rex retributionem istam?

† dedit.

† & etiam apud Dauidem quam tu.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quid ultra. *q. d. pro nihilo, quia dictum meum non retractabo totaliter, retractauit tamen in parte dicens.*

2 Tu & Siba. *iniustè concedens seruo suo medietatem hæreditatis suæ, propter quod regnum eius fuit postea diuisum tempore Roboam nepotis sui, prout dicetur plenius inf. lib 3. c. 12. Hic autem aduertendum quantum adulatores, & detractores sunt periculosi principib. quia Dauid tam sa ctus, & iustus verbis Sibæ adulatoris, & detractoris, vt patet ex prædictis, fuit ita captus, & inuolutus, quod hæreditatem Miphiboseth domini sui ei concessit in absentia Miphiboseth, & eo non audito, & quod peius est postquam audiuit Miphiboseth se verè excusantem, vt patet per prædicta, non retractauit dictum suum iniustum totaliter, sed seruum suum pessimum fecit æqualem domino, quem tamẽ debuisset suspendisse propter falsam accusationem domini sui de crimine læsæ maiestatis.*

Contra adulatores, & detractores.

3 Berzellai. *Hic consequenter ostenditur gratitudo Dauid erga Berzellai, qui sibi necessaria pro parte ministrauerat, vt patet ex prædictis & eum vsque ad Iordanem conduxerat, cui Dauid obtulit præmia, & honores si vellet ire Ierusalem secum: sed excusauit se propter senectutem dicens.*

4 Quot. *q. d. tempus est quod ego cogitem de morte, non de honorib. aut diuitiis. Quod est contra senes se ingerentes curiis magnatorum. Misit tamen filium suum cum Dauid, dicens.*

5 Est autem. *ita quod debet scribi per, m, in medio, & in fine.* Ipse

6 Ipse va. *Ipse est. n. iuuenis, & poterit addiscere quæ sunt virtutis & honoris. Notandum est hic, quod in curia Dauid erãt cantores, & cantatrices instrumentis, & vocibus humanis, talib. n. licitum est vti moderatè, quia sicut membra corporis indigent quiete, & recreatione, ita & uires animales, ad quod multum facit melodia.*

7 Et osculatus est. *in signum magnæ amicitiæ.*

8 Et benedixit ei. *Imprecans ei bona vitæ præsentis, & futuræ.*

9 Omnis. *Supra posita est ipsius regis reductio, hic consequenter post interpositionem prædictorum describitur reducentium concertatio, cuius causa exprimitur cum dicitur, omnis autem, &c. Iordanẽ fluuium modo supradicto.*

10 Et media. *Et ideo in hoc reputabant se dehonoratos, tũ quia plures erant, tum quia primo nuntios miserant ad Dauid pro eius reuersione, vt prædictum est, propter quod dixerunt regi.*

11 Quare te. *q. d. id clanculo factum est antequam veniremus in contemptum nostrum.*

12 Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, *superbè.*

13 Quia mihi propior est rex. *id est, de tribu, & cognatione mea.*

14 Decem partibus. *q. d. licet non sit de tribu nostra, tamen multo plus valemus sibi in subsidium temporale, & adiutorium contra aduersarios.*

15 Durius. *tum quia erant viri bellicosi, & animosi, tum quia erant homines de tribu regia, ex quo præ aliis in superbiam erigebantur.*

CAP.

CAP. XX.

A a *Seba cecinit buccina, & cæt.*

Hier. Ideo cecinit buccina, vt eius sonitu attoniti, tacerent. Quibus tacentib. dixit. *Non est nobis, &c.*

Lib. 7 Antiq. cap. 11. Ioseph. Vir quidam iniquus, & seditione præcipuus, stans in medio populi, cum magno clamore dixit. Nõ habet aliquis nostrum & cæter. Et post hæc verba tuba canens, bellum significauit fieri contra Regem, omnesque secuti sunt eũ, relicto Dauid, sola tribu Iuda cum eo remanente.

B Lib. 2. com. in lib. Reg. ANGELOMVS. Seba uir belial, qui Israeliticum populum a domo Dauid diuidere conatus est, figuram gestauit hæreticorum: qui plebem Dei scindere uolentes, in ipsa sua praua intentione prius damnati ab Ecclesia, C moriuntur, quam hoc †supra 16. c quod cœperant, implere possint.

b *Tulit decem mulieres concubinas.*

D Theodoretus. Existimauit impium, cum eis habere consuetudinem, post execrandum filii sui concubitum. Nõ lex hoc apte prohibuit. Cum alio autem eas nõ coniunxit, ne hoc quoque esset occasio, & prætextus tyrannidis. Nec fuisset quidẽ hoc matrimonium, uiuente enim marito appellatur adultera, si sit alterius uiri, ut dicit diuinus Apostolus.

c *Conuoca mihi omnes uiros, &c.*

E Iosephus. Constituit Amasam principem militiæ, & dedit ei locum, in quo Ioab fuerat, iussitque ut quantum colligere posset congregaret exercitum ex tribu Iuda.

Quæst. 27. Theodo. Hæc cum resciuisset Ioab, inuidiæ stimulo percussus cædem ei postea intulit, simulans beneuolentiam, & amicitiam.

CAP. XX.

ACcidit quoque, vt ibi esset vir Belial 1 nomine Seba filius Bochri vir gemi- 2 neus, & cecinit buccina, & ait. Non 3 4 est nobis pars in Dauid, neque hære- 5 6 ditas in filio Isai. Reuertere in taber- 7 a nacula tua Israel. Et separatus est oĩs 8 Israel a Dauid, secutusq; est Seba filiũ Bochri. Viri aũt Iuda adhæserunt regi suo à Iordane vsque Ierusalem. Cumque 9 b venisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas suas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit in custodiam eas, alimenta eis præbens, & non est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsque in diem mortis suæ in viduitate viuentes. Dixit au- 10 11 c tem Rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abiit ergo Amasa, vt conuocaret Iudam, & moratus est † extra placitum quod ei constituerat rex. Ait autem Dauid ad Abisai. F †Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quam

a Damnati ab ecclesia in sua prauitate moriuntur, priusquam quod cœperunt, implere possint.

† vltra tempu.

Tulit *Et*

NICOLAVS DE LYRA CAP. XX.

ACcidit. Postquam descripta est punitio Dauid ratione homicidii Vriæ, & ratione adulterii cum Bethsabee, hic cõsequenter ponitur eiusdem punitio ratione proditionis, quia Vriam occidit proditoriè, ut patet ex supradictis 11. ca. & de hoc ponitur hic rebellio populi contra ipsum ad instinctum Seba filii Bochri. Circa quod sic proceditur, quia primo describitur huius rebellionis ortus, secundo punitionis, ibi. *Dixit autem rex Amasæ.* Prima in duas, in partem principalem: & incidentalem, secunda, ibi. *Cumque venisset rex.* Circa primum dicitur. Diuisio.

1 *Accidit quoque.* scilicet, in contentione aliarum tribuum contra tribum Iuda.

2 *Vir Belial.* id est, absque iugo disciplinæ, & legis diuinæ.

3 *Nomine Seba filius Bochri.* Et sic debet scribi vbique per e, sed communis usus non habet. Seba.

4 *Vir gemineus.* idest, de stirpe gemini, & sic patet quod erat de cognatione Saul, propter quod odiebat Dauid propter translationem regni de domo Saul ad ipsum, & ideo uidens populum dispositum ad rebellandum ipsi Dauid.

5 *Cecinit buccina.* Vt ex repentino sonitu omnes tacerent, & sic daretur ei maior audientia.

6 *Et ait.* Voce magna.

7 *Non est nobis pars in Dauid, Neque hæreditas in filio Isai.* Quasi diceret, ex quo contempsit nos debemus eum dimittere, & alium regem eligere.

8 *Et separatus est omnis Israel a Dauid.* Ad tempus, ut sic Dauid de proditione contra Vriam puniretur, & Seba propter suam malitiam occideretur.

9 *Cumque venisset rex in domum suam in Hierusalem, tulit decem mulieres concubinas suas,* Hæc est pars incidentalis, quia Dauid ueniens in Hierusalem reperit se esse fœdatum in uxoribus suis per Absalom, ut dictum est supra decimosexto capitul. & ideo reclusit eas, prouidens eis de victu, & vestitu duplici ratione. Primo, quia prohibetur Leuitic. decimooctauo b. *Turpitudinem uxoris tuæ non discooperies.* Licet autem istæ mulieres non fuerint vxores Absalom filij Dauid secundum veritatem, fuerant tamen secundum apparentiam propter concubitum carnalem, ideo non erat decens, quod Dauid vltra ad eas accederet, nec etiam aliquis alius, & ideo fecit eas recludi. Secundo, quia si viderentur in publico, rememorarentur factum Absalom, quod in uituperium Dauid redundabat.

10 *In viduitate viuentes. Dixit autem Rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda, & cætera.* Ex hoc patet quod prædictum est, scilicet, eas fuisse uxores Dauid, aliter non dicerentur hic uiuere in uiduitate. Ista tamen viduitas intelligitur quantum ad separationem thori, non quantum ad mortem mariti, quia Dauid adhuc uiuebat, Absalom autem nũquam fuit earum maritus, quia non poterat accipere uxorem patris, maxime eo uiuente.

11 *Dixit autem Rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abiit ergo Amasa, ut conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei constituerat rex.* Hic consequenter describitur punitio Sebæ de rebellionis commotione. Vbi primo describitur ipsius insecutio. Secundo eius occisio, ibi: *Venerunt itaque*, Tertio repetitur regni Dauid ordinatio ibi. *Fuit ergo Ioab.* Prima in duas, in potestatem principalem, & incidentalem, Secunda, ibi. *Cumque ibi essent.* Circa primum sciendum, quod Dauid habebat bellatores ex tribus partibus, vna erat tribus Iuda, quæ sibi adhæserat, ut dictum est, & congregationem istorum committit Amasæ, quia erat princeps militiæ illius tribus, quia licet Ioab esset super totum exercitum generaliter, tamen in qualibet tribu erat unus princeps militiæ specialiter, & ideo congregationem militiæ tribus Iuda melius poterat facere Amasa quam alius. Alia pars erat bellatorum qui erant de domo Dauid tanquam familia eius, & stipendiarii speciales, & istos commendauit Abisai, dicens. Diuisio.

Tolle

MORALITER.

1 *Accidit quoque.* Per istum qui cum sonitu buccinæ mouit seditionem in populo contra regem, significatur quilibet seditiosus in regno, vel principatu, ciuitate, ecclesia, vel cœnobio turbans communitatis pacem.

11 *Dixit autem rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens.* Per hoc autem quod Dauid Sebam persequi iussit, significatur qđ superior in regno, principatu, ciuitate, ecclesia, & cœnobio det seditiosum hominem per se, & per suos persequi, ne per eum corrumpantur alii, sicut & caput Seba fuit abscissum, vt dicitur infra, sic

Dixit †talis

Absalon. Tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne [1] fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque & Phelethi (Duæ legiones.), & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Seba filium Bochri. Cumque [2] illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon, Amasa † veniēs (Idest, locica.) occurrit eis. Porrò Ioab vestitus erat † stricta tunica ad mēsuram habitus sui, & desuper accinctus gladio, dependente vsque ad ilia in vagina, † qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. Dixit [3] itaque Ioab ad Amasam. † Salue mi frater. Et tenuit manu dextera a mentum Amasæ, quasi osculans eum. Porrò Amasa non obseruauit [4] gladium quem habebat * Ioab. Qui percussit eum † in latere, & effudit intestina eius in terram, & mortuus est. Nec secūdum uulnus apposuit. Ioab autem & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filiū Bochri. Interea quidam uiri cum stetissent iuxta cadauer Amasæ de sociis Ioab, dixerūt. Ecce qui esse uoluit pro Ioab comes Dauid. † Ama[5]sa autem consperſus sanguine iacebat in uia media. Vidit hoc quidam uir quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de uia in agrum, operuitq; eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum. Amoto igitur illo de via transibat omnis vir sequens Ioab ad persequēdum Seba filium Bochri. Porrò [6] ille transierat per omnes tribus Israel vsque in Abelā, & in Bethmaa[7][8]cha, † omnesq; viri electi congregati fuerunt ad eum. Venerunt ita[9][10]que, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, & † circun[11]dederunt munitionib. ciuitatem, & obsessa est vrbs. Omnis autē turb ba quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Et exclamauit [12]

A a *Et tenuit, &c.* Angelomus. Dextera mentum tenere, est quasi ex benignitate blandiri. Sed sinistram ad gladium mittit, qui latenter ex malitiā percutit.

b *Et exclamauit mulier sapiens, & cætera.* ✠ Hieronymus. Hanc mulierem Iudæi Zaran, filiam Azer, filii Iacob, intelligūnt, & quod se matrem dixerit, B quia multorum annorum erat.

✠ ANGELOMVS. Ac si aperte diceretur. Hec ciuitas vrbs consilii extitit, & qui aliquod consilium requirebant, hic interrogabant. Et tu quæris tantam destruere ciuitatem, & matrem consilii euertere in Is-C

D rael? ✠ CHAL D. Paraph. Ait mulier. Recordor nunc quod scriptum est in libro legis, vt rogaretur ciuitas in primis: sic quoque fuerat † ibi interrogandum pro Abela, num pacem vellent. ✠ R. LEVI. Ecce qui venerunt cum Seba, primum locuti sunt cum habitatoribus Abel E interrogantes, num, & ipsi cupiant conspirare contra † regem. Tu igitur propterea destrues ciuitatem, quæ semper pacifica, integra, & fidelis inuenta est, etiam si quidam, non autem omnes, abierint F in sententiam Sebæ? ☞ Non-

† tunica vestimenti sui (Chald. interpr. cingulo vestimēti sui, Lxx. tunica, veste sua super se.

† in quinta costa.

† & omnia loca Berim: congregatique venerunt etiam post Ioab.

Deut. 20.

† vel venitante eos.

† Et ipse sub Ioab) egressus est gladius, & cecidit.

† fabrefactus.

† 1. Reg. 2. a.

* in manu.

† supra 2. f.

† Et effuderūt ballistam (vel aggerem) contra ciuitatem, & steterunt (sub muri ciuitatis) in antemurali. (Lxx. & iecerunt uallum contra ciuitatem, & stetit sub populus ciuitatis in ualle in fossa quam repleuerunt uiri Ioab, ut miru diruerent.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, &c. *Quia de facili non posset ibi capi. Tertia pars erat bellatorum de diuersis tribubus Israel, quia licet multitudo cuiuslibet tribus recessisset a David, excepta tribu Iuda, tamen de qualibet tribu erant uiri bellatores robusti, qui coniuncti fuerant ipsi David a tempore quo fugit a facie Saul, vt habetur 1. Paral. 12. c. & isti volebant iuuare ipsum David, & ad hos congregandos exiuerat Ioab, quia erat difficilius negotium, propter quod in eius absentia dum esset dicto modo occupatus, & periculum esset in mora persequendi Seba, David commisit Abisai bellatores de domo sua, qui erant assueti exire cum Ioab, & obedire ei, veruntamen Ioab, & Abisai cum suis societatibus conuenerunt in vnū, sicut erat condictum, & secundum ista patet litera.*

2 Cumque. *Hæc est pars incidentalis, in qua agitur de interfectione Amasæ, qui occurrit Ioab in dicta insecutione Seba.*

3 Qui fabricatus. *In Hebræo habetur.* Et exiit, & cecidit, *quod exponens Rab. Sal. dicit quod Ioab a proposito sic disposuit, vt caderet ad terram de vagina, vt sic Amasa crederet, quod Ioab leuaret de terra ad reponendum in vagina, & non ad percutiendum ipsum, ideo subditur.*

4 Porro. *idest, non se obseruauit a percussione gladij, & interfecit eum proditoriè sub signo pacis, & amicitiæ, dicit,* Salue mi. *Erat. n. eius cognatus germanus, quia erant de duabus sororibus, vt patet ex prædictis, 17. c. & ideo vocauit eum fratrem. Occidit autem eum ex inuidia, timēs ne ei æquaretur, quia David ei iuraurat.* Hoc faciat mihi Deus, & hoc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab, *vt dictum est ca. præc. propter quod aliqui de amicis Ioab uidentes eum mortuum, dixerunt insultando.*

5 Ecce qui. *q. d. propter suam ambitionem reportauit mortem. Cætera patent vsque ibi.*

6 Porro. *scilicet, Seba filius Bochri.*

7 Per omnes. *solicitando eas, vt constituerent eum regem.*

8 Vsq. in Abelam. *Nomen est ciuitatis fortis, & muratæ.*

9 Et in Bethmaacha. *Nomen est territorii in quo ciuitas illa est sita.*

Om-

10 Omnesque viri electi. *Istud exponitur dupliciter. Vno modo, quod fuissent congregati ad Sebam filium Bochri. Alio modo, quod essent congregati ad Ioab, veruntamen qualitercūque accipiatur:* ly omnes, *accipitur pro multis, quia multi congregati sunt, & ad istum, & ad alium. Veruntamen videtur, quod fortior pars congregata fuerit ad Ioab, quia Seba obsessus non audebat exire.*

11 Venerunt. *Hic consequenter describitur ipsius Seba occisio, quia ciuitas obsessa erat in periculo destructionis, quod notatur cum dicitur.* Omnis autem, *& ideo excogitata fuit uia saluationis ciuitatis per modum qui sequitur.*

12 Et excla. *Dicunt Heb. quod ista mulier fuit Sara filia Aser, quæ descendit cum Iacob in Aegyptum, vt habetur Ge. 46. & quod habuit spiritum prophetiæ per quem reuelauit Iacob, cum lugeret filium suum Ioseph: æstimans eum mortuum quod ipse viuebat, licet non crediderit, donec vidit plaustra, & munera sibi missa a Ioseph, de quibus habetur Gen. 45. Dicunt etiam, quod ipsa ostendit Mosi sepulchrum Ioseph, qn̄ filii Israel egressi fuerunt de Aegypto, & secundum hoc exponunt qd̄ sequitur postea.* Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel? *s. reuelando Iacob, & Mosi quæ dicta sunt. Sed istud videtur oīno fictitium, quia secundum prædicta, ista mulier ante descensum Iacob in Aegyptum habebat spiritum prophetię, & per consequens ad minus habebat 20. annos, vel circiter. Item a descensu Iacob in Aegyptum vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto fluxerunt anni 210. sicut patet ex his quæ dicta fuerunt Ex. 12. Itē ab exitu de Aegypto usq. ad fundationem templi quartò anno regni Salomonis fluxerunt ann. 480. vt hr̄ 4. Re. 7. qui simul iuncti faciunt annos 710. Sed tio vero excitata per Seba filium Bochri fuit circa finem uitæ David, quia iā erat senex, cum igitur Salomon fuerit coronatus ipso adhuc uiuente, ut habet inf. 3. lib. cap. 1. & templum fundauerit quarto anno regni sui, ut habetur infra 3. libro 6. capitu. oportet dicere: quod ista mulier tunc haberet septingentos annos, vel circiter, quod est inconueniens pro illo tempore in quo vita humana protendebatur vsque ad 100. annum ad plus communiter, & ideo dicendum, quod fuit alia mulier, & dicitur sapiens non propter spiritum prophetiæ, sed propter industriam naturalem, & eloquentiam sicut dictum est supra 24. capitul. de muliere Thecuite.*

Dicite

MORALITER.

† talis seditiosus priuari debet, capite, idest, vita corporali p potentiam secularem, si pertineat ad eius iurisdictionem, si autem ad forū pertineat ecclesiæ, priuari debet capite, idest, suo gradu, & potestate, & sic arceri quod non possit tales malitias exercere. Per hoc autem quod mulier sapiens dedit consilium de Sebæ decapitatione, significatur quod tales punitiones fieri debent cum magna discretione.

Fuit

a *Nonne*. Ra. Iste est sermo legis, in qua iubet ut filij Israel ingressi terram Chanaan prius pacē offerāt, & eos qui pacē susceperint tributarios faciāt, eos vero q non susceperint, deleant. ideo mulier sapiens exclamasse dicit *Nonne*. Q. cur destruis hanc ciuitatē antequā pacē offeras secundū legē? cur nō seruas legem in Israelitis, quæ olim seruata est alienigenis?

b *Qui abscis*. Rab. Reditus populi ad Dauid post interfectionem Absalon, reditū prioris populi ad Christum post mortem prauorū magistrorū significat, qui in synagoga Iudęorum diu regnabat, & veritatis auditu populū subuertebat.

Hieron. † perfecta sūt. † dissipas. † deuoro vel dissipo. Angelom. † supra.2.g. † in sapientia sua, id est consulem sapienter. † consiliarius vel princeps ipsi sic vertit Chal. interpres, id est primus & magnus in consilijs Dauid.

1 mulier sapiens de ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab. Appropinqua huc & loquar tecum. Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respondit, ego sum. Ad quem sic locuta est. Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit. Audio. 2 Rursumque illa. Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio. 3 qui interrogant, interrogent in Abela, & 4 sic † perficiant. 5 Nonne ego sum † quæ respondeo veritatem in Israel, 6 & tu quæris subuertere ciuitatem, 7 & euertere matrem in Israel? Quare † præcipitas hæreditatem domini? 8 Respondensque Ioab ait. Absit, absit hoc a me, non † præcipito neque demolior, non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuauit 9 manum suam contra regem Dauid. Tradite illum solum, & recedemus a ciuitate. Et ait mulier ad Ioab. Ecce caput eius mittetur ad te p murum. 10 † Ingressa est ergo * ad omnem populum, & 11 locuta est eis sapienter. Qui abscisum caput Sebæ filij Bochri proiecerunt ad Ioab, & ille cecinit tuba, & recesserūt ab vrbe vnusquisque in tabernacula sua Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem: 12 † Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel. Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethęos & Phelethæos. 13 Aduram vero super tributa. Porro Iosaphat filius Ahilud a commentariis. 14 Sina autem Scriba. Sadoc autem & Abiathar sacerdotes. 15 Ira autem Iairites erat † sacerdos Dauid.

a ¶ In Hebræo non habetur, prouerbio. b ¶ Quasi dicat, hæc est vrbs consilij. a ¶ Quæ est mater consilij. a Idem quod cancellarius.

bat. Interpretatur autē Seba secta a secando, non a sectando. Bochri uero primogenitus me^s, Israel, de quo dr, *Filius meus primogenitus Israel*. Sebam. i. errorē secutus. seperauit se a domo Dauid, idest, ecclesia. sed ad mulieris sapientis, idest, spiritualis doctrinæ suggestionem caput Sebæ. idest, diabolum a corde suo abscidit, & ad Dauid, idest Christū filium Dei rediJt.

c *Ira autem Iairites &c.* Theodoretus. Sadoch & Abiathar habebant dignitatem sacerdotalē, Iste autem cum esset sacerdos, degebat intra regiam arcæ diuinæ semper assidens, & regia sacrificans sacrificia.

Exod.4.f. † inter pacificas & fideles vel integri & fidelis vrbs. Chald. interpres nos sumus pe fecti in fide cum Israel, id est, qui seruamus fidē regi, & populo. Q. ræst.33. * mulier. † supra.6.d.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dicite. *Quia volebat loqui cū eo secrete quantum poterat fieri.*

2 Ser.&c.i.ve. *Vetus prouerbiū supra accipitur pro lege sicut dictū fuit sup.1.li.24.ca.in qua præcipitur filiis Israel, vt venientes ad expugnandum ciuitatem primo offerrent ei pacem vt hētur Deut.20. Et hoc est quod dicitur hic.*

3 Qui interro. *i. filiis Israel qui expugnando ciuitatem dēnt primo interrogare de pace, sic debent facere in hac ciuitate.*

4 Et sic: *quia implerent legis mandatum & haberent intentum.*

5 Nonne &c. in Israel. *Loquitur in persona ciuitatis. quasi dicat ista ciuitas semp tenuit veritatē & fidē regi. Vnde in Heb. habetur sic,* Ego pacificarum veracium Israel. *i. una de numero pacificarum ciuitatum & ueracium regi.*

6 Et tu quæ. *quasi dicat, malum facis.*

7 Et euertere. *Quia quælibet ciuitas est mater populi ibidē nati & nutriti. In aliquibus libris interponitur* ciuitatum. *sed nō est de textu quia non est in Hebræo, nec in libris correctis.*

8 Absit. *hoc uerbum duplicauit Ioab ad maiorē assertionē, uel ut dicit Ra.Sa. semel pro rege, & semel pro se, quasi dicat, nec rex quærit hoc, nec ego, ideo subditur.*

9 Sed. *Qui commouit seditionem contra regē illum solum quærimus.*

10 Ingressa. *i. ad maiores ciuitatis, in quib. populus uirtualiter continetur. Sic enim uolebat loqui, ut lateret ipsum Seba.*

11 Et locuta. *Quid autem dixerit non exprimitur. Sed dicunt aliqui & probabiliter, quod ipsa respodit eis bona ipsius Dauid et mala ipsius Seba, & quod tota ciuitas erat propinqua exterminio propter eū. Ex his concludens, quod melius erat ipsum solū occidi, quam ipsum & omnes alios propter ipsum, & sic factum est.*

12 Fuit er. *Hic consequenter post reductionē Dauid in regnū & sedationem commotionis excitatæ per Seba, conuenienter repetit ordinatio domus Dauid, & patet sententia ex dictis sup.8.ca.in fine, bis exceptis.*

13 Aduram. *Quæ reddebantur ipsi Dauid a nationibus seruientibus sub tributo, prout dictum fuit sup.8.cap.*

14 Ira autem. *Dicitur Iairites a ciuitate de qua erat.*

15 Sacerdos. *i. magnus apud eum, sicut dictum est sup.8.c. quod filii Dauid sacerdotes erant. Dicit autem Ra.Sa. quod Dauid fecerat istum principem & iudicem, idest, magnum inter principes et iudices.*

CAP.

MORALITER.

12 *Fuit er.* Per hoc autē quod decapitato Seba ordinatio domus Dauid recolitur, significatur q subtractis de medio seditiosis quātum ad regnum, principatum, ecclesiā, vel cenobium, quodlibet istorum ad bonum statum & dispositionem reformatur.

ADDITIO.

In c.xx. vbi dicitur in postil. *Qui interrogant, interrogent in Abela, &c.* Veritas Hebraica sic habet, *Interrogare interrogant in Abela, &* sic perfecerunt seu consummauerunt. *Ego pacificarum & veracium Israel, quare subuertis ciuitatem & matrem in Israel?* Ad cuius sensum proprium dicendum, quod cum Ioab venisset persequendo Seba, gentes suæ per viam quęrebant pro ciuitate Abela, eo quod audissent ipsum Seba ibidem esse reclusum, & non cessabant interrogare pro hac ciuitate donec ad eam peruenerunt. Idcirco hæc mulier in persona ciuitatis dicebat ipsi Ioab, Audiui quod tu seu gentes tuæ per viam interrogastis pro ista ciuitate continue, donec ad eam peruenistis. & hoc est quod dicitur. *Interrogare interor.* id est, gentes tuæ. In Abela. idest, pro Abela. & sic perfecerunt viam suam. i. donec accesserunt ad eam. Et quia ipse Ioab veniebat cum exercitu dispositus ad bellum, & ciuitas illa non perturbabat pacem regni Israel, neque subtrahebat veritatē fidelitatis ipsius regni Israel, idcirco non apparebat causa aliqua quare princeps militię regis ipsam ciuitatem debuisset debellare. vnde consequenter quęrebat ab ipso Ioab causam quare sic veniebat interrogando pro ciuitate in bellico apparatu, quasi ad destructionem eius, & hoc cum dicit, *Ego pacificarum & veracium Israel, quare subuertis, &c.*

CAP. XXI.

A a *Facta est*. Rabbanus. Fames facta in Israel propter Gabaonitas sterilitatem bonorum operum significat in subditis propter negligentiam doctorum, qui non procurant eis pastum verbi Dei dum inseruiunt terrenis. Necantur ergo Gabaonitæ, cum studium rectæ conuersationis, & reformatio pœnitentiæ post lapsum subtrahitur incautis per hæreticos, scilicet vel spiritus malignos. Gabaon enim collis mœroris interpretatur. Gabaonitæ interficiuntur, cũ desidiosi post perpetrata scelera vana spe securitatis a diabolo deludunt, qui dicunt, *Faciamus mala vt ueniant bona*, quorum dãnatio iusta est. Sed Respha quę interpretatur cursus, filia Ahia, qui interpretatur pater eius, *tollẽs ciliciũ substrauit supra petrã, &c.* quia pia solicitudo sanctorum talibus succurrẽs, rigore ieiunij & instantia precũ incumbit, donec misericordiã Dei de cęlo impetret super eos, cõpesces prauos homines & malignos spiritus, ne vitã eorum praue suggerendo corrũpant vlterius.

✱ Theodoretus. Per hæc autem nos docet, qui oĩa sapienter administrat Dñs, quod etiã si diuturna vtens lenitate ac patientia, non inferat statim pęnam legis non obseruatæ, postea tamen iusta exigit supplicia, sicut tũc certe fecit. Nã cũ quadraginta anni præteriissent, nubes quidẽ alligauit ne pluerent, sterilitatis autem morbo terram subiecit, fame autẽ puniuit eius habitatores. Rex autem ignorans causã plagæ a Deo immissę, iustũ rogauit iudicẽ, & iis qui iniuria affecti fuerãt vsus est iudicibus.

b *Et uo.* Dicens.s. Iosue gratis Gabaonitas viuere permisisse, & filijs Israel & Iuda prędã eorũ iniuste abstulisse. Huius vero vltionis causam in Gabaonitas Achimelech sacerdos fuit.

c ✱ *Vt benedicatis hæreditati Domini*. Theodoretus. Hæc verba non exaudiunt Iudæi, quod semen Abrahæ opus habuerit benedictione Chananæorum. Sed de suis maioribus sibi placent, & magnos sumunt spiritus, nec volunt intelligere, quod virtus est longe illustrior nobilitate maiorum, & quod ex fide præputium legem seruans, te iudicabit qui per literã & circuncisionem es transgressor legis. Cæterum, nos docet oratio, ne transgrediamur fœdera quæ fiunt adhibito Dei iureiurando, etiam si fiat transgressio in aliorum vtilitatem.

a *Tulit.*

Marginalia: Angelomus. — † faciem — † Locutus est — Roma. 3. b. — Quæst. 34. — † Quicquid dixeritis. — Iosue 9. — Quæst. 34. — † & sanguinẽ. — † Iosue. 9. c. — † quando zelus est — † quo expiabo (sub peccatũ) — † cum Saul & cum familia eius.

CAP. XXI.

FACTA est quoque fames in diebus Dauid trib. annis iugiter, & consuluit Dauid † oraculum Domini. † Dixitque Dominus, propter Saul, & domum, eius | sanguinum, quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex dixit ad eos. Porrò Gabaonitæ non erant de filijs Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum. † Filij quippe Israel iurauerant eis, ne[a] perimerent eos, & voluit Saul percutere eos † zelo quasi pro filijs Israel & Iuda. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas. Quid faciam vobis, & † quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini? Dixeruntque ei Gabaonitæ. Non est nobis super auro & argento quæstio, † sed contra Saul, & contra domum eius, neque volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos rex ait. † Quid

a ¶ In Hebræo non habetur, ne perimerent eos.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Facta est. *Post punitionem Dauid de peccato luxuriæ, hic consequenter ponitur punitio pro peccato negligentiæ, & primo narratur factum, secundo explicatur quadruplex bellum, ibi*, Factum est autẽ. *Circa primum sciendum, quod Iosue & principes Israel iurauerunt Gabaonitis, quod non interficerentur, prout habetur Iosue. 9. cap. Saul autem cum regnaret, multos eorum interfecit contra prædictum iuramentum, quod obligabat non solum Iosue & principes Israel illius temporis, sed etiam posteros eorum, factum autẽ istud erat notorium, ideo debuit puniri per Dauid qui successit Sauli, & quia circa hoc fuit negligens secuta est vltio diuina cogens ad vindicandum istud factum. Sic igitur proceditur, quia primo ponitur afflictio populi, secũdo vindicatio delicti ibi*, Vocatis ergo *Primũ ponitur cũ dicitur*, Facta est. *scilicet in terra Israel.*

2 In die. *Eo quod negligens fuerat de iustitia faciẽda modo pdicto.*

3 Tribus *i. continue se habentibus.*

4 Et consul. *Ra. Sa. dicit, quod primo anno non consuluit, eo q credidit, q sterilitas terræ contigisset ex cursu naturali temporis. Secũdo anno credidit, quod contigisset propter idolum Michæ, quod adhuc erat in tribu Dan, ut dicit Ra. Sa. propter quod illud idolũ destruxit, sed quia sterilitas terræ per hoc non cessauit, tunc consuluit dominũ de causa sterilitatis. Secundo ponitur reuelatio peccati propter quod dicta sterilitas acciderat, cum dicitur.*

5 Dixit Dominus. *Domus Saul vocatur domus sanguinum, idest, digna sanguinis sui effusione.*

6 Vocatis. *Hic consequenter ponitur vindicatio delicti. Circa quod primo describitur pęnæ taxatio. Secũdo executio, ibi*, Tulit itaq; rex. *Tertio mortuorũ tumulatio. ibi*, Et nunciata sunt. *Circa primum dr*

7 Porro Ga. *Hoc introducit duplici cã. Vna est vt sciretur propter quam causam reseruati fuerant a filijs Israel cęteris interfectis, quæ notatur cum dicitur.*

8 Filij quippe. *scilicet quod non interficerentur, vnde aliqui libri sic habent*, Ne perimeret eos. *Sed non est in Hebræ. nec in libris correctis, subintelligitur tamẽ, propter quod aliquis posuit per modum glossæ, et postea insertum est textui per imperitiam scriptorũ. Iuramentum autẽ factũ Gabaonitis & modus obligationis, plene habetur Iosue. ix. c. Alia causa est, vt dicit Ra. Sa. quia si Gabaonitę fuissent de filijs Israel, fuissent magis misericordes, & indulsissent factũ Saulis cõtra eos. sicut indulserant sacerdotes qui remanserant post mortẽ Achimelech & aliorum qui fuerunt interfecti cum eo, vt habetur, supra. 1. libr. 22. c. & sic populus non fuisset fame punitus.*

9 Et uoluit. *Dicunt aliqui, quod non interfecit Gabaonitas, sed quia interfecit sacerdotes, vt dictum est, et Gabaonitę habebant ab eis victũ & vestitũ, eo quod seruiebant eis portando ligna & aquas ad locũ cultus diuini, prout determinatum fuerat per Iosue & principes Israel, vt habetur Iosue. ix. propter quod loquit scriptura acsi Saul interfecisset Gabaonitas. quia illa quodammodo dicitur hominẽ interficere qui aufert sibi victum, Sed litera non concordat huic expositioni, qa dicitur*, Voluit eos pcutere zelo quasi p filijs Israel & Iuda. *Saul autem non interfecit sacerdotes hoc zelo, sed quia dederant panes & gladium ipsi Dauid vt habetur supra lib. 1. 22. c. Et ideo dicunt alij, quod iste zelus intelligitur, quia Saul cupiens possessiones Gabaonitarum, eo quod erant in tribu Beniamin & occupabant vna ciuitatem notabilẽ, dicebat qd melius esset deo acceptius, qd filij Israel ipsimet aquas & ligna ministrarent in loco diuini cultus, & illi delerentur, per hoc pallians cupiditatem suam. Sed hoc non est verisimile, quia illa cõportatio aquarũ et lignorũ fuit Gabaonitis imposita tanquã seruitus & mors ciuilis, prout dictum fuit Ios. 9. cap. & ideo nõ erat pro filijs Israel, sed contra ipsos hãc seruitutem ad eos transferre. Propter quod dicunt alii, quod Saul motus cupiditate pdicta, dicebat quod Iosue & principes tribuum male fecerant dimittendo Gabaonitas, quia partem hæreditatis Israel occupabant, & quod debebat hoc corrigere, cũ esset tantæ potestatis & maior in regimine populi quã Iosue et principes tribuum, qui non habuerunt regiam potestatem.*

10 Quod erit vestri piaculum. *idest, emenda vobis sufficiens.*

11 Vt benedicatis hæreditati Domini. *idest, vt Deus placatus emenda vobis sufficienti, bñdicat terræ Israel dando pluuiam ad terræ fœcundationem.*

12 Non est nobis super auro & argento quæstio, sed. *Erant enim pauperes, et ideo verisimile est qd Dauid eis obtulerit primo emẽdam pecuniariam, sed ipsi renuerunt, dicentes.*

Virum

Marginalia: Diuisio. — Diuisio.

MORALITER.

1 *Facta est, &c.* Quę fuit a deo immissa pp peccatum Saulis ex Gabaonitarũ occisione. Et per hoc ostenditur quanta sit peccati grauitas in innocentium depressione, & maxime ei q. tenetur eos custodire. Nam pp hoc peccatum tribus annis totus populus afflictus fuit fame. Sunt. n. tria genera peccatorum, quæ pp grauitatẽ dicuntur ad deũ clamare. Primum est, innocentis occisio, Ge. 4. b. *Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me, de terra.* Secundum, est peccatum contra naturam, Ge. 18. c. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum venit ad me.* Tertium, est defraudatio pauperũ Iac. v. b. *Ecce merces operariorũ vestrorũ qui fraudati sunt a uobis, clamat & clamor eorum in aures*

A a *Tulit rex itaque duos.* Qui cũ Doeg Idumęo adhuc pueri sacerdotes & Gabaonitas occiderunt, Armoni scilicet & Miphiboseth.

absconditfilios Ionathæ, quoniam iurauit ei viuenti se non deleturum eius semen, & non iurauit in dolo proximo suo. Si ergo, post sexcentos annos Deus iniurandũ vindicauit, & cum alii iurassent, alii qui iusiurandum, violarāt, pęnas dederunt, quid patiemur qui peieramus?

Rabban. Angelom.

b *Filios Michol filiæ, &c.* Quos, scilicet, Michol vxor Dauid quæ & Egla dicitur, adoptauit sibi inter filios, quos Merob, soror eius de filio Berzellai suscepit.

c ✻ *Qui crucifixerunt eos, & cætera.*

B ✻ Theodoretus. Sumpto de eis supplicio, placatus, fuit Dominus, & effecit vt nubes parturientes parerent & iussit terræ vt more solito produceret fructus. Nos autem per hæc discimus, quod Dominus nõ nouit differentiam generis, sed eos qui sunt iniuria affecti vlciscitur, etiam si sint alienigenæ.

✻ Chrys. Vocat David Gabaonitas ex Dei iussu, & eis tradidit illos qui ex Saule descēderāt, & abscon-

C

† perdemus. † saccum † maioribus. Iapf. 14.

ergo vultis faciam vobis? Qui dixerunt regi, virũ qui† attriuit nos, & oppressit inique, ita †delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. Dentur nobis septem viri de filijs eius, vt crucifigamus eos domino in Gabaa Saul quondam electi domini. Et ait rex. Ego dabo. Pepercitque rex Miphiboseth filio Ionathæ filij Saul propter iusiurãdũ domini, quod fuit inter Dauid & inter Ionatham filiũ Saul. Tulit itaq; rex duos filios Respha filiæ Aia, quos peperit Saul, Armoni, & Miphiboseth, & quinque filios Michol filiæ Saul quos genuerat Hadrieli, filio Berzellai, qui fuit de Molathi, & dedit eos in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram domino. Et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primæ, incipiente messione hordei. Tollens autem Respha filia Aia † cilicium, substrauit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo, & non dimisit aues lacerare eos per diem, † neque bestias per noctem, & nunciata sunt Dauid quæ fecerat Respha filia Aia concubina Saul, & abijt Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathę filij eius à †viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistijm, cum interfecissent Saul in monte Gelboe, & asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius. Et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathæ filij eius in terra Beniamin, in † Latere in sepulchro Cis patris eius. Feceruntque omnia quæcunque præceperat rex, & repropitiatus est Deus terræ. Post hæc factum est rursum præ-

D

† consumpsit: & succidit.

d ✻ *Tollens autem Respha filia Aia Ciliciũ, &c.*

Epist. ad Lunuarium, de recip. lapsis.

Bachiarius. Melior, fuit concubina Saulis Respha, quæ corpora defunctorum, quos Dauid, pro Gabaonitarum, vltione percusserat, eo vsque accincta, sacco, hoc est, cilicio, custodiuit, donec eis roraret aqua de cœlo id est, Donec pro venia eorum, misericordiæ, cœlestis stilla deflueret.

E

Purgatorium.

† sela(nomen est loci.

F

Commentr. in hunc locum.

✻ Rabbanus, & Angelomus. Pia solicitudo sanctorum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Virum qui attriuit nos & oppressit inique. *ita quod primo petierunt occisionem omnium qui erant de domo Saulis, sed quia Dauid eis suggessit quod nimis petebant, fuerũt finaliter coacti de septẽ viris.*

2 Vt crucifigamus eos domino in Gabaa. *idest, ad declarationem iustitiæ diuinæ.*

3 Et ait rex, ego dabo. *Tum quia sciebat voluntatem Domini quod factum Saulis puniretur, vt patet ex prædictis, tum quia magis erat condescendendum toti populo qui affligebatur fame, quousque hoc factum vindicaretur.*

4 Tulit itaque rex duos. *Hic ponitur pœnæ taxatæ executio, cũ dicitur,* Tulit itaq; rex duos filios Respha filiæ Aia quos peperit Saul, Armoni & Miphiboseth *Dicit Ra. Sal. quod isti duo specialiter nominantur, quia fuerunt in occisione sacerdotum cum Doeg.*

5 Et quinque, filios Michol filiæ Saul, quos genu. &c. *Isti fuerunt filij Merob sororis Michol naturales, sed Michol eos nutriuit & adoptauit postea, eo quod non habebat filios naturales, ideo dicuntur eius filii, & secundum hoc dicitur eos genuisse Hadrieli, nõ quia fuerit eius vxor, sed Merob soror eius, vt habetur. sup. 1. lib. 18. ca.*

6 Qui crucifixerunt. *Idest, in loco patenti.*

7 Coram domino. *Idest, ad declarationem diuinæ iustitiæ.*

8 Tollens aũt. *quia corpora illa dimissa fuerunt in patibulis, volẽs ea seruare intacta ab auibus, & feris, ideo parauit sibi locũ iuxta ea. Nec tamen erat sola, quia nõ posset sic custodire, quia aliquãdo oportebat eam dormire, tamen sola nominatur, quia erat principalis in hoc facto. Sed videtur quod Dauid fecerit contra legem Deut. 21. vbi præcipitur, quod adiudicatus morti & appẽsus in patibulo deponatur eadẽ die & sepeliatur. Dicendum quod illud erat fiendum de communi lege. Sed in hoc facto fuit principaliter reuelatum ipsi Nathan prophetæ, & per Nathan denunciatum Dauid, quod voluntas Dei erat quod remanerent in patibulis donec ostenderetur signum propitiationis diuinæ per dationem pluuiæ, quia dicta sterilitas per siccitatem contigerat, & ideo subditur.*

9 Donec stilla. *madefaciens terram,* super eos. *Nominantur isti suspensi specialiter, quia descensus pluuiæ erat signum, quod tunc deberent dari sepulturæ. Ra. Sa. assignat etiam aliã causam moræ ipsorum in patibulo, quia erant iuxta viam communẽ in qua multi Gẽtiles trãsibant, & cum peteret quales homines fuissent, rndebatur eis, de genere regio, & cũ quæreret vltra causam suspensionis, rndebatur eis, quod erat propter occisionẽ Gabaonitarum, qui de Gentilitate conuersi fuerant ad Iudaismum, quia tempore Iosue fuit ista conuersio, vt dictum fuit Iosue. 9. ca. & per hoc multi Gentiles mouebantur ad hoc quod transirent ad fidem & ritum Iudæorum.*

10 Et nunciata sunt. *Hic consequenter ponitur istorum venerabilis tumulatio, cũ dicitur,* Et nunciata sunt Dauid quæ fecerat. Respha, *custodiendo corpora.*

11 Et abijt Dauid & tul. ossa Saul, &c. *quæ erãt sepulta in nemore Iabes, vt habetur sup. 1. lib. 31. c. quod nõ erat locus solennis pro talibus personis.*

12 Et colligentes ossa eorum, qui. *i. in terra Beniamin, de cuius tribu erant.*

13 In Latere in sepulchro Cis. *i. iuxta latus sepulchri Cis patris sui.*

14 Factum est. *Hic consequẽt ponitur quadruplex bellum, & primo ostenditur qualiter Dominus protexit Dauid in illis periculis, secundo gratiarum actio redditur pro his et aliis beneficiis c. 22. Circa primum dici-*

MORALITER.

† *aures Domini Sabaoth introiuit.*

† *Dentur.* Sicut dicit Greg. homili. 24. Quoniam totum tẽpus septẽ diebus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas designatur. Per septẽ igitur viros crucifigẽdos pro peccato expiando, vt Deus terræ repropitiaretur significatur vniuersitas hominũ carnem suam crucifigentiũ cum vitijs & concupiscentijs pro peccatorum suorum & aliorũ expiatione, propter quod isti dicuntur crucifigi corã Domino ad differentiam hypocritarũ, qui carnem suam crucifigũt corã mundo. Mat. vj. c. *Exterminant facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes.* ideo subditur.

† *Et non.* per aues autẽ significantur dæmones, vt habetur Matth. 14. in parabola seminantis. Similiter per bestias. vt habetur

rum, talibus ſuccurrēs rigore ieiunii, atq; inſtantiæ precum incūbit, donec miſericordiā Dei impetret ſup eos de cęlo.

a ✠ *Deficiente autem Dauid &c.* Theodoretus. Erat ſenex, vincebat autem corpus animi alacritate. Cum autem in conflictu multum, ſuſtinuiſſet laborem, erat enim primus pugnans in acie, defeſſus eſt non ferens laborem.

b *Gob.* Quod interpretatur lacus, quia ſicut in lacu leonum quis mittitur, ita ſemetipſum miſit Dauid contra Goliath. (Rabban.)

c *Tertium.* Rab. Ioſephus de tertio prælio ita dicit, Poſt hanc vero compaſſionem Palæſtini denuo pugnauerunt, ſuper quos exercitum mittente Dauid, fortiſſimus apparuit Ephan cognatus eius. Nam contra ſingulos fortiſſimos Philiſthinorum, ſolus pugnando, peremit eos, alios conuertit in fugam, quorum etiā multi in prælio ceciderūt. Vtrum autem Ephan Adeodatum appellauerit, vel quemlibet alium, etiam incertum eſt. (L. 7. ant. c. 12.)

d *Quartum* Goliath, iteratur, quod egit Dauid primitus tēpore Saulis. Nam in Para. non niſi tertio principaliter pugnaſſe contra Philiſthęos legitur. (1. Para. 20.)

Rab.

lium Philiſthinorum aduerſum Iſrael, & deſcendit Dauid & ſerui eius cum eo, & pugnabant contra Philiſthijm. Deficiente autē Dauid Ieſbibenob, qui fuit de genere Arapha, † cuius ferrum † haſtæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat enſe nouo, niſus eſt percutere Dauid: præſidioque ei fuit Abiſai filius Saruiæ, & percuſſum Philiſthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes. Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernā Iſrael. Secundum bellum quoque fuit in Gob contra Philiſthęos. Tunc percuſſit Sobbachai de Huſathi Saph de ſtirpe Arapha, de genere gigantum. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philiſthęos, in quo percuſſit Adeodatus filius Saltus, polymitarius Bethlehemites, Goliath Gethæum, cuius haſtile haſtæ erat quaſi liciatorium texentium. Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelſus, qui ſenos in manibus pedibuſque habebat digitos, id eſt, vigintiquatuor, & erat de origine Arapha, & † blaſphemauit Iſrael. Percuſſit autem eum Ionathā filius Sammaa fratris Dauid. Hi quatuor nati ſunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & ſeruorum eius.

Interlinear: a ¶ Vrbs, quæ & Gazer. — Locus eſt. — a ¶ Dauid. ſ. qui electus eſt a Deo in regnum. — b ¶ Quia de ſaltu vbi paſcebat oues accepit eum Deus. — c ¶ Quia de genere Beſeleel mater eius. — a ¶ De Bethlehem extitit. — a ¶ Hanc dicunt Iudæi matrem gigantum fuiſſe Orphan, Noemi nurum.

Rab. Quatuor bella Dauid & ſeruorum eius, contra Philiſthæos Chriſti bellum ſignificant, quod omni tempore huius vitæ in membris ſuis contra perſecutores & nequitias ſpirituales continuatur, licet enim faſtus mundi vel proteruitas malignorum ſpirituum ſe erigat contra eccleſiam Dei, omnis tamen principatus aduerſariorum vero Dauid imperante, & prælio ſeruorum ſuorum diſponēte cedit, & ad nihilum reducitur. vnde, *Vana ſalus hominum. In Deo faciemus virtutem, & Ipſe ad nihilum reducit, tribulantes nos.* (Angelom.)

Margin: † 1. Re. 17. a. † lanceæ ferrum appendebat trecentos ſiclos æris. Pſal. 107. c.

c *Bethlehemites.* Quia Noemi & Ruth ex quibus ortus eſt, tempore vbertatis reuerſæ ſunt in Bethlehem, & quia cauſa panis Ruth nota eſt locus ille domus panis vocatus eſt. Vel qa Noemi cū nuru illuc reuerſa panis abundantiam in domo Booz conſecuta eſt. (Ruth. 1. b. Ibid. 2. d.) († vel, probris afficit.)

✠ Angelom. Quatuor iſta bella contra Palęſtinos, bellum ſignificant Chriſti, quod omni tempore iſtius vitę, in membris ſuis contra perfidos quoſque huius ſeculi, & contra ſpiritales nequitias, inceſſanter agit. Licet enim faſtus mundanus ſe erigat contra Eccleſiā Chriſti, omnis tamē vero Dauid

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *dicitur,* Factū eſt. *Dicunt aliqui, quod iſtud acciderat añ famem prædictā, quia iam ante in perſecutione Abſalom ſerui Dauid non permiſerant ipſum ire cum alijs ad prælium, ut habetur ſup. c. 18. Sed hoc non uidetur uerum, per hoc quod dicitur, hic,* Poſt hæc, &c. *& ſic videtur referri ad factum narratum ante immediate, aliter non habetur aliquid certum ad quod referretur. Præterea iſtud bellum uidetur contigiſſe, quando uires Dauid iam debilitatæ erant ſenectute, ut oſtendunt circunſtantiæ literæ. Nec valet iſtud quod inducitur de bello contra Abſalom. Quia enim ſerui Dauid non permiſerunt ipſum ire ad ꝑlium, fuit ex cauſa ſpeciali, ſcilicet, quia Dauid principaliter et ſingulariter quaſi ad mortem quærebatur, ut patet ibidem. et ca. 17. Dixit Achitophel de Dauid,* Vnum enim virum tu quæris, &c. *et ideo illud impedimentum fuit ſingulare. Sed in iſto bello uidentes ſerui Dauid ipſum uirib. debilitatum, ordinauerunt et iuramēto firmauerunt, quod de cætero non iret ad prælium in propria perſona.*

1 Ieſbibenob. *Dicunt aliqui quod ſunt tres dictiones, ita qđ de, eſt præpoſitio, & Nob nomen loci. Sed patet hoc falſum. Tum qa iſte non fuit de Nob, ſed de Geth. ut patet in fine huius c. Tum qa in Hebræo ly de, non poteſt eſſe præpoſitio, & ideo totum eſt una dictio.*

2 De genere. *Ideſt, giganteo, vt dicunt Hebræi.*

3 Et accinctus. In *Hebræo hētur,* Et accinctus erat de nouo, *ita quod ly enſe, non eſt de textu. Dicunt. n. Hebræi & eſt uериſimile, ꝙ illa die fuerat factus miles de nouo, & ideo nitebatur facere probationem euidentem in percuſſione regis. Cætera patent ex dictis.*

4 Secundum bellum quoque fuit in Gob. *Ly ſecundum. non ſignificat hic ordinem temporis, quia hoc mo non narratur hic iſta bella quod patet ex hoc quod illud bellum quod dicitur hic tertium, fuit ſimpliciter primum vt patebit, illud autem quod dicitur hic primum, fuit ſimpliciter ultimum, qa poſt illud Dauid nō iuit ad ꝑlium. Narratur tamen hic primo propter continuationē ad præcedentia, immediate, quia contigit poſt famem ſupradictā in ſenectute Dauid, & ꝺ nō eſt ordo temporis, ſed narrationis, quia iſtud bellum immediate narratur poſt præcedens, & ita dicendum de alijs ſequentibus.*

5 Tunc. *nomen eſt proprium militis.* 6 De Hu. *i. de tali loco.*

7 Saph. *Alias Ziph. nomen eſt gigantes ab eo percuſſi.*

8 Tertium quoque. *Iſtud fuit bellum in quo Dauid interfecerat Goliath, ut patet ex ſequentibus, propter quod dicendum quod Gob eſt nomen loci ſpecialis qui erat in ualle Terebinthi, in qua fuit illud bellū ſicut habetur ſupr. l. 1. c. 17. ſicut in valle Sueſſionenſi ſunt multa loca particularia, & ſic iſtud bellum quod fuit in Gob tanquam in loco particulari fuit etiam in valle Terebinthi ſicut in loco communi.*

9 In quo. *i. Dauid qui fuit a Deo electus & ad regimen populi vt patet ex dictis, ſup. 1. li. 21. c.*

10 Filius. *Quia longo tēpore habitauit in nemoribus fugiens a facie Saul, vt patet ex prædictis, ſup. 1. li. c. 23.*

11 Polymitarius. *quia deſcendit de genere Bezeleel qui fuit principalis in opere polymitario tabernaculi, vt habetur Exo. 31.*

12 Bethlehemit. *Quia ibi fuit natus, vt patet ex dictis. ſup. l. 1. c. 16.*

13 Goliath. *Cum quo pugnauit Dauid ad ſingulare certamen. Et ex hoc patet, quod dictum eſt. ſ. quod iſtud bellum ordine temporis fuit primū, quia ante bellum illud non fuit Dauid in aliquo bello, imo domi remanſerat alijs fratribus ſuis ad bellum poſt Saul euntibus, tanquam nimis iuuenis.*

14 Quartum &c. *in quo. ideſt, magnitudine excedens communem ſtaturam hominum.*

15 Qui ſe. *Hoc ponitur ad oſtendendum. quod ſicut erat exceſſiuæ magnitudinis, ita etiam erat terribilis in alijs.*

16 Et blaſphe. *ideſt, vituperauit prouocando eos ad prælium ſicut de Golia dicitur, ſupra. 1. li. xvij. c.*

Locu-

MORALITER.

† betur in plurib. ſacrę ſcripturę locis. Igitur per aues ad alta volantes ſignātur dæmones de vana gloria tentantes, per beſtias de nocte circumeuntes, ſignātur dęmones de nimia carnis afflictione tentātes. Sicut in collationib. patrum dr de abbate Iohanne, quem diabolus induxit ad immoderatū ieiunium, per quod impediuit bonorū actuum exercitium. Carnes igitur ſe crucifigentium coram Domino modo prædicto, non lacerantur ab auibus, quia ſibi cauent de vanitate gloriæ, nec a beſtijs, quia ſibi cauent ab indiſcretione.

† *Poſt hæc fa. eſt præliū.* Hic deſcribunt quatuor bella Dauid & ſeruorū eius cōtra aduerſarios, per quę ſignāntur quatuor bella Chriſtianorū ꝯ infideles & iniquos. Primū fuit contra principes Iudęorum. Secundum contra imperatores Romanorū. Tertium contra verſutias hæreticorum in quib. habuerunt victoriā per patientiam, ſapientiā, & operationē miraculorum. Quartum bellū erit contra Antichriſtum, de quo victoria habebitur per Ieſum Chriſtum. *Nam ipſum interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui, vt dr. 2. Thе. 2.* (Bella Chriſtianorum quatuor)

Locu-

Quid, hoc est, rege Christo imperante, ac prælia seruorũ suorũ disponẽte, cedit, & oẽs aduersarij vincuntur. Vnde Psalmista ex persona Ecclesiæ cõfidenter dicit, *In Deo faciemus virtutem, &c.*

CAP. XXII.

a Locutus est, &c. ✠ Iosep. Expeditus itaque Dauid a prę liis & periculis, cum pace iam altissima frueretur, cantica in Deum hymnosque vario metro composuit, alios quidem trimetros, alios quinque metros, diuersaque faciens organa, docuit vt Leuitæ secundum ea Deo hymnos edicerent per sabbathorum diem, aliasque festiuitates. Organorum autem species huiusmodi est. Canora quidem est decem cordis coaptata, hæc plectro percutitur. Nabla vero duodecim sonos habens, digitis tangitur. Erant.n.& cymbala ærea, & grandia & lata.

✠ Theodoretus. Post bella, Dauid hymnum Deo composuit epinicion. Consonat autem cum psalmo 17. vel potius idem est. Ego autem cum alijs psalmis hunc quoque interpretatus, superuacaneum existimaui secundam componere interpretationem.

Rab. Solus decimusseptimus psalm. in libris Regum reperitur quia regnum illud significat vbi aduersarium nõ hẽbimus. Titulus enim eius est, *In die qua eripuit eum Deus de manu inimicorum eius, & de manu Saul.* Dauid enim significat eum, qui natus est ex semine Dauid ſm carnem, qui in corpore suo qđ est ecclesia adhuc patitur inimicos. vnde, *Saule, Saule quid me persequeris,* Eripietur autẽ omnino corpus eius, cum nouissima destruetur mors, vt perueniatur ad regnum Dei. Psal. iste non potest conuenire vni personæ. Primo enim propheta loquitur gratias agens, quia de graui periculo diuina pietate liberatur, hic, *Circumdederunt me gemitus mortis, &c.* Secundo loquitur ecclesia quæ ante aduentum Domini innumeras pertulit calamitate. Postea que misertus Deus medicinam sanctæ incarnationis indulsit, & baptismatis beneficio Christianum populum de orbis vniuersitate collegit, ibi, *Deus qui accinxit me virtute,* Tertio mirę misericordię vox saluatoris illabitur, vbi pulcherrimis allusionibus virtus eius describitur, ibi, *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus.* Quarto iterum ecclesiæ catholicæ dicta proferuntur, & cum magna exultatione diuinitatis concessa munera laudantur.

[Margin: †i. virtus & potentia qua sernor. †vel, a rapina (vel iniuria) †vel, laudans aut laudatum. Isidorus. Angelom. Act. 9. a. 1. Cor. 15. Psal. 17. a. †Psal. 17. a. †impii. †Dolores †vel implicuerunt.]

CAP. XXII.

a Locutus est autem Da 1 ¶ Anticipatio. uid Dño verba carminis huius, in die qua 2 liberauit eum Dñs de manu omniũ inimicorũ suorũ, & de 3 manu Saul, Et ait, Dominus petra mea, & robur meum, & sal 4 uator meus Deus Dñs fortis, meus, & spe 5 rabo in eum. †Scutum meũ & † cornu salu 6 tis meæ, & eleuator meus, & refugiũ meũ, 7 saluator meus, † de iniquitate liberabis me. 8 †Laudabilem inuocabo dominũ, & ab ini- 9 micis meis saluus ero. Quia circũdederũt 10 me cõtritiones mortis, torrẽtes † Belial ter 11 ruerunt me. Funes inferi circundederunt 12 me, præuenerũt me laquei mortis, In tri- 13 14 bulatione mea inuocabo dominum, & ad 15

Ceruis

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXII.

1 Locutus est. *Post libera ionem Dauid a periculis, hic consequenter ponitur canticum gratiarum actionis, & primo ponitur gratiarum actio pro præteritis secundo vaticinatio de futuris cap. 23. Circa primum præmittitur quædam præfatio, secundo subditur gratiarum actio, ibi,* Dominus petra mea. *Circa primum dicitur,* Locutus est au *scilicet, quod sequitur postea. Et dicitur carmẽ quia ps. iste in Hebræo compositus est metrice, & per modum laudis diuinæ.*

[Margin: Diuisio.]

2 In die. *Ex quo patet, quod iste psalmus fuit factus a Dauid post omnes persecutiones eius & s. da is aduersa ius, ipso existente in quiete contemplationis.*

3 Et de ma *Ista persecutio specialiter exprimitur, quia fuit diuturnior alijs & periculosior.*

4 Dominus petra. *Hic consequẽter ponitur canticum pro gratiarum actione, vbi primo ponitur cantici narratio, et secundo intenta cõclusio, ibi,* Viuit Dominus. *Canticum autem istud factũ fuit a Dauid pro sua liberatione a periculis multis, vt patet ex dictis, & ideo primo exprimitur Dei ipsum lib ran is efficacia, secũdo suæ liberationis materia, ibi.* Saluator meˢ *tertius modus siue forma, ibi,* Misit de excelso: *Circa primum dr,* Dominus. *idest, fundamentum me stabiliens contra multiplices impulsus.*

5 Et robur meum: *me fortificans contra hostiles insultus.*

6 Scutum meum. *muniens me contra hostium ictus.*

7 Et cor. sa. *repellens & de iciens aduersariorum incursus.*

8 Saluator. *Hic consequenter exprimitur materia huius liberationis videlicet multa mala et pericula de quib. liberatus fuit uirtute diuina. Circa quod primo describitur sua liberatio. Secundo subditur liberatio populi de Aegypto quasi pro exemplo, ibi,* Commota est. *Circa ea quæ sunt dicenda in hoc cantico, considerandũ quod factũ fuit metrice, vt dictum est, & ideo rõne metri hic ponuntur aliqui modi loquẽdi qui non ponuntur communiter in oratione prosaica, quia frequẽter accipit preteritũ pro præsenti vel futuro, et econuerso, et aliquãdo de figuratiua locutione transit ad planã, & ecõuerso. Dicit igit,* Saluator meus. *i. liberasti. Et notat hic iniquitas Dauid in facto Bethsabee, de qua fuit liberatus quantũ ad culpam per veram contritionem & confessionem, et quantum ad pœnam per diuinam ultionem vt patet ex supradictis.*

9 Laudabilem inuocabo *idest, dignum omni laude.*

10 Et ab ini. *scilicet ab inimicis inuisibilibus, qui sũt maligni spiritus, sicut iam liberatus sum ab inimicis visibilibus.*

11 Quia circundederunt me, &c. *Post mala spiritualia a quib. liberatus fui, enarrat corporalia ex psecutione Saulis, in hoc qđ dicitur* Circundederunt me contritiones mortis. *quia Saul & viri eius cingebant Dauid in modum coronæ, ita quod Dauid desperabat se posse euadere, vt habetur sup. l. b. 1. 23. ca.*

11 Torrentes Belial, *i. est, impetus persecutionis Saul, qui erat absque iugo disciplinæ & legis diuinæ.*

13 Funes infer. *In Hebræo habetur.* Societates inferni. *i. dæmones incitantes Saulem ad me persequendum.*

14 Preuenerunt me laquei mortis. *scilicet Ziphæi et alii insidiatores, qui querebant tempus et locum quomodo Dauid caperetur, vt habetur sup. 1. lib. 23. cap.*

15 In tribulatione mea inuocabo dominum & ad Deum meum clamabo: *idest, inuocaui.*

Et

MORALITER.

1 *Locutus.* Dauid figura Chri fuit. propter quod Christus Dauid nominatur Osee. 3. vbi dicitur, *Et quærent dominum Deum suum & Dauid regem suum.* Et translatio Chaldaica sic hẽt, *Et obedient Dauid Messiæ suo.* Propter quod iste psal. exponit̃ mystice de Christo homine, q. liberatus fuit ab aduersarijs suis in sua resurrectione. propter quod tunc dixit Matt. vlt. d. *Data est mihi potestas in cælo & in terra.* Igitur in eius persona dicitur.

4 *Dominus petra mea:* idest, fundamentum meum. nam humana Christi natura in diuino supposito sustentabatur.

5 *Et robur.* Nam opera miraculosa fecit virtute diuina.

8 *Et saluator me.* Hæc verba sunt Christi secundũ quod homo, sic enim minor est patre. & secundũ hoc dicit pater & saluator eius, & Deus eius. & hoc mõ exponatur in sequẽtibus, in quibus est talis loquendi modus.

1 *De iniquitate liberabis me. Laudabilem inuocabo:* idest, de manibus Iudæorum. qui dicuntur hic iniquitas in abstracto, propter excessum malignitatis eorum.

11 *Quia circunde. me con. &c.* in angustia meę passionis.

12 *Torrentes Belial,* idest, impetus tribulationis a diabolo excitatę.

12 *Terruerunt me,* Sic dicitur Marci. 14. c. *Cœpit Iesus pauere & tædere.* & hoc fuit ad declarandũ in eo veritatẽ humanę naturę. 13 *Funes inferi circundederunt me, præuene.* Et loqtur de funibus, quibus fuit ligatus per procurationem demonis, qui vocatur hic infernus.

15 *In tribulatione inuocabo dominum.* Nam in angustia crucis orauit patrem, dicens, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum,* Luc. xxiij f.

¶ Demplum Dei, filius Dei. Deum meum clamabo. Et exaudiet de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus veniet ¶ Peccatores. ad aures eius. Cōmota est & contremuit terra, ¶ Spes. ¶ Superborum. & fundamenta † montium cōcussa sunt, & com- † ¶ Recognouerunt iram Dei. mota, quoniam iratus est eis dominus. Ascen- ¶ Compunctio penitentium. det fumus de naribus eius, & ignis de ore eius ¶ Corda hominum inflammata a spiritu sancto. vorabit: Carbōnes succensi sunt ab eo. Et incli- ¶ Apostolos aduentus sui nuntios misit. ¶ Formam serui suscepit. nauit cælos, & descendit caligo sub pedibus ¶ Plenitudinem scientiæ. eius. Et ascendit super † cherubim & volauit, & ¶ Scientiam sanctorum. † lapsus est super pennas venti. Posuit tenebras in

† cęli cōmota.
† cherub.
† apparuit.

circumitu suo, † latibulum, cribrans † aquas de nubibus cœlorū. Præ fulgore in conspectu eius † nubes, succensi sunt carbones ignis. † Tonabit ¶ Apostolis. de cælo dominus, & excelsus dabit † vocem suā. ¶ Euangelistas. Miracula. Misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura & † consumpsit eos. Et apparuerunt effusiones ma- Manifestata fides ecclesiæ. ris, & reuelata sunt fundamenta orbis. Ab increpatione domini, ab inspiratione spiritus furoris Filium suum. ¶ Vel cælo. Ecclesiam. eius. Misit de sūmo, & assumpsit me, & extraxit ¶ Diabolo. me de aquis multis. Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderant me, quo niam robustiores me erāt. † Præuenit me in die

† tabernaculū.
† collectionem aquarū nubes. id est, densas aquas nubes.
† Tonauit.
† dedit.
† Præuenerit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et exaudiet de tem. *i. de cælo, quod est templum gloriæ suæ.*

2 Commota est & contremuit terra, &c. *Hic inducit exemplū de liberatione populi Israel de Aegypto, vt dicit Rab. Sal. quia modus fuit Hebræorum in liberationibus particularib. facere mentionem de liberatione Aegyptiaca, quæ fuit generalis toti populo, vt patet in pluribus locis sacræ scripturæ, Dicit igitur.* Commota est & cōtre.ter. *quia propter plagas inflictas Aegypto a domino omnes habitātes terrā Aegypti fuerunt commoti, & conterriti, vt habetur in Exod. Et etiam ad litteram inter plagas illas Aegypti fuerunt factæ coruscationes, & tonitrua horribilia. vt habetur Exo.8. ita quòd videbatur tremere tota terra, & montium fundamenta commoueri.*

3 Ascendet fumus de naribus. *Loquitur de Deo more hominis irati, de cuius naribus exit fumus, quia ira est accensio sanguinis circa cor. & inde ascendunt spiritus ad superiora, & ideo ira maximè apparet in facie, vt in oculis & naribus. Sciendum tamen quod ira, & aliæ passiones in Deo non habent locum, nisi secundum quendam modum. Dicitur enim Deus irasci, quando punit peccatores, quia admodum hominis irati se habet.*

4 Et ignis de ore eius vora. *Quia ignis & grando mista pariter ferebantur ad punitionem Aegyptiorum, vt habetur Exod.9.c. Et dicitur hic processisse de ore Dei, quia de voluntate & præcepto eius fiebat talis punitio.*

5 Et inclinauit cælos. *non per loci mutationem, sed per effectus exhibitionem, s. ad punitionē Aegyptiorū, & liberationē Hebræorum.*

6 Et caligo. *quia fecit tenebras palpabiles tribus diebus in Aegypto, vt habetur Exo. 10.*

7 Et ascen. super che. *Per hoc designatur velocitas diuini subsidij ad liberationem populi de Aegypto, quia omnes filios Israel eadem die simul eduxit, cum tamen essent in numero maximo, vt habetur Exo.12.*

8 Posuit tene. *hoc colligitur de nube existente inter filios Israel, & exercitum Aegyptiorum super mare rubrum, quæ erat obscurissima & densissima ex parte Aegyptiorum, ita quòd non poterant accedere ad filios Israel, vt habetur Exo.14.*

9 Cribrans aqu. *quia ex densitate illius nubis fluebant pluuiæ grossæ ad maius impedimentum Aegyptiorum. Veruntamen quia illa nubes illuminabat noctē ex parte filiorū Israel, vt ibidē dicitur, iō subdit.*

10 Præ fulgore. *Et quia ex nube illa generata fuerunt fulgura & tonitrua, quibus rotæ curruum ferebantur in profundum, sicut dictum fuit ibidem, ideo subditur,* Succensi.

11 Misit sagit. *id est, fulgura & coruscationes, quibus territi dixerunt, Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos, quia tamen sicut ibidem dicitur, fugientibus Aegyptijs occurrerunt aquæ. ideo subditur.*

12 Et apparue. *Aegytios submergentes.*

13 Et reuela. *quia superficies terræ quæ erat in profundo maris fuit discooperta, ita quod filij Israel transierunt per medium maris, vt habetur Exo.14. Dicitur autem terra, quæ est sub aquis maris fundamentum orbis, ad similitudinem fundamenti domus, quod est pars inferior. Similiter terra, quæ est in profundo maris habet super se elementum aquæ, & postea aeris, & consequenter alias partes orbis. Consequenter ostenditur a quo talis punitio Aegyptiorum facta sit, cum dicitur.* Ab increpatio.

14 Misit de. *Hic describitur forma, siue modus liberationis ipsius Dauid, qui modus factus est virtute diuina, & primò describitur modus suæ liberationis per modum euasionis de manu aduersariorum. secundo per modum insecutionis & destructionis eorum, ibi,* In te enim curram accinctus. *prima in duas: in partem principalem, & incidentalem, secunda ibi,* Cum sancto. *Circa primum dicitur.*

15 Liberauit. *scilicet, Deus sua gratia & virtute.*

16 Ab inimi. *id est, Saule.*

17 Et ab. *Absalom & suis sequacibus.*

18 Quoniam. *Et in hoc confitetur Dauid se liberatum virtute diuina, non sua.*

19 Præuenit. *quia cū desperaret se non posse euadere a facie Saul, vt habetur. suprà 1. li. cap. 23. venit nuntius ad Saul dicens,* Festina & veni, quoniam Philisthijm infuderunt se super terrā. *quod factum fuit ordinatione diuina, vt Saul omitteret persequi Dauid.*

Cri- Et

MORALITER.

1 *Et exaudiet de templo sancto.* Sicut dicitur Heb.5.c. *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eū qui possit illū saluum facere a morte cum clamore valido et lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.*

2 *Commota est.* scilicet in passione, Matth.27.f. *Mota est terra et petræ scissæ sunt.*

† *Fundamenta motium.* Deus enim in vindictam mortis Christi hominis venire fecit exercitū Romanorum cōtra principes Iudæorum, qui dicunt hic montes propter status eminētiam, & eorum corda quę dicuntur hic fundamenta, cōcussa fuerūt timore in Romanorum aduentu, & conquassata in tēpli, populi & ciuitatis interitu.

3 *Ascendet fumus de naribus eius.* scilicet Dei, de quo loquitur ad modum hominis irati, de cuius naribus exit fumus.

4 *Et ignis de ore eius.* Nam Romani ex instinctu Dei tēplum & ciuitatem incenderunt.

5 *Et inclinauit cæ. &c.* per effectum iustitiæ suæ quem ondit.

6 *Et caligo.* Nā Iudęi remanētes erroris caligine sūt inuoluti.

7 *Ascen.* idest, super apostolos quos repleuit sciētia, propter quod cherubin nominantur.

8 *Et la.* Nam Christus in cęlum ascendit velocius, quam moueatur ventus.

8 *Posuit.* Nam ipso ascendente nubes suscepit eū ab oculis eorum. Act.1.b.

9 *Cribrans.* i. aquas sapientiæ salutares p prædicationem apostolorum, qui dicuntur nubes Esa.60.b. *Qui sunt isti qui vt nubes volant,* Ipsi vero post ascensionem Christi ad prædicandū per orbem fuerunt dispersi.

10 *Præ fulgore.* Nam ad prædicationem apostolorū fulgore miraculorum confirmatā Gentiles qui erāt quasi carbones extincti per infidelitatē, succensi sunt ad amorem Christi p fidem charitate formatam.

† *Tona.* per apostolos aliosque discipulos prædicantes.

11 *Mi. sa.* i. sacras scripturas per prædicatores & doctores.

† *Et dis.* scilicet contradicentes euangelicę veritati.

† *Fulgura.* idest, miraculorum signa.

† *Et con.* nam per euidentia miracula impugnatores euangelij fuerunt confusi.

12 *Et ap.* idest, multitudines credentium, Esa.lx.a. *Mirabitur & dila. cor. tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.*

13 *Et re.* idest, regna quatuor orbis principalia. s. Babylonio rum, Persarum, Græcorum, Romanorum, quę per lapidem abscisum sine manibus, idest, Christū, sunt contrita, & imperium Christi manet in secula seculorum, vt habetur Dan.ij.

14 *Misit de.* Loquitur hic Christus pro suo corpore mystico de aquis tribulationum per Iudæos & imperatores Romanorum diuinitus liberato.

15 *Libe. me.* hoc dicitur propter imperiū Romanum, quod fuit potentissimū & multipliciter attentauit destruere corpus Christi mysticū. 17 *Et ab.* i. a Iudæis. 18 *Quoniam ro.* scilicet, in primitiua ecclesia, vt patet Act.viij. & ix. 19 *Præuenit.* scilicet Deus dans suis fidelibus virtutem patientiæ.

Et

† baculus mihi. afflictionis meæ, & factus est dominus † firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem, liberauit me, quia complacui ei. Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Quia custodiui vias domini, & non impie egi a Deo meo. Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius † non amoui a me. Et ero perfectus corā eo, & custodiam me ab iniquitate mea. Et restituet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam † manuum mearum in conspectu oculorum suorum. Cum † sancto sanctus eris, & cum † robusto perfectus. Et cum † electo electus eris, & cum peruerso † peruerteris. Et populum pauperem saluum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea domine, † & tu domine illuminabis tenebras meas. In te enim † curram accinctus, in Deo meo transiliam murum. Deus † immaculata via eius, eloquium domini igne examinatum, scutum est omnium sperātium in se. Quis est deus præter dominum, & quis deus fortis, præter Deum nostrum? Deus qui † accinxit me fortitudine, & † complanauit perfectam viam meam coæquans pedes meos ceruis, & a super excelsa mea statuens me. † Docens manus meas ad prælium, & † componens quasi arcum æreum brachia mea. Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, &

¶ Charitatem. † non recedam ab eo. † meam ¶ O Deus. † viro perfecto. † mundo mundus. † cum pio pius † peruersus eris. a ¶ Quia ei non faues, peruersus videris. ¶ Vel humilem. † Psal. 17. d. † cōteram exercitum. a ¶ Peccatorum, qui est inter Deum & homines. † perfecta idest facta ibi incorrupta. * Quoniam. † fortitudo me a in exercitu vel fortificauit me fortitudine † soluit. i. expeditam fecit. † Psal. 17. e. & 43. a. † contritus est arcus æreus brachiis meis.

a Ceruis. Cerui spirituales viri pp alacritatē, vepres, id est, implicamenta seculi trāsilientes.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et eduxit me in lati. *quia Dauid qui a Saul & viris eius erat circundatus in modum coronę, vt ibidem dicitur, recedente Saule liber potuit, ire quo voluit.*

2 Retribuet mihi Dominus secundum, &c. *Ex hoc enim quod Sauli pepercit, cum tamen posset eum occidere, vt habetur sup. lib. 1. c. 24. & 26. & quia Absalom se persequentem saluare voluit, ne in peccato mortali moreretur, prout dictum fuit, supra ca. 18. ex misericordia fuit dispositus ad hoc, quod Deus esset sibi misericors & propitius in dando sibi gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, secūdum illud Mat. 5.* Beati misericordes, quoniam ipsi misc. conse.

3 Omnia enim iudi. eius in con. *vt caueā ab eorū transgressione.*

4 Et ero perfectus cor. *quia in coniunctione ad Deum per charitatem consistit essentialiter perfectio vitę.*

5 Et custodiam me ab iniquitate. *cauendo diligenter de cætero a recidiuo.*

6 Cum san. *Hæc est pars incidentalis, quia Dauid locutus fuerat de sua liberatione propter suam innocentiam, ideo hic incidentaliter ostēdit Dei misericordiam & benignitatem generaliter erga bonos, dicens ipsi Deo,* Cum sancto sanctus eris. *quia sanctus te sanctū confitebitur a quo sua sanctitas deriuatur.*

7 Et cum. *ad tolerandum aduersa patienter.*

8 Perfectus. *scilicet eris, dando sibi gratiam tolerandi aduersa nō solum patienter, sed etiam suscipiendi gaudenter, sicut martyres gaudebāt in passionibus, quod est maxime perfectionis in virtute fortitudinis*

9 Et cum. *ad vitam beatam ex tua liberalitate.*

10 Electus eris. *quia eliget te, omnibus alijs contemptis.*

11 Et cum peruerso, &c. *reddendo ei pęnam secundum peruersitatem suam, iuste tamen ex parte tua. Vel aliter.* Cum per. *scilicet secūdum iudicium suum erroneum, quia homines peruersi cum ab eo puniuntur iuste, dicunt Deum cum eis peruerse agere.*

12 Et populum. *idest, abiectum & humilem.*

13 Saluum. *quia secundum quod dicitur Iaco. 4. b.* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

14 Quia tu. *quod potest intelligi dupliciter. Lucerna. n. est lumen in testa, & ideo lumē naturale intellectus humani positū in corpore terreo bene dicitur lucerna Domini, quia lumen naturale rationis est quædam impressio diuini luminis, secundum illud Ps. 4. b.* Signatū est super nos lumen, &c. *Item Deus præsens homini per gratiā suam dicitur eius lucerna, quia omnis creatura ad Deum comparata tenebra est, ideo subditur.*

15 Et tu. *Potest etiam dici, qđ tenebræ hic vocantur opera meritoria per peccatū mortale superueniens extincta, quæ viuificantur & illuminantur recuperata gratia.*

16 In te. *Hic ponitur liberatio Dauid per modum insecutionis & destructionis aduersariorum suorū, cū dicitur,* In te. *idest, in tua virtute.*

17 Curram. *idest, ad prælium expeditus.*

18 In Deo meo. *capiendo aduersarios intra suum fortalitium.*

19 Deus imma. via eius. *Via ista est lex diuina, in qua non est aliqua immunditia concessa tanq̄ licita, licet aliqua mala fuerint pmissa propter maiora mala euitāda, sicut libellus repudij permissus fuit in lege ve. & vsura cum extraneis, ne vxores occiderent, et ne fratres suos vsuris grauarent, prout dictum fuit plenius Deut. 23. & 24.*

20 Eloquium Domini igne exa. *i. purum & mundum, sicut metallum in fornace probatum.*

21 Scu. est. *scilicet ipse Deus.*

22 Quis est. *q. d. nullus, quia alij sunt dii participatiue, scilicet homines sancti, secundum illud Ps. 81. b.* Ego dixi, dii estis. *Vel dii falsi, sicut idola gentium.*

23 Deus qui ac. *corporali contra hostes visibiles, & spirituali cōtra inuisibiles.*

24 Et compla. perfectam viam meam. *auferēdo offendicula corporalia & spiritualia.*

25 Coæquans. *dando mihi agilitatem ad insequendū hostes meos fugientes, & est locutio hyperbolica, quia non habuit tantā velocitatem currēdi sicut ceruus, sicut dr̄, talis mulier est albior niue, ad designandum excellentiam suæ albedinis, quamuis non sit ita alba sicut nix.*

26 Et super excel. *idest, stabiliens in regia dignitate.*

27 Docens manus. *quia artem præliandi me docuit.*

28 Et compo. quasi ar. *idest, fortitudinem ad hoc conuenientem mihi dedit. in hebræo habetur,* venichath. *idest, & concussus est arcus æreus brachijs meis: quasi arcū ærū faciliter tēdebat, vt dicit. Ra. Sa.*

29 Dedisti mihi clypeum &c. *quasi dicat fortitudo mea parū esset*

MORALITER.

1 *Et edu.* fidem Christi diffundendo per orbem.

2 *Retri.* Hic exprimitur ecclesię meritum & sequēs pręmiū quātum ad illos qui numero & merito sūt de corpore Christi mystico, & isti sunt qui cauent ab immūditia peccatorū, & student ad impletionem mandatorū diuinorum, & p hoc patent sequentia vsque ibi.

6 *Cum san.* id est. Christo.

6 *Sanctus.* conformando te ei quantum ad præcepta.

7 *Et cum.* idest Christo, cuius virtus est infinita.

8 *Perfectus.* cōformando te ei quātum ad euāgelica cōsilia.

9 *Et cum.* idest, Christo.

10 *Ele.* translatus ad gloriam electorum.

Et cum. idest, diabolo qui totaliter auersus est a Deo.

11 *Peruerteris.* ipsum insequendo.

14 *Quia tu.* nā in vita cōtēplatiua Deus est lucerna ecclesię.

17 *Curram accinctus.* in actiuæ vitæ operibus.

18 *In Deo meo transiliam murum.* i. tentationis impedimentū.

20 *Eloquium Domini examinatum.* quia non habet aliquid impuritatis vel falsitatis admistum.

20 *Scutum est omnium sperantium in se.* contra inuasiones potestatis malignæ.

21 *Et complanauit perfectam viam meam.* omnia offendicula auferendo.

25 *Coæquens pedes meos ceruis.* dans mihi promptitudinem voluntatis ad currendum post ipsum in bonis.

26 *Et super.* id est, me firmando in consiliorum obseruatione.

27 *Docens manus.* idest, operationes meas.

27 *Ad prælium.* contra incentiua vitiorum.

A

mansuetudo mea multiplicauit me. Dilatasti gressus meos subtus me, & non deficient tali mei. Persequar inimicos meos & conteram, & non reuertar donec consumam eos. Consumam eos & confrigam, vt non consurgant, cadent sub pedibus meis. Accinxisti me fortitudine ad prælium, incuruasti † resistentes mihi subtus me. Inimicos meos dedisti mihi † dorsum, odientes me, & † disperdam eos. † Clamabunt, & non erit qui saluet, ad dominũ, & non exaudiet eos. Delebo eos vt puluerem terræ, quasi lutum platearum comminuam eos, atque † confringam. Saluabis me à contradictionibus populi mei, custodies me in caput gentium. Populus quem ignoro seruiet mihi, filij alieni † resistent mihi, auditu auris obedient mihi. Filij alieni defluxerunt, & † contrahentur in angustijs suis. Viuit dominus, & benedictus † Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis meæ. Deus qui das vindictam mihi, & deijcis populos sub me. Qui educis me ab inimicis † meis, & a resistentibus mihi eleuas me, † a viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo. † Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in sempiternum.

a ¶ Christus infideles, electus vitia. a ¶ Vide, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. a ¶ Iudæorum. a ¶ Iudæi ex patre diabolo nati. a In iudicio, cum reddam malis iuxta merita. a ¶ A diabolo. a ¶ Ecclesiam meam. ¶ Saluatoris. ¶ a Electis.

† declinauerunt. † insurgentes in me, & infr. † ceruicem, id est uertisti mihi inimicos in fugam. † uel excidi † uel respiciet. † dissipabo eos. † mentiti sũt. † contremiscent a clausuris sui, id est, in locis munitis in quibus absconduntur. † fortitudo mea. † Psal. 17. d. Ro. 15. b. † id est, qui magnam fecit salutẽ regno suo. † Magnificantes.

CAP

NICOLAVS DE LYRA.

✠ set, nisi adesset protectio tua.

1 Et man. &c. mul. me. *Est. n. dispositio ad hoc quod homo multiplicetur in bonis temporalibus & spiritualibus, secundum Matth. 5. a.* Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. *In Hebræo habetur*, sanotheca, *id est, mansuetudo tua multiplicauit me, & est sensus, et ex benignitate tua prouenit mihi multiplicatio in bonis temporalibus & spiritualibus & prole, & non ex merito meo.*

B 2 Dilatasti gress. meos, &c. *In Heb. habetur.* Passus meos, *quãdo enim pedes sunt coniuncti adinuicem; tunc homo est dispositus ad cadẽdum, sed quando sunt conuenienter elongati, tunc stat firmius. Per hãc igitur similitudinem intelligitur, quod firmitas in statu regio inerat ipsi Dauid a Deo. Cætera patent ex dictis vsque ibi.*

3 Inimicos meos dedisti mihi dorsum. *id est, vertentes dorsum coram me fugiendo.*

4 Clamabunt. *ad idola.*

5 Et non erit qui sal. *quia in eis nulla virtus est saluãdi. Vel aliter.* Clamabunt, *inuocando auxiliũ humanum, & non erat, qui auderet iuuare.*

6 Ad dominum, *conuertent se humano auxilio deficiente.*

7 Et non. exau. eos. &c. *quia talis clamor pcedit ex seruili timore.*

8 Saluabis me. &c. *id est, saluasti.*

9 A contradictionibus populi mei. *i. in rebellione populi mei cõtra me excitata per Seba filium Bochri, vt dictum est sup. 20. ca.*

10 Custodies me in ca. *id est, in statu regni.*

11 Populus quem. *quia Philisthæi, Ammonitæ & Moabitæ & idumæi seruiebant ei sub tributo, vt patet ex pdictis. c. 8. & 12. qui tamen erant Gentiles & idololatræ, & sic erant ignoti ipsi Dauid notitia approbationis.*

12 Filij alie. *Id est, illi qui deberent esse filii mei, per malitiam suã alienati restiterunt mihi; vt patuit supra in rebellione Absalõ & aliorũ existentium cum eo, qui tamen debebant obedire Dauid sicut patri.*

C 13 Auditu auris obe. *id est, simulatorie & non vere, quia Absalom & sui sequaces qui simulabant se Dauid obedientes, de facto fuerunt rebelles.*

14 Filij alieni. *quia debellati fuerunt, & mortuo Absalom fugerũt, vt dictum est sup. 18.*

15 Et contra. *In Hebræo habetur,* In clausuris suis. *qa Seba cum fautorib. suis præ timore reclusit se in Abela, vbi fuit decapitatus, vt dictum est sup. 20.*

E 19 Viuit do. *Hic ponitur huius cantici intenta conclusio, vz. diuini nominis magnificatio pro prædictis bñficiis, & hoc est quod dicitur.* Viuit. *quia est ipsa via per essentiã, & omnia viuunt in eo, secundum quod dicitur Io. 1. a.* Quod factum est. *scilicet, omnis creatura,* in ipso, vita erat, *quia creatura antequã crearetur nõ est nisi ipsa creatrix essentia, quæ est idem quod intelligere diuinum, siue intelligentia diuina, & quia intelligere est supremus gradus vitæ, vt hẽtur 2. de Anima, & Deus solus vnico actu intelligendi pfecte se cõprehẽdit & omnia, qui quidem actus est sempiternus, ideo dicit Philosop. 12. Metaphysicæ. Quod Deus viuit vita nobilissima, sempiterna & optima.*

17 Et benedi. *ex beneficiis mihi collatis.*

18 Et ex. *non in se, cum sit magnitudinis infinitæ, sed in creaturis ipsum laudantibus.*

19 Deus. *vt patet ex præcedentibus. propter quod concluditur.*

20 Propterea. *in psalmis laudis tuæ.*

21 In genti. *quia psalmi facti a Dauid deriuati sunt ad gentes conuersas ad fidem Christi in diuersis partibus orbis.*

22 Magnificans. *id est, mei, qui sum constitutus rex ab eo.*

23 Et faciens. *qui de mandato Dei vnctus fuit a Samuele, vt habet sup. primo lib. 16. cap.*

24 Et semini. *quia filii Dauid regnauerunt vsque ad captionẽ Babyloniam, & post reuersionem de Babylone Zorobabel, qui descendit de Dauid, habuit ducatum super populũ, & alij consequenter de tribu Dauid vsque ad Herodem alienigenam, sub quo natus est Christus de semine Dauid secũdum carnem, cuius regnum & imperiũ manet in secula seculorum amen. Et ista fuerunt diffusius tractata Gen. 69. & Matth. 2. in quadam quæstione de quolibet, quam de hac materia diffusius disputaui.* F

CAP.

MORALITER.

1 *Et mansuetudo mea multiplicauit me.* meritoriè & dispositiuè. Nam mansuetudo est quædam tractabilitas mẽtis ad omne bonum.

2 *Dilatasti gres. meos subtus me, &c.* ad ambulandum sine casu in vita morum.

† *Persequar inimicos meos & conteram. &c.* id est, vitia & diabolum.

† *Incuruasti resistentes mihi*, i. motus sensualitatis inclinando sub obedientia rationis. Potest & hoc aliter exponi de impugnatoribus ecclesiæ, qui facti sunt ei obidientes, vt Saulus & consimiles.

3 *Inimicos meos de. mihi dorsum.* id est, obstinatos in Iudaismo, qui fugati sunt, & dispersi per mundum.

† *Quasi lutum platearum comminuam eos*, quia contemptibiles sunt omnibus alijs gentibus.

8 *Saluabis me a contradictionib. populi mei.* quia contra ecclesiã non audent modo loqui.

11 *Populus quem ignoro seruiet mihi.* quia Gentiles qui a Deo videbantur ignorati, eo quod erant in idololatria derelicti, deuote seruiunt in ecclesia Christi.

12 *Filij alieni resistent mihi.* id est, Iudæi a veritate alieni quantum potuerunt restiterunt ecclesiæ Christi.

13 *Auditu auris obedient mihi, &c.* & non auditu cordis, quod dicitur propter illos qui ficte conuertũtur de Iudaismo, propter quod subditur.

14 *Filij alieni defluxerunt.* a via veritatis.

15 *Et contrahentur in angustijs suis, &c.* in gehennæ pœnis.

16 *Viuit Dominus & benedictus Deus, &c.* Hæc sunt verba cuiuslibet membri Christi vniti per gratiam.

18 *Et ex.* ad me protegendũ ab impulsu omnis potestatis aduersariæ.

19 *Deus qui.* contra mundum, carnem, diabolum.

† *Deiecisti po.* id est, motus meos interiores & exteriores subijciens rationi rectæ.

† *Qui edu.* scilicet, mundo, diabolo, & carne.

† *A viro.* scilicet ab Antichristo, qui erit iniquissimus.

20 *Propterea.* grãs agẽdo magnificè de bñficiis supradictis. Hæc

CAP. XXIII.

A a Haec sunt autem. Hierony. Nouissima sunt, quia post psalterium, & cętera metra, hoc composuisse metrum dr̃, in quo ait: *Dixit Dauid filius Isai. Dixit vir, cui constituta est scala Christo Dei Iacob.* Rab. Quia vltimã cõfessionis laudẽ signãt, quam superato hoste & peracta victoria mortis sancti cãtabunt in æternum.

b *Egre.* quia luculentissimè de Christo Dei & de incarnatione eius ac redemptione humani generis prophetauit. D

c *In timo.* qui in timore Dei dominationem in subditis exercet, lucis opera per solem iustitiæ illuminata profert, nec in eis aliquid obscurum remanet; sed imbre cælestis gratiæ irrigatus germina virtutum in carne viuens fructificat.

† Dauidi dixit † qui constitutus est excelsus Christus, uel qui constitutus est in Christũ, idest regem super Israelem. † in lingua mea, idest, de me, hoc est dixit Sauli, ꝙ essem, dominator &c. uel quod de semine meo exiret Messias q dominaretur &c.

CAP. XXIII.

a ¶ Quia hanc laudem Dauid in articulo mortis domino deuotè cantault.

a HAEC autem sunt verba nouissima, † quæ dixit [1] Dauid filius Isai: Dixit vir cui † constitutum est [2] [3] de Christo Dei Iacob, [4] egregius psaltes Israel: [5] [6] (a ¶ aliàs Psalm ista.)

b † Spũs Dñi locutus est per me, [7] & sermo ei⁹ p † linguã meã. [8] Dixit Deus Israel [9] mihi locutus est fortis Israel. [10] (Sanctus. / Filius.)

c Dominator hominum iustus, [11] dominator in timore Dei. [12] Si- [13]

† 66. di. c. quã ecclesiasticis. §. ecce.

Net est.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXIII.

Aec autem. *Posita gratiarum actione de preteritis, hic consequenter describitur prophetia Dauid de futuris. Et primo ponitur huiusmodi vaticinium. secundò catalogus fortium, ibi:* Hæc sunt nomina. *Circa primum præmittitur prophetia Dauid de præmiatione bonorũ. secundo de punitione malorum, ibi:* Præuaricatores autem. *Circa primum primò ostenditur excellentia prophetiæ Dauid verbo. secundo exemplo, ibi:* Sicut lux auroræ. *Circa primum sciendum, ꝙ excellentia prophetiæ maximè accipitur ex duobus, scilicet, ex materia reuelata, & ex modo reuelationis. Primo ergo ostenditur excellentia prophetiæ Dauid ex primo. secundo ex secundo, ibi:* Spiritus domini. *Circa primum sciendum ꝙ quanto aliquod futurum est excellentius, tanto reuelatio facta de illo siue prophetia est excellentior, quia cognitio notabilitatem sortitur ex obiecto, vt habetur. 1. de Anima. Tempore autem vet. test. illud quod fuit futurum excellentissimum, fuit incarnationis mysterium quod fuit reuelatum ipsi Dauid, non solum quantum ad futuritionis certitudinem, sed etiam quantum ad eius progeniem, videlicet quòd Christus de semine suo esset nasciturus, & per eum mundus esset saluandus, sicut Dauid a persecutionibus inimicorum suorum fuerat virtute diuina saluatus, & hoc est quod dicitur.*

Diuisio. Prophetiæ excellentia in duobus.

B

1 Hæc. *& ideo præcæteris memoriter retinenda, secundum quod dicit Greg. homil. 19. Idcirco dominus tũc discipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquit, vt verba quæ recedens diceret. arctius in corde audientium impressa remanerent.*

2 Dixit vir. *idest Dauid.*

3 Cui con. *idest, firmiter promissum absque retractatione.*

4 De Christo Dei Ia. *idest, de Christo quem Iacob Spiritusancto inspiratus prædixit venturũ ad salutem hominum, secundum quod dicitur. Gen. 49. b.* Nõ auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium tanquàm saluator earum. *Vbi notandum est ꝙ translatio Chaldaica habet.* donec veniat Messias. *idest, Christus Græcè, & vnctus Latinè, quæ quidem prophetia fuit impleta in domino nostro Iesu Christo vncto præcæteris plenitudine gratiæ, vt habetur Io. 1. b.* Vidimus eum quasi vnigenitum a patre, plenum gratiæ & veritatis. *quia natus fuit de virgine tempore Herodis regis, sub quo fuit translatum sceptrum regni ad alienigenã, vt dictum est ca. preced. quia pater eius fuit Idumæus. vt aliàs est diffusius declaratum.*

C

5 Egregius. *quia cantica quę cantabantur in templo, erant de psalmis Dauid.*

6 Spiritus. *Hic ostenditur excellentia prophetiæ Dauid ex modo reuelationis sibi factæ. Circa quod sciendum, ꝙ licet reuelatio prophetica fiat multis modis, vt plenius declaraui super Da. & super li. Psalmorũ. tamen duo modi sunt magis generales quos accipio quantum ad præsens. Vnus est quando menti prophetiæ fit reuelatio alicuius futuri supernaturaliter cogniti, & cum hoc in virtute imaginatiua prophetæ virtute diuina formatur aliqua visio imaginaria, in qua tanquàm in speculo inspicitur veritas intellectualis, sicut in cognitione naturali cognitio quidditatiua inspicitur in phantasmatibus in virtute imaginatiua formatis. secundum quod dicit Philos. 3. de Anima: Intelligentibus nobis necesse est phantasmata speculari. Et hoc modo Ieremias propheta vidit destructionem ciuitatis Ierusalem futuram per intellectum in uisione imaginaria.* Ollæ succensæ & virgę vigilantis. *ut habetur Hic. 1. Alio modo fit reuelatio ueritatis supernaturalis absque tali uisione imaginaria. & iste modus prophetiæ altior est primo. sicut melioris intellectus iudicatur ille in cognitione naturali qui ueritatem intelligibilem sibi propositam statim capit absque exemplo ad hoc manuductiuo, quàm ille qui non potest eam capere, nisi sibi proponatur exemplum sensibile manuductiuum. & similiter ille qui conclusiones Geometricas intelligeret absque descriptione alicuius figuræ: quàm ille qui non posset hoc capere absque tali descriptione. Isto autem secundo modo fuit cognitio prophetica ipsius Dauid: ut habetur in prologo super Psal. & hoc est quod dicitur:* Spiritus. *id est, spirituali uisione instruxit me absque uisione imaginaria.*

E

7 Et ser. *quia non solum illuminauit intellectum meum ad intelligendum, sed etiam linguam meam speciali modo direxit ad loquendum, quia prophetias suas locutus est per modum laudis diuinæ magis quàm alij prophetæ.*

8 Dixit. *scilicet Dauid.*

9 Deus Israel. *licet enim sit Deus omnium generaliter, tamen dicitur Deus Israel per ueram fidem & cultum latriæ specialiter.*

10 Fortis. *id est, ad protectionem Israel, sicut patuit in eductione Israel de Aegypto in signis mirabilibus.*

11 Dominator. *reddens vnicuique propria merita.*

12 Dominator in timo. *quia a subditis suis uult timeri timore filiali, non timore seruili.*

F

13 Sicut lux. *Hic inducit exempla ad prædicta. & primò ad ultimũ dictum. s. de prophetia & uisione spirituali absque imaginaria. Ad cuius intellectum sciendum, ꝙ sol dupliciter uidetur. Vno modo tectus aliqua nubecula. Alio modo in sua claritate sine tali nube, & certum est, ꝙ ille est acutioris uisus, qui potest eum uidere sine tali nube, quàm ille qui non potest uidere absque nube excessum claritatis solis suo uisu* ✣ contem-

Spiritus

MORALITER.

1 *Hæc sunt.* Per Dauid qui in glo. super psalmum dicitur eximius prophetarum, significatur homo perfectus in vita contemplatiua. Nam & antiquitus prophetę appellabantur videntes. 1. Reg. 9. b. *Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns.* Vita verò contemplatiua consistit in oratione deuota, & in meditatione sanctarum scripturarum diuinitus reuelata. Et talis contemplatiuus bene dicitur filius Isai, idest, Dei: nam Isai interpretatur salus mea. & de Deo dicitur Psal. 26. *Dominus illuminatio mea, & salus mea, &c.* Talis autem contẽplatiuus modo speciali assimilatur Deo, propter quod dicitur eius filius. Et quoniam recognoscit sicut gratus Dei beneficia, debet regratiando dicere, & maximè circa finem vitæ suæ.

2 *Dixit vir.* Idest, dicat, loquens de seipso sicut de alio: nam hic est modus loquendi sanctorum de seipsis. Vnde Moyses Num. 12. a. dixit: *Erat autem Moses mansuc. &c.* Et Ioãnes euangelista: *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet, &c.*

3 *Cui consti. est de Christo &c.* Idest, promissum est ei quod sit æternaliter cum ipso. Io. xij. d. *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.*

5 *Egregius psaltes Israel, &c.* quia talis contemplatiuus in diuinis laudibus componendis, & dicendis est pręcipuus. Et quia talia non attribuit sibi, sed gratię Dei, subditur:

6 *Spiritus domini. locu. &c.* in diuinis laudibus & doctrinis.

8 *Dixit.* Idest, dicat regratiando.

9 *Deus Israel.* idest, angelorum Deum clarè videntium.

† *Mi. lo.* Nam per angelos fiunt communiter illustrationes hominum.

10 *Fortis Is.* nam angeli sancti habent ab ipso uirtutem.

11 *Dominator ho.* Quos regis per angelos tanquàm per medios inter homines & Deum.

12 *In timore Dei*, scilicet, filiali: qui semper coniungitur charitati.

13 *Sicut.* Verba sunt cõtẽplatiui Dei beneficia recognoscẽ-

† tis,

a *Nec est.* Rab. Qui in lege domini meditatur die ac nocte, fit tanquā lignum quod plantatum iuxta aquas dat fructum suum in tempore suo,& quæcunque faciet prosperabuntur.

b *Et si quis.* Qui scilicet cōmunicans peccatis alienis propter cordis sui duritiam iniquitatum pōdere premitur, & iaculis peccatorum confoditur, eiusq; opera æternis ignibus digna,ad nihilum redigentur.

c *Hæc sunt nomina.* Isid. Texitur catalogus virorum fortium in figura sanctorum, qui qu[a]muis virtutū sublimitate proficiant; tñ vsq; ad excellentiam diuinæ Trinitatis non attingunt. Hoc est enim quod scriptum est: Vsque ad tres primos non perueniet. Quis enim in nubibus æquabitur domino in filijs Dei?

d *Fortium.* De his fortibus ait Iosephus: Primus omnium erat Eusebius filius Achimææ, qui aciem hostiū frequenter irrumpens non cessauit donec nōgentos occideret. Post hunc erat Eleazar filius † Dodo, qui cum rege fuerat in Sarpha. Hic Israelitis formidātibus Philisthinorum exercitum & fugientibus solus restitit, & multos occidit, vt sanguine occisorum gladius eius hæreret, vt dextera. Israelitæ verò videntes Palæstinos in fugam cōuersos; descēdētes de montib. persecuti sunt eos, & peruenit Israelitis famosa victoria. Tertius fuit Semeias filius Heli, qui in loco maxillæ cum Hebræi fugerent exercitus Palæstinorum, solus portauit alios prosternens, alios in fugam conuertens.

e *Ipse.* Rabb. Virga de radice Iesse absque nuptiali opere florem protulit, qui de vno homine typum gentium preferente, vno impetu. i. sermonis imperio legionem expulit dæmonū.

f *Tenerrimus ligni.* Rabb. Virtus viri bellica & modesta significatur: quia sicut vermiculus ligni tener quidem, & fragilis & modicus apparet: fortissimum tamen lignum terebrat & consumit (, vnde a teredo teredinis nomen accepit) sic ille domi omnibus affabilis, quietus, & humilis. in certamine publico robustum se & intolerabilem hostibus exhibebat. Hunc tamen principem fortium Hebręus suspicatur esse Dauid, de quo dicitur: *Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter.* cuius sapientia ostenditur in sapientissimo, humilitas in vermiculi exemplo, in interfectione octingentorū fortitudo. Summa

[Interlinear glosses: a ¶Ecclesiæ. b ¶Resurgente Christo a mortuis. a ¶Infidelitatis. b ¶Miraculis. c ¶Prædicatione. a ¶Vir fidelis de ecclesia. a ¶In eius potestate consistit. a ¶Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, eradicabitur & in ignē mittetur. b ¶Specialiter Iudæi & hæretici de terra viuentium euulsi, æterno incendio traduntur. a ¶Iesbaam filius Ahamoni, sicut in Paral. legitur. a ¶Qui ait. Ego sum vermis, & non homo, &c.]

cut† lux auroræ oriente sole mane absque [1] nubib. rutilat, & sicut pluuiis germinat her- [2] ba de terra. Nec tanta est domus mea apud [3] Deū, vt pactum sempiternum iniret mecū. [4] firmum in omnib. atque munitum. Cuncta [5] enim salus mea, & oīs volūtas, nec est quic- [6] quā ex ea quod non germinet. Præuaricato [7] [8] res autem quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manib. Et si quis tangere [9] voluerit eas, armabit ferro & ligno lāceato, [10] † igneq; succensę comburentur† vsq; ad nihilū. [11] Hęc sunt nomina fortium Dauid. †Dauid se [12] [13] dens in cathedra sapientissimus princeps in- [14] [15] ter tres. Ipse ē quasi tenerrimus ligni vermi- [16]

[Margin, left:] † Hebraica sic habet ad verbum. Et sicut lux matutina oriēte sole cū manę est absque nubibus nunc a splēdore, nūc a pluuia, herba de terra, (sub. oritur) sic nō erit dom⁹ mea cū Deo (subaudi obnubilata, sed semper lucens) quia pactum æternū iniit mecū dispositum in oībus, & seruatū (uel firmum) Cuncta enim salus mea, & omnis uoluntas, ut nō germinet (idest, ut non sit sicut germen agri quod arescit) impii autē tanquā spicæ amouebuntur vniuersi, quæ manu nō amouentur. Sed si quis tangere.

[Margin, right:] † in habitaculo (i. loco ubi euelluntur) † Sedens in cathedra sapiēs caput magnorum, ipse hadi nohemita qui patrui eius Ahohites Dodo filii Ahohi.

NICOLAVS DE LYRA.

contemperante. Et ideo istud pro exemplo inducitur ad ostendendū excellentia pphetiæ Dauid, quæ fuit sine imaginib. vt prædictū est, quæ sunt quasi quædā nubes contemperantes veritatem intelligibilē debilitati intellectus humani, vt patet ex prædictis. & hoc est quod dicitur.

1 Absq; nu. idest, absq; imaginibus visione intellectuali me illustrat. Secundò inducit exemplum ad aliud dictum, s. de reuelatione facta ipsi Dauid de Christo nascituro de semine suo, q̄ factum est ex diuina liberalitate, & non merito humano, & hoc est quod dicitur in exemplo.

2 Et sicut plu. Terra enim quæ de se est arida non habet aptitudinē ad proferendum herbam, sed eā profert ex humore pluuiæ desup descendentis. Sic Christus natus est de beata virgine perfusa plenitudine gratiæ, secundum illud Esa. 45. b. Rorate cęli desuper & nubes pluāt iustum, aperiatur terra & germinet sal. vnde subditur.

3 Nec tanta est do.&c. idest, tanti meriti.

4 Vt pa. sempi. intret. de Christo nascituro de domo mea, cuius regnum stabit in æternum, secundum quod dicitur Esa. 9. b. Super soliū Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia amodo & vsque in sempiternum, ideo subditur.

5 Cuncta enim. supple dependet & expectatur ab eo.

6 Et om. vol. i. omne desiderium meum supple tendit in ipsum. Et est modus loquendi qui apud Hebræos vocatur decurtatus, scilicet quando loquens non exprimit totum conceptum suum, quod maximè contingit quando loquitur ex excessu deuotionis, sicut erat in proposito.

7 Nec est. Quod sit quando ex voluntate nihil procedit deliberatè quod non ordinetur in Deum, secundum qd dicit Apost. 1. ad Cor. 10. g. Omnia in gloriam Dei facite, & in statu tali erat Dauid in fine vitæ suæ, quando dixit ista verba.

8 Prçuaricatores. Hic ponitur prophetia Dauid de punitione malorum. & primo quantum ad pęnam temporalem. cum dicitur: Prçuaricatores autem q. & hoc impletum fuit quando Iudæi per Titum & Vespasianum propter præuaricationem in Christum fuerunt de terra Israel expulsi.

9 Quæ non. Quia correctionem Christi & apostolorum mansuetam non receperunt, sed contra eos insurrexerunt, & ideo omissa est correctio dura Romanorum, quæ notatur cum dicitur.

10 Et si. quia Romani venerunt super Iudæos cum exercitu magno, & bene armato.

11 Igneq;. quia Romani combusserunt ciuitatem & templum, & magnam partem populi ibidem existentem. Secundò tangitur pœna æterna. cum subditur.

12 Combu. quia mortui in infidelitate descenderunt ad ignem gehennæ. Potest etiam hoc intelligi de punitione malorum in generali in iudicio extremo.

13 Hæc sunt. Hic ponitur catalogus fortiū Dauid & primo exprimuntur nota aliquorum valde notabilium. secundo aliorū magis communium ibi: Asel. Circa primum sciendū, q aliter exprimuntur hic & 1. Paral. 11. & aliqua ibi exprimuntur quæ hic tacentur, & econtrario. & aliqua hic tacentur quæ superius sunt sufficienter expressa, & oīa ista sunt consideranda ad intelligendum istum catalogum. Sciendum igitur, q in vniuersali fuerunt 39. computatis Dauid rege & Ioab principe militiæ, & præter istos duos fuerunt 32. vt concluditur in fi. huius cap. quorum. 7. fuerunt valde notabiles, quorum tres primi dicūtur robustissimi. quia quilibet eorum debellauit quasi vnum exercitum. & primus de illis tribus fuit Iesbaan, de quo habetur 1. Paral. 11. secundus fuit Eleazar filius Ahohi. tertius fuit Semma filius Age, de quib. habetur in hoc cap. Post istos fuerunt alij valde fortes, quorum quilibet interfecit vnū gigantem. Et primus istorū fuit Abisai frater Ioab, qui interfecit Iesbienob. secūdus Sobochai, qui interfecit Saph. tertius Ioathan filius Semmaa fratris Dauid qui interfecit illum gigantē qui habebat senos digitos in manib. & pedibus, & de istis trib. dictum est suprà ca. 2. Post istos tres fuit Banaias filius Ioiadæ, de quo agitur in hoc ca. qui fuit valde fortis. & ideo singulariter nominatur post sex præcedentes ante 30. sequentes. His visis descendamus ad literam.

[Margin:] Fortes Dauid. Diuisio.

14 Dauid. Plus enim commendatur de sapientia quàm de fortitudine, quia Prouer. 13. b. dicitur, Melior est sapientia, quam vires.

15 Princeps int. idest, excellentior in fortitudine quàm tres primi, qui vocati sunt robustissimi.

16 Ipse est qua. quia licet vermiculus in se sit mollissimus, tñ perforat

MORALITER.

† tis, vt sit sensus, sicut lux auroræ est a sole, sic a Deo est illustratio mentis meæ.

1 *Absque nu.* idest absque falsitatis admistione.

2 *Et si.* non virtute terræ, sed pluuiæ. sic germinat mēs mea in profectu bonorum virtute gratiæ diuinæ.

3 *Nec tan.* idest ædificium virtutum quantum est ex me.

4 *Vt pa. sem.* de beatitudine superna consequēda, sed totum est de sua gratia.

5 *Cuncta enim.* supple tendit ad beatitudinem consequendam inquantum mouetur ex Dei gratia.

7 *Nec est.* bonum inquantū mouetur per diuinū instinctū.

8 *Præuaricatores.* Hic cōsequenter tangit statū peccatorum, vt opposita iuxta se posita magis elucescant. Dicitur igitur, *Præuarica.* scilicet de consortio sanctorum.

9 *Quæ non tol. ma.* scilicet hominū simplicium, sed iudicum locum Dei tenentium.

10 *Et si quis tan. vo.* Pœna debita feriendo.

† *Armabitur ferro & ligno.* idest, debita potestate & efficaci ad hoc faciendum.

11 *Igneque combu.* scilicet gehennæ si in suis peccatis moriantur.

13 *Hæc sunt nomina fortium.* per quod significantur bonus prçlatus & eius coadiutores.

14 *Dauid.* Per quod designatur q. bonus princeps vel prælatus qui habet alios iudicare, debet eos in sapientia superare.

16 *Ipse est quasi tenerrimus ligni vermicu.* Sicut. n. ligni vermiculus

a *Semma, filius*. audiens.
b *Age, de, &c*. meditans siue loquens.
c *Arari*. Montanus, qui gestat personam Christi, siue prędicatorum eius.
d *Stetit*. Rab. Christus cum spiritussancto in agro ecclesiæ stās īfirmos velut hordeum tuetur, vel certe verecundiam castitatis incontinentibus quasi lentes gladio oris cōtra luxuriam defendit.
e *Descende. tres*. Tres fortes suprà nominati, & Iesbaam filius Achamoni, quem Iosephus Eusebium filium suum Achimeæ nominat. Et Eleazar filius Ahohi, quem dicit filium esse Dodo, & Semma filius Age, quem Semeiam filiū Heli, vocat. Hebræi autem tres istos arbitrantur fuisse, Abisai filiū Saruiæ, & Sobochai Vsathitem, & Ionathā filium Sammaa fratris Dauid, qui suprà memorati sunt in prælijs Philisthinorum. Cui sententiæ congruere videtur quod sequit: *Abisai quoque frater Ioab filius Saruiæ, &c.* Hinc enim apparet, quod Abisai princeps erat & nominatus inter tres sequentes.

Iose. Cum esset rex in Hierusalem Palęstinorum superuenit exercitus, tunc Dauid ascendit in arcē, vt de bello consuleret dñm. Castra verò inimicorū erāt in valle fixa vsq; Bethlehem, quæ procul est ab Ierusalem stadijs viginti. Dauid ergo ait: *Bonam aquam habemus in regione mea*, & præcipuè laudabat eā quę erat iuxta puteum in porta, mirabatur si esset qui ex eo poculū ei præberet, qd magis quā pecuniā magnā optaret. Hoc cum audissent isti tres viri, irrumpētes p medios hostes venerūt ī Bethlehē, & haurientes aquā p inimica castra reuersi sūt ad regē, obstupescētibus Palęstinis fiduciam & magnitudinē eorū qui sic eos cōtemnebant. ✻ Theodor. Quātum p fuerit castigatio docet historia. Cū enim didicisset experientia, quantas calamitates cōciliet cupiditas, frigidam quidem aquam appetiit, recordatus est autem eius quę erat in Bethlehem. Cū tres citissime & fortissimè hausissent rex optimus nō induxit ī animum bibere, sed pia cōsideratione superauit cupiditatē. ✻ Ioseph. De lata aqua noluit bibere, quasi de piculo & sanguine hominum sibi fuisset aduecta, pptērea nō esset bibēda: libauitq; eā Deo & de salute virorum ei gratias egit. ✻ Angelo. Tres isti fuerūt Abisai filius Saruię, & Sobochai Vsathites, & Ionathā filius

Dodo filij Ahohi. supr. 21. d. † pbris asse cerunt Philistheos & exposuerit se discrimini cum Philisthæis. • qui fugerat. † post eum ad. † Villa. † liberauit † ex triginta principibus. † 1 para. 11. d. ubi supra. Lib. 7. antiq. cap. 12. Quæst. 35.

a In Paralip. ccc. sed quod ibi minus habetur, hic suppletur.

culus, qui octingentos[b] interfecit impetu vno. [1] Post hunc [2] Eleazar filius † patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid, quando † exprobrauerunt Philisthijm, & congregati sunt illuc[a] in prelium. Cumque ascendissent filij Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos donec deficeret ma[3]nus eius, & obrigesceret cum gladio. Fecitque dominus sa[4]lutem magnam in die illa, & populus qui fugerat reuersus [5] est † ad cæsorum spolia detrahenda. [6] Et post hunc Semma [7] filius Age de Arari. [8] Et congregati sunt Philisthijm in † statio[a]ne, erat quippe ibi ager lente plenus. Cumque fugisset populus a facie Philisthijm, stetit ille in medio agri, & † tuta[9]tus est eum. [10] Percussitque Philisthæos, & fecit dominus salu[11]tem magnam. [12] Nec non & ante descenderant tres[a], qui erant principes inter triginta, & venerāt tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam. Castra autem Philistijm erant posita in valle gigantum[a], & Dauid erat in præsidio. Porro statio Philisthinorum tunc erat in Bethlehem. † Desiderauit[a] igitur Dauid aquam de lacu, & ait. [13] O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Bethlehem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. [14] At ille noluit bibere, sed

b Dauid. a In Paralip. in Aphec domini. a In Paral. hordeo. a Abisai Sobochai Ionathan. a Idest valle Raphaim. a Vt suos tentaret.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *forat lignum durum. sic Dauid in se mansuetissimus, contra hostes rebellantes fuit fortissimus.*
1 Qui octin. *Quod non intelligendum sic, q omnes interfecerit propria manu, sed quia per eius probitatē fuerunt principaliter occisi. Vel quia fugientes eum præ timore aliqui ciciderūt in aquā, vel loca ruinosa, vbi fuerunt mortui. & secundum istam expositionem de Dauid oportet dicere, q Iesbaan hic non nominatur, quia immediatè subditur.*
2 Post hunc Eleazar filius patrui eius, &c. *In aliquibus autē libris Hebraicis & Latinis fit hic punctus.* Dauid sedēs in cathedra sapientissimus. *& quod sequitur:* Princeps inter tres, *intelligitur de Iesbaā, qui fuit primus inter tres robustissimos, vt dictū est:* Ipse est quasi tenerrimus, &c. *i. valde dulcis & amicabilis erga suos, & durus contra aduersarios. Qui octingentos interfecit. 1. Paralip. 11. dicitur, quod ipse leuauit hastam suam super 300. vulneratos. Dicendum quod hic narratur vna de victorijs suis & maior, & ibi alia, & minor. vnde ibidem dicitur: Leuauit hastam suam super 300. vulneratos vna vice, per hoc denotans aliam eius victoriam.* Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohites. &c. *de huius probitate subditur: Ipse stetit in bello socijs suis retrocedentibus, vt patet ex sequentibus.*
3 Donec deficeret ma. eius, & ob. &c. *Ex labore & sanguine aduersariorum ad manum eius decurrente.*
4 Fecitque dominus salutem magnam in die illa &c. *per eius probitatem, vnde subditur.*
5 Et populus qui fugerat &c. *de eius societate.*
6 Reuersus est. *scilicet ad prælium animatus probitate ipsius, & sic patet quod per eum debellatus fuit exercitus aduersariorum.*
7 Ad cæsorū spolia detrahenda, &c. *Habita perfecta victoria.*
8 Et post hunc Semma filius Age de Arari. *De cuius probitate subditur.*
9 Stetit in medio agri. *fugientibus suis.*
10 Et tutatus est eum. Percussitq; Philist. *quia defendit agrū.*
11 Et fecit dominus salutem magnam. *Quia tunc per illum populus Israel habuit victoriam.*
12 Nec non & ante descen. *Istud factum de apportatione aquæ ipsi Dauid tam periculosa, in libro de Hebraicis quæstionibus exponitur de tribus fortibus sequentibus, scilicet Abisai, & alijs duobus post eum. Sed hoc non videtur verum, quia in fine concluditur. Hæc fuerunt tres robustissimi. & ideo de tribus primis simpliciter videtur intelligi, & non de Abisai, & duobus sibi adiunctis, maximè quia subditur postea commendatio Abisai.*
13 O si quis mi. da. po. aquæ de ci. &c. *Et dixit Dauid hoc non propter concupiscentiam aquæ, sed quia volebat audaciam suorum experiri. vnde subditur.*
14 At ille no. bi. sed li. *Per hoc ostendens, q exponens se periculis contra infideles, facit sacrificium domino acceptissimum.*

Abisai

MORALITER.

† culus est valde mollis, & tamen perforat lignum durum, sic bonus princeps vel prælatus bonis est suauissimus. & contra rebelles & malos acutus. ideo subditur.
1 *Qui oc. &c.* Nam malorum multitudine non terretur, nec ab executione iustitiæ prępeditur.
2 *Post hunc*. Per istum significatur fortis bellator contra vitia vsque ad horam mortis. ideo subditur.

Ipse

3 *Ipse ste. &c.* In morte namque bellum contra vitia terminatur.
8 *Et post hunc Semma filius Age. &c.* Per istum significatur fortis defensor ecclesiæ. ideo subditur:
9 *Stetit ille in me. agri & tutatus est eum.* Ager iste est ecclesia, q̄ est ager domini nostri Iesu Christi, in quo seminauit bonū semen.
12 *Nec non & ante descen. tres qui erant.* Per istos signatur bonus

filius Samaa fratris Dauid, &c. Exemplū prębuit militib. suis fortitudinis & constantiæ. Vicit naturā, vt sitiens non biberet, vt suo exemplo omnis exercitus tolerare sitiā disceret.

Li. 1. de Iacob & vita beata. cap. 1.

✠ Ambr. Humani quid passus est Dauid, vt irrationabiliter concupisceret, sed illud laudabile, qđ irrationabilem concupiscētiā rationabiliter parato fraudauit remedio. Laudo viros qui erubuerunt desideriū sui regis & maluerunt sine eius verecūdię, vel periculo propriæ salutis afferre: sed plus laudo eū qui erubuit in suo desiderio alienū periculum, & aquā dubiæ sortis pretio quęsitā sanguinis cōparauit: simul quasi repressa victor cupiditate ꝓfudit aquā Dño, vt ostenderet quod concupiscētiā suā verbi consolatione restingueret. Pōt igitᷣ mens sobria impressiones refrenare quamuis grauium passionum, & feruorem cupiditatis flagrātissimæ refrigerare, deriuare alios motus, & rectæ rationis tractatione despuere passiones.

a libauit eam domino dicens: Propitius sit mihi Dominus ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, † & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi. [1] Abisai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus: [2] Ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior. Eratq; eorum princeps, b sed vsque ad tres primos non peruenerat. c [3] Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi magnorum operum, de Capseel.[a] [4] Ipse percussit duos leones Moab,[a] & [5] ipse descendit & percussit leonem d in media cisterna in diebus niuis. [6] Ipse quoque interfecit e virum Aegyptium,[a] f virum dignum spectaculo,[b] habētem in manu g hastā. Itaq; cum descendisset ad eū in virga vi extorsit hastā

† cum periculo animarum vel vitæ.

a Aliàs magister.

a Qui turbantur Moab contra Dauid.

a Semei qui maledixit Dauid. b Qui in Paral. quinque cubitos staturæ legitur habuisse.

In psal. 50. ✠ Chryso. Vides quomodo Dauid castigatus de priori concupiscentia, postmodum cautior est factus, & qui corpus adamauerat, aquam desideratam, & necessariam, & sitiens bibere noluit, & victor sui factus est.

Ora. de pauperum amore. ✠ Nazia. Preclara res est continentia: moneat te Dauidis auctoritas qui vt aquæ Bethleemitici putei copia ipsa facta est, & bibere noluit: sed eam tantum libauit, nec sitim suam per aliorum cruorem explere sustinuit.

Apol. 1. pro Dauid c. 7. ✠ Ambr. Dignū fuit vt viuidæ virtutis insigne, fieret pietatis sacrificiū Exercuit subditos ad virtutis officiū, vt etiā per pericula regali imperio voluntarij milites obtēperarēt, &c.

Angelomus. Greg. Cogitādū est, vt qui illicita cōmisit a quibusdam ēt licitis abstineat, vt ꝑ hoc coditori suo satisfaciat, vt qui cōmisit prohibita, abscidat sibi ēt cōcessa, & se reprehendat in minimis, quē meminit peccasse in maximis. Lex vete. testa. vxorem alienam concupisci prohibet. A rege verò fortia iuberi militibus, vel desiderare aquā non pęnaliter vetat. Dauid verò alienam vxorē concupiuit & abstulit, cuius culpam digna verbera sunt secuta, & malū qđ perpetrauit, per pniᷓę lamēta correxit. Qui cum lōge post contra hostiū cuneos sedit, aquā ex eorū cisterna desiderauit. cuius electi milites intra cateruas hostium erumpētes, aquā quam desiderauerat, illæsi ptulerunt. Sed vir flagellis eruditus se protinus cū periculo militum aquām desiderasse reprehendit, eamque domino fundens libauit. In sacrificium enim domini effusa aqua cōuersa est, quia culpā concupiscentiæ mactauit per pęnitentiam suæ reprehensionis. Qui ergo cōcupiscere alienam cōiugem non timuit, post etiam quia aquam concupisset, expauit.

Exod. 20. c.

a *Sed libauit.* Exemplum fortitudinis & cōstātiæ militibus præbuit, vincens naturam ne sitiens biberet, vt exercitus sitim tolerare doceret.

Mysticè. Mysticè verò aquā non sitiebat, sed nasciturū in Bethlehē de virgine Christū præuidebat, cuius lauacrum & sanguinē sitiebat. Aquā ergo non bibit, sed fudit. Sitiebat enim fontē æternum, qui nō periculis quæritur alienis, sed aliena pericula abluit.

b *Tres primos.* Intelligi volunt sapientiā, humilitatē, & fortitudinē. Dauid. n. sedit sapientissimus ipse ligni vermiculus, idest, humilis, decc. interfecit velut fortis. ad has tres virtutes nemo fortium Dauid præuenit.

c *Et Bana.* Qui erat magister *de Capseel.* idest, de cōgregatione Dei in Cerethi & Pheleti, qui interpretantᷣ occidentes & viuificantes. *Ipse percus.* quos Paral. duos Ariel Moab nominat. Hi ergo viri fortissimi, fuerunt in regno Moab. vnde & leones dicuntur. Ariel enim leo Dei interpretatur. (2. Para. 11. c)

d *In media.* Iosephus hic apertius dicit, q, fuerit. s. cisterna nimis profunda, tpe hyemis niuis aggere coæquata. In hanc leo inscius decidit, & cōclusus grandi rugitu clamauit. Banaias verò q cū ceteris ad spectaculū venit in cisternā desilijt, & leonē interfecit. Banaias q interpretatur ædificator dñs, Christū significat, qui ecclesiā ædificat. Vñ Paulus: Dei ædificatio estis hic in tpe niuis & frigoris, cum. s. gratia Christi mundo resplenduit; & frigus charitatis homines refrigerauit, Leonem idest, diabolum interfecit Hebræus verò hunc leonē Moab intelligit, qui in medio cisternæ. i. in domo domini, ubi tenebat cornua altaris, occisus est. Altare verò cisterna dr̃, quia sicut aqua cisternæ abluit & mundat, ita sanctuarium domini purgat peccata in diebus niuis, quia ꝑ mortem expiauit peccatum. vñ: *lauabis me.* quod impletum est in medio cisternæ. *& super niuem dealbabor*, quod impletum est in eo, quod ait, *diebus niuis*. (Banaiæ victoria leonina. 1. Cor. 3. b.)

e *Virum Aegyptium.* imitatorem. s. Aegyptij Deum blasphemantis, quem Moses iubente dño interfecit. ille enim blasphemauit Deum, hic prophetam & regem. (Leui. 24. c. 3. Reg. 2. 8.)

f *Dig.* Spectabatᷣ. n. vt si Ierusalem egrederetᷣ interficeretur.

g *Hastam.* Legē Dei, quam si meditatus fuisset permanēdo in Ieru-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Abisai quoque. *Hic ponitur commendatio trium fortiū qui erant in secundo gradu. quorum primus erat Abisai qui interfecit Iesbienob gigantem, vt dictum est suprà 21. cap. & cum hoc fecit aliam probitatem notabilem, quæ notatur cum dicitur:*

2 Ipse est qui. *et patet litera. Alij verò duo de isto ternario, scilicet, Sobochai & Ionathan filius Sammaa fratris Dauid hic tacentur, quia sufficienter suprà exprimuntur. 21. cap.*

3 Et Banaias. *Iste est septimus specialiter nominatus propter specialem probitatem, quæ exprimitur cum dicitur:*

4 Ipse percussit. *idest, duos milites illius populi audaces, vt leones.*

5 Et ipse. *Hic accipitur leo ad literā, qui propter niuem os foueæ cooperientem illuc cecidit ad quam descendit Banaias, & eum interfecit. Consequenter ostenditur eius alia probitas de internecione cuiusdā Aegyptij, qui propter magnitudinem appropinquabat ad naturam giganteam, cum dicitur.*

6 Ipse quoque. *In Hebræo de Hebraicis quęstionibus exponitur hoc de Semei, quem interfecit Banaias de mandato Salomonis, vt habetur infrà 3. lib. 2. ca. & vocatur hic Aegyptius per imitationem, eo quod maledixit regi Dauid: Sicut Aegyptius quem interfecit Moses in deserto; quia maledixerat Deo, vt habetur Leuit. 24. c. Sed hæc expositio in nullo concordat textui, ideo eadē facilitate contemnitur qua probatur, ꝑꝑ quod & multa alia liber Hebraicarum quæstionum super libros Regū a pluribus peritis dicitur non esse Hieronymi, sed cuiusdam Iudęi, & quia Hieronymus in libro illustrium virorum, inter libros solum super Gene. nominat librum suum Hebraicarum quæstionum.*

Et ipse

MORALITER.

† nus religiosus, qui per obseruātiam triū votorū religionis efficitur triplicatus, & per hoc haurit aquā salutaris sapiētiæ de puteo sacræ scripturæ, qui dicitur altus Ioan. 4. b. Qđ aūt boni religiosi hanc hauserint aquam, patetᷣ per libros Hieronymi, Augustini, & aliorum doctorum plurium qui fuerunt religiosi. Et hæc aqua est domino libanda; nam ad eius honorem est simpliciter ordinanda.

3 *Et Banaias filius Ioiadæ viri for.* De isto dicitᷣ qđ ipse interfecit duos leones Moab. & tertium leonem in diebus niuis, & signat virū valde virtuosum in seculo, q interfecit irascibilē, & concupiscibilē, significatas per duos leonis. Moab, qui interpretatur ex parte: Rebellio autē istarum virium cōtracta est ex primo parente. Sed homo virtuosus tollit eā, reducendo irascibilem & concupiscibilem sub ratione. Per tertium vero leonem significatur cōcupiscētia oculorum, quam interfecit per largitatem erga pauperes, in diebus niuis, idest, tempore refrigescentis charitatis.

6 *Ipse quoque interfecit.* idest, valde altum, per quem significatᷣ diabolus, qui dicitur Aegyptius. idest tenebrosus, & est valde altus per superbiam, ipsum autem deijcit virtuosus per veram humilitatem.

Fecitq;

de manu Aegyptij,& interfecit eũ hasta sua Hęc fecit Banaias filius Ioiadæ, & ipse nominatus inter tres robustos qui erant inter triginta nobiliores. Veruntamen vsque ad tres non peruenerat. Fecitq; eum sibi auricularium a secreto Dauid. Asael frater Ioab inter triginta. Eleanan filius† patrui eius de Bethlehem. Semma de Arari. Elica de Harodi. Eles de Phalti. Hira filius Acces de Thezua. Abiezer de Anathot. Mobonnai de Husathi. Selmõ Ahohites. Macharai Netophathites. Heleph filius Banaa, & ipse Netophathites. Itai filius Ribai de Ebeth filiorũ Beniamin. Banai Pharathonites. Heldai de torrente Gaas. Albialbon Arbathites, Azamueth de Beromi. Eliaba de Salboni. Filij Iasen, Ionathan & Aran. Semma de Orodi. Ahiam filius Sarar Ararites. Eliphelet filius Aasbai filij Machai. Eliam filius Achitophel Gelonites. Esrai de Carmelo. Pharai de Arbi. Igaal filius Nathan de Soba. Bani de Gadi. Selec de Ammoni. Naharai Berothites armiger Ioab, filij Saruiæ. Ira Iethrites. Gareb & ipse Iethrites. Vrias Hethæus. Omnes triginta septem.

¶ Abisai, Sobuc hai, Ionathan, quibus æquiparari poterat. ¶ Christum. ¶ Qui diuinitas omnem scientiam consulit. ¶ Secreti conscium. ¶ Pater. ¶ Vel Thai. ¶ Vel Fa.ai. ¶ Fidem & obseruantiam decalogi gratia septiformis spiritus operante honorantes.

in Ierusalẽ nõ periret: sed q̃a præceptum regis cõtempsit, Banaias in virga, id est, in rectitudine iustitiæ ad eum descendit, & hastã, quam non rectè tenebat extorsit. † Dodo

a *Qui erant*. Neminẽ moueat, quòd in summa nõ 30. sed 37. leguntur. Triginta enim & septẽ leguntur hoc modo. Septẽ scilicet, fortes hi: Dauid, qui dicitur Adeodatus. Abisai, Sobochai, Ionathan. Eleazar Semmaa filius Agge de Arari, & Banaias, ecce septẽ. Triginta autẽ hi sunt, Asael, Eleanam & cęteri.

b *Vri*. Hic vltimus ponitur pro eo quòd sequitur. *Et addidit furor domini, &c.* Iam enim vltio facta fuerat in Dauid, & in domo ei⁹, sed nõ in populo, qui vel non restitit Dauid, vel consensit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ipse nominatus inter tres ro. *secundi gradus, non quia esset de numero eorum, sed quia propter probitates suas poterat quasi æquiparari vni eorum, propter quod nominatur ante triginta sequentes, vt prædictum est.*

2 Asael frater Ioab. *Hic cõsequenter noĩantur alij triginta, & legatur litera sicut iacet. Inter prædictos fortes non nominatur Ioab, quia erat super omnes principes primus, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt quòd nomen eius taceatur inter fortes, quia posuit maculã in gloria sua, quia occidit proditiose Abner, vt habetur suprà. 3. cap. Amasam similiter, vt habetur suprà. 20. cap. Absalom contra inhibitionem regis, vt habetur suprà. 18. cap.*

MORALITER.

† *Fecitq; eum sibi auricularium a secreto Dauid.* Nã bonus prælatus & princeps figuratus per Dauid, tales secretarios & consiliarios cum diligentia sibi quærit.

CAP. XXIIII.

¶ Sathan. In Paral. consurrexit Sathan aduersus Israel, & incitauit Dauid vt numeraret populum.

†ET addidit furor Domini irasci contra Israel 1 commouitque Dauid in eis † dicentem ad 2 Ioab: † Vade numera Israel & Iudam. Di- 3 xitque rex ad Ioab principem exercitus sui; Perambula omnes tribus Israel à Dan vsque

CAP. XXIIII. ET *addidit furor domi. &c.* Theodo. Populus luit pœnas suæ iniquitatis: relicto enim rege pio, militauit sub impio tyranno & parricida filio, qui pio patri & prophetæ moliebatur cędem, & qui a Deo vniuersorũ acceperat regni rationem. Auget eorũ crimen, quòd Saulem non reliquerit, donec puenisset ad finem vitæ, cùm Dauid fuisset vnctus a pphetа: quẽ non solũ reliquerunt, sed ẽt aduersus eũ in acie steterũt. Propter hæc iustus Deus de ijs pęnas sũpsit, & per

Quæst. 17. † 1. Par. 21. b. † dicendo † 1. q. 4. §. his ita. ver. item Dauid.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIIII.

1 ET addidit furor dñi. *Hic describitur punitio Dauid propter peccatũ superbiæ, quia præcepit numerari populum ex elatione. Igitur circa hoc primo ponitur ipsius Dauid iussio. secũdo iussionis executio, ibi:* Egressusq; est Ioab. *tertio facti punitio, ibi:* Percussit autẽ cor Dauid. *Circa primũ sciendũ, q̃ illud factum contigit ante ea quæ dicta sunt in principio pcedentis cap. quia illa fuerũt verba nouissima Dauid, vt dicitur ibidẽ. Præmittitur igitur origo transgreßionis Dauid in facto isto cũ dicitur.* Et addidit furor, &c. *Ex hoc. n. q̃ dominus volebat punire populũ, permisit Dauid efferri ad numerationem populi. vnde dicit in glo. Grego. super locum istum: Pro qualitatib. subditorum disponuntur acta regentium, vt sæpe pro malo gregis ẽt verè boni delinquat vita pastoris. Dauid enim Deo teste laudatus, tumore repentinæ elationis inflatus populũ numerando peccauit, & populus pœnã suscepit, quia secundũ meritum pleb. ũ disponuntur corda rectorum. Quale aũt fuerit peccatum populi quo demeruit, in litera non habetur, sed in libro de Hebraicis quæstionibus dicitur, q̃ hoc fuit, eo q̃ populus Dauid non restitit, vt debuit in facto Vriæ, & ideo in cap. præcedenti vltimus nominatur, vt sententia huius capituli præcedenti aliqualiter copuletur. Sed hoc dictũ videtur falsum quia peccatum Dauid contra Vriam vxorem eius polluendo, & ipsum proditiose occidẽdo, fuit secretum quousque totum fuit completum, vt patet ex prædictis ca. 12. propter quod dixit Nathan ad Dauid.* tu fecisti absc̃odite, &c. *pp q̃d patet q̃ populus non potuit peccato Dauid occurrere. Similiter nec post factum qñ venit ad notitiam populi debuit puniri, quia pœna iam determinata erat a summo iudice Deo. vt patet ibidem per verba Nathan prophetæ. Et ideo melius dicitur, q̃ peccatũ populi fuit rebellio eius contra Dauid sequendo Seba filium Bochri, qui erat homo peßimus & seditiosus, & de hac rebellione solus Seba fuerat punitus, vt habetur supra 20. ca. propter qđ populus erat puniendus. quod factum est per pestilentiam immissam a Deo super populum propter eius numerationem.*

Diuisio.

2 Commouitq; *scilicet, Sathan ipsum incitauit, vt habetur expresse. 1. Paral. 21.*

3 Vade. *Per se præcepit tribum Iudæ numerari, quia erat nobilior, & bellicosior. Hanc autem numerationem præcepit Dauid ad sui ostentationem de tot millibus bellatorum.*

Sed

MORALITER.

1 *Et addidit furor domini irasci contra Israel, commouitque Dauid.* Ex hoc aũt ostenditur, quod propter malitiã populi pmittit aliq̃n dominus bonum principem vel prælatum errare. Vnde dicit Grego. exponens locum istum: Secundum merita subditorum disponuntur acta regentium. Vnde sæpe fit, vt pro culpa gregis, boni delinquat vita pastoris.

3 *Vade & numera Israel & Iudam.* Per Dauid qui ex elatione præcepit populum numerari, significatur quicunque superbiens de bonis operibus suis, cum tamen sint ex bonitate Dei, & talis est similis Phariseo dicenti Luc. 18. b. *Non sum sicut cæteri hominum raptores, adulteri, iniusti, velut etiam hic publicanus, ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo.* Per hoc autem quòd populus Dauid fuit mortalitate percussus, significatur quod opera bona de genere talis superbientis mortificantur per peccatum superuenientis superbiæ. Sed quoniam aliquando talis superbus humiliatur & conteritur de peccatis, ideo ad hoc significandum subditur.

Percussit

& per Dauidem ſumpſit: quonia meũ affecerat iniuria. Hoc docet hiſtoria. *Et adiecit ad Dei &c.* Cum Dauid numeraſſet populum, populus luit ſupplicium.

Epiſt. 48. ✠ Ambr. Culpa erat, quoniam voluit ſcire numerum totius plebis quæ ſecum erat: quod Deo ſoli debuit reſeruare.

Li. de pœnit. cap. 8. ✠ Idem. Dauid contra interdictum mandauerat numerari populũ, & voluerat noſſe cuncti exercitus quantitatem. Obſecundatũ eſt voluntati regali, atque inclytẽ cœpit ſcire quod nocuit fœlicitatẽ ſuam popularibus extulit incrementis, & lucra multiplicati exercitus iter principalia gaudia numerauit.

In 4. c. Eph. ✠ Hierony. Quando Dauid numerauit populum Iſrael, iram in ſe Dei prouocans, ſunt qui iram Domini diabolũ ſignificare putant, Mittit ſiquidem Dominus iram & furorem ſuum per angelos peſſimos.

Lib. 2. ſacræ hiſtor. ✠ Seuerus Sulpit. Tã exteris quàm domeſticis motibus compreſſis, Dauid florentiſſimum regnum in pace habebat. Tum eum ſubita cupido inceſſit, ad metiendas imperij vires populum cenſere. Ita a Ioab militiæ magiſtro decies centena & trecenta ciuium millia dinumerata. Huius eum facti mox piguit, pœnituitque, veniam a domino petens, cur in id animos extuliſſet, vt regni ſui potentiam ex ſuorum potius multitudine, quàm ex fauore diuino æſtimaret.

Lib. 25. Mor. cap. 14. Angelomus. Eucherius. Rabbanus. Gregor. Pro qualitatibus ſubditorum diſponuntur acta regentium, vt ſæpe pro malo gregis etiam verè boni delinquat vita paſtoris. Dauid enim Deo teſte laudatus, ſecretorum Dei conſcius, timore repentinæ elationis inflatus populum numerando peccauit, & populus pœnam ſuſcepit: quia ſecundum merita plebium diſponuntur corda rectorũ. Iuſtus verò iudex peccantis vitium ex ipſorum animaduerſione corripuit, quorum cauſa peccauit. Sed quia propria voluntate ſuperbiens a culpa alienus non fuit, vindictam etiam ipſe ſuſcepit. Ira enim quæ corporaliter populum pertulit, ipſum quoque dolore proſtrauit. Ita enim iuncta ſunt merita rectorũ & plebiũ, vt ſæpe ex culpa paſtorũ deterior fiat vita plebiũ, & ex merito plebiũ mutet̃ vita paſtorũ. Sed qa rectores hñt iudicẽ ſuum, nõ temerè iudicent ſubditi vitã regentũ. Per ſemetipſum enim dñs æs nummulariorũ fudit, & cathedras vendẽtiũ colũbas euertit, ſignificãs ꝑ magiſtros vitam tã iudicari plebiũ, per ſemetipſum facta magiſtrorũ. quamuis etiam ſubditorũ viria quæ a magiſtris diſſimulant̃, vel iudicari nequeũt, eius iudicio reſeruent̃. Dũ ergo ſalua fide res agit̃, virtutis eſt meritũ quicquid prioris eſt tolerare. Debet tamẽ humiliter ſuggeri ſi fortè valeat quod diſplicet emendari. Sed curandum eſt ne in ſuperbiã tranſeat iuſtitiæ inordinata defenſio, & dum rectitudo incautè dirigit̃, magiſtra rectitud inis humilitas amittat̃, ne eũ præeſſe quis deſpiciat, quẽ forte in aliquo reprehendat. Cõtra hũc tumorẽ ſupbiæ ꝓpria infirmitas inceſſanter attẽdatur. Vires enim noſtras veraciter examinare negligimus. & qa de nobis fortia credimus, prælatos diſtrictè iudicamus. Quo enim nos minus agnoſcimus, illos quos reprehendere nitimur, plus videmus. Singula hęc mala ſunt q̃ ſępe a ſubditis in prælatis, ſæpe a prælatis in ſubditis cõmittuntur, quia prælati ſubditos minus ſapientes arbitrantur, ſubiecti rectorum facta iudicant, & ſi regimẽ tenere contingeret, ſe melius agere putant. Vnde rectores minus prudenter quæ agenda ſunt, vident: quia eorum oculos nebula elationis obſcurat, & ſæpe ſubiectus factus prelatus hoc facit, quod dum ſubditus fuerat arguebat, vt quia illa quæ iudicauerat perpetrat, ſaltem quia iudicauit, erubeſcat. Sicut igitur prelatis curandum eſt, ne eorum corda ſingularis ſapientię locus ſuperior extollat, ita ſubiectis prouidendũ ne ſibi rectorum facta diſpliceant. Si autem magiſtrorum vita iure reprehenditur, oportet, vt ſubditi eos etiam cũ diſplicent, venerentur. Sed ſolerter intuendum eſt, ne eum quem venerari neceſſe eſt, imitari appetas: aut quem imitari deſpicis, venerari contemnas. Subtilis enim via tenenda eſt rectitudinis, & humilitatis, vt ſi magiſtrorum facta diſpliceant: ita ſubditorum mens a magiſterij reuerentia non recedat.

Rectorum & plebiũ mutua viciſſitudo.

a *Dedit ergo.* ✠ Ioſe. Ioab ſumens principes tribuũ & ſcribas & peragrans Iſraelitarum prouinciam, conſiderata multitudine quanta eſſet, in Hieroſolymam remeauit ad regem poſt menſes nouem & viginti dies: obtulitq; numerum regi abſq; tribu Beniamin. Hanc dinumerare non potuit, neq; tribum Leui. fuit ergo aliorum Iſraelitarum numerus nongenta millia virorum arma ferentium. Iudæ verò tribus per ſe ſolam habuit quadraginta millia. (Li. 7. Antiq. cap. 13.)

¶ Notan-

ad Berſabee, & numera oẽm populum, vt ſciam numerum ¶ *Tantum.* eius. Dixitque Ioab regi: Adaugeat dominus Deus tuus ad a ¶ *Vt ſit duplo tantus.* populum ſuum, quantus nunc eſt: iterumque centuplicet in cõſpectu domini mei regis. Sed quid ſibi dominus meus [1] rex vult in re huiuſcemodi. † Obtinuit autem ſermo regis [2] verba Ioab, & principum exercitus. Egreſſuſque eſt Ioab, & [3] principes militum a facie regis, vt numerarent populũ Iſrael. Cumq; pertranſiſſent Iordanẽ, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, quæ eſt in valle Gad, & per Iazer tranſierũt in Galaad, & in terram inferiorẽ Hadſi. Et venerũt in Dan [4] † ſylueſtria. Circumeuntes quoque iuxta Sidonem tranſierunt propè mœnia Tyri, & omnem terram Heuæi & Chananæi, veneruntq; ad meridiẽ Iuda in Berſabee. Et luſtrata vniuerſa terra, affuerunt poſt nouẽ mẽſes, & viginti dies in a Ieruſalem. Dedit ergo Ioab numerum deſcriptionis populi regi. Et inuẽta ſunt de Iſrael octingenta millia virorum for[5]tium qui educerent gladium, & de Iuda quingenta mil[6]

(Margin: † vel vicis. † Iaan; Pſal. 77.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed. *Ioab enim videns regem ex elatione moueri, voluit hoc impedire: ſed non potuit. ideo ſubditur.*

2 Obtinuit. *Tum quia ſuperior erat, tum quia dominus populum punire diſpoſuerat.*

3 Egreſſuſque. *Hic ponitur dictæ iuſsionis executio, vt patet litera vſque ibi:*

4 Et in ter. inf. Had. *In Hebræo habetur.* In terram locorum nouorum, *id eſt, de nouo habitatorum, vel cultorum per abſciſionem nemorum. Cætera patent vſque ibi.*

5 Et inuenta. *1. Paral. 16. habetur numerus Iſrael mille millia, & centum millia. Quæ diſſonantia ſoluitur ab Hebræis. Vno modo per hoc, quòd Ioab non numerauit tribum Leui, & tribum Beniamin, vt habetur 1. Paralip. 16. quorum numerus bene aſcendebat ad trecenta millia, & ſic in vniuerſo erat numerus ſicut ponitur. 1. Paralipo. hic autem ponitur numerus reſecatis illis de tribu Beniamin & Leui. Alio modo, & melius, vt videtur, quia Ioab inuitus exequebatur hoc mandatum, & ideo non curauit multos omittere. vt patet de tribu Leui & Beniamin. Et quia videbat regem ex ſuperbia motum, ideo tradidit ſibi minorem numerum quàm eſſet in veritate ne nimis ſuperbiret. & hic ponitur numerus ipſi Dauid traditus, qui erat minor. Alius autem qui erat maior ſecundum veritatem exprimitur. 1. Paralip. Cauſa autem quare non numerauit tribum Leui & Beniamin, dicitur. 1. Paralipom. vbi hoc habet locum.*

6 Et de Iuda quingen. mll. pug. &c. *Aliqui libri habent hic,* quinquaginta millia. *ſed in Hebræo in libris correctis habetur:* quingenta millia. *Sed tunc occurrit dubium. quomodo tot erant in vna tribu, quia numerus nouem tribuum aliarum quæ fuerunt numerata per Ioab, non aſcendit niſi ad mille millia, & centum millia, vt prædictum eſt. Ad quod dicendum, quòd tribus Iuda fuit alijs bellicoſior: & ideo plures habuit bellatores quam aliqua alia. Item quia bellatores de alijs nationibus coniungebantur cum Dauid, ſicut patet ſuprà 15. cap. de Ethai Getheo qui cum ſexcentis bellatoribus erat coniunctus ipſi Dauid, & ſimiliter fuit de alijs nationibus. & omnes iſti computabantur cum bellatoribus de tribu Iuda, de qua erat Dauid, propter quod numerus bellatorum tribus Iudæ tantum aſcendebat. Sciendum tamen, quòd 1. Paralip. 21. dicitur.* De Iuda autẽ 470. millia. *Quod ſoluitur ab Hebræis vno modo quòd 30. milia quæ omittuntur. 1. Paral. erant capita aliorum, & ſic non numerantur ab eis ibi, hic autem in numero cum alijs concluduntur. Alio modo, quòd in lib. Paral. ponitur numerus minor, qui fuit traditus Dauid ne nimis ſuperbiret, vt prædictum eſt: hic autem ponitur numerus ſecundum veritatẽ, qui maior erat: oppoſito modo quàm de numero Iſrael, vt patet ex dictis. Nec eſt inconueniens ſic variari modum loquendi, quia frequenter per talem modum ſoluuntur apparentes diſſonantiæ euangeliſtarum.*

Percuſſit

a lia pugnatorum. Percussit autem cor Dauid eum, postquam 1 numeratus est populus, & dixit Dauid ad dominum: Pecca- 2 ui valde in hoc facto, sed precor Dñe, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid b mane, & sermo Domini factus est ad Gad prophetã, & † videntem Dauid, dicens, Vade, & loquere ad Dauid; Hęc dicit Dñs; Trium tibi datur optio, elige vnum quod volue- 3 ris; ex his, vt faciam tibi. Cũq; venisset Gad ad Dauid nun- c tiauit ei dicens; Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua; Aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur; Aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei qui me misit, sermonem. Dixit autem Dauid ad Gad. Co- 4 arctor vndique nimis. † Sed melius est, vt incidam in ma- 5 nus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in d manus hominum. Immisitque Dominus pestilentiam in 6 Israel, de mane vsque ad tempus constitutum, & mor- 7

† videntem Dauidis.

† 1. Paral. 21. b

A Notandum quia in Paral. legitur: Mille millia centum millia de Israel, & de Iuda quadraginta septuaginta millia quos intelligendum est Ioab numerasse, sed noluisse ostendere nisi quanti in Samuelis libro scribuntur.

Hierony. lib. tra. Heb. 1. Paral. 21. a. Lib. de pœnit. cap. 9.

a *Percussit au. &c.* Ambr. Contulit se ad maiorē pœnam vt posset prouocare clemētiã. Lenitur. n. rigor iustitiæ, cũ de miseratione psumit, & apud clementissimũ iudicē prima pietatis causa tractatur. Qui. n. errata contitentib. donat, peruicaces nõ de voluntate cõdēnat. Et iõ rex iste deuot⁹ cũ deliberationis fluctuat tēpestate, non dimisit anchorã pniẽ: & fidus de pietate terrentis, magnitudinem nõ cõtēplatus est vltionis, &c. *In me manũ tuam*

B *conuerte, &c.* Ecce satisfactionis officio pœna percellitur, & in armis cõfessionis indignatio propugnatur: vt nec in eũ vlterius vindicta pcederet, & erga populum quassatio cœlitus effusa quiesceret.

Orat. de obitu Theodosij.

✠ Idem. Bona humilitas, quæ liberat periclitantes, iacentes erigit. Nouit qui dixit: *Ecce sum ego, peccaui.* Regnum suum Deo subiecit & pniam gessit, & peccatum suum confessus veniam postulauit. Per humilitatem peruenit ad salutem.

In psal. 37.

✠ Idem. Qui penitētiã agit, offerre se debet ad penã, vt hic puniatur a Domino, nõ ad supplicia æterna seruet: nec expectare tēpus, sed occurrere diuinæ indignationi. Dauid offenderat Dñm, qa numerari iusserat populũ. Confessione præuenit Dei nuntiũ, peccasse se valde commemorans nõ quasi admoneret oblitũ, sed quasi vrgeret morãtē, ne diutius cõmotionem differret offensæ. Plurimũ suffragatur reo verecunda confessio, & pœnam quam defensione euitare non possumus, pudore leuamus.

In psal. 118. octon. 3.

✠ Idem Quasi iustus accusator sui fuit ĩ ipso sermonis exordio, & peccatum suum agnouit, & iniquitatem propriam confitendo, iustificatus est in semetipso.

Prou. 18. In psal. 140.

✠ Chrysost. Quando numerauit populũ dcebat, *Ego peccaui*, seipsum condemnat, & ideo veniam assequitur. Nihil. n.

C Deũ ęque reddit propitiũ, ac sua peccata confiteri. Hoc autem fiet, si fugiantur eorum cętus, qui metum peccatorum soluunt, & ad socordiam impellunt.

Sermo

D b *Sermo do.* In Exo. scriptũ est, *Qñ tuleris summam filiorũ Israel iuxta numerũ, dabunt singuli pretiũ pro animabus suis dño, & nõ erit plaga in eis &c.* Hoc oblitus Dauid facere, offendit Deum, & facta est plaga in Israel. Hinc Iosephus ait: pphetis declarantibus Dauid q̃ Deus irasceretur, supplicauit vt ppitius esset, & veniã daret. Gad ergo prophetã misit ad eũ Deus tres supplicij cõditiones portãtem. Vtrũ. s. vellet famē in prouincia gñari annis septē, aut tribus mēsib. pugnando vinceret ab hostibus, aut morbus, & lãguor accederet tribus dieb. Hebræis. Cũque propheta vrgēdo rñsionē exigeret quã dño renuntiaret: Cogitans rex quia si famem eligeret, ꝯ alios hoc facere videret, cum ipse multa frumenta habe-

E ret, nec inopiã sustineret: reliquis verò angustia esset. Si verò eligeret triũ mensium victoriam hostium, ipse hñs circa se viros fortissimos & custodes nihil timeret, sed neci exercitus subiaceret: Cõem potius passionē & omnibus æqualē elegit dicens. Multò melius est in Dei quàm hostiũ manus incidere. Quod propheta renuntiauit dño, qui morbũ & interitum misit in exercitũ Hebræorum. Moriebant non vno modo, vt languor posset facilè agnosci, sed mors quidem in oĩbus: alius super aliũ moriebatur, alij super sepelendis moriebantur & latenter imminens malum velociter afferebat interitum. Incipiente pestifero languore ab hora matutina vsq; ad horam prandij, consumpta sunt septuaginta millia.

Rabban. Exo. 30. b. Lib. 7. Antiq. ca. 23.

c *Aut.* Et videtur quia qui pane verbi Dei per gratiã septiformis spiritus non pascuntur, septem annis famē sustinent, & qui in nomine trinitatis regenerati non sunt, hostibus a dæmonibus resistere non valent, sed pestilentia impietatis increduli moriuntur.

1. Paral. 21. e.

d *Immisitq; Dominus pestilen. &c.* ✠ Theod. Mors eiusmodi pauperis & diuitis nõ nouit discrimen, neq; timidi & fortis, neq; serui & dñi, neque priuati & regis, sed omnes similiter inuadit. Ea de causa hoc supplicium Dauid præposuit alijs. Trium autem dierum Deus mortem minabatur, sex aũt ho-

F ris solùm mortem intulit, Si dies autem numerentur cum noctibus, inuenitur pars solũ duodecima minarũ illata esse

Quæst. 37.

☞ populo

NICOLAVS DE LYRA.

1 Percus. au. *Hic consequēter describitur punitio delicti. vbi primò ponitur determinatio pœnæ. secundo executio iustitiæ diuinæ, ibi*: Immisitq; dñs pestilentiam. *tertio placatio offensæ, ibi*: Venit aũt Gad. *Circa primum exprimitur pœnitentia Dauid cum dicitur.* Percussit autem cor. *Idest, conscientia eum reprehendit.*

2 Pecca. *peccato superbiæ, vt dictũ est. Item ex mandati diuini trãsgressione, quod habetur Exo. 30. vbi dicitur*: Qñ tuleris summã filiorum Israel, dabũt singuli pretium pro animabus suis dño, & non erit plaga in eis. *Et quantũ sit illud pretiũ subditur ibidem*: Dimidium sicli &c. *Nolebat n. dñs q̃ numeratio generalis populi qualem præcepit Dauid fieri, fieret per capita, sed q̃ quilibet offerret domino dimidium siclum, & tunc numerabantur sicli, et sic apparebat numerus populi, quia erat duplus ad numerum siclorum, vt dictum fuit Exod. 30. Hæc autem numeratio non fuit sic facta, & sic secuta fuit plaga, Consequenter ponitur determinatio pœnæ, cum dicitur.*

3 Trium tibi datur optio &c. *Et patet litera vsque ibi*:

4 Coarctor vndique &c. *quia quodlibet illorũ videbatur durum.*

5 Sed me. *eligendo pestilentiã trium dierũ, tũ quia de Dei misericordia sperabat, tum quia si elegisset famē septem annorum ipse & alij diuites prouidissent sibi de victu, & pauperes fuissent nimis afflicti. Itē si elegisset fugam coram aduersariis, ipse & alii potentes fuissent protecti auxilio pugnatorum, & refugio fortalitiorũ, et cæteri fuissent occisi. Et ideo elegit pœnam omnibus æqualem, quia pestilentia a Deo missa æqualiter poterat cadere super regem & pauperem.*

6 Immisitq;. *Hic ponitur dictæ pœnæ executio, cum dicitur.*

7 De mane. *Idest, vsq; ad tertiam diē inclusiuè, vt dñt aliqui, quia sic erat pœna determinata. Sed hoc nõ videtur verũ, quia infrà dicitur.* Venit aũt Gad ad Dauid in die illa. *Et videtur loqui scriptura de prima die pestilentiæ. Ad hoc. n. venit Gad, vt Dauid offerret holocaustũ, & cessaret plaga inchoata, vt habetur infrà. Ex quo videtur ēt, q̃ tēpus pestilentiæ non erat cosummatũ. Et ideo dñt alii qđ tēpus constitutũ intelligitur tēpus prandii. Sed tale tēpus non videtur esse constitutũ in lege: & iõ dñt alii, & melius, vt videtur, q̃ tēpus constitutũ intelligit hora sacrificii vespertini. Illud n. statutũ fuit in lege Exod. 29. ita q̃ a mane primæ diei vsq; ad horã illam mortui sunt de populo septuaginta millia virorũ. Sed tunc occurrit dubiũ, quia sicut dictũ est, pestilentia triũ dierũ erat determinata, & sic videtur q̃ sit mutatio facta in Deo, ad qđ dicendum q̃ non. quia pestilentia trium dierum erat dicta per modum cõminationis, sicut Ionæ 4. b.* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertet. *quæ tñ non fuit subuersa. Sic in proposito duo dies pestilētiæ vltimi fuerũt tñ per cominationem dicti, primus verò dies per modum sñiæ diffinitiuæ propter quod fuit pestilentia tñ illo die, iõ subdit,* Misertus est dominus super afflictionem, &c.

Dan. 13. c, Phil. 1. c.

Iuxta

MORALITER.

1 *Percussit au. cor Da. &c.* Per cõtritionē. Sed quia non sufficit ꝯtritio nisi cõfessio sequat habita opportunitate, iõ subditur.

2 *Et di. Da. do. Pec. val. &c.* Et dicitur, in hoc facto: nã in confessione vera peccata sunt particulariter exprimenda. Et qm̃ post confessionē requirit satisfactio per pęnã. ideo subditur.

Trium

3 *Triũ ti. da. op.* Sequitur: *Aut sep. an. ven. ti.* Per hoc aũt q̃ Dauid præelegit pestilētiam trium dierum persecutioni trium mēsium & fami septem annorum significatur, q̃ pœna pro peccatis sustinenda in vita pñti magis est eligenda, & acceptanda, quàm in purgatorio quæ longior est: aut in inferno quæ a parte post est æterna. Per hoc autem q̃ Dauid dixit:

Versatur

A populo. Ita Deus benignus & clemens maioribus quidem vsus est minis, minis autem longè minora infert supplicia.

In Psal.37.

✠ Ambro. Vide Domini gratiam quòd & ipse a proposita conditione deflexit. Plus minatur, & minus exigit: in remuneratione præmiorũ sua promissa custodit, & in exactione pœnarum; præscriptũ remordet. Cum irascitur in reum, differt: cum miseretur, properat, vt absoluat: terret, vt corrigat: admonet vt emendet: præuenit, vt ignoscat.

D ✠ Ambr. Præuidēs se cum sanctis, & qui pro deuotione animas suas in Christo deposuerunt, futurum, lęcatur, & se morti pro domini placanda offensa promptus obijcit, & pro salute populi laborantis diuinæ vltioni paratus offert.

Lib. de bono mortis. c.3.

✠ Idem. Quàm illud etiam admirabile, quod angelo ferienti plebem se obtulit? Hoc facto statim dignus sacrificio iudicatus est, q absolutione ęstimabatur indignus. Nec mirum cũ & Moyses offerendo se domino pro plebis errore, etiã plebis peccata deleuerit.

Apolo. 1. pro Dauid cap. 7.

† De pœ. dist. 3. cap. fugerat autem. † pœnituit dominum super malo.

tui sunt ex populo a Dan vsque Bersabee septuaginta millia virorum. † Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam, † misertus est angelus domini super afflictionem, & ait angelo percutienti populum: Sufficit nunc, contine manum tuã, ¶ Ipsa est Ierusalem.

a Erat autem angelus domini iuxta aream Areuna Iebusæi. Dixitq; Dauid ad dominum cum vidisset angelum cædentem populum. † Ego 1 b sum qui peccaui, & ego iniquè egi. Isti qui oues sunt. quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. † Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei, Ascende, 2 c & constitue domino altare in area Areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad quem præceperat ei dominus. Conspiciensque Areuna animaduertit regem & seruos eius transire ad se, & egressus 3 adorauit regem prono vultu in terram, & ait Quid causæ est, vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait, Vt emam a te aream, & ædificem altare domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid? Accipiat, & offerat dominus meus rex sicut placet ei. Habes boues in holocaustum, & plaustrum, & † iuga boum in vsum lignorum. Omnia dedit Areuna regi. Dixitque 4 Areuna ad regem Dominus Deus tuus † suscipiat votum tuum. Cui respondens rex ait; Nequaquam vt vis, sed emam pretio a te,

¶ In Paral. legitur: Dedit ergo Dauid Ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. Intelligendum est enim boues argenti siclis quinquaginta, aream vero sexcentis aureis emisse.

& non offeram dño Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid 5 aream & boues argenti siclis quinquaginta, & ædificauit ibi altare do- 6 d mino Dauid. Et obtulit holocausta & pacifica. Et propitiatus est Do- 7 minus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

† De pœ. di. 2. c. illud verò. Rabbanus. Angelomus.

a *Erat autem.* In Paralip. quoque scriptũ est: *Porrò angelus domini stabat iuxta aream ornam Iebusæi. Leuansque* B *Dauid oculos suos vidit angelum Domini inter cœlum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum contra Ierusalem. Et ceciderunt tam ipse, quàm maiores natu vestiti ciliciis proni in terram.* *Iuxta aream.* Area Areuna ecclesia est gẽtiũ, in qua postquã altare fidei verus Dauid erexit, confestim mors impietatis cessat. Hanc aream Dauid quinquaginta siclis emit: quia Christus per septiformis spiritus gratiam cunctis delictis omissis Gentilitatem in domum sibi sempiternam sanctificauit.

† iucundauit regi. † instrumẽta † complaceat tibi, vel placeat tibi.

b *Ego sum.* ✠ Theodo. Digna sunt admiratione ipsa verba regis. Ignorans causam, suum peccatum vocauit quod fuerat factum, & vt in suum genus iusta ferretur sententia supplicauit, vtens verbis boni pastoris, imitans filium suum & C dominum, qui animam suam posuit pro ouibus.

Io. 10.

Ambros.

Rabban.

c *Areuna.* Interpretatur area: Ornan verò lumen nobis. Bene ergo Dauid E volens placare dominum altare iubetur in area Areunæ, vel Ornæ constituere, quia aliter nõ placatur Deus ab homine, nisi in area cordis per lumen rectæ fidei, & veræ dilectionis cõstituat altare humilitatis in quo offerat sacrificiũ oblationis, & laudis, vnde: *Sacrificium laudis ho. me.* & . Sacrificium Deo spiri. contrib. &c. Area Areunæ vel Ornæ, ipsa est Ierusalem.

Psal. 49. d. & 50. d. 2. Paral. 1. a.

d *Et ob. hol.* Hinc in Par. Tabernaculũ quod fecerat Moyses in deserto & altare holocaustorũ ea tẽpestate erat in excelso Gabaon, & non pręualuit Dauid ire ad altare, vt obsecraret dñm. Nimio. n. timore fuerat perterritus, videns gladiũ angeli dñi. Dixitq; Dauid: *Hæc est domus Dei, &c.* In hoc loco secundum Hebræos voluit Abraham offerre filium cum aries subito apparuit: quem assumens obtulit pro filio.

Gen. 22. c.

LIBER F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iuxta aream Areuna Iebusæi. *Iste erat binomius, quia eum hoc vocabatur Orna, vt habetur 1. Paral. 21.*

2 Venit au. Gad prophe. ad Da. *Hic consequenter describitur placatio offensæ, per reuelationem domini, quod notatur cum dicitur:* Et ascendit Dauid iu. ser. &c.

3 Et egressus adora. regem, &c. *idest, fecit ei reuerentiam regi debitam. Iste enim quamuis esset Gentilis, erat amicus Dauid & ei confœderatus, quia per eum Dauid habuerat partem ciuitatis Ierusalem. Cætera patent vsque ibi:*

4 Omnia de. Areu. *idest, dare voluit, sed Dauid accipere noluit nisi pro pretio. vnde sequitur.*

5 Emit er. Da. *1. Taralipom. 21. d. dicitur:* Dedit ergo Dauid Ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. *Et ideo litera quæ sic habet debet sic punctari:* Emit er. Da. aream. *& tacetur hic pretium quod. 1. Paralip. exprimitur sexcentorum auri siclorum, & sequitur.*

6 Et boues argenti, &c. *scilicet pro bobus tantum.*

7 Et ædificauit ibi altare do. Da. *scilicet ille locus est in quo Abraham voluit immolare Isaac filium suum, vt dictum fuit Genes. 22. & Iacob vidit ibi scalam, vt dictum fuit Genes. 28. & ibi postea fundatum fuit templum per Salomonem, vt habetur infrà, 3. libro, 5. cap. & 2. Paral. 3.*

MORALITER.

† *Vertatur obsecro ira tua con. me.* Ostenditur q̃ princeps perfectus in bonitate paratus est exponere se morti pro populi sui saluatione, exẽplum huius dedit nobis dñs nr̃ Iesus Christus, dicens Ioh. 10. c. *Ego sum pastor bonus, & animam pono pro ouibus meis.* Hoc et fecit Codrus rex Atheniensium, qui præelegit occidi propter salutem populi sui, vt s. dictum est.

LIBRI SECVNDI REGVM FINIS.

LIBER REGVM TERTIVS SECVNDVM HEBRAEOS

PRIMVS MALACHIM.

CAP. I.

a b ET rex Dauid ſenuerat, habebatq; ætatis 1 plurimos dies: cumq; operiretur veſtibus, non calefiebat. Dixerũt ergo ei ſer- 2 3 ui ſui: † Quæramus domino noſtro regi 4 adoleſcẽtulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, dormiatq; in ſinu

CAP. I.

A Epiſt. ad Nepotia. de vita Clericorum. Adoleſcentula quare & q̃ Dauid grandæuo adhibita ſit.

† Deu. vl. d.

ET rex Dauid ſen. Hiero. Nonne tibi videtur ſi occidentem ſequaris literã, figmentũ eſſe vel Atelanarum ludicra? Frigidus ſenex obuoluitur veſtimentis: & niſi cõplexu adoleſcentulæ non tepeſcit. Viuebat adhuc Bethſabee, ſupererat Abigail, & reliquæ vxores, & concubinæ: omnes quaſi frigidæ repudiantur, & in vnius tantum grandæuus caleſcit amplexibus. Abraham multò Dauid ſenior fuit, & tamen viuente Sara aliã non quæſiuit vxorẽ: Iſaac duplices Dauid annos habuit, & cùm Rebecca iã vetula nũquã refrixit. Tacebo de prioribus ante diluuiũ viris, qui poſt annos quingentos, non dico ſenilibus, ſed penè carioſis artubus nuſquã puellares q̃ſiere amplexus. Moyſes dux Iſraelitici populi centũ viginti annos habuit, & Sephorã nõ mutauit. Quę eſt ergo iſta Sunamitis vxor & virgo tã feruẽs, vt frigidũ calefaceret, tã ſancta vt calẽtẽ ad libidinẽ nõ prouocaret. Exponat Salomõ patris delicias, & pacificus bellatoris amplexus. Poſſide ſapiẽtiam, poſſide intelligentiã. *Ne derelinquas eam apprehendet te: ama illam, & ſeruabit te.* Omnes penè virtutes corporis mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapiẽtia decreſcunt cętera: ieiunia, camenæ, huc illucq; diſcurſus, peregrinorũ ſuſceptio, defenſio pauperũ, inſtantia orationũ, viſitatio languẽtiũ, labor manuũ vnde præbentur eleemoſynæ: & cuncta quæ per corpus exercentur fracto corpore minora fiunt. Nec hoc dico quòd in iuuenilibus & adhuc ſolidioris ætatis, qui ſ. labore & ardẽtiſſimo ſtudio, vitæ quoq; ſanctimonia & orationis frequẽtia ſcientiã cõſecuti ſunt, frigeat ſapientia, quæ in plerisq; ſenibus ætate marceſcit. Sed q̧ adoleſcẽtia multa corporis bella ſuſtinet, & inter incẽtiua vitiorũ & carnis titillationes quaſi ignis in lignis viridibus ſuffocet, & ſuũ nõ poſſit explere fulgorẽ. Senectus verò eorũ qui adoleſcẽtiã ſuã honeſtis actib⁹ inſtruxerũt, & in lege dñi meditati ſunt die ac nocte, ętate fit doctior, proceſſu tẽporis ſapientior, & veterum ſtudiorum dulciſſimos fructus metit. Ipſumque nomen Abiſag ſapientiã ſenũ indicat ampliorem. Interpretatur enim pater meus ſuperfluus ideſt abũdans, vel patris mei rugitus. Verbũ ſuperflui ambiguũ eſt: ſed hic ſignificat, q̧ ſapientia amplior ſit in ſenibus & redundans. Alibi aũt ſuperfluus, quaſi non neceſſarius ponit. Abiſag aũt & rugitus propriè nuncupatur, quod maris fluctus reſonat: & (vt ita dicã) de pelago veniẽs fremitus auditur. Ex quo oſtenditur abundãtiſſimũ, & vltrà humanã vocẽ in ſenibus diuini ſermonis tonitruũ cõmorari. Sunamitis verò coccinea dr̃, vt ſignificet calere ſapiẽtiã, & diuina lectione feruere. Qđ licet dñici ſanguinis indicet ſacr̃m, ẽt feruorem oſtendit ſapientiæ. Vnde obſtetrix illa in Gen. coccinũ ligauit *in manu Phares*, q. ab eo q̧ parietem diuiſerat duos populos ante ſeparãtẽ diuiſoris nomen, id eſt, Phares ſortitus eſt. Et Raab meretrix in typo eccleſiæ reticulam myſteriũ ſanguinis cõtinentẽ, vt Iericho pereunte domus eius ſaluaretur, appendit. vnde de ſanctis dicitur: *Hi ſunt qui venerunt de calore domus Rechab.* & alibi: *Ignẽ veni mittere in terram, &c.* qui. ſ. in diſcipulorum corde ſuccenſus cogebat eos dicere: *Nonne cor noſtrum ardens erat?*

B Deut. vlt. d.

Prou. 4. a. ibi. Senes & ſi viribus corporis deficiunt, ſapientia tamen creſcere debent.

C

D

Pſal. 1. a.

E

1. Para. 2. g. Luc. 12 f. Ibi. 24. e

b *Cumq; operiretur, &c.* Dauid nimiũ frigus pertulit, vel q. a de ſenioribus natus eſt parentibus, vel quia multũ in prælio ſanguinem

F

INCIPIT POSTILLA VENERABILIS magiſtri Nicolai de Lyra ſuper libro primo Malachim.

CAPVT I.

Diuiſio.

ET rex Dauid ſenuerat, &c. In præcedentibus libris actũ eſt de regno filiorum Iſrael vnito, hic conſequẽter agitur de regno eius diuiſo. propter quod apud Hebræos duo libri præcedentes ſunt vnus liber qui vocatur Samuel, & duo ſequentes ſunt, vnus alius liber qui vocatur Malachim, id eſt, regũ in plurali. Primò igitur de duplici regno agitur prout floruit. Secũdò prout cadere cępit. ſ. quarto lib. quia ex tunc gentes ſubditæ Hebræis cęperunt rebellare, & tandẽ dominari eis, & finaliter eos captiuare. Circa primum ſciendum, quòd ubi vnum regimen terminatur, ſequens inchoatur. ideò primò agit̃ de regni vnitate ſub Salomone in principio regni ſui. ſecundò de regni diuiſione circa finem vitæ 11. c. Prima in duas: quia primò deſcribitur ipſius Salomonis regis inſtitutio. ſecundò inſtituti confirmatio cap. 2. Prima in tres. quia primò deſcribit̃ ipſius Dauid ſenilis cõditio. ſecũdò Adoniæ ambitio, ibi: *Adonias aũt.* tertiò Salomonis promotio, ibi: *Dixitq; Nathan.* Circa primum dicitur.

1 *Et rex Dauid ſenuerat, &c.* & tñ non habebat niſi 70. annos ad plus, quia 30. annorum erat qñ cępit regnare, & 40. annis regnauit, vt habetur ſupr. 2 lib. 5. cap. Sed ad ſenſum patet, quòd aliqui citius ſeneſcunt & alij tardius ſecundum diuerſitatem complexionum, & laborum, & curarum.

2 *Cumq;, &c. ve. non.* quod fuit ſatis mirabile de tanta frigiditate in homine bene complexionato. Cuius vna cauſa aſſignatur, quia à iuuentute fuit bellicoſus, pp qđ multos ictus & plagas ſuſtinuit, ex quib. plurimus ſanguis emanauit, pp quod citius ſenuit & infrigidatus fuit. Alia ẽt cauſa additur, quia ex viſione angeli tenentis gladiũ euaginatũ ſuper Hieruſalẽ, vt dictũ eſt ſupr. 2. lib. 24. cap. ſupramodũ territus fuit. Timor aũt infrigidat, & maximè exceſſiuus, pp quod timẽtes paleſcunt & tremunt, & ideo ex tunc Dauid notabiliter infrigidatus fuit. Aliã ẽt cauſam aſſignat Ra. Sa. dicẽs, q̧ hoc fuit in pœnã peccati quo abſcidit orã veſtis Saul, vt hr̃ ſupr. 1. lib. cap. 24. Quod. n. in hoc peccauerit, vr̃. quia ibidẽ ſubditur. *Poſt hæc percuſſit cor ſuũ Dauid, eò q̧ abſcidiſſet orã chlamidis Saul.* quamdiu. n. Saul in regno tolerabatur à Deo, Dauid debebat eũ revereri, & quia in hoc irreuerẽter ſe habuit ad ipſum, fuit punitus pena correſpondente. ſ. vt veſtibus nõ calefieret in ſenectute. ſecundũ illud Sap. 11. c. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* 3 *Dixerunt ergo &c.* ſ. medici qui &c.

4 *Quær. do. no.* Glo. Hier. ſup locũ iſtũ dicit ſic. Nõne tibi vr̃, ſi occidẽtẽ literã ſequaris, figmẽtũ ẽe, vel Atelanarũ ludicra, q̧ frigidus ſenex obuolutus veſtimẽtis, niſi cõplexu adoleſcẽtularũ non caleſcit, &c. Et ideo dr̃, q̧ hæc eſt locutio parabolica, ita q̧ per Abiſag virginem intelligitur ſapientia, quæ eſt incorrupta, quæ coniungitur ſenibus, ſm̃ quod dr̃ Iob 12. b. *In antiquis eſt ſapientia.* Et hoc maximè fuit in Dauid, in quo in ſenectute maximè viguit ſpiritus prophetiæ, prout dictũ fuit ſupr. 2. lib. cap. 23. Et hæc ſapiẽtia calefecit regẽ Dauid, ipſum ad amorẽ diuinũ accendendo, & talis modus loquẽdi parabolicus frequenter hr̃ in ſcriptura, ſicut hr̃ Iudicũ 9. b. *Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe regẽ, &c.* ſicut fuit expoſitũ ibidẽ. Sed ſalua reuerentia Hier. iſtud dictũ ſtare nõ põt, vt vr̃, quia circumſtantia literæ oſtendit manifeſtè, q̧ Abiſag fuit quædam puella ad literam adducta ipſi Dauid in remedium frigiditatis corporalis. Quod etiam patet ex hoc, q̧ Adonias qui

MORALITER.

1 *Et rex Dauid ſe.* Sicut frequenter dictũ eſt, per Dauid figuratur dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui ſenex dr̃, eò q̧ æternus eſt in deitate. Hebr. 13. b. *Ieſus heri & hodie, ipſe & in ſecula.*

2 *Cumq; operiret.* Per veſtes ſignificant̃ veteris legis obſeruãtiæ cęremoniales, eò quòd magna pars earum in veſtibus conſiſtebat, ſcilicet in veſtibus ſingularibus ſummi ſacerdotis, & in veſtibus ſpecialibus minorum ſacerdotum, & Leuitarum, & generaliter in veſtibus popularium, qui habebant fimbrias in ſuorum angulis palliorum. Dauid igitur veſtibus non calefiebat ex ſe, quia cęremonialium obſeruatio domino non placebat. Pſal. 39. b. *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures aũt perfeciſti mihi. Holocauſtũ & pro peccato nõ poſtu-*

A sanguinem fuderat. vel potius ex quo angelum cedentem populum vidit, pauore vehementi contabuit vnde: In incommoditate frigoris vsque ad mortem permansit.

Comm. in hunc locum. ✠ Procop. Hæc vestimentorum natura est, vt corporis calorem conseruent, & inuentum calorem augeant, nihil verò frigido corpori conferant. Caro autē calida de suo calore quē habet, in rem quę suscipiendo calori idonea est, transmittit.

Rabbanus. Angelomus. a *Ad nias autem.* Iudaicum B populum significat, qui maior filius esse videtur: quia prior legē suscepit: & Gentilē populum qui per gratiā Dei posterior vocatus est spernens, se solum cū domino regnare putauit. Adonias C enim dominator dñs interpretatur. Sed ecclesię populus cū D vero Salomone, i. pacifico nostro cuius ipse corpus est, per diuinam ordinationem in regnum substituitur, de quo merito perfidiæ maior filius, id est, prior populus præcipitatur.

b *Dixit Nathan.* ✠ Procop. Quidam stultè & ineptè suspicati sunt, Nathā doloris impatientia, eo q. ad conuiuium vocatus non esset, hæc fecisse. Cæterum propheta diuini decreti & cōsilij gnatus (per hūc enim regi aperuit: *Non tu ædificabis mihi* E *domum, sed ecce filius nascetur tibi, cui nomen erit Salomon, hic ædificabit nomini meo domum*) cū vidisset Adoniā cōtra voluntatem & consiliū Dei, regnum occupare, regi F per-

suo, & calefaciat dominum nostrum regē. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eā ad regem. Erat autem puella a pulchra nimis. †Dormiebatq; cum rege, & ministrabat ei. Rex verò non cognouit eam. a Adonias autem 1 filius Haggith 2 eleuabatur, dicens: Ego regnabo. 3 Fecitque sibi currum, & equites, & quinquaginta viros qui ante eū currerēt. 4 Nec † corripuit eum pater suus aliquando, dicens Quare hoc fecisti? 5 Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. 6 Et sermo 7 eius cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ. Sadoc verò sacerdos & Banaias filius Ioiadæ, & 8 Nathan propheta, & Semei, & Rehi, & † omne robur exercitus Dauid non 9 erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus, & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta lapidem Zoheleth, 10 qui erat vicinus fonti Rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis. 11 Nathan autem prophetam & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non vocauit. b 12 Dixit itaque Nathan

a ¶ Scientia vel contemplatio, quam complectentes in eius dilectione flammescunt.

† fouebatque eum.

† contristauit vel dolore afecit.

† fortes Dauidis non erant.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ qui erat iuuenis petiuit eam pro vxore mortuo Dauid, vt hr̄ infr. 2. c. Et ideò oportet dicere ad veritatem literæ, q̄ fuerit puella corporalis. secūdum hoc igitur exponitur cum dicit᷑.

3 *Dixerunt ergo serui sui.* scilicet medici qui erant soliciti de eius vita prolonganda propter suam sanctitatem.

4 *Quæramus do. no.* Dicunt. n. medici, q̄ optimum remediū contra frigiditatē mēbrorū & paralysin imminentē est amplexus mulieris, maximè iuuēculæ & virginis. & iō talis fuit adducta ipsi Dauid Nec ex hoc peccauit: quia cū ea cōtraxit matrimoniū, vt magis patebit ex sequentibus. Senes. n. quātumcunque, possunt contrahere, licet non possint generare. Et sicut dicunt doctores, si mulier scienter contrahat cū frigido non potente eā cognoscere, nihilominus tenet contractus. & sic fuit in proposito. & ideo vti amplexibus huius virginis in statu matrimoniali non videtur fuisse illicitum ipsi Dauid, maximè cū hoc esset ei in remediū tātæ frigiditatis.

1 *Adonias autem.* Hic consequenter describitur ipsius Adoniæ ambitio, cùm dicitur.

2 *Eleuabatur di. Ego re.* Hoc non dicebat in palam, sed secretarijs suis qui ei fauebant, vt postea habetur.

3 *Fecitq; sibi.* ad ostentationē & quādā dispōnē ad regnādū.

4 *Nec corri.* Videtur q̄ ex hoc Dauid peccauerit grauiter sicut Heli, vt dictum est supra 1. lib. 2. c. Dicendum q̄ non est simile: quia peccatum filiorū Heli fuit directè contra Deū, factum autem Adoniæ quantū exterius apparebat, non erat nisi quædam vanitas vel ostentatio, quæ satis cōiter permittuntur filijs regum: & fortè Dauid qui iacebat in lecto, nesciuit quòd in hoc excederet: & si sciuit, tamen ignorauit q̄ ad regnum aspiraret. quod patet ex hoc: quòd quando sibi innotuit, quòd tanquam rex festum faciebat, statim Salomonem regem instituit, vt habetur infra eod. cap.

5 *Erat autem & ip. pul.* Ex pulchritudine enim ista, & ex hoc quòd erat primogenitus inter filios Dauid viuentes, & quia patrem videbat impotentem, fuit elatus ad vsurpandum sibi honorem regium absque licentia patris.

6 *Et sermo eius, &c.* cuius causa fuit ex parte Adoniæ, vt per ipsum Ioab qui fuit magister militiæ habebat militiam sibi fauentē. Ex parte aūt Ioab causa fuit: quia bene perceperat, quòd Dauid habebat cordi vindictam occisionis Abner & Amasæ: & quòd Dauid hoc imponeret filio suo regnaturo. & ideo quærebat vt per eius auxilium Adonias institueretur, & sic sibi parceretur.

7 *Et cum Abia.* Cuius causa fuit ex parte Adoniæ, vt per Abiathar qui erat summus sacerdos populus ad ipsum inclinaret᷑, & ab ipso inungeret᷑. Ex parte verò Abiathar cā fuit, q̄ descenderat de Heli: cui dictum fuerat ex parte Dei, q̄ filij eius essent à summo sacerdotio deponendi, prout dictū fuit suprà 1. lib. 2. c. Item quia sicut dicunt Hebræi, à tpe quo fugit Dauid de Hierusalem pp Absalom, dñs nō dedit responsum per Abiathar, sicut tactum fuit suprà 2. libr. 15. cap. licet in alijs faceret officium summi sacerdotis & ideo quærebat habere regem sibi fauorabilem, ne à statu suo deijceretur.

8 *Immolatis ergo Ado.* id est, in signum regiæ dignitatis.

9 *Iuxta la. Zohe. &c.* Zoheleth erat lapis magnus extra ciuitatē, in cuius motione & tractatione viri fortes experiebant᷑ vires suas. & ideo Hebræi dicunt hic: *Iuxta lapidem tractum.*

10 *Qui erat vicinus.* Hebræi dicunt fonti Fullonis: quia prope fontem illum erat locus vbi fullones parabant pannos. Et huic consonat quod habetur infra 4. lib. 18. c. de Rabsace & socijs eius: *Steterunt iuxta aquæductum piscinæ superioris quæ est in via agri Fullonis.* & sic secundum Hebræos Zoheleth & Rogel non sunt nomina propria, sed appellatiua.

11 *Nathan autem.* quia non fauebant sibi, sed Salomoni.

12 *Dixit itaque Nathan.* Hic consequenter describitur ipsius Salomonis promotio. & secundò Adoniæ confutatio, ibi: *Adhuc illo loquente.* Circa primum primò ponitur matris petitio. secundò regis concessio ibi: *Respondit rex.* & tertiò concessionis executio, ibi: *Dixit quoque rex.* Petitio autem matris facta fuit de consilio Nathan qui zelabat pro Salomone. q̄a ipsū nutrierat & docuerat, vt dictū fuit sup. 2. lib. 12. ca. Et q̄a ex reuelatione dñi dixerat ipsi Dauid, q̄ Salomon esset regnaturus post eum, secundū quod Dauid refert 1. Paral. 21. verba Nathan ad ipsum, vbi subditur: *Ob hanc cām pacificus vocabit᷑.* In Hebræo habetur: *Nomen eius Salomon.* Et 29. cap. dixit. *Salomonē filiū meū elegit dñs.* Et postea eod. cap. *Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, &c.* Et hoc est quod dicitur hic: *Dixit itaque Nathan.* Et patet litera vsque ibi. 1 Et

1. Par. 29. c.

MORALITER.

†esti: tunc dixi, ecce venio. Nā Christus veniens in mundum ceremonialem cultum corporalem mutauit in spiritualem: quod significatur Ioan. 4. c. *Veniet hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem, sed veri adoratores erunt, qui adorabunt patrem in spiritu & veritate.* Et subditur: *Spiritus est Deus, & eo qui adorant eū, in spiritu & veritate oportet adorare.* Ideo dicit Aug. in Ench. Fide, spe, & charitate colitur Deus. Ideo subditur, quòd Abisag virgo pulcherrima: per quam significatur ecclesia quę virgo est sine macula & ruga, calefaciebat Dauid. quia spiritualis cultus ecclesiæ consistens in fide, spe, & charitate, est Deo & placidus, & dilectus. 1 *Adonias*

1 *Adonias aūt, &c. Ego re.* Per istū significat᷑ dignitatis ambitiosus, cum tamen sit indignus: & ideo quantum potest, prætendit se sufficientem. quod notatur cum dicitur.

3 *Fecitq; sibi cur.* Tanquā potēs ad agendū regni vel dignitatis negotia. quærit et ad consequendū propositū, quantum potest potētum auxilia, quod notatur per hoc quod subdit᷑.

6 *Et sermo eius, &c.* Sed q̄a talis ambitiosus frequēter à suo proposito defraudat᷑, & sui cōplices confundunt᷑. ideo sequitur.

12 *Dixit itaque Nathan ad Bethsabee, &c. Num aud.* Per preces enim eorum deiectus fuit Adonias cum suis complicibus. Per quod significatur, quòd frequēter ambitiosi per preces bonorum vtriusque sexus à suis conatibus repelluntur. † *Imponite*

a ad Bethsabee matrem Salomonis. Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe à me consilium, & salua animam tuam filiique tui Salomonis. Vade & ingredere ad regem Dauid, & dic ei. Nonne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuę, dicés, quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos. Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculo. Rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem. Ad quam rex. Quid tibi (inquit) vis? Quæ respondens, ait: Domine mi, tu rex iurasti per dominum Deum tuum ancillæ tuæ; Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, & ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. Mactauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Ioab principem militiæ; Salomonem autem seruum tuum non vocauit. Veruntamen, domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te. Eritq; cùm dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon † peccatores. Adhuc illa loquente cum rege, Nathan † propheta venit; Et nuntiauerunt regi, dicentes; Adest Nathan propheta. Cumq; introisset † ante conspectum regis, & adorasset eum pronus in terram, dixit Natham; Domine mi rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronū meū? Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia, & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis & principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotē. Illisq; vescentibus & bibentibus corā eo & dicentibus; Viuat rex Adonias, me seruum tuum & Sadoc sacerdotem & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem † famulū tuū non vocauit. Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbū, & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eū? Et respondit rex Dauid, dicens; Vocate ad me Bethsabee. Quæ cùm fuisset ingressa corā rege, & stetisset ante eū, iurauit rex, & ait; Viuit dominus qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuraui tibi per dominum Deum Israel, dicens; Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me, sic faciam hodie: Submissoq;

[Left margin:] per Bethsabeā, Dei vaticinium in memoriam reuocauit. Postea ad regem ingressus, sermones illius cōfirmauit.
a *Bethsabee* interpretatur filia iuramenti. significat autem antiquam Ecclesiam quæ fuit sub lege, de cuius stirpe verus Salomō nasci promissus est. Nathan interpretatur donum, & figurat veterem prophetiam.
b *Nonne tu domine mi rex, iurasti, &c.*
✱ Hieronymus. Iurasse illi Dauid dicitur, quādo eam consolatus est post mortem filij, sicut in libro Samuelis legitur: *Et consolatus est Dauid*

[Left margin notes:] Angelomus. † i. videbimur peccasse aliquid contra te, cum priuabimur regno. li. trad. Heb. † filium.

[Right margin:] *uid Bethsabee vxorem suā.*
c *Erimus ego & filius meus peccatores.*
✱ Hieronymus. Id est, manzeres. Inde misericordiam fecisse Deū cum Dauid Salomon dicit in subsequentibus, eò quod filium, qui secundum legem manzer erat, successorem illi fecit.
✱ Augustinus. Salomon viuente patre, regnare cępit: Hic bonis initiis malos exitus habuit. Quippe secundæ res quæ sapiētum animos fatigāt magis ei obfuerunt, quā profuit ipsa sapientia, et nunc, & deinceps memorabilis, & tunc longē lateque laudata.
Tollite

[Right margin notes:] lib. 17. de ciuit. cap. 20. † prophetes. † in

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et salua, &c.* Timebat enim probabiliter, quòd si Adonias in regno confirmaretur, quòd mortuo Dauid puniret Bethsabee de crimine adulterij, & contra Salomonem quæreret mortis occasionem. Sed hic occurrit dubium quomodo propheta de hoc timebat: cùm (sicut dictum est) ex reuelatione dixerat Salomonem regnaturum post ipsum? Ad quod dicendum, quòd istud fuit quędam promissio facta ipsi Dauid de futuro. Tales autem promissiones diuinæ intelligendæ sunt sub conditione, scilicet si ex parte hominum non ponatur impedimētum, sicut diffusius fuit declaratum supra primo libro cap. secundo. Et ideo propheta poterat timere, ne per aliquod peccatum ipsius Dauid vel Bethsabee, seu Salomonis aliquod impedimentum perueniisset.

[Margin:] Quæstio.

2 *Ingredere ad regem Dauid, & dic ei: Nonne domine mi rex iurasti mihi.* Hoc autem iuramentum sciebat Nathan per reuelationem Dauid, vel Bethsabee, vel fortè quia fuerat pręsens.

3 *Complebo sermones tuos.* Præmisit enim matrem ad petendum pro filio, vt cor Dauid inclinaretur: & sic inueniret regem dispositum ad perficiendum negotium.

4 *Inclinauit se Bethsabee & adorauit regem. Ad, &c.* adoratione duliæ.

5 *Domine mi.* Hic format petitionem suam, in qua quinque exprimit quæ faciunt ad regis animum inclinandum. Quia primò humiliter petit dicens: *Domine mi.* Secundò iuramentum ad memoriam reducit dicens: *Tu iurasti per dominum.* Tertio superbiam Adoniæ exprimit dicens: *Et ecce nunc Adonias regnat te vi. &c.* Quartò deuotionem populi ad contrarium proponit dicens.

6 *Veruntamen domine, &c. in te oculi re. to. Is.* quasi dicat populus non approbat Adoniæ ambitionem, sed expectat tuam determinationem. Quintò periculum personæ suæ & filij sui inducit dicens. *Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis.*

7 *Erimus ego & filius meus Salomon peccatores.* id est, Adonias imponet nobis crimina ad priuandum nos vita, vt prędictum est.

8 *Adhuc illa loquente.* ad complendum negotium. Non tamen statim intrauit cubiculum regis, sed stetit aliquantulum extra, quousque de voluntate regis vocaretur, vt patet in litera.

9 *Domine mi rex tu dixisti.* Non dixit hoc propheta affirmatiuè, sed magis interrogatiuè. quasi dicat, mirabile est quòd talia fecerat sine scitu tuo. & in hoc notat eum de præsumptione & contemptu patris quòd ipso viuente & nesciente vellet regnare. vnde subditur.

10 *Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum.* quasi dicat non.

11 *Et mihi.* qui sum secretarius tuus & tibi reuelaui voluntatem domini de regno Salomonis post te. & ideo si fuit aliqua causa mutationis huius ex alia reuelatione tibi facta, debuisti vtique dicere mihi.

12 *Et respondit, &c.* Hic consequenter ponitur petitionis concessio, cùm dicitur.

13 *Vocate ad me.* Loquente enim Nathan cum rege, ipsa exiuerat regis cubiculum: sicut in talibus fieri est consuetum. Cætera patent vsque ibi.

Bethsabee in terram vultu adorauit regem dicens. Viuat dominus meus rex [1] Dauid in æternum. Dixit quoque rex Dauid; Vocate mihi Sadoc sacerdotem & Nathan prophetam & Banaiam filium Ioiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos; [a] Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon, [b] & vngat eum ibi Sadoc sacerdos & Nathan propheta in regem super Israel, & canetis buccina, atque dicetis; Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eum, & veniet in Hierusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me, illique præcipiam vt sit dux super Israel & super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiadæ regi, dicens, amen. Sic loquatur dominus Deus domini mei regis. Quomodo fuit dominus cum domino meo rege, [c] sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium eius, à solio domini mei regis Dauid. Descendit ergo Sadoc sacerdos & Nathan propheta & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & † vnxit Salomonem, & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus. Viuat rex Salomõ. Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno, & † insonuit terra à clamore eorum. Audiuit autem Adonias & omnes qui inuitati fuerãt ab eo. Iamque conuiuium finitum erat. Sed Ioab audita voce tubæ, ait. quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? Adhuc illo loquente, Ionatham filius Abiathar sacerdotis venit. Cui dixit Adonias. Ingredere, quia vir fortis es & bona nuntians. Responditque Ionathan Adoniæ: † Nequaquam. Dominus enim noster rex Dauid regem constituit Salomonem. Misitque cum eo Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & imposuerunt eum super mulam regis, vnxeruntq; eum Sadoc sacerdos & Nathan propheta regẽ in Gihon. Et ascenderunt inde lætantes, & insonuit ciuitas. Hæc est vox quam audistis. Sed & Salomon sedet super solium regni. Et ingressi serui regis benedixerunt domino nostro regi dicentes. Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuũ, & magnificet thronum eius † super thronum tuũ. Et adorauit rex Dauid in lectulo suo, insuper & hæc locutus est; Benedictus dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis. Territi sunt ergo & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisque in viam suã. Adonias aũt timẽs Salomonẽ, surrexit & abiit in tabernaculũ dñi, tenuitque cornu altaris. Et nuntiauerũt Salomoni, dicẽtes. Ecce Adonias timẽs regem Salomonẽ tenuit cornu altaris, dicẽs. Iuret mihi rex Salomon, ꝙ non interficiat seruũ suũ gladio. Dixitq; Salomon. Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram. Sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari. Et ingressus † adorauit regem Salomonem. Dixitque ei rex Salomon. Vade in domum tuam.

Interlinear and marginal notes: ¶ Id est, iustum. — † 78. dist. §. hoc regulariter. — † scindebatur. — † Profectò dominus noster. — † magis quam. — † in tabernaculo domini neque in veteribus exemplaribus legitur. — † incuruauit se regi.

A a *Tollite seru.* ✻ Hieron. Seruos hic dicit Cerethi & Pheleti, id est, septuaginta senes iudices. ✻ Ioseph. (lib. 7. Antiq. cap. 15.) Iussit Dauid, vt sũpto Nathan propheta, & armatis qui circa aulã regiã residebãt, imponẽtes Salomonẽ in iumẽto regio, ducerent ad fontẽ qui dicitur Gion, & vngentes oleo sancto, eum constituerẽt regem & per mediã ciuitatẽ tuba canerent, clamãtes in æternũ viuere regẽ Salomonẽ & sedere in regio solio cõstituerent, vt agnosceret omnis populus, quod ei traditum à patre fuerit imperium. ✻ Theod. (Quæst. 2. in lib. 3. Reg.) Cognominat autem Siloen Geon, vel tãquam valde paruũ, ironicè sic eum vocans: vel quoniam exit ex obscuris sub terra meatib⁹ sicut Nilus.

b *Mulã meã.* (Angelomus.) Dauid. alij ecclesiam, alij synagogam propter infœcunditatẽ dicunt.

c *Subli-* ... c *Sublimius faciat soliũ.* ✻ Theod. (Quæst. 3.) Sciebãt hi prĩcipes ꝙ nemo ꝙ paternam hẽt dilectionẽ, æmulatiõe prosequit̃ filios: & ꝙ est propriũ patrũ velle videri filios feclariores. Arius. n. & ei⁹ filij soli hac laborãt amẽtia. Dauid ãt adeo lętat⁹ ẽ his ꝙ dicta fuerãt à principibus, vt ẽt cũ senectus vetaret ne surgeret, inclinat⁹ Deũ adorauerit, ꝙ pmissi finẽ ẽderat. ✻ Ambros. (Apol. 1. pro Dauid. cap. 6.) Docet ñ ꝑripiedũ ẽe regnũ, ẽt si debeat̃, sed expectãdũ vt suo tẽpore deferat̃. Iõ eò vsque pcauit, vt cũ Adoniã filiũ regnũ sibi vsurpare cõperisset, & serẽt cõuẽtus: nõ cũ qui pripere gestiebat, sed eũ ꝙ expectaret, eligeret. ✻ Angel. Qd ãt Adonias fili⁹ Dauid maior in regnũ ꝑ patre succedere

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Viuat dominus. *Deus, scilicet, vita beata, quæ est æterna.*

2 Dixit quoque. *Hic ponitur prædictæ concessionis executio. & patet litera vsque ibi.*

3 Imponite. *in signũ regiæ dignitatis, quia illa mula erat appropriata regi Dauid, vt populus manifestè videat ꝙ volo eũ regnare post me.*

4 Et ducite eũ. *Fõs est Siloe, vt dicũt Hebræi. Cætera patẽt vsq; ibi.*

5 Et respõd. *i. fideliter seu veraciter. & est dictio Heb. & iõ subdit.*

6 Sic loquatur dom. *id est, compleat verba tua, quæ sunt fidelia.*

7 Quõ fuit. *id est, tecum te dirigendo, & in regno stabiliendo.*

8 Et subli. *non est enim inuidia patris ad filium, si excedat eum in gloria & honore, quia pater manet quodammodo in filio, & ideo bonũ filii est etiam bonum patris. & ideo sicut nullus tristatur de bono proprio, sic nec de bono filii sui, nisi ex maxima peruersitate.*

9 Descendit. *quia ciuitas Dauid vbi manebat, erat in alto.*

10 Sumpsitque Sadoc. *id est, vasculum plenum vnctione.*

11 De tabernaculo. *Vnctio. n. facta tpe Moysi ad inungendũ reges & põtifices, seruabat reuerẽter in tabernaculo in vase magno: & inde accepit aliquã portione, & vnxit Salomonẽ. Dicit Ra. Sa. ꝙ ista vnctio fiebat in frõte regis inter palpebras p modũ coronæ. Cæter. pat. vsq; ibi.*

12 Quid sibi. *Hoc autem quæsiuit Ioab, quia ad eius officium spectabat sedare tumultum & commotionem in ciuitate orientem.*

13 Adhuc illo. *Hic consequenter describitur Adoniæ confutatio audita institutione Salomonis per Ionathan filium Abiathar. Et patet litera paucis exceptis.*

14 Nequaquam. *s. sum bona annuntians tibi, sed magis aduersa.*

15 Territi sunt. *quia timuerunt ne rex Salomon calumniaretur eos pro crimine læsæ maiestatis sicut aliquos eorum postea calumniatus est, vt habetur infrà cap. sequenti.*

16 Et iuit vnus. &c. in vi. su. *dimittentes totaliter Adoniam.*

17 Adonias autem. *s. holocausti, ad quod etiã laici poterãt ingredi. Ad altare enim thymiamatis soli sacerdotes intrabant. Ex hoc etiam patet, quòd ibi erat refugium in aliquibus casibus: & multò fortius debet esse in ecclesia, cuius tabernaculum in ve. te. erat solum figura.*

18 Si fuerit. *i. nõ qrẽs machinationes de cætero ad obtinendũ regnũ.*

19 Et ingressus. *faciens ei debitam reuerentiam sicut domino suo.*

MORALITER.

3 *Imponite.* Per Sadoc sacerdotem lex significatur, & per Nathã propheta. Per hoc ergo ꝙ vnxerunt Salomonẽ in regẽ, significatũ fuit, ꝙ vnctio veri Salomonis Iesu Christi in regem regũ, fuit figurata in scriptura legis & prophetarum.

† *Illique præcipiam.* Nam homo Christus super angelos, qui per Israel, & super homines qui per Iudam significantur, erat in gloria sublimandus.

A dere voluit, per fastū superbiæ, non per virtutem disciplinę, significat quod Iudaicus populus cùm prior legem suscepit, gentilem populū posterius vocatum spernēs, solum se cum Domino æstimabat regnaturum. Sed ecclesiæ populus cum vero Salomone, id est, pacifico nostro, in regnum substituitur. D

¶CAP.

ADDITIO I.

In cap. primo vbi dicitur in postilla. *Cumque operiretur vestibus non calefiebat.* quod fuit satis mirabile de tāta frigiditate, &c.

Licet Dauid bellicosum fuisse pluries legatur, nunquam tamen de eo habetur in scripturis, quòd vulneratus fuisset seu plagatus sic vt à corpore suo sanguinis copia effluceret, quod tamen non esset verisimile, vt scriptura de eo talia si contigissent tacuisset. Sed verius potest alia causa huius frigiditatis assignari, scilicet quòd Dauid à iuuentute fuit libidinosus, & in actibus venereis excessiuè implicatus, vt patet ex toto processu suæ historiæ, scilicet in multitudine vxorū & concubinarum. Sed constat quòd vsus venereorū excessiuus naturaliter calorem consumit naturalem, & eius subiectum, scilicet humidum radicale. vnde Prouer. 31. a. *Ne dederis mulieribus substantiam tuam.* Substantia enim vitæ corporalis in calore naturali & humido radicali præcipuè cōsistit, iuxta Philosophorum sententiam. Sicut igitur deficiētibus istis mors naturaliter sequitur, sic ex eorum notabili diminutione seu consumptione frigiditas, quasi irreparabilis subsequi habet. B

ADDITIO II.

In eod. cap. 1. vbi dicitur in postil. *Quæramus domino nostro regi adolescentulam, &c.* Glo. Hieron. super locum istum, &c. Glossa Hieron. non est sic reprobanda: sed potius ad bonū trahenda sensum. Pro cuius declaratione sciendum, quòd sequentes literalem sensum si generaliter considerentur, sunt in duplici differentia. Quidam enim tenent, quòd tantum sensus literalis est verus & solus intentus ab autore, cæteri verò sensus qui dicuntur spirituales creduntur ab eis esse ficti & nullius autoritatis. Et hanc opinionem seu errorem principaliter tenent Saducæi, qui solam literam sequuntur. vnde & negant resurrectionem, & alia quæ ad pedem literæ prima facie non apparent. Alij verò tenent, quod sacra scriptura sub vna litera habeat plures sensus, licet omnes fundētur super vnum, scilicet literalem. & est communis sententia catholicorum, vt patet per Grego. in 3. moral. & per August. contra Vincen. & in pluribus alijs locis. Error autem primorū conuincitur multipliciter præsertim duobus modis: quorum primus est, quando secūdum sensum literalem eorum error detegitur, sicut patet Mat. 22. vbi saluator volens confundere Saducæos negantes vitam futuri seculi, eo quod in litera ve. te. sic palpabiliter non habetur, confundit eos per sensum literalem allegans illud, *Deus Abrahā, Deus Isaac, &c. non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Secundo modo conuincuntur tales, scilicet qui literalem sensum tantummodo cōsequuntur, cū contingit quod aliqua historia literaliter tantùm intellecta, non inducit aliquam vtilitatem in fide nec in moribus, nec etiam ad humanam conuersationem. Et illo modo allegat Apostolus illud Deute. 25. a. *Non alligabis os boui trituranti.* vbi dicit quasi arguendo. Nunquid est cura Deo de bobus q. d. Si hoc præceptum solum ad pedem literæ intelligatur, nullam producit vtilitatem. Et isto modo secundo arguit Hieron. in hoc loco contra sequentes literam occidentem, di. quòd si hæc historia de Abisag tantummodo literaliter intelligitur, non referendo eā ad aliquem sensum spirituale vtiliorem videtur quasi Atelenarum ludicra sint seu fabulationes, quæ minimè proficiunt. Et ideo istam historiam pulcherrimè & commodè Hieron. exponit, vt patet intuenti. qui quidem sensus Hieron. est in hoc loco literalis, eo modo quo Apostolus in autoritate prædicta tanquā à sensu literali sumit argumentum ex sensu accepto secundum mysticam expositionem: vt patet intuenti. Huic etiam consonat autoritas quędam beati Greg. quæ allegatur & exponitur in quadam quęstione addita supra in prologo super Gen. in responsione ad 7. arg. vide ibi. Quod autem inducit postil. pro fulcimēto planæ expositionis literæ de autoritate medicorum dicentium, quòd optimum remedium contra frigiditatem membrorum, &c. est amplexus mulieris iuuenculæ, non facit pro eo. Licet enim dicant medici, quòd calor naturalis alicuius hominis seu animalis confortet ex suo cōtactu calorem naturalem hominis debilitati, non tamen faciunt differentiam in hoc de calore iuuenculæ, seu virginis, seu corruptæ, pulchræ vel incompositæ. Et ideo ista in hoc loco ad literam, potius sunt intelligenda secundum mysticā significationem terminorum, quam hic autor sacræ scripturæ qui Deus est, ad nostram doctrinam intendit.

Saducæorum error.

C

1. Cor. 9. b.

Replica. In primo c. 3. lib. Reg. vbi postil. admirans, quòd Dauid cum esset homo bene complexionatus: sic in senectute potuit infrigidari, *vt coopertus vestibus calefieri non potuit, &c.* huius infrigidationis ponit plures honestas rationes. Sed Bur. de optimo rege suæ gentis rationem reddit minus honestam, videlicet quòd quia à iuuentute fuit libidinosus, & immoderatus coitus consumit calorem naturalem & eius subiectum, scilicet humidum radicale. Sed Bur. potuit honestius loqui. Nam cum à tempore primæ vnctionis vsque ad continuos 40. annos valde cōmendat, & hic de incontinentia à tempore iuuentutis vituperat, quam cōstat esse vitium mortale. Nec hoc vituperium fundat Bur. in aliqua scriptura. Quamuis enim legatur Dauid plures vxores habuisse, nō tamen de eo reperitur sicut de Salomone, quòd cor eius per mulieres deprauatū fuisset. Potuisset igitur de suo rege sentire, sicut beatus August. de Abraham, quem dicit vsum coniuge temperanter, ancilla contemperanter, nulla intemperanter, vt dicit 16. de ciuitate Dei. cap. 25. Multi leguntur habuisse vxores & ancillas: quos tamen Burgen. incontinentes non iudicat. Nec valet obiectio Bur. contra primam rationē assignatam à postil. nam ipse ponit plures concurrentes ad eundem effectum. Non enim sequitur vnus non potest trahere nauem, igitur nec duo vel tres, sic est in proposito. Nec sequitur prout Bur. putat non legitur Dauid in bellis vulneratum esse nec sanguinem effudisse, igitur non est verum. Non est enim consuetudo scripturæ vulnerum facere memoriam, nisi sint ad mortem, qualiter Dauid vulneratus nō fuit. In eo. c. passum de Abisag Sunamitide cum postil. exponeret literam, declinans beatum Hierony. qui quasi videtur reprobare sensum illum literalem tanquam figmentum & Atellanarum ludicra. Bur. qui supra lib. 2. ca. 16. se opposuit & literæ & beato Hieron. hic pro eo certamen assumit, putans postil. excludere sensus scripturæ allegoricos & alios, quod quam falsum sit patet in postil. morali, quam fecit super totam Bibliam. Obiectio etiam Burg. contra rationem postil. non valet cum dicit, medicos non facere differētiam fomenti caloris inter iuuenem bene cōplexionatum & pulchrum. falsum est enim & contra omnem rationem. Nam in iuuene calor est magis intensus, in pulchro & complexionato magis incorporatus, in virgine magis mundus. qui calor secundū huiusmodi qualitates maioris est virtutis quàm in corrupta turpi, veteri & malæ complexionis. Ratio igitur recta cum medicis facit magnam differentiam. & fortassis vt sensum literę huius Burgen. reddat absurdum, vt secundū sanctos doctores ad mysticum oporteat habere refugium cū beato Hierony. Ipse turpiter sentit de sancto rege suo, quasi vt lasciuus ex consuetudine fomentū puellæ exegerit. Quod uerum non uidetur: Nam serui eius ex consilio medicorum scientes huiusmodi fomentum ualere pro caloris naturalis excitamento & uitæ prolongatione, non iussi disposuerunt. Argumentum huius quòd non ex lasciuia petijt, habetur ex litera cum dicitur: *Erat puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege & ministrabat ei: rex verò non cognouit eam.* Ex quo sensu literali potest trahi & utilitas & moralitas: quomodo, scilicet subditi curam habere debent tam sancti senis, ut etiam omni diligentiam infirmo prouideant de necessarijs, non modo petenti, sed etiam non petenti, imò renitenti. Sciunt ut plurimum sani plus quàm infirmi quid infirmo opus est & expediens.

E

F

CAP. II.

A Ppropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitque Salomoni filio suo dicens; † Ecce ego ingredior viam vniuersæ terræ. Confortare & esto vir fortis, & obserua vt custodias mandata domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias † ceremonias eius, & præcepta eius & iudicia & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi, vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunque te verteris, vt confirmet dominus sermones suos quos locutus est de me dicens; Si custodierint filij tui viam meam, & ambulauerint coram me in veritate in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel. † Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasę filio Iether, quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælij in baltheo suo qui erat circa lumbos eius, & in calceamento suo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces caniciem eius pacificè ad inferos. Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in

a Al. as belli.

CAP. II.

A Ppropinqua, &c. ✣ Theodoretus. Primùm, communem ostendit finem, *Ego* inquit, *ingredior viam vniuersæ carnis, &c.* Deinde regni successori filio iussit vt integram conseruaret pietatem. Hanc enim significant, exactæ iustificationes eius, & iudicia eius, & mandata eius, & testimonia eius. Et statim ostendit lucrum quod inde oritur, *Vt rectè succedant omnia quæ facies.*

✣ Iosephus. Dauid ęgritudine & senectute cōfectus, sciens se moriturum, vocauit Salomonem, & hæc ei locutus est: Ego quidem ô fili, iā ad vniuersorum debitum ad patres procedo meos, commune gradiens iter omniū qui nunc sunt, quique futuri sunt: illuc pergēs, vnde non licet vlterius remeare. Quapropter te moneo, vt sis quidē iustus circa subiectos, pius aūt erga Deū, qui tibi dedit imperium, &c.

b *Tu quoq;.* Dauid præcepit Salomoni de iusta retributione eorū qui sibi solatio fuerunt, vel iniustè nocuerūt, quos ipse patienter tolerauit. Et prophetia indicat quid mali in futuro fieri oporteat vel boni, quod verus Salomon impleuit. Interim tamen patientia Dei sępe bonos tribulari, reprobos delitijs vti concedit.

✣ Theodor. Quare cùm ipse non punierit Ioab, iussit filio vt hoc faceret? Primùm quidē eum est ueritus, vt qui fuerit laborum & periculorum socius. Deinde etiam suspectam habuit eius audaciam. Accedit, quod cùm resciuisset eum Adoniæ struere tyrānidem timuit ne solita vtens malitia despiceret iuuentutem Salomonis: & duorum faceret alterum, nempe aut persona vtens beneuolentiæ eum interimeret vt Abner & Amasan: aut apertè aduersam strueret aciem, & diuideret Israelem.

✣ Ambrosius. Nihil minus quā cruentus affectus, sancto prophetæ ascribi pōt, qui vita decedens, suprema voce cōuenit Salomonem, vt innocētē sanguinem à se tolleret, quem fuderat dux eius exercitus Ioab, quando Abner insidijs occubuit, quē fleuit.

☞ Maledi-

Marginalia: Quæst. 3. — † Deu. 31. b. Iosue 1. b. — lib. 7. Antiq. cap. 16. — † 2. Reg. 3. c. — Quæst. 4. — † Ios. 23. a. — † decreta. — Apolog. 1. c. 7.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

A Ppropinquauerunt, &c. *Hic consequenter ponitur regni Salomonis confirmatio. & primò per remotionem impedientium. secundò per accumulationem expedientium cap. 3. Illa quæ maximè impediunt stabilitatē alicuius regis sunt personæ machinantes contra eū, de quorum morte hic agitur. Et ne Salomon in hoc videretur procedere zelo propriæ vindictæ, ideo circa hoc quantùm ad aliqua præmittitur ipsius Dauid ordinatio. secundò subditur ipsius Salomonis executio, ibi:* Salomon autem. *Circa primum Dauid primò iniungit filio suo Salomoni vt sit solicitus de cultu Dei, dicens.*

2 Obserua vt cu. *id est, illa quæ præcepit custodiri. & quæ sint illa, subiungit, dicens.*

3 Et custodias ce. &c. *quantùm ad præcepta ceremonialia.*

4 Et præcepta eius. *quantum ad moralia.*

5 Et iudicia. *quantum ad iudicialia, de quorum conditione & distinctione dictum fuit in Exod.*

6 Et testimonia, *quantùm ad ea quæ promissa sunt in lege de Christo venturo & alijs bonis populo Israel promissis.*

7 Vt intelligas vniuer. *quia per considerationem legis diuinæ dirigitur homo in agendis.* Si custo. fi. *Sequitur.*

8 Non auferetur. *Ex quo patet quod suprà dictū est, scilicet quòd promissiones diuinæ, de bonis futuris intelliguntur sub conditione, scilicet quòd non ponatur impedimentum à parte hominum.*

9 Tu quoque no. *Hic consequenter ponitur ordinatio Dauid de punitione aliquorum malorum, quos non poterat conuenienter punire in vita sua, & primò de punitione Ioab, cum dicitur:* Tu quoque no. *Dicit Ra. Sa. quòd per hoc intelligitur malum quod fecit Ioab contra personā Dauid ostendendo alijs literas quas sibi secretè miserat Dauid de morte Vriæ, & sic regem scandalizauit. Quòd enim istud secretum fuerat reuelatum, patet ex hoc quod habetur supr. 2. lib. 12. d. quòd Nathan dixit ad Dauid:* Fecisti inimicos blasphemare nomen domini. *sicut fuit ibi expositum. nec istud factum fuit reuelatum per Dauid, neque per Bethsabee, quia celabant crimen suum quātum poterāt, & ideo verisimile est quòd per Ioab fuit reuelatum ad excusandum se erga alios milites de morte Vriæ, quòd non fuisset mortuus per incautelam suam, sed per regis mandatum.*

10 Quæ fecerit duobus princ. &c. *Sequitur.*

11 Et effudit sang. belli in pace. *id est, sanguinem humanum, qui non dēt effundi nisi in bello, effudit tempore pacis, quia qñ occidit Abner, non habebat bellum iustum contra eum, nec rōne regis, nec ratione fratris sui interfecti sicut dictū fuit suprà secundò lib. ca. 3. Similiter occidit eum sub specie pacis, reuocans eum quasi ad loquendum cū eo de fœdere inito inter eum & Dauid vt ibidem dictum fuit. Similiter quando interfecit Amasam non habebat contra eum aliquod bellum & ipsum occidit sub specie pacis salutando eum tanquam fratrem & osculando, sicut dictum fuit suprà libro 2. cap. 20.*

12 Et posuit cruorem prælij. *quia* percussit eos in inguine, *vt habetur ibidem: & sic cruor exiens de plagis eorum potuit cruētare baltheum Ioab & calceamenta eius, non autem partes superiores. & in hoc designat Dauid modum percutiendi proditorium, quia non eleuabat brachium ad percutiendum eos in parte superiori, ne auerterent ictum & cauerent.*

13 Et non deduces. *Hebræi dicunt ad fossam. non erat enim intentionis Dauid quòd Ioab descenderet ad infernum damnatorum: imò vna causa quare voluit eum puniri in hac vita, fuit ne puniretur in futuro in gehenna, vt dicit Ra. Sal. sicut & de Acham dictū fuit Ios. 7.*

14 Sed & filijs Berz. *Hic tertiò ponitur informatio Dauid de recompensatione beneficij sibi exhibiti, quod quidem beneficium plenius expositum est suprà 2. lib. 17.*

✣ 1 Habes

MORALITER.

1 *Appropinquauerunt autem.* Dauid autem ante mortem suā Salomoni filio suo primò recommēdauit cultum diuinum. secundò Berzellai beneficiū. tertiò Ioab & Semei suppliciū. Per hoc aūt significatur, quòd bonus rex uel princeps filios suos primò & principaliter debet inducere ad debitam Dei venerationem, secundò ad bonorū remunerationem & promotionem. tertiò ad malorum repressionem & punitionē. Allegoricè verò per hoc quod Dauid filio suo recommendauit Ioab & Semei punitionem, significatur quòd Deus pater omne iudicium dedit filio, vt habetur Ioan. 5. & Act. 10. dicitur de Christo, *Ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.*

† Et

a *Maledixit mihi maledictione.* ✻ Hieronym. Pessima Hebraicè Nimrezeth dicitur, quod quinque literis enunciatur, idest, nun, mem, res, zade, thau, In nun, Noeph, id est, adulter: mem, id est, Moabita: res, rasa, id est, impius: zade, zara, id est, leprosus: thau, thoaba, id est, abominatus.

✻ Theodor. Sed cùm dedisset illi veniam, cur Salomoni iussit, vt ipsum puniret? Virum nouerat tyrannicum, & valde audacem: & filij sui prouidēs saluti, cum docuit quæ ausus sit, vt viri caueret prauitatem. Sciebat etiam vt propheta, fore vt periret trāsgrediens mandata Salomonis.

b *Dormiuit Dauid, cum patribus, &c.* ✻ Ambros. Nō otiosè scriptum est, sed perpensè atque examinatè, *Appositus est ad patres suos.* Intelligi enim datur, quòd patrū similis fuerit fide. Vnde claret non ad sepulturam corporis, sed ad consortium vitæ relatum.

c *Sepultus est in ciuitate Dauid.* ✻ Procopius. Sion hoc modo scriptura appellat, quæ vrbis arx erat, in qua Iosephus Dauidem, & qui post eum fuerunt reges, sepultos esse tradit, & in monumentum multum auri cum eo in terram defossum esse ab ipso Salomone.

d *Salomon autem.* Salomon Christi figuram gestat. hic enim templum ædificat sicut Christus Ecclesiam, hic pacē habuit secundum nomen suū, sicut & ipse dominus rex pacis est dictus: faciens pacem his qui prope. In sapientia quoque & diuitijs & gloria saluatoris typum gestasse nō dubium est.

e *Venit ergo Bethsabee ad regem.* Adonias Bethsabee interueniente (quæ interpretatur filia saturitatis) Abisac Sunamitidem corrumpere gestiuit, quia Iudaicus populus per obseruantiam ceremoniarum legis, quassatur & plenissimus erat, spiritualem intelligentiam vel ecclesiam quæ est virgo incorrupta, Dauid nostro coniunctam temerare voluit: consortium cuius quia non meruit mortem incurrit quam meruit. Nec Bethsabee apud Salomonem pro Adonia interueniens quicquam profuit nec lex quam Iudæi sibi adiutricem apud Deum esse opinantur.

[Marg.: lib. de trad. Heb. — Quæst. 5. — † Act. 8. c. — † 1. Reg. 16. a. — lib. de Abel & Cain cap. 2. — † Auertere facias & infrà — Angelomus. — 2. Thess. 3. d. Ephes. 2. d. — † 2. Reg. 17. g & 19. e. — † 2. Reg. 16. b Ibi. 28. c. — Rabbanus. — † 1. Par. 29. f. — † auertere faciet faciem tuam vel confundet.]

mensa tua. † Occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalom fratris tui. Habes quoque apud te Semei filium Gera, filij Iemini de Bahurim, † qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra. † Sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, & iuraui ei per dominum dicens: Non te interficiam gladio: tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es quæ facies ei, deducesque canos eius cum sanguine ad inferos. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & † sepultus est in ciuitate Dauid. Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt. In Hebron regnauit septem annis, in Hierusalem triginta tribus. † Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: † Pacificus ne est ingressus tuus? Qui respondit: Pacificus. Addiditque: Sermo mihi est ad te. Cui ait: loquere. Et ille: Tu inquit, nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei. A domino enim constitutum est ei. Nunc ergo petitionem vnam deprecor à te, ne † confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere. Et ille ait: Precor, vt dicas Salomoni regi (neque enim † quicquam negare tibi potest) vt det mihi Abisag Sunamitidem vxorem. Et ait Bethsabee: Bene loquar ego pro te regi. Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Et surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam: & sedit super thronum suum. Positusque est thronus matri regis quæ sedit ad dexteram eius. Dixitque ei: Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Dixitque ei rex; Pete mater mea, neque enim fas est vt auertam faciem tuam. Quæ ait; Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Respondítque rex Salomon, & dixit matri suæ; Quare postulas

a *Misitque*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Habes quoque apud te Semei, &c.* Hic quartò ponitur ordinatio Dauid de Semei, qui maledixit Dauid: vt plenius dictum fuit suprà 2. libro 16. cap.

2 *Iuraui ei per dominum.* Istud autem iuramentum non fuit transgressus Dauid ista imponendo Salomoni: sicut dictum fuit suprà 2. lib. 19. capit. & ideo sententia huius partis patet ex supradictis.

3 *Dormiuit igitur.* Hic omittuntur illa quæ ordinauit Dauid de ampliatione diuini cultus & ædificatione templi, quę exprimuntur 1. Paral. 23.

4 *Salomon autem.* Hic consequenter ponitur Salomonis executio. præmittitur tñ Adoniæ interfectio. & secundò Abiathar eiectio, ibi: *Abiathar quoque.* Tertiò prædictorum executio, ibi: *Venit autem nuntius.* Circa primum dicitur: *Salomon autem sedit super thronum Dauid pat. sui. pacificè & quietè.*

5 *Et firmatum est regnum.* ita quòd potestas eius fuit maior potestate patris sui Dauid: & ideo securè punire potuit illa quorum punitionem Dauid ex causa rationabili distulerat sicut fuit dictum suprà 2. lib. 3. cap. de Ioab & 19. de Semei.

6 *Pacificus ne est ingressus tuus?* Timebat enim ne aliquid machinaretur contra se, eò quòd Dauid instituerat Salomonem in regem ad petitionem suam, vt habetur cap. præcedenti.

7 *Tu inquit nosti, quia meum erat regnum.* ratione primogenituræ. Hoc non erat verum, quia ordinatio diuina præualet primogenituræ, quæ erat pro Salomone, vt dictum est cap. præcedenti.

8 *Et me præposuerat omnis Israel sibi.* Hoc similiter est falsum. quia robur exercitus Dauid non erat cum eo, nec communitas populi, quæ in hoc expectabat sententiam Dauid, vt patet ex supradictis. Sed talia dicebat Adonias, vt magis posset impetrare quod quærebat.

9 *A domino enim constitutum.* quasi diceret, non intendo de cętero aliqualiter aspirare ad regnum, quia agerem contra Deum. vnde subditur.

10 *Vt det mihi Abisag Sunamit.* Illa enim fuerat vxor Dauid, & per consequens regina: & sic per eam habebat viam veniendi ad regnum per auxilium Ioab & Abiathar & aliorum sibi fauentium. Quod aduertens Salomon, qui erat perspicatioris ingenij quàm mater sua, respondit.

11 *Postula*

MORALITER.

† *Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee.* Per Adoniā qui primò adorauit regem Salomonem, vt habetur in fine capituli præcedentis, & hic per matrimonium cum Abisag, maliciosè voluit regnum obtinere, significatur ambitiosus malitiosus, qui quod non potest obtinere per potētiam, studet habere per malitiam fraudulentam.

7 *Abiathar*

A a *Misitque rex Salomon per manum Banaiæ, &c.* ✠ Theod. Quidam reprehendunt Solomonem, quòd fratrem suum occiderit. Diuersa est hominum vita. Nam alij quidem summã exercent philosophiam: alij virtutem politicam ac ciuilem, alij regiam aut imperatoriam. Oportet ergo vnumquemq; examinare ex vitæ quam sequit ratione. Nõ est itaq; à Solomone exigenda pphetica neque apostolica perfectio: sed ea quæ conuenit regibus. Sciebat autem ipsum B Adoniam affectare tyrannidem: conatus enim erat regnum arripere. In priori ergo sermone ei ignouerat, & salutem dederat, promittente Adonia fore vt sapienter & modestè se gereret. Postquàm autem petijt patris coniugem, non ei quidem concessit postulatum, vt qui viam strueret ad tyrannidem: C sed eum iussit interfici.

Quæst. 7.

† afflict᷑ fuit.

Angelomus.

b *Abiathar quoq; sacerdoti, &c.* Abiathar sacerdotio expulsus, non tamen occisus, significat Iudæos, quorum licet sacerdotium sit abolitum: ipsi tamen propter eos qui in fine mundi ex eis crediturí sunt, deleti non sunt. D

✠ Theodor. Abiathar fuit socius & conscius tyrannidis Adoniæ, vt etiã ostendunt verba Solomonis: *Tu es filius mortis, &c.* Erat ergo ipse quoq; obnoxius crimini tyrannidis, vt qui opẽ tulisset Adoniæ audaciæ. Diuinæ quoq; pdictionis administer fuit Solomon. Heli enim prædixit Deus generis ignominiã, quod historia ostẽdit, dicẽs: *Et eiecit Salomo Abiathar, &c.* E

Quæst. 9.

c *Fugit er. &c.* Ioab qui ad altare fugiens iubente Salomone ibidem interfectus est, significat magistros peruersi dogmatis, qui ob hoc ecclesiasticos per insidias perimũt sicut Ioab Abner & Amasa, ab altari fidei expulsi perpetua morte punientur. F

† afflictus es. Angelomus.

† 1. Reg. 2. f.

† fama vsque ad Ioab sic legitur & in veteribus exemplaribus.

2. Reg. 3. cap. & 20. c.

✠ Theod.

Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei & regnum; Ipse est enim [1] frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem & Ioab filium Saruiæ. Iurauit itaque rex Salomon per dominum, dicens; Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quia contra animam suam locutus est [2] Adonias verbum hoc. Et nunc viuit dominus qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. [a] Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est. [b] Abiathar quoque sacerdoti dixit rex; Vade in Anathoth ad [3] [4] agrum tuum. Es quidem vir mortis, sed hodie te non interficiam, [5] quia portasti arcam domini Dei coram Dauid patre meo, & † sustinuisti laborem in omnibus in quibus † laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini, † vt impleretur [6] sermo domini, quem locutus est super domum Heli in Silo. Venit [7] autem nuntius ad Salomonem, quòd Ioab declinasset post Adoniam, [c] & post Salomonem non declinasset. Fugit ergo Ioab in tabernaculum [8] domini, & apprehendit cornu altaris. Nuntiatumq; est regi Salomoni, ꝙ fugisset Ioab in tabernaculum dñi, & esset iuxta altare. Misitque Salomon Banaiã filiũ Ioiadæ, dicens. Vade interfice eũ. Et venit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei. Hæc dixit rex. Egredere. Qui ait. Non [9] egrediar, sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi dicens. Hæc locutus [10] est Ioab, & hæc respondit mihi. Dixitque ei rex. Fac sicut locutus est, & [11]

NICOLAVS DE LYRA.

1 Postula ei & regnum, &c. *quasi diceret, per hoc intendit venire ad regnum.*

2 Contra animam. *Tum quia machinabatur contra regem: tum quia petebat vxorem contra legem Leui. 18. vbi prohibetur contractus matrimonij cum vxore patris. Cætera patent in litera.*

3 Abiathar. *Hic ponitur abiectio Abiathar de summo sacerdotio & de ciuitate regia, cum dicitur.*

4 Vade in Anathoth. *i. ad possessionis tuæ locum. Licet enim sacerdotes non haberent possessiones rurales, habebant tamen ciuitates assignatas pro sua habitatione, & suburbana ad nutriendum animalia, vt patet Num. 35. & Iosue 21.*

5 Es quidem *id est, morte dignus pro conspiratione contra me, & ordinatione Dei & patris mei.*

6 Vt impleretur sermo. *scilicet, quod eijceretur à sacerdotio, vt habetur supra 1. lib. cap. 2.*

7 Venit autem. *Hic consequenter ponitur executio ordinationis Dauid. & primo quantum ad punitionem Ioab. secundo ipsius Semei, ibi:* Misit quoque rex. *Circa primũ dicitur:* Venit autem nuntius, &c. *per modũ accusationis,* quòd Ioab decli. post Adoniam. *non solùm ante institutionẽ Salomonis, sed etiam post, vt prædictũ est.*

8 Et post Salom. non decli. *In Hebræo habetur:* Venit autem nũtius ad regem, quòd Ioab declinauerat post Adoniam, & post Absalom non declinauerat. *Nuntiatum enim fuit Ioab, ꝙ Salomon hoc sciebat, & ideo sibi periculum imminebat. quia quamuis Ioab multum diligeret Absalom, vt patet ex supradictis 2. lib. 14. tamen non declinauit post eum, quando voluit obtinere regnũ, imò interfecit eum, vt habetur 2. lib. cap. 18. Cum ergo post Adoniam & non Salomonem declinauit ad obtinendum regnum, signum fuit quod habebat multum cordi istud negotium, scilicet, machinando contra Salomonem pro Adonia, & ideo Ioab audiens quòd Salomon sciebat hoc, meritò timuit: & ideo pro refugio fugit ad tabernaculum.*

9 Egredere. Qui ait. *quia reformidabat eũ in loco sacro interficere.*

10 Non egrediar sed hic moriar. Renuntiauit, &c. *Dixit Ra. Sal. quòd Ioab dixit Banaiæ:* Non egrediar nisi sub conditione. *s. quod Salomon recipiat super maledictiones quas Dauid imprecatus fuit super me pro interfectione Abner: scilicet lepram, debilitatem, gladium & famem, vt dictum fuit suprà 2. lib. cap. 3. allegans ꝙ non debebat dupliciter puniri scilicet occisione in sua persona, & maledictionibus dictis in semine suo. Et quia hoc videbatur habere aliquem colorem iustitiæ, ideo Banaias non interfecit eum, sed rediit ad Salomonem referens ei verba Ioab: & tunc Salomon respondit quod sequitur.*

11 Fac sicut locutus est & interfice eum. *dicendo ei. s. ꝙ recipio illas maledictiones super semen meum, & sic interfice eũ. Vnde etiam subdit Ra. Sa. quòd maledictiones prædictæ venerunt super semen Salomonis: quia Ozias rex fuit leprosus, vt habetur infra 3. lib. cap. 15. & 2. Paral. 26. Et Asa doluit pedes, ita quòd non poterat ire sine baculo, vt habetur infra 2. Paral. 16. & Ioachim interfectus gladio, vt habet Hieremiæ 22. e. Sepultura asini sepelietur. quia interfectus proiectus fuit extra Hierusalem. Et Ezechias indiguit pane in obsidione per Sennacherib. Vnde tunc sibi dictũ fuit:* Secundo anno pomis vescere, *Esai. 37. id est, fructibus arborum propter panis defectum. Sed hæc exceptio non consonat literæ. quia hic dicitur:* Non egrediar, sed hic moriar: *nullam conditionẽ apponendo. Similiter non consonat literæ præcedenti: quia Dauid qui erat sanctus illas maledictiones sciebat quas illas fecerat, & tamen cum hoc imposuit Salomoni punitionẽ Ioab pro interfectione Abner & Amasæ, vt prædictum est, absque aliqua retractatione dictarum maledictionum. Item dato quòd illæ maledictiones sufficerent pro interfectione Abner, adhuc remanebat Ioab dignus morte pro interfectione Amasæ. & ideo nullo mõ est verisimile ꝙ Salomon maledictiones patris sui receperit super se, vel super semen suũ. Quod autem inducitur de quatuor regibus de Salomone descendentibus non valet ad propositũ, quia illæ pœnæ fuerũt eis inflictæ pro alijs causis, vt patebit in locis suis domino concedente. Et ideo quod dicit hic:* Fac sicut locutus es, &c. *nõ refertur nisi ad illud quod dixerat:* Hic moriar. *Credendum tamen est, ꝙ violenter auulsus fuit ab altari, & sic interfectus, sicut præcipit Exod. 21. b.* Si quis de industria occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo auelles eũ vt moriatur. *sic autem occiderat Ioab Abner & Amasam, vt patet ex supradictis.*

1 Sepul-

MORALITER.

3 *Abiathar quoque, &c.* Per abiectionẽ Abiathar de summo sacerdotio & substitutionẽ Sadoc allegoricè significata fuit abiectio veteris sacerdotij secundum ordinem Leuiticum, & substitutionem secundum ordinem Melchisedech, qui obtulit panem & vinum: Genesis 14. d. Et hanc figuram deducit Apostolus Heb. 7.

† Et

interfice eũ, & sepeli Et amouebis sanguinem innocentẽ, qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei, & reddat dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos melioresque se, & occidit eos gladio patre meo Dauid ignorante: † Abner filium Ner principem militiæ Israel, & Amasam filium Iether principẽ exercitus Iuda. Et reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum. Dauid autem, & semini eius, & domui, & throno illius sit pax vsq; in æternum à domino. Ascendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eũ interfecit. Sepultusque est in domo sua in deserto. Et constituit rex Banaiam filium Ioiadę pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar. Misitquoq; rex, & vocauit Semei, dixitque ei: Ædifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi, & nõ egredieris inde huc atque illuc. Quacunq; autem die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum. Sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitque Semei regi: Bonus sermo. Sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit itaque Semei in Ierusalem diebus multis. Factum est autem post annos tres, vt fugerent serui Semei ad Achis filium Maacha regem Geth. Nuntiatumq; est Semei, quòd serui eius issent in Geth. Et surrexit Semei, & strauit asinum suum, iuitque ad Achis in Geth ad requirendũ seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatum est autem regi Salomoni, quòd isset Semei in Geth de Ierusalem, & redijsset. Et mittens vocauit eum, dixitque illi: Nonne * testificatus sum tibi per dominum, & prædixi tibi, quacunq; die egressus fueris huc atque illuc, scito te esse moriturum? Et respõdisti mihi: Bonus sermo quem audiui. Quare ergo non custodisti iusiurandum domini, & præceptum, quod præceperam tibi? Dixitque rex ad Semei: Tu nosti omne malum, cuius tibi conscium est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo: Reddiditque dominus † malitiam tuam in caput tuum, & rex Salomon benedictus, & thronus Dauid † erit stabilis coram domino vsque in sempiternum. Iussit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ. Qui egressus percussit eum, & mortuus est.

Quæst. 8. ✻ THEODORETVS. Cur Ioab Deum alloquentem occidit? Lex Dei iussit hoc fieri. Sanxit enim, vt interimeretur homicida, q ad altare confugerat. *Exod. 21. † 1. Reg. 3. c. & 10. c.*

a *Dauid autem.* hoc est abolitis Christi inimicis, thronus Dauid, id est, ecclesia, æterna pace fruens maneat in æternum. *Angelom.*

b *Et non egredieris, &c.* Præcipit nobis verus Salomon habitantibus in Ierusalẽ ne vnquã egrediamur. Quod si fugerint nos nobis ante subiecti, non ideo egrediamur, vt sequamur fugitiuorum vestigia, ne dũm volumus saluare fugientes ipsi pereamus, quin potius mortui sepeliãt mortuos, & scandalizãtem oculũ, manum, pedẽ, dum licet eruamus, & abscindamus à nobis. *† 1. Reg. 9. b. infrà 18. Luc. 9. g. Matth. 5. d.*

✻ IOSEPHVS. Cognoscẽs rex Salomon, quod Semei, & mandatum eius, & iusiurandũ spreuisset, grauiter hoc tulit. Eoque vocato, inquit. Non effugies iurisiurandi vltionem, sed etiam pro quibus patrem meum fugientem iniuriis affecisti, dabis nunc pœnas, vt agnoscas, quia nihil lucrantur, qui non repente pro sua iniustitia puniuntur sed omni tempore quo se putant nihil patiendo sine timore consistere, crescit eorum pœna, & causa maior efficitur, quia peccasse noscũtur. Tunc Banaias iussu regis Semei interfecit. *Li. 8. anti. c. 8.*

✻ AVGVST. Abiuremus cõuitia, quorum vltor est Deus. Semei Dauid conuicijs impetens à Salomone occisus est. *Lib. de amicitia c. 13. to. 4.*

**iuraui tibi & † malum tuũ. 2. Paral. 1. a.*

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sepultusque est in domo sua in deserto. Et constituit rex Banaiam filium Ioiadæ, &c. *Dicit enim Ra. Sa. quòd fecerat ibi hospitale ad recipiendum pauperes, & peregrinos transeuntes. Vnde dicunt Hebræi ipsum esse saluatum, & quòd mors temporalis sibi inflicta fuit in expiationem peccatorum suorum.*

2 Et constituit rex Banaiam, &c. *quia erat vir fortis, & prudẽs, propter quod Dauid fecit eum sibi secretarium, vt habetur supra lib. 2. cap. 23.*

3 Et Sadoc sacerdotem posuit pro Abia. &c. *Et sic reductum est sacerdotium ad debitã lineam Aaron .n. qui ex electione Dei factus fuit summus sacerdos, vt habetur Exod. 28. habuit duos filios, scilicet, Eleazar, & Ithamar, qui remanserunt sibi, alijs duob. mortuis coram domino, vt habetur Leu. 10. & de voluntate domini sacerdotium transiit ad Eleazar, & filios eius, vt habetur Num. 20. c. de quo descendit iste Sadoc. Heli autem descendit de Ithamar, & cum esset iudex populi assumpsit sibi sacerdotium, hoc autem fuit ex diuina ordinatione, sicut dictum fuit 1. Reg. 2. & ab ipso descendit Abiathar quem eiecit Salomon ponendo Sadoc loco eius.*

4 Misit quoque. *Hic consequenter agitur de punitione Semei, cui Salomon imposuit legem de remanendo in Ierusalem sub pœna mortis, eo quòd erat seditiosus, & hoc acceptauit dicens.* Bonus est sermo quẽ audiui, *vt habetur infra, quem transgressus est, & sic punitus est morte, sicut meruerat, & absque transgressione iuramenti ipsius Dauid, sicut plenius dictum fuit supra 2. lib. c. 19. ex quo loco, & alijs supradictis patet sententia huius partis.*

Confir-

MORALITER.

✻ *Et surrexit.* Per Semei, qui clausuram intra Ierusalem acceptauit, & postea exiuit, significatur ꝓfessus clausurã religionis, qui postea egreditur per tentationes diaboli mundi, vel carnis. Et sicut Semei mortem incurrit corporalem, sic iste mortem culpæ, & nisi vere pœniteat, mortem gehennę.

1 Confir-

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur in postil. *Contra animam suam locutus est Adonias, &c.*

Licet prohibitũ sit ꝯhere matrimoniũ cũ vxore pr̃is, petere tñ illã in vxorẽ non est prohibitũ, neq; ſm legem, qui talem petit in vxorem est puniendus capitaliter, si eam nõ habeat, & ideo hęc secunda rõ non vr̃ valere, sed sufficit prima gem petebat vxorẽ patris sui. Bur. secundã rõne dicit non valere, quia petere vxorẽ talẽ non fuit prohibitũ, & per consequens non fuit capitaliter puniendus. Sed ꝯ aut petiuit, vt haberet, aut non. Si primum, talis voluntas reputatur pro facto, & per ꝯns punienda. Si ſm detur, tunc nec per hoc insidiabatur regi, sicque prima non valeret ad occidendum Adoniam, & ideo si altera sola, nec sufficit, sufficiat vtraque simul, vt quia petitio Adoniæ fuit ꝯ legem, & ꝯ regẽ meruit audire. *Contra animam suam locutus est Adonias.*

REPLIC. In c. 2. super verbo: *Contra animam suam locutus est Adonias,* Postil. dicit, quia ꝯ regẽ machinabat, & ꝯ legem

CAPVT III.

a Confirmatum. ✻ LACTANTIVS. Salomonem patremque eius Dauid, potentissimos reges fuisse, & eosdē prophetas, etiam ijs fortasse sit notū, qui diuinas literas nō attigerunt, quorum alter, qui posterius regnauit, Troianę vrbis excidium cētum, & quadraginta annis antecessit. (Libr.4.c.8)

✻ IDEM. A Salomone, q multa de Chrō cecinit, vsq; ad tēp⁹ quo res, (.i. perpessio) gesta est, mille ac decem anni fuerunt. (Cap.16.)

b *Accep.* Filia Pharaonis, quā sibi Salomō in ɔiūgio copulauit, ecclesiā ex gētibus significauit

HEBRAEI. Lex prohibet cognationē cum gentili muliere, quandiu manet in paganismo, nō potest duci in vxorem, alioquin ꝓselyta facta, duci potest. Salomon autem erudiri fecit filiam Pharaonis in lege domini, licet temporum successu ab ea recesserit, & regem quoque ad idolorū culturam inclinauerit.

c *Attamen populus.* Maxime populus in montibus immolabat, vel Deo, vel dæmonibus.

CAPVT III.

a Confirmatum † est igitur regnū in [1] manu Salomonis, & affinitate [2] coniunctus est Pharaoni regi b Ægypti. Accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec [3] compleret ędificans domum suam, & domū [4] c dñi, & murum Ierusalē per circumitū. Attñ [5] populus immolabat in excelsis. Non enim [6] ædificatum erat templum nomini domini vsque in diem illū. Dilexit autē Salomō dominum [7] ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto ꝙ in excelsis immolabat, & accē [8] d debat thymiama. Abiit itaque Salomon in [9]

✻ HIERONY. Hinc patet, qa Salomon quatuor annis cūctat⁹ est ædificare domū dñi, eo ꝙ ait, immolabat ī excelsis.

✻ AVTHOR. Seder olam Rabba. In medio iubilei ędificatū est templum anno quarto hebdomadæ, itēque quarto Salomonis. Nam sic scriptū est: Cępit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui domum domini.

✻ THEODORETVS. Quomodo est intelligendum. *Et populus erat adolens in excelsis?* Non hic eos reprehendit, quòd sacrificarent idolis, sed quòd præter legem in locis excelsis Deo offerrent sacrificia. Lex enim iussit Deum colere in vno loco: Veniam tamen est adeptus, quoniam diuinum templum nondum fuerat ædificatum. († 2 Para.1.a. Quæst.11. 2.Paralip.6.)

d *Abiit itaque Salomon.* In Gabaon erat excelsum maximū, vbi erat tabernaculum, quod fecit Moses, & altare æneum, super quod Salomon offerens mille hostias diuinum meruit oraculum.

✻ THEODORETVS. Quod autem Deo vniuersorum, (Quæst.1.) non

✻ HIERO.

NICOLAVS DE LYRA CAP. III.

Confirmatum. *Post remotionē impedientiū stabilitatem regni Salomonis, hic consequēter agitur de accumulatione expedientiū ad hanc stabilitatē, quæ sunt deuotio erga Deum, sapientia in iudiciis, magnificētia in familiis, sanctimonia in cultu Dei, & ædificiis, & opulentia in diuitiis. Veruntamen quia deuotio est aliorū meritoria, ideo præmittitur eius deuotio, secundo aliorum concessio, ibi.* Apparuitq; dñs, *Prima in duas. quia primo continuantur dicta dicendis, secundo exprimitur deuotio Salomonis ibi.* Dilexit autem Salomon dominum. *Circa primum dicitur.* 1 Confirmatū. *Istud concluditur ex dictis c. præced. vbi actū est, de morte machinantiū contra Salo. quibus mortuis confirmatū est regnū Salo. interius. Consequenter ōnditur eius confirmatio exterius, cū dicitur.* 2 Et affinitate. *qui erat potens, et regno eius propinquus, & ideo cū eo contrahit affinitatē, & regni sui firmitatem.* 3 Et adduxit in ciuitatem. *Cuius ratio subditur.* 4 Donec cōpleret, &c. *de cuius ædificatione postea habetur 7. ca.* 5 Et murū. *quæ clausa triplici muro, ita ꝙ ī interiori clausura erat tēplū dñi, & palatiū regis, in exteriori erat vulgus, & manu artifices, in medio vero habitabāt prophetæ, & nobiles. vnde inf. 4. li. 22. c. dicit quod* Olda prophetes manebat in Ierusalē, in secunda, *s. clausura.* 6 Attamen. *Sicut dictū fuit sup. Deu. 12. & 1. Reg. à destructione Silo vsq; ad ædificationē tēpli arca dñi non habuit stabilē mansionē, & iō licitū fuit offerre, & immolare oblationes votiuas, & sacrificia alibi, q̄ vbi erat arca, secundū deuotionē offerentis, post ædificationē vero templi non licuit, nisi ex speciali mandato Dei, vel eius instinctu, sicut Helias immolauit in monte Carmeli, vt habetur 3. 18. c.* (Diuisio.)

Quæritur hic vtrum Salomon peccauit accipiendo in vxorē filiam Pharaonis? Et arguitur primo, quòd sic, quia prohibitū erat Iudæis cōtrahere matrimonium cū mulieribus alienigenis, vt habetur Deu. 7. c. ergo, & c. Itē inf. 11. vbi reprehenditur Salo. de mulieribus alienigenis, specialiter exprimitur filia Pharaonis. Contrariū arguitur per hoc, ꝙ dominus illo tēpore apparuit Salomoni dicens ei. Postula quod vis, &c. *Itē ædificato templo orationem Salomonis exaudiuit, & templū nebula impleuit, ad denotandū specialem præsentiam suam, vt habetur 2. Paralip. 5. quæ dominus non fecisset si Salomon eum offendisset.* (Quæstio.)

Responsio. Dicendū, quod quantū videtur tex. sonare non peccauit, quia statim subditur. Dilexit aūt Salo. dñm ambulās in pceptis Dauid patris sui excepto, ꝙ in excelsis immolabat, *& tñ illud erat licitum, vt dictum est, pro illo tēpore, tamen minus bonū, vt videbitur. Si igitur Salomō peccasset accipiendo filiā Pharaonis, scriptura illud multo fortius excepisset. Sciendū igitur, ꝙ mulieres alienigenæ, erant in duplici gradu, quia aliquæ erant de populis habitantib. terrā promissionis antequā filii Israel intrarent, quarum aliquæ cum eis in terra remanserunt, vt patuit in li. Iosue, & Iudi. & cū illis non poterāt filii Israel licite contrahere matrimonia, nisi ex speciali causa, vt dicet. Cum aliis vero mulierib. alienigenis poterant contrahere maxime ex ronabili cā, Gentilitate tñ prius relicta, vt sic Booz contraxit cum Ruth Moabitide, prout habetur Ruth vlt. Et hoc mō Salomon cū filia Pharaonis ad confirmationem regni sui, vt prædictum est, contraxit. Et credendū est (licet nō sit expressum,) quod ipsa reliquerit Gētilitatē antequā cognouerit eā, quia tunc Salomon diligebat dñm, & econuerso, vt ostendetur infr. Ad primū igitur argumentū dicunt aliqui, quod vxores alienigenæ de genere Chananæorū tantū erāt prohibitæ Iudæis, non aūt de aliis nationib. Sed hoc patet falsum 1. Esdr. 9. dicitur, ꝙ filii Israel reuersi de captiuitate acceperunt vxores de genere Ammonitarū, & Moabitarū, & Aegyptiorū, quæ non erant de Chananæis, & tamen Esdras, qui optime sciuit legē determinauit hoc esse illicitū, pp q̄ ordinatū fuit tunc, ꝙ illas eiicerent. Propter quod dicendū, ꝙ mulieres Chananææ fuerūt magis interdictæ, quā aliæ, iō cū illis non erat licitū contrahere, nisi relicta Gētilitate, & cū hoc pro aliquo magno facto in speciali, pp fidem vnius veri Dei, & Salomon cōtraxit cū Raab, q̄ erat de illis, quia ex fide saluauit nūtios Hebræorū, vt dicit Apost. ad Heb. 11. Cū aliis aūt alienigenis licitū erat contrahere ex minori cā, relicta Gētilitate, vt dicitur Deu. 21. ꝙ si aliquis Iudęus debellatis aduersariis de istis nationib. videret inter captiuos mulierū pulchrā, relicta Gētilitate poterat eā accipere vxorē. Et hoc mō cōtraxit Dauid cū Tholomai filia regis Gessur, vt habetur 2. li. 3. c. illas, aūt quas Esdras iussit eiici, fuerunt acceptæ à filiis Israel ex mala cā, s. quia vxores Iudææ, q̄ cū eis venerant de captiuitate ex labore itineris erant deturpatæ, et pp hoc erant à maritis suis abiectæ, & quasi repudiatæ. Præterea illæ alienigenæ docebāt filios suos aliqua ad ritū Gētilitatis pertinentia. Ad secundū dicēdū, ꝙ ibi inf. s. 11. c. duo dñr de Salomone. Primū est, ꝙ ardētissimo amore copulatus est alienigenis mulierib. Aliud est, ꝙ ad satisfaciēdū eis coluit deos earū, & ad hoc ædificauit tēplū, & quantū ad primū nominatur ibi filia Pharaonis, q̄ fuit dilecta p̄ omnib. vt dicunt doctores Hebræi, & Catholici, nō aūt quantū ad secundū, quia reliquerat idololatriæ cultū, vt dictū est, aliæ vero quib. ædificauit tēpla nō reliquerāt, et istis idololatris mulierib. cōiūctus fuit Salomō in senectute vt ibidē dicitur. Si aūt dicatur, ꝙ eodē mō fecit pro filia Pharaonis, eo ꝙ ibidē subditur.* Atque in hunc modū fecit Salomō vniuersis vxorib. suis alienigenis. *Pōt rñderi per illud, quod immediate subditur.* Quæ adolebāt thura, &c. *et per hoc determinat pro quibus mulierib. alienigenis fecit hoc, s. pro illis, q̄ nō reliquerāt idololatriam vt dictū est. Et si dicat, ꝙ tunc filia Pharaonis rediit ad idololatriam vidēs Salomonē idololatrare cū aliis vxorib. suis, per hoc nō colligitur quin matrimoniū cū ipsa a principio licitū fuerit.* 7 Dilexit autē Salomon, &c. *Hic consequēter ōnditur Salomonis deuotio erga Deū & primo in cultu interiori, qui potissime cōsistit in actu dilectionis, secundū, quod dicit Aug. in Enchi. Fide, spe, & charitate colitur Deus, et hoc notatur cū dicitur:* Dilexit aūt Salomō dñm. *Secundò in cultu exteriori cū dicitur.* Ambulās in pceptis Dauid. *Veruntamen quia in hoc ad perfectionem eius non peruenit, ideo subditur.* 8 Excepto quod. *Licet enim hoc esset licitū illo tempore, vt prædictum est, tamen melius erat talia offerre in loco vbi erat arca Dei. Dauid autem non legitur alibi immolasse, nisi ex speciali mandato Dei in area Areuna Iebusæi, vt habetur supr. 2. lib. vlt. c. sicut & Helias post ædificationem templi obtulit in monte Carmeli, vt dictum est.* 9 Abiit itaque Salomon. *cuius causa subditur.*

1 Illud

MORALITER.

2 *Et aff. con.* Per coniunctionem matrimonialem Salomonis cum filia regis Aegypti alleg. fuit significata coniunctio Christi cū ecclesia de gentib. collecta, nec in hoc facto peccauit Salomon, sicut plenius dixi in expositione literæ, & textus etiam ostendit, quia sequitur.

7 *Dilexit autem.* Propter quod non potest dici, quòd hic per peccatum significetur Christi, & ecclesiæ mysterium.

5 Postula

non idolis tunc offerret hecatombas, nos aperte docet historia. Et visus est dominus noctu Salomoni. Si autē obtulisset idolis, Deus nō esset eum remuneratus omne genus donis. Dedit autē ei sapientiam quantam capiebat natura, diuitiasque, & potentiā, pacēque supra omnes, q̄ tūc fuerunt reges, & gloriam, quæ peruasit orbem terræ.

a ✠ *Et ait Salomō. Tu fecisti, &c.* Digna sunt admiratiōe verba eius orationis. Nā cum in memoriā reuocasset bona, quæ fuerāt patris, & eum laudasset, qui suppeditarat, obtulit pro se supplicationem. *Ego autem sum paruus, &c.* Per hæc docuit, & naturæ imbecillitatem, & ætatis finē, & datę potestatis magnitudinem, & mysterij necessitatem, & petitionis prudentiam.

b ✠ *Dabis seruo tuo cor docile, &c.* AMBROSIVS Sapientiam postulauit, vt quā non habebat acciperet: Christus ipse sapientia est, naturaliter ī vniuersum habens, quod in rebus humanis Salomon accepit per gratiā.

✠ IDEM. Ex toto corde suo Deum exquirens, sapientiā postulauit, & quia non opes sibi regias, sed diuinæ gratię munus depoposcit, accipere meruit sapientiæ disciplinā, repletus est Dei spiritu, vt cognosceret mandata omnia.

✠ IDEM. Non vsurpauit, vt Adam boni, & mali scire distantiam, sed gratiam eius intelligendæ orauit à domino. Quod enim scire diuinū est, à domino, vt possis cognoscere promerēdū est. Si petijsset Adā, vt petiuit Salomon, nequaquā in illos inextricabiles erroris laqueos incidisset, quibus omnis eius hæreditas strāgulatur.

c ✠ *Sed, & hæc quæ non postulasti, dedi, & cætera.* TERTVLL. Quia permissa sibi optione maluit ea postulare, quæ sciebat Deo grata, sapiētiam, meruit etiā diuitias cōsequi, quas non magis voluit.

d *Si autem ambulaueris in viis meis, &c. et.* Absque obseruatione mādatorum Dei, adipisci nemo potest lōgos dies, id est, beatitudinem.

(a *Interpretatur sublimis collis, vel excelsus.*)
Gabaon, vt immolaret ibi. Illud quippe erat excelsum maximum. [1] Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in [2] Gabaon. [3] Apparuit autem dominus Salomoni per somnium nocte, [4]
(a *Dei gratia liberum hominis exquirit arbitrium.*)
a dicens. [5] Postula, quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomon: [6] Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate, & iustitia, & recto corde tecum. Custodisti ei misericordiam istam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum eius, sicut est hodie. † Et nunc domine Deus tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo. [7] Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum, & introitum meum, & seruus tuus [8] in medio populi est quem elegisti, populi infiniti, qui enumerari, & (Vel supportari.)
b supputari non potest præ multitudine. [9] † Dabis ergo seruo tuo cor †docile, vt iudicare possit populum tuum, & discernere inter malum & bonum. [10] Quis enim potest iudicare populum istum, populum tuum hunc multum? [11] Placuit ergo sermo coram domino, quod Salomon rē huiuscemodi postulasset. Et dixit dominus Salomoni: Quia postula-
(a *Huiusmodi quærunt reprobi.*)
sti verbū hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas
(a *Talis oratio apud Deum non frustratur.*)
inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiā ad discernendū iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos. [12] Et dedi tibi cor sapiens, & intelligens, intantum, vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te
c surrecturus sit. [13] Sed, & hæc, quę non postulasti dedi tibi, diuitias, scilicet & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cūctis retro diebus. Si †
d autē ambulaueris in viis meis, † & custodieris præcepta mea, & manda-

In Psal. 118. Octon. 3. — Ibid. Octo. 15. — † 1. Par. 28. b. 2. Par. 1. b. Sapien. 9. b. — Li 4. aduer. Marc. c. 15. † 36. distin c. quo ecclesiasticis. §. ecce. — † Intelligens. — Apolog. 2. pro Dauid. cap. 4. — † tuis. — † vt custodias.

a Tunc

NICOLAVS DE LYRA.

1 Illud quippe. *non magnitudine molis, sed reuerentiæ, & honoris, quia ibi erat tabernaculum, & altare holocausti, quæ fecerat Moses, vt habetur 1. Para. 21. d. Arca tamen domini erat in Ierusalem vbi adduxerat eam Dauid, vt habetur sup. 2. lib. cap. 6.*

2 Mille hostias. *Ex quo apparet effectus suæ deuotionis.*

3 Apparuit. *Hic consequenter ostenditur quid deuotio Salomonis meruit, & primo circa hoc ostenditur Dei concessio. Secundo in effectu ostensio, ibi.* Tunc venerunt. *Circa primum dicitur.* Apparuit aūt dn̄s Salomoni, *propter deuotionem prædictam Et ex hoc patet, qđ supra dictum est, scilicet, quod licitum erat offerre sacrificia alibi, quā vbi erat arca, & non solum licitum, sed etiam meritorium, licet non tantum, sicut in præsentia arcæ, sicut continentia coniugalis meritoria est, minus tamen, quam vidualis, & virginalis.*

4 Per somnium nocte dicens. *quia illa hora anima intellectiua magis disposita est ad illuminationes diuinas percipiendas, vtpote cessantibus tumultibus, & quiescentibus sensibus exterioribus, per quæ distrahitur intellectus.*

5 Postula quod. *Hoc non dixit Deus tantum ex merito Salomonis, sed principaliter ex merito Dauid, qui pro eo orauerat, & ideo Salomon in responsione sua primo fecit mentionem de patre suo dicens.*

6 Tu fecisti cum seruo. *& patet litera ex prædictis vsque ibi.*

7 Ego autem. *Id est, procedendi modum in tanto regimine, ideo subditur.*

8 In medio populi est quem. *hyperbolice est locutus, ad denotandum magnitudinem multitudinis, quamuis esset finita, & numerabilis simpliciter.*

9 Dabis ergo seruo tuo cor. *id est, illustratum à te.*

10 Quis .n. pot. *quasi diceret nullus sine tua speciali illustratione.*

11 Placuit ergo. *quia petitio erat ordinata ad diuinum honorem, ad propriam salutem, & ad bonum populi regimen.*

12 Et dedi tibi cor sapiens, & intelligens, intantū, vt nullus. *Hoc est intelligendum respectu regum, qui fuerunt ante eum, & post. de alijs autem hominibus plures fuerunt sapientiores, sicut Adā, qui fuit creatus in plenitudine scientiæ, prout dictum fuit Gen. 3. & Moses cui Deus loquebatur,* sicut solet loqui homo ad amicū suum, *vt habetur Exo. 33. & sanctus Paulus cæterique apostoli, & Ioannes, qui scripsit Apocalypsim, qui omnes fuerunt magis illuminati, quam aliqui in veteri testamento.*

13 Diuitias, scilicet. *Paralip. 1. c. dicitur:* Substantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante, nec post similis fuerit tibi. *hoc est intelligendum istis tribus simul concurrentibus, s. sapientia, gloria, & diuitiis, quia aliqui fuerunt eo potentiores, & magis gloriosi, sicut Alexander magnus, & plures imperatores Romani, qui dominabantur toti orbi, & aliqui ditiores, sicut Octauianus, & Crœsus, deficiebant tamen à Salomone in sapientia.*

Salomon quo modo sapientissimus. Diuisio.

1 Igitur

MORALITER.

5 *Postula quod.* Per hoc, quòd Salomon à domino petijt sciētiam ad regendum populum secundum honorem Dei, & communem vtilitatem, & dominus sibi dedit, & cum hoc addidit diuitias, & gloriā, q̄ decent regiā maiestatē, significatur, quòd petentibus illa, q̄ sunt ad honorē Dei, & bonū communis populi, non solum petita à Deo dantur, sed etiā alia, quæ ad decentē statū petentiū suffragantur, Matth. 6. d. *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.*

† *Si autem ambulaueris.* Per hoc patet, quòd dicta promissio, & consimiles sunt conditionatæ, quòd homo debeat in bono perseuerare.

4 Tunc

ta mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. [1] Igitur euigilauit Salomon, & intellexit, quod esset somnium. Cumque venisset Ierusalem, [2] stetit coram arca fœderis domini, & [3] obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas, & grande conuiuium vniuersis famulis suis. [4] Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo. Quarum vna ait: Obsecro mi domine, ego, & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo. Tertia autẽ die postquã ego peperi, peperit, & hæc. Et erámus similiter, nullusque alius in domo nobiscum exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte. Dormiens quippe oppressit

a ¶Memo ad illum meretrices venerunt, quem postmodum deceperunt.
a ¶Multitudinis credentium e. c. V.
a ¶Blasphemantium Iudæorum, vel Gentilium idolis seruientium.
a ¶Quia non poterat dicere ego dormio, & cor meum vigilat.
b ¶Lege epistolam ad Galatas, & vide quomodo illos ecclesiæ synagoga suos facere tentat.

a *Tunc venerunt, &c.* ✠ AMBROSIVS. Duæ fœminæ etsi iam partus dolore absolutæ, adhuc tamen confirmandorũ pignorum metu nutabant, quia per temulentiam nutrienti somnus obrepserat, paruulum mater oppressit, negat suum, quærit alienum. Sed, & illa, quæ filium non peremit, periclitatur suo, quia iudicij heret incerto. (In c. 11. Luc. A)

GREGORIVS. Postquam dñs erroris nostri tenebras luce suæ cognitionis illustrat, mox tẽtationis aculeo visitãdo probat, quia accendẽdo corda nostra ad virtutes prouehit, & recedendo concuti tentatione permittit. Si enim post virtutũ munera nulla tentatione cõcutitur, hoc se habere animus ex se gloriatur. Vt ergo firmitatis habeat dona, & infirmitatem suam agnoscat, per accessum gratiæ ad alta sustollitur, & per excessum quid ex se sit probatur. Vnde Salomon post acceptam diuinitus sapientiam meretricum quæstione pulsatur. B Quia sæpe cum mẽtem nostrã concessis virtutibus respectus ĩtimæ largitatis illuminat, mox eàm lubricæ cogitationes turbant, vt quæ subleuata immenso munere exultat, & tẽtatiõe pulsata quid sit inueniat. Sic & Helias visitatus desuper sermone cęlos aperuit, & subito probatus infirmus per deserta fugiens vnã mulierẽ expauit. Sic Paulus vsque ad tertium cælũ paradisi penetrans secreta considerat, & ad se rediens cõtra carnis bellũ laborat. Legẽ aliã in membris sustinet, cuius in se rebellione fatigari spiritus legẽ dolet. Post dationem ergo muneris Deus hominem probat, quia & collato munere subleuat, & abstracto paululũ ipsum sibi demonstrat. Qđ iõ patimur, vt ad ꝓmissæ incorruptionis summam reformemur. (Lib. 8. moral. cap. 17. Angelomus. Eucherius. 3. Reg. 17. a. & 19. a. 2. Cor. 12. a. Rom. 7. d.)

Quidã autumant super synagogam, & ecclesiam hoc esse sentiendũ, & ad illud tẽpus referendũ, quo post crucem, & resurrectionẽ tam in Iudæis, quam in gẽtibus verus Salomõ idest, pacificus regnare cœpit. Osee. n. accepit vxorẽ fornicariã, deinde adulteram. Ideo enim Christus venit, vt meretrices donaret matrimonio, & de duob᷒ gregibus faceret vnũ ouile. Hæ sunt duæ virgæ, quæ in Ezechiele iunguntur, & de quibus per Zachariã dicitur: *Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decoram, & alteram vocaui funiculum.* Mulier quoque illa in euangelio, quæ pedes Iesu lachrymis lauit, crine detersit, & cui omnia peccata dimissa sunt, significat ecclesiã de gentib. congregatã. C Ecclesia tñ non habet maculã, neque rugam, nec dicimus eam meretricem permansisse, sed fuisse, secundum quod dicitur. *Cum esset Iesus in domo Simonis leprosi.* Non qui tunc leprosus erat, sed qui ante fuerat. Notandum quoque quid dicat ecclesia contra synagogam. (Hiero. tom. 3. Epist. 131. Angelomus. Rabbanus. Osee 1. a. Eze. 7. c. Zach. 11. b. Lucæ. 7. f. Ephes. 5. f. Matthæ. 14. a.)

b *Ego, & mulier.* Quia post resurrectionẽ saluatoris vna de vtroq; populo ꝯgregata est. Eleganter verò adiunxit. *Peperi apud eã in cubiculo.* Ecclesia. n. de gentibus, quæ non habebat legem, & ꝓphetas, peperit in domo synagogæ, nec egressa est de cubiculo, sed ingressa. Vñ. *Introducit me rex in cubiculũ suũ.* Et, *Introducã te i domũ matris meæ, et in cubiculũ eius, q̃ cõcepit me.* D (Cant. 1. a. Ibidem 3. b.)

RABBA. Si consideres Pilatũ lauantẽ manus, & dicentem: *Mundus ego sum à sanguine iusti huius*, & Centurionẽ confitentẽ. *Vere hic erat filius Dei.* Et eos, qui ante passionem ꝑ Philippũ dominũ videre desiderant, non ambigis primã peperisse ecclesiã, & post natum populũ Iudæorũ, ꝓ quo dñs precabatur. *Pater ignosce illis, etc.* & crediderũt vna die tria milia, & alia qnq; milia. (Angelomus. Matthæ. 27. c. Marc. 15. d. Ioan. 12. b. Luc. 23. e. Act. 2. g.)

GREGOR. Per matres lactãtes ordo doctorũ, ꝑ filios earũ signatur persona discipulorũ. Nam magistri scientia vigilãtes, sed vita dormiẽtes, auditores suos quos per vigilias ꝑdicationis nutriũt, dũ quod dicunt facere negligũt, per somnũ torporis occidũt, & negligẽdo opprimũt quos alere verborũ lacte videbantur. E Vñ dũ reprehensibiliter viuũt, & hẽre discipulos laudabilis vitę nequeunt, alienos sibi attrahere conantur vt dũ bonos se habere sequaces ostẽdũt, apud iudicia hominũ excusent mala, q̃ agũt, & subditorũ vita mortiferam tegant negligentiã. Vnde mulier, quæ filiũ extinxit propriũ, quæsiuit alienũ, sed matrem veram Salomonis gladius inuenit, quia, cui fructus viuat, vel interea extremo examine ira iudicis demonstrabit. Et nõtandum, q, viuens filius prius diuidi præcipitur, vt soli posmodũ matri reddatur, quia in hac vita quasi partiri concedi alter vita discipuli, dum ex illa alter apud Deum meritum, alter apud homines laudẽ habere permittitur. Sed falsa mater quẽ non genuit, occidi non timuit, quia arrogãtes magistri, & charitatis ignari si plenissimũ nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum vitã crudeliter insequũtur. Inuidia enim succensi nolunt alijs viuere, quos se cõspiciunt non possidere. *Vnde, nec meus sit, nec istius.* Quos. n. sibi obsequi non vident ad gloriã tẽporalẽ, eos alijs inuident viuere per veritatẽ. Sed vera mater satagit, vt eius filius saltem apud extraneũ sit, & viuat. Quia cõcedunt veraces magistri, vt ex eorum discipulis alij magisterij laudẽ habeant, si tñ integritatẽ vitæ non amittant. F Per quæ pietatis viscera hæc ea dẽ vera mater agnoscitur, quia omnino magisterium in examine charitatis approbatur. Sola totũ recipere meruit, quæ quasi totũ concessit, quia fideles præpositi pro eo, quòd ex bonis discipulis, non solum alijs laudẽ non inuident, sed etiã vtilitatem profectus exorant. Ipsi integros, & viuentes filios recipiunt, quando in supremo iudicio ex eorum vita perfectam retributionem assequuntur. (Eucherius. Angelomus.)

c *Mortuus.* RABBA. Dũ. n. legis sequitur obseruantiam, & gratiã euãgelij copulat legi, tenebrarũ errore coopta est.

a Tulit

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Igitur euigilauit.* i. intellexit, quod significaret, & q, esset verum. Vnde magis proprie fuit visio, vel reuelatio diuina, quę frequẽter fit in somnis, vt patet ĩ multis locis sacrę scripturę.

2 *Stetit coram.* scilicet, ad adorandum.

3 *Et obtulit.* quia iste locus erat conuenientior ad sacrificia, quam Gabaon, vt dictum est, & ideo post apparitionem domini sibi factam ibi obtulit.

4 *Tunc venerunt.* Hic ônr õndit̃ impletio promissionis factæ Salomoni, & primo quantũ ad sapientiã, scđo quantũ ad gloriã c. 3. tertio quantũ ad opulentiã c. 10. Ista tñ tria sunt ita ꝯiuncta, q, vnũ perficit aliud, & econuerso. Iõ nunc distincte, tunc mistim agit̃ de ipsis. Primũ õndit̃ per verũ iudiciũ, quę esset mater vera, & quæ ficta, ꝓ hoc, q, vbi deficiebat humana probatio, sapiẽter recurrit ad inclinationẽ naturalem, qa vera mater efficitur ad filiũ, & patet litera paucis exceptis.

4 Tunc 1 Et

MORALITER.

4 *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regẽ, steteruntq; coram eo. Quarum vna.* ALLEG. Per eas significantur Iudæa, & Gẽtilitas, quæ per idololatriam fornicatæ fuerunt, vt patet sacrã scripturã inspicienti, & de vtraque venerũt aliqui ꝑ fidẽ ad Christũ verum Salomonem etiam in ecclesia primitiua. Per puerũ aũt viuum de quo duæ mulieres contenderunt, significatur opus meritorium de quo fuit cõtentio inter Iudæam, & Gentilitatẽ. Nã Iudæa dicebat fidem Christi non sufficere ad salutẽ, nec per consequens ad opus meritorium sine legaliũ obseruatione, sicut dr̃ Act. 15. a. *Nisi circuncidamini secundum morẽ Mosi, non potestis sal. fieri.* Ecõtra vero Apostolus gentium dicebat Gal. 5. a. *Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit.* Et sic quælibet dicebat filium suum esse viuum, & alterius mortuum. Per hoc autem, quod dicitur.

1 Diuidite

a *Tulit filium.* Viuum, scilicet, non vt possideret, sed vt occideret. Non enim fecit hoc filij amore, sed odio æmulæ.

b *Quē diligentius intuens,&c.* RABBA. Longum est ostēdere quo per Paulum, & alios ecclesiasticos intellexerit ecclesia non esse filium suum, qui tenebatur in lege, & in luce cognouit quem in tenebris non videbat. Duæ mulieres quarū vna dilectione ardebat, i altera simulatio surrepebat, ecclesiā figurant, & synagogam, siue hæreticam prauitatē, quarū vtraque, & suos nequiter nutriēdo interimit, & alienos quousq; perdat alliciendo persuadet. Inter duas mulieres dñs dum id, quod iustum est spiritu oris sui dirimit, vnicuique, quod debetur restituit.

Angelomus. Galath. 1. c. & 4. a.

c *Dixit ergo.* HIERONYM. RABBA. Simulās ignorantiā humanos p dispensatione carnis metitur affectus, sicut, & ibi: *Vbi posu. eum?* & alibi: *Quis me tetigit?*

† Non. Ioan. 20. d. Luc. 8. f.

d *Diuidite.* HIERO. RABBA. Tentat naturam naturæ dns, & vult secundum vtriusque voluntatem viuentem filiū in legem gratiamque diuidere, non quod probet, sed ad arguendam synagogę calumniā hoc se velle dicit.

† De præsump. c. afferte.

✱AMBROSIVS. Nobile illud Salomonis iudiciū, & fraudem in ipsis cogitationibus occultis, & pietatē i materni visceribꝰ deprehendit, vtique per Spiritus sancti munus emicuit. Neque. n. latentem conscientiam fœminarū alia aliqua, q̄ Spūs sancti machera penetrallet, qa nō ferro sed spiritu mens interna penetratur. Macherā iubet afferri, quia simulato, quod diuidere vellet infantē, considerauit, q vera mater plus ꝯsuleret filio quam solatio, & gratiam iuri, non gratiæ iura præferret. Illa quæ matris simulabat affectū, vincēdi studio cęca, parui duceret eius exitiū, in quo nesciret pietatis dispendium. Itaque vir spiritalis diiudicans oīa, naturam in affectibus quæsiuit, quæ latebat in vocibus, & pietatem interrogauit, vt proderet veritatem.

Libr. 3. de Spiritu sctō c. 8.

† 3. q. 7. §. ſi.

✱IDEM. Nō immerito æstimatus est intellectus Dei ī eo esse, in quo occulta sunt Dei. Quid aūt occultius, quam internorum viscerum testimonia, in q̄ sapientius intellectus velut quidā pietatis arbiter descendit, & velut quandam genitalis alui vocē eruit, qua maternus patuit affectus, qui elegerat filium suū, vel apud alienam viuere, quam in conspectu matris necari?

Lib. 2. Offic. cap. 8.

✱AVGVSTINVS. Quæ erat non solum luxuriosa, sed etiam crudelis, & impia, clamabat ad regem, vt diuidi iuberet infantem. Illa, quæ rogabat, vt puer integer seruaretur, Ecclesię catholicę typū gerebat, illa alia crudelis, & impia hęresim designabat. Catholica enim quasi mater pijssima, omnibus hęreticis clamat, Nolite vnitatem diuidere, totum nobiscum possidete. Sed impia, & crudelis hęresis clamat, *Non sed diuidatur,&c.*

Serm. 200. de temp.

✱HIERONY. Interpretatio iudicij Salomonis super iurgio duarū meretricū, quantum ad simplicem historiam pertinet perspicua est, quod puer annorum duodecim ꝫ ętatis suę mensurā de intimo humanę naturę iudicarit affectu. Quantum ad typicos ptinet intellectus, quidam Gręcorum autumant super Synagoga, & Ecclesia sentiēdū, & ad illud tempus cuncta referēdum, quando post crucem, et resurrectionem, tam in Israel, quam in gentibus verus Salomon regnare cœperit.

Tom. 3. Epist. 131.

e *Dixit autem.* RABBA. Ecclesia, quę scit suum esse libēter concedit ęmulę, vt viuat saltem apud eam, ne inter legem diuisus, & gratiam Christi mucrone feriatur. vnde: *Ecce ego Paulus dico vobis, quia si legem obseruatis, Christus vobis nihil proderit.*

Galat. 5. a.

eum: Et consurgens † intempestæ noctis silentio, [1] tulit filium meum de latere meo, ancillæ [a] tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo, suum autem filium, qui erat mortuus[a], posuit in sinu meo[a]. Cumque surrexissem mane, vt darem lac [b] filio meo, apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram. Respondit que altera mulier: Non est ita, vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat: † Mentiris, filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait: Hæc dicit: Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est. Et ista respondit: Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. [c] Dixit ergo: † Afferte mihi gladium[a]. Cumq; attulissent gladiū coram rege, [d] diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, † & date dimidiam partem vni, & [e] dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Ecōtrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur. Respondit rex, & ait: Date huic infantem viuum, & non occidatur. Hæc est enim mater eius. † Audiuit itaque omnis Israel iudicium, [2] quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse [3] in eo ad faciendum iudicium.

a ¶ Per cæremonias legis.
a ¶ Doctrinæ.
¶ Christus.
a Non veni pacem mittere, sed gladium.

† media nocte.

CAPVT

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et consurgens,&c.* Intempestum, prout est substantiuū est quarta hora noctis, sed prout est adiectiuum, idem est, quod sine tempore, & sic nox dicitur intempesta, non quia sit sine tempore simpliciter, sed quia tunc non est tempus, aptū ad operandum, operatione autem, & motu tempus cognoscitur, & distinguitur, vt habetur quarto Physicorum. In fine concluditur.

2 *Et timuerunt,&c.* id est, diuinitus sibi datam.

3 *Esse in eo ad,&c.* vltra modum aliorum hominum, & ideo tunc magis timuerunt eum, quam ante.

1 Erat

MORALITER.

† *Diuidite, inquit,&c.* Et significatū fuit, quod Iudęi permitterentur obseruare legalia ad tempus, s. tempus ad publicationem euangelij, & gentibus fuit impositum, quod obseruarent aliqua legalia ad tempus, scilicet quod abstinerēt ab immolato simulacrorū, sanguine, & suffocato, & hoc propter quietū, & pacificum conuictum cum Iudęis, qui abhorrebant vtentes trib. dictis, sicut plenius exposui exponendo literaliter. Sed quia circūcisio, & alia legalia post publicationē euangelij cessauerunt tanquam mortifera, puer viuus datus fuit vni, scilicet, ecclesię de gentibus collectę. Nam ad salutem sufficit fides Christi per dilectionem operans sine legalium obseruatione. MORALITER. aūt per iudiciū Salomonis verum ex disquisitione affectus materni prolatum docentur iudices veritatem inquirere per circunstātias vbi deficit humana probatio per testes, & aliquando veritas est inquirenda per moderatas quæstiones.

1 Erat

CAPVT IIII.

A E RAT autem rex Salomon [1] regnans super omnem Israel. Et hi principes quos † habebat: Azarias filius Sadoc [2] sacerdos: [3] Elihoreph, & Ahia filij Sisa scribæ, & Iosaphat filius Ahilud à commentarijs: Banaias filius Ioiadæ, super exercitum: Sadoc autem, & Abiathar sacerdotes, [4] Azarias filius Nathan, super eos, qui assistebant [5] regi, Zabud filius Nathan sacerdos amicus re- [6] gis. Et Ahiasar præpositus domus Et Adoniram [7] B filius Abda super tributa. Habebat autem Salo- [8] [9] mon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi, & domui eius: Per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. Et hæc nomina eorum, † Benhur, in monte Ephraim. † Bendecar in Macces, C & in Salebim, & in Benhesames, & in Elon, & in Bethhannam. † Bethsed in Aruboth, ipsius enim erat Socho, & omnis terra Epher, † Benabinadab, † cuius omnis † Nephathdor, Thapheth, filiam Salomonis habebat vxorem Bana, filius Ahilud regebat Thanach, & Mageddo, & D vniuersam Bethsan, quæ est iuxta Sarthana subter Iezrael, à Bethsan vsque Abelmeula e regione Iecmaan. † Bengaber in Ramoth Galaad, habebat † Auothiair, filij Manasse Galaad, ipse præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis, atque muratis, quæ habebant seras æreas. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim, Achimaas in E [10] Nephthali, sed & ipse habebat Basemath filiam Salomonis in coniugio. Baana filius Husi, in Aser, & in Baloth. Iosaphat filius Pharue in Is- [11] sacar. Semei filius Ela in Beniamin: Gaber filius Vri in terra Galaad, & in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Basa * super omnia, quę [12] erant in illa terra. Iuda, & Israel innumerabiles [13] sicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes, atque lætantes. Salomon autem F erat in ditione sua, habens omnia regna se- [14] cum à flumine terræ Philisthijm vsque ad ter- [15] minum Ægypti offerentium sibi munera, & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius.

Marginal notes: † filius Hur. † filius Decar. † filius Hesed. † filius Abinadab. † terminus. † vel prouincia Dor. ¶ Alias Zelmaan. † filius Gaber. † villas Iair. * solus præfectus erat.

Interlinear glosses: a ¶ Christus in cuius ditione sunt omnia regna terræ. a ¶ Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. a ¶ Reges Tharsis, & insulæ munera offerent. b ¶ Fidei, & bonorum operum.

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT IIII.

1 E Rat autem. *Hic agitur de gloria, & honore Salomonis, & primo in famulis, & subiectis, secundo in ædificijs cap. 5. tertio in diuitijs. cap. 10. Circa primũ ostẽditur primo Salomonis gloria, secundo eius sapientia, ibi.* Dedit quoque Deus sapientiam. *Circa primum ostenditur primo Salomonis gloria in ordine famulorum, secundo in multitudine subiectorum ibi:* Iuda, & Israel innumerabiles. *tertio in magnitudine expensarum, ibi:* Erat autem cibus. *Circa primum describitur ordo famulorum Salomonis interius, cum dicitur.*

2 Azarias filius Sadoc. *Ex hoc videtur, q̃ esset scriba cum alijs duobus sequentibus. Sed hoc non videtur verũ, quia in Hebræo incipit alius versus, ibi.* Elioreph, &c. *ideo in Hebræo sic dicitur:* Azarias filius Sadoc sacerdos sub pr̃e suo, qui erat summus sacerdos.

3 Elihoreph, & Aia, &c. *vnus ad scribendum acta temporum, alius pro literis regis.*

4 Sadoc aũt, &c. *Hoc videtur esse contra illud, quòd dictum est 2. ca. quod Salomon eiecit Abiathar à sacerdotio, dicens.* Vade in Anathoth ad agrum tuum. *Dicendũ, quòd ipsum reuocauerat, vt ministraret in templo, et viueret de altari, non tamen ad summum sacerdotium, & hoc fuerat prædictũ Heli. 1. lib. 2. c.* Futurũ est autem, vt quicunque remanserit de domo tua veniat, vt oretur pro eo & *sequitur.* Dicatque, dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

5 Azarias filius. *seruiendo ei in palatio. Rab. Sa. tamen dicit, quòd isti assistentes erant 12. præfecti de quibus postea agitur, qui prouidebant domui Salomonis de victualibus, & alijs necessarijs. Sed primum dictum melius videtur, quia isti præfecti non assistebant regi, sed magis erant in duodecim partibus regni sui dispersi.*

6 Zabud filius Nathan. *id est, magnus, & honoratus, sicut dicitur sup. 2. lib. c. 8.* Filij autem Dauid sacerdotes erant, *nõ enim Nathan erat de genere sacerdotali, sed nutrierat Salomonẽ, propter quod filios eius honorabat.*

7 Et Ahiasar, &c. *quia disponebat generaliter de his, quæ pertinebant ad domum Salomonis.*

8 Et Adoniram, &c. *quia secundum eius ordinationem colligebantur, & de ipsis sibi ratio reddebatur. Cætera, quæ non sunt hic exposita de istis officijs, exposita fuerunt sup. 2. lib. cap. 8. in fine.*

9 Habebat autem, &c. *Hic consequenter ponitur famulorum ordinatio exterius, videlicet duodecim præfectorum in diuersis partibus regni ad præbendum necessaria domui Salomonis per singulos menses prouidentes, & patet litera vsque ibi.*

10 Filiam Salomonis. *hoc dicitur per anticipationem, quia Salomon adhuc non habebat filiam matrimonio aptam, sed quia iste erat industrius, propter hoc Salomon dedit sibi postea filiam suam.*

11 Gaber filius. *quantum ad vnam partem, quia in alia parte præerat Bengaber, vt dictum est, & quilibet habebat cum hoc alias terras adiunctas, vt patet in litera.*

12 Iuda, & Israel in, &c. *Hic describitur gloria Salomonis in multitudine populi sibi subiecti, sicut describitur Prou. 14. b.* In multitudine populi dignitas regis, in paucitate ignominia principis *ideo quod dicitur:* Iuda, & Israel. *hyperbolice dictũ est, ad denotãdũ excessum, & magnitudinẽ multitudinis, sicut dictum est c. præcedenti.*

13 Comedẽtes. *quia non timebant de incursu aduersariorum propter pacem sub Salomone datam.*

14 A flumine. *In Salomone enim fuit completum, quod fuerat Abrahæ promissum Gene. 25. d.* Semini tuo dabo terram hãc a flumine Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphratem.

15 Offerentium sibi munera, *id est, tributa.*

MORALITER.

1 *Erat autem rex.* Per Salomonem autem, qui pacificus interpretatur, Iesus Christus significatur, qui per sanguinẽ suum pacificauit omnia, quæ in cęlis sunt, & in terris. Per omnẽ Israel significatur ecclesia militans, in qua Deus videtur per fidem, & in ænigmate, & ecclesia triumphans, in qua clare videtur, & aperte.

† *Et hi principes.* Per quos significantur ordines beatorum in ecclesia triumphante, & diuersi gradus, & officia viatorũ in ecclesia militante.

9 *Habebat autem.* Per quos significati sunt. 12. apostoli, præbentes annonam Domini veri Salomonis Iesu Christi, ecclesiam pascendo verbo prædicationis, & actu celebrationis. Nam in primitiua ecclesia quotidie fidelibus ministrabatur eucharistia, & hoc in fortibus sibi assignatis secundum ordinationem veri Salomonis.

12 *Iuda, & Israel innumerabiles, sicut arena maris.* Per hoc significata sunt multiplicatio credentium per vniuersum orbem etiam à tempore apostolorum, sicut dixi plenius exponendo illud Psal. 18. a. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

CAPVT IIII.

A Rabbanus. Cibus Salomonis. Refectio Christi, qui pascitur recta fide, & operibus bonis, quæ illi quotidie offeruntur ab ecclesia catholica.

Rabbanus. Angelomus. b *Viginti boues.* Prædicatores noui testamẽti, qui quasi geminatum decalogum in se habent, cum nouum, & vetus testamentum æqualiter prædicant pleni dilectione Dei, & proximi.

c *Excepta venatione.* Venationes diuersorum animaliũ sunt, qui ex diuersis gentibus quotidie retibus euangelij per spirituales venatores capiuntur, & in pastum saluatoris rediguntur.

B d *Quadraginta, &c.* Per quadraginta, tẽpora priscæ legis designantur, quam Moses accepturus ieiunauit quadraginta diebus, & populus, qui ea instruebatur quadraginta annis in deserto fuit.

† regem Salomonem, præfecti isti, & omnem, qui mensa regis utebatur suo quisque mense, nec quicquam deerat, hordeum. Num. 32. c. Deute. 9. b. & 18. 2.

e *Et duodecim.* Hic numerus præsens tẽpus significat, in quo apostolica doctrina noui testamẽti populum nutrit.

C f *Hordeum, & cæ.* ne quid desit in domo regis, ordo prædicatorum scribendo, & loquendo laborat, vt in mensa domini abundet, vnde nutriantur fideles.

g ✻ *Et præcedebat sapientia Salomonis, &c.* THEODORET. Ex mutua comparatione voluit historiographus eius ostendere sapientiam. Ea de causa, & veterum, qui olim fuerũt sapientum indefinite meminit, & adiecit Aegyptios, vt qui præter omnes viderentur esse sapientes. Nam vt narrant Græci, & Pherecydes Syrus, & Pythagoras Samius, & Anaxagoras Clazomenius, & Plato Atheniensis apud eos sunt peregrinati, & Theologiam, & Physiologiã exactiorem, & accuratiorem sperantes ab eis discere. Hos omnes obscurauit Salomon, vt qui à Deo acceperit donum sapientiæ. Sed qui nam sunt Ethan, & Emam quos Salomon superauit sapientia? Illo etiam tempore erant quidã insignes sapientia, vnde etiam eorũ nominatim meminit.

Quæst. 10. D

Quæst. 16. E

✻ HIERONYMVS, Ethan, ipse est Abraham Orientalis: Emam, qui interpretatur fidelis, est Moses, Chalchol, qui interpretatur gubernans, est Ioseph. Darda, interpretatur, generatio scientiæ: Mahol, indulgentia, Generatio scientiæ intelliguntur duodecim tribus filij Mahol, id est, Iacob.

Lib. tradit. Hebraicorum. F

[a Fides sanctæ trinitatis, quæ in lege domini continetur.]

1 Erat autem cibus Salomonis per singulos dies triginta[a] cori [a Perfectio bonorum operum.] similæ, & sexaginta cori farinæ, decem[b] boues pingues, [b Doctores decalogi.] & viginti[b] boues pascuales, [a Duces Christiani gregis, qui cum subditis suis æternam gloriam consequi festinant.] & centum[c] arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubulorum, & auium altilium. 2 Ipse enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen quasi à Thaphsa vsque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum, [a Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.] & habebat pacem ex omni parte in circumitu. [a Sub defensione eius. b Vere confitens. c Videns Deum. d Dispositis, scilicet, omnibus terrenis, & hostium minis.] Habitabatque Iuda, & Israel absque timore vllo, vnusquisque [a Quæ lætificat cor hominis. b Dulcedine charitatis Dei, & proximi.] sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan vsque ad Bersabee cunctis [a Quia in populo legis, & euangelii nutriebantur, ad præsepia scripturarum: vt apti herent equitatui summi regis.] diebus Salomonis. 3 Et habebat 4 Salomon quadraginta milia præsepia equorum currilium, [Verbo, & exemplo.] & 5 duodecim milia eque- [Prædicatores.] strium, nutriebantque † eos supradicti regis præfecti, sed & ne- [a Dantes in tempore diuim tritici mensuram.] cessaria mensuræ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo. Hordeum quoque, & paleas equorum, & † iumentorum deferebant in locum vbi erat rex, iuxta constitutum sibi. [a Christo in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.] 6 Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, 7 & latitudinem cordis quasi arenam, quæ est in littore maris. 8 Et præcedebat sapientia Salomonis 9 sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, 10 & erat sa- [a Quia fons sapientiæ. b Qui participant sapientia.] pientior cunctis hominibus. 11 Sapientior Etham Ezraite, 12 & He- [a Quia nomen eius admirabile in vniuersa terra.] man, & Chacol, & Dorda filijs Mahol. Et erat nominatus in vniuersis gẽtibus per circumitum. 13 Locutus est quoque Salomõ

g ✻ Et … a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Erat autem cibus Salomonis.* Hic consequẽter describit gloria Salomonis in magnitudine expẽsarũ, & primo quãtũ ad victualia cũ dr. *Per singulos dies.* Corus est genus mensuræ ɔtinens 30. modios, apud Hebræos tamen modius est paruus, quia Ruth portauit sex modios hordei, vt habetur Ruth. 3. d. Simila est farina tritici delicatissima, & purgatissima de qua fiebant panes pro rege, & alijs nobilibus personis.

2 *Et auium altilium*, id est, impinguatarum, & dicitur ab alo alis. Cætera patent ex prædictis vsque ibi.

3 *Et habebat.* vbi describitur magnitudo expensarum in alijs cum dicitur.

4 *Quadraginta milia.* i. pro curribus trahendis, & huiusmodi operibus faciendis. 2. Paralip. 9. f. dicitur. *Habuit quoque Salomon 40. milia equorum in stabulis, &c.* Et in hoc præsepia hic accipiuntur loca distincta pro quolibet equo in vna tñ domo, sicut solet fieri in stabulis, vbi inter equos ponuntur aliqua distincta vtpote ligna, vel huiusmodi ne percutiant se mutuo, vel mordeant, & ne vnus comedat annonam alterius. Sciendum tamen, quòd 2. Paralip. vbi translatio nostra habet 40. *milia equorum in stabulis*, in Hebræo habetur, *quatuor milia præsepia equorum, &* secundum hoc esset dicendum, quòd præsepia hic accipiuntur pro domibus vbi plures equi custodiuntur, ita quòd de 40. milibus præsepibus hic positis quatuor milia erant pro equis regis, & famulorum suorum in diuersis partibus regni sui, & triginta sex milia pro equis aliorum suorum subditorum, quæ dicuntur hic esse Salomonis, eo modo quo bona subditorum dicuntur esse bona principis, quia potest ea accipere in necessitate.

5 *Et duodecim milia equestrium, nutriebantque.* id est, dispositorũ ad equitandum.

6 *Dedit quoque Deus.* Hic reuertitur scriptura ad declarãdum sapientiam Salomonis dicens: *Dedit quoque Deus sapientiam*, idest, cognitionem speculabilium.

7 *Et prudentiam multam, &c.* in agibilibus.

8 *Et latitudinem, &c.* ad magnifice expendendum.

9 *Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam*, qui studebant in cursu astrorum. *Et Aegyptiorum*, qui studebant in philosophicis, vt dicit Philosophus. 1. Metaphysicæ.

10 *Et erat sapientior cunctis hominibus.* illius temporis, licet aliqui ante eum, & post eum fuerint sapientiores, vt dictũ est cap. præcedenti.

11 *Sapientior Ethan Ezraite*, idest, de villa Ezrai. iste fuit Leuita, & cantor, & ab eo intitulatur Ps. 88. qui sic incipit. *Misericordias domini.*

12 *Et Heman, & Chacol, & Dorda filiis Mahol.* iste similiter fuit Leuita, & cantor, vt habetur 1. Parap. 25. & similiter alij duo sequentes, quia fuerunt fratres eius, & fuerunt valde sapientes, quod patet de Ethan in titulo Psal. præallega, quia talis est: *Intellectus, siue sapientia Ethan, Ezraite*, & idem probabile est de alijs.

13 *Locutus est quoque Salomon.* non continentur omnes in libro quem habemus parabolarum Salomonis, in quo sunt tantum nongenti quindecim versus in Hebræo, nec tamen quilibet versus semper facit vnã parabolam. Dicitur enim ille liber factus à Salomone, non quia scripserit, sed quia verba notabilia frequenter diuersis locis, & temporibus dicebat, & aliqui sibi assistentes, & audientes redigebant in scripto, & postea ex diuersis scriptis fuerunt collecta, non tamẽ cõplete, quia in talib. collectionib. multa frequẽter omittũt.

Parabolæ quomodo Salomonis.

1 Et

MORALITER.

6 *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudẽtiam, etc.* Per quod significatur, quòd homini Christo ab instanti suæ conceptionis data fuit omnium notitia diuinitus, qua cognoscit omnia, quæ Deus cognoscit scientia visionis.

† Et

a *Et fuerunt carmina eius.* Constat neque carmina, neque disputationes Salomonis hodie esse.

b *Quinque milia.* Propter quinque sensus quos, qui in diuersis virtutib. bene regit, beatus est, & per eos quasi carmina quinque milia domino canit.

c *Hyssopum.* Hyssopus herba humilis, & saxo hęrens Christi significat humilitatē, qui a cedro vsque ad hyssopum dispu tauit, quia ab excellētia gloriæ cælestis vsque ad carnis humilitatem descendit. Per cedrū quoque prauorū superbia designat. Vnde. *Vox conf ingentis cedros.* A cedro ergo vsque ad hyssopū Christus disputat, qa superborū corda, & humiliū iudicat. Sup ligna quoque disputauit dū in cruce pepēdit. Tunc .n. cedrum, id est, arrogantiam seculi inclinauit vsq; ad humilitatem hyssopi, id est vsque ad stultitiam crucis. *Verbum enim crucis pereuntib. stultitia est, his autem, qui salui fiunt virtus Dei.* Et paulo post. *Nam, quia in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.*

d *Et disseruit.* RABBANVS. *Omnia.n. nuda, & aperta sunt Christo, nec est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, ipse nouit cogitationes hominum, & numerat multitudinem stellarum. Ipsi patet abyssus, & infernus non est absconditus coram eo.* Disputat autem, cum singulorū rationem nobis proponit in scripturis suis, manifestatque festatq; sacramenta, quæ fuerunt abscondita à seculis, & generationibus, vt consideremus beatitudinem angelorum, vilitatem hominum, astutiam dæmonum, & reprobantes, quod malum est, sectemur, quod bonum est.

Marginalia: Rabbanus. Angelomus. Psal. 28. a. 1. Cor. 1. c. Ibidem. Hebr. 4. d. Psal. 93. b. Ibid. 146. a.

a ¶Plenitudinem fidei in lege, & euangelio Christus tradidit, quæ tota dum multipliciter per allegoriarum sensus sub mysterio trinitatis disseritur, quasi tria milia parabolarum nuncupatur.

a tria milia parabolas, & fuerunt carmina eius 1

a ¶Per cedrum celsitudo electorum accipitur. vnde. Iustus vt palma florebit, &c.

b quinq; milia, & disputauit super lignis à cedro 2 c quæ est in Libano vsque ad hyssopum, quæ 3 d egreditur de pariete, & disseruit de iumentis, 4 & volucribus, & reptilibus, & piscibus. Et †

a ¶Hinc Esaias: Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent, venite ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob.

veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

✠HIERONYMVS. In Prouerbijs versus non ingenti & quindecim continentur, in quibus etiam continentur tria millia parabolæ. Disputauit de naturis lignorum, iumentorū, reptilium, & piscium, de vi videlicet, & naturis illorum, & tempore quo nascuntur, & cur non omnia in vna quaque terra nascantur.

✠IOSEPHVS. Composuit libros de canticis, & modulationibus quinque, & mille, & parabolarū, et similitudinū fecit libros tria milia. Nullam naturam ignorabat, inexaminatamq; preterijt, sed de omnib. philosophatus est, & disciplinā proprietatum eorū eminenter exposuit. Prestitit aūt ei De' vt et contra demones artem ad vtilitatem hominum, & eorum curas edisceret, & incantationes instituit, quib. ægritudines mitigari solent. Modos etiam coniurationū, quib. obstricti dæmones ne denuo redeant effugantur, inuenit, & hæc cura hactenus apud nos multum prævalere dignoscit. Vidi enim quendam Eleazarum de gente nostra, præsente Vespasiano, & eius filijs, & tribunis, alioque simul exercitu, curantem eos, qui à dæmonibus vexabantur.

Marginalia: Li. 8. ant. c. 2.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fuerunt carmina eius quinque milia. *In Hebræ. habetur quinque, & mille, secundum enim modum loquēdi Hebraicum quādo duo numeri simul iunguntur, minor communiter præponitur, nec ista carmina oīa continentur in libro, qui dicitur Canticū canticorum.*

2 Et disputauit &c. à cedro. *quæ est arbor maxima.*

3 Vsque ad hyssopum. *quæ est herba parua, hoc est dictum, quod perfecte de istis arboribus disputauit determinandc, de naturis, & proprietatibus eorum, maxime de illis, quæ erant necessariæ, vel vtiles vitæ humanæ in medicinis, & consimilibus.*

4 Et disseruit. *maxime inquantum veniunt, in vsum, & vtilitatē hominum. Istæ tamen determinationes, vel non sunt scriptæ, vel si fuerunt scriptæ, fuerunt combustæ per Nabuzardan, nec fuerunt reparatæ per Esdram, sicut & de pluribus alijs dicitur à doctoribus.*

MORALITER.

† *Et veniebant.* Et ad audiendam Christi doctrinā venerūt multi non solum de Iudæa, sed etiam de alijs nationibus, & terris, vt patet in euangelio, & ecclesiastica historia.

CAPVT V.

a *Misit quoque.* Sequitur.

b *Aedificare.* BEDA. Domus, q̄ Salomon ædificauit ecclesiæ figura fuit, quæ à primo electo vsque ad vltimū quotidie per gratiam regis pacifici, idest, Christi ædificatur, quę partim pgrinatur ab illo in terris, partim post peregrinationem iam cum illo regnat in cælis, vbi post vltimum iudicium tota regnabit. Ad hanc pertinent angeli, quorum nobis similitudo promittitur in futuro: vnde. *Aequales sunt angelis, & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis.* Ad hanc pertinet, & ipse Christus. vnde: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud, hoc enim dicebat de templo corporis sui.* De nobis autem dicit Apostolus. *Nescitis quia templum Dei estis, &c.* Si ergo ille templum secūdum carnē factus est, & nos templum Dei per inhabitātem spiritum efficimur. Constat vtique, quia figura omnium nostrum, & ipsius domini, id est, membrorū, & capitis

Marginalia: Quæst. super lib. 3. Reg. & lib. de templo Salo. c. 1. Figura domus Salomonis. Rabbanus. Angelomus. † quod Dauid pater meus. Luc. 20. f. Ioan. 2. g. 1. Corint. 3. c. † 2. Para. 2. a. De consec. dist. 1. ver. Salomon.

CAPVT V.

a MISIT quoq; Hirā rex 1 Tyri seruos suos ad Salomonem. Audiuit enī quòd ipsum vnxissent regem super Israel p pa tre eius, qa amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore.† Misit autem, & Salomon ad Hirā † dicens: Tu scis† volūtatem Dauid patris mei, 2 b & quia non poterat ædificare domū nomini 3

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT V.

Misit quoque. *Hic consequenter describitur gloria seu magnificentia Salomonis in ædificiis. Et primo describitur materię preparatio, secundo domorum ædificatio. c. 6. tertio templi dedicatio c. 8. quarto ædificantium remuneratio. ca. 9. Circa primū auxilium Hiram primo requiritur, secundo conceditur, ibi.* Cum ergo audisset. *tertio pactum præfigitur, ibi.* Præbebisq; necessaria. *quarto numerus operariorum describitur, ibi:* Elegitq; rex. *Circa primū præmittitur reuerentia facta Salomoni ab Hiram rege Tyri per nuntios ab eo missos, cum dicitur.*

Marginalia: Diuisio.

1 Misit quoque. *propter quod Salomon confidentius requisiuit eius auxilium, di.*

2 Tu scis, *scilicet, de ædificatione domus Dei, prout habetur supra 2. lib. cap. 7.*

3 Et quia non poterat. *Tū quia fuit prohibitus à Deo per Nathā, vt habetur ibidē, tum quia requirebatur maxima pax in regno Israel tēpore huius ædificationis, tum propter magnitudinem expensarum, tum*

MORALITER.

1 *Misit quoque.* Per istos significati fuerunt nuntij regis Abagari ad Christum petentis per eos à Christo curari, sicut habetur in ecclesiastica historia, & ponitur in legenda sanctorum apostolorum Simonis, & Iudæ.

† *Misit autem.* Hic agitur de pparatione materię ad edificādū domū dn̄i, per quam allegorice militās ecclesia designatur. Et tangunt hic quatuor, scilicet materia, artifices, tēpus operādi, & operariorū merces. Quantum ad primū tria tanguntur, scilicet lapides, & ligna abiegna, & ligna cedrina. Per lapides aūt, qui in fundamēto ponuntur simplices laici significant, inquantū ex labore cætera mēbra ecclesiæ sustentāt. Per ligna abiegna significantur clerici, qui per intentionem erectā ad Deum debent ad modum abietis esse recti. Hier. Clericus, qui seruit ecclesiæ primo vocabulū suū interpretetur, & nitat esse, quod dicitur. κλῆρος .n. Græce, sors Latine dicitur. Igitur clerici dicūtur, eo q̄ sint de sorte domini, vel dominus sit pars, & sors clericorum, propter quod in capite tonsurati

& capitis templum illud fuit, sed ipsius tanquã lapidis angularis, electi pretiosi, & in fundamento fundati, nostri autem cũ quam lapidum viuorum sup ędificatorum super fundamẽtũ apostolorum & prophetarum .i. Christum. Quod melius cõsiderato ordine ipsius tẽpli ædificatione patebit, vt in qbusdã scilicet, figura ad ipsum, in quibusdã ad omnes electos ptineat, in quibusdã intemeratã in cælis angelorum felicitatẽ, in quibusdam collata hominibus angelorũ auxilia, in quibusdã remunerata cum angelis hominum certamina demonstret.

Hanc domum spiritualem etiam tabernaculũ in eremo factum significat. Sed quia illa domus in itinere quo ad terram promissionis veniebatur, hæc in ipsa ædificabatur & in ciuitate Ierusalem, illud vt de loco ad locum crebro ministerio Leuitarum portatum tandem in terram promissæ hęreditatis induceret: hæc vt mox in patria ipsa & in ciuitate regia inuiolabili semper fundamento consisteret, donec indĩtum sibi figurarum celestium munus impleret. Potest in illa præsentis ecclesiæ labor & exilium, in hac futura requies & beatitudo figurari. Vel quia illa a solis filijs Israel, hæc autẽ a proselytis etiam & gentibus facta est. Possunt in illa principaliter veteris testamenti patres & antiquus Dei populus, in hac cõgregata de gentibus ecclesia figuraliter exprimi. Quamuis vtrumq; ædificium enucleatius discussũ, labores præsentis ecclesiæ quotidianos & prẽmia æterna in futuro, & gaudia regni cælestis, electionem quoque primitiuæ ecclesiæ, & salutẽ omnium gentium in Christo multis modis ostendat & figuret.

a *Præcipe igitur vt præcidant mihi &c.* Serui Hirã præcidentes cedros Salomoni de Libano, doctores sũt electi de gẽtib. q eos qui mũdi rebus & gloria lętantur a superbię fastu corrigendo succidũt, & ad obsequiũ Christi transferunt. Cũ quibus serui Salomonis istãt memorato opi, qa primi doctores de gentibus necesse habebant apostolorum qui a dño didicerũt, eruditione instirui, ne si absq; magistris docere inciperent magistri erroris essent. Ideo .n. Salomon seruos Hiram ligna cædere voluit, quia in cædendo doctiores erãt seruis suis. Suos quoq; adesse voluit, vt ostenderent mensuras cædentibus. Apostoli quoque verbũ euãgelij ab ipso certius nouerunt, sed Gentiles ab errore conuersi ad veritatem euangelii melius Gentilium errores nouerant, & ideo artificiosius expugnabant.

b *Scis enim quomodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna, &c.* Beda. Dicendum est prius de operarijs templi qui vel vñ fuerũt, & de ipsa materia. *Omnia.n. in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos.* Salomon ædificaturus domum dño quæsiuit auxiliũ ab Hirã rege Tyri, qui semp fuit amicus Dauid, & cũ ipso Salomone pacẽ iam hẽre coeperat, promptumq; in omnibus iuenit vt artifices & ligna & aurũ prout opus hẽbat, illi dederit. Salomõ vero per annos singulos plurimos tritici & olei coros repẽdit. Salomõ id est, pacificus, & nomine & serenissimi regni statu Christum signat, de quo dr. *Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis.* Hiram vero qui viuens excelse interpretatur, Gentiles vita & fide gloriosos. Vel quia rex erat de regali potentia Salomonem in ædificatione templi iuuabat, conuersos ad fidem rerũ dños significat: quorũ ope augmentatur ecclesia, & contra hereticos & schismaticos paganos principalib. decretis est erecta. Petit ergo Salomon in opere tẽpli auxiliũ ab Hiram, quia veniens

domini Dei sui, propter bella imminentia per circumitum, donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius. Nunc autem requiem dedit dominus Deus mihi per circumitum, & nõ est † Satan, neque occursus malus, quamobrem cogito ædificare templum nomini domini Dei mei, sicut locutus est dominus Dauid patri meo, dicens. Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. a Præcipe igitur vt præcidant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis, mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris. b Scis enim † quomodo non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij. 1 Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait, Benedictus dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens. Audiui quęcumque mandasti mihi. Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis, & 2 abiegnis. 3 Serui mei deponent ea de Libano ad mare, 4 & ego componam ea in ratibus 5 in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea. 6 Præbebisque

Marginalia: † aduersarius. Beda lib. de templ. Salom. cap. 1. Rabbanus. † quoniam. Rabbanus. Angelomus. Beda. lib. de templ. Sa cap. 1. Angelomus. Rabban. 1. Cor. 10. e. Esai. 9. b.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ tum propter multitudinem operariorum, vt patebit ex sequentibus qualis non fuit tempore Dauid, & hoc notatur, cum dicitur. Propter bella imminentia. *Cetera patent.*

1 Cum ergo audisset Hirã verba Salomonis, lętatus est valde & ait: Benedi. &c. *Hic consequenter petitio Salomonis conceditur & patet litera vsque ibi.*

2 In lignis cedrinis & abiegnis. *i. de genere abietis, quæ est arbor alta & recta & leuis & odorifera nocens animalibus venenosis, vt dicit Isidor. & scribitur abiegnis aliquando per g. aliquando sine g. cõmunius tamen cum g. In Hebræo habetur.* Baaze Berosim, *id est, in lignis abiegnis, quamquam aliqui lignabuxea interpretentur.*

3 Serui mei deponent ea de Libano. *i. de sylua sic nominata.*

4 Et ego componam ea in ratibus. *per subditos meos, quia rex non ponebat manum ad talia.*

5 In ratibus in mari, vsque ad locum quẽ significaueris mihi, & applicabo ea ibi, *id est, in nauibus. Dicit tñ hic Rabbi Salomõ, quod rates hic dicutur plura ligna simul iuncta quæ per homines desuper stãtes per aquam reducuntur de loco ad locum. Sed licet hoc vt frequenter fiat in fluminibus vbi per cursum aquæ portatur, & per homines desuper stãtes solummodo diriguntur, sed in mari qđ est procellosum, & vbi homines vadant secundum uentorum impetum, non uidetur hoc bene possibile.*

6 Prębebisque necessaria mihi, &c. *Hic consequenter pactum et fœdus inter duos reges disponitur, videlicet de recompensatione in victualibus pro lignis & labore, & hoc est quod dixit Hirã.* Prębebisq; necessaria mihi: vt detur cibus domui meæ. *Quod Salomõ libenter concessit, vnde subditur.* Salomon autem prębebat Hiram viginti milia coros tritici, &c. *Et subditur de fœdere inter eos cum dicitur.*

MORALITER.

† tonsurati sunt, ad significandũ celestium appetitum. Per ligna cedrina religiosi designant, qa sicut cedrus nõ terebatur verme, sic & religiosi taliter dẽnt viuere, quod nõ mordeantur verme conscientiæ. Circa secundum sciendũ, q. operatores aliq. fuerũt Iudæi. s. Salomonis serui, aliqui Sidonij, & aliqui Biblij. Per Iudæos significantur ecclesiæ prælati. Nam apostoli quorũ successores sunt episcopi, fuerunt natione Iudæi. Per Sidonios q. venatores interpretant, significantur pdicatores ad capiendũ animas ipsi Christo discurrẽtes. Per Biblios vero qui literati interpretant doctores ecclesię in scriptis vel scholis significantur. Quantũ ad tertiũ: operarij per tres mẽses ordinant, per quos mẽses tria significantur. s. oratio, ieiuniũ, & eleemosyna. Duo prima sunt ad Deum & seipsum, & ideo signãt in domib. proprijs mansionẽ operariorum, tertium autem est ad proximum, propter quod signat actũ operandi extra propriũ domicilium. Circa quartum duo ponuntur. s. oleum & triticum. Per oleum autem bona gratiæ designantur, quæ sunt merces operariorũ in presenti vita, per triticum vero bona gloriæ significãtur. Nã ibi beati fruuntur illo pane triticeo, qui dicit Ioann. 6. e. *Ego sum pa. vi. &c.* Et seipsum comparat tritico Ioan. duodecimo d. *Nisi gra. fru. &c.* De illo pane dicitur Lucæ 14. b. *Beatus qui manducat panem in regno Dei.*

veniens in carne dominus, & ecclesiā ædificare uolens, non de Iudęis tantum, sed et de gentib. adiutores elegit. De vtroque enim populo ministros sermonis assumpsit. Misit Hirā Salomoni ligna cedrina de Libano præcisa & abiegna q̄ in domo dñi ponerent, quia conuersa Gentilitas misit ad dominum viros in seculo claros, securi increpationis de monte superbiæ deiectos & humiliatos, qui ad normam euāgelicæ veritatis instituti in ædificio ecclesię pro suo quisq; merito vel tempore collocaretur. Misit & artifices, id est, philosophos ad veram sapientiam cōuersos, qui populis regendis gratia eruditionis præponerentur, qualis fuit temporibus apostolorum Dionysius Ariopagita, & Cyprianus doctor eruditissimus & martyr fortissimus. Misit quoque aurum, viros, scilicet, sapientia & ingenio claros, pro quibus expectat dona gratiæ cælestis, triticum, scilicet, verbi Dei, oleum charitatis, vnctionis & spiritussancti illuminationis.

necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ. a Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. Salomon autem præbebat Hiram viginti milia coros tritici, in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei. Hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. Dedit quoque dominus sapientiam Salomoni sicut locutus est ei. Et erat pax inter Hiram & Salomonem, 1 & percusserunt ambo fœdus. b 2 Elegitque rex Salomon operarios de c omni Israel, & erat indictio [a Quia indicebatur cuique quid ageret.] 3 triginta milia virorum. Mittebatque eos in Libanum. Decem milia per singulos menses vicissim, ita [a Mensis cædendi eleemosynæ, qua proximis proficimus, duo, oratio & ieiunium.] vt duobus mensibus essent in domibus suis. d Et Adoniram erat super huiuscemodi indictionē. e 4 Fuerunt itaque Salomoni septuaginta milia eorum, qui onera portabāt, & octoginta

a *Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina & ligna abiegna, iuxta omnem, &c.* Tyrus, vnde rex Hiram, insula est dedita negotiationi, vbi erant optimi fabricatores lignorum, qui dabant ligna pretiosa accipiētes cibaria. Viuunt enim nō agrum colendo, sed negotiando. Ibi est mons Libanus, de cuius lignis facta est domus domini. Vñ & Libanus dicitur, ibi. *Aperi Libane portas tuas.* [Zach. 11. a.]

b *Elegitq; rex Salomon.* Nō frustra operarios de omni Israel elegit, quia non de vna stirpe Aarō sacerdotis eligēdi, sed de omni ecclesia sunt quærēdi qui Domum Dei exēplo verbo, que ædificent & sine personę exceptione promouēdi. Qui cū ad erudiendos infideles & in collegiū ecclesię vocandos ordinātur, quasi ad cędēdas in Libano templi materias viri strenui & electi mittūtur. Triginta milia cæsores, eos significāt qui in fide trinitatis sunt perfecti, quod doctorib. maxime congruit. Sed qa triginta milia ita erāt ordinata, vt dena per mēses singulos operi instarent, magis denarii pandēdū est sacramentum. Dena milia ad cędenda ligna de Israel in opus domus dñi mittuntur, qui enim ad eruditionē insipientium ordinantur, decē præcepta legis per oīa seruare & auditorib. debent seruanda monstrare. Præmia quoq; in cælis futura denario figurantur. Quæ & ipsi debent sperare, & auditorib. speranda intimare. Terni autem menses, quorū distantia singulis lignorum cæsoribus erat imposita perfectionē trium virtutum euangelicarum typice denuntiant, eleemosynæ orationis & ieiunii. Per eleemosynam namq; comprehenduntur omnia quæ ad dilectionē proximi explendā beniuole in fratres operamur. Per orationem omnia quibus per internā compunctionē nostro conditori coniungimur. Per ieiunium omnia quibus nos a contagione vitiorum & illecebris seculi obseruamus, vt libera mēte & casto corpore semper dilectioni Dei & proximi valeamus inhærere. Hi sūt tres menses operariorum templi. Quia enim mēsis plenitudine dierum lunaris circuli perficitur, recte per illum plenitudo uirtutis ostenditur, in qua mens fidelium a domino quotidiana illustratione quasi a sole respicitur.

[Beda. lib. de templo Salomonis. c. 3. Rabbanus. Angelomus.]

[Tres virtutes euangelicæ.]

c *Operarios de omni Israel, & erat indictio triginta milia virorum.* Hi operatores erant proselyti. Horum magistri de Iudæis, quia non fecit quenquam seruire de Israel.

d *Adoniram erat super huiuscemodi indictionem.* Dominus meus excelsus. Hic est Christus, qui operariis templi præponitur, vt ordinet quibus mensib. singuli ad operandū exeant, quibus denuo ad curandum suam domum redeant, cum prędicatorū mentes familiarius infortunat, ut discernant quando oporteat ecclesiam ędificare pdicando, vel alia pietatis officia præstando, & quando ad conscientiam suam examinādam quasi ad propriam domum inspiciendam reuerti, ut orationibus & ieiuniis superno inspectore & uisitatore digna sit. [Beda ibid.]

e *Fuerunt itaque Salomoni septuaginta milia eorum, qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in monte.* Nec prętereundū quod septuaginta & octuaginta milia portātium onera & latomorum cum præpositis suis non fuerunt Israelitæ, sed proselyti, idest aduenę qui metabantur inter eos. Vnde in Paralipomen: *Numerauit Salomon omnes viros proselytos, & inuenti sunt centum quinquaginta tria milia & sexcenti. Fecitque eos septuaginta milia qui humeris onera portarent, &c.* Proselyti autem vocabantur Gręce, qui ex alijs nationibus in consortium populi Dei accepta circuncisione transierunt. Fuerunt ergo operarij domus domini de Israel, & de proselytis, & de gentibus. De Israel triginta milia qui ad pręcidendas cedros de Libano missi sunt. De proselytis, hi lapidum cęsores. De gentibus, Hiram & serui eius, qui cum seruis Salomonis ligna cędebant. Omne igitur hominum genus per quos ędificanda erat ecclesia, in ędificatione templi pręcessit. Iudęi. n. proselyti & Gentiles ad veritatem conuersi vnam Christi ecclesiam recte viuendo & docendo construunt. Operarij septuaginta milia & octoginta milia. Septuaginta. s. propter sabbathismum animarum. Septimus. n. dies sabbatho, idest, quieti consecratur. Octoginta propter spem resurrectionis quæ octauā die, idest, post sabbathum in domino pręcessit, & in nobis octaua die & simul octaua ętate futura speratur. Notandum autē quod pars in monte lapides cędebant, pars onera portabant. Diuersa. n. sunt dona spiritus, & quidā maiorē docendi, & proteruos arguendi constantiam habent. Quidam mitiores ad cōsolandos pusillanimes existunt. Quidā vtraque virtute pręditi ad opus domus domini conueniunt. Vnde: *Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, &c.* [2. Para. 2. d.] [1. Thes. 5. c.]

Latomorum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et percusserunt ambo fœdus. *scilicet, amicitiæ & societatis.*

2 Elegitque rex Salomon. *Hic consequenter numerus operariorum describitur cum dicitur.*

3 Et erat indictio triginta milia virorum: Mittebatq; eos in Libanum. Decem milia per singulos menses uicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis. Et Adoniram erat. *Idest, sūma triginta milia virorum, qui sic disponebantur, qd decem milia per vnum mensem operebantur in Libano, & postea alia decē milia mense secūdo, & alia decem milia in tertio, & sic duobus mensib. manebant in domibus suis, vt haberent aliquam quietem, & essent cum vxoribus & familijs propriis operibus intendentes, præter autem istos qui scindebant ligna, erant alii ad portandum onera, & cædendum lapides in montibus, & hoc est quod dicitur.*

4 Fuerūt itaque Salomoni septuaginta milia eorum, qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in monte. *Secundi Paralipomenon secundo, numerantur isti simul, & ibidē dicitur.* Et inuenti sunt centum quadraginta milia, *& intantū ascendunt isti duo numeri simul iuncti.*

Absque

milia † latomorum in monte, absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus. Præcepitque rex, vt tollerent lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram. Porrò † Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domũ.

a Latomorum. Beda: Latomi sunt cæsores lapidum, & idem significant qđ cæsores lignorum, idest, predicatores: qui mẽtes insipientiũ dolabro verbi Dei exercent, & a natiua tortitudine & deformitate transmutãt, ac regulariter institutos vnitati fidelium, i. ædificationi domus Dei aptant. Ligna & lapides in mõte cęduntur, & ad montem domus Dei trãsferuntur, quia omnes in mõte superbiæ nati sumus, qui de peccato Adę qui superbè peccauit, originem trahimus. Sed excidimur de monte superbiæ, catechizando, & sacramenta fidei pcipiendo, & in montem domus domini trãsferimus, quia eruti de potestate tenebrarum ad arcẽ virtutum quæ est in vnitate ecclesiæ peruenimus.

b Absque præ. Pręposĭti autem, sunt sacræ scripturæ cõditores, quorum magisterio erudimur inscios docere, contemptores corripere, & inuicem onera nostra portare.

c Trium millium. Propter fidẽ trinitatis, quam sancta eloquia prędicant. Quod in Par. tria millia sexcenti scripti sunt, ad perfectionem eorũ respicit. Senarius enim in quo mundi cõpletus est ornatus, perfecta bonorũ opera significat, & quia sancta scriptura cũ fide veritatis opera iustitiæ docet hãda, rectè prępositi operum templi tria millia & sexcenti fuerũt.

d Præcepitq; rex, vt tollerent. Ad ædificãdum domum dñi primò ligna & lapides de monte cęduntur: quia eos quos in fide instruere quærimus, primò necesse est, vt abrenũtiare diabolo & pręuaricationi in qua nati sunt, doceamus. Deinde quærendi lapides pretiosi, & grandes, & in fundamento ponendi, vt abdicata priori conuersatione in omnib. vitam & mores eorum inspiciamus, & auditorib. imitandos proponamus, quos per virtutem humilitatis domino specialiter adhęrere nouimus: & mentis stabilitate quadratos ad omnes tentationum incursus immobiles durare conspicimus grãdes & pretiosos fama & merito, viros scilicet, præcipuos actione & sanctitate, qui familiarius Christo adhærent, vt quo firmius in illo sperant, eo fortius aliorum vitam dirigere, quod est parietis latitudinem portare, sufficiant. Hi sunt prophetæ, apostoli, qui verbum & sacramenta veritatis visibiliter vel inuisibiliter ab ipsa Dei sapientia perceperunt. vnde: Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.

e Lapides grandes. Vel lapides pretiosi grandes quadrati, primi sunt magistri qui ab ipso domino audiere verbũ salutis. Superpositi vero ordines lapidum uel lignorum sequentes sacerdotes uel doctores: quorum prædicatione crescit ecclesia, & ornatur virtutibus.

Beda. Rab. Quali aũt colore fuerunt lapides ostẽdit Dauid in Paral. Salomoni dicens: Omnem pretiosum lapidẽ, & marmor parium abundantissimè præparaui. Marmor Pariũ cãdidum dicit, quale Patos insula gignit. Vñ Poeta: Olearon, niueamque Paron, &c. Vñ Iosephus: Eleuauit templum vsque ad cameram ex lapidib. de albo constructum. Marmor cãdidum ex quo cõstructa est domus electorum, actionem mundã & cõscietiam ab omni næuo corruptionis castigatã significat. unde: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

f In fundamentum templi. Fundamentum est Christus. Vnde. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Qui rectè fundamentum, dr domus Dei, qa sicut Petrus ait: Non est aliud sub cælo datum nomẽ hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. In eo tollunt lapides grandes & ptiosi, idest, omnes perfecti, qui fideliter ipsi adhærent, & fratrum necessitates fortiter sustinẽt, nec ulla aduersitate, nec ẽt morte a rectitudine sua inclinantur, quos ecclesia non solum de Iudæis, sed ẽt de gentibus suscipit. unde subditur: Quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, &c.

g Cæmentarij Salomonis. Quia ex utroque populo doctores ecclesiæ fuerunt & tam sublimes, ut ipsorum quoq; sublimiũ doctorũ doctores existerent: & quasi quadrãtes eos ad subleuandum domus dñi ædificium pararent. Non.n. soli Ieremias, Esaias, & cæteri de circumcisione prophetæ, sed ẽt Iob cũ filijs suis qui erant de gentibus, maximã vitæ & patientiæ formam, maxima doctrinæ salutaris pręconia sequentis æui doctoribus ministrant, vt abiectis verbis, factis, cogitationibusq; superuacuis ad portandum onus ecclesiæ digni fiant.

h Porrò Giblij præparauerunt ligna & lapides. Rab. Beda. Giblos est ciuitas Phœnicis; de qua Ezechiel: Senes Giblij, & prudentes eius, &c. Pro quo in Hebræo hr. † Gobel vel Gebal, qđ interpretat̃ diffiniens vel discriminans. Qui.n. corda hoĩum ad ædificium spirituale quod ex virtutib. animæ construitur parant: sic auditores suos fidem & opera iustitiæ habere vel docere sufficiunt, si prius sacris paginis edocti quæ fides sit teneda, quo virtutũ calle eũdũ certa diffinitione ueritatis didicerunt, frustra sibi officium doctoris usurpat, qui discretionem fidei ignorat. Nec sanctuarium domino, sed ruinam sibi ædificat, qui docere presumit, quod ipse non didicit.

i Ad ædificandam domum. Post fundamentũ de talibus compositũ, ædificãda est domus pparatis lignis, & lapidibus, & ordine collatis, q de suo situ vel radice abstracti sunt, qa post prima fidei rudimenta, post collata in nobis iuxta exẽplũ sublimium virorũ fundamenta humilitatis, addendus est in altũ paries bonorum operum, & quasi superpositis sibi inuicem ordinibus lapidum proficiendum de virtute in virtutem.

Marginalia: A; Ibidem.; † cędentes ligna.; & his.; 2.Paral. 2.d.; B; Beda. Rabbanus. Angelomus.; Ephes.2.d.; Beda lib. de templo Salomonis cap.4. Rabbanus.; 1.Paral. 29.a.; C; D; Virg.3.Aene.; 2.Cor.7.a.; Beda. Ibidem. 1.Cor.3.c.; Act.4.c.; Lapicidæ, alij dicunt viros fuisse Gebal qui cędebant lapides.; E; Beda lib. de tẽplo Salom. cap.4.; Ezecle.27.; † Guebel.; Beda. Raba.; F

Interlinear glosses: a Lapidum cesores. Qui cæmentum præparant uel indicunt.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Absque præpositis qui præerant singulis operibus. ne fierent negligenter.

2 Numero triũ millium. &c. secundi Paralipomenõ. 2.d. dicitur, Tria autẽ millia & sexcentos pręposĭtos operũ populi. Dicendum, quod hic enumerantur præpositi, qui erant super operarios immediate vidẽdo qualiter operabãtur, & illi fuerũt tria millia 300. Treceti autem qui excedunt hunc numerum, non erant immediate super operarios, sed reddebatur eis ratio ab illis, qui immediate præerant, & exprimuntur in secundo Paralipomen. quia quod omittitur in vno loco, in alio exprimitur.

3 Pręcepitque vt tollerent lapides pretiosos in fundamentum templi, &c. Hebræi dicunt, ponderosos, tales enim lapides sunt apti pro fundamento.

4 Porrò Giblij. Nomen est hominum sic vocatorum a ciuitate Giblos, ut dicunt expositores nostri. In Hebræo habetur Gibilim, & est nomen plurale hominum sic vocatorum a ciuitate Gibil, vt dicit Rab. Sa. & potest esse quòd illa ciuitas fuit binominis, & similiter gens illa, & erat de regno Hiram.

CAP. VI.

a F Actum est igitur quadringetesimo & octogesimo anno, egressio 1 nis filiorum Israel, de b terra Aegypti in anno 2 quarto, mése Zio (ipse 3 c est mésis secúdus) re- d gni Salomonis super Israel, ædificare cœpit 4

CAP. VI.

A a F Actum est igitur. Beda. Raba. Fit cómemoratio egressionis de Aegypto, qñ tabernaculum cœpit ædificari, vt sciatur quot anni inter ædificationem vtriusq; domus transierunt, & sacramentũ spiritale sciatur inesse summę téporis. Quater enim céteni & viceni quadringétos octoginta faciunt, quatuor euangelicæ perfectioni conueniunt; quia quatuor euangelistę sunt. Centum xx. doctrinæ legis, propter totidem annos legislatoris. In quo etiã numero virorum spiritum sanctũ primitiua suscepit ecclesia, ostendens quia q lege legitimè vtuntur, i. qui in ea Christi gratiã cognoscentes amplectuntur, spiritus eius gratia replentur, qua in B charitate eius agnoscũt amplius. Per tabernaculum quod fecit Moses & filij Israel in deserto, significat Synagoga. Per téplum vero qđ Salomon & filij Israel cũ proselytis, & Gentilibus construxit, gentiũ ecclesia. Permansit aũt cultus & religio tabernaculi annos quadringentos 80. & sic templũ ædificari cœpit. Quia scriptura vet. testa. tãta pfectione redundat, vt qui eã bñ intelligit, cũcta in se noui testaméti mysteria contineat. Plures quoq; patres vete. tam pfectè vixerunt, vt apostolis & apostolicis viris in nullo putentur esse minores. Permansit autē tabernaculum vsq; ad constructioné templi per annos quadringentos lxx. idest, cxx. per quatuor multiplicatos. quia ex tépore datę legis vsq; ad incarnationé Christi, non defuere viri, qui in lege euãgelica per omnia perfectionem mente & opere seruarent, nec scripturam quæ gratiam no. te. intimaret in veteri.

b *Anno quarto.* Quarto anno regis Salomonis cœpit ædifica C ri domus: quia post expletam Christi incarnationis dispensationem in quatuor euangelijs scriptam, misso spiritu D sancto ecclesię structura cœpit.

c *Mense Zio, ipse est men.* Beda. Quòd mense secũdo, ad electionem gentiũ respicit, quæ secũdo post Israel ędificare cępit. Vnde & secundus mensis in lege concessus est ad faciendum pascha his qui immundi in anima, vel in via pcul in primo mense facere nõ poterant. Vbi nos designati sumus, qui immũdi super morte animæ nostrę & adhuc procul a populo Dei, non potuimus primum facere, quod in carne agni fiebat & sãguine. Celebramus aũt hodie secundũ pascha, qđ fit in corpore & sanguine redemptoris. Maio scilicet. Aprilis. n. quo pascha celebrat, primus est apud Hebręos in mensibus anni. Vñ patet quia mox peracto pascha cępit ædificare domum domini, & con E secratus mystica solennitate, populus misit manus ad mysticum opus.

d *Aedificare cœpit.* Beda. Vbi ædificatum sit templũ, in Paral. manifestatur sic. *Et cœpit Salomon ædificare domum in Ierusalem in monte Moria qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi.* Aedificatur ergo domus domini in visione pacis: quia dilatata per orbem ecclesia in vna fide & veritatis societate consistit. *Subscissura enim montium Deus non est, sed factus est in pace locus eius.* Aedificatur in monte. idest, Christo, de quo dicitur: *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium,* & alibi. *Non potest abscondi ciuitas supra montem posita.* Ipse est enim mons montium, qui de terra secundum carnem ortus oĩum terrenorũ potentiã & sanctitaté culmine dignitatis trãscendit. In F hoc ciuitas vel domus dñi constructa est, q a si nõ in illo radicé figat

Beda lib de tépl. Sal. ca. 5. Angelom. Rabban. Eucherius. — † 1. Aprili. — Ibidem. — Ibidem. 1. Paral. 3. a. — Psal. 2. a. — Mat. 5. a.

NICOLAVS DE LYRA.

Diu 8. F Actum est igit. *Descripta materiæ pparatione, hic consequenter agitur de domorũ ædificatione. Et primò ipsius domus dñi, secundò regalis palatii c. 7. Prima in duas, quia primò ponitur incboationis tépus, secundò ædificii modus, ibi:* Domus autem. *Circa primũ dicitur.*

1 Factum est igitur quadringétesimo & octogesimo anno. *ita quod annus egressionis in hoc numero includitur.*

2 In anno quarto. *scilicet regni Salomonis, & hic annus quartus non includitur in prædicto numero, quia de illo transierat tantum unus mensis. ideo subditur.* 3 Mense Zio ipse. *Hebraicè dicitur* ziu *per u, cõsonans, & pfertur zif, aliàs dicitur iiar, & correspondet partim Aprili nostro, & partim Maio. sicut patet ex his quę dixi de primo mése Hebræorũ Gen. 7. & Exo. 12. ipse est mésis secundus apud Hebræos.*

4 Regni Salom. *Hoc refertur ad id qđ prædicitur in anno quarto. Ad videndum aũt huc numerum per partes posui hic subtus in pagina pñti tres ordines. Primus continet nomina illorum qui præfuerũt successiuè populo Israel ab anno egressionis de Aegypto inclusiuè vsq; ad quartum annum regni Salomonis exclusiuè. Secundus continet numeros annorum: quibus quilibet eorum pręfuit. Tertius continet loca scripturæ, vnde hoc habetur. Sciendũ tamen, quòd duo sunt, scilicet Iosue, & Samuel, quorum tempus non exprimitur in scriptura, & ideo intelligitur inclusum in tempore sequentium.*

Primus ordo	Secundus ordo	Tertius ordo	Primus ordo	Secundus ordo	Tertius ordo
Moses	40.	Exod. 16.	Iosue	40.	Iudi. 3.
Othoniel	40.	Iudi. 3.	Aod	80.	Iudi. 3.
Debora	40.	Iudi. 5.	Gedeon	40.	Iudi. 8.
Abimelech	3.	Iudi. 9.	Thola	23.	Iudi. 10.
Iair	22.	Iudi. 10.	Sine iud ce	19.	Iudi. 10.
Iephte	6.	Iudi. 12.	Abessan	7.	Iudi. 12.
Ahilon	10.	Iudi. 12.	Abdon	8.	Iudi. 12.
Samson	20.	Iudi. 16.	Heli	40.	1. Reg. 4.
Samuel	40.	Act. 13.	Saul	40.	Act. 13.
Dauid	40.	3. Reg. 2.	Salomon	40.	3. Reg. 11.
Rectores	Numerus annorum	Loca scripturæ.	Rectores	Numerus annorum	Loca scripturæ.

Iosue & Othoniel simul habent 40. ann. similiter Samuel & Saul 40. annos. Nota vnam quamque linearum huius figurę inter se liter esse legendam.

Domus


MORALITER.

1 *Factum est igitur.* Hic agitur de Dei domus ædificatione p quam significat ædificatio ecclesiæ q̃ a vero Salomone Christo ædificata est virtutib. fidei, doctrina, & sacramétis. quãtũ ad primũ describit mésura domus sm longitudiné eius, latitudiné & altitudiné vsq; ad primũ tabulatũ. Per longitudiné significat virtus lõganimitatis & pseuerantiæ. Per latitudiné diffusio pietatis & misericordiæ. Per altitudiné contéplatio cęlestis pñię. Sedm illud, Philip. 3. d. *Nostra aũt conuersatio in cęlis est.* In tota verò domus altitudine erãt tres mãsiones vna sup aliã. Per inferioré significat contéplatio cõis hoĩum deuotorũ. Per mediã contéplatio prophetarũ, quę tñ fuit p imaginarias visiones. Per superioré vero contemplatio prophetalis quę est sine talibus imaginib. & figuris, sicut dicitur de ppheta Dauid in principio glossę libri psalmorũ. Per latera vero tépli quę fuerunt quatuor. Orientale, Occidétale, Aqlonare, Meridionale, designant quatuor virtutes cardinales, de quibus dr Apocal. 21. c. *Et ciuitas erat in quadro posita.* Sicut. n. ecclesia hic per templum intelligitur, sic ibi p ciuitaté significatur. Quantum aũt ad secundum, scilicet, sacramenta nouę legis sciendum q templum Salomonis habuit tres partes, scilicet, porticum, sanctum, & sanctumsanctorum. Per porticum ubi erat introitus, significat baptismus qui est ianua sacramentorũ. Per mésam vero propositionis quę erat in parte tépli, quę dicebatur sanctũ, significatur Eucharistię sacramentũ, in quo fidelibus proponitur panis vitę. Et per quinque candelabra quę ibidé erant, vt dicitur ca. seq. significantur alia quinque sacramenta, quę candelabra dicunt ex hoc, qđ in omnibus sacramentis deuote acceptis gratia q̃ uirtuté habet illuminatiuam confertur. Quantum ad tertium, scilicet, doctrinã fidei Christi, significabatur p illa quæ erant intra sanctum sanctorũ, vbi erat arca testamenti, quæ erat unica & sic signat vnitaté essentię diuinę. Per illa vero quę erant intra arcã, significatur trinitas personarũ: quia per virgam quę signat potentiã, significatur psonã patris cui attribuitur potentia. Per tabulas quę signant sapientiã, psona filij cuius attributũ est sapientia. Per manna dulce psona spiritus sancti, cuius est bonitas attributũ. Per hoc auté quod arca erat clausa, significat quod rationes omnium quę facta sunt, vel fient in diuina sciétia claudunt, de quibus est creatio, incarnatio, resurrectio mortuorũ, redditio pęnarum & premiorum, & cætera ad fidé ecclesię pertinentia. Per duos autem Cherubin qui plenitudo scientię interpretant, ecclesię plati & ministri in qbus requirit scientia, significantur: & ipsi sunt dispensatores & ministri predictorũ. Nam inducere debent suos subditos ad virtutes, & eis ministrare sacra, & eos docere de fide catholica. Per binariũ aũt Cherubin significatur charitas, q potissime relucere debet i platis ecclesiæ & ministris.

A figat spes & fides nostra nulla est. Qui recte mons Moria, id est, visionis dicitur: quia quos ad æternam claritatis visionẽ conseruat, in hac vita laborantes videre & adiuuare dignatur. Ipse est enim locus in quo obtulit Abraham filium suũ domino, & pro deuotione obedientiæ ab illo videri meruit:

D men Ierusalẽ accepit: quia persistens in sua obstinatione Gẽtilitas cõculcabatur quasi vilis & abiecta a malignis spiritibus. Porrò cum omnia uenderet, & vero regi offerre didicit, non vltra conculcari a dæmonibus, uel uitijs potuit, sed internæ pacis quam cum conditore suo haberet, compos effecta est.

a b c domũ domino. Domus autẽ quam ędificabat rex Salomon dño, habebat sexaginta cubitos in lõgitudine, & viginti cubitos in latitudine, & 1



vñ nomen accepit. Denique vbi dominus ait: *Tolle filium tuum quẽ diligis Isaac, & uade in terram quam monstrauero tibi, &c.* In Hebręo habet, *terra Moria.* Et quia immolatio Isaac typus dominicę passionis fuit, rectè in loco eodem tẽplum ędificatur quia per fidem & mysteria dominicæ passionis ecclesia dedicata crescit in tẽplũ sanctum in domino. Qui demonstratus fuerat Dauid patri eius. Ostensus enim erat Dauid sicut cæteris prophetis venturus in carne dñs, qui vocatam de gentibus ecclesiam per ipsam incarnationem ablueret a peccatis, & consecraret infidelem domum sibi. *In area Ornã Iebusæi.* Area ecclesiã significat. vnde: *Et permundabit aream suam.* Ornam verò, i. illuminatus natione Iebusæus. Gẽtiles significat illustrandos a domino, & i. filios ecclesiæ immutandos. Vnde: *Fuistis aliqñ tenebræ, nunc a. l. in d.* Iebus quæ & Ierusalem, conculcata interpretatur. Ierusalem uisio pacis, in qua dum Ornã Gentilis regnat, Iebus dicitur. Cũ Dauid in ea locum holocausti emit, & Salomõ ędificat templũ domini, Ierusalem vocatur: quia Gentilitas diuini cultus nescia cõculcatur & illuditur a dæmonibus: sed cum eam gratia cõditoris respexit, pacis in se locum inuenit & nomen. vnde: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Cũ ergo Ornam in hac ciuitate regnaret, Iebus vocabatur. Sed cum locum areæ cũ bobus & tribulis Dauid regi vẽderet nomen

Gen. 22. a.
B
Luc. 3. b.
C
Ephes. 5. b.
Beda. lib. de templ. Salom. cap. 5.
Rabbanus.
Eucherius.
Angelomus.
Matth. 5.

1 Quæ præparauerat Dauid, &c. Parauerat. n. Dauid psallẽdo, parauerũt alij prophetæ vaticinãdo locum dño; vero, s. Salomoni in quo domũ ædificaret: quia corda auditorũ fide instituerũt, mouẽtes, vt incarnatũ Dei filiũ fideli deuotiõe susciperẽt. Vnde: *Leuate oculos vestros, & videte regiones: quia albæ sunt iã ad messem, & qui metit, mercedem accipit: & congregat fructum in uitã æternã, vt qui seminat simul gaudeat, & qui metit.* Qu. Leuate oculos vestros, & videte locũ q paratus est ad ædificãdã domũ, & qui ædificat docẽdo, mercedem accipit, & cõgregat lapides ptiosos in uitã æternã, vt & q parat locum ædificio simul gaudeat, & qui ędificat, i. ppheta vẽturũ pdicẽs, & apostolus pdicans dominum uenientem, una simul mercede potiantur.

a *In longitu. &c.* Lõgitudo dom⁹ lõganimitatẽ ecclesię significat, qua patiẽter aduersa tolerat, donec ad patriã pueniat. Hęc est saxaginta cubitorũ, quia senarius perfectionẽ bonorum operũ significat, qua debemus per lõganimitatẽ ita aduersa tolerare, ut per bona opera promissam patriam mereamur intrare.

b *Viginti cubitos.* Propter geminam charitatis distantiã, qua Deum diligimus & proximum.

c *In latitudine.* Latitudo charitatẽ significat, quæ dilatato sinu mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deũ, donec

Ioann. 4. e.
E
Ibidem cap. 6.
F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Domus aũt. *Hic cõsequenter describitur forma ædificij. Et quia hoc intricate describitur: & idẽ pluries repetit, & aliqua hic omittunt quæ 2. Paralipom. supplentur: propter quod litera difficilius intelligit, ideo hic aliqua ordinate pmitto de forma tẽpli, vt intellectus literæ facilius possit cap. 1. Sciendũ igitur, quod templum erat quædã domus magna cuius longitudo protendebatur ab Oriente in Occidentẽ, & latitudo a Meridie in Aquilonẽ: sicut & tabernaculum quod fecit Moses: habebat autẽ hæc domus sexaginta cubitos, i longitudine, & viginti in latitudine intra parietes, & centũ & viginti in altitudine, vt habetur 2. Paral. 3. & ideo erat facta ad modũ turris quadratę: cuius duo latera sibi opposita sũt longiora in triplo duobus alijs sibi oppositis, propter qd hæc domus aliquãdo vocatur turris, prout dictum fuit Gen. 35. Tectum vero desuper erat planũ secundum modum domorum Palæstinæ & vltra planiciem ascendebat quædam clausura in circuitu per modum propugnaculorum ad decorem & defensionem. In altitudine vero huius domus erãt tres mansiones, inferior prope terrã, quæ erat deputata ad cultũ diuinum: propter quod de illa scriptura facit mentionem, in alijs*

 autem

A donec ad pacem conuersis vel funditus extinctis, cum solis amicis gaudeat in domino.

Beda. Notandum, quia triginta cubiti altitudinis nō vsque ad tectū tēpli, sed vsque ad cœnaculū inferius ptingebāt. A pte.n.in Paral. scriptum est, quod altitudo centum viginti cubitorū erat, de cuius rei sacramē tis aptius in sequenti tractabitur, vbi ad mediū cœnaculum & tertium lectionis ordo peruenerit.

2.Par. 3.a.

†corruptè vol ta dicitur.

a b c d | triginta cubitos in altitudine. Et † porticus erat ante tēplum viginti cubitorum longi- c tudinis, iuxta mensurā latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis ante e faciem tēpli. Fecitque in templo fenestras, 1 f † obliquas. Et ædificauit † super parietem 2 templi † tabulata per gyrū, † in parietibus 3 domus per circuitum templi & oraculi, &

a *Triginta cubit.* Propter fidem trinitatis, in cuius visione cuncta desideria spei nostræ suspendantur. Singuli numeri per decem multiplicantur, quia per fidem & custodiam legis patientia salubriter exercetur: charitas viriliter ardescit, & spes sublimiter ad æterna rapitur.

† latas intrinsecus, & angustas extrinsecus. † thalamum vel deambulatoriū, & inf.

b *In altitudine.* Altitudo significat spem retributionis futurę pro qua prospera vel aduersa contemnit, donec videat bona domini in terra viuentium.

Psal.26. d. 2.Par. 3.a.

B c *Porticus erat, &c.* De hac in Paralip. scriptum est: *Porticum vero ante frontem quæ tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis cubitorū viginti.* Patet ergo quia porticus ista ad Orientalē templi partē facta est. Templum.n. versum ad Orientē erat sicut & tabernaculum: habebatque ostium ab Oriente contra ostiū templi iuxta Iosephū, ita vt sol æquinoctialis oriēs directis radiorū lineis per ostia tria porticus, scilicet, tēpli, & oraculi arcā testamenti perfunderet. Templum ecclesiā figurat, porticus quæ ante templū prior lumen solis recipiebat, illā ecclesię partem quæ domini incarnationem præcessit, in qua patriarchę & prophetæ Orientē iustitię solem primi susceperunt, & nascenti domino in carne viuendo, prędicando, nascendo, & moriendo testimonium præbuerunt.

Iosephus.

d *Viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis tēpli.* Quia antiqui iusti in patientia & longanimitate expectabāt, qn̄ incarnatus dominus euangelij gratiam afferret, promissiones suas a longe aspicientes & salutantes. Aequabat ergo porticus longitudine sua latitudinē tēpli: quia p longanimitatē mentis desiderabant venire ad dilatationē ecclesiæ in charitate Dei quę est in Christo Iesu. Porticus habebat decē cubitos in latitudine. qa tales etsi nondū verba vel mysteria C euangelij quę erat per Christū tradenda receperunt, pręcepta tamen

Beda lib. de temp. Salo. cap. 6.

D pta tū decalogi perfecta dilectione dilatati cordis seruauerunt. In prima fronte porticus fuere primi iusti, Abel.s.& Enoch. In intimo eius penetrali & quasi prope murū tēpli pręcursor domini Simeon, Anna, & cęteri, q. etsi natiuitatē eius videre meruerunt, tamen doctrinā eius audire & sacramenta percipere nequiuerunt.

e *Fenestras obliquas.* Sanctos doctores quibus mente excedentibus Deo arcana cælestium specialius videre conceditur. Qui dum quæ in occulto vident, publice pandunt, quasi suscepto lumine solis fenestræ cuncta templi penetralia replent. Vnde obliquæ, idest, intus latiores fuisse perhibentur: quia qui iubar supernæ contemplationis vel ad momentum percipit, mox sinū cordis amplius castigando dilatat, & ad maiora capessenda solerti exercitatione præparat.

Idem cap. 7.

† vel intra † iuxta parietes.

f *Et ædificauit &c.* Hæc tabulata in euangelio vbi dominus tētatur a diabolo, pinnacula tēpli vocant. Iacobū quoque fratrē domini in pinnaculū templi, vnde cum ad populum cōcionaretur leuatū esse legimus. Vtrū autem mos fuerit doctoribus, vt in tabulatis sedentes ad turbā inferius loquerentur, nusquā legimus. Hæc ergo tria tabulata totidē fidelium E gradus, coniugatorū.s. continentium & virginum signant: distinctos altitudine pfessionis, sed societate fidei & veritatis omnes ad domum domini pertinentes, & fixa mente inhęrentes. Supremū ergo tabulatum cæteris angustiis, mediū supremo latius, infimo angustius. Quia altior professio virtutis altiorē debet tenere viā viuendi. Qui enim abrenūtiato cōiugio virginitatē domino cōsecrant, mores oportet virginitate cōdignos ostendant, abstineant ab otiosis verbis ira, rixa, detractiōe, habitu impudico, comessationib. potationib. & huiusmodi: vigilijs, sanctis orationibus, lectionibus, eleemosynis & hmōi vacent, vt q. futurę vitę statū ī pfessione tenēt, in qua nō nubēt, neq; nubent, sed sūt sicut angeli ī cęlo. Huius quoq; statū quātū mortalibus possibile est, ī pñti studeant imitari. Infimū vero amplioris est latitudinis: quia nō dicitur coniugatis: *Vende omnia quæ habes & da paupibus, sed si vis ad vitā ingredi, serua mādata, non occides, non adulterabis, &c.* Mediū locū tenēt cōtinētes quantū virginibus inferiores, tm̄ F coniugatis

Idem. Matth.4.a.

Rom.11 2. Galat.5.d. Matt.11.c.

Ibid.19.c.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *aūt duabus, s. media & suprema custodiebantur vtensilia. vestes ministrorum & cætera pretiosa pro templo necessaria, & ideo de illis duabus parua fit mentio. Inferior autem secūdū longitudinem diuidebatur in duas partes inæquales: quarum prima quæ erat a parte Orientali, et in qua erat introitus tēpli habebat quadraginta cubitos in lōgitudine, & dicebatur domus exterior siue sanctum, in qua erat altare incensi, et mēsa propositionis & cādelabra. aliæ aūt habebat 20. cubitos per quadrum, & dicebatur domus interior vel sanctum sanctorum siue oraculum, in qua erant arca & Cherubim & propitiatoriū, & diuidebātur istæ duæ partes pariete intermedio. in quo erat ostium ad ingrediēdum de una ad aliā. Parietes autē huius domus erāt de lapidibus: & a parte interiori operti tabulis cedrinis, & sup tabulas illas aureis laminis, & tectū eius ubi incipiebat māsio media a parte inferiori erat laqueatum, Gallicè* lābroisse. *Tabulis cedrinis simili modo opertis laminis aureis. Pauimētum verò fuit de pulchro marmore opto desuper tabulis abiegnis scdm translationē nostram. Hebræi vero dicunt q illæ tabulæ erant de buxo, quod est lignum durum, & fortè ne cito putrefierent ex humilitate terræ: & opertæ erant desuper laminis aureis: ita q mansio inferior templi quæ erat deputata diuino cultui, erat cooperta auro ex omni parte. Altitudo verò huius mansionis erat triginta cubito. vbiq; a pauimento vsq; ad primum solarium. quod erat mansio media scdm expositores catholicos: secundū Hebræos verò domus interior quæ vocatur sanctum sanctorū, habebat tantum 20. cubitos in altitudine vsq; ad primum solarium: ita q altitudo eius erat breuior 10. cubitis altitudine domus exterioris. Exterius vero erāt tria deambulatoria in circumitu templi correspondentia tribus mansionib. pdictis, quæ erant ad decorem & ad templi defensionem ad modum propugnaculorum. Hebræi verò dicunt, q non erant deambulatoria, sed tres ordines appenditiorum quæ erāt domunculæ circa templum, & idē dicit Iosephus, q erant pro habitatione ministrorum. vnde frequenter noīantur hic, & in Ezech. & Paral. domus laterales secundum Hebręos ppter quod non erant in parte Orientali tēpli: quia ibi erat porticus, & erat quælibet altitudo, quinque cubitorum, ita q inferiores erant immediatè super terram: & sic illi tres ordines iuxta altitudinem muri ascēdebant per quindecim cubitos. & in quindecim cubitis superiorib. de altitudine mansionis inferioris remanentib. erant fenestræ ad illuminationem templi, de altitudine verò sancti sanctorum secundum hoc remanebāt tantum quinque cubiti superiores pro fenestris. In introitu vero tēpli erat porticus uiginti cubitorum longit. Secundum mēsurā latitudinis templi & latitud. decem cubit. quia tantum protendebatur ante templi introitum. Ista vero domus non pōt figurari in plano: sed posui hic figuram fundamenti, & per ea quæ dicta sunt, pñt alia imaginari. His præmissis accedamus ad literā exponendā :* Domus aūt &c. *Hic describitur forma & modus ædificii. & primo quantum ad templum & porticum. secundo quantū ad deambulatoria & dispositionē interiorem parietum. ibi :* Et ædificauit. *tertio quantū ad distinctionem domus interioris & exterioris. ibi :* Aedificauitq;. *quarto quantum ad introitum & atrium, ibi:* Fecitq; &c. *Circa primū describitur mensura templi & porticus, & patet litera ex prædictis vsque ibi :*

1 Et triginta, &c. *Hoc videtur contradicere ei, quod dictum est, q templum in altitudine habebat 120. cubitos. Dicēdum, q hic accipitur altitudo templi quantum ad mansionem interiorem quæ habebat triginta cubitos a pauimento vsq; ad primum solarium, vt prædictū est: & super illam mansionem erat alia media triginta cubitorum: & super illam tertia sexaginta cubitorum, & sic tota altitudo templi habebat centum viginti cubitos, prout habetur secundi Paralip. 3. Consequenter ostendit dispositionem fenestrarum, ibi :*

2 Fecitq, in templo fenestras obliquās, &c. *Hic accipitur fenestra pro aperturis muri ad recipiendum lumen, quæ erāt strictiores in exteriori superficie muri: & latiores in interiori, vt lumen trāsiens magis diffunderetur intra domum: & sic linea transiens ab exteriori superficie ad interiorem non veniebat directè ad angulum rectum, sed obliquum ad angulum obtusum, sicut apparet in fenestris ecclesiarum, & ædificiorum quorum muri sunt spissi.*

3 Et ædificauit. *Hic cōsequenter agitur de dispositione deambulatoriorū, quæ erant circa tēplum, & de solariis quæ erant in templo, et de dispositione parietū interius, & primo deambulatoriis, cum dicitur.* Et ædi. pa. tē. *Ad cuius intellectū sciendum, q secundum expositores nostros ex transuerso templi trāsibant trabes in tribus locis, s. in tribus summitatibus mansionum, ita q trabes inferiores portabant primum solarium, & mediæ secundum. & tertiæ tectum domus, quòd desuper erat planum, vt dictum est. Et trabes istæ erant ita longæ, quòd transibant ultra murum exterius in utroque latere templi & super illā partem trabiū quæ prominebat exterius, erant tabulæ fortes pensæ secū-* ✱ *dum lon-*

cōiugatis altiores, quorū portio gloriosa ædificabat ecclesiā primitiuā. vñ: *Multitudinis credentiū erat cor.u.& a,u.&c.* Quorum maximam partē vxores reliquisse cōpletius sancti Stephani testatur historia, vbi hoīes eadem religione pallentes non coniuges, sed viduas eorum appellat.

A — Act. 4. f. — Ibidem 6. a. — Idem ibidem.

a *Latera.* i. luriculas, ne qs inde facilè ad inferiora decideret, qđ Ochoziæ regi in Samaria cōtigisse legimus: hęc quotidiana diuinę ꝓtectionis erga nos munimina designāt. Vñ: *Immittit angelum dominus in circumitu t.e.&c.* Ascēdit, inqt, cęnaculū Ochozias rex Samarię q. se a domo Dauid separauerat, sed per cancellos decidit. Quia etsi hętici vel schismatici aliquam bonæ actionis arcē cōdescēdere vñr: q. a tñ cōpagē unitatis ecclesię nō habēt, quasi patētib. & nō solidis laterū præsidiis ad uitiorū infima delabunt, dū diuino destituti auxilio ꝑtinacię suæ fastu intereūt. *Latera,* i. muros uel cācellos, uel luriculas, doctores in tabulatis sedentes, qui ad circūstantē inferius populū cōcionabātur. vnde dñs: *Prædicate super tecta.* Et Salomon: *Melius est sedere in angulo domato,* δῶμα Gręcè, tectum Latinè.

4. Reg. 1. a. — Psal. 33. b. — † Perfectis vel integris quos adduxerat sub. è monte. — † Thalami vel deambulatorij. — Matt. 10. c. — Prou. 21. b. — B

b *Trabes autem posuit, itē posuit in domo per circumitū forin.* Beda. Domus quæ tabulata portant prædicatores significant, qui dū sublimem & honorabilem in ecclesia Dei tenent locū infirmiores prędicatione sua ab infimorum appetitu sustollūt, & ad cęlestia desideranda & speranda suspendūt, & intercedendo vt persistant, adiuuant. Legimus aūt in Parali. quod trabes tēpli sicut cętera eius interiora auro vestite fuerunt. Quod ita factū est, vt illæ trabiū partes quę intus sunt in tēplo aureis essent laminis tectæ, quæ foris patebāt nō deaurate sed cedri speciem formamque ostenderent, in qua tñ imposita sibi tabulata gestabāt. Quod ergo extrinsecus eminebat, vitā sanctorū quę nobis innotescit, designat. Quod vero intus deauratum fulgebat, claritatem qua in cælesti patria in aspectu creatoris sui gaudent. Claritas trabiū aurea illis tñ qui templum intrauerant, patebat: quia, *Quā magna sit multitudo dulcedinis Dei: quam abscondit timentibus se, & patefecit sperantib. in se.* illi soli nouerunt qui regnum cœleste metuerunt intrare, & tñ nos vitā, passiones, doctrinamq; sanctorum cernentes, idest, in scripturis legētes ad bñfaciendū excitamur, & quasi in capitibus trabium foris apparentib. a terra subleuamur. Quāuis .n. internā sanctorum gloriā perspicere nondū ualemus: ex eo tñ qđ exterius uidere valuimus, sublimibus ecclesię mēbris fideliter adhęremus. Possumus et hæc de sanctis adhuc in hac uita positis intelligere, quorum puritatem dilectionis qua in secreto cordis corā dño refulgent inspicere nequimus: & tamen ex eis quæ loquendo, agendo, uel patiendo foris ostendunt, inuenimus salutis auxilium.

Ibidem. — Psal. 30. c. — C — D

a fecit † latera in circumitu. Tabulatum quod ¶ Virgines. subter erat, quinque cubitos habebut latitudinis, a ¶ Continentes. & medium tabularum sex cubitorum latitudinis, a ¶ Coniugati. & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. b Trabes autem posuit c in domo per circumitum forinsecus, vt d non hærerent muris templi. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus † dolatis atque e perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita f in domo cum ædificaretur. Ostium † lateris

1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6

† Thalamos vel deambulatoria. — † Interstitia aūt in muro restricto vbi capita ponerētur trabium.

c *Trabes forinsecus.* Tantæ longitudinis erat, ut capita earum forinsecus ꝓminerent. In infimo ordine cubitorum septē, in medio sex, in supremo quinque: ut in capitibus earum tabulata cōponerentur, non muris tēpli infixa, sed iuxta muros trabibus quę de muris exierant superposita.

E

d *Domus autem, &c.* Hęc ad illā ecclesiæ partē quę post seculi labores & certamina ad æterna pmia meruit introduci ꝓprie pertinent. Nihil .n. inquinatū intrabit in illam ciuitatē.

Apoc. 21. g.

e *Et malleus & se.* Quia hic tūdimur aduersitatib. & disciplina ueritatis exercemur, ut illic iuxta meritum locis cōgruis disponamur, & castigatione cessāte solo amoris glutino quo adinuicem copulemur, uno impleti spiritu profundamur. Sed quamuis dicat: *Noe vir perfectus in generationib. suis.* Et. *Beati immaculati, in via,* & huiuscemodi, nullus uere ꝑfectus & sine macula uiam huius uitæ incedere potest. Non est .n. qui faciat bonum, & non peccet. Sed secundum huius temporis modum perfecti & immaculati vocātur, qui tunc vere perficiuntur, cum nexibus corporis absoluti ad immortale domus domini decorem peruenerint.

f *Ostium lateris.* Beda. Quidā hunc locū male intelligentes putant ostium templi a Meridie fuisse, non attēdentes, quia si scri-

Lib. eod. c. 8. — F

NICOLAVS DE LYRA.

dū longitudinē templi, & super illas tabulas poterāt homines deambulare, & ideo dicebantur deābulatoria: & ī parte exteriori erat quædā clausura procedens in altū, ne ambulantes caderent. Et ambulatoria ista erant inæqualis latitudinis: qđ dupliciter poterat fieri. Vno modo qđ trabes superiores essent longiores mediis vno cubito, & similiter mediæ inferioribus sicut aliqui dicunt. Alii autē dicūt & melius vt uidetur, quod quāuis trabes ea portantes essent æqualis longitudinis, tamen murus tēpli a parte exteriori erat restrictus vno cubito plus, in secundo deambulatorio quā in primo, & similiter in tertio quam in secundo, & sic deambulatorium primū habebat quinque cubitos latitudinis, mediū vero sex, & supremum septem secundum modum figuratum in columna interius in margine exteriori, prout pot in plano figurari. Sciendum etiam quod ista deambulatoria vocantur in litera tabulata & latera, & patet litera ex dictis vsque ibi.

1 Trabes autem, &c. *Quia trabes vt dictum est, transibant vltra murum exterius.*

2 Vt non hęrerent muris templi. *Istud non refertur ad trabes secundum istam expositionem: quia cū transirent per mediū muri necessario ei hærebant, sed refertur ad tabulas super trabes positas, quæ sic erant positæ, quod nō iungebantur muro tēpli immediate, tamen illud spatium quod erat immediate inter murū & tabulas erat ita paruum, qđ homines ambulantes non possent ibi cadere nec pes hominis intrare. Sed ad quid dimitteretur tale spaciū inter tabulas, & murum nō uidetur, propter quod alij dicūt & melius, ut uidetur quod hoc refertur ad cācellos deambulatoriorū impedientium casum ambulantium a parte exteriori: & sic distabant a muro templi secundū longitudinē trabis extra murū prodeuntem, ut sic deambulatoria haberent latitudinem conuenientem. Secundum uero Hebræos qui non ponūt ista deambulatoria, sed appenditia seu domunculas laterales, ut prædictū est, sic est intelligendum: quod iuxta muros templi in parte exteriori erat unus ordo appendentiorū, quorum altitudo erat .5. cubitorum, & cum murus templi eleuaretur a terra per 5. cubitos erat restrictus a parte exteriori ꝑ unū cubitū: & in spatio illius cubiti prominentis erant capita trabium ubi terminabatur primus ordo appenditiorum quantū ad altitudinem suam: & alia capita trabiū sustentabantur ab exteriori parte parietis appenditiorum, & iterū eleuato muro templi 5. cubitis, murus iterum templi erat restrictus uno cubito, vbi ponebantur capita trabiū appenditiorum mediorū, & eodem modo de tertijs appēditijs, & sic latitudo append. mediorū erat cubi. 6. & latitudo tertiorū septem propter maiorē restrictionem muri & templi in ascendendo, & sic tres ordines appenditiorū ascendebant iuxta murū templi per 15. cubitos vt supra dictū est, & tectum superius erat planum, & portabatur a parte exteriori per parietē exteriorem appenditiorum, sicut figuratum est in colūna præcedenti. Et secundū hanc intentionem Hebræorum sic exponatur litera:* Et ædifi super pa. templi. *i. appendentia, quæ sic nominantur, eo quod erant de tabulis vt parietes minus spatii occuparent, & dicūt super parietē templi: quia trabes tegentes primum tabulatum, & mediū, & tertium erant super vnum cubitum muri templi, vbi murus in ascendēdo erat sic retractus siue restrictus, vt prædictū est, per* cir. tē. & ora. *i. exterioris domus & interioris, ita qđ ista appenditia erāt circa templū in tribus partibus. s. in duobus lateribus tēpli & ī parte Occidentali, vbi erat oraculū. in parte vero Orientali non erāt appēditia quia ibi erat porticus, vt dictū est.* Et fecit la. *Est replicatio eiusdem. quia illa appendentia dicuntur latera: quia erant in lateribus templi.* Tabu. quod sub. e. *i. appenditiū quod erat immediate super terram, erat minus medio in latitudine vno cubito, & mediū superiori vno: qa retractio siue restrictio muri ampliabat mediū & superius, vt prædictum est, & secundū hoc trabes erant inæquales: qa trabes inferioris appenditij erant breuiores trabibus medijs vno cubito, & trabes medii minores trabibus superioribus vno cubito.* Trabes au. po. in do. &c. *Istæ sūt trabes de quibus dictū est immediate quæ erant positæ super murū templi in parte exteriori, & sic quod non intrabant murū: & hoc est quod vocatur hic, non inhærere muro: sed stabant super cubitos vbi murus erat retractus, vt dictū est.*

3 Domus autem. *Hic ponitur modus ædificationis quantum ad dolationem lapidum, quæ facta fuit in lapicidinis & non in loco ædificationis. & ideo sequitur.*

4 Et malleus & secu *i. martellus scindens cū quo sculpūtur lapides.*

5 Nō sunt audita in do domini cum ædi. &c. *qđ est intelligendū de instrumentis ad dolationem lapidum pertinentibus, non autem de instrumentis pertinentibus ad coniunctionē & cæmētationem lapidum. Aliqui autē dicunt, quod lapides illi incidebantur sanguine cuiusdem vermis habente ad hoc virtutem, sicut lapis adamantinus scinditur sanguine hirci, & sic non erat ibi sonitus saltem notabilis.*

6 Ostium, &c. *ostium quod erat in medio lateris templi.*

si scriptura hæc significare voluisset, non ita diceret: *Ostium lateris medij in pariete erat domus dextræ*. Sed ita:& habebat ostiū domus ad Meridiem. Nunc aūt aliud significat. Partē nāque domus dextræ latus templi Meridianū dicit, in cuius parte Orientali ostiū erat in ipso angulo factum iuxta terrā: in qđ introeūtes statim ad altiora gradatim ascendebant, hñtes viam & ascensum per parietis interiora, donec tali itinere ad medium cœnaculum, & a medio peruenirent ad tertium. Et quamuis scriptura nō dicat, creberrimas habebant a Meridie fenestras, quarum luce certum & sine offensione iter agerent. Qui locus propriè ad corpus domini respicit, quod de virgine sumpsit. Ostium enim lateris medij in parte erat domus dextræ, quia vnus militum lancea latus eius aperuit, dextrum autem latus a milite apertum sancta credit ecclesia. Aperuit aūt dicit euangelista, quasi ostium medij lateris, p quod nobis iter ad cœlestia panderetur. Denique ita subiunxit: *Et continuò exiuit sanguis & aqua*. Aqua, scilicet, qua abluimur in baptismo: & sanguis quo consecramur in calice sancto. Per hoc enim ostium est nobis ascensus in medium cœnaculum, & a medio in tertium: quia per fidem & mysteria nostræ redemptionis de præsenti ecclesiæ conuersatione ad requiem animarū post mortē ascendimus, & de requie animarum adueniente die iudicij ad immortalitatem corporū, vt in magna corporis & animæ beatitudine perpetuò viuamus. Hoc inuisibiliter agebat, ita vt soli qui intrauerunt, nossent: quāuis per ipsum ostiū etiam foris positi viderent. Quia actus fidelium in hoc seculo & celebrationes sacramentorū etiam reprobi intueri possunt, sed arcana fidei & intimæ gratiam dilectionis nullus nisi qui per hæc ad cœlestia scandit, dño duce agnoscit. Qui enim dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Ostium templi dñs est, quia nemo venit ad patrem nisi per ipsum, vnde: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur*. Ostium porticus, sermo propheticu, qui quasi recto calle ingredientes ad ostiū tabernaculi perducebat: quia grām Christi qua mundū erat redempturus, prædicabat. Tota ergo porticus factura fideles illius temporis signat. Ostium vero in porticu doctores, qui cæteris lucem vitæ ianuamq; intrandi ad Deum pandebant exprimit. Et bene vnum ostium, propter consonam in omnibus sanctis fidem & dilectionem veritatis.

[margin: † tignis. s. excauatis instar fossarum, vel tabulis strictis instar costarū & tabulata, vel ordinē tabularū aut trabium cedris.]

[margin: Ioan. 19. f. — Ioan. 1. a. — Ioan. 14. a. — Ioan. 10. b.]

a *Ascendebant in medium cœ. & a medio in ter. Et æd. fi.* Beda. Notandum q. 30. cubiti altitudinis de quo suprà legitur, vsq; ad medium cœnaculū pertingebant: deinde 30. vsq; ad tertium addebantur, quousq; ad porticum quæ erat circa templū ab Austro, Aquilone, & Occasu tectū perueniebatur, sm Iosephum, deinde vsque ad supremum tecti templum 60. cubiti numerabantur: & sic tota altitudo domus sm Par. in 120. cubitos consummata est. Porticus quoque quæ erant ante frontem templi ad Orientem, secundum eundem librū eandem cubitorum summam in altitudine habebat, qui. s. liber prædictas porticus vocat cellaria & cubicula. *Dedit*, inquit, *Dauid, Salomoni filio suo descriptionē porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in abditis domus propitiationis*, vbi etiam exteriorum domorum, quæ erant extra atrium sacerdotum in circuitu templi meminit sic: *Necnon & omnium quæ cogitauerat atriorum exedrarum per circuitum in thesauris domus domini, & in thesauris sanctorum*. Quod autem omnis altitudo templi centum viginti cubitorum erat, significat quòd primitiua in Ierosolymis ecclesia post ascensionem domini hoc numero virorum gratiam Spiritussancti accepit: quia quindecim quæ ex septem & octo constant solent ad significationē referri vitæ quę nunc in sabbatho geritur animarum fidelium, & perficietur in fine seculi resurrectione corporum immortaliū. Quindecim verò in trigonum ducta, id est, cum oībus suis partibus annumerata 120. efficiunt. Bene igit centenario numero & vicenario magna electorū beatitudo in futuro designatur. Aptè in hoc tertium domus dñi cœnaculum consummatur; quia post præsentes fidelium labores, post acceptam in futuro requiem animarū plena totius ecclesiæ felicitas in resurrectione cōplebitur. Ad quod pertinet, quòd resurgēs a mortuis dñs, & ad cœlos ascendens, hoc numero virorum spiritumsanctum in linguis igneis misit, quò eos qui diuersis linguis distabāt cognatione linguarum, communem fecit habere sermonem. Ecclesia enim suo tempore resurgens & cœlos carne incorruptibili ascendens, plenè & perfectè dono spiritussancti illustrabitur, qñ erit Deus omnia in omnibus ad prædicanda magnalia Dei: quia consona mente & voce omnes diuinæ maiestatis gloriam collaudabunt.

[margin: Ibidem. — 1. Par. 28. c.]

medij in pariete erat domus dextræ, & per [1] cochleam ascendebant in medium cœnaculū, & a medio in tertium. Et ædificauit [2][3] domū, & consummauit eam. Texit quoque [4] domū † laquearibus cedrinis, & ædificauit [5] † tabulatum super omnem domū quinque cubitis altitudinis, & operuit domū lignis cedrinis. Et factus est sermo dñi ad Salomonem, [6] dicens: Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea gradiens per ea, firmabo sermonem

[margin: † thalamū cū omni domo.]

b *Laquearibus*. Beda. Laquearia sunt tabulata, quę magno decore composita & ornata, ab inferiori parte trabibus affiguntur, & quia ternę altitudinis domus domini facta erat, terna habebat laquearia. Sancti sublimioribus, scilicet, quorum opus & doctrina cunctis in templo proposita, quasi longius in alto præeminent. Quique intercedendo, exhortando, animas infirmorum ne deficiant, protegant.

[margin: Idem cap. 9. 1. Cor. 15. d.]

c *Cedrinis*. Cedrus arbor imputribilis, odoris iucūdi, aspectus nitidi, serpentes accensa nidore fugans & perimens. Quę pfectis conueniunt, quorum insuperabilis patientia, fama virtutum eximia, presentia bonis gratissima, autoritas ad reuincendos & contutandos veritatis inimicos constantissima. Qui & in hac vita, & in futura singulari eminentia prefulgent, loriculas significat, quę in supremo domus tecto per circuitum factę erant, ne quis ad altiora perueniens repente laberetur ad ima, quod in omni domo pręcepit fieri Moses. & hęc suprà latera vocata sunt, vbi dictum est: *Et fecit latera in circuitu*. In quibus diuina pręsidia figurantur, quę nos adhuc in seculo laborantes, & pro captu nostro ad superiora nitentes, quotidie ne deficiamus, adiuuāt. Similiter quoque hunc locum intelligimus: sed ea distinctione, quòd in hac vita inter crebra vel hostis impacati tentamenta, vel nostræ fragilitatis obstacula continuo supernę pietatis munere, ne corruamus, defendimur. In illa verò vita supremū tēpli tectū cōscēdimus, vt nec velimus vltra peccare, nec possimus: nec vllo mortis dolore vel tētatis aduersarij metu afficiamur. De pñtib. dñi auxilijs quasi de lateribus tabulatorū dicit ipse dñs. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*. De futura aūt gratia, qua superna ciuitas illustratur, dicit propheta: *Lauda Ierusalem do. &c. vsque fines tuos pacem, &c.* Bene autem hoc tabulatum quinq; cubitis altū est: quia in illa patria præsent. a diuinæ claritatis ita nos implet; vt visus, auditus, olfactus, gustus, tactusq; noster nihil dulce habeat nisi diligere Deum ex toto corde, tota anima, tota virtute, & proximum tanquam nos ipsos.

[margin: Cedrus. — Psal. 19. e. Ibid. 147. a.]

d *Tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis*. Bed. Hic supremū ipsius domus tectum dicitur tabulatum, illud quod supremis trabibus suprà positū erat. Non hēbat tēplū culmen in superioribus, sicut nec tabernaculū, sed erat ęquale, quomodo in Palęstina & Aegypto fiunt domus. Tabulatum autem quo operta est domus, idē qđ laquearia signat. Idest, eximios in resurrectionē viros & singulari sanctitate ad ipsum virtutis apicē puenientes, de quorum uno dicitur: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*. De cuius cōpare dicit: *Ipse præcedet ante dominū in spiritu & virtute Eliæ. Et ædifi-*

[margin: Ibidem. — Lucæ 7. d. Ibid. 1. b.]

NICOLAVS DE LYRA.

1 In pariete erat domus dextræ, &c. *id est, in pariete dextro templi: & hic erat paries Meridionalis qui erat dexter egredientibus de templo; Iosephus tamen dicit, quòd erat in angulo muri in parte Orientali.*

2 Et per cochleam. *id est, ascensum tortuosum, qui Gallicè vocatur* victz.

3 Ascendebant in medium cœnaculum, & a medio in tertium. *id est, in mediam mansionem templi & superiorem.* Texit

4 Texit quoq; domū laquearibus cedrinis. *Gallicè lambrois.*

5 Et ędificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis. *Istud erat tabulatum tertium. de quo suprà dictum est, & isti quinque cubiti erat mensura clausuræ, quæ erat in circuitu ne homines caderent, factæ ad modum propugnaculorum quæ ascendebant in altum per quinque cubitos, exceptis locis vbi erāt cancelli, seu propugnacula. vbi homines poterant se apodiare & respicere inferius.*

6 Et factus est sermo Domini ad Salomonem. *post talem consummationem domus.* Et ædi-

a *Et ædificauit parietes.* Beda. Intrinsecus quidē domus cedro erat vestita, nam forinsecus lapis de quo facta erat tanto nitore fulgebat, ac si esset cādido calculo tecta. Mystice vero parietes templi sunt fideles populi, quib. vniuersalis ecclesia consistit. Quorū dilatationem per orbem latitudo parietum designat, spem vero & intentionem ad cælestia erectam, altitudo. Vel latitudo parietis quæ ex ordinibus lapidū inuicem superpositis cōstat, præsentis statum ecclesiæ vbi electi supra fundamentum Christi omnes ædificati sibiinuicē in ordine per temporum curricula succedunt, seque inuicē portantes legem Christi quæ est charitas implent. Dum enim qui a præcedentibus magistris erudiuntur, alios erudiunt, quasi superpositis inuicem ordinibus lapidum viuorum in domo Dei, sic ab alijs fixa constantia portantur, vt ad alios portādos ipsi sufficiāt vsque ad vltimos iustos, qui in summo domus cacumine locati portantur ab aliis, sed non habent quos portent.

meum tibi, quē locutus sum ad Dauid patrem tuum. Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel. Igitur ædificauit Salomon domum, & consummauit eam. Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis. A pauimento domus vsque ad † summitatem parietum, & vsque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecus, & texit pauimentū domus tabulis abiegnis. Aedificauitq; viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, a pauimento vsque ad superiora, & fecit interiorem domū oraculi in sanctumsanctorū. Porro quadraginta cubitorū erat ipsum templū pro foribus oraculi. Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur,

a ¶Occidentalem: ab ortu enim solis ingressum habebat templum, & ab occasu domum interiorem, idest, sanctasanctorum.

† parietes cognationis.

b *Parietes domus.* operiuntur cum corda fideliū amore uirtutum redundant. Sicut enim cedrus perfectos significat, ita locis opportunis celsitudinē virtutum, quibus ad eandem peruenitur perfectionem.

c *A pauimento.* Teguntur omnia lignis, *a pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia.* cum electi a primis fidei rudimentis vsq; ad perfectionem bonæ actionis, & vsque ad ingressum patriæ cælestis insudant operibus bonis, cum a primis iustis vsque ad vltimos in consummatione seculi omnes virtutibus student, quarum merito dicere audeant. *Christi bonus odor sumus Deo.*

2. Cor. 2. d.

d *Et texit pauimentū.* Hoc in Paralip. plenius scriptum est sic. *Strauit quoque pauimentum tēpli pretiosissimo marmore strato multo decore.* Vnde patet, quod tabulas abiegnas quib. pauimentū texit, non in terra posuit, sed primo illud marmore protexit deinde tabulas superposuit, & tertium his duob. auro vestitum addidit, vt in sequentib. legitur. Sicut autem altitudo parietis in altum exurgens, & vsque ad laquearia perueniēs profectus virtutum, quibus electi ad celeste regnū perueniunt vel ipsos electorum choros sibi per tempora varia succedentes significat: ita æqualitas pauiment concordem eorum humilitatem, qua in temporali adhuc vita positi socialiter charitate dictante conuersantur. Pauimentum pretiosissimo marmore erat stratum multo decore: idemque marmor tabulis abiegnis tectum: quia vita iustorum primo fidei firmitate præmuniendā in corde, deinde virtutum latitudine ornanda est in opere. Quid enim vtilitatis habet decor marmoris pretiosissimi lignorum tabulis tectus: nisi aliquid tacitè signaret, & bonorum operum amplitudinem fortitudine fidei in temeritate fulciendam demonstraret? Abies verò propter altitudinem & durabilitatem mentem electorum infima desideria spernentem, & cœlestium contemplationi inhærentem, virtute quoque patientiæ singulariter excellentem congruè significat. Auri autem laminæ marmori & tabulis abiegnis superpositę, latitudinē charitatis de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta: quæ sicut aurum alijs pretiosius metallis, ita ceteris eximior virtutib. in templo Dei singulari luce refulget. Vnde Apost. Cū plurima virtutum bona, quæ hoībus humilibus sunt seruanda, pauimentum enumeraret, dicēs: *Induite vos viscera misericordiæ, benignitatē, humilitatē, patientiam, &c.* subiunxit: *Super omnia autem charitatem habentes, &c.*

Ibidem. 2. Para. 3. b.

1. Tim. 1. a.

e *Aedificauitq; viginti.* Quæ tabulata quæ interiorē domū ab exteriore separāt a pauimento vsque ad superiora dicit esse ędificata, non usque ad laquearia significat, quæ triginta cubitis erant in sublime a pauimento suspensa, vt dictum est, sed tantum vsque ad viginti cubitos altitudinis ut dicet. Reliquū uero erat super hęc tabulata apertum, & inane usque ad laquearia cubitorū 10. altitudinis, & cub. 20. longitudinis iuxta latitudinē domus. Per quam nimirum ianuam fumus incensorum de altari thymiamatis solebat in sanctasanctorum ascēdere, & ad arcam domini operiēdam penetrare. Prior domus in q̄ semper introibāt sacerdotes sacrificiorū officia cōsummātes, præsens ecclesia est, in qua quotidie piis insistentes operib. dño sacrificia laudis offerimus. Interior quæ ad posteriorē templi partem facta est uita ęterna in cęlis, exterior quidē conuersatio nři exilij. Interior uero q̄ in prę sentia summi regis perpetua beatorū spirituū solennitas agitur, vnde. *Intra in gaudium Domini tui.* sed posterior tēpore, quia post seculi labores. Tabulata autem quæ vtramq; diuidunt, claustra cæli sunt, quorū apertionem quotidie suspiramus, & pia instantia pulsamus vt aperiantur, & si non ante mortem intrare permittit, apertam tñ hēmus ianuam diuinæ pietatis, qua orationū, eleemosynarū, ieiuniorū, & aliorū bonorū thymiamata præmittimus. Hoc est. n. q. paries cedrinus domus interioris ianuā habebat in superioribus per totum qua fumus incensorū intraret, quia oculi domini aperti sūt super domum, eius die ac nocte, & aures eius in orationem seruorū intentæ, & hoc per totam ecclesiæ altitudinem diffusæ per orbem.

Coloss. 3. b. Bed. l. li. de templ. Salo. cap. 10.

Matt. 25. b.

f *Porro.* Decem quater ducta 40. faciūt, vñ populus ab Aegypto liberatus in figura pręsentis ecclesię 40. ann. in eremo laborauit, & pane cęlesti reficiebatur, & sic ad promissā peruenit patriam. Exercetur. n. tentationibus 40. an. vt labores ecclesiæ quibus per totum orbē in obseruanda lege desudat insinuet Pascitur manna de cælo per eosdem 40. an. vt oñdantur passiones ecclesiæ spe denarij cælestis & æternę beatitudinis leuiandæ, vbi qui esuriunt & sitiunt iustitiam saturabuntur. Pascitur ergo in præsenti ecclesia & aduersis affigitur, vt spe gaudens in tribulatione sit patiens. Vñ & Christus 40. diebus ante mortem carnis ieiunauit, & totidē post resurrectionem epulabatur cum discipulis suis apparens eis in multis argumentis, & loquens de regno Dei. Ieiunando ostendebat in se nostrum laborem, manducando vero in nobis suam consolationem. Ieiunans clamabat. *Attendite ne grauentur corda vestra cra. & ebrie.* Manducans autem dicebat. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi,* Iterum, *videbo vos & gaudebit cor vestrum, &c.* Dum enim viam Dei carpimus, & a vanitate pñtis seculi ieiunamus, & futurę promissione reficimur. *Poro. qua. cu.* Hic numerus in signatione præsentis laboris ponit', sicut quinquagenariæ futuræ quietis & pacis. Decē enim sunt præcepta quib. ad vitā venitur. Denario. n. signatur vita quā desideramus, & pro qua laboramus quadrat' vero mūdus i quo p̄ eadē acquirēda certamus. Vñ *De regionib. cōgregauit eos. A solis ortu et occasu, ab Aqlo. & mari.*

Ibidem.

Num. 14. f. Deut. 9. a.

Exod. 16. d. Neem. 9. d. Matth. 5. a.

Matth. 4. a. Act. 1. a. Luc. 21. f. Matt. vlt. d.

Ioan. 16. a.

g *Et ce. omnis.* Cedrus insuperabilem virtutum venustatē signat, quo ligno omnis domus intrinsecus vestitur, cum corda iustorum solo bonorum operum amore nitescunt.

Habens

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ædificauit. *Hic describitur dispositio parietum templi à parte interiori, qui erant operti tabulis cedrinis vsque ad primum solarium, vt dictum est supra.*

2 Et texit. *quod erat de pulchro marmore, vt prædictum est.*

3 Tabulis. *Hæbrei dicunt, buxinis, vt prædictum est.*

4 Aedificauitque. *Hæc est tertia pars principalis huius capitul. vbi primo describitur distinctio domus interioris ab exteriori per parietē medium cum dicitur.* Aedificauitque, &c. posteriorem par. *idest, ad Occidentalem partem, ibi enim erat domus interior, & secundum Hebræos habebat tantum 20. cubitos a pauimento vsque ad primum solarium, ita quod erat breuior in altitudine 10. cubitis, secundum vero doctores catholicos altitudo vtriusque domus erat æqualis vsque ad solarium, sed 20. cubiti qui hic describuntur erant mensura parietis diuidentis domum interiorem ab exteriori, qui ascendebat in altum per 20. cubitos tantum, & 10. cubiti remanebant aperti inter parietem istum & solarium, vt fumus ascendens de altari incensi, quod erat in domo exteriori iuxta hunc parietem, transiret intra domum interiorem per aperturam illam.*

5 Porro. *idest, domus exterior, quæ vocatur templum, eo quod tenebat duas partes longitudinis templi.*

6 Pro foribus ora. *quia domus exterior erat immediate iuxta ostium domus interioris.*

7 Et cedro omnis. *in parietib. & tecto, vt frequenter iā dictū est.*

Habens

a *Habentem*, Hēt domus iā tabulis cedrinis tornaturas suas, & iuncturas fabrefactas, cū electi adinuicē pulcherrima charitatis copula nectuntur, vt hēant cor vnum, & a.v. Tornaturę.n. quæ iuncturis tabularum opponūtur, vt vnum tabulatū fiat ex omnib. officia sunt charitatis quib. sancta fraternitas copulatur, & in vnam Christi domum toto orbe terrarum componitur.

Ibid.c.11.

b *Cælaturas*. Opera sanctorum manifesta expressione quales sint in exemplum alijs proferunt. Vnde Paulus & factis & dictis se in exemplū ꝓponit.

1.Thess.1.b. Tit.2.b.

c *Omnia cedrinis, &c.* Lapides parietis vel pauimentū & tabulæ & aurum sanctorum vitam significant, sed lapides viui sunt sancti fortitudine fidei in vnam eandemque regulā conglutinati. Tabulæ cedrinæ vel abiegnæ latitudine variarum virtutum secūdum donationes spiritussancti vna in fide ad alterutrum cōnexi. Auri laminę sunt supereminētium sciētię charitatē hn̄tes huiusque fulgore gratissimo adinuicē cōgaudētes. Hęc tria Apostolus vna sententia cōplectitur, dicēs. *Nā in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur.* Fidem enim inuictam lapis significat, cedrus actionē odoriferam, aurum transcendentē oīa dilectionē. Vestiturq; lapideus paries tabulis cedrinis cū ꝓfessio fidei bonis ornat̄ operib. ne odiosa uideatur aut mortua. Sed qa lex in lapide scripta, doctrina euāgelij per lignū crucis confirmata, vn̄ & populus ille lapide circūcidebat̄ in ꝓputio, nos signo crucis consecramus in frōte. Possunt parietes tēpli lapidei, vel pauimentū pretioso marmore stratum significare eos, q in lege fideliter & pfecte vixerūt. Tabulę vero cedrinę vel abiegnę sanctos noui test. qui abnegātes semetipsos, & tollētes crucem suam dn̄m sequuntur. Et quia vtriusque tēporis sanctos manet cōis gloria supernæ retributionis, lapidibus & lignis ptiosis addit̄ tertia species aurearū laminarū. Nec contrarium uideatur, quod supra diximus, porticū q̄ erat ante templum antiquos fideles figurare, ipsum vero tēplū eos qui post incarnationem dn̄i fuerunt, porro domū interiorē regni cęlestis gaudia vtriusq; promissa, nunc aūt dicimus parietes lapideos antiquū Dei populū, tabulata cedrina nouū, aureas laminas vtriusq; in cælis pmia designare, cum iidem parietes tēpli, & in porticu, & in ipso tēplo, & in sanctissanctorum pariter fuerint de lapidibus & lignis auroq; compacti. Multiplex est.n. in diuersis reb. earūdem repetitio figurarum. Sed & hoc dicendum, quia fuerūt in lege, & añ legem plurimi qui legaliter dn̄o seruirent, non occidentes, nō fornicantes, non falsum testimonium dicentes, non furtum facientes, honorātes patrem & matrem, & diligētes ꝓximos sicut seipsos Hi ad parietes porticus lapideos ptinebāt. Fuerunt alii perfectiores, qui relictis mūdi negotijs, assumpta cruce dominum sequebātur, ludibria & verbera experti, insuper & uincula & carceres, &c. Hi qui añ manifesta tēpora euangelij vitam duxerūt euangelicam, ante ingressum tēpli, quasi tabulata cedrina in porticu fulgebāt, quos quia idē regnum cęleste communiter (quāuis in discretis mansionib.) recipit quasi porticus templi post lapidē & cedrum auro cooperta est. Nunc quoque sūt plures, qui legalibus contenti præceptis prædictis sufficere sibi credunt, si ad vitam venire mereant̄. Sunt alii qui ad perfectionem nitentes, oīa sua vēdūt, & sequuntur dominū dicentē. *Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis, &c.* Hi ad parietes templi de albo lapide factos, illi ad cedrinas ptinētes tabulas pręmia perpetuę lucis a domino quasi auri laminas quibus decorentur, expectant. Sunt in abditis tēpli lapides pretiosi, sunt tabulæ ligni aromatici vnaque auro cooperta, quia in lege domini ambulauerunt, & qui gratiā euangelij perfecte susceperunt, æterna vita pariter perfruuntur.

† intrinsecus.

Matth. 19.d.

a habens † tornaturas & iuncturas suas fabrefa- b ctas, & cælaturas eminentes. Omnia cedrinis c tabulis vestiebantur, nec omnino lapis appare- d re poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, vt pone-

a ¶Parietem cedrinum significat qui oraculum idest, sancta sanctorum ab exteriori æde separat, ut prædictum est.

e ret ibi arcam fœderis domini. Porro oraculum habebat viginti cubitos lōgitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis, & operuit illud atque vestiuit auro purissi- f mo. Sed & altare vestiuit cedro. Domū quoque g † ante oraculum operuit auro purissimo, &

1 2 3 4 5

d *Oraculum.* Beda. Oraculum vbi erat arca, habebat vicenos cubitos in longitudine & latitudine & altitudine, idest, per quadrum, quia in superna patria vbi Christum regē vident oculi sanctorum, sola charitas diuinæ & futuræ gratiæ per omnia fulget. Vnde sequitur, *& operuit illud atq; vestiuit auro purissimo.* quia supernę mœnia ciuitatis gratia charitatis impleuit. Hoc supra expositum est, quia.s. interior domus secreta cæli & arca fœderis saluatorem in quo fœdus pacis apud patrem habemus significat, qui post resurrectionem ascendens in cęlum carnem sumptam de virgine in patris dextera collocauit.

Ibidem.

† picturas instar fundæ & colocyntidarum, & cælaturas instar florum. Idem.

e *Porro oraculum.* Bn̄ autem interior domus 20. cubitos longa est, pro mysterio geminę dilectionis, de qua iā dictū est, quæ i hac vita ex parte maxima illustrat electorū mētes, sed in illa patria cessantibus aliarum virtutum operibus sola regnat.

f *Sed & altare.* Thymiamatis, scilicet, quod erat añ oraculū, de quo subditur, *& totum altare oraculi texit auro.* vñ intelligitur, quia idem altare de lapide factum, cedro vestitū, deinde auro coopertum esset. Altare.n. thymiamatis qđ in domo exteriore, sed prope ostium erat interioris, typus est ꝑfectorum, qui carne adhuc in mūdo retēti, sed omni desiderio ad celestia suspēsi, velut incenso thure fumum ascendentē in sanctasanctorū emittunt, quia superno amore flagrātes crebris orationum vocibus aures sui pulsant autoris, apertaq; late ianua fumus incensorum in superiora venit, qa quāto mundiores & cælo viciniores, tāto citius a domino quæ poscūt accipiunt. Hoc altare perfectorū vitam significat, qui quasi in vicinia oraculi positi, desertis infimis delectationib. ad solum regni cælestis ingressum curam intendūt. Vñ in hoc altari non carnes victimarum, sed sola incendebāt thymiamata, quia tales non adhuc peccata carnis, & illecebras cogitationum in se mactare opus hēnt, sed tātū orationum & desideriorū spiritualium odoramenta per ignem interni amoris in conspectu conditoris offerunt. Quid autem lapis, cedrus, aurumque significent supra dictum est.

Ibid.c.12.

Typice.

Nota.

g *Domum quoque ante oraculum.* Beda. Domus ante oraculum auro tecta est, quia perfecti in hac vita necdum de patre palam audire.i. necdum palam videre queunt, sed fide & opus iustitiæ diuino ornant amore, ꝑ quam plenā Dei cognitionem mereantur. Laminę aureæ quibus operitur domus, operationes sunt multifariæ pietatis: quas in obsequiū creatoris vel fraternę necessitatis castus amor impendit. Domū ante oraculū præsentē ecclesiam significare diximus, vbi ita redemptoris nostri amorē flagramus: vt nondū ipsum videre facie ad faciē ualeamus. Vnde bene hęc domus auro purissimo cooperta est, sed interposito medio pariete ab oraculo secreta. Oraculum.n. vocatur cum diuina hominib. vel angelica allocutio cum secretorū reuelatione conceditur. Vnde bene oraculum in abditis, idest, interiore domo factum est, quia in superna patria angelorum nobis uisio & allocutio & ipsa Dei præsentia reuelabitur. Vnde. *Ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.* Et iterum. *Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, &c.*

Oraculum.

Ioan. 14.c. Ibid.16.f.

Clauis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Habens tornaturas. *idest, subtiliter & artificiose factas.*

2 Et cælaturas emi. *quia imagines cherubim & palmarū & variarum picturarum erant sculptæ in tabulis illis, vt hētur infra. Et laminæ aureæ desuper positæ et ant sic factæ, vt apparentur illis sculpturis.*

3 Oraculum. *Dicitur autem interior pars, quia erat remotior ab ingressu templi.*

4 Et viginti cubitos. *In hoc differunt Hebræi a nostris doctorib. qa Hebræi dicunt ꝙ tota altitudo oraculi vsq; ad solarium erat 20. cub. tm̄. Nostri vero dicunt quod isti 20. cubiti erant altitudo parietis diuidentis oraculum a domo exteriori, & 10. cubiti desuper remanebāt aperti, vt supra dictum est.*

5 Sed & altare. *idest, tabulis cedrinis, & loquitur de altari incensi quod erat intra tabernaculum, & erat interius de lapide, & tectum desuper cedro, & super cedrum laminis aureis opertum, secundum et postea dicitur.*

Sed

a ¶Præceptis charitatis, vel promissis æternæ charitatis.

a † affixit laminas clauis aureis. b Nihilque erat in templo quod non auro texeretur. 1 Sed & totum altare oraculi texit auro. 2 Et fecit in oraculo c duos Cherubim de d lignis oliuarum, e decem cubitorum altitudinis. f Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinque cubitorum g ala cherub altera, id est decem cubitos habentes a summitate alæ vnius vsque ad alæ alterius summitatem. h Decem quoque cubitorum erat cherub secundus in mēsura pari, i † & opus vnū erat in duobus cherubim, id est altitudinem habebat vnus cherub decē cubitorū, & similiter cherub secū-

a Clauis aureis. Claui autem sunt præcepta charitatis, vel promissa ęternæ charitatis, quibus in exercitio virtutum ne deficiamus donante Christi gratia cōtinemur, vnde in Para. scriptum est. *Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos quinquagenos appēderent.* Quinquagenario enim signatur remissio peccatorum, & spiritus sancti gratia, & requies æterna, quia quinquagesimus est Psalm. pœnitentiæ & remissionis, quinquagesimus annus iubileus, quinquagesimo die post Pascha spiritus sanctus adueniēs primitiuam consecrauit ecclesiam. Et quinquagenorū siclorum erant singuli claui, quibus laminæ aureæ affigebantur in parietibus domus domini, quia uerba celestia, quib. in amore bonorum operum proficimus & conseruamur, veniam nobis promittunt peccatorum, & gratiam sancti spiritus, & sabbath sinū in futuro ęternum. Hi quidē sunt claui dilectionis. Sūt alii claui timoris quib. incipientes illecebras uitiorū & uoluptatem carnaliū mortificāt, sermones, scilicet ueritatis, quorū institutione carnem crucifigere docemur. Vn̄ propheta. *Confige clauis a timore tuo car.me.&c.* Qui rursum ad perfectionem ueniens de clauis dilectionis ait. *Mihi autem adh.e.Deo,&c.*

1.Paral.3.c.

Psalm 50.

Leuit.25.b.

Act.2.a.

incisio vna.

Psal 118.b.

Ibid.72.d.

b Nihilq; erat in templo. Hęc in Para. plenius explicantur, ubi porticus quę erat añ frontem templi deaurata esse intrinsecus, & cęnacula auro tecta perhibentur. Deaurata est porticus añ templū, qa patres uet. test. Deo p charitatem placuerūt. Deauratum est tēplū, quia eadem charitas diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Deaurata est domus interior, quia in superna patria sola charitas regnat. Sed ibi eo verius & securius, quo psens ipsi Deus qui est charitas vr̄, ibi eo certius quo ipse mediator Dei & hominū qui solus paternorum cōscius est secretorū, velut arca testamenti semper aspicitur. Quod autem cęnacula tecta sunt auro, ad idem respicit. Sicut .n. interior domus sanctorum vitam in conspectu conditoris significat. vnde. *Abscondes eos in abscon. vultus tui a conturba. hominum.* Ita cęnacula in alto eandem vitam. i. in celis esse, & non in hoc mundo. vnde, *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, et quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.*

2.Paral.3.a.

Ibidem.

Rom.5.a.

Psal.30.f.

Colo.3.a.

c Cherubim de lig. is. ✠ Damascenus. Audiant velim hostes imaginū, quod Deus ab initio hoīem ad imaginē suā efinxit. Qui fit igitur, vt alij alios adoremus, nisi quia ad imaginem Dei facti sumus? Nam vt ille magna rerum diuinarum eruditione præditus Basilius ait, Imaginis honor ad exēplar trāsit. Exemplar porro id est, cuius effigies exprimit, ex quo forma hinc ducta fit. Quid cherubim illa, quæ propitiatoriū obumbrabant, an non humanarum manuum opera erant? &c. Quia non omnibus hoc contigit vt literas norint, patribus visum est, vt refricandę memorię causa, imagines pingerentur.

L.4.orthod. fid.c.17.

Angelicę dignitatis vocabulum est. Et dr̄ singulariter cherub, pluraliter cherubim. Per cherubim ergo angelica ministeria, quæ conditori semper assistunt in cęlis, possunt intelligi.

Beda libr. de templo Salomon.c.13.

d Oliuarum. Quia angeli gr̄a spirituali sunt vncti, ne vnquam arescant ab amore Dei quos luce celestis sapientię mox ipse q creauit impleuit, unde & cherubim dicuntur. i. multiplicata scientia, uel scientiæ multitudo. De lignis oliuarum sunt facti, quia lucē nobis scientię tribuunt imminte flamma charitatis Dei, quæ per spiritum diffunditur in cordibus nostris.

Rom.5.a.

e Decem cubitorum. Beda. Decem cubitorum altitudinis sunt, quia denario ęternę vitæ fruuntur, habentes inuiolatam conditoris imaginem, seruata sanctitate & iustitia & veritate in qua conditi sunt. Denarius enim decem obolis constat, & continere in se regis nomen & imaginem consueuit. Ideo figuræ regni cælestis cōgruit, vbi angeli in imagine cōditoris ad quam facti sunt, semper manēt & electi homines imaginem quā peccando amiserunt, recipiunt, vnde. *Cum apparuerit, similes ei erimus & vi.eum sicut est.*

† clausit pessulis aureis pariete qui erat ante oracu ū & texit illum auro.

Ioan.3.a.

f Quinque cub torum. Alæ cum in sanctorum hominum figuram ponuntur, virtutes eorum significant, quibus ad cælestia volāt & conuersantur. Cum vero in significatione angelorum ponuntur, gratiam perpetuæ & indefectiuæ fęlicitatis eorum, qui semper in cælestibus, & in ministerio sui persistunt autoris. Vel quod leuitate spiritualis naturæ sunt pręditi, vt vbicumque voluerint statim quasi volando perueniant, & hic cum alijs figurati & prophetis ostensi sunt alati. Bene autem dicitur. *quia quinque cubitorum fuerit ala cherub vna, & quinque cubitorum ala cherub altera.* quia virtutes angelicæ legem Dei in quinque libris scriptam indefessa deuotione custodiunt diligendo, scilicet Deum suum ex omnibus viribus, & proximos tanquam seipsos. *Plenitudo enim legis charitas*, proximi eorum angelici sunt spiritus, & electi eorum homines conciues. Vnde vtraque ala eiusdem mensuræ est, quia eadem deuotione qua se alterutrum in Deo diligunt, nostram quoque ad se ascendentium societatem desiderant. Sicque similis alæ decem cubitos complēt, cum in geminæ charitatis exhibitione de conditoris præsentia lætantur. Quia in omni labentium rerum varietate sancti homines sensus corporis in obsequium conditoris extendunt, oculos habentes semper ad dominum audire & desiderare vocē laudis eius, & enarrare vniuersa mirabilia eius, dulcia faucibus suis habentes eloquia illius super mel & fauum, currentes in odore vnguentorum eius, dum superest halitus in eis, & spiritus Dei, in naribus eorum, non loquentes iniquitatem, nec stultitiam personantes, sicque per arma iustitiæ a dextris & a sinistris incedentes, ad cæleste, qui pro missus est vineæ cultoribus, veniunt denarium.

Ibidem.

Rom.13.c.

Psal.118.a.

g Ala cherub altera. Geminas habent alas: qa testamenta, q que per psspera, & aduersa indefesso proposito semp ad cęlestia tetendisse & peruenisse declarant, quia hoc idem suis auditoribus faciendum esse demonstrant.

h Decem quoque cubitorum. Beda. Alti sunt decem cubitis, quia per obseruantiam decalogi Deo seruiendum prædicant, quia Deo fideliter seruientes æterni regni denario remunerandos esse ostendunt.

i Et opus. Duo facti erant cherubim propter consortium charitatis significandum, quia minus quam inter duos charitas stare non

Ibidem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed & totum altare oraculi texit auro. *Et dicitur altare oraculi, non quia esset intra oraculum quod dicitur sanctum sanctorū, sed extra in domo anteriori: sicut declaratum fuit plenius Exod, 30. Sed p tanto dicitur altare oraculi, quia fumus inde ascendens intrabat oraculum per aperturam quæ erat super parietem diuidentem oraculū & domum exteriorem, vt prædictum est.*

2 Et fecit in oraculo. *Hic consequenter agitur de duob. cherubim existentibus intra oraculum, et altitudo cuiuslibet erat decem cubi. & singula ala quinq; cubit. & sic erant positi in oraculo, quod ala vnius protensa tangebat parietem Meridionalem oraculi, et alia ala attingebat ad medium oraculi, & ala alterius similiter protensa tāgebat parietem Aquilonarem, & altera ala protensa in medium oraculi tagebat extremitatem alæ alterius, & sic protensio alarum erat secundū totam latitudinem oraculi. Inter istos autem duos cherubim sub alis eorū erat arca testamēti, & duo cherubim quos fecerat Moises, & bene poterat ibi capi cum vectib. suis, quia arca testamenti habebat in longitudine duos cubitos et in altitudine cub tum et dimidium, spatium autem inter duos cherubim erat fere decem cubitorum, vt patet ex prædictis, et alæ eorum distabant a terra quasi per octo cubitos, vt patet similiter ex dictis. Et ex his patet litera vsque ibi.*

Texit

a dus. Posuitq; cherubim in medio templi interio b ris. Extendebant aūt alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secūdi tāgebat parietē alterum. Alæ autem alteræ in me-

a ¶ immortali claritate sublimauit dilectionis, luce repleuit.

c dia parte tēpli se inuicē cōtingebāt. Texit quo- 1

a ¶ Sanctæ scilicet ecclesiæ populos, quibus super fundamentum Christi locatis totius orbis ambitum repleuit, cœptum que fidei ædificium quotidie noua membrorum progenie quasi preciosorum lapidum appositionem augmentare non cessat.

que cherubim auro. Et omnes parietes tēpli per 2

a ¶ Quia alij datur per spiritum sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, &c. Charitas quoque gaudium, pax, longanimitas, &c. cælaturæ sunt sanctarum mentium.

d circuitum † sculpsit varijs cęlaturis & torno. Et

a ¶ Be. Quia dominus electos ad regulam scripturarum in quibus est multitudo scientiæ, vitam dirigere facit.

b ¶ Be. Cherubim facit, cum eos in hoc mundo castitatem angelicam pro modo suo docet imitari, quod maxime pignus laudibus diuinis vera dilectione Dei & proximi geritur.

e f fecit in eis cherubim & palmas & picturas † va-

† texit picturis instar fundarum & cælaturis.

† lorum.

A stare non potest. Vnde & discipuli bini ad prædicādū emittuntur, vt q verbū fidei prędicāt, virtutē dilectionis añ omnia teneant. Vnius mensuræ & operis duo sunt cherubim, quia nulla dissensio voluntatis in superna patria, vbi vna eademque præsentis Dei visione & gloria omnes illustrātur, quia vtriusq; testamenti scriptores eadem castitate operis & deuotione intimæ charitatis Deo seruiebāt. Deum voce & fide consona prædicabant, & quæ nouum de dominica incarnatione, passione, resurrectione, gētium vocatione, Iudęorū expulsione multimoda ecclesiæ tribulatione facta narrat, eadem virtus, si recte intelligit, faciendа p̄dicabat. Alæ igit cherubim interiores sup arcam se inuicē cōtingebant, quia vetus testamentum proprie antiquo Dei populo scriptum est, nouū nobis q post incarnationem domini venimus, & secundo parieti, idest, septentrionali recte comparamur, quibus post frigora & B tenebras idololatriæ lucem veritatis cognoscere datum est.

Beda. Possunt per duo cherubim duo testamenta figurari Qui cherubim in oraculo sunt facti, quia in consilio diuinæ prouisionis nobis inaccessibili & incomprehensibili añ secula dispositum est quando & qualiter quibus ve autoribus sacra scriptura conderetur.

Notandum sane, quia Moses dum tabernaculū faceret, fecit duos cherubim aureos, quos posuit in propitiatorio sup arcam. Salomon autem addidit alios duos multo maiores, quos in tēplo poneret, & sub eorū alis arcam in medio cū p̄pitiatorio & cherubim priorib. In tabernaculo ergo fuerunt duo cherubim, in tēplo quatuor. Sed idem vtique significāt sed repetitū est opus & angustius factū per Salomonem, vt doceretur, quia multiplicata post incarnationē domini ecclesia latius cælestium ciuiū panderetur sublimitas, qui sic conditorem de sua beatitudine collaudant, vt de nostra quoque ereptione, & ad eandem beatitudinem introductione cōgaudeant. Extendunt. n. alas adinuicem super arcam, cū ad laudem saluatoris referunt bonum quod acceperunt. Extēdūt alteras alas ad parietes oraculi, cū sanctos etiam homines secum videre delectantur, eosq; velut alarum summitatib. tāgunt, quos consortes & imitatores fuisse in hac vita suæ puritatis exultant. Duos autem æque parietes alis tāgūt, quia fideles vtriusque populi hēnt secum possessores aulæ cęlestis, nō q in illa patria sit distinctio localis inter vtrumq; populum, sed quia maior sit festiuitas internæ beatitudinis de consortio adunatæ fraternitatis.

a *In medio templi interioris.* Beda Manifestum est ex prædictis, quare cherubim in medio templi interioris sint positi, qui sēper habitāt in cælis. Extendebāt alas quasi ad volandū C quia semper habent animum ad obsequium diuinæ volūtatis paratum. Quod vero ala vna vnius cherub tāgebat parietē, & ala cherub secūdi alterū parietem, ad illā charitatis ad ministrationē ptinent quam nobis angeli exhibent. Qđ alteræ alę in medio tēpli se cōtingebāt, eā dilectionis grām qua se alterutrum complectuntur, exprimit. D

b *Extendebant autem alas &c.* Extendunt autem cherubim ad vtrunque parietē oraculi alas, quia lętantes in cęlesti patria iustos vtriusque plebis, visione quoque suę glorię ad laudē creatoris excitant, nec solum de illorum quos secum habēt intus iustorum felicitate lætantur, sed etiam nostri qui foris adhuc positi de profundis ad dominum clamamus, curam gerunt, vnde de eis in Paralip. scriptum est. *Ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum versæ erant ad exteriorem domum.* Quia scilicet a via veritatis in qua mox conditi positi sunt, nunquam aberrauerunt, & nos ab huius peregrinationis ærumna ereptos, ad suū desiderant peruenire consortium. Sic ergo pedib. stant erectis, sic alas auro tectas ad oraculi parietes extendunt, vt facies habeant versas ad domum exteriorem, quia angeli sic suam perpetuo innocentiā conseruant, sic de sanctarū animarū beatitudine in cęlis exul E tant, vt eis etiam quos in terris adhuc peregrinari cōspiciūt, opem ferre non desinant, donec ad cęlestē patriam introducant. *Omnes enim sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* Versas hēnt facies ad exteriorem domum, qa nostri q adhuc foris stamus, nec re ipsa sed spe salui facti sumus, scriptores eorum iam regnātes cum domino ipsumque laudantes curam gerūt salutis interpellantes pro nobis.

Ibidem.

2. Paral. 3.

Hebr. 1. d.

c *Texit quoque cherubim.* Circundati sunt auro, quia pręclaris scriptorum suorum operibus confirmata est autoritas testamentorū, manifestata autem per orbem cognitio est diuinarū scripturarum, vel interna gloria cælestium agminum. Vtrumque enim cherubim & angelos. s. & testamēta signāt

Idem ca. 14.

d *Sculpsit variis cælaturis.* Beda. Sculpuntur parietes torno, cum prompto pollent animo fideles ad faciendum quę dn̄s præcipit, hoc per singula dicentes. *Benedicam dominum in omni tempore.* Et *paratum cor meum Deus, paratum cor meum, &c.* Sculpuntur torno, tantum virtutibus intendunt, vt ab earum tramite nullis contrarietatibus, vel blandimentis auertantur. Quia enim tornatura cęteris artibus velocitate præcellit, & ipsa sibi regulam qua sine errore operetur seruat, bn̄ p hanc pia sanctorum vita signatur, quæ parata est semper ad obsequiū domini, & hoc implere sine diuerticulo errandi, longo vsu virtutum exercitata didicit.

Psal. 33. a.
Ibidem. 55. b.
Ibidem 55. b.

e *Et palmas.* Beda. Palmas facit, cum memoriā ęternę remunerationis sanctorum mentibus infigit, vt eo minus ab arce iustitiæ cadant, quo mercedem iustitię semper ante oculos habent.

f *Et picturas varias.* Facit picturas varias quasi p̄minētes de pariete & egredientes, cū omnes multipharias virtutū operationes fidelibus tribuit viscera. s. misericordię, benignitatē humilitatē, patientiā, modestiā, &c *super omnia autem charitatem quæ est vinculū perfectionis.* Hę virtutes cū in tātā electis cōsuetudinē venerūt, vt naturaliter insitę videant, quid aliud q̄ q vt picturę domus domini p̄minentes de pariete exeunt? F Quia

Col. 3. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Texit quoque cherubim auro. *Idest, laminis aureis. Duo vero cherubim quos fecit Moses erant toti de auro, quia erant valde parui respectu istorum. Forma autem arcæ testamenti, et duorum cherubim quos fecit Moses descripta fuit Exod. 25. Et ex hoc intelligi potest forma duorum cherubim, quos fecit Salomon, quia eiusdem formæ fuerunt sed maiores.*

2 Et omnes. *Hic reuertitur ad descriptionem parietum templi, & pauimenti, & patet litera ex dictis.*

Et in

rias, †quasi prominentes de pariete & egredientes. Sed & pauimentum domus texit auro, intrinsecus & extrinsecus. a 1 Et in ingressu oraculi b 2 fecit duo ostiola de lignis oliuarum, c 3 postesque angulorum quinque, & duo ostia de lignis oliuarum, postesque angulorum quinque. 4 Et sculpsit in eis † picturam cherubim & palmarum d † species, & anaglypha valde prominentia, 5 & texit ea auro, & operuit tam cherubim, 6 quam palmas, & cætera auro. e 7 Fecitque in

a ¶Idem ai e.tius dicit, vnus enim erat ingressus. sed duobus ostijs claudebatur & aperiebatur.

¶Vacat in plerisque.

¶Cuncta hæc supra in ornatu parietum templi posita & exposita sunt.

† Intrinsecus & extrinsecus.

† cælaturas in star tundarū.

† cęlaturas florum.

A Quia verba & opa veritatis nō adhuc ab alijs extrinsecus di scut, sed sibimet infixa radicitus parata semp ab intimis cor dis, quæ sunt agēda vel docēda proferūt. Diximus autem ꝙ pauimenti equalitas humilē cōcordiam fraternitatis signifi cat, vbi cū Iudæi, vel gētes, barbari, & Scythę, liberi & serui nobiles & ignobiles, cūcti se in Christo esse fratres & eundem patrem habere in cælis gloriātur. Cōcordissima. enim humilitas supernorū ciuium nulli dubia est. Texit ergo Salomon pauimentum domus auro in oraculo intrinsecus, & in templo extrinsecus, quia Christus angelos & animas iustorum in cælis plenario dono perfectionis impleuit, & peregrinantes in seculo ciues patriæ cælestis signaculo dilectionis æterno a mortalium vilitate secreuit. Vnde. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

1.Cor.12.b. Matt.23.b. Ioan.13.b.

B a *Et in ingres. orac. &c.* Bed. Vnus erat ingressus, sed duobus ostijs claudebatur, & eisdē reseratis aperiebatꝰ, sicut & templum & porticus ante templum, vnum tantum hēbant introitū. *Quia vnus dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus Deus*, vnꝰ in ecclesiam præsentem per baptismū, vnus in regnū celeste ꝑ opa fidei sperādus est introitus. Qđ vnus esset ingressus testatꝰ hoc qđ de arca sciptum est inferius. *Cumque eminerent vectes, & apparerent summitates eorū foris sanctuarium ante oraculum, nō apparebāt vltra extrinsecus.* vbi patēter (ni fallor) ōndi tur, qđ vnus erat ingressus oraculi factus e regione arcę quæ erat in medio eius. Cuius ingressus ostiola multiphariā signi ficant. Angelicos.n. spiritus, quorum ministerio in patriam cęlestem introducimur designant, & apostolos quibus datę sunt claues regni celorum. Qui accepta a domino ptāte ligā di atque soluendi, dignos intra regni ianuam admittūt, indignos excommunicādo elimināt. Opera quoq; iustitię quib. ad regnum cęleste peruenitur, per ostia quib. in sanctasancto rum ingrediebatꝰ possunt figurari. Vñ custoditio legū con summatio incorruptionis est, incorruptio autē facit esse proximum Deo, cōcupiscentia ergo sapiētię deducit ad regnū perpetuum. His omnib. apte congruit, qđ ostiola de lignis oliuarum sunt, quia & angeli & homines perfecti fructu mi sericordiæ & operibus lucis sese gloriosos in domo Dei ex hibent. Imo omnes electi per arma lucis & pietatis aditum sibi patriæ cælestis aperiunt.

Ibid. cap. 15. Ephes.4.a. Matt.16.c.

b *Duo ostiola de lignis oliuarum.* Beda. Duo sunt ostiola, quia Deum & proximum diligūt angeli & homines sancti, neq; ianuam uitæ nisi ꝑ geminam dilectionem possunt intrare. Vel quia vtriusque populi fidelibus, Iudęis, scilicet & gentibus eadem uitæ ianua reseratur.

Ibidem.

c *Postesq; angu.* Postes hēnt angulorum quinque, quia non solū animas electorum aula cęlestis recipit, sed & corporib. immortali gloria præditis in iudicio fores aperit, quinq; .n. sunt corporis sēsus. Vel uterq; postis oraculi altus est quinque cubitorum, qa solis illis supernæ patriæ introitus pandi tur, q omnibus corporis & cordis sensibus domino seruiūt. corporis. s. cū per eos aliquid pro illa agunt, coruis vero cum sobrie & iuste pie cogitant de eis qui per ipsos corporis sen sus agere decernunt.

d *Anaglypha.* Posset dici sculptura facta in iunctura tabula C rū, sed large accipitꝰ. Bed. ἀνάγλυφα anaglypha Grece Latine dicuntur cęlaturę: quia virtutū operibus quę per orbem ecclesia i sanctis & ꝑfectis viris exercet, illi pręcipue qbus fidelium cura commissa, & claues cęlorū datę omni debent solertia insistere, ut quantū gradu. pręeminent cęteris, tātū præcellant merito bonę actionis. habent. n. in se picturam cherubim sculptā, cum angelicā in terris uitam ꝑ posse suo mente

D mente & opere imitantur. Habent palmarum species, cū supernā retributionem fixa intentione meditantur. Palma enim victricis manus ornatus est. Habent ἀνάγλυφα valde prominentia, cum certissima bonorum operum documēta & quæ nemo sinistre interpretari valeat omnib. ōndūt. Et hæc omnia sunt aureis laminis operta, cum cæteris uirtutum floribus specialibus in magnis ecclesiæ membris fulgor supereminet amoris. His ostiolis uelum additum est sicut in Para scriptum est. *Fecit*, inquit, *velum ex hyacintho purpura, cocco, & bysso, & intexuit ei cherubim decoris.* s. gratia, vt inter parietes deauratos etiam holosericū fulgeret. Sed in eadē significatione in qua & ostiola ante arcam atq; ingressum oraculi appensum, vt sicut ostiola congruis horis aperiebantur, sic & velum reuelaretur aduenientibus illis qui in sancta sanctorum intrarēt. Huius ergo veli sedula reuelatio, significat apertionē legis & regni cęlestis, q nobis per incarnationē Christi donata est. Vnde baptizato domino cęli aperti sūt, vt ostenderetur, quia per baptisma quod ipse nobis cōsecrauit, ianuā cęli debemus ingredi, & ipso moriente in cruce, idē velū scissum est medium a summo vsque deorsum, ōndens, quia figu E ræ legis iā finitę erant, & veritas euangelij, arcanaque cælestia, & ipse celi ingressus nō adhuc esset prophetādus & figu raliter significandus, sed statim oibus aperiendus qui ab ini tio mūdi vsq; ad id temporis in fide veritatis de mūdo tran sierunt. Quadragesimo. n. die post resurrectionem domini, omnes cū eo cęlū petierunt: remotoq; omni velamine mul tipharias i domo patris mansiones ꝑ meritis acceperūt. Nobis quoque q adhuc futuri eramus, eadē hora reseratus ē ingressus, sed nō nisi per interna internorū bonorū desideria, per fidē & sacrameta dominicę passionis, per feruorem synceræ dilectionis, per mortificationē cōcupiscentiæ carnis, & per quotidiana angelorū auxilia. Vnde idē velū sub quo in oraculū intrabatꝰ, ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso factū est, eiq; cherubim intexti. Hyacinthus. n. qui cęli colorē imitatur, supernorū desiderijs comparatꝰ. Purpura, quæ sanguine cōchiliorū cōficitur. & sanguineam præfert speciem, sacramentū dominicę passionis significat, quod nos imitari crucem nostram portādo dēmus, in cocco rubei coloris vir tus exprimitur amoris, de quo dicitur. *Nonne cor nostrū ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in via &c.* Byssus qui de terra virēs oritur, & longo artificum exercitio natiuū exuit virorem deducitur in alborē, castigationē carnis insinuat, cuius quasi humorē ingenitū exiccari iubet Apostolus dicēs *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, &c.* Ad quantū vero candoris gratiā velit ꝑduci, ōndit alibi, dicens. *Obsecro vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem sanctam, Deo placētem, &c.* Intexuntꝰ cherubim, & eisdem colorib. conficiuntur, cum vniuersis quę pie agimus, a venenatis dæmonū telis per angelorū præsidia domino do nante protegimur. Intexuntur cherubim, cum in bonis quę agimus multitudine sciētiæ indesinēter vtimur, respiciētes semper ad eloquia diuina, & ne forte a virtutem calle erremus, horum intuitu continuo vestigia nostra regimus.

2.Paral.3.d. Matth.3.d. Mar.15.c. Luc.24.c. Colos.3.a. Rom.12.a.

e *Fecitq; in introi.* Sicut ingressus oraculi quo ad arcam dñi cherubimq; peruenitur, introitū cęli significat, quo ad visionē Dei supernorumq; ciuiū nos introduci desideramus. Ita introitus in tēplum primordia nostræ cōuersionis ad Deū, quando in pręsentē ecclesiam, intramus. Iste ingressum nostrū ad fidē, ille designat ad spē. Vnde postes huius introitus quadrangulati sunt propter quatuor euāgelii libros, quorum doctrina in fide veritatis erudimur.

Postes

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in ingressu. *Hic consequēter agitur de ingressu sanctasanctorū cum dicitur.* 2 Fecit duo. *Et dicuntur ostiola, quia erant parua respectu ostiorum, quæ erant in introitu templi. Erant autem sic situata secundum aliquos, quod vnum erat prope latus meridionale tēpli, aliud prope latus Aquilonare in pariete diuidente sanctum et sanctū sanctorum. Secundum alios vero duo ostiola erant in eadem parte parietis, vnum in vna superficie parietis, alterum in altera, ita quod quando erant clausa. uidebatur paries quasi continuus ex vtraque parte.*

3 Postesque ang. *Quia postes vbi situata ista ostia erāt, sic erant dolati, quod superficies eorum secundum longitudinem suam habebat quinque angulos.*

4 Et sculpsit in eis picturam, &c. *Eo modo sicut dictū est supra de interiori parte parietum templi.*

5 Et Anaglypha, &c. *idest. cęlaturas prominentes. Et dicitur ab ἀνὰ quod est sursum, & γλύφω quod est sculpo.*

6 Et texit ea auro, &c. *Eo modo sicut dictum est supra, de sculpturis existentibus in parietibus templi primi.*

7 Fecitq, in introitu. *Hic agitur de hostijs in introitu templi, cum dicitur.*

Postes

introitu templi postes de lignis oliarum quadrangulatos, & duo ostia de lignis abiegnis † altrinsecus. Et vtrunque ostium duplex erat, & se inuicem tenens aperiebatur. Et † sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas † valde eminentes, operuitque † omnia laminis aureis, opere quadro ad regulam. Et ædificauit atrium interius

¶ Dilectionem Dei & proximi.

a *Postes de lignis.* Beda. Quadrangulatos ꝓpter quatuor .s. principales virtutes, prudētiam, fortitudinē, iustitiam, & tēperantiā, quarum velut fundamine firmissimo omnis bonorū actuū structura nititur. Prudentia .n. est, qua discimus quid nos agere, & qualiter viuere deceat. Fortitudo ꝑ quā ea quæ agēda didicimus, implemus, quas breuiter propheta complectitur, dicens. *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?* Illuminatio .s. vt quæ agere debeamus, edoceat. Salus vero, vt ad hec agēda confirmet. Temperantia est qua discernimus, ne plus aut minus iusto prudētiæ & fortitudini studeamus, & quia quisquis prudentia, fortitudine, & temperantia vtitur, vere est iustus. Quarta post prudentiam fortitudinem, & temperantiam, iustitia sequitur.

Psal. 27. a.
Temperantia.
† florum.
† auro directo quæ erant sculpta.

b *Altrinsecus.* Quia adinuicem respiciunt, vt vna sine altera haberi nō possit. Exterius ostiū dilectio, fraterna, interius diuina, quia illa prior tempore, hæc sublimior dignitate, & ꝑ illam ad hanc intratur, quia in amore proximi discitur, qualiter conditor debeat amari.

c *Et vtrumque ostium.* Beda. Quia in vtraque dilectione duo sunt principaliter obseruāda. In dilectione Dei fides veritatis, & puritas operationis. *Sine fide .n. impossibile est placere Deo, & Fides sine operibus mortua est.* In dilectione aūt fraternitatis patiētia, & benignitas, vnde. *Charitas patiens est, benigna est, vt dimittat .s.* ꝓximo ōīu iniurias, & eis benefaciat. Vñ. *Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis.* Hanc nobis dilectionē impēdi desideramus, dicētes. *Panem nostrum quotidianū da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Vtrunq; ostium se inuicē tenens aperiebat, quia iunctæ sūt virtutes, nec possunt separari, qa neq; fides sine operib. neque opera sine fide placēt, neq; iniurias ferre sufficit, qui ei quē tolerat necessaria nō impertitur, neque necessaria ministrare, q̄ illatas molestias nō nouit ex corde dimittere. Apertio .n. ostiorum non significat separationē virtutum, sed quod per harū coniunctionē ingressus ecclesię nobis magis magisq; patescit, vt quo his amplius abūdam⁹, verius sanctorum cętibus sociemur, sicut diuisio rubri maris ꝑ quā populus Dei Aegyptium persequentem euasit, nō diuisionem baptismi, sed apertionē signauit, qua extinctis peccatis omnibus ad littus & soliditatem virtutum transeamus.

B
Heb. 11. b.
Iacob. 2. d.
1. Cor. 13. b.
Luc. 6. f.
Math. 6. b.

Beda. Notandum, q̄ in egressu oraculi duo dicunt̄ fuisse ostia, sed nō duplicia. In templi vero .i. prioris domus introitu ita erāt duo ostia, vt vtrunq; esset duplex, qa in pśenti ecclesia talem nos ingredi & ducere vitam necesse est, in qua dilectionē Dei & proximi ꝑ fidē & operationē, per patientiā & benignitatē seruemus. In futura aūt uita ubi Deum & ꝓximos in luce æternę beatitudinis uidebimus, eadē gemina dilectione sine labore, sed in summa dulcedine perfruemur. Vñ introitus interioris domus duo hēbat ostia, sed simplicia. Non .n. ibi fides necessaria est, ubi q̄ uūc credimus, & speramus manifeste uidebimus, nec labor operū necessarius quia perpetua mercede eorū q̄ hic laboramus, donabimur. Nō necessaria patiētia, ubi nihil aduersi, nō magnificētia benignitatis, ubi nulla indigentia. Iuxta formā operis decoris gratia prouisum est, ut in eodē tēpli ingressu duo essēt ostia. Necesse .n. erat parietes domus, qui centum uiginti cubitos habebāt in altitudine, nōnullos etiam grossitudinis cubitos hēre, in cuius grossitudinis extrema parte ostia erāt affixa, ut ostiū utrunq; parieti esset æquale, & siue intus, siue foris tēplum quisq; positus ostiū aspiceret, unus ei paries ꝑ omnia esse videret̄. Similiter & drinus paries cū in lōgitudine & altitudine uicinorū eēt cubitorū, nō paruā habuit grossitudinem, ergo & in huius ingressu duo facta sunt ostia, vt ab vtroq; latere .i. intus & foris æquale parieti ostiū pateret. Et qm̄ eadē picturas ostium & paries habebat, vt vnus per omnia, & continuatim extentus paries videretur, vnum decoris gratia præcedens, aliud mysterij dispensationem præfigurans.

Ostia duo oraculi.
C
D

d *Et se inuicem.* Vel ostium quod se inuicem tenebat, aperitur, cum per ministeriū prędicatoris discernitur, qd̄ proprie ad cognitionem fidei, qd̄ ad viuēdi castitatē pertineat, quæ vtraq; nequeunt separari, & quod parū sit proximorū mala tolerare, & eis bona non cōmodare, cum hęc certissime soleant in corde perfectorum indissolubiliter permanere.

† & duo latera vtriusque ostii rotunda .i. de columnis rotundis.
† eglaui cælaturas instar, fundarum.

e *Et sculpsit cherubim.* Hęc sup. exposita sunt, quia in parietibus domus, & in ostiis interiorib. eædem picturæ uel cęlaturæ factę sūt, quia eadē arcana fidei spei, & charitatis, quę sublimes & perfecti sublimiter capiūt, & q̄ omnes electi plene in æterna uisione percipiunt, etiā catechizandis rudibus ꝓ suo cuiq; captu descenda & ꝯstēda tradunt̄, ut sacris initiati mysteriis q̄ nque ad capiēda ea q̄ pie crediderūt, perueniant.

f *Aedificauit atrium.* Beda De interiori atrio breuiter loquitur. de exteriori prorsus tacere ur̄ sed in uerbis dierū utriusque sit mentio, ubi scriptum est: *Fecit etiam atrium sacerdotum & basilicam grandē, & ostia in basilica quæ texit ære.* Atriū ergo interius qd̄ uocatur sacerdotū, eo qd̄ Sacerdotes & Leuitæ in eo ministrarēt, erat undiq; tēplo circundatū. Sed ab Oriente, unde tēpli erat ingressus multo longius a tēplo, quam a cæteris tribus plagis secretum quia in ea plaga, idest, in facie templi fiebāt ministeria sanctorū, ibi altare æneū ad hostias domino offerendas, ibi decē luteres ad eas lauādas, ibi erat mare eneū positum ad lauādas manus pedesq; sacerdotū, cū ad ministrandum intrarēt. Hēbat autem hoc atrium tres cubitos altitudinis, vt Iosephus narrat, vt ab ingressu tēpli cęteros prohiberet, & solis sacerdotib. hoc licere significaret. Eratq; ei ianua ad Orientalem plagā ad quam vsq, populus hostias suas & sacrificia inferebat a sacerdotib. suscipiēda, & ad altare pferenda. De exteriori vero atrio (qd̄ verba dierū basilicam grādem vocant) ita scripsit Iosephus. Extrinsecus aūt huius tēpli aliam ædificauit aulam quadrāguli schemate factam, erigens maximas porticus & latas excelsas & amplas, ꝑ quatuor mūdi partes in ea cōstituēs, quarū singulæ ad vnumquēq; ventū quatuor angulis attēdebāt, vbi aureas ianuas collocauit Et paulo post. In hoc ergo sacrariū oēs populi quibus purgatio & obseruatio legitimorū inerat, introibant. Has porticus Cassiod. in pictura templi quam in pariete posuit, sicut in psalmorū expositione meminit, triplici ordine distinxit. Primū .s. ordinem ponēs extra atrium sacerdotum ex omni parte per quadrū. Secundū eodem mō extra intimas porticus uersū in gyro vndiq; extremū similiter ex omni latere priorū porticuū in circumitu. Sicque templum triformi ędificiorū presidio ab omni parte erat munitū, facto paumēto sub diuo, inter edificia singula de marmore & parietibus domorū interioribus .i. eis q̄ ad templum respiciebant factis in columnis exterioribus solidis Sicque fiebat, vt omnis tēpli structura per graduū varietatē esset rationabiliter distincta. Nā in sancta sanctorum intrabat pōtifex, in ipsū templum sacerdotes purificati & nō purificati, vna cū Leuitis & cantoribus, in intimū atrium basilicę maioris viri Iudęi purificati stantes & orantes sub diuo si serenū esset, si tēpestas in porticus ꝓximas sese recipiētes in exterius atriū mulieres Iudęę purificatę, in extremum atriū Gētiles & Iudęi q̄ nuper uenerant ex gentibus, usq; ad sextū purificationis

E
L. de templo Salom. c. 16.
2. Paral. 4. c.
Cassiodorus
F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Postes de lignis. *idest, quatuor angelorum, & in hoc differebant a postibus oraculi.*

2 Et duo ostia de lignis abiegnis. *Hebræi, dicunt, buxinis.*

3 Altrinsecus. *Ista autem ostia magna erant, & erant in medio parietis Orientalis ipsius templi, & in medio duorum ostiorum erat postis fortis vbi claudebantur, ideo dicuntur esse altrinsecus, quia vnum erat ex vna parte illius postis, & alterum ex altera.*

4 Et utrumque. *quod exponitur dupliciter. Vno modo quod vnum erat in superficie exteriori muri, et alterum in superficie interiori, sicut dictum est de ostiolis oraculi. Alio modo, quod vtrumq; ostium esset de duabus partibus copulatis adinuicem fortiter, ita quod vna pars ostij posset claudi, altera remanente aperta, & sic, qd̄ quando totū aperiebatur, vna pars esset iuxta spissitudinem muri, alia iuxta latus eius, sicut videmus in ostijs quæ apud nos, dicuntur fracta. Et ideo sequitur.*

5 Et se inuicem. *quia una pars alteri copulabatur modo prædicto.*

6 Et sculpsit. *in istis ostiis eo modo sicut in parietibus templi.*

7 Et ædificauit atriū. *Hic vltimo agitur de atrio quod erat circa tēplum, & erat platea magna quadrata in circumitu templi, erat tamen altera parte longior sicut & templum. Et in parte huius plateæ quæ erat ante ingressum templi, erat altare holocaustorū, & mare vbi lauabantur sacerdotes, & luteres, vbi hostiæ lauabantur, et erat ista platea clausa muro facto ex tribus ordinibus lapidum diuersorum colorum. Et dicunt aliqui, quod isti ordines erant secundum spissitudinem muri, ita quod ordo lignorum cedri erat a parte interiori. Alii autem dicunt & melius vt videtur, quod isti quatuor ordines erant secundum altitudinem muri, sic enim melius apparebat varietas & decor operis.*

Anno

a ¶Fide, spe, & charitate. b ¶Quia necessaria est certa discendi solertia, vt quisque dignoscat quid credere, quid sperare, vel quid diligere debeat. c ¶Bona scilicet operatione sine simulationis corruptione, sine cuius adiectione fides, spes, & charitas vera esse non valeat.

a rius tribus[a] ordinibus lapidū[b] politorum, & vno[c] ordine † lignorū cedri. a ¶Regni Salomonis. b ¶Inchoata. Anno[a] quarto fundata[b] est 1 a ¶April scilicet inchoata. b ¶Eiusdem regis. domus dñi in mense Zio[a], & in anno vndecimo[b] 2 a ¶Octobri. b mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis. c Aedificauitque eam annis septem.

A nis diē. Hæc vt in pictura Cassiodori distincta reperimus breuiter annotauimus, rati cū ab antiqs Iudæis didicisse, neque virum tam eruditum voluisse in exemplum legendi proponere, quæ non prius vera esse cognouisset. Horū locorū meminit supremorū graduum Psal. qui ita incipit: *Ecce nunc bened. do. o. ser. do. qui sta. in domo do. in atriis do. Dei no.* In his porticibus Ieremias & alij prophetæ, in his dñs & Apostoli pdicabant. In harum aliqua sedebat dñs docens, qn̄ tentantib. Pharisæis oblata est ei mulier ad mortē iudicāda. In his inuenit vēdētes oues, & boues, & columbas: quos eliminauit de tēplo. In his Petrus & Ioānes claudum inuenientes sanauerunt & secum ingredientes interius ad orandū duxerunt. In his orabat ois multitudo populi, qn̄ incensum ponenti Zachariç angelus ad altare thymiamatis apparuit, eumque de præcursoris domini natiuitate perdocuit.

Psal. 133. a. Iere. 26. a. † rabium Ioan. 7. d. Ibid 8. d. Matt. 21. d. Act. 3. a. Luc. 1. a.

Hæc aūt atria cum porticibus suis aspectum templi de lōge aspicientibus abscondere non potuerūt, quia locus in quo B templū erat multo sublimior erat, quàm vbi porticus erant. Nā sicut Iosephus scripsit, extremæ atriorū fabricç cū in quadringētis cubitis essent erectę, tn̄ ad verticē mōtis in quo tēplum ædificatum erat, non puenerunt. Hæc quidē de structura tēpli studioso lectori credidimus intimanda: sed in eis quç sacra scriptura referre cōmodum duxit, figuras mysteriorū queramus: ceteris p historiç cognitione simpliciter vtamur. (Iosephus.)

Aedificium ergo tēpli intra atrium sacerdotū, perfectorū in ecclesia vitā exprimit, qui excellentia virtutum dño appropinquant, & alijs verbo & opere ducatum salutis ostendunt. Sacerdos. n. inde dicitur, q sacrum minorib. ducatum præbeat, quo nōie non solum altaris ministri epi, scilicet, & presbyteri, sed & omnes cēsentur qui altitudine doctrinæ & conuersationis prçeminent: nec sibi tantum, sed plurib. prosunt, qui dum corpora sua hostiā viuentem, sanctam, Deo placentem exhibent, sacerdotale ministeriū spūaliter exercēt. Vn̄ toti ecclesiæ loquitur Petrus: *Vos aūt genus electū, regale sacerdotiū gens sancta, populus acquisitionis.* Et antiquo populo dicitur: *Vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta.* (Sacerdos vnde. Rom. 12. a. 1. Pet. 2. b. Exod. 19. a.)

Basilica vero grādis quç erat extra atriū sacerdotū, in qua ois populus orare vel verbū audire solebat, carnaliū in ecclesia vitā moreq; figurat, qualibus dicit Apost. *No potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, &c.* Qui bn̄ per basilicā grandē signant, quia multò maior est in ecclesia talium, quā pfectorū numerus. Sed quantū pstant numero, tm̄ succūbunt merito. Vn̄ hæc basilica plurimos capit, non tn̄ eos in interiora tēpli deaurati, nō ad altaris offm̄, non in ipsum atriū sacerdotū intromittit, quia carnales & infirmi, etsi ob meritū castæ fidei & pietatis ad electorū sortē pertinent, lōge tn̄ C absunt vt illis exęquentur, qui cū fiducia profantur. Non audeo aliquid dicere eorum quç per me nō efficit Chrs in obedientiam gentium verbo & factis. *Bonum certamen cer. &c.* (1. Cor. 3. a. Rom. 15. d.)

Accedebat vulgus ad atriū sacerdotū, & hostias vsq; ad ianuā deferebat, susceptas a sacerdotib. & in altari oblatas oculis psequebatur. In ipsum etiā tēplū cū aperiebatur a lōge inspiciebat, nec tn̄ ēt sacerdotū atriū itrare poterat: sed de inferiorib. clamabat ad dn̄m: qa nec carnaliū in ecclesias simplicitas a dño despicitur, qn̄ fideliter quæ pnt vota pietatis, offerunt. Inspiciunt. n. a longe in templū dn̄i, cū vitā sublimiū discere & admirari gaudēt: & quos virtutis imitatione sequi nequeūt, piæ venerationis amplectunt affectu. Vidēt hostias sacerdotū in altari sacro igne cōsumi: quia magna maiorū opera cognoscunt a domino per spiritum dignanter accipi.

Afferūt hostias suas ad atriū sacerdotū p illas dño offerendas, dū bona q valēt operātes maiorū & doctorū exhortatione firmant, & itercessione cōmēdant. Offerūt ēt sacerdotib. hostias p illos dño cōmēdantes, cū sanctis egentib. necessaria qb. abundāt sub mercedis intuitu tribuūt. vnde: *Amen dico vobis, non perdet mercedē suā.* Ac sic vtrorūq; hostias in altari Dei idē ignis absumit: cū dn̄s eleemosynas diuitū vna cū magnis sanctorū virtutib. intuitu suo & retributione dignas iudicat. (Mar. 9. f.)

D Multitudo ergo credentiū, qui relictis possessionib. vno corde & vna aīa deseruiebat Deo, ipsa est templum Dei & locus intra atriū sacerdotū specialiter illi cōsecratus. Porrò basilica grandis, & orantes in ea circa atriū sacerdotū in gyro eos figurant qui eorum tpe credebant ex gentib. in Syria, & in Antiochia, cæterisq; puincijs & ciuitatibus, quibus Apostoli & seniores qui erant Ierosolymis non plus imponebāt oneris, quā vt abstinerēt ab idolis immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatiōe: quorum tn̄ oblationibus volebāt pauperes sanctorū qui erāt Ierosolymis sustētari, vt eis carnalia ministrantes spiritualiū eorū fierēt participes. Barnabas vero & Paulus cum socijs suis, qui oblationes eorum accipientes Ierosolymam deferebant, sacerdotes sunt: qui hostias suscipientes ad altare domini consecrandas perducunt, quia dona deuotionis eorum sanctis qui pro eis orarent, attulerunt. Atrium ergo positū inter E locū vulgi & sacerdotum, illam diuisionē significat, qua carnales in ecclesia nuperq; incipientes ab arce perfectorū non sorte electionis, sed meritorū qualitate secernit. Carnales. n. sufficere sibi credūt: si fidem, spem, charitatē, & operū mūditiam hēant. Perfecti super hęc oīa verbo pdicādo laborant, pauperibus oia sua tribuunt, vigilijs, ieiunijs, hymnis, canticis spūalibus, & sacris locutionib. operā dant, persecutiones, pericula propter iustitiam tolerāt, &c. quæ se Paulus fecisse gloriatur, prompta mentis deuotione exequuntur. Vnde sequitur: *Aedificauit atrium introitus tribus ordinibus.* (Act. 15. 1. Cor. 11. f.)

a *Et vno ordine.* Vnus ordo lignorū cedri bona est operatio sine corruptione simulationis exhibita, sine cuius adiectione fides, spes, & charitas vera esse non pōt. Ligna. n. cedri ppter odoris gratiā & imputribilem naturæ potentiā, perseuerantiā, & famam piæ actionis designant. Vsq; ad hoc atrium vniuersi cōscendunt electi, qui fide, spe, charitate, & opere, Deo placere appetunt. hoc alta meritorū gratia trāscendunt perfecti, cum in tanto virtutum culmine proficiunt, vt dicere auditoribus possint: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* & *nescitis, quoniam angelos iudicabimus, quantò magis secularia.* (Ibidem. 1. Cor. 4. d. Ibid. 6. a.)

b *Ipse est mens.* Beda. Quæritur quō dicatur domus domini in mēse octauo pfecta in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus, cū in sequentib. legatur mense septimo dedicationē eius esse cōpletā. Nec credibile est, q septē annis templū ædificans Salomon, octauo mense anni octaui pfecerit, vel vsque ad septimū anni noni mēsem dedicatione pfecti distulerit. Vn̄ potius verisimile vr̄ domum septem annis, & septē mensibus ædificatā, ita vt eodē mense 7. dedicatio sit celebrata, & die 23. ipsius mensis sm̄ Paral. Salomon dimisit populū in tabernacula sua. sicq; post vnā septimanā aduenie̅te mense 8. pfecta sit domus dn̄i operibus. s. vniuersis, & ipsa dedicatione prius cōpleta. Nisi forte putandū est, post dedicatū tēplum aliqd vtensiliū in ministeria eius additū fuisse vsq; ad ingressū † octaui mēsis accelerāte rege, ut eiuo mense 7. qui erat totus solēnis, tēplū dedicaret, & ita uerū reperiatur vtrūq; tēplum. s. 8. mense in oī opere suo & vtensilib. pfectum, & ipsum 7. mense dedicatū fuisse. Qđ aūt in 8. anno, & 8. eius mēse pfecta est domus in oī opere suo, ad futurū seculū diemq; iudicij pertinet, qn̄ ad tantā perfectionem ecclesia pueniet, ut quid ei amplius addatur, inueniri non possit. Tunc enim Christus ostendet nobis patrem, & sufficiet nobis. Dies autē iudicij octonario numero typicè exprimitur. quia hoc seculum quod agit, septem dieb. sequitur. Vnde Dauid Psal. pro octaua intitulauit, quem pro metu iudicij cantauit. dicens: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* (Quæstio. Beda lib. de tēplo Salom. cap. 17. 2. Paral. 2. c F † sexti Psal. 6. a.)

c *Aedificauitq; eā.* Quia ecclesia tota huius seculi tpe, quod 7. dierū circuitu peragitur ex electis construitur animabus; & in fine seculi suū crementū ad finē perducit. Vel ob significationem grāe spūalis: per quā ecclesia solum vt sit ecclesia, percipit, qa sine donis spūs nemo fidelis effici, vel fidem seruare, vel merito fidei ad coronam iustitiæ potest peruenire.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Anno quarto. *Hic agitur de consummatione operis, cū dicitur:* Anno quarto fundata est domus. *scilicet regni Salomonis, vt dictum est supra.*

2 Et in an. vn. *scilicet regni eius.* mense Bul. ipse. *aliqui corrigūt Elul, dicentes, eo quod vnus mensis apud Hebræos sic nominatur. sed hęc correctio est magis corruptio: quia ille mensis q apud Hebræos vocatur Elul, est sextus mēsis, s. September. Ille autem in quo perfecta est domus, est mensis octauus, vt patet in litera: & correspōdet partim septimo. s. Thezri, qui October apud nos dicitur, & partim octauo Nouembri, scilicet apud nos, apud Hebræos aūt vocatur cōiter marcsuam. in hoc autem loco vocatur Bul, vel Bol. vbi alias communiter habetur Ebul quod significat marcorem: quia isto tempore terræ nascentia marcescunt, & folia de arboribus cadunt, & incipiunt putrefieri.*

CAP.

A

CAP. VII.

DOmum autem suam ædificauit Salomõ tredecim annis, & ad pfectũ vsq; perduxit. Aedificauit † quoq; domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis, † & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas, & tabulatis cedrinis † vestiuit totam cameram, quæ quadragintaquinque columnis sustentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim † contra se inuicem positas,

† igitur, vel scilicet.

a †Quia de lignis Libani montis ædificata est.

a † Quæ uulgo, transporticus.

D

† super quatuor ordines columnarũ cedrinarũ ædificauit eã. trabes aũt cedrinę erant sup colũnas. Et.


† Tecta est supra trabes.

† fenestrarum erãt tres ordines, fenestra erat e regiõe fenestrę in tribus parietib. Oẽs aũt portæ & postes quadrati erãt & sic fenestella quę erat supra portã & fenestrę erant e regione fenestrę in trib. parietibus. Et trabes porticum.

NIC. DE LYRA.

CAP. VII.

Diuisio. DOmum autem. *Hic consequenter agitur de ædificatione domorũ regaliũ. Et primo de huiusmodi ædificijs agitur. Secũdo ad describendũ aliqua vtẽsilia domus dñi notabilia scriptura reuertitur ibi:* Misit quoque rex. *Circa primum sciendũ, ꝙ secundũ doctores nostros Salomon fecit tria ædificia. Vnũ pro habitatione sua, aliud pro habitatiõe vxoris suę scilicet, filiæ Pharaonis. Et tertium quod vocabatur domus saltus Libani, eò qđ circa illud ædificiũ erant viridaria arborib⁹ consita. De primo vero ædificio parũ loquitur scriptura. & hoc fortè: quia erat de cõsimili opere, sicut & domus saltus Libani, quæ hic describitur satis diffusè, vt videbitur. hoc tñ excepto, ꝙ in domo saltus Libani erant duæ mansiones, vna inferior, & altera superior sicut est in palatio regis Parisijs. In habitatione inferiori cõseruabãtur vnguenta, & pigmenta, & aromata, & hmoi pp quod parietes erant de lapidibus, vt talia possent ibi melius conseruari. In superiori verò ponebãtur arma. vñ vocabatur armamentariũ: & erat tota de lignis in parietibus, & columnis. Et in vtraq; mansione erant tres ordines columnarum, & in quolibet ordine erant quindecim columnæ, s. quadragintaquinque in vniuerso, & erant isti ordines secũdũ longitudinem domus: ita quod erant ibi quatuor deambulatoria; duo inter colũnas, & vnum inter colũnas, & parietem in vno latere, & aliud inter columnas & parietẽ in alio latere. Per modũ aũt principiũ huius capituli figuratũ quantum ad frontẽ domus. Pauimẽtum autem eius figuratur hic, & desuper tectum planũ: quia sic fiebant in terra illa. Et in circuitu murus cum propugnaculis, p quæ transibant stillicidia proijciẽtia extra aquã pluuialẽ. super deambulatoria verò erant trabes arcuales laqueati tabulis cedrinis. Et secundum hoc exponatur litera. cum dicitur.*



Aspectus domus saltus Libani secundum latitudinem frontis quinquaginta cubitorum.

B

C

E

F

1 Domũ autem. *Et loquitur de istis tribus ædificiis quæ oĩa erant Salomonis: quamuis essẽt diuersis vsibus applicata, vt dictum est. Et ꝑpter hoc maius tempus apposuit Salomõ in ædificatione domus domini: quia ad ædificationem domus domini erant multæ expensæ præparatæ per regem Dauid, vt patet 1. Paral. Item quia populus erat magis deuotus & intentus ad ædificationem domus domini. Consequenter in speciali describit mensuras domus saltus Libani in longitudine, latitudine, et altitudine. Et patet litera ex dictis, hoc excepto, quòd altitudo hic accipitur secundum aliquos vsque ad mansionem secundam tantum, secundum alios verò vsque ad tectum domus.*

Et super

MORALITER.

1 *Domum autem.* Per quã significatur fidelis anima, in qua verus Salomon Iesus Christus per gratiam delectabiliter requiescit. Prouerb 8.d. *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum*. In domo vero Salomonis quatuor erant deambulatoria, quæ in anima fideli significat processus secundum quatuor virtutum cardinalium opera.

Domum

CAP. VII.

Beda libr. de temp. Salom. cap. 17. Rabbanus. Angelomus. Eucherius. Psal. 44. d.

A *Omum au.* a *Mulieris vi.* Ecclesiæ. scilicet præsentis, pro qua Christus vir suus morte gustata surrexit, & in cælos ascendens peregrinantē reliquit in terris. cuius filij sunt pdicatores, & omnes fideles. Vnde, *Pro patribus nati sunt tibi filii, &c.*

b *Qui cum venisset.* Quia doctor strenuus illis cōmittit Dei verbū, qui pie suscipiunt, & pseuerāter custodiunt, & alijs prædicando latius diffamare quę didicerint, satagunt. Aes enim est valde durabile, & sonorum.

c *Fecit o.* Quia sancti doctores dū ministerio verbi fideliter insistunt, opus Dei operantur, quia loquendo foris viam veritatis aperiunt illis, quos ipse intus illustrando ad vitam prçordinauit ęternam. vnde, *Ego plantaui, Apollo rigauit, Dominus autem incrementum dedit.* (1. Cor. 3. b.)

B † mensuram quatuor digitorum. idest, vsque ad lapides, supra quod capita trabium ponebantur, quæ erant ad mensuram palmi, et extrinsecus. Rabba. Angelom.

† trabes. iudicaret, hoc est porticum iudicii.

d *Et fin.* BED. Colūna ante fores templi decē, & octo cubitis alta est, cum prędicator palā cunctis insinuat, nō nisi per fidē, & opera iustitię nos ad supernę vitę gaudia posse peruenire. Nomē quoq; Iesu apud Grçcos ab hoc numero incipit. Prima. n. litera huius nominis decem, secunda octo significat. Et apte decē, & octo cubitis altę sunt colūnę domˢ Dei, quia doctores sancti ad hoc bene viuēdo, tendūt vt conditorem suum facie ad faciem videre mereantur. Neque. n. aliquid vltra quærendū, cum ad eū, qui est super omnia puenerint. De quibus Paulus, *Iacobus, Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, &c.* Quibus verbis exponere videtur mysteriū columnarū materialiū, & quid sci. figurarunt, & quare duæ sunt. Apostolos enim, & cunctos doctores significāt, fortes fide, & ope, & erectos contēplatione. Duę autem sunt, vt prępucium, & circūcisionē prędicando in ecclesiam introducant. Stabant in porticu ante fores templi, & ingressum illius suo decore vtraque parte ornabāt. Ostium autem templi dñs est, qui ait, *Nemo venit ad patrem, nisi per me.* Et alibi. *Ego sum ostium, etc.* quod, s. ostium columnę ab vtroq; latere positę circumstant, cū ministri sermonis vtrique ppło introitū cęli ostendūt, vt siue à luce scientię legalis, vel ex rigore Gentilitatis ad fidē euangelij quis venerit, hēat eos paratos, qui sibi iter salutis verbo ministrent, & exēplo. Vel, qa de

Beda vt supra cap. 18. Rabbanus. Angelomus. C

Gal. 2. b. — † in domo sua atrium aliud. — †secundū mensuras lapidum dolatorum. — Ioan. 14. a. Ibidem 10. b. — D E F

a ¶Et ita erant tres ordines per medium domus, ac per hæc quatuor deambulatoria inter parietes, & medias columnas.

positas, & e regione se respicientes æquali spatio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna, in cunctis æqualia. [1] Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis, & alterā porticum in facie maioris porticus, & columnas, & † epistylia super columnas fecit. [2] [3] [4] Porticum quoq; solij in qua † tribunal est, fecit, & texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem, & † domuncula in qua sederetur ad iudicandū, erat in media porticu simili opere. [5] [6] Domum quoque fecit filiæ Pharaonis, (quā vxorem duxerat Salomon) tali opere, quali, & hāc porticū. [7] Omnia lapidib. pretiosis, qui ad normā quandā atq; mensuram, tam intrinsecus, quā extrinsecus serrati erāt à fundamento vsque ad † summitatē parietum, & intrinsecus vsque ad atrium maius. [8] Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decē, siue octo cubitorū, & desuper lapides pretiosi † æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro. [9] Et atrium, maius rotundū triū ordinū, de lapidib. sectis, & vnius ordinis de dolata cedro, necnō, & in atrio domus domini interiori, & in porticu domus.

a ¶Tyrus artifex quem assumpsit Salomon adiutorem operis sui, electos de gentibus prædicatores significat.

a Misit quoque rex Salomon, & tulit Hirā de Tyro, filiū mulieris viduę, [10] de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia, b intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. c Qui cum venisset ad regem Salomonem fecit omne opus. d Et finxit duas [11]

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et super co. *ad portandū tecta. Consequenter describit dispositionem porticus existentis ante domū pro habitatione regis, cum dicitur.*

2 Et por. co. fe. quin. cu. *i. secundum mensuram latitudinis domus. Et ex hoc patet, quòd ista domus erat similis in latitudine domui saltus Libani. Ante vero porticum istam magnā erant duæ aliæ porticus minores vna iuxta aliā in lōgitudine maioris porticus, & in vna tenebantur iudicia cōia, in alia vero erat thronus Salomonis, in quo sedebat quando volebat esse in diuitijs, & delicijs. Et hoc est, quod dicitur.*

3 Et al. por. in fa. *Hæc est illa porticus, in qua erant iudicia cōia.*

4 Et colūnas. *quibus claudebantur porticus.*

5 Et epistylia. *i. capitella, quæ erant super columnas ad decorem.*

6 Et domuncu. *idest, thronus Salomonis mirabili opere factus, vt habetur. infra. 10. cap. Consequenter descendit scriptura ad describendum domum reginæ, cum dicitur.*

7 Domum quo. fe. fi. Pha. *Non quantum ad hoc, quòd clauderet columnis, sed quia parietes erant de consimili materia cum muro, qui erat sub columnis porticus, quia columnæ illæ claudentes porticū non descendebant vsque ad terram, sed erant positæ super murum habentē aliquam magnitudinem, licet non magnam. Et hoc est, quod dicitur.*

8 Omnia lapi. pre. *Hebræi dicunt,* Pōderosis vsque ad atrium maius. *istud atrium non erat atrium domus Domini, sed domus regiæ, propterea subditur postea.*

9 Et atrium ma. *Atrium enim domus Domini quadratum erat, vt dictum est ca. præ.*

10 Misit. *Hic reuertitur scriptura ad describendum aliqua vtēsilia domus Domini. Et primo describuntur duę notabiles columnæ. Secūdo mare æneū, ibi,* Fecit quoq; ma. *Tertio luteres, ibi,* Et fecit bases. *Quarto plura vasa alia ad templum pertinentia, ibi,* Fecit quoque Hiram. *Circa primum describitur artifex istorum, cū dicitur,* Misit quoque rex. *hoc est adduxit, & fuit iste alius à rege Hiram, eiusdē tamē nominis, non est. n. verisimile, quod rex Tyri esset artifex in talibus.*

11 Et fin. *licet. n. multas alias fecerit, istæ tñ specialiter describunt. quia erant valde notabiles in magnitudine, & operis subtilitate. habebat enim quælibet. 35. cubitos altitudinis, vt habetur 2. Para. 3. & qlibet habebat quatuor partes, videlicet basim inferius, & desuper stipitem, & in superiori parte stipitis caput, & desuper capitellum. longitudo vero stipitis erat xviii. cub. & longitudo capitis quatuor, & longitudo capitelli quinque, vt habetur hic in litera. De mensura autē basis non fit mentio. sed ex dictis sequitur, quod ascendebat in altum per octo cubitos, quia sic habentur trigintaquinque cubiti longitudinis totius columnæ. Et ex dictis patet litera vsque ibi.*

1 Et

MORALITER.

7 *Domum quoque fe.* Ideo per ipsam significatur quęlibet persona Christo per integritatem fidei desponsata. 2. Cor. 11. a. *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* domus aūt huius vxoris est solitudo lectionis, & orationis, Osee. 2. c. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, & canet,* scilicet in oratione, & lectione.

10 *Et tu. Hi.* Per Hiram, qui fuit Gentilis, & artifex sapiētia plenus, significatur quilibet literatus ad fidē Christi de Gētilitate vocatus. tales fuerunt Dionysius Areopagita, & alij plures, quorū vita, & doctrina ecclesię domus est ędificata.

11 *Et finxit.* Inter multa vasa, quę fecit Hirā pro tēplo Salomonis, tria fuerunt notabilia, s. duę colūnę mirabiles, mare ęneum, & luteres. Per columnas intelligitur doctrina doctorum ecclesię, per quam fides defenditur, & roboratur, & fideles de moribus instruuntur, propter quod vna columnarū vocata fuit Iachim, i. firmitas pp fidei roborationem. alia vero Booz, i. fortitudo, quia doctrina morum fortificat ꝯ passionum impulsum. Mare ęneum in quo lauabantur sacerdotes qñ debebant ministrare in altari, signat verā confessionē qua sacerdotes nouę legis accedentes ad altare debent lauari. Per luteres aūt in quibus lauabantur carnes hostiarū offerendę in altari holocaustorū, significantur lachrymę contritionis, & deuotionis quibus animę lotę pparant, vt domino sanctum sacrificium offeratur. Psal. l. d. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.*

de his columnis in Para. scriptū est, *Ipsas columnas posuit in vestibulo templi, vnā à dextris, & alterā à sinistris*, ideo factæ sunt duæ colūnæ, & ita dispositæ, vt nobis in prosperis, & in aduersis ingressum patriæ cœlestis ante oculos mentis habēdū esse doceant. Hinc Paulus columnas domus Domini nos per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris muniēdos esse suis suorumque hortatur exemplis, vt nec prosperis delectati, nec fracti asperis à recta via quia ad promissam patriam gradimur, vlla in parte declinemus.

a *Decem, &c.* Ter enim seni decem, & octo faciūt, tria, scilicet ad fidem pertinent propter trinitatem, sex ad operationem, quia sex diebus factus est mundus: tria per sex multiplicantur, cū iustus ex fide viuit, & cognitionem piæ fidei cumulat executione bonæ actionis.

b *Et li.* BED. Norma apostolicæ institutionis ambit columnam vtramque, cum doctor Iudæis, vel gētibus prędicare missus, ea tantum facere curat, & docere, quæ per apostolos accepit, & didicit ecclesia. Nam qui aliter docere, viuere, vel prædicare voluerit, & apostolica decreta spernere, vel pro libito suo noua statuere, non est colūna in templo Dei, quia dum apostolica instituta sequi contēnit, vel exilitate inertiæ, vel elationis grossitudine duodecī cubitorum lineæ non conuenit.

c *Duo, &c.* BED. Capita columnarum, i. suprema pars eorū præcordia sunt doctorum, quorum Deo deuotis cogitationibus, sicut capite membra, ita ipsorum opera dirigunt, & verba. Duo autē capitella capitibus superposita, duo sunt testamenta, quorū meditationi, & obseruationi doctores, & animo subdūtur, & corpore. Vnde vtrumque capitellū quinq; cubitos altitudinis habet, quia quinq; libris scriptura Mosaicæ legis comprehenditur. quinque et seculi ætates tota veteris testamenti series complexa est. nouum vero testamētū non aliud prædicat, quā quæ Moyses prædicando p hoc prędixerat, & ꝓphetæ. vnde, *Si crederetis Moysi, crederetis, & mihi.* Cum ergo admirabili diuinę operationis concordia, & noui gratia testamenti in velamine erat veteris condita, & nūc sacramēta veteris p lucem noui sunt reuelata, quasi capitellū vtrumq; columnæ quinque cubitis altū est, quia manifestū est, quod in veteri cuius sacramenta in quinque ætatib. sunt plenius cōprehensa, euangelicæ perfectionis est insita gratia.

d *Septena, &c.* Hoc in Paralip. ita scriptū est, *Nec non, et quasi catenulas in oraculo. & superposuit eas capitib. columnarum.* Spes enim catenarum, & similitudo retis ꝙ capitellis varietas ē specialiū virtutū in sanct. s. vnde, *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deau.* idest, ī vestitu fulgidę dilectiōis, *circundata varietate*, diuersorum charismatū. Vel multiplex ꝓtextio catenarū, & retis expansio, multifarias electorū personas insinuat, q cū verbis ꝓdicatorum fideliter obediendo adhærent, quasi colūnarum capitib. superpositi, retis, & catenulæ miraculū suę connexionis cunctis sperantib. præbent. Hæ. n. catenæ miro sibi iuicē sunt opere ꝓtextę, quia mirabili gratia spiritus actū est, vt vita fideliū, locis, temporib. gradu, ꝯditione, sexu, & ætate multū secreta, vna fide, & dilectione sit ꝯiūcta. Septenario, spiritalis gratia signat, vnde: *Qui sunt septē spiritus Dei missi in omnē terrā.* Qđ Esaias apertius explicat, dicens: *Et requiescet super eum spūs dñi, spiritus sapientiæ, & intelligentiæ, spiritus cōsolationis, et fortitudinis, etc.* Septena versuū retiacula erant in capitello vtroque, quia patres vtriusque testamenti per gratiam vnius spiritus septiformi, vt essent electi acceperunt.

e *Et duos.* BED. Videtur mala granata facta esse in circumitu capitellorum à parte inferiori, & ex ipsis malis granatis oriri retiacula, quibus capitella ex parte aliqua tegerentur, signatur, quòd virtutes ex virtutibus nascuntur, & quòd sancti *Ambulant de virtute in virtutem.*

BED. Duo ordines erant retiaculorum in gyro capitelli sed vterq; ordo septēplici versuum currebat ordine, donec circumacto capitello in seipsum quasi facto circulo rediret, quia, scilicet, Deū ex toto corde, & proximū sicut nos diligere præcipimur, sed vterque ordo septem habet versuum retiacula, quia nec Deus, nec proximus sine spirituali grā diligitur. Veridica enim sententia dicitur: *Claritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum.* Similiter autem, & ꝓximi, quia vna sine altera esse non potest. Facta sunt retiacula hæc vt tegerent capitella, idest, vndique in gyro circūdaret, quia omnis scriptura sancta cū recte intelligitur, gratiā per omnia charitatis sonat, & pacis. Capitella enim volumina diuina, retiacula sunt vincula mutuę dilectiōis, & retiaculis teguntur

Margin: 2.Par.3.d. 2.Cor.6.b. † filum. Rom.1.b. Ibidem. Ioh.4.g. Beda ibid. Rabbanus. 2.Par.3.b. Psal.44.c. Apoc.5.b. Esa.11.a. Psalm.83.b. Ibidem. Rom.5.a.

---

a columnas æreas decem, & octo cubitorum altitudinis columnam vnam, & † linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtramque. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum fusilia ex ære, quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum, & quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrumque capitellum columnarum fusile erat. Septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero. Et perfecit columnas, & duos ordines per cir-

Interlinear: a ¶ Ad spectaculum sui decoris. a ¶ In diametro igitur iiij. q uia in gyro xij. cubitorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et linea.* quia quælibet per se sumpta tantum habebat in circūitu, vt patet Iere. vlt. c. vbi dr̄ sic. *Decem, & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duodecim cubitorum circumibat eam.* Et ideo male dicunt illi, qui dicunt, quod quælibet per se sumpta habebat tantum sex cubitos in circumitu.

2 *Duo, &c.* Hic consequenter dimissa dispositione basis, & stipitis agitur de dispositione capitellorum, & capitum, quæ erant subtiliora. Ad cuius intellectum cōsiderandum, quòd capita istarum columnarum in parte superiori dilatabantur ad modum floris lilij, & capitella ponebantur super stipitē quasi in medio dilatationis existentem, & inferior pars capitelli aptabatur illi stipiti, & post aliquam eleuationem erat quædam dilatatio in circumitu capitelli per modum cuiusdam circuli supereminentis, & super illum circulum erant centum malogranata quasi superposita per circumitum, & centum alia malogranata sub circulo illo quasi dependētia ex eo. Super istum autem circulū, & malogranata erat quædam eleuatio strictior ascendens, quasi prope mediū altitudinis capitelli, & diuidebatur in portiones septem per lineas intermedias seu circulos graciles, & quælibet portio erat ꝑforata in circumitu subtiliter per varias figuras, sicut solet fieri in ostijs laternarum æreatum, & quia capitella, & colūnæ erant interius concauæ, ideo lumen transiens per ista foramina circunquaque ostēdebat pulchritudinē illius operis. Super istas aūt septē portiones, q in litera vocant̄ retiacula, & catenę, eo qđ in retib. & catenis apparēt talia foramina, & itricatiōes, ꝓpe mediū capitelli erat alia dilatatio circularis per modum circuli omnino similis prædictæ, & ibi erāt centū malogranata superposita, & totidē supposita, & de super septē portiones distinctæ, & perforatæ, sicut & prædictæ, sed erant strictiores, quia capitellum in ascēdendo restringebat̄, & in summitate capitelli erat opus simile flori lilij. Ad capiendum autem imaginem istorum facilius posui quandā figuram, quam infra conspicies, quamuis non possit in plano perfecte figurari, sed oportet residuum per imaginationē suppleri. Prædictis igitur adaptatur litera, quę valde est intricata, & ꝯfuse posita. *Duo quoque.* s. cuilibet columnæ vnum.

3 *Fusilia.* quia totum opus columnarum, & capitellorum erat factū per fusuram, & non per martellorum percussurā.

4 *Quinque, &c.* computato opere lilij, quod erat desuper.

5 *Et quasi.* quia propter foramina prædicta dicebatur opus reticulatum, & concatenatum modo prædicto.

6 *Septena.* Versus hic accipitur pro ordine, sicut Exo. 28. In primo versu erat lapis sardius, &c. Ex dictis autem patet, qđ ibi erant duo ordines retiaculorum, vnus super malogranata superiora, & alius super malogranata inferiora, & in quolibet ordine erant septem portiones perforatę, quæ retiacula dicuntur, & hoc est, quod dicitur. *Septena versuum retiacula.* idest, septem retiacula erant in quolibet duorum ordinum dictorum, & idem replicat dicens.

7 *Et duos ordines per circumitum retiaculorum singulorum, vt tegerent capitella, quæ erant super summitatem malorum. Eodem modo.* quia septem retiacula inferiora erant super mala granata inferiora, & septem alia retiacula superiora super mala granata superiora, vt dictum est.

Capitella

a cumitum retiaculorũ singulorum, vt tegerent capitella, quæ b erant super summitatem malorum granatorum. Eodẽ modo fecit, & capitello secundo. Capitella autem, quæ erant su[1] c per capita columnarum, quasi opere lilij fabricata, erant in[2] d porticu cubitorum quatuor, & rursum alia capitella in sum-[3][4] e

a ¶ Tantæ amplitudinis quanta erat hæc columna, cuius tamen capitelli altitudo quanta fuerit non dicitur.

mitate * columnarum desuper, † iuxta mensuram columnæ[5] contra retiacula. Malorum granatorũ autem ducenti ordi- f nis erant in circumitu capitelli secundi. Et statuit duas co-[6][7] g lumnas in porticu templi. Cumque statuisset columnam[8]

* duarum. † è regione loci medii, qui erat trans retiaculum.

A guntur capitella, cum sacra eloquia dono charitatis probãt vndique vestita, nã, & in eis, quæ in scripturis non intelligimus, charitas latet, & in eis, quę intelligimus, late patet.

a *Vt tege.* BED. Cũ dictũ sit de retiaculis, vt tegerent capitella, quæ erant super summitatem malorũ granatorũ, videtur iuxta ordinem ipsius operis, quia malagranata facta fuerunt in circumitu capitellorum à parte inferiori, & ex eisdem malis granatis orirentur retiacula quibus capitella ex parte aliqua tegerentur. Patetque mysteriũ quare retiacula super summitatem fuerint malorum granatorum annexa, quæ ad vnam pene significationem personarum, vel virtutum pertinent. Scimus enim virtutes de virtutibus nasci, & sanctos ambulare *de virtute in virtutem, donec videbitur Deus in Sion.* qua virtute nulla potest maior audiri. Vnde. *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem.* In ipso etiã electorũ collegio inuicem sibi succedunt personæ iustorũ, & minores antecessorũ gaudent adhærere vestigijs, eorum dictis, vel scriptis muniti, ne in errorẽ labantur. Retiacula ergo sunt super summitatẽ malorũ granatorum apposita, cum præcordia charitatis perfectis sunt super adiecta operibus, & vtroque virtutis itinere, operatione, s. & charitate sctõrũ vita clarescit, quasi circulo malorũ granatorũ in capitellis columnæ concatenatio retiaculorum superaddita committatur, & quoniam omnia virtutum dona præsentium ad æternam remuneratiõnẽ, q̃ per euangeliũ est nobis promissa, & ministrata respiciunt, apte subiũgit. *Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, &c.*

Ibidem. *Psal. 83. b.* *Rom. 5. a.*

B b *Malorum granat.* Quæ vno foris cortice multa interius grana circundant, sicut ecclesia vno fidei munimine innumera electorũ agmina includit. Potest ẽt cuiusque iusti vita moresque signari, qui velut plurima vno cortice grana complectens, multa cogitationum virtutumque signa ne defluant, firma fidei, & humilitatis vallat custodia. Bene autẽ capita columnarũ malis granatis erant in gyro circundata, q͞a sancti doctores priorũ fidelium vitam ad memoriã reuocãt, eorum exemplis actus suos, & sermones vndique muniunt, ne si aliter vixerint, errent. Sicut ergo retiaculorũ cõnexio vnitatẽ fideliũ signat in vinculo pacis, ita malogranata ipsam insinuãt vnitatẽ, q̃ innumeros populos vna fidei regula cohibet. Vel retiaculorũ cõcatenatio manifestã fideliũ ꝯcordiã mõstrat. Malorũ granatorũ vero positio internas animi virtutes, q̃ ab alijs videri nequeũt, patientiã, s. humilitatẽ, benignitatẽ, &c. & quasi pulcherrima foris species pomorũ appareret, sed clausa intus granorũ copia non apparet, cum sanctorũ operatio palã ostẽditur, sed quæ intus est fidei, spei, & dilectionis, cęterorumque animi bonorũ gratia non cernitur.

Beda. ibidem. Eucherius. Rabbanus. Angelomus.

C c *Quasi, &c.* BED. Per lilia claritas supernę patrię, & immortalitatis floribus redolens paradisi designatur amœnitas. Per quatuor vero cubitos euãgelicus sermo, qui introitũ ęternę beatitudinis promittit, & iter perueniendi ostẽdit. Cum ergo sancti doctores promissa nobis lumina regni cęlestis in quatuor euãgelij libris ostẽdunt, quasi capita columnarũ opus in se lilij quatuor cubitorum exhibent. Vbi notandũ iuxta literam, quia cum opus lilij in capitellis quatuor cubitorũ esse memoratur, neque additur latitudinis, vel altitudinis, lectoris iudicio vtrum in altitudine, an in latitudine intelligi debeat

D debeat, relictum est. Constat aũt, quia columna, quam duodecim cubitorum restis ambiebat, quatuor cubitos habebat in grossitudine. Omnis enim circulus quantũ habet spatij in diametro, tantũ habet ter in gyro. Siue aũt latitudinẽ, siue altitudinẽ accipiamus, figura perspicua est, quia nõ nisi per euangeliũ optata vox illa mundo insonuit. *Pænitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum.*

Matth. 3. a.

d *In por.* Notandum autem in hac sententia Paral. quòd eadem porticus templi etiam vestibulum templi vocatur. Vnde, *Inter vestibulum, & altare plorabant.* idest, inter porticum, & altare.

2 Para. 3. d. *Eze. 8. f.*

e *Et rur.* BED. Quorum, s. factura perennis regni sublimitatẽ designat, quam *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c.* Post lilia. n. quatuor cubitorũ alia capitella sunt apposita, quorum altitudo quanta fuerit, non dicitur, quia multa de cęlesti beatitudine in euangelio legimus, quod, s. *Beati mũdi corde Deum videbunt,* quod erũt *æquales angelis Dei,* quod *nõ nubent, neque nubent,* quia *mori vltra non poterunt,* quia *vbi Christus, ibi ministri eius erunt, &c.* huiusmodi. Sed ipsa species horum, q̃ diximus ipse status cõuersationis patrię cęlestis quomodo se habeat, solis eius ciuibus, q͞ intrare meruerunt, patet. Vnde factura, vel altitudine horum capitellorũ, quę super lilium erant, incomprehensibilis terrestribus qualitas cęlestis habitationis insinuatur. De qua tñ non latet, quia oẽs ibi cõi felicitate diuinę visionis fruuntur tanto quis sublimius quanto mundiores ad videndum oculos cordis habuerit. Communis ergo ibi benedictio omniũ electorũ, sed quod distincta operum qualitate multę mãsiones beatorum, in vna domo Dei significantur, cum dicitur. *Et rursum alia capitel. &c.* Iuxta mensurã columnę fiunt capitella desuper, cum sancti doctores, imo omnes iusti doctorũ vestigia sequentes, pręmia suscipiunt ęternę retributionis secundũ merita operationis. Super retiacula quoq; fiunt eadẽ capitella, quia iuxta modũ dilectionis quã sibi in hac vita sancta fraternitas copulatur, supernorum quoque ciuium societati in pręsentia sui creatoris coniungetur. Sed quia illa societas vtriusque populi fidelibus tribuitur, recte subiũgit.

Iidem. *1. Cor. 2. b.* *Matth. 5. a.* *Luc. 20. f.* *Iohan. 12. d.*

E f *Malorum granatorum.* In malo granato totam significat ecclesiam. Centenarius vero, qui primus transit ad dexteram, beatitudinem æternam. Duplicatur hic numerus malorum granatorũ in circumitu capitelli secundi, vt significet, quòd vtriusque testamenti populus in Christo sit adunatus, & ad æternã introducendus coronam. vnde, *Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.* Per ducentos. n. cubitos rete plenum magnis piscibus discipuli ad dominum trahunt effectum suæ resurrectionis iam in littore monstrantem, cum prædicatores Iudæis, & gentibus verbũ fidei committunt, & vtriusque populi electos in vna beatitudinis arce colligunt.

ibidem. *Ioh. 21. c.*

F g *Columnam.* Dextera colũna doctores primitiuæ ecclesiæ significat, secunda eos, qui ad prædicandũ gentib. missi sunt. Vel dextera significat eos, qui venturum in carne dominũ prophetando prædixerunt. Secunda illos, qui iam hũc venisse, & mundum redemisse testantur. Simili vocabulo ambæ censentur colũnæ. Vna. n. firmitas, altera in robore dicitur, vt vna fidei, & operis fortitudo cũctis inesse doctorib. monstraret, & nostri tẽporis inertia tacite notaretur, vbi se quidam

Iidem. ibidem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Capitella autem, quæ erant super capita columnarum quasi opera lilij, &c.* quia in summitate capitis columnæ, & similiter in summitate capitelli superpositi erat opus simile lilio, vt dictũ est.

2 *Erant in porticu.* quia istæ columnæ fuerunt situatæ in porticu templi, vt postea clarius exprimitur.

3 *Cubitorum.* Hoc refertur ad capita columnarum, quæ erãt quatuor cubitorum in altitudine, vt prædictum est, ita q͞ caput colũnæ, & capitellũ simul ascẽdebant per nouẽ cubitos.

4 *Et rur. alia ca. &c.* loquitur de prædictis capitellis, quæ erãt super capita columnarum.

5 *Iuxta mensurã, &c.* quia sicut dictum est, prope partem inferiorẽ capitelli erant. c. mala granata superposita, & c. depẽdentia eis correspondentia, & sic vnum malũ granatum superpositũ, & vnũ dependens, ei correspõdẽs, faciebant vnũ ordinẽ, & ideo ibi centum ordines malorũ granatorum, q͞a ibi erant ducenta mala granata. c. superposita, & c. dependẽtia, & eodẽ modo in malis granatis superioribus, tales, & tot erant ordines, vt patet ex predictis, & sic erãt ibi cc. ordines malorũ granatorũ in vniuerso in vno capitello, ideo subdit.

6 *In circuitu capitelli secundi.* vocatur aũt ẽm respectu capitis columnę, cui erat superpositum, quod quidem caput dr̃ hic quodammodo capitellum, scilicet respectu stipitis colũnæ.

7 *Et sta. &c.* Iuxta muros, qui claudebant latitudinem porticus, ita quòd spatium, quod erat ante ostia templi, erat medium inter istas duas columnas. ideo sequitur.

8 *Cumque.* id est, in parte dextera porticus.

dam doctores sacerdotes, & columnas domus Dei videri, & vocari volunt, cũ nihil i se firmæ fidei ad cõtemnendas seculi pompas, & desiderãda

¶ Firmitas.

dexteram vocauit eam nomine Iachin. Similiter erexit columnam † secundã, & vocauit nomẽ eius Booz. Et super capita columnarũ opus in modũ lilij posuit perfectũq; est opus colũna-

¶ In robore.

dã bona inuisibilia nihil hẽant roboris ad corrigẽdos, nihil industriæ saltẽ ad intelligendos eorum quibus prælati sunt errores.


† sinistram.

Fecit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vocauit. *Quod interpretatur firmitas.*
2 Similiter. *scilicet sinistra parte.*
3 Et vocauit. *Qđ interpretatur fortitudo. Et dicunt Hebræi, ꝙ per istas duas columnas signabatur firmitas, & robur regni Dauid. Cætera patent ex dictis. Huic autẽ expositioni videntur aliqua contrariari, q̃ sunt soluenda. 2. Para. 4. dicitur.* Mala granata quoque xl. & retiacula duo. *hic autẽ dicitur, quod erant cc. ordines malorum granatorum, & retiacula septena in vno, & septena in altero capitello. Dicendum, quòd translatio nostra in Bibliis nostris communiter corrupta est vitio scriptorum. Quãtum ad primum propter similitudinem dictionũ, quia vbi 2. Parali. nostra translatio habet* xl. mala granata, *in hæbræo habetur,* cccc. mala granata. *quod patet ex hoc, quòd erant ibi cc. ordines, & quilibet ordinabat duo mala granata, & propter hoc infra in isto. ca. dicitur per modum recapitulationis,* Et mala granata. cccc. in duobus retiaculis. *ita est in Heb. & in libris correctis nostris. Quãtum vero ad secundum dicendum, quod duo retiacula ibi accipiuntur pro duobus ordinibus retiaculorum in quolibet tamen ordine erant. 7. retiacula, et sic nulla est contrarietas ad præcedentia. Item Iere. vlt. a. vbi fit mentio de istis columnis dicitur,* Et fuerunt mala granata nonaginta, & sex dependentia in c. retiaculis. *secundũ prædicta hic erant. cc. mala granata dependentia. Similiter de retiaculis dictum est, quod erant duo ordines retiaculorum, et in quolibet ordine septem retiacula tantum. Quantum ad primum dicendum, quòd colũnæ, sicut prædictum est erant positæ iuxta murum porticus hinc, & inde, ita quod capitellum iungebatur parieti, vt dicit Ra. Sa. Et propter hanc iuncturã aliqua malagranata non poterant videri ab aspicientibus, & illa non numerauit Ieremias, cum dicit, quod* erant nonaginta sex dependentia. *& loquitur de malis granatis vnius circumitus tantũ, quia quatuor residua de. c. occultabantur modo prædicto. quia tñ secundum veritatẽ erant, c. iõ ibidẽ subdit Ier. secundũ veritatẽ Hebraicam.* Oĩa mala granata. *c. s. super capitellũ, quod est intelligendum de vno circulo malorum granatorum, & tot erant in quolibet aliorum trium circulorum, vt patet ex supradictis, & sic erant. cc. mala granata dependentia, quia duo circuli erant dependentes, vt prædictum est. Quantũ ad secundũ de. c. retiaculis dicendum, quod ibi translatio nostra videtẽ corrupta, nescio tamen quorum vitio. In Heb. enim sic habetur Iere. vl.* Fuerunt mala granata nonaginta sex dependentia. Omnia malagranata. *c. super capitellũ, ita quod de retiaculis non fit ibi mẽtio. Potest tñ dici secũdum translationem nostram, quod licet essent bis septem retiacula, vt dictum est, tamen varie, & multipliciter erant perforata, ita quod talis varietas ad vnũ centenariũ in aliquo reducebat. Sciendum tamen, quòd aliqui doctores catholici, & etiam Hebræi aliter sentiunt de longitudine columnarum prædictarum, dicentes, quod quælibet habebat in longitudine decem, & octo cubitos tantum, computato etiam capitello secundum, quod textus supra positus videtur dicere, cum dicitur.* Et finxit duas colũnas æreas, decẽ, & octo cubitorũ altitudinis columnam vnam. *Ad hoc etiam inducunt, qđ si altitudo cuiuslibet colũnæ esset. 35. cubi. excederet primum tabulatum templi, quod distabat à pauimento. 30. cubitis tantum, & ad illud, qđ supra inductum est de. 2. Paral. 3. d. vbi dicitur,* Ante fores etiam tem-

Hæc est figura Capitelli, longitudo, & dispositio stipitis columnæ & basis, vt potest imaginari per supradicta.



Expositio huius literæ, & sequentis quantũ ad istas columnas est eadẽ cum præcedenti. Non miretur aliquis, si tantũ immoratus sum circa istas colũnas, quia scriptura in diuersis locis loquitẽ varie de ipsis, & cõtrarie, vt prĩa facie videtur, secundũ quod patet per prædicta, & istam dissonantiã oportuit remoueri. Præterea a præcedentib. expositoribus nõ inueni aliquid scriptũ, per quod posset textus consequẽter exponi. Itẽ q a nõ solũ expositionem Latinorum, sed etiã Hebræorum ponere volui, vt lector eligat, quod sibi magis placuerit, & videbitur expedire.

pli duas columnas, quę triginta & quinque cubitos habebãt altitudinis, *dicunt quod ibi altitudo vtriusque columnæ ponitur simul iuncta. Sed hoc dictum videtur esse contra textum, & implicare contradictionem, quia secundum eos quælibet habebat decẽ, & octo cubitos altitudinis. si ergo iungatur vtraque altitudo simul, habentur. 36. cubiti, & non 35. tantum. Item in litera dicitur expresse, quòd capitellum habebat. 5. cubitos altitudinis, quibus remotis non remanent pro toto residuo columnæ, nisi 13. cubiti longitudinis. Item dicitur in litera expresse, quod linea, 12. cubitorum ambiebat colũnam vnam, vt supra declaratum est. ex quibus sequitur, quod linea, mensurans lõgitudinem columnæ capitello excepto non excedebat lineam mensurantem grossitiẽ eius, nisi in vno cubito tantum, & hæc forma columnæ esset valde indecens, tamẽ omnes doctores tam Hebraici, quã Latini dicunt, quod illæ columnæ erant positæ in porticu templi tantum ad decorem, quia non inuenitur, quòd portarent aliquod pondus, tum quia erant intra parietes porticus, tum quia in superiori parte erat opus quasi lilij, vt prædictum est, quod non est opus dispositum ad aliquid portandũ, sed solum ad decorem, & ita dicendum sicut prius, quòd quælibet columna erat altitudinis. 35. cubitorum. Ad illud, quod obiicitur de textu supra posito,* Decẽ, & octo *cubitorum altitudinis columnam vnam. Dicendum, quòd loquitur de altitudine stipitis tãtum, vt supra dictum est. Ad illud quod inducitur de primo tabulato templi. Dicendum, quòd secundum Heb. hoc nullum est inconueniens, quia in parte templi anteriori non erant deambulatoria. Potest etiam dici, quod non sequitur, ꝙ excederent primum tabulatum, quia porticus erant in decliui montis, & per gradus ascendebatur in tẽplum, & columnæ istæ erant in inferiori parte porticus, ita quod terra erat ibi demissior quinque cubitis, quam pauimentum templi. Notandum etiã, quòd Rab. Sa. & alii doctores Hebræi habent aliam imaginationẽ totaliter de istis capitellis. Dicũt enim, ꝙ capitella ista erant duo grossi pomelli super capita duarum columnarum magis lati, quam alti, sicut fieri solet in summitatibus campaniliũ, & in latiori parte vtriusque pomelli exterius erant duo circumitus malorum granatorum, vnus super, alius subter, & in quolibet circumitu centum mala granata, & quia duo mala granata faciunt vnum ordinem, vt prædictum est, iõ ibi erant centum ordines malorum granatorum in capitello cuiuslibet columnæ, & sic ducenti ordines in duabus columnis, & in hoc differt ista imaginatio à præcedenti, quæ ponit ducẽtos ordines, & malorũ granatorũ in qualibet colũna, vt prædictũ est. In superiori vero parte huius pomelli erat opus quasi lilii, & à pede huius operis, descendebat opus p modũ retis factum. descendens vsque ad inferiora mala granata, tegens ea quasi viderentur per medium retis, & illud opus reticulatũ à superiori parte vsque ad inferiorẽ diuidebatur lineis intermediis facientib. quasi septem portiones, quæ dicuntur septem retiacula, & ad hoc melius capiendum describitur figura prout in plano potest figurari. Igitur secundum istam imaginationẽ Hebræorum potest exponi litera à principio, cum dicitur,* Duo quoque capitella, &c. *& patet litera ex pdictis vsque ibi,* & quasi in modum retis, &c. *loquitur de ope reticulato, quod operiebat à summitate pomelli vsq; ad inferiora malagranata. Septena versuum retiacula in capitello vno, quia illud opus reticulatum*

a *Fecit quoque.* BEDA. Hoc mare in figurã baptiſmi factũ eſt,quo in remiſſionẽ peccatorum emundamur. Sacerdotes enim in eo lauabantur,vt Paral. teſtatur. Sacerdotes.n.omnes electi vocant, q. ſunt mẽbra ſummi ſacerdotis I ſu Chriſti. Recte aũt hoc vas mare dr, in memoriam, ſcilicet maris rubri,in quo prius per Aegyptiorum extinctionem, & populi Dei liberationem baptiſmi forma præceſſit.vnde, *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari.* Sacramentum autem baptiſmi, & vitæ à nobis munditiam, quærit in hoc ſeculo, & vitæ æternę gloriam promittit in futuro. Quod vtrumque in mari æneo ſignatur, cum eſſe decem cubitorum à labio vſque ad labium perhibetur. Decẽ enim præceptis in lege dominus omnia, quæ facere debemus,expreſſit. Denario æque mercedem bene factorum ſignificauit, cum hunc in vinea laborãtibus dandum eſſe prędixit.

lib. de templo Salomonis. c. 19. Eucherius. Rabbanus. Angelomus. 2. Para.4.b. 1.Cor.10.a.

b *A labio vſque ad labium.* Quia à primo baptizato in nomine Ieſu Chriſti vſque ad vltimum, qui in fine ſeculi crediturus, & baptizandus eſt, omnis fidelium chorus eandem veritatis viam ingredi,& communẽ debet ſperare à domino iuſtitiæ coronam.

c *Quinque cubitorum.* Quia quicquid viſu,auditu, guſtu, odoratu,tactuque delinquimus, gratia Dei nobis ꝑ ablutionem viuifici fontis relaxat. Sed non ſufficit præteritorum remiſſio peccatorum, niſi quis deinceps bonis ſtudeat operib. alioquin diabolus, qui exierat de homine, ſi hunc à bonis operibus vacare viderit,multiplicius redit, & facit nouiſſima illius peiora prioribus. vnde ſubditur.

Matt.12.d Eccle.4.c.

d *Et reſticula triginta cubitorum cingebat illud.* Diſciplina cæleſtium pręceptorum qua à voluptatibus religamur. vnde, *Funiculus triplex difficile rumpitur.* quia obſeruatio mandatorum,quæ in cordibus electorum fide, dilectione, ſpe ſupernæ retributionis firmata eſt, nullo poteſt obſtaculo diſſolui. Reſticula mare ambit, cum ſacramentum baptiſmi, quod accepimus, pijs operibus munire ſtudemus. Hæc triginta cubitorum eſt, quinquies enim ſeni triginta faciunt. Senario autem in quo dominus hominem fecit, cum non eſſet, & refecit cum perijſſet, bona operatio noſtra figuratur. Et ſex per quinque multiplicantur, vt ad triginta perueniant,cum omnes corporis ſenſus diuinis ſubiugantur imperijs.

ALITER. Terdeni faciũt triginta,& genus humanũ poſt diluuiũ de progenie triũ filiorũ Noe latitudinem totius orbis impleuit.Sem quippe Aſiam, Cham Aphricã,Iaphet ſoboles Europã, & inſulas maris obtinuit. Et q̃a baptiſmi myſteriũ cum executione operũ, & ſpe cæleſtium cunctis erat nationib. miniſtrandũ, reſticula 30. cubitorũ mare in quo baptiſmũ figurabatur cingebat.Se& hic dicendũ,q̃ dñs cũ eſſet 30.annorum venit ad baptiſmum, qui quoniam ſuo baptiſmate,quod tricenarius accepit baptiſmũ noſtrũ conſecrauit, recte mare, quod noſtrum baptiſmum figurabat triginta cubitorum reſtis circumibat, vt ſignificaretur dono illius, q̃ baptiſmum ſine peccato ſubijt, baptiſmũ nobis in eum credẽtibus in remiſſionem peccatorum dedicari.

a ¶Baptiſmum.


a rũ.Fecit quoq; mare fuſile decem cu- [1] b bitorum à labio vſque ad labium ro- [2]

a ¶Vt vniuerſus orbis lauacro vitæ a ſorde peccatorum ſignare tur eſſe mundandus.

c tundũ in circumitu. quinque cubito [3] d rũ altitudo ei⁹,& † reſticula trigĩta cu [4] bitorũ cingebat illud ꝑ circumitũ, & [5] e †ſculptura ſubter labiũ circũibat illud [6] decẽ cubitis, ambiẽs mare. Duo ordines † ſculpturarũ hoſtriatarũ erant fu-

† filum. † tabernaculi inſtar colocyntidarum. † tabernaculorum ſuorum.

FIGVRA MARIS.



e *Et ſculptura.* Cum prædictum ſit, quòd reſticula. 30. cubitorum mare circumierit,& nunc addatur, quòd ſculptura hæc ſubter labium poſita.10.cubitis ambierit, patet,q̃a vas erat in modum phialæ expanſum, & diffuſum, quod à triginta cubitis circumitu quos habebat in labio vſque ad decem eſt coactum. Sculptura autem hiſtriata eſt, quæ aliquas rerum hiſtorias imitatur. Vnde per ſculpturas hiſtriatas qb⁹ mare circundatur, exempla priorũ temporum ſignantur, quæ nobis ſunt intuenda, vt videamus quibus operibus ab initio ſancti Deo placuerunt, qua obſtinatione iniqui in ſceleribus perdurauerunt, quanta in felicitate reprobi perierunt. Quo modo in exordio naſcentis ſeculi Cain ob malitiã inuidiæ dãnatus, Abel iuſtitiæ merito coronatus, Lamech ob adulteriũ, & homicidium maledictus, Enoch ob grãm pietatis ad paradiſum reductus, Cham poſt diluuium ob impietatem detẽtatus, Sem,& Iaphet pro obſequio reuerentiæ perpetua benedictione donati, Abraham fidei merito hæres diuinæ promiſſionis effectus,cætera gentium multitudo pro infidelitate relicta. Adueniente quoq; in carne dño, Iudæa pro perfidia repulſa,Gentilitas gratia ad ſalutem reducta, & huiuſmodi, quæ in vtroque teſtamento ſolerter conſiderata ſtudioſis proſunt. Ideo forſitan duo ſunt ordines ſculpturarum hiſtriatarũ in mari æneo,vt qui fonte baptiſmatis imbuti ſunt, vtriuſque teſtamẽti auſcultent hiſtorias.

Sculpturæ hiſtriatę ad q̃d. Gene.4.b. Ibidem.9.d. Ibidem.5.d.

NICOLAVS DE LYRA.

culatum in qualibet columna erat diſtinctum ſeptem portionib.vt dictũ eſt.Et duos ordines per circumitũ retiaculorũ ſingulorum.quia in qualibet colũna retiacula erant diſtinctie ordinata in ſuperiori parte,& in feriori.In ſuperiori tamen parte erant ſtrictiora, & inferius latiora ſecundũ dilatationẽ pomelli cui erant ſuperpoſita.iõ ſubditur: Vt tegerent capitella,&c.vt ſup. Erant in porticu cubitorũ quatuor, *ſcilicet,columnæ.tantum occupabant ſpatium in porticu,quia ſicut dictũ eſt,linea duodecim cubitorum ambibat vnã colũnam, & per conſequens linea diametraliter tranſiens per ſpiſſitudinẽ columnę erat quatuor cubitorũ,niſi quod amouenda eſt ſeptima pars huius quaternarij, quia hæc eſt concluſio demonſtrata in geometria, quòd circumferentia circuli continet ter diametrum,& eius ſeptimam partem. Verbi gratia Si,ſcilicet,diameter eſt ſeptem pedum, circumferẽtia eſt viginti duorũ pedum. Malorũ granatorũ autem ducenti ordines erant in circumitu capitelli ſecundi,ſcilicet accepti cum primo,quia ſecundum iſtam expoſitionem in duobus capitellis duarum columnarum erãt tantũ mala granata quadringenta, & per conſequens ducenti ordines malorum granatorum,centum ordines in vna columna, & centum in altera. Et ſtatuit duas columnas.*

1 Fecit quoque. *Hic conſequenter deſcribitur mare æneum, quod erat lauatorium ſacerdotum, cuius primo deſcribitur latitudo cum dicitur.*

2 Decem. *& ſecundo altitudo,cum dicitur.*

3 Quinque cub. *ſcilicet,ipſius maris, quia boues ſuper quos erat poſitum non computantur in hac altitudine.*

4 Et reſticula. *i.funiculus,* triginta cubitorum, *quia ſicut dictũ eſt ſup.diameter circuli eſt tantũ tertia pars circunferentiæ,& adhuc deficit ſeptima pars diametri,ſed ſcriptura non accipit ſic præciſe. Linea vero diametraliter tranſiens à labio in labium erat decem cubitorum,vt dictum eſt,& ſic ſequitur, quòd linea tranſiens per circunferentiã,eſſet triginta cubitorũ, & cum hoc contineret ſeptimam partẽ diametri,ſed ſcriptura illud omittit,quæ non computat ſic præciſe.*

Diuiſio.

5 Et ſcul. *Non pot intelligi, quod iſta ſculptura eſſet immediate ſub labio,quod erat ſuperior pars maris,quia ibi mare habebat 30. cubitos in circumitu,& ideo dñi doctores noſtri, q̃ mare illud in ſuperiori parte erat latius,& deſcendẽdo reſtringebatur, ita q̃ in parte inferiori habebat tantum 10.cubitos in circumitu, & ibi erant ſculpturæ in duob. ordinib.Hebræi vero dicunt,quòd mare in ſuperiori parte tribus cubitis ſecundum altitudinem erat rotundum, & in parte inferiori duobus cubitis erat quadratum, & quodlibet latus vnius quadrati habebat 10.cubitos,ita quod linea ambiens totum quadratum erat 40. cubitorum,& ſecundum hoc mare erat latius inferius, quàm ſuperius,& in illa parte erant iſtæ ſculpturæ hiſtriatæ, & ideo cum dicitur hic.* Et ſculptura ſubter labium. *ideſt,in parte inferiori maris.*

6 Circumibat illud decẽ cubitis ambiens mare. *intelligendum*

storias, ideo decem cubitorum erant in gyro, vt quoscunque in eisdem historiis deditos, iussis cœlestibus obedire, & tota intentione ad superna præmia suspensos prospexerint, imitari contendant.

a *Duodecim.* Bed. Apostolos, euangelistas, imò omnes verbi ministros: vnde, *Non alligabis os boui trituranti, &c.* Hi mare sibi super impositũ portant, cùm Apostoli eorumq; successores iniunctum sibi euãgelij officium prompta deuotione implent.

Iidem. ibidem. 1. Cor. 9. b.

b *E quibus tres.* Quia in vniuersis quadrati orbis partib' fidem prædicant trinitatis. Hinc quoque Apostoli duodecim, id est, quater terni sunt electi, vt fidem & confessionem trinitatis per quatuor mundi plagas euangelizantes, baptizarent omnes gentes in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Quorum & successorum suorum verba actus & passiones facilè in præsenti videre & cognoscere legendo valemus. Quiæ verò illos in futuro maneat gloria retributionis, nondum videre possumus.

Luc. 6. c. Mat. 28. d. † eius palmi vnius.

a siles, & stabant super duodecim boues. E quibus 1
b tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occi- 2
dentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Oriẽtem,
& mare super eos desuper erat: quorum posterio-
a ¶ Firmitas virtutis in baptismo.
c ra vniuersa intrinsecus latitabant. Grossitudo au- 3
a ¶ Maris, scilicet. b ¶ Paral. palmi. Iosephus: quatuor digitorum.
tem luteris trium vnciarum erat labiũq; eius qua- 4
a ¶ Gustus dominicæ passionis. b ¶ Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. c ¶ Claritas resurrectionis.
d si labium calicis & folium repandi lilij. Duo mi- 5 6 7
a ¶ Mare. b ¶ Batus capit metretam & dimidiam.
e f lia batos capiebat, & tria milia metretas. Et fecit 8 9

c *Grossitudo.* Bed. Qui lauacrum baptismi ad salutem & vitam suscipit, fidem & spem & charitatem debet habere, sine quibus nemo potest rectè operari. vnde subiũgitur, *Grossitudo.* Bed. Quia robore fidei, spei, & charitatis munitur perceptio baptismi, neque aliter proficuum esse accipientibus ostenditur, nisi harum virtutum firma certitudo mẽtem accipientium & corpora confirmet.

d *Lilij.* Bed. Lilium comitante odoris gratia candidũ colorẽ foris, intus aurosum ostendit. ideo gloriã eius resurrectionis insinuat, qui corporis immortalitatẽ totis discipulis ostẽdit, & animã diuina luce coruscans sibi simul inesse docuit. Christus quoq; post passionẽ suã quasi adhuc clausum liliũ fuit, cùm in miraculis clarus hõ refulsit. Post Resurrectionẽ verò & Ascensionem repandũ sese lilium cœli auibus exhibuit, quibus in assumpta humanitate potentiam diuinæ claritatis, quã habuit antequam mundus esset, ostendit. vnde, *Ego flos campi & lilium conuallium.* Labiũ ergo maris in quo sacerdotes lauant, quasi labium fuit calicis, & foliũ repandi lilij, quia baptismus quo mẽbra summi sacerdotis efficimur, in fide passionis eius nos à peccatis purificat, & purificatos ad visionẽ gloriæ suæ introducit. In hoc lauacro populus circuncisionis & præputij per fidem, spem, & dilectionem vnum in domino efficitur. vnde, *Alias oues habeo,* vsque, *& fiet vnũ ouile & vnus pastor.* vnde subditur.

Can. 2. a.

e *Duo milia batos cap. & tria milia, &c.* Bed. Batus Hebręorũ mẽsura est, quę apud eos Bath dicitur, habẽs modios tres, ipsa est ephi, quam ipsi Epha nũcupãt. Sed Ephi pertinet ad mensuram frugum, batus verò ad liquida, vinũ scil. ad aquam & oleum. Batas ergo quæ certæ mensurę norma est, opera significat æquitatis & iustitiæ, quibus hi qui in remissionem peccatorum baptizantur, necesse habent institui. Batos mille capit mare, cùm aqua baptismi plebem Iudęorum abluens, ad regnum cęleste transmittit. Recipit & alios mille, cùm Gentiles eodem fonte renatos, & operibus iustitiæ confirmatos, eiusdem regni facit esse participes.

Ioan. 10. c. Ibidem. Ephi & batus differunt.

Bed. Mille perfectionem significat, quia denariũ quadratum solidum facit. Decies enim decem centum faciunt, quę figura iam quadrata, sed adhuc plana. Verùm vt in altitudinẽ surgat & solida efficiatur, multiplica centũ per decem, & fiũt mille. Quo num. stabilis & velut quadrata iustorũ cõsciẽtia signat'. Quocunque. n. inferis quadratũ, stabit, sic aius electorum nulla tentatione à statu rectitudinis nouit, inclinari.

f *Et fe.* Multifariè multisque modis eadẽ nostre salutis sacramenta figurantur. Apostoli. n. & apostolici viri sicut per boues mare portantes significant, etiã per bases quæ portãdis luteribus paratæ erant, sicut ipsi luteres spirituale lauacrum, sicut & mare figurabant. Sed quidã iuxta Paral. oĩa in eis quę holocaustum oblaturi erant, lauabant. Holocaustum autẽ domini generaliter omnis multitudo electorum intelligitur

Beda. c. 20. 2. Par. 4. b.

NICOLAVS DE LYRA.

dum est in vno latere quadrati. & eodem modo intelligendum est de alijs lateribus tribus. Sed istud dictum multum dissonat à Iosepho, qui dicit, quòd mare æneum erat sicut cantharus magnus. Cantharus autem idem est quòd crater, id est scyphus. & ideo figura maris ænei secundũ Iosephum est eadem vel valde propinqua ei quam ponunt expositores nostri, & valde dissimilis ei quam dicunt Hebræi moderni, vt patet figuras istas aspiciendo in columna præcedẽ formatas.

1 Et stabant super duodecim boues. *sicut aliquando videmus in cibarijs, quòd desubtus sunt imagines leonum quasi portantes cibarium, & capita apparent extrà, & posteriora sunt sub cibario.*

2 E quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentẽ, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientẽ, & mare &c. *Sic enim disponebantur in circumitu, quòd capita trium erant versus orientem: & aliorum trium versus occidentem, & sic de alijs sex ad Aquilonem & meridiem. Secundum Hebræos verò quadratura maris sic erat situata, quòd quatuor latera erant opposita quatuor partibus orbis, & in quolibet latere erant tres boues mare sustentantes.*

3 Grossitudo autem luteris trium. *i. maris, quòd dicitur luter hic à luo luis, quod in vna significatione significat idem quod abluere, quia sacerdotes ibi abluebant manus & pedes, quando ingrediebantur tabernaculum, vt habetur Exod. 30. Non est tamen sic intelligendum, quòd ad se abluendum intrarent ipsum mare, quia ibi erat maxima quantitas aquæ, vt videbitur, quæ ex tali ingressu fœcaretur, & etiam sacerdotes submergerentur. quia quando mare erat plenũ, profunditas aquæ erat quinque cubitorum secundum altitudinem maris. quinq; verò cubiti faciunt septem pedes & dimidium secundum vnam opinionẽ. secũdũ aliã verò, quã credo veriorẽ, cõtinet decem pedes. & ideo sic intelligendũ est, quòd in circumitu maris erant claues in loco apto ad manuũ lotionẽ, sicut in lauatorijs religiosorũ per quas exibat aqua ad manuũ lotionẽ, & per easdẽ recipiebatur in vasis ad hoc aptis ad pedũ lotionẽ.*

4 Trium vnciarum erat. *tanta erat spissitudo huius vasis. 2. Paralip. 4. b. dicitur quòd habebat mensuram palmi. & tenendum est quòd istæ mensuræ sunt æquales. In Hebræo autem habetur sic quatuor digitorum, & hoc modo apud Hebræos accipitur mensura palmi.*

5 Labiumque eius quasi labium calicis. *quia sicut dictum est mare erat rotundum in superiori parte secũdum doctores Heb. & Lati.*

6 Et folium repandi lilij. *quia illud labium erat aliquantulum recuruatum in parte exteriori.*

7 Duo milia batos capiebat. *Quod autem subditur.*

8 Tria milia metretas. *non est in Hebræo nec in libris correctis, sed est dictũ fortassis alicuius expositoris volentis ostẽdere qualiter se habeant batus & metreta. & quia batus continet metretã & dimidiam. & sic duo milia bati valent tria milia metretas. posteà verò dictũ illud magistrale fuit insertum textui ex imperitia scriptorum. Secundũ Papiam metreta est mensura cõtinens decem sextarios Hebraicos. Sextarius autẽ iste est eadem mensura cũ cheopina Parisiensi, vel ei propinquissima, vt dicunt aliqui. Et secũdum hoc vna metreta continet duas quartas Parisienses & dimidiam. & secundũ hoc batus continet tres quartas & tres cheopinas, & duo milia bati. secundum hoc continent septem milia quingentas quartas, quæ faciunt sextarios mille octingentos. 75. Parisienses. Nonaginta verò sextarij Parisiensiũ faciunt vnũ doliũ. & secundũ hoc mare æneum continebat. 19. dolia & dimidium dolium & tres sextarios. Secũdum Isidor. verò 16. Ety. batus cõtinet. 50. sextarios Hebraicos, qui sunt cheopinæ Parisienses. & secũdũ hoc mare æneũ cõtinebat. 65. dolia & 10. sextarios, vt põt deduci per reductionem cheopinarum ad sextarios & dolia, modo prædicto. Causa verò tantæ diuersitatis doctorũ circa hoc prouenit ex ignorãtia quãtitatis mensurarum Hebraicarũ, quæ in sacra scriptura ponũtur. nec mirũ: propter distantiam temporũ & locorũ. Videmus enim sensibiliter mensuras liquidorum & aridorũ mirabiliter variari, non solùm in diuersis regionibus, sed etiã in villis satis propinquis, & in eadẽ regione. Alia est enim pinta & quarta Parisijs, & sancti Dionysij, & in eadẽ villa variantur mensuræ secundũ tempora diuersa. à Iudæa enim est magna distantia vsque Parisios, & à tẽpore Salomonis vsque ad tẽpus istud. Et propter hoc sicut alias dixi, securius est dicere, quòd de quantitate mensurarum Hebraicarum non habemus aliquam determinatam certitudinem. Et nota quod sextarius semper est masculini generis, & nunquam neutri, vt dicitur in libro qui Catholicon nominatur.*

9 Et fe. *Hic consequenter agit de luteribus & eorũ basibus, & vocantur*

A ligitur, q̄ baptizatur in spiritusancto. & igne. Sicut ergo sacerdotes, qui in mari lauabantur, significant eos, qui per baptismū efficiunt summi sacerdotis consortes, quod est in Christo Iesu, Ita & holocausta eosdē significant, cum per ablutionē baptismi gratia spiritussancti implentur. Lauatur enim ī lutere hostia, cum fidelis baptismo perfunditur. Offertur in holocaustū, cum impositione manus episcopi donum spiritussancti accipit. Philippus cum prædicaret in Samaria in lutere templi hostias lauabat, sed quia nōdum in quenquam eorum spiritus descenderat, sed tantum baptizati erant in nomine domini Iesu, velut ablutæ hostiæ nōdum ad altaris ignem peruenerāt. at cum missi illuc Petrus, & Ioannes imponebant eis manus, & accipiētes spiritum loquebantur linguis, iam ad altaris ignem hostiæ

B peruenerant, vt fierent holocaustū, id est, totum incensum, quia conscientias eorum gratia spiritalis implens, diuino fecit amore feruescere.

† habebat clausuras, quæ erant inter vectes, qui erant vt scalarū gradus.
† super ipsas clausuras erant.

Lib. de templo Sal. c. 20.

BED. Quod ad portandos luteres decem bases sunt factæ, poterat, ita mystice interpretari, quia ministri baptismi ad æternum gaudium, quod in denario figuratur, quos imbuunt, vocant. Sed quia sequitur, quod quinque positi sunt ad dexteram partem templi, quinque ad sinistram, magis in eis quinarij numeri notandū est mysteriū. In vtraque enim parte templi positæ sunt bases luterum, vt in vtroque populo baptismi gratia signaretur esse pandenda. Et quinq; sunt in vtraque parte, vt significentur vniuersa, quæ per quinque sensus corporis deliquerat, in baptismo fidelibus esse remittenda. Sicut ergo in vno mari bobus superposito baptismi exprimitur vnitas per apostolos toto orbe prædicanda, ita p duos ordines luterum, quod Gentilitas, & Iudæa in vnam fidem per baptismum erat colligenda. Quamuis enim in geminis luteribus hostiæ lauabantur, quædam à dextris, quædam à sinistris, vno tamen igne altaris consumebantur, vt fieret holocaustum. Quisquis enim Iudæus, vel Gentilis baptismū suscipit, vno omnes spiritu, vt filij Dei fiant, sanctificantur. Vnde, *In quo clamamus, Abba pater, &c.* varijs, scilicet linguis pro diuersitate nationū, sed vno eodemque nomine Deum patrem propter vnius donum spiritus inuocantes.

Roma. 8.

a *Quatuor cubitorum longitudinis.* BED. Quaternorum cubitorum erat longitudo, & latitudo basium, quia prædicatores siue aduersa mundi, & longitudinem exilij, & laborum præsentium foris tolerent, siue cor in dilectione Dei, & proximi interna exultatione dilatent, semper virtutibus student, prudenter, scilicet inter bona, & mala discernentes, fortiter aduersa sustinentes, cor ab appetitu voluptatum temperantes, iustitiam in operatione tenentes.

C b *Et ipsum opus basium.* Tabulæ ex quib. bases factæ sunt, quadratę fuerunt, in quib. formulę rotundę erant, quę coronulę siue plectę appellant, in quarū medio cęlaturę leonū, &c.

a ¶ Quatuor sunt principales virtutes, quibus omnis virtutum structura imminet. b ¶ Patientiæ longanimitatis. ¶ Prædicatores.

a bases decem æneas quatuor cubitorum longitudinis bases 1

a ¶ Dilatatæ charitatis. b ¶ Quia per exercitium virtutum quas cum patientia malorum, & dilectione bonorum exercent, semper ad visionem sanctæ Trinitatis aspirant.

singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubito-

a ¶ Spei, scilicet supernæ retributionis. b ¶ intrinsecus cautum, vnde: Et sculpturæ, &c.

b c rum altitudinis. Et ipsum opus basium † interrasile erat: Et 2

a ¶ Quibus, scilicet, luterum tabulæ sibi nectebantur, vt ex quatuor, scilicet, vel quinque tabulis, vna fieret basis, quales autem sculpturas bases inter has iuncturas, id est, in suis lateribus ante, & retro, dextera, & sinistra, & supra quoque haberent, aperit dicens, inter coronulas.

sculpturæ inter iuncturas, inter † & coronulas, & plectas, leo-

a ¶ Erant leones, &c.

nes, & boues, & cherubim, & in † iuncturis similiter desuper. 3 4

a ¶ Quibus ligati viderentur.

d e Et subter, & leones, & boues quasi lora ex ære depēdētia. Et 5 6

c *Inter coronulas, & plectas leones, & boues, & cherubim.* BEDA. Non erat plana vlla ex parte superficies basium, sed vndiq; mysticis sculpta figuris, quia sanctorum mentes, imo vniuersa eorū conuersatio virtutū gratiam prætendit, nec aliqua hora vacua præterit, in qua non vacent pijs operibus, & sermonibus, vel cogitationibus. Coronulas enim ī se sculptas habent, cum ad ingressum perennis vitę infatigabili desiderio anhelant. Plectas, cū īter desideria vitę cęlestis, quæ sursum est fraternæ charitatis, quæ iuxta est, vincula non soluunt. Habent īter coronulas, & plectas leones, cum ita ad speranda cælestia mentem erigunt, ita ad diligendos proximos dilatāt, vt in peccantes, qui sibi commissi sunt, asperè inuehantur. Habent cum leonibus boues,

D *Ibidem.*

† Super uectes basis.
† copulatiões opere extēso.

E quando inuectionem correctionis exhibēt cum spiritu mā suetudinis, quando in feruore arguendi nunquā scissam habere vngulam discretę actionis, & loquelę, nunquam verba diuinę lectionis velut ruminādo in ore voluere cessant. Stephanus basis eximia, seuos leonis dentes, & vngues ōndebat persecutorib, dicens, *Dura ceruice, & incircuncisi corde, &c.* Bubalum vero mansuetudinē, cum dicebat, *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Sed quia nec spē æternorū in celis, nec amorem proximorū in terris, nec fauorem zeli mordentis, nec lenitatē modestiæ compatientis sine scientia scripturarū habere possum⁹, bene post coronulas, & plectas, post leones, & boues cherubim sculpti esse memorantur, qui scripturam significāt. Vel quia duo cherubim in propitiatorio arcę in figuram duorum testamētorum concorditer de Christo canentiū fabricati sunt. Vel quia multitudo scientię interpretantur. Quanto autem quis studiosius diuinæ scripturę institerit, tanto amplius in omnibus, quę agit, aut iudicat iudicium Dei pertimescit, ne nimis in peccantes vindicans, vel sine discretione ignoscens, iram iudicis incurrat. Qui. n. addit scientiam, addit & laborem. Vnde hic quoque post sculpturas cherubim bene adiungitur.

Act. 9. Ibidem.

Eccle. 1. d.

d *Et subter leones.* Quia doctores, & in seueritate districtionis qua peccantes iudicant, & mansuetudine lenitatis qua pœnitentibus remittūnt, timent iudicium Dei, ne iniuste ligando atque soluendo iuste ligentur ab eo, cuius nequit errare iudicium.

e *Et quatuor ro.* BE. Quatuor euāgeliorum libri, qui (sicut volubilis rota citissime currit qua ducitur) iubente domino per apostolos totum mundum impleuerunt in breui. Et sicut rota impositum sibi currum à terra subleuat, & quo auriga dirigit portat, ita electorum mentes à terrenis ad celestia suspendunt, & ad perfectum operationis, vel mysteriū

F prędicationis, qua spiritualis gratia adiuuare valuerit, ducūt quia subditur, quod tales erant rotę quales solent in currū fieri. legimus autem de sanctis, *Currus Dei decem milibus multiplex, milia lætantium, &c.*

Sic

c Inter

NICOLAVS DE LYRA.

tantur conchæ. 2. Para. 4. in quibus Sacerdotes lauabant hostias offerendas in holocaustum, postquam tamen lotæ erant per Nathinæos in probatica piscina, de qua habetur. Io. 5.

Ad intellectum huius literæ sciendum, quod secundum expositores Latinos communiter basis, siue sedes luteris erat facta ad modum arcæ quadratæ habens in quolibet latere quatuor cubitos, & habebat inferius in quatuor angulis quatuor rotas quibus poterat deduci de loco ad locum. In altitudine vero habebat tres cubitos, computata altitudine rotarum eam sustentantium. In parte vero superiori in medio tabulæ quadratæ erat quoddam foramen rotundum, cuius diameter habebat cubitum, & dimidium, intra quod ponebatur fundus luteris, qui in parte inferiori habebat quasi cubitum, & dimidium in diametro rotunditatis suæ, vt sic aptaretur dicto foramini, & procederet superius dilatando se vsque ad medium, ita quòd ibi diameter erat quatuor cubitorum, & inde procedendo superius restringebatur, ita quòd diameter orificij erat vnius cubiti. In lateribus vero basis, & in tabula superiori circa foramen prædictum erant figurati circuli ad modum coronarum, & in illis circulis erant sculpturæ variæ cherubim, leonū, boum, et palmarum, & super leones, & boues lora, quasi essent ibi alligata. in tabula vero superiori in quatuor locis contra quatuor angulos eius erant quatuor columnæ breues pertingentes vsque ad medium luteris sustentantes eum, sicut solet fieri in baccinis magnis, & propter hoc illæ columnæ vocabantur humeruli. Igitur secundum istam imaginationem exponitur hic litera. Et fecit bases decem. *quæ erant omnino similes, & ideo habita descriptione vnius habetur descriptio omnium.*

1 Quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & cęter. *Hoc patet ex dictis.*

2 Et ipsum opus basium interrasile. *idest, planum inter sculpturas, & dicitur interrasile, quasi inter sculpturas rasum, quia inter varias sculpturas erant aliqua spatia plana.*

3 Et scul. inter iunc. *hoc est, in laterib. quæ iungebantur in angulis.*

4 Et inter coronulas, & plectas. *id est, circulos prædictos, qui dicuntur plectæ à plicando.*

5 Leones, & boues, & cherubim, & in iuncturis similiter desuper. *patet litera ex dictis.*

6 Et quatuor rotæ per bases singulas, *in quatuor angulis basis*

Sic ergo bases luterũ doctores sunt, qui lauacrum vitæ ministrant, & rotæ quaternæ basium, quatuor euangelia, axes rotarum, qui bases gestant, corda doctorum sunt, qui euangelicis assidue preceptis, eos ab imis sustollunt, & velut immissis rotis axes à terra basim altius subleuant.

a *Humeruli.* BEDA. Qui rotis antepositi ne ab axi dilabi possent obsistebant, preconia sunt prophetarum, quibus euangelica, & apostolica scriptura, ne cui legentium in dubium veniat, confirmatur. vnde, *Habemus firmiorem propheticum sermonē, cui bene facitis attendentes, etc.* vnde & Mar. ait, *Initiũ Euangelii filii Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta.* & Matthæus. *Hoc aũt totum factũ est, vt adimpleretur scriptura prophetarum.*

b *Contra.* BED. Quia omnis scriptura prophetica sibi est cōsentanea, sicut vno spiritu cōdita Quatuor autem fuere per bases singulas humeruli iuxta, scilicet numerum rotarum, non quod quatuor sint tantũ libri prophetici, sed omnia, quæ locuti sunt prophetę quatuor euāgelijs testimonium præbuere, vt ex ɔsensu vtriusque testamenti vna fides, & dilectio Christi nostra omnium corda firmaret.

c *Vnũ cu.* BE. Propter pfectionem, scilicet, operis, & meritum cōtemplationis. Integer enim cubitus in lutere perfectionem actionis bonæ, quā habebat ille de quo dictũ est: *Nunquid considerasti seruum meũ Iob, quod non sit similis ei in terra?* Est vero alter cubitus diuinæ visionis, qui ex aliqua parte in hac vita fidelib. datur. vnde idem Iob deuicto aduersario ait *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Ideo post cubitum bonæ operationis, quæ in hac vita potest perfici in sanctis, cubitus incipit supernæ contemplationis, quæ in futura vita perficienda est in electis. Mensura vero vnius, & dimidij cubiti nō luteribus tantum, sed & rotis earum inerat, & basibus. vnde sequitur, *Vna rota habebat alti. cubi. vnum, & semis.* & paulo post, *In summitate basis erat quædam rotunditas vnius, & dimidii cubiti, &c.* Luterum quippe mēsura erat vnius cubiti, & dimidij, q̃a ea fide in fonte vitę lauamur, vt p operā iustitię ad vitā ingredi mereamur, quamuis sine peccato dum hic viuimus, esse nequimus. Ipsam vero cœlestis vitę dulcedinem gustare ex parte, & diligere in hac vita p fecte autem videre nulla rōne valemus. Rotę quoq; vno cubito, & dimidio mensurantur, quia scriptura euangelij qualiter, q perfecti eē velint, viuere debeant, ondit, & spē ęternę retributiōis, ipsam vero retributionis qualitatē in futuro pandendā, et donandā esse pmittit. Bases vero vnũ habebāt cubitũ, & semissem amplitudinis in summitate sui, vbi luteres reciperent, q̃a doctores, & ministri lauacri opere quippe perfecti in hac vita fulserunt, sed luce contēplationis ex parte fruiti sunt. vnde, *Ex parte .n. cognoscimus, & ex parte prophetamus, &c.*

d *Media.* dicit tabulam superiorem, quę sicut alię quadrata erat similiterque sculpta, & in summitate sui habebat rotunditatem vnius, & dimidij cubiti, in qua luter ponebatur.

Marginalia: Ibidem. — quod forinsecus. — 1. Petri 1. d. — Mar. 1. a. — Matth. 26. f. — † subter. clausulas. † axes rotarũ erant in basi. — † & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpsit. — Iob. 1. b. — Ibid. 42. a. — † super os eius. † clausuræ earum quadratę erant, non rotundæ. — vnius, &. — 1. Cor. 13. † cardinum eius, & in clausuris eius.

a Super quos bases erant.

quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei. [a] Et per quatuor partes [1] quasi humeruli [2] sub-
(a Vt portarent illum.)
[b] ter luterem fusiles, contra se inuicem respe-
(a Labium maris quasi repandi lilij, & contra os luteris intus erat versum, os vnius cubiti, hindus cubiti, & dimidij erat, venter autem quatuor cubitorum creditur fuisse.)
ctantes. Os quoque luteris intrinsecus [3][4] erat
(a Vt ad cælestia nobis per baptismum iter patefactum esse doceret.)
in capitis summitate, & quod forinsecus ap- [5]
(a Propter vnitatem confessionis, & fidei, quia omnes in confessione patris, & filii, & spiritus sancti baptizantur. vnde, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium.)
parebat vnius cubiti erat, totum rotundum, [6]
(Luter.)
[c] pariterque habebat vnum cubitum, & dimi- [7]
(a Idest in lateribus basium.)
dium. † In angulis autem columnarum [8] variæ cælaturæ erant, & † media inter colum- [9]
[d] nia [10] quadrata, non rotunda. Quatuor quoque [11] rotæ, quæ † per quatuor angulos basis erant, ‡ cohærebant sibi subter basim [12] vna rota [13] habebat altitudinis cubitum vnum, & semis. Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri, & axes earum, [14] & radij, [15] & chanti, & [16] modioli, [17] omnia fusilia. [18] Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles, & coniuncti erant. In summitate autem basis erat quædam rotunditas [19] vnius, & dimidij cubiti, † ita fabrefacta, vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, & sculpturas varias ex semetipsa. Sculpsit quoque in tabulatis † illis,

NICOLAVS DE LYRA.

à parte exteriori.

1 *Et per quatuor partes.* tabulæ superioris.

2 *Quasi Humeruli.* scilicet, columnæ breues prædictę ad sustētandum luterem.

3 *Os quoq; luteris intrinsecus.* id est, orificium vasis impositi super basim.

4 *Intrinsecus.* scilicet recuruatum seu replicatum, scilicet, modo contrario mari eneo, quia labium maris ęnei erat replicatum exterius, vt supra dictum est.

5 *Et quod forinsecus apparebat vnius cubiti.* id est, apertura orificii.

6 *Vnius cubiti erat.* quia sicut dictum est, diameter illius rotunditatis erat vnius cubiti.

7 *Pariterque habebat vnum cubitum, & dimidi.* scilicet, in diametro fundi, vt prędictum est.

8 *In angulis autem columnarum.* idest, in āgulis tabulę superioris, qui terminabantur ad quatuor columnas existentes in quatuor angulis basis, in quibus columnis latera iungebant.

9 *Et media intercolumnia.* id est, latera basis, quę erant inter columnas prędictas.

10 *Quadrata no. ro.* quod patet ex prædictis.

11 *Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant.* in parte inferiori.

12 *Cohærebant sibi subter basim.* Quia duę rotę existentes hinc & inde iungebantur per axem transeuntem sub basi, sicut rotę curruum.

13 *Vna rota.* & secundum hoc inaltabat basim per dimidiũ cubitum, & modicum plus.

14 *Et axes earum.* Axis est illud, quod infigitur in medio vtriusque rotę.

15 *Et radii.* qui de medio rotę recte procedunt ad circumferentiam.

16 *Et canthi, & modioli.* id est, partes circũferentię, quę sunt inter radios.

17 *Et modioli.* Modiolus est illud, quod est in medio rotę, habens in medio foramen in quo ponitur axis.

18 *Omnia fusilia.* id est, per fusionem facta, & non per martellationem.

19 *In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius, & dimidii cubiti, ita fabrefacta, vt luter desup.* In ista erat foramen supradictum, in quo ponebatur fundus luteris.

Quadrata — Fecit

quæ erant ex ære, & in angulis, cherubin, & leones, & palmas, † quasi in similitudinem hominis stantis, vt non cælata, sed apposita per circumitum viderentur. a In hunc modum fecit decem bases, fusura vna & mensura sculpturaque consimili. 1 Fecit quoque decem † luteres æneos. b 2 Quadraginta batos capiebat luter vnus, c eratque quatuor cubitorum. Singulos quoque luteres per singulas, idest, decem bases posuit, d & constituit decem bases, quinque ad dexteram partẽ templi, & quinque ad sinistram. e 3 Mare

a In luteribus holocausta, in mari se lauabant sacerdotes.
† In Paral. Conchas.

† ex latere ad ad tera p circuitum. In hanc.

a *In hunc modum fecit decem bases, fusura, vna & mensura sculpturaque, &c.* Beda. Quare decem bases sint factæ & totidẽ luteres suppositi, dictum est supra. Quod vero vna erat mẽsura sculpturaque consimilis omnium basium vel luteris, non ea significatione factum est, quod æqualia possint esse omniũ merita doctorum, sed quia eis est vna fides euangelij, qua instruuntur, vnum sacramentum baptismi quo abluuntur, vnus idemque spiritus quo omnes consecrantur, quamuis habeãt diuersas donationes in ipso spiritu, qui diuidit singulis prout vult.

Idem. ibid. 1. Cor. 12. b.

b *Quadraginta batos capiebat luter vnus, &c.* Beda. Quadraginta magnam perfectionẽ significat, quia quater deni faciunt quadraginta, decem autẽ sunt præcepta quibus nostra omnis operatio p̃fixa est in lege Dei. Quatuor verò euangeliorum libri, in quibus per dispensationem dominicæ incarnationis cœlestis patriæ nobis patefactus est introitus, & quia omnes qui ad mysterium baptismi pertinent, cum fide & sacramentis euangelij fructum debent rectę operationis ostendere, singuli luteres in quibus holocausta lauabantur, quadraginta batos capiebant.

c *Eratque.* Quod supradictum est: *pariterque habebat vnum cubitum & dimidium,* & vtrum ibi amplitudinem an altitudinẽ significaret, non adiecit: videtur quia fundum ipsius luteris huius esset amplitudinis, voluerit intelligi q. ex mẽsura basis in qua positus erat quisq; luter, facillimè conijcitur quod ita describitur. In summitate aũt basis erat quædã rotũditas vnius, & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter superimponi posset. Latitudo ergo fundi in luteribus vnius erat cubiti & dimidij. Ipsa vero capacitas luterum quatuor habebat cubitos, sed vtrum in altitudine, an in amplitudine, an in vtroque, dicat qui nouerit.

Beda. Propter quatuor euangelia in quibus forma baptismi vel cardinales virtutes, quibus baptizati debent instituti. Vel, propter quatuor mundi plagas quibus baptisma ministrant.

Ibidem.

d *Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad sinistram.* Beda. Sed dexteram partem templi & sinistram non intus in ipso templo, sed ante templum dicit ad Orientalem plagam, scilicet in atrio anteriori, quod sacerdotum propriè vocabatur. Quinque autem posuit ad dexteram partem tẽpli propter Iudæos, qui sole iustitiæ per doctrinam legis antiquitus vtebantur. Et quinque ad sinistram propter nos, qui cæcos diutius corde adhærebamus ei qui ait: *Ponam sedem meam ad Aquilonem.* q.d. in illis cordib. requiescere desidero, quæ a luce veritatis & flamma diuinæ charitatis aliena esse considero.

† vel conchas aut lauacra.

Idem. ibid. Esa. 14. d.

e *Mare autem posuit ad dexteram partem templi, &c.* Beda. Et in hoc eodem atrio, positum est ad Orientem. Quod autem ait: *Ad dexteram partem templi.* hoc est quod repetit dicẽs, ad meridiem. Ingredientibus enim atrium ab Oriente primo diuertendum erat ad meridiem, vbi mare in ipso angulo stabat ad lauandum sacerdotibus paratum. Deinde progredientibus intrò occurrebant luteres ad lauandas hostias ab vtraque parte positi. Intra hos basis erat ænea, quinque cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. In qua stans Salomon dedicabat templum. Deinde vltra progredientibus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fecit quoque decem luteres, &c. *ad ponendum super decẽ bases descriptas.*

2 Quadraginta batos capiebat luter. *qui secundum prædicta faciunt. 37. sextarios dimidium.*

3 Mare autem posuit ad dexteram partem tẽpli contra Orientem ad meridiem. *i. in parte Orientali atrij sacerdotum, quæ erat ante templi ingressum, mare tamen nõ directè erat ante ingressum templi, sed declinabat ab eo versus meridiem. Cætera quæ nõ sunt hic exposita, satis patent ex prædictis secundum istam expositionem. Sed quoniam luteres dicti ad hoc erant, vt lauarentur ibi hostiæ cremãdæ super altare, vt prædictum est, vas autem quod in superiori parte multo est strictius quã in medio, & in parte inferiori non est aptum ad hoc quod ibi aliquid lauetur, sed magis in superiori parte debet esse latũ et apertum, ideo prædicta figura luteris non videtur rationabilis. Itẽ vas cuius labium est recuruatum interius, non est aptũ ad hoc quod ibi immersa extrahantur libere, quia illa recuruatio retinet ibi immersa, maxime quando orificium est restrictum, vt secundum istam opinionem dicitur. Item secundum prædictam figuram non videtur, quod posset tãtum capere quantũ hic dicitur, scilicet, xl. batos propter quod pono hic aliam expositionem secundum dicta Hebræorum. Ad cuius intellectũ sciendum, quod secũdum eos altitudo rotæ sub base erat vnius cubiti et dimidii, & altitudo basis super rotas, cubiti & dimidii, ita qd in tota altitudine erant tres cubiti, vt dicitur in litera. Corpus autẽ basis quadratum erat habens. 4. cubitos in longitudine, & 4. in latitudine, & vnum cubitum in altitudine, & desuper erat quædam eleuatio circularis in medio quadrati, interius concaua habens dimidium cubitũ in altitudine, & cubitum & medium in latitudine, & intra illum circulum ponebatur fundus luteris, sicut mulieres portantes vrnas super capita sua faciunt vnum circulum de panno, in quo situatur fundus vrnæ, et ille circulus vocabatur os basis, quia intra ipsum recipiebatur fundus luteris, & procedendo in altum dilatabatur. Quanta esset illa dilatatio & altitudo luteris non hẽtur ex scriptura, sed oportet dicere qđ tanta esset, quod luter caperet quadraginta batos, vt dicitur in litera. Prope vero quatuor angulos superioris tabulæ basis erãt quatuor colũnæ, vel potius pedes sustentantes luterem, propter quod humeruli dicebantur, secundum igitur istam imaginationem exponenda est litera.* Et fecit decem bases, & cæte. *exponatur sicut prius, vsque ibi.* Os quoque luteris. *In Hebræo non habetur luteris, sed sic habetur.* Os quoque eius, &c. *& secundum Hebræos ly eius, non refertur ad luterem, sed ad basim, cuius os dicebatur circulus, intra quod ponebatur luteris fundus, vt dictum est. Intrinsecus erat, quia non erat in extremitatibus quadrati, sed in medio. In capitis summitate, & quod forinsecus apparebat vnius cubiti, erat totum rotundũ. In Hebræo non hẽtur, capitis, sed pro tota ista litera sic hẽtur in Hebræo.* Et desuper per vnũ cubitum os eius rotundum. *qa super altitudinẽ quæ erat vnius cubiti, vt dictum est, erat circulus qui dictum est, hẽns dimidiũ cubitum in altitudine.* Pariterque habebat vnum cubitum & dimidium, *scilicet in latitudine, quia tantæ quantitatis erat diameter illius circuli, vt fundus luteris posset ibi recipi. Cætera quæ sequuntur exponãtur sicut prius usque ibi.* Nam & humeruli illi quatuor p singulos angulos basis vnius ex ipsa basi fusiles & cõiuncti erãt. *quod sic intelligitur, quod non erant fusi per se, & postea appositi corpori basis, sed simul cum corpore ipsius basis, ita qđ faciebant vnum corpus continuum. Et eodem modo dicunt Hebræi de rotis ipsius basis, quod erant fusæ cum ea in vno corpore continuo, & ex hoc sequitur, q non erant volubiles, nec basis per eas de loco ad locum poterat duci, sed erant ad decorem basis & ad inaltandum eam a terra loco pedum. In summitate autem basis erat quædam rotunditas, idest, quædã circularis eleuatio, qui vocatur os, vt dictum est. Vnius cubiti & dimidij, scilicet, quãtum ad diametrum ad ponendum ibi luteris fundũ. Habens cælaturas suas, variasque sculpturas in parte exteriori per circumitum. Ex semetipsa qa illæ sculpturæ, non erãt per se fusæ, et postea ibi appositæ, sed magis erant fusæ simul cum basi, vt prædictum est. Cætera autem exponantur sicut prius.*

Ad ca-

egredientibus occurrebat A altare holocausti contra meridiem atrij. Deinde porticus templi vel vestibulum, in quo erant columnæ æreæ circa ostium templi. Quod ergo mare posuit ad dexteram partem templi, significat nos per lauacrum baptismi ad cœleste regnum (quod per dexteram figurabatur) debere peruenire. *Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* Vbi enim dextera simul & sinistra in bono accipiuntur, vel Iudæam & Gentilitatem, sicut in his ibus dictum est, vel præsentem ecclesiæ vitam & futuram, vel læta seculi, & tristia, vel aliquid huiusmodi designat. Vbi verò absolutè in bono ponitur dextera, æterna sæpe gaudia demonstrat.

† vasa rotunda instar craterarum capitellorum quę erant.
Marc. 16. c.

† operienda duo illa vasa capitellorum quæ.

Quia verò cōtra Orientem posuit mare, ad eandem propè significationem respicit, quia per lauacrum baptismi aperitur nobis splendor internæ B claritatis, quod ad meridianum latus atrij, significat fideles per acceptionem spiritus ad flagrantiam veræ charitatis accendi. Feruor enim meridiani solis in scripturis, significat ardorem dilectionis, & illustrationem Spiritussancti, per quam eadem dilectio diffunditur in cordibus nostris.


a *Iordanis fudit ea rex in.* Beda. In quo dominus noster baptizatus est, eiusque tinctus vndis aquarū nobis elementum in ablutionem peccatorum conuertit. Et quia omne fidelium baptisma, quo domino consecrantur in exēplū illius celebratur, quo ipse sanctificauit aquas, rectè in regione Iordanis vasa domus domini sunt facta. Non enim aliter vasa electorum & misericor C diæ efficimur, nisi ad baptis-

autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit ergo Hiram le- 1

a Ollas æreas ad suscipiendos cineres altaris.
b ¶ Vasa ærea æqualis in fundo & ore amplitudinis ad cal efaciendum.
c ¶ Vasa ad offerenda vina.

betes & † scutras & amulas. Et perfecit omne opus regis Salomonis in templo domini. Columnas duas, & † funiculos capite totum super capitella columnarum † duos, & retiacula duo, vt operirent † duos funiculos qui erant super capita columnarum & mala granata quadringenta in duobus retiaculis. Duos versus malorum granatorum in retiaculis singulis, ad † operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarū, & bases decē & luteres decē subter bases, & mare vnū, & boues duodecim sup mare, & lebetes, & † scutras & amulas. Omnia vasa, quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo domini de † aurichalco erant. a In campestri regione Iordanis b fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochoth 3 2 4 5 6 7 8

FIGVRA LVTERIS ET BASIS EIVS.



ptismum eius respicientes D in tali flumine satagamus ablui. Notandum autem quia non tantum in regione Iordanis, sed & in campestri regione illius facta dicit eadem vasa, significans multiplicationem fidelium, quæ non solum in Iudæa, sed & in omnium regionum erat latitudine futura, secundum illud: *Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt. Et ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in camp. syluæ. Audiuimus* enim *in Ephrata*, id est, in Bethleem sacramenta dominica, quia promissum legimus Dauid qui erat ex eadem ciuitate, de fructu ventris eius Christum in carne venturum. *Inuenimus eam in campis syluæ*, quia reuelata in latitudine gentium per orbem ipsi cognouimus, vidimus, participes facti sumus. Fudit ergo rex vasa domus Domini in campestri regione Iordanis: quia Christus baptismum salutis de quo vasa misericordiæ faceret, per totam mundi latitudinem impleuit.

† scopas pelues.
† duo illa vasa rotunda quæ.
Psal 95. c.
Ibid. 131. a.

† scopas crateras.
† ære limato.

b *Argillosa terra.* Beda. De qua factæ sunt formæ ad fundenda vasa scripturæ, de qua regulam bene viuendi sumimus, quasi enim argilla ignibus durata format vasa, cum nobis scriptura regulam iustitiæ quam sequamur ostendit: sanctorumq; exempla qui igne passionis inuincibiles extiterunt in omnibus sequenda præmonstrat. Sed vasa in domo domini preciosa esse conspicimus, æsq; igne liquefactū argillæ formas ingreditur, vt possit aptum vas ministerijs cœlestibus effici, cum salubriter humiliati, & flamma diuinæ charitatis, vel humanæ aduersitatis emolliti, viā patrum bene operādo intramus, vt ad præmia eorū bene currendo perueniamus. F

E
Li. de temp. S. l. c. 21.
Rabanus.

Fecit

NICOLAVS DE LYRA.

Ad capiēdum prædicta facilius ponitur figura luteris & basis eius secundum expositores communiter in columnis præced.

1 Fecit ergo Hiram lebetes, &c. *Hic consequenter agitur de quibusdam alijs vtensilibus ad Templum pertinentibus in diuersis officiis & hoc notatur cū dicitur.* Fecit quoq; Hirā lebetes, &c. *id est. caldarias. Erant enim ibi aliquæ caldariæ, vbi ponebantur cineres amoti de Altari holocaustorum, vt portarentur extra ciuitatē ad locum mundum, et aliquæ ad decoquendum carnes aliquorum sacrificiorum, vt habetur supra primo lib. c. 2.*

2 Et scutras, &c. *Vasa sūt æqualis amplitudinis in superiori & inferiori, vbi ponebantur carbones accepti de Altari holocaustorum, vt portarentur intra Templum ad cremandum thymiama super Altare incensi.*

3 Et amulas, &c. *idest, fuscinulas, vt dicunt aliqui, sed non videtur verum, quia sic diceretur de hamo, mas, & hēret, h, in principio. Et īn dicunt alii, quod sunt vasa vinaria ad modum ampullæ facta, quib. effundebatur vinum libaminis super Altare holocausti.*

4 Columnas duas, &c. *de quibus diffuse supra dictum est.*

5 Et funiculos capitellorum super capitella. *idest, circulos cingentes capitella ad modum funiculorum. Cætera patent ex supradictis vsque ibi.*

6 De aurichalco erant. *quoddam genus metalli est simile auro in colore.*

7 Fudit ea rex, &c. *scilicet Salomō, quia fecit talia fieri, sicut & supra dictum est in princ. huius ca.* Domum suam ædifi. Salomon, &c. *Vel potest referri ad Hirā, qui dicebatur rex artificium propter artis excellentiam.*

8 In argillosa terra. *quæ est apta ad faciendum formas in quibus metalla funduntur.*

Altare

a *Fecitque Salomon omnia vasa in domo, &c.* Beda. Superius dixit Hiram fecisse Salomoni omnia vasa, nũc scriptura subiungit eadem fecisse Salomonem. Salomon enim fecit dictando, Hiram operando.

b *Altare au.* Beda. Corda perfectorum internæ charitatis & castitatis luce coruscãt, quorum sublimitati significandæ etiam locus conuenit eiusdem altaris. Stabat ante ostium sancti sanctorum, vt in factura tabernaculi legitur, quia sancti neglectis temporalium cupiditatibus tota intentione cælestia quærunt. In vicino oraculi sunt, non lõgè à velo quo templum & sancta sanctorum dirimuntur, quia corpore terram incolunt, mente conuersationem in cęlis habent. Ab hoc altari ascendit fumus incensorum intra sancta sanctorum, vbi arca est recondita, cùm orationes sanctorum flamma charitatis excitatæ ad cælum perueniũt, vbi Christus est in dextera Dei. Sed in hoc altari non sanguis hostiarum sed thymiama tantùm incẽditur, quia tales viri non habent opera carnis quæ in ara cordis domino mactent, sed solummodo lachrymarum & orationis ei vota pro desiderio regni cęlestis offerunt.

† noluit Salomon vt ponderarentur omnia vasa propter multitudinem nimiã non est exploratum pondus æris. Fecitq;

† ante.

† vel pelues & cochlearia.

Sartham. Et † posuit Salomon omnia vasa in domo domini. † Propter multitudinem autem nimiam non erat pondus ęris † Fecitque Salomon omnia vasa in domo domini altare [1] aureum, [2] & mensam super quam ponerentur panes propositionis auream, & candelabra [3] aurea quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram † contra oraculum ex auro puro, & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas, [4] & forcipes aureos, [5] & hydrias, [6] & † fuscinulas, & † phialas, [7] & mortariola, [8] &

a ¶ Candelabrorum. b ¶ Doctores pleni vitalibus aquis.
a ¶ Pœnitentiæ labor passioque tolerantiæ quibus mortificantur membra eorum super terram.

Beda. Altare thymiamatis Moses fecit, habens cubitum longitudinis, alterũ latitudinis, & duos in altitudine. Quàm magnum autem fuerit quod Salomõ fecit, scriptura nõ dicit. Constat autẽ quia tantùm non fuit, quantum illud holocausti, quia si viginti cubitorũ in longitudine & latitudine factũ esset, totã templi latitudinem impleret. Attamen angustius fuit quàm Mosaicũ, sicut cuncta alia quæ Salomõ fecit. Quãtò igitur exterius erat altare holocausti quàm incensi, quãtũque genere oblationis ac vilitate metalli ignobilius, tantùm quantitate mensuræ & hostiarũ frequentia præstabat: Quia nimirum plures audire delectat: *Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata,* quàm, *Si vis perfectus esse, vade & vende oĩa quæ habes & da pauperibus.* Altare holocausti illorum typũ tenet, qui corpus & animam per ignem amoris dño consecrant. Perseuerãtia horum in bona operatione per longitudinẽ altaris, amplitudo in charitate Dei & proximi, per latitudinẽ, spes in expectatione diuinæ visionis per altitudinẽ figuratur. Quinq; libri Moysi quatuor sunt euãgelicæ libertatis: & cũ ad intelligentiam atque custodiã legis spiritualem illustrante euangelij gratia peruenimus, quater quinos pficimus qui numerus fit in longitudine & latitudine, cùm electi docente vtroque testamento, & perseuerantiã boni operis & hilaritatem seruant dilectionis. Idem altare decem cubitis erat altum, electorum vitam perpetuam denario significans. Vnde qui in vinea magni patrisfamilias laborant, denario remunerãtur.

Ibid. cap. 22. Rabbanus. Exod. 30. a.

Mat. 19. c.

c *Mensam.* Beda. Scriptura spirituali intelligentia clara. de qua: *Parasti in conspectu meo mensam.* Panes propositionis, sancti doctores, quorũ opera nobis vel verba ad exẽplũ proposita in diuinis paginis qui bene quærit, inuenit. Vnde ijdẽ panes in Exodo. 12. fieri præcepti sunt propter apostolos. 12. p quos scriptura noui testamenti est cõdita, & veteris reuelata mysteria. Quorum numero omnes doctores signantur, quia ipsam doctrinæ formã quam à dño apostoli acceperunt, sequuntur. In verbis dierum legimus, q fecit Salomon mensas decem in templo, quinque à sinistris, & quinque à dextris, quas ad vasa dñi portanda factas esse sciendum est, scilicet phialas quas pariter factas scriptura refert, & thymiamateria, in quibus thymiama adolebatur, &c. Quod paulò post in eodem volumine subinfertur: *Fecit Salomon mẽsas, & super eas panes propositionis,* vel plurale p singulari posuit more scripturæ: vel certè panes nouiter cocti illis mẽsis imponebantur, vbi nocte illa seruarentur operti, donec primo manè ablatis veteribus super mẽsam propositionis ponerent calidi. Mensæ decem à figura vnius non discrepant. Nam sicut vna mensa duodecim panibus onusta, vnanimẽ scripturæ qua pascimur, concordiam autoritate apostolica munitam designat, ita decem mensæ legis & prophetarum eloquia denuntiant, quæ nobis fidelium exempla quasi propositorum in se vasorum domini claritatem & miracula proponunt. Mensę sunt bis quinæ. Quinæ, quia lex tam quinque libros quàm quinque ætates seculi complectitur, bis: quia post incarnationem domini vtrique populo, Iudæo scilicet & Gentili committitur, & quia plena figuris ostenditur quæ quondam iuxta literam intelligenda putabatur.

Ibidem. Eucherius. Rabbanus. Angelomus. Psal. 22. b.

† sup. eod. g.

† 33. q. 24. gloria.

† psalteria.

Beda. Sicut mensæ in typo scripturæ ponuntur, quia panem verbi ministrãt & vasa ferunt ministerij, id est, iustorũ nobis actus in exemplum proponunt: ita per candelabra eadem figuratur, quia lucẽ sapientię errantibus profert. Vnde Salomon: *Mandatum lucerna est, & lex lux.* Quod candelabra quinque à dextris, quinq; à sinistris, idem est quod suprà de mensis. Oraculũ vbi erat arca, aditus patriæ cęlestis, vbi Christus in dextra Dei sedens paternorũ vtriq; conscius arcanorũ. Candelabra contra oraculũ, quia eloquia Dei ad habitationem supernæ ciuitatis aspectant, vt ad eam promerendã nos accendant. Lucernæ sunt viri sancti qui oleo spiritussancti infusi, & ipsi igne dilectionis ardent in corde, & pximis lucẽ scientiæ præferunt in signa. Candelabra quę lucernas in sublime tollunt, sacra scriptura est, quę sanctorũ virtutes & doctrinã sua lectione demonstrat. vnde de Ioanne dicit: *Ille erat lucerna ardens, & lucẽs.* Aut ita lucernę diuina sunt eloquia. vnde: *Lucerna pedibus meis verbũ tuũ.* Candelabra lucernarũ sancti sunt, qui corda & corpora ferendis dñi mandatis supponunt. Quisquis enim in nullo propriã sequi curat voluntatem, verum quę scriptura dicat attendit, eiusq; se subijcere mandatis satagit & auscultare promissis, quasi candelabrũ aureum aureas gestat lucernas: & hoc tam fixa intẽtione, quàm firmiter candelabrũ ad superna erectũ impositas sibi lucernas absq; motione seruat. Flores lilij amœnitatem semper virentis terrę viuentiũ designant. Bene hi flores in candelabro sunt: quia scriptura spretis terrenis ad appetẽda cęlestia prouocare consueuit, & quo erectum candelabrum lucernas habet in capite & lilij flores, ita electi qui in scriptura continentur erecto ad superna sensu bona cęlestia à domino quęrunt & percipiunt.

Ibi. cap. 24.

Prou. 6. c.

Ioan. 5. f. Psal. 118. n.

d *Quasi lili.* Bed. Hoc videtur dicere, quia suprema pars candelabrorum in modum repandi lilij erat deformata.

e *Lucernas de au.* Per quod continetur id quod continet. i. vascula aurea in quibus oleum lucebat, designatur.

f *Forcipes.* Beda. id est, emunctoria quibus emungebantur lychni, vt reparati melius lucerent.

g *Hydrias.* Hydrię præcordia sanctorum signant, aqua sapientię & vino compunctionis repleta.

h *Fuscinulas.* Fuscinulę quibus carnes pręparantur prędicatores, qui suis auditoribus cibum intelligentię administrãt: quorum officium est corpus & sanguinem credentibus distribuere, infidelibus abnegare.

Domus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Altare aureum. *idest, altare incensi, quod erat intra templum.*

2 Et mensam super quam ponerentur panes, &c. *de quorum forma & dispositione, & situ dictum fuit. Exod. 25. & 30.*

3 Et candela. *Ista erant facta ad modum candelabri quod fecit Moyses, cuius forma fuit descripta Exod. 25.*

4 Et forcipes aureos. *ad rescindendum partem lychnorum combustam.*

5 Et hyd. *in quibus erat oleum pro lucernis.*

6 Et fuscinul. *ad extrahendum de lucernis si ibi aliquid immunditia de lychnis combustis cecidisset.*

7 Et phi. *ad ponendum vnguentum pro inunctione regum & pontificum & vasorum quæ erant applicanda ad cultum diuinum.*

8 Et morta. *ad terendum species & radices, vnde fiebant talia vnguenta.*

Et

a *Domus interioris.* Bed. Ostia domus interioris angelica sũt ministeria, quæ nobis de corpore egressis introitũ vitæ cęlestis reserãt. Ostia domus tẽpli doctores sunt & sacerdotes, q̃ instruendo baptizando, dñici corporis & sanguinis mysteria cõmunicãdo, pⁱma nobis ecclesiæ præsentis limina pandunt. Cardines vtorumq; ostiorum sensus & corda sunt angelorum & sanctorum, quibus immobiliter contemplationi & dilectioni conditoris adhærent, vt eò ministerium sibi delegatum rectè compleant, quò à voluntate domini nunquã oculos auertunt. Aperiuntur enim & clauduntur ostia, sed cardinem non deserunt: quia angeli & sancti siue in hac vita fidei, seu in illa speciei fideles & electos suscipiãt, semper animũ in radice internæ dilectionis fixũ tenẽt. Vnde bene ex auro cardines facti sunt, propter fidẽ vel meritũ propriæ claritatis, vel quam habent in Deum charitatis.

b *Perfecit omne opus.* Be. Dũ status seculi geritur, facit quidẽ opus domus domini, sed nõdũ perficit: quia corda electorũ dñs vt bona operentur, inspirat & adiuuat: nullum tñ in hac vita commorantem absque peccato esse tribuit. Nanque hoc futurę beatitudini reseruat. Perficit verò omne opus tẽpli Salomonis, & dedicationi aptum reddit cùm noster pacificus in die nouissima electos resurrectionis immortalitate glorificat, & æternum perducit ad regnũ. Vnde templũ septem annis ædificatum, octauo autem perfectum ac dedicatum est. Cui tempore conuenit quod sequitur.

c *Et intulit quæ sanctificauerat.* Sanctificauerat Dauid pater Salomonis argentum, cùm Deus pater eloquentes gratia sui spiritus ad loquendum verbũ Dei confortat. Sanctificat aurũ, cùm naturali ingenio preditos ad intelligendam legem illuminat. Sanctificat etiam vasa, cùm omnibus ecclesiæ filiis spiritussancti gratiam largitur. Hęc sanctificata Salomon infert in templum, cum dominus peracto iudicio doctorum & cæterorum fidelium cętum in gaudium celestis regni introducit.

d *Reposuitq; in thesau. dom. domini.* quia Deos suos abscondit in abdito vultus sui à conturbatione hominũ. Multi sunt thesauri in vna domo dñi, quia in vna ecclesia sancti meritis distant. *Et vna est patria cælestis, quamuis in ca stella à stella differat in claritate.* Quod vtrumque distributor præmiorum demonstrauit, cùm ait: *In domo patris mei mansion. mult. sunt.*

Ibi. cap. 15. — Idem ibid. — † 1. Par. 5. a. — Ibidem. — Idem. — 1. Cor. 15. f. — Ioan. 14. a.

a ¶ Virtutes operum vel orationes sanctorum quibus odor suauitatis ascendit ad Deum ex conscientia puri & fide non ficta.

thuribula de auro purissimo. Et cardines ostiorũ domus interioris sanctisanctorũ, & ostiorũ domus tẽpli ex auro erant.† Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo domini, & ĩtulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum & aurũ & vasa, repoſuitque in thesauris domus domini.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et thuribu. *in quibus cremabantur thymiamata.*

2 Et cardines ostiorum, *de quibus ostijs suprà dictũ est ca. 6. Illa enim pars templi dicebatur sanctumsanctorum: & ideo cardines ostiorum eius erant de pretiosiori materia, quam ostiorum domus exterioris. Cętera patent.*

CAP. VIII.

a *Tunc cõgregati sunt om. &c.* ✠ Iosephus. Cùm hęc opera & magnitudinis & decoris ædificiorum rex Salomon septem annis expleſſet, diuitiarum magnam faciens & velocitatis ostensionem: scripsit principibus & Hebræorum senioribus, iubens omnem populum ad Hierosolymam cõuenire, visurum simul & templum, & Dei arcã ibidem portaturũ. Vix autem cõuenerũt septimo mense, quo tempore etiã festiuitas concurrit Scenophegiæ, id est, positionis tabernaculorum, quæ satis apud Hebræos excelsa atque præcipua est.

✠ Ambro. Hoc vnum templum fuit in toto mundo venerabilius, ad quod homines vndiq; confluebant, sicut in Actibus Apostolorum legitur die sancto Pentecostes, constitisse ex diuersis partibus mundi, & cęleste audiſſe miraculum & vidiſſe. Sed huic templo totum oppositum cęlum Paulus, &c.

✠ August. Quia ergo Salomon templum ædificauit Deo, ostendit se colere Deum. Et vnde ædificauit? De lignis & lapidibus, quia dignatus est Deus facere sibi per seruum suũ domum in terra, vbi rogaretur, vbi moraretur.

✠ Petrus venerabilis. Pudeat vos (hęreticos alloquitur) stultiſſimi, erroris quẽ nec Iudæus, nec Paganᵘˢ, nec Christianus inuenire potuit. Vult.n. omnis religio locum, vbi sacra sua venerari, & vbi familiarius institutis suis valeat deseruire. Hinc Iudæi in tẽplo Dei, hinc pagani in phanis (licet prophanis) tantum hostias immolabant. Hinc Christiani vsque ad vestra tempora, à Deo institutas, quas subuertere quęritis, Ecclesias habebant, &c. Videte Deum templi sui fabricam erigentem: erectam sanctificantẽ: prophetas diruta restaurantes: restauratã cõsecrãtes: Christũ celesti verbo & miraculis templum honorantem: & negotiatores de illo verbis & verberibus eliminantem: domum Dei, domum patris sui, domũ orationis esse dicẽtem. Nolite ergo vltra destruere, quod Deũ ædificare cernitis: nolite prophanare quod eũ dedicare videtis: nolite contemnere quod eum honorare conspicitis. Intelligite Deũ Christianorum, Deũ fuisse Iudæorum: qui sicut tũc sine templo esse noluit, ita nunc sine Ecclesijs esse non vult, &c. Ad illud templũ Iudæi omnes, multiq; gentilium, magni reges, & prophetæ, vel iussas hostias, vel vota propria, oblaturi veniebãt. Ad hoc se ascensurum post ægritudinem, & Solis retrocessionẽ, per Isaiam Ezechias in signum accepit. Hoc à rege Chaldæorũ destructum, principes Zorobabel & Salathiel, sacerdotes Esdras & Iesus, prophetæ Aggæus & Zacharias reparatunt: rursumque ab Antiocho prophanatum, Machabæi sanctificarunt. In hoc Christus puer oblatus, quid reuerentiæ sacris locis debeatur, prius exemplo docuit quàm verbo. Quoties in pascha, in Scenophegia, in encenijs, Hierosolymam veniẽs in templum ascendit? &c.

Li. 8. anti. c. 4. — In cap. 9. ad Hebr. — De symb. ad Cathecum. tom. 9. — Lib. 1. epistl. epist. contra Petrobrus. — † 1. Par. 5. a. — 4. Reg. 20. Isa. 38.

CAPVT VIII.

Tunc cõgregati sunt omnes maiores natu Israel cũ principibus tribuũ, & duces familiarũ filiorũ Israel ad regẽ Salomonem in Ierusalem, vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid, id est de Sion. Conueniitq; ad regem Salomonẽ vniuersus Israel in

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Tunc congregati sunt oẽs ma. *Hic consequenter describitur tẽpli dedicatio. & primò ponitur introductio arcæ. secũdo, signũ diuinæ pſentiæ. ibi:* Factum est autem. *tertiò, Salomonis oratio. ibi:* Stetit autem Salomon. *quartò populi benedictio & licentiatio. ibi,* Factum est autem. *Circa primum dicitur.*

1 Tunc congregati. *vt cum debita solennitate dedicaretur templum, & deferretur ibi arca domini: ideò subditur.*

2 Vt de. &c. De ciuitate Dauid. *vbi adducta fuerat de domo Obededom. vt habetur suprà 2. lib. 6. cap.*

MORALITER.

1 *Tunc congregati.* Hic agitur de portatione arcæ testamẽti ad locũ sibi paratũ in templum intra sanctum sanctorũ, per quod significatᵘʳ cęlum empyreũ, qui est locus beatorum, sicut dictũ fuit Exod. 25. Dictum etiam fuit ibidem, quòd per arcam arcã figurata fuit beata virgo Maria, pp quod per hanc arcę deportationem figurata fuit huius virginis assumptio. Per maiores natu, duces, & principes, q̃ ɔgregati fuerũt ad Salomonẽ ĩ arcę deportationẽ, signãᵗ angeli & diuersis ordinibᵘˢ cũ Chro venientes ad beatæ virginis venerationẽ in eiᵘˢ assũptione

CAP. VIII.

mense † Ethanim in solenni die, ipse est mensis septimus. Veneruntque cuncti senes de Israel, & tulerunt sacerdotes arcam, & portauerunt arcam domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo, & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues, absque æstimatione & numero. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis domini in locum suum in oraculum templi, in sanctumsanctorum subter alas cherubim. Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebant arcam & vectes eius desuper. Cumque eminerent vectes & apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, & non apparebant vltrà extrinsecus. qui & fuerunt ibi vsque in præsentem diem. In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit dominus fœdus cum filijs Israel, cum egrederentur de terra Ægypti. Factum est autem cùm exissent sacerdotes de sanctuario nebula impleuit domum domini; & non poterant sacerdotes stare, & mi-

a Vectes quibus arca portabatur prædicatores per quos Christus mundo innotuit typicè nuntiant.

¶ Existenti.

a ¶ Id est de sanctisanctorum vbi intulerant arcam & tabernaculum quod fecerat Moyses.

Rabbanus. Angelomus. † septembri. 2. Par. 5. b. Exod. 25. b.

a IN sanct. Be. Domus templi exterior peregrinantem ecclesiam, sanctasanctorum supernæ patriæ cœlestis felicitatem designat. Illata in sanctasanctorum arca assumpta Christi humanitate intra velum regiæ cœlestis inducitur.

b *Subter al.* Bed. Moses fecit duos cherubim aureos, quos posuit in propitiatorio quod erat super arcam. Salomō addidit duos maiores, sub quorum alis arcam nūc dicitur posuisse cū ppitiatorio & duobus cherubim prioribus.

Rabbanus. Angelomus.

c *Cumque.* Bed. Hoc manifestius in Para. *Vectes*, inquit, *quibus portabant arcam, quia paululum longiores erant, capita patebant ante oraculum.* Si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Vbi notādum, quia etsi vectium capita diligentius intuentibus patebant ante oraculum, non tñ fieri poterat, vt ipsa capita ante oraculum eminerēt: quia necesse erat vt clauso oraculo & appēso ante ostia velo, ipsi quoque vectes cum arca adducerentur interius quod fieri non poterat, si prominentes vltrà ostium vectes pro ducendis ad claudendum ostijs locum non darent. (2. Par. 5. c.)

d *Qui & fu.* In Par. dicitur. *Fuit itaque arca ibi vsque ad præsentem diem.* quod ab historiographo additum est, significante vsque ad tempora ætatis suæ eam ibi parmansisse, quod non de Esdra potest intelligi: quia iam erat incensum templum, sed de Nathan vel aliquo prophetarum, à quibus omnia gesta suorum temporum scripta esse creduntur.

2. Par. 5. c. Rabbanus. Angelomus. Coloss. 2.

e *In arca.* Ra. Erat in arca vrna aurea habens manna, quia in homine Christo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Erat virga Aaron, quæ excisa denuo floruerat: quia potestas iudicandi penes eū est, cuius iudiciū in humilitate passionis videbatur esse sublatū. Erant etiam tabulæ testamēti: quia in illo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ abscōditi. Adhærebant enim vectes quibus portabat, quia doctores qui laborant verbo, nunc præsenti visione gaudēt gloriæ Christi. Vnde Paulus: *Cupio dissolui & esse cum Christo.* (Phil. 1. c.) Apparebant summitates vectiū foris ante oraculū non semper, sed cū ostia oraculi aperiri contingeret, neque omnibus, sed his solum qui propius accedentes, attentius interiora satagebāt intueri. Vectes sunt conditi in oraculo, quia electi qui præcesserunt nunc sunt in abscōdito vultus Dei, Quorū tamen summitates vectiū aperto oraculo his qui appropiant visuntur, cum perfectioribus oculis sordis purificatis, Dei gratia aliquid extremū de supernorum gaudio cōtemplandum donauerit: quia his qui paulò lōgius recesserunt, i. mente exterius vagantibus, contemplatio minimè conceditur. Ipsa arca qualis & quomodo esset posita, solis eis qui oraculū intrassent, videre licebat: quia soli supernæ patriæ ciues gloriam ibi redemptoris plene contemplantur.

Rabbanus. Angelomus.

f *Nebula impleuit domum dñi, & non poterant.* Rab. id est, synagogā impleuit, quia eorū mētes infidelitatis caligo repleuit, & sacerdotes pp nebulam ministrare non poterant, quia dū mysticos sēsus literæ velamine coopertos, & natiuitatis Xpi sacramenta inuestigare despiciunt: debitum fidei suæ ministerium per nebulam erroris perdiderūt, ita vt exigentibus meritis non agnoscant cultum credulitatis, quibus in nebula doctrinæ suæ dominus de se etiam aperta narrauit. Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo impleuerat, quasi emissum solis radium nebula interiacens abscondebat.

Imple

NICOLAVS DE LYRA.

1 Mense Ethanim, &c. *Iste est mensis septimus, qui apud Hebræos erat quasi totus festiuus, sicut dictum fuit Leu. 23. tamen festiuitas principalis erat festum expiationis, quod celebrabatur decima die illius mensis.*

2 Et portauerunt arcam domini & tabernaculum. *quod fecit Moyses, quia illud tabernaculum fuit repositum cum aliis sacris in thesauris domus domini. Aliqui autē libri habent:* Et portauerunt arcam domini ad tabernaculum fœderis, *quod per imperitiā aliquorum correctorum positum est ad, pro, &c. Non enim arca tunc fuit portata ad tabernaculū fœderis, sed intra templum quod fecerat Salomon.*

3 Et im. &c. *Hyperbole est, ad denotandum multitudinem hostiarū.*

4 Subter al. *Loquitur de illis cherubim quos fecit Salomon, habebant enim decem cubitos altitudinis, & in medio domus sub alis eorum se contingentibus fuit arca posita, sicut dictum fuit. supra c. 6.*

5 Cumque e. *Dicit Ra. Sa. quod vectes transibant per latitudinem arcæ, ita quòd longitudo arcæ erat inter vectes, sicut dictum fuit Exod. 25. & sic capita vectium erant contra cortinam pendentē in ingressu sanctuarii, & aliquantulum eā impellebant: & sic apparebāt ibi sicut duæ mammillæ mulieris sub veste sua, & ad hoc inducit illud Can. 1 d.* Inter vbera mea commorabitur. *Et pp hoc subditur:* Non apparebant vltrà extrinsecus. *quia dicta cortina erat intermedia, & sic nō apparebāt corpora vectiū, sed tantum figura, sicut videt manus per chirothecā. Doctores autem nostri aliter exponunt, dicentes quòd licet vectes possent videri ab illis, qui erant prope ostium sanctisanctorum, non tamen ab illis qui erant longius. Et hoc videtur rationabilius dictum: quia in templo Salomonis non solum erat cortina media inter sanctum & sanctasanctorum, sed paries, qui non poterat vectibus sic impelli, vt eorum capita exterius apparerent.*

6 In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ. *Cōtrarium videt dicere Apostolus ad Heb. 9. a. scilicet quòd ibi cum tabulis erat virga Aaron, & vrna aurea habens manna. Ad hoc dicit dupliciter. Vno modo, quod solæ tabulæ erant ibi principaliter: quia ad hoc solum fuit arca facta, alia verò duo occasionaliter, scilicet virgā ad repressionem rebellionis de sacerdotio, & vrna aurea ad memoriam cibi dati de cœlo. Alio modo, quòd virga & vrna aurea non erant intra arcam, sed extra in scrinio ad hoc facto & in latere arcæ posito sicut dictum fuit de libro in quo Moses legem scripserat Deut. 31.*

7 Factum est autem, cum exissent sacerdotes de sanctuario. *Hic consequenter ostenditur signum diuinæ præsentiæ, cum dicitur.*

8 Nebula impleuit. *Quæ erat signum diuinæ præsentiæ, quia dominus frequenter legitur apparuisse Moysi in nube.*

9 Et non poterant. *propter reuerentiam diuinæ præsentiæ se elongantes. Dicunt autē hic aliqui, quod nebula ista non erat obscura, sed lucida: sicut nubes quæ apparuit in transfiguratione domini Mat. 17. & ideo sacerdotes non poterant ministrare, propter excessum claritatis,*

quam

MORALITER.

† ptione. Hier. in sermone. Legimus quàm sæpe ad exequias & funera quorūlibet sanctorū angelos aduenisse & exequiis eorū obsequia præstitisse, nec non & eorū animas ad cœlum cū hymnis & canticis detulisse. Sequit: Et quantò magis credendum est hodierna die militiam angelorū cū suis agminibus obuiam aduenisse genitrici Dei, eamque ingenti lumine circumfulsisse, & vsque ad thronum olim ante mundi constitutionem sibi paratum, cum laudibus & canticis perduxisse. Sequitur ibidem: Nec immeritò creditur, quòd ipse saluator omnium per se totus festinus occurrit, eamque secum in throno collocauit.

† Stetit

a *Impleuerat enim gloria, &c.* ✻ Iosephus. Cumque omnia circa arcam sacerdotes constituissent, egressi sunt. & repente non quidem tumens, neque qualis hiemali tempore imbre plena solet nubes assistere, sed diffusa & temperata effluxit, & templum omne compleuit, & facies quidem sacerdotum obumbrauit, ita vt se inuicem videre non possent. Mentibus autem omnium phantasiā quandam & opinionem præbuit, quasi Deus descendisset in templum, et libenter habitaret in eo.

✻ Theodor. Si Deus in templis manu factis non habitat, quomodo inhabitat in templo Hierosolymis? Non verè in illo habitabat, sed typicè. Typus enim erat & symbolum præclari templi hominum, qui est solus aptissimum dei habitaculū.

b *Ore locutus es, & manibus perfecisti, vt hæc, &c.* Theo-

†2. Par. 6 a. Lib. 8. antiq. cap. 4. †manibus suis idest potentia sua. †1. q. 7. cap. 2. Quæstio 16. Art. 17. †2. Reg. 7. b. supra 2. a. †quantò minus. †clamorem. †Deu. 12. b. †propitius eris, vel partes.

a nistrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon: † Dominus dixit, vt habitaret in nebula. Aedificans ædificaui domum in habitaculum tuum, † firmissimum solium tuum in sempiternum. Conuertitq; rex faciem suam & benedixit omni ecclesiæ Israel, Omnis enim ecclesia Israel stabat. Et ait Salomon: Benedictus dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in † manibus eius perfecit, dicens: A die qua eduxi populum meum Israel de Aegypto, non elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt ędificaretur domus, & esset nomen meum ibi, sed elegi Dauid vt esset super populum meum Israel. Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini dñi Dei Israel, & ait dñs ad Dauid patrē meū: Quòd cogitasti in corde tuo ædificare domū nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans. † Veruntamen tu non ædificabis mihi domū: sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ędificabit domum nomini meo. Confirmauit dñs sermonem suum, quē locutus est. Stetique pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus, & ædificaui domum nomini dñi Dei Israel, & constitui ibi locū arcæ in qua fœdus dñi est: quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Ægypti. Stetit autē Salomon ante altare dñi in conspectu ecclesiæ Israel: & expandit manus suas in cęlum, & ait: Dñe Deus Israel non est similis tui Deus in cœlo desuper, & super terrā deorsum, qui custodis pactum & misericordiā seruis tuis qui ambulāt coram te in toto corde tuo, qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei. b Ore locutus es, & manib. perfecisti, vt hæc dies probat. Nunc igitur dñe Deus Israel, conserua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens: † Non auferetur de te vir corā me, qui sedeat super thronū Israel, ita tñ si custodierint filij tui viam suā, vt ambulent corā me, sicut tu ambulasti in cōspectu meo. Et nūc dñe Deus Israel, firmentur verba tua, quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo. Ergo a ne putandum est, quòd verè Deus habitet super terram? Si enim cœlum & cæli cœlorum te capere non possunt, † quantò magis domus hæc quam ædificaui tibi? Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius, domine Deus meus. Audi † hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie, vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte, ac die, c super domum de qua dixisti; † Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem quam seruus tuus orat ad te in loco isto, vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, † quodcunque orauerit in loco isto, &

(Interlinear: Id est statuit. — Per prophetas. — Id est tabulæ testamenti. — Flexis genibus. — Propter hoc quod indigeas, quia non indiges.)

✻ Theodoretus. Per linguam professimus, per manus autem operamur. Humano ergo more vtens verbis, dixit: iis quæ dixisti, finem imposuisti.

c *Vt exaudias orationem quam seruus tuus, &c.* ✻ Procop. Manifestè his omnibus ostendit Deum, in singulis rebus vnumquemque non ex domo quæ super terram est, sed ex cœlo exaudire: & confitetur se non ipsi Deo, sed nomini ipsius templum ædificasse. Nouerat enim ipsum immensum esse, & omnia implere. Dicit enim *cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum.*

✻ Chrysostomus. Veruntamen templum tam pulchrum, & mirabile, & sanctum, vtentibus ipso perditis, tantæ ignominiæ habitum est, sicque contemptū & prophanum redditum, vt ante captiuitatem spelunca vocaretur latronum. Non

†habitaculi in quo habitare. Hom. 17. ad pop. Antioc.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *quā non poterāt sustinere. Sed hoc non consonat textui sequenti, vbi dicitur:* Dominus dixit vt habitaret in nebula. *in Hebræo habet:* In caligine. *Vnde & 2. Paralipo. 6. a. dicit:* Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine. *Nisi dicat quod ista nebula in parte erat caliginosa, vtpote exterius, & in parte lucida, sicut dicit de nube existente inter Aegyptios & filios Israel, Exod. 14. c. Et erat nubes tenebrosa & illuminans nocte, tenebrosa Aegyptiis, & illuminans nocte Hebræis, sicut plenius dictum fuit ibidem. & hoc videtur concordare ei, quod dicitur. 2. Par. 7. a.* Sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem & gloriam domini super domum.

1 Dominus dixit. *Dicunt aliqui, quod non inuenitur hoc dictum à Deo verbo, sed facto: quia plaries legitur apparuisse in nube, vt prædictum est. Potest etiam dici, quòd inuenitur dictum verbo dñi Leu. 17. d. Dixit dominus*, in nube apparebo super oraculum. *Consequenter ponitur gratiarū actio Salomonis, eò quod videbat per signum diuinæ præsentiæ, quod domus ab eo ædificata, erat Deo accepta. ideo subditur.*

2 Et ait. *& patet litera vsque ibi.*

3 Et a. *Ex hoc patet, quod non oportet voluntatem humanam semper conformari diuinæ in volito. Dauid enim voluit ædificare templū domino, & hoc comendatur à Deo, & tamen Deus nolebat quod ipse ædificaret, sed filius eius. Cætera patent in litera.*

4 Stetit a. *Hic consequenter ponitur oratio Salomonis cōtinens septem petitiones. Prima respicit bonum statum regni Dauid. præmittit tamen ipsius Salomonis deuota dispositio, cū dicitur:* Stetit au. &c. *scilicet holocaustorum, quia ad altare incensi soli sacerdotes intrabāt.*

5 Et expan. *Per hoc designans, quòd omne bonum à Deo est expectandum. secundò regratiatur Salomon de præterito beneficio, cum dicitur:* Domine Deus *& subditur:* Qui cust. *tertiò ponitur de futuris petitio cum dicitur:* Nunc igitur, &c.

6 Firmentur. *Per hoc non designatur in Deo mutabilitas aliqua; sed, in hominibus quibus promissa sunt diuina beneficia sub conditione, quod bene debeant se habere. Est igitur sensus:* Firmentur. *id est, da mihi & alijs posteris Dauid stabilitatem mentis in bono, ita quod non fraudemur promisso tuo.*

7 Ergo ne. *Per hoc enim excludit errorem illorum qui putauerunt Deum habere formam corporalem.*

8 Sed re. *q. d. ista domus non est ædificata, vt ibi habites, sicut homo in domo sua, sed vt preces ibi factæ sint magis exaudibiles quàm alibi, propter exercitium cultus diuini.*

9 Vt sint o. *Ocul. tuæ pietatis & misericordiæ.*

10 De qua. *hoc dixit Deut. 12.*

Petitionum Salomonis prima.

✻ Si

MORALITER.

† 4 *Stetit autem.* Per orationes autem Salomonis hic diffusè positas, significantur orationes hominis Christi, quas pro suis fidelibus in vita præsenti adhuc degentibus offert Deo patri.

exaudies in loco habitaculi tui in cœlo: & cum exaudieris, propitius eris. † Si peccauerit homo in proximum suum, & † habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cęlo, & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificansque iustum, & retribuens ei secundum iustitiam suam. † Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & † agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo, venerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & populi tui Israel, & † ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da pluuiam super terram quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut † corruptus aer, aut erugo, aut locusta, † vel rubigo, & afflixerit eum, & inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuotio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel. Si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cęlo, in loco habitationis tuæ, & † repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius († quia tu nosti solus cor omnium hominum) vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena qui nō est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum: audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique: cum venerit ergo & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena, vt discāt vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam, quocunque miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis quam elegisti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo, & exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorū. Quòd si peccauerint tibi († Non est enim homo qui nō peccet) & iratus tradi-

a Non est.n. homo qui non pecca. ※ Tert. Saul bonus pręcęteris, liuore postea euertitur. Dauid vir bonus secundum cor Domini, postea cędis & stupri reus est. Salomō omni gratia & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur. Soli enim Dei filio seruabatur sine delicto permanere.

※ Hierony. Absque vitio quod Græcè dicitur κακία, hominē posse esse aio: ἀναμάρτητον, id est, sine peccato esse nego. Id enim soli Deo competit: omnis autem creatura peccato subiacet & indiget misericordia Dei.

※ Idem. Sine peccato esse pe̲rpetuò, diuinæ solius est potestatis. Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur: & justitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei cōsistit misericordia. Dicente scriptura *Iustus accusator sui est in principio sermonis*. Et in alio loco. *Dicito peccata tua, vt iustificeris*. Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur.

※ Iosephus. Salomon iterū prostratus ī terra, & diutius adorās Deum, tandem surrexit & in templo obtulit hostias & complens tēplū sacrificiis, manifestè Deū vidit sacrificia grata suscipientem. Ignis enim ex aere descendens, omnibus videntibus, ad altare, hostias totas abripuit & consumpsit. Hac igitur apparitione monstrata, populus quidem manifestationem hāc esse diuinæ habitationis in templo, conijciens procidens adorauit in terra.

※ Author. Seder olam. Cum desisset Salomon orare, ignis descendit de cœlo, omnibus filiis Israel cernentibus.

Sicut

† 2. Par. 6 d. Lib. de pręscr. cap. 3. † cæsus fuerit populus tuus Israel ab inimicis suis. Dialog. 2. aduers. Pela. † ariditas vel æstus. † bruchus. † 2. q. 4. cap. consuluisti. Dialog. 1. Prou. 18. Esa. 43. Galat. 3. † & leuauerit alter contra eum iuramentum, vt faciat iurare eum: & alteri fecerit eum iurare. Lib. 8. antiq. cap. 4. † conuersi fuerint ad te. † confessi fuerint. † vel doce. † parces. Cap. 15. † 2. Par. 6. g 4. Ioan. 1. d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Si pecca.* Hic ponitur secunda petitio. & respicit fidelitatem viri cum proximo suo. in pluribus enim casibus determinabatur contentio aliquorum per iuramentum, vt pote in deposito furto sublato, quando non inueniebatur: tunc depositarius erat liber iurando quòd non fecisset fraudem proximo, vt habetur Exod. 22. In tali casu consimilibus adducebatur aliquis ad iurandum ante templum, & si periurabat, frequenter sequebatur vindicta diuina ad declarationē iustitiæ. & hoc est quod subditur: *Iudicabis seruos tuos condemnans impium, &c.*

2 *Si fu.* Hic ponitur tertia petitio, quæ respicit populi communitatem in bello, quæ quando erat infecta peccato communiter ab aduersarijs debellatur, vt patet in vet. test. & hoc est quod dicitur: *Si fu. &c.* hoc est dictum peccatum futurum erit causa fugæ sequentis.

3 *Et agen.* quia sicut per offensam diuinam debellantur, ita per debitam pœnitentiam Deo reconciliati victores efficiebantur.

4 *Si clausum fuerit cæ.* Hic ponitur quarta petitio propter nimiam siccitatem ex populo accidentem. & patet litera.

5 *Fames si oborta fue.* Hic ponitur quinta petitio pro amotione aduersorum malorum, quæ accidere solent propter peccata hominum, cum dicitur: *Fames si obor.* quæ potest contingere ex multis causis, vt ex sterilitate terræ, vel ex tempestate fructus deuastante, vel ex aduersarijs bona destruentibus & consimilibus.

Aut

6 *Aut pestilent.* id est, mortalitas hominum vel animalium.

7 *Aut corruptus aer.* Ex quo sequuntur infirmitates.

8 *Aut er.* corrodentes terræ nascentia.

9 *Vel ru.* desiccans stipulas bladorum, ita quòd non possunt facere spicas vel si faciunt, faciunt inanes.

10 *Cuncta.* id est, maledictio seu mali imprecatio. Cætera patent in litera.

11 *Insuper.* Hic ponitur sexta petitio pro exauditione Gentilium venientium ex deuotione ad orandum in tēplo. multi enim Gentiles audientes in diuersis partibus orbis mirabilia quæ fecit qui Deus colebatur in Ierusalem: ascendebant illuc causa orationis, vt habetur Io. 12. & sic Deum colebāt, & secundum dictamen rectæ rationis viuebant, preces eorū erant exaudibiles quamuis nō seruarent legem Moysi. quia ad illam non tenebantur. multi etiam de his qui ad Iudaismum conuertebantur. & patet litera.

12 *Si egressus.* Hic ponitur septima petitio quæ respicit belli prosperitatem & aduersitatem. prosperitas autem est quando sequitur victoria: & hoc fiebat frequenter per hoc, quòd imminente bello populus vertebat se versus Ierusalem ad orandum dominum. & hoc petit primò Salomon. Et patet litera vsque ibi.

13 *Quod.* Vbi tangitur belli aduersitas quæ est quando populus capitur & in captiuitatem ducitur, à qua frequenter liberabatur populus Israel, propter hoc quòd in terra captiuitatis orabat dominum versa facie versus Ierusalem. & hoc petit hic Salomon, cum dicitur.

※ Et oraue.

A a *Stetit.* In Paral. refertur quod hic non dicitur: *Fecerat Salomon basim æneam, & posuit in medio basilicæ, super quam stans benedixit omni ecclesiæ Israel.*

Para. 6. b. Angelomus.

b *Et de.* Rab. Templum dñi sancta ecclesia est iuxta illud: *Templũ Dei sanctum est quod estis vos.* hanc dedicauit rex Christus: cum eam sanguine suo mundauit, spiritus sancti gratia sãctificauit, diuersis virtutibus multiplicauit. hanc dedicant & filij Israel, cũm fideles secundum donũ sibi collatum verbo prędicationis & virtutum operibus proximis prosunt.

1. Corin. 3. b.

Et dedicauerunt templum Domini, &c. ✠ Fœlix papa quartus. Salomon qđ Dauid pater facere optauerat, iubente & auxiliante Domino perfecit: & templum cum altari, & reliqua ad diuinum peragendum cultũ cõsecrauit. Legitur enim: *fecit illo tẽpore Salomon festiuitatẽ celebrem, & omnis Israel, &c.* Iudæi ergo loca in quibus sacrificabãt, Domino, diuinis habebant supplicationibus cõsecrata, nec in alijs quàm in Deo dedicatis locis munera Deo offerebant. Si autem Iudæi qui vmbræ legis deseruiebant, hoc faciebant multo magis nos quibus veritas patefacta, & grã per Iesum Chrm data est tẽpla Dño ædificare, & p̃ vt melius possumus ornare, eaque

Epis. ad omnes episcop.

De cons. d. 1. c. Tabernaculum.

B

C

eaq; diuinis precibus, & sanctis vnctionib' suis cũ altarib. & vasis, vestib. quoq; & reliquis ad diuinũ cultũ explẽdũ vtensilibus deuotè & solenniter sacrare, & nõ in alijs quàm in Domino sacratis ab Episcopis, nisi summa exigente necessitate, Missas celebrare, nec sacrificia offerre debemus.

D

✠ Gregorius. Solẽnitates dedicationum ecclesiarum & sacerdotum per singulos annos sunt solenniter celebrandæ. ipso Domino exẽplum dãte, qui ad festum dedicationis templi eandem solẽnitatẽ celebraturus cũ reliquis venit. Quod autem octo dieb. encenia sint celebranda, in libro Regũ per lecta dedicatione tẽpli repies.

Ibidem. cap. Solennitas.

Ioan. 10.

c *In dic.* Rab. Quid est q, Salomon ædificauit mediũ atrij offerens ibi, qa altare æneum quod erat ante fores tẽpli non poterat totũ capere? nisi quòd Christus quę in lege propter infirmitatẽ eius perfici nõ poterant, nunc in ecclesia pleniter gerit. Ipse est enim atrium domus dñi, quia per ipsũ ingressus patet ĩ Ierusalem cęlestẽ. Quia ergo holocausta & sacrificia ĩ altari typico non poterãt offerri, eo qđ omnia sibi figuraliter fiebant, rex noster erexit altare fidei ĩ ecclesia, ĩ quo holocausta, & sacrificia quotidie spũaliter Deo offerũt. hinc est et, q. Dñs ait: Holocausta, & sanguinẽ victimarum nolui.

E

Comment. in hunc loc. cap. 32.

F

deris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum prope vel longè, & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes: † Peccauimus, iniquè egimus, impiè gessimus, & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captiui ducti fuerint, & orauerint te contra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificaui nomini tuo: exaudies in cœlo in firmamento solij tui orationes eorum & preces eorum, & facies iudicium eorum, & † propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi: & omnibus iniquitatibus eorum, quibus præuaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis. Populus enim tuus est, & hæreditas tua: quos eduxisti de terra Aegypti de medio fornacis ferreæ, vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudies eos † in vniuersis pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de vniuersis populis terræ, sicut locutus es per Moysen seruum tuum quando eduxisti patres nostros de Aegypto domine Deus. Factum est autem cùm complesset Salomon orans dominum omnem orationem & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris domini. Vtrunque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat ad cęlum. a Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna, dicens: Benedictus dominus Deus, qui dedit requiem populo suo Israel iuxta omnia quæ locutus est. Non cecidit, ne vnus quidem sermo ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen seruum suum. Sit dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque † proijciens, sed inclinet corda nostra ad se: vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius, & † cæremonias eius, & iudicia quæcunq; mandauit patribus nostris, & sint sermones mei isti quib. deprecatus sum corã dño appropinquantes coram dño Deo nostro die ac nocte, vt faciat iudiciũ seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies, & sciant omnes populi terræ, quia dñs ipse est Deus, & non est vltrà absque eo. Sit quoq; cor nostrum perfectum cum dño Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie. Igitur rex & omnis Israel cum eo, immolabant victimas coram dño. Mactauitq; Salomon hostias pacificas quas immolauit dño, boũ viginti duo milia, & ouium cẽtũ viginti milia. b Et dedicauerunt templum domini rex & omnes filij Israel. c In die illa sanctificauit

† reuersi fuerint ad cor suum. † Dan. 3. e.

† parces.

† deseres.

† decreta.

† omni tempore quo.

¶ Id est, legalia. a Decisiones causarum. b Quantum ad moralia.

Altare

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et oraue.* Vnde Dan 6. cap. dicitur, quòd ipse existens in Chaldæa fenestris apertis coram Ierusalem tribus in die tẽporibus, flectebat genua sua & adorabat, &c. & patet litera vsque ibi.

2 *Quos ed.* id est, dure ad modum ferri. Labor enim filiorum Israel faciendo lateres, & coquendo in fornace erat eis nimis durus, vt habetur in Exod.

3 *Tu e.* dando eis legem specialem, & per signum circumcisionis in carne. Cætera patent in litera.

4 *Factum.* Hic ponitur populi benedictio post orationem Salomonis, cùm dicitur.

5 *Surrexit de.* vt benediceret populo.

6 *Vtrunq; enim.* 2. Paralip. 6. b. dicitur, quòd fecerat basim æneam, stetitq; super eam, & deinceps flexis genibus fecit orationem prædictam: & sic non super terram. Dicendum quod hic vtitur scriptura modo loquendi communi, quo aliquis dicitur flectere genua ad terram etiam, dato quòd sit in solario & multò fortius hic: quia basis illa non multum distabat à terra, quia tantum distabat tribus cubitis.

7 *Et benedi. omni ecclesiæ Israel voc.* Non illa benedictione quæ pertinet ad officium sacerdotale, sed imprecando populo bona, & regratiando Deo de bonis præteritis dicens.

8 *Benedictus dominus Deus, qui dedit requiem p.* & deprecando pro futuris, dicens.

9 *Sit dominus noster no. &c.* Et patet litera vsque ibi.

10 *Appropinquantes domino Deo nostro die ac noct. vt faciat iudicium, &c.* idest, exaudibiles coram eo. cætera patent vsque ibi.

11 *In die.* idest pauimentum atrij sacerdotum prope altare holocaustorum, quod non erat rectè in medio ante templũ, sed declinabat ad partem Aquilonarem: altare enim holocaustorum quod fecerat Salomon, licet esset vestitum ære exterius, interius tamen erat de lapidibus impolitis & ideo pauimentum atrij in necessitate poterat ad opus consimile applicari & sanctificari. ista tamen sanctificatio fuit facta per pontificem, ad cuius officium hoc spectabat, quia tamen hoc factum fuit ad instinctum regis, dicitur rex hoc fecisse.

A a *Altare.* Quod fecit Moses positum erat ante templum cõtra ianuas eius: & quia illud angustum erat, & capere non poterat, medium atrij sub diuo sanctificauit, vbi posuit illud altare maximum, quod fecerat viginti cubitorum.

Exod. 27.

b *Festiuitatem.* Rab. In verbis dierum, ita de eadem re scriptum est: *Fecit ergo Salomon festiuitatẽ in tẽpore illo septem diebus, & oĩs Israel cũ eo Ecclesia magna valde ab introitu Emath vsq; ad torrentẽ. Fecitq; die octauo, Collectã eo quod dedicasset altare septẽ diebus et solennia cocelebrasset dieb. 7. Igitur 23. die mẽsis septimi dimisit populos ad tabernacula sua.* Et est sensus, q, expletis dieb. 7. dedicatiõis, subsecuti sunt dies scenophagię: qui à 25. die mensis 7. inchoabãtur. & in die 22. finiebantur. Vtrisq; ergo festiuitatibus rectè peractis & scenophagiarũ 8. die finita, dimisit rex pplos ad sua, quod etiam Iosephus attestatur.

Ibidem. 1. Pet. 7. d.

B Beda. Mysticè. Solennitas quam fecit Salomon & omnis Israel, signat gaudia sanctorum, quę cum Christo vero pacifico perpetualiter habent. Loca quoque congruunt. Emath enim interpretatur dñi veritas. Riuus siue torrens Aegypti significat mortẽ tẽporalem quam in Aegypto consistẽs. i. in tenebris huius mũdi nullus euadere potest. Omnis ergo Israel a riuo Aegypti vsq; Emath festum celebrat cum Salomone, qñ sancti post finem præsentis vitæ veraciter æternis gaudijs cum domino Christo perfruuntur. Septẽ & septem dieb. festa celebrãtur, quia electi per septiformem gratiam modo in hac vita quę septenario discurrit gaudent in spe, & tunc in sabbatho vero, id est, animarũ requie gaudebunt in re. i. in ipsius veritatis perceptione. Dies octauus resurrectio est sanctorum secutura post sabbathismum animarum. Tũc in mansionib. cęlestib. quiq; secundum meritorum qualitates collocabũtur, vbi alacri corde lætãtur Deum laudantes sup bonis q̃ in Christo pater ↄtulit christianis.

Mysticè. Angelomus. Rabbanus.

c *Ab introitu.* Rabbanus. Per introitum Emath septentrionalem Iudææ plagam, per riuum siue torrentem Aegypti designat Australem. Iste autem riuus non est Nilus, sed alius fluuius qui iuxta Rinocorulam influit in mare. Emath autem ciuitas Syrię est, quę nunc Epiphania vocatur ab Antiocho Epiphane.

Ibidem. E

d *Lætantes.* Decantantes cum delectatione hymnos, ita vt in ea iucunditate sine labore ad propria remearent.

a rex medium atrij quod erat ante domum domini. Fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æneum quod erat coram domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. † Fecit ergo Salob mon tempore illo festiuitatem celebrem, & omc nis Israel cum eo, 1 multitudo magna ab introitu Emath vsque ad riuum Aegypti coram domi- 2 no Deo nostro, 3 septem diebus & 4 septem diebus, id est, quatuordecim diebus, 5 & in die octaua dimisit populos. Qui benedicẽtes regi, profecti sunt d in tabernacula sua 6 lætantes, alacrique corde super omnibus bonis quæ fecerat dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo:

a ¶ Agentes gratias propter opera quæ fecisset & orantes Salomonem longæuo tempore regnare.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ab introitu, &c. *q̃ est in termino Aquilonari terræ promissionis.*

2 Vsque ad. *qui vocatur Rinocorula, & est in termino australi terræ promissionis: & inter istos duos terminos est eius longitudo.*

3 Septem diebus. *pro dedicatione.*

4 Et septem. *pro festo tabernaculorum, quod incipit die 15. mẽsis septimi: & sic tertia die primæ septenæ fuit festum expiationis concurrens. scilicet decima die mensis septimi: & sic tunc fuit duplex festum.*

5 Et in. *Non q̃ illa die recesserint, quia fuit dies Collectæ, tamen illa die dedit licentiam quod in crastino possent recedere, quia die 8. fecit Collectam, & in crastino recesserunt. scilicet 23. die mensis septimi, vt plenius habetur 2. Para. 7.*

6 Lætantes. *In completione domus domini per filium sibi succedentem in regno suo, sicut promissum ei fuerat, vt habetur. Supra 2. li. c. 7. Hebræi autem aliter exponunt, di. q̃ cum sacerdotes vellent introducere arcam in templum, portæ clauserunt se: & cum sacerdotes pro apertione impetranda cantarent Psal. 131. b. vbi dicitur:* Surge domine in re. tuam: tu & ar. sanctific. tuæ, *& cum venirent ad illum versum:* Propter Dauid seruum tuum, *i. propter eius merita;* Non auertas faciem tui, *id est, Salomonis in regem vncti, denegando ingressum arcæ intra locum quem præparauit, tunc portæ aperuerunt se, ad ostendendum q̃ Deus acceptauit locum propter merita ipsius Dauid quod videntes populi qui astabant, lætantes Deum laudauerũt, & hoc est quod dicitur:* Lætantes alacriq;. *& hoc videtur consonare ei q̃ subditur 2. Paral. 6. in fine.*

CAP.

MORALITER.

† *Fecit ergo Salo.* Per quod significat, q̃ beatę virginis assumptio debet esse valde celebris omni populo Christiano. vnde dicitur in quadam antiphona: *Ascendit Christus super cœlos & præparauit sacæ castissimæ matri immortalitatis locũ.* Et hęc est illa pręclara festiuitas omnium sanctorum festiuitatibus incomparabilis, in qua gloriosa & felix mirantibus cęlestis curię ordinibus ad ęthereum peruenit thalamum, quo pia sui memoria immemor nequaquam existit.

Factum

C CAP. IX.

a *Apparuit ei dominus secundo, &c.*

∴ Chrysostom. Dum Salomon in curis fuit, diuino colloquio dignus est habitus: vt vero nactus est delitias, in ipsum malitię barathrum delapsus est.

Hom. 66. ad pop. Ant.

† vel perfectione.

∴ Idem. Salomon annos natus duodecim disertè cũ Deo sermocinabatur, multa fretus dicendi fiducia; senio autem confectus plurimum detraxit de pristina virtute.

CAPVT IX.

F Actum † est autem cum perfecisset Salomon 1 ædificium domus domini & ædificium regis, & omne quod optauerat, & voluerat facere, appa- a ruit ei dominus secundo, sicut apparuerat ei in 2 Gabaon. Dixitque dominus ad eum: † Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam quam deprecatus es coram me. 3 Sanctificaui domũ hãc quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternũ, & erunt oculi mei & cor meũ ibi cunctis diebus. 4 Tu quoq, si ambulaueris corã me, sicut ambulauit pater tuus in † 5 simplicitate cordis, & in 6 æquitate, & si

F † 2. Par. 7. d. In cap. 3. Isa.

† De pœni. di. 2. cap. si enim ver. Salo. 8.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

1 Factum est. *Hic consequenter agitur de remuneratione ædificantium. & primo Salomonis qui fuit principalis in ædificãdo. secũdo Hiram regis Tyri qui iuuit eum ligna ministrando, ibi:* Expletis aũt. *tertio populi Israel, qui cooperatus fuit in laboribus et expẽsis, ibi:* Hæc est summa expensarũ. *Remuneratio aũt Salomonis describitur per hoc, q̃ sibi diuinitus fuit reuelatum orationem eius esse exauditam, cum dicitur:* Apparuit ei dominus secundo. *quia primò apparuerat ei in principio regni sui. vt dictum est supra 3. cap.*

2 Sicut apparuerat. *Ex quo patet quod ista apparitio fuit in somnis sicut & illa: & hoc expressè dicitur 2. Paral. 7.*

3 Sanctificaui domum. *id est applicaui & dedicaui meo cultui.*

4 Tu quoq;. *sanctè & iustè viuendo: ideo subditur.*

5 In simplicitate. *id est, in innocentia.*

6 Et in æquitate. *i. iustitia. Cætera patent in litera vsq; ibi.*

a *Si autem auersione, &c.* Lactantius. Salomon filius Dauid qui Hierosolymam condidit, eam ipsam perituram esse in vltione sanctæ crucis prophetauit. *Quod si auertimini a me,* dicit dominus, &c. & subdit causam. *Quia dereliquerunt dominū Deum suum, & persecuti sunt regem suum dilectissimum Deo, & crucia uerunt eum in humilitate magna, propter hoc importauit Deus illis mala hæc.*

b *Præbente regi.* Rab. Multum auri & argenti ligna quoque cedrina & cypressina ad ædificium rex Tyri contulit, quē Salomon inanibus compensationibus redonauit, inter quas ciuitates 20. non procul a Tyro condonauit. Quæ cū displicuissent, mittens ad Salomonem dixit se ciuitatibus non egere: & ex tunc appellatę sunt terra Gabaon: qđ lingua Phœnica displicere significat. Sed Chabul quasi germen interpretatur. Quomodo ergo dictæ sunt Chabul? nisi forte dictum sit per ironiam, quia germē cū plenitudine fructuū non afferrent.

c *Aedificauit.* Rabba. Vrbes quas ædificasse dicitur, hoc est Mello & murū Hierl'm, Hezer, Mageddo, & Gazer & reliqua ecclię decorē signāt, quā verus Salomō ad sēpiternā lætitiam

Lib. 4. c. 18. — † decreta. — † decreta. — † quæ est altissima. — † Deu. 29. c. — Hier. 22. — 3. Par. 8. a. — Cap. 34. Angelomus.

& feceris omnia quæ præcepi tibi, & iudicia mea, & legitima mea seruaueris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo, a de solio Israel. Si autem aversione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & † cæremonias quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos, auferam [1] Israel de superficie terræ quam dedi eis, & templum [2] qđ sanctificaui nomini meo, proijciam a conspectu meo: † eritque [3] Israel in prouerbium [4] & in fabulam cūctis populis, & domus hæc erit [5] in exēplum. Omnis qui transierit [6] per eam, stupebit & sibilabit, [7] & dicet: † Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic? Et respondebunt, quia dereliquerunt dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Aegypti, & secuti sunt Deos alienos, & coluerunt eos, & adorauerunt eos: idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc. † Expletis [8] autem annis viginti [9] postquam ædificauerat Salomon duas domos, id est, domum domini & domum regis, Hiram rege Ty b ri præbente regi Salomoni ligna cedrina & abiegna & aurū iuxta omne quod opus habuerat, tunc dedit [10] Salomon ipsi Hiram viginti oppida in terra Galilææ. Et egressus est [11] Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei. Et ait: Hæccine sūt ciuitates quas dedisti mihi frater? & appellauit [12] eas, terram Chabul (a ¶ Id est, mala non placens.) vsq; in diem hanc. (¶ Antequam darentur ei oppida.) Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc est summa [13] expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum domini, & domum suam & Mello & murum Hierusalem, & Hezer, [14] Mageddo, & Gazer. [15] Pharao rex [16] Aegypti ascendit & cepit Gazer: succenditq; eam igni, & Chananęū qui habitabat in ciuitate interfecit, & dedit eam † in dotem filiæ suæ c vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer & Bethhoron in d feriorem, & Baalath & Palmiram in terra solitudinis, & omnes † vicos qui ad se pertinebant, & erant absque muro: muniuit [17] ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcunque ei placuit, vt ædifica-

titiā præparauit. Interpretatur autem Mello adimpletio: Hezer separatus vel sanctificatus: Mageddo cœnaculū eius: Gazer pcisi vel diuisio: Bethhoron domus montiū, Baalath ascendens interpretatur. Sancta ergo ecclesia ipsa ciuitas Dei est, vbi impletur volūtas Dei. Hæc separata ab errore, sanctificata est in fide & bonis operib. ibi est refectio virtutum. Discernit autē hæc mūdum ab immundo, & domus est montium, id est, habitatio sanctorum & fructus iustitiæ sicut palma florens *ascendit de virtute in virtutem, vt videatur Deus Deorum in Sion.* Vicos suos qui erant absque muro muniuit Salomon, quia Christus cœtus fidelium gratia sua ita protegit, vt hostibus spiritualibus insuperabiles existant.

Rabb. Ciuitates quas Salomō ædificauit de reliquijs Amorrhæorum fuerunt, quas non potuerunt filij Israel delere, sicut in Iesu Naue legitur: has postea rex Aegypti subuertit & dedit in dotem filiæ suæ vxori Salomonis: & ideirco reædificauit eas Salomon.

d *Et Palmiram.* Inhabitabilis regio, eo quod nusquam aqua inueniretur: sed illo loco vbi ædificata est ciuitas, fontes abundant, & palma, quæ Græcè vocatur Palmira ipsa est,

D — Psal. 83. — E — Iosu. c. — † pro i. auersibus. — † vrbes thesaurorum. — F — & erant absque muro, muniuit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Auferam Israel de superficie. *eos captiuando.*
2 Et templum quod san. *ipsum destruendo: quod factum fuit postea per Nabuchodonosor, vt habetur infra 4. lib. 25. cap.*
3 Eritq; Isr. *Quia oēs loquētur de eius deiectione & captiuitate.*
4 Et in fabulam. *quia in narratione taliū multa falsa immiscentur.*
5 Et domus hæc erit. *diuinæ offensionis.*
6 Omnis qui transierit. *per admiratione vltionis diuinæ.*
7 Et sibilabit. *Sicut solent facere homines, qui vident casum alicuius rei magnæ.* 8 Expletis. *Hic consequēnter describitur ipsius Hiram remuneratio: & primò ponitur tempus cum dicitur.*
9 Annis viginti. *Quia septem annos posuit in ædificationem templi, & tredecim in ædificationem domus suæ, vt dictum est supra in fine 6. cap. & in principio 7.* 10 Tūc dedit Salomō. *in recompensatione lignorum & aliorum quæ ei ministrauerat.*
11 Et egressus est Hiram. *scilicet rex Tyri.*
12 Et appellauit. *Quod sonat displicentiam, vt dicunt aliqui, & hoc in lingua Phœnicea, cuius erat Hiram: & hoc cōsonat ei quod præmittitur:* Et non placuerūt ei. *Dicit vero Ra. Sa. qđ sonat tenacitatem in hebræo: quia illa terra est lutosa & adhærens pedib. & ideo sic vocauit eam.* 13 Hæc est summa. *Hic consequenter ponitur remuneratio populi. Et diuiditur in duas: in partē principalē, & incidentalē. secunda ibi:* Filia aūt Pharaonis. *Remuneratio aūt populi consistit in bona dispositione ipsius, quæ maximè prouenit ex tribus. s. ex bona munitione fortalitiorum, & subiectione aduersariorum, & ex libertate ciuium, secundum ponitur ibi:* Vniuersum populū. *tertiū ibi:* De filijs aūt Israel. *Circa primum ait:* Hęc est. *In Hebræo hab i:* Hic est census, quem leuauit Salomon. *& secundum eos non refertur ad literam immediatè præcedentem. s. ad 120. talenta auri quæ misit Hiram, sed ad illud quod postea subditur,* de alienigenis quos Salomon fecit tributarios. *s. ad portandum onera in operibus q̄ hic exprimuntur.* 14 Et mu. *quē fecit triplicē, vt sup. dictum est 3. cap.*
15 Et Hezer. *nomina sunt fortalitiorum.* 16 Pharao rex. *Hic respondetur tacitę quæstioni, quia posset aliquis quærere, quare muniuit Gazer cū nō esset sub eius potestate. & ideo ponitur hic quomodo Pharao rex Aegypti cepit terram illam, & dedit filiæ suæ in dotem & sic facta est sub ditione Salomonis.* 17 Muniuit ciuit. *i. vbi reseruabātur currus bellici & arma ad resistendum aduersariis si insurgerent.*

Diuisio.

1 Vniuer-

MORALITER.

Factum est autem. Sequitur.
2 *Et templum quod san.* Ex hoc patet q. omnia exteriora quæ fiunt ad cultum diuinum, sicut est materialis ecclesia, vasa argentea & aurea, & vestes quantumcunq; sint sumptuosę & pciosę, non sunt Deo accepta, nisi propter cultum interiorem ministrorum & aliorum fidelium qui cultus cōsistit in actibus fidei, spei, & charitatis, ut dicit Augu. in Enchi. Fide, spe & charitate colitur Deus. Vnde dicit Hieron. Quis enim sanctior Exuperio Tholosano, qui corpus & sanguinem domini in vase vitreo & capella viminea cōsecrauit, vt aurum & argentum distribueret pauperibus?

De filiis.

ret in Hierusalem & in Libano & in omni terra potestatis suæ. Vniuersum populum qui remanserat de Amorrhæis, & de Hethæis, & Pheresæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non sunt de filijs Israel, horum filios q remanserant in terra, quos, s. non potuerant filij Israel exterminare, fecit Salomon tributarios vsq; in diē hanc. De filijs aūt Israel non cōstituit rex Salomon seruire quenquā, sed erant viri bellatores & ministri eius & principes, & duces, & præfecti curruum & equorū. Erant principes super omnia opera Salomonis, præpositi quingenti quinquaginta qui habebant populum subiectū, & statutis operib imperabant. Filia autem Pharaonis ascēdit de ciuitate Dauid in domū suā, quā ædificauerat ei Salomō. Tunc ædificauit Mello. Offerebat quoq; Salomō tribus vicibus per annos singulos holocausta & pacificas victimas super altare quod ędificauerat domino,, & adolebat thymiama coram domino. perfectūq; est templū. Classē quoq; fecit rex Salomō in Asiongaber quę est iuxta Ahilā in littore maris rubri in terra Idumęæ. Misit que Hirā in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris cū seruis Salomonis. Qui cum venissent in Ophir sumptum inde aurū quadringntorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem.

a ¶ Quia Chananæos, & Philistæos fecit seruire & agriculturam exercere ad opus filiorum Israel.

a ¶ In Pascha, Pentecoste, in scenophegijs iuxta præceptum legis.

a ¶ Asiongaber, quæ festinantes aut fortes siue viriliter interpretatur. ¶ Insula est in fine Aegypti iuxta maris rubri, vbi classis Iosaphat attrita est tempestate.

ipsa est Emath, siue Epiphania vel Antiochia.

a *Vniuersum.* Rab. Qui non fuerāt de filijs Israel, fecit pacificus noster tributarios cum eis qui non sunt in filiorum numero: sed in seruili condōne vtitur ad proprium seruitium. Tales licet in multis aduersentur, tamen frequenter vsibus seruiunt ecclesiæ, cum in præsenti tēpore de rebus suis solatia præbent.

Ibidem.

b *De filiis.* Rab. Eos qui non ancillæ filij sunt, sed liberæ, quos filius Dei sanguine liberauit: nō constituit Salomon noster seruire, quia neminem cogit ritu Gentili seruire: neminem ceremonias veteris legis temporib. no. te. seruare: sed bellatores esse, qui contra spiritales nequitias scuto fidei & gladio spiritus dimicēt, & ministros suos fieri, hoc est spirituale obsequium in bonis operibus sibi præbere. Et principes & duces, scilicet vt bene sibi principentur & carnis lasciuiam domentur: siue vt subditos sibi bene regāt, & in semitas iustitiæ ducant.

Act. 2. a.

c *Quinquaginta.* Rab. Quinquagesimo die post Pascha & lex in monte Sina tributa est, & spiritus paracletus super discipulos venit. Quid ergo significat iste præpositorum numerus, nisi q hi qui Spiritus sancti gratia legis domini scientiam habere merentur, ipsi & se & alios bene regere possunt?

d *Offerebat quoque.* Rab. Offert pacificus noster tribus vicib. cum in membris suis per sanctæ Trinitatis fidem obsequiū acceptabile exhibet Deo. Offert, n. quisq; fidelis holocausta domino, cum corpus castigādo macerat, & desideria carnis igne spiritus sancti consumere festinat. Offert victimas, cū vota labiorum in laudem domini expandit. Pacificas, cū bonorum operum munus exhibet. Hoc super altare dēt offerre. quia in ira cordis vbi decet ignem diuinum semper ardere. i. flammam charitatis semper feruere, q cquid in abstinentia, bona operatione, gratiarū actione laborāt, iustum est vt totum in suauitate Spiritus sancti offerat Deo, sicq; adolebit thymiama, cum orationem puram Deo in cordis secreto præparat, & ea quæ sunt Deo placita postulat.

e *Classem.* Rab. Classis est ecclesia, quæ in mari mūdi posita studium impendit thesauros sapiētiæ & scientiæ opesque virtutū acquirere: vbi sūt serui Hiram nautici gnari maris cum seruis Salomonis, dum Gētiles seculari sapientia eruditi, cum his qui in lege Mosi periti sunt in vnitate fidei sociant. Hos Salomon noster in Ophir, quę interpretatur infirmās, id est in vilitatem literæ mittit, vt sumptum inde aurum, i. sensum pretiosum, non sibi, sed ipsi Salomoni ascribētes deferant. Quantum? Centum viginti talenta. i. historiam, allegoriam tropologiam, anagogen in duobus testamentis.

f *In Ophir.* Rab. Ophir nomen est prouinciæ in India. Ab Ophir vno de posteris Heber nominatur, quæ & terra aurea appellatur, eo q montes aureos habeat, qui a leonibus & sæuissimis bestijs incoluntur. Ad quos nullus aliter accedere audet, nisi qui in naui stantes iuxta littus, terram quā vnguibus leonum effossam inuenerint, in suam nauem recipiunt, vt si bestię eos senserint facilè in mare recipiantur.

Ibidem. Ophir insula aurifera.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vniuersum. *Hic ponitur secundum. s. subiectio aduersariorum, cū dicitur:* Vniuersum. *Si hoc fecit cupiditate tributi, & absq; hoc q conuerterentur ad Iudaismum, vt dicunt aliqui, tunc peccauit dupliciter. s. peccato auaritiæ, & inobedientiæ: quia dñs præceperat illos exterminari, vt habetur Num. 33. c. Si autem fuerunt cōuersi ad Iudaismum, & fecit eos seruos vt filiis Israel parcerent a labore, & non ductus cupiditate, forsitan nō peccauit, sicut dictum fuit Gabaonitis Ios. 9. qui conuersi ad Iudaismum facti sunt in obsequium totius multitudinis: quamuis essent de populis quos dominus iusserat exterminari.*

2 De filiis. *Hic ponitur tertium, s. libertas ciuium, cum dicitur.*

3 Non constituit. *s. in operibus vilibus & ruralibus: sed fiebant talia opera per alienigenas ad Iudaismum conuersos, occupabantur tamen in operibus nobilibus, ideo subditur.*

4 Sed erant, *& patet.*

5 Filia autem. *Hæc est pars incidentalis, in qua ponuntur aliqua incidentia. Quorum primum est translatio vxoris suæ ad domum quam ei ædificauerat cuius ratio ponitur 2. Par. 8. Videlicet q arca domini fuerat in ciuitate Dauid vt ex præcedentib. & per hoc erat sanctificata, propter quod nō erat dignum q mulier habitaret in ea, nisi ad tempus, scilicet quousq; domus eius esset ædificata: Secundum est de ædificatione Mello. Dicunt Hebræi, q ibi erat quædam platea prope templū quā Dauid dimiserat apertam, ad hoc quod venientes de longe possent ibi manere in solennitate Paschę, qñ non habebant hospitia, & vt essent prope templum deuotionis causa: quam Salomon clausit, & quandam voraginem ibi existentem terra impleuit, ædificans ibi tabernacula p seruis & ancillis filiæ Pharaonis, cuius domus erat iuxta, & in hoc peccauit. Tertium incidens est de oblatione Salomonis ibi.*

6 Offerebat quoque. *scilicet in festiuitatibus Paschæ, Pētecostes, & Tabernaculorum.*

7 Et adolebat. *Non per seipsum, sed per Pontificē ad cuius spectabat officium. Quartum: est de eius nauigio cum dicitur.* Classem quoque fecit. *patet litera vsque ibi.*

8 Qui cum. *Nam est prouincia in India, in qua sunt mōtes hn̄tes mineras auri, sed a leonibus & bestiis sæuissimis inhabitantur: propter quod nullus ibi audet accedere, nisi naui stante propè littus ad refugiū; & tunc nautæ explorantes horam qua dictæ bestiæ se elongant, subitò exeunt: & terram effossam vnguibus leonum in nauem proiiciunt & recedunt, quæ terra postea in fornacem proiicitur: & quod est ibi impuritatis cōsumitur & amouetur virtute ignis, & remanet aurū purum.*

Aurū montis Ophir auriferi quomodo inde accipiatur.

MORALITER.

2 *De filiis autem.* Israel interpretatur Deum videns, & ideo p filios Israel intelliguntur clerici & religiosi, qui præ cæteris debent habere cognitionem Dei: nec debent seruilibus operibus occupari, cuiusmodi sunt mercationes, & alia clericalem statum dedecentia.

4 *Sed erant,* s. contra vitia per virtutum exercitium, & contra dæmones per orationis & lectionis studium, vt prædicationis officium valeant exercere.

† *Et ministri.* in diuersis officiis ecclesiæ domino seruientes.

Et præfecti. in bono regimine populorum, sicut de Elia dicitur 4. Reg. 2. b. *Pater mi, pater mi currus Israel & auriga eius.*

7 *Classem quoque.* Per hanc classem intelligitur ecclesia militans quæ adhuc nauigat. In hac autem classe fuerūt serui Salomonis & serui Hiram & aurum multum apportauerūt ad Salomonem, vt dr̄ in textu. Per seruos autem Salomonis intelliguntur apostoli aliíque discipuli de Iudæa conuersi. Per seruos autem Hiram Gentiles intelliguntur homines literati de Gentilitate conuersi, vt Dionysius, Amb. Augu. & plures alij. Per vtrosq; vero seruos aurū multū sapię acqsitū est ecclesię, & per consequens ipsi Christo, inquantum est eius sponsus verus Salomon: & prędicti serui cum eo sunt in portu ecclesiæ triumphantis.

CAP. X.

A a Sed & Saba. ✠ Theodoretus Gens Sabā est Aethiopica. Eorum regina fuit admirabilis illa mulier, cuius studiū laudauit Christus in euangelijs. Nā cum audiuisset quæ vulgo iactabantur de sapientia Salomonis, confecit viam multorum dierum, & laborem existimauit esse lucrum: & eum prætulit delitijs quibus fruebatur in regia, & per Salomonē laudauit suppeditatorem sapiētiæ.

Quæst. 32.

✠ Historia Aethiopica. Erat huic reginæ Saba nomen proprium Malceda, quæ more maiorum colebat idola. Ad cuius aures fama sapientiæ Salomonis cum peruenisset, quendam virum prudentem Hierosolymam misit, vt re omni explorata, certior de Regis prudētia redderetur. Quo reuerso & re explanata, subito se ad iter Hierusalem versus componit. Atque cum eo peruenisset, præter multa alia, quib. a Salomone erudita est legem ac prophetas didicit: & in patriam rediens, itinere, filium quem ex Salomone cōceperat, peperit, qui vocatus est Meilech, quem ipsa regina in Aethiopia vsq; ad vigesimū ætatis annū apud se educauit, ac postea ad Salomonē patrē remisit, vt ab eo sapientiam disceret, & coram arca dñi, rex Aethiopiæ ↄsecraretur. Qui a patre facile matris postulata obtinuit, & pro Meilech vocatus est Dauid, &c.

† & cœnaculum eius per quod ascendebat in domū.

D ✠ Iosephus. Dicunt autem quod & radicem balsami, quam hactenus fert nostra prouincia, ipsa regina dederit regi. Cui etiam e diuerso Salomon multa bona donauit, & maximè quæ ipsa desideranter eligeret, eamq; suæ largitatis munere præcurrebat. Regina siquidem Aegyptiorum & Aethiopiæ, dans & rursum dona recipiens ad propria remeauit.

Li. 8. Antiq. cap. 6.

CAPVT X.

a Saba ciuitas est regalis Aethiopiæ vnde fuit hæc regina, quæ præfuit duobus regnis Aethiopiæ & Aegypti.

Sed & regina Saba audita fama Salomonis in nōie [1] domini, [2] venit tētare eum in Aenygmatibus [3] Et ingressa Hierusalem cum comitatu multo & diuitijs, camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat. Non fuit sermo qui regem posset latere, & non responderet ei. b [4] Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & [5] domum quam ædificauerat, & cibos mensę eius, & habitacula seruorum & ordines ministrantium, [6] vestesq; eorum & pincernas, & † [7] holocausta quæ offerebat in domo domini, [8] non habebat vltra spiritum. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni & vidi oculis meis: & probaui, † quod media pars mihi nuntiata non fuerit. † Maior est sapientia tua & opera tua quam rumor quem audiui. c Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus Deus tuus benedictus cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eo quod dilexit dominus Israel in sempiternum, & constituit te regem, vt fa-

a ¶ Studuit proponere quæstiones & earum solutiones exigere.

a ¶ Vniuscuiusque ordinis ministri virtus tantum coloris habuerunt vestes, vt inter tantam multitudinem ministrantium, aliqua esset cognitio officiorum singulorum.

a ¶ Rab. Regina non habebat vltra spiritum, videlicet considerandi prudentiam eius.

Allegor. Isid. Hæc regina vēturam ecclesiā de gentibus desiderātem Christum figurabat, quæ circūamicta varietate, & populi sui & paternæ domus oblita currebat (barbara gente non animo, sed in aperto peregrina) in occulto sanctorum fieri cōciuis optans.

Lib. 6. in hūc locum ca 36. Angelomus. Rabbanus.

E b *Videns autem.* Rab. Regina viso Salomone & gloria eius stupens super prudentia eius, dixit: *Verus est sermo, &c.* Sin sancta ecclesia auditis miraculis Christi, prouocata est ad quærendum eum, quo per fidem inuento, consideratis sanctæ scripturę testimonijs diuinitatis eius potentiam agnoscens, parum putat esse omne quod sibi antea narratum est de eo.

F c *Beati viri.* Rab. Regina admirādo in laudē Salomonis erupit, dicens: *Beati viri.* Verè beati sunt quorū rex est Christ⁹, & qui æterna eius visione perfrui merentur, & gloriā quā hēt cum

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT X.

Sed & Regina Saba. Descripta gloria Salomonis in familijs & ædificiis, hic consequenter describitur in opulentijs. Et primò ex amplitudine sumptuum. secundo ex multitudine prouētuū, ibi: *Erat autem pondus auri.* tertio ex magnitudine effectuum, ibi: *Fecit quoque rex.* Circa primum considerandum, ꝙ admiratio consurgit ex inspectione rei magnæ & insolitæ, ꝙ pōt esse dupliciter. Vno modo secundum quid. & hoc modo paruis personis & simplicibus, quę non cōsueuerunt videre magna, aliquid est magnum & insolitū, licet alijs sit mediocre, vel paruum. Alio modo simpliciter, s. illud quod est magnū & insolitum personis magnis & assuetis ad magna videnda. Regina verò Saba erat prudentissima & potentissima, & per consequens assueta ad magna: & tamen videns sapientiam Salomonis, & potētiam in sumptibus magnis, fuit valde admirata. Ex quo patet magnificentię Salomonis excellentia, & hoc est quod dicitur.

1 *Sed & regina.* quæ diuulgabatur vbique.
2 *In nomine domini.* Ex quo patet eā fuisse Dei cultricē quāuis non teneret Moysi legem, quia ad eam non tenebatur.
3 *Tentare eum.* id est, obscuris & dubijs quæstionibus.
4 *Videns autem regina Saba.* Ex solutionibus dubiorum.
5 *Et domum, &c.* i. domos, vt patet ex prędictis.
6 *Vestesq;.* hēbant. n. ministri eius vestes distinctas scdm diuersa officia, ex quib. statim cognoscebatur offm̄ cuiuslibet.
7 *Et holocausta.* quia sicut dicit Iosephus: omni die in tēplo offerebant multa sacrificia pro eo: & eodē mō dr̄ 2. Par. 9. a. *Et victimas quas immolabat i domo domini.* Ra. Sa. dicit, ꝙ hęc est vera litera: *Et ascensum per quem ascendebat in domo domini.* Erat enim de domo regis ad templum quædam via per gradus valde sumptuosè & artificiosè facta: & huic dicto consonat quod habetur cap. præc. ꝙ Salomon tribus vicibus offerebat in anno. Ex quo videtur, ꝙ non faciebat quotidie solennitatem oblationum, sicut Iosephus dicit.
8 *Non habebat.* in quo designatur ipsius admiratio. Cætera patent vsque ibi.

Sed ... Attulit

MORALITER.

1 *Sed & regina Saba.* Per istam reginam quę Gentilis erat, significatur ecclesia de gentibus collecta, quæ audita Christi fama ex eius miraculis per orbem diffusa per fidē venit ad Christum, & per exercitium deuoti studij diligenter inquisiuit veri Salomonis sapientiam in euangelio contentam, intantum ꝙ quicquid in doctrina philosophica vidit esse doctrinę Christi dissonum, reputauit simpliciter esse falsum, dicens.
† *Maior est.* Moraliter autem per reginam Saba intelligitur anima humana, quę regina dr̄, eo quod est, ad imaginē summi regis facta. Per Saba vero quę captiua interpretatur, significatur, eius fędatio ꝑ peccatū originale ex ↄiūctione cū corpore per ꝙ efficitur serua: & etiam ex miserijs sequentib. peccatum originale. propter ꝙ dicit Philoso. 1. Metaph. quod humana natura multipliciter est ancilla. & amplius per actualia peccata in seruitutem redigitur, Ioan. 8. d. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Glo. non vnius tm̄ dñi, sed tot dominorum quot vitiorum, & sic multipliciter captiuatur. audiens tñ bonitatem Christi per prædicatoris vocem, tanquam regina Saba venit ad verum Salomonem de regione longinqua. Ambrosius super Lucam. Quid est longinquius, quam a se recedere? venit autem per veram pœnitentiam, sicut filius prodigus, qui a patre longè recesserat: & experiens bonitatē & mansuetudinem Christi ipsam recipientis dicit.
† *Probaui quod me.* scilicet bonitatis Christi.
† *Mihi nunciata.* per prędicatorem.

Fecit

cum patre & Spiritu sancto conspicere & sapientiam q̃ mũdis corde se ostendit perpetualiter percipere lętantur.

a *Ligna*. Rab. Conditor noster ligna pretiosa, hoc est, doctores sanctos quorum fidei viror non decrescit, nec foliorum verba decidunt, sed fructum bonorũ operum tpib. suis reddunt ad munimẽ domus Dei: hoc est ad confirmationem ecclesiæ suę poni, vt eorum vndique vallata doctaina & exemplis, ruinam secũrũ non sentiat. Imputribilia & spinosa in similitudine albę spinę. Thina totum dasunt & candida, ex eis fiunt fulcra, a fulciendo dicta, videlicet sustentacula ad fortitudinẽ templi, vel gradus domus domini, & omnia instrumenta musicorum.

b *Cantoribus*. Rab. Hi quicquid agunt in verbo aut opere, omnia in laude Dei faciunt: laudem inter aduersa, & prospera, corde, ore & opere pronuntiare non cessant. Vnde: *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & nocte non cessabunt laudare nomen domini.*

c *Rex autem*. Rab. Et pacificus noster ecclesiæ suæ omnia q̃ petit dabit vnde: *Quecunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*. Non solum ꝙ petimus, imò ẽt q̃ humana fragilitas aut nescit, aut non præsumit petere gratuito munere largit᷑.

d *Ducenta*. Rab. In Paral. scutis adduntur hastæ aureæ, quia lanceis & scutis vtebant᷑ duces excubãtes ante ostiũ domus regis. Vnde: *lectulum Salomonis septuaginta fortes ambiunt.* Rab. Excubantes ad ostia domus regię, sunt prędicatores qui custodiunt domum domini, vt insidiatoribus intercludant aditũ. Ducentæ hastę de summa sexcentorum siclorũ factę sunt, quia patres vtriusq; testamenti doctrina & operatione pfecti sunt cum quicquid sermone docuerunt, bonis operibus probauerunt. Ducenta scuta quorũ singula trecenti aurei vestiebant, fidem perfectam eorũ significãt, quam in sanctæ Trinitatis confessione habebant. Bene ergo custodes domus domini hastas & scuta aurea portant, quia rectores ecclesiæ claritate supernę sapientiæ splendentes, & verbo rum iaculis inimicos cõfodiũt & scuto fidei te la nequissimi ignea repellẽtes, extingunt.

Marginalia: Cap. 37. — B — † præter viros mercatores & negotiationẽ aromatariorum, LXX. absque tributis subditorum & mercatorum q̃ negotiabantur. † LXX. sceas Alii hastas transferunt. — Esa. 62. b. — Ioan. 15. a. — C — 2. Paral. — D — Cant. 3. c. Ibidem. Angelomus. — † vel cor alii, alii hebenum putant esse, & infra. — E — † aureos. — † tresque. — † obrizo, vel depurato. Ibidem. — F — Psal. 131. Cap. 38.

ceres iudicium & iustitiam. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas. Non sunt allata vltra aromata multa, quam ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. [a Id est, tam pretiosa.] Sed & classis Hiram quæ portabat aurum de Ophir attulit ex Ophir † ligna thina multa nimis, & gemmas pretiosas [1] fecitq́ue rex de lignis thinis fulcra domus regiæ, & citharas lyrasq; cãtorib. [2] Non sunt allata huiuscemodi ligna thina, neq; visa vsq; in præsentem diem. [3] Rex aũt Salomon dedit reginæ Saba oĩa quæ voluit & petiuit ab eo, [4] exceptis his quę vltro obtulerat ei munere regio. [5] Quæ reuersa est & abijt in terram suã cum seruis suis. Erat autem pondus auri ꝙ offerebatur Salomoni per singulos annos, [6] sexcentorum sexaginta sex talentorum auri; † excepto eo ꝙ afferebant viri q̃ sup vectigalia erant, & negotiatores, vniuersique scuta vendentes, & oẽs reges Arabiæ [7] duces q́; terræ. Fecit quoq; rex Salomon ducenta † scuta de auro purissimo. [8] Sexcentos † auri siclos dedit in laminas scuti vnius, [9] & trecentas peltas ex auro ꝓbato. [a Pelta sunt scuta media sicut luna quando est semiplena.] [10] † Trecentæq; [11] minæ auri vnã peltã vestiebant. Posuitque eas rex in domo saltus Libani. [12] Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eũ auro † fuluo nimis, qui habebat sex gradus. [13] Et summitas throni erat

e *Saltus Libani*. Sylua Libani ecclesiam gentium significat, quæ de fastu superbiæ abscisa in fabrica domus Dei aptatur. Vnde: *Inuenimus eam in campis syluæ.*

f *Thronum de ebore*. Rabbanus. Thronus vel solium est imperialis sedes, quæ in canticis ferculum appellatur, eo ꝙ rex dẽtes ferat, vel de loco ad locum circunferat. Ad quod per sex ascensionis gradus ascendebatur. Sub solio erat scabellum aureum, & summitas throni rotunda, tenta duabus manib. vel brachijs extrinsecus, iuxtaque stabant duo leones adiuuantes sustentare sedile.

Et duo-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Attulit ex Ophir. *In libro de proprietatibus rerum dicitur, ꝙ sũt ligna valde alba & polita, ita quod imagines ibi resultant.*

2 Fecitque. *A fulciendo dicta, ad fortificandum templum & domũ regis. Ra. Sa. dicit ꝙ rex fecit inde gradus ad ascendendum de domo regia in domum domini, & propter hoc regina Saba de illo ascensu fuit admirata. & dicuntur hic fulcra a fulciendo, quia in lateribus ascensus prædicti erant ista ligna ad hoc, ꝙ ascendentes & descendentes appodiarent se ibi.*

3 Et cytharas lyrasq; cantoribus. Non sunt. *i. varia instrumenta musica ad cantandum laudes diuinas in domo domini per Leuitas.*

4 Rex. *Dicit Ra. Sa. quod per hoc notantur solutiones quæstionum, quas ipsa proposuit. Alii vero dicunt, quod fuerunt quædam semina & consimilia, quæ non habebantur in terra sua, sed in terra Israel abundabant propter quod talia petiuit absque rubore: quia non erant magni valoris.*

5 Exceptis. *& ista fuerunt magna & pretiosa.*

6 Erat autem. *Hic consequenter declaratur multitudo prouentuum & patet litera vsque ibi.*

7 Et omnes. *Quia veniebant de diuersis partibus orbis ad audiendum sapientiam Salomonis deferentes ei munera, vasa aurea, & argẽtea: & plura alia, vt habetur infra cod. cap.*

8 Fecit quoq;. *Hic consequenter ostenditur opulentia Salomonis in magnitudine & pulchritudine effectuum, cum dicitur*: Fecit quoq;. *scilicet exterius, sed interius erant de alia materia, ideo subditur.*

9 In laminas. *scilicet ad cooperiendum ipsum.*

10 Et trecentas. *Et dicuntur a pellendo, quia expellunt ictus, & sũt circularis figuræ.*

11 Trecentæq; minæ. *secundum quod dicit Ra. Sa. Mina est genus nummi determinati ponderis, & est satis minus quam pondus talenti, vel mina, vt dicit Isidorus. in ponderibus centum drachmis appenditur, & est nomen Græcum.*

12 Fecit etiam rex Salomon. *hoc fuit aliud opus valde pulchrũ & sumptuosum.*

13 Et summitas throni. *Sicut fit frequenter in cathedris ligneis.*

Et duæ

MORALITER.

8 *Fecit quoque*. Per quæ signatur orationes clericorum & religiosorum deuotorum. Per centenarium enim, qui consurgit ex multiplicatione denarij per seipsum, significatur impletio decem mandatorum & per binarium significatur gemina charitas Dei. s. & proximi. orationes autẽ factæ a decalogum implentibus & charitatem geminam habentibus, valida sunt scuta contra dęmonum insultus.

10 *Et trecentas peltas, &c.* Per quas significãtur orationes deuotę laicorum, qui sunt in triplici gradu, s. incipientium, proficientium, & perfectorum. Per centenarium autem significatur impletio decalogi per modum prædictum. & dicuntur orationes istæ peltę a pello pellis, quia repellunt ictus tẽtationum.

12 *Fecit etiam rex*. Per quem significatur virgo Maria, in cuius gremio Christus sedit tanquam in throno nobilissimo recipiens trium regum homagia.

† *De ebore*. Quod ratione albedinis & frigiditatis signant puritatem Mariæ in alijs refrigerantem motus libidinis.

† *Grandem*. Imo grandissimum meritis.

† *Et vestiuit*. Feruentissimæ charitatis.

† *Qui habebat*. Et continentur Luc. 1. c. Primus est oratio solitaria. & notatur cum dr̃: *Et ingressus angelus ad eam*. Bern. super Missus est. Quo ingressus? i secreto cubiculo, vbi orabat patrem in abscondito. Secundus est virginalis verecundia, ibi: *Turbata est in sermone eius*. Tertius est discreta prudentia, ibi: *Et cogitabat qualis esset illa salutatio*. Quartus inquirentis diligẽtia, ibi: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Quintus humiliantis se decentia, ibi, *Ecce ancilla domini*. Sextus fidelis obedientia, ibi. *Fiat mihi secundum verbum tuum.*

a *Et duodecim.* Quia sex erant ascēsionis gradus altrinsecus, qui positi erant pro sustentaculo ascendentis gradus.

A Rab. Soliū Salomonis ecclesiā esse intelligitur, in qua pacificus noster regnans iudicia sua facere dinoscitur. Bene de ebore factum esse memoratur, quoniam elephas, cuius hec ossa sunt inter quadrupedia sēsu plurimū valet, & téperāter miscetur fœminę suæ, & pugge secunda nō vtitur. hoc pudicis aptatur, q per castitatem Christi præcepta sequuntur. Hanc vestiuit auro, quia splēdorem gloriæ suæ in ea per miracula clarescere fecit. B Sex diebus perfecit Deus mūdi ornatum, qui numerus pfectionne sua pfectionē operū significat. Septimo requieuit Deus & quia sex ætatibus mūdus pstat, in quibus licet operari, quisquis celestē patriā desiderat bonis operibus festinet ascēdere. Rotunditas throni in posteriori significat requiem æternam, quæ post hanc vitam sanctis futura est. Vbi quisquis hic bene laborat, mercede remuneratus perenni quiete perfruetur. Manus tenentes sedile, significat solatia diuinæ gratiæ, quæ ecclesiam ad cæleste regnū prouehunt. Idō duæ quia in vtroq; testō hoc prædicatur, quia non nisi diuino adiutorio ad bonū profici pōt. Per Leones duos, patres vtriusq; testi figurātur, qui fortitudine animi sibi & aliis dominari didicerunt. Hi iuxta manus stabūt, quia sancti patres quicquid boni fecerunt, nō sibi, sed Deo deputauerunt. C vnde. *Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Per duodecim leūculos pdicatorū ordo apostolicā doctrinā sequēs significatur: hi s. sex gradus hinc atq; inde stant, qa bonorū operū gressus hic & inde doctrinis & exēplis munire certāt.

Elephantis natura. — † duo fulcra. — † 2. Pa. 9. c. — Gen. 2. a. — † curruum. — * in multitudine. — † per manum eorum educebant. i. autoritate mercatorum regis Salomonis, quibus per soluēda erat certa pecunia pro exitu equi de Egypto. — Psal. 113.

a ¶ In ascensione gradus hinc atque inde appodiatio fuit vt melius valeat quis ascendere.

rotunda in parte posteriori, & † duæ manus hinc atque inde tenentes sedile, & duo leones stabant iuxta manus singulas, & duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Sed & omnia vasa de quibus potabat rex Salomon, erant aurea, & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo. Nō erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, quia classis regis per mare cum classe Hirā semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephātorum & simias

a ¶ Ra. & pacificus noster super omnem celsitudinem sanctorum qui vere reges sunt exaltatur: quoniam quis in nubibus æquabitur domino?

& pauos. † Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges ter-

a ¶ Et vniuersa ecclesia hoc appetit, vt ad conspectum gloriæ nostri regis perueniat vnde: Quæsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram.

ræ diuitijs & sapientia, & vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat dominus in corde eius. Et singuli

a ¶ Et vnusquisque secundum quod vires sibi suppetunt in verbo seu factis obsequium, studet præstare Deo.

deferebant ei munera, vasa aurea, & argentea, vestes & arma bellica, aromata quoque, & equos & mulos per annos singulos. Congregauitque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringēti currus, & duodecim milia equitum, & disposuit eos per ciuitates † munitas, & cum rege in Hierusalem. Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem, quanta & lapidum, & cedrorum præbuit multitudinem, quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus. * † Et educeban-

¶ Insula

tur equi Salomoni de Aegypto, & de Choa. Negotiatores. n. regis emebant de Choa, & statuto pretio perducebant. Egrediebatur aūt quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argēti, & equus centū quinquaginta, atq; in hunc modū cuncti reges Hethæorū & Syriæ † equos venundabant.

b *Non est factum, &c.* Aptè ecclesię conuenit illud, cui dicit: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* c *Sed & omnia vasa, &c.* Omnia vasa quæ pacifici nostri ministerio funguntur, aurea sunt, quia oēs aīæ sanctorum quæ sunt vasa Dei, vt diuine voluntati seruiant, splendore sapientiæ & dilectionis nitentes cōtinent potū vitæ: & fit in eis † *fons aquæ salientis in vitā æternā.* d *Nec alicuius, &c.* Rab. Quia secundum Apostolū: *Non est in sermone verbum Dei, sed in virtute & prædicatione euangelii.* Nō in persuasibilibus humanę sapientiæ verbis consistit, sed in ostēsione spiritus & virtutis, vt fides nostra non in sapiētia hominū, sed in virtute Dei sit. E e *Deferens inde aurū, &c.* Rab. Quid aurū argētumue significet notum est. Cæterū dentes elephantorū significāt doctores fortes, pp nitorem sapientię. Per simias aūt humanos imitantes, F sed bestialiter viuentes significant qui ad fidem ex gentib. venerūt: qui fidē tenere vnr & operibus negant. Per pauos quorum caro si siccata fuerit, imputribilis permanere dr: quia pennarum pulchritudine vestiuntur, perfecti igne tribulationis decocti, adeo vt varijs virtutib. decorent. Hęc de Tharsis, videlicet de amaris fluctib. seculi ad Salomonē nostrum deferūtur. Tharsis exploratio gaudij dr. Arma bellica psequitur. f *Congregauitq; Salomon, &c.* Rab. De his Iosephus prosequitur. Exornabantur ascensores eorum, primum decora iuuentute florentes, habentes magnam proceritatem, diffundentes in equorum sessione comam, purpura circumamicti, qui armati existentes circa regem arcusq; ferentes equitabant ante eum, quando ad locum aliquem debebat exire.

D Prou. 31. d. — Ioan. 4. b. — 1. Cor. 1. — Angelomus. — † Et exitus equorum erat ipsi Salomoni, & cōgregatio negotiatorum capiebant netū. i. (filū lini netū) pretio. Egrediebatur. i. netū accipiebant pretio. equos uero nō educebant dato pretio quia Pharao dederat ipsi Salomoni exitum equorū, ut posset educere equos pro volūtate, & quinqs regum terræ educebat equos ex Aegypto, Salomonis pmissu educebat, cui dabant q antea pro equorum exitu dare solebant Pharaoni. Alii sic interpretant. Et exitū equorū qui erat Salomoni, & cōgregationem pro netus exitus, negotiatores accipiebāt pretio. i. prouentum illū quē dederat Pharao Salomoni, ipse Salomon vendebat mercatoribus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et duæ manus hinc atque. *scilicet in parte anteriori.*
2 Et duo leones. *ibi scripti & ista fiebant ad decorem & sumptuositatem operis. Cætera patent vsque ibi.*
3 Non erat argentum. *hoc est quia erat modici pretii respectiuè propter quod vasa domus Salomonis erant aurea. Cætera patēt vsque ibi.*
4 Fecitque, &c. *Hyperbole est ad denotandum excessum multitudinis argenti & lignorum cedri.*
5 Et educ. *quia ibi emebantur, eo quod ibi nascuntur equi fortes & boni: & secundum istam translationem Choa est nomen proprium loci. Dicit autem Ra. Sa. quod est nomen appellatiuum, & significat congregationem vel societatem. & secundum hoc debet fieri punctus:* Et edu. *& sequitur talis sententia.*
6 Et de Choa. *& hoc est, societas vel multitudo mercatorum regis accepit multitudinem in emptione. Quod exponens Ra. Sa. dicit. q. mercatores Salomonis emebant omnes equos Aegypti, ita q alii reges non poterant habere nisi per eos, vnde in fine huius capituli dicitur:* Atq; in hunc modum. *In Hebræo habetur:* Et cuncti reges Hethæorum & Syriæ per manus eorum. *supple equos emebant. i. per manus mercatorum Salomonis: & inde proueniebat ei magnum lucrum.*
7 Egrediebatur. *i. emebatur quadriga. i. quatuor equi curruales.*
8 Sexcentis. *& sic quilibet equus vendebatur. 150. siclis.*

MORALITER.

1 *Et duæ manus.* Per quas signantur operationes actiuæ vitæ & contemplatiuę, quia manus est organum organorū 3. de Aīa. Istæ aūt operationes excellenter fuerunt in virgine.
2 *Et duo leones.* Per quos significatur duplex fortitudo, s. in aggrediendis arduis, & in tolerandis aduersis.
† *Et duod.* Per quos significantur. 12 fructus Spiritussancti vt ponuntur Gal. 5. sic: *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.*
† *Stantes super sex.* Per quos signantur sex dona Spiritussancti q ponuntur Esa. 11. secundum Hebraicam veritatem. *Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilii et fortitudinis: spiritus scientiæ, & implebit eum spiritus timoris domini.* In nostra vero translatione additur *donum mortis.*
† *Non est factum, &c.* Nam neque in cœlis neq; in terris est aliqua pura creatura sibi similis.
8 *Sexcentis.* Moraliter thronus Salomonis est beata virgo, in cuius gremio sedit verus rex pacificus Iesus Christus, tanq. in regali solio. Iste thronus dicitur eburneus candore continentiæ virginalis, aureus fulgore sapientiæ supernaturalis. Duæ manus sunt impletio mandatorū, & supererogatio consiliorum. Sex gradus, sex virtutes in virgine excellentes. s. humilitatis tenor, paupertatis amor, honestatis decor, pietatis dulcor, longanimitatis vigor, charitatis feruor. Per leones verò designatur potestatis terror, secundum q dicitur Cant. 6. d. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* s. ad debellandū aereas potestates per huius virginis virtutem & merita.

CAPVT XI.

Isidorus. Eucher. Angelom.

A a **R**Ex autem. Rab. Salomonem arguit vehementer scriptura, nihilque de pœnitentia eius, vel indulgentia Dei commemorat. Fortè dicat qs mulieres alienigenas significare ecclesias de gētib. Posset hoc fortasse intelligi, si illæ propter Salomonē desereret deos suos. cum vero ipse propter eas coluerit deos earum, non est q̃ quid veri boni conijectari queat. Apparet in persona Salomonis mira excellētia & mira subuersio flēda vorago. Quod in illo diuersis temporibus extitit prius bonum & posterius malum, hoc in ecclesia similiter ostenditur. Nam bona illius bona ecclesiæ, mala illius mala ecclesiæ significant.

† Eccl. 47. † Can. 6. c.

B

CAPVT XI.

a **R** † Ex autem Salomon adamauit mulieres 1 alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, 2 Idumæas, & Sidonias, & Cethæas de gentibus: super quibus dixit Dominus filijs Israel, † Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras. Certissimè enim auertent corda vestra vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est rex Salomon ardentissimo amore. † Fue- 3 runtque ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinę, trecentæ. † Et auerterunt mulieres cor eius. Cumque iam esset se- 4 [a ¶ Non ætate, sed moribus vel sapientia.] 5 nex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos 6 alienos, nec erat cor eius perfectum cum domino Deo suo, si- [a ¶ Iunonem.] b cut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos Deum Moabitarum a & Mo- † lech idolum Ammonitarum.

D ✻ Idem. Salomon omni gratia & sapientia donatus a domino, ad idololatriam a mulieribus inducitur.

✻ Cyrillus Alex. Quod Salomon peccauerit manifestâ falsis dijs seruiens, negauerit nullus. Porrò allectum dicimus eum, ab alienigenis mulieribus. Deceptrix enim res est mulier, nam inter arma habet voluptatem, qua mens vincitur.

✻ Hieron. Scriptura & Salomonem & Achaz voluptatis, & impietatis accusat. Vterque enim cum esset de stirpe Dauid recessit a Domino, & alter intentum secutus est libidinem, vt septingentas habuerit vxores, & trecentas concubinas, & adolescentulas, & scorta passim quorum nō erat numerus, neglectoque Deo patrum suorū, extruxerit idola gētium plurimarum, & fuerit nō vt prius, Iedidia, idest amabilis Domini, sed amator mulierum.

l. præscr. c. 3. l. 1. con. Iul.

Epist. ad Vitalem to. 3.

† Exo. 34. b. Deu. 17. d.

† 3. q. 7. ca. Sacerdos. §. ite Salomon.

E

LAPSVS SALOMONIS.

Dialog. b *Sed colebat Astarthen, &c.* ✻ Iustinus martyr. Audeo dicere quod in libris regnorum de Salomone scribitur, propter mulieres operatum cum sacris idolorum apud Sidonios, q̃ facere non sustinerent, qui ex gentibus per Iesum crucifixū ad cognitionem Dei creatoris venerunt.

L. 4. c. 45. ✻ Irenæus. Cum Salomon sine offensa seruiret Deo, & ministraret dispositionibus eius, tunc glorificabatur: cum autē vxores accipiebat ab vniuersis gentibus, & permittebat eis erigere idola in Israel, dixit scriptura de eo. *Et rex Salomō erat amator mulierū, &c. & diuerterūt mulieres cor eius post deos alienos.*

L. 2. aduers. Marc. c. 23. Li. 3. c. 20. & L. 5. c. 9. ✻ Tertull. Reijcitur Salomon, sed iam a mulieribus alienis possessus, & idolis Moabitarum & Sidoniorum mancipatus

C ✻ Idem. Salomoni ira Dei accessit post luxuriam. & idololatriam.

✻ Idem. Salomō (audeo dicere) ēt quam habuit in Deo gloriam amisit, per mulieres in idololatriam vsq; pertractus.

✻ Aug. Vsq; adeo laqueus illi fuit ista cupiditas, vt a mulieribus etiam idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo scriptura testis est, &c. Quid mirum si cecidit Salomon, In paradiso non cecidit Adam? Nō cecidit angelus de cęlo, & diabolus factus est? Hō docemur in nullo hoīum spem esse ponendā.

Præfat. in Psal. 126.

✻ Theodoretus. Salomon diuinorum donorum oblitus, effectusq; libidinosissimus, habuit consuetudinem cum multis mulieribus, nec contentus indigenis, præter legem duxit alienigenas, quarum dijs omnibus ædificauit excelsa. Adolebat etiam earum idolis.

Quæst. 35.

F ✻ Gregorius. Salomon immoderato vsu atque assiduitate mulierum, ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis fabricaret, & qui prius templum construxerat Deo, assiduitate libidinis & perfidiæ subtractus, idolis templa construere non timuit.

L. 11. Moral. c. 12.

✻ Ambros. Sæpe illecebra mulieris decepit etiam fortiores mares

L. 1. de Abrah. c. 9.

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XI.

REx autem. *Postquam descriptum est tempus in quo floruit regnum Dauid sub Salomone, hic consequenter describitur tempus, in quo sub eodem incepit declinare. Et primo describitur Salomonis transgressio. secundo pęnæ comminatio, ibi,* Igitur iratus est Dominus. *tertio aduersariorū suscitatio, ibi,* Suscitauit autē. *quarto mors Salomonis & tumulatio, ibi,* Reliquum autem. *Circa primum ostēditur primo trangressio Salomonis in peccato luxuriæ. secundo in peccato idololatriæ, ibi,* Cumq; iam esset senex. *Circa primum dicitur* Rex autem. *i. ardenter amauit, vt postea subditur.*

1 Mulieres alie. *& sic tripliciter peccauit. Primò quia inordinatè & nimis ardenter eas amauit. Secundò quia vxores alienigenas sibi accepit contra legem Moysi. Exo. 34. Tertiò quia vxores sibi vltra modum multiplicauit contra legem, Deu. 17. vbi prohibetur regi accipere vxores plurimas allectentes animam eius.*

2 Filiam. *Hanc specialiter exprimit, qa fuit eius vxor principaliter & magis dilecta, cæteræ aūt fuerunt adiunctæ. Cætera patent vsq; ibi.*

3 Fuerunt. *Iosephus aūt dicit, q̃ fuerunt 70. Et ideo dicēdum q̃ 70. erant principaliores aliis, & illas tantum numerat Iosephus.*

Vel aliter potest dici, q̃ scriptura hic numerat domicillas & seruientes assistentes suis vxoribus, & sic de septingētis hic numeratis, septuaginta erant vxores eius & reginæ, cæteræ autem earum domicillæ. Si quis autem velit sequi textum prout sonat, potest dicere quod Salomon ad tantam carnalitatem deuenerat, quod frequenter de nouo virgines habere volebat, sicut habetur Esther. 2. c. de Assuero rege, quod qualibet die habebat vnam, & quæ ingrediebatur vespere, egrediebatur mane, nec habebat licentiam reuertendi ad regem, nisi rex eam vocasset ex nomine. & secundum hunc modum infra duos annos poterat multiplicari numerus vsque ad septingentas.

4 Et auerterunt. *Ab amore Dei & obseruantia præceptorum eius, sicut dixerat Dominus per Moysen.*

5 Cumq;. *Hic consequenter ostenditur eius transgressio peccato idololatriæ, cum dicitur.*

6 Vt sequeretur. *Quod non est intelligendum Salomonem sic fuisse infatuatum, quod in idolis crederet aliquid esse diuinitatis, sed nolens offendere vxores suas ea adorabat. Sicut, & Adam comedit lignum uetitum ad persuasionem suæ vxoris, ne eam contristaret, sicut dicit Augustin. super Gen. li. 11. & de ciuitate Dei li. 14. c. 11. quia vir non fuit seductus, vt dicit Apostolus. 1. Timo. 2. ita quod crederet, quod per esum illius ligni haberet scientiam boni & mali, sicut suggesserat serpens, prout diffusius declaraui Gen. 3. c.*

Tunc

MORALITER.

1 *Rex autem Salomon.* In hoc autem facto Salomon non fuit figura Christi, sicut dictum est supra. nam in ipso nullus fuit defectus peccati. Sed in hoc facto Salomon typum tenet sapientis hominis Dei iudicio nobis occulto a sapientia cadentis, qui sicut Salomon tria colit idola. s. Astarthen deam Sidoniorum, per quam dilectiæ carnales significantur, eo q̃ Astarthen plasmationis superfluitas interpretatur. semen aūt coitus in cuius emissione est delectatio vehemēs, de superfluo alimenti generatur.

† *Et Chamos de. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino.* Per quem significantur diuitiæ temporales, eo q̃ Chamos congregatio interpretatur.

† *Et Moloch idolum Ammonitarum.* Per quod honores mundiales significantur, eo q̃ Moloch plagæ interpretatur. personæ vero in magnis honoribus positæ de communi cursu semper timent sibi de plaga mortis, gladio vel veneno, vel aliis modis contra eos excogitatis.

maritos, & a religione fecit discedere. Et ideo tu vel amori consule, vel errorem caue.

Idem. Samson captus est per errorem, nunquid tu fortior? Salomon captus est in vxore, nunquid te sapientior? Ille igitur cuius sapientia totis celebratur seculis, factus est insipiens, qua nimium amauit vxorem. Vt plurimos a martyrij consummatione sepe reuocauit? a Qui apparuerat ei secundo. Thodoretus. Ad amplificandam criminationem, meminit diuinæ reuelationis, quæ bis ei facta fuit. Neque enim per alium, inquit, prophetam ei ostendit, quid agendū, sed ipse ei ante omnia prohibuit cultū deorum qui falso nominantur. Deinde alias iussit seruare leges. Quoniam autem per libidinem & intemperantiam declinauit ad impietatē, & fuit ei impudicitia conciliatrix cultus idolorum, eū priuauit sua cura & prouidentia. *Disrumpam, ait, regnū de manu tua.* Dein de ondit immensam bonitatem.d. *Sed in diebus tuis non faciā hæc, propter Dauid patrē tuum.* Nā tu quidē hēs prem adiutorē.

Chrysostomus. Dauid qui a vita migrauit, author fit salutis his qui sua sese per diderāt desidia. Vidisti misericordiam Domini, quomodo eos qui virtute pollent, toti multitudini opponit & rependit, Si decem iustos inuenero, ait, nō perdam Sodomæ ciuitatem. Aliorum virtus, multorum valet tegere malitiam. Multa enim Domini bonitas est, & sæpe solet etiam propter paucos, multis dare salutem. Susci-

Marginalia: In psal. 118. Sermon. 15. — Quæst. 35. † 32. q. 4. c. Salomon. — Hom. 42. in Genes. † malum.

loch idolum Ammonitarum. Fecitque Salomon † quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit, vt sequeretur dominum sicut Dauid pater eius. † Tunc ædificauit Salomon[1] phanum Chamos idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atque in hunc modū[2] fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis. Igitur iratus est dominus Salo[3]moni, quod auersa esset mens eius a domino Deo Israel, qui[4] apparuerat ei secundò, & præceperat de verbo hoc, ne sequeretur deos alienos, & non custodiuit quæ mandauit ei Dominus. Dixit itaque Dominus Salomoni; Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum & præcepta mea quæ

a ¶ Vtique per Nathan prophetam vel per alium.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc ædificauit. *i. in monte Oliueti, & ideo cultus idololatriæ de tota ciuitate Ierusalem poterat videri, quod erat magnum incitamētum ad idololatriam, ad quam populus erat pronus.*

2 Atque, &c. *Quod non est intelligendū, quod cuilibet faceret vnū templum, sed omnibus de vno cultu idololatriæ fecit vnum templum pro idolo earum. Hic occurrit dubium quomodo Salomon dicatur senex quando deprauatus fuit per mulieres, quia dicit Ra. Sa. & alii Hebræi, quod erat tantum duodecim annorum quando incepit regnare, & in fine huius capituli dicitur, quod regnauit quadraginta annis, & sic vixit tantū 52. annis. Ipse autem deprauatus fuit per mulieres ante mortem suam per sex annos vel circiter, quia ædificauit templa idolorum plura pro suis vxoribus postquam fuerat deprauatus, in quorum ædificationibus fluxerunt plures anni, & sic quando deprauatum fuit cor eius non videtur habuisse vltra 46. annos vel circiter, ex tali vero ætate nullus propriè dicitur senex. Ad hoc autem respondet magister in historijs, dicens quod Salomon regnauit. 80. annis. & allegat Iosephum hoc dicentem. scriptura tñ regni sui tacet 40. annos, sicut supra. 1. lib. 13. c. dicitur de Saule, quod duobus annis regnauit super Israel scilicet, bene & innocenter & tacenter. 18. annis in quibus malè se habuit. vt ibidē fuit dictū. Sed de dicto magistri parum est hic curandum, quia contradicit sibi ipsi & etiam scripturæ. Dicit enim ibidem quod Salomon 11. anno. genuit Roboam, & quod Roboam mortuo patre fuit. 40. & vnius anni. & infra 14 dicitur, quod 40. & vnius anni erat Roboam cum regnare cæpisset, & sic reuertitur primum dictum scilicet, quod Salomon vixit tantum 52. annis. Si autem dicatur quod Roboam regnauit viuente patre 40. annis, ita quod principium regni sui computetur ab illo tempore quo pater suus incepit deprauari, sequitur quod mortuo patre fuit. 80. & vnius annorum, quod est contra dictum magistri, vt patet ex dictis, & etiam contra scripturam, quia cap. seq. dicitur, quod Ieroboam audita morte Salomonis reuersus est de Aegypto, & venit cum aliis in Sichē vbi congregatus est populus ad constituendum Roboam regem. Ex quo videtur quod non regnauit viuente patre. Et si dicatur quod imò, sed mortuo patre fuit eius regnum renouatum cum iam esset. 70. & vnius annorum, & de hac renouatione loquitur capitulum sequens, hoc patet falsum per literam sequentem, quia ibidem subditur, quod Roboam derelicto consilio senum adhæsit consilio iuuenum, qui nutriti erant cū eo. Ex quo patet, quod tunc erat Roboam adhuc iuuenis, quod non pot dici de homine habente. 70. & vnum annos. vnde supra 2. lib. 10. dicitur.* Erat autem Berzellai Galaadites senex valde. *i. octogenarius, & psalmo. 88. dicitur, Si autem in potentatibus. 80. anni. id est in bene complexionatis & amplius eorum labor & dolor. Præterea illud quod dicit magister quod Salomon. 11. annorum genuit Roboam, videtur esse extraneum à virtute naturæ, quia secundum dicta magistri nō solum. 11. annorum genuit, sed cum haberet decem & tres menses. quod sic patet, quia si Roboam habebat 41. annos finito regno patris 11. annorum, & erat 12. annorum quando incepit regnare, sequitur quod vndecimo anno Salomonis Roboam fuit natus. & cum puer fit in vtero matris nouem mensibus, sequitur quod quando fuit genitus, Salomon erat tantum decem annorum & parum plus, quod non videtur possibile naturæ. Ad hoc igitur inconueniens remouendum & repugnantiam scripturæ tollendam, saluo meliori iudicio videtur conuenientius dicere, quod Salomon postquam 60. annis regnauerat mortuus est, & successit ei in regnum filius eius Roboam habens quadraginta & vnum annum, sicut dicit scriptura. Sed quando Salomon incepit regnare non solum habuit duodecim annos, vt ab aliis dicitur, sed non probatur, nec ex scriptura sacra habetur, quia exprimit annos regni sui tantum, non exprimit annos eius quando incepit regnare, nec annos totius vitæ suę, imò habuit 20. vel plures annos in principio regni sui, & sic quando mortuus fuit 60. annos habuit ad minus. Et sic conuenienter potest dici quod post. 50. annos ætatis suæ deprauatus fuit per mulieres, & iam tunc poterat dici senex. Quia & Leuitæ completo 50. anno ætatis suæ seruire cessabant in tabernaculo tanquam senes, vt habetur Num. 8. Et ex hoc dicitur, quod Salomon non genuit Roboam 11. vel 10. annorum, sed multò plurium, quia contraxit cum matre sua. s. Roboam post suam coronationem. Ad illud autem quod obiicitur in contrarium de dicto Ra. Sa. dicendum, quod de dicto eius vel aliorum Hebræorum non est multum curandum, nisi quantum consonat sacræ scripturæ vel rationi, sicut dixi plenius in prologo meo super Gen. Similiter de dicto magistri & Iosephi idem est dicendum, maximè vbi est repugnantia scripturæ, sicut in proposito videtur, vt patet ex prædictis. Adhuc contra prædicta obiicitur de verbo Salomonis in principio regni sui, quod habetur, supra 3. c.* Ego sum puer paruulus ignorans egressum & introitum meum. *Et hoc dicit Ra. Sa. & aliqui alii quod erat tantum 10. annorum. Sed hoc non valet, quia ante 2. c. dixerat Dauid Salomoni recommendans ei punitionem Semæ,* Vir autem sapiens es, vt scias quæ facies ei. *vir autem non dicitur propriè nisi habens 30. ann. vel circiter. Et ideo si ex illo verbo,* Ego sum puer paruulus, &c. *arguatur, quod erat tantum 12. annorum, eadem ratione ex isto poterit argui, quod erat 30. annorum. Et ideo illud verbū Salomonis,* Ego sum puer, &c. *intelligendum est respectu tanti regiminis, sibi impositi, sicut dictum fuit ibidē. & Exod. 34. dicitur quod* Iosue filius Nun puer non recedebat de tabernaculo, *& tamen tunc erat. 42. annorum secundum Hebræos, secūdum Ioseph. 44. quia secundū Hebræos gubernauit populum 28. annis secundum Ioseph. 26. & Moyses ante ipsum 40. annis ab exitu de Aegypto. & sic restat quod secundum Hebræos tunc erat 42. annorum, secundum Ioseph. 44 annis, quia vixit 110. annis, vt habetur Iosue vltimo. Adhuc contra prædicta obiicitur de dictis Hieronymi, qui in epistola ad Vitalem presbyterum de Salomone & Achaz videtur dicere, quod Salomō 11. annorum vel minus genuit Roboam, & quod 12. anno ætatis suæ accepit regnum. Ad qđ dicendum, quod Hieronymus non loquitur ibi assertiuè, vt manifestè patet ex fine eiusdem epistolæ. Sed supposito, quod tunc regnare incœperit, & Roboam genuerit sicut dictum est, respondet quomodo hoc sit possibile, inducens ad hoc exemplum cuiusdam mulieris nutrientis paruulum quod in eodem lecto cum ea iacebat, & cum 10. annum ætatis impleuisset, & illa fuisset calefacta vino induxit puerum ad carnalem copulam, & sic aliis noctibus sequentibus, quæ de eodem concepit & infra 2. menses venter eius intumuit. Hierony. autem attribuit hoc magis virtuti diuinæ quam naturæ, vt facinus occultum per signum euidens panderetur. & sic argumentum est ad oppositum. s. quod virtute naturæ Salomon. 11. annorum non genuit Roboam.*

3 Igitur iratus, &c. *Descripta Salomonis transgressione, hic consequenter describitur comminatio pœnæ. s. scissio regni sui tempore filii sui. & patet litera paucis exceptis.*

4 Qui apparuerat ei secundo. *semel in Gabaon, & semel post ædificationem templi, vt dictum fuit supra 9. cap.*

Et da-

mandaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo: [1] Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuũ. [2] De manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum vnã dabo [3] filio tuo, pp Dauid seruum meum, & * Ierusalem quam elegi. [4] [5] Suscitauit aũt dñs aduersarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat [6] in Edom. † Cum enim esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne ma- [7] sculinum in Idumæa. (Sex enim mẽsibus ibi moratus est Ioab, & oĩs Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa) Fugit Adad ipse & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, ut ingrederentur Aegyptum. Erat autem Adad puer paruulus. Cumq; surrexissent de Madian, venerunt in Pha- [8] ran, tuleruntq; secum viros de Pharan, & introierunt Aegyptũ ad Pharao- [9] nem regem Aegypti. Qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valdè, intãtum vt daret ei vxorẽ sororẽ vxoris suæ germanã Taphnes reginæ. Genuitque ei soror Taphnes Genubath filiũ, & nutriuit eũ Taphnes in domo Pharaonis. Erat que Genubath habitãs apud Pharaonẽ cũ filijs eius. Cũq; audisset Adad in [10] Aegypto dormisse Dauid cũ patrib. suis, & mortuũ esse Ioab principẽ mili- [11] tię, dixit Pharaoni: Dimitte me vt vadã in terrã meã. Dixitq; ei Pharao: Quã.n.re apud me indiges, vt quęras ire ad terram tuam? At ille rñdit: Nulla: sed obsecro te, vt dimittas me. Suscitauit quoq; ei Deus aduersariũm Razon fi- [12] liũ Elrada, qui fugerat Adarezer regem Soba dñm suũ, & cõgregauit cõtra eum viros, & factus est princeps † latronũ cum interficeret eos Dauid: abie- [13] runtq; Damascũ & habitauerũt ibi, & cõstituerũt eũ regẽ in Damasco: erat [14] que aduersarius Israel cunctis dieb. Salomonis. Et † hoc est malum Adad, & [15] odiũ cõtra Israel: regnauitq; in Syria. Ieroboã quoq; filius Nabat Ephratę [16] de Sareda seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua, [17] leuauit manũ cõtra regẽ. Et hæc est cã rebellionis aduersus eũ; quia Salomõ [18] [19] b Mello ędificauit, & coæquauit voraginẽ ciuitatis Dauid patris sui. Erat aut c tẽ Ieroboã vir fortis & potẽs. Vidẽsq; Salomõ adolescentẽ bonæ indolis &

¶ Præter suam. * propter. † 2. Reg. 8. † exercitus. † malum qđ fecit Adad, angustiis affecit Israelẽ Chaldæ. interpr. rebellauit cõtra Israelem. Alii angustiis afficiebatur propter Israelem (quia scilicet nõ poterat q volebat in ipsũ exercere.)

A a *Suscitauit dominus aduersarium Salomoni, &c.* ✠ Theodor. Quamdiu diuina fruebatur prouidentia in pace degebat & tranquillitate, omnes habens subiectos, & tributum afferẽtes quam plurimum: postq autem ea fuit priuatus, facilè patuit inimicorum insultibus.

B ✠ Gregor. Admonẽdi sunt qui i hoc mundo prosperantur, vt considerent, quia Salomon qui post tantam sapiẽtiam vsque ad idololatriã cecidisse describitur: nihil in hoc mundo prius quam caderet aduersitatis habuisse memoratur: sed cõcessa sapientia funditus cor deseruit, q nullavel minima tribulationis disciplina custodiuit.

† ablactauit. Pastoralis 3. par. admonitio. 27.

C † elatet disruptionem, (vel nondum muni tam partem.

b *Voraginem* Murus ciuitatis cecidit, eo q ex vno latere præcipitio

D cipitio imminẽret. Quam voraginẽ cũ rex vellet coæquare muris cõstituit ducibus, vt hocimplerent opus: sed Ieroboam qui erat princeps tribus Ioseph, noluit obedire regi, qui constituerat eum prius super ædificia propugnaculorum, quæ faciebat in Ierosolymis, vbi laborauit ita, vt rex ei princi- E patum militię super tribum Ioseph cõferret. Sed rebellis factus egreditur de Ierusalem: cui occurrit propheta deflectens eum in agrũ, vt nullus audiret quid ei diceret. Elatusq; verbis prophetę, suadebat populo, vt se regẽ faceret, quod audiens Salomon quærebat eum interficere.

c *Erat autem.* Hoc mandatum restitutionis murorum recusauit. Sed vnde tanta audacia: q a rex cõstituerat eũ præfectũ.

a *Tolle*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et da. il. *s. Ieroboam, qui fuit seruus Salomonis. vt habetur infra.*

2 Veruntamen in diebus. *Quia in vita sua instituerat regẽ Salomonem. vt dictum est supra 1. c. & ideo, si fuisset regnum scissum tempore Salomonis, videretur hoc redundare in culpam Dauid, & etiam in opprobrium, quia memoria eius adhuc erat multum recens.*

3 Tribum vnam dabo. *tribus. n. Iuda non fuit sibi data, quia erat sua, nec tribus Leui, quia erat dispersa per omnes tribus, & declinante populo ad cultum vitulorũ, compulsa est venire ad sortẽ Iudæ & Beniamin, & sic sola tribus Beniamin propriè loquendo fuit data ipsi Roboã.*

4 Propter Dauid ser. *vt aliqs de semine eius sedeat in regali solio.*

5 Et Ierusalem. *vt vbi vigeret cultus diuinus, ibi remaneat honor regius. Hic autem occurrit dubium, quomodo transgressio Salomonis dicatur causa scissionis regni, cum supra 2. lib. c. 19. dictum fuerit, q sententia Dauid iniqua, qua medietatem hæreditatis Isboseth dedit Sebæ seruo suo, causa fuerit huius scissionis. Ad quod dicendum est, q non est inconueniens duas causas partiales ad vnum concurrere effectum. & sic fuit in proposito, quia vtrumque fuit causa partialis.*

6 Suscitauit au. *Hic consequenter ponitur trium aduersariorũ suscitatio ꝯ Salomonẽ. & secundũ hoc diuiditur in tres partes. secunda ibi:* Suscitauit ei quoq;. *tertia ibi:* Ieroboã quoq;. *Primus aũt aduersarius fuit Adad Idumæus de semine regio, qui cum aliquib. euasit manũ Dauid iterficiẽtis Idumæos, & creuit ĩ Aegypto: & tpe Salomonis rediit ad hoc q terrã Idumææ posset recupare, vel saltẽ Salomonẽ filiũ Dauid infestare. & patet litera paucis exceptis, quæ discurrentur.*

7 Ad sepel. *Scriptũ est. n. Deu. 23.* Non abominaberis Idumeũ quia frater tuus est. *Filii. n. Israel & Idumæi de duobus fratribus descenderunt. s. Iacob & Esau, propter quod Dauid Idumæos qui in bello ceciderant, præcepit sepeliri, & in hoc fecit sibi bonũ nomen, eo q ꝑstiterat occisis istã humanitatem, sicut dictum fuit supra 2. lib. 8. cap.*

8 Cumque surre. *terræ nomen est, ad quam primò confugerant.*

9 Venerunt. *locus est in terra Madian. Cætera patent vsque ibi.*

10 Cumq; aud. *quia mortuus fuit morte naturali: ideò scriptura dicit eum dormisse.*

11 Et mortuum. *quia fuit interfectus gladio.*

12 Suscita. *Hic ponitur secundus aduersarius Salomonis, scilicet, Razon, qui fugiens regem Syriæ Adarezer eum persequentem propter offensam quam in eum commiserat, aggregauit sibi alios viros malos, & factus est princeps latronum regnum Adarezer infestãtium. Adad vero rediens de Aegypto Idumæam obtinere non potuit, eo quod Salomon eam bene muniera', & ideo coniunxit se prædicto Razon iuuando eum, vt fieret rex Syriæ, & sic Razon iuuaret eum ad obtinendum regnum Idumeæ contra Salomonem. Et ex dictis patet litera vsque ibi.*

13 Cum interfic. *id est, tempore quo pugnauit Dauid contra Syrios tunc iste Razon habuit tempus opportunum vt infestaret domini sui regnum: quia vastato regno per Dauid, habuit liberiorem ingressum. ideo subditur.*

14 Abieruntq; Damascum. *Quę erat ciuitas regia.*

15 Eratq; aduersarius Israel cunctis diebus. *Hoc videtur esse contra illud quod dictum est supra 3. cap.* Iuda & Israel innumerabiles sicut arena maris, comedentes & bibentes, atq; lætantes cunctis diebus Salomonis. *Dicendum, q licet cunctis diebus Salomonis iste fuerit aduersarius eius voluntate nocendi, tamen in effectu non multum nocuit ei, per quod impediretur notabiliter pax populi, & hoc est malum Adad, quia vt dictum est, ille Adad induxit Razon ad hoc vt esset aduersarius Israel.*

16 Regnauitq;. *s. ipse Razon, vt prædictum est.*

17 Ieroboam. *Hic ponitur tertius aduersarius, cum dicitur,* Ieroboam quoq;. *Dicunt aliqui, q iste Nabat pater Ieroboam fuit idem quod Semei, & q vxor eius nutriens Ieroboam reducebat sibi frequenter ad memoriam interfectionem patris sui a Salomone: vt dictum est supra 3. cap. & propter hoc fit de ea hic mentio.*

18 Ephra. *i. de tribu Ephraim: Et hęc est cã rebellionis, quæ sequitur*

19 Quia Salomon Mello ædificauit, & coęquauit voraginẽ ✠ ciuitatis

MORALITER.

12 *Suscitauit autem Dominus.* Suscitauit autem dominus Salomoni tres aduersarios, vt patet in textu, per quos significãtur tres dęmones, qui homini a sapientia deiecto imittũt de prædi-

a *Tolle tibi.* Rab. Decē tribus a domo Dauid separatæ sunt, & duæ relictæ, quia vt ait Apostolus: *Reliquiæ propter electionē gratiæ salue factæ sunt.* Ierobo am qui decem trib. a templo Dei separans ad idololatriā perduxit, significat hæreticos qui vnitatem fidei catholicæ hæretib. scindunt, ac sic cultui malignorū spirituum subdunt. Ieroboam interpretatur diiudicans populū. Nā hæretici diiudicare populū videtur, cū erroris sui sequacem faciunt.

(Cap. 40. Angelom. † Ambo. Roma. 11. † pluraliter in Hebræo legitur hęc verba.)

industrium, constituerat eum præfectum super † tributa vniuersæ domus Ioseph. Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, vt inueniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo. Erant autem tantum † duo in agro. Apprehendensq; Ahias pallium suū nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam; Tolle tibi decem scissuras. Hæc enim dicit dominus Deus Israel; Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi de omnibus tribubus Israel; eo q † dereliquerit me, & adorauerit Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in viis meis, vt faceret † iustitiam coram me, & præcepta mea & iudicia mea sicut Dauid pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius: sed ducem ponam eum cūctis diebus vitę suæ propter Dauid seruum meum, quem elegi, qui custodiuit mandata mea, & præcepta mea. Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decē tribus. Filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem ciuitate quā elegi vt esset nomē meum ibi. Te autem assumā, & regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erisq; rex super Israel. Si ergo audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea, & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus, ero tecum, & ædificabo tibi domum † fidelem quomodo ædificaui Dauid domum, & tradā tibi Israel, & affligā semē Dauid super hoc. Verūtn nō cunctis diebus. Voluit ergo Salomō interficere Ieroboā. Qui surrexit & aufugit in Aegyptū, ad Sesac regē Aegypti, & fuit in Aegypto vsq; ad mortē Salomonis. † Reliquū autē verborū Salomonis, & oīa quæ fecit & sapientia eius, ecce vniuersa scripta

(¶ Propter rebellionem. — Quia suadebat populo vt a Salomone recederet.)

ciunt. Tollunt decem scissuras, cū legis præcepta violādo corrūpunt: & vna trib. cum sobole Dauid remāsit, dū sors electorum ī regula fidei catholicæ pmāsit: quia *vnus Deus, vna fides vnum baptisma.* b *Vt remaneat lucerna Dauid, &c.* ✠ Theodo. Ab alto prouidēs Deus virtutē Dauidis. Elegi eum inquit, & cōplacui ī eo. Hoc enim dicit vo lūtatem, & prædestinatū ipsum & genus eius, vt regnaret in Hierusalem, in qua volui nomē meum coli: Dicis

(† onera, i. vt ille princeps esset, & curaret omnia. † quod rectū est. Quæst. 37. † firmam aut permanētem. 2. Paralip. 9. † vel reliqua autem acta.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ ciuitatis Dauid patris sui. Erat autem Ieroboam vir fortis & potens. Vidensq; Salomon adolescentē bonæ indolis & industrium, constituerat eum prefectum super. *De isto ædificio dictum est supra ca. 9. Dicunt enim aliqui, q Salomon videns industriam Ieroboam primò posuit eum super tributa domus Ioseph, i. duarum tribuum, sci. Ephraim & Manasse, postea vero posuit eum super opus ædificij Mello, licet primo scribatur officium aliud, quia frequenter in sacra scriptura prius facta postmodum narrantur. & ipse ex hoc fuit indignatus, eo q de maiori officio erat positus in minori propter q exiuit de Ierusalem. Cui obuians Ahias Silonites propheta dixit ei qd regnaturus erat super decem tribus, & sic animatus verbis prophetę incepit contra Salomonē murmurare & alios solicitare ad rebellandū Salomoni: q cum audisset Salomon, voluit eum occidere: sed ipse fugit in Aegyptum vsq; ad mortem Salomonis. Ra. Sa. vero dicit, quod Ieroboam reprehēdit Salomonem, eo quod claudebat locum illum quem Dauid dimiserat apertum, propter deuotionem venientium ad festa in Ierusalem. sicut dictum fuit supra 9. c. propter quod Salomon indignatus eiecit eum: qui egressus de Ierusalem inuenit Ahiam prophetā sicut dictum est. Iosephus vero dicit quod Salomon primo posuit Ieroboam super operarios in ædificio Mello: & quia vidit eum prudentem & solicitum in opere illo, postea posuit eū in maiori officio, s. super tributa domus Ioseph, sicut scribitur: & tunc Ahias dixit sibi ea quæ prædicta sunt: ex quibus animatus cœpit solicitare illos de tribu Ephraim & Manasse, vt recederent a Salomone: propter quod Salomon voluit eum occidere: sed fugit in Aegyptum vt prædictum est. Ex dictis patet litera vsque ibi.*

Apprehen-

1 Apprehendensque Ahias pallium suum nouum quo coopertus, &c. *Quod fecit duplici de causa. Vna est, quia prophetæ aliqui tunc prophetabant non solum verbis sed etiam sensibilibus signis, sicut & Esaias iuit nudus & discalceatus, Esa. 20. a. & Ieremias posuit catenas ligneas in collo suo, Ieremiæ 28. d. vt mouerent ad credendum auditu & visu. Alia vt Ieroboam adurteret, quod pallium suum nouum non scidisset libenter pro nihilo. sed pro veritatis indicio.*

2 Vt remane. *id est, memoria bonitatis suæ: propter cuius meritum in semine suo remansit nomen regium.*

3 Et affligam. *id est, super diuisionem regni.*

4 Veruntamen non. *& in hoc prædixit regnum Israel restituendum per Messiam venturum, vt dicit Rab. Sa. sed ipse & alii Iudæi hoc intelligunt de restitutione regni temporalis propter quod apostoli adhuc rudes, quia nondum receperant plenitudinem Spiritussancti, quæsierūt a Christo:* Domine si in tempore hoc restitues regum Israel? *vt habetur Act. 1. restitutio tamen iam erat facta in Christi resurrectione secūdum quod dicit ipse Mat. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas, &c. *sed euidentius hoc erit in iudicio* quando omnia subijcientur sub pedibus eius, *secundum quod dicit Apostolus Heb. 2. Cætera patent ex dictis.*

5 Reliquum. *Hic consequenter ponitur mors Salomonis & eius tumulatio, cum quadam epilogatione factorum suorum cum dicitur:* Reliquum autem verborum.

6 Scripta sunt. *Dicunt aliqui quod est liber Parali. sed melius dicitur quod sit alius liber per Nabuzardan combustus & non reparatus. Cætera patent ex supradictis. De statu autem eius vtrum sit saluatus vel non, dictum fuit supra 2. li. c. 7.*

CAP.

MORALITER.

✠ prædictis tentationes: & sic eum inducunt ad multiplicē culpam, & post hæc trahunt nisi pœnituerit ad gehennam. Item per Salomonem sapientissimum per mulieres tam miserabiliter deiectū, & in senectute, doceri debet quilibet homo quantumcumq; sapiens & etiam senex fugiendi familiaritates mulierum, maximè suspectarum, ne sibi contingat simile dispendium.

sunt in libro verborum dierum Salomonis. a Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta anni sunt. Dormiuitque Salomon cum patribus † suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

A a *Dies autem*. Ioseph dixit regnasse annis octoginta, & vixisse nonaginta quatuor. Sed diuina scriptura eos tantum annos exprimit, quibus regnauit antequam præuaricaretur. (lib. 8. Antiq. cap. 7.)

DE PENITENTIA ET SALVTE SALOMONIS.

✠ Hebræi. Sub senium prope mortem Salomon Spiritum sanctum habuit inhabitantem, & dictauit libros istos, Prouerbia, Canticum canticorum, & Ecclesiasten. (Seder olam rabba. c. 15.)

✠ Hieron. Non solum cultores templi, & editui, sed & ipse fabricator eius Salomon peccauit, & offendit Deum, licet postea egerit pœnitentiã, scribens Prouerbia, in quibus ait, Nouissime ego egi pœnitentiam, &c. (In cap. 43. Ezech.) (Pro. 24.)

B Septuaginta, ὕστερον ἐγὼ μετανενόηκα: postremo ego egi pœnitentiam. Quod ergo Hebraice est, posui in corde meo, &c. ita 70. sunt interpretati.

✠ Idem. Aiunt Hebræi librum Ecclesiastis Salomonis esse, pœnitentiam agentis, quod in sapientia diuitijsque confisus per mulieres offenderit Deum. (In c. 1. Eccl.)

✠ Irenæus. Sufficienter increpauit Salomonem scriptura, *vt non glorietur vniuersa caro in conspectu Domini*. Ea propter dominum in ea quæ sunt sub terra descendisse, euangelizantẽ & illis aduentum suum, remissam peccatorum existentem, his qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes qui sperabant in eum, i. qui aduentum eius prænuntiauerunt iusti, & prophetæ, & patriarchæ: quibus similiter vt nobis, remisit peccata, quę non oportet nos imputare, si quominus contemnimus gratiam Dei. (lib. 4. c. 45.)

✠ Epiphanius. Marcius dicit in infernum descendisse dominum, vt saluaret Cain, & Core, & Dathan, & Abiron, & Esau & omnes gentes quæ non nouerunt Deum Iudeorũ. Abel autem & Enoch, & Noe, & Abraham, & Isaac, & Iacob, Mosem item, Dauidque, ac Salomonem illic reliquisse. (Cont. hæref. 42.) C

✠ Cyrill.

D ✠ Cyrillus Hierosolymitanus. Vides quod pulchrum est cõfiteri? Cernis, q pœnitentibus datur salus? Et Salomon ceciderat, sed inquit, Postea ego egi pœnitentiam. (Catech. 2.)

✠ Bachiarius. Salomon ille mirabilis in alienigenarum mulierum incurrit amplexus, & sacrilegii errore se polluit. Sed qui per prophetam culpam erroris agnouit, nunqd misericordiæ cęlestis extorris est? Forsan dices: Nusquam eum in canone lego pœnituisse, neque misericordiam cõsecutum. Audi ergo frater, pœnitentiam eius, q nõ inscribitur publicis legibus: fortasse ideo acceptabilior iudicatur, qui non ad faciẽ populi, sed in secreto conscientiæ Deo teste, pœnituit. Veniam autem consecutum ex hoc agnoscimus, quia cum solutus fuisset a corpore, sepultũ illũ inter regum Israelitarum corpora scriptura commemorat: q tñ alibi peccatoribus regibus denegatum esse cognoscimus, qui vsq; in finẽ vitæ suæ in propositi peruersitate mãserunt. Et iõ q a inter reges iustos meruit sepeliri, nõ fuit alienus a venia. (Epist. ad Ianu. de recip. lapsis) E

✠ Ticonius Afer. Quid dicimus de Salomone? Cum Deo est, an post idololatriam reprobatus? Si reprobatum dixerimus: occurrit vox Dei quæ dicit, nec terre quidem regnum auferre Salomoni propter Dauid, sicut scriptum est in libro regnorum. Quo manifestum est, cum Deo esse Salomonẽ, cui regnum terræ non est ablatum; & cui dictum erat: *Misericordiam meam non auferam ab eo*. (Regula 4. de promissis & lege.) (2. Reg. 6.)

✠ Beda. Aiunt libri Hebræorum, Salomonem quinquies tractum fuisse per plateas Hierusalem, causa pœnitentię. Itẽ aiunt eum venisse in templum, quod ipse ædificauerat; cum quinque virgis, de quibus quatuor dedit quatuor legisperitis, vt verberaretur ab illis: qui communi dixerunt consilio, quod in Christum Domini manum non mitterẽt: vnde frustratus ab illis, a se depositus est a regno. (Fragmentis in prouerb. Sal. Tom. 9.) F

CAP.

MORALITER.

† *Dormiuit Salomon cum patribus suis.* Sequitur. *Regnauitque Roboam*. Per Roboam qui mortuo patre potentissimo senum consilium dereliquit, & consilio iuuenum adhęrens prę sumptuosẽ populo respondit, dicens.

† *Pater*

ADDITIO I.

In c. 11. vbi dicitur in postilla. Hic occurrit dubium, quomodo Salomon dicatur senex, quando deprauatus est per mulieres, &c.

Hæc altercatio prolixa de senectute Salomonis, non videtur necessaria, posset. n. rationabiliter dici, q Salomon dicẽdus est senex cum esset 50. annor. ferè. Nam ætates non solum mensurantur secundum annos, vel secundum ea quæ ad incrementum seu diminutionem corporalium virium ptinent, sed etiam dicuntur in sacra scriptura respectiuè secũdum status seu mores personarum. Nam secundum Ambr. in sermone pascali: Aetates quædam non solum sunt annorum, sed etiam meritorum, iuxta illud Sa. 4. b. *Senectus venerabilis non diuturna, nec numero annorum computata*. Postillator etiã infra in hoc cap. dicit, q Salomon dicitur in scriptura puer paruulus in principio regni sui, non secundum annorum numerum, quia iam secundum eum transiuerat a pueritia, sed dicitur paruulus puer respectu tanti regiminis sibi impositi, sicut etiam de Iosue Exod. 34. dicitur quod erat puer cum etiam transisset quadragesimum annum, vt infra satis comprobatur. Ex quibus sequitur, q non est inconueniens, vt Salomon dicatur senex etiam quinquagenarius vel aliquantulum infra respectu tãtæ scientiæ sibi diuinitus collatæ. Nã secundum Aug. Senectus nihil aliud est quam canus sapientque intellectus. Alio modo potest scriptura saluari, dicendo quod licet Salomon incepisset deprauari per mulieres ante senectutem, perseuerauit tamen in illa prauitate vsque ad senectutem inclusiuè, & scriptura attribuit hæc ætati senectutis ad maiorem grauitatem peccati, similiter in maiorem admirationem grauius ei æstimatur peccatum suum ex hoc q in senibus cuncta præter auaritiam secundũ Aug. senescunt & tamen in tanto sene libido, & idololatria iuuenescerent.

ADDITIO II.

In eo. cap. 11. vbi dicitur in postilla. Sed de dicto magistri, scilicet, historiarum parum est hic curandum, qui contradicit sibi, &c.

Magister historiarum non videtur sibiipsi contradicere, nec etiam scripturæ vt postil. ei imponit. Nam opinionem Iosephi non asserendo, sed tantum recitando ponit in hoc loco, in aliis vero huius passus sequitur planum sensum scripturæ, vt patet verba sua intuenti.

ADDITIO III.

In eod. c. 11. vbi dicitur in postilla. *Vt remaneat lucerna Dauid*. in Hebręo habetur. *vt remaneat nouale ipsi Dauid*. Eadem enim dictio quæ hic ponitur, vbi in translatione nostra dicitur *lucerna*. habetur Osee 10. d. vbi dicitur: *Innouare nobis nouale*. similiter Ie. 4. a. vbi similia verba ponuntur & est sensus vt remaneat ipsi Dauid aliqua possessio in Ierusalem q. d. Deus, nolo vt Dauid remaneat totaliter a regno spoliatus.

REPLICA. In cap. 11. vbi Salomon senex dicitur deprauatus per mulieres, postil. disputat contra falsam opinionem Iosephi, quam scholastica historia commẽdat: in conclusione tamen concordat cum Bur. quomodo vir 40. annorum potest dici senex: prolixitas Bur. displicet: quæ tamen respiciendo ad materiam non est inutilis, cum tamen Burg. sæpe facit longos tractatus de lana caprina, prout patet Gen. 1. & Exod. 3. & 20. & nititur excusare Scholasticam historiã quasi non dicat vt Iosephus, sed solum recitet, quod tamen falsum est, quia non solum recitat, sed dictum commendat, dicens plenius, Iosephus dicit.

CAPVT XII.

A Venit autem. a Durissimum. Quomodo hoc verum est, cum superius dictum sit, quod Salomon non cōstituit quēquā seruire de filijs Israel? Vtiq; nō fecit eos seruire in agricultura vel alio seruili opere. Verum principes ex eis cōstituit per singulas tribus, q reddebant regi per vices singulis mensibus annonam, &c. quę de expensa regis superius referuntur, quod modo durissimum iugum appellant. b Adolescentes. De quibus Aduram vnus fuit q postea lapidatus est. Iuuenes scriptura non sēper iuxta ętatē appellat, sed iuxta instabilitatē animi. Nam Roboam quadragesimo ætatis suæ anno regnare cępit. c Scorpionibus. Genus est flagelli, sicut & de spinis vel pomariis solent esse virgę nodosæ. Vel et flagellum Saracenorū cū duabus vel trib. virgis, quod habet in summitate plumbeas glādes, alias grandines. ✠ Iosephus. Seniores naturam vulgi scientes, monebāt, vt mā suetē loqueretur ad populū, & cōius quā regius exigeret fast⁹: ita vt fauorem oium sibimet conciliaret, cū naturaliter diligant subiecti māsuetudinem regum. Iuniores vero monuerunt vt asperius loqueretur, & inferiorem suum digitum lūbis paternis diceret vastiorem. Hæc voluntate Dei gerebantur, vt quæ prędixerat Achias perducerentur ad terminum. ✠ Ambrosius. Egregiè viros alicui præsidentes muneri commendat iustitia: ecōtra destituit iniquitas atq; impugnat. Exemplo nobis est scriptura quę dicit, cum populus Israel post mortem Salomonis rogasset filium eius Roboam vt releuaret ceruices eorum a seruitute dura, & paterni Imperij temperaret austeritatem, illum spreto senili consilio de suggestione adolescentium responsum dedisse huiusmodi, quod & onus adijceret super patris iugum, & leuiora grauioribus supplicijs mutaret. Itaque desertus a populo ac destitutus, vix duarum tribuum propter Dauid meritum habere potuit societatem. Claret ergo quoniam & æquitas imperia confirmet, & iniustitia dissoluat. Summa igitur benignitate opus est, vt non solum publica gubernacula, sed etiam priuata iura tueamur.

Marginalia: † seruus fueris. — † uel lumbis. — lib. 8. Antiq. cap. 8. — † vel corripuit aut castigauit & infsta. — lib. 2. offic. Cap. 18. — † 2. Par. 10. a. — * vbi habitabat. — † 16. q. 1. c. ecclesia. † consuluit. — † 2. Par. 10. c. † Eccl. 47. d.

CAPVT XII.

Venit autem Roboam in Sichem: † illuc enim cōgregatus erat omnis Israel, ad constituendum eum regem. 2 At verò Ieroboam filius Nabat, cum adhuc esset in Aegypto * profugus a facie Salomonis regis audita morte eius reuersus est de Aegypto. 3 Miseruntque & vocauerunt eum. Venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam dicentes: 4 a Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, tu itaque imminue nunc paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Qui ait eis: Ite vsque ad tertium diem, & reuertimini ad me. Cumq; abijsset populus, inijt consilium Rex Roboam cum senioribus qui assistebant coram Salomone patre eius cum adhuc viueret, & ait eis: Quod mihi datis consilium vt respondeam populo? Qui dixerunt ei: 5 Si hodie † obedieris populo huic, & seruieris & petitioni eorum cesseris: locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. 6 † Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, 7 & † b adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo, & assistebant illi, dixitque ad eos: Quod mihi consilium datis, vt respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loquere populo huic qui locuti sunt ad te dicentes; † Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos: Sic loqueris ad eos: 8 Minimus digitus meus grossior est † dorso patris mei. 9 Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum. Pater meus † cecidit vos flagellis, ego autem c cædam vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, & omnis

a ¶ Senes isti putantur Banaias, & Ioiada, & ceteri principes Salomonis.

Ad Roboam

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT XII.

1 Venit autem. *Superius actum est de regno Dauid vnito, hic cōsequenter agitur de regno eius diuiso in regnū Israel & regnū Iuda: & quia regnum Israel siue decem tribuum incepit accidentaliter scilicet, ex diuisione regni Dauid qui fuit de tribu Iuda: ideo principaliter agitur de regibus Iuda, & ex consequenti de regibus Israel eis conregnantibus, & ideo (quantum pertinet ad hunc tertium librum) primò agitur de Roboam & ee Ieroboam sibi conregnante, secundò de Abia & Asa & regibus Israel eis conregnantibus 15. c. tertio de Iosaphat & de Achab partim secum regnante c. 17. Tempore verò Roboā contigit regni diuisio: & ideo hæc diuisio præmittitur. Secundò vtriusque cōditio describitur, ibi:* Aedificauit autem. *Prima in tres: quia primo ponitur diuisionis occasio, secundo ipsa diuisio, ibi:* videns itaq; populus. *Tertiò diuisionis confirmatio, ibi:* Venit autem Roboā. *Occasio verò diuisionis regni fuit dura responsio Roboam, quam dedit populo de consilio iuuenum spreto consilio senum, & hoc est quod dicitur:* Venit autem Roboam in Sichem, *quia ille locus erat quasi in medio regni, & ideo populus ibi poterat facilius congregari. Fuerat etiam ibi primus rex, scilicet, Abimelech institutus, & ideo ibi fuit populus congregatus ad instituendum regem Roboam.*

2 At vero. *Audita morte Salomonis venit illuc desiderio regnandi, sicut dictum fuerat sibi.*

3 Miseruntque. *Erat enim magnus homo, & ideo fuit vocatus ad istam institutionem, quia populus volebat petere aliquam relaxationē, secundum quod subditur.*

4 Pater tuus durissimum. *Hoc videtur esse contra illud quod supra dictum est: de filiis autem Israel non constituit Salomō seruire quēquam 9. c. Ad quod dicendum, quod verum est in operibus vilibus, tamen ministrabant expensas Salomoni singulis mensibus per 12 præfectos super populum positos, & hoc reputabat populus iugū graue, quia expensæ Salomonis erant valde magnæ, vt habetur supra 4. ca. Cætera patent vsque ibi*

5 Si hodie obedieris populo huic: & seruieris & petitioni eorum cesseris. *scilicet, condescendendo eius petitioni. Isti enim, scilicet, senes per experientiam sciebant modum tenendi populum in subiectione.*

6 Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei. *Reputabat enim se valentiorem patre suo: & ideo durum erat ei aliquid remittere.*

7 Et adhibuit adolescentes. *scilicet, magis moribus & scientia quam ætate, quia nutriti fuerant cum Roboam, qui iam habebat quadraginta & vnum annos.*

8 Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. *Istud fuit consilium valde fatuum & præsumptuosum, quia Salomon fuit rex excellentissimus, vt patet ex supradictis. Roboam verò erat rudis, et corde pauido, ut habetur 2. Paral. cap. 13.*

9 Ego autem addam super iugum vestrum. *Est autem scorpio genus flagelli durissimi, habens in fine cordularum seu catenarū nodulos plūbeos vel ferreos, & iō vocatur scorpio, quia grauiter pungit, & quia sicut scorpio pungit cauda eam super caput reflectendo, sic extremitas huius flagelli in qua est plumbum vel ferrum, percutiendo reflectitur ad anterius percutientis super corpus percussi. Cætera patent ex dictis.*

Videns

a *Ad Roboam*. Rab. Roboam de domo Dauid fuit, sed in via eius non ambulauit. *Fecit enim Iuda* (scriptura teste) *in diebus illis malum coram domino, & irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum*. Feceruntq; omnes abominationes gentium. Roboam ergo signat malos rectores in ecclesia, qui terrenis cupiditatib. dediti, & delectantes in multitudine obsequentium sibi, non quotidianam habent solicitudinem sibi commissorum. Interpretatur Roboam, latitudo populi, quia tales spatiosam & latam viam gradiuntur quæ ducit ad mortem multos. Relictoque sanctorum patrum consilio, quorum docta exempla ad celsitudinem tendunt, illis obtemperans qui iuuenilibus desiderijs mancipati, laudibus iniquis & adulationib. eos grauant: quibus comminabatur sapientia, dicens: *Væ tibi terra cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt panem*. Et econtrario: *Beata terra cuius est rex nobilis, & cuius principes vescuntur in tempore suo*.

b *Auersatus fuerat eum dominus, &c.* ✠ Theodoretus. Hoc est intelligendum sicut illud, *Indurauit dominus cor Pharaonis*. Quando enim Deus aliquem relinquit, fertur tanquam scapha absque gubernatore. Sed tamen Roboam stultis verbis vtens, effecit vt impleretur Dei sententia.

✠ August. Quis non ista diuina contremiscat, quibus agit Deus in cordibus etiam malorum hominum quicquid vult, reddens eis tamen secundum merita eorum? Roboam respuit salubre consilium seniorum, &c. Vnde hoc nisi propria voluntate? Sed hinc ab eo recesserunt decem tribus, & alium regem sibi constituerunt, vt irati Dei voluntas fieret, quod etiam futurum esse prædixerat.

✠ Idem. Detestanda, & abominanda opinio est, quæ Deum cuiusquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit auctorem, cuius prædestinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iustitiam est. *Vniuersæ enim viæ domini misericordia & veritas*.

Rabbanus. Angelomus. † supra 11.f. † firmarei. † 2.Par.10.d. † Israel. † Roborauit se, &. † 7.q.1.c. Mat.7.b. † 2.Par.11.c. Eccles.47.d. Eccl.10.c. Ibidem. † vnusquisq; Lib. de grat. & lib. arb. ad Valent.c.20. † Lxx. a domino erat auersatio Alij sic vertunt: erat dominus Alij causa fuerat a domino. Tom.7. ad articulos sibi falso impositos arti 10.

a populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex dicens; Reuertimini ad me die tertia. Respondítque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens; Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. Et non acquieuit rex populo, quoniam † auersatus fuerat eum dominus, vt † suscitaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabat. [1] Videns itaque populus quod noluisset eos audire rex, respondit ei dicens; [2]

¶ inculcatio verborum.

Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai? [3] Vade in tabernacula tua Israel, nunc vide domum tuam Dauid. [4] Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda regnauit Roboam. [5] † Misit ergo rex Roboam Adoram qui erat super tributa, & lapidauit eum omnis † populus, [6] & mortuus est. [7] Porrò rex Roboam † festinus ascendit currum & fugit in Ierusalem, recessitque Israel a domo Dauid vsque in præsentem diem. [8] † Factum est autem cum audisset omnis Israel, quod reuersus esset Ieroboam, [9] miserunt & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quispiam domum Dauid,

a ¶ Ideo solam, quia principalis: alia dux. s. Beniamin & Leuitica.

præter tribum Iuda solam. [10] † Venit autem Roboam Ierusalem, & congregauit vniuersam domum Iuda & tribum Beniamin, centum octoginta milia electorum virorum & bellatorum, vt pugnarent contra domum Israel, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis. Fa-

a ¶ Iste propheta introducitur subito sicut alij.

ctus est autem sermo domini ad Semeiam virum Dei, dicens; Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda & Beniamin & reliquos de populo, dicens; Hæc dicit dominus; Non ascendetis, nec bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Reuertatur † vir in domum suam: A me enim factum est † verbum hoc. Audierunt sermonem domini, & reuersi sunt de itinere sicut eis præceperat dominus. [11] Aedificauit autem Ieroboam sichem in mon-

a ¶ Phanuel ciuitas metropolis regni Ieroboam.

te Ephraim, & habitauit ibi. Et egressus inde ædificauit Phanuel

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Videns*. Posita occasione diuisionis, hic ponitur ipsa diuisio cum dicitur: *Videns*. de oneris reuelatione, sed magis cominatus fuisset de aggrauatione.

2 *Respondit ei*. scilicet dura pro duris, dicens.

3 *Quæ nobis*. i. non habuit regnum ex hæreditate paterna, et ideo possumus alium eligere, & consimile verbũ dixit Seba filius Bochri in rebellione cõ Dauid, vt habet supra 2. li. 20. c.

4 *Nunc vide*. i. populum tibi adhærentem, q. d. modicus est. Ra. Sa. exponit hoc de templo de ordinatione Dauid ædificato, quasi dicat, non curamus de eo.

5 *Misit* vt pacificaret populum, dicens: q. illud verbũ fuisset leuiter dictum: & q. pp hoc non deberent a rege recedere.

6 *Et lapidauit*. In contemptum domini sui, & quia habebant eum suspectũ ne fuisset in consilio regis respondẽdi eis modo prædicto, quia illi qui sunt super tributa solent consulere de augmento ipsorum.

7 *Porrò*. Timens ne similiter lapidarent eum.

8 *Factum est*. s. de Aegypto, vbi fugerat timore Salomonis: fuerat enim cum alijs vt prædictum est in Sichen, & p hoc diuulgatus fuit vbique aduentus eius.

9 *Miserunt*. Ad institutionem alterius regis a Roboam, & cõstituerũt eum regem. Tum quia erat vir fortis & industrius, vt habetur cap. preced. Tum quia fuerat inimicus Salomonis, & sic libentius bellum contra Roboam filium eius susciperet. Tum quia erat de tribu Ephraim quæ erat bellicosior post tribum Iuda, per hoc n. impleta est prophetia Iacob patriarchę, qui benedicens filijs Ioseph, præposuit Ephraim iuniorem ipsi Manasse, vt habetur Gen. 48. quia de Ephraim futurus erat rex decem tribuum, & prophetia Ahiæ Silonitis posita cap. præced.

10 *Venit autem*. Hic consequenter ponitur prædictæ diuisionis confirmatio, per hoc quod Semeias propheta de mandato Dei inhibuit Roboam & sibi adhærentibus, ne pugnarent contra decem tribus, s. ad remouendum regnum, quia de voluntate Dei erat diuisum. Et patet litera.

11 *Aedificauit*. Hic consequenter describitur vtriusque regis conditio. Et primò ipsius Ieroboam. Secundò ipsius Roboam 14. cap. vltra medium, ibi: *Porrò Roboam*. Prima diuiditur in tres, quia primo describitur ipsius Ieroboam præuaricatio. Secundò præuaricationis reprehensio. ca. 14. Circa primum dicitur. *Aedificauit autem*. vt enim melius posset resistere regi Iuda & ipsum infestare, ædificauit fortalitia.

MORALITER.

† *Pater meus aggraua. iu.* & sic perdidit decem partes regni sui: Datur exemplum filijs regum nobilium & potẽtium vt non de se præsumant, nec consilio iuuenum qui sunt inexperti credant, sed magis consilio senum expertorũ acquiescant.

a *Fecit duos.* Ieroboam quare vitulos fecerit, vel quomodo Iosephus sufficienter exponit.
A
✣ Ambros. Ieroboã hoc genus sacrilegij induxit, vt populus Hebræorum adoraret vitulos aureos, q̀ omnis perfidia similis immanitatis atque insipientię bestialis sit.

Lib. 8. Antiq. cap. 8.
✣ Iosephus. Fecit duas vitulas aureas, & totidem templa construxit, in quibus eas reposuit. Et cõuocans decem tribus, his verbis concionem fecit ad populum. Viri contribules, nosse vos volo, quod omnis locus habeat Deum, & vbique semper exaudit, & cultores suos intendit. Vnde mihi non videtur necesse ad Hierosolymam properandi, hostium ciuitatem vt adoretis Deum, lõgo itinere fatigati. Homo enim illud ædificauit templum, & ego feci vitulas duas Deo ęquiuocas, quarum vnam in Bethel dedicaui, aliam in Dã constitui, vt quicumque vestrum eis vrbibus sunt vicini, adorent in eis Deum. Cõstituamque ex vobis sacerdotes earum, atque Leuitas, vt tribu Leui nequaquam indigeatis. Quod cum dixisset, seduxit populum, vt a patria religione recedens, præuaricaretur leges: quod Hebræis maiorum fuit initium.
D

Quæst. 41.
✣ Theodor. Miser & ter infęlix iste, accepta potestate aggressus est eã habere humanis & impijs artibus. Oportebat autem stolidum intelligere, quod q. dedit regnum, id possit illi custodire & ɔfirmare.

Lib. 8. const. cap. 52.
✣ Clem. Rom. Scitis a nobis Apostolis Episcopos, Presbyteros, & Diaconos vocari oratione, & manuum impositione: differentia nomum, rerum differentiã indicantes. Non. n. vnusquisq; p. ut vult, apud nos implet manũ, (quemadmodum regnante Ieroboamo, nefarij facerdotij mos fuit, in illo vitulæ piaculo) sed qui a Deo vocatur.
E

lib. aduers. Iudæos c. 1.
✣ Tert. Posterioribus temporib. quibus Iudæis reges imperabãt & cum Ieroboã vaccas aureas & lucos colebant, & Baali se mãcipabant. Vnde probatur eos semper idololatriæ crimine reos designatos ex instrumento diuinarum scripturarum.
F

Dixitque Ieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo domini in Ierusalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda, interficientque me & reuertentur ad eum. Et excogitato consilio [a] fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltrà ascendere in Ierusalẽ. † Ecce Dij tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegypti. Posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan. Et † factum est verbum hoc in peccatum. Ibat enim populus ad adorandum vitulum vsque in Dan, & fecit phana in excelsis, & sacerdotes de † extremis populi, qui non erant de filijs Leui. Constituitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebrabatur in Iuda. † Et ascendens altare similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat. Constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum, quæ fecerat, & ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo. Et fecit solennitatem filiis Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incensum.

B
† Exod. 32. b. Psal. 105.
† Facta est res hæc.
† populo.
† Et obtulit similiter super altare fimiliter.

C

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitq;. *i. probabiliter cogitauit:* Nunc re. &c. *probabiliter. n. credebat, q̀ per sacerdotes populus ad hoc induceretur: vel si nõ posset induci per Roboam detineretur, quousq; iurasset ei fidelitatem, & consentiret in mortem Ieroboam. Ideo subditur.*

2 Interficientq;. *Et excogitato cõsilio iniquo ad cauendũ prædicta.*

3 Fecit. *Ad similitudinem vituli quem fecerat Aaron.*

4 Et dixit eis. *idest, sibi subiectis.*

5 Nolite. *Deus. n. præsens est vbique: & ideo potestis eum hic adorare, talibus enim verbis persuasit populo, vt dicit Iosephus. Et ideo dicũt aliqui alii consequenter, & satis probabiliter secundum ista, q̀ populus in illis vitulis adorabat Deum. Sed contra hoc videtur, quod subditur.*

6 Ecce. *Deus autem quem colebant filii Israel vnus est. Dicendũ est, q̀ hic ponitur plurale pro singulari, dii, i. Deus sicut Exo. 32. a. dixerũt de vitulo Aaron:* Ecce dij tui., *cum tamen esset vnicus, & dato q̀d verum sit, quod in illis vitulis adorarent Deum tanquam in imaginib. ipsum repræsentantibus: tamen fuit ibi transgressio præcepti, quod habetur Exo. 20. vbi prohibetur fieri ad hoc qualibet similitudo.*

7 Posuitq;. *dicunt aliqui: quod sunt duo montes propinqui, in quib. fuerunt positi isti vituli, Ra. Sa. dicit quod sunt distantes, ita quod vnus est in parte Australi regni decem tribuum, alius in parte Aquilonari, vt de locis mediis posset populus conuenire ad istum locum & ad illum pro vt esset sibi magis accommodum.*

8 Et fecit. *i. templa in duobus mõtibus prædictis, cuilibet vitulo vnũ.*

9 Et fac. *i. de qualibet tribu indifferenter, quia tribus Leui noluit consentire ei, & ideo dixit populo q̀d non optabat habere sacerdotes de tribu Leui, sed sufficiebat, quod quicunq; offerret hostiam solemnem, sicut fecerat Aaron in sua consecratione, vt habetur Leu. 9. fieret sacerdos.*

10 Constituitq;. *scilicet, dedicationis templi & altaris, sicut fecerat Salomo: hoc excepto, quod Salomõ fecit mense septimo, vt habetur supra 8. ca. iste antẽ dixit, quod conuenientius poterat fieri mense octauo: quando omnia sunt collecta, & in horreis reposita.*

11 Et ascendit super altare, vt adoleret incensum. *Et sic patet, quod non solum fecit vitulos, sed etiam vsurpauit sibi sacerdotiũ ad insinuandum euidentius populo, quod non oporteret habere sacerdotes de tribu Leui.*

CAP.

MORALITER.

1 *Dixitque Ieroboam, &c.* Per istum Ieroboam, quẽ dominus de humili statu eleuauerat ad regnum, & tamen statim fecit vitulos aureos ad tollendum cultum diuinum, signantur illi qui de Dei beneficijs ingrati, non solum Deo gratias debitas non referunt, sed ẽt ipsum impugnant quãtum possunt.

11 *Et asc.* Et sic post obtentum regnum vsurpauit sibi sacerdotium: & sic per ipsum significatur effrenatus ambitiosus qui obtenta dignitate cuius etiam non est dignus, conatur aliam obtinere cum prima, non obstante sua insufficientia.

1 Et ecce

ADDITIO.

In cap. 12. vbi dicitur in postilla. Ideò dicunt aliqui alij cõsequenter & satis probabiliter, q̀ populus in illis vitulis adorabat Deum.

Dicere, q̀ populus ille in vitulis adorabat Deum, & sic esset excusatus saltem a delicto idololatriæ, est penitus inconuenienter dictum. Nam simili modo & forma populus ille sub Ieroboam colebat vitulos suos, sicut in deserto populus Israel coluit vitulum, verba enim principalia vtriusq; cultus sunt eadem. Sicut enim ibi colentes dicebant de vitulo: *Hi sunt dii tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Exo. 32. a. sic sub eisdem verbis Ieroboam & sui adhærẽtes de vitulis suis dixerunt. *Ecce dii tui Israel, &c.* vt patet in hoc cap. Ex quo sequitur, q̀ sicut ibi vitulum illum pro Deo seu in Deum receperunt per illa verba, quod est propriè idololatria, vt testatur Psal. dicens: *Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli,* sic sub Ieroboam vitulos in deos receperunt. Similiter sicut in Horeb adorauerunt & sacrificauerunt vitulo, sic in præsenti vitulis fecerunt, & ideo nullo modo excusari possunt ab idololatria, quod etiam patet Amos 80. d. vbi dicitur: *Qui iurant in delicto Samariæ, & dicũt viuit Deus tuus Dan.* Ex quo patet manifestè, q̀ illos vitulos vt deos colebant. Illud autem quod Iosephus dicit de persuasionibus Ieroboam ad populum, dicendo quod Deus potens est vbique, &c. non facit ad oppositum. Nam illæ persuasiones fuerunt ad primam introductionem tantum, sed finaliter pura idololatria fuit introducta, vt patet ex dictis.

REPLICA. In eod. cap. 12. de fabricatione vitulorum per Ieroboam dicit Gl. ord. Ieroboam quare vitulos fecerit, vel quomodo, Iosephus sufficienter exponit: ergo non penitus inconuenienter vt dicit Burg. in qua materia finaliter postill. & Burgen. satis concordant.

A a CAPVT XIII.

E T ecce vir. Cuius nomen hic tacet, in Par. Gaddo vocat vel nuncupatur. Ipse est Gad q̃ monuit Dauid ire in terrā Iuda. Rab. propheta a Deo missus, vt increparet Ieroboā, & q̃ a falso propheta seductus comedit & bibit ɔtra præcepꝰ domini, & propterea a leone in via occisus est: quid hoc significat? Nisi eum quis in prosperis eleuatur, ita vt præcepta domini contemnat, a leone qui circumit quęrēs quem deuoret, dente persuasionis malignę laniatus per consensum peccati interficitur. Ac per hoc necesse est semper quærere protectionem omnipotētis, quæ minus necessaria creditur si semper habeatur: sed vtiliter plerumque subtrahitur, vt sibimetipsi homo quam sine illa nihil sit ostendatur. ✠ Iosephus. Dū instaret festiuitas, volens & ipse Ieroboam eā in Bethel ita agere, sicut duę tribus in Hierosolymis celebrabant, ante vitulam quidā ędificauit altare, & ipse pontifex factus, cum sacerdotib. ad altare ɔscendit. Cumq; esset hostias & holocausta coram oībus populis oblaturus, uenit ad eū ex Hierosolymis ꝓpheta, &c. ✠ Theod. Sed ne sic quidem errantē eū despexit benignus & clemēs Deus. Misit. n. ꝓphetā cui iussit vt nihil ei diceret sed altari inanimo proferret sñiam, *Altare, inquit, altare, &c.* b *Cumq; audisset rex, &c.* ✠ Theod. ille sceleratissimus cū oporteret eum admirari miraculū, & timere eum qui miserat extensa manu iussit apprehendi ꝓphetam: sed manus mansit musculis & neruis extensis. Et id quidē q̃ accidit altari, eum non stupefecit, sed id q̃ manui valde anxit. Cum aūt esset valde stultus, supplex rogauit prophetam, vt peteret non sceleris remissionem, sed manus curationē. Ostēdit autem & propheta mā suetudinem, & Deus clementiam: nā petijt, & Deus dedit medelam. ✠ Ambros. Ieroboam dextera quam extendit, aruit, nec sua ei quæ inuocabat idola ꝓfuerūt. Deinde conuersus ad dominū rogauit veniam statimque manus quę aruerat sacrilegio, sanata est religione. Tam maturum in vno & misericordiæ diuinæ, & indignationis exemplum extitit, vt sacrificanti subito dextra adimeretur, pœnitenti venia daretur. c *Prophetes.* Iste pseudo propheta princeps erat sacerdotum, & valde a rege colebatur tanquam diuinus, timens autem ne per sermonem viri Dei rex a cultura idolorum recederet, & se tanquam maleficum interficeret, excogitauit vt virum Dei deciperet, satis astutē agens: vt dū trāsgrederetur præceptum Dei, illius iram incurreret, sicut postea fecit, cum magis homini quā Deo credidit. Ac per hoc monstrarentur esse falsa quæ prædixit: sicque regi persuadere posset, sicut fecit. Audiens autem rex euentum, putauit irrita quæ vir Dei dixerat: & non declinauit a via sua mala. Ioseph.

1.Par.12. Rabbanus. Angelom. 1.Petri.5.c. Lit.8 Antiq. cap. 8. Quæst.42. Quæst.43. † Vel iuxta. † 4.Re.23.d. lib.2.de virginibus. † 1.q.1.c.si quis inquit.

CAPVT XIII.

a E T ecce vir Dei venit de Iuda in sermone domini, in Bethel, Ieroboam stante † super altare & thus iaciente. Et exclamauit contra altare in sermone domini, & ait: Altare altare: hæc dicit dominus: † Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine: & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. Deditque in die illa signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est dominus: Ecce scindetur altare, & effun- b detur cinis qui in eo est. Cumque audisset rex sermonem hominis Dei, quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus eius, quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam ad se. Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone domini. Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi. Orauitque vir Dei faciem domini, & reuersa est manus eius ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Locutus est autem rex ad virum Dei. Veni mecū domum vt prandeas, & dabo tibi munera. Responditque vir Dei ad regē; Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto. Sic enim mandatum est mihi in sermone domini præcipientis; † Non comedes panē, neq; bibes aquā, nec reuerteris per viam qua venisti. Abiit ergo per a- c liam viam, & non est reuersus per iter quo venerat in Bethel. Prophetes

a ¶ Alias regis.

NICOLAVS DE LYRA.

E T ecce. *Hic consequenter describitur prædictæ trāsgressionis reprehensio per prophetam domini ad hoc missum, vbi primò pęna futura prædicitur. Scdò rex rebellans percutitur ibi:* Cumq; audisset rex. *Tertiò propheta dñi seducitur, ibi:* Prophetes autē. *Quartò Ieroboam obstinatur, ibi:* Post verba hec. *Circa primum dicitur.*

1 Et ecce. *Iste fuisse creditur ab aliquibus † Abdo propheta qui fuit illo tpe, secundum quod habetur 2.Par.12. & licet hoc sit probabile satis, tñ non est certum. Et quia rex & populus erant increduli, ideo propheta primo prædicit pœnam futuram, dicens.* 2 Ecce filius. *Nomē eius exprimitur per magnum tps ante, eo q̃ facturus erat magna vt habetur infra lib. 4.* 3 Et immol. su. *in detestationem idololatriæ: & hoc fuit Deo acceptum tāquam sacrificium. Secundò dat ei signum mirabile, vt verbum eius sit credibile.* 4 Ecce scin. *subitò, quod tamen erat forte & nouum.* 5 Cumq; aud. *Hic consequenter ponitur percussio regis rebellantis, cum dicitur.* 6 Extendit ma. su. &c. *vt cū maiori auctoritate prępiperet prophetæ captionem.* 7 Et exaruit ma. *vt sentiret pęnam diuinæ vltionis, & videret in effectu scissione altaris.* 8 Et ait rex, &c. *magis motus timore quā amore.* 9 Deprecare faciem, &c. *Quod & fecit propheta, ostendens quòd non quærebat punitionem vel vindictam, sed regis & populi correctionem.* 10 Veni mec. *quia volebat sibi recompensare pro reddita sibi sanitate.* 11 Si dederis. *Quia pro nulla re temporali debet quis trāsgredi præceptum domini. Ideo sequit.* 12 Sic enim, &c. Non co. pa. *i. quemlibet cibum.* 13 Neq; bi. aq. *i. quæcumque potum. Quod enim nomine panis & aquæ designetur omnis cibus & potus in scriptura patet infra 4. li. 6. c. vbi dr:* Pone eis panem & aq. *Et postea subditur.* Appositaq; est eis ciborū magna preparatio. 14 Nec reuerteris, &c. *Futurorum enim præscius Deus, per hoc designauit peccatū prophetæ futurum, quia venit in Bethel vere Deo obediens, & rediit inobediens, vt habetur infra.* 15 Prophetes autem quidam senex habi. &c. *Hic consequēter ponitur*

† Addo.

MORALITER.

1 *Et ecce.* Per quem significatur prædicator, qui debet esse vir a constantia, & Dei ex bona vita.

1 *Venit de Iuda, &c.* Nam predicator a Deo debet esse missus, & hoc immediatē vel mediante vicario eius, Rom. 10. c. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur.* † *Ieroboā stante, &c.* Per quē intelligitur publicē peccans & inuerecūdē, & specialiter existens in potestate. Sicut Ieroboam q̃ publicē idololatrabat & alios ad hoc inducebat. † *Et ex.* i. ɔ idololatras & idololatriam ibi perpetratam. 2 *Ecce filius, &c. Iosias.* per quem significatur Christus & eius aduentus ad iudicium lō subdit. 3 *Et immola.* i. propter peccata sup te facta, & per sacerdotes istos intelligunt mali prelati clerici & religiosi, qui immolabuntur in iudicio qñ per Christi sñiam detrudētur in infernū. † *Et ossa hom.* Per homines intelliguntur laici peccatores; & per ossa intelliguntur peccatorū corpora. Nā illa dānatio erit simul in corpore & aīa. Predicator aūt dēt ꝓclamare ista futura, qa denuntiare dēt pęnas & præmia *Cumq; aud.* Sequit † *Apprehendite.* Per hoc ostenditur obstinatio peccātium, q̃ ad verba prędicatorum non conteruntur, & q̃ peius est eos aliqñ persequuntur, & tamen isti in necessitate corporali positi preces illorum requirunt quos ante persecuti fuerunt, q̃ significatur per hoc quod subditur.

9 *Deprecare.* Quod non est denegandum secundum doctrinam Christi. Matth. 5. g. *Orate pro persequentibus.*

15 *Prophetes.* Per istum aūt falsum prophetam & eius filios figurati

A ✻ Iosephus. Erat in ciuitate senior quidā, malignus homo, falsusq; propheta, quem Ieroboam magnis studijs honorabat: cum eo dicente quæ illi grata forent, crebro decipiretur. Iste itaq, tunc erat ĩ lectulo propter senectutis infirmitatem. Filijs autem indicantibus ei, &c. (lib. 8. Antiq. cap. 9.)

a *Omnia opera, &c.* Greg. In gestis prophetæ mira antecedunt: misera succedūt qua in re quid colligimus? nisi quod apud se propter magnalia gloriatus ab interna mox soliditate est quassatus, & inde ei in opere culpa surrepit. vnde sibi gloria in corde surrepsit, vt a propheta falso diceret deceptus quia nequaquā propriæ fortitudinis fuit quod prius accidisset. (Eucher. Rabbanus. Angelomus. Com. in hunc locum.)

B

b *Hæc dicit dom.* Grego. Bene autem ore eius sententiam mortis accepit, cuius reductione a vitæ præceptis deuiauit, vt inde pœnam veraciter sumeret, vnde culpam negligēter admisisset. (Ibidem.)

C

autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filij sui, [1] a & narrauerunt ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel: [2] & verba quæ locutus fuerat ad regem, narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Ostenderūt ei filij sui viam per quā abierat vir Dei, qui venerat de Iuda. Et ait filiis suis: Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent, ascendit & abiit post virum Dei, [3] & inuenit eum sedentem subtus terebinthum. [4] Et ait illi: Tune es vir Dei qui venisti de Iuda? Respondit ille: Ego sum. Dixitque ad eum: Veni mecum domum, vt comedas panem. Qui ait: Nō possum reuerti, nec venire tecum, nec comedam panem, nec bibam aquam in loco isto; quia locutus est dominus ad me in sermone domini, dicens; Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuerteris per viam qua ieris. Qui ait illi, Et ego propheta sum similis tui, & angelus locutus est [5] mihi in sermone domini, dicēs: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem & bibat aquam. † Fefellit eum & reduxit secum. [6] Comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam. Cumque sederet [7] ad mensam, factus est sermo domini ad prophetam qui † reduxerat [8] b eum. Et exclamauit ad virum qui venerat de Iudæa, dicens; Hæc dicit dominus; quia non obediens fuisti ori domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi dominus Deus tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi, ne comederes panem, neq; biberes aquam, † non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Cumque comedisset & bibisset, † strauit asinum suum propheta quem reduxerat. Qui cum abisset inuenit [9] †

(Mentitus est ei. — reduxerat. — 13. q. 1. §. fo- ror. — misit eterni asinum illi prophete. Dan. 6.)

✻ Tertul. Prohibitus a Deo fuerat, illic cibum in totū attingere, sed ab alio mox sene mentito prophetiam temere pastus, ẽm verbum Dei ibidem factum super mensam, nō est ĩ paternis sepultus: Leonis enim in via occursu prostratus, & apud exteros conditus, pœnam deserti ieiunii luit. Hæc erūt exempla & populo, & Episcopis, etiam spiritualibus, si quā incontinentiam gulæ admiserint. (lib. aduers Psych. c. 16) D

✻ Theod. Discimus ex hac narratione, ꝙ potentes potenter examinabuntur. Non enim oportebat eum, qui diuinam vocē audierat, credere humanæ dicenti cōtrarium: sed expectare vt qui iusserat, solueret quod iusserat fieri, & cæt. Deus autem honorauit eum etiam post decessum. Nam occisorem, ei induxit custodem, hac quidem ratione honorans vt prophetam: illa vero puniens tanq̃ transgressorem: & eos qui nunc sunt terrens, vt ne parua quidem Dei mandata despiciant. (Quæst. 42.) E

✻ Chrysost. Peccauit propheta, & leo in via inuentum morte affecit. Erat mendaci fuligine atratus, & leo eum non cognouit. Si prophetam vidisset vt Danielem, eum honorasset: sed tanquam alienum inuasit. Dominus mentitus est, & seruus negauit dominum. (In Psal. 3.) F

Clemens

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *ponitur prophetæ domini seductio per falsum prophetam, Et primo ponitur dicta seductio. Secundò pœnæ denuntiatio, ibi:* Cumq; sederent. *Et tertio eius tumulatio, ibi:* Et ecce viri. *Circa primum dicitur:* Prophetes autem quidam. *scilicet falsus.*

1 Habitabat. *Non tamen erat inde notus, sed de Samaria: vt habetur infra 4. lib. 24. c. Et venerat illuc ad manendum propter cultum vitulorum.*

2 Ad quem. *scilicet, non fuerat in solennitate, impeditus nimia senectute propter quam in cultu vitulorum amplius seruire non poterat vel occasione alia. Cætera patent vsque ibi.*

3 Et abijt. *vt eum seduceret, & peccare faceret, & per hoc prophetiam eius irritam persuaderet, vt postea videbitur.*

4 Et inue. *quia fatigatus erat labore itineris & ieiunio. Cætera patent vsque ibi.*

Qui

5 Qui ait. *Mentiebatur, vt eum deciperet. vnde subditur.*

6 Fefellit. *Non enim debuit propheta domini tam leuiter sibi credere, quia* probandi sunt spiritus vtrum ex Deo sint. *secundum ꝙ dicitur 1. Ioan. 4. cap. Fuit etiam ad credendum inductus ex concupiscentia cibi, quia erat ieiunio fatigatus, vt dictum est, & ideo iustè a Deo tanquam inobediens fuit punitus.*

7 Cumq; sederet ad mensam. *Hic consequenter ponitur pœna sequentis denuntiatio, cum dicitur.*

8 Factus. *Ex hoc patet, ꝙ reuelatio prophetica aliquādo fit malis hominibus, sicut dictum fuit plenius Num. 22. de Balaam, & conuenienter denuntiata est pœna seducti per eum qui ipsum seduxerat.*

9 Cumque comedisset. *s. Dei, quia diuinam sententiam supra se auditam acceptauit, & voluntati diuinæ se committens peccatum inobedientiæ morte corporali expiauit. Ex hoc autem considerandum est, quàm durè puniturus est Deus peccata grauia iniquorum, qui pęna mortis puniuit leue peccatum sancti hominis.*

✻ Asinus

MORALITER.

✻ figurati fuerunt pseudo apostoli & eorum sequaces, qui nituntur impedire veros prædicatores: Per hoc ꝙ verus propheta per falsum prophetā fuit deceptus, sicut dicitur infra.

6 *Fefellit eum & reduxit secum.* Significatum fuit secundum quod dicit beatus Gregorius quod ex miraculis quę Deus fecerat ad eius verba fuit elatus, & ex hoc decipi pmissus, propter quod prædicatores veri multum debent esse soliciti, ne propter bona quę faciunt eleuentur: & per consequēs a malis hominibus decipiātur, & vlterius puniantur, sicut fuit iste de

de quo subditur.

† *Inuenit.* Et per hanc pęnam ostenditur, ꝙ peccauit, sed per hoc ꝙ leo cadauer eius non tetigit, sed intactum custodiuit, ostenditur, ꝙ de peccato verè pœnituit & domini sententiam acceptauit: & per mortem corporalem eius peccatum expiatum fuit. Circa ꝙ considerandum, ꝙ dominus leues culpas iustorum in pœnitenti aliquando grauiter punit, vt ꝑ hoc nobis appareat grauitas pœnæ, quæ pro grauibus culpis in futuro reseruatur infligenda, Heb. 10. f. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

MORA-

✠ Clemens Rom. Propheta cum Deo non paruisset, panemque comedisset, & bibisset in loco à domino prohibito, propter impietatem Hieroboami, à leone est interemptus.

a *Et leo stabat, &c.* Hic ostenditur, quòd peccatū inobedientiæ in ipsa morte fuit laxatū, quia iste idem leo, qui viuentē præsumpsit occidere, ausus contingere nō est occisum. Qui enim occidendi habuit potestatem, de occisi cadauere comedēdi licentiā nō accepit, quia is cuius culpa in vita fuerat punita, erat iam iustus ex morte.

b *Sepelite, &c.* Malus propheta sciēs euenire, quę vir Dei prędixit, præcepit, vt sepeliretur iuxta virū Dei, ne quando ossa illius comburēda effoderentur, sed conseruarentur, per sanctum prophetam, sicut inferius idem testatur liber impletū.

c ✠ *Quicunque volebat, implebat manum suam, &c.* Tharasius Patriarcha Constantinopoli. Multis modis docemur, vt mores ab auaritia alienos in sacerdotij cōsecratione habeamus. Si quis eam auro emisse conuictus fuerit, diuina ei actione interdictū esse iubet. Macedonij & assectatorū sancti Spiritus hostiū, tolerabilior erat hæresis, quàm Simoniacorū. Cum autem illi Spiritum sanctum creaturā & seruū Patris & Filij nugentur, hi ipsum seruum suum faciunt, & vendūt. Omnis enim dominus id quod habet vēdit. Sic, qui rem hanc nefariā faciunt, Spiritum sanctum deprimunt, æquè peccantes ac ij qui Christū in Belzebub dæmonia eiicere impiè blasphemeque dicebant. Vel, vt verius dicā, sunt Iudæ proditori similes, qui Dei interfectoribus argenti pretio dominū vendidit. Si non venditur, clarum & sacerdotij dignitatem non esse Spiritus sancti gratiam. Si autem venundatur sacerdotij dignitas, etiam superuacanea est honesta vitæ institutio, & in puritate ac veritate conuersatio. Superuacaneus est diuinus Paulus docens oportere Episcopum esse à reprehensione alienum, &c. Sed & omnes ecclesiasticas promotiones ob pecuniæ dationem remouet Canon 29. Apostolorum. Si quis Episcopus pecunijs hanc dignitatem fuerit assecutus, vel presbyter, vel Diaconus, deponatur, & à communione omninò excindatur, vt Simon magus. Ex 9. Regum, Et non conuersus est Hieroboam ab iniquitate sua, sed fecit ex populo sacerdotes excelsorum qui volebat, implebatque manum suam, &c.

Lib. 4. consti. cap. 6. Rabbanus. Eucherius. Angelomus. in commen. in hunc locum. Epistola ad Adrianum Papam, de non faciendis pecunia ordinationibus. Tit. 1. Act. 8.

eum leo in via & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri trāseuntes, viderunt cadauer proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadauer. Et venerunt & diuulgauerūt in ciuitate, in qua prophetes ille senex habitabat. Quod cum audisset propheta ille, qui reduxerat eum de via, ait, Vir Dei est, qui inobediens fuit ori domini, & tradidit eum dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum domini quod locutus est ei. Dixitq; ad filios suos, Sternite mihi asinū. Qui cum strauissent, & ille abiisset, inuenit cadauer eius proiectum in via, & asinum & leonem stantes iuxta cadauer. Non comedit leo de cadauere, nec † læsit asinū. Tulit quoque prophetes cadauer viri Dei, & posuit illud super asinum, & reuersus intulit in ciuitatem prophetes senex, vt † plangerent eum. Et posuit cadauer eius in sepulchro suo. Et planxerunt eum, Heu heu, mi frater. Cumque † planxissent eum, dixit ad filios suos, Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est, iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profectò enim veniet sermo domini, contra altare quod est in Bethel, & cōtra omnia phana excelsorum, quæ sunt in vrbibus Samariæ. Post † verba hæc non est reuersus Ieroboā de via sua pessima, sed econtrario fecit de † nouissimis populi sacerdotes excelsorum. Quicunque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

† confregit. † plangeret & sepeliret. † sepelisset. † factum hoc. † populo.

✠ Theodore. Quando istud est intelligendum, ostendit id quod subiungitur, *Et fuit sacerdos excelsorum*, nempe fungens sacerdotio, & manibus offerens suffitum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Asinus autem.* instinctu diuino custodiens vtrunque, scilicet, cadauer ad sepeliendum, & asinum, vt cadauer portaret ad sepulturæ locum, & ex hoc apparet ipsum esse saluatum.

2 *Et ecce viri.* Hic consequenter ponitur defuncti tumulatio. Et patet litera vsque ibi.

3 *Inuenit cadauer.* non enim timuit leonem, quem iam audierat stare iuxta cadauer, & asinum absque læsione eorum, per hoc enim perpendit, quòd nutu Dei hoc fiebat, vt vir Dei sepeliretur.

4 *Et posuit.* quia tenebat pro certo, quòd verbum eius impleretur, & ideo cum eo voluit sepeliri, vt ossa propter illum remanerent intacta, vt patet in litera.

5 *Et planxerunt.* fictè tñ, quia ad hoc deceperat eū, vt moreretur, vt per hoc eius prophetia vana crederetur.

6 *Post verba.* Hic vltimò ponitur Ieroboam obstinatio, quia licet vidisset signa prædicta in altari & in manu propria, tamen non recessit à malitia sua. Causam autem huius tangit Iosephus dicens, quòd propheta falsus persuasit ei, quòd prædicta non erant signa diuinæ virtutis ostensiua, quia ille, qui dederat interfectus fuerat à leone tanquam falsiloquus. Dicebat etiam altare fuisse scissum propter onus sacrificiorum impositorum, & manum regis aridam factam ex labore offerendi, à quo cum quieuisset, rediji ad statum pristinum virtute naturæ.

Iosephus.

7 *Quicunque volebat.* offerendo hostiam solennem, sicut Aaron fecerat, & per hoc fiebat sacerdos. Aliter etiam exponitur referendo ad Ieroboam, qui vendebat sacerdotiū, & ideo, qui implebat manum suam dando sibi maius pretium, obtinebat sacerdotium.

CAP. VT. XIIII.

CAPVT XIIII.

IN illo tempore ægrotauit Abia filius Ieroboā. [1] Dixitq; Ieroboam vxori suę, Surge & cōmuta [2] habitū, ne cognoscaris, q sis vxor Ieroboam, & vade in Silo vbi est Ahias propheta, qui locutus est mihi, q regnaturus essem super populum hunc. † Tolle quoq; in manu decem panes [3] & [a] crustulā & vas mellis, & vade ad illum. Ipse enim indicabit tibi quid euenturū sit huic puero. Fecit vt dixerat Ieroboā vxor, & cōsurgēs abiit in Silo, & venit in domū Ahiæ. At ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius, præ senectute. Dixit autē [4] dn̄s ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt consulat te super filio suo, qui ægrotat. Hæc & hæc loqueris ei. Cū ergo illa † intraret, [5] & † dissimularet se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitū pedum eius introeuntis per ostium, & ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te [6] esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nūtius, vade & dic Ie- [7] [8] roboam, Hæc dicit dominus Deus Israel, quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducē super populum meum Israel, & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & nō fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, † faciens quod placitum esset in conspectu meo, sed operatus es male su- [9] per omnes qui fuerant ante te, & fecisti tibi deos alienos, & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proiecisti post † ter- [b] gum tuum. Idcirco ecce ego inducam mala sup domum Ieroboā, & [10] percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clausum & † no- [11] uissimum in Israel, & † mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut [12] mundari solet fimus vsque ad purum. † Qui mortui fuerint de Iero- [13] [14] boam in ciuitate, comedent eos canes. Qui autem mortui fuerint in

a ¶ Crustulum panis, crustum auri.

In 3. cap. Micheæ. † 4. Reg. 8. c. † dissimularet. Lib. 4. Const. cap. 7. † faceret. corpus. † derelictum. † infra 16. & 21. f. Deut. 23. 4. Reg. 8.

a Tolle quoque in manu tua decem panes, &c.

✻ Hieronymus. Vxor Ieroboā infirmante filio, pergit ad Ahiam hominē Dei, defert ei panes, vuas passas, & vasculum mellis. Dicitur enim quod illa portauerit, & tamen non scribitur propheta accepisse, quippe cum & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit.

✻ Clemens Rom. Hi qui in peccatis versantur, nisi pœnitentiam egerint, non solum non exaudiūtur cum supplicant, sed etiam Deum irritant in memoriam ei reducentes suam improbitatem. Vitate igitur talia ministeria, steria, tanquam canis pretium, & mercedem meretricis. Vtrumque enim in lege prohibitum. Nam nec Heliseus ab Azaele munera allata accepit, nec Ahias à Ieroboamo. Quod si prophetæ ab impiis oblata munera reiecerunt, item vos reiicite ò Episcopi. Simon magus nobis pecuniam afferens, execrationibus perpetuis deuinctus est. Fugite ergo oblationes altaris Dei à mala cōscientia prouenientes.

b ✻ Idcirco ecce ego inducam mala, &c. Theodoretus. Caligans oculis propheta senex, & intus sedens, venientem sensit eminus, & mittens ministrum, breuiter iussit eam ingredi tanquam ☞ miu-

Act. 8. † intrasset. Quæst. 40. † remouebo vel succidam posteros domus Ieroboā sicut remouetur sterquilinium. donec consumatur.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

IN illo tempore. Hic consequenter describitur ipsius Ieroboam punitio de præsenti quantum ad mortem filij sui, circa quod sic proceditur: quia primò propheta de statu filij ægrotantis inquiritur. Secundò ab eo dure respondetur. ibi, *Cum ergo illa*. Tertiò filius moritur, ibi, *Surrexit itaque*, Circa primum dicitur.

1 *In illo tempore*, vt in eius morte puniretur: & iuuenis, qui bonus erat & innocens, vt postea dicetur, non videret mala in domo Ieroboam futura.

2 *Commuta habitum ne cognoscaris, &c.* Timebat enim ne propheta si eam cognosceret, negaret respōsum, vel veritatem celaret propter malitiam ipsius Ieroboam.

3 *Tolle quoque, &c. & crustu.* Dicunt hic aliqui, quòd per crustulā intelligitur parua lamina auri. Sed hoc videtur falsum, quia in nullo alio loco scripturę accipitur crustula in hoc sensu, sed signat panem tenuem, qui est quasi totus crusta, sicut est simenellus vel tortellus tenuis. Ista enim mulier accepit decem panes cōmunes, & vnum tenuem modo prædicto.

4 *Dixit autem dominus.* Reuelans ei mulierem venientem, & quid ei deberet dicere, secundum quod postea subditur.

5 *Cum ergo.* Hic consequenter ponitur responsio dura facta mulieri, & primò datur ei signum veræ responsionis, cum dicitur.

6 *Ingredere, &c.* quasi dicat nihil latet conspectum diuinū, qui mihi reuelauit aduentum tuum.

7 *Ego autem missus sum ad te durus.* id est nuntians dura.

8 *Dic Ieroboam, &c.* Et patet litera vsque ibi.

9 *Sed operatus es male super.* in regimine populi, quia non solum transgressus es præceptum domini. sed etiam populum Israel transgredi fecisti, vt patet ex prædictis cap. 12.

10 *Percutiam de Ieroboam*, quod intelligitur dupliciter. Vno modo quod mingens ad parietem dicatur canis, qui eleuato crure solitus est ad parietem mingere. Alio modo quòd intelligatur infirmus & debilis, qui iuxta lectum non potest mingere, nisi appodiet se ad parietem: vt sit sensus: si percutietur canis, qui propter vilitatem non debet tangi, vel debilis, cui deberet parci, multò magis alij de domo Ieroboā exterminabūtur. Et eodem modo exponitur quod subditur.

11 *Et clausum.* id est, incarceratum.

12 *Et nouissimum, &c.* quibus esset miserandum.

13 *Et mundabo reliquias, &c.* id est, quoscunq; de domo sua.

14 *Sicut mundari sol.* nō. n. mūdat fimus in se, sed locus in quo est qn̄ eijcit, & per hoc intelligit q, illi de domo Ieroboam nō debeāt mundari in se, sed regnū Israel, per ipsorū eiectionem & exterminationem. Cætera patent in litera vsque ibi ✻ 1 Iste

MORALITER.

1 *In illo tempore, &c.* Sequitur.

† *Vade in Silo vbi.* Allegorice per Ahiam prophetam Christus significatur, de quo Luc. 7. cap. dicitur: *Propheta magnus surrexit in nobis.* Per vxorem Ieroboam, quæ simulatoriè venit ad Ahiam, significatur collegium scribarum & Pharisęorum simulatoriè venientium ad Christum, vt eum caperēt in sermone Matth. 22. Et sicut Ahias simulationem mulieris percepit, dicens.

6 *Quare aliam.* Sic Christus simulationes Pharisæorum & scribarum cognoscens eos increpauit, dicens: Quid me tentatis hypocritæ, & tanquam nuntius à Deo patre missus eis damnationem suam denuntiauit: Matth. 23. cap. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, &c.* propter quod fuit eis durus nuntius. Moraliter autem per Ahiam prophetam intelligitur bonus prælatus, & clarè videns in suis operibus, *qui enim hodie dicitur propheta olim videns appellabatur.* 1. Reg. 9. b. Per mulierem simulatoriam significatur persona ficta, volens ascendere per suam fictionem, sed bonus prælatus & sensatus debet talem rēpellere nō solum ab optato, sed etiam ab obtento, quantò potest fieri bono modo.

† 13 In

iniucunda audituram. Et primū quidem dona reprehendit. Deinde de puero dicit, Dicit dominus *ego perdam ex Hieroboam mingentem ad parietem*. Neque solum eis prædixit cædem, sed etiā, vt maneant insepulti post cædem, & exponantur deuorandi auibus & feris. Mingentem autem ad parietem cum dicit, qui est adeo infirmus, vt stare non possit, nisi innitatur parieti.

† & cuiusmodi est, id quod nunc fit.

a ✱ *Porrò Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda, &c.* Hebræi. Obseruauit legem ipse & filij eius tribus annis. Quarto verò rebellarunt.

Seder olam. Raban.

b ✱ *Nomen matris eius Naama Ammonitis, &c.* Theodoretus. Ostendit historiographus genus matris Roboam, ad arguendum scelus eius, qui genuit. Sufficit autē hoc ad euertendum Iudæorum abominationem, qui se iactant de nobilitate generis, & eos, qui ex gentibus crediderunt Seruatori, nominant alienigenas. Inuenitur etiam genus eorū regium ex alienigenis.

Quæst. 38. † vel viride. † eiecit.

c ✱ *Ascendit Sesac rex Aegypti in Ierusalem, & tulit thesauros, &c.* Hebræi. Ascendit cum mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum, & sustulit thesauros. &c.

Seder olam.

✱ Iosephus. Sequebantur regem Aegypti currus mille & duceni, equitum sexaginta millia, & quadraginta millia peditum, quorum plurimos habebat Lybies, & Aethiopes. Inuadens itaque Hebræorum regionem, munitissimas ciuitates sine dimicatione detinuit, &c.

Lib. 8. Antiq. cap. 10. † 2. Par. 14. d.

† aliquid boni inuentum est super eo vel erga eum. † illa.

† scortatores vel cinędi scortata mascula.

agro, vorabūt eos aues cæli, qa (a ¶ Sic oportet fieri.) dominus locutus est. Tu igitur surge, & vade in domum tuam, & in ipso introitu pedum tuorum in vrbē, morietur puer, & planget eum oīs Israel, & sepeliet. Iste enim solus [1] inferetur (a ¶ Honorificè.) de Ieroboā in sepulchrum, quia † inuentus est super eo sermo [2] bonus à domino Deo Israel in domo Ieroboā. Constituet autem [3] sibi dn̄s regem super Israel, qui percutiet domum Ieroboam in † hac [4] die † & in hoc tempore. Et percutiet dn̄s Deus Israel sicut moueri so[5]let arundo in aqua. Et euellet Israel de terra bona hac quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen, quia fecerunt sibi lucos, vt irritarent dn̄m. Et tradet dn̄s Deus Israel, pp peccata Ieroboam, qui peccauit & peccare fecit Israel Surrexit itaq; vxor Ieroboam, & [6] abiit & venit in Tharsa. Cumq; illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est, & sepelierunt eum. Et planxit eum oīs Israel iuxta sermonem dn̄i, quem locutus est in manu serui sui Ahiæ prophetæ. Reliqua autem verborum Ieroboam, quo pugnauerit & quomodo regnauerit, (a ¶ Non in Paral. sed in alio libro quem non habemus.) ecce scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel. Dies autem quibus regnauit Ieroboam, viginti duo anni sunt. Et dormiuit Ieroboā cum patrib. suis, regnauitq; Nadab filius eius pro eo. Porrò Ro[7]boam filius Salomonis regnauit in Iuda. (¶ Hic periodus.) † Quadraginta & vnius anni erat Roboā cum regnare cœpisset, & decē & septem annos regnauit in Ierusalem ciuitate quam elegit dn̄s, vt poneret nomē suum ibi ex oibus tribubus Israel. Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. Et fecit Iudas malum coram dn̄o, & irritauerūt eum super oībus, [8] quæ fecerant patres eorum, in peccatis suis, q̄ peccauerunt. Ædifica[9]uerunt enim & ipsi sibi aras & statuas & lucos, super omnem collem [10] excelsum, & subter oēm arborē † (a ¶ Arbo. vel nemus.) frondosam. Sed & † effœminati fue[11]runt in terra, feceruntq; oēs abominationes gentium, quas † attriuit [12] dn̄s ante faciē filiorū Israel. In quinto autē anno regni Roboā, ascen[13]dit Sesac rex Ægypti in Ierusalē, & tulit thesauros domus dn̄i, & the[14]sauros regios, & vniuersa dirupit. Scuta quoq; aurea, quę fecerat Sa† lomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, tradidit ea in manu [15]

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iste.n.* id est, honorificè sepeliet, & plāget sicut filius regis.
2 *Quia inuentus, &c.* Dicit.n.Ra.Sa.q, Ieroboā volēs impedire illos de regno suo, ne ad festa irent in Ierusalē, vt patet ex prędictis c. 12. posuit homines armatos in vijs, ne aliqui possent transire si vellent illuc ire. Et iste filius Ieroboam ignorante patre amouit illud impedimentum: vt illi, qui erant deuoti, possent ire in Ierusalem ad orandum dominum.
3 *Constituet.* s. Baasa, vt habetur infra cap. sequenti.
4 *Qui percutiet domum Ieroboam.* id est, de propinquo.
5 *Et percutiet dn̄s.* Quod impletū est, qn̄ captiuatus est populus Israel in Assyrios tpe Osee, vt habetur infrà 17. c. 4. libri.
6 *Surrexit.* Hic consequenter describitur mors pueri, cum dicitur: *Et venit in Thersa*: nomen est ciuitatis, in qua iacebat filius eius infirmus. Cætera patent.

Diuisio.

7 *Porrò Roboā.* Descripta cōditione Ieroboā reuertit scriptura ad narrandū facta Roboā. Et primò describit eius puaricatio. Scdò eius punitio, ibi: *In quinto aūt anno.* Circa primū sciēdū, q, prout dr̄ 2. Par. 11. separatis decē tribubus à regno Roboā, sacerdotes & Leuitæ, qui erāt dispersi p decē tribus, venerūt in Ierusalē vbi erat cultus Dei, & similiter alij, q habebāt zelū legis Dei, & roborauerūt regnū Roboā per tres annos, in quibus rex & populus Deo fideliter seruierūt, posteà vero rex declinauit ad idololatriā, & cōsequēter populus exēplo eius. Igit hic primò describit ætas eius i principio regni sui, & quandiu regnauit, cum dicitur; *Porrò.* Et patet litera. Et subditur præuaricatio, cum dicitur.
8 *Et fecit.* Exēplo Roboā ipsū in hoc sequēdo, vt hr̄ 2. Par. 12.
9 *Aedificauerunt.* pro idololatria exercenda.
10 *Et statuas.* id est, idola.
11 *Et lucos.* i. nemora dēsa circa loca idololatriæ ad exercendū ibi luxuriā. Dicit.n. lucus à luceo luces. per Antiphrasim.
12 *Sed & effœminati.* i. homines castrati natura vel arte, qui stातuebantur in cultu cuiusdā deæ, vt dicunt aliqui. dictio verò Hebraica quæ hic ponitur, cades significat scortum masculum: & sic per effœminatos videntur hic intelligi iuuenes pulchri in lupanaribus politi ad vitium Sodomiticum exercendum, secūdum quod dicitur 2. Mach. 4. de Iasone, quòd ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere & optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. Et dicuntur ephebi iuuenes imberbes valde lucidi, & pulchri.
13 *In quinto.* Hic ponitur sequens punitio, quia pro peccatis Roboam & populi, factum est a Deo, q, Roboā & populus non possent resistere regi Aegypti venienti contra eos, veruntn̄ quia afflictio dat intellectum humiliauerūt se coram Deo, vt hr̄ 2. Para. 12. pp quod non fuit destructa ciuitas, nec populus: tn̄ sub certa forma reddiderūt se ipsi Sesac, qui spoliata ciuitate redijt in terram suam. Et hoc est quod dicitur.
14 *Ascendit Sesac rex Aegypti, &c.* Et patet litera.
15 *Pro quib.* Per Roboā q latitudo populi interpretat, theologi ostētatores sui signant, qui magis famā suā q̄ vtilitatem doctrinæ dilatare nitunt: & isti pro scutis aureis faciūt ærea. Nā dimissis veritatib. theologicis docēt & studēt philosophica, & logicalia, & sic pñt dicere: *Factus sum velut æs sonans, aut cymbalū tinniens.*

CAP.

MORALITER.

Allegoricè.

† 13 *In quinto anno.* Allegorice per Ierusalem intelligitur ecclesia militans, per regē Aegypti, quę interpretatur tenebra, diabolus in tenebris peccatorū & inferni regnās intelligit, ipse verò ascendit cōtra ecclesiā militantē, & in magna parte abstulit thesauros domus dn̄i, id est, merita prælatorum, clericorum & religiosorū per malam eorum vitā, & thesauros regios, id est, merita principum per tyrānidem ipsorum.
† *Scuta quoq; aurea, quæ.* i. Christus per quæ signantur veritates sacræ scripturæ, de quibus dicitur Prou. 30. *Omnis sermo domini ignitus clypeus est sperantibus in se.* Ista verò scuta abstulit diabolus. Nā per eius instinctum multi prælati clerici & religiosi circa studium sacræ scripturæ iam non sunt intenti: sed magis circa terrena negotia, quæ implicant ad peccata.

† principum. † cursores. ¶ thalamum uel cubiculū cursorum.

†ducum ſcutariorum, & eorum qui excubabant ante oſtium domus regis. Cumque ingrederetur rex in domum domini, portabant ea † qui præeundi habebant officium, & poſtea reportabant ad † armamentarium ſcutariorum. (a ¶ Vbi reponuntur arma. armarium vbi quæcunque aliarum artium arma.) Reliqua autem ſermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in libro (a ¶ Id eſt, Paralip.) ſermonum dierum regum Iuda. Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid. Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

CAP. XV.

A — Lib. 8. Antiq. cap 11.

a Attamen bellum fuit inter Abiam & Ieroboam, omni, &c. ✻ Ioſephus. Ieroboam multo exercitu congregato, contra Abiam filium Roboam, qui in duabus tribubus patri ſucceſſit, caſtrametatus eſt. Quod cum audiſſet Abia obſtupefactus eſt, verum roboratus, electo exercitu occurrit Ieroboam in locum, B qui vocatur mons Amorrhæorum. Cūque orationem habuiſſet ad exercitum Hieroboam, tandem ait: In quo de victoria eſtis confidentes? An in vitulis aureis & aris, quæ veſtræ ſunt impietatis, & non religionis indicia? An multitudo ſpem vobis præbuit? Sed nulla virtus illic eſt, vbi (licet cū multis millibus) licet C vnus pugnat iniuſtè. Solūmodò.n.in iuſtitia & pietate ſpes victoriæ cōſiſtit: quæ ſcilicet, apud nos eſt, ſeruantes à principio leges, & verum D Deum venerantes, &c. Deus autem exercitus Ieroboami audaciam diſſoluit, exercitum autem Abiæ fecit excelſiorem. Nam quanta nullo bello refertur cędes fuiſſe commiſſa, neque Græcorū, neque Barbarorum, mirabilem percepe- runt Deo conferen- E te victoriam. Quingenta enim millia hoſtium bello († negotio.) proſtrata ſunt, &c.

b ✻ *Dormiuit Abiam cum patribus, &c.* Hebræi. (Seder olam.) Cur non percuſſit dominus Ieroboam, ſed Abiam? Quoniam ſat habuit capere Bethel, filiaſque eius: vnde quoniam conſpectum vitulum aureum, miſſum fecit: nec ſuſtulit, vel fregit, ideo à domino percuſſus eſt. F

a *Inſuper*

CAPVT XV.

IGITVR in decimooctauo anno regni [1] Ieroboam filij Nabat, regnauit Abiā ſuper Iudam. Tribus annis regnauit in Ie[2]ruſalē, nomē matris eius Maacha, filia [3] (¶ Id eſt Abſalom.) Abeſſalom. Ambulauitq; in oībus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eū, nec erat cor eius perfectum cū dño Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed pp Dauid dedit ei Dñs Deus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtaret Ieruſalē, eò quòd feciſſet Dauid rectum in oculis domini, & nō declinaſſet ab oībus quæ præceperat ei cunctis die- a bus vitæ ſuæ, excepto † ſermone Vriæ Hethæi. Attñ bellum [4] fuit inter Abiam & Ieroboam, omni tempore vitæ eius. Reliqua autem ſermonum Abiam, & omnia quæ fecit nōne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? Fuitque [5] b prælium inter Abiam & inter Ieroboam, & dormiuit Abiam cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid patris ſui. Regnauitq; Aſa filius eius pro eo. In anno ergo viceſimo [6]

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XV.

✻ Diuiſio. IGitur, &c. Hic conſequenter agitur de temporibus Abiam & Aſa: & quia tempore Abiam non fuit facta innouatio regis in regno Iſrael: ideo breuiter tranſit de eo ſcriptura, & ſecundò agit de Aſa, ibi: *In anno ergo vice.* Circa primum pręmittitur principium regni Abiam, cum dicitur.

1 *Igitur, &c.* & tempus quo regnauit, cum dicitur.

2 *Tribus annis, &c.* incompletè tamen.

3 *Nomen, &c.* In Hebræo *Abeſſalom*: propter quod videtur eſſe alius ab Abſalon filio Dauid. Cætera patent vſq; ibi.

4 *Excepto ſermone, &c.* hoc videtur falſum: quia Dauid alias legitur peccaſſe, ſcilicet, in numeratione populi, & in ſententia contra Miphiboſeth, vt dictum fuit ſuprà 2. libr. (2.Reg. 12.a.) Sed dicendum, quòd iſta peccata fuerunt minima reſpectu peccati in facto Vriæ: & propter hoc hic non reputantur, ſecundum quod dicitur 2.Phyſicorum, quòd illud quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur.

5 *Fuitque, &c.* Iſtud bellum diffusè tractatur 2. Paralip.13. in quo Abiam victoriam ſolennem habuit. (2.Par. 12.a.)

6 *In anno.* Hic conſequenter agitur de regno Aſa cum quo plures ſucceſſiuè regnauerunt in Iſrael, & ideo primò agitur de his, qui ei conregnauerunt in Iſrael, ibi: *Nadab verò.* Prima in duas, quia primò deſcribitur tempus in quo bene ſe habuit. Secundò tempus in quo ab ipſa bonitate declinare cœpit, ibi: *In anno, &c.* hoc videtur eſſe falſum: quia Abiam pater eius cœpit regnare anno Ieroboam 18. & regnauit tribus annis, ex quo videtur, quòd Aſa cœpit regnare anno 21. Ieroboam. Ad quod dicendum, quòd Abia non regnauit annis tribus completè, vt prædictum eſt, & ideo ille tertius annus ſecundum diuiſas ſui partes computatur in regno filij per Synecdochen, ſicut & Chriſtus dicitur iacuiſſe in ſepulchro tribus diebus. Propter quod ſciendum, quòd iſta apparens diſſonantia & conſimiles ſoluuntur quinque modis. Vno modo per Synecdochen, vt dictum eſt. Secundo modo quia aliquādo filius regnauit cum patre, ſicut dictum fuit ſuprà de Salomone, & ſic aliquando in eius regno computatur tempus quo regnauit cum patre. Aliquando verò computatur tantum tempus quo ſolus regnauit patre defuncto. Tertiò modo, quia aliquādo vacauit regnum, & tempus vacationis quandoque computatur in tempore regis ſequentis, quandoque verò non computatur: vt dictum fuit in lib. Iudicum de tempore ipſorum. Quarto modo, quia quandoque contingit, quòd aliquis rex bene regnauit in principio, & poſteà malè: ſic ſcriptura aliquando ſolum exprimit tempus in quo bene regnauit, & tacet reſiduum, ſicut dictū fuit de Saule ſuprà libro primo cap.13. Quinto modo per vitium ſcriptorum, qui de facili errant & errauerunt numeros ſcribendo.

✻ 1 Nomen

MORALITER.

† 1 *Igitur in decimooctauo.* In hoc capitulo ſcribitur hiſtoria regum Abiæ & Aſa, incompletè tamen, completius verò ponitur 2 Paral. 13. cap. & 14. & 15. & 16. propter quod ibi ponetur expoſitio myſtica domino concedente.

† 10 *Aſcendit*

A Ieroboam regis Israel, regnauit Asa, rex Iuda, & quadraginta & vno anno regnauit in Ierusalem. [1] Nomen matris eius Maacha filia [2] Abessalom. Et fecit Asa rectum ante conspectum domini sicut Dauid pater eius. [3] Et abstulit † effœminatos de terra, purgauitq́ vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius. [4] a Insuper & Maacham matrẽ suã amouit, ne esset † princeps in sacris Priapi, & in luco eius quem [5] consecrauerat. [6] Subuertitq́ue specum eius, & [7] confregit † simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron. [8] Excelsa autẽ non † abstulit. Verũtamen cor Asa perfectum erat cum domino Deo suo cunctis diebus suis. Et intulit ea quę sacrificauerat pater suus, & vouerat in domum domini, argentum & aurum & vasa. [9] Bellum autem erat inter Asa & Baasa regẽ Israel cunctis diebus eorum. [10] Ascendit quoq; Baasa rex Israel in Iudam & [11] ædificauit Rama, [12] vt non posset quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Iudæ. [13] Tollens itaq; Asa omne argẽtum & aurum quod remanserat in thesauris domus domini, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus seruorum suorum: & misit ad Benadad filiũ Tabremon, filij Hezion regẽ Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicẽs; b Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrẽ tuum; ideò misit tibi munera aurum & argẽtum, & peto vt venias & irritũ facias fędus quod habes cũ Baasa rege Israel, & recedat à me. Acquiescẽs Benadad regi Asa, misit principes exercitus sui in ciuitates Israel, & percusserũt

a ¶ Forsitan per eum non stetit.

† scorta mascula.
† regina vel domina, quæ fecerat idolũ in luco.
† idolum eius.
† abstulerunt.
Lib. 19. de ciuit. cap. 26.

a ✻ *Insuper, & matrem suam amouit, &c.* Theodoretus. Ostendit autem & pro Deo zelum, cum & matrem potestate priuarit propter conuentum, & festum quod peregit in luco: & ipsum lucum exciderit, & omnia loca idolica diruerit, & igni tradiderit.

b ✻ *Fœdus est inter me & te, &c.* Augustinus. Miser populus à Deo alienatus, diligit quãdam pacem suam non probandam, quam quidem non habebit in fine, quia non benè ea vtitur ante finem. Hanc autẽ vt habeat in hac vita nostra, etiã interest: quoniã quãdiu permixtæ sunt ambæ ciuitates, vtimur & nos pace Babylonis: ex qua ita per fidẽ Dei populus liberatur, vt apud hãc interim peregrinetur.

B C

Ahion, & Dam, & Abel, † domũ Maacha & vniuersam Cenneroth, † omnem, scilicet terrã Nephthali. Quod dum audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, & reuersus est in Thersa. Rex aut Asa misit nuntium in oẽm Iudam dicens: [14] Nemo ¶ Et contra. sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama, & ligna eius quibus ædificauerat Baasa, & extruxit de eisdẽ rex Asa, Gabaa Beniamin & Masapha. Reliqua autem oĩum sermonum Asa & vniuersæ fortitudinis eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? † [15] Verũtñ in tpe senectutis suę doluit pedes, & dormiuit * cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitatẽ Dauid patris sui. Regnauitque Iosaphat filius eius pro eo. [16] Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iuda, regnauitque super Israel duobus annis. Et fecit quod malum est in conspectu dñi, & ambulauit in vijs patris sui, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel. † [17] Insidiatus est autẽ ei Baasa filius Ahię de domo Issachar, & [18] pcussit eum in Gebbethon, q̃ est vrbs Philisthinorum. Siquidem & Nadab & omnis Israel obsidebant Gebbethon. Interfecit igitur illum Baasa in anno tertio Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq́; regnasset, percussit omnem domum Ieroboam, non dimisit, nec vnã quidem aĩam de semine eius, donec deleret eum iuxta verbum dñi qđ locutus fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitis, propter peccata Ieroboam, quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israel, & propter delictum quo irritauerat dominum Deum Israel Reliqua autem sermonum Nadab, & oĩa, q̃ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro a verborum dierũ regũ Israel? Fuitq́; bellũ inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum. Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ super omnem Israel in Thersa vigintiquatuor annis, & fecit malum coram domino, ambulauitque in vijs Ieroboam & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel.

a ¶ Illum librum non habemus in bibliotheca nostra.

D † cum omni terra.
† 2. Par. 16. d.
* Asa.
† Conspirauit autem aduersus eum.
E F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nomen. *id est, auiæ, vt communiter dicitur, quia ibi subditur.*
2 Filia. *sicut prædictum est de vxore patris sui. Aliter etiam soluũt aliqui, q̃ iste Abessalom duas filias habuit, & quælibet fuit vocata Maacha, & vnam habuit Abiam vxorem, & alteram Asa filius eius.*
3 Et abstulit. *exponatur sicut cap. præced.* 4 Insuper. *Priapus verò fuit quidã iuuenis de Hellesponto, qui propter magnitudinẽ mẽbri virilis insolitã fuit reputatus inter deos, propter qđ vocatur Deus hortorum pp fœcunditatẽ, quæ est in hortis, & membrum virile est principiũ generationis, hunc autẽ colebant mulieres quibus præerat ista Maacha.* 5 Et in. *Vbi exercebatur luxuria.* 6 Subuertitq; *ibi enim erat habitaculũ subterraneũ in quo stuprabantur mulieres in veneratione idoli.* 7 Et confregit. *s. Priapi: quod erat factũ cũ membro virili excessiuo: & pp hoc dicitur* turpissimum, *quia illa mẽbra vocantur pudenda.* 8 Excelsa. *Illa loca erant, in quibus filij Israel sacrificabant Deo antequã tẽplũ esset ædificatũ, & pro tunc erat licitũ. non tñ posteà, sicut dictum fuit Deut. 12. & suprà 1. lib. non tñ erat idololatria: quia sacrificabant dño.* 9 Bellum. *de promotione istius Baasa ad regnũ Israel habetur posteà, sed de ipso hic fit mentio ante, occasione ipsius Asa, cui cõregnauit pro aliqua parte.* 10 Ascendit. *Hic consequenter agitur de tpe Asa in quo cœpit declinare à bonitate, quia cũ expertus fuisset diuinã virtutẽ sibi assistere cõtra regẽ Aethiopũ prout habet diffusè 2. Para. 14. sed hic tacet veniente cõtra se Baasa, qui nõ erat tantæ potestatis, de diuino auxilio diffidit, & refugit ad auxiliũ humanũ: & hoc est quod dicitur,* Ascendit. *ad inuadendũ regnũ Asa.*
11 Et ædificauit. *hoc est fortalitium magnum.* 12 Vt non. *absq; periculo & vt de illo loco regnũ Asa infestaret.* 13 Tollens. *Recurrens ad auxiliũ humanũ magis quàm diuinum, & patet litera vsq; ibi.*
14 Nemo. *Etiam illi, qui secundũ legẽ erant excusati de procedendo ad bellum, quia illud ædificium erat regno suo periculosum: & ideo volebat illud citò destruere, & ex materia fortalitia sibi construere.*
15 Veruntamen. *Cuius causa tacet hic: sed exprimit 2. Para. 16. s. q̃ Hanani prophetã eũ arguẽte, eò q̃ magis cõfisus fuerat in hominibus quã in Deo, iratus iussit mitti in neruũ: & ideò fuit pcussus podagra in pedibus.* 16 Nadab. *Hic agitur de regibus Israel, qui regnauerunt tpe Asa, & primò de Nadab, secundo de Baasa, ibi:* Insidiatus est autẽ, *tertiò de Ela, ibi:* Tu autẽ 16. c. 4. *de Zãbri, ibi:* Anno 26. *quintò de Amri, ibi,* Cũq; audisset. 6. *de Achab, qui pro parte tpis regnauit cũ eo, ibi:* Achab. verò. *Prima pars patet ĩ litera.* 17 Insidiatus. *Hic agitur de regno Baasa. q per insidias interfecit dñm.* 18 Et per. *Ista tñ ciuitas describitur in tribu Dã, sed Philisthæi occupauerũt eam cõtra quos iuit Baasa, vt recuperaret eã. Cetera patẽt ĩ litera ex pdictis.*

Priapus.

MORALITER.

† 10 *Ascẽdit quoq;, &c.* Rha. i. fortalitiũ magnũ & excelsũ ad impugnãdũ regnũ Iuda, & ad phibẽdũ suos subditos ne trãsirẽt in Ierusalẽ ad adorãdum dñm, propter quod signat diabolum,

A CAPVT XVI.

a F Actus est autem sermo, &c. Mētio huius ꝓphetæ in nullo alio loco fit, sed subitò introducitur sicut alij, vnde Abdias dicitur pauisse in speluncis centum Prophetas. Et Helias ait: *Prophetas tuos occiderunt*. Et filij Prophetarū leguntur occurrisse Helisæo, quorum alia nulla fit mentio, nulla specialis nominatio.

B

b *Ecce ego demetam, &c.* Mystice. Raba. Demetit Dominus huius vel cuiuscumque iniqui posteriora, cum peccata post finem vitę vlciscitur. Demetit & posteriora domus eius, cum imitatorē æternis cruciatibus damnat. Quicūque ergo vsq; in finē vitæ in prauis operibus ꝑseuerat, posteriora illius demetentur.

C

c *Qui mortuus fuerit, &c.* Rab. de Baasa, id est, de corpore diaboli confusione plenissimo. Ille in ciuitate est mortuus, qui in Ecclesia fide tenus perseuerās, criminibus capitalibus obnoxius est. Is ore canū laceratur, cum sententiis doctorum increpatur, arguitur & damnatur. De quibus in Psal. *Vt canes circumibunt Ciuitates*. Canes enim à canendo dicti sunt. Canum enim cōsuetudo est illa loca defendere, in quibus se norunt alimoniam reperire. O canes beatos, qui persequuntur infideles, fures abigunt, ouilia sancta custodiunt. Illi ex Baasa in regione moriūtur, qui extra ecclesiam idololatriæ, aut hæresi, ore atque opere nefario deseruiunt. Hos volucres cęli comedunt, illę quę secus viam semen sparsum comedunt, quādo onustos peccatis secum ad æternum rapiunt interitum.

D E F

Rabbanus. Angelomus.

†Et quia, ex Hebræo non videtur occisus Propheta. Sed hoc potius referendum ad occisionē domus Ieroboam, vt videas peccasse Baasa quando præstitit quod dominus prædixerat.

Rabbanus. Angelomus.

CAP. XVI.

a F Actus est autem sermo domini ad Iehu filium Hanani contra Baasa dicens: Pro eo quod exaltaui te de puluere, & posui te ducem super populum meum Israel: tu autē ambulasti in via Ieroboā, & peccare fecisti populū meū Israel, vt me irritares in peccatis eorū, b ecce ego demetā posteriora Baasa & † posteriora domus eius, & faciam domū tuā sicut domum Ieroboam filij Nabat. c Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eū canes, & qui mortuus fuerit ex eo in † regione, comedent eū volucres cęli. Reliqua autem sermonū Baasa & quæcūq; fecit & † prælia eius, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Dormiuit ergo Baasa cū patribus suis, sepultusque est in ᵃ Thersa, & regnauit Ela filius eius pro eo. Cū autē in manu Iehu filij Hanani prophetæ verbū dñi factū esset cōtra Baasa, & contra domū eius, & cōtra omne malum quod fecerat corā dño, & ad irritandum eum in operibus manuū suarum, vt fieret sicut domus Ieroboā, † ob hāc causam occidit eū, hoc est Iehu filium Hanani ꝓphetā. Anno vicesimosexto Asa regis Iuda regnauit Ela filius Baasa super Israel in Thersa duobus annis, & † rebellauit cōtra eum seruus suus Zābri, dux mediæ partis equitum. Erat autē Ela in Thersa bibēs & temulentus in domo Arsa præfecti Thersa. Irruēs ergo Zābri percussit, & occidit eum anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumque regnasset & sedisset super solium eius, percussit oēm domum Baasa, & nō dereliquit ex ea mingentē ad parietē, & ꝓpinquos amicos eius. Deleuitq; Zābri oēm domum Baasa, iuxta verbum dñi quod locutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ ꝑ vniuersa peccata Baasa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt & peccare fecerunt Israel, prouocantes dñm Deum Israel in vanitatibus suis. Reliqua autē sermonum Ela, & omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda, regnauit Zambri septem diebus in Thersa. Porrò exercitus obsidebat Gebbethon vrbem Philistinorum. Cumq; audisset rebellasse Zābri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat Princeps militiæ super Is-

ᵃ ¶ In illa Ciuitate.

* vel posteros. Infrà eod. 18. cap.

† agro.

Infrà eod. 29. b.

4. Reg. 2. c.

† supra 14. c. & infrà 21. f.

† fortitudo.

Psal. 58. b.

hoc est Iehu filium Hanani prophetæ.

† coniurauit.

a In

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

1 F Actus est. *Hic consequenter ponitur ipsius Baasa punitio denunciata per Iehu filium Hanani. Ex quo patet, q̄ iste fuit filius prophetæ, quem Asa poni iussit in neruum, eo quòd sibi dicebat veritatē.*

2 Pro eo. &c. *id est, de infimo statu deducens ad regnum.*

3 Ecce ego, &c. *id est detruncabo.*

4 Posteriora. *Ita quòd nihil remaneat, sicut fecisti de domo Ieroboam. Cætera patent in litera.*

5 Et regnauit. *Hic describitur tempus ipsius Ela filij Baasa, qui fuit malus sicut & prædecessores sui, & patet litera vsque ibi.*

6 Ob hanc causam. *In Hebræo habetur sic: & quia occidit eum. Quod autem subditur.* Hoc est Iehu fili. *non est in Hebræo, sed appositū fuit à translatore, vel ab aliquo expositore per modū glossæ alicuius quæ posteà inserta fuit textui vitio scriptorum, vt hic notaretur occisio prophetæ. Ra. Sa. aliter exponit cum dicitur: Et quia occidit eum dicens, quòd refertur ad Nadab, quem occidit Baasa: vt dictum est cap. præcedenti propter quod iste Baasa cum sua posteritate meruit deleri, non solum quia ambulauit in vijs Ieroboam: sed etiam quia occidit Nadab dominum suum & proditiosè: & maximè quia fuit ita malus vel peior sicut Nadab, propter quod non habuit titulum occidendi eum, propter mala sua. Si autem dicatur, quod non peccauit occidendo Nadab, quia illud prophe ta um fuerat futurum à domino per prophetam Semeiam, vt habetur suprà 14. Non valet, quia Deus adeò Omnipotens est & bonus, quod frequenter vtitur malis voluntatibus & actibus hominum in executione ordinationis suæ: sicut passio Christi à Deo præordinata ad salutem electorum fuit facta executiue per homines malos.*

7 Anno xxvij. *Hic consequenter describitur regnum Zambri, qui interfecit Ela et totam domum Baasa, sicut fuerat prædictum per Iehu filium Hanani prophetam, & patet litera.*

8 Cumq; audisset. *Hic cōsequēter agit de ipso Amri, qui debellauit*

MORALITER.

† bolum, qui quantum potest impugnat eos, qui numero & merito sunt de regno Christi, vt sub suo dominio protrahantur: & similiter peccatores, qui iam sunt de suo regno prohibet quantum potest, ne ad gratiam reuertantur, & similiter faciunt Sacerdotes & Clerici impugnantes religiosos pauperes, & suos subditos impediunt, ne pro confessionibus recurrant ad eos ad habendum sanius consilium.

1 *Factus est.* Sequitur postea: *Ob hanc.* Ela namque filius Baasa occidit Iehu prophetam eo quòd dixerat ex persona domini.

3 *Demetam, &c.* Et sic non solum prophetauerat contra Baasa, sed etiam contra Ela filium eius. Et per istos allegoricè significati fuerunt Principes Iudæorum, qui machinati sunt in mortem Christi, eo quòd dixerat ciuitatem & templum destruenda, Lucæ 19. *Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu.* Sequitur, *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, &c.* Moraliter autem per Baasa & eius filium signantur peccatores obstinati, qui ad verba prædicatorum à malis suis non reuertuntur, & quod peius est, prout possunt, eos nequiter persequuntur.

3 Demetam

† 1 Regnauit

a *In Therſa regna.* Rab. ſex annos fecit in Therſa, reliquos aũt in ciuitate, quæ Semeron appellat᷑, à Græcis verò Samaria. Hic nominauit eam Semerō à Semer priore Dño, & eſt Metropolis regni, & poſtea oĩs regio ab eo Samaria appellatur, quæ nunc Sebaſte vocatur, vbi oſſa beati Ioannis Baptiſtæ quieſcunt.

✠ Theodoretus. Percuſſit Baaſa totã domum Ieroboam: filius eius à Zambre fuit interfectus & deſtructa tota domus Baaſæ: Zambre obſeſſus ab Amri, cum domo in qua degebat, combuſtus deceſſit. Per hæc nos docemur, quòd eos qui vitam agunt in ſceleribus & flagitiis Deus per ſe inuicem punit, & ſceleratum tradit ſceleratiori, eis vtens tanquam quibuſdam lictoribus.

b ✠ *Emitque Montem Samariæ. &c.* Theodoretus. A Samer domino montis, nominatus eſt mons Semeron: à monte autem ciuitas Samaria, quæ nunc appellatur Sebaſte. In ea erat regnum decẽ tribuum quibus in captiuitatem abductis, cum terra eſſet deſerta, reges Aſſyriorũ traduxerunt aliquos in illas ciuitates ex regionibus Orientalib. qui ex Samaria nominati ſunt Samaritani.

c ✠ *Fecit autem Amri, &c.* Ioſephus. Ex his cognoſcitur, quantam prouidentiam humanarum rerum probatur habere Diuinitas, & quomodo bonos diligit, malos autem ab

Quæſt. 46. — † capta. — † propter peccata ſua. — † coniuratio eius qua coniurauit. — lib. 8. antiq. cap. 12.

rael in die illa in caſtris. Aſcendit ergo Amri & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon, & obſidebant Therſa. [1] Videns autem Zambri, quòd † expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia, & mortuus eſt † in peccatis ſuis, quæ peccauerat, faciens malum coram Domino, & ambulans in via Ieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Iſrael. Reliqua autem ſermonum Zambri, & † inſidiarum eius & tyrannidis, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro Verborũ dierũ regũ Iſrael? [2] Tũc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes. Media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, vt conſtitueret eum Regẽ, & media pars Amri. Præualuit autẽ populus qui erat cum Amri populo, qui ſequebatur Thebni filium Gineth. Mortuuſque eſt Thebni, & regnauit Amri. [3] Anno triceſimo primo Aſa Regis Iuda regnauit Amri ſuper Iſrael duodecim annis. [a] In Therſa regnauit ſex annis. [4] [b] Emitque montem Samariæ à Samer duobus talentis argenti, & ædificauit eum, & vocauit nomen Ciuitatis quam extruxerat nomine [5] [c] Semer domini montis Samariæ. Fecit autem Amri malum in conſpectu Domini, & operatus eſt nequiter ſuper omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitque in omni via Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius, quibus peccare fecerat Iſrael, vt irritaret Dominum Deum Iſrael in vanitatibus ſuis. Reliqua autem ſermonum Amri & prælia eius quæ geſſit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro Verborum dierum regum Iſrael? Dormiuitque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria. Regnauitque Achab filius eius pro eo. [6] Achab verò filius Amri regnauit ſuper Iſrael Anno triceſimo octauo Aſa Regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri ſuper Iſrael in Samaria viginti duobus annis. [7] Et fecit Achab filius Amri malum in conſpectu Domini ſuper omnes qui fuerunt ante eum. Nec ſuffecit ei, vt ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabat, in- [d] [8] ſuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal Regis Sidoniorum:

abhorret & à radice diſperdit. Iſraelitarũ denique reges pp ſuam iniquitatem & iniuſtitiam, alter ſuper alterũ irruentes, multi paruo tempore perierunt, & eorum genus extermina tũ eſt. Aſa aũt Rex Hieroſolymorũ, qui duabus tribubus præſidebat, & propter pietatem & iuſtitiam, ad longam, fœlicẽque productus eſt ſenectutem, & cùm regnaſſet quadraginta vno annis, bona morte defunctus eſt.

d ✠ *Inſuper duxit vxorem Iezabel, &c.* Ioſephus. Per hanc didicit Achab eius adorare deos. Erat enim mulier nimis acerrima, ſimul & audax, quæ ad tantam venit luxuriam atque veſaniam, vt etiam tẽplum Deo Tyri, quem Baal appellabant, ædificaret, & plantaret omnium arborũ lucos. Conſtituit & ſacerdotes, falſoſque prophetas, huic Deo miniſtraturos. Sed & ipſe rex multos huiuſmodi circa ſe fouebat, ſtultitia atque neqtia oẽs priores ſuos excellens.

✠ Auctor. operis imp. apud Chryſoſ. Achab accipiens ſibi Iezabel filiam, Subnij regis, contra Dei preceptum, impiam nimis, multas impietates cõmiſit in Dñm, illa ſe inſtigãte. Propter quod Spiritus ſanctus per Prophetam cõteſtatus eſt dicens: *vt diſperderet omnẽ maſculum de domo Achab.* Quam Prophetiam impleuit Iehu, vnctus à puero qui miſſus erat ab Heliſæo.

Hom. 1. in Matth.

a *Et poſuit*

NICOLAVS DE LYRA.

uit ipſum Zambri, & hoc eſt quod dicitur, Cumq; aud.&c. *i. exercitus regis Iſrael qui obſidebat vrbẽ Gebbethon exiſtens in periculo belli, Zambri verò remanſerat cum Rege in Therſa in quiete propter quod exercitus hoc audiens, quod Regem interfeciſſet, fuit indignatus de occiſione Regis proditoria, & conſtituerunt ſibi Regem Amri ad expugnandum Zambri in Therſa, quod & factũ eſt, vt patet in litera.*

1 Videns autem Zam. quod expu. *ita quòd non poterat effugere,* ingreſſus eſt pala. *ne viuus caperetur, & vili ac crudeli morte puniretur, & vt inferret damnum Amri electo in regem per ſucceſſionem domus Regiæ.*

2 Tunc diui. eſt. *quia bellatores qui erant cum Amri in obſidione Gebbethon, volebant eum regnare. Alij verò qui non fuerunt ibi, volebant alium, eo quòd Amri non fuerat inſtitutus de eorum conſilio. Et durauit iſta contentio tribus annis, pars tamen Amri præualuit, quia erat exercitatior in bellis.*

Rab. *Sal. autem dicit quòd præualuit, eo quòd filius ſuus accepit filiam Ioſaphat filii Regis Iudæ, & ſic fuit pars eius fortificata.*

3 Anno 31. Aſa. *in quo numero accipitur regnum Amri quandº incepit regnare pacificè mortuo Thebni. Aliter enim incepiſſet regnare viceſimo octauo anno Regis Aſa.*

4 Duodecim. an. *in hoc numero computatur tempus à quo fuit electus, quia licet contentio per tres annos durauerit, vt dictum eſt, tamen pars eius à principio fortior apparuit.*

5 Et vocauit no. ciui. *id eſt, nominauit eam ex nomine illius qui fuerat dñs loci, qui vocabatur Samer. & ideo falſa eſt litera quam aliqui libri habent* Semar. *id eſt, monte Domini, quia nec Semar nec Samaria fuit metropolis in Regno decem tribuũ. Cætera patent in litera.*

6 Achab. *Hic conſequenter agitur de regno Achab, & diuiditur in partem principalem & incidentalem. ſecunda ibi,* In diebus. *Achab autem cœpit regnare tempore Aſa, ſicut dicitur in litera* anno 30. 8. Aſa Regis Iuda, &c.

Diuiſio.

7 Et fecit. *quia licet ante colerent vitulos aureos, tamen in illis videbantur adorare Deum, prout dictum fuit ſuprà 12. c. Iſte autem induxit idololatriam manifeſtam. Cuius cauſa motiua ſubditur.*

8 Duxit vxo. Ieza. *quæ erat nutrita in idololatria, ad quam induxit virum ſuum, ideo ſubditur.*

MORALITER.

Regnauit Amri. ſequitur.

4 *Emitque, &c.* Semer interpretat᷑ cuſtodiẽs: & ideo ſignat platũ, ad quem ſpectat bona eccleſiaſtica cuſtodire. Per mõtem verò eccleſiaſtica dignitas deſignatur. Igitur per Amri qui montem emit à Semer, ſignificatur ſimoniacus qui præbendam vel gradũ eccleſiaſticũ emit à ſuperiore, & ſic vtrẽque crimen incurrit ſimoniæ. & ad hoc conſonat interpretatio nominis vtriuſq;. De Semer verò patet per pdicta. Amri verò amaricans interpretatur, & hæc interpretatio conuenit Simoniaco: nam & Simoni (à quo dicta fuit ſimonia) dixit beatus Petrus Act. 8. d. *In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Volebat enim ſpiritualem emere poteſtatem, vt patet ibid. *Et regna.* Sequitur.

8 *Inſuper du.* quæ interpretatur fluxus ſanguinis, & ideo ſignat quamcunque perſonam ſitibundam ſanguinis innocẽtis, vnde & iſta Iezabel occidi fecit Naboth innocentem.

1 *Et*

a *Et posuit aram Baal.* ✻ Ambrosius. Cum à rege Achab altare esset idolo constitutum ad verbū Prophetæ Eliæ tribus annis & sex mensibus ros pluuiæ non cecidit super terram.

lib. de Elia, cap. 2.

✻ Theodoretus. Baal, vt dicit Iosephus, erat Deus Tyriorum, Astarte autem Sidoniorum. Est autem Astarte, quæ apud Græcos appellatur Ἀφροδίτη, id est Venus.

Quæst. 28.

b *Aedificauit Hiel.* Rabbanus. Hiel, viuens Deo, Bethel domus Dei interpretatur, destructa à Iosue atque anathematizata Iericho mœnia restaurauit. Cum qs eorum qui in ecclesia habitum religionis assumpserant, ad agenda scelera quæ ei dominus Iesus in die baptismatis donauerit, redit: quasque ipse anathematizauerat diaboli pompas luxuriosè viuendo repetit, cumq; errorum dogmata vel Gentilium fabulas veritati ecclesiasticæ, qua imbutus est, præfert, quasi Bethel egrediens ruinas Iericho resuscitat. Is & fundamenta fidei à quibus bona ędificia inchoarat, & claustra bonæ actionis quibus perfici debuerat, perdit.

Iosue 6. d.

† Cum fundamenta iaceret urbis, interiit Ahiram filius illius, &c.

c *In Ahiram.* Rabbanus. Cum conditor Iericho fundamenta poneret, primogenitus eius nomine Ahirā mortuus est. Cum portas muniret, Segub filium suum nouissimum amisit, iuxta imprecationem Iosue.

✻ Theodoretus. Quoniam hæc ciuitas erat dicata Deo, meritò euersa erat. Absurdum enim esse Iosue putabat fieri commune, quod Deo donatum est. Maledixit autem his, qui illam instaurarent: ita vt qui decretum prætergredi tentaret, iaciendis quidem fundamentis primogenitum liberorum abijceret: adhibendis autem portis extremum. Huius autem maledictionis facit mentionem historia Regnorum.

Quæstio 8. in Iosue.

Et abiit, & seruiuit Baal, & adorauit eū, & [1] posuit aram Baal in templo Baal, quod ędificauerat in Samaria, & plantauit lucum. Et addidit Achab in opere suo, irritans dnm Deum Israel super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum. In diebus aūt eius ædificauit Hiel de Bethel, Iericho: [2] † In Ahiram primitiuo suo fundauit eā, & ī Segub nouissimo suo posuit portas ei⁹, iuxta verbū dñi [3] [4] [5] qđ locutus fuerat in manu Iosue filij Nū.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et abiit. *Quod nullus de regibus ante eum fecerat.*

2 In diebus. *Hæc est pars incidentalis, quia in illo tempore Hiel cœpit reædificare Iericho, quam Iosue destruxerat, & posuerat sub anathemate, ita quòd de cætero non reædificar tur, ut habetur Iosue 6.*

3 In Ahiram. *i. quādo posuit fundamēta incipiēs reædificare, mortuus fuit Abiram primogenitus suus, & cum procederet in ædificando, moriebantur successiuè filij sui usque ad ultimum, qui in completione operis mortuus est. & hoc est quod dicitur.*

4 Et in. *i. ultimo nato posuit portas eius, quæ ponuntur in completione operis.*

5 Iuxta verbum. *id est, per ipsum Iosue, sicut habetur Iosue 6. ubi imprecatus fuit hoc malum reædificanti Iericho.*

MORALITER.

† 2 *In diebus autem.* Per Hiel, qui viuens Deo interpretat', profitens in religione significat', quia si profiteat' debitè, moritur mundo, & incipit Deo viuere, propter quod dicit' de Bethel, quæ domus Dei interpretat': nā religio domus Dei nominat'. Iericho verò interpretat' luna, quæ propter sui variationem mundū signat: qui est in mutabilitate continua. Igit' Hiel Iericho reædificat: qn̄ professus in religione in actibus mundanis & sæcularibus se occupat, & in hac reædificatione tota proles eius moritur, quia bona opera sua mortificantur: propter quod dicitur 2. Tim. 2 a. *Nemo militans Deo, implicat se secularibus negotiis, vt ei placeat qui se probauit.*

ADDITIO.

In cap. 16. ubi dicitur in postil. Et fecit Amri malum in conspectu domini super omnes ante eum, &c.

Cultus vitulorum etiam ante Achab fuit idolatricus, ut dictum est supra in addit. super cap. 12. Illud autem quod hic dicitur de Achab q̄ fecit malum in conspectu domini super oēs ante eum: *posset intelligi ex hoc, quod magis adhærebat cultui idolorum, & etiam quia tyrannica opera magis exercuit, ut patet de vinea Naboth, similiter quia magis Deo fuit rebellis & contumax: eo quod tempore suo floruit Elias, qui quā plurimis signis & prodigijs ipsum exhortabat, & tñ sp remāsit in obstinatione sua: & io licet reges Israel pdecessores Achab fuissent similiter idololatræ, non tñ in conspectu dñi tāta mala fecerūt.*

CAP. XVII.

a Thesba, vnde Elias Thesbites dicitur, ciuitas est Galaaditis regionis.

Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus [1] Galaad ad Achab, † Viuit Dñs Deus Israel, in cuius cōspectu sto: si erit annis [3] [2] his ros neq; pluuia, nisi iuxta oris mei verba. [4]

CAP. XVII.

a *Et dixit.* Rab. Elias interpretatur Deus meus dominus, vel Deus meus, siue Deus fortis, & significat Christū. Thesbites, captiuas seu cōuertēs interpretatur: Et de domino est scriptum, *Conuertere domine captiuitatem nostrā.* Sicut Melchisedech, ita Eliæ origo tacetur, cūm subito eius nomen introducitur, & hoc in saluatoris præfiguratione.

Rabbanus.

b *In cuius con.* Rab. In conspectu Dñi stat iustus, modo stabit & in futuro, mō vt conditoris potētia ad sensum reducat, & sic fideliter viuat. In futuro, vt veraciter vitę coronā accipiat.

✻ Theodo. Nimiæ audacię videtur aliquibus esse, q̄ Elias dixit, *Si erit annis his ros & pluuia &c.* Sed nimiæ est audaciæ aduersus spirituales viros hęc cogitare. Erat enim propheta, & summus prophetarum, & diuino zelo inflammatus: & hæc dixit diuino operante Spiritu, vnde etiam finem acceperunt.

Quæst. 47.

† infrà 18. c.

✻ Ter. Helias hoc primum q̄ famē fuerat imprecatus, satis iā se ieiuniis vouerat, *Viuit,* inquit, Dñs, *cui assisto, si erit ros istis annis.*

Lib. adu. Psych. cap. 6.

✻ Amb. Eliæ ieiuno ore vox emissa cęlū clausit sacrilego populo Iudæorū. Digna pœna, q̄ intemperantiā dignè coerceret, vt cœlum impiis clauderetur, qui terrena polluerant.

lib. de Elia, cap. 2.

✻ Idem. Tunc pseudo prophetæ, tūc fames. Repete mihi tempora

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVII.

Et dixit. *Hic consequenter agitur de his quæ acciderūt tēpore Iosaphat regis Iudæ, sub quo continuatū fuit regnum Achab, licet inceperit sub Asa patre suo: & quia Achab sup omnes reges qui eum præcesserāt malus fuit, vt dictum est c. pced. ideo scriptura diligenter prosequitur circa eum diuinā prouidentiam, cum à malis reuocādo, licet abusus fuerit, vt sic appareat iustior eius condēnatio. Igitur primò reuocatur à malis signis cęlestibus, scdo victorijs mirabilibus, c. 20. tertio diuinis cōminationibus, ibi:* Tunc vir quidam. *Prima in duas, secundū duo signa cælitus data, secundū ponitur c. 18. Circa primum primo sterilitas inducitur: secundo Elias à coruis pascitur, ibi:* Et factum est. *tertio a muliere vidua suscipit, ibi:* Surge, & va. *circa primum dicit.*

Diuisio.

1 Et dixit. *i. à ciuitate Thesba oriūdus, sicut dictū fuit plenius Iud. 9.*

2 Si erit. *Et accipit hic si, pro non, id est, non erit. Copulat autē Rab. Salo. hanc sententiam cum fine præcedentis cap. dicēs, quòd occasione mortis filiorū Abiel dixit Achab Eliæ arguenti ipsum de idololatria. Potest esse, quod verbū discipuli impleatur, & tamen verbū magistri non impletur. Iosue vero fuit discipulus Mosi, vt habetur Exod. 24. & tamē videmus maledictionē eius impletam super Hiel qui reædificauit Iericho, vt dictū est. Moses aūt imprecatus est maledictionem super filios Israel transgredientes legē, & seruientes diis alienis, sic quod clauderetur cœlū, & prohiberetur pluuia, vt habetur in Deut. & tamen Israel à pluribus annis recessit à lege, & seruiuit diis alienis, & tñ non videmus pluuias esse prohibitas Et qn̄ Elias percepit quod Achab hoc dicebat, quasi paruipendens cōminationes Mosi, & iudicia Dei, iō orauit dominum vt clauderet cœlum, & prohiberentur pluuiæ, vt habetur Io. 1. & cum intellexit se exauditum à Domino, tunc dixit ista verba.*

Deut. 28. b.

3 Viuit do. & c. si. e. an. *id est, non erit, vt dictum est.*

4 Nisi iux. o. me. ver. *Quia simile fuit sibi reuelatum, quod ad eius deprecationem cælum daret pluuiam.*

MORALITER.

† 1 *Et dixit.* Per Galaad, qui iterpretat' aceruus testimonij, sacra scriptura significatur, in qua testimonia coaceruantur. In hoc autem aceruo, doctor & prædicator debent habitare per diligēs studium sacræ scripturæ: quia signantur per Eliā prophetā & prædicatorē. Et sicut Elias fecit cessare pluuiā & rorem propter Achab & populi eius nequitiam: sic aliqn̄ prædicator cessare dēt a pluuia predicationis propter populi malitiam. Sic autem fecit Paulus Act. 19. b. *Cum autē quidā indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini corā multitudine, discedens ab eis Paulus segregauit discipulos.* Et Ezec. 3. g. dixit dñs ei. *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus prosperans est.* Et sic Elias recessit ab Achab & eius populo, dicente sibi domino.

4 Corui

A tempora, & inuenies tunc prophetas confusionis, tunc Iezabel, tunc famem, tunc ariditatem terræ. Qua ratione? Quia abundauerat iniquitas, refrixerat charitas.

✠ IDEM. Transibant Apostoli, & vmbra eorũ curabat infirmos. Tangebantur vestimenta eorũ, & sanitas deferebatur. Sermonem locutus est Helias, & pluuia stetit annis tribus, & mensibus sex. Iterum locutus est, & hydria farinę non defecit.

L. 1. off. c. 1. Act. 5. & 19.

✠ CHRYSOS. Cum Helias Baal, & lucos despecto domino, coli à sacrilegis peruideret, cumque creatore despecto tig mentis sese nemoribusque omnis popul⁹ addixisset, zelo Dei commotus Iudæam terrã siccitatis sententia, & pluuiarum sterilitate addixit. Tũc subito anhelat terra, sitiũt amnes, fontes arescũt, omnis humor ima petit, supera deserit, aer feruet, serenitas torquet, tranquillitas pęna est. Aestuant nóctes, dies arescunt, sata torrẽtur, arbusta ægrotant, prata deficiunt, nemora languent, campi ieiunant, squalet terra, herbas interimit, iram Dei vniuersa creatura testatur, &c.

Homi 2. de Helia. † 41. dist. c. de litiz.

a Et factum est verbum domini ad eum dicẽs, 1
b Recede hinc, & vade contra orientem, & abs- 2
c condere in torrente Carith, qui est contra Ior
danem, & ibi de torrente bibes, coruisque 3
præcepi, vt pascant te ibi. Abiit ergo, & fecit
iuxta verbum Domini. Cumque abisset, sedit
e ¶Loci oppositionem notat.
in torrente Carith, qui est contra Iordanem.
d Corui quoque deferebant ei panem, & carnes 4
mane, similiter panẽ, & carnes vesperi, & bibebat de torrente. † Post dies autem aliquot siccatus est torrens, non enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo do-
e mini ad eum dicens, † Surge, & vade in 5

Ibidem. a *Et factum est verbum Domini ad eum, &c.* ✠ CHRYSO. Proh nefas, nulla ex pęna correctio, & quasi aduersis, hominũ malicia prouocetur, sic crescit quotidie, quod puniatur. Amant pęnã, suppliciũ diligunt, nolunt recordari, vt viuant, nolunt corrigi, vt euadant, & quasi frugem mentis sterilitas arefecerit siccitatis, sic arescente terra, aruerãt, & hominum corda. Interea solus Helias altior mundo, proximus cęlo montis habitaculo, & Dei colloquio fruebatur, ne illorum pęnam perspiceret, quorum scelera videre non posset.

Rabbanus. Angelomus. Luco. 5. d.

b *Abscondere.* Abscõditus est Elias noster in torrẽte Carith, qui interpretatur caluus. Et de torrente bibit, cũ in Caluarię loco, vbi abscondita est fortitudo eius, de torrẽte mortalitatis nr̃æ gustauit. Corui pascebãt Eliã deferentes ei panes, & carnes, cũ Gentilitas de nigredine peccatorũ veniens, Chri-
B sto salutẽ nostram esurienti, panem fidei, & carnes, idest, spẽ resurrectionis per gratiam illius illuminata officio, mane, s. initio euangelicæ prædicationis. Itẽ vesperi cum eandem fidẽ vsque ad finẽ mundi seruans incontaminatam cum carnis resurrectione venienti iudici pſentat. Post dies aliquãtos siccatus est torrens, quia consumato cursu pſentis vitæ absumpta erit mors in victoria. Et, Iã vltra non erit mors, neq; luctus, neque clamor, quæ prima abierunt. Panes, & carnes ex quibus Elias coruis ministrãtib. pastus est, sunt opera pietatis, & obsequiũ, qđ dño à fidelib. ex Iudæis exhibitum est.

1. Cor. 15. g. Apo. 21. b.

c *In torrẽ.* Torrens Cyson, qui & Carith interpretatur, cognitio, siue concisio, vel diuisio Iudaico populo conuenit.

Homil. de Helia.

d *Corui quoque deferebant, &c.* ✠ CHRYS. Deus prophetã vna cum populo punit, vel dũ & ipse in famis supplicio comprehenditur, aliquid misericordiæ in relaxando sententiæ suæ iuramento addiscat. Prophetam per illas potissimum aues, quib. sui fetus inuisi, nutrit. Odit. n. prolẽ suam coruus, & natã non educat. Id quod propheta insinuans dixit, *Et pullis coruorum inuocantibus eum.* Vnde per illos apud Heliã, qui Iudeis vt filijs malæ frugis succensebat, Deus intercedit, q. d. Ne tãto Iudæorũ filiorum tuorũ odio teneare, quanto erga pullos suos corui. Qui natura pullis sunt immisericordes, illi ipsi, vt hospites tibi seruiunt. Absurdũ est ô Helia, quod apud te mi-
C sericordiæ meæ patrocinanť corui, tu aũt pro Iudæis, i quos iuxta

D iuxta sententiam tuam sæuio, non intercedis. Erubesce, & vel coruorũ exẽplo, Iudæis esto clementior. Ego vt tuę sitię honorem do, ita illorum, qui affligũtur, misereri velim, &c.

✠ AMBRO. Heliæ panis ad victũ deerat, si quæreretur, sed non videbatur deesse, quia non quærebatur. Itaque diuturno coruorum obsequio, mane panis caro ad vesperã deferebatur. Nunquid ideo minus beatus, quia pauper erat cibi? Minime.

Li. 2. off. c. 4.

✠ AVGVS. A domino Heliæ dicitur, vt in spelunca torrentis Carith se absconderet, vbi coruis ministrantib. satiaretur duplici occasione quatenus, & tempore famis haberet alimoniam, & persequutorum auide se quærentium rabidã effugeret irã. A coruis vero ministrari prophetæ præcipitur, vt culpam, quam in diluuio commiserat in terra, purgare auis illa videretur. Dũ fidelis minister efficitur Heliæ, qui negligẽs, & fallax erat antea Noe. Pręterea quoque in hoc ministerio illud etiam ostenditur, qualiter homo si non peccasset, etiam infructuosorum animalium nunc ministerijs vteretur. Vnde vero eas carnes, & panes ille coruus detulerit, ipse viderit, qui tale officium committebat.

L. 2. de moral. s. a. 15. † Luc. 24. b.

✠ CHRYS. Non solum sanctis testificãtur ferę operibus, vt vipera Paulo, sed & seruiuit. Ionæ cetus triduo subiugalis fuit, & quo intus gubernans, non quo ipse volebat ducens. Sic corui Heliæ quotidie cibos, ceu domino, afferebant. Sic leones Danieli mansuescebant, & viri sanctimoniam etiam non loquentes, prædicabant. Ignis naturæ oblitus, tam nihil nocuit tribus pueris, vt etiam capillum lædoni vade obnoxium non offenderit.

In Ps. 96. Act. 28.

✠ PROCOPIVS. Et quomodo legem nõ transgressus est Helias, per auem immundam nutritus? Quia ipse legislator per coruos cibum ipsi attulit, qui docet legem propter Iudæorum infirmitatem positam esse, quare, & ipse aliquando cõtra legẽ facere præcepit, veluti in obsidione Hiericho,
E sabbatho facta, coruis pascentibus prophetam, Samsone ex mortuo leone mel siluestre comedente.

e *Surge, & vade in Sarepth Sidoniorum, etc.* ✠ TERTVLLIA. Defecerant corui, qui illum liberalius pascerent. An difficile angelo fuerat aliquem alicunde de conuiuio regis ministrũ, cum instructissimo ferculo raptum ad Heliam transferre, sicut Danieli in lacum leonum esurienti, prandium metentiũ exhibitum est? Sed constitui oportebat exemplum, docens in tempore pressuræ, & persecutionis, & cuiuscunque circũstantiæ, xerophagijs esse viuendum.

I. adu. Psyc. c. 8.

✠ CHRYSOSTOM. Helias transire in alium locum iubetur, vt famelicus ipse, famelicæ viduæ, quæ etiam ethnica erat, supplex esset, quod hoc consilio Dominus facit. Nã cum Iudæis interdictum sit commercium cum gentibus, volens eum ad misericordiam prouocare, prædixit ei futurum vt à muliere gentili pascatur. Quo audito, abhorreret, & vel sic Deum pro effundendo imbre imploraret. Ille autem, neque ad hanc vocem mitior factus, cucurrit ad ethnicę viduę alimoniam.

Homil. 1. de Hel.

✠ AMBROS. Dignum etiam, vt ad condemnationem regis sacrilegi, propheta ad viduam in Sareptã Sidoniæ mitteretur. Quæ quoniam deuotionem cibo prætulit, meruit,
F vt ariditatis publicæ sola non sentiret ærumnam.

I. de Hel. c.

Præcepi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et factum est, *Hic consequenter ostenditur quomodo Deus per coruos pauit seruum suum Eliam, cum dicitur.*
2 Recede. *à facie Achab, & Iezabel. Ex quo patet, quod licitũ est sanctis viris fugere persecutionem personalem.*
3 Coruisque. *ministerio angelico ad hoc eos inducente.*
4 Corui quoque defe. *Ex quo ostenditur mirabilis diuina prouidẽtia, & quod non est dissidendum de ea, quia magis splendide prouidit Eliæ per aues, quam per homines.*
5 Surge, & vade. *Hic consequenter Elias à vidua recipitur, & primo describitur ipsius Eliæ deuota receptio, secundo filij viduæ suscitatio ibi.* Factum est autem. *Circa primum dicitur.* Surge, & vade. *Nomen est æquiuocum ad syluam, & ad villam iuxta eam existentem, quæ à sylua denominatur.*

Diuisio.

Præcepi

MORALITER.

4 *Corui.* Ex hoc patet Dei circa seruos suos prouidentia, quia latius pauit Eliam per aues, quam per homines, nã postea pauit eum per viduam pane, & aqua. Sed quoniam humana prouisio non est contemnenda, ideo dñs fecit eum petere buccellã panis à vidua muliere. Per hoc autem, quod farina viduæ nõ defecit, & lecythus olei nõ fuit imminutus, significatũ fuit, quod sustentantibus Dei seruos non deficiunt bona tẽporalia ad conuenientiam victus. 2. Cor. 9. c. *Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem. Ideo sequitur.*

† Et

a *Praecepi mulieri viduae.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Praeuenit eam Deus, & ei per visionem ostendit figuram, formam, aetatem, & futuram petitionem Prophetae. Vnde ipsa reuelationis diuinae conscia, statim vt aduenit, & cibum poposcit, clamabat: *Viuit dominus Deus tuus, &c.*

✠ THEODORETVS. Ego autem admiror mulieris responsi mansuetudinem. Non aegre tulit, quod in tanta calamitate ab ea petitum sit alimentum, sed tantum extremam ostendit paupertatē. Sed ille pollicitus fontes farinae & olei, iussit facere, & afferre panem. Illa rursus non aegre tulit, vt quę paupertatis, & alendorum filiorum tabesceret solicitudine. Sed accepto fideliter promisso, attulit nutrimentum, idque alienigenae, cuius prophetice virtutis nullam adhuc acceperat experientiam.

✠ AMBROSIVS. Vnius horę hospitio vidua, quę suscepit Heliam, & exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam de hydria farina deficeret.

Homi. 1. de Heli. — Quaest. 52. — * obsecro. — B — Libri 1. de Abrah. c. 5.

RABBANVS. Hec vidua gentium significat ecclesiam, quę à suo diutius fuerat cōditore deserta, populumque fidei vere, & rectę veritatis nescium, quasi pauperem filium egena stirpe nutriebat, i. verbi fructu expertē docebat, donec veniens sermo ꝓpheticꝰ, q̄ exiccato vellere Isr̄, vt pote clausa celi ianua, fame periclitabatur in Iudea, pasceretur ibi simul, & pasceret, receptus videlicet à credētibus ipse credentes. Hec vidua in Sareptha Sidonię dicitur esse morata. Sidonia quippe inutilis venatio, Sareptha vero incendiū, vel angustia panis interpretatur, q̄a *vbi abundauit peccatum, superabundauit, & gratia.* Vbi superuacuis acquirendis cura impēdebatur, vbi dirę sitis incendium panisque spiritualis ante fiebat angustia, ibi farina oleumque ore prophetę benedicitur, hęc est gratia dominici corporis, & charismatis vnctio, siue fructus, & hilaritas charitatis. Viduę oleū gratię, & benedictionis farina non deficit in omnibus fere gētibꝰ fame manente, quarum cibi vitae esuriē & fidei trinitatis inediam congrue pręsignauit illa quodam triēnio fames, quam secuta est spiritualis abundantia, quę cum impeditur, non defecisse dicitur.

D — Rabbanus. Angelomus. — *subcinericiū. Rom. 5. d. — E — † per dies, i. quotidie, vel multis diebus hydria. — †Post haec.

a ¶Ciuitas. b ¶Idest, dedi ei vnde te pascat.

a Sareptha Sidoniorum, & manebis ibi, praecepi enim mulieri [1] viduae ibi, vt pascat te. Surrexit, & abijt in Sareptha Sidonio- b rum. Cumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi * pau- [2] lulum aquae in vase, vt bibam. Cumque illa pergeret, vt afferret [3] clamauit post tergum eius, dicens: Affer mihi obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quae respōdit, Viuit dominus Deus

a ¶Ra. Angustia panis est vitae spiritualis esuries, & fidei sanctae trinitatis inedia.

tuus, quia non habeo panem, * nisi quantum pugillus capere

a ¶Idest in vase.

b ¶Isido. Et ligni nomine, & lignorum numero signum crucis exprimitur, quo nobis panis vitę aeterna est praeparatus.

potest farinae in hydria, & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quā Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac, sicut dixisti. Verūtamen mihi primum fac de ipsa [4] farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: Tibi autem, & filio tuo facies postea. Haec autem dicit Dominus

a ¶Vas in quo ponebatur oleum.

Deus Israel: Hydria farinae non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diem in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terrae. Quae abijt, & fecit iuxta verbum Eliae. Et comedit ipse, & illa, & domus eius. † Et ex illa die hydria farinae non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliae. Factum est [5] c autē † post verba hęc, ęgrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor eius fortissimus, ita vt non remaneret in eo ha- [6] litus. Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingressus [7]

✠ IDEM. Cum in omni terra esset fames maxima viduę tū Deo cura non defuit, atque ad eam propheta directus est. Neque humanę facultatis est dicere. *Hydria farina nō deficiet vsque in diem, &c.* Nam licet mos sit, ita prędari prophetis, tū hic vera Dei vox est, ideo praemissum est, Quia *haec dicit dominus.* Domini enim est perpetuitatem sacramentorum spondere coelestium, & nō defuturam spiritalis exultationis gratiam polliceri. Largiri monimenta vitę, fidei signacula, dona virtutum.

b *Mulier.* ISIDORVS Vidua, quam dominus non frumenti, sed verbi pane pascit, ea est, quę mortuo viro cui vult nubat, idest, excusso seruitutis iugo subit Christi iugum suaue, & onus leue.

L. de viduis. — 1. Cor. 7. g. Matt. 11. g. — C

c *Aegrotauit.* ✠ THEODORETVS Quam ob causam permisit Deus, vt filius viduę moreretur? Ait enim fruens alimēto propheta, oblitus est calamitatis aliorū hominū, quãobrē armauit aduersus eum viduae eiulatus. Agnouit quoque ipse causam, cum dixit, *Domine Deus, &c.* Sunt aūt digna admiratione uerba uiduae. Non dixit, tu sti, malū auspicium, mala mihi conciliauit tuus aduentus, sed suis peccatis tribuit, quod acciderat, tantum ei profuit prophetę doctrina. Cui prophetā post preces ter insufflasset in adolescentem, eum reduxit ad uitā. Significat aūt numerus, adorandam Trinitatē, insufflatio aūt, ab initio factam animę creationem. Vidua conspiciens

Quaest. 51. — F

RAB-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Praecepi enim vi. *Istud praeceptum non fuit per verbum expressum, sed per diuinam ordinationem, quia sic ordinauerat Deus, quòd mulier illa vidua venientem Eliam reciperet, & eum pasceret.*

2 Da mihi paulu. aquae, &c. *Dicit Rab. Salo. quòd quamuis Deus reuelasset Eliae, quòd pascendus esset ibi per mulierem viduam, non tamen fuit sibi reuelatum in particulari, quae esset illa, & ideo exemplo Eliezer rogauit dominum, vt ostēderet sibi, quae posset esse illa, per hoc signum, quòd sibi petenti aquam liberaliter offerret, sicut Eliezer cognouit Rebeccam, vt habetur Gene. 24.*

3 Cumque illa pergeret, vt afferret. *Per hoc cognouit, q̄ illa erat de qua Dominus sibi dixerat, & cum hoc fuit sibi reuelatum, q̄ oleum & farina non deficeret in domo eius, quousque daret dominus pluuiam super terrā, & io dixit ei.* Noli timere, sed vade, & fac, sicut di.

4 Veruntamen mihi fac de ipsa farinula subcinericiū. *Erat enim fatigatus itinere, & ieiunio, & ideo accelerari debebat refectio eius. Caetera patent in litera.*

5 Factum est autem. *Hic consequenter ponitur filij viduae suscitatio, cuius infirmitas praeponitur, cum dicitur,* Aegrotauit filius mulieris, &c. *& mors sequens, cum dicitur.*

6 Ita vt nō remaneret in eo halitus. *Deficiente enim respiratione, deficit vita in animalibus respirantibus, cuiusmodi est homo.*

7 Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates. *Talli dum enim iuxta album intensum, videtur declinare ad nigredinem. Et eodem modo licet ista mulier esset deuota, & sancta tamen sanctitas eius erat modica respectu sanctitatis Eliae. Et hoc modo locutus est Loth Gene. 19. dicens,* Non possum in monte saluari, *id est, iuxta Abraham, cuius sanctitas tanta est, quod iustitia mea delictum est iuxta eum, sicut ibidem fuit expositum, secundum opinionem Hebraeorum. Caetera patent vsque ibi.*

Et

MORALITER.

† *Et comedit ipse, & illa, & domus eius. Factū est aūt, etc.* subditur

7 *Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates, &c.* Per hoc osditur, quòd praedicator euangelij, qui per Eliam significatur, vt praedictum est, in domibus hospitum debet esse exemplar suae vitae, quòd filij hospitū, id est, opera eorum mortua videantur in comparatione ad opera praedicatorum. Per hoc autem, quòd mulieris filius per preces Elię fuit à mortuis suscitatus, significatur, quòd opera recipientium praedicatores per bonas exhortationes, & preces eorum, videantur resuscitata per emendationem vitę ipsorum, vt sic hospes possit dicere, quod sequitur: *Nunc in isto cognoui, quoniam vir Dei es.*

A spiciēs filij resurrectionem, firmā ac stabilē accepit pietatē.

✱ AVG. Dominus Eliam ad viduam miserat, gratia exhibendi miraculi ad gloriam nominis sui, quo tantum Prophetam, & tunc viuentibus, & posteris commendaret.

Li. 1. ad Simp. quæst. 5.

Angelomus.

RAB. Vidua, apud quā hospitabatur Elias, & cuius benedixit farinæ, & oleo, synagoga est Iudæorum, quæ Mosi morte viduata, filium nutriebat paruulum, hoc est carnalem populum Iudæorum, hic ad ingressum Eliæ, id est, saluatoris nostri, febre infidelitatis infirmabatur, quia in eum nō credidit, sed spreuit. Vnde mater synagoga de aduentu saluatoris conqueritur, quasi ipse esset cā interfectionis populi dicens. *Quid mihi et tibi, etc.* Hic est, qđ Caiphas ait. *Expedit vobis, vt vnus moriatur p populo, & non tota gens pereat.*

† Habito. 4. Reg. 4. f. Act. 20. c.

Ioan. 11. f.

es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? Et ait Elias ad eam. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit eum in cœnaculum, vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, & clamauit ad Dominum, & dixit. Domine Deus meus, etiamne viduam, apud quam ego vtcunque sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius? † Et expandit se atque mensus est [1] super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominū, & ait. Domine [2] Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ, & reuersa est anima pueri intra [a] eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & deposuit eū de cęnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi. En filius tuus viuit. Dixitque mulier ad Eliam. Nunc in isto cognoui, [3] quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

¶ Facto.

RAB. Sicut Propheta verbis viduę non exasperatur, quin potius miseretur: Ita Redēptor noster non exasperatur malitia Iudęorū, sed misertus sui populi tulit eum de sinu matris cū tulit eū de carnali obseruantia legis, & posuit super lectulum suum, hoc est demonstrauit ei vitam habere in morte sua, expanditque se tribus vicibus, dum trinitatis fidem insinuabat.

a *Tulitque Elias.* RABBAN. Tulit Elias puerum, & reddidit matri suę, cum Dominus noster populum saluans, credentem signat, & miracula ostendebat incredulis, vt cognoscerent veraciter illum viuere, qui credit in nomine eius, & sic eueniet, vt plebs Iudaica veritate superata proclamet ad Chrm: *Nunc in isto cognoui, qm̄ vir Dei es tu.*

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et expandit se atque. *Hoc enim fecit ex magno affectu ad suscitationem pueri. Per hoc ostendens, quod vellet sibi dare partem vitæ suæ, si posset fieri.*

2 Tribus vicibus, &c. *quia perfectio cuiuslibet negotij consistit in tribus, s. in principio, medio, & fine. Ratio autem figuralis est, quia per istam extēsionem Prophetæ super puerum mortuum figurabatur, quod genus humanum à morte culpæ esset suscitandum per incarnationis mysterium. Tribus vicibus hoc facit Elias facto profitens fidem trinitatis, quia Fides maxime operatur in operibus miraculosis, secundum quod dicit Saluator Luc. 17. b.* Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, diceretis arbori huic moro, eradicare, &c. & fiet. *Cætera patent vsque ibi.*

3 Nunc in isto cognoui. *Per filij sui suscitationem de præsenti, fuit certificata de dictis Eliæ pro futuro, scilicet de multiplicatiōe olei, & farinæ, & de datione pluuiæ super terram.*

CAP.

ADDITIO.

In ca. 17. vbi dicitur in postil. *Ingressus es ad me,* vt rememorarentur iniquitates meę, &c.

Opinio Hebręorū in hoc loco est penitus irrationabilis. Nam licet sanctitas mulieris esset modica respectu sanctitatis Elię, sicut & iustitia ipsius Loth erat modica respectu sanctitatis Abrahę, non tamen ex hoc debet dici iniquitatē esse in muliere, nec Loth non posse saluari iuxta Abraham. Illi autē, qui sunt minus virtuosi seu perfecti, potius iuuantur cū sint in societate pfectorū, quam vitiantur. Bonum enim ſm Diony. de diui. no. est sui ipsius diffusiuum seu communicatiuum, & ideo in scriptura societas virtuosorum commēdatur, vt Prou. 13. d. *Qui cum sapientibus graditur, Sapiens erit.* Exēplum ēt, quod inducitur de pallido, & albo non valet. Nam licet iudicium sensuale ſm operatiōes, & respectus decipiatur, non tamē iudicium rationis, vt patet de sole, qui ad sensum iudicatur ferè bipedalis, & tamen ratio iudicat ipsum esse in magna proportione maioris quantitatis, quam tota terra. Quanto igitur incomparabiliter longius ęstimandum est de iudicio diuino, quod non iudicat aliquem esse iustum propter hoc, quod non sit ęqualis alicui maxime iusto, *reddit enim vnicuique iuxta opera sua,* vt in Psalm. Vnde & talis respectus nihil hic operatur. Sed ad intellectum literę dicendum videtur, quod hęc mulier licet bona, & deuota, tamen reputabat se peccatricem, prout decet communiter iustos. Et quia sciebat Eliam esse maximum zelatorem legis, & iustitiæ, intantum quod procurabat ardenter punitionem, & necem idololatrarum, vt patet in suo processu, idcirco præsumebat, quod aduentus Eliæ in domo sua procurauerat mortem filij sui ex iniquitate suā, scilicet matris, & quod Elias recordaretur iniquitatem illam coram Deo ad finem, vt scilicet per mortem filij temporalem mater conuerteretur ad Deum, sicut sæpe contingit, vt homines per pœnas tēporales à Deo castigati corrigantur, quod quidem non contingeret si apud eum non mansisset, quia sic eam non cognosceret, & ideo proprie dicit. *Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? &c.*

REPLICA. In c. 17. vbi postil. verbum mulieris Sarepthanæ, scilicet, *Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ*: Exponit ad modum Hebræorum, quòd hæc mulier cum esset iusta, & sancta, ex humilitate tamen respectum habendo ad excellētem sanctitatem Eliæ se dicit peccatricem, prout sancti consueuerunt, & prout purissimus Ioannes Euangelista in Epistola sua prima. 1. ca. docet, di. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Hunc modum loquendi Hebræorum Bur. dicit penitus irrationabilē, sed probatio eius, vt patet nihil est ad propositum, quia non dicitur in illo modo loquendi, quod in muliere fuerit peccatum, sed ipsa de se humiliter loquitur. Et Burgen. post inutilem digressionem coincidit quasi cū eodem modo loquēdi.

CAP. XVIII.

A a POſt multos, &c, ✻THEODORETVS. Poſtquam propheta dixerat Achabo, *Si erit his annis pluuia, niſi per sermonẽ oris mei.* Achab accepta experientia veritatis verborũ, neceſſario requirebat eũ, qui lingua ſua nubes clauſerat, vt alterum è duobus faceret, nẽpe vt perſuaderet aperire, aut ſi non perſuaderet, eum perderet.

Quæſt. 53.

b *Vade, & oſtende te Achab, etc.* ✻CHRYSOST. Verba legationis Dei ſunt. Deus per ſemetipſum de miſericordia apud ſeruum legationis mun⁹ obit, & intercedit. Proficiſcere, inquit, quia factus es miſericordior, declara, quàm miſericordes ſint ſermones tui. Parturio, & ego miſericordiam, vrgeo vt recõcilientur, reuereor lachrymas eorum, qui puniuntur. Omnes peccatores ò ꝓpheta miſericordiæ meæ chirographum habent. Nolo mortẽ peccatoris. Proficiſcere, & appare Achab. Reconciliari eis volo, ſed abſque te non reconciliabor, tu ſignifica, tu pluuiam cõceſſam pronuncia, ego tuis ſententijs ſubſcribam.

Homi. 1. de Eli. B * ſolus, vel ſeorſum. C † & dixit.

c *Cumque eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cũ cognouiſ. &c.* HIERONYMVS. Hunc prophetam aiunt eſſe Hebræi, qui ſub Achab & Ieſabel, pauit cẽtũ ꝓphetas in ſpecubus, ſepulchrũque eius vſque hodie cum mauſoleo Heliſæi prophetæ, & Ioannis baptiſtæ in Sebaſte venerationi habet, quæ olim Samaria dicebat. Hic igitur quia centũ prophetas aluerat, accepit gratiã prophetalẽ, & de duce exercitus, fit dux eccleſiæ. Tunc in Samaria paruũ gregem pauerat, nũc in toto orbe Chriſti paſcit eccleſias.

D Initio Com. in Abdiam. E

d *Abdias autẽ.* Abdias princeps exercitus Iſrael, cuius nomen interpretatur ſeruus domini, illos præfigurabat, qui ex principibus Iudęorum crediderunt, & erãt occulti diſcipuli, vt Nicodemus, & Ioſeph.

† 23. q. 4. c. nimium, verſic. occiderunt ꝓphetas. Angelom. F

CAP. XVIII.

POST multos dies verbum domini factum eſt ad [1] Eliam in anno tertio, dicens. Vade, & oſtende te [2] Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ. Iuit ergo Elias, vt oſtenderet ſe Achab. Erat autem [3] fames vehemens in Samaria. Vocauitque Achab [4] Abdiam diſpenſatorem domus ſuæ. Abdias au- [5] tem timebat dominum Deum valde. † Nam cum interficeret Ieza- [6] bel prophetas domini, tulit ille centum prophetas, & abſcondit eos, quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane, & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam. Vade in terram ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles, ſi forte inuenire poſſimus herbam, & ſaluare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant. Diuiſeruntque ſibi regiones, vt circumirent eas. Achab ibat per viam vnam, * & Abdias per viam alteram ſeorſum. Cumque eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cum cognouiſſet eum, cecidit ſuper faciem ſuam, & ait: Num tu es domine mi Elias? Cui ille reſpondit: Ego; vade, dic domino tuo. Adeſt Elias. Et ille. Quid peccaui, inquit, [7] quoniam trades me ſeruum tuum in manus Achab, vt interfi- [8] ciat me? Viuit dominus Deus tuus, non eſt gens, aut regnum, quo non miſerit dominus meus te requirens. Et reſpondentibus cunctis, non eſt hic, adiurauit regna ſingula, & gentes, eo quòd minime [9] repertreris. Et nunc tu dicis mihi, vade, & dic domino tuo, ad-

a ¶Tres anni famis ſcientiam ſanctæ trinitatis populo Iudæorum, vel in toto mundo defuiſſe præfigurabant. ſex menſes ad opus bonum pertinent, quod penitus deficiat ab illis, vnde: Non eſt, qui faciat bonum, &c.

a *Nunquid*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVIII.

1 POſt multos. *Hic ponitur ſecũdũ ſignũ ad reuocationẽ Achab de malis ſuis, ſ. de datione ignis de cęlo, & primo ponitur ſigni datio, ſecundo Eliæ perſecutio c. 19. Circa primũ primo ponitur hoc ſignũ, quod erat principale, & ſecundo addit aliud ex conſequenti de datione pluuiæ, ibi.* Et ait Elias. *Circa primũ primo ponitur ipſius Eliæ ad terram Iſrael reuerſio, ſecundo ignis deſcenſio, ibi.* Veruntamen nunc mitte. *tertio prophetarũ Baal occiſio, ibi:* Dixitque Elias. *Circa primũ Elias de præcepto dñi reuertitur, ſecundo veniens agnoſcitur, ibi,* Erat aũt fames. *Circa primum dicitur.* Poſt dies. *Contra hoc videtur eſſe Iac. 5. d. Elias homo erat, &c. Et ſubditur.* Et orauit vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. *Ex quo videtur, quod reuerſio Eliæ ad terram Iſrael, vt pluuia daretur fuit anno quarto. Dicendum, ꝙ tempus hic computatur ab exitu Eliæ de terra Iſrael, & non à prohibitione pluuiæ, ſicut Iacobus apoſtolus computat. quia à prohibitione pluuiæ vſque ad exitũ eius fluxerunt ſex mẽſes, & plus, quia diu latuit in torrẽte Carith, ita ꝙ ex ſiccitate tpis ſiccatus fuit torrẽs antequã recederet, vt dictũ eſt ca. præce.*

Diuiſio.

2 Vade, & oſten. *licet enim abſque præſentia Eliæ poſſet dare, tñ voluit ſic facere, quia propheta per reuelationem eius dixerat, ꝙ pluuia non daretur ſuper terrã, niſi iuxta verbũ oris ſui, ideſt, per orationem eius, & denũtiationem, & ſic dominus adimpleuit, vt inf. patebit.*

3 Erat. *Hic conſequẽter aduentus Eliæ cognoſcitur, & primo ab Abdia. cuius modus deſcribitur cum dicitur.*

4 Vocauitq; *Vt ipſe ex vna parte, & Abdias ex altera diſcurrerẽt per loca humida regni ſui, ad videndum ſi poſſet herba inueniri ad ſuſtẽtationẽ equorũ regis. Non tamen iſta faciebãt, niſi authoritatiue, et ꝑcipiendo. Erant .n. miniſtri, qui hoc faciebant exequendo. Homines enim terræ quantum poterant talia abſcondebant ad nutritionẽ ſuorũ animalium, vt poſſent aliquo modo de lacte ſuſtentari, quia fructus terræ defecerant præ nimia ſiccitate, & ideo rex, & Abdias iuerunt ad hoc negotium, vt melius poſſet fieri.*

5 Abdias. *hoc dicitur ad oſtendendum, quòd non erat conſentaneus domino ſuo in malis ſuis, ad cuius probationem ſubditur.*

6 Nam. *Prophetæ vero hic dicuntur viri religioſi intenti diuino cultui, quos primo congregauit ad hoc Samuel, & aliqui etiam habebant ſpiritũ prophetiæ, ſicut dictum fuit ſupra 1. li. c. 10. Iezabel vero volens deſtruere cultũ Dei quantum poterat, & cultum Baal extollere interfecit eos prout potuit, & tunc Abdias centum illorum ſaluauit, abſcondens quinquaginta in vna ſpelunca, & quinquaginta in vna alia, & prouidit eis de victu ac veſtitu, & ex hoc conſecutus eſt à Deo prophetiæ donum ſecundum ſaluatoris dictum Matth. 10. d.* Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. *vnde inter duodecim prophetas quartus computatur. Cætera patent ex dictis vſque ibi.*

7 Dic domino. *quia dñs ei præceperat, vt oſtenderet ſe Achab.*

8 Quid peccaui. *Timuit. n. ne Elias ſubito ad alium locum portaretur, ſicut frequenter acciderat, quando dominus ipſum ad aliquem locum mittebat, propter quod filij prophetarum quando fuit raptus crediderunt ipſum ſic fuiſſe tranſlatum, vt habetur infra 4. lib. cap. 2. & ſic Achab interficeret Abdiam, credens, quòd illuſiſſet ſibi dicens veniſſe Eliam.*

9 Adiurauit re. *quòd ſi Elias inueniretur in eorum terra, caperetur & ſibi mitteretur, Loquitur tamen hic ſcriptura de regnis propinquis tantum, & reges propinqui faciliter aſſenſerunt: Tum quia rex Tyri erat ſocer eius, & filius regis Iuda habebat vxorem Athaliam filiam Achab, ſimiliter rex Moab erat ſibi tributarius, & rex Edom regis Iudæ. Item quia in terris, quæ erant prope regnum Iſrael, erat etiam fames propter ſiccitatem, quam ſciebant per verbum Eliæ eueniſſe.*

1 Nunquid

MORALITER.

1 *Poſt multos.* Per hoc autem, quòd Elias propter obſtinationẽ Achab, & populi eius à reprehenſione ceſſauit, & de terra receſſit, poſtea vero per afflictionẽ famis intellectu dato ipſi Achab, & eius populo Elias rediit, & increpationem reſumpſit, vt patet in ſequentibus, tunc eius verbum effectum habuit, quia tunc populus dixit,

† *Dominus*

a *Nunquid non indicatum est tibi, &c.* ✠ THEODOR. Hic Abdias erat valde pius vir, idq; docent non solū eius verba, sed etiam res ipsæ. Nam primum quidem cernens prophetas occidi ab Iezabel, non solum occultauit, sed etiam pauit, & nō tres, nec quatuor, nec quinque & decem, sed centum bifariam diuisos. Neque timuit eius, quæ dominabatur sæuitiam cruentam, sed omnibus prætulit pietatem. Deinde verba eius ad Eliam, verba sunt viri diuina meditantis, & scientis vim diuini spiritus.

(A — Quæst. 53. — .& quinquagenos. Nec exemplaria q̃ de vetera hoc habent.)

✠ ATHANAS. Si alicubi nunc sunt pij, & Christi studiosi, illi vt magnus propheta Helias absconduntur, vt & ipsi forte Abdiam aliquem fidelem inueniant, & in speluncas, & cauernas terræ sese abstrudūt, aut in solitudine aberrantes commorantur. Eas enim calumnias adferunt victores isti (Arriani hæretici aduersus catholicos,) quales Iezabel contra Naboth confinxit, & Iudæi contra Christum, &c.

(Episto. ad solitariam vitam agent. — 13. q. 7. §. fi. — B)

✠ IDEM. Neque Dauid in spelunca se exhibuit Sauli, neque filij prophetarum ingessērunt se Achabi. Id enim erat facere contra Dei præceptum, quum in scripturis habeatur. *Non tentabis Dominum Deum.* Id cum, & ego vererer, ad istum modum me institui, &c.

(Apolog. de fuga sua. — Deut. 9. — †46. dist. c. fin.)

b *Non ego turbaui Israel, & cæt.* ✠ CLEMENS Rom. Nō accipies personam in redarguendo de peccato, quemadmodum Helias, & Michæas redarguebant Achab, Abdemelech Aethiops Sedechiam. Nathan Dauid, & Ioannes Herodem.

(L. 7. Const. cap. 11.)

✠ AMBROS. Rex erat, & rex Samariæ Achab, Elias pauper, & indigens pane, cui victus defecisset substantia, nisi corui alimoniam ministrassent. Adeo vero deiecta erat conscientia peccatoris, vt nec regalis potentiæ fastu attolleretur. Itaque quasi vilis ac degener, inuenisti me, inquit, inimicus meus, deprehendisti in me, q̃ latere putabam. Nulla mentis meæ occulta te fallunt. Inuenisti me patent tibi vulnera mea, captiuitas præsto est, &c.

(L. de Naboth. c. 14. — C — D)

est Elias. Cumque recessero à te, spiritus domini asportabit te in locum quē ego ignoro & ingressus nuntiabo Achab, & nō īueniens te interficiet me. Seruus autem tuus timet dominū ab infantia sua. a Nunquid nō indicatū 1 est tibi domino meo, quid fecerim, cū interficeret Iezabel prophetas domini, q̃ absconderim de prophetis domini centū viros qnquagenos, & quinquagenos ī spelūcis, & pauerim eos pane, & aqua? Et nūc tu dicis, vade & dic domino tuo, adest Elias, vt interficiat me? Et dixit Elias. 2 Viuit dominus exercituū, ante cuius vultū sto, quia hodie apparebo ei.

a Iste fuit vir illius mulieris, quæ oleum in lecytho habebat, vnde miraculum factum est propter debitum, vnde pauit centum prophetas vrgebatur vendere filium, mortuus enim erat pater eius.

Abijt ergo Abdias in occursum Achab, & īdicauit ei. 3 Venitq; Achab in occursū Eliæ, & cū vidisset eum ait. 4 Tu ne es ille, qui conturbas Israel? b Et ait ille. 5 † Non ego turbaui Israel sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata dñi, & secuti estis Baalim. 6 Veruntamen nunc mitte, 7 & cōgrega ad me vniuersū Israel in mōte Carmeli, & pphetas Baal quadringentos quinquaginta, pphetasq; lucorū quadringentos, 8 qui comedunt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in mōte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populum Israel ait. c 9 † Vsquequo claudicatis in duas † partes. 10 Si dñs est Deus, sequimini eū. Si aūt Baal 11 sequimini illum. Et non respondit ei populus 12 verbum. 13 Et ait rursus Elias ad populū. 14 Ego 15 remāsi propheta dñi solus. Prophetæ autem Baal quadringenti, & quinquaginta, prophetæque lucorū quadringenti viri sunt. d Dentur nobis † duo boues, & illi eligant sibi bouem vnū, & in frusta cędentes ponāt sup ligna, tignē aūt nō supponāt. Et ego faciā bouem alterū, & imponā sup ligna, ignē aūt nō sup ponā. Inuocate nomina deorū vrorū, & ego 16 īuocabo nomē Dei mei, & Deus, q̃ exaudierit p igne, 17 ipse sit Deus. Respondens omnis 18 populus ait. Optima propositio, quā locutus

c *Vsquequo claudicatis in duas partes, &c.* ✠ CLEMENS Rom. Cum Moyses dixerit Israelitis. *Ecce posui in conspectu vestro viam vitæ, & viam mortis, &* subiunxerit Elias, *Quousque claudicatis vtroque poplite? Si Deus est dominus, sequimini eum*, merito quoque dicebat dominus: *Nemo potest duobus seruire, &c.*

(L. 7. Const. cap. 7. — Deu. 30. — Matt. 6.)

✠ THEODO. Quomodo est intelligendum, *Quousque claudicatis vtrisque poplitibus?* Et Deum adorabant, & idola colebant. Neque Deus, inquit, vult Deos qui falso nominantur coli, neque ipsi verum Deum adorari. Vos autem, & hęc, & illa facietes, neutro conseruatis beneuolentiam.

(Quæst. 55.)

✠ IRENAEVS. Helias cōuocato vniuerso Israel in montem Carmelum, volens eos ab idololatria auertere, ait eis. *Quousque claudicatis vos in ambobus suffraginibus? Si vnus est dominus Deus, venite post eum.* Et iterum super holocaustum sic ait idolorum sacerdotibus. *Vos inuocabitis in nomine deorum vestrorum, & cætera.* arguens ipsos, qui putabantur dij, deos non esse.

(lib. 3. c. 6. — E)

✠ THEODO. Cum lex iubeat in vno loco colere, cur Helias in monte Carmelo ædificauit altare? Iusto lex non est posita, sed iniquis, & inobedientibus. Israelem enim propter animi sui duritiam, in vno loco iussit colere, ne si eis data esset libera potestas adorarēt etiam falso nominatos deos. Propheta autem voluit ostendere dæmonum imbecillitatem, Dei autem vniuersorum potētiam. Fieri autem non poterat, vt eos adduceret in templum, quod erat Hierosolymis, cum esset regnum bifariam diuisum, sed in Carmelum, vbi plurimum versabatur.

(Quæst. 54. — † cogitatiōes. — † duo iuuenci & infra. — † ignemque non supponā. — F)

d *Dentur nobis duo boues, & cæt.* ✠ AVG. Sanctus Helias duos boues,

(li. 2. de mirab. sacr. scrip. c. 18.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquid non in. *Hoc dixit non ad iactantiam, sed ne Elias ipsum exponeret periculo modo prædicto.*
2 Et dixit Elias. *Assecurauit eum per iuramentum, & tunc iuit ad denuntiandum ipsi Achab Eliæ aduentum, & sic secundo fuit cognitus eius aduentus ipsi Achab, quod notatur cum dicitur.*
3 Venitque in occu. *quia desiderabat remedium famis habere.*
4 Tu ne es. *q. d. sic. & quia superbe loquebatur, ideo ad repellendā eius superbiam respondit Elias.*
5 Non ego turbaui, &c. *quia propter malitiam tuam dominus misit plagam istam.*
6 Veruntamen. *Hic consequenter describitur descensus ignis de cælo ad declarationem diuinæ veritatis, & falsitatem idololatriæ, vt sic populus Israel ad Deum conuerteretur, & beneficium pluuiæ mereretur, & hoc est, quod dicitur.*
7 Mitte, & congrega ad me. *i. maiores, & principales populi ad visionem miraculi in monte Carmeli. Iste non est Carmelus in quo manebat Nabal. vt dictum fuit supra 1 lib. c. 25. quia ille est in sorte Iudę, iste autem in sorte Ephraim.*
8 Qui comedunt de mensa. *præbebat enim eis victum, & vestitum, vt exaltarent idololatriæ cultum.*
9 Vsquequo claudicatis. *quia aliqui eorum colebant dominum, & cum hoc Baal, sicut & de Samaritanis dicitur inf. 4. li. c. 17.*
10 Si dominus est Deus. *idest, per signum visibile probetur vobis, quod Deus Israel ipse sit Deus verus, & non Baal.*
11 Sequimini illum. *ipsum colendo, & non alium.*
12 Et non re. &c. *quia ignorabat huius probationis modum.*
13 Et ait rursus Elias ad. *ostendens modum huius probationis.*
14 Ego remansi. *s. qui auderet apparere, & idololatris resistere, quia viuebant illi centum absconditi ab Abdia, vt dictum est.*
15 Prophetæ autem, &c. *q. d. si haberent veritatem pro se, deberent præualere. Cætera patent vsque ibi.*
16 Et Deus, qui exaudi. *cœlitus datum ad consumēdum sacrificiū.*
17 Ipse sit Deus. *idest, vere credatur, & colatur.*
18 Optima propo. *quia ignis descenderat super sacrificium Abel, vt dictum fuit Gene. 4. & super sacrificium Aaron in sua consecratione, vt habetur Leu. 9. in signum acceptationis diuinæ.*

Qui

A boues, vnum Domino, & alterum Baal, per se, & pphetas idolorum mactari in holocaustum rogauit, vt Dominus, qui per ignem exaudierit, ipse totius populi Deus sit. Sed Baal, q. potius igni in potestatem traditus est, super holocaustum ignem dare non poterat.

a *Facite primi, quia vos, & cæt.* THEOD. Quamobrem iussit primos peragere sacrificium? Ne pudore affecti ministri mendacij, dicerent ægre ferre Baal, quod non primus acceperit munus. Cum autē nihil effecissent, eos ludibrio habens, d. Est verisimile eum dormire, aut alijs rebus vacare, oportet ergo omnes simul clamare, vt magnitudo clamoris somnū abigat. Verbis inducti stolidi, & clamorē cōmuniter emiserunt, & se gladijs, & saromastis cōsciderūt vsque ad effusionem sanguinis. Nam cum hominum cædem spirent dæmones, homini num sanguine delectantur, quamobrem hoc modo eos colebant.

Quæst. 56.

† vel saltabant super.

CHRYSOSTO. Stabat Helias medius inter Deū, & populum, stabat inquā, inter sacrilegos sanctus, inter peccatores iustus, inter prophanos deuotus, aduocationē populis cunctis præstaturus. Ob iurgat populum, erat Deum, iram Domini auertit, & errātem populum à Dei cultura, ad Dei latriam reuocauit. Cōiungit Dominum populo, & Deo populum.

Homi. 2. de Heli.

B

b *Curauit alta.* RA. Et redēptor noster contra mūdi principem ac satellites eius decertans ac superans, altare domini, quod destructum fuerat, i. fidelium corda à labe iniquitatis purgās aream Deo dedicat, quæ ex 12. lapidibus constructa memoratur, quia ex his, qui Propheticam, & Apostolicam fidem seu doctrinā sequūtur gratissima ara Deo cōstruit, in qua sacrificiū laudis in odorē suauitatis offert.

Rabbanus. Angelom.

† spatio duorū satorum sementis.

C

c *Fecitque.* RAB. Ex contrito videlicet corde, & humiliato spiritu flumina producendo lachrymarū præ timore gehennæ, & desiderio vitæ æternæ. Ibi etiā composuit ligna, quia sanctorū dicta, & facta ad exēplum constituit credentibus, diuisitque membra bouis, & posuit super ligna, cum omnes docuit, iussitque sup holocaustū, & super ligna semel iterū actus suos ad exemplū sanctorum patrum fideles formare & tertio aquā infundere, quia omni tēpore est necesse verba cogitatus, & opa nostra in pura operatione, & cōpūctione lachrymarū mundare, & prius cessare, quā fossæ aquæductus repleantur, i. donec futurum gaudium præsenti mērori succedens perfecte compleatur. Sicq; erit iuxta illud quod sequitur. *Cecidit ignis de cælo, & v. b. & c.* quando discrimen superni iudicis dicta ac facta, & totā vitam nostrā perfecte examinans pbando nos sicut igne probatur argentū, immortales ac beatos factos in sede collocabit perpetua, vt ad instar Israelitarum in æternum gratulādo canamus: *Dominus ipse est Deus.*

D

† negotium illi est, vel meditatur, aut insecutio inimicorū, idest forsitan persequitur inimicos. Alij vertunt occupatio illi est.

E

d *Etiam tertio idipsum facite.* THEODORE. Tertio aquam infundi iussit super sacrificiū, adorandæ Trinitatis indicās numerum. Clamore autem vsus ad Deum patrum nondū finitis precibus, ignis consumpsit non solum ligna, & sacrificiū, sed & puluerem, & aquam, & lapides, ne afficeretur iniuria diuinum altare, impiis illis sacrificia dæmonibus offerentib. Hoc facto miraculo iussit interfici prophethas mendacii.

AVGVST. Idq; fine homicidij culpa, quippe qui erat in illa lege, quæ dicit. *Blasphemum non patieris viuere.* Nullo hominum idolum colit, nisi Dei blasphemus extiterit. Ac p hoc, q idololatriæ cultores mactauerat, blasphemos, & sacrilegos de terra purgabat.

libr. 2. de mir. facr. cap. 8. Leui. 24.

F

BASIL.

est Elias. Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, facite primi, quia vos plures estis, & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bouem quem dederat eis, fecerunt, & inuocabant nomen Baal, de mane vsque ad meridiem, dicentes, Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet. † Transiliebantque altare, quod fecerant. Cumque esset iam meridies, illudebat eis Elias, dicens. Clamate voce maiore. Deus enim vester est, & † forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, neque aliquis respondebat, nec attendebat orantes, dixit Elias omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se populo, curauit altare domini, quod destructum fuerat, & tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus est sermo domini dicens Israel erit nomē tuum, & ædificauit altare de lapidibus in nomine domini. Fecitque aquæductum † quasi per duas aratiunculas in circumitu altaris, & composuit ligna, diuisitque per membra bouem, & posuit super ligna, & ait. Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum, & super ligna. Rursumque dixit. Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissēt secūdo ait. Etiam tertio idipsum facite. Feceruntq. & tertio, & currebāt aquę

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui cum tulissent.* Quæritur hic, qūo acceptauerāt Eliæ propositionem. Ad quod dicendum, q compulsi fuerunt hoc facere à populo, qui approbauerat propositionem Eliæ, & qa confidebant de dæmonis potestate, qui permisit talia pōt facere. Vnde, & tempore Antichristi faciet ignem descendere de cęlo, vt habetur Apoc. 13. c. & forsitan ad eorum inuocationem alias fecerat simile.

2 *Quem dederat.* Dicit Rab. Sa. quòd bos electus pro sacerdotibus Baal declinabat ab eis, abscondens se sub pallio Eliæ, et hoc nutu diuino, quasi abhorrens idololatriæ cultum, vt sic etiam homines assistentes docerentur per animal brutum, & tunc Elias tradidit eum eis dicens, quod per eius immolationem sanctificaretur locus, sicut & per immolationem bouis alterius, quia per immolationem istius fuit detecta falsitas idololatriæ, eo quòd Baal non potuit immolantes exaudire, per alterum verò fuit manifestata veritas latriæ.

3 *Et non. & c. nec qui re.* scilicet facto ignem dando, quia potestas dæmonis erat prohibita.

4 *Transiliebantque alta.* secundum modum idololatriæ.

5 *Cumque esset.* Dies enim fuit, diuisa, ita quod prima medietas diei fuit concessa sacerdotibus Baal, in qua debebant cōplere suum sacrificium, nisi enim fuisset eis tempus præfixum, quæsiuissent dilationem.

6 *Deus enim ue.* s. secundum errorem vestrū, *& forsitan.* Irrisorie loquebatur, sciens dæmonem nihil posse, nisi quantum Deus permittit.

7 *Incidebant.* quia dæmones delectantur in sacrificijs de sanguine hominis, qui est nobilissima creatura ad imaginē Dei facta, & ideo in talibus solent dare responsa.

8 *Postquam autem tran.* idest, tempus eis præfixum.

9 *Dixit Elias omni.* quia residuum diei erat sibi datum.

10 *Curauit.* dicit Ra. Sa. quòd illud fuit altare, quod ædificauerat Saul domino, vt habetur 1. Re. c. 14. sed fuerat destructū per Iezabel, eo quòd fuerat constructum in honorem Dei.

11 *Fecitque.* In Heb. habetur sic. *Et fecit sulcum duorum sacrorum sementis in circumitu altaris.* Quod exponens Rab. Sa. dicit quod fecit fossatum paruum ad modum sulci, quadrilaterū tamen, ita quod spatium terræ inclusum intra poterat seminari semente duorum satorum. Est autem satum genus mēsuræ, & illud spatium erat 51. cubitorum in quadrum, ad similitudinem atrij, quod erat ante tabernaculum fœderis, quā fecerat Moyses, quod fuit 50 cubitorum in quadrum, sicut dictum fuit Exo. 27. & intra illud spatium erat altare prædictum, quod reparauit Elias, sicut & altare holocaustorum erat in atrio ante tabernaculum.

12 *Implete.* hoc fecit ad tollendum omnem calumniam, qa posset dici ignem prius ibi fuisse latenter, & vt miraculum esset euidentius, quod in aqua ignis valeret.

13 *Et curre. aquæ cir cum. & c.* ex redundantia.

Et

A ✠ BASILIVS. Illum qui tanquam pharmaco, ad ea, quę oportet, ira vtitur, Dominus minime condẽnat. Moses omniũ hominũ mansuetissimus, vituli idololatriam dãnãs, Leuitarũ manus in cęde fratrum armauit. Phinees iusta contra publice fornicantes ira, vt oportebat, vsus, ꝓtinus vtrũq; trucidauit. Samuel regẽ Amalech iusta ira in medium trahens, occidit. Sic itaque fit ira sæpe numero bonarum actionum ministra. Helias vero zelotes quinquaginta supra quadringentos turpitudinis sacerdotes, & quadringentos viros sacrorum nemorum, comedentes de mensa Iezabel, iusta sapientique indignatione in totius Israel vtilitatem, vt morte multarentur effecit.

Homi. 10 quæ est de ira.

✠ OPTATVS Mileuit. Videamus quare Moyses tria millia hominum iussit occidi, quare Phinees duos, quare Elias quadringentos, & quinquaginta, quare Macarius (catholicus) duos (hæreticos Donatistas,) quorum nomina quotidie flabello inuidiæ ventilatis. Omnes constat in eos vindicasse, à quibus iussio diuina cõtempta est. Nam, *Non facies tibi sculptile*, Dei vox est. Et, *Non facies adulterium*, eiusdem Dei vox est. *Non facies schisma*, &, *Quære pacem, & consequeris eam*, eiusdem Dei præceptum est. Temporibus Moysi populus caput vituli coluit, idõ tria milia occidi meruerunt, q̃a Dei vox videbatur esse contempta. Phinees adulteros percussit, & laudari à Deo meruit, quoniam diuinorum cõtemptores occidit. Quadringenti, & quinquaginta quos Elias occidisse legitur, ideo occisi sunt, quia contra iussionem Dei, Dei præcepta contempserãt. Et illi quorum nominibus Macarium criminaris, nec à falsis vatibus longe sunt, quia vox Dei dixit futuros esse falsos vates.

† retrorsum. LXX. post te. Lib. 3. contra Parmenianũ Donatist. Exod. 32. Nume. 25. 3. Reg. 18. B *Exod. 20. Psal. 33. Psal. 32. Matth. 5. Matth. 24.* C *Libr. 3. aduers. Ruff.*

✠ HIERO. Depone gladium, & ego scutum abijciam. In vno tibi consentire non potero, vt parcam hæreticis, vt me Catholicum non probem. Mori possum, tacere nõ possum, &c. Imperatorũ scripta, quæ de Alexandria, & Aegypto Origenistas pelli iubet, me suggerente dictata sunt. Vt Romanę vrbis põtifex miro eos odio detestetᷣ, meum consilium fuit.

D *Epist. ad Ctesiphontem. Epist. 204.*

✠ IDEM. Quid loquar de Priscilliano, (hæresiarcha,) qui & seculi gladio, & totius orbis authoritate damnatus est?

✠ AVGV. Malę suę voluntati impune, & crudeliter non sunt permittendi hæretici, sed vbi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Si voluntas mala suę permittenda est libertati, quare Israelitæ tam duris flagellis à malo prohibebantur? Quare Paulus non est permissus persequi ecclesiam? Quare monetur pater, non solum verbis corripere filium durum, sed etiam latera eius tũdere, vt ad bonam disciplinam coactus, & domitus dirigatur? &c.

Exo. Num. Iudic. &c. † verba † in † etsi hec d- ... Hebraice legatur dim... ti debui... loco, au... ti, omn... res. † ... A... E... Prouer. 23.

circa altare, & fossa aquæductus repleta est. [1] Cumq; iam tempus esset, vt offerretur holocaustum, accedens Elias propheta ait, Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel, ostende hodie, quia tu es Deus Israel, & ego seruus tuus, & iuxta præceptum tuũ feci omnia verba hæc. [2] Exaudi me domine, exaudi me, vt dicat populus iste, quia tu es Dominus Deus, et tu conuertisti corda eorum † iterum. [3] † Cecidit autem ignis domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoq; & aquam, quæ erat in aquæductu lambẽs. Qđ cum vidisset omnis populus, cecidit in faciẽ suam, & ait. Dominus ipse est Deus, dominus ipse est Deus. [4] Dixitque Elias ad eos. [a] Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem [5] effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi. [6] Et ait Elias ad Achab. [7] Ascende comede, & bibe, quia [b] sonus multæ pluuiæ [8] est. Ascẽdit Achab, vt comederet, & biberet.

a *Apprehendite.* RABBANVS. Sic redemptor noster adueniẽte die iudicij, mittet angelos suos, & colligent omnia scandala de regno eius, & mittent eos in stagnum ignis, vbi cruciabuntur secundum duritiam, & impœnitens cor eorum.

Angelomus. Matth. 13. c. E *Rom. 2. c.*

b *Multæ pluuiæ.* ISIDO. Nascente Christo Dei filio inter homines, & teneritudinem carnis nostræ accipiente, postquam mortem gustauit, & victor de mundo ad cœlos ascendit, imbrem gratię diuinę per septiformẽ spiritum de supernis ad terram misit, qui nos a peccato mundaret, & spirituales fructus gignere faceret.

F RABBANVS. In virtutib. Eliæ qui potentia Dei pollebat in infirmitatib. suis, quid de se poterat agnoscebat. Ibi ostendebat, quod acceperat, hic quod acceperat custodiebat. In miraculis monstrabatur, in infirmitatibus seruabatur.

Elias

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fossa aquædu. *Ex hoc videretur alicui, quod dictum Rab. Sa. esset falsum, quia 12. hydriæ aquę non sufficerent ad replendum fossatũ tantæ longitudinis, scilicet ducentorum cubitorum in circuitu, quia quodlibet latus habebat quinquaginta cubitos secundum ipsum. Ad qđ respondet dicens, q̃ vnus de effundentibus illas hydrias Eliseus fuit, qui venerat illuc cũ alio populo, quãuis nondum esset Eliæ discipulus, & effundendo hydriam suam effudit aliquam partem eius à casu sup manus Eliæ, & tunc aquæ fluere cœperunt de digitis eius miraculose, sicut de fontibus abundantibus, & per hoc fossatum fuit repletũ. Ad concordiam autem huius adducit illud, quod habetur inf. 4. lib. c. 3. de tribus regibus aquam quærentibus per intercessionem prophetæ, & respondit vnus de seruis regis Israel.* Est hic Eliseus filius Saphat, qui fudit aquam super manus Eliæ. *q. d. iste est aptissimus ad quærendum signum aquæ, quia per effusionem aquæ de manu sua factum fuit miraculum in multiplicatione aquæ modo prædicto.*

2 Domine. *hanc orationem creditur fecisse alte, vt posset audiri ad Dei honorem, & populi conuersionem.*

3 Et iuxta præ. *s. immolando in excelsis extra Hierusalem post templi ædificationem, quod erat illicitum, nisi ex speciali dispensatione diuina, quod fecerat Elias in proposito, & Deus hoc ostendit per ignem descendentem super holocaustum eius. Cætera patent in littera.*

4 Dixitque. *Hic describitur prophetarum Baal occisio, cũ dicitur.*

5 Apprehendite prophetas Baal, &c. *videbat enim Elias populum feruentem ad honorem Dei propter recentiam miraculi visi, & io voluit accelerare mortem sacerdotum, qui deceperant populum, ne Iezabel induceret regem maritum suum, & rex populum ad seruandum vitam ipsorum.*

6 Duxit eos. *vt eorum cadauera in torrentem proijcerentur. Interfecit autem eos Elias per populum sibi in hoc assistentem, & aliquos forte occidit manu propria zelo diuinæ iustitiæ, sicut & Samuel legitur regem Amalec occidisse supra li. 1. cap. 15.*

7 Et ait. *Hic ponitur signum de datione pluuiæ ad tollendum siccitatem, et famem cum dicitur.*

8 Quia so. *i. imminet de propinquo, quia pluuia facit sonitum in cadendo, & quanto grossior est, & densior, tanto fit sonitus maior.*

3 Et / 1 Et

MORALITER.

† *Dominus.* ostenditur q̃ prędicator veritatis cõsiderare debet opportunitatem temporis ad prędicãdũ, quia scriptum est Eccle. 3. b. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Propter quod super illud Mat. 23. d. *Ecce ego mit. ad vos sa. & scri.* dicit Hiero. Sapientes, qui nouerint quando debeant proferre sermonẽ.

† *Cumque.* per sacrificiũ Elię significatur sacrificium prędicatoris de propria carne. vnde Paulus prędicator veritatis dicitur. 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum, & in ser. re. &c.* Et ad hoc sacrificiũ offerendũ inducit nos Apostolus Rom. 3. a. *Obsecro vos fratres per mise. Dei, vt exhi. cor. vestra ho. viuentem, sanctã, Deo pla. rationabile obse. vestrum.* Sed quoniam non solum caro, sed etiam spiritus hominis est offerendus, ideo ad hoc significandum facta fuit trina effusio aquę super Elię sacrificium, per quã significatur triplex effusio lachrymarũ, s. lachrymarum contritionis ex recordatione peccatorũ propriorũ Esa. 38. c. dixit Ezechias dño. *Recogitabo tibi omnes an. me. in ama. animæ meæ.* Et ibidem sibi dicitur a domino: *Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam.* Effusio scũda est lachrymarũ cõpassionis ex cõpassione ad Christum pro nobis passum. Io. 20. c. *Maria stabat ad mo. fo. plo.* Tertia vero effusio est lachrymarum deuotionis ex dilatiõe pręmiorũ Ps. 40. a. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa. die ac noc. Seqᷣ. Trãsibo in lo. ta. adm. vsq; ad do. Dei.*

Lachrymarũ effusio triplex.

4 *Dixitque.* qui interpretatur deuorator, ideo per prophetas Baal intelligunt doctores, & prędicatores falsitatis, propter questũ tẽporalẽ. Per hoc ergo, q̃ Elias prophetas Baal occidit, vt dicitur in tex. significatur, q̃ prędicator veritatis debet tales falsos prędicatores, & doctores peruerse gladio verbi diuini, & denuntiare eos occidẽdos per sententiam Dei.

† Elias

a *Elias autem ascendit, &c.* ✠ CHRYSOSTOM. Sancti cum summo studio, & maxima vehementia orabant, vt etiã totũ corpus inflecterent. Beatus Helias orans, primum quidẽ quæsiuit solitudinem, deinde cum posuisset caput inter genua, & seipsum cum magno ardore in cæderet, ita fundebat preces. Si vis autem eum etiam videre rectum stantem in oratione, vide eum rursus extensum in cœlum, & ita extensum, vt etiam ignem è cœlo deijceret. Ita etiam quando voluit suscitare filium viduæ, cum totum seipsum expandisset, confecit eam ad resurrectionem, non interrumpens, neque oscitans, sicut nos, sed animi in orando alacritate incensus.

In Ps. 129. † vola. Orat. in Maximum.

✠ NAZIANZENVS. Helias libenter in Carmelo cœlesti philosophiæ operam dabat, & Ioannes in deserto, & Iesus ipse preces locis ab hominum commercio semotis tribuebat, hoc exemplo præscribens, nobis quoque faciendum esse, vt quietem amplexemur, ac nos ex hominum frequentia in solitudinem afferamus, vt sine vlla fæce Deum alloquamur.

a Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & † pronus ĩ terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum. Ascẽde, & prospice contra mare. Qui cum ascẽdisset, & contẽplatus esset, ait: Non est quicquam. Et rursum ait illi: Reuertere septem vicibus. In septima autẽ vice, ecce nubecula parua quasi † vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait: Ascẽde, & dic Achab. Iunge currum tuum & descẽde, ne occupet te pluuia. Cumque se verterẽt huc atque illuc, ecce cœli † contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. b Ascendens itaque Achab abiit in Iezrahel, & manus domini facta est sup Eliã, accinctisque lumbis currebat ante Achab donec veniret in Iezrahel.

b *Facta est pluuia grandis, &c.* ✠ AMBROS. Elias sanctus reserauit ieiunijs suis cœlum, terram orationibus fœcundauit. Illius enim siccitatem conuertit in pluuiam, huius sterilitatem conuertit in partum. Tãta enim eius precibus orbem terrarum imbrium largitas irrigauit, vt arida reuiuiscerent, mortua resurgerent, languentia sanarentur.

Serm. 31. Lib. de Helia cap. 2. † obtenebrati.

✠ IDEM. Ieiunus filius viduæ ab inferis suscitauit, ieiunus pluuias ore deposuit, ieiunus ignes è cęlo eduxit, ieiunus curru raptus est ad cœlum, & quadraginta dierum ieiunio diuinam acquisiuit præsentiam. Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunauit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et pronus.* Vt deuotius oraret ad diuinum beneficium impetrandum pro communi populo. Licet enim Deus velit aliquando aliquid facere, vel fieri, tamen cum hoc vult facere per orationes sanctorum.

2 *Ascende.* Ad videndum si ascenderet aliqua nubes, quæ esset signum imminentis pluuiæ.

3 *Reuertere, &c.* Per hoc designabatur vniuersitas vitiorum quibus Achab, & populus Israel erant irretiti, propter quæ prohibitæ fuerãt pluuiæ. Quod autem vniuersitas vitiorum per septenarium designetur, dicit Grego. homil. 25. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ vniuersis vitijs plena fuit. Ratio vero figuralis accipitur respectu noui test. cuius vetus testamentum figura fuit, secundũ quod dicitur 1. Cor. 10. c. *Omnia in figura contingebant illis,* quia post septem Christi mysteria, scilicet, conceptionis, natiuitatis, baptismi, prædicationis, passionis, resurrectionis, ascensionis, descendit abundanter pluuia gratię super Apostolos in die Pentecostes, vt habetur Act. 2. e.

Septem Christi mysteria.

4 *Cumque.* Iũgẽdo regis currũ, & præparãdo se ad recessum.

5 *Et manus.* Dans ei fortitudinem, & agilitatem ad currendum velocius ad ciuitatem, quam equi regis.

MORALITER.

† *Elias autem.* Per hoc autem, quòd Elias suis precibus pluuiam impetrauit, significatur, quòd per orationes deuoti pastoris, vel prędicatoris impetratur gratia saluatoris.

ADDITIO I.

In cap. 18. vbi dicitur in postil. *Vsquequo claudicatis in duas partes.* quia aliqui eorum colebant Deum, & cum hoc Baal, sicut de Samaritanis dicitur.

Samaritani non colebant Deum, sed deos suos, vt inf. 4. li. de eis dicetur, nisi quod timebant Deum, aliud enim est timere Deum, & aliud Deum colere. Timor enim seruilis potest esse sine charitate, non tamen cultus Dei, qui in fide, spe & charitate consistit secundum August.

ADDITIO II.

In eod. c. 18. vbi dicitur in postil. Quæritur hic quomodo acceptauerunt Elię propositionem.

Potest dici, q̃ prophetę Baal tanquam penitus infideles, sicut non confidebant de suis dęmonibus, q̃ facerent ignẽ descendere, ita nec credebant, quòd hoc faceret Elias, & sic non timebant cum eo intrare ad examen. quòd si per orationem Elię ignis non descẽdisset, prophetę Baal essent securi.

REPLIC. In c. 18. vbi postil. exponendo claudicationẽ in duas partes de Samaritanis ponit exemplum, qui colebant dominum, & cum hoc Baal, cõtradicit Burg. asserens, quòd Samaritani non colebant Deum, sed solum timebant dñm, addẽs quòd multum refert inter colere, & timere. Sed hoc factum Burg. non est pertractione dignũ, quia est contra rotundum textum 4. Reg. 17. vbi bis dicitur, quòd colebant, et semel tantum, quod timebant, sed persuasio Burg. ad hoc, q̃ Samaritani non colebant Deum pugnans, includit periculosum errorem, si enim, vt ipse putat, & dicit, nullus est cultus Dei, nisi fiat in fide, spe, & charitate, sequitur sacerdotem in peccato mortali missam celebrantem, nec colere, nec sacrificare, nec conficere, quia illa sunt veri cultus Missę, esto ergo cultum extra charitatem salua fide, & forma ecclesię fore verum cultum, sed non placidum Deo, neque perfectum secundum omnes conditiones Theosebię. Sicut enim secũdum doctores conceditur fidem informem esse veram fidẽ, & secundum eam quis dicitur fidelis numero, & forma, quãuis non in merito, ita oportet concedi cultum informem, qui hic dicitur claudicatio, & per hoc ad Beatum Aug. dicit quod loquitur de cultu Dei formato charitate.

CAP. XIX.

A N*Vntiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecer. &c.* Sequitur.

b *Timuit ergo Elias, & surgens abiit, &c.* RAB. Sancti viri subleuante spiritu ad summa rapiuntur, quamdiu vero in hac vita sunt, ne superbiant tentationib. reprimuntur, hinc est quod Elias cum tot virtutibus processisset, Iezabel postmodum quamuis reginam tamen mulierculam fugit, & qui mortuos suscitabat, ventura prouidebat, alia quoque præclara faciebat, timore percussus de manu mulieris mortem fugit, de manu Dei mortem petit, nec accipit.

Angelomus. Rabbanus.

B ✠ Theod. Cur cũ tantas habeat vires, solam timuit Iezabel? Quoniam non solum erat propheta, sed etiam homo, & alioqui timor erat diuinæ dispensationis. Nam ne miraculi magnitudo eius spiritus nimis attolleret, concessit gratia naturæ, vt timorem susciperet, vt suam agnosceret imbecillitatem.

†vel genistam

Quest. 47.

C ✠ Amb. Desertum, fuga est bona, ad quod fugit Elias, Eliseus, Ioannes Baptista. Fugit Elias mulierem Iezabel, i. effusionem vanitatis, & fugit ad montem Oreb, quod significat exsiccationem, vt siccaretur in eo carnalis profluuium vanitatis, & cognosceret plenius Deum.

l. de fuga seculi, cap. 6.

✠ IDEM. Asperiores tentationes has esse cognouimus, quæ fiunt per mulieres. Iob tentatus est etiam per mulierem. Per Euam Adam supplantatus est. Quid dicatur, quod etiam Heliam Iezabel cruenta persecuta est? Quid Ioannem Baptistam Herodias fecit occidi? Singulæ singulos. Mihi quo minora longè merita, eo tentamenta grauiora. Virtus infirmior, sed plus periculi, &c.

Epist. 33.

c ✠ *Tolle animam meam, &c.* Amb. Anima in illo sinu ac recessu patrio festinat audire sermones Verbi, & cum audierit, super oẽm suauitatem accipit. Moyses in monte positus, cibum corporis non requirebat. Elias ad illam festinãs requiem, rogabat vt acciperetur anima sua a se. Petrus aspiciens in monte dominicæ resurrectionis gloriam, nolebat decedere, dicens, *domine, bonum est nos hic esse.* Quanta igitur illa diuinæ substantiæ gloria, quanta Verbi bona, in quę concupiscunt, & angeli prospicere?

Epist. ad Irenæum c. 52. Isa.

D

CAP. XIX.

a Nvntiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset vniuersos ꝓphetas Baal gladio: Misitq; Iezabel nuntium ad Eliam dicens, Hæc mihi faciant dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero aĩam tuam, sicut animam unius ex illis. † b Timuit ergo Elias, & surgens abiit quocunque eum ferebat voluntas. Venitq; in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerũ suum, & perrexit in desertum viam vnius diei. Cumq; venisset, & sederet subter vnam †iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur, & ait, c Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Proiecitque se, & d obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eũ, & dixit illi, e Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo, & bibit, & rursum obdormiuit. Reuersusque est angelus domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi, Surge, & comede. Grãdis enim tibi restat via. f Qui cum surrexisset, comedit & bi-

✠ Chrys. Si mortem meliorem mœrore credebat, quare & patriam, & populum, ne mortem incurreret reliquit, & fugit? Quo modo mortem quã tunc fugerat, nunc requirit? Vt videas hinc etiam quomodo morte peior est mœror. Ita & Ionas tristitiam fugiens, confugit ad mortem. Sic & Dauid mortem requirit. *Notum, inquit, fac dñe mihi finem meum.* Bonorum vices maximas sperabat, multa brauia, innumerabiles retributiones, claras ac validè florentes certaminum coronas.

Episto. ad olympiam.

E *†vel, vidit.*

d *Et ecce angelus domini tetigit.* RAB. Angelus qui Eliam pauit, magni consilii angelum signat, cuius opera tam in corporali, quam in spirituali natura sustentamus.

F

e *Et ecce ad caput suum, &c.* RABBAN. Elias bis pastus exprimit nostræ naturę infirmitatem, quibus non sufficit simplex pastus, sed duplex, quatenus ad superna valeamus ascẽdere. Sicut. n. corpus sine alimento corporali subsistere nequit, ita nec anima viuere potest sine verbo Dei.

f *Qui cum.* ✠ AVG. Moses, & Helias, & ipse Dominus, quadraginta diebus ieiunauerunt. Præcipitur autem nobis, & ex lege, & ex prophetis, & ex ipso euangelio quod ab eis testimonium habet.

In Psal. 110. Senten. 64 de temp. Epistol. 119 cap. 15.

✠ Idem. Merito etiam nos hunc dierũ numerũ custodire debemus ieiuniis, quem ꝑ talia excẽpla legimus consecratũ.

✠ Idem. Quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Mosi, & Helię, & ex euangelio quia totidem diebus Dominus ieiunauit, demonstrans Euangelium non dissentire a lege, & prophetis.

BER-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIX.

NVntiauit aut. *Postquam descripta est prophetarum Baal occisio, hic consequenter occasione huius ponitur Eliæ persecutio, Circa quod primo describitur humana trepidatio, secundo angelica prouisio, ibi.* Ecce angelus Domini. *tertio diuina consolatio, ibi:* Et ecce sermo Domini. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Nuntiauit aũ. *quasi compatiens prophetis Baal occisis, & ex hoc patet eius malitia obstinata, postquam viderat tot signa mirabilia & ex hoc vxor eius audaciam accepit occidendi Eliam, vnde subditur.*

2 Nisi hac hora cras. *Eam a corpore separando. credebat, n. ista mulier quod propter istud verbum non fugeret, eo quod constanter se ostenderat Achab quærenti ipsum ad mortem, sed Deus eum permisit timere ex humana fragilitate, ne nimis eleuaretur ex constantia præcedenti, ideo sequitur.*

3 Ti-

3 Timuit ergo. *Verbum mulieris qui non timuerat offensam regis.*

4 Et dimisit. *s. filium mulieris viduæ quem suscitauerat, & quẽ mulier ex deuotione ei tradiderat, vt eum erudiret, & puer Eliæ ministraret, & hic dicitur fuisse Ionas propheta. Veruntamen quia volebat ingredi desertũ, & absque ulla prouisione, quod uidebatur durum pro puero, ideo dimisit eum.*

5 Petiuit animæ. *i. petiuit a Deo, quod animam suam de corpore acciperet. Optabat. n. magis mori, quam uidere per idololatras contemptum Dei.*

6 Et obdormiuit. *Fatigatus ex labore, & ieiunio.*

7 In vmbra iuni. *arbor est crescens in desertis, cuius vmbrã serpentes fugiunt, vt dicit Plinius, & ideo in vmbra eius homines securè dormiunt.*

Iuniperi.

8 Et ecce. *Hic consequenter circa Eliam ponitur angelica prouisio, videlicet de cibo, quia famelicus erat, & lassatus, & patet litera vsque ibi.*

✠ Et ambu-

MORALITER.

1 *Nuntiauit autem.* Sequitur.

† *Misitque Iezabel.* Sicut in. expositione sacræ scripturæ fit aliquando transitus a capite Christo ad eius membra propter mutuam connexionem, sic etiam fit transitus ab vno Christi mẽbro ad aliud pp eandem rõnem, igitur sicut per Eliam significatus est bonus doctor, vel prædicator, ita hic per eum significatur bonus discipulus doctoris, vel prædicatoris, aut imitator. Per hoc ergo quod Elias fugit a facie Iezabel, significatur quod bonus discipulus fugere debet concupiscentiam carnis, quæ signi ficatur per Iezabel, eo quod inter-

interpretatur fluxus sanguinis, ex cuius abundantia excitatur carnis concupiscentia.

† *Et perrexit in desr.* Per quod significatur religionis ingressus, vel austeritas victus. Sed quia post ingressum religionis, vel inchoationẽ vitæ austerioris aliqui tepescunt, iõ subdit.

6 *Et obdormiuit in vmbra.* Tepor enim aliquando nominatur in scriptura sopor.

8 *Et ecce an.* nam angelus custos eum excitat ad bonum exercitium di. *surge.* per mentis vigilantiam.

† *Et comede.* sacram Eucharistiam.

† *Grandis.* q. d. ipsa est tibi viaticum ducens ad patriam, ideo sequitur.

A ✠ BERNARDVS. Heliæ vtique cibus allatus est ab angelo, quo nullus in humana consuetudine vilior inuenitur, s. panis, & aqua, tanta tamen fortitudo collata est, vt quadraginta diebus ambulans, non fatigaretur, nec esuriret.

Serm.4. in Psal.90.

✠ PASCHASIVS Corbeiensis. Hoc potu, ac cibo Helias de manu angeli pastus, quadraginta diebus, per quos præsens seculum designatur, vsque ad montem Dei dicitur peruenisse. B Ex quo patenter innuitur, quod cibus iste (Eucharistiæ corporis, & sanguinis Christi) manib. angelicis defertur & refertur, per quem nostra infirmitas releuatur.

l. de corpore & sang. Dom. ni in Eucha,c, 10.

✠ GRITMVNDVS. Auers. Si Helias virtute illius refectionis quadraginta dieb. totidemque noctib. vixit, quato magis ex uirtute diuini conuiuii, in quo nō iā subcinericios panes, sed ipsius Dei Verbi ppriā carnē, & sanguinem de manu eiusdem sumimus Christi, potest quis sanguinem melius sustentari? Denique & hoc de quibusdam sanctis patribus legimus, qui nullum aliud sumentes edulium, sola communicatione dominica diebus tantum dominicis saginati multis annis vixerunt.

l.2. de veritate Euch.

RAB. Sic & nos dum inertiæ somnum a nobis excutimus necesse est, vt diuino solatio confortati, gressu bonorum operum per omne tempus vitæ præsentis summopere festinemus ascendere in montem Dei, & in locum sanctum eius, vt ibi requiem inueniamus æternum.

a *Zelo zelatus sum, &c.* ✠ Ambr. Zelus ad uitam est diuina præcepta seruare, & amore domini eius custodire mandata vt fecit Phinees. Zelum habuit Elias, & ideo raptus ad cœlū est. Zelum habuit Mathathias, qui aduersus sacrilegia Antiochi excitauit Dei plebem. Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putant qui sunt hostes Dei, quamuis patrem, fratres, sorores. Omnibus dicit sicut dixit Dauid, *Inimici facti sunt mihi, &c.*

In Psal.118. Octon.17. Num.25.

b *Derelictus sum ego solus, &c.* ✠ Ambr. Seruus Dei exul est mundi, fugitans corporis passionum, abdicat se omnib. ut solus remaneat sicut Elias dixit. *Et ego relictus sum solus.* Sed nō erat solus cum quo erat Dominus.

Psalm. 138. l. de fuga seculi, cap.2.

1 bit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta 2 diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad montem dei Ho-3 reb. Cumque venisset illuc, mansit in spelunca. Et ecce ser-4 5 mo domini ad eum. Dixitque illi, Quid hic agis Elia? At il-6 a le respondit, Zelo zelatus sum pro domino Deo exercituū, 7 quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel. † Altaria tua de-8 b struxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant 9 eam. Et ait ei, Egredere, & sta in monte coram Domino. Et 10 11 c ecce dn̄s transiit, & spiritus grādis, & fortis, subuertēs mon-12 d tes, & conterens petras ante dn̄m, Nō in spiritu dn̄s. Et post 13 14 spiritum commotio, Nō in commotione Dominus. Et post

c *Et spiritus.* RAB. Spiritus ante dominum euertit montes, & petras conterit, quia pauor qui ex aduentu eius irruit, & altitudinē cordis nostri deiicit, & duritiā liquefacit. Sed spiritui commotionis, & ignis non inesse dominus dicitur, esse vero in sibilo auræ tenuis non negatur, q. cum mens contemplatione suspenditur quicquid perfectè cōspicit Deus non est, cum subtile aliquid cōspicit, hoc est quod de incomprehēsibili substātia audit. Quasi. n. sibilum tenuis auræ percipimus, cum sapo rem incircunscriptæ veritatis cōtemplatio ne subita subtiliter d gustamus. Post auræ tenuis sibilum vultū suum propheta pallio operuit, quia in ipsa cōtemplatione veritatis quanta ignorantia homo tegatur agnoscit. Vultui namque pallium superducere, est mētem consideratione propriæ infirmitatis velare, ne altiora se q̄rere audeat. Spelunca est nostræ corruptionis habitatio, sed cum aliquid percipere de diuinitate incipimus, iam quasi in speluncæ nostræ ostio stamus. Quia. n. progredi perfectè non possumus, ad cognitionem. tamen veritatis inhiantes, iam aliquid de libertatis aura captamus. In ingressu ergo speluncæ stare, est repressio nostræ corruptionis obstaculo ad cognitionem veritatis incipere exire.

D Rabbanus. Angelomus

† Ro.11.2. E

† ventus F

d *Non in spi.* i. non arbitreris, quod cum vento veniat dominus, sed post spiritum commotionis, i. turbinem & impetum venti transibit ignis, deinde sibilus auræ tenuis, post hoc transibit dominus, vt loquatur tecum.

✠ THEODORET. Præter hæc autem Heliam docuit, q. lenitate, & clementia regere, & administrare statuerit humanum genus, & quod ei eēt facile fulmina, & fulgura immittere in impios, & terram quassare, extemporaleque eis efficere sepulchrum. Hoc. n. dixit, *Et spiritus magnus, & potens, &c.* Per hæc ostendens quod lenitas, benignitas, & clementia sola est Deo grata. Vnumquodque autem aliorum attrahit hominum improbitas.

Quæst. 57.

✠ R. DAVID. Deus Eliæ compensationē reddidit pro zelo suo,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ambulauit. *Ex hoc videtur scriptura attribuere iter Eliæ ieiunanti xl. diebus, & xl. noctibus virtute cibi illius, propter quod dicit Aug. libr. de mirabilibus sacræ scripturæ, quod ille cibus angelicis manib. pparatus habuit talē uirtutē, quod potuit diu seruare naturā corporis a consumptione cal di naturalis, propter quam requiritur sumptio cibi ad reficiendum id quod consumptum est, vt habetur, primo de Generatione.*

2 Vsque ad montē Dei. *vbi Deus dedit legem, & ideo ibi voluit apparere Eliæ, qui fuit maxime zelator legis diuinæ.*

3 Mansit in spelunca. *dicit Rab. S al. quod ista fuit spelunca in qua stetit Moyses, quando gloria Dei transiuit ante eum, ut habetur Exo.32. in fi.*

4 Et ecce sermo domini. *Hic consequenter circa Eliam ponitur diuina consolatio, quia reuelauit sibi plures bonos, s. septem milia remansisse in populo, aliàs in terra Israel, & tres in breui suscitandos ad punitionem malorum. Igitur circa hoc ponitur primo diuina reuelatio secundo Eliæ executio, ibi.* Profectus ergo. *Circa primum dr.*

5 Quid hic agis Elia? *Hoc non quæsiuit Deus ex ignorantia, sed vt ex responsione Eliæ ei conuenientius nuntiaret voluntatem suā.*

6 Zelo zelatus sum pro domino. *i. ex toto corde zelaui pro lege Dei.*

7 Altaria. *Non loquitur hic de altarib. q̄ erant in Ierusalem, s. altare incensi, & altare holocaustorum, quia illa manebant, sed de altaribus quæ fuerunt facta in excelsis, tempore quo licitum erat ibi immolare Deo ante ædificationem templi, & licet post templi ædificationem non esset licitum ibi Deo immolare, vt dictum est ca. præcedenti. nisi ex speciali dispensatione Dei, tamen minus malum erat ibi Deo immolare, quam idolis. Ideo destructa fuerant in contemptum Dei, & ad idololatriæ exaltationem, & propter hoc plangebat Elias eorum destructionem.*

8 Et derelictus. *quia pauci remanserant a persecutione Iezabel, sicut dicitur, rex est solus in domo sua, quamuis sint ibi multi, sed sunt ibi pauci comparatiue ad multitudinem, quæ solet cum eo esse.*

9 Egredere. *scilicet, de spelunca.*

10 Et sta in monte. *paratus ad audiendum eius uerbum.*

11 Et spiritus. *i. ventus grandis.* subuertens mon.

12 Non in spiritu. *idest tunc non audies verbum Dei loquentis, sed postea.*

13 Et post spiritum. *idest, terræmotus.*

14 Et post com. *visibiliter ante Eliam transiens. Ista autē transibant ante spiritum suauem designantem Dei præsentiam, ad designādum terrorem potestatis diuinæ, sicut Ex.16. quando dominus descendit super montem Sinai ante eum cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operuit montem, illa tamen facta fuerunt ministerio angelico.*

MORALITER.

1 *Et ambu.* per hanc ambulationem Eliæ significatur processus de bono in melius vsque ad perfectionem vitæ, quæ est perueniendo vsque ad patriam in spe, tamen, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia, & meritis proueniens. Per xl. vero dies naturales qui consurgunt ex ductu denarii per quaternarium, significatur obseruatio decalogi in fide Christi descripta in libris quatuor euangeliorum.

3 *Cumque venisset.* in obscuritate fidei quæ est in ænigmate, quia quantumcunque proficiat homo in vita præsenti, tamen adhuc manet sub fidei cognitione, quę multum distat a patriæ claritate, ideo subditur,

5 *Quid hic.* q. d. non est adhuc tempus perfectæ quietis, sed laboris pro salute proximorum, cum necessitas hoc requirit, & in hoc arguit illos, qui pro sua quiete magis volunt contemplari, dimissa proximiorum necessitate.

GRE. Qui solitudinis loca quęrunt, hęc scire dīt, quod tot animarum rei sunt, quot in publicum prodeūtes prodesse potuerunt, ideo sequit. 9 *Egredere, &c.* paratus vocē † eius

suo, ducens eum mirabiliter per desertum vsque ad montē Horeb, vna refectione illum confortans quadraginta dieb. & noctib. & tandem maiestatem suam gloriosam illi ostendens, in loco, vbi & Mosi famulo suo gloriam suā ostendit.

✠ R. LEVI. Horrendus ille ventus, & fragor, & ignis, a Domino Eliæ ostensus est, vt illum doceret, impiorum hominum magis desiderādam pœnitentiā, quam perditionem, & sustinendum peccatorē ad tempus, quā subito perdedū. Elias autem nimio feruens zelo, nullum putabat peccatori dādum pœnitentiæ locum. At Dominus non inuenitur in turbine impetuoso, in fragore omnia concutiente, aut in igne omnia subito deuastante, sed in voce placida, & gracili.

a *Ego solus, &c.* RAB. Tanto prophetæ quid difficile fuit cognoscere in hoc mundo famulos remāsisse Deo? Sed qui humilis etiam occulta Dei nouerat, elatus & aperta nesciebat. Vnde certum est, quod humilitatis radio se illuminat, qui aliorum bona subtiliter pe . sat, quia dum ea quæ ipse fecerit facta foris, & ab aliis conspicit, eum qui de singularitate, intus erum pere nititur, superbiæ tumorem premit. Hinc est, quod voce Dei ad Eliam solum se æstimantem dicitur. *Reliqui mihi septem.m.v.* vt dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam quæ ei de singularitate surgebat, inclinaret.

b *Vnges,* ✠ Theod. Si prophetam vnxit, & eos spiritali gratia impertijt, ea etiam vnxit alios. Etenim Elisæus spiritali p eū accepta gr̄a, obtulit illis chrisma, & spiritali gr̄a eos īptijt. Non aliter nisi quod eum regem futurum prædixit. Eliseum non aliter quam pallium suū iactans super eum. Illos duos reges, nec ipse per se, nec discipulus eius Elisæus vnxit, sed quidam prophetarum missus est, vt vngeret Iehu.

c *Quicunque.* Rab. Nocentes, iustitia diuina alios per reges plecti facit mucrone, alios per prophetas, & sacerdotes transuerberat gladio linguæ.

d *Profectus.* Cum redemptor noster descendens de cælo diuino iudicio ac quisiuit populū adhuc terrenis operibus inhiātem, in quo salutem fecit, cū eum ad fidem conuertit. Elias .n. interpretatur, Dominus Deus Saphat, iudicans, Elisæus Dei mei salus. Super quem propheta pallium suum misit, cum Dominus populum fide Catholica induit. Vnde Apostolus. *Qui in Christo baptizati estis, Chris. in.* Relictis bobus currit post Eliam, quia electorum chorus audito, *Nisi quis renunc. o. non po.m.e.d.* statim cessauit terrenis lucris inhiare, secularibus desiderijs deseruire, & sic alijs verbum vitæ prædicauit, hoc est enim osculari patrem, & matrem, quoscunque potest siue de Iudæis, siue de gentib. sermone velle corrigere.

e *Et mactauit illud.* ✠ Ambr. Cæterum Deus non uult simul effundi opes, sed dispensari: nisi forte vt Heliseus, qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus, in disciplinam se propheticam daret.

RAB. Populus quoque Christianus carnalia desideria mactans totum exercitium suum in opus euangelizandi conuertit, vnde sufficientem pastū adiutoribus suis præbere possit.

f *Secutus.* RAB. Nostrum Eliam sequitur, & ministrat ei qui vestigia eius sequens, hoc est mandata illius obseruans, ministerium, & bonorum condignè satagit exhibere.

(Marginal notes: † De sacr. vnctio. c. vnico. — Gal. 3. d. osculatus est eum. — † Quid. n. feci tibi. † 86. dist. cap. non satis est. vers. item dominus. — Quæst. 58. — Rabbanus Angelom. — † Reg. 11. a. Ecc. 48. a. — Luc. 14. g. — L. 1. of. c. 30.)

commotionem ignis: non in igne dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. Et ecce vox ad eum dicens. Quid hic agis Elia? Et ille respondit: Zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Et ait dominus ad eum. Vade & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum: †Cumque perueneris illuc, vnges Hazael regem super Syriam, & Iehu filium Namsi vnges in regem super Israel. Eliseum aūt filium Saphat, qui est de Abelmeula, vnges prophetam pro te. Et erit quicunq; fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu, & quicunque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliseus. † Et derelinquam mihi in Israel septem milia virorum, quorum genua nō sunt incuruata ante Baal, & omne os quod non † adorauit eum osculans manum. Profectus ergo inde Elias reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat. Cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait. Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei, Vade, & reuertere. † Quod enim meum erat feci tibi. Reuersus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt. Consurgēsque abiit & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quod cum audisset Elias. *Quasi aliquo modo territus, vel ex reuerentia diuini transitus. Cætera patent ex prædi. vsq; huc ibi.*

2 Vnges Haza. *Ad sui consolationem nominat sibi tres personas promouendas ad idololatrarum destructionem, & patet litera vsq; ibi.*

3 Interficiet. *Quòd autē Hazael, & Iehu multos idololatras de Israel interfecerint, satis habetur expressum inf. 4 sed q Eliseus aliquos interfecerit, non legitur nisi de quadraginta duobus quibus maledixit, propter quod vrsi lacerauerunt eos, vt habetur inf. 4. lib. c. 2. erant. n. illi filii idololatrarum, & idololatriam iam addiscentes: erant. n. de Bethel vbi colebatur vnus vitulus aureus, vt dictum est supra 12. cap. sed credendum, quòd verbum Domini in eo fuerit adimpletum.*

4 Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum. *Hoc etiam dicitur ad consolationem quòd cum eo adhuc essent in Israel multi ab idololatria mundi.*

5 Osculans manum. *s. idoli ad eius reuerentiam, vel osculans manum propriam, secundum quod dicitur Iob 26. c.* Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam. *in signum reuerentiæ.* Vnde ibi subditur, *Quod est iniquitas maxima,* id est, idololatria.

6 Profectus ergo inde Elias, &c. *Hic consequenter ponitur mandati Domini executio per Eliam vngendo Eliseum in Prophetam, quem primo reperit de tribus prædictis cum dicitur.*

7 Misit pallium. *Hæc. n. pallii impositio vocatur vnctio, vel et cū hoc vnxit eū, licet non sit scriptū, quia non omnia scribuntur. Quòd aūt vnxerit Hazael non habetur, nisi q infra 4. lib. c. 8 dicitur, q Eliseus eius discipulus dixit ipsi Hazael ipsum fore regem Syriæ, & forte tūc vnxit eū, licet non sit scriptū. De Iehu vero scribitur inf. 4. lib. c. 9. q Eliseus misit vnū de filiis prophetarū ad vngendū eū regem sup Israel.*

8 Qui sta. *Volēs omnino adhærere ei, motu instinctu spiritus sancti.*

9 Tulit par. *Prægaudio enim suæ vnctionis fecit conuiuium sociis suis, & vicinis.*

CAP.

MORALITER.

† ius audire, & opere adimplere. Tamen dicuntur hic tria transire antequam domini vox audiatur. Primum est spiritus fortis, per quem superbia vitæ significatur. Secūdum est commotio, per quam concupiscentia mūdi, qui est semper in commotione. Tertium est ignis per quem concupiscētia carnis intelligitur. Hæc. n. tria oportet transire, & totaliter auferri ab eo qui aure mentis audire desiderat verbum Dei.

† *Et post ignem sibilus auræ te.* quia post transitum prædictorū adest suauitas sp̄ussancti per sibilū tenue, vel dulcem significata, ideo subditur, *Ibi do.* quid autem audiat a Dño, subdit.

2 *Vnges Haza.* Dicitur. n. ei quod ungat duos reges ad puniendum idololatras gladio, & vnum prophetam verbo. Per quod significatur, quod in ecclesia aliqui di mittuntur puniendi gladio materiali, aliqui vero puniuntur tantum gladio spirituali.

ADDITIO.

In capitul. 19. ubi dicitur in postill. *Altaria tua domine destruxerunt,* non loquitur hic de altaribus quæ erant in Ierusalem, &c.

Rōnabiliter pōt dici q hic loquitur Elias de ipsis altarib. Ierusalem

rusalem Licet.n.ipsa altaria non essent destructa realiter, tamen erant destructa secundum opinionem, & affectionem idololatrarum, idololatræ.n.ipsa destruerent si possent, & inquantum in ipsis erat illa destruebant, qui.n. vitulos colebant publice in contemptum Dei, quantum in se erat destruebant altaria Dei, i. totum cultum diuinum fatebantur esse inanem. Et iste modus intelligendi patet ex eo quod sequitur, s. *Et prophetas tuos occiderunt gladio*. non.n.legitur quod tempore Eliæ, seu ante ipsius tempus aliqui prophetæ Dei fuissent occisi gladio, sed hoc est intelligendum modo prædicto, s. quod Achab, & Iezabel quantum in se erat, occidebant prophetas domini, tum reputando eos vanos, tum etiam quia appetebant eorum interfectionem.

REPLICA. In c.autem.19. destructionem altarium Dei de quibus conquestus fuit Elias, Postillator exponit de reali destructione, Burg. autem de intentionali.

CAP. XX.

A — L: 8. antiqu. cap. 13.

a PORRO Benadad. ✠ Iosephus. Illo tempore Adad filius Adadi regis Syriæ, & Damasci, collecto totius prouinciæ exercitu, & solatiis triginta duorum regum, habitantium trans Euphratem, contra Achab castrametatus est. Ille cum par nō esset exercitu, ad dimicādum non præsumpsit accedere, sed omnia necessaria in ciuitatibus munitis includens, ipse mansit in Samaria. Habebat enim hęc muros valde fortissimos, & erāt inexpugnabilis ob sidentibus.

B — Angelomus. RAB. Benadad significat diabolum, qui diuersos exercitus malignorū spirituū ad subuertendum populum Dei cōtrahit; sed per pueros principum Israel vincitur, idest, per bonos auditores doctorum, quia quod auribus audiunt, factis implent. Antiquus hostis in fugā vertitur, omnisq; suus exercitus

C — Ponite sub instrumenta bellica. Et posuerunt cōtra ciuitatem alii sic, Instruite uos. Et instruxerunt se aduersus ciuitatem, Diuisio.

militibus Christi perturbatur, qui bene ducenta milia, & triginta duo esse dicuntur, quia qui vtriusque testamenti scientiam perfectē tenent, & trinitatis fidem cum gemina charitate conseruāt, hi apti militiæ summi regis esse cōprobant. D

Eucherius Angelom. Rabbanus.

b *Hæc fa.m.i.* Samaria more ciuitatum habebat terram interius ipsis muris penè æqualem, quo subsidio ictib. arietū resisteret extra, murorū altitudo longē superficie terræ transcenderat. Ait ergo rex supbus obsessos terrens quod tantam haberet multitudinem, vt si quisq; militum vnum lapidem, vel stipitem, vel cespitem ad construēdum contra vrbem aggerē apportasset, agger exurgeret qui superficiei quæ erat ītra muros esse videretur ęqualis, ita vt ex ęquo pugnātes cōtra ciuitatem tela, vel faces mitterent.

c *Ne gloriet.acc.* Ibidem. RAB. Accinctus est qui cingulo circundatur, discinctus qui cingulū deposuit. Ait ergo rex Israel, regi Syriæ glorianti quasi...

CAP. XX.

PORRO Benadad Rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum, & trigintaduos Reges secum, & equos, & currus, & ascendens pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam. Mittensque nuntios ad Achab Regem Israel in ciuitatem, ait: Hæc dicit Benadad. [1] Argentum tuum, & aurum tuum meum est, vxores tuæ, & filii tui optimi mei sunt. [2] Respondit que Rex Israel iuxta verbum tuum domine mi rex, [3] tuus sum, & omnia mea. Reuertentesque nuntii dixerunt. Hæc dixit Benadad † qui misit nos ad te. Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum, & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent. [4] Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait. [5] Animaduertite, & videte quoniam † insidiatur nobis. Misit enim ad me pro vxoribns meis, & filiis, & pro argento, & auro, & non abnui. Dixeruntque omnes maiores natu, & vniuersus populus ad eum: [6] Non audias, neque acquiescas illi. Respondit itaque nuntiis Benadad: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum, in initio faciam: [7] hanc autem rem facere non possum. Reuersique nuntii retulerunt omnia ei. Qui remisit, & ait. Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, [8] si sufficerit [9] puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respondens Rex Israel ait, Dicite ei: [10] † Ne glorietur accinctus æquè, vt discinctus. Factum est autem cum audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse, & reges in vmbraculis, & ait seruis suis. [11] † Circun-

a Temeritatem modesto sermone compescens, ait. b ¶ Armis adhuc indutus. a ¶ Depositis armis victor.

† dicens Quia misi, ad te, dicens.

† malum iste molitur. E

ti. Ne glorietur pergens in prælium tā quam exuisset arma iam victor. F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XX.

PORRO Bena. *Postquam diuina prouidētia quantum in se fuit Achab a sua malitia reuocauit cælestibus signis, hic consequenter eū inuocat in mirabilib. victorijs licet abusus fuerit vtriusque beneficii, & diuiditur pars ista in duas secundum duplices victorias, secunda ponitur, ibi,* Accedens autem propheta. *Circa primum Achab primo de obsidione anxiatur, secundo per prophetam de victoriæ promissione consolatur,* Et ecce propheta vnus. *Anxiebatur autem Achab, tū quia non habebat populum, vt posset resistere, tum quia non poterat pacem, nisi valde grauem habere, & hoc est quod dicitur.*

1 Hæc dicit. *Achab.n.primo miserat nuntios ad Benadad pro pace requirenda, & ipse respondit ista quæ dicta sunt.*

2 Respondit que. *non dicit, secundum verbum tuum totaliter, quia bene concedebat ei aurum, & argentum, & bona mobilia, non autem uxores, & pueros, ideo subditur.*

3 Tuus sum. *non autem dixit de uxorib. & liberis, sed Benadad huic oblationi non assensit, imo totum habere voluit, & absque dilatione, ideo subditur,* Cras igitur, *& patet litera.*

4 Vocauit. *ut haberet consilium cum eis, quia erat in arcto positus propter multitudinem exercitus Regis Syriæ quem formidabat, & propter pacem duram, quam Rex Syriæ uolebat.*

5 Animaduertite. *uolens auferre uxores, & filios, ut sic non remaneant in terra qui possint eam defendere in futuro, & sic obtinebit eam pro sua uoluntate.*

6 Non audias. *magis.n.uolebant se exponere periculo belli, quia sicut uulgariter dicitur, Melius est bonum bellum quam mala pax, ideo respondit Achab.*

7 Hanc autem rem facere non possum, & cæter. *Propter quod Rex Syriæ indignatus, & de sua multitudine nimis confidens dixit.*

8 Si sufficerit. *& accipitur hic si.pro non.*

9 Puluis. *uocatur autem hic puluis Samariæ terra, quam ciues portauerunt iuxta muros in magna quantitate, ad hoc quod muri essent fortiores ad sustinendū ictus machinarū, & ad hoc quod illi de ciuitate per illam terram appositam possent faciliter ire usque prope propugnacula murorum ad defensionem ciuitatis. Dixit igitur Benadad se iactando quod tanta multitudo erat in suo exercitu, quod si quilibet acciperet pugillum de terra, implerentur fossata, & fierent aggeres ita magni exterius, sicut fecerant ciues interius, per hæc innuens, quod statim caperet ciuitatem, cui respondit Achab.*

10 Ne glorietur accinctus æquè, vt discinctus. Factum est autem cum audisset Benadad. *Accinctus dicitur ille qui uadit ad prælium. Discinctus uero qui iam deposuit arma obtenta uictoria, per hoc insinuans ipsi Benadad, quod non debeat gloriari acsi iam cepisset ciuitatem.*

11 Circundate ciui. *ponendo machinas ad inuadendum eam.* Et

MORALITER.

1 *Porro Benadad rex Syriæ*, Syria sublimis interpretatur, ideo per regem Syriæ diabolus significatur, de quo dicit Iob. 41. d. *Omne sublime uidet.* nam superbissimus est, ideo de ipso dr † ibidem,

A quasi iam cepisset Samariam quam obsidere ceperat, Ne glorietur accinctus ęque, vt discinctus. Ac si dicat, Noli gloriari qui adhuc in acie positus, quem victoria sequatur ignoras, quippe qui vincere credidit victus est.

a *Recensuit ergo pueros principum, &c.* ✱ Iosephus. Conuocās filios principum rex, inuenit quasi ducentos triginta duos, & agnoscens Syrum ad conuiuium fuisse conuersum, aperiens portas, filios principum mox emisit. Exercitum vero alium habuit intra murum in subsidiis præparatum. Porro filii principum congressi Syrorum custodib. multos eorum intereme rūt, & alios vsque ad castra secuti sunt. Videns autem eos Rex Israel vincentes, etiā omnem alium exercitum dimisit exire. B Qui repente in Syros irruentes, præualuerunt eis. Non. n. Syri sperabant eos super se sic inopinabiliter venturos. Quos propterea inuenientes nudos, & ebrios, ita persecuti sunt, ut illi etiam arma sua relinquentes fugerent, & vix in equo rex potuit euadere.

C *Fugit*

†Nonne

†pueros

*de vrbe

*eos.

date ciuitatem. Et circundederunt eam. Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Israel ait ei, Hæc dicit Dominus. †Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam. Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, vt scias quia ego sum Dominus. Et ait Achab, Per quem? Dixitque ei, Hæc dicit, Dominus, Per †pedissequos principum prouinciarum. Et ait Quis incipiet prliari? Et ille dixit, Tu. Recensuit ergo pueros a principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum: Et post eos recensuit populum, oēs filios Israel septem milia, & egressi sunt meridie. Benadad autē bibebat temulētus in vmbraculo suo, & reges triginta duo cū eo, qui ad auxilium eius venerāt. Egressi sunt aūt pueri principum prouinciarum in prima frōte. Misit itaque Benadad, qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait, Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos, siue vt prælientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum, * ac reliquus exercitus sequebatur*. Et percussit vnusquisque virum qui contra se veniebat. b Fugeruntq; Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadad rex Syriæ in equo cū equitibus suis, nec non egressus rex Israel percussit equos, & currus, & percussit Syriā plaga magna nimis: Accedēs autem propheta ad regem Israel, dixit ei, Vade & confortare, & scito, & vide q̄d facias. Sequēti enim anno rex Syriæ ascendet contra te, Serui verò regis Syrię dixerunt ei, Dii montium sunt dii eorū, ideo superaue-

b *Fugit quoque.* Rab. Idest, diabolus princeps iniquorum, quorum oculi sublimes sunt. Syria enim sublimis in equo suæ superbiæ confidens cum equitibus, s. omnibus superbis, quia ipse est caput super omnes filios superbiæ, ab exercitu Christi superatus in fugam vertitur, & Rex Israel percutit equos, & currus, &c. quia rex regum nequitias spirituales obruit humani generis delendo peccata.

D Eucher. Angelom.

RABAN. Diabolus licet a Sanctis sæpius vincatur, tamen iterum instaurat prælium contra eos, & dū vno modo vincitur, alio statim vincere conatur.

E

RABBAN. Maligni spiritus si in spiritualibus vincuntur, in corporalibus bellum parant, satagentes vt animas de supernis ad ima præcipitent, quo facilius vincant. Si viderint cœlestia desiderare, terrena ad amandum ingerunt. Si prosperitate concessa Deo gratiæ agentur, student vt per aduersa frangantur. Sed sicut Syri, ita dæmones vbi se superare confidebant, ibi superati sunt.

F

Per-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ecce prophe. *Hic consequenter Achab de promissione victoriæ consolatur, cum dicitur*, Vidisti omnem multitudinem: *cum causa subditur.*
2 Vt scias quia ego. *& resilias ab idololatria.*
3 Et ait Achab, per quem, &c. *quia videbatur sibi impossibile propter populi sui paucitatem, propter quod propheta ad eum assecurandum replicauit nomen domini dicens.*
4 Hæc dicit dominus, Per pedisse. *idest, ptr armigeros principum terræ Israel, vt communiter exponit Rab. Sal. dicens, quod per hoc intelliguntur filij nobilium, qui non erant de filiis Israel, sed erāt dati obsides ipsi Achab. Vnde in Hebræo habetur,* Per pueros principum prouinciarum.
5 Et ait. *scilicet Achab.*
6 Quis incipiet præ. *idest, quis erit in prima acie.*
7 Et ille dixit tu, &c. *vt magis tibi attribuatur victoria, & per hoc debeas esse Deo magis gratus.*
8 Et egressi sunt meridie. *quia illa hora solent homines comedere, & ideo minus erant parati ad resistendum, ideo subditur.*
9 Benadad autem bibebat. *Idest, vino suffusus, & inebriatus.*
10 Misit itaque Benadad. *Idest, miserat ante eos ad circundandum ciuitatem, vt prædictum est, & isti nuntiauerunt ei egressum Achab de ciuitate.*
11 Apprehend. eos uiuos. *volebat. n. communi populo vti in operibus seruilibus in regno suo, & principales volebat interficere variis supplicys longa morte. Cæter a patent.*
12 Accedens autem pro. &c. *Hic consequenter describitur secunda victoria ipsi Achab concessa, vbi Achab primo de bello futuro præmonetur, secundo victoria ei prædicitur, ibi.* Et accedens vnus vir Dei. *tertio obtenta victoria Achab abutitur, ibi.* Dixeruntque ei serui sui. *Circa primum dicitur.*
13 Vade & confortare, *Accipiendo constantiam te defendendi bello futuro.*
14 Et scito, & vide. *i. non sis negligens in prouidendo tibi propter victoriam quam habuisti.*
15 Dii montiū. *Hoc dicebant, quia templum vbi colebatur Deus in Ierusalem erat in monte Moria, & altare quod reparauit Helias in monte Carmeli.*
16 Ideo superauerunt. *Credebant enim tanquam Gentiles, & erronei, quod potestas Dei Israel se extenderet tantum in montibus.*

Mi-

✱ Amo-

MORALITER.

† ibidem, quod *Ipse est rex super omnes filios superbiæ.* Ipse uero congregat exercitum suum contra homines, ad subiiciēdum sibi per peccatum, & maxime cōtra illos qui a sua seruitute recesserant per pœnitentiæ sacramentum, & ibi bene significantur per filios Israel, qui recesserant a cultu Baal, & adhæserant Deo dicentes, *Dominus ipse est Deus.* vt habetur supra 18. capitul. sed dominus facit eum superari cum suo exercitu.

4 *Per pedissequos principum prouinciarum.* Per quos conuenienter intelligi possunt pauperes prædicatores, qui discurrunt ad prædicandum contra vitia ex autoritate prælatorū, qui bene dicuntur principes, eo quod sunt successores apostolorum, de quibus dicitur Ps. 43. d. *Constitues eos principes super omnem terram.* Per prædicationem vero pauperum religiosorum multi peccatores conuertuntur ad bonum, & sic in eis diabolus cum suo exercitu superatur.

Serui vero regis, &c. Per seruos regis Syriæ intelliguntur dęmones, qui sunt sub suo principe, ipsi vero aliquādo pugnāt cum viris sanctis in montib. s. quando nituntur eos impedire a deuotis orationib. quæ montes dicuntur, quia secūdum Damascenum, Oratio est ascensus mentis in Deum, sed ibi debellantur, quia virtute orationis perseuerantis fugantur. Quod fuit figuratum Ex. 17. c. vbi dicitur, quod Amalec cū suo exercitu fugatus fuit, & deuictus per Moysen in monte orantem. Sed dæmones sic deuicti a viris deuotis aliquando reuertuntur ad pugnandum cum eis in campestrib. Nā aliquando viri deuoti occupantur circa administrationes, temporalem curam requirentes, propter quod per campestria designantur, & dæmones sperant eos in suis tentationib. deuincere, sed frequenter contigit, quod sicut victi fuerunt in montib. sic & in campestrib. debellantur. Et hoc est quando viri deuoti in administrationib. sibi commissis bene se habent ad honorem Dei, & bonum proximi, sed aliquando contigit Deo permittente, & diabolo procurante, quod ex tali victoria victor in superbiam erigitur, & sic cum diabolo qui rex est super filios superbiæ confœderatur, & hoc per fœdus Achab cum rege Syriæ significatur.

A a *Percusseruntque filii Israel, &c.* ✠ Iosephus. Achab cum exercitu congressus, robustissima dimicatione commissa, hostes conuertit in fugam, & ad eorum interitum persequens imminebat. Illi uero suis currib. impediti, ad inuicem sunt extincti, paucique diffugerunt in ciuitatem Aphecã. B Sed & ipsi sũt mortui, muris enim cadentibus super eos, viginti septem millia defecerunt. in prælio autem cẽtum millia sunt occisa. Rex autem Syrorum fugiens, cum quibusdam sibi fidelissimis seruulorum in subterraneo loco celatus est, cui cum dixissent serui, quia clementes essent, & misericordes Hebrei, & possent modo consueto rogati salutem ei conferre, si adeuntes rogarẽt Achab dimitti eos hoc agere. Tunc illi induti saccis & restibus sua capita alligantes, (sic enim olim captiui rogabant) Syri ad Achab venerunt, petentes vt Adad mereretur salutem ab eo, qua gratia eius foret seruus, &c. D

Li. 8. Ant. ca. c. 13.

verbum

runt nos. Sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo verbum hoc fac. Amoue reges singulos [1] ab exercitu tuo, & pone principes pro eis, & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos antè habuisti, & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quod obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita. Igitur postquam annus transierat, recensuit Benadad Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel. Porro filii Israel [2] recensiti sunt. Et acceptis cibarijs profecti ex aduerso castrametati sunt contrà eos, quasi duo parui greges caprarum. [3] Syri autem repleuerunt terram [4] Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem Israel, Hæc dicit Dominus, [5] quia dixerũt Syri, Deus montiũ est Dominus, & non est Deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua, & scietis, quia ego sum Dominus. Dirigebant itaque septem diebus ex aduerso hi atque illi acies, septima autem die commissum est bellum. a Percusseruntque filii Israel de Syris centum milia peditum in die vna, fugerunt autem * qui remanserunt in Aphec, in ciuitatem, [6] & cecidit murus super viginti septem milia hominum qui remanserant. Porro Benadad fugiens ingressus est ciuitatem † in cubiculum, quod erat intra cubiculum. [7] Dixeruntque ei serui sui. [8] Ecce audiuimus, [9] quod Reges domus Israel † clementes sint. Ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad Regem Israel, forsitan saluabit animas nostras. Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israel, & dixerunt ei. Seruus tuus Benadad dicit, Viuat oro te anima mea. Et ille ait, [10] Si adhuc viuit, frater meus est. † [11] Quod acceperunt viri [12] pro omine: Et festinantes rapuer unt verbum [13] ex ore eius, atque dixerunt, [14] Frater tuus Benadad viuit. Et dixit eis, Ite & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad, [15] & leuauit eum in currum suum. Qui dixit ei, Ciuitates quas tulit pater meus a patre tuo reddam, [16] & plateas fac tibi in Damasco sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus re-

*Syri

† misericordes

C

Omen

✠ AMBROS. Intulerat Achab bellum rex Syriæ, qui & ab eo victus est, captiuus quoque libertati donatus, & remissus ad regnum est. Nã primo congressu Achab vicit, & fugauit E hostem. secundo vicit, & captum imperio suo reddidit, quod Achab non solum euaserit, sed triumphauerit, diuinæ fuit sententiæ, quod autem postea vinceretur, sua fuit culpæ, dicente uno ex filiis prophetarum proximo suo, *Percute me, & cætera*. liquet igitur his oraculis, quod Domin⁹ etiam circa indignos promissa sua seruet, sed ipsos, aut stultitia sua opprimi aut alia præuaricatione damnari, etiã si primæ præuaricatiõis laqueos euaserit. ✠ *Abiit*

l. de Nabuthe, ca. 17. *Id loco suo.*

† de cubiculo in cubiculum.

† Et uiri augurati sunt tum acceleraueũt festinantes, i. vt quidam interpretantur viri augurati sunt ut ab eo audiuisti esse, verbum bonum, & audito frater meus est, festinauerunt ire ad Benadad, &c.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Amo. re. singulos ab exercitu tuo. *id est, principes bellatorum qui non sint ita delicati sicut reges, nec in statu tam alto positi, & sic erunt fortiores ad pugnandum, & magis voluntarii, vt per hoc possint ascendere ad altiorem gradum.*

2 Et ascendit. *Quæ est ciuitas fortis in tribu Aser, quam abstulerant Syri ab Hebræis, & est sita in monte, sed ante eam est planities magna, vbi descenderunt Syri, vt pugnarent cum Hebræis in campestribus.*

3 Quasi duo parui greges. *Quia Hebræi erant valde pauci respectu Syrorum, vt sic victoria magis appareret ex virtute diuina.*

4 Et accedens. *Hic consequenter victoria ipsi Achab promittitur, cum dicitur*, Et accedens vnus vir Dei. *Licet non nominetur, dicitur tamen a doctoribus communiter, quod fuit Michæas filius Iemla. & hoc etiam dicunt Hebræi.*

5 Quia dixerunt. *idest, quia blasphemauerunt Deum Israel, attribuentes ei potentiam limitatam, debellabuntur propter istam blasphemiam. Dicunt etiam quod cum hoc dixit eis propheta, quod non parceret ipsi Benadad, & populo eius, sed magis interficeret propter blasphemiam Dei prædictam, & propter hoc in Hebræo ponitur bis*, Et dixit. *Vnde in Hebræo sic habetur*, Et accedens vir Dei dixit ad regem Israel, & dixit, Hoc dicit Dominus & cætera. *Quia de mandato Dei dixit ei, quod victoriam illi daret, & quod Syris deuictis non parceret. Cætera patent vsque ibi.*

6 Et cecidit murus, & cætera. *Volebat enim fortificare murum ad se defendendum intra ciuitatem. Sed quia ædificium erat antiquum ex concussione, & Dei voluntate cecidit super blasphemos.*

7 Intra cubiculum, & cætera. *idest, in loco valde secreto. Iosephus autem dicit, quod cum paucis sibi fidelissimis intrauit locum subterraneum secretum, cuius ingressus erat intra cubiculum.*

8 Dixeruntque ei serui sui. *Hic consequenter Achab victoria sibi data abutitur in dimissione blasphemi, quem occidere tenebatur de mandato Dei.*

9 Audiuimus. *Dicit. n. Seneca in libr. de clementia, quod nihil ex omnibus magis decet principem quam clementia, tamen semper cum ea debet esse iustitia, aliter non esset virtuosa. & ideo in proposito magis fuit dementia parcendo blasphemis contra Deum, & iustitiam, quando dixit Achab.*

10 Si ad. vi. *idest, volo facere pacem cum eo, & confœderationem.*

11 Quod. *idest, serui Benadad*

12 Pro om. *est autem omen secundum quod dicit Valerius Maximus, verbum ex insperato prolatum ex quo sequi vr bonum alicuius, vel aliquorum, & tunc dicitur omen illius, vel illorum. Et ponit exemplum de Romanis quærentibus locum aptum, ut ibi manerent, & ciuitatem ædificarent, & cum venissent ad locum vbi nunc est Roma, vexillarius qui præcedebat fixit vexillum in terra, dicens, Stemus, quia hic optime manebimus, & hoc verbum fuit acceptum pro omine.*

13 Et fe. ra. *Tanquam firmiter dictum ne posset retractare.*

14 Atque dixerunt, frater tuus. *Acsi diceret, sicut dixisti, ex nunc est fœdus inter te, & ipsum.*

15 Et leuauit eum in cur. &c. *pacificè, & honorificè recipiens ipsum.*

16 Et plateas. *idest, in ciuitate mea regia fac forum rerum venalium, vt inde recipias tributum tanquam habens in regno meo principale dominium. Dicit autem Ra. Sa. hic, quod non habebat in animo hoc facere, sed intendebat Achab decipere.*

7 In- ✠ Tunc

a *Abiit ergo.* Micheas parabola usus est propter sermones quos regi erat dicturus, ut ostenderet hoc ad illum magis, quam ad se pertinere.

b *Erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.* Prouidendum est seruis Dei, ne secundum exemplum Achab perniciosa securitate sibi blandiantur, quandiu hostis uiuit, nedum se quasi uictores arbitrentur, per fraudem diaboli pacem promittentis citius elidantur, quia sicut tunc propheta regi pro inconsiderata pietate pronunciauit adfore ultionem, ita nunc propheticus sermo pronuntiat, si paciscamur cum diabolo, æternam nobis per hoc imminere pœnam.

c *Et furibundus venit in Samariã.* Iratus Achab prophetam clausum seruari iussit, & confusus verbis Micheæ domum remeauit.

† inuoluit se velamine, vel tegmine, super oculos suos.
† in medium prælii
† amouit velamen ab oculis suis.
† tristis

cedam a te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. [1] Tunc vir quidam de filiis prophetarũ [¶ Micheas.] dixit ad socium suum, [2] in sermone domini [¶ In capite.]. Percute me. At ille noluit percutere. [3] Cui ait. Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit [¶ Quod cum contigisset.]. Sed & alterum inueniens virum dixit ad eum: percute me. Qui percussit eum, & uulnerauit. a Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via, & [4] † mutauit aspersione pulueris os [¶ Alligato capite.], & oculos suos. Cumque rex transisset, clamauit ad regem, & ait. Seruus tuus egressus est † ad præliandum cominus. [5] Cumque fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait. [6] Custodi virum istum. Qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius: aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbulentus huc illucque me verterem, subitò non comparuit. [7] Et ait Rex Israel ad eum. Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. [8] At ille statim † abstersit puluerem de facie sua [a ¶ Et soluto capite.], & cognouit eum Rex Israel, quòd esset de prophetis. Qui ait ad eum [a ¶ Benadad blasphemum.] Hęc dicit dominus. [9] Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, b [10] erit anima tua pro anima eius [¶ Quia ipse te perimet.], & populus tuus pro populo eius. c [11] Reuersus est igitur Rex Israel in domum suam, † audire contemnens, [12] & furibundus venit in Samariam.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc uir. *Postquam diuina prouidentia reuocauit Achab quantum in se fuit signis, & victoriis mirabilibus, hic consequenter eum reuocat comminationibus, & primo comminatur ei mortem in persona propria. secundo cum hoc in vxore, & prole sua c. sequenti. Circa primum sciendum, quod propheta de mandato domini uoluit proponere ipsi Achab parabolam per quam ignorans contra seipsum daret sententiam, sicut Nathum proposuit ipsi Dauid, ut habetur supra 2. libr. 11. c. Et ideo ad proponendum primo disponitur per plagam susceptã, cum dicitur.*

2 Dixit ad socium. *ex quodam horrore.*

3 Cui ait, &c. & perc. me. *propter peccatum inobedientiæ, quia eum cognosceret, & sciebat esse prophetam domini, cui est in omnibus obediendum, cum sit dominus uitæ, & mortis, sanitatis, & infirmitatis. Cætera patent usque ibi.*

4 Et mutau. *In Heb. habetur.* Et mutauit panno. *i. inuolutione panni, quia ligauit caput suum uulneratum sicut solet fieri, ita tamen quod ex illis ligaminibus facies pro magna parte erat operta, ne Achab eum cognosceret, & sic ad parabolam propositam responderet, sicut uni de populo qui propheta non esset.*

5 Cumque fug. *adduxit eum, scilicet, captum.*

6 Custodi. *sub pacto quod sequitur in litera. Et subintelligitur. Et sic recepi eum.*

7 Et ait rex Israel. *Ignorans quod pro ipso diceretur. Vbi etiam considerandum, quod ista parabola uera est in sensu pro quo ponitur, scilicet, pro Achab, & Benadad, sicut & parabola Ioathan filii Ierobaal quæ habetur Iud. 9. b.* Dixeruntque omnia ligna ad ramnum ueni, & impera super nos. *de Sichimitis, & Abimelec, prout ibidem plenius fuit dictum. In hoc. n. consistit ueritas parabolę, quod sit uera in sensu pro quo ponitur.*

8 At ille. *In Heb. habetur.* Et amouit pannum, seu ligamentum de facie sua, *ut cognitus a rege parabolam ad propositum applicaret, dicens.*

9 Quia dimi. *propter Dei blasphemiam, & eius sententiam contra Benadad tibi denuntiatam, ut eam exequereris.*

10 Erit anima. *id est morieris, ipse. n. fuit idem propheta qui denuntiauerat sibi uictoriam, & Dei sententiam de Benadad.*

11 Reuersus. *Audire contemnens tanquam obstinatus in malitia sua.*

12 Furibundus uenit. *dicit Iosephus quod incarcerauit prophetam.*

MORALITER.

† Per hoc autem quod propheta increpauit Achab de hoc fœdere dicens.

9 *Quia dimi.* significatur quod ex tali fœdere cum dæmone incurritur mors gehennæ.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 20. vbi dicitur in postill. Postquam diuina prouidentia quantum in se fuit Achab a sua malitia reuocauit cœlestibus signis, &c.

Si diuina prouidentia quantum in se fuit, reuocasset Achab a sua malitia, vt dicitur in postil. indubie fuisset reuocatus. Nam vt ecclesia cantat, Diuina prouidentia in sua dispositione non fallitur. Vnde melius diceretur quod diuina prouidentia fecit supernaturalia signa sufficientia ad reuocationem Achab, si ipse non fuisset obstinatus.

REPLICA. In cap. 20. vbi postillator continuando dicit, quod prouidentia diuina quantum in se fuit Achab a sua malitia reuocauit cœlestibus signis. Burg. nititur eum capere in sermone, quia dixit quantum in se fuit, volens quod per hoc circumloquatur uoluntatem Dei beneplacitam, & ita Achab fuisset conuersus, quia illa uoluntas semper efficax est. Sed Burgen. noluit aduertere naturam terminorum theologicalium, quod uoluntas signi præcipiendo, consulendo, &c. potest facere quod in se est, sicut voluntas beneplaciti. Et ita verè dicitur, Deus quantum in se est uult omnes homines saluos fieri, sed defectus est ex parte hominum non Dei, quod non omnes homines salui fiant. Hæc igitur Bur. obiectio potius est pueriliter tentatiua, quam veritatis inquisitiua, quemadmodum ualde reprehendit, beatus Hie. & beatus Aug. de doctrina Christiana.

CAP. XXI.

A Rabbanus. Angelomus.

POst ver, &c. a Naboth interpretatur conspicuus, siue possessio. Iezrael honestas Dei siue semen Dei, hoc totũ conuenit filio Dei, qui est splendor eius gloriæ, quem cõstituit Deus hrdẽ vniuersorum. Hic Naboth habuit uineã de qua, Vineã de Aegypto tra. Hãc concupiuit Achab, qui interpretatur frater patris, i. populus Iudaicus de quo Christus secundũ carnem. Vt faceret hortum olerum. hoc est, vt vbi vinum spirituale germinare debuit, ibi fragilia Pharisæorum dogmata transplantaret. Naboth vineam dare nolenti, i. Christo Pharisæorum superstitionib. non consentienti ipia Iezabel idest, synagoga machinata est mortem. Interpretatur. n. Iezabel cohabitatrix, siue fluxus uanus, uel inanis, quia synagoga habitare uidebatur in domo domini, sed per vana desideria defluebat.

B †aut si placuerit tibi dabo tibi argentum pretii ipsius. l. de Nabuthe c. 1. † Absit mihi a domino, ut 23. q. 8. c. cõuenior. † vel furibundus † tristis.

✠ AMBROSIVS. Nabuthæ historia tempore vetus est, vsu quotidiana. Quis enim diuitum nõ quotidie concupiscit aliena? Quis opulentissimorum non exturbare contendit agellulo suo pauperem, atque inopem auiti ruris eliminare finibus? Quis cõtentus est suo? Non igitur unus Achab natus est, sed quotidie nascitur Achab, & nunquam huic seculo moritur. Si unus occidat, assurgunt plurimi, plures qui rapiant, quam qui amittant. Non vnus Nabuthe pauper occisus est, quotidie Nabuthe sternitur, quotidie pauper occiditur, &c. O diues, nescis q̃ pauper sis, q̃ inops tibi ipsi uideris, qui te diuitem dicis? Quanto plus habueris, plus reqris, & quanq̃ acqsieris, tñ tibi adhuc indiges. Inflammat lucro, auaritia non restinguitur. Rex Achab opib. regni affluebat, Nabuthe angusti soli cespitem possidebat. Nihil pauper de possessionib. diuitis concupiuit, rex sibi egere visus est, quia vineam habebat pauper vicinus. Quis igitur pauper tibi videtur? Qui contentus est suo, aut qui concupiuit alienum, &c. Audiamus quid rex dicat. *Da mihi*, inquit. Quæ alia vox egentis est? Quæ vox alia stipem publicè postulantis, nisi, Da mihi, quia egeo? Da mihi, quia aliud viuendi subsidium habere non possum. Da mihi, quia non est mihi panis ad victum, nummus ad potum, sumptus ad alimentum, ad indumentum substantia. *Date eleemosynam, &c.* In ipsa autem delectione, quãta impudentia? *Da mihi*, inqt, *vineam tuam*. Confitetur alienam, vt poscat indebitam. *Et dabo tibi*, inquit, *pro ea aliam vineam*. Diues quod suũ est, quasi vile fastidit, quod alienum est quasi pretiosissimum cõcupiscit. Si vero placuerit tibi, dabo pecuniã. Cito reprehendit errorem suũ, pecuniã offerendo pro vinea. Nihil. n. vult alienũ possidere, qui totũ desiderat suis possessionib. occupare.

Cap. 2. ad parietem.

C

b *Vt faciam mihi hortum olerum.* ✠ AMBR. Hæc erat oĩs insania, hic omnis furor, vt spatium uilib. olerib. quæreret. Non tam ergo ipsi cupitis quasi vtile possidere, sed alios vultis excludere. Maior vobis cura de pauperum spoliis, quam de vestris emolumentis est. Damnum vrm creditis, quicqd alienũ est. Quid vos delectãt naturæ dispẽdia? Vniuersis creatus est mũdus, quẽ pauci diuites vobis defendere conamini. Nõ enim terrena tantum possessio, sed cælum ipsum, aer, mare, in usum paucorum diuitum uendicatur, &c.

Cap. 3.

CAP. XXI.

POst verba autẽ hæc, [1] tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, q̃ erat in Iezrahel, iuxta palatiũ Achab regis Samariæ. Locut⁹ ẽ ergo Achab b ad Naboth, dicẽs, Da mihi uineã tuã, vt faciã mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meam. Daboq; tibi pro ea vineam meliorem, †aut si tibi commodius putas argẽti pretium quãtum digna est dabo. Cui rñdit Naboth. † Propitius sit mihi c [2] dñs, ne dẽ hrẽditatẽ patrum meorum tibi. †Venit ergo Achab in domum suam †indignãs, & †frẽdẽs sup verbo qđ locutus fuerat ad eũ Naboth Iezrahelites, dicẽs. Nõ dabo d tibi hrẽditatem patrum meorum. Et proiiciẽs se in lectulũ suum, auertit faciẽ suã ad [3] parietẽ, & ñ comedit panẽ. Ingressa ẽ ãt ad eũ Iezabel vxor sua, dixitq; ei. Quid ẽ hoc? vñ aĩa tua cõtristata ẽ, & quare ñ comedis

D

Ibidem, ca. 3.

c *Propitius sit mihi Deus, &c.* ✠ Ambr. Audiuimus uocem diuitis aliena quærentis, audiamus uocem pauperis propria vindicantis. Non fiat hoc mihi a domino (inquit,) ut dem tibi hæreditatẽ patrum meorum. Quasi quandam contagionem sui, pecuniam esse diuitis arbitretur. Quasi dicat. Pecunia tua tecum sit in perditionem, ego autem hæreditatem patrum meorum nõ possum uendere. Habes quod sequaris diues, si sapias, ut non vendas agrum tuum p noctẽ meretricis, non transfundas ius tuum pro sumptu comessationis, non adiudices domum tuam ad ludum aleæ, ne ius hæreditariæ pietatis amittas.

In psal. 38. Li.

✠ Idem. Ideo Nabuthe inter sanctos habetur, quia maiorum suorum hæreditatem ne regi quidẽ putauit esse credendam, & lapidari maluit quam uineam suam dare in direptionem. Hæreditas maiorum uera fides est. Extiterunt Ariani regali subnixi potentia, qui templum Domini putarent sibi esse tradendum, supplicia acerba initant. Sed absit ut apud mentem domino seruientem præponderarit magis pœnæ formido, quam forma pietatis. Non præualuit perfidia, quia fides restitit.

l. 3. Off. c. 9.

✠ Idem. Quid sancto Nabuthæ fuit causa mortis, nisi honestatis contemplatio? Nam indecorum pretium pro paterna recusauit hæreditate: maluitque morte declinare hmõi turpitudinem Non mihi inquit, fiat a domino, vt dem tibi hæreditatem patrum meorum. Hoc est, tantum mihi opprobrium non fiat, non permittat Deus tantum extorqueri flagitium. De iure loquitur patrum. Maluit periculum cum honestate, quam vtilitatem cum opprobrio.

l. 5. epist. Orat. in Aux. de nõ trad. Basil.

✠ Idem. Nabuthe vites suas, vel proprio cruore defendit. Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus Ecclesiam Christi? dixi enim Absit a me, vt tradam Christi hæreditatẽ. Si ille hęreditatem patrum non tradidit, ego tradam Christi hęreditatem? Addidi: Absit vt tradam hęreditatem patrum, hoc est, hæreditatem Dionysij qui in exilio in causa fidei defunctus est, hæreditatem Eustorgij confessoris, hęreditatem Myroclis, atque omnium retro Episcoporum.

F

l. de Nabuthe, cap. 4.

d *Et proiiciens se in lectulum suum, &c.* ✠ Ambr. Turbatus est spiritus auari regis. lugent diuites, si nõ potuerint aliena diripere, si suis pauper non cesserit facultatibus, vim mœroris tegere nõ pñt. dormire desiderãt, velãt faciẽ suã, ne qdquã in orbe terrarũ videant, ne quidquã in hoc mũdo non esse suũ nouerint, ne audiant vicinum iuxta se aliquid possidere, ne audiant pauperem sibi contradicentem. Et non manducauit (inquit) panem suum, quoniam quærebat alienũ. Etenim diuites magis alienum panem, quàm suum mãducant, q̃ raptu viuunt, & rapinis sumptũ exercent suum. Aut certè non mãducauit panem suum, volens se morte multare, q̃ ei aliquid negaretur, &c. Quàm euidenter expressa est diuitũ cõsuetudo? Contristantur si aliena nõ rapiant, renuntiant cibo, ieiunant, nõ vt peccatũ minuãt, sed vt crimen admittãt, &c.

Ibidem ca. 10.

NICOLAVS DE LYRA.

[1] POst ver. *Hic consequenter additur secunda comminatio facta ipsi Achab de morte eius vxoris, & prolis. Circa quam sic proceditur, quia primo ponitur ipsius Achab noua præuaricatio, secundo ponitur pœnæ comminatio ibi,* Factus est igitur, *tertio executio, seu inflictio, c. 22. Noua præuaricatio ipsius Achab fuit, quia postquam multipliciter Deum offenderat per idololatriam, innocentem occidit propter hæreditatis suæ concupiscentiam, & patet litera vsque ibi.*

[2] Propitius, &c. *pro pretio, vel hæreditate alia. Terra. n. Israel propriè erat ipsius Dei, propter quod non poterat simpliciter vendi, sed solum vsque ad iubileum, sicut habetur Leu. 25. & ideo nec illud concedebatur in lege, nisi in necessitate. Naboth autem erat diues propter quod non erat compulsus hæreditatem suam vendere. Rex etiam volebat eam ad perpetuum habere.*

[3] Et proiici. *ex indignatione, & impatientia. Ex hoc patet quod rex non poterat accipere agros subditorum suorum pro voluntate sua.*

MORALITER.

† 1 *Post verba, &c.* Per uineam Naboth potest intelligi possessio, vel aliud bonũ viri iusti. Per Achab regẽ hãc vineã cupientem, homo quicũque, & maximẽ potẽs, qui cupidus est boni alieni. Per vxorem autem Achab, q̃ viam pessimam inuenit habendi vineam prędictam. s. per innocentis mortẽ, significantur hoĩes mali, qui sunt potentib. coniuncti, & dant eis consilia pessima rapiendi simplicium, & innocentiũ bona,

panem? Qui respondit ei, Locutus sum Naboth Iezrahelitæ. & dixi ei, Da mihi vineam tuam accepta pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi meliorem vineam pro ea. Et ille ait, Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius: †Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel. Surge, & comede panem, & † æquo esto animo: ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ. Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & ad optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem erat hæc sententia: Prædicate ieiuniū, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros † filios Belial cōtra eū, & falsū testimoniū dicant: a Benedixit Naboth Deo, & regi. Et educite eū, & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu, & optimates qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos. Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris † filijs diaboli, fecerunt eos sedere contra eum. At illi, † scilicet, vt viri diaboli dixerunt contra eum testimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deo, & regi. ‡ b Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Miseruntque ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Naboth, & mortuus est. Factum est autem cum audisset Iezabel lapidatum Naboth, & mortuū, locuta est Achab: Surge posside vineā Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eā accepta pecunia. Non enim viuit Naboth, sed mortuus est. Quod cum audisset Achab mortuū, videlicet Naboth, surrexit: & c descendebat in vineā Naboth Iezrahelitæ: vt possideret eā. Factus est igitur sermo Dñi ad Eliam Thesbitem, dicens: Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria. Ecce ad vineā Naboth descendit, vt possideat ea. Et loqueris ad eū, dicens: Hæc dicit Dñs Deus; † Occidisti, insuper & possedisti. Et post hæc addes. Hæc dicit Dñs; d In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinē Naboth, lābent quoque sanguinem tuū. Et ait Achab ad Eliam; e Num inuenisti me inimice mi? Qui dixit; Inueni eo ꝙ venundatus sis, vt faceres malū in conspectu Domini. Hæc dicit Dominus Ecce

‡ Et Christus a falsis testibus passus est extra portam.

a *Benedixit Naboth Deo, & regi.* ✠ Ambros. Aequalis videlicet persona, vt sit æqualis contumelia. Ne vero diuinē maledicti vox offendat, & sermonis ipso lædatur sono, benedictū pro maledicto vocatur. Quæruntur duo testes iniqtatis. Duobus enim testib⁹, & Susanna est appetita: duos testes, & Synagoga inuenit, q aduersū Christum falsa iactaret. Duobus testib⁹ pauper occiditur.

b *Eduxerunt Nabuthe foras, &c.* Vtinam vel in suis ei liceret mori. Pauperi ipsam diues inuidet sepulturam.

c *In vineam.* Vinea Naboth ecclesia de gentibus. Hāc occiso Christo mali coloni præripere moliebantur, cum fidem quæ per eū est extinguere, & suam quæ ex lege est iustitiam præferre, ac gētibus imbuendis conabātur inserere.

d *In loco hoc in quo linxerūt, &c.* ✠ Ambr. Diuina mouetur iustitia, & auarū digna seueritate condemnat. Quàm iusta, q̄ seuera sententia, vt quam intulit alteri mortis acerbitatē, eā ipse mortis suæ horrore dissoluere proderet. Inhumatū pauperē De⁹ aspicit, & iō insepultū diuitē iacere decernit: vt & mortuus luat suæ iniqtatis ærumnam, qui nec mortuo putauit esse parcendum. Itaque vulneris sui cruore persusum cadauer, specie funeris vitę suę prodidit crudelitatem.

e *Num inuenisti me, &c.* ✠ Ambrof. Toto mundo fugit, qui considerans cōscientiam suam, metuit deprehendi. Et ideo Achab ad Eliā secundū historiam ait, secundum ęnigmata autem diues ad pauperē: inuenisti me, & cęt. Quā misera cōscientia, quæ se proditā doluit. Quasi vilis, & degener ait, deprehēdisti me quæ latere putabā. Nulla mētis meæ occulta te fallunt: patent tibi vulnera mea. Inuenitur peccator, cum iniquitas eius proditur. Adam cum lateret, inuentus est. Culpa igitur auctorem suum prodit. Vnde & Thesbites ait: inueni, quoniam fecisti malum in conspectu Domini. Quia culpæ reos tradit Dominus: innocētes autem nō tradit in potestatem inimicorum suorū. Captiua est igitur opulentia, paupertas libera. Seruitis diuites, ac miseram quidē seruitutē, qui seruitis errori, seruitis cupiditati, seruitis auaritiæ, quæ expleri non potest.

☞ Concita-

Ibidem. Cap. 11. — † iucundetur cor tuum. — † impios — Idem ibidem. Cap. 11. — † impiis — † viri impii — Ibidem. — acquiescere, & — † De pœ. d. 3. cap. Achab. — Ibi. c. 12. — † LXX. tu nūc facis sic super regnū Israel, i. tu rex es licet quod vis, aliis subdi. — falsum. — Act. 7. g.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Grandis. *Ironice loquebatur. q.d. ex regia potestate posses eam de facili habere.*

2 Scripsit, &c. *& signauit, quia antiquitus in annulis principum erat impressio ad literas signandum; & ex hoc patet quod istæ literæ de morte Naboth fuerunt factæ, & missæ de eius scitu, & voluntate.*

3 Prædicate. *Hoc enim faciebāt Iudæi, quando iudicium de aliquo magno scelere debebat fieri.*

4 Et sedere. *Tum quia erat de maioribus ciuitatis, tum vt non viderentur quærere eius mortem, sed honorem.*

5 Benedixit. *i. maledixit. sicut Iob 2. c.* Benedic Deo, & morere. *Propter horrorē enī maledictionis eā signabat Iudæi noīe cōtrario.*

6 Deo, &c. *& sic accusabatur de Dei blasphemia, & de crie læsæ maiestatis: & vtriq; debebatur pœna mortis. Cætera patent vsque ibi.*

7 Quamobrem e luxerunt. *Tanquam indignum mori in ciuitate. Cætera patent vsque ibi.*

8 Surrexit, & descen. *Hic est duplex opinio Hebræorū. Aliqui dicunt, quod pro criminibus impositis ipsi Naboth bona eius omnia erāt confiscata humano iudicio: & ideo rex descēdebat ad possidendum, tanquā sibi acquisita. Alii dicūt, quod Naboth fuit frater patris Achab: & ꝙ pro criminibus sibi impositis nōn solum fuit ipse lapidatus, sed & filii eius cū eo. sicut & de Acham dicitur Iudic. 7. Et ideo Achab eius nepos descendit ad possidendum tanquā hæres. quia non remanserat alius propinquior. Et huic dicto concordat quod dicitur infra 4. lib. cap. 9. f.* Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri ait Dominus, reddam tibi in agro isto.

9 Factus est igitur. *Hic post præuaricationem Achab describitur pœnæ consequentis comminatio, cum dicitur.*

10 Occidisti. *Quia sicut dictum est, & patet ex hoc loco: literæ, mortis Naboth de scitu, & voluntate Achab factæ fuerunt, & missæ.*

11 Insuper. *Valde inique.*

12 Hæc di. *Dicunt aliqui, ꝙ si accipiatur sanguis Achab in propria persona: tunc ly* in hoc loco, *non designat locum signatum: sed regionem. quia sicut dicitur cap. seq. currus vbi fluxerat sanguis Achab lotus fuit in piscina Samariæ, & ibi linxerunt canes sanguinem sic ablutum. Si aūt accipiatur sanguis Achab in persona filii sui, cuius sangis erat quodāmodo sanguis patris, sic ly* hoc loco *signat locum determinatū vbi lapidatus fuit Naboth, prout patet infra lib. 4. c. 9. Ra. Sa. dicit ꝙ de sanguine Naboth in persona propria intelligitur, ꝙ in eodem loco canes linxerunt sanguinem Achab vbi prius lambuerūt sanguinē Naboth. qualiter autem istud possit intelligi, videbitur cap. sequenti.*

13 Num inuenisti me inimice mi. *Ita est in Hebreo, & in libris correctis. & est sēsus nūqd inuenisti me talē qd deberes mihi inimicari?*

14 Qui dixit. *Eo ꝙ es inimicus Dei cuius sum seruus. vnde subdit.*

15 Eo quod. *Sicut enim res vendita trāsit in dominiū, & possessionē ementis, sic Achab videbatur totaliter subditus idolis, & seruiens eis.*

MORALITER.

9 *Factus est igitur.* Quia Achab descendenti ad possidendum vineam prædictam, denuntiauit ei ex parte Domini terribilem sententiam contra se & vxorem suam, per quod designatur, quòd prædicator veritatis contra malos homines, & eius consiliarios debet prædicare constanter, & denuntiare nisi pœniteant, pęnam æternam.

1 Et

5 Itaque

a *Concitauit enim eum Iezabel, &c.* ✠ Theod. Leuis erat infe A lix Achab, & facile huc & illuc trásferebatur; nó sedu est, vt scelerata mulier ea ei in impietatis barathrú inijceret. b *Scidit vestimenta sua, &c.* ✠ Theodoret. Bonitatis abyssus, Dominus Deus, pp cædem quidem minatus est ex tuũ, propter lamentationem autē Ingentis est dilationem supplicij. Habens enim experientiam diuinarũ prædictionum, intentatas timuit minas, sed statim rursus ad suam rediit impietatem. ✠ Ambrosius. Considera qua Iezabel habuit vxorem, cuius ducebatur arbitrio, quæ auertit cor eius, & nimis sacrilegijs execrabilē fecit, & hunc eius pœnitentiæ reuocauit affectum. Dominus autem non potest mutabilis æstimari, si confessi sit immemor non, putabit se se seruandum quod promiserat confitenti. ✠ Chrysost. Compunctus Achab vestem scidit, & indutus sacco plorat; & quid Dominus? *Non inducam, inquit, mal. in diebus ipsius.* Propterea & Saluator ait; *Beati qui lugent*, nó mortui, non iactitatam, sed peccatũ: vt dicã sicut Dauid; *Lauabo per singulas noctes lectū meum. Lacrymis stratum meum rigabo.* Abluit lacrymis peccatorum sordes, frontem verbera, pulsa pectus, &c. ✠ TERTVL. Lego Achab Regem, maritum Iezabel, reum idololatriæ, & sanguinis Nabuthæ, veniam meruisse, pœnitentiæ nomine.

Quæst. 62. Quæst. 60. & 63.

† vel auferam posteriora tua

† cũ qui mortuus fuerit de Achab.

Lib. de Nabuthe. cap. 7.

† iuxta omnia.

† facco.

† ded entim, vel quiete.

† à facie mea.

Homil. 22. ad Pop. Antio.

† derelictum

† supra 14. c. & 16. b. & infra 22. f.

† intra antemurale.

† 4. Reg. 9. b.

† vel abominationes fecit.

Lib. 4. aduer. Marc. c. 10. & lib. 5. c. 11. † 50. distinct. §. econtra. E De pen. dist. 1. c. voluissent. ver. Achab. & dist. 3. c. illud. ver. Achab. & c. talis, in fi. & c. sicut Achab.

ego inducam super te malum, & † demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum, & † vltimum in Israel. ¹ Et dabo domum tuam, sicut domum Ieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia: quia egisti vt me ad iracundiã prouocares, & peccare fecisti Israel. ² Sed & de Iezabel locutus est Dominus, dicens: ³ Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes. † Si autem mortuus fuerit † in agro, comedent eum volucres cęli. ⁴ Igitur non fuit alter talis, sicut Achab, † qui venundatus est, vt faceret malum in cõspectu Domini. a Concitauit enim eum Iezabel vxor sua, & † abominabilis effectus est, intantum vt sequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos cõsumpsit Dominus a facie filiorum Israel. ⁵ Itaque cum audisset Achab sermones istos, b scidit vestimenta sua, ⁶ & operuit † cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit † demisso capite. Et factus est sermo Dñi ad Eliã Thesbiten, dicens. Nonne vidisti humiliatũ Achab corã me? Quia igitur humiliatus est † mei causa, ⁷ nõ inducã malũ in diebus eius; sed in diebus filij sui inferã malũ domui eius.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et demetam. *Exponatur sicut supra de Ieroboam, & Baasa.*

2 Et peccare. *Non solum in cultu vitulorum, sicut alii reges præcedentes: sed etiam in cultu Baal.*

3 Canes. *Hoc fuit impletũ tẽpore Iehu, vt habetur inf. 4. lib. 9. c.*

4 Igitur. *Scilicet in Regibus ipsum præcedentibus, quia introduxit cultum Baal in regnum suum ad incitamentum vxoris suæ, sicut supra dictum est cap. 16. & hic repetitur.*

5 Itaque cum audisset. *s. Eliæ de morte sua, & posteritatis suæ.*

6 Scidit vestimenta. *In signum pœnitentiæ, & humiliationis coram Deo, ista tamen pœnitentia fuit timor pœnæ, vt communiter dicitur, nec obstat quod subditur, q propter eã dilata est deletio domus suæ, quia talis pœnitentia licet non sit meritoria gratiæ, & euasionis pœnæ æternæ: tamen bene est meritoria aliquando dilationis pœnæ tẽporalis. Alii autem dicunt, quod fuit vera pœnitentia, sed ad horam: quia non permansit in ea: sed magis reuersus fuit ad mala præterita.*

7 Non inducam malum. *Scilicet deletionis domus suæ in diebus suis, sed in diebus filii sui, vt habetur infra 4. lib. c. 10.*

MORALITER.

† 5 *Itaque cum audisset, &c.* In signum pœnitentiæ, propter quod pœna cõminata fuit ad tempus dilata, & per hoc significatur, quod quando peccator vere penitet, æterna pena, quam meruerat, in tẽporalem commutatur.

CAP. XXII.

C a *Sicut ego sum ita, & tu.* ✠ Theodoret. Rogatus Iosaphat, vt belli iniret societatem, hoc se facturum est pollicitus. Eadem, inquit, quæ tu, faciam, vt tu in acie stabis, stabo & ego: & vt populus tuus bellum gerit, & populus meus bellum geret. Ostendit tamen Iosaphat suam pietatem, existimãs necessarium prius sciscitari Deum vniuersorũ. Cum autem Achab cõgregasset prophetas Baalim, Iosaphat illos est quidem abominatus, diuinum autem quæsiuit prophetam, &c. Hanc autem eius pietatem læsit amicitia, & cognatio, vt explicat liber Paralipomenon.

† 2. Paral. 18. a

Quæst. 64.

De sum. Trin. & damn. ius. 4. Reg. 3. a.

F 4. Reg. 10. c.

† tacemus

CAP. XXII.

TRansierunt igitur tres anni absq; bello inter Syriam, & Israel. ¹ In anno aũt tertio descendit Iosaphat rex Iuda ad regẽ Israel. † Dixitq; rex Israel ad seruos suos: ² Ignoratis q nostra sit Ramoth Galaad, & † negligimus tollere eã de manu regis Syriæ? Et ait ad Iosaphat: Venies ne mecũ ad prælíãdũ in Ramoth Galaad? Dixitq; Iosaphat ad re a gẽ Israel: Sicut ego sum, ita & tu. ³ Populus meus, & populus tuus vnũ

Omnes-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXII.

TRansierunt. *Descripta comminatione pœnæ ipsius Achab, hic consequenter ponitur eius inflictio, quantum ad personam Achab, & primo describitur eius occisio, secundo Iosaphat regis Iudæ cõditio, ibi: Iosaphat vero. Circa primum sciendum, q Achab fuit occisus in bello quod mouit contra regem Syriæ: & ideo primo describitur belli tractatus, secundo congressus, ibi: Ascendit itaque. In tractatu vero belli primo requiritur auxilium, secundo consilium, ibi:* Dixitque Iosaphat. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

Transie-

1 Transierunt. *Scilicet a tẽpore quo Achab dimisit abire Benadad, vt dictũ est sup. 20. cap. ita quod lapidatio Naboth fuit media inter illam dimissionem, & istud bellum. In anno autem tertio descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel ad vidẽdum eum: quia erant confœderati adinuicem, & filius Iosaphat habebat filiam Achab vxorem.*

2 Ignoratis. *q.d. Non debetis ignorare. erat enim ciuitas sacerdotalis, & refugij. vt habetur Deut. 4. & Iosue 20. sed reges Syriæ abstulerant eam a filiis Israel. & ideo Achab volebat eam recuperare, & ait Iosaphat requirendo eius auxilium, qui ei concessit, di.*

3 Sicut ego. *Id est, vnum sumus ad hoc, quod vnus prosequatur negotia alterius, & econuerso.*

Dixitque

MORALITER.

† 1 *Transierunt ergo, &c.* Sequitur.

† *Descendit Iosaphat.* Per assimilatẽ Iosaphat iusti cũ Achab pessimo significatur societas iusti cuiuslibet cum iniquo, de qua iustus est arguendus, propter quod infra dicitur ipsi Iosaphat per Prophetã; Impio præbes auxiliũ, & his qui oderunt Dominũ amicitia iũgeris; & iõ iram Domini merebaris, sed bona opera inuẽta sunt in te. Et non solũ spirituale prouenit iusto ex impij societate, sed etiã aliquado malũ corporale; sicut fuit in proposito. Nã Iosaphat ex societate cũ Achab in prælio fuit in mortis periculo. Nã Achab iniquus sub specie honorandi Iosaphat, fecit eũ ingredi bellum in apparatu regio, vt sic totũ pondus belli super eũ verteretur, sed Dei prudentia Iosaphat clamauit ad Dominum, & sic fuit liberatus; & Achab deceptor, fuit lethaliter vulneratus, secundum quod scribitur Prouerb. 26. d. *Qui fodit foueam, incidet in eam.*

6 Et

a *Omnesque Prophetæ similiter, &c.* ✣ Augustinus. Legimus deceptum regem falso vaticinio pseudoprophetarum, & ita legimus, vt sine diuino iudicio factum inueniamus, quoniam dignus erat ille sic decipi. Neque per eum Angelum quem deceptionis officium suscipere non deceret, sed per Angelũ erroris qui sibi vltro tales partes imponi cum lætitia postulauit.

Li.83.4.q.53.

b *Ascende, & vade prosperè, &c.* ✣ THEOD. Expectauit Michæas, vt iureiurando adigeretur, & deinde verum diceret. Nam quoniam Achab existimabat prophetam propter odium prædicere ea, quæ erant molesta, prius dixit ea, quę erant iucunda: deinde iureiurãdo adduct⁹, diuina ostendit.

Quęst. 65.

c *Vidi vniuersum Israelem dispersum, & cæt.* Per hæc autem ostendit, quòd illius prauitas, causa sit stragis. Nam si bonum, ac pium habuisset pastorem, vi superasset hostes. Deinde ostendit etiam modum assequendæ salutis. Si Dominus est, inquit, eis in Deum, reuertatur vnusquisque ad locum suum in pace. Si Deo creditis, & vultis ex eo scire quid agendum dimittite exercitum.

sunt, & equites mei equites tui. Dixitque Iosaphat ad regem Israel, [1] Quære, oro te, hodie sermonem Domini. Congregauit ergo rex Israel prophetas quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt, Ascen- [2] de, & dabit eam Dominus in manu regis. Dixit autem Iosaphat: Non [3] [4] est hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Remãsit vir vnus per quem possumus interro- [5] gare Dñm, sed ego odi eum, quia non ꝓphetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait; Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendam, & dixit ei: Festina adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebat vnusquisque in solio suo, vestiti cultu regio in area iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabant in conspectu eorum. Fecit quoq; sibi Sedechias filius Chanaana cornua ferrea, & ait: [6] Hæc dicit Dominus: His † ventilabis Syriam, donec deleas eam. a Omnesq́, prophetæ similiter prophetabant, dicẽtes: Ascende in Ra- [7] b moth Galaad, & vade prosperè, & tradet eam Dominus in manu regis. Nuntius vero qui ierat, vt vocaret Micheã, locutus est ad eũ dicẽs: † Ecce sermones prophetarum ore vno bona regi prædicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait: Viuit Dominus, quia quodcunq; dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Venit itaq; ad regẽ, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit, Ascende, & vade prosperè, & tradet Dominus in manu regis. Dixit autem rex ad eum: Iterum, atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi, nisi quod verum c est in nomine Domini. Et ille ait: Vidi cunctum Israel dispersum in [8] montibus, quasi oues non habentes pastorem. Et ait Dominus: Non [9] habent isti Dominum, reuertatur vnusquisque in domum suam in [10] pace. Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat: Nunquid non dixi tibi, [11] quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum? Ille vero d addens ait: Propterea audi sermonem Domini. Vidi Dominum se- [12]

† cornu petes, vel percuties.

† 2. Paral. 18. c

d *Vidi Dominum, &c.* Solium Dñi angelicę potestates, quarum mentibus Deus præsidẽs inferius cũcta disponit. Exercitus cęli ministrãtiũ Angelorũ multitudo: dextera pars Angelorũ electa, sinistra pars reproba. Neq; n. dextera cõcludit Deᵘ, neq; sinistra, q. ita ẽ intra oĩa, vt sit, & extra. Sed qũo malũ de exercitu cęli: Quia q̃ uis ab æthereo cęlo pulsi, adhuc tñ in aereo demorantur cęlo. vnde Paulus, *Contra spiritualia nequitiæ in cælestibus*. Omnis exercitus assistit Deo, quia, & voluntas electorum spirituum diuinæ deseruit potestati, & reproborum sensus suæ seruiens malitiæ iudicio omnipotẽtis ob temperat.

Eucherius. Rabbanus. Angelomus.

Ephes. 6.

✣ THEOD. Hæc est prosopopeia, seu fictio personæ, quæ docet diuinam permissionem. Non enim verus Dominus, & Magister veritatis iussit, vt deciperetur Achab, q. dixit per Prophetam, si Dominus est vere apud eum, reuertatur vnusquisque in locum suum in pace. Per hæc ergo docuit Propheta, quòd spiritus deceptionis impijs hominibus vtens, tanquam instrumentis; falsò promittit victoriam. Hoc autem permittente. Nam cum prohibere posset, non prohibuit, quoniam indignus erat Achab, cuius Deus curam gereret.

✣ Iusti. Mart. Saulẽ indignũ iudicauit Deus cui ꝑ suos præsignificaret q̃ ipsi euẽtura essent, quẽadmodũ fecit, & Achab regi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitque Iosaphat. *Hic consequenter quæritur consilium. Iosaphat enim qui erat fidelis, considerans pericula belli, volebat super hoc audire verbum Domini, sed Achab infidelis vocauit prophetas Baal, qui prophetabant spiritu maligno.*

2 Qui responde. *Ista propositio erat dubia. habens duplicem intellectum, sicut & ista: Aio te Acacida Romanos vincere posse: quæ fuit responsio dæmonis in idolo; per quam poterat intelligi, quòd iste vinceret Romanos, vel econuerso, quòd Romani vincerent Aeacidem. Ille igitur accipiens in sensu, qui videbatur pro se, pugnauit contra Romanos, & fuit deuictus, secundum intellectum dæmonis, & sic fuit in proposito.*

3 Dabit eam Dominus. *Poterat intelligi de rege Syriæ, vel rege Israel: prophetæ autem Baal, & Achab acceperunt eam in sensu falso.*

4 Non est hic. *Quia Iosaphat abhorrebat prophetas Baal.*

5 Reman. vir. &c. *eo q sibi dixerat:* Erit anima tua pro anima eius. *vt habetur supra 20. cap. Cætera patent vsque ibi.*

6 Fecit quoque, &c. *Sicut enim prophetæ Domini aliquando prophetabant non solum verbis, sed etiam sensibilibus signis, & sicut Ieremias posuit catenas in collo suo, vt habetur Ierem. 28. d. Sic etiam falsi prophetæ, vt magis eis crederetur. Cætera patent vsque ibi.*

7 Ascen. &c. & va. prosp. *Hoc nõ dixit assertiue, sed magis negatiue, vel optatiue, vt sit sensus, vtinam sic posses ire, & hoc per signa percepit Achab, propter quod adiurauit prophetam, vt diceret clare veritatem? & tunc dixit.*

8 Vidi. *Id est, fugientem de prælio, quia sicut veniunt ad prælium vnite, ita fugiunt disperse.*

9 Quasi oues. *Id est, ducem, & per hoc designat ipsius regis Achab mortem.*

10 Reuertatur. *Per hoc ostendit propheta, quòd solus Achab erat in hoc prælio moriturus. Sed contra videtur esse prophetia Michææ, quia dixit supra 20. g.* Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. *Ad hoc potest dici, quòd ibi designauit tantum mortem Achab, & propter hoc dixit.* Erit anima tua pro anima eius: *non autem dixit hoc de populo* erunt animæ populi tui, &c. *& sic designauit tantum populi fugam. Aliter soluit Rab. Sal. dicens, quòd sanguis Michææ insiliens de capite eius, quando vulneratus fuit a socio suo in sermone Domini, vt habetur supra 20. cap. Expiauit mortem comminatam populo, non autem ipsi Achab.*

11 Nunquid non. *Quasi dicat, iste falso prophetat mihi malum ex odio: & ideo propheta declarauit modum deceptionis Achab, dicens.*

12 Vidi Dominum. *In similitudine ipsum repræsentante ex hoc exterius formata, vel interius in imaginatione prophetæ, intellexit tamen quid talis similitudo signaret, & aliæ quę consequenter ponuntur.*

Et

regi Israelitarum, qui nõ credidit veritati, sed falsis ꝓphetis: A quam ob causam misit ei Deus falsum spiritum, cui cum crediSSet deceptus abijt in Ramoth, vnde viuus non redijt.

In 2. cap. Ioel. ✠ Hieronymus. Misit Dominus in Aegyptios iram indignationis suæ, furorem, & tribulationem, immissionem per Angelos malos, de quibus & Micheas loquitur. *Vidi Dominum sedentem, & cæter.* Ego puto sinistrum fuisse spiritum, qui egressus est, & stetit coram Domino, & ait, *Ego decipiam Achab, & ero spiritus mendax in ore* B *omnium Prophetarum eius.* Ad quam sinistram, & contrariam potestatem, quæ apta erat ad decipiendum, & exercitata ad ruinas, & multos ante deceperat, loquitur Deus: *Decipies, & præualebis.*

✠ AVGVSTIN. De spiritu mendacij per quem deceptus est Achab, hoc intelligamus, Deum, scilicet, omnipotentem, & iustum distributoré C pœnarum præmiorumque pro meritis, non solum bonis, & sanctis ministris vti, ad opera congrua, sed etiam malis ad opera digna: cum illi pro sua peruersitate nocere appetant, sinantur aũt tm̃ quantũ ille iudicat, q; oĩa in mensura, & pondere, & numero disponit. Dixit hoc Michæas propheta D quomodo fuit sibi demonstratum. Occulta enim res, & nimis secreta ita demonstratur prophetis, sicut potest capere sensus humanus, & cum etiam rerum imaginibus in reuelationibus, tanquam verbis instruitur.

†2. Par. 18. c.
†Quando me.
† vel regis.
lib. 2. ad Simpli. q. 6. to. 4.
† dixerunt

dentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem [1] ei a dextris, & a sinistris. [2] [3] Et ait Dominus: † Quis decipiet Achab [4] regẽ Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autem spiritus, & [5] stetit coram Domino, & ait; Ego decipiã illũ. Cui locutus est Dominus: In quo? Et ille ait; Egrediar, & ero spiritus mendax in ore [6] omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus. Decipies, & præualebis. Egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritũ mendacij in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt, a & Dominus locutus est contra te malum. Accessit autem Sedechias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: [7] † Mene ergo dimisit spiritus Domini, & locutus est tibi? Et ait Michæas; Visurus es in die illa quando ingredieris † in cubiculum in- [8] tra cubiculum, vt abscõdaris. Et ait rex Israel; Tollite Michæam, [9] & maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium † Amalech, & dicite eis; Hęc dicit rex; Mittite virum istum in car- [10] cerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Dixitq; Michæas; Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait; Audite populi omnes. [11] Ascẽdit itaque rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. [12] Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat; † Sume arma, & ingredere præ- [13] lium, & induere vestibus tuis. Porro rex Israel mutauit habitum [14] suum, & ingressus est bellum. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens: Non pugnabitis [15] contra minorem, & maiorem quempiam, nisi contra regem Israel solum. Cum ergo vidissent principes curruum Iosaphat, † suspicati sunt, quòd ipse esset rex Israel. Et impetu facto pub gnabant contra eum. Et exclamauit Iosaphat: Intellexeruntque [16]

a ¶ Quod exigebant merita eius.
¶ A sinistris.

a *Accessit autem Sedec. &c.* ✠ Ioseph. Sedechias quidam falsus propheta accedens ad regẽ, ait, non esse respiciendum Micheã, quia nihil diceret veritatis. Cognoscetis, inquit, repente, si vera sunt, quæ dicit iste, aut si potest Spiritus sancti habere virtutem. Cęsus enim palmis a E me, noceat meæ manui, sicut Iaddã dextram regis Ieroboã aridã fecit, dum eum comprehendere voluisset. Cumq; percussisset Michæam, & nihil fuisset passus, confortatus Achab in semetipso, contra regem Syrorũ mouit exercitum.

b *Et exclam. Iosaphat, &c.* ✠ Hebręi. Quando Iosaphat descendit in prælium, inita cũ rege Israel societate, & lapsus in manus hostium exclamauit, F merebatur quidem illa hora interfici, sed tamen quia exclamauit, inuocauitque Dominum, septẽ annis superuixit, vt tamen eos filij ipsius regno attribuat, & assignet.

☞ a *Fluebat*

Lib. 8. Antiq. cap. 14.
† De cubiculo intra cubiculum.
Seder olam rabba. c. 17.
† Mutabo me in habitum meum, & ingrediar.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et omnem. *Id est, multitudinem Angelorum.*
2 A dextris. *Quantum ad bonos Angelos.*
3 Et a sini. *Quantũ ad malos, qui dicuntur Deo assistere eo quod in plurib. sunt executores diuinæ iustitiæ Vnde Iob 2. a. dicitur.* Cum venissent filij Dei, & starẽt corã Dño, affuit inter eos, & Satan.
4 Et ait. *Per hoc, vel per illud quod dicitur infra*, Et dixit Dñs decipies, & preualebis, &c. *Non est intelligendum, q; falsitas, siue falsum reueletur a Deo, vel de eius mandato, cum sit veritas per essentiam, sed per hoc intelligitur permissio diuina, quia iusto iudicio Deus permittit malos homines decipi a dæmonibus, qui non habent potestatem aliquid faciendi, nisi quantum ipse permittit.*
5 Egressus est autem spiritus. *s. malus. ideo subditur.*
6 Ero spiritus mendax. *Et ex hoc patet falsitas dicti Rab. Salo. qui dixit, hunc fuisse spiritum Naboth defuncti, quia Naboth fuit iustus, & per consequens spiritus eius erat in parte iustorum. Præterea animæ perfectorum non loquuntur in prophetis falsis, sed Angeli mali, quando a Deo permittuntur.*
7 Percussit. *Volens ostendere, q; esset falsus propheta, tum quia manus sua non aruit, sicut manus Ieroboam extensa contra prophetam Domini, vt habetur supra 13. c. tum quia secundum apparentiam Michæas videbatur loqui contra dictum Elię, qui erat maior propheta: q; a dixerat, In hoc loco in quo linxerũt canes sanguinem Naboth, lambent sanguinem Achab, qui locus est iuxta Iezrael. Michæas autem dicebat eum interficiendum in Ramoth Galaad, & ideo ex hoc consequenter arguebat Sedechias, quòd nec Eliæ, nec Michææ erat credendum, eo quod dicta eorum discrepabant.*
8 Visurus es in die. *Dicunt aliqui, q; hoc fuit quando Iehu interfecit prophetas Baal, vt habetur infra 4. lib. c. 10. Alii autem dicunt, & melius, vt videtur, q; hoc fuit in regressu de Ramoth Galaad; quia tunc filius Achab, & principes quærebant Sedechiam ad interficiendum, eo q; iuerant de eius consilio in Ramoth Galaad ad præliandum.*
9 Tollite Michæam, & maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas, *Id est, præpositum regis.*
10 Mittite virum istum in carcerem, & sustentetur pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Di. *Ex hoc patet obstinatio Achab in malo.*
11 Et ait, audite. *Adhuc enim volebat loqui propheta, sed fuit amotus, & ductus in carcerem.*
12 Ascendit itaque rex. *Hic consequenter describitur belli congressus, cum dicitur.*
13 Sume arma tua, & ingredere prælium, & induere. *Sic est in litera Hebraica, quæ talis est,* Immuteris, & vade ad prælium, & tu indue vestimẽta tua. *quæ sic exponitur,* Immuteris, *s. deponendo vestem communem, & accipiendo arma bellica,* & tu induere vestimenta tua, *id est, insignia regalia, quæ soles portare ad prælia.*
14 Porro rex Israel. *Id est, nõ accepit insignia regalia. Dicũt al. q; hoc fecit ad honorandum Iosaphat, qui venerat cum eo in eius adiutorium, & ideo volebat sibi attribuere principalitatem belli. Alij dicunt, q; licet hoc videatur secundum apparentiam literæ, tamen intendebat aliud, scilicet, quòd pondus belli verteretur super Iosaphat.*
Rex autem Syriæ. *Sequitur.*
15 Non pugnabitis cõtra minorem, & maiorẽ quempiam, nisi cõtra regẽ Israel. *Ratio autem huius pręcepti fuit, vt dicit Rab. Sal. quia exploratores regis Syriæ erant præsentes, licet occultè, quando Michæas dixit solum Achab moriturum in illo prælio, & cum retulissent hoc regi Syriæ, dedit hoc præceptum; quia aliàs probauerat veritatem verborum prophetę, propter quod volebat se eis conformare.*
16 Et exclamauit Iosaphat. *Inuocando diuinum auxilium, & eleuando suum vexillum, sicut solet fieri in talibus, & per hoc intellexerunt principes regis Syriæ, quòd esset rex Iuda.*

In

a *Fluebat autem sanguis plagæ.* ✱ THEODOR. Sauciatus diu mansit in curru, ne fuga esset causa, vt funderetur, & fugaretur exercitus. Fluens autem sanguis infixus fuit currui. Eum in fonte qui erat prope vrbem abluit auriga, canes autem linxerunt. Meretrices sub auroram de more lauerunt, non consulto volentes lauari in sanguine, sed in aqua fontana, vt consueuerant. Ea autem erat colorata sanguine. ✱ Ambr. Multos reges gentium propter perfidiam populo patrum Dominus fecit esse captiuos. Achab regem cælestibus ingratum beneficiis, ita iussit occidi vt canes eius vulnera lamberent. Etenim quia pauperis vineam concupierat, nequaquam tantis opib. expletur imperii, infra omnem inopiam redactus a domino, non qui vulnera eius lauaret inuentus est, non qui corpus operiret. Defecit circa eum hominum humanitas, canum successit asperitas. Dignos plane sui ministros funeris auarus inuenit. ✱ Ioseph. Dum ergo hæc Achab regi a duobus prophetis, Helia, & Michæa prædicta videantur, oportet magnam iudicari diuinitatem, & honorari semper, & coli: & quæ vera sunt potius recipi, quam ea quæ pro cuiuspiam libidine dicuntur, amplecti, & arbitrandum, quia nihil aliud vtilius est, quàm vitorum talium præscientia, præbente, scilicet, Deo, quid vnusquisque debeat obseruare. Insuper cogitandum ex his quæ regi prouenerunt, quia quod debetur, neque dum præscitum fuerit euitatur, a Deo debita passio compleatur.

Quæst. 65. — casu. — l. de Nabuth. cap. 6. — † medium — † supra 21. f. parma. LXX. & meretrices lotæ sunt in sanguine eius. — lib. 8. Antiquit. cap. 15. — † in simplicitate sua, alii vertunt summa vi. — † remouerunt.

principes curruum, quod non esset rex Israel, & cessauerunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcum † in incertum sagittam dirigens, [1] & casu percussit regem [2] Israel inter pulmonem, & stomachum. [3] At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuam, & eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum. [4] Commissum est ergo prælium in die illa, [5] & rex Israel stabat in curru suo contra Syrios, & mortuus est vespere. Fluebat autem sanguis plagæ a in sinum currus, & præco insonuit in vniuerso exercitu, antequam sol occumberet, dicens: vnusquisque reuertatur in ciuitatem suam. Mortuus est ergo rex, & perlatus est in Samariam, sepelieruntque regem in Samaria. Et lauerunt currum eius in piscina Samariæ, [6] & † linxerunt canes sanguinem eius, [7] & † habenas lauerunt, [8] iuxta verbum domini quod locutus fuerat. Reliqua vero sermonum Achab, [9] & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarumque vrbium quas extruxit, [10] nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. [11] Iosaphat vero filius Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab regis Israel. Trigintaquinque annorum erat cum regnare cœpisset, & vigintiquinque annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in omni via Asa patris sui, & non declinauit ex ea. [12] Fecitque quod rectum erat in conspectu Domini, [13] veruntamen excelsa non † abstulit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *In incertum sagittam dirigens.* Quia mittebat sagittam contra multitudinem, non contra aliquam determinatam personam.

2 *Et casu percussit regem Israel.* Ista percussio licet fuerit casualis ex parte sagittantis, qui non dirigebat sagittam ex intentione ad regem Israel, non tamen fuit casualis ex parte Dei, qui hoc præordinauerat.

3 *Inter pulmonem, & stomachum.* 2. Paralip. 18. dicitur, Inter ceruicem, & scapulas, & vtrumque fuit verum, quia sagitta a parte anteriori intrauit prope pulmonem, & in parte opposita exijt superius versus scapulas: quia illa sagitta portendebat se in altando, quia iste sagittator erat de peditibus, & rex Israel pugnabat in alto stans in curru suo, in Hebræo habetur: *Inter squamas, & loricam.* Habebat enim super loricam armaturam de laminis ferreis ad modum squamarum factis, & vna fuit eleuata, seu amota a loco suo, & sic sagitta inuenit ibi loca intutata, & armis nudata, vel foramina loricæ discooperta, & sic facilius intrauit, & perforauit regem modo prædicto, & sic translatio nostra non discordat ab Hebræo in sententia: sed nostra designat percussionem in corpore, litera vero Hebraica in armis.

4 *Eijce me de exercitu, quia grauiter, &c.* Non simpliciter, sed de prima acie in qua erat, vt esset in alia posteriori, in qua non sic impugnaretur, & posset magis occultare se esse taliter vulneratum, ideo sequitur.

5 *Et rex stabat in curru suo contra Syrios.* Ne sui aduerterent illum lethaliter vulneratum, & fugerent de prælio. Cætera patent vsque ibi.

6 *Et linxerunt canes sanguinem.* In eadem regione in qua interfectus fuit Naboth, prout expositum fuit cap. precedenti, secundum vnum modum, quia Samaria vbi lotus fuit currus a sanguine Achab, & Iezrahel vbi lapidatus fuit Naboth, distant quasi per quindecim miliaria, quę faciunt septem leucas.

7 *Et habenas lauerunt.* In Hebræo habetur: *Et armaturas lauerunt,* scilicet, a sanguine Achab.

8 *Iuxta verbum Domini.* Id est, prope locum in quo lapidatus fuit Naboth, secundum quod dixerat Dominus per Eliam, qualiter autem hoc fuerit, sciendum quod Achab habebat domum regiam in Samaria, & Iezrahel, & vinea Naboth Iezrahelitæ erat prope domum illam, quæ erat in Iezrahel, & ibi erat armamentarium regis, propter quod ibi portata fuerunt arma, in quib. vulneratus fuerat, & ibi lota a sanguine Achab: quem linxerunt canes in loco determinato vbi fuerat interfectus Naboth. Et ideo scriptura fecit distinctionem inter loturam currus, & armorum, dicens quod arma fuerunt lota iuxta verbum Domini, & secundum hoc verificatur dictum Ra. Sa. dicentis, quod sanguis Achab in persona propria intelligitur cum dicitur supra cap. præc. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, &c. sicut ibidem dictum fuit.

9 *Et domus eburnea quam.* Qualis autem fuerit domus ista, non habetur ex scriptura, sed de ipsa fit hic mentio notando Achab de curiositate excessiua, in qua non modicum est peccatum.

10 *Nonne hæc scripta.* Ex hoc patet quod liber hic allegatus non est idem quod Paralipomenon, in quo nulla fit mentio de ista domo eburnea, sed est alius liber a Nabuzardam combustus, vel a Syrijs, nec postea fuit reparatus.

11 *Iosaphat vero.* Hic consequenter ponitur ipsius Iosaphat regis Iudę conditio, cuius vita commendatur, excepta familiaritate quam habuit cum Achab idololatra, & excelsorum permissione. ideo subditur.

12 *Fecitque quod rectum est in conspectu Domini.* Sicut & fecerat Asa pater suus.

13 *Veruntamen excelsa non abstu.* In quibus populus sacrificabat Deo, tamen vt prædictum est quod ideo non erat licitum, quia prohibitum scilicet, post templi ædificationem, vt frequenter supra dictum est, & quia populus erat ad hoc assuetus, ideo difficile erat amouere propter consuetudinem, veruntamen Ezechias tempore suo abstulit, vt habetur infra 4. lib. cap. 18.

Pacem

MORALITER.

† 6 *Et linxerunt canes sanguinem eius, & habe. lau.* s. Achab. Per istos canes signantur dęmones peccatorum animas cruciantes. Cætera vero quæ de Iosaphat hic scribuntur, completius ponuntur 2. Paralip. cap. 17. & 18. & 19. & 20. & ibi ponetur expositio mystica, Domino concedente.

1 Præua-

A stulit. Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. Pacemque habuit Iosaphat cum rege Israel. Reliqua autem verborum Iosaphat, & opera eius quæ gessit, & prælia, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Sed & †reliquias effœminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. † Rex vero Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum, & ire non potuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat, Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat. Dormiuitque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda: regnauitque super Israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu Domini, & ambulauit in via patris sui, & matris suæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

† reliqua scortamnicula q. †Sed præfectus, vel dux erat rex, i. præfectus quem constituerat eis ipse Iosaphat erat eis viceregis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Pacem habuit Iosaphat. *Istud recolitur, quia inter Asa patrem suum, & Baasa regem Israel fuerat bellum, tamen de familiaritate reprehensus fuit per Prophetam, tanquam in hoc reprehensibilis.* 2. *Paralip.* 19. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram Domini merebaris, &c.

2 Sed & reliquias effœminatorum, qui remãserant in diebus Asa patris eius abstulit de terra. *Qui autem dicantur effœminati, expositum fuit supra* 15. *cap. & licet Asa eos abstulisset, non tamen totaliter, sed ipse perfecit.*

3 Nec erat tunc rex constitutus in Edom. *A tempore Dauid, quo subiugauit sibi illud regnum, & posuit ibi vnum præfectum, qui respondebat de terra regi Iuda. Et hoc durauit vsque post tempus Iosaphat. Sed tempore Ioram filij sui rebellauit Edom, & constituit sibi regem, vt habetur infra lib.* 4. *cap.* 8. *& propter hoc de illo fit hic mentio. Rex vero Iosaphat fecerat classes in mari, sed confractæ fuerũt diuino iudicio, eo quod habebat familiaritatem, & societatem cum Ochozia rege Israel, secundum quod habetur* 2. *Paralip.* 20. *Et propter hoc noluit secundo associari cum eo in nauigio, vt habetur hic in litera.*

4 Ochozias autem filius Achab regnare cœperat. *Hic vltimo agitur de regno Ochoziæ regis Israel, vt continuetur finis istius libri ad principium quarti: vt patet litera ex prædictis, hoc excepto.*

5 Anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda. *Quia sicut dictum est in hoc cap. Achab regnauit* 22. *annis: & hic dictum est, quod Iosaphat cœpit regnare anno quarto ipsius Achab: & sic videtur, quod Achab regnauerit vsque ad completionem anni* 18. *ipsius Iosaphat: & per consequens filius Achab cœpit regnare* 19. *anno Iosaphat. Hoc potest solui per regulas superius datas, scilicet cap.* 15. *quod primus annus, & vltimus, in quo Achab regnauit cum Iosaphat fuerunt imperfecti. & ideo hic computantur. Et si aliqua similia occurrant, de cætero soluantur per regulas superius datas.*

ADDITIO.

In cap. 22. vbi dicitur in postilla: *Audite populi omnes.* Adhuc enim volebat loqui Propheta, sed fuit amotus.

Hæc verba Michææ, scilicet, *Audite populi omnes.* magis proprie possunt referri ad præterita; hoc est dicere illud quod dico regi. Si reuersus fueris in pace, non est Dominus locutus in me: *Audite populi omnes.* quasi diceret: sitis omnes testes, quod ego dico de rege, quia non reuertetur in pace. & istum modum tenent Prophetæ prouocando testes ad sua dicta, sicut Esa. 1. a. *Audite cœli, & auribus percipite, &c.* & non est necessarium dicere, quod Propheta volebat alia loqui.

Libri Tertij Regum finis.

QVARTVS REGVM LIBER SECVNDVM HEBRAEOS, MELACHIM SECVNDVS.

CAP. I.

a Præuaricatus est. ✻ Theodoret. Moabitæ pendebant tributum Achabo, tanquam subiecti; illo autem mortuo, contempserunt eius filium, nec tolerarunt ei parere. *(Quæstio. I. in lib. 4. Reg.)*

✻ Ioseph. Rex Moabitarũ rebellauit filio Achab, & tributa, quę eius patri reddebat ministrare cessauit. *(Lib. 9. Antiq. cap. 2.)*

b *Ceciditque Ochoz.* Domus Ochoziæ est synagoga, quæ legalibus præceptis quasi cancellis cęnaculi vndiq; circundata erat. Sed sicut Ochozias per cancellos, quibus tueri debuit ruens, ęgritudinem nimiam incurrit, ita & Iudęus legis custodiam excedens, in languorem desperabilem peccatorum cecidit. Vbi qa Dei præsidiũ dereliquit, salutis remediũ nõ inuenit. Cõfugit enim sicut rex impius ad falsos deos, & ideo prophetico ore corripitur, & de eius morte vicina prędicitur. Ochozias Iudęorũ maxime principes significat, qui vitijs dediti veritatẽ persequunť. vnde, *Miserunt Principes, & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum, &c.* *(Rabbanus Angelom. Eucher.)* *(Ioan. 7. c.)*

c *Ite, consulite Beelzebub, &c.* ✻ Iosephus. Contigit, vt Ochozias cum descenderet de superioribus domus suæ, caderet: & cum langueret, misit ad Deum Accaron Muscam (hoc enim erat nomen illi Deo) & consuluit de salute sua.

✻ Theodoretus. Deflenda est Moabitarum amentia. Non solum enim in Deos referebant maxima animalia, sed etiam minima, & vilissima, & odiosa. Quid enim est musca odiosius? Sed tamen, & eius simulacrum Deum dixerunt, & Deo, qui vere est Deus relicto, muscæ simulacrum de vita sciscitabantur: & quem viuentem flabellis expellunt, eius figuram Deum appellant. *(Quæst. 3.)*

d *Vir pilosus, & zona pellicea accinctus est, etc.* ✻ Hieronym. Zona pellicea Ioannis, qua accinct⁹ fuit & Elias, mortificationis symbolum est. *(In I. cap. Mat.)*

✻ Idem. De Esau scriptum est, q rufus fuerit, & quasi pelle hispidus: de Elia vero q vir tantum pilosus. In Esau, qui sanguinarius, & cruentus, pelli hispidę comparatur, mortaliũ operũ, & ipsius mortis indiciũ est: in Elia vero virilitatis *(In c. 35. Ezec.)*

CAPVT I.

†Præuaricatus est aũt Moab in Israel post quam mortuus est Achab. Ceciditque Ochozias per cãcellos cœnaculi sui qđ hẽbat in Samaria, & ægrotauit, misitq; nũtios dicẽs ad eos: Ite cõsulite Beelzebub Deũ Accaron, vtrũ viuere queã de infirmitate mea hac. Angelus ãt dñi locutus ẽ ad Eliã Thesbitẽ, dicẽs. Surge, & ascẽde in occursum nuntiorũ regis Samarię, & dices ad eos. Nunqđ nõ est Deus in Israel, vt eatis ad cõsulẽdum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem hęc dicit dñs. De lectulo sup quẽ ascẽdisti nõ descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias. Reuersiq; sunt nuntii ad Ochoziã, Qui dixit eis, Quare reuersi estis? At illi rñderunt ei. Vir occurrit nobis, & dixit ad nos. Ite, & reuertimini ad regem, q misit vos, & dicetis ei, Hæc dicit Dominus. Nunquid quia non erat Deus in Israel, mittis vt consulatur Beelzebub Deus Accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti nõ descendes, sed morte morieris. Qui dixit eis, Cuius figuræ, & habitus est vir, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt, Vir pilosus,

a ¶ El Syriacẽ, sol, addita b. bel. inde pro varietate linguarum, bel, bal, baal, beelzebub.

† vel defecit autem Moab ab Israel.

Postilla venerabilis Nic. de Lyra super quartum lib. Reg.

CAP. I.

Præuaricatus. *Postquãm actum est tertio libro de regno bipertito tempore quo floruit, hic cõsequenter agit de ipso tempore quo cadere cœpit. Et quia regnum Israel prius fuit infectũ idololatria quãm regnum Iuda, ideo citius defecit, & captiuatũ fuit: & quia regnũ Israel describitur sub regno Iuda, sicut dictũ fuit sup. 3. lib. c. 12. ideo sub regibus Iuda primo describitur deiectio regni Israel simul vsq; ad regni Israel captiuationem, secundo deiectio regni Iuda per se vsq; ad trãsmigrationem. 18. c. Circa primum sciendũ, quod licet regnũ Iudæ vsq; ad captiuationem regni Israel cucurrerit sub 8. regibus, & vna regina: qa tamen sub aliquibus nihil fuit innouatum, ideo iste quartus liber vsq; ad 18. c. exclusiue diuiditur in sex partes, quia primo agitur quid factũ sit sub Iorã. secũdo qđ sub Athalia c. 11. tertio qđ sub Ioas c. 12. quarto qđ sub Amasia c. 14. quinto quid sub Ozia, vel Azaria, & additur. quid sub Ioathan c. 15. sexto quid sub Achaz c. 16. Circa primũ describitur primo mors Ochoziæ, & Ioram fratris eius substitutio. secũdo regni Iorã prosecutio 3. c. tertio totius domus Achab exterminatio. c. 8. Circa primũ sciendum, q in deiectione vtriusq; regni, s. Israel, & Iuda simul cucurrit præuaricatio regum: & contra eos exclamatio prophetarum temporibus suis existentiũ, & ideo primo describitur hic descensus Ochoziæ ad inferos propter suam malitiã, secundo ascensus Eliæ ad cœlos propter virtutis constantiã. 2. c. Circa primũ simul ostenditur malitia Ochoziæ, & cõstantia Eliæ. & ideo primo describitur peruersitas Ochoziæ idola consulẽtis. secũdo veritas Eliæ ex hoc mortẽ eius prædicẽtis, ibi:* Angelus aũt Dñi. *tertio indignatio Ochoziæ per tres principes cũ capere cupiẽtes, ibi:* Qui dixit eis. *quarto cõstantia Eliæ veritatẽ sibi in facie dicẽtis, ibi:* Locutus est au. *quinto mors Ochoziæ, & creatio Ioram sibi succedẽtis, ibi:* Mortuus est. *Circa primũ dicit.* *(Diuisio.)*

1 Præuaricatus est autem. *Quia rex Moab per iuramẽtũ se obligauerat, & regnũ suũ ad seruiendum regi Israel sub tributo, sed rebellauit, & iuramentum fregit, quæ fractio dicitur præuaricatio.*
2 Postquam mortuus est Achab, &c. *Achab. n. fuit bellicosus, vt patet ex supradictis 3. lib. & habuit plures victorias notabiles: & ideo tẽpore eius non rebellauit, sed tẽpore filij sui, qui erat pusillanimis.*
3 Ceciditq; Ocho. *i. deambulatoria.* 4 Et ægro. *Quia ex casu cõquassatus fuit.* 5 Misitq; nun. *De cõsilio matris suæ Iezabel, q erat idololatrix pessima: & iõ fecit cũ recurrere ad idolũ, & nõ ad Deũ. Aliquando. n. in idolis dæmones dabant responsa Deo permittente propter malitiã recurrentium ad idola, per quam demerebantur, vt in suo errore detinerentur.* 6 Angelus. *Hic consequenter describitur Eliæ constantia mortem eius prædicentis cum dicitur.*
7 Nunquid, &c. *Quasi dicat vos ostenditis facto, q creditis ibi non esse Deũ, qui possit respondere vobis.* 8 Quamobrem. *i. propter infidelitatem.* 9 Morte morieris. *per aliam sententiam.*
10 Reuersiq; sunt. *Propter verbũ Eliæ eis dictũ ex parte Domini.*
11 Qui dixit eis. *Hic consequenter describitur obstinatio regis volentis punire prophetam propter Dei sententiam. Primo tamen inquirit de persona dicens:* Cuius figuræ, & habitus est. *Et sequitur.*
12 Vir pilosus. *i. habens habitũ hispidũ, sicut de Sãcto Ioãne Baptista dicitur Matt. 3. quod habebat vestimẽtũ de pilis camelorũ, & in hoc cõmendat eum scriptura de vilitate, & asperitate habitus. Ex quo etiã sequitur, quod nimia mollities, & curiositas est vitiosa. Vnde Mat. 11. a. dicit Saluator ad laudem Ioannis Baptistæ: Quid existis in desertũ videre? hominem mollibus vestitum, quod negatiue de Ioanne dicitur. ideo subditur: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.*

MORALITER.

† 1 *Præuaricatus est.* Sequitur. 3 *Ceciditq; Ochoz.* Cœnaculũ est pars domus superior: nã idẽ est quod solariũ: & iõ signat altitudinẽ supbię. Per Ochoziã aũt idololatrã, significatur superbus, q Deo repugnat, eius auferẽdo culturã. Igitur Ochozias cadit de cęnaculo, qñ iudicio Dei superbus deijcitur a statu suo, secũdũ illud Prou. 17. c. *Qui altã facit domũ suã, quærit ruinã.* 4 *Et ægro.* Tunc. n. supbus ex suo casu ęgrotat, qñ propter hęc cõtra Deũ murmurat. 5 *Misitq;.* Tũc enim ad cõsulendũ Beelzebub mittit, qñ p modos illicitos, & maxime p sortilegia, & cõsimilia, in qb. sunt quędã pacta cũ dæmonibus inita, contra suã infirmitatẽ remediũ quærit. 6 *Angelus au.* s. ad indicandũ Ochozię mortẽ suã ppinquã. Per quod significatur obstinati damnatio, quã debet denũtiare cõstanter pdicator veritatis cõtra superbos in sua malitia obstinatos. Per hoc aũt q mors Ochozię sibi fuit dupliciter nũtiata, s. per nũtios proprios, & per Eliam, significatur duplex superbi damnatio, s. quantum ad corpus, & animam.

A litatis argumentũ. Quamobrem, & habitatio eius in solitudine, & conuersationis austeritas, non solum virum, sed & virum fortissimum demonstrabat.

Homil. 69. in Matth. ✠ Chrysost. Amictus monachis ipsis fortitudini suæ conueniens circumiacet. Non enim effœminatæ, ac eneruatæ p terram sibi vestes trahuntur, sed ita eis præparatæ sunt, vt beatissimis Angelis illis, Heliæ dico, Heliſæo, Ioanni, ac vniuersis Apostolis: etenim alijs caprarum, alijs camelorum pilis confectæ sunt.

Lib. 1. de Cœnobiorum institutis. cap. 2. ✠ CASSIAN. Monachum, vt militem B Christi in procinctu semper belli positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere. Hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in Veteri Testamento professionis huius fundauere primordia, Eliam, scilicet, & Eliseum, diuinarum scripturarum authoritate monstratur. Vir (inquiunt nuncij Ochoziæ) pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Ex quo habitu confestim rex contemplatus hominem Dei, ait: Elias Thesbites est: zonæ C videlicet indicio, & hirsuti incultique corporis specie virum Dei indubitanter agnoscens; eo quod istud ei inter tot Israelitici populi millia commoranti, cultus proprij, velut quoddam impressum speciale signum perpetuo cohæreret.

Lib. Regularũ fusius disput. reg. 22. ✠ Basilius. Exquirat seipsum quisque, vtri ne magis assimilem esse Christiano homini conueniat, ijsne, qui habitant in aulis regum, & mollibus vestiuntur, an Ioanni Baptistæ, cuius vestimentum ex setis camelorum erat. Quin & veteres Sãcti circumibãt in melotis, & pellibus caprinis. Fecit Deus primis parentibus tunicas pelliceas, quandoquidem ad ea in corpore contegenda, quæ aspectu ipso fuerant minus honestatis habitura, satis erat huiuscemodi tunicarũ vsus. Præterea vtilis, & in hoc peculiaris hęc amictus ratio est, q, ea qualis sit vnusquisque, ante indicat: & vitę, quę ex Deo est professionẽ testificatur: quæ res facit, vt ab ijs, qui nos viderint, actiones etiã professioni consentaneæ requirãtur. Imbecillioribus veluti pædagogi quædam disciplina est, qua inuiti etiam a rebus flagitiosis prohibentur, hæc quæ in vestitu foris apparet professio. Vt igitur peculiaris quidam in vestitu est ornatus militis, alius Senatoris, vnde de dignitate illorum capitur coniectura, sic decorum, & consentaneum videtur, Christianum in vestitu etiam aliquid præcipuũ a cæteris seruare oportere, &c.

D

E

a *Misitq; ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta viros.* Quinquagenarius, cõfessio pœnitentiæ est, qua declaratur remissio peccatorum. Iudęi ergo nolentes Christum Deum esse, nec principem pœnitentiæ, dicunt ei: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? & in futuro igni incenduntur. Tertius quinquagenarius, quia conuersus ad fidem Trinitatis, pęnitentiæ sacramentum cognouit, indulgentiam meruit.

Rabbanus. Eucherius. Angelomus.

F

b *Descendit itaque ignis de cœlo, &c.* ✠ Theodoret. Qui prophetam accusant crudelitatis, aduersus Deum prophetæ linguam mouẽt: ipse enim immisit ignem. Oportet enim scire ius diuinę prouidentię, & quod iuste punit peccatores, & beneficio afficit suos cultores. Est autem perspicuum eos quinquagenarios, & qui eis parebant, conuenire cum scopo, & instituto eius, qui illos misit: vnde etiam a Deo immissa iusti nuerũt supplicia. Tertius.n. cum suis, ęqtate, & fide ornatus, & qui experientia virtutem prophetæ didicerat, vsus verbis placi-

Quæst. 4.

& zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Thesbites [1] est. [a] Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quin- [2] quaginta viros, qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum, seden- [3] tique in vertice montis ait: Homo Dei, rex † præcepit, vt de- [4] scendas: Respondensque Elias, dixit quinquagenario. † Si ho- [5] mo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quin- [6] [b] quaginta tuos. Descendit itaque ignis de cœlo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, hæc dixit rex: Festina, descende. Respondens Elias ait: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenarium † tertium, & quinquaginta, qui erãt cum eo. Qui cum venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait, Homo Di, † noli despicere animam meam, & animas seruorum tuorum, * qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant: sed nunc obsecro, vt † miserearis animæ meæ. Locutus est autem Angelus Domini ad Eliã, [7] dicẽs, Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descen- [8] dit cum eo ad regem, & locutus est ei; Hæc dicit Dominus; Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub Deum Ac-

(Interlinear: ¶ Quia conuiciando dixerunt, homo Dei descende. — ¶ Hic est Abdias. — a ¶ Quia humiliter accessit.)

† dixit

† 23. q. 4. c. si illic & cap. ea vindicta.

*horum quinquaginta.

† pretiosa sit anima mea in oculis tuis. Ioan. 8. g.

† pretiosa sit anima mea coram te, & animę Heb.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et zona pellicea accinctus renibus. *In Heb. habetur;* zona de corio. *Vtrum autem illud corium esset pilosum, vel non, de scriptura non habetur.*

2 Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta, qui erant sub eo. *Volebat enim quod violenter adduceretur si recusaret venire, & puniretur.*

3 Qui ascendit. *Erat enim in monte vacans vitæ contemplatiuæ.*

4 Homo Dei rex præcepit, vt descendas. *Cognouit autem Elias per reuelationem, quod irrisorie vocabat eum hominem Dei, & quod consentaneus erat regi in peccato idololatriæ, & punitione Eliæ, & similiter illi, qui cum eo erant: & ex hoc Dei sententia erant puniendi, propter quod diuinam sententiam pronuntiauit dicens.*

5 Si homo Dei sum. *Vere, & non irrisorie.*

6 Descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. *Hoc modo Beatus Petrus mortis sententiam pronuntiauit super Ananiam, & vxorem suam, vt habetur Act. 5. a. Et sicut dictum est de illo quinquagenario primo, ita dicendum de secundo. Tertius vero quinquagenarius fuit Abdias, vt dicunt Doctores Hebræi, & Catholici, qui timebat Deum valde, vt habetur supra 3. lib. 18. cap. & propter hoc humiliauit se coram Deo, & Elia eius seruo.*

7 Locutus est autem Angelus Domini ad Eliam. *Hic consequenter describitur constantia Eliæ denuntiantis regi mortem in sua facie Angelo eum assecurante, cum dicitur.*

8 Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descẽdit cũ eo ad reg. *Præcepit autẽ eum descendere, & coram rege comparere, ne Abdias rediens sine ipso a rege puniretur: & assecurauit eum, vt constanter loqueretur, sicut patet in litera. nec tamen propter hoc fuit rectus, vel punitus, quia scribitur Prouerb. 21. a.* Cor regis in manu Domini, quocunq; voluerit vertet illud. *& ideo licet Ochozias intenderet eum punire, tamẽ a Deo territus non fuit ausus mutire.*

1 Mor-

MORALITER.

† 2 *Misitq; ad, &c.* Per duos primos principes, quinquagenarios ex mandato Ochozię superbe loquentes cum Elia, significantur ministri hominis superbi deseruiẽtes ei in sua malitia, quos ignis cum suis socijs deuorauit. Per quod ostenditur quod ignis gehennę debetur ministris superbię.

† *Iterum misit principem quinquagenarium tertiũ, & quin.* Per istũ qui nõ voluntate Ochozię, sed sua propria locutus fuit humiliter cum Elia, bonus seruus, hominis tamen mali designatur, & sic cum suo dominio, & ministris malis non accipit damnationem, sed cum suis socijs saluatur.

caron, quasi non esset Deus in Israel, a quo posses interroga re sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti non de- ¶ Vel autem. scendes: sed morte morieris. Mortuus est ergo iuxta sermo- 1 nem domini quem locutus est Elias, & regnauit Ioram fra- a ter eius pro eo, anno secúdo Ioram filij Iosaphat regis Iudę. 2 Non enim habebat filium. Reliqua autem verborum Ochozię quę operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?

A placidis effugit supplicium.

✠ Aug. Qui supercilio, i. superbo tumore inflatus animo dixit: Homo Dei, vt ad illū nobiscum exeas, Rex Ochozias, id est, filius Achab, iussit. Si homo Dei ego sum vt inquis, rńdit ꝓpheta, in te nunc, & in eos qui tecum sunt, cœlestis flamma ardebit. (Lib. 3. de mir. sac. scri. c. 20.)

✠ Ambros. Discipuli gestientes ignem super Samaritanos descédere, sciebāt Phinees reputatum fuisse ad iustitiā, qa sacrilegos interemerat, & ad pces Elię ignem descēdisse de cœlo, vt prophetę vindicaretur iniuria. (In ca. 9. Iuc.)

a Regnauit Ioram frater eius, &c. ✠ Theodoret. Lex erat vt regum filij regno succederent. Si non essent filij, frater natu maximus, aut qui erat ei consanguinitate coniunctus. Dauidis quidem regnum vsq; ad captiuitatem, filius a patre accipientes, administrarunt: tenuit autem Iechoniæ regnum ante liberorum procreationem, cum esset eius patruus. (D Quæst. 5.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Mortuus est. *Hic consequēter vltimò describitur mors Ochoziæ, & fratris sui substitutio, quia non habebat filium.*

2 Anno secundo. *Istud videtur esse falsum, quia supra 3. li. cap. vlt. dicitur quod Iosaphat regnauit 25. anno: ibidem dicitur quod Ochozias cœpit regnare super Israel anno 17. Iosaphat regis Iuda. Et ibidē dicitur ꝙ Ochozias regnauit tantum duob. annis, & adhuc imperfectis. Ex quibus sequitur, ꝙ Ochozias mortuus fuit 18. anno regni Iosaphat, & sic de regno Iosaphat adhuc remanebant 7. anni futuri. Ex hoc videtur falsum quod dicitur hic, quod Ioram frater Ochoziæ, & ei succedens cœpit regnare anno secundo Ioram filii Iosaphat, imò per septem annos cœpit regnare ante sci. 18. anno regni Iosaphat. Ad hoc respondent Hebræi dicentes, quod quia Iosaphat fuit in periculo mortis in Ramoth Galaad vt habetur supra 3. li. cap. vlt. ideo ex tunc filium suum Ioram regē instituit, ne post mortem suam de regno inter filios suos esset contentio, & sic filius octo annis regnauit cum eo, qui octo anni aliquando cōputantur in regno patris, aliquando in regno filii. Et quando dicitur hic, quod Ioram frater Ochoziæ cœpit regnare secundo anno Ioram filij Iosaphat, quo cœpit regnare cum patre, & ille fuit annus decimusoctauus patris, vt habetur infrà 3. cap.*

CAP. II.

Factum est autem cum leuare vellet do- 1 a minus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias & Eliseus de Galgalis. Dixitque Elias ad Eliseum, Sede * hic, quia dominus misit me vsque in Bethel. Cui ait Eliseus, Viuit dominus & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque b descendissent Bethel, egressi sunt filij prophetarum qui erant in Bethel ad Eliseum, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia 2 hodie dominus tollet dominum tuum a te? Qui respondit,

* obsecro.

B CAP. II. a *Factum est.* Turbo, idest, validissimus ventus rapuit Elia in cœlū aereū vñ volucres cęli, vt in secretā quandam terræ regionē repente illum deponeret, vbi in magna iā carnis & spiritus quiete viueret, quousq; in fine mundi mortis debitū soluat. Currus igneus quo raptus dr̄, angelicę sūt virtutes, quarum operatione subleuatus est. (Eucherius. Rabbanus. Angelomus.) Subleuatio Elię ascensionē domini significat. Elias in curru ascendit, quia homo purus adiutorio egebat alieno. Redēptor noster non curru, quia qui omnia fecerat super omnia sua virtute ferebatur. In designatione ascensionis suæ dominus prænuntios & testes habuit, vnū ante legem, alterū sub lege, vt qn̄que veniret ipse qui veraciter penetraret cęlos. Qui credentibus quoq; carnis munditiā largiretur, & sub eo per incrementa temporū virtus castitatis excresceret. (Ibidem.) C Translatus namq; est Enoch, per coitum generans & genitus. Raptus Elias, tātū per coitum genitus. Assumptus est dominus per coitū nec generās, nec generatus.

E b *Filij prophetarum qui erant in Bethel, &c.* ✠ Theo. Ipsos prophetas, filios prophetarū diuina scriptura vocat Hebręorum & Syrorū idiomate. Sic enim homines solita est noiare. Filij inquit, hominū, vsquequo graui corde? Et, Secundū altitudinem tuam multiplicasti filios hominum, idest, homines. Ostendunt autem ipsa quoque verba multos fuisse prophetas. Nā qui habitabant Iericho & Bethel præsciuerant etiam assumptionem Elię. Cognouerat hoc quoq; ante alios præclarus ille Eliseus. (Quæst. 1.)

✠ Hebræi. Multi dicuntur fuisse prophetę, & tamen nominibus supprimuntur. Si id tribuas inscitię eorum, eadem scriptura refelletis, quæ illos declarat fuisse sciētię laude atq; dono prę stantissimos. Dixerūt, inquit, Eliseo. Nūquid nosti, &c. Pares enim Eliæ, & eiusdē cum Eliseo momenti atq; ponderis fuerunt, &c. Nulla erat vrbs in terra Israel, quę nō haberet ꝓphetas. Interea prophetia eorum tm̄ est cōmemorata, quę ad necessitatem (Seder olam Raba. c. 17.) F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 Factum est. *Hic consequenter describitur ascensus Eliæ in cœlum, & primo describitur eius trāslatio. secundo Elisei substitutio, ibi:* Eliseus autem. *Prima in duas, quia primo describitur Elisei circumitus, secundo eius raptus, ibi:* Cumque transissent. *Circa primum sciendum, quòd Elias præsciens suam translationem postquā fuerat in Galgalis, qui locus est iuxta Iordanem, quod patet ex hoc, ꝙ filij Israel Iordane transito ibi primo posuerunt castra, & ibi portauerunt 12. lapides de Iordane, vt habetur Iosue 4. inde transit in Bethel, & inde Iericho, & inde rediit ad Iordanē, vt patet litera, & sic fecit quendam circumitum. Ratio autem huius fuit, quia Galgala locus sacer reputabatur. Tū quia filij Israel ibi primo posuerunt castra Iordane transito, vt dictum est. Tum quia filij Israel ibi circuncisionem fecerunt, & pascha celebrauerunt, vt habetur Iosue 5. In Bethel autem Iericho manebant filii prophetarum, vt patet in litera, & isti erant viri religiosi simul collegiati, vacantes orationi & contemplationi, quorum aliqui habebant spiritum prophetiæ, & tales fuerunt primo congregati sub Samuele propheta, sicut dictum fuit suprà 1. lib. c. 10. & postea sub alijs prophetis excellentibus, propter quod dicebantur filii prophetarum, id est, discipuli eorū sicut dicit Ra. Sa. super locum istum Elias igitur ante translationem suam voluit videre loca ista. Galgalam propter loci sanctitatem, Bethel & Iericho propter discipulorum suorum congregationem, & quia ibi volebat dimittere Eliseum, vt patet in textu, & ex dictis patet litera vsque ibi.*

2 Nunquid nosti, quia hodie do. &c. *Ex quo patet quod dictum est suprà, scilicet, quod aliqui eorum habebant spiritum prophetiæ per quem præsciebant translationem Eliæ. Qui respondit.*

Et ego

MORALITER.

1 *Factum est autem.* Alleg. per ascensum Elias in cęlū ascensio domini nostri Iesu Christi fuit figurata, sicut dicit Rabani gloss. & interpretatio nominis ad hoc aptatur, nā Elias ascendens dominus interpretatur.

Et ego noui, silete. Dixit autem Elias ad Eliseum, Sede hic, quia dominus misit me in Iericho. Et ille ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque venissent Iericho, accesserunt filij prophetarum, qui erant Iericho ad Eliseum, & dixerunt ei. Nunquid nosti, quia hodie dominus tollet dominum tuum a te? Et ait: Et ego noui, silete. Dixit autem ei Elias: Sede hic, quia dominus misit me vsque ad Iordanem. Qui ait. Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt. Qui & steterunt econtra longe. Illi autem ambo stabant super Iordanem. Tulitque Elias pallium suum & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtramque partem (a ¶ Christus caput nostrum ad ecclesiam corpus suum.) & transierunt ambo per siccum. Cumque transissent: Elias dixit ad (n ¶ Petite & accipietis.) Eliseum, Postula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: (¶ Spiritus tui largitio.) Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit Rem difficilem postulasti. Attamen si videris me quando tollar a te, erit tibi quod petisti. Si autem non videris, non erit. Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque, † & ascendit Elias per turbinem in cælum.

A ... cessitatem legis faciebat.

a *Fiat in.* (Eucherius. Angelomus. Rabbanus.) Elias spiritu prophetali & operatione miraculorũ excellenter pollebat, geminam ergo grãm quam Eliseus in magistro vrgere cognoscebat, sibi tribui rogauit. Vnde pater quòd non esse discipulus super magistrum postulauit.

Rabb. Fiducia petẽdi accepta a domino ecclesia postulat spiritum Christi, & qa remissione peccatorum indiget qua nõ eguit Christus, & munere virtutum quas ex plenitudine sua per spiritũsanctũ tribuit Christus, (B, Ephes.4.b.) *qui ascẽdẽs in altum captiuã du. cap. de. do. ho.* illis videlicet q spem suam in illo ponunt. Hinc est quod ait.

b *Si videris.* id est, si oculos fidei aperueris, & cũ passione & resurrectione ẽt ascensionem meam fideliter credideris, petitionis tuæ effectum consequeris.

C (Quæst.7.) ✠ Theodo. & Procop. Dixit Elias, rẽ difficilem postulasti, non quod discipulo gratiam & dona inuideat, sed aliorũ hominum curam gerens. Nã cum ipse tribus annis & sex mensibus hoĩes castigarit & afflixerit, necesse fuit illum qui duplicem portionem de gratia Spiritus accepisset, duplicia etiam opera edere, ex quib. vnũ erat, pœna pestis. Misericordia igitur motus, rem dicit, magnam & duram petiuisti. Id quod ex historia perspectum habemus, fames enim septem annorum super homines adducta est.

D c *Et ascẽdit Elias per turbinem &c.* (In psal.46.) ✠ Chrysostom. Christus ascendit nullo alio eũ ducente, & ipse hauc viam est ingressus. E Elias autem qui in eo quo Christus processerat, ducebatur ab alia potestate.

✠ Idem. (In psal.117.) Habes imaginem resurrectionis, nempè Eliæ raptum, qui nec in hodiernũ vsque diẽ est mortuus. Omnia sũt expedita Deo, & facilia. († Eccl.38.b.)

✠ Irenæus. (Lib.5.cap.5.) Enoch placens Deo, in quo placuit corpore, trãslatus est translationẽ præmonstrãs. Et Elias sicut erat in plasmatis substãtia, assumptus est, assumptionẽ patrum pro- F phetans,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ego. *Ex quo patet, quod Eliseus iam habebat spiritum prophetiæ, non tamen in tanta plenitudine sicut postea habuit.*

2 Silete. *Nolebat enim, quòd de hoc in præsentia Eliæ loquerentur, ne ab Elia & ipsis simile incitaretur ad remanendum ibidem, quia volebat remanere cum magistro suo quantum poterat.*

3 Tulitq; Elias. *i. plicauit aptando ipsum ad percutiendum aquas.*

4 Quæ diuisæ. *Non per aliquam virtutem quæ esset in pallio, sed virtute diuina qua voluit ostendere meritum Eliæ, sicut ad declarandum merita sanctorum aliquando dantur a Deo sanitates ad tactum vestimentorum ipsorum.*

(Diuisio.) 5 Cumq; transissent. *Hic consequenter describitur Eliæ raptus, & primo describitur eius amicabilis condescensio. Secũdo mirabilis ascensio, ibi.* Cumque pergerent. *Primum ostenditur in hoc, quòd obtulit se Eliseo ad faciendum quod posset pro eo, dicens:* Postula quod vis, &c. *Et subditur Elisei petitio.*

(Miracula Eliæ & Elisei.) 6 Obsecro fiat. *Dicit Ra. Sa. quod petijt habere spiritum in dupla proportione respectu Eliæ, & ad hoc inducit quod octo miracula tantũ scribuntur facta per Eliam in hoc 4. lib. & 3. Primum est clausio cæli. Secundum continuatio farinæ, & lecythi. Tertiũ suscitatio filij viduæ. Quartum ascensus ignis in monte Carmeli. Quintũ impetratio pluuiæ. Sextum descensus ignis super primum quinquagenarium. Septimum super secundum. Octauum diuisio Iordanis, vt transirent per siccum. Sedecim verò scribuntur in Eliseo:* (Diuisio.) *Primum est Iordanis diuisio. Secundum aquarum sanatio. Tertium puerorum laceratio. Quartum aquæ impetratio pro tribus regibus. Quintum olei multiplicatio. Sextum Sunamitis fœcundatio. Septimum filij eius suscitatio. Octauum pulmenti dulcoratio. Nonum panum multiplicatio. Decimum Naaman leprosi curatio. Vndecimum Giezi infectio. Duodecimum ferri natatio. Decimumtertium oculorum pueri sui apertio ad videndum equos, & currus igneos ad defensionem ipsorum. Decimumquartum aduersariorum excæcatio. Decimumquintum abundantia victualium inopinata in porta Samariæ. Sextumdecimum suscitatio mortui ad tactum ossium Elisei. Sed istud dictum non videtur conueniens, primò quia nõ concordat literæ sequenti, vt videbitur. Secundò quia non concordat rationi. Dicit enim Saluator Matt. c. 10. e.* Non est discipulus super magistrum, *& ideo præsumptuosum fuisset si Eliseus duplam potestatem respectu magistri sui petiuisset. Nec valet illud quod inducitur de pluribus miraculis, quia forsitan Elias fecit plura quam Eliseus, licet non sint scripta, quia non omnia scribuntur, secundum quod dicitur Ioan. vlt. Item Ioannes Baptista nullum miraculum fecit, vt dicitur Ioan. 10. & tamen de ipso dicit Saluator.* (Luc.7.c.) Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. *Dicendum igitur cum alijs doctoribus nostris, quod Eliseus non petiuit spiritum in dupla proportione respectu Eliæ, vt sic ei præferretur, sed petiuit quod duplex gratia* (Gratia duplex.) *quæ erat in Elia. s. gratia miraculorum, & gratia prophetiæ, quæ sunt gratiæ distinctæ, secundum quod dicit Apostolus 1. Cor. 12. in ipso fierent, vt sic magistro suo assimilaretur, quia secundum dictum Saluatoris, perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius.*

7 Rem diffi. *Tum quia talis gratia non põt dari, nisi a Deo immediate, tum quia pauci prophetæ leguntur vtramque gratiam habuisse.*

8 Attamen. *quod exponit Ra. Sa. sic,* Si videris me, &c. *idẽ est ac si diceret, quãdiu sum tecum in statu cõi hominum non possum istud facere, quod qñ tollar hinc ad superiorem statum, tunc potero. Quod non est intelligendum effectiuè, quia solus Deus efficit vtramque gratiã, sed impetratiuè, quia tunc preces Eliæ essent magis efficaces. Ista tamen expositio non consonat literæ, quia Elias in raptu ita poterat orare pro Eliseo si non videret eũ tunc ac si videret, ita quod visio Elisei nihil videbatur facere ad hoc quod preces Eliæ essent efficaciores pro eo, & tñ dicit Elias,* Si videris me quando tollar a te erit, *si aũt non videris, non erit, & non aliter dicendũ. Spiritus enim sanctus prout vult, tangit corda prophetarũ, & ideo aliqñ reuelat aliquod futurum perfectius, aliqñ minus perfectè, aliquando conditionaliter, & aliquando absolutè, sicut infrà ca. 13. dixit Eliseus regi Ioas, Percute iaculo terram. Reuelatum enim erat Eliseo, quod toties percuteret Syriam quoties percuteret iaculo terram, vt patet ex litera sequenti ibidem, non tamen erat sibi reuelatum, quod esset percussurus terram tribus vicibus tantum. Et sic fuit in proposito vt videtur. Fuit enim reuelatum Eliæ, quod si Eliseus eum videret in raptu, eius petitio impleretur, aliter non; tamen non fuit sibi reuelatum, quod esset eum visurus pro tunc.*

9 Cumque. *Hic consequenter ponitur ascensio mirabilis ipsius Eliæ, cum dicitur,* Cumque perg. *Elias enim informabat Eliseum de vnctione duorum regum, scilicet, Iehu & Hazael ad puniendum idololatras, & consolatione prophetarum, & aliorum fidelium.*

10 Ecce currus. *Ista fuerunt formata virtute diuina, vel angelica, ad ostendendum quod Elias non ascendebat in cælum virtute propria, sicut Christus, in cuius ascensione non apparuit aliquis currus.*

11 Et ascendit. *non sidereum vel empyreum, sed aereum tantum, vt* ✠ *Elias*

MORALITER.

10 *Ecce currus igneus, &c.* Per quos significantur angeli sancti, qui præstiterunt obsequiũ in ascensione Christi. Nam in tali specie venerunt in auxilium Elisei, vt habetur infra 6. cap.

† *Requ. enit*

A phetans, & nihil impedit eos corpus in translatione & assumptione eorum. Assuetæ enim erant in Adam manus Dei coaptare, & baiulare suu plasma, & ferre, & ponere vbi vellent. Vbi ergo primus positus est homo, scilicet in paradiso, dicut presbyteri apostolorum discipuli, eos qui translati sunt, illuc translatos esse, ibiq; mansuros vsque ad consummationē, coauspicātes incorruptelam. Si autem quis existimet impossibile, tantis tēporibus permanere homines, & Eliam in carne assumptum, consumptam autem carnem eius in igneo curru, intendat quoniam Ionas in ventrem ceti absorptus, saluus iterū exputus est terræ, iussu Dei. Ananias etiam, & Azarias, & Mizael, ex igne euaserunt.

-Quæ. *dominus.

✠ Tertul. Quod hodie Enoch & Elias nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, qua tantum de orbe translati, & hoc ipso iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia, immunitatē carnis ediscunt, cuinam fidei testimonium signant, nisi quia credi oportet, hæc futura integritatis esse documenta?

De resur. carn.

B

a Eliseus autem videbat & clamabat: † Pater 1 mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. 2 Et 3 nō vidit eum amplius. Apprehenditque ve- 4 stimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et le- 5 b uauit pallium Eliæ quod ceciderat ei. Reuersusque stetit super ripam Iordanis, & pallio Elię quod ceciderat ei percussit aquas † & nō 6 c sunt diuisæ. Et dixit: Vbi est * Deus Elię etiā 7 nunc? Percussitque aquas & diuisæ sunt huc atque illuc, & trāsijt Eliseus. Vidētes autem filij prophetarum qui erant in Iericho econtra, dixerunt. Requieuit spiritus Eliæ super 8 Eliseum. Et venientes in occursum eius, ado- 9 rauerunt eum proni in terram. Dixerūtque 10 illi: Ecce cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quęrere domi- 11

✠ Clemens Rom. Si voluisset Deus hoīes immortales manere, quod hoc facere potuit, ostendit in Enoch, & in Elia, quos mortem experiri non permisit.

Lib. 5. const. cap. 8.

✠ Hebræi. Anno Ochoziæ secundo, recōditus est Elias, neque comparebit donec veniat Christus. Tum. n. apparebit, & recondetur sedo, donec prodeat Gog & Magog. Nūc interim singularū ętatum res & acta conscribit. Iustinus martyr qō. 83. Hippolytus martyr, & Efrē Syrus, orōne de Antichristo: Athanasius lib. quod Nicęna synodus: Chrysostomus homil. de raptu Eliæ. Damascenus lib. 4 ca. 28. Arethas in ca. 11. Apocalypsis: Procopius in 4. Gen. Hieronymus epist. ad Pammachium, Ambrosius in 4. ad Rom. & 11. ad Heb. Augustinus li. 2. de peccato originali, cā. 23. Gregorius in Iob. ca. 18. & Hom. 29. in euangelica. de his copiosissis disseruerunt.

Seder olam rabba. c. 17.

C

D

a *Pater mi, pater mi,* ✠ Theod. Reges aliarum gētium equis vtentes & curribus, stabant in acie. Ea de causa magnū Eliā appellauit, & currū. & equitem Israel, vt qui solus sufficeret, & ad fundendos ac profligandos hostes, & rursus ad dandam alienigenis victoriam.

Quæst. 8.

† infra 13. c.

✠ Ambrosius. Cum Elias curru quasi ad cælum, ferretur. clamauit Eliseus, pater, agitator Israel, & eques eius, hoc est, qui populum domini bono ductu regebas constantiæ merito hos accepisti currus, hos equos ad diuina currentes, quia mode ratorem te humanarum mentium dominus comprobauit, ideo tanquam boni auriga certaminis victor æterno premio coronaris.

Lib. de Nabuthe. c. 15.

- & non sunt diuisæ. Ne in veterib. quidem hæc leguntur.

E

b *Pallium.* Rabba. Incarnatio est per quam Lethi fluuium dirupit: nobisque transitum ad vitam præparauit, hoc Eliseus post transitum Eliæ retinuit, quia fidem incarnationis ecclesia post ascēsionem Christi reseruauit: per quam presentis vitę fluctus transire satagit, sed sicut Eliseus non nisi inuocato nomine Eliæ aquas diuisit, ita ecclesia nisi per inuocationem nominis Christi virtutes vllas facere non potest. Deus est enim qui operatur in nobis, & velle, & perficere.

Angelomus.

c *Vbi est Deus Eliæ etiam nunc?* ✠ Theodo. Cum vellet propheta transire Iordanem, imitatus est magistrū, & pelle ouina percussit aquam nihil dicens, sed existimans sufficere ad faciendum miraculum pellem ouinam. Postquam autē non obedit natura aquarū, vocauit Deum sui magistri, quia non cadit sub aspectum hominum, nec ad eum patet accessus.

F

Mittite

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Elias per aerem portaretur ad locum distantem, sicut Abacuch per angelum fuit portatus de Iudæa in Chaldæam. Locus autem ad quem deportatus fuit Elias secundum doctores catholicos & Hebræos, est paradisus terrestris, vbi Enoch ante fuerat translatus, & inde circa finem mundi ambo processuri sunt ad prædicandum contra perfidiam Antichristi T.*

1 Eliseus aūt videbat, & clamabat. *Alia trāslatio, Hic cōsequenter describitur Elisei substitutio. Et primo substituitur. Secundo suspicio contra eū tollitur, ibi.* & venientes. *Tertiò aquæ corruptio pellitur, ibi:* Ascendit autem. *Circa primum dicitur.* Eliseus &c. *per hoc patet eius punitio adimpleta secundum quod dixerat sibi Elias.*

2 Pater mi. *Ex hoc patet quod dictum est suprà, scilicet, quod discipuli prophetarum dicebantur eorum filij.*

3 Currus. *Currus enim supportat, & auriga dirigit, sic Elias populum Israel supportauerat, defectus supplēdo, sicut patet sup. 3. li. ca. 18. in impetratione pluuiæ periclitanti populo Israel. Similiter ipsum reduxit ad veram fidem vnius Dei per impetrationem ignis super holocaustum suum, ad declarationem veræ deitatis; propter quod tunc clamauit populus:* Dominus ipse est Deus. *In Hebræo habetur:* Currus Israel & militia eius, *id est, potentior ad defensionem Israel quā militia cum curribus bellicis secundum quod exponit Ra. S.*

4 Apprehenditq; vestimenta sua, &c. *eo quod non poterat amplius magistro suo associari.*

5 Et leuauit. *Non à casu cecidit, sed ex diuina ordinatione, vt Eliseus ipso operiretur, in signum quod spiritus Eliæ requiesceret super eū, et quod erat substitutus loco eius. vnde & in sua vocatione Elias posuit pallium suum super eum, vt habetur sup. 3. lib.*

6 Percussit. *quod a Deo factum est, vt non nimis eleuaretur de assecuratione spiritus Elę.*

7 Vbi est. *Nunc ad hanc exclamationem diuisæ sunt aquæ, vt ostenderetur, quod non proprijs meritis assecutus fuerat gratiam prophetandi & miracula faciendi, sed ex diuina liberalitate, & meritis Eliæ.*

8 Dixerunt. *Hoc cognouerunt per signum prædictum.*

9 Et uenientes. *Hic consequenter tollitur suspicio quæ posset haberi contra Eliseum, præmittitur tamen reuerentia sibi facta a filijs prophetarum, cum dicitur.*

10 Adorauerunt eum. *Adoratione duliæ tanquam superiorem suum, eo quod esset substitutus loco Eliæ, sub cuius regimine vixerant, vt supra dictum est.*

11 Qui possunt ire & quærere. *Aliàs enim ceciderat, q Elias sic ✠ de loco*

MORALITER.

† *Requieuit.* Per quod significatur descensus spiritussancti super apostolos aliosque discipulos post ascensionem domini, qui spiritus dicitur duplex. scilicet, miraculorum, & prophetiæ. Nam vterque fuit in apostolis, vt patet in Actibus apostolorum & eorum legendis. Moraliter autem per Eliam in cœlū ascendentē, vir cōtemplatiuus significat, & interpretatio nominis cōsonat, quia sicut dictū est. Elias ascēdens dñs interpretatur. Et bene dr, ascēdēs deminus: quia nullus pōt ascendere per contemplationem in Deum, nisi fuerit dominus sensibilium passionum. Gregorius in moralibus: Qui cōtemplationis arcē tenere desiderāt prius necesse est vt in cāpo actionis se per exercitiū probēt. Quod quidem exercitiū cōsistit in actibus moralium virtutum. Per hoc autem, quod Elias in igneo curru ascendit, significatur qđ ad culmen contēplationis plus facit dilectionis feruor, quā splendor cognitionis. Vnde dicit commētator super ca. cęlestis hierarchię: Vbi scientia foris stat, dilectio intrat. Per hoc autē qđ ascendit in cęlum per turbinē, significatur quod omnis cōtemplatio vitæ præsentis quantumcunque sit eleuata, tñ habet obscuritatem annexā. Per hoc autem quod spiritus Elię requieuit super Eliseum, significatur quod bona doctrina magistri redundat in bonum discipulum.

6 Egressus

a *Mittite.* Isid. Sal.i.sapientia in vase fictili,i.corpore humano posita aquas sanat, idest, populos dulcedine dilectionis & bonorum operum per Christi incarnationem fœcundat.

b *Misit in illum,&c.* ✠ Theod. Magnus Moses ligno iniecto amarã aquarũ qualitatẽ trãsmutauit in dulcẽ. Hic aũt salibus aquam liberauit ab amara operatione. Est enim facile Deo vniuersorum,& voluntate,& verbo, & per ea quæ velit, mutare naturas elementorum.

✠ Ambr. Videte Elisei quanta fuit merita, cuius prima in ciuitate hospitalitas, filiorũ est magna fœcunditas. Dum enim sterilitatem auertit aquarum successionem largitur heredũ. Nõ enim hoc facto vnum sanauit hominẽ, aut vnius domus præstitit medicinam, sed totius ciuitatis populum reparauit, &c.

b *Ascendit autem.* Isid. Eliseus salus Dei. Is est qui saluator vocatur, cui illudunt Iudæi, quia in Caluariæ loco ascensurus erat in crucem, sed Christus postquam ascendit in cœlos, sicut Eliseus ascendit in Bethel, idest in domum Dei quadragesimo secundo anno, immisit duos vrsos de syluis gentium, Vespasianum, scilicet, & Titum, qui eos crudeli strage deiecerunt, ibiq; sanguis eorũ effusus est vbi dominum suspenderunt.

✠ Iustin. Martyr. Si nos erga omnes patientiam docent literæ, nonne lapsus est Eliseus, qui execratione pueros in ipsũ contumeliosos necauerit? R. Cum eorum patiẽtia quibus fit iniuria, non emendantur qui inferunt, tum seueritas iis qui sint inemendabiles, vtilior est quam patientia: itaque non est propheta culpandus propter seueritatem. Cum enim comperisset patientiam non præbere peccantibus sensum peccati, cumq; voces illas quas dicebant pueri, a parẽtib. suis, qui semper infensi fuerãt, pphetis, propterea occisione puerorũ castigauit parẽtes, vt discerent non contumelia afficere pphetas,& p eos Deum. Nã illud, *Ascende calue,* dicebant in contumelia ascensus Eliæ. Quasi dicerent. Capiat te quoque spiritus, & in montem inaccessum proijciat, vt & illum proiecit, vt liberemur te, sicut & illo liberati sumus.

✠ Procop. Hac pœna magnum cum ipsis pueris, tum etiam parentib. ipsorum beneficiũ contulit. Illis quidem qd crescẽtem progressu temporis, malitiã eorum inhibuit. His vero, docentes ne liberos hoc modo educarẽt, sed in timore domini, & bonorum reuerentia. Adultos etiã instituit, qñ neq; teneræ ęt ætati pepercit. Omnino autem Dei iudicium, dum pueri adhuc essent, eos a medio sustulit, quos deteriores fore præuidebat: ipsorũ interitu illos ẽt q tales non erant, erudiẽs. Cęterũ Deus iniuriã sanctis illatã vlcisci, declarauit in Abrahamo i Aegypto, in Isaaco in Geraris, vt omittã hic dicere de Abele. Dauid ẽt de iusto dicit: Benedicentes ei hæreditabunt terrã: maledicentes autem disperibunt. Et tametsi in præsenti non puniatur futurum tamen iudicium non effugient.

✠ Aug. Veniens in Bethel Eliseus, a pueris paruis illudebatur. Quibus cum in noĩe dñi malediceret, duob. vrsis de sylua venientibus, quadraginta duo pueri lacerantur. Non pp conuiciũ proprium propheta pueris maledixit, sed auersatorũ a dño, & lege patrum filios qui in Bethel idolis immolabant: cum fortasse & ipsi pueri parui, vt moris tunc erat, idolis sunt consecrati, iusta vindicta plexit. In Bethel namq; vnus ex duobus vitulis quos Ieroboam fecerat, fuit constitutus.

✠ Idem. Rem parẽtibus instigãtibus fecisse pueri contumeliosi credẽdi sũt, nec.n.illi clamarẽt si suis parẽtib. displicerent.

Marginalia: Quæst. 4. — Serm. 1. de Eliseo. — † orbens sub. habitatores suos. — † de cõse di. 3. c. aquam. — † orbans. i. nõ inferens mortem vltrã. — Quæst. 80. ad orthod. — Com. in hunc locum. — † donec puderet eum. — Lib. 2. de mirab. sac. scri. cap. 15. — Serm. 204. de temp.

num tuũ, ne forte tulerit eũ spiritus domini, & proiecerit eũ in vnũ montiũ, aut in vnam valliũ. Qui ait: Nolite mittere. [1] Coegerũtq; eũ † donec acquiesceret, & diceret: Mittite. [2] Et miserũt quinquaginta viros. Qui cũ quæsissent tribus diebus nõ inuenerũt, & reuersi sunt ad eũ. At ille habitabat in Iericho, & dixit eis: Nũquid nõ dixi vobis: nolite mittere? Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliseum. [3] ¶ Iericho. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, [4] ¶ Vel pro. sicut tuipse domine perspicis, sed aquæ pessimæ sunt [5] & terra † sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouũ, & mittite in illud sal. a † Quod cum attulisset, egressus ad fontẽ aquarũ, b mi- [6] ¶ Verbum caro factum est. sit in illum sal, & ait: Hæc dicit dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, [7] neq; sterilitas. [8] Sanatæ ergo sunt aquę vsque ad diẽ hanc, iuxta verbũ Elisei quod locutus est. Ascẽdit autẽ inde Eliseus in Bethel. [9] cumq; ascẽderet p viã pueri parui egressi sunt [10] [11] de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calue, ascẽde calue. Qui cũ respexisset, vidit eos: & maledixit eis in nomine domini. Egressiq; sunt duo vrsi de saltu, † & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *de loco ad locum trãsportatus fuerat, sicut dictũ est sup. 3. li. 18. cap.*

1 Qui ait. Nolit. *Sciebat enim ipsum translatum absque reditu vsque prope finem mundi.*

2 Coegeruntq; eum. *ne ipsi suspicarentur ipsum nolle reditũ Elię, vt sic remaneret superior omnibus alijs prophetis.*

3 Dixerunt quoque. *Hic consequenter describitur sanatio aquæ, cum dicitur.*

4 Ecce habitatio, &c. *Sed huic videtur contradicere quod sequitur.*

5 Sed aquæ pessimæ, &c. *Ad quod dicit Ra. Sa. qd situs ciuitatis erat optimus pro prophetis, quia erat aptus contemplationi, nec terra erat sterilis de se, sed ex malitia aquæ, vnde debebat irrigari: & ideo non indigebant nisi aquæ sanatione.*

6 Egressus ad font em aquarum, &c. *vt miraculum esset euidentius, quia appositio salis non meliorat aquas de natura sua, sed magis peiorat. Ex quo patet, quod hæc sanatio aquæ fuit facta diuina virtute quæ potest agere contra cursum naturæ.*

7 Et non erit in eis, &c. *quia factæ fuerunt potabiles & sanæ.*

8 Neq; sterilitas. Sanatæ ergo sunt aquæ, &c. *Quia postea non causabant sterilitatem, sed fertilitatem.*

9 Ascendit autem. *Hic consequenter ponitur derisio iniusta, cum dicitur:* Ascendit aũt ille Eliseus in Bethel. *Ad visitandũ congregationem prophetarum ibidem manentium, quod erat opus valde bonum, & commendatione dignum, & non derisione.*

10 Cumque ascenderet per viam. *Quæ locus erat excelsus.*

11 Pueri parui. *Edocti ad hoc & incitati a suis parentib. idololatris, vt subsannarent prophetam dñi, & ideo maledixit eis, vt parentes eorum in ipsis punirentur, & vt malitiam parentum amplius nõ imitarentur. Sciebat enim Deo reuelante mortem eorum citò euenire post suam maledictionem, quam protulit ex sententia diuinæ iustitiæ.*

MYSTICE exponendo Eliseus ascẽdens in Bethel, significat Iesũ Christum ascendentem in crucem, quem deriserunt Iudæi secundũ textũ euangelij, propter cuius vltionem venerunt postea duo vrsi in Iudæam, scilicet, Titus & Vespasianus, qui destruxerunt locum & occiderũt gentem 42. anno post passionem domini in vindictam improperij sibi facti.

MORALITER.

6 *Egressus ad.* Per aquas intelligitur doctrina Prou 18. a. *Aqua profunda verba ex ore viri.* Sed amarę dicunt, quãdo falsitas ad miscetur, qd cõmuniter in doctrinis philosophicis inuenitur sed sanãtur per immissionẽ salis, qd fit quãdo p bonã discretionẽ falsa separantur a veris, & sic sunt potabiles filijs pphetarũ, per quos significantur studiosi sanctarum scripturarum.

9 *Ascendit.* Sicut dictũ est supra, frequenter in expositione sacrę scripturę, & maxime mystica, fit transitus de capite ad membra, & etiã econuerso, propter quod sicut supra per Eliseũ significati sunt Christi discipuli, sic per eũ hic põt Christus significari, igitur per ascẽsum Elisei in Bethel, q domus Dei interpretatur ascensus Christi in crucem significatur, nã sancta crux porta cœli nominatur.

11 *Pueri parui.* per quos significati fuerũt sacerdotes, scribæ & Pharisæi qui dicuntur parui pueri propter defectum veræ innocentiæ, exeuntes de ciuitate Ierusalem ad locum vbi crucifixus fuit Christus, illudebant ei, vt habetur Mar. 15. c.

† *Egressique.* Per quos significati fuerunt Titus & Vespasianus, qui venerunt ad occidendum principes Iudæorũ & populum captiuandum in vindictam vituperij Christo ab eis illati. Quod fuit impletum anno 42. post passionem Christi, & hic numerus annorum significatus fuit per numerũ puerorum laceratorum a duobus vrsis.

CAP. III.

Lib. 9. Anti. cap. 3.

a Ioram vero filius, &c. Sequitur. Israel. ✠ Iosephus. Iosaphat non solum se adiutorem esse Ioram compromisit, sed etiam regem Idumęorũ qui sub eo erat compulsurũ, vt eoquoq; pugnaturus occurreret. Ioram aũt talib. solatiorũ pmissionib. a Iosaphat rege perceptis, sumpto exercitu venit in Ierosolymã, & clare nimis a Ierosolymarum rege susceptus est: placuitque eis vt iter ad hostes per deserta facerent Idumęę, non credentibus inimicis quia ex inde eis fieri potuisset inuasio.

Angelomus. Rabbanus. Rabbanus. Tres reges ꝯ Moab bellantes, rectores sunt fideliũ, qui per trinitatis fidē contra mundi principem, & populum, idest, philosophos hæreticos, schismaticos atque omnes iniquos armis spiritualibus confligunt. Moab interpretatur de patre, illis cõuenit ad quos dominus dixit: Vos ex patre diabolo estis. Hi aduersantur ecclesię, minis, persecutionibus, & dolo: sed per Christum qui caput est Christianorum, effugantur.

Ioan. 8. f.

Quæst. 10.

b Qui fundebat aquam, &c. ✠ Theodoret. Pro laude dixerunt de Eliseo, quod infunderet aquã in manus Eliæ, in tanta habebãt admiratione magnum illum prophetam. Necessitas autem coegit etiam impium regem cõfugere ad benedictum, & summis laudibus ornandum Eliseũ. Ille autem magistri vsus loquēdi libertate, Quid mihi, inquit, & tibi? Vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Necessitas autem etiã audaces efficit mites. Protinus itaq; Ioram placide respondēs, dixit: Quare, &c. Sed ne sic quidē persuasit prophetæ, vt non argueret eius impietatem.

CAP. III.

IOram verò filius Achab regnauit super Israel in Samaria, anno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ. Regnauitque duodecim annis, & fecit malum coram domino, sed non sicut pater suus & mater. Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius. Veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nabat qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis. Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa, & soluebat regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis. Cumque mortuus fuisset Achab, præuaricatus est fœdus, quod habebat cum rege Israel. Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israel, misitque ad Iosaphat regem Iuda, dicens. Rex Moab recessit a me, † veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit: Ascendam. † Qui meus est, tuus est, populus meus, populus tuus, & equi mei, equi tui. Dixitque, Per quam viam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumææ. Perrexerunt igitur rex Israel & rex Iuda & rex Edom, & circumierunt per viam septem dierum. Nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebantur eos. Dixitq; rex Israel: Heu, heu, heu, cõgregauit nos dominus tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Iosaphat: est ne hic propheta domini, vt † deprecemur dominum per eum? Et respondit vnus de seruis regis Israel. Est hic Eliseus filius Saphat; qui fundebat aquam super manus Eliæ. Et ait Iosaphat, Est apud eum sermo domini Descen-

† defecit à
† nunc venies.
† sicut ego sicut tu.
† inquiramus

Adducite

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

Diuisio.

1 Ioram. Superius posita est regis Iorã filij Achab institutio, hic ponit' regni sui persecutio, & quia scriptura simul narrat facta regũ & prophetarum eis cõtemporaneorũ, Eliseus aũt fuit huic Iorã cõtēporaneus, & ideo primo describitur prosecutio sui regni. Secundò magnalia Elisei, ibi: Et ait Iosaphat Prima in duas, quia primò describit' dicti regiminis conditio, secũdo regis Moab rebellio, ibi: Porrò Mesa rex Moab. Circa primum præmittitur tempus in quo incepit regnare, cum dr̃. 2 Anno. frater.n. suus Ochozias cœpit regnare anno 17. regni Iosaphat, vt dictum fuit sup. 3. lib. ca. vlt. & regnauit duob. annis incompletè tñ, & sic Iorã qui successit Ochoziæ, cępit regnare in 8. anno regni Iosaphat, tamē filius eius iam ante cępit regnare cũ eo, vt dictũ fuit ibidem. 3 Et fecit. qui introduxerant cultum idoli Baal, & iste amouit, sed in cultu vitulorum quos fecerat Ieroboam remansit. 4 Porrò. Hic consequenter describitur regis Moab rebellio, quæ facta fuit sub Ochozia mortuo Achab patre suo, sicut hr̃ suprà 1. cap. Sed hic repetitur, eo q; Ioram frater Ochozię voluit cum iterum sub tributo redigere, & hoc virtute armorũ. Et ideo primo describit' belli apparatus. Secundo aquæ defectus, ibi: Perrexit igitur. Circa primum dicitur: Porro, quia terra ita est multum pascualis. 5 Et soluebat regi &c. per modũ tributi. 6 Centum. ita quòd si adducerentur agni vel arietes tonsi non erãt receptibiles. 7 Cumque. Quia Ochozias erat pusillanimus, & languidus pro parte temporis ex casu de cęnaculo suo. 8 Egressus. ad congregandum exercitus contra regem Moab. Et patet litera vsque ibi. 9 Per de. Tum quia rex Edom erat cum eo in eodem exercitu: tum quia dñs voluit, vt ibi paterentur aquæ defectum, & sic necesse haberent recurrere ad Eliseum. 10 Perrexerunt igitur. Hic consequenter ponitur aquæ defectus. 11 Rex Edom: Iste non erat propriè loquendo rex, sed quidam præfectus sub rege Iuda, vt magis patebit infrà 8. cap. 12 Nec. vt necesse haberent recurrere ad Eliseum. 13 Congregauit. id est, congregare permisit. 14 Et ait. Hic incipit scriptura describere magnalia Elisei. Et primo quantum ad id quod fecit ad consolationē fideliũ. Secundo quantũ ad conuersionem infidelium, cap. 5. Circa primũ ponitur primo miraculum factum ad consolationem regis Iudę. Secundo mulieris viduæ in prin. 4. ca. tertio Sunamitidis deuotæ, ibi: Facta est ergo dies quędã. Quarto congregationis famelicæ, ibi: Erat autem fames. Circa primũ Eliseus primo requirit'. Secundo ab eo abundantia aquæ simul cum victoria prædicitur, ibi: Nunc autem. Circa primum dicitur: Et ait Iosaphat. Qui erat fidelis & deuotus. 15 Est ne hic. Tanquam per familiarem sibi & amicum, ad supplendum nostrum defectum. 16 Est hic Eliseus. Hoc exponitur cõiter de effusione aquæ per modum ministerij in ablutione manuum, quia Eliseus fuerat Eliæ discipulus, & loco eius substitutus, vt patet ex supradictis pręced. cap. Aliter aũt exponit Ra. Sa. de speciali fusione aquę a casu super manus Elię in monte Carmeli, qñ faciebat aquam effundi super sacrificium, & tunc ex digitis Elię fluxerunt aquę abundanter quasi ex fontibus fœcũdis: sicut dictũ fuit supra 3. li. ca. 8. & ideo hoc factum hic repetitur, quasi diceret: iste est aptissimus ad supplendũ nobis aquę defectũ, quia iam ante cũ a casu funderet aquam super manus Eliæ, aquę fuerunt multiplicatę miraculose.

Vade

MORALITER.

1 Ioram verò. In hoc c. agitur de bello triũ regum. s. regis Israel, regis Iuda, & regis Edõ cõtra Moabitas. Moab autē interpretatur ex patre, propter qđ per Moabitas pñt intelligi peccatores, quibus dr̃. Ioan. 8. f. Vos ex patre diabolo estis. Contra istos pugnauerunt tres reges. s. Beatus Aug. B. Dñicus, & B. Franciscus, eorum vitia fortiter impugnando, & adhuc impugnant per filios suos, & impugnabunt domino concedente. Dñr autem tres prędicti sancti reges, non solum qa in cœlis coronati, sed qm̃ adhuc viuentes in terris domauerũt motus sensualitatis. Greg. in moralibus: Sacrę scripturę testimonio sancti viri reges nominãtur, qa cũctis motibus carnis plati, non cõsentiendo succumbere, sed superando bene pręesse nouerunt. † Per quam, &c. Tres. n. sancti pdicti vita pręsenti ad pugnandum virilius contra peccatores processerunt, per viam deserti pœnitentię, & obseruantię regularis.

12 Nec. Per istum defectũ aquę significat' defectus tēporalis substantię, quę fluens est ad modum aquę. Exercitus autē pdictorum regum. i. filij eorum aliqñ patiunt' defectum temporalium, pp quod necesse habēt recurrere ad Eliseum qui interpretatur, Dei mei salus, propter quod signat dñm nr̃m Iesum Christum, qui prędictis religiosis ad se deuote recurrentibus sufficienter prouidit de bonis temporalibus, & etiã prouidebit, dum tamen faciant debitum, sicut dicit Mat. 6. d. Primũ quærite regnum Dei & iustitiã eius, & hæc oĩa adijcientur vobis. Et sic poterunt de Moabitis spiritualibus triumphare.

A
Quæst.11.

a *Adducite mihi psaltem.* ✠ Theo. Diuinissimus Dauid qui & regia, & prophetica dignatus est gratia sapienter ordinauit ministeriũ sacerdotale, & sacerdotes iussit vti tubis. Leuitas autẽ citharis, & tibijs, & cymbalis, & alijs instrumentis. Vtebantur autẽ spirituali Dauidis modulatione. Ex ijs vnum iussit accersiri propheta, Illo autẽ psallere, quod erat agendum significauit gratia Spiritus.

✠ Ambros. Psallentes non defuisse ecclesiæ Dauid sancti docemur exẽplo, quo psallẽte mitius spiritus expellebatur qui Saulis regis corda vexabat. Pro phetæ quoque vt prophetarẽt, psallendi pentũ iubebant psallere, quo suaui inusitata dulcedine spiritalis infunderetur gratia.

B

b *Facite.* Rab. Propheta populo suo fatigato per miraculum cõsuluit, & prophetię dicta consilium præbent fidelibus, qualiter spiritali doctrina animum reficiant.

C

Rab. Fossam in alueo torrentis facit, qui pro funda mysteria ĩ scripturis quęrit. Quæ absque pluuia & vento aqua replentur, quia sæpe absq; humano solatio sapientiam confert suis inuestigationibus potencia diuina. Vnde Ioãnes dicit: *No necesse habetis, vt aliquis vos doceat, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, &c.* Vnde: *Bibent homines & iumenta*, id est, doctrinã accipient ingeniosi & simplices.

c *Parumque.* Rab. Non enim sufficit verbis Dei, abdita mysteria scire: quinetiam debent ea alijs prædicare, & contradicẽtes redarguere: quibus promissa est certa de hoste victoria, vt percutiãt omnem ciuitatem.

d *Ciuitatem.* Rab. Ciuitas, secularis est prudentia, in qua philosophi, & hæretici confidunt, hæc per pdicatores subuertitur.

e *Lignum.* Rab. Non quod facit fructũ, sed mortiferũ qđ secuturo examine succisum, pabulum fiet ignis ęterni. Fõtes aquarum obturãtur, cum hæresiarchæ cũ suis sequacibus p catholicos dãnant. Agri egregij lapidibus operiuntur, cũ venustas locutionis hęreticæ & philosophicæ anathematis põdere obruitur. Remanent tantum muri fictiles. i. falsæ rationes, quę a fundibularijs. i. sanctis prędicatorib. ad nihilum rediguntur.

Rab. Ita philosophi verbũ crucis stultitiã existimãtes, deridẽt passionẽ Chri, & ecclesiæ martyriũ dementiã existimãt. Arri-

D
1. Ioan. 2. d.
Ion. 3. d.

---

ditque ad eum rex Israel, & Iosaphat Iuda, & rex Edom. Dixit autem Eliseus ad regem Israel: Quid mihi & tibi est? Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. [1] Et ait illi rex Israel: † Quare congregauit [2] dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? [3] Dixitque ad eum Eliseus: † Viuit dominus exercituũ, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudæ † erubescerem, [4] non attendissem [5] quidẽ te, nec respexissem. [6] Nunc autẽ adducite mihi psaltem: † Cum- (a) que caneret psaltes, [7] facta est super eum manus domini, & ait: Hęc dicit dominus: Facite † alueũ torrentis huius, [8] fossas & fossas. (b) Hæc enim dicit dominus: Non videbitis ventum neque pluuiam, & † alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & † familiæ vestræ & iumenta vestra. (c) † Parumq; est hoc in conspectu domini: insuper tradet etiam Moab (d) in manus vestras, & percutietis omnem ciuitatem munitam, & om- (e) nem vrbem electam: & vniuersum lignum fructiferũ succidetis, [9] cunctosque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, & ecce aquæ veniebant per viam Edom, & repleta est terra aquis. Vniuersi autem Moabitæ audientes, quod ascẽdissent reges, vt pugnarent aduersum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant † baltheo desuper, & steterunt in terminis. [10] Primoque mane surgentes, & orto iam sole, † ex aduerso aquarum viderunt Moabitæ con- [11] trà aquas rubras quasi sanguinem. Dixeruntq;: Sanguis gladij est. Pugnauerunt reges contra se, & cæsi sunt mutuo. Nunc perge ad prędam Moab. Perrexeruntq; in castra Israel. Porro consurgens Israel percussit Moab. At illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, & percusserunt Moab, & ciuitates destruxerunt & omnem agrum optimum: mittentes singuli lapides, & repleuerunt, & vniuersos fontes aquarum obturauerunt, & omnia ligna fructifera succiderunt, † ita vt [12] muri tantum fictiles remanerent. Et circundata est ciuitas a fundibu- [13] larijs, † & magna ex parte percussa. Quod cum vidisset rex Moab, præ-

---

†Nequaquam sed.
In psal. 118. octon. 7.
† 3. Reg. 17. a. & 18. c.
† honorarem
† 1. Reg. 16. d.
† Torrentem hunc fossas. i. plenũ foueis instar cisternarum.
† cingulo
† super aquas.
† percusserunt eum.

E
† greges vestri.
† torrens.
† Leueque.
F
† vel donec dimitterẽt lapides eius inpti riete Hareseth. i. totũ diruerunt quod fuerat extra vrbem Hareseth, vrbẽ magnam inter vrbes Moab, & nihil præter murum illius reliquerunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vade ad.* scilicet, Iezabel, quæ pascebat prophetas Baal, vt habetur supra 3. lib. 18.

2 *Quare congregauit dominus.* idest, permisit congregari.

3 *Vt traderet eos in ma.* q.d. de facili poterit nos capere, nisi habeamus beneficium aquæ.

4 *Si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem.* denegando sibi petitionem suam cum sit fidelis & deuotus.

5 *Non attendissem quidem.* Quia scriptum est Psal. 14. b. de viro perfecto: *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.*

6 *Nunc.* Hic consequenter Eliseus prædicit eis abundantiam aquæ & victoriam, prætermittitur tamen ad hoc dispositio, cum dicitur.

7 *Adducite mihi psaltem.* Dicit hic Ra. Sa. q. spiritus prophetię recesserat ab eo, eo q. exasperatus fuerat cõtra regem Israel. Sed hoc non videtur rationabiliter dictũ, quia illud processit ex zelo Dei. Et ideo aliter dicendum, s. quod spiritus prophetiæ non semper tangit corda prophetarum. Vnde ca. sequenti dicit Eliseus de Sunamitide: *Anima eius in amaritudine est, & dñs celauit a me*, Ad hoc autem q. spiritus tangat cor prophetæ facit eleuatio mentis per deuotionem. Ad quod iuuat melodia ad hoc ordinata. Sunt enim aliquæ melodiæ, quæ mouẽt ad pietatem & fletum, quibus vtebantur antiquitus in planctu mortuorũ, & aliquæ quæ mouent ad audaciã, sicut tubæ quibus vtuntur in bellis, & aliquæ ad deuotionem quib. vtendum est in diuinis officijs, quia laudes diuinæ cãtabantur instrumentis musicis, & talem requisiuit Eliseus.

Melodiarum diuersitas animum alterat.

8 *Facite alueum.* i. foueas magnas in pluribus locis, vt aqua possit ibi colligi, & remanere sicut in cisternis. Videbat. n. propheta pluuiam magnã valde futuram de propinquo, in loco tñ ab eis distanti, & abundantiam aquæ per alueum desiccatum descendere. Ideo subditur: *Non videbitis.* prædixit etiam victoriam, dicens: *Insuper tradet etiam.* Sequitur.

9 *Et vniuer. li. fru.* Videtur quod dixerit contra legem Deuterono. 20. vbi in obsidione ciuitatis prohibentur abscindi ligna fructifera regionis illius. Ad hoc respondent doctores cõmuniter, quod, scilicet, in illa prohibitione tunc fuit a Deo dispensatum propter malitiam populi Moab. Potest tamen dici, & melius, vt videtur secundum intentionem textus, q. illa prohibitio facta fuit de arboribus fructiferis, quæ erant intra terminos filiorum Israel, vt patet ibidem. Et hoc fuit prohibitum, ne regio quam habitaturi erant, vastaretur. Terra verò Moab non erat huius cõditionis: imò de illa dixit dominus filijs Israel, quod non daret eis quicquam, vt habetur Deut. 2. Cætera patent vsque ibi.

10 *Et steterunt.* vt non permitterent aduersarios ingredi regionẽ suam, & quia ibi erant loca angusta, & difficilia ad transeundum, & ideo ibi melius poterant aduersarios impedire.

11 *Viderunt.* Talis. n. apparentia fiebat in aquis ex reuerberatione solis quæ a longe videbant. Vel forsitã miraculo factũ est hoc, vt Moabitæ festinarent ad spolia, & sic deordinarẽt se, & essent faciles ad debellandum. Cætera patent vsq; ibi.

12 *Vt muri.* Dicit Ra. Sa. quod omnes muros lapideos destruxerunt, vt lapides proijcerent super campos fructiferos prout eis dixerat Eliseus.

13 *Et circundata.* idest, a viris ponentibus machinas in circuitu ad proijciendum lapides magnos,

Vt irrum-

A a *Arripiensq; filiũ,&c.* ℭ Ioseph. Cum fugere non valuisset. re uersus in ciuitatem, opus desperationis & B crudelis necessitatis, impleuit. Filium namque seniorẽ, qui erat ei successurus in regnum eleuans super murum, ita vt a cunctis hostibus videretur, Deo immolauit holocaustum. Reges autem videntes hoc factum eius necessitatis ab vrbe habuerunt misericordiam,& humana passione oppressi, detentionem soluerunt, & singuli ad propria remearunt.

Lib.9.Antiq. cap.3.

valuisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladios, vt irrumperent ad regem Edom, & non potuerunt. [1] a Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo obtulit holocaustum super murum, & [2] facta est [3] indignatio magna in Israel. Statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

D E F

ℭ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt irrumperent. *Quia ex illa parte obsidio erat debilior.*

2 Arripiensque. *Quod exponitur communiter sic, quia vidit quod via humana non poterat resistere ideo voluit se ad diuinum auxilium conuertere, ad immolandum primogenitum suum,*

3 Et fac. est. *Ex compassione enim reputauerunt indignum vltrà obsidere regem in tanta afflictione positum. Sed hæc expositio non videtur rationabilis. Primò, quia illa immolatio non erat ad Dei placatione, sed magis ad offensionem etiam dato quod sibi fieret, quia occidere innocentem est contra præceptum diuinum, nisi hoc esset ex speciali & expresso Dei præcepto, cui omnis homo quantumcunque innocens est mortis debitor, propter quod Abraham hoc modo voluit immolare filium suũ, vt habetur Gen.cap.22. Iste autem rex Moab non habuit tale præceptum: erat etiam idololatra. Secundò, quia filij Israel quærebant mortem regis Moab & populi sui, & ideo non est verisimile quod recederent ab obsidione propter immolationem primogeniti sui, sed quod magis remanerent, quia illa immolatio fuit signum, quod non poterant diu tenere ciuitatem, & hoc prouocat ad remanendum in obsidione magis quàm ad recedendum. Propter quod aliter exponit Ra.Sa. literam prædictam dicens, quòd rex Moab requisiuit a sapientibus suis quod esset meritum propter quod Deus Israel tanta fecerat pro illo populo & faciebat. Et responderunt quod hoc erat propter meritum Abrahæ patris ipsorum, qui filium suum Isaac voluit immolare Deo Israel, quod audiens rex Moab cepit filium suum primogenitum, & immolauit eum Deo suo, scilicet Soli, quem pro Deo colebat.* Et facta. *In Hebræo habetur:* Ira super Israel. *scilicet ipsius Dei offensi contra filios Israel eo quòd tunc fuerunt recordatæ iniquitates eorum coram Deo per angelum qui præerat Moabitis: videlicet quòd ipsi tanta mala vel peiora fecerant immolando filios suos, & filias suas dæmonibus, vt habetur Psalm.104. propter quod tunc in vindictam huius mali cecidit pestilentia & mortalitas in exercitu Israel: & sic fuerunt compulsi recedere ab obsidione propter peccata sua præterita. Simile autem huius habetur Dan.x. vbi dicitur, quòd angelus qui præerat Persis, restitit angelo qui præerat Iudæis, & impediuit liberationem captiuitatis Iudæorum ad tempus, quærendo & procurando bonum Persarum quibus præerat, vt ibi plenius expositum est.*

ADDITIO.

In quarto lib. Regum in cap.3. vbi dicitur in postil. *Arripiens filium suum primogenitum.* quod exponitur sic, &c. Aliter exponit Rab.Sa. literam prædictam, dicens, quòd rex Moab requisiuit a sapientibus, &c.

Hæc expositio. Ra.Sa. non videtur rationabilis. Tum quia non videtur indignatio Dei super Israel rationabiliter causari ex peccato aduersariorum, licet ipsi Israelitæ magis offendissent. Non enim videtur rationabile, vt peccatum alicuius aggrauetur ex eo quòd alius in eodem genere peccati minus peccet. Tum quia hic non fit aliqua mentio de angelo Moabitarum, sicut in Daniele. Tum quia nec ipse angelus habuisset rationem impugnandi Israelitas ex peccato Moabitarum. Et ideo melius diceretur q̃ rex Moabitarum quærens a sacerdotibus suis, quod esset meritum Israelitarũ propter quod Deus eorum tanta fecisset pro eis? Ad quod ipsi responderunt q̃ populus Israel colebat deos Moloch, & hoc cum tanta deuotione & affectione, quod etiam filios suos eis offerrent, & in igne immolarent, iuxta illud Psal. allegati. s. *Immolauerunt filios suos, &c.* Et ideo rex audiens hoc, immolauit filium suum. Ex quo rationabiliter indignatio Dei fuit super populum Israel, eo quòd peccata eorũ præbebant exemplum perniciosum & occasionem, vt etiam aliæ gentes grauiter peccarent, quæ quidem expositio magis cõsonat rationi. Verisimile enim est q̃ sacerdotes Moabitæ magis commendarent populum Israel de cultu deorum quàm de cultu Dei. Primò, quia hoc erat magis cõforme ritui gentium. Secundò quia in eodem tempore iam populus Israel recesserat a cultu Dei. Tertiò, quia magis referendum erat meritũ Israelitarum ad hoc quod principaliter exercebant, quàm ad immolationem Isaac, quæ tot temporibus retroactis fuit facta, & fortè nunquam venerat ad Moabitarum notitiam, qui historias sacras non habebant.

REPLICA. In cap.3. quarti libri Regum, vbi postill. adducit Rab.Sa exponentem indignationem Dei contra Israel propter factum regis Moab qui immolauit filium suũ. Burg. autem non videtur expositio Ra.Sa. rationabilis: ideo dicit aliter, quòd sacerdotes Moab quæsiti a rege de merito filiorum Israel, responderunt quòd coluerunt Moloch, & ei filios suos immolauerunt, & sic prauo exemplo motus rex immolauit filium suum. vnde Deus indignabatur Israeli. Sed illud Burg. dictum videtur irrationablle. Sciebant enim sapientes gentium, quòd ex recessu a Deo Israel & cultu idolorum Iudæis non poterant prouenire prospera, sed potius aduersa: prout Balach de consilio Balam practicauit cum filijs Israel, de qua practica habetur Num.22. Sapientes igitur Moabitarum hanc practicam scientes non poterant allegare Iudæorum idololatriam pro merito, sed potius pro demerito: de quo rex Moab nõ quæsiuit quo merito filij Israel tanta bona a Deo receperint. Ad quod bene dicit Ra.Sa. sapientes respondisse, quod merito patris Abraham, qui filiũ suum immolauit. vnde ad instar Abrahę rex ille volens habere similem a Deo suo fortunam, immolauit filium suum, sed offensus Deus propter crudelitatem illam quia innocẽtem occidit, & non Deo, sed idolo immolauit, nec ad mandatũ Dei, sicut Abraham: ideo potius debuit ei cedere ad demeritum, quia non ad instar exempli Abrahæ factũ, sed angelus Moabitarum restitit, qui a exemplum virtuosum Abrahę in exemplum perniciosum conuertit, allegans coram Deo, quod filij Israel immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, & sic fuit ex quadam (vt ita dicam) rememoratione Dei contra Israel indignatio. Et non valet quod Bur. obijcit, quia de illo angelo non scribitur. Est enim argumentum Vviclef ab auctoritate negatiua, sicut nec scribitur quod rex consuluerit sacerdotes: & tamẽ in hoc concordat cum Ra.Sa. Cętera Burgen. argumenta solubilia sunt faciliter.

A

CAP. IIII.

Quæst. 14. MVlier. ✻ Theod. de quonam dixit mulier, *Seruus tuus maritus meus est mortuus*? Dicunt eum esse Abdiam Achabi dispensatorem, qui centum viros seruauit & enutrijt. Iure autẽ est admiranda vis prophetarũ, quòd ea quæ sunt parentes, vitæ præbent adminicula. Nam cum parum olei in vasa plurima iussisset infundi, & B mariti exoluit debitum, & ipsam & filios aluit. Hinc autẽ facile est cognoscere, quod cõtra legem faciente populo, & impiè se gerentibus regibus, erant qui dã pij, vt Abdias, Sunamitis, &c.

Aug. Sermo. 206. de tem. Rabbanus. Bucherius. Angelomus. Rabb. Sancta ecclesia duorum populorum. i. Iudaici & Gentilis est mater, quæ prius ex C peruerso opere consentiendo callidi spiritus persuasioni quasi quendam peccati nummum a creditore acceperat, & duos quos in fide genuit amittere filios timebat, sed prophetę verbis, idest sacræ scripturæ pręceptis obediẽs, ex paruo quod habebat olei vacua vasa infudit, quia dum ab vnius ore doctoris parum qđ de amore diuinitatis multorũ vacuę mentes hauriũt, exuberante gratia vnguentorũ diuini amoris vsq; ad summum replentur, & iam nunc multorũ corda quę prius fuerant vacua vascula vnguento spũs plena sunt q̃ ex paucitate olei solum modo ĩfusa videbantur. Qđ dũ alijs atq; alijs dat & ab auditoribus fides accipit, erepta mulier, id est, sãcta ecclesia sub creditoris sui iã debito non tenetur. Mulier quæ prophetam hospitio suscepit originem insinuat populi Israelitici, q̃ fuit ĩ patriarchis. Vñ sicut ista Elisæum prophetã: ita & illa dominũ prophetarum hospitio suscepit. Nã Abrahã & Sara tres viros suscepit & pauit. D E

† vas olei.

Ser. 206. de tem. ✻ August. qui ad salutare baptismũ consequendum ecclesię offerunt, & chrisma & oleũ benedictionis accipiũt, vt iã non vasa vacua, sed Deo plena, & tẽplum Dei esse mereant, &c. F

CAP. IIII.

MVlier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicẽs: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens dominũ. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiẽdum sibi. Cui dixit Elisęus. Quid vis vt faciã tibi? Dic mihi: Quid habes ĩ domo tua? At illa dixit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi † parum, olei quo vngar. Cui ait: Vade, & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, & ingredere, & claude ostium tuum cum intrinsecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia vasa hæc, & cum plena fuerint tolles. Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se & super filios suos. Illi offerebant vasa, & illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa, & indicauit homini Dei. Et ille. Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo. Tu autem & filij tui viuite de reliquo. Facta est autem quædam dies, & transibat Eliseus per

Erat

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

MVlier. *Hic consequenter ponitur miraculum factum per Eliseum ad consolationem viduæ, cum dicitur.*

1 Mulier. *Secundum doctores Hebraicos & Latinos ista mulier fuit vxor Abdiæ, qui ad pascendam prophetas tempore persecutionis Iezabel, vt habetur 3. lib. 18. contraxit debita.*

2 Et ecce. *Dicit Ra. Sa. quòd iste creditor fuit Ioram, qui viuente adhuc patre suo Achab accommodauit Abdiæ ad vsuram. Cætera patent vsque ibi.*

3 Nisi parum. *id est reficiar aliquantulum ad pulmenti condimentum.*

4 Ingredere. *Cum enim fiunt miracula ad confirmationem multitudinis in fide, vel eius consolationem, fiunt in palam: cum aũt ad consolationem singularis personæ, fiunt communiter magis secretè. Et hoc modo saluator noster filiã Archisynagogi suscitauit a morte, & nõ permisit ibi aliquẽ intrare: nisi Petrum & Ioannem, & patrem & matrem puellæ, vt habetur Mar. 5. Et hoc modo fecit in hoc loco Eliseus. Cętera patent vsque ibi.*

5 Venit autem. *Ad regratiandum sibi, ne ingrata videretur, & ad quærendum consilium quid faceret de illo oleo: quia nolebat agere, nisi secundum dispositionem Elisæi.*

6 Facta. *Hic consequenter ponitur miraculum factum per Elisæum ad consolationem Sunamitidis deuotè, & primo mirabiliter fœcundatur, secundò mirabilius eius filius suscitatur, ibi:* Et egres. *Circa primum dicitur:*

Diuisio.

7 Transibat. *In Hebræo habetur per Sunem.* Erat a. *idest potens, diues, & deuotæ. Dicit Rab. Sa. quod hæc mulier fuit soror Abisac, vxoris Dauid, sed hoc patet falsum, quia post mortem Dauid Salomon regnauit 40. annis, Roboam 17. Abia tribus, & Asa 41. Iosaphat 18. ante regnum Ioram regis Israel: cui Elisæus fuit contemporaneus: & sic ista mulier si fuisset soror Abisac, quando concepit, iam fuisset ad minus 120. annorum. Et si dicatur quod miraculosè concepit, non valet: quia quod non habuerat filium, hoc solum fuit propter senectutem viri sui quam allegauit Giezi, & non mulieris.*

Quæ

MORALITER.

1 *Mulier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad, &c.* Dicunt expositores aliqui, quòd hæc mulier vidua signat ecclesiam, & eius duo filij signant duos populos, s. Gentiles & Iudęos in Christo tamen regeneratos, sed qualiter huius mulieris vir qui est Christus, possit conuenienter dici mortuus prout exprimitur in textu, non apparet mihi, quia Rom. 6. b. dicitur. *Christus resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Propter quod mihi uidetur dicẽdum, quod hęc mulier vidua significat ecclesiam particularem bono pastore viduatã, & quia tali tempore solet magis illius ecclesię persecutor insurgere. ideo subditur.

2 *Ecce.* idest, tyrannus persecutor.

† *Vt tollat.* i. filios ecclesię vult indebite subijcere seruituti, & dicunt isti duo filij propter geminam charitatem. s. Dei & proximi, quam habere debent ecclesię filij, & in tali casu Christus per Elisęũ significatus, ut supra dictum est, ecclesiã cõsolatur, oleum gratię suę multiplicando, per qđ uiuit cum filiis suis vita gratiæ, & pacẽ habet temporalẽ cum persecutore. Pro. 16. b. *Cum placuerint domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.* Aliter per creditorem potest intelligi diabolus, qui defuncto bono pastore solet gregẽ grauius inuadere. Vnde discipuli beati Martini dicebãt ad eũ: Inuadũt enim gregem tuum lupi rapaces, & quis a morsibus eorum mortuo pastore prohibebit? Quęrit igitur iste creditor post mortẽ boni pastoris sui filios ecclesię suę subijcere seruituti per peccatũ mortale, sed Christus per Elisęum significatus precibus ecclesiæ clamantis ad ipsum, dat abundanter gratiæ suæ oleum, quo filij sui liberantur a seruitute diaboli, & ipsa cum filijs in statu gratiæ nutritur.

7 *Facta est autem quædam dies, & tran.* Per Sunamitidem quæ mortificata interpretatur, persona religiosa significatur, quę mortua mundo dicitur. Hæc aũt recipit in hospitio suæ mentis Christũ per Eliseum significatum, sed vt maneat ibi iugiter, debet ei facere cęnaculũ, idest, solarium, p quod significatur supernorũ meditatio, Phil. 3. d. *Nostra autẽ conuersatio in cælis est.* Et lectũ in quo dormiat, per quẽ intelligitur pacifica conuersatio. Psal. 4. b. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.*

† *Et sellam*

a Sunam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum [1] vt comederet panem. Cũque frequenter inde transiret, diuertebat ad [2] eam, vt comederet panem. Quæ dixit ad virum suum. Animaduerto [3] quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam † & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. [4] Facta est igitur dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. Dixitque ad Giezi puerum suum. Voca Sunamitidem istam. Qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerũ suum. Loquere ad eam. Ecce sedulò in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, siue [5] principi militiæ? quæ respondit. [6] † In medio populi mei habito, & ait. Quid ergo vult, vt faciam ei? Dixitque Giezi. [7] Ne quæras. [8] † Filium enim non habet, & vir eius senex est. [9] Præcepit itaque vt vocaret eam. Quæ cum vocata fuisset, & stetisset ante ostium, dixit ad eam. [10] † In

a ¶Similia dominus ad Abraham, tempore isto habebit Sara filium.

tempore isto, & † in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in [11] vtero filium. At illa respondit. Noli quæso domine mi vir Dei, noli [12] mentiri ancillæ tuæ. Et concepit mulier, & peperit filium in tempore † & in hora eadem, qua dixerat Eliseus. b Creuit autem puer. Et cum esset quædam dies, & egressus isset ad patrem suum ad messores, ait patri suo. Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero. Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cum tulisset & adduxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua vsque ad meridiem, & mortuus est. c Ascendit autem & collocauit eum super lectu- [13] lum hominis Dei, & clausit ostium, & egressa vocauit virum suum, [14] & ait: Mitte mecũ obsecro vnum de pueris & asinam, vt excurram vs- [15] que ad hominem Dei, & reuertar. Qui ait illi. Quam ob causam va- [16] dis ad eum? Hodie non sunt calendæ neque sabbathum. Quæ respon- [17] dit. † Vadam. Strauitque asinam & præcepit puero. Mina & propera, ne mihi moram facias in eundo, † & hoc age quod præcipio

A a *Erat autem ibi mulier magna.* ✻ Theodo. Admirabilis Sunamitis, in prophetam valde fuit officiosa. Cuius officij & curæ vicem rependens, eam rogauit an esset aliquid, quod vellet dici regi aut duci exercitus, & cum posset ei diuinum exhibere auxilium, vult ẽt eã humanã assequi curationem. Quid sibi vult, *In medio populi mei ego habito*? B Mihi placet otium, & nullis exerceri negotijs, & placide viuo & trãquille, neq; in animum induco, vt cum vllo aliquam velim habere controuersiam. Quomodo etiam intelligendum illud. *Hoc tempore vt hora est, viuens tu concipies filium?* R. Hoc etiam Abrahæ dixit Deus vniuersorum, *Hoc* C *tempore veniam, & erit Saræ filius*, Significat ergo propheta per ea quæ dixit, quod ipse vniuersorum dominus est locutus. Quamobrem affirmatiue dedit pmissum, quod naturę superat imbecillitatem. D

✻ Ambros. Sunamitis illa magna mulier in superioribus hospitium parauit, & ibi concipiendæ sobolis meruit prærogatiuam, ibidemque resuscitati pignoris vidit miracula.

b *Creuit autem.* Beda. Sic populus Israeliticus postquã in Aegypto excreuit, & per Moysen in desertũ eductus domini vocẽ audierat, quando lumine scientiæ debuit illustrari, mox animo ad idololatriã recurrens mortuus est. E

c *Super lectulum hominis Dei.* ✻ Thedoret. Cum experientia didicisset pphetæ virtutẽ, sperauit etiam fore, vt puerũ mortuum suscitaret. Nã cum in Prophetæ lecto collocasset mortuum, clauso ostio ad eũ profecta est, ne marito quidem significata causa profectionis, &c. F

Quæst. 15. & 16.

† idest, sum cōtenta meis rebus, nihil est mihi negotij in aulis, quiete satis inter vicinos ago.

† ipso, ipsa viuente quod.

Quæst. 16.

† Pax i. omnia bene habent.

Epistol. ad Iren. q est 12.

† Equidem filium. Angelomus.

† Gen. 18. b.

† viuente te amplexaberis filium.

† nisi dixero tibi.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ tenuit eum. *idest, instanter inuitauit.*

2 Vt comederet. *idest, acciperet competentẽ refectionem, quia panis intelligitur omnis cibus vt frequenter dictum est.*

3 Animaduerto. *Dicit Ra. Sa. quod hoc percepit eo quod nulla musca vel alia immunditia super mensam eius residebat.* Facia. *Seqtur.*

4 Vt cum uenerit. *decenter accipiatur, sicut decet virum sanctũ recipere. Cætera patent vsque ibi.*

5 Nunquid. *Habebant.n. Eliseum in reuerentia, eo quod succurrerat exercitui Israel in aquæ penuria, vt dictum est, cap. præced.*

6 Quæ respondit. *ita vallata sum amicis meis, quod nullus infert mihi molestiam, & sic non habeo negotium ad regem vel militiæ principem.*

7 Et ait. *scilicet Eliseus Giezi famulo suo, propter quod respondit Giezi, dicens.*

8 Ne quæras. *q.d. hoc esset frustra. Cuius causa subditur cum dr.*

9 Filium. *qui possit ei in bonis succedere.*

10 Et vir eius. *Ita quod est impotens de cætero ad generandum.*

In

11 In tpe. *In Hebræo habetur sic.* In tpe isto sicut est tps vitæ amplexaberis filium, *i. anno reuoluto viues sana sicut nunc, & amplexaberis filium iam natum, secundum quod exponit Rab. Sal.*

12 Noli mentiri. *Hebræi dicũt.* Noli deficere ancillæ tuę. *Verbum enim Hebraicum quod ponitur hic, est æquiuocum ad mentiri & deficere. Et est sensus secundum Ra. Sa. Si impetrares mihi filium cito moriturum non esset mihi materia gaudij, sed mœroris, & ideo rogo vt non moriatur, sed viuat. Cætera patent usque ibi.*

13 Collocauit. *sperans quod per eius preces suscitaretur, quia petiuerat ab eo filium victurum.*

14 Et clausit. *Ne puer mortuus inueniretur & sepeliretur ante aduentum Elisei.*

15 Et egressa. *Hic consequenter filius Sunamitidis suscitatur ad preces ipsius.*

16 Quam ob causam. *Ignorabat enim mortem pueri.*

17 Hodie non sunt. *Hoc dixit, quia in illis dieb. festiuis homines frequentius ibant ad prophetas ad audiendum verbum Dei. Cætera patent vsque ibi.*

Quę

MORALITER.

† *Et sellam.* Per quã intelligit̃ stabilitas mẽtis in bono. *Et mẽsam.* Per quã intelligit̃ scripturę sacræ lectio. *Et cand.* per qđ intelligitur exemplaris conuersatio, Matth. 5. b. *Sic luceat lux vestra coram hoĩbus, vt videant opa vestra, &c.* In tali vero loco manet Christus per dilectionem, Ioann. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus dilig. eum, & ad eum ve. &c.* Huic autem psonæ datur à Deo filius. i. bonus discipulus, q tñ aliquando diabolo instigante per peccatum moritur, sed per preces boni magistri, qui per matrẽ hic significatur, eo quod aluit discipulum sicut mater, & per compassionẽ Christi per Eliseum significati, ad vitam gratię reuocatur.

† Erat

a *Et ille.* Rab. Dum dominus per Moysen legē dedit quasi per puerum virgā misit, sed puer per virgam. i. terrorē legis mortuum suscitare non valuit, q̄a lex neminē ad perfectum ducit. Ipse per se veniens sup cadauer sternitur, quia *cum in forma Dei esset semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens*, huc & illuc deambulabat, quia & Iudæos, & gentes ad æterna per fidem vocat. Super mortuum septies inspirat, quia per aspersionem diuini muneris gratiam septiformis spiritus in peccati mortei acentibus aspirat. Moxque is quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam rediit.

b *Si occurrerit tibi homo, non salutes eum.*

✠ Theod. Sciebat eum esse honoris cupidum, & causam dicturum. Inanem autem gloriam fore impedimento, ne faciat miraculum.

✠ Ambros. Viatoribus celeritas aptissima est, ea propter populo patrum manducare Pascha præcipitur, & festinanter. Hinc Apostolis mandatum est. *Neminem per viam salutaueritis.* Sic Elisæum Giezi iniunxisse legitur. *Accinge lumbos tuos, &c.* Nam opus Dei præproperā etiam sestinationem exigit. *Maledictus*, inquit propheta, *qui facit opus Dei negligenter.*

✠ Idem. Elisæus seruo mandauit ne per viam aliquem salutaret. Festinato enim iubebat contendere, vt celebrandę resurrectionis exequeretur officium, ne confabulatione alicuius obuii mādato deflecteret a munere. Ergo non salutationis officiū aufertur, sed obstaculū impediendę deuotionis abolelętur, vt quando diuina mandantur, paulisper sequestrentur humana. Pulchra est salutatio, sed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio diuinorum, quę per moram sæpe traxit offensam.

c *Incubuit super ipsum.* ✠ Theodor. Alii, *insufflauit.* Quomodo, enim Deus corpus Adami fabricatus, per insufflationem indidit, animam, ita propheta suscitauit adolescentem. Sed creator insufflando creauit animam, quæ non erat. Propheta autem eā quæ erat in suum reduxit corpus.

✠ Ambros. In Elisæo figura domini præcessit, qui proiecit se vt mortuum erigeret, in quo symbolum est quod nobis Christus cōmortuus sit, vt nobis resurgeret. Proiecit se vsq; ad nostrā fragilitatē, vt nos erigeret.

✠ Idem. Aliud est rogare, aliud imperare, aliud mereri, aliud donare. Helias suscitauit, sed orauit non imperauit. Elisæus suscitauit, configuratus mortuo, suscitauit etiam ipsius mortui corporis tactu, vt esset typus eius qui missus in similitudine carnis humanæ, etiam sepultus mortuos suscitaret.

d *Tolle filium tuum, etc.* ✠ Ambros. Elisæus defuncti pignoris resuscitatione, donata, resoluit hospitii pensionem.

✠ Tertul. Si die sabbato Elisæus propheta Sunamitidis filium mortuū restituit in vitam, vides Pharisæe, tuque Marcion, olim creatoris esse sabbatis benefacere, animam liberare, non perdere, nihil Christum noui intulisse.

[Margin: Angelomus. Heb. 7. c. Phil. 2. a. Quæst. 18. Luc. 19. b. L. de 42. de mansionibus fil. Is. Mans. 26. Exod. 12. Luc. 10. Ierem. 48. Luc. 10. Lu. Quæst. 18. In 3. c. Eccl. lib. 3. de fide, cap. 3. tattentio. Luc. 7. c. lib. de Abraham, c. 5. lib. 4. adu. Mar. c. 12.]

tibi. Profecta est igitur & venit ad virum Dei in mōtem Carmeli. Cumque vidisset eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum suum. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei. Recte ne agitur circa te & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit. [1] Recte. Cumq; venisset ad virum Dei in monte, apprehendit pedes eius [2] Et accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo Dei. [3] Dimitte illam, anima eius in amaritudine est, & [4] dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi. [5] Nunquid petiui filium a domino meo? Nunquid non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. [6] Accinge lumbos tuos, & tolle baculū meum in manu tua, & vade. [7] Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi, & pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dominus, & viuit anima tua non dimittam te. † Surrexit ergo & secutus est eam. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & [8] non erat vox neque † sensus. Reuersusque est in occursum eius & nuntiauit ei, dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo Elisæus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se & super puerum, & orauit ad dominum. † Et ascendit & incubuit super puerum, [9] posuitque os suum super os eius, & oculos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel huc atque illuc, & ascendit & incubuit super eum, & oscitauit puer septies, aperuitq; oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei. [10] Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata ingressa est ad eum, qui ait. Tolle filium tuum. † Venit illa & corruit ad pedes eius, & adorauit super terrā. Tulitq; filium suū & egressa est. Et Elisæus reuersus est in Galgala. [11] Erat

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ respondit. *In hoc quod videtur mentita fuisse non oportet eam excusari. Vel potest dici, quod sic locuta est in spe resurrectionis filii sui per Elisæum, quæ fuit materia maioris gaudii quam cōceptio vel parturitio.*

2 Et accessit. *Elisæus enim non erat assuetus permittere, quod mulier tangeret ipsum.*

3 Dimitte. *Vt non solum per preces Elisæi, sed etiam per lachrymas matris impetraretur resurrectio filii.*

4 Et dominus. *quia spiritus sanctus non semper tāgit corda prophetarum, neque de omnibus.*

5 Nunquid petiui fil. *q. d. sicut proprio motu mihi filiū impetrasti, ita debes eius resurrectionem impetrare, vt verbum tuum sit stabile.*

6 Accinge. *idest, dispone te ad currendum velociter & expedite.*

7 Si occurrerit. *idest, non commisceas cum eo verba te ab itinere impedientia. Et per talem modum loquitur saluator discipulis ad prædicandū missis, Luc. 10. a.* Neminem per uiam salutaueritis. Giezi. *Sequitur.*

8 Et non erat. *Dicit Ra. Sa. quod hoc fuit propter demeritū Giezi, qui non seruauit præceptum Elisæi, sed occurrentibus sibi hominib. iactanter dicebat se missum ad suscitandum mortuum. Expositores autē nostri dicunt, quod hoc fuit ad designandum qd lex vetus quæ per baculum designatur, non conferebat gratiam viuificantem, sed hoc facit verbum incarnatum, quod significabatur per extensionem Elisæi super puerum, vnde dicitur Ioan. 1. b.* Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum.

9 Posuitque. *Hoc fecit ad ostendendum magnum desiderium ad pueri suscitationem, vel propter causam mysticam iam dictam uel potius propter vtrumque.*

10 Voca. *Non vocat eam proprio nomine, ad ostendendum quod habebat cum ea tantam familiaritatem, quod petiisset eius proprium nomen.*

11 Erat autem. *Hic consequenter ponitur miraculum ad consolationem congregationis famelicæ. Et primo ponitur duplex miraculum. Secundum ponitur ibi.* Vir quidam. *Primum miraculum est de pulmenti dulcoratione, cuius præparatio ponitur, cum dicitur.*

a *Filii prophetarum*. i. prædicatorum qui ambulant in lege domini, & scrutantur testimonia eius, in præsentia saluatoris semper viuunt.

Rabbanus. Angelomus. b *Concidit*. Qui literę legis intẽtus vel philosophis studiosus amaritudinẽ de lege vel morti ferum de philosophis sum ẽs intermiscet veritati euangelicæ, & in olla cordis coquens tale pulmentum, hoc est, documentum preparat auditoribus suis. Dicit enim Apostolus. *Litera occi. spi. autem viuificat*. Et, *Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita*. hoc sentientes fideles, mortem in olla clamant. Sed farina, in olla mittitur, cum scientia spiritualis in tale condimentum intromittitur, vt exclusa amaritudine pastus fiat salubris.

2. Cor. 3. b. Rom. 8. a.

c *Mors in olla, & cętera*.

L. de Elia. cap. 6. ✲ Ambrosius. Eliseus a magistro didicerat, parsimoniam, cum filios aleret prophetarum, vitis agrestis grumulis mensas offerebat, & inemptis siluestrib. oleribus, hospitalis humanitatis implebat officium. Quorum offensi amaritudine cũ manducare nõ possent, leuis farinæ aspersione omnẽ illam amaritudinem temperauit, abstinentiæ prophetę munere, veneni vires euacuans.

Ibid. c. 11. ✲ Idem. Elias in deserto erat, ne quis eũ ieiunantem videret, nisi soli corui qui eũ pascerẽt. Eliseus in deserto erat, vbi non inueniretur esca, nisi amara. Ioannes in deserto erat, vbi solum locustas & mel siluestre inueniret, &c.

Epist. 82. ✲ Idem. O stultum Eliseum, qui siluestrib. ramis & amaris pascebat prophetas. Immemorẽ scripturarũ Esdrã, qui memoria scripturas reddidit. Insipientẽ Paulũ, qui gloriatur ieiunijs, si nihil prosunt ieiunia. Sed quomodo non prosunt, quibus vitia purgantur?

Quæst. 19. ✲ Theod. Veneni operationem obtudit propheta, iubens farinam inijci in lebetem. Obtudit autem non farinæ natura, sed prophetæ gratia. Ita etiam aquarum sterilitatem in fęcunditatem sal non mutauit sed virtus ꝓphetici spiritus. Quod autẽ vita prophetarũ nullas habuerit possessiones, docet historia. Nam primus eorum nunc quidẽ eos excepit cõuiuio olerum agrestium, nũc autem panes ordeaceos, viginti apposuit cẽtũ viris, eosq; ab alijs allatos. Eis autem tantam benedictionem impertijt vt & illos cẽtum ex satiaret, & post satietatẽ superessent permulti.

a ¶ Non vtique panis, sed audiendi verbum Dei.

autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo. Dixitque vni de pueris suis. Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs prophetarum. Et egressus est vnus 1 in agrum, vt colligeret herbas agrestes, inuenitque † quasi

a ¶ Id est cucurbitas agrestes, minores illis quæ in hortis nascuntur, & sunt amarissimæ.

vitem syluestrem, & collegit ex ea colocyntidas † agri, & im- 2 pleuit pallium suum, & reuersus concidit in ollã pulmenti. Ne- 3 b sciebat enim quid esset. Infuderunt ergo † socijs, vt comederent. Cumque gustassent de coctione, exclamauerunt dicẽtes. c Mors in olla, vir Dei. Et non potuerunt comedere. At ille. Af- † ferte, inquit farinam. Cumque tulissent, misit in ollam & ait. In- 4 funde turbæ vt comedant. Et non fuit amplius quicquam ama- d ritudinis in olla. Vir autẽ quidam venit de Baal Salisa, deferens 5 viro Dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & 6 † frumentum nouum in pera sua. At ille dixit. Da populo, vt co- 7 medat. Respõditque ei minister eius. Quantum est hoc, vt ap- 8 9 ponam coram centum viris? Rursum ille ait: Da populo, vt † comedat. Hæc enim dicit dñs. Comedent & supererit. Posuit itaque corã eis Qui comederunt, & supfluit iuxta verbum dñi. 10

† quasi. † vel syluestres. † viris. † spicas virides plenas in veste.

Angelomus. d *Vir au*. Rab. Vir cœtus est patrũ qui de Baal Salisa est, qa ternariũ in confessione trinitatis seruat. Baal Salisa. n. tertium hñs interpretatur. Hic vir viro Dei panes primitiarũ offert, cum redemptori gratia eius inspiratus offert libros de origine creaturarũ cõpositos. Offert frumẽtum nouum in pera, cum nouũ testamentũ in euangelij & Apostolorũ scriptis profert. Iubet Eliseus noster ministris. i. prędicatorib. vt hęc fidelib. dispẽsent, & de thesauro suo proferãt noua & vetera, qđ mysterium in euangelio legimus in fractione. 5. & 7. panum, vbi satiatis turbis collegerunt 12. cophinos, siue 7. sportas fragmentorum, quia nullus sacramenta scripturæ per omnia capit, quin sibi satiato supererit iuxta verbum domini.

Matth. 13. g. Ioan. 6. d. Matth. 15. d.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Coque. *i. discipulorum eorum qui viuebant religiose, vt dictum est supra 2. cap.*
2 Collegit. *quæ sunt valde amaræ, & sunt quasi cucurbitæ syluestres, & folia eius herbæ habent quandã similitudinem cum folijs vitis.*
3 Nesciebat. *Idest, quod essent talis amaritudinis.*
4 Afferte. *non quod haberet ex se virtutem dulcorandi, sed hoc factum est meritis Elisei.*
5 Vir autem. *Hic ponitur secundum miraculum de multiplicatione panum, cum dicitur.* Vir au. *Duæ sunt dictiones in Hebræo, et Baal vt hic accipitur, est nomẽ appellatiuum et significat planiciem seu regionem. Salisa vero est nomen proprium ciuitatis in illa regione.*
6 Deferens. *Nõ accipiuntur hic panes promitiarum, quales offerebantur in templo domini, sed dicuntur primitiarum, quia erant de primis frugibus illius anni, hordeum autem primo venit ad maturitatẽ, maxime in terra illa, ideo subditur:*
7 Vigintis panes. *in quo ostẽditur numerus panum et materia. Aliqui autem libri habent interpositum ly &, sic, & 20. panes, sed ly &, non est in Hebræo nec in libris correctis, nec de textu.*
8 Et frumentum. *In Hebr. hẽtur.* Et granatam. *frumentum enim non ita cito venit ad maturitatem sicut hordeum, et ideo granum non erat adhuc aptum vt inde fieret panis, poterant tamen spicæ illæ aliquantulum torreri, & sic granum excuti per confricationem.*
9 Quantum. *Erant. n. valde parui illi panes, ita quod non sufficerent pro vno homine. Quod patet ex hoc quod ille homo apportauerat panes illos, & granatam intra peram suam, vt dicitur in litera.*
10 Qui comederunt. *Quia illi panes fuerunt miraculose multiplicati propter meritum Elisei. Talis autẽ multiplicatio potest fieri a Deo dupliciter. Vno modo per additionem alterius materiæ. Alio modo sine tali additione, quia sicut Deus de nihilo produxit materiã, ita de modica materia uel pauca potest facere magnam et multam, sicut dictum est plenius Gen. 2. de formatione mulieris de costa Adæ. Et Ioan. 6. de multiplicatione quinque panum in manibus saluatoris. Quis autẽ istorum modorum multiplicationis fuerit in hoc facto, non hẽtur ex scriptura.*

CAP.

MORALITER.

† *Erat autem.* Sequitur.
1 *Coque.* Per prophetarum filios intelligũtur religiosi, nam & patres eorũ saltem plures habuerunt prophetiæ spiritũ. Per hoc igitur quod factum fuit eis pulmentũ, & non fit hic mẽtio de aliquo condimento, significatur quod religiosi cibo paruo & vili debent esse contenti.
† *Mors.* Per hoc significatur, quod hominib. delicate nutritis in seculo, vita religiosa videt amara in principio, sed sicut pulmentum per immissionem farinæ factũ fuit sapidum, sic per Dei gratiam & bonam assuefactionem vita religiosa quę prius dura videbatur, non solum portabilis, sed etiam suauis efficitur. Per hoc autem econtrario alij deberent confundi, qui fuerunt in seculo satis dure nutriti, & tñ in religione nõ sufficit eis victus illorũ qui fuerũt in seculo dulciter educati.
5 *Vir autem.* Per istum qui obtulit Eliseo panes hordeaceos & frumentum nouũ, significatur homo exercẽs se in studio scripturæ veteris ac noui testamenti ad honorem Christi.
† *Da populo.* Nã per dictum exercitium sequuntur prædicatio & doctrina, quibus reficitur populus Christianus.

CAP. V.

a NAaman. ✻ August. Cum Naaman regis Syriæ princeps perfusus lepra fuisset, & sibi vel cunctis horreret, dolebat rex Syriæ virũ, per quẽ plurima confecerat bella, gẽtes domuerat, & victorias perpetrauerat. (Ser. 107. de temp.)

✻ Chryso. Naaman erat quidam Syrus, cum cũ lepra inuasisset, & propter cũ morbum erubesceret, vt qui in maximo periculo versaretur, venit in Palæstinã, volẽs a ꝓpheta liberari hoc malo (In Psal. 43.) ✻ Ambros. Magnus Naaman in cõspectu domini sui, & admirabilis facie describitur, quoniã in eius typo salus futura gentibus declaratur, qui sanctæ consilio puellæ, a propheta salutẽ sperare cõmonitus, nõ terreni regis imperio, sed diuinæ misericordiæ liberalitate sanatur. (In. 4. c. Luc.) Gẽtiles significat virtute bellorũ principatum gerẽtes, ac rerum decore fruentes. Vñ Naaman decus siue cõmotio eorum interpretatur, vir fortis & diues, sed leprosus, quia quis per potentiam regni ac rerũ abundantiã dominari videretur, tamen per errorem idololatriæ lepra fœdus apparuit. (Au. ser. 107. Rabban. Eucherius. Angelomus.)

b *Porro de Syria.* Rab. Latrunculi de Syria quod est sublimitas, egressi sunt, cũ cupiditate ducti & diuersis negotijs impli cati Gentiles per totã terram vagabantur. Hi de terra Israel captiuã duxerunt quæ de ꝓpheta in Israel testabat, quia fama de Israel per negotiatores gẽtiũ trãslata in toto orbe curiositati hominũ (quã vxor Naaman significat) verũ prophetã & saluatorẽ i Iudæa manere patefecit. Audiẽs hoc Naamã domino suo nũtiauit, cum hi ad quos notitia verba puenit, his qui sibi præsunt suggerunt scientiæ spiritualis magnitudinẽ Mittit rex Syriæ literas ad regem Israel ꝓ salute serui, cũ primatus gentiũ audiens Deũ esse in Israel salutem suorũ præuidẽs, legationem mittit in Iudæam, vt per apostolicam doctrinã saluatoris fidem accipiat. vnde Cornelius de Cesaria in Ioppem ad Petrũ mittit. (Eucherius, Rabbanus. Angelomus.)

Rex scidit vestimenta sua, quia Sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi rectores Iudæorũ cõsiderantes vndiq; plebes ad redẽptionẽ cõuenire, quasi blasphemiam existimantes scindebãt vestimenta, sicut in euãgelio princeps sacerdotũ fecit. (Act. 10. b.)

c *Rex Israel scidit vestimenta sua, &c.* ✻ Chrysos. O istius perfidia regis. Naaman Syrus fideliter festinat ad Deum & rex perfidus suũ scidit vestimẽtum. Diffidunt qui nouerãt, & qui non nouerãt credunt. Domestici repugnãt, & externi festinant. Rex Syriæ credit posse fieri quod audierat, & rex Israel nõ credit fieri posse quod nouerat, &c. (Homil. de Naaman Syro, tom. 10.)

d *Veniat.* ✻ Theodoret. Ipsum quidem Naaman videre, vt qui esset leprosus, non sustinuit, legem seruans, vt qui sub lege uiueret.

Et dominus *quos præsciuit, hos & vocauit, &c.* Veniens Gẽtilis populus ad domũ Elisei, sanctã s. ecclesiã per nũtios. i. euãgelicos ꝑdicatores accepit, vt se in Iordane septies lauaret renatus ex aqua & spiritu. Iordanis baptisma signat, quia in eo nobis saluator baptismum consecrauit, Naaman lauationem Iordanicam despiciẽs, simplicitatem significat rudium, qui spiri- (Quæst. 19. Rom. 8. f. Rabban. Angelom. Matth. 26. f.)

CAP. V.

1 NAaman princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud dominũ suũ, & honoratus. 2 Per illum enim dedit dominus salutem Syriæ. 3 Erat autem vir † fortis & diues, sed leprosus. b Porro de Syria egressi fuerãt latrunculi, & captiuam duxerãt de terra Israel puellam paruulã, quæ erat † in obsequio vxoris Naaman. 4 Quæ ait ad dominam suam. Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nuntiauit ei, dicens. Sic & sic locuta est puella de terra Israel. Dixitque ei rex Syriæ. Vade & mittam literas ad regem Israel. Qui cum profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, 5 & sex milia aureos, & decem mutatoria vestimentorum, detulit literas ad regem Israel in hæc verba. Cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman seruum meum, 6 vt cures eum a lepra sua. Cumque c legisset rex Israel literas, 7 scidit vestimenta sua, & ait: 8 Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim & viuificare, quia iste misit ad me, vt curem hominem a lepra sua? Animaduertite & videte, quot occasiones quærat aduersum me. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum dicens. Quare scidisti vestid menta tua? Veniat ad me, & sciat 9 prophetam 10 esse in Israel,

(marg.: † potens robore. † exercitus. † ante vxorẽ Heb.)

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

1 NAaman. Hic consequenter ponũtur miracula Elisei corã infidelibus, & primo circa hoc triplex miraculum ponitur. Secundo scriptura historiam prosequitur 8. ca. Prima in tres, quia primo ponitur miraculum ad Naaman Gentilis conuersionẽ, Secũdo ad insidiantium repressionẽ, c. 6. Tertio ad pœnitentiũ consolationẽ, circa mediũ 6. cap. ibi. *Factum est aũt.* Prima adhuc diuidit in tres partes, q̃a primo Naaman pro curatione destinatur. Secundo a lepra curatur, ibi. *Misitque Eli.* Tertio Giezi lepra percutitur, ibi. *Dixitq; Giezi.* Circa primum dicitur, *Naaman.* Dicunt enim expositores nostri communiter, quod ipse per sapientiam & probitatem suam vastauit latrunculos, qui multum molestabant regnum Syriæ, & ideo subditur.

2 *Per illum.* & propter hoc erat magnus & honoratus in regno. Ra. Sa. dicit quod ipse sagittauit Achab in prælio, vt habetur sup. 3. li. c. vlt. licet nomen suum ibi non exprimatur, & propter hoc subditur. *Per il.* quia interfecto Achab Syria fuit liberata a tributo, quod ei reddebatur pro confœderatione Banadad cum eo, vt habetur sup. 3. li. ca. 20. & propter hoc fuit eleuatus ad principatum militiæ.

3 *Erat autem vir.* Ad hoc enim fuit lepra percussus, vt per curationem eius mirabilem veniret ad Dei veri fidẽ quia percusserat Achab idololatram.

4 *Vtinam fuisset.* antequam enim caperetur, & in ancillam Naaman venderetur, audierat in terra Israel magnalia quæ fecerat Eliseus, & per hoc sperabat, quod sic posset curari dominus suus. Cætera patent vsque ibi.

5 *Et tu. se.* In Hebræo habetur. *Centum centenarios.* quorũ quilibet valebat cẽtum talenta communia, hæc autem accepit pro sumptibus in via, & ad dandum prophetæ munera.

6 *Vt cures.* hoc est facias curari per prophetam qui est in terra tua.

7 *Scidit vestimenta.* Dicunt expositores nostri communiter, quod hoc fuit eo quod intellexit illud verbum esse blasphematorium sibi potentiam diuinam attribuẽdo, vñ subditur.

8 *Nunquid Deus.* Modus enim erat Iudæorum scindere vestimenta sua, quando audiebant Dei blasphemiam, vnde. Matth. 26. f. dicitur. *Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua*, dicens. *Blasphemauit.* Sed hæc expositio non bene consonat literæ sequenti, in qua dicitur, quod Eliseus eum reprehendit de tali scissione, quod non fecisset si propter reuerentiam nominis domini facta fuisset. Et ideo aliter dicit, quod hoc fecerit ex impatiẽtia, credens quod rex Syriæ quæreret occasionem mouendi bellum contra se petendo ab eo rem, sibi impossibilem. Ideo subditur. *Videte.*

9 *Prophetam.* Dei veri.

10 *Esse in Israel.* Vt sic rex Syriæ timeat bellum mouere contra populum habentem Deum tantæ potentiæ.

MORALITER.

1 *Naaman princeps.* Per Naaman qui erat leprosus, potest intelligi quilibet infidelitatis lepra percussus. Per Eliseũ vero dominus noster Iesus Christus, vt ostẽsum est supra. Per Iordanem vero fluuium baptismi sacramẽtum, eo quod in Iordane fuit institutũ, quando dominus noster Iesus Christus tactu suæ sanctissimæ carnis vim regeneratiuam dedit aquis. Igitur per Naamã intelligit quilibet Iudæus vel Gẽtilis seu alius infidelis, qui audita fama de Christi miraculis venit ad ipsum per fidem, cui dicit Eliseus idest, Christus.

spiritualem non potuerunt intelligere efficaciam, quia *animalis homo non percipit quę sunt spiritus Dei.* Serui meliori consilio ad mandatum propheticum persuaserunt, quia sæpe dominus minori reuelat quod melius est, quoniam *personarum acceptor Deus non est.* Loto septies restituta est caro sicut pueri caro, quia mundatus baptismo per inuocationem spiritus septiformis quisque ad innocentis vitæ infantiam redigitur, quia ĩ baptismo abrenuntiare sathanæ ac fidem domini confiteri præcipimur, negat se Naaman vltra dijs litaturũ, soli per omnia Deo seruiturũ. Partem terrę sanctæ secũ tollit, quia baptizatos oportet dominici corporis participatione confirmari.

1.Cor.2.d. Act.10.c. Luc.4.e. lib.1.de sacra.c.5. L.1.de pœ. cap.2.

a *Descendit, & lauit in Iordane, &c.*

✠ Ambros. Tunc ille iuit, in Iordane mersit, & surrexit sanus. Quid.n.significat? Vidisti aquã, sed nõ aqua omnis sanat, sed aqua sanat quę habet gratiam Chri. Aliud est elementum, aliud consecratio aliud opus, aliud operatio. Nõ sanat aqua, nisi spiritus sanctus descenderit, & aquã illam consecrauerit.

✠ Idem. Quod nobis impossibile impetratu videtur, Deo donare possibile est. Nã & impossibile videbatur, vt peccatum ablueret aqua. Deniq; Naamã Syrus lepram suã mundari per aquam posse non credidit. Sed qđ impossibile erat, fecit Deus possibile esse qui tãtã nobis donauit gratiam. Similiter impossibile videbatur per penitẽtiã peccata dimitti: concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transmissum est.

Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei. Misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens. [1] Vade & [2] lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. [3] Iratus Naaman recedebat, dicens: Putaram, quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini Dei sui. & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Amana & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder? Cum ergo vertisset se & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater, & [4] si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras. [5] Quanto magis, quia nunc dixit tibi, lauare & mundaberis? a Descendit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, † [6] & restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli, & mundatus est. [7] Reuersusque ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, venit & stetit coram eo, & ait: [8] Vere scio quod non sit Deus alius in vniuersa terra, nisi tantum in Israel: [9] Obsecro itaque vt accipias benedictionem a seruo tuo. At ille respondit: [10] Viuit dominus ante quem sto, b quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquieuit. Dixitque Naaman: c [11] Sed obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum † burdonum [12] de terra. Non enim faciet seruus tuus vltra holocaustum aut victimam dijs alienis, nisi domino. † Hoc autem solum est de quo deprecetis dominum pro seruo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, vt adoret, & illo innitente super manum meam, [13] si adorauero in templo Remmõ, adorante † eo in eodem loco, [14] vt ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re: [15] Qui dixit ei. Vade in pace. Abijt ergo ab

a ¶ Hæc est catholica professio, quoniam omnes dij gentium dæmonia.

† mulorum. † Vt vix. Led. † Pro re hac parcat dominus. Eo herius. Romanus. Angelomus. † me.

Quæst. 13.

b *Quia non accipiam.* ✠ Theod. Propheta valde expetẽdã paupertatem pretulit omnibus diuitijs & legem euãgelicã adimpleuit priusq̃ ferretur. *Gratis enim* inquit, *accepistis, gratis date.* Vir aũt ille admirabilis credẽs vel ipsam terrã Israelis esse sanctificatam, rogauit vt duo onera mulorum ex ea acciperet: vt super eam domino Deo soli offerret lege cõstituta sacrificia. Hæc aũt Iudæos accusant, quod cũ & legem habeant, & prophetas, & sacerdotes, & miracula videãt & signa, cultũ idolorũ prætulerint cultui Dei. Prophetæ autẽ iure est admirãda & vis gratię, & iusta sentẽtia. Nã & furtum Giezi nouit, & Naamanis lepram ei adiudicauit.

c *Tollam onus.* Partem sanctæ terræ secum tulit Naaman vt poneret in tẽplo idolorum, & super eam consistens dominũ cuius erat terra adoraret, ne offenderet dominum suum, si pariter non adoraret.

Giezi

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Misitq; ad.* Hic cõsequenter ponit Naamã curatio, cũ dr. 2 *Vade & lauare.* Hoc aũt sibi mandauit per nũtium, vt Dei potentiæ magis attribueretur miraculum, eo q̃ propheta non locutus fuit cum eo, nec eũ tetigit sicut credebat Naamã, credens quod in ipso propheta esset aliqua virtus curãdi ipsum. 3 *Iratus Naaman.* Eo quod per tale modum se curari nõ sperabat, cum fluuij Syriæ essent ita boni vel meliores, sicut fluuius Iordanis, nec tamẽ habebãt aliquam virtutem. 4 *Si rem grandem, &c.* Id est, difficilem.
5 *Dixisset tibi propheta certe facere debueras. Quanto magis, quia nunc dixit tibi, lauare & mundaberis. Descendit & lauit.* Et multo magis rem facilem quam tibi mandauit.
6 *Et restituta est caro eius sicut pueri paruuli, & mundatus est.* Quę est purior quam in ætate virili aut senili, quia caro ad generata per alimentũ, quanto procedit vlterius, tãto fit impurior, sicut vinũ per admistionem aquæ, vt habetur 1. de Generatione. 7 *Reuersusq; est ad virum Dei cũ vniuerso, &c.* Vt ostẽderet se gratum Deo & prophetæ de sua curatione: Iõ subdit.
8 *Vere scio.* Et sic fidẽ vnius Dei quam conceperat corde, cõfessus est ore, secũdum dictum Apostoli Ro. 10. b. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*
9 *Obsecro.* idest, munera gratanter & deuote oblata.
10 *Viuit dominus.* vt ostenderet se non quærere sua, sed animæ suæ & corporis salutem.
11 *Vt tollam.* Animalia sunt genita ex equo & asina, sicut mulus econtrario, scilicet ex equa & asino.
12 *De terra.* scilicet Israel, quam reputabat sanctam propter cultum Dei ibi existentem, intendebat enim ex ea facere altare in domo sua. secundum quod dicitur Exod. 20. *Altare de terra facietis mihi, & ibi immolate Deo cęli.* Ideo subditur: *Non enim fa.* Sequitur: *Hoc autem.* Et subditur:
13 *Si adorauero in.* non idolum, sed Deum verum.
14 *Vt ignoscat.* quia non possum istud bono modo euitare.
15 *Qui dixit ei. Vade in pacẽ.* Acquiescendo petitioni suę: sed quia non solum adorare idolum, sed etiam simulare hanc adorationem est peccatum: ideo dicunt hic aliqui, quod quia Naaman erat neophytus, ideo in hoc sibi disp nsauit Elise⁹, & similiter qđ posset ędificare ad offerẽdũ sacrificia extra templũ, & ẽt extra totam terrã Israel. Sed istud non vř cõueniẽter dictũ. Primo, quod Naamã fuerit neophytus, qa proprie

MORALITER.

2 *Vade & lauare.* i. recipe baptismũ, quia dicitur Io. 3. a. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quod aũt dicit. *Lauare septies,* nõ est referẽdum ad baptismi receptionem, quia recipitur semel tm̃, sed ad septiformem gratiam spiritus sancti quę confertur in baptismo.
6 *Et resti.* qa per baptismum deuote receptum mũdatur homo totaliter de peccatis, & recuperat mentis innocentiam.
8 *Vere scio.* Per qđ designatur quod adultus baptizatus debet Deo regratiari de sua regeneratione spirituali. Aliter pt dici, q̃ per Naaman leprosum significari pt quilibet infectus per mortale peccatum, qui audita per prædicatorem iustitia Dei & eius misericordia, contritionem concipit, & ad ipsum per pœnitentiam veram accedit, & lauatur in Iordane, idest, lachrimis penitentiæ, quæ bene significatur per Iordanem, eo quod interpretatur riuus iudicij. Lachrymę vero dictæ fluunt ex diuini iudicij consideratione, & cum sic lauatur ad mentis munditiam restauratur.

† Dixitque

a *Giezi.* Rab. Præruptum vidēs interpretatur, siue vallis visio. Is est Israel, qui aliquādo puer Dei, vnde. *Puer Israel, & dilexi eum.* sed postq̄ spreto euangelio in foueam auaritiæ se pcipitauit, quam filij Dei per baptismum renati spreuerunt, iusto iudicio lepram erroris quā credentes deposuerāt, ipse sibi consciuit. Sic omnes qui post baptismum & emēdatiorē vitam ad pristina reuertuntur, sordibus, quibus se exutos sperabant, iterum inuoluuntur, hic est canis reuersus ad vomitū.

b *Nunc igitur accepisti argentum &c.*

✠ Ambros. Qui Giezi & Simonis sectantur sententiam, sancti episcopatus gratiam coemerunt, nequaquam timentes, a beato Petro se cum Simone fuisse damnatos. Et lepram cū Giezi a sancto suscepisse se credāt Eliseo qui gradum sacerdotalem estimant pecunijs comparare.

✠ Idem. Habes domini præceptum, vatis preceptum, *gratis accipere, gratis dare,* nec vendere mysteriū, sed offerre. Non enim pretio taxatur Dei gratia, nec in sacramētis lucrū quæritur, sed obsequiū sacerdotis. Non tñ satis est, si lucrum ipse non quæras, familiæ quoque tuæ cohibendę sūt manus. Cito turpē in Giezi sequitur lepra mercedē, & pecunia male q̄sita corpus animumq; cōmaculat. *Lepra Naaman,* inquit, *adhærebit tibi.* Facto quoque auctoris, successio dānatur hæredis. Inexpiabilis est enim venditi culpa mysterij, & grā vindicta cælestis transit ad posteros.

✠ Chrysost. Curatur Naaman Syrus, & lepra Giezi perfunditur seruus. Syro fides attulit gloriā, & seruo pfidia intulit pęnā. Alius suis redditur sanus, alius cūctis ostēditur maculatus. Alius virtutis exemplum ostendit alius meritū fallacię ostēdit. Per Naamā Deus collaudatur, p Giezi cęleste iudiciū metuitur. Inde salus nascit, hinc met⁹, inde gloria petit, hinc fraudis molestia formidat, vt exēplis & fidei pmiū, & perfidię suppliciū cunctis gētibus monstraretur.

Margin: Osee. 11. a. — † milliare, vel stadijs terræ. — Prou. 26. b. — lib. de dign. sacerdo. c. 5. — † Cōplace vel acquiesce & accipe. — In c. 4. Luc. — † An non nonne tēpus quo abiisti vt acciperes. — † me. — Luc. 10. — Hom. de Naaman Syro. — † ad arcem, vel turrim. Chal. interpre. in locum occultum vel obscurum. — † ambulabat tocum. — † i. q. i. c. qui studet.

eo † electo tempore, Dixitq; Giezi puer viri Dei. [1] Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt nō acciperet ab eo quæ attulit. Viuit dominus; quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cum vidisset ille currentē ad se, [2] desilijt de curru in occursum eius, & ait: Recte ne sunt oīa? Et ille ait, Rectè. [3] Dominus meus misit me ad te, dicens. Modo uenerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim ex filijs prophetarum: da eis talentum argenti & vestes mutatorias duplices, Dixitq; Naaman: † [4] Melius est, ut accipias duo talenta & coegit eum, ligauitq; duo talēta argenti in duob. saccis & duplicia vestimenta, & [5] imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt corā eo. [6] Cumq; uenisset † iā uesperi, tulit de manu eorum, & reposuit in domo. Dimisitq; uiros & abierunt. Ipse autē ingressus stetit coram domino suo. Et dixit ei Eliseus. [7] Vñ uenis Giezi? Qui respondit. [8] Non iuit seruus tuus quoquam. At ille ait, Nonne cor meum † in præsenti erat, quādo reuersus est homo de curru suo in occursum tui? b † Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas, † [9] sed & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo vsque in sempiternum. [10] Et egressus est ab eo [11] leprosus quasi nix.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ proprie loquendo neophytus dicit de nouo conuersus ad aliquam legē, sicut circuncisus de nouo apud Iudęos, & baptizatus apud Christianos. Naamā vero nō fuit conuersus ad Iudaismū, quia non fuit circuncisus, nec per cōsequens ad legem Mosaicam obligatus, sed credidit Deū qui colebatur a filijs Israel esse verū Deū & ab omnib. colendum, quod & multi Gentiles fecerunt, & sine legis Mosaicæ obseruantia saluati fuerūt, q a ad ipsam non tenebantur, sicut alias diffusius dictū est. Secundo, quia ea quę sunt per se mala non sūt dispensabilia, quia non possunt bene & absq; peccato fieri, de quibus est simulatio idololatriæ, & ideo non videbitur bene dictum quod Eliseus in hoc ipsi Naaman dispensauerit, sed solum ei declarauit illud esse ibi licitum, qđ timebat esse illicitū, sicut solent facere cōsciētię timorosæ, hēbat enim iste Naaman officium sustentandi regem, quia sicut reginæ modo per milites sustentātur, ita similiter tunc temporis reges per principes magis sibi propinquos, istud aūt non erat illicitum de natura sua, æqualiter.n. poterat fieri extra templum idoli sicut & intra, sicut si aliqua puella Christiana capta a Saracenis esset obsequio alicui⁹ dominæ deputata ad deportandum caudam suę vestis, nō videtur illicitum, quod eam portaret intra phanū Mahometi sicut & extra, dum tamen hoc non faceret ob reuerentiā aliquam Mahometi, sed solū intendens suū officium exequi. Et hoc petebat Naaman ab Eliseo.s. quod idem officiū quod licite faciebat domino suo extra phanum idoli, posset sibi facere intra, non ad aliquam idoli reuerentiam, sed ne incurreret domini sui offensā, & hoc concessit ei Eliseus, quia non erat illicitum, vt dictū est. Tertio, non videtur bene dictum, qđ ei dispensauerit de altari construendo, & ibidē offerendo, non solū extra Hierusalē, sed etiam extra Iudæam, quia illud solū fuit prohibitum Iudęis post tēpli ædificationē, & qñ arca domini habuit stabilē mansionem, prout dictum fuit Deut. 2. & 1. Reg. 7. Naaman vero non tenebatur ad legem Mosaicam, vt prædictum est, & ideo poterat alibi licite Deum colere, altare ad hoc ædificando & etiam offerendo, sicut filij Israel añ legē datam, vt patet de Abraham, Isaac, & Iacob in Gene. in pluribus, locis. Quod autem ad hoc Naaman, petijt onus duorum burdonum de terra Israel, fuit ex speciali deuotione, vt dictum est, licet ad hoc non teneretur, & ideo circa hoc non fuit aliqua dispensatio, sed licita concessio.

1 *Dixitque.* Hic consequenter describitur ipsius Giezi infectio propter multiplex eius peccatum in facto, quorum primum fuit cupiditas, quæ est radix omnium malorum, vt dicit Apostolus 1. Timoth. 6. & hoc notatur cum dicitur. *Pepercit* licet enim prophetæ non acciperent aliquid quasi pretium prophetiæ, quia tamen pauperes erant, viuebant de oblatis sibi curialiter & deuote.

2 *Desilijt.* Propter reuerentiam domini sui, & gratitudinem beneficij sibi collati.

3 *Dominus meus.* in hoc mentiebatur, & sic fuit peccatum secundum.

4 *Melius est vt acc.* scilicet cuilibet iuueni vnum. In Hebręo habetur. *Iura mihi.* scilicet quod miserit te Eliseus, & accipe duo talenta, & secundum hoc fuit hic tertiū pctm̄.s. periuriū.

5 *Et imposuit.* idest, duobus de seruis Naaman.

6 *Cumque venisset.* ne Eliseus eos videret & perciperet, quod Giezi aliquid a Naamā accepisset, & sic commisit quartum peccatum.s. furtum rei notabilis.

7 *Vnde venis.* Non quærit ex ignorantia, quia in spiritu factum viderat vt postea subditur, sed vt eius respōsione eum de mendacio conuinceret, vnde subditur.

8 *Non iuit.* Quia mentiebatur ei qui habebat spiritum sanctum sicut Ananias & Saphira Petro, vt habetur Act. 5. Ideo subditur eius iusta punitio, cum dicitur.

9 *Sed & le.* idest eadem species lepræ quam habuit ante curationem suam.

10 *Egressus.* qui leprosi separabantur a cohabitatione hominum sanorum, vt habetur Leu. 13.

11 *Quasi nix.* Color enim albidus & transparens est signū lepræ, sicut habetur Leu. 13. prout ibi plenius dictum fuit.

CAP

MORALITER.

1 *Dixitque Giezi puer.* Per istum Giezi, qui currens post Naaman accepit ab eo munera, signatur cupidus in ecclesia, qui pro collatione spiritualium quærit, vel repetit temporalia, & sicut lepra Naaman adhæsit Giezi & semini eius, sic vitium simoniæ adhæret isti & suis sequacibus.

ADDITIO. I.

In cap.5. vbi dicitur in postilla. *Sed istud non videtur conuenienter dictum.* Primo quia Naaman fuit neophytus &c.

Licet Naamā non fuit conuersus ad Iudaismū neq; circuncisus, fuit tñ neophytus, quia de nouo conuersus ad legē naturæ, quā hactenus non seruabat, ſm quam est illicitū adorare idolum, & ēt simulare talem adorationem, prout ipsemet postil. asserit in hoc loco, dicēs q, simulatio idololatriæ est per se mala, sed oīa quæ sunt per se mala illicita sunt de iure naturæ, cuius principale principiū est qđ bonū est persequendū & malū est vitandū vt cōiter tenetur. Sed aduertendū est, q, licet idololatria & eius simulatio sint illicita de iure naturæ, tñ illud qđ hēt speciē illius simulationis seu adorationis si non sit adoratio nec eius simulatio, nō vr̄ illicitū de iure naturæ, vt patet in præsenti casu. Si Naaman intrans phanū idolorū, exercendo offiñ suum in sustentando dñm suum non adoraret idolū, neq; ēt simularet se adorare, neq; talē adorationem seu simulationem intenderet, adhuc tñ est ibi species mali, quia his qui talia non bñ discernūt apparere posset ipsum intrare cā adorādi, sicut & dñs suus intrabat. Qđ licet de iure naturę nō sit prohibitū, prohibetur tñ de iure diuino, teste Apost. 1. ad Thes. 5. d. *Ab omni specie mali abstinete vos.* vnde declarationē huius videtur petere Naaman. Et Eliseus declarauit sibi non esse illicitum, & hoc nō dispensando, quia Eliseus non habebat potestatem dispēsandi generaliter, sed hoc solum sibi declarauit.

ADDITIO. II.

In eod. cap. 5. vbi dicitur in postilla, In Hebręo habetur. *Iura,* scilicet, quod miserit te Eliseus.

Verbum hoel qđ hic ponitur in Hebræo frequentat̄ in sacra scriptura, & quandoq; in translatione nostra interpretat̄ incipere vt Deut. 1. a. vbi dr̄, *Incepit Moyses explanare legem,* & in alijs qñque interpretat̄ iurare, vt Exod. 2. d. *Iurauit Moyses habitare cum Iethro.* Sed ſm Hebraicam veritatē verbū istud æquiuocum est, nihil aliud signans vbicunque ponitur nisi actum volendi. Itaque cum dicitur. *Incepit Moyses explanare,* non dicit, nisi voluit Moysen explanare. Similiter vbi dicit. *Iurauit habitare,* nil aliud dicit, nisi voluit habitare, vnde in hoc loco dicebat Naaman Giezi, quod vellet accipere duo talenta, nec fit aliqua mentio de iuramento.

REPLICA. In c. 5. vbi postill. dicit. Naaman Syrum nō conuersum fuisse ad Iudaismum per consequens non neophytum, sicut quidā dixerunt. Burgen. obiicit, dicens, quamuis Naaman non fuerit conuersus ad Iudaismum, tamē fuit conuersus ad legē naturæ quā hactenus non seruabat, iō debuit dici neophytus. Sed assumptum vr̄ falsum, quia secūdū Apostolum ad Rom. 2. & gentes ea quæ legis sunt naturaliter faciunt, ergo non minus Naaman q̄ alius. Nec sequitur. Ignorauit vnū verum Deū, & eius cultū, quem nunc ꝓfessus est. Igitur tunc primo cōuersus est ad legē naturæ, nam ipse sicut & ceteræ gētes facit opera legis naturæ, iuxta principia illius legis naturaliter impressa quamuis non perfecte intellexit & fecit. Vñ sicut Iudæi legis trāsgressores, & Christiani mali per pniam, vel per prędicationē conuersi, nō dicūtur neophyti, sic nec Naaman, nec alij sub lege naturę imperfecte viuētes. Habuit. n. Naaman ex habitu illius legis, q, species mali sit ab oīb. naturaliter vitanda, si tñ commode vitari nō posset esse culpā venia dignā. Intelligēs deniq; ex miraculosa cura circa eū in noīe Dei Israel facta solum illū verū Deū esse, & eū solū adorādū: hāc conclusionē elicuit, qđ de cetero idola colere nollet, sed Deū Israel in oī loco ēt in tēplo Remon, qñ iuxta suum officiū qđ in litera exprimit̄ intrare cū rege oporteret: qui ingressus quia speciē mali prætendere posset venię expiandus: supplicauit igit̄ Eliseo, vt ꝓ huiusmodi expiatione Deū deprecari vellet. Et annuit Eliseus, dicēs. *vade in pace.* Frustra igit̄ dicit Burgen. quod Eliseus hoc declarauit, qđ exercitiū sui officij speciē mali hēret, q, a Naaman hoc ex lumine naturali vidit, & quia ab Eliseo petiuit solum orationem pro se ad Deum, nō dispēsationē, sicut quidā dicunt, nec declarationem, sicut Burg. dicit.

CAP. VI.

A a Dixerunt autem. ✠ Theod. Chorus prophetarum extremam amplectebatur paupertatem. Non enim habebant domos, sed vtebantur tugurijs. Quam ob rem a magno illo propheta supplices petierunt vt abiret cum ipsis ligna secantibus ad ea construenda. Tanta autem vtebantur paupertate, vt ne securim quidem sustinerent possidere. Cum vna quidem certe cecidisset in fluuium, dixit qui eā acceperat commodato, ô domine, & ipsum fuerat datum commodato.

Quæst. 19.

C b *Accidit autem.* Rab. Cum impios Iudæos ꝑ corpus operata ꝑsentia Christi tanquā infructuosas arbores cæderet vnde. *Ecce securis ad radicem arboris posita est.* Ab eis interueniēte passione corpus ipsum deseruit, profunda descendit quod in sepultura depositum tanquam ad manubrium spiritu redeunte resurrexit. B

Angelomus. Augu. serm. 211. de tem.

Matth. 3. c.

† Complace & acquiesce obsecro, & veni tu.

Rab. Curandū valde est, ne intellectus otio torpeat, ne in exercitatione operis vitio elationis euanescat. D

Greg. Moral. Ferrum in manubrio intellectus est in corde, hoc ligna cæduntur, cum praue agentes increpantur, qđ dum fluxe agitur, dum lapsu vanæ gloriæ non vtatur, ferrum in aqua perditur, quia ex dissoluto opere intelligentia fatuatur, quę ad hoc datur, vt dātis ante oculos ex bona actione restituatur, vnde sequitur. *Hoc ipsum.* Electi vero si quādo offendūt, ad cor velociter redeunt, & culpam lachrymis insequuntur, vnde. *Heu heu, &c.* Qui flētes caute inspiciūt, non solum quæ mala cōmiserunt, sed etiam quæ ex accepto munere reddere bona debuerunt, & hoc est *Heu heu, & hoc mutuo acceperam.* ac si dicat. Illud per dissolutionem negligentię perdidi, quod vt per bona opera redderem ex gratia redemptoris accepi, sed nunquam Deus E F

Eucherius Rabbanus. Angelomus.

† De consec. dist. 2. c. renasca.

CAP. VI.

1 Dixerūt autem filij prophetarum ad Eliseū: Ecce 2 locus in quo habitamus corā te, angustus est nobis, eamus vsq; ad Iordanē, 3 & tollāt singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit. Ite. Et ait vnus ex illis. † Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respōdit. Ego veniam. Et abijt cū eis. Cumq; venissent ad Iordanē, cædebāt li- a † b gna. † Accidit autē vt cū vnus materiā succidis-

a ¶Christus infructuosos argueret. b ¶Prauos increparet.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

1 Dixerunt autem. *Hic ponuntur miracula ad infidelium insidiarum repressionem, primo tamen præmittitur miraculosa ferri natatio, secundo dicta repressio, ibi.* Rex autem Syriæ. *Circa primum dicitur.*

Ecce

2 Ecce locus. *Dicit hic Ra. Sa. quod Giezi qui erat cupidus quādo erat cum Eliseo, molestus erat filijs prophetarum venientib. ad Eliseū ne expenderentur ea quæ dabantur magistro suo, & ideo ipso abiecto propter lepram plures venerunt ad Eliseū, et iō non sufficiebat domus pro habitatione ipsorum, propter quod volebant eam dilatare.*

3 Tollant sing. *i. ligna quæ sunt materia pro domib. ædificandis.*

Heu

MORALITER.

1 Dixerunt autem. Sequitur.

† *Cumque venissent.* Per securim qua ligna cædūtur hominū peccantiū increpatio designat̄, eo quod homo arbor conuersa nominatur. Vnde dr̄ 2. de Anima. q, radices arboris sunt ori similes, quia per illas arbor accipit alimentū: os aūt est in supiori parte hominis: radices vero ī inferiori parte arboris. Igitur per hanc cæsionē arborum bene significat̄ increpatio peccantium. propter qđ Ioannes Baptista increpās peccatores dicebat Math. 3 c. *Iā securis ad radicē arboris posita est.* Sed cum aliquis incaute peccantem arguit, ferrū securis de manubrio fugit & sic in aquā mergit̄. Nā illud quod perficere poterat, si caute fieret, ad culpam imputatur. Sed qñ tales ex indiscreto zelo peccātes in mō corrigēdi statim vt suū defectum cognoscunt ad pęnitentiā recurrentes dicūt.

Heu

Deus mentem deserit, quę in peccatis se veraciter agnoscit. Vnde Eliseus lignum deorsum misit, & ferrum in superficie attulit, quia redeptor cor peccatoris humiliat, & eā quam amiserat intelligentiā reformat. Vnde in alia trāslatione dicitur, *quod confregit lignum & iactauit, & sic ferrum sustulit.* Lignum frangere est cor ab elatione cōterere, ad ima iactare, cogitatione propriæ infirmitatis humiliare. Ilico ferrū rediit, quia ad vsum exercitationis pristinæ intelligentia recurrit.

a *Natauitque ferrum.* ✲ Ambros. Discamus naturā posse cōuerti, quando ē petra aqua fluxit, & ferrū aquæ supernatauit, quod vtique Eliseus orādo facere meruit, non imperando. ✲ Idem. Sub Eliseo ferrum de securi demersum est. Misit Eliseus ferrum in aquā, & ferrum natauit, vtique præter naturam. Grauior est enim ferri species, quā aquarū liquor. Quod si tātum humana bñdictio pōt vt naturā cōuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba domini saluatoris operātur? Nam sacramentū (Eucharistię) istud quod accipis, sermone Christi conficitur. ✲ Idem. Cecidit ferrum, misit lignum Eliseus, & aquis supnatauit contra consuetudinē ferri. Ex his non intelligis quātum operetur sermo cęlestis? Ergo didicisti quod ex pane corpus fiat Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cælestis.

b *Rex Syriæ pugnabat contra Israel &c.* ✲ Chrys. Et si frequenter populorum meritis, aut bella nascuntur, aut fames inducitur, aut exitialis vastitas irrogatur, quibus aut frangatur malitia, aut superbia resecetur, aut increscens vitiositas comprimatur, tñ isthic diuinæ ōñdēdæ virtutis causa, & demōstrandæ potētiæ genitoris, Elisei sanctissimi temporib. filijs Israel a Syrijs bellum inducit. Tenduntur in cāpo ab inimicis insidię, doli ab hostib. præparantur, deceptionū latebræ disponuntur, vt populus Dei non tam bello, quam insidiarū fallacia deuinciat. Hoc nudat Eliseus propheta sanctissimus, mittens ad regem Israel, &c.

c ✲ *Nequaquam domine mi rex &c.* Nullus te, inquiūt, detulit nullus tua cōsilia denudauit, sed est in istis ppheta sanctissimus, qui si quid cogitas, nouit, si quid loqueris, scit, & quęcunque occulte disposueris, recognoscit. Idem illis totum retulit, idem quod disposueras indicauit. Sedebat namque Eliseus in monte, altior mundo, propior cęlo, &c. Tūc mittit exercitus vt hominem Dei adducerent sibi. Irrisit se nequissimus hostis & stulto consilio de homine Dei aliud, quam debuit, sensit. Si hominem Dei nō putauit, cur multitudinem misit? Aut si hominem Dei sciuit, cur eum contra se armatū Dei virtute nesciuit? Debuit enim stultus iam credere, contra eum ire non posse, quem latentes insidias audierat denudasse.

d *Qui cum venissent.* Rab. Qui in nequitiæ armis confidens, Christi famulis insidias præparat nocte perfidiæ excæcatus, bellum contra ecclesiam gerit.

e *Heu heu, &c.* Rab. Hic notat illos qui pusillanimitate cordis pęnas verentur corporales.

f *Noli timere.* Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post non habent quid faciant vobis.

✲ *Noli timere.* Ambros. O fides sancti prophetę, non timet aduersarios quos cōspicit, quoniā scit angelos secū esse quos credit. Non metuit terrenas insidias, qa cęlestia adesse sibi nouit auxilia. *Plures, inqt, nobiscum sunt quām cum illis.* Mira res plures ē cælo defensores meretur sanctitas, quam in terris oppugnatores adduxit improbitas. Videte beatitudinis meritum, propheta nuntiat etiā de multitudine, cum puer adhuc incertus sit de salute. Spirituales oculi carnalibus quanto plus cernunt.

✲ Idem

Marginalia: li. 3. Hexameron. c. 2. — † talis & talis, vel illius & illius. — lib. de his qui mysterijs initiantur. ca. 9. — † inter nos sit regis. — Lib. 4. de Sacramētis c. 4. — Serm. de Elis. & Syrorū insid. tom. 1. — Ibidem. — † erit mansio mea, alij castra ponens. — † illuc Syri descendunt. — † monuerat. — Ibi. 16. c. Matth. 10. c. Serm. 2. de Eliseo, q est 86.

a ¶ Descendit. b ¶ Spiritus. c ¶ Corporis. d ¶ In profundo: ¶ Perditur intelligentia cordis dissolutione negligentiæ.

set, caderet ferrum securis in aquam. Exclamauit ille, & ait. Heu heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperā. Dixit autem homo Dei: Vbi cecidit? At ille mōstrauit ei locum. Præcidit ergo lignum & misit illuc. Natauitq; ferrum. Et ait. Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel. Consiliumq; iniit cum seruis suis, dicens, in loco † illo & † illo ponamus insidias. Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens. Caue ne transeas in locum illum, quia † ibi Syri in insidijs sunt. Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, & † præoccupauit eum, & obseruauit se ibi, non semel, neque bis. Conturbatumq; est cor regis Syriæ pro hac re. Et conuocatis seruis suis, ait. Quare non indicatis mihi, quis † proditor mei sit apud regem Israel? Dixitq; vnus seruorum eius: Nequaquam domine mi rex. Sed Eliseus propheta qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo. Dixitque eis. Ite, & videte vbi sit, vt mittam, & capiam eum. Annuntiaueruntque ei dicentes: Ecce in Dothain. Misit ergo illuc equos & currus & robur exercitus. Qui cum venissent nocte, circundederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister viri Dei, egressus est, viditque exercitum in circumitu ciuitatis, & equos & currus. Nuntiauitque ei dicens. Heu heu heu domine mi, quid faciemus? At ille respondit. Noli timere.

a ¶ Rediit ad carnem spiritus. — ¶ Potestas terrena superba sentiens a filio incis persequitur. — a ¶ Domini nostri doctrina insidiæ inimicorum præcauentur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Heu heu domine mi. *Nec habeo vnde restituam.*
2 Præcidit ergo. *id est, fecit aliud manubrium, quia primum erat fractum, vt dicit Ra. Sa.*
3 Natauitq; ferrum. *contra naturam propriam obediendo naturæ auctori.*
4 Rex autem. *Hic consequenter describitur insidiantium repressio. Circa quod primo describitur insidiatio corū maligna, secundo eorum percussio digna. ibi,* Porro Eliseus. *tertio liberatio benigna, ibi,* Dixitque rex. *Circa primū ponitur insidiatio Syrorum contra regem Israel. Et patet litera vsque ibi.*
5 Misit itaque rex. *Homines armatos in magna copia.*
6 Et præoccupauit. *illas insidias capiendo.*
7 Non semel. *solum supple, sed multoties. Secundo ponitur insidiatio contra Eliseum ibi.*
8 Dixitque ei. *Et patet litera vsque ibi.*
9 Heu heu. *Cognouit enim insignia armorum, quod erant Syri Hebræorum aduersarii.*

Plures

MORALITER.

1 *Heu heu heu domine mi.* Recognoscunt enim, quod gratia a dño sibi mutuata indebite vsi sunt, sed per lignum ab Eliseo missum in aquam ferrum natat, quia Christus per lignū suæ passionis ad mentē deuote reductū bonū amissum restaurat.
4 *Rex autem Syriæ.* Syria interpretatur sublimis, & iam p regem Syriæ intelligitur diabolus qui est rex super oēs filios superbiæ, pugnat autē contra fideles, qui per Israel intelligūtur, & ponit insidias ad ipsos capiēdū, sed eius insidiæ p Eliseum frustrātur, quando per prędicatorem astutię dęmonis denuntiātur fidelibus, & ab eis precauentur. Per hoc autē q rex Syrię turbatus fuit contra Eliseū, & quęsiuit eū capere, significatur qd diabolus irascitur contra prędicatorem veritatis, & quęrit sibi nocere. Exemplum de B. Antonio fratre minorū, quem diabolus ad impediendum eius prędicatiōnē voluit suffocare, sed sicut insidię regis Syrię cōtra Eliseum magis fuerunt ad eius confusionē, quia ducti fuerūt in Samariam, sic diabolus suffocare volens beatum Antonium per beatam virginem fugatus fuit turpiter confusus.

† Benadad

✠ Idem. Eliseo assistebāt angeli, quod videbat, & ideo agmina hostium non timebat, sed timebat puer eius qui angelos non videbat. Aperuit oculos eius ad vocē prophetæ gratia Dei, vidit angelorū exercitus, & credidit esse psentes, quos antea, quia non videbat, putabat absentes.

In Psa. 118. Octonar.

✠ Idem. Quo sanctior quisque, eo munitior. Sic Eliseus propheta exercitus angelorum præsidio sibi adesse monstrauit. Sic Iesus Naue ducem militiæ cęlestis agnouit.

lib. 1. de virgin.

✠ Idem. Seruulos Christi magis custodiunt qui non videntur, quam qui videntur. Sed & illi si custodiunt, vestris custodiunt orationibus aduocati.

Orat. in Auxent.

a *Plures*. Rab. Possum rogare patrem meū, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum.

Matt. 26.

b *Domine ape*. Rab. Valde necesse est vt Eliseus noster aperiat oculos cordis ad considerandum, quia omnes qui confidunt in illū non cōfundentur.

c *Percute*. Rab. Bonum est oculum scandalizantem erui, vt intuitus superbiæ & malitię obturetur, & oculus sanæ fidei ac simplicitatis aperiatur.

Mat. 5. c.

d *Duxit ergo eos in Samariam*.

✠ Chrysost. O virtus admirabilis Dei. Ducuntur captiui qui prophetam venerant captiuare, detinentur vt rei, qui Dei hominem voluerant detinere. Propheta non pugnat & vincit, non dimicat, & subigit, fit sine sanguine victor, sine gladio triumphator. Vna prece & hostes qui nocere venerant excęcauit, & victoriam de hostibus acquisiuit, &c.

Serm. de Elise. & Syrorum insidiis.

Rab. Postquam Eliseus hostes in Samariam adduxit, non eos occidi permisit, sed refectionē illis præparans dimisit eos in pace. Et Saulū diu contra stimulū calcitrantē, primum dominus excęcauit, deinde scientia spirituali ditauit. Nobisque pcepit ita, *Diligite inimicos vestros, et benefacite his qui oderūt vos.*

Act. 9. a. Luc. 6. d.

e *Sed pone panem & aquam, &c.* ✠ Ambros. Quid est præstātius exercitus magnis lacertis, an sius meritis confecisse prælium? Sedebat Eliseus in vno loco, sed omnes apparatus regis Syriæ deprehendebat, &c.

L. 3. off. c. 1.

✠ Idem. Syros quos obsidentes in ciuitatem duxerat momentaria cæcitate percussos, volenti regi Israel percutere, non acquieuit, dicens, *Non percuties, &c.* Si ergo etiam in bello iustitia manet, quanto magis in pace seruanda est? Et hanc gratiam propheta his detulit, qui ad eum corripiendum venerant, &c.

L. 1. off. c. 2. h

✠ Idem. Syros non fraude, deceptos licet, sed potestate Domini percussos maluit seruare, quā perdere, quia decorum foret hosti parcere, & aduersario donare vitam, quam potuisset auferre, nisi pepercisset. Liquet igitur id quod decorum est, semper esse vtile.

L. 3. off. c. 14.

✠ Theodo. Si interficiantur Syri, non cognosceretur magnitudo miraculi, sin autē reuertantur sani, inquiebat Eliseus, ad eum qui misit, ille quoque discet Dei nostri potentiam.

✠ Chrysost. Reuersi Syri gaudent se sensisse tot pericula, quot virtutes, tot signa aspexisse, quot mortes, quibus liberati, & cognouisse quod non nouerant & ... quod me... Fit hic propheta sanctissimus gloriosus in suis, gloriosus in alienis. Exhibet suis signa virtutū, & alienis causas gloriarū. Docuit prior inimicos foueri, docuit primus hostibus parci, docuit aduersarijs pro pœna epulas exhiberi.

f *Congregauit*. Rab. Benadad & exercitus ē diabolus, & iniqui. s. pagani, Iudæi & hæretici, quos contra Ecclesiam bellum gerere excitat, per tales affligitur populus Dei, qui est positus in Samaria. i. legis custodia, sitq; fames, cū non permittitur doctorib. verbum Dei prædicare. Sed Eliseo reuelante,

Plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. [1] Cumq; orasset Eliseus ait, Domine aperi oculos huius, vt videat. [2] Et aperuit domin⁹ oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circumitu Elisei. [3] Hostes verò descenderunt ad eū. Porro Eliseus [4] orauit ad dominū dicens: † Percute obsecro [5] gentem hanc cęcitate. Percussitque eos dominus ne viderent iuxta verbum Elisei. Dixit aūt ad eos Eliseus, Non est hæc via, nec ista est ciuitas. [6] Sequimini me & ostendam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam. Cumq; ingressi fuissent in Samariā, dixit Eliseus, Domine aperi oculos istorū, vt videant. [7] Aperuitque dominus oculos eorū, & viderūt se esse in medio Samarię. Dixitq; rex Israel ad [8] Eliseum, cū vidisset eos, Nunquid percutiam eos pater mi? Et ille ait, Nō percuties, Neque enim cepisti eos gladio & arcu tuo, vt percutias. Sed ponam panem & aquam coram eis, vt comedant & bibant, & vadant ad dominum suum. Et apposita est eis ciborum [9] magna pręparatio, & comederunt, & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suū. Et vltra nō venerūt † latrones Syrię [10] in terram Israel. Factum est autem post hæc, [11] congregauit Benadad rex Syriæ vniuersum

† exercitus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Plures. *sciebat enim per spiritum sanctum, protectionē angelicam in sui aux lium aduenisse, cuius potestas quasi incomparabiliter maior est quàm humana.*

2 Domi. ape. *idest, da ei virtutem videndi ea quæ non possunt naturaliter videri.*

3 Ecce. *Facta est illa representatio visioni imaginariæ, vel etiam exteriori visui per formationes talium specierum in aere, quia vtroque modo potuit fieri a Deo ad designandum protectionem.*

4 Porrò. *Hic consequenter describitur eorum percussio ratione Elisei, cum dicitur.*

5 Percute. *Hic accipitur cæcitas pro ἀορασία quæ, dicitur ab ἀ quod est sine, & ὅρασις iudiciū, & est passio, qua homo non percipit vel dijudicat secundum veritatem ea quæ videt, & hoc modo fuerunt percussi Sodomitæ volentes ostium Loth confringere, vt habetur Gen. 19.*

6 Non est. *scilicet vbi manet propheta quem quæritis, licet enim venisset Dothaim, hoc tamen non erat ad manendum diu, sed eius mansio diuturnior erat in Samaria, patet ex dictis cap. præce.* Vtinam fuisset dominus meus ad Prophetam qui est in Samaria. *& per hoc patet, quod postea sequitur c. isto,* Eliseus autem sedebat in domo sua. *& sic certum est, quòd erat in Samaria, Ex quo patet quòd Eliseus dixit eis veritatem, quia via recta duxit eos in Samariam.*

7 Domine aperi. *remouendo acrisiam prædictam.*

8 Dixitq; rex. *Hic consequenter ponitur istorum liberatio benigna, quia cum rex vellet eos percutere, Eliseus non permisit, sed etiam liberaliter refici a rege imperauit. vnde subditur.*

9 Appositaque est, &c. *Ex hoc patet, quòd nomine panis & aquæ designatur omnis potus, & cibus in scriptura.*

10 Et vltra. *Tum ex gratitudine beneficii sibi collati ab Eliseo, tum timore, ne si venirent iterum, propter ingratitudinem Eliseus eos faceret capi, & occidi.*

11 Factum est. *Hic consequenter describitur miraculū Elisei ad consolationem penitentium, & primo ponitur eorū afflictio, secundo afflictionis remotio. c. 7. Circa primum sciendum quod licet Ioram amouisset statuas Baal, tamen non amouit cultū vitulorum, quos fecerat Ieroboam, vt habetur sup. 3. c. Ipse etiam & populus Israel multa alia mala faciebant, propter quæ dominus permisit eos affligi obsidione longa, & hoc est quod dicitur.*

Et

MORALITER.

† *Benadad rex Syriæ ingressum.* Per istum regem, vt dictum est diabolus designatur. Per Samariā vero quam obsedit designatur ecclesia, eo quod Samaria custodia domini interpretatur. In hāc autem Samariam nititur diabolus famē mittere non quantum ad defectū panis materialis, sed spiritualis, scilicet verbi diuini & eucharistię sacramēti, sed p promissionē Christi per Eliseum significati abundantia fit in ecclesia Dei. Dicit. n. Matthæi vltimo d. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Et ipse est patris verbum, & ab eo datur Eucharistiæ sacramentum.

Dixit

lante, id est, redemptore per euangelium indicante, salus q a peccatoribus longe est, timentibus Deum prope esse scitur. Dicit enim dominus, *Cras modius*, &c. Modius simile perfecta est mensura diuinæ sapientiæ quæ est in no. test. Duo modij ordei sunt scientia legis & prophetarum, qui comparãtur statere vno, hoc est fide catholica, in porta Samariæ, id est, in prædicatione apostolica, per quam intratur in ecclesiam. Cessante enim turbine persecutionis quæ fit hodie, dabit dominus cras, id est, tempore futuro, tranquillitatem, vt prædicatio perfecte compleatur.

Psal. 118. infra 7.a.

a *Factaque fames, &c.* August. Dum a cultu Dei gens iniqua discedit, horrenda fame comprimitur, & iusta necessitate turbatur. Cur famem o miserrime, pateris? Cur tanta penuria laceraris? Crescit famis quotidie pœna, quia quotidie crescit & culpa. Perseuerant flagella, quia in populo perseuerant & delicta. Deinceps vita peccata, delicta compesce, ad Deum conuertere, relinque idolum, tunc poteris hostes diuino adiutorio vincere. Nec quisquam nocere poterit vlterius, si damnato scelere, diuinus in te germinauerit cultus. Proh nefas. Horrenda cadauera & columbarum stercora peccator populus vescitur, nec Dei cultum quærit. Inquinatas carnes & horrendas escas fames & necessitas poscit, & adhuc figmentum duritia colit. In cibũ pietas vertitur, in pabulum suscepta soboles commutatur. Ante parricidium geritur, quã ad funestas epulas veniatur. Innocens sanguis effunditur, vt parentum fames rabida sagi netur.

Serm. 111. de temp. † Thren. 4.a. † saccum. † 3. Re. 16.a. * rex. † opprimite eum in ostio.

b *Quarta pars cabi ster. colum.* Theodoretus. Cui vsui erat stercus columbarum? Necessitas obsidionis, & magnitudo famis eos cogebat stercore vti pro sale.

Quæst. 22.

✠ Iosephus. Tanta fuit apud Ioram necessariorum inopia, vt propter magnitudinẽ famis, in Samaria octoginta argẽteis numismatis caput asini venderetur, quinq; argenteis nũmismatis sextarium fimi columbarum pro sale cõpararent Hebræi.

L. 9. Antiq. 4.

✠ Comestor. Tradunt quidam nomine stercoris, dici vesiculam columbæ, in qua reperiebantur grana de foris allata.

c *Si steterit caput Elisei, &c.* ✠ Ambrosius. Motus rex quod non solum humanis, sed etiam parricidalibus cadaueribus mulieres pastæ viderentur, & tam atrocis calamitatis exemplo pcitus Eliseo mandauit necem, cuius ĩ ptãte fore crederet, vt obsidionẽ solueret, populsaret famem, vel quia non permiserat regi vt percuteret Syros, quos cæcitate perdiderat.

L. 3. off.

✠ Theodoret. Rex stolidus æmulat⁹ patris ac matris animum spirantem cędem, iussit amputari caput prophetę idq; sacco indutus, cõstituẽs soluere & dissipare horrẽdã illam & stridentem nubẽ. Et cum oporteret supplicare ꝓphetæ, vt Deo pro ipsis offerret intercessionem, hoc quidem non fecit, sed minatus est se eum interempturum, vt qui negligeret, vel lubens despiceret summam calamitatem. Sed statim ductus pœnitentia, accurrit cędem reprimens. Sed tamen quãuis hæc pateretur propheta, Domino supplicauit, & repentè soluit obsidionem.

Quæst. 32.

exercitum suum, & ascendit & obsidebat Samariam. a Factaque est fames magna in Samaria [1] Et tandiu obsessa est, donec venundaretur caput asini b octoginta argenteis, & [2] quarta pars cabi stercoris columbarum quinq; argenteis. Cumque rex Israel transiret per murum, mulier quædam exclamauit ad eum dicens, Salua me domine mi rex. Qui ait, [3] non: te saluet dominus. Vnde te possum saluare, de area an de torculari? Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis? Quæ respondit, Mulier ista dixit mihi, da filiũ tuum comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. † Coximus ergo filium meũ, & comedimus. Dixique ei die altera, Da filium tuum, vt comedamus eum. [4] Quæ abscondit filium suum. [5] Quod cum audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. [6] Viditque omnis populus † cilicium, quo vestitus rex erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex. † Hæc mihi c faciat Deus, & hæc addat, [7] si steterit caput Elisei filij Saphat super eum hodie. Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. Præmisit * itaque virum, & antequam veniret nuntius, ille dixit ad senes. [8] Nũquid scitis quod miserit filius homicidæ huc, vt præcidatur caput meum? Videte ergo cum venerit nuntius, claudite ostium, & † [9] non sinatis introire eum. [10] Ecce enim sonitus pedum domini eius post eũ est. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius qui veniebat ad eum, & [11] ait, Ecce tantum malum a domino est, [12] quid amplius expectabo a domino?

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et tandiu. *Et accipitur hic caput pro toto animali secundum aliquos, quia hic est modus loquendi apud emptores animalium, pro quanto dabitis caput, id est, vnum animal. secundum alios accipitur pro parte corporis, deficientibus enim aliis cibari interfecerunt animalia quæ non erant secundum legẽ comestibilia, & salierunt vt carius venderentur carnes fame inualescente.*

2 Et quarta. *Cabus est quædam mensura determinata. stercus autẽ columbarum non accipitur hic propriè quia non est comestibile nec refectiuum, sed magis corruptiuum, sed impropriè vt habetur, pro gutture vbi congregantur grana à columbis comesta, & illud proiicitur in fimo communiter, sed tunc fame inualescente coquinarii diuitum illud reseruabant, vt grana populo fame periclitanti venderent.*

3 Non. *Fuit enim turbatus eo ꝙ credebat eam petere refectionem cibi conuenientis vel potus.*

4 Quæ. *volens eum præseruare a morte, vel fortè eum sola comedere.*

5 Quod cum. *eo quod populus suus erat in tanta afflictione.*

6 Viditque. *Ipsum enim acceperat rex affligendo carnem suam, vt facilius impetraret Dei misericordiam.*

7 Si steterit. *Hanc enim afflictionem ei imponebat, eo quod afflictionem illam suis precibus non auferebat, tenens eas efficaces apud Deum ad hoc impetrandum. Eliseus tamen ad hoc expectabat tempus congruum secundum ordinationem diuinæ voluntatis, cuius erat conscius per Spiritum sanctum.*

8 Nunquid. *Quia de scitu & voluntate Achab patris Ioram Nabot innocens fuerat interfectus. vt habetur supra. 3. lib. 21. c.*

9 Et non sinatis. *Cuius causa subditur.*

10 Ecce enim. *Post recessum enim nuntii Ioram pœnituit, & ideo sequebatur eum ad reuocandum præceptum.*

11 Et ait ecce. *Istud refertur ad Ioram qui iam venerat ad Eliseũ.*

12 Quid amplius. *quasi diceret, iam sum punitus vltima pœna a Moyse prædicta Deut. 28. de comestione propriorum filiorum in obsidione, & sic non restat nisi ꝙ omnes moriamur, vel tradamus nos hostibus, nisi apud Deum venerit tẽpus misericordiæ super populum istũ. propter quod Eliseus statim prædixit consolationem.*

CAP.

CAP. VII.

A

a Dixit autem Elise.&c. ✠ Augustinus. Nuntiat propheta vbertatē, quā sola fides crederet,& perfidia posse fieri denegaret. Nuntiat in locum famis futuram abundantiam similaginis,nuntiat cessaturam famē, successuram vbertatem. Nuntiat magnalia Dei, & additur perfidia hominis tunc homo q missus fuerat a Rege ait: Nec si cataractæ cœli aperiantur, possunt fieri,quæ narrantur. O perfidia hominis. Non credit promissam vbertatem,qui horrēdam senserat egestatem.Nec considerat Deum promisisse abundantiam, qui populo irrogauerat penuriam. Scelestissime homo,cur mirabilibus non credis? Cur promittentem dominum perhorrescis? Crede quod credentibus datur, crede populo futurum, cuius te iam negaueras socium.Et qui bonis tantis indignus es, hæc tibi videre conceditur, & posse perfrui denegatur.

Ser.111.de temp.

† siclo & infra.

B

† in crepusculo vel diluculo.

† extremum. & infra. In psal. 117.

✠ Chrysostomus. Non vidisti Præfectum in summa rerum copia fame enectum? Non vidisti viduam in fame abundantem? Quando res in maximam inciderint inopiam, tunc tu sperato maximè. Tunc enim Deus maximè suam ostendet potentiam, non a primordio, sed quando res fuerint plane desperatę

C

CAPVT VII.

a Dixit autem Eliseus: Audite verbum domini: Hæc dicit dominus: in tpe hoc cras modius similę † vno statere erit, &duo modij hordei statere vno in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus, sup cuius manum rex incumbebat,homini Dei, ait: Si dñs fecerit etiam cataractas in cęlo, nunqd poterit esse qđ loqueris? Qui ait:videbis oculis tuis,& inde nō comedes. b Quatuor ergo viri erāt leprosi iuxta introitū portę, q dixerunt adinuicē:Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue īgredi voluerimus ciuitatē fame moriemur,siue māserimus hic, moriēdum nobis est Venite ergo & trāsfugiamus: ad castra Syrię. Si pepceirt nobis,viuemus: si aūt occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt igitur † vesperi, vt venirēt ad castra Syrię.Cumq; venissent ad principiū castrorum Syriæ,nullum ibidem reperunt.Siquidem dñs sonitum audire fecerat in castris Syriæ curruum &equorum, & exercitus plurimi Dixeruntque ad inuicem: Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Ethæorū & Aegyptiorum,&venerunt super nos. Surrexerunt ergo,& fugerūt in † tenebris,& dereliquerūt tentoria sua, &

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

speratæ ab hominibus. Hoc est enim tempus diuini auxilij. sequitur.

D

b Quatuor,&c. Rabbanus. Leprosi sunt, qui varijs vitijs dediti, vel erroribus impliciti fœditatem ex interna peste educentes ostendunt in cute. Hos dominus sæpe conuertens ad fidem & mundans a vitijs, veræ salutis nuntios efficit.vnde Matthæus ex publicano Apostolus. Apparuit quoque post resurrectionem primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dęmonia.Illa vadens nuntiauit his,qui cum eo fuerant lugentibus, leprosi ingressi in castra Syriorum refecti sunt,aurum & argentum asportant, cum despecti huius mundi philosophię operam dantes, & sensus subtilitatem & locutionis venustatem acquirunt: vnde ecclesiæ vsibus benè instructi deseruire possunt. Qui bene quatuor esse memorantur,vt a quatuor euangeliorum eruditione imbuti,in quatuor mundi partibus fidei veritatem prædicent.

Rabbanus. Angelomus.

Luc.5.f. Matt.16.c.

E

✠ Ambrosius. Quatuor illos, qui cogente fame, in castra regis Syrię tetenderunt,tradit historia fuisse leprosos. Cur igitur Eliseus non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat consortes, cum sanaret alienos,sanaret eos, qui obseruantiam legis & religionis consortium non habebant? nisi quia voluntatis est medicina, non generis, & diuinum munus eligitur,

In 4.c.Luc.

† diluculo.

F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VII.

1 Dixit. *Quia sicut propter culpam infligitur pœna, ita propter pœnitentiam remouetur: ideo post famem propter peccata inductum, hic consequenter ponitur abundantia propter pœnitentiam. & primo abundantia & incredulitas punienda prædicitur. secundo vtrunque adducitur,ibi:* Quatuor ergo viri. *Circa primum dicitur.*

2 Hæc dicit dominus. *Qui est ipsa veritas per essentiam.*

3 In tempore hoc cras. *id est, ista hora die crastina.*

4 Modius. *id est,dabitur.est autem stater genus ponderis. & significatur hic,quod farina & hordeum debebant dari pro tā modico pretio,quod videbatur impossibile respectu penuriæ in qua erant.ideo subditur.*

5 Respond. *Tunc temporis reges in signum reuerentiæ sustentabantur a principibus prout patet ex hoc loco & supra 5.cap.de Naaman; reginæ verò a domicillis sustentabantur, vt habetur Esther 15.*

6 Si dominus fecerit. *aperiri,id est, faciat pluere de cœlo abundanter farinam & hordeum.*

7 Nunquid. *quasi diceret non:& quia per incredulitatem detraxit diuinæ potentiæ ideo sibi prædicitur pœna mortis,cum dicitur.*

8 Videbis oculis tuis. *quia in crastino fuit interfectus in porta, vt patet in fine huius capi.*

9 Quatuor. *Hic consequenter vtrunmque per Eliseum prædictum adducitur.Et primo abundantia,secundo incredulitatis pœna,ibi.* Porrò rex ducem illum. *Circa primum dicitur:* Quatuor er. *Dicit Ra.S.a.q. isti erant Giezi & tres filii sui.*

10 Iuxta in. *Quia leprosi debebant extra ciuitates habitare, vt habetur Leuitic.13.*

11 Siue ingredi. *Licet enim deberent extra habitare, tamen in casu tantæ necessitatis poterant ingredi ad quærendum victum si possent inuenire.*

12 Si pepercerint. *compatientes nostræ infirmitati & fami, quod erat magis probabile quam oppositum.*

13 Siquidem. *Diuina enim virtute factus est talis sonitus in auribus eorum, & imaginatio: de quibus secutus est timor & fuga omniū, relictis omnibus ex velocitate fugæ, vt saluarent personas suas, secundum quod dicitur Iob 2.b.* Cuncta quę habet homo, dabit pro anima sua.

1 Et

MORALITER.

1 *Dixit autem.* Sequitur.

9 *Quatuor.* Per istos leprosos,qui bonum nuntium dixerunt in Samaria: signantur doctores & prædicatores in ecclesia habentes malam vitam,sed bonam doctrinā: propter quod abominanda est eorum vita, sed doctrina acceptanda sicut dicit saluator Matt.23.a. *Super cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi:quod dixerint vobis facite,opera aūt eorum nolite facere.* Per Syros autem a Deo territos fugientes, significantur dęmones per prædicationem Christi & apostolorum fugati a populis Gentilium. Per castra vero ab eis relicta,bonis tamē temporalibus munita,signantur principes & potentes huius seculi ad fidem Christi conuersi,quorum bonis temporalibus repletur ecclesia per Samariam significata.

Aliter per castra mutata possunt intelligi philosophi ad fidem Christi conuersi,sicut Dionysius, Ambros. August. & plures alij bene muniti auro sapientiæ philosophicæ,argento eloquentię,vestibus,honestatis mundanæ,quæ omnia ad vtilitatem Samariæ,id est,ecclesiæ sunt conuersæ.

A equos & asinos in castris: fugeruntque, animas tantum suas saluare cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi in principium castrorum: ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt, & 1 biberunt. Tuleruntque inde argentum & aurum & vestes, & abierunt & absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntque adinuicem: Non rectè facimus. Hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus & noluerimus 2 nuntiare vsque mane, † sceleris arguemur. († vel puniemur.) Venite eamus, & nuntiemus in aula regis. 3 Cumque venissent ad † portam ciuitatis, narra- († portarium.) B uerunt eis, dicentes; Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos & asinos alligatos, & fixa tentoria. Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos: Dico vobis, quid fecerint nobis Syrij. Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos vi 4 uos: & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorum eius. Tollamus quinque equos, qui remanserunt in vrbe (quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israel, alij enim consumpti sunt) & mittentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex ad castra Syriorum, dicens: Ite, & videte. Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem. Ecce autem omnis via plena erat vestibus C & vasis, quæ proiecerant Syri cum turbarentur.

Reuersiq; nuntij indicauerunt regi Et egressus populus, diri-5 puit castra Syriæ. Factusque est † modius similę statere vno, & († satum similę siclo.) duo modii hordei statere vno, 6 iuxta verbum domini. Porrò a rex ducem illum in cuius manu incubuerat cōstituit ad portam. Quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum. Factumque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait: duo modii hordei statere vno erunt, & modius similæ statere vno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ: quando responderat dux ille viro Dei & dixerat: etiam si dominus fecerit cataractas in cœlo, nunquid fieri poterit quod loqueris? Et dixit ei: videbis oculis tuis & inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictum fuerat: & conculcauit eum populus in porta & mortuus est.

D eligitur non natu re iure defertur? Disce Christiane, rogare quod cupias impetrare: fastidiosos viros cœlestium profectus munerum non sequuntur. Nec dormientibus diuina beneficia, sed obseruantibus deferuntur.

a *Porro.* Dux typum tenet scribarum & Pharisæorum, ad quos veritas ait: *Væ vo. scrib. & Pha. hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.* Quem conculcauit turba in porta, quia gressum ad fidem introeuntium impediebat. vnde merito conculcatus, id est, examine iusti iudicis dānatus, perpetuas mittetur in tenebras. (Rabbanus. Angelomus.) (F Matt. 23. b.)

* Augustinus. Strepitu perculsi inimici fugiunt, sine pugna terga vertunt, vtensilia relinquunt: & Israelitæ egressi ciuitatem, castra hostium inuadunt deprædantes. Reuertente ergo populo onerato, ille, qui non crediderat, cecidit lapsus, & vbertatē videns in populo cecidit, & pressus est in porta, & perijt. (Ser. 212. de temp.) E

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et comederunt.* vrgente enim fame primo verterunt se ad refectionem, & postea ad prædam.

2 *Si ta.* apud Deum scientes afflictionem populi nostri in ciuitate inclusi, & apud regem tanquam proditores boni publici.

3 *Nuntie.* per portarum custodem, quia non quærebant illuc intrare, nec fuissent permissi. Cætera patent vsq; ibi.

4 *Capiemus.* Et sic poterimus vti personis ad nostram seruitutem, & tunc ciuitatem ingredi poterimus nullo eā defendente, & sic eorum bona habebimus cum personis. Cætera patent vsque ibi.

5 *Factusque.* Quia plures de populo de talibus prædis plus rapuerunt in castris, quę erant valdè munita, quam sufficeret eis: & ideo dabant residuum pro modico pretio.

6 *Porrò.* Hic consequenter ponitur pœna ducis Dei potētię detrahentis, sicut prædixerat Eliseus, & patet litera ex dictis.

CAP.

MORALITER.

6 *Porrò.* Per istum, qui fuit incredulus verbo Elisei intelligitur quilibet incredulus uerbo prædicātis verbum Dei, & ideo sicut ille dux ex hoc incurrit mortem corporalem, sic iste mortem spiritualem. Secundum vero glossam iste dux typum tenuit scribarum & Pharisæorum de quibus dicitur Matt. 23. *Væ vobis scribæ & Pharisæi. qui clauditis regnum cœlorū ante homines, &c.* Et quoniam alios impediebant, iustè condē nati conculcabuntur, sicut ille dux ad custodiam portæ positus impediebat turbam, ne exiret ad prædam, & a turba fuit conculcatus in porta.

MORA-

CAP. VIII.

A a Quæst. 23. ELisæus autem, &c. ✠ Theodo. Qui conscripsit hanc historiam, nos docuit quod propheta prædixerit Sunamitidi futuram famem: non significauit autem tempus. Est ergo perspicuũ, quod plagis a Deo immissis castigabatur Israel, vt qui post tantam quæ eius gerebat curam, impiè vitam ageret. Hinc autem discimus, quod propheta duplicem est gratiam consecutus. Est enim duplũ tempus famis.

Seder olam. cap. 18. ✠ Hebræi. Diebus Ioram filij Achab, contigit fames grandis in Samaria per annos septem, quo spatio Benadab bellabat cum Israel. Anno autem extremo maledixit Eliseus ipsi Giezo, abiénsque Damascum, vnxit Hazael regem Syriæ: & misit Ionam filiũ Amittei, q. cõsecraret Iehu regẽ Israel in Ramoth Galaad.

B Lib. 4. com. in lib. Reg. ca. 22. ✠ Eucherius Lugdun. Mulier Sunamitis quæ ob inopiam famis, consultu Elisei, de Iudęa ad terram Philisthijm transiuit, primitiuam Ecclesiam quę per Apostolos ex circuncisione in Christo credidit, præsignauit. Quæ ecclesia ob infidelitatem Iudæorum, atque inopiam verbi Dei, quæ illos obtinuit, reuelante sibi diuino Spiritu, ad migrauit. Hæc. n. in fine mundi, *postquam plenitudo gentium intrauerit*, ad priorem populũ reuertentes ex eadem plebe quasi pristinam possessionẽ in proprio iure recipiet, & *tunc omni Israel saluus fiet*.

C

CAPVT VIII.

a ELiseus autem locutus est ad mulierem, [1] cuius viuere fecerat filium, dicẽs: Surge, [2] vade tu & dom⁹ tua & peregrinare vbi [3] cumq; repereris. Vocabit enim dominus [4] famem, & veniet super terram septẽ annis. Quę surrexit & fecit iuxta verbũ hominis Dei. Et vadens cũ domo sua peregrinata est in terra Philisthijm diebus multis. Cumque finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthijm, & in [5] gressa est vt interpellaret regẽ pro domo sua & pro agris suis. Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei dicẽs: Narra [6] mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus. Cũq; ille narraret regi, quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filiũ clamãs ad regẽ pro domo sua & pro agris suis. Dixitq; Giezi: Dñe mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius quẽ suscitauit Eliseus. Et interrogauit rex mulierẽ quæ narrauit ei vera esse. Deditque ei rex eunuchum vnum dicens: Re- [7] stitue ei omnia quæ sua sunt: & vniuersos redditus agrorum, [8] b a die qua reliquit terram vsque ad præsens. Venit quoque [9] Eliseus Damascum, & Benedad rex Syriæ ægrotabat. Nun- [10] tiaueruntque ei dicentes: Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Hazael: † Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule dominum per eum, dicens; Si euadere potero de [11]

D populum gentium trã siens, prædicante Helia, electos patrernorum suorũ possessionẽ...

b *Venit quoque Elis. Damascum: & rex Syriæ ægrotabat.*

Quæst. 24. ✠ Theodor. Vniuersorum Deus iusserat magno Elię, vt vngeret quidem Eliseũ prophetã: Azael autem in regem Syriæ: & Iehu in regem Israel. Eliseum quidẽ vnxit vt iussus fuerat, reges autem non vnxit: fuit enim prius assumptus. Eliseus ergo duplici accepta gratia, primum abijt in Damascum, vt vngeret Azael. Benadad ergo qui dicitur etiam filius Adad, cũ resciuisset aduentum prophetæ, misit Azaelem, & munera magnifica ac pretiosa: rogauit autem an liberaretur ab ægritudine.

E ✠ Iosephus. Syrorum rex dum venisset in Damascum, & agnouisset quia diuinitas ei & eius exercitui timorem immisisset & fugam, & nõ inuasione hostium fuisset factum: nimis afflictus, eo quod Deum ita haberet iratum, corruit in languorem.

F † 3. Re. 4. 2.

a *Vade*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

1 ELiseus. *Narratis Elisei miraculis pro maiori parte, hic consequenter scriptura reuertitur ad persecutionem historię. & quia historia regum, & prophetarum contemporaneorum simul currebat, ideo primo describuntur aliqua facta ad Elisei insinuationem. secundò pertinentia ad regni Iudæ persecutionem, ibi:* Anno v. *Prima in duas secundum duo prænuntiata ab Elisæo. secunda ibi:* Venit ergo. *Prima autem est de peregrinatione mulieris Sunamitis ad dictum Elisei, cum dicitur.*

2 Locutus est. *Erat enim solicitus de puero tanquam de creatura sua, quia eius conceptionem & resurrectionem impetrauerat: vt patet ex dictis 4 c. & de matre quæ ei plura beneficia fecerat.*

3 Peregrinare. *s. commodum tuum. in tali enim necessitate poterãt filii Israel inter infideles habitare, absq; tamen participatione cum eis in peccatis.*

4 Vocabit enim. *i. ex eius ordinatione veniet. Dicit Ra. Sa. q ista fuit fames de qua loquitur Iohel propheta.*

5 Et ingressa est vt. *Quia tempore suæ absentiæ aliqui inuaserant bona sua iniustè.*

6 Rex autem loquebatur. *Ex hoc videtur, q istud accidit antequam lepra percuteretur: quia non est verisimile, quod rex cum leproso tandiu loqueretur. frequenter enim in sacra scriptura prius facta posterius scribuntur. nec ista locutio Giezi cum rege poneretur hic nisi propter ingressum huius mulieris ad regem.*

7 Deditque ei rex eunuchum. *id est, vnum de seruis sibi assistentibus.*

8 Restitue ei. *scilicet possessiones & fructus ab aliis occupatos: & hoc fecit rex propter reuerentiam miraculi ab Eliseo facti in filio mulieris.*

9 Venit quoque. *Hic ponitur secundum, scilicet, denuntiatio mortis Benadad & substitutio Hazaelis cum dicitur.*

10 Benadad rex Syriæ. *Dicit Iosephus: quod quando iste Benadad cognouit se fugatum fuisse de obsidione Samariæ cum tanto damno, sicut dictum est cap. præced. & cum hoc nullo hoste eum inuadente, præ dolore hanc infirmitatem incurrit.*

11 Consule dominum. *Expertus enim alias fuerat, quod haberet notitiam futurorum.*

1 Habens

MORALITER.

1 *Eliseus.* Per mulierem istam quæ cum domo sua ad verbũ Elisei terram suam exiuit vt euaderet famẽ in ea de propinquo futuram, significatur persona quæcunq; deuota instinctu Spiritussancti exit ciuitatem vel villam suam ad euadendum panis vitæ defectum: qui panis est Dei verbum & Eucharistiæ sacramentum, qui defectus cõtingit in terris interdicto suppositis, in quibus non est diuinorum celebratio solemnis: nec per consequens prædicatio ita solemniter celebratur sicut ante. propter quod dicta persona se transfert ad alium locum: vbi solenniter celebrantur diuina.

8 *Restitue ei.* per hoc enim q, dicta mulier peracta peregrinatione sua consecuta fuit integrè suam hæreditatem de mandato regis, significatur quod personæ circa diuina deuotè peracta peregrinatione vitę præsentis, si fuerint omnino purgatæ de mandato regis gloriæ statim consequuntur hæreditatem patriæ celestis.

a Vade, dic ei: sanaberis, &c. ✻ Theodoret. Iussit propheta Azaeli ne mortem regi significaret, ne tristis è vita excederet. Sed quomodo est intelligendum; & accepit stragulũ, & tinxit ipsum aqua, & iecit super faciem eius, & mortuus est? Iosephus dicit Azaelē hoc fecisse, & violentam ei mortem attulisse.

✻ Iosephus. Azael veniens ad regem, illi quidem bona nuntiauit: altera verò die infuso laqueo vinciens eũ, ipsum quidem strangulauit: ipse verò apicem regiæ potestatis obtinuit. Erat. n. vir efficax multaq; Syrorum, & Damascenorũ deuotiõe florebat, ita vt hactenus & ipse Adher & Azael qui post eum regnauit, quasi dij colantur propter beneficia, & templorum ædificia, quibus Damascenorũ exornauerant ciuitatem.

infirmitate mea hac? Iuit igitur Hazael in occursum eius habens secum munera & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cumque stetisset coram eo, ait; Filius tuus Benadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei Eliseus; Vade, dic ei, Sanaberis: porro ostendit mihi dominus, quia morte morietur. † Stetitque cum eo, & conturbatus est vsque ad suffusionem vultus. Fleuitque vir Dei. Cui Hazael ait. Quare dominus meus flet? At ille respondit: Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Dixitque Hazael: Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi dominus te regem Syriæ fore. Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum. Qui ait ei: Quid tibi dixit Eliseus? At ille respondit; Dixit mihi recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera, tulit † stragulum & infudit aquam, & expandit super faciem eius. Quo mortuo regnauit Hazael pro eo. Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. † Trigintaduorum erat annorum cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitque in vijs regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab. Filia enim Achab erat

b Filia enim Achab. ✻ Hebræi. Ex quo Asa rex Iudæ dedit Iosaphat filio suo in matrimoniũ filiam Amri regis Israel, diuinitus decretum est (detestādæ impię illius affinitatis gratia) vt regnum Iuda periret cum regno domus Achab & Israel.

✻ Theodoret. Nos autem docet historia, noxiam malæ cognationis. Nam hic rex seductus verbis coniugis, fuit particeps eius impietatis.

✻ Ioseph. Rerum namq; potitus, mox ad necem fratrũ suorum, & paterno rũ pariter amicorum est conuersus: docuit quoque vulgus extraneos adorare Deos p Gotholiam Achab filiam coniugē suam. Et Deus quidē propter Dauid regis pmissionem, genus eius noluit exterminare.

CAP.

Marginalia: Q. 25. — L. 9. Antiq. cap. 9. — † Stetitque. se[...] faciem suā & posuit donec tardauit, i. cepit esse tristi vultu & cō[...] — † vel pannum. eium. Chal. interpr. linteũ, vel operimentum. — Seder olam cap. 18. — L. 9. Antiq. cap. 5. — † 2. Pa. 21. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Habens secum. *Locutio est hyperbolica, ad designandum quod portabat magna bona & plurium specierum.*
2 Filius. *Humiliter loquitur, vt impetraret prophetæ responsum.*
3 Dic ei. *In Hebræo habetur:* Dic ei viuens viues: *& dicit Ra. Sa. q̃ dixit hoc pro Hazaele:* viuens viues. *id est, regnabis post eum, hoc dicens vt excusct prophetam a mendacio. Sed hæc expositio videtur esse multum extorta, & ideo dicunt alij, q̃ Eliseus non dixit hoc Hazaeli imperatiuè seu inductiuè, sed tantum prophetice: & ideo non est accipiendum in sensu quem fecit sed pro quo fit. sic:* Dic ei. *i. dices: quia propheta videbat eum sic sibi dicturum de futuro. Sciendum tamen q̃ hæc dictio lo. in Hebræo scribitur dupliciter. Vno modo per Lamed & Vau: & tunc significat idem quod ei. Alio modo per Lamed & Aleph: & tunc significat idem quod non. Hebræi enim non habent literam, o: sed pro ea aliquando vtuntur Aleph, aliquando Vau: in hoc autem loco scribitur per Lamed & Aleph; sed punctatur acsi describeretur per Vau. puncta verò non sunt de substantia literæ apud Hebræos, nec fuerunt a principio literarum: sed inuenta postea ad facilius legendum. & ideo videtur q̃ a principio hic fuit sensus huius literæ.* Dic: non sanaberis, *vel* non viues. *& sic nulla est difficultas in saluando veritatē dicti prophetæ, quamuis Hazael oppositum magistro suo retulerit, quē non oportet de mendacio excusare.*
4 Stetitq; cum. *id est, continuit se a fletu quantum potuit.*
5 Qua. do. *sic eum alloquitur propter reuerentiam prophetiæ.*
6 Et prægnantes. *In quo apparet maxima crudelitas.*
7 Quid enim sum. *q. d. non sum ita potens, quod possem tanta facere: & si possem, non sum tam crudelis vel caninus quod vellem.*
8 Tulit stragulum. *i. pannum qui extenditur super lectum.*
9 Et infu. *Dicunt aliqui, quod hoc fecit ad refrigerandum regem, qui nimio calore affligebatur. Alij dicunt & probabilius vt videtur, quod hoc fecit ad suffocandum eum occultè. vnde dicit Iosephus quod strangulauit eum desiderio resignandi post eum, sicut dixerat propheta.*

Marginalia: Puncta literis Hebraicis assignata, literæ substantiã nõ variant.

10 Anno quinto. *Hic consequenter describitur persecutio regni Iudæ, tempore Ioram filii Iosaphat, & tunc hoc nomen Ioram fuit æquiuocum ad regem Israel, & ad regem Iuda. Primò ergo describitur regnum Ioram regis Iudæ. secundò filii eius Ochoziæ, ibi:* Anno duodecimo. *Circa primum dicitur;* Anno v. Ioram fi. Achab regis Israel. *In aliquibus libris additur;* Iosaphat regis Iudæ. *& merito, quia sic est in Hebræo, & est sensus, q̃ quinq; anni primi regni Ioram fili Achab, & quinq; vltimi regni Iosaphat simul concurrerunt. Sed contra hoc videtur quod dictum est supra c. 3. quod Ioram filius Achab cepit regnare anno 18. regis Iosaphat. Iosaphat autem regnauit 25. annis: vt habetur supra 3. li. c. vlt. & sic Ioram filius Achab regnauit cũ eo non solum 5. annis, sed 7. Dicendum, quod Ochozias frater Iorā ex casu de cœnaculo suo incurrit languorem, vt habetur supra 1. c. et extūc Ioram frater eius gubernauit regnum. & secundum hoc aliquando cõputatur tempus regni sui extunc & fuit 18. anno Iosaphat regis Iudæ in fine illius anni, & sic regnauit cum eo 7. annis. Aliquando vero accipitur tempus regni sui a tempore mortis fratris sui, et sic regnauit cũ Iosaphat 5. annis. Et eodem modo regnum Ochoziæ aliquando computatur vsque ad mortem eius, aliquādo solum vsque ad casum prædicti. vnde fuit impotens ad regendum, & secundum hæc & similia frequenter variantur numeri annorum in scriptura.*
11 Regnauit. *Loquitur hic scriptura de regno eius post mortem patris; tamen ante cœperat regnare viuente patre, sicut dictum fuit supra 3. lib. cap. vlt.*
12 Ambulauitq;. *id est, in malis eorum cuius causa subditur.*
13 Filia enim. *infra eo. c. dicitur, quod Athalia vxor huius Ioram fuit filia Amri patris Achab, sed mortuo patre Achab eam nutriuit, & sic dicitur eius filia. Vel potest dici quod fuit filia Achab; & tamē dicitur filia Amri (quia filii filiorum dicuntur filii parentum) quæ fuerat nutrita in idololatria, ad quam per ipsam fuit tractus maritus suus. Nec mirũ quia & Salomon sapientissimus per vxores suas ad hoc fuit tractus, vt habetur supra 3. lib. c. 11.*

MORALITER.

† Fleuitq; vir Dei. Allegor. per hunc Dei virum significatur homo Christus qui dicitur vir Dei in quantum eius humanitas coniuncta fuit Deo in supposito verbi. Ipse vero videns mala futura super ciuitatem Ierusalem & populum iudæorum, de quo erat secundum carnem, fleuit per compassionē vt habetur Lucę 9. *sicut Eliseus fleuit videns in spiritu mala quæ facturus erat Hazael populo Israel.*

MORAL. autem per fletum Elisei significatur compassio cuiuslibet personę bonæ in malo proximi sui iam præsenti vel de proximo imminente.

MORA-

¶ Vel conspectu domini.

A vxor eius. Et fecit quod malum est coram domino. Noluit autem dominus disperdere Iudam 1 propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi ¶ lucernam & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Edom ne esset sub Iu 2 da, & constituit sibi regem. Venitque Ioram in 3 Seira, & omnis exercitus cum eo. Et surrexit no 4 cte, percussitque Idumæos qui eum circundederant & principes curruum: Populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda vsque ad diem hanc. Tunc recessit & 5 Lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepul- 6 B tusq; est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ocho-

¶ 2.Re.7.b.

7 Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. Vigintiduorum annorum D erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius A- 8 thalia, filia Amri regis Israel. Et ambulauit in viis domus Achab, & fecit quod malum est coram 9 domino sicut domus Achab. Gener enim domus 10 Achab fuit. Abijt quoq; cum Ioram filio Achab ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. 11 Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel, quia vul E nerauerant eum Syri in Ramoth præliantem cōtra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Noluit.* quamuis meruisset pp regis & populi eum sequētis malitiam, diminuit tamen eius potestatem, vnde subdit.
2 *In diebus eius.* id est, Idumęa.
3 *Et constituit.* A tempore enim Dauid vsq; nunc non fuerat ibi rex propriè dictus, sed præfectus per regem Iuda positus.
4 *Et sur. noc.* Gl. Ra. Sal. qui habitabant prope regnum suum, non tamen tantum præualuit q eos posset redigere sub tributo sicut prius.
5 *Tunc re. & Lobna, &c.* Quædā ciuitas est de regno Iudę fortis & potens quæ regi rebellauit, quia erat prope terminos Edō, vt hr̄ Iosue 15. & ꝯiunxit se Idumęis in hac rebellione.
6 *&c. Sepultusque.* Non tamen fuit sepultus in sepulchris regalibus, vt patet 2. Paral. 21.
7 *Anno, &c.* Hic ꝯn̄r describitur persecutio regni Iudæ sub Ochozia filio Ioram, cuius malitia subditur, cum dicitur.
8 *Et ambulauit.* q fuit idololatra pessimus, vt patet ex dictis supra 2. lib. & c. malitia ipsis Ochoziæ subditur. cum dicitur.
9 *Gener.* i. genitus: quia mater sua fuit filia Achab, vel soror, secundum alios, vt dictum est.
10 *Abiit.* propter istam affinitatem, & vt ibi interficeretur propter suam malitiam secundum domini sententiam: vt F habetur cap. 2.
11 *Qui re.* s. Ioram filius Achab. d misit tn̄ ibi exercitum vt ex domini voluntate ibi fieret conspiratio contra eum ipso absente, & contra domum Achab sicut prædixerat Elias.

CAP.

CAP. IX.

Rabbanus. Angelomus.

a Eliseus. Sequitur. b *Vade* Rabba. designat gentiū principatū, quē dominus destinauit vt sacrilegam ciuitatē, q prophetas & dominū prophetarū occidit, & apostolos eius C persecuta est, vltione iusta perimeret, & sacerdotium q post Christū inaniter habuerat destrueret, templumq; subuerteret, necnon & impiam synagogam, quæ sanguinem sanctorū semp sitiebat, de regni culmine præcipitaret, ac rectores illius interficeret.

Quæst. 27. & 28.

* Theodoret. Quam ob causam per alium prophetam, Iehu vnxit Eliseus? Hoc clam fieri expediebat, vt cito d̄ medio tolleretur Ioram. Nam si præsensisset, aciem instruxisset: in acie autem necesse fuisset vt multi vtrinque caderent. Cur eum qui vnxisset, iussit statim fugere? Ne si fuisset cōprehensus, fuisset in periculo. Vult. n. nos Deus vti humana cautione & prudentia. Qui rationis honore sunt prædIti, eos rōne oportet vti ad id quod conuenit. Cur prophetā appellauerunt fatuum? Vt qui essent impij, Dei prophetas afficiebant ꝯtumelia, & insanos appellabant, vt qui liberè loquerent, Iehu aūt non tanq̄ contumelia afficiens eum nominauit nugatorem: sed celare volens ea quæ dicta fuerant. Postquā autem vrgent eum indicauit.

Quæst. 29.

a *Adhuc*

CAPVT IX.

a Eliseus autem prophetes vocauit v- 1 num de filiis prohetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenti- 2 3 b culam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filii Namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suo- 4 rum, & introduces in interius cubiculum, te- 5 nensque lenticulam olei, fundes super caput eius & dices: Hęc dicit dominus: Vnxi te regem super Israel. Aperiesque ostium & fugies, & nō 6 ibi subsistes. Abiit ergo adolescens puer prophetæ

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

1 Eliseus. Superius descripta est regni Ioram persecutio, hic ꝯn̄r describitur totius domus Achab exterminatio: & primo quantum ad principales personas, secūdo quātum ad secundarias c. 10. Prima in tres, quia primo describitur, ipsius Iorā filii Achab occisio, secundo Ochoziæ regis Iudæ persecutio ibi: *Ochozias autem.* tertio, reginæ Iezabel mors & laceratio, ibi: *Venitque:* Prima adhuc in tres quia primo describitur ipsius Iehu inunctio. secundo inuncti confirmatio, ibi; *Iehu autem.* tertio dn̄i sui interfectio ibi: *Et ascēdit.* Circa primum dicitur: *Eliseus, &c.* i. de discipulis suis, vt impleret per ipsum illud quod fuerat dictum Eliæ de vnctione Iehu in regē super Israel ad destruēdum domum Achab vt hr̄ s. 3. li. c. 19 propter quod dicit hic. Ra. Sa. q iste fuit Ionas filius Amathi quem suscitauit Elias: & oblatus fuit Elię a matre vt esset eius discipulus, sicut dictū fuit supra 3. lib. c. 19.
2 *Accinge.* i. dispone te ad eundum velociter & expeditè.
3 *Et tolle lent. c.* Est autem lenticula paruum vas ad reponendum oleū pro inunctione regū & pontificū, & dr̄ a liniēdo.
4 *Suscitabis.* id est, aliorum qui cum eo regunt exercitum.
5 *Et intro.* Volebat enim Eliseus hoc fieri secretè, ne fortè aliqui zelantes pro rege Ioram insurgerent in prophetam.
6 *Aperiesq; ostium.* ex eadem causa.

Ecce

MORALITER.

1 *Eliseus.* Per Iehu promotum in regem de mandato domini ad puniendū homicidas. s. Achab & Iezabel & semē eorū ALLEG. significatus fuit princeps Rom. cū suo exercitu veniens contra Hierusalem, quæ occidit prophetas domini, & tandem dominum prophetarum.

phetæ in Ramoth Galaad, & ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant, & ait; [1] Verbum mihi ad te O princeps. Dixitque Iehu; Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit; Ad te O princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum. At ille fudit oleum super caput eius, & ait. Hæc dicit dominus Deus Israel, Vnxi te regem super populum domini Israel, & percuties domum Achab, domini tui, vt vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum domini de manu Iezabel. Perdamque omnem domum Achab, & interficiam de domo Achab mingentem ad [2] parietem, & clausum [3] & † nouissimum [4] in Israel, [5] & dabo domum Achab sicut domum Ieroboã filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia. † Iezabel, quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium & fugit. Iehu autem egressus est ad seruos [6] domini sui. Qui dixerunt ei: Rectene sunt om- [7] nia? Quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis: [8] Nostis hominem, & † quid locutus sit? At illi [9] responderunt: Falsum est, sed magis narra no- [10] bis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi, [11] & ait; Hæc dicit dominus; Vnxi te regem super Israel. Festinauerunt itaque, & vnusquisque [12] tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba atque dixerunt; Regnabit Iehu. Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filii Namsi contra [13] Ioram. Porrò Ioram † obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel contra Iezrael regem Syriæ: & reuersus fuerat vt curaretur in Iezrahel propter vulnera, quia percusserant eum Syri præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixit- [14] que Iehu; Si placet vobis nemo egrediatur † profugus de ciuitate, ne vadat & nuntiet in Iezra- [15] hel. Et ascendit & profectus est in Iezrahel. Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda [16] descenderat ad visitandum Ioram. Igitur specu- [17] lator qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis, & ait, Video ego globum. Dixitque Ioram, Tolle † currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens, † Rectene sunt omnia? Abiit igitur qui ascenderat † currum ĩ oc- [18] cursum eius, & ait, Hæc dicit rex, † Pacata ne [19] sunt omnia? Dixitque Iehu: Quid tibi & paci? [20] Transi & sequere me. Nuntiauit quoque specu- [21] lator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Misit etiam † currum equorũ secũdum. Venitq; ad eos, & ait. Hęc dicit rex; Nunq̃d pax est? Et ait Iehu. Quid tibi & paci? Transi & sequere me. Nuntiauit aũt speculator dicẽs: Venit vsq; ad eos & non reuertitur. Est autem incessus quasi [22] incessus Iehu filii Namsi. † Præceps enim graditur. Et ait Ioram: Iunge currum. Iunxitq; currum [23] eius. Et egressus est Ioram rex Israel & Ochozias rex Iuda singuli in curribus suis. Egressique sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eũ in agro Naboth Iezrahelitæ. Cumque vidisset Ioram Iehu dixit

† derelictum.
† 3.Re.15.g.
† eloquiũ ei⁹. LXX. garrulitatem eius. i. quid soleat effutire.
† subter eum super fastigiũ graduum. i. in pr[...] gra[...] moiere gio vice throni vestibus super positis. Chal. interpr. subter eum ad gradum horarum i horologium solare.
† i. seruauerat ne caperetur ab Hazael.
† transfuga.
† equitantem
† Num est pax?
† equum.
† equitantem.
† Furiosè.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce *tractantes adinuicem de his quæ pertinent ad exercitus regimen: Cætera patent vsque ibi.*

2 Et interfi. *id est, infirmum qui non potest mingere, nisi se appodiãdo ad parietem.*

3 Et clausum. *scilicet, in carcere.*

4 Et no. *id est, abiectum, q. d. quamuis talibus personis esset parcendum, eo quod afflicto non est danda afflictio, tamen eo q̃ sunt de domo Achab, interficientur.*

5 Et da. *quæ fuerunt deletæ, vt habetur supra 3. li. c. 15. & 16.*

6 Iehu. *Hic consequẽter ponitur ipsius Iehu inuncti confirmatio, & per hoc q̃ alii principes exercitus cõsenserunt in eius vnctione, & hoc est quod dicitur hic:* Iehu au. *scilicet de cubiculo vbi fuerat inunctus.*

7 Ad seruos domini. *id est, ad alios principes exercitus.*

8 Quid ve. *Reputabantur autem prophetæ insani, eo quod contemnebant bona huius mundi, & quia loquebantur frequenter talia quæ videbantur aliis aliena.*

9 Nostis. *Erant enim discipuli prophetarum religiosi, vt dictum est supra 2. c. & ideo distinguebantur ab aliis in habitu, per quem cognoscebantur esse de discipulis prophetarum, & propter hoc dixit;* Nostis. *s. quia sit de prophetis, & per consequens quid sit locutus, s. verũ & bonum: & hoc ex parte domini.*

10 Falsum. *videlicet quod propter hoc sciamus quod dixerit in particulari.* sed ma. *in particulari explicando.*

11 Hæc & hæc. *videlicet quod de præcepto domini domus Achab esset disperdenda, sicut prædixerat Elias & propheta; & ad hoc exequendum vnxit me in regem.*

12 Festinauerunt. *vt implerent voluntatem Dei, & quærerent gratiam regis noui.*

13 Coniurauit ergo. *i. simul iurauit cum principibus existentibus cum eo, quod fideliter exequerentur mandatum Dei de domo Achab disperdenda. Cætera patent ex dictis c. præce. vsque ibi.*

14 Nemo. *qui præueniat nos nuntiando Ioram aduentum nostrum ad se muniendum.*

15 Et ascendit. *Hic consequenter describitur ipsius Ioram occisio, cum dicitur.* Et ascen. *vt interficeret Ioram antequam se muniret.*

16 Igitur *Erat enim bellum inter Ioram & regẽ Syriæ; & ideo speculator erat super turrim ad præcauendũ ne hostes irruerent repente.*

17 Vidit. *i. multitudinem armatorum & ordinatorũ ad inuadendũ.*

18 Pacata ne. *vt pote si aduersarii sunt debellati, vel ĩduciæ eis datæ.*

19 Quid tibi. *quia tu non es rex, nec princeps exercitus.*

20 Transi & seq. *vsque ad finem cunei mei, & tunc* seq. me.

21 Venit. *s. ad aliquid renũtiandum, licet reuerteretur in cauda globi ipsius Iehu. Cætera patent vsque ibi.*

22 Præceps enim. *quia festinabat ne Ioram ad resistendum muniretur.*

23 Et egressus. *quia iam ferè conualuerat & statum exercitus sui scire desiderabat: fuit voluntas domini, vt sic interficeretur iuxta agrum Naboth & ibi proiiceretur, vt ibidem sanguis eius a canibus lingeretur, sicut prædictum fuerat per Eliam supra 3. lib. cap. 21. quia sanguis eius erat quodammodo sanguis patris sui Achab, vt ibidem fuit expositum.*

1 Quæ

MORALITER.

23 *Et egressus.* per hoc autem q̃ isti occurrerunt Iehu in curribus suis significatum fuit, q̃ Iudei resisterent quantum possent Romanis, sicut diffusè scribit Iosephus in li. de Iudaico bel. sed sicut Ioram & Ochozias per Iehu fuerũt interfecti, sic Iudæi per Romanos partim fuerunt occisi, & partim captiuati.

MORAL. autẽ per Iehu principem potest spiritus designari, qui carni debet dominari. per Iezabel autem & eius filiũ significatur caro & ornatus curiosus quasi inseparabiliter sibi iunctus. vnde infra eo. ca. dicitur: q̃ Iezabel pinxit oculos suos stibio. i. se fucauit. Per bellum igitur Iehu contra Iezabel & eius filium, significatur bellum spiritus contra carnẽ & opera eius quæ ponuntur Gal. 5. c. sic: *Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia,* spiritus enim mouet prælia contra ista.

MORA-

A a *Adhuc fornicationes Iezabel, &c.* ✻ Ioseph. Iehu cum multa disciplina agebat iter. Cumque Ioram venisset in agrum Nabuthei, requirebat si in exercitu rectè omnia gererentur. Et cum ei Iehu amarissimè malediceret, matremq; eius veneficam, ac meretricem clamaret, metuens eum rex, & nihil cū cogitare quod esset salubre credens, conuerso curru suo, vt poterat, fugiebat.

Lib. 9. Antiq. cap. 6.

b *Regnauit.* Rabbanus. dicitur de Ochozia, quod 42. annorum erat cum regnare cœpit & vno anno regnauit. Nam pater eius Ioram dicitur 8. annis regnasse & 40. vixisse, si ita est duobus annis prior est patre suo. Sed tradunt Hebræi, quòd Ioram. 40. annis vixit, & 28. regnauit: ex quibus octo ei dantur, quia tandiu iustè vixit 20. quibus postea regnauit in lāguore & tribulatiōe filio eius adijciuntur, qui 22. annorum fuit cū regnare cœpit, & vno anno regnauit.

B

c ✻ *Præcipitate eam, &c.* Ambr. Iezabel inimica veritati, & aduersaria prophetarum eloquijs, ita dilacerata est canum morsib. vt nullū ei⁹ superesset vestigium: sed toto corpore re suo, cum oībus posteritatis suæ insignibus extingueretur.

Epi. ad Iren. quæ est 22.

C

D ✻ Idem. Iezabel comederunt canes, & volucres cęli, vt ostenderetur q̃, spiritalis nequitiæ fiat præda diuitis sepultura. Fuge ergo diues, huiusmodi exitum. Sed fugies huiusmodi exitū, si fugeris huiusmodi flagitium. Noli esse Achab, vt possessionem finitimam concupiscas. Non tibi cohabitet Iezabel illa feralis auaritia, quę tibi cruenta persuadeat, quæ cupiditates tuas nō reuocet, sed impellat: quæ te faciat tristiorem etiam cum desiderata possederis: quæ te faciat nudum, cum diues fueris.

Lib. de Nabuthe. c. 11.

E

✻ Chrysostomus. Serpens magis punitus est quam mulier, & mulier plusquam vir, & Iezabel maiores pęnas dedit quā Achab vineę raptor. Ipsa quippe vniuersum istud negotium texuerat, regiq; lapsus occasionem dederat. Igitur & tu quoque, si reliquis perditionis causa fueris, grauiora patieris, quā qui per te subuersi sunt. Neque enim peccare, tantum in se perditionis habet, quantum q̃ reliquos ad peccandum inducuntur.

Hom. 25. in epist. ad Ro.

F

a dixit: Pax est Iehu? Et ille respondit: quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. Conuertit autem Ioram manum suam & fugiens, ait ad Ochoziam: Insidiæ Ochozia. Porrò Iehu † tetendit arcum manu, & percussit Iorā inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius. Statimq; corruit in curru suo. Dixitq; Iehu ad Badacer ducem: Tolle proijce eum in agro Naboth Iezrahelitę. † Memini enim quando ego & tu † sequentes in curru sequebamur Achab patrem eius, quod dominus † onus hoc leuauerit super eum dicens; Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius quem vidi heri, ait dominus: Reddam tibi in agro isto dicit dominus. Nūc igitur tolle & proijce eum in agrum iuxta verbum domini. Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti; Persecutusq; est eum Iehu; Et ait; Etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gur qui est iuxta Iebaal. Qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. Et imposuerunt serui eum super currum suum & tulerunt in Ierusalem; sepelieruntq; eum in sepulchro cum patribus suis in ciuitate David. b Anno vndecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias super Iudam; Venitque Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam, & ait, Nunquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suum? Leuauitque Iehu faciem suam ad fenestram, & ait: Quæ est ista? † Et inclinauerunt se ad eū duo vel tres eunuchi, & dixerunt; Hæc est illa Iezabel. At ille dixit eis; c Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam. † Aspersusque est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. Cumque introgressus esset vt comederet biberetque, ait; Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia filia regis est. Cumque issent vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam & pedes & † summas manus. Reuersique nūtiauerunt ei. Et ait Iehu; sermo domini est quem locutus est per seruū suum Eliam Thesbyten, dicens, In agro Iezrahel comedent canes Iezabel. Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt † prætereuntes dicant; Hæccine est illa Iezabel?

† impleuit manum suam arcu. Hebr. protraxit arcum totis viribus suis.
† partem agri.
† equitabam⁹ copulatis vel sociati & adhærentes ipsi.
† suo. Et percusserunt eū.
† Respexerūt.
† non. i. nō potérit agnosci.
† vel Memento.
† vel prophetiam hanc.
† 3. Re. 16. c.
† Pax zambri. i. nunquid bene cessit zambri, &c.
† Quis mecū? quis, id est, q. a me stat, & mihi fauet?
† Aspersitque sanguine pariete, & equos & cōculcauit.
† palmas manuum.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ pax? *id est idololatriæ quos induxit mater tua.*

2 Et veneficia. *quia intoxicant spiritualiter, & ideo non potest esse bona pax in populo Israel quandiu ista vigent. Cætera patent ex dictis.*

3 Ochozias. *hic consequenter describitur mors Ochoziæ regis Iudæ, cum dicitur:* Ochozias autem. *Dum. n. erant intenti ad mortem Iorā & proiectionem eius in agrum Naboth, Ochozias fugit in Iezrahel, & timens, q̃ non posset ibi saluari, fugit per viam occultam, scilicet.*

4 Per viam. *vt hic dicitur: & fugit in Samariam, quæ erat ciuitas fortis & munita credens se posse ibi saluari: sed postea inuentus est ibi latens & adductus ad Iehu: & percussus gladio, vt habetur 2. Pa. 22.*

5 In ascensu. *in loco illo fuit adductus ipsi Iehu: & percussus, & sic vulneratus fugit in Mageddo, & ibi fuit mortuus, vt hic dicitur.*

6 Anno. *Dicendum, q̃ Ioram pater huius Ochoziæ circa finem vitæ fuit percussus alui dolore insanabili, vt habetur 2. Par. 21. & sic viuente patre regnauit per annū, & ideo qñ dicitur hic, q̃ cępit regnare anno 11. regis Ioram: intelligitur de regno eius viuente patre. Quod autē dicitur supra, quod cępit regnare anno 12. intelligendum est de regno eius post mortem patris.*

7 Venitque. *hic describitur occisio Iezabel reginæ cum dicitur.*

8 Depinxit oculos. *id est, faciem suam fucauit.*

9 Et ornauit. *vt esset gratiosior in conspectu Iehu.*

10 Nunquid. *Quod exponunt doctores nostri communiter negatiuè, id est, sicut ille non habuit pacem, nec tu habebis. sed hæc expositio non concordat literæ præced. quia ornauerat se vt inueniret gratiam apud eum, & ideo non est verisimile, quod diceret sibi verbum pungitiuum, & ideo Hebræi sic exponunt:* Nunquid pax est? *& ibi fit punctus, & est sensus: rogo, vt habeas pacem mecum. Et sequitur:* Zambri. *q. d. istud non est nouum, quod interfecisti Ioram dominum tuum, quia Zambri similiter fecit, & tunc regnauit in pace, & post eum filius eius Achab. q. d. sic poterit esse tibi.*

11 Quæ est ista. *In Hebræo habetur:* Qui mecū. *i. de parte mea.*

12 Et inclinauerunt. *facto ostendentes, quod vellent obedire ei.*

13 Præcipitate eam. *quia fuerat causa & origo omnium malorum propter quæ domus Achab erat exterminanda.*

14 Sermo domini, &c. *vt habetur supra 3. lib. cap. 21.*

15 Hæccine est, &c. *admirantes eius deiectionem & punitionem.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. 9. vbi dicitur in postil. Et ideo Hebręi sic exponunt. *Nunquid est pax*, & ibi fit punctus, &c.

In Hebręo habetur: *Nūquid pax Zābri, qui interfecit dñm suū?* Vnde

Vnde attendendū est, quod Zābri verè interfecit dñm suū, sed hoc nō habuit duratione nec bonū exitū: quia statim fuit igne cōbustus, nec regnauit nisi 7. diebus tm. Amri verò nō interfecit dñm suum. Tum quia Zābri nō erat dñs ipsius Amri: quia proditoriè vsurpauit regnū. Tum quia Amri nō interfecit ipsum Zābri, sed ipse Zābri cōbussit seipsum, quę oīa patent supra in 3. lib. 16. c. Vnde expositio Hebręorū in hoc loco nō valet. Primò, quia fundatur super falsam literā, quia non dixit Amri, sed Zābri, vt est dictū. Scdò: quia Amri nō interfecit dñm suū, vt dictū est. Vnde expositio cōis doctorum nostrorum est tenenda, nec est discordat cum litera pręcedenti, cuius rō est: Nam Iezabel ornauerat caput suum, &c. nō vt appareret gratiosior ipsi Iehu, sed in eius contemptū, & ex quadā despectione & superbia, videns n. quod nō erat locus paci ficandi, voluit eū in facie contemnere & vituperare, induendo se hono rabiliter habitu, & pręnosticando sibi quod taliter ei cōtingeret sicut Zābri. Vnde dixit prout in Hebraica litera habetur: Nunquid pax fuit Zābri, qui interfecit dñm suum, *q.d. non est: & per consequens sic cōtingat tibi, qui interfecisti dñm tuum. Nec est admirandū de audacia Iezabel, quia scdm Vegetium de re militari. Cū nihil spei superest, sumit arma formido, quia sępe cōtingit desperatis, vt prorūpāt in verba ignominiosa cōtra affligentes: licet non possint euadere manus eorum, pręsertim cum tales desperati sint superbi, sicut Iezabel.*

REPLICA. In c. 9. postil. adducit expositionem Hebręorum super illo. Nunquid pax erit zambri, *quam reprobat Burg. & bene: soluit q; argumentum postil. contra communem doctorum expositionem factum satis competenter, & signum est, quod postillator illam expositionem Hebręorum adduxit solum recitando, non approbando.*

CAPVT X.

CAP. X.

A a * *ERant autem Achab septuaginta filii in Samaria, &c.*

Lib. 9. Antiq. cap. 6.

Iosephus. Interea dum Achab filii septuaginta in Samaria nutrirentur, misit Iehu duas epistolas, aliam quidem pædagogis eorum, aliam principibus Samaritanorum: dicens, vt fortissimum filiorum Achab constituerent regem, cum & currus haberent multos, & equos, & arma ad militiam, & ciuitates munitas. Hæc autem scripsit, volens Samaritanorum mentes agnoscere.

B b * *Si ergo coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos?*

a ERant autē Achab septuaginta filij in Samaria. Scripsit [1] ergo Iehu literas, & misit in Samariā ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad † nutritios Achab, di- [2] cēs: Statim vt acceperitis literas has, qui habetis filios [3] dñi vestri & currus & equos & ciuitates firmas & arma, eligite meliorē, & eum qui vobis placuerit de filiis dñi vestri, & ponite eū super soliū patris sui, & pugnate pro domo dñi vestri. Timuerunt illi vehemēter & dixerunt: Ecce duo reges nō potuerūt stare corā eo, & quomodo nos valebimus ei resistere? Miserūt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis & maiores natu & nutritij ad Iehu dicentes: Serui tui sumus, quęcunq; iusseris faciemus, nec cōstituemus nobis regem quæcūq; tibi placent fac. Rescripsit autem literas eis secundò dicēs: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorū dñi vestri, & venite ad me hac eadē hora cras in Iezrahel. Porrò filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebātur. Cūq; venissent literæ ad eos tulerunt filios regis & occiderunt septuaginta viros, & posuerūt capita eorū in cophinis, & miserunt ad eū in Iezrael. Venit aūt nuntius ad eū & indicauit ei, dicens: Attulerunt capita filiorū regis. Qui rñdit: Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsq; mane. Cūq; diluxisset egressus est, & stans dixit ad oēm b populum: Iusti estis. Si ergo coniuraui cōtra dñm meū, & interfeci eum, quis [4] percussit omnes hos? Videte ergo nunc, quoniam non cecidit de sermonibus dñi in terrā, quos locutus est dñs sup domum Achab, & dñs fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ. Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo [5] Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius & notos & sacerdotes, do- [6] nec non remanerent ex eo reliquiæ. Et surrexit & venit in Samariā. Cumq; [7] venisset † ad cameram pastorum in via, inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, [8] dixitq; ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis & filios reginæ. Qui ait: Comprehendite eos viuos. Quos cum comprehendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna † iuxta cameram quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quēquā. Cumq; abijsset inde inuenit Ionadab filiū Rechab in oc- c [10]

† ad domum alligationis pastorum i. vbi pastores alligabant pecudes 16 Lxx. & ipse erat in via Betharad pastorum, & inuenit.

D *terfeci eum, quis percussit omnes hos?*

Theodoretus. Filiis Achabi interfectis, non ab hostibus, qui eos fuderāt, sapienter Iehu dixit populo, *Ecce ego conuersus sum in dominum meū, etc.* Ego inquit, tāquam Tyrannus consulto sustuli Ioram fratres autem eius, qui erant numero septuaginta, quis occidit? An nō ira a Deo immissa, quę necessarijs, & sanguine coniunctis vsa est administris? Sunt ergo certæ & non fallaces prophetarum prædictiones.

E

c * *Inuenit Ionadab filiū Rechab, &c.*

Theo-

Quæst. 32. † i. qui nutriebant Achab ab infantia, hoc est cōsiliarios, qui erant super negotia regni.

Quæst. 34. † vbi domus trōfiōis, vide paulo ante.

C F

NICOLAVS DE LYRA.

ERant autem. *descripta occisione principalium personarum, hic consequēter describitur occisio secundariorum, & primo filiorum Iorā, scdo fratrū Ochoziæ, ibi:* Cūq; venisset. *tertio sacerdotū Baal, ibi:* Congregauit ergo. *quarto subditur remuneratio operū, ibi:* Dixit aūt. *Circa primū dr.* 1 Erant, &c. *i. nepotes, vt dnt aliqui, quia erant filii Iorā filii Achab, & hoc modo Laban vocauit nepotes filios suos. s. filios & filias Iacob, Genes. 31. Alii vero dicunt, quod erāt filii Achab & fratres Iorā ipso iuniores.* 2 Et ad. *i. filiorum Achab.* 3 Qui. *Dicunt aliqui & probabiliter, quod ironicè loquebat, quia sicut patet ex supra dictis Iorā iuerat in Ramoth Galaad cū exercitu: & Ochozias rex Iuda cū eo, & id non est verisimile, quin equi & currus et cætera, quę ptinent ad bellū illuc ducta fuissent. saltē quantū ad maiorem partē & meliorē, & oīa ista habebat Iehu: & per talē modū loquendi insinuabat, quod nō possent sibi resistere. Cætera patent vsque ibi.* 4 Quis pcu. *q.d. nec ego pcipiendo nec vos exequendo sumus culpabiles; sed magis iusti & laudabiles: quia de voluntate & mandato dñi factum est, sicut fuit per Eliam pdictū: & mihi iniunctum per eius discipulū, vt dictū est cap. pce.* 5 Percussit. *i. de eius genere.* 6 Et no. *qui suspecti erant ne fauerent sibi & suæ progeniei.* 7 Et sa. *hoc dr hic per anticipationē, quia postea sacerdotes Baal interfecit. vt habetur infra eod. ca.* 8 Cumq;. *Hic consequenter describitur occisio amicorum Ioram, s. fratrū Ochoziæ, cuius mater erat soror Ioram filii Achab et hoc est quod dicitur;* Cūq;. *locus erat vbi conueniebant pastores ad comedendum & dormiendum prope viā.* 9 Inue. *i. propinquos quia erant nepotes sui, vt habetur 2. Par. 22. qui veniebant in Samariā nesciētes mortē Iorā & Ochoziæ: & quia regnū Iuda vnde & veniebāt erat ī parte australi respectu Samariæ, & Iezrahel vbi Iorā fuerat occisus erat ī parte aquilonari: & factū erat recēs, ita quod nō erat ad huc longè diuulgatū. Cætera patent vsq; ibi.* 10 Inuenit. *Iste. n. cū suis viuebāt valde religiosè, non habentes agros vel vineas, nec bibentes vinum, in tabernaculis pro domibus habitantes, vt habetur Iere. 35 & ideo quia erat zelator diuini honoris, fuit coniunctus per amicitiam cum Iehu, qui idololatras & idololatriam pro viribus destruxerat.*

MORALITER.

1 *Erant autem.* Moralis expositio de interfectione istorum filiorum posita est capitulo præcedenti.

10 *Cumq; abiisset.* Per istum Ionadab filiū Rechab, qui docuit filios suos valde religiosè viuere, s. sine cultura agrorū & vinearum & sine potu vini & in tabernaculis habitare, qui transferunt de loco ad locū vt hr Iere. 35. signantur patres religiosorum pauperū & eorū filij: qui non habent immobilia bona nec victum delicatū, nec mansionē stabilem: sed sm mandatum superiorū suorū se trāsferūt de loco ad locū: & per hæc ostendunt se esse peregrinos & aduenas in hoc mundo. Per hoc igit, quod Iehu rex quæsiuit amicitiam ipsius Ionadab, dicēs,

cursum sibi,& benedixit ei. Et ait * ad eum: Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cũ corde tuo? Et ait Ionadab: Est. Si est, inquit, da * manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum, dixitque ad eum: Veni mecum, & vide zelum meum pro domino. Et impositum currui suo duxit in Samariã. Et percussit omnes, qui reliqui fuerant de Achab in Samaria † vsq; ad vnum, iuxta verbum domini quod locutus est per Eliam. congregauit ergo Iehu omnem poplum; & dixit ad eos: † Achab coluit Baal parũ, ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit, qui non veniat. Sacrificium enim grande est mihi Baal. Quicunque defuerit, non viuet. Porrò Iehu faciebat hoc insidiosè, vt disperderet cultores Baal, dixitq;: Sanctificate diem solennem Baal. † Vocauitque & misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cũcti serui Baal: Non fuit residuus ne vnus quidem, qui non veniret. Et ingressi sunt tẽplum Baal, & repleta est domus Baal a summo vsq; ad summum. Dixitq; his, qui præerant super vestes: Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal. Et protulerũt eis vestes Ingressusq; Iehu & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultorib⁹ Baal. Perquirite & videte, ne quis forte vobiscũ sit de seruis dñi, sed vt sint serui Baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta: Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis; Quicunq; fugerit de omnibus his quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro aĩa illius. Factum est autem cum completum esset holocaustũ, præcepit Iehu † militibus & ducibus suis: Ingredimini & percutite eos: nullus † euadat. Percusseruntq; eos in ore gladij, & proiecerunt milites & duces. Et ierunt in ciuitatem tẽpli Baal, & protulerunt statuam de phano Baal, & cõbusserunt & comminuerunt eam. Destruxerunt quoq; ædẽ Baal & fecerunt pro ea latrinas vsq; in diẽ hanc. Deleuit itaq; Iehu Baal de Israel. Veruntñ a peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel non recessit, nec dereliquit † vitulos aureos, qui erãt in Bethel & in Dan. Dixit autem dñs ad Iehu: Quia studiosè egisti quod rectum erat & placebat in oculis meis † & omnia quæ erant in corde meo, fecisti cõtra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Porrò Iehu non custodiuit, vt ambularet in lege domini Dei Israel in toto corde suo. Non enim recessit a peccatis Ieroboã, qui peccare fecerat Israel. In diebus illis cœpit dominus † tædere super Israel. Percussitq; eos Hazael in vniuersis finibus Israel a Iordane contra Orientalẽ plagam, oẽm terram Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Aroer, quæ est super torrentẽ Arnon & Galaad & Basan. Reliqua autem verborum Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius: nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntq; eum in Samaria, & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu super Israel viginti octo anni sunt in Samaria.

[Left margin:] * Theodoretus. A Erat quoque hic vir pius, & eius genus. Nã in tabernaculis perpetuo habitabant. & a vini potu abstinebant. Horũ etiam propheta Ieremias meminit cum laude. Nam primum quidem rex Iehu eum salutauit hoc est, cum est allocutus. Deinde rogauit. *Est ne cor tuum, &c.* Hic est ergo perspicuum, quod etiã in tribub. erant quidam viri pietate præditi, propter quos etiam aliorum curam gerebat dominus. B

a * *Achab coluit Baal parum.* Theodoretus. Et verborum & factorũ hic examinãdus est scopus. Iehu enim cũ nullum vellet effugere cędem, illis verbis vsus est, vt omnes confidenter accederent. Vt autem nullus ex Dei Sacerdotibus esset pœnę socius, vt festo indigni eos iussit expelli: deinde omnes illos solos sic confodit. Baalis quoque statuam cõbussit, & nemora excidit, & ab alijs idolis liberauit omnem terram Israel. C

* Augustinus. Si Iehu seruum Bal se esse mentitus est, vt seruos eius occideret, quanto iustius secundum istorum peruersitatem temporę persecutionis seruos dæmonum se mentirentur serui Christi, ne serui dæmonum seruos occiderent Christi: & sacrificarent idolis, ne interficerentur homines, si sacrificauit ille Baal, vt interficeret homines?

b * *Veruntamen a peccatis Ierob.* Augustinus. Cum verò scriptum sit eum rectum cor non habuisse cum Deo, quid ei profuit, quod pro nonnulla obedientia quam de domo Achab omnino delenda pro cupiditate suæ dominationis exhibuit, aliquantam mercedem transitoriam regni temporalis accepit?

c * *Dixit autem dominus ad Iehu, &c.* Author Seder olam. Istius dicti nũcius fuit Ionas Amithei filius, qui in duodecim minoribus ꝓphetis numeratur.

[Marginal notes:] † donec deleret eum. † 11. q. 3. cap. vtilem. Quæst. 353. † secundum omnia. † excidere, vel excisionem facere, Chald. interpr. irasci. Lib. cont. mendac. c. 3. D * Iehu. * mihi. Lib. cont. mendac. 13. † Et vocate. * Iehu. E † cursoribus vel satellitib. & infra. † egrediatur. Cap. 19. F † a vitulis aureis.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Congregauit. *Hic consequenter describitur occisio sacerdotum Baal, & quia occiso Ioram multi de eis fugerant & se absconderant, eos congregauit Iehu sub simulatione, quod vellet Baal magnificè colere, & eius sacerdotes honorare, & patet litera vsque ibi.*

2 Proferte. *vt per hoc certius cognoscerentur, qui essent interficiendi. Cætera patent vsque ibi.*

3 Et fecerunt. *in detestationem idololatriæ, & vt locus ille deseruiret communitati in hac necessitate.*

4 Veruntñ. *quia cultũ vitulorũ sustinuit & exercuit, ne regnũ suum ad domũ Dauid reuerteretur, secundũ quod habetur supr. 3. lib. c. 12.*

5 Dixit autem. *Hic consequenter ponitur remuneratio operum, & primo quantum ad bona, cum dicitur:* Dixit autem. *per Ionam prophetam, secundum quòd dicit Ra. Sa. quod ipsum vnxerat regem ad exterminandam domum Achab, sicut dictum fuit in princ. 9. cap.*

6 Filij tui. *sicut de domo Achab fuerũt quatuor reges ĩ regno Israel sibi succedentes, s. Amri, Achab, Ochozias, & Iorã, vt patet ex supradictis, secundo ponitur remuneratio quantum ad mala, cum dicitur.*

7 In diebus. *id est, abominari facta eorum, quia iamdiu durauerat cultus vitulorum, & cum hoc multa alia mala pullulabant, & ideo illud regnum permissum est affligi multipliciter per Hazael regem Syriæ. Et patet litera.*

CAP.

MORALITER.

* † *Nunquid.* figuratum fuit, ꝙ reges catholici & potentes diuini cultus zelatores & idololatrię atque vitiorum aliorũ destructores, qui per Iehu significantur, forent quæsituri familiaritatem & amicitiam pauperum religiosorum, & etiam cohabitationem: ideo subditur.

† *Da manum tuam.* Per hoc autem quod subditur,

† *Qui.* ostenditur ꝙ dicti religiosi non debent hęc renuere, quando vident, ꝙ ibi proficere possunt in reprehẽsione malorum & promotione bonorum quod significatur per hoc, quod subditur.

† *Dixitq;.* nõ dixit veni mecũ ad vidẽdũ venationẽ vel aucupiũ, hastiludium aut torneamentũ: sicut faciũt aliqui clerici et in sacris ordinibus, aut ẽt in gradu maiori constituti: qui principes associant in talibus, quę non decent statum suum.

1 *Achab coluit.* De hoc autem mendacio Iehu non fuit commendabilis, nec figura virtutis: sed de feruenti zelo quẽ habuit ad destruendum cultũ Baal. Et in hoc dedit exemplum principibus Christianis, vt sint diligẽtes & soliciti de destructione hęresum, malarum artium, & ꝯsimiliũ in regnis suis.

1 *Atha-*

CAPVT XI.

a Athalia vero. Rabbanus. Athalia, quę semen Dauid extinguere moliebatur, impietatem exprimit synagogæ, quę seminis Dauid hoc est Christi insidiatrix erat. Quæ aliquando regnare videbatur, cum legis cęremonias temporaliter obseruabat. Interpretatur enim Athalia temporalis domini. Sed Iosabeth strenuitate, quæ interpretatur saturitas domini, id est, ecclesię, in qua verę sunt delitiæ, seruatur Ioas, id est memoria domini, Christus, scilicet, in quo est memoria nominis domini, ne per crudelitatem sæuientis hostis interimatur in cordibus electorum. Magis nutritur i domo Ioiadę, qui dilectus domini sonat, de quo pater: *Hic est dilectus filius meus*, cuius domus sancta ecclesia, vbi in sancta fide electorum manens quotidie facit augmentum corporis sui, donec tempore iudicij sceptrū regni & potentiam aduersus eos extollet, qui eum deprimere cogitabant, & interfectricem sanctorum æternis deputauerit pœnis.

(Rabbanus. Angelomus. — Matt. 3. d. — Quæst. 36.)

✠ Theodoretus. Athalia (alij Gotholia) vt impia & tyrannica, voluit omne genus Dauidis tanquam pium radicitus excindere, vt arrepto imperio, suā doceret impietatem. Sed qui oīa sapienter regit dns, rursus effecit, vt regiæ tribui admisceretur sacerdotalis: & sapientissimus sacerdos duceret vxorem Iosabet filiam Ioram, vt conseruaretur scintilla regij seminis. Iam enim videns perimi genus regium, suffurata est, & occultauit fratris filium Ioas, & perpetuo intus eū aluit. Et sex quidem annos tenuit regni administrationē execranda Gotholia. anno aūt septimo sapientissimus pontifex regnum reduxit ad genus regium.

CAPVT XI.

Athalia vero mater Ochoziæ vidēs mortuum filium suum, surrexit & interfecit omne semen regium. Tollens autē † Iosaba filia regis Iorā soror Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata est eū de medio filiorum regis, qui interficiebātur, & nutricem eius de triclinio, & abscondit eum a facie Athaliæ; vt non interficeretur. Eratque cum ea sex annis clam in domo domini. Porrò Athalia regnauit super terram septem annis. b † Anno autem septimo misit Ioiada pontifex, & assumens centuriones * & † milites intro-

b *Anno autem septimo misit Ioiada pontifex, &c.* Sortes 24. erant sacerdotum Leuitarum & ianitorum & habebant totidem pontifices, qui singuli per totidem septimanas sibi ex ordine succederent, habētes singuli sub se 24. sacerdotes & totidem Leuitas, & eiusdē numeri ianitores. Intrāte itaque nouo pōtifice sabbatho ad officium cū noua turma sacerdotum, Leuitarum, ianitorum, ille pontifex cum sua turma, qui transacta septimana ministrauerat, post sabbathum domum reuertebatur ad vxorem, quandiu enim ministrabant a coniugali opere cessabant, in porticibus circa domum domini vsq; ad sabbathū manentes. Sed tunc summus pontifex propter necessitatem augendi exercitus, & eos, qui septimanam expleuerant, retinuit, & illos, qui impleturi erant suscepit. Qui & alios quoq; Leuitas de vrbibus & principes familiarū congregauit, quos filium regis educturus tali ratione distinxit, vt illi, qui impleuerant sabbathum, armati circunstarent regem in inferioribus atrij locis. Qui ad sabbathum venerant, domum regis, id est, palatium obseruarent, & portam scutariorum per quam de tem-

(Rabbanus. Angelomus. Ministrantiū templo numerus & ordo. — † 2. Pa. 24. a. 2. Par. 22. d. — * duces. † cursores, vel satellites.)

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

1 Athalia vero mater Ochoziæ, &c. *Postquam descripta sunt ea, quæ acciderunt sub regibus Iudæ præteritis, hic consequenter describuntur ea, quæ facta sunt sub Athalia, quæ vsurpauit sibi regnum Iuda, & primo describitur huiusmodi vsurpatio, secundò hęredis debiti institutio, ibi:* Anno autem septimo. *tertiò Athaliæ interfectio, ibi:* Audiuit autem Athalia. *quarto regis instituti confirmatio. ibi:* Pepigit ergo. *Circa primum dicitur.* Athalia. *ista. n. erat educata a parentibus idololatris, scilicet, Achab & Iezabel: propter quod erat nequissima intantum, q̃ libidine regnandi filios filii sui interfecit, excepto Ioas, qui erat minimus & de nouo natus, & propter hoc poterat facilius abscondi.*

2 Eratq; cum ea sex annis clam in domo domini. *Erat enim ista Iosaba filia regis Ioram defuncti & vxor Ioiadæ pontificis, quia tribus sacerdotalis & regia erant commistæ ex causis rationabilibus, sicut dictum fuit Numeri cap. vlt. & ideo facilius potuit eum nutrire in domo domini. Dicit autem hic Ra. Sal. quod puer & nutrix sua fuerunt custoditi in solario templi domini, vbi nullus audebat accedere nisi sacerdotes & Leuitæ, qui custodiebant vasa sancta ibidem reposita: propter quod melius potuerunt ibi celari, & licet alias esset illicitum nutrici & puero ibi esse, licitum tamen fuit in tali necessitate, sicut Dauid et pueri eius comederunt panes sacerdotales in necessitate positi: quod tamen alias fuisset eis illicitum.*

3 Anno autem septimo misit Ioiada, &c. *Hic consequenter describitur veri hæredis institutio per solicitudinē Ioiadæ pontificis quærentis ad hoc assensum & auxilium principum & nobilium regni, cum dicitur.*

MORALITER.

1 *Athalia vero mater Ochoziæ.* Per Ochoziam verò ratione dignitatis regiæ potest Christus designari: & quia descēdit de Dauid secūdum carnem sicut & Ochozias: & interpretatio nominis congruit, nam Ochozias, interpretatur tentio domini Christus autem Deus est & homo in vnitate suppositi, semen autem eius verbum euangelicum potest dici, Lucæ 8. b. *Semen est verbum Dei.* Per Athaliam vero matrem Ochoziæ significatur Iudæa, quę fuit mater legalis Christi, quia factus fuit sub lege, vt dicitur Galat. 4. per hoc igitur, q̃ Athalia *interfecit semen regium*, significatum fuit, q̃ Iudęa delere q̃reret verbum euangelicum.

† *Tollens autem Iosaba filia, &c.* Per Iosaba sororē regis Ochoziæ significatur ecclesia, quæ dicitur Christi soror & sponsa. Cant. 4. a. *Ortus conclusus soror mea sponsa, ortus conclusus fons signatus.* Per hoc igitur, q̃ Iosaba saluauit semen regium significatur, q̃ ecclesia seruauit verbum euangelicum, quod intātum creuit, q̃ prædicatum fuit per orbem etiam a tempore apostolorum, sicut diffusius ostendi super illud Psalm. *In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.* Et sicut augmentato semine regio, s. Ioas, Athalia fuit interfecta, sic euangelio publicato mortua fuit Iudæa, nam ex tūc obseruatio legalium fuit mortifera. Aliter potest dici, q̃ per semen regium possunt intelligi apostoli alijq; discipuli Christi, de quibus dicitur Ioan. 1. a. *Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.* Iudæa vero per Athaliam significata, voluit hoc semen interficere & in parte occidit, vt patet de Iacob. Act. 12. & de Stephano Act. 7. & q̃ alios voluerit interficere patet ibid. 8. cap. & 9. Sed ecclesia per Iosabam significata partem dicti seminis seruauit, nam Petrum ab imminente sibi morte suis precibus liberauit Act. 12. & Paulum similiter in Damasco ipsum in sporta per murum deponēdo, vt patet Act. 9. & hoc semen sic creuit per multiplicationem credentiū, & Iudęa partim occisa fuit, & partim captiuata per exercitū Romanorum.

de templo ad palatium descendebatur. Reliqua multitudo exteriores atriorum ianuas contra furorem reginæ, si quid moliretur, custodirent, postea eduxit regem de domo domini vbi erat absconditus, veneruntq; per viam portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum.

a *Ad portam*. Rabb. in palatio porta Sur & domus Messa (q cum porta scutariorum nominantur) esse videntur.

b *Scutariorum, & custodietis excubias dom.* Rabbanus. Scutarij erant tutores regis custodientes palatij vestibulum.

c *Et posuit super eum diadema & test.* Rabbanus. In libro dierum apertius: *Et imposuerunt ei diadema dederuntque in manu eius tenendam legem*. Et erat vtique salutaris prudentiæ, vt post tyrannicæ necẽ reginæ, succedenti in regnum filio regis cum ipso regni habitu disciplina legis Dei seruanda cõmitteretur: & qui se prælatum populo videret regendo, ipse se regendum diuinis legibus subdi debere meminisset.

d ✻ *Coniuratio, coniuratio*. Theodoretus. Gotholiæ tanta erat peruersitas, vt nepotem suum regnasse conspicata, vestem sciderit, & exclamauerit. Sed centurionibus iussit sapientissimus sacerdos, vt eam extra sacrum ambitũ educerent.

✻ Iose-

† septum, vel acies, Chal. interpres in medium ordinis custodiæ vestræ, & infra. † vel clypeos. † vel ornamentum. Quæst. 39.

a ¶ Id est, coniurationem cum principibus Leuitarum fecit.

duxit ad se in templum domini. Pepigitque cum eis fœdus. Et [1] adiurans eos in domo domini, ostendit eis filium regis, & præcepit illis dicens: † Iste est sermo quem facere debetis. Tertia [2] pars vestrum introeat sabbatho, & obseruet excubias domus [3] regis. Tertia autem pars sit ad portam Sur, & tertia pars ad portam, [4] quæ est post † habitaculum scutariorum, & custodietis

a ¶ Ra. quæ porta scutariorum & fundamenti dicitur.

excubias domus Messa. Duæ verò partes è vobis omnes egre- [5] dientes sabbatho custodiant excubias domus domini circa regem, & vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris. Si quis autem ingressus fuerit † septum templi, interficiatur. Eritisque [6] [7] cum rege introeunte & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia, quæ præceperat eis Ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur ad sabbathum, cum his qui egrediebantur è sabbatho: venerunt ad Ioiadam sacerdotem.

a ¶ Leuitis. b ¶ Quæ Dauid cætis hostibus consecrauit in domo domini, quibus Leuitæ in bello armarentur.

Qui dedit eis hastas & † arma regis Dauid quæ erant in domo domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua, a parte templi dextera vsque ad partem sinistram altaris & ædis circum regem.

a ¶ Insigne capitis regum.

Produxitque filium regis, & posuit super eum dia- [8] [9]

a ¶ Legem Dei qua doceatur qualiter viuat & quid agat.

dema & † testimonium. Feceruntque eum regem, & vnxerunt, [10] & plaudentes manu dixerunt: Viuat rex. Audiuit autem Atha- [11] lia vocem currentis populi, & ingressa ad turbas in templum [12] domini vidit regem stantem † super tribunal iuxta morem, & † cantores & tubas † prope eum, omnemque populum terræ lætantem & canentem tubis, & scidit vestimenta sua, clamauitque: Coniuratio, coniuratio. Præcepit autem Ioiada centurionibus, qui erant super exercitum, & ait eis: Educite eam extra septa templi, & quicunque eam secutus fuerit, feriatur gla- [13] [14] dio. Dixerat enim sacerdos: Non occidatur in templo domini. † Imposueruntque ei manus, † & impegerunt eam per viam [15]

✻ Iosephus. Gotholia laudes inopinabiles repente cognoscens, vehementer perturbata cum suo exercitu de regalibus exiliuit. Et cum venisset ad templum, sacerdotes quidẽ eam protinus exceperunt, armatos verò qui sequebãtur introire prohibuerunt. Tunc Gotholia videns puerum stantẽ super tribunal regium, eique diadema regale superpositũ, scissa veste sua vehementer exclamans, iussit occidi, qui ei fecerant insidias, & principatum auferre tentauerãt. Ioiada verò euocans cẽturiones, iussit, vt educentes Gotholiam in conuallem Cedron, eã ibi perimerent, ne templum violarent veneficam in eo occidẽtes. His gestis, cõuocans populum & armatos in templo, Ioiada iurauit omnes, vt regi fauerent & eius saluti prospicerent, quãdo in deuotione regia Deũ potius honorarent: & ne transcenderet Mosaicas leges eos iusiurandum quoq; compulit exhibere.

✻ Theodoretus. Quantum autem iuuet pius Doctor, docet etiam historia.

✻ Procopius. Verè autem bonus magister lux est, quo viuente (Ioiada pro pontifice,) dominũ coluerunt. Adeo tamen erant imperfecti, vt i excelsis Deo sacrificarent, & non in tẽplo, sicut in lege erat præscriptũ.

L. 1. in Antiq. cap. 7. † istud est qd. † cursores vel satellites. † iuxta columnam. † principes. † iuxta. † vel Dederũt ei locum. † & venire.

a Pepigit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Pepigitq; cum eis fœdus. *vt iuuarent eum fideliter in institutione regis debiti: quod fecerunt libenter: tum quia quilibet naturaliter diligit dominum suum verum: tum quia displicebat eis mulieris imperium.*

2 Tertia pars vestrum. *scilicet, determinato per Ioiadam & principes ad institutionem regis.*

3 Et obseruet excubias. *ita q ex illa parte vbi manebat Athalia, non posset regi instituto inferri violentia.*

4 Tertia autem pars sit ad portam, &c. *In illis enim locis posuit custodias, vnde poterant homines intrare atrium sacerdotum, vbi rex fuerat coronatus.*

5 Egredientes sabbatho. *secundum quod habetur 1. Paralip. Dauid amplians cultum Dei ordinauit, quod essent 24. sacerdotes sub summo sacerdote, qui seruirent in templo successiuè per hebdomadas: & sic mutabantur in sabbatho, sic & turmæ Leuitarum eis ministrantium & cantorum & ianitorum. ita quod sabbatho intrante sacerdote cum suis turmis, alius, qui ministrauerat hebdomada præcedente egrediebatur cum suis. Sabbatho autem illo quo Ioas fuit coronatus, Ioiada retinuit illos, qui debebant exire cum intrantibus, vt haberet maiorem populum secum ad defendendum regem.*

6 Si quis autem ingressus. *id est, clausuram atrij sacerdotum, quod erat circa templum.*

7 Interficiatur. *non tamen intra atrium, sed extra, sicut patet infra de Athalia, & loquitur Ioiada de intrantibus atrium contra regem institutum: non autem de illis, qui intrabant pro eo defendendo vel honorando.*

8 Produxitque filium regis. *de solario templi ad atrium.*

9 Et posuit super eum, &c. *quo reges coronabantur, quod in templo seruabatur.*

10 Et testimonium. *id est, legem in qua debebat rex institutus studere & meditari, & eam seruare ac facere obseruari.*

11 Audiuit autem, &c. *Hic consequenter describitur Athaliæ occisio, cum dicitur.*

Audiuit autem. *Pro solennitate instituti regis.*

12 Et ingressa ad turbas, &c. *Hoc videtur esse contra illud quod dictum est, quod præceptum erat centurionibus, quod non permitterent aliquem ingredi atrium, qui esset regi contrarius, dicendum q Athalia sola fuit excepta, & ideo permissa fuit ingredi, tamen sine comitiua, vt sic facilius & certius caperetur & occideretur: non tamen intra atriũ, ne violaretur, sed extra, vt patet in litera.*

13 Et quicunque secutus eam fuerit. *ad sibi fauendum.*

14 Feriatur gladio. Dixerat enim sacerd. *tanquam particeps sui criminis.*

15 Et impegerunt eam per viam. *Vsque enim ad illum locum poterant nobiles venire equitando ad templum, & ibi descendentes procedebant vltra peditando.*

7 Interfi- 1 Pepigit

a Pepigit igitur Ioiada fœdus inter dominum, & cæt. In Paralipome. inter se. quia se loco regis & Dei cuius minister erat, posuit, vnde Ioiada recognoscēs dominum vel diligens interpretatur: quia dominum cognoscere & diligere

Ibidem d. † domus regia.

† duces, & cursores. † cursorum.

a introitus equorum iuxta palatium, & interfecta est ibi. Pepigit igitur [1] Ioiada fœdus inter dominum & regem, & inter populum, vt esset popu [2] lus domini, & inter regem & populum. Ingressusq; est omnis populus [3] [4] terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè. Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari Et posuit sacerdos custodias in domo domini. Tulitque cēturiones, [5] & † Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo domini. Et venerunt per viam portæ † scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum. Lætatusq; est omnis populus terræ, & ciuitas cōquieuit. Athalia autem occisa est gladio [6] in domo regis. Septemq; annorum erat Ioas cum regnare cœpisset.

re docuit. Pepigit fœdus inter dominum & regem & populum, vt rex & populus domino seruirent, pepigit inter regē & populum, vt populus erga regem fideliter ageret, & rex cum iustitia populum regeret.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Pepigit igitur Ioiada. *Hic consequenter describitur regis institu ti confirmatio per fœdus initum.*
2 Inter dominum, *vt domini legem fideliter obseruaret.*
3 Et inter populum. *vt esset populus Dei verè & non fictè.*
4 Et inter regem. *vt populus esset fidelis regi, & rex fideliter ageret ea, quæ essent bona pro communitate populi.*
5 Et posuit. *ne cum inde duceretur rex solenniter ad domum suam, fieret ibi aliquid mali.*
6 Et sedit. *Ista enim erat consuetudo regis de nouo inuncti, vt habetur de Salomone supra 3. lib. cap. 1.*

CAP.

CAP. XII.

Li. 9. Antiq. cap. 8.

Anno septimo. Sequitur. a *Dixitq; Ioas ad sacerdotes: Omnem pecuniam, &c.* Iosephus. Regem Ioas desiderium apprehēdit, ut templum Dei innouaret, qđ a Ioram, Gotholia, & eorum filijs videbatur esse destructū. Et euocans pontificem Ioiadam, iussit, vt in omnem mitteret regionē, & exigeret pro vniuscuiusq; capite, dimidium siclum argenti ad fabricam, & renouationem templi. Pōtifex equidē hoc nō fecit, sciēs quia nullus conferret argentum. Tertio vero & vigesimo anno regni sui Ioas euocans & ipsum & Leuitas, & quasi inobedientes sui præcepti culpans, iussit vt pro hac re in futuro anno pro renouatione templi prospiceret. Quo facto, consilio pontifex vsus est pro congregatione pecuniarum, quod populus libenter habuit, & gratāter impleuit. Fecit namque ligneam arcam, &c.

Cap. 12.

※ Author Seder olam. Anno vigesimo tertio regni restaurau it sarta tecta templi Dei, anno cētesimo quinquagesimo quinto, postquam fuerat ædificatum a Salomone. Senuit aūt Ioiada pontifex, & mortuus est cum centū triginta esset annorum. Nempe oriente diebus Salomonis labe & ruina, natus est simul Ioiada, qui eā corrigeret. Postquam aūt obijt Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem. Seipsum enim rex Ioas Deū ɔsecrauit & nominauit: nam hoc declarat qđ ponitur, *Et adorauerunt regem.* Item illud: *Acquieuit ei rex.* Mandat rex noster vt doctores accipiant omnem pecuniam, quæ a prætercūtibus iustis scientię spiritualis, vel bonorum exemplorum in thesaurum domini confertur, per prędicatorum officia ad instaurationem templi spiritualis ɔferatur, quatenus ibi quodcunque scissum per errorem vel vitia inuenerint, restaurēt, ne forte per negligentiā magistrorū depereat multitudo auditorū.

† i. quæ sanctificabatur & dicabatur in vsus templi domini. Rabbanus. Angelomus.

CAPVT XII.

Anno septimo Iehu regnauit Ioas. Quadraginta [1] annis regnauit in Ierusalem. Nomē matris eius Sebia de Bersabee. Fecitque Ioas rectum coram [2] domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos, veruntamen excelsa nō abstulit. [3] Adhuc enim populus immolabat & adolebat in excelsis incensum. Dixitque Ioas ad sacerdotes: Omnem † pecuniam sanctorum quæ illata fuerit in templum domini a prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quā sponte [4] & arbitrio cordis sui inferunt in templum domini, accipiant illam [5]

a ¶ Vnde in Exod. Quando tuleris summam filiorum Israel, dabunt singuli pretium pro animabus suis, & non erit plaga pro pretio animæ.

※ Author

a Sarta tecta

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XII.

1 Anno septimo. *Hic consequenter describitur quid factum fuerit sub regibus Iudæ Athaliam sequentibus, & primo quid sub Ioas, secundo quid sub Amasia & aliis sequētibus 14. ca. Circa primum describitur primo regni Ioas persecutio, secundo regum Israel successio 13. cap. Circa primum ostenditur prosperitas regni Ioas quandiu vixit innocenter, secundo aduersitas qn̄ vixit insolenter, ibi:* Tunc ascendit *Tempore vero prosperitatis fecit reparari templum domini, non ꝙ indigeret reparatione ratione antiquitatis seu debilitatis, quia Salomō construxit illud opere valde forti & solenni, vt habetur supra 3. lib. c. 6. Et consummatū fuit anno vndecimo regni Salomonis, ab illo aūt tēpore vsq; ad regnum Ioas fluxerant 130. anni. Sed magis quia Athalia idololatrix pessima de tēplo abstulerat illa, quæ poterant esse ad tēpli Baal ornatū. Igitur circa hoc primo tēplū reparari præcipitur. secūdo mandatum negligitur, ibi:* Igitur vsq; ad vicesimum tertium. *tertio opus perficitur, ibi:* Cumq; viderent. *Circa primum dicitur.*
2 Fecitq;. *Per hoc innuitur, quod ipso mortuo malè se habuit, vt postea dicetur.*
3 Veruntamen. *licet enim non esset licitum immolari etiam domino extra Ierusalem post templi ædificationem, tamen hoc plures reges permiserunt, ne seditio moueretur in populo, & ne talia immolaret idolis, ad quod erat pronus.* Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit, &c. *subditur.*
4 Quę offertur. *Ordinauit enim Ioas, ꝙ a viris, qui erant a viginti annis & supra qui poterant ad bella procedere, solueretur dimidius siclus argenti a quolibet, & istud vocatur pretium animæ, & vltra hoc illi qui erant potentiores & deuotiores offerebant secundum quod eis placebat, & ista vocatur pecunia sponte data & ex arbitrio voluntatis, & ex istis debebat reparari templum, quia neutra pecunia erat de iure sacerdotum & Leuitarum.*
5 Accipiant. *id est, secundum ꝙ fuerint ad hoc ordinati.*

1 Vt

MORALITER.

1 *Anno septimo.* Sequitur.
2 *Fecitq;.* Per hoc habent principes exemplū hēndi bonos ɔsiliarios, qui doceant eos & dirigant in exercitio bonorū.
† *Dixitq; Ioas.* Pręcepit.n. instaurari domū dn̄i ruinosam, per quam significatur instauratio militantis ecclesiæ, quantum ad illa, q̄ parent ruinæ, nisi remedium opponatur. In instauratione verò tēpli p̄ præceptū Ioas fuerunt artifices diuersi, .s. cęsores lapidū, p̄ quos signant̄ ecclesię prelati, qui per pęnas corrigere debēt obstinatos in malis & induratos ad modum lapidis: q̄ in aliquo casu dēnt tradi iustitiæ seculari. Et cęsores lignorum qui mitius ligna rectificant per dolaturam, & per istos significantur prędicatores & cōfessores, qui suis monitionibus bonis reducunt ad morum rectitudinē peccatores. Et cęmentarij interrupta concludentes, & per istos significantur amicabiles compositores discordes ab inuicē ad vnitatem pacis & concordiæ reformantes, & tales in ecclesia Dei sunt valde vtiles. Per hoc aūt q̄. s. dictū est: *Fecitq;.* datur intelligi, ꝙ post mortem Ioiadę sacerdotis cecidit in peccatum. ꝙ magis explicatur 2. Paralip. 24. Propter quod ibidem ponetur expositio mystica domino concedente.

Anno

a *Sartatecta.* Rab. Dicit ruinas domus domini, vt quod eade re cęperat, fulciretur. Legitur enim in Par. q. Athalia & filij eius, i. sacerdotes idolorum, quia legitur non habuisse filium destruxerunt domum dñi, & de sanctificatis fecerunt Baal.

b *Igitur vsque.* Rab. Ante aduentum Christi licet doctrina legis in gente Iudæa fuerit, tamen per doctorum negligentiā in multis corrumpebatur, donec veniret ipse, qui legē dedit, & per sanctæ trinitatis fidem decalogū in Mosi & prophetarum scriptis spiritualiter obseruandum doceret.

c *Ad instaurationem tēpli reddite eam, &c.* Rabbanus. Dominus euangelicis doctoribus ait: *Prædicate euangelium omni creaturæ, infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, gratis accepistis, gratis date.*

d *Et tulit.* Rabban. Pontifex noster, qui seipsum obtulit hostiam Deo, gazophylacium vnum posuit id est, vnam catholicam ecclesiam fecit, cui foramen desuper aperuit, quia transitum inde ad cęlos parauit.

e *Et posuit.* Rab. Altare corpus domini, iuxta quod gazophylacium est, cum ecclesia Christo coniūcta est ad dexteram ingredientium domum. Quia qui per fidem ingrediuntur ecclesiam, intendunt ad æternam beatitudinem, quam dextera significat, peruenire. Illuc ergo mittunt sacerdotes, qui custodiunt ostia templi, omnem pecuniam, quæ defertur ad templum, cum prædicatores, qui seruant introitum fidei, offerunt vota fideliū in verbis & operibus: & in ecclesia ritè precibus cōmendant Deo.

f *Scriba regis, &c.* Rabb. summi sunt doctores, qui pecuniam collatam iuxta numerum & mensuram illis tribuebant, qui præerant fabris & cęmentarijs, hoc est, dispensatoribus verbi Dei qui euangelici tritici mensuram conseruis suis, his q operantur in domo domini, & virtutum opera in ędificio diuino componant, tribuebant.

Rabbanus. Apostoli, quos principes in ecclesia electio diuina ↄstituit, per discipulos verbi semina per totum orbem sparserunt, quatenus operarios voluntatis Dei idoneos auditorib. suis præficerent, quorum alij fabricabant ligna, cum se & sibi obediētes ligna fructifera in domo dñi parare studebant. Alij sartatecta templi faciebant: qñ illi, quæ per hæresim & schismata rupta erant reædificabant: Alij saxa cedebant, cū duros corde & incredulos fortiter increpabant, ita vt impleretur instauratio in vniuersis, quæ indigebant expēsa ad domum domini muniendam, iuxta illud: *Vnicuique autem vestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.*

g *Veruntamen non fiebant.* Rabban. Alia debet esse ratio formandorum vasorum in ministerium dñi, alia parandorum lignorum & saxorū in ędificium domus quia alia debet esse doctrina, qua rudes imbuūtur ad fidem, & alia qua iam perfecti instruuntur ad scienciæ plenitudinem. Vasa domini sunt, qui iam apti sunt ad capiēda munera diuina, & habiles sunt ad ministerium Dei.

h *Non fiebant.* In Paralip. *Cum complessent omnia opera, detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ de qua facta sunt vasa templi.* non est contrarium, quia non de eadem pecunia, quæ offerebatur a populo ad instaurationem domus domini facta fuerunt vasa in ministerium tēpli, sed de reliqua parte pecuniæ, quæ ex aliis donationib. fuerat collata.

i *Et fuscinulæ, &c.* Rab. Doctores quorum officiū est corpus & sanguinē domini credentibus distribuere, infidelib. abnegare, necnon & spiritualem alimoniam verbi cuique prout conuenit dispertiri: quia sunt in verbis Dei, quę nostræ humilitati reuelare dignatus est, sunt alia, quæ nostræ capacitatis mensuram transcendunt.

K *Thuribula.* Rab. Sunt, qui mundam orationem ex consciētia pura & fide non ficta offerunt Deo, & dicūt: *Dirigatur oratio mea*, scilicet, *in conspectu tuo.*

l *Tubæ omne vas, &c.* Rabb. Doctores, qui toto orbe vocem euangelicæ prædicationis emittunt. vnde: *Quasi tuba exalta vocem tuam.*

m *Et non fiebāt ratio iis omnibus, &c.* Rabb. Tam religiosi fuerunt, vt nullus dubitauerit quin pecuniā Dei sine fraude tractarent. Vnde constat quanta discretione opus est his, qui pecuniam verbi Dei dispensant conseruis de qua ratio reddenda est: vt non minus fideles inueniantur hi in spiritualibus, quam illi in corporalibus.

n *Pecuniam vero pro delicto, &c.* Rabbanus. Hic ostenditur, quod confessio peccatorum & pœnitentia non proprio cuiusque, sed sacerdotum iudicio peragenda est, quorum est discernere inter mundum & immundum: & lepræ maculā diiudicare.

Marginalia: A — 2. Par. 24. b. — † vel singulis noto suo. — B — Marc. 16. d. — † l. gabant vel signabant argētum quod non erat signatū, curabant illud signari, quò possent artifices emere ligna & cætera necessaria. — † crateræ argenteæ. l. psalteria, pelues. — C — D — Ephes. 4. c. — † ruinas, vel loca fracta & diruta, & infra. — 2. Par. 24 d. — † Consenserūt que sacerdotes non. — † arcam cuiusdam, vnius, & infra. — E — † reposcebatur ratio vbi. — F — Psal. 140. — Esa. 58. a.

a sacerdotes † iuxta ordinem suum, vt instaurent, † sartatecta do- [1] b mus, siquid necessarium viderint instauratione. Igitur vsque ad [2] vicesimumtertium annum regis Ioas, non instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex Ioas Ioiadam pontificē & sacerdotes dicens eis: Quare sartatecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem ve c strum, sed ad instaurationem templi reddite eam. † Prohibitique sunt sacerdotes vltra accipere pecuniam a populo, & instau d rare sartatecta domus. Et tulit Ioiada pontifex † gazophylaciū e vnum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum domini, mittebantque in eo sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniā, quæ deferebatur ad templum domini. Cumque viderent nimiā pe [3] f cuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis, & ponti [4] fex: † effundebantq; & numerabant pecuniam, quæ inueniebatur [5] in domo domini, & dabant eam iuxta numerum atq; mensuram in manu eorum, qui pręerant cęmentariis domus domini. Qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cęmētariis his, qui operabantur in domo domini, & sartatecta faciebāt, & in his, qui cędebant saxa, & vt emerent ligna & lapides, qui excidebantur, ita vt impleretur instauratio domus domini in vni- g uersis, quæ indigebant expēsa ad muniendam domum Verun [6]

a ¶ Aquam diuinæ sapientiæ continentes.

h tamen non fiebant † ex eadem pecunia hydriæ tēpli domini: i & † fuscinulæ & thuribula & tubæ omne vas aureum & argen k teum de pecunia, quæ inferebatur in tēplum dñi. Iis enim, qui l faciebant opus, dabatur vt instauraretur tēplum dñi. Et nō † fie m bat ratio iis omnibus, qui accipiebant pecuniā, vt distribuerent

a ¶ Vnde in Exod. quando tuleris summam filiorum Israel, dabunt singul. pretium pro animabus suis, & non erit pla.

n eā artificibus: sed in fide tractabāt eā. Pecuniā vero pro delicto,

Anno

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt instaurent sartatecta domus, &c. *id est, fissuras, quæ indigebant reparatione, maximè in tectis templi, quæ erant magis exposita imbribus & ventis. Et dicitur sartumtectum a sartio tis, quod facit sartum in spino, & tectum tecti.*

2 Igitur vsque ad vicesimumtertium annum, &c. *Hic consequenter ponitur negligentia prædicti præcepti, & remedium cōtra hoc per regem & pontificem, & patet litera.*

3 Cumque viderent nimiam pecuniam, &c. *Hic cōsequenter ponitur perfectio operis ex pecunia a populo accepta cum dicitur:* Cumq; viderent nimiam, &c. *ita q indigebat euacuatione, vt sic alia pecunia ibidem reciperetur.*

4 Ascendebat scri. &c. *vt negotiū certius fieret & absq; suspiciōe.*

5 Et dabant eam iuxta, &c. *vt instauratio domus domini compleretur, & patet litera vsque ibi.*

6 Veruntamen non fiebant, &c. *& hoc est dictum, quod illa pecunia non erat ad hoc ordinata, sed ad reparationem templi, vt dictum est, veruntamen quia completo illo opere remansit aliqua pars pecuniæ de illa facta sunt aliqua vasa templi aurea & argentea, vt habetur 2. Paral. 25. d. Cætera patent in litera.*

Tunc

& pecuniam pro peccatis non inferebant in templum domini, quia sacerdotum erat. Tunc 1 ascendit Hazael rex Syriæ & pugnabat contra 2 Geth, cepitque eam. Et direxit faciem suam, vt 3 ascenderet in Ierusalem. Quamobrem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ conse- 4 crauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, & vniuersum aurum quod inueniri potuit in thesauris templi domini, & in palatio regis, misitque Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusalem. Reliqua autem sermonum Ioas & vniuersa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in li- 5 bro verborum dierum regũ Iuda? Surrexerunt 6 autẽ serui eius & coniurauerũt inter se, percusseruntq; Ioas in domo Mello in descẽsu Sella. 7 Iozachar naq; filius Semaath & Iosabad filius Somer serui eius percusserunt eũ, & mortuus 8 est. Et sepelierunt eũ patribus suis in ciuitate Dauid. Regnauitque Amasias filius eius ꝓ eo.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc ascendit. *Hic describitur aduersitas regni, quando Ioas cœpit viuere insolenter, quia mortuo Ioiada principes volentes regi adulari exhibuerũt sibi honores soli Deo debitos, quibus acquieuit rex, in hoc vsurpans sibi honoem diuinum, quod cum argueret Zacharias filius Ioiadæ, de mandato regis lapidatus fuit in atrio domini, vt habetur 2. Paral. 24. f. Dicit autem Ra. Sa. quòd hoc principes dixerunt regi, quòd eßet dignus honore diuino, quia sex annis fuerat in templo domini nutritus, qđ nõ fuisset, nisi in eo esset aliquid diuinũ, quia si aliquis intrasset locum illum ẽt per momentum temporis, præter illos qui habebant loci custodiam, erat in periculo mortis, quibus rex acquieuit in personæ suæ, & regni sui detrimentum, propter quòd a Deo punitus fuit primo afflictione, & secundo morte, ibi:* Surrexerunt autem. *Circa primũ dicitur:* Tunc ascendit. *idest, postquam rex vsurpauerat sibi honorem diuinum modo prædicto, & interfecerat Zachariam.*

Diuisio.

2 Et pugnabat. *Ista ciuitas erat in terra Philisthinorum.*

3 Cepitq,. *2. Paral. 24. f. dicitur, ꝙ Ioas cum maxima multitudine exiuit contra Syros, & a modico populo fuit debellatus, & populus eius occisus pro magna parte, & ipsemet viliter tractatus, propter quod ad suam liberationẽ tradidit ea, quæ non licebat, quod notatur cum dicitur.*

4 Quæ consecrauerant. *Illa enim, quæ semel erant consecrata domino, non poterant vltrà alijs vsibus applicari, vt habetur Leuit. vlt.*

5 Surrexerunt. *Hic consequenter additur pœna mortis, quia addiderat peccata peccatis, cum dicitur.*

6 Percusseruntq;. *i. in ꝓpria domo, illũ. n. locum ædificauit Salomõ ad dilatationẽ habitationis vxoris suæ, sicut dictum fuit sup. 3. li. c. 11.*

7 Iozachar namq;. *Iste fuit Ammonites, & socius suus Moabites, vt hẽtur 2. Par. 25. qđ diuino iudicio factũ fuit, vt dicit Ra. Sa. vt a sibi similibus in peccato occideretur. Ioas. n. fuit valde ingratus beneficiis Ioiadæ, cuius filium interfecit, vt dictum est, & eodẽ modo Ammonitæ & Moabitæ, qui descenderunt de Loth, fuerũt valde ingrati beneficiis Abrahæ, qui exposuit se periculo pugnando cotra quinque reges, ut liberaret Loth de manibus eorum, vt habetur Gen. 14. Potest etiam dici, quòd fuerunt valde ingrati ipsi Ioas, quia cum essent extranei, fecerat eos sibi familiares, & valde potentes in regno suo.*

8 Et sepelierunt. *quantum ad locũ in generali, s. in ciuitate Dauid: non tamen cũ patribus suis quantum ad locum sepulturæ in speciali, quia non fuit sepultus in sepulchris regum, vt habetur 2. Paral. 24.*

CAP. XIII.

a Anno vicesimo tertio Ioas, &c. ✻ Iosephus. Israelitarum principatu potitus est Ioachaz filius Iehu in Samaria, patris quidem sui nec imitator existens: impiè verò gerens, sicut & primi reges, qui Deum spreuisse videbantur. Hũc autẽ humiliauit, & contriuit Syrorum rex. Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abstulit, & eius milites trucidauit. Hæc passus est Israelitarum populus secundum Elisei prophetiã, quando Azazel prædixerat: regnaturũ super Syros & Damascenos. Cumq; Ioachaz in his anxietat b. ad preces Dei supplicationesq; confugisset, rogans vt eum de manibus Azael liberaret, nec pateretur, vt sub illius ditione viueret: Deus pœnitẽtiam pro virtute suscipiẽs, & corripere magis quã perdere hominẽ huiusmodi volens: concessit ei quatenus belli pericula declinaret. Pace itaque potita prouincia, rursus ad statũ pristinũ copiamque reuersa est.

lib. 7. Antiq. cap. 8.

A B C D E F

CAP. XIII.

Anno vicesimotertio Ioas filij Ochoziæ regis 1 Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria decẽ & septem annis. Et fecit ma- 2 lum coram domino, secutusq; est peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis. Iratusque est furor do- 3 mini contra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael, cunctis diebus. Deprecatus est autem Ioachaz faciem domini, & audiuit eum dominus. Vidit enim angustias Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ. Et dedit dominus Israeli saluatorẽ, & liberatus est de manu re- 4 gis Syriæ. Habitauerũtq; filij Israel in tabernaculis suis, sicut heri & nudiustertius. Verũtamẽ nõ recesserunt a peccatis domus Ieroboã, 5

Eliseus

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIII.

1 Anno vicesimotertio. *Hic consequenter describitur regum Israel successio, & secundo Elisei mors & tumulatio, ibi:* Eliseus autem. *Circa primum primo ponitur Ioachaz: regis Israel malitia, cùm dicitur.*

Diuisio.

2 Et fecit malum. *& subditur sequens pœna, cum dicitur.*

3 Iratusq; est furor. *id est, rigor iustitiæ diuinæ ad punitionem culpæ, & additur ipsius Ioachaz pœnitentia, docente cum pœna, cum dicitur.* Deprecatusque est Ioachaz, &c. *sequitur.*

4 Et dedit. *Quis autem fuerit iste saluator, scriptura non exprimit, & ideo circa hoc variè dicitur: Dicit enim Rab. Sa. quòd fuit Ioas filius Ioachaz, qui percussit ter Syriam, vt habetur infra eo. cap. Sed hoc non consonat literæ sequenti, quia illæ tres percussiones fuerunt post mortem Ioachaz: hic autẽ dicitur de ipso:* Et liberatus est de manu regis Syriæ, &c. *propter qđ oportet dicere, quod iste saluator ei datus fuit in vita ipsius. Potest igitur cõuenienter dici, quod iste saluator fuit angelus regno Israel prælatus, quia angeli singulis regnis prælati procurãt bonum regnorũ suæ custodiæ deputatorum, vt hẽtur Dan. 10. propter quod iste angelus de ordinatione diuina impediuit ex tunc cõtra Ioachaz consurgere bella, ita, quod quamuis non haberet populum & virtutẽ resistendi aduersariis, secundũ quod subdit infr.* Et non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, &c. *tñ virtute angeli hominibus occulta fuerũt aduersarii eius repressi per timorem eis immissum. Vel alio modo, ita quod dimiserunt Ioachaz et populum eius in pace, & in hoc concordat dictum Iosephi. di. quod dominus concesserat ei euadere pericula belli.*

5 Veruntamen nõ recesserunt a peccatis domus. *colendo vitulos, ne populus Israel rediret ad regnum Dauid, si ascenderent in Ierusalem adorare.*

Siquidem

MORALITER.

1 *Anno vicesimotertio Ioas filii, &c.* Hic non apparet mihi aliquod quod exponendum mysticæ notabilitatis alicuius vsque ad locum illum.

† *Eliseus*

qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt. Siquidem [1] & lucus permansit in Samaria. Et non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem milia peditum. Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ. Reliqua autẽ sermonum Ioachaz, & vniuersa, quæ fecit, sed & fortitudo eius [2] nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitque Ioachaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria, regnauitque Ioas filius eius pro eo. Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sedecim annis, & fecit, quod malum est in conspectu Domini. Non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit. Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa, quæ fecit, sed, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amasiam regem Iuda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis, Ieroboam autem sedit super solium eius. Porro Ioas sepultus est in Samaria cum regibus Israel. (a) Eliseus autem [3] ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est. (b) Descenditque [4] ad eum Ioas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque, Pater mi, pater mi, currus Israel, [5] & auriga eius. Et ait illi Eliseus, Affer arcum, & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum, & sagittas, dixit ad regem Israel, Pone manum [6] tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, (c) superposuit [7] Eliseus manus suas manibus regis, & ait: (d) Aperi fenestram [8] orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus, Iace sagittã, [†] & iecit. Et ait Eliseus, (e) Sagitta salutis domini, & sagitta salutis [9] contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphec donec consumas eam. Et ait, (f) Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei, Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vici- [10]

a ¶Rab. prædicatio sancta.

a ¶Id est, in continendo, vel apprehendendo.

A a *Eliseus au.* RAB. Redẽptor noster rectorib. ecclesiæ armis spiritualibus se indui, & contra hostem antiquum præcipit præliari. Arcus sacrum est eloquiũ, quod ex vtroque testõ velut ex cornu, & chorda ꝯstat. Per vetus quippe test. figuratur cornu pp duritiam, per no. vero, quod incarnato domino factum est, figuratur chorda. & dũ chorda trahitur, cornu curuatur, quia cũ nouum testamentũ discutitur, vetus à rigore suo ad intellectũ spiritualem flectitur. Sagittæ sunt verba, quæ doctores proferunt. Nos ergo cum scripturæ sacræ dicta pensamus, arcum intendimus, cum verba doctrinæ damus, sagittas emittimus.

Rabbanus. Angelom.

B b *Descenditque ad eum Ioas, &c.* ✠ IOSEPHVS. Iste fuit bonus, & in nullo paternæ naturæ cõsimilis. Cum Eliseus ægritudinẽ incurrisset, venit Israelitarum rex visitare eum. Et dum eũ in nouissimis inuenisset, flere cœpit eo vidente, & ingemiscere, patrẽque, & scutum sui regni vocare, præter eum se dicens nunquam contra hostes armis egisse, sed illius prophetia sine dimicatione vicisse, qui dũ à vita discederet, Hebræos Syris, & a- C lijs inimicis captiuãdos reliqueret. Quapropter nec ipsam vitam securam vlterius fore dicebat, sed gratum sibi esse, vt cum eo à præsenti luce recederet.

L. 9. anti. c. 8.

✠ THEODORETVS. Quamnam ob causam per iacula significauit futuram victoriã? Non tã credebant verbis, q̃ ijs quæ per facta fiebant prædicationibus. Arbitratus autem fore, vt sua sponte multa iaceret, ait primo emisso, Iaculum salutis Domini, &c. D

Quæst. 43.

c *Superpo.* RAB. Exemplis suis dominus actiones doctorum dirigit, & confortat.

d *Aperi fe.* RAB. Lumĩe sciẽtię suos hortatur primum illustrari, & sic iacula verborum mittere.

e *Sagitta.* RAB. Prędicatio sancta certissima est interfectio spiritualium hostiũ si perseueranter agitur. vnde non debet doctor propter auaritiã negligere animarum curam, sed magis per pietatem ad æternam ptætẽdere requiem, quod E significat Aphec. interpretat' enim continebit. vel apprehẽdet. vnde Apostolus enumeratis vitijs subintulit, *Tu autem homo Dei hęc fuge, sectare vero iustitiam, & pietatem, & apprehende vitam æternam.*

1. Tim. 6. b.

f *Tolle. Qui cum.* RA. Doctoribus pręcipitur iaculo prædicationis terram, id est, carnales percutere. Tribus vicibus terram iaculo percutere, est trinitatis fidẽ carnalibus per doctrinam insinuare. Postea doceantur quinque sensibus corporeis imperare, F bonisque operibus, quæ per sex exprimuntur studium impendere, nec nõ scientiam spiritualem instanter meditari, quam septiformis spũs ad salutẽ humani generis gemino testamento edidit. Qui autẽ, solã fidẽ sufficere credunt ad salutem, recte arguuntur, quia secundũ Iacob

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Siquidem, & lucus.* hoc erat de reliquijs cultus Baal, vituli enim aurei nõ erant in Samaria, sed in Dan, & Bethel, sicut dictum fuit supra. 3. lib. 12. c. sed in Samaria fuerat templum Baal, quod destruxit Iehu, sicut habetur sup. 10. c. Sed lucus, qui erat plantatus prope illud templum, in quo exercebatur luxuria, remanserat ꝯ legis mandata, q̃ pcepit lucos excidi, sicut, & tẽpla idolorũ subuerti. Cætera patẽt in litera vsq; ibi.

2 *Et forti.* De qua pugna dicetur magis c. 2.

3 *Eliseus au.* Hic consequenter describitur mors Elisei, & eius tumulatio, & primo describitur signum ab eo datum, cũ esset morti propinquus. secundo cum iam esset mortuus, ibi *Mortuus est ergo.* Circa primum dicitur.

4 *Descenditque ad eum.* quia vita Elisei multũ valebat ad defensionem sui regni.

5 *Currus Israel, & auriga eius.* exponatur sicut supra 2. cap. Cui compassus Eliseus dixit.

6 *Pone manum tuam.* ad tendendum ipsum.

7 *Superposuit.* ad ostendendum, quòd meritis ipsius daretur regi signum victoriæ.

8 *Aperi fene.* in illa enim parte erat regnum Syrię, quod molestabat regnum Israel.

9 *Sagitta sa. do.* id est, emissio huius sagittæ signat victoriam pro populo Israel, & contra Syros.

10 *Percute.* Ista percussio designat percussionem populi Syriæ à populo Israel, vt patet ex sequentibus.

4 De- Sit

MORALITER.

3 *Eliseus autem ægro.* Sequitur.

6 *Dixit ad re.* Per Elisei verba cõsequenter hic posita, demõstratur, quid bonus princeps facere debeat, & etiam bonus prælatus, qui potest dici rex à regendo in spiritualibus.

6 *Pone manum tuam.* Per hoc enim ostenditur officium principis, & prælati circa subditos, quod est debite iustitiã exercere. Nã per lignũ arcus, quod est rigidũ, designat' iustitię rigor, per chordam autem, quę mollis est, misericordię dulcor, & per hoc, q lignũ rigidũ per chordam mollem curuat', significatur, quòd in dubijs declinandum est magis ad misericordiæ dulcorem, quàm ad rigorem iustitię, Iac. 2. c. *Misericordia superexaltat iudicium.* Et, hic dicitur, quod [illegible], idest, clemens, est diminutiuus pœnarum.

† *Iace sagit.* per quam intelligitur sententia procedens ex iustitia misericordia temperata. ideo subditur.

9 *Sagitta sal. do.* qa talis sentẽtia ꝯformat' diuinę voluntati.

9 *Et sagitta salutis contra Syriam.* quę interpretatur excelsa, quia talis sententia reprimit extollentiam superborum.

10 *Rursum dixit ei, percute ia. ter.* Per qđ ostenditur, quòd bo- † nus

Iaco. 2. d. Iacob. *Fides sine operibus mortua est.*

A a *Quod cum.* ✱ IOSEPHVS. post non multum vero tempus & propheta defunctus est, vt iustitia famosissimus, & in Dei laudibus, & studijs, valde praeclarus. Miraculū nāque, & inopinabilia opera per suas prophetias ostēdit, & apud Hebrços memoriam claram, & magnificam sepulturam habere promeruit, & qualem viro, ita religioso decebat impendi. Illo siquidē tempore contigit, vt quidam latrones in Elisei sepulchrū, mortuum quem ipsi videbantur interfecisse, proijcerēt, cuius cadauer dum eius fuisset corpori sociatum continuo suscitatum est. (L. 9. antiq. c. 19.)

B ✱ THEODORET. Propheta etiam mortuus mortuum suscitauit, qui ei appropinquarat, vt vel ipsum corpus testaretur, qđ acceperit duplicem magistri gratiam. (Quaest. 43.)

✱ HIERONYMVS. Sepulchrum Abdiae vsque hodie cum mausoleo Elisei prophetae, & Ioannis Baptistae, in Sebaste veneratioи habetur. (In 1. c. Abd.)

C ✱ IDEM. Vidit Paula Samariā Ibi siti sunt Eliseus, & Abdias propheta, & Ioannes Baptist. Vbi multis intremuit cōsternata mirabilibus, namque cernebat varijs dęmones rugire cruciatibus, & ante sepulcra Sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibillare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, Paula vidit. (Epist. ad Eustoch.)

D ✱ AVGVST. Si quis sanctorum reliquias non honorandas esse dixerit, ille non Christianus, sed Eunomianus, & Vigilantianus creditur. (l. de ecc. dog. c. 73.)

RAB Resurrectio cadaueris per contactum ossium Elisei, significat, quòd quicunque firma fide tāgit mortem Christi, & spem suam veraciter in eo collocat, sine dubio particeps erit resurrectionis eius. vnde. *Ego sum resurr. & vita.* (Ioh. 11. c.) *Postquā obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, adorauerunt regē, &c.* Dicūt Iudei sicut Deū regē adoratum, & honores supra humanum modum à subditis libenter accepisse. vnde iram Dei subito expertus est, sicut Herodes. *Non est Deus in Israel.* quia omnes noxij erant, & idololatria polluti, Has duas glo. ex 24. Paralip. transumptas vide, & potius ibi, quam hic habere locum.

E

bus, & stetisset, iratus est contra eum vir Dei, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percuties eam. Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum. † Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso † anno. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchrum Elisei. † Quod cum tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos. Igitur Hazael rex Syriae afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz. Et misertus est dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham, & Isaac, & Iacob, & noluit disperdere eos, neque proiicere penitus vsque in praesens tempus. Mortuus est autem Hazael rex Syriae, & regnauit Benadad filius eius pro eo. Porro Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadad filii Hazael quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure praelii. Tribus vicibus percussit eum Ioas, & reddidit ciuitates Israel.

† sequenti. †Sic legunt veтera cōsentientibus Hebręis quod ampulauit, & tetigit ossa Elisei, & reuixit. †Castra, vel exercitus, & infra. siue septies.

F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Si percus.* Erat enim reuelatum Eliseo, quòd si rex multoties percuteret terram absque interruptione, quòd totaliter deiiceret Syriam, non tamen habebat licētiam dicendi hoc regi, sed solum videndi, quod faceret, vt per hoc haberet certum signum, quid futurum esset, ideo sequitur.

2 *Nunc au.* Spiritus enim sanctus tāgit corda prophetarum eo modo quo vult, & ideo aliquando reuelat aliquid futurū in generali, tantum, & postea in particulari, sicut patet hic. primo fuit reuelatum Eliseo, quod si rex multoties percuteret terram, deleret Syriam, non tamen fuit sibi reuelatum quoties esset percussurus, sed postquam percusserat ter, & cessauerat reuelatum fuit Eliseo, quod percuteret Syrios tātum tribus vicibus, & in bellis particularibus.

3 *Mortuus.* Hic consequēter describitur signum factum per Eliseum post mortem eius, cum subditur.

4 *Quod cum.* ad declarandum merita ipsius Elisei. Caetera patent vsque ibi.

5 *Et reg.* Sic. n. scribit' hic in Hebraeo. & ita dicit Hiero. q, dēt scribi, ille aūt Benadad, q. pcessit Hazael, scribit' p, b, in fine.

CAP.

MORALITER.

† nus princeps, vel prelatus debeat facere circa seipsum. p terram. n intelligitur caro, quae de terra est a domino. Terra ergo percutitur, quando tria carnis vitia reprimuntur, scilicet, acedia. vñ Mat. 26. d. *Spiritus qui dem prōptus est, caro autem infirma,* Et gula, & luxuria. Sed in hac percussione sistitur, quando minus perfecte caro maceratur, propter quod sic percutiens per prophetam increpatur, cum subditur.

1 *Si percus. Mortuus est.* Sequitur.

4 *Et pro.* per Eliseū, qui Dei mei salus interpretatur, Dominus noster Iesus Christus significatur, per hoc ergo, q, mortuus ossa tangens Elisei reuixit, significatur, q, mortuus morte culpae, si fideliter, & deuote tangat Christum mortuum p compassionem, redit ad vitam gratiae, & idem fuit significatum Nume. 21. in aspectu serpentis aenei.

† MORA-

1 Siper

CAP. XIIII.

IN anno secundo Ioas filii Ioachaz regis Israel regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda. Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset. Viginti autem, & nouem annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Ioadan de Ierusalem. [a] Et fecit rectum coram domino, [1] veruntamen non, vt Dauid pater eius. [2] Iuxta omnia, quæ fecit Ioas pater suus fecit, [3] nisi hoc tantum, quod excelsa non † abstulit. Adhuc enim populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. Cumque obtinuisset regnum, [4] percussit [5] seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum, filios autem eorum, qui occiderant, non occidit, iuxta verbum, quod scriptum est in libro legis Moysi, † sic præcepit dominus dicens, † Non morientur patres pro filiis, neque filii pro patribus; sed vnusquisque in peccato suo morietur.

¶ Amasias.   a ¶ Vetus æditio, quasi nomen regionis Gemelam posuit.

[b] Ipse percussit Edom in valle Salinarum decem milia, [6] & apprehendit † [c] Petram in prælio, [7] vocauitque nomen eius [d] [8] Iectheel vsque in præsentem diem. [9] Tunc misit Amasias nuncios [10] ad Ioas filium Ioachaz filii Iehu regis Israel, dicens, [e] [11] Veni, & videamus nos. Remisitque Ioas rex Israel ad Amasiam re-

---

A IN anno se. a *Et fe.* RAB. Amasias fecit bonum in conspectu domini, sed nō corde perfecto, bona quippe opera, quæ placent Deo fecit, sed nō corde perfecto, quia sub simulata specie coram hominibus ostendebat, & sic coram Deo accepta non erant.

b *In val.* RAB. Vallis Salinarum erat vbi sal faciebant. Vel cœno salsuginis deciso, & siccato, & incēso. Vel aquis puteorū salsis feruefactis, & vsque ad salis firmitatē coquendo perductis. Vel alio quolibet ordine quo sal fieri consueuit.

c *Petram.* RAB. Petra ciuitas est Arabiæ B nobilis in terra Edō, quæ in li. Nu. Reçem dicitur, & à Syris sic appellatur. Sed Iosephus non ciuitatē dicit, sed magnam petram in Arabia constitutam.

✠ IOSEPHVS. Amasias eligens exercitū de Iuda, & Beniamin quasi trecenta milia, constituit super eos Centuriones, mittésque ad regem Israelitarum, conduxit cen- C tum talentis argenti centū milia armatorum. Deliberaue- at enim, vt Amalechitarū gentibus, & Idumæis, & Gabaonitis inferret bellū. Cumque esset in procinctu, suasit ei ꝓpheta, D vt dimitteret Israelitarum exercitum, qui esset impius, & Deus eū vinci ꝑdiceret, atque suorū solūmodo solatijs vteretur, & hostib. ꝓualeret volēte Deo. Et dimisit, cedens ēt quas dederat mercedes, & vicit, & decem milia occidit, & totidem viuos captos ex magna petra præcipitauit. Prædam autem & diuitias ex his gentibus abstulit infinitas. Victoria autem elatus, Deū omnium authorē cœpit spernere, ac Deos illos quos de Amalechitarum prouincia vexerat, adorare.

d *Iecthel.* Quod Amasias victor nomen F imposuit, interpretatur cœtus Dei, vel auxilium Dei, agēte eo fideliter, vt præsentis videretur memoriæ, quod hanc, vel cœtus populi Dei, vel Deo adiuuante ceperit.

e *Veni videamus nos.* ✠ IOSEPH. Amasias dum se abstinere non posset in rebus felicibus constitutus, scripsit ad regem Israelitarū Ioas, vt ei obediret, & populus eius vniuersus, sicut prius obediebāt parentibus eius Da- E uid, & Salomoni. Quod si parere nollent, scirent quia bello terminum causæ perciperet, &c.

Margin: † Deu. 24. c. 2. Pa. 24. a. — L. 9. an. c. 9. — † 2. Pa. 25. a. — Rabbanus. Angelom. — † abstulerunt. — † in quo. l. 9. anti. c. 10. — ‡ Sela nomen vrbis.

Percus-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

IN anno se. *Hic consequenter tangitur de hoc, quod factum est tempore Amasiæ regis Iudæ. & primo describitur regni eius persecutio. secundo regni Israel successio ib*, Anno quinto decimo. *Prima in duas, quia primo describitur regnum Amasiæ tempore prosperitatis. Secundo tempore aduersitatis, ibi*, Tunc misit Amasias. *Circa primum describitur ipsius vita, cum dicitur.*

1 Et fecit. *respectu regū Israel, qui erant imperfecti, ideo subditur.*

2 Veruntamen non, vt Dauid pater eius. *q fuit valde ꝑfectus.*

3 Iuxta omnia, quæ fecit. *sicut supradictum est c. 12. quod nec ēt Ioas pater eius abstulit excelsa. & ideo istud*, Nisi hoc tantum, &c. *non potest referri ad literam immediate præcedentem, sed refertur ad, id quod dicitur*, Fecitque rectum coram domino. Nisi hoc tantum, &c. *& tunc patet litera.*

4 Cumque obtinuisset. *in pace, & quiete, & ita quod tunc poterat facere iustitiam absque periculo perturbationis regni.*

5 Percussit ser. *Filios autem eorū, qui occiderant non occidit, sicut scriptum est in lege Domini. Deu. 24. c.* Non morientur patres pro filijs, nec filij pro patribus, &c. *sequitur.*

6 Et apprehendit. *Dicunt hic aliqui, quod petra est nomen cuiusdā ciuitatis. Alij autem dicunt, & verius, vt videtur, quod est nomen cuiusdam petræ præruptæ vbi interfecit plures de Idumæis, secundum quod habetur. 2. Paral. 25.*

7 Vocauitque no. *idest, illius Petræ.*

8 Iectheel. *signat in Hebræo acredinem dentium, quia illi, qui interfecti sunt, ibi stridebant dentibus ex horrore mortis, & dolore.*

9 Tunc. *Hic consequenter describitur regnum eius tempore aduersitatis, & primo agitur de eius debellatione. secundo de eius occisione, ibi* Factaq; est. *Circa primum sciendum, quod Amasias ex victoria, quam habuit contra Idumæos, eleuatus fuit in superbiam, ex hoc iusto Dei iudicio permissus est cadere in idololatriam, quia idola Idumæorū, quæ ceperat, reseruauit sibi, & coluit, nec ad reprehensionem prophetæ se correxit, sed de morte sibi comminatus fuit, vt habetur 2. Para. 25. pp quod in tantā ꝑsumptionem permissus est cadere, quod prouocauit Ioas regem Israel ad præliū, vt sic eius superbia confunderetur, & hoc est, quod dicitur.* Tunc. *i. post prædictas nequitias ab eo perpetratas.*

10 Misit Ama. *prouocando eum ad prælium. ideo subditur.*

11 Veni, & vi. *nos in bello die statuto.*

Margin: Diuisio.

Carduus

MORALITER.

1 *In anno secundo.* Sequitur.

6 *Ipse per.* Edom interpretatur terrenus, & ideo per Amasiā qui percussit Edō, significat in religione professus, qui viuēdo sine proprio terrenis abrenuntiat. & sic Edom superat in valle Salinarum, quia talis profitetur viuere in valle humilitatis, & obedientiæ, & ēt in castitate, q̄ per Salinas significatur, quia sicut sal præseruat carnes à putrefactione corporali sic castitas corpus, & animā à putredine peccati. Vn̄ per oppositum de luxuriosis dr̄ Iohel. 1. d. *Computruerunt iumēta in stercore suo.* Quod exponens GREG. dicit, Iumēta in suo stercore putrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire.

9 *Tunc misit.* Ex victoria enim ꝙ Edom in superbiam eleuatus fuit, & sic contra regem Israel pugnare voluit, vnde sibi male cōtigit. Per hoc igitur significat religiosum de prælatione sui status superbientem, & seculares aliquando meliores ipso contemnentem, similem Pharisæo, qui dicebat de seipso Luc. 18. a. *Non sum, sicut cæteri homin. rap. adul. &c.* Et quia sic per superbiam eleuatur, ad obtinendum ecclesiæ gradū indebitum sibi conatur, propter quod dicendum est ei à superiori, quod subditur.

a *Percussusque est Iuda, & cæter.* ✠ IOSEP. Dum prælium essent commissuri milites Amasiæ repentinus terror, & stupor inuasit, qualem non propitius Deus immitteret, & antequam venirent ad manus, in fugam animi pauore conuersi sunt.

✠ CHRYSOS. (Hom. 1. in Matth.) Aduerte, quicunque regum placuerant Deo, diutius regnauerunt, & prosperati sunt, & inimicos eorũ humiliauit Deus sub manibus eorum. Quotquot maligne gesserunt, velociter & à regno, & à viuis, cum amara morte præcisi sunt, & humiliauit illos Deus sub inimicis eorum. (4. Para. 26.)

b *Ipse restituit terminos Isr. &c.* RABBANVS. (Rabbanus. Angelom.) De Ieroboã dicit, *Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath, vsque ad mare solitudinis.* Emath quæ nunc Epiphania dicitur, septentrionalis erat terminus Israel. Mare autem solitudinis, mare mortuum est, quod in latitudine per stadia quingenta octuaginta vsque ad Zoaros Arabiæ, in longitudine centũ quinquaginta, vsque ad vicinia Sodomorum pgreditur. Igitur Ieroboam castra metatus contra Syrios, omnem eorum prouinciam (sicut Ionas prophetauerat) deuastauit.

c *Quæ est in Hepher* turris erat non longe à templo, enormis magnitudinis, & altitudinis vnde Hepher dicitur, idest, tenebrarum, siue nubea, eo quòd vsque ad nubes caput erigat, quæ in Zacharia, turris nebulosa vocatur. (Zachar. 4. & Mich. 4. c.)

gem Iuda, dicens, Carduus Libani misit ad cedrũ, q̃ est in Libano, dicẽs, Da filiã tuã filio meo vxorẽ. Transieruntq; bestiæ saltus, q̃ sunt ĩ Libano, & conculcauerunt carduũ. Percutiens inualuisti sup Edõ, et sublenauit te cor tuũ. Cõtẽtus esto gloria, & sede in domo tua. † Quare prouocas malũ, vt cadas tu, & Iudas tecũ? Et non acquieuit Amasias. Ascẽditq; Ioas rex Israel, & viderũt se ipse, & Amasias rex Iuda ĩ Bethsames oppido Iudæ. Percussusq; est Iuda corã Israel, & fugerunt vnusquisq; in tabernacula sua. Amasiã vero regẽ Iuda filium Ioas filii Ochoziæ cepit Ioas rex Israel in Bethsames, & adduxit eũ in Ierusalem. Et interrupit murũ Ierusalẽ, à porta Ephraim vsq; ad portam anguli, quadringẽtis cubitis. Tulitq; oẽ aurum, & argentum, & vniuersa vasa q̃ inuenta sunt in domo dñi, & in thesauris regis, & * obsides, & reuersus est in Samariã. Reliqua autẽ verborum Ioas, q̃ fecit, & fortitudo eius, qua pugnauit contra Amasiam regem Iuda, nonne hæc scripta sunt ĩ libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israel, & regnauit Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel † viginti quinque annis. Reliqua autem sermonum Amasiæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Factaque est cõtra eum coniuratio in Ierusalem. At ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi, & asportauerunt in eqs sepultusque est in Ierusalem cum prib. suis in ciuitate Dauid. † Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim, & cõstituerunt eum regem pro patre eius Amasia. Ipse ædificauit Ailam, & restituit eam Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo Amasiæ filii Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria quadraginta, & vno anno, & fecit, quod malum est coram domino. Nõ recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis iuxta sermonẽ domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de † Heth, quæ est in Hepher. Vidit enim

CAP.

Marginal notes: * filios. † quindecim. † vel Geth Hepher.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Carduus Li.* Carduus est herba humilis, & spinosa, & secundũ quod dicit Ra. Sal. hic signat Emor patrem Sichem, qui erat infidelis. Cedrus autem signat Iacob, qui fuit patriarcha magnus, cuius filiam, s. Dinam, petiuit Emor pro Sichem filio suo vxorem, vt habetur Gene. c. 34. Bestiæ vero saltus ↄculcantes carduũ signant filios Iacob, qui interfecerunt Emor, & Sichem, & eorum populũ. Tempore enim Ioas, & Amasiæ inter Iudæos currebat istud prouerbium, quando aliquis attentabat aliquid præsumptuosum, & ideo ipsum applicauit Ioas sibi, & Amasiæ, vocans seipsum cedrum, & Amasiã carduũ, & bellatores ipsius Ioas bestias saltus. ideo subditur.
2 *Quare prouo.* idest, bellum inter me, & te.
3 *Vt ca. tu.* quia non habetis virtutem standi contra me.
4 *Et non ac.* volens omnibus modis contra eum procedere. Cætera patent vsque ibi. 5 *Et interru.* vt ciuitas non posset alias sibi resistere. 6 *Et obsi.* idest, filios nobilium, ne patres eorum possent sibi rebellare. 7 *Vixit au.* In Hebræo habet 25. annis. & 2. Para. 25. c. dicitur similiter. Dicendum, quòd decẽ anni quibus Amasias fugiens de Ierusalem latuit in Lachis, tacentur hic in Hebræo. & 2. Para. c. 25. propter malitiã Amasiæ, & quia tunc non regnauit proprie. 8 *Factaque est cõ.* Hic consequenter agitur de occisione ipsius Amasiæ, quia licet mors eius sit prædicta, hic tamen subditur modus mortis, cum dicitur, *Factaque est cõtra eum coniuratio.* idest, cõspiratio. 9 *In Ieru.* quia ciues videntes murum ciuitatis interruptum, & ciuitatem spoliatam, & filios suos ductos obsides in Samariam occasione superbiæ eius, quia noluit desistere à bello contra Ioas, cœperunt tractare de morte eius.
10 *At ille fu.* quando percepit hunc tractatum. 11 *Miseruntque.* magnam multitudinẽ bellatorũ. 12 *Et inter fe.* pp mala ipsius prædicta. 13 *Tulit autem vniuersus populus Iudæ.* Iste vocatur Ozias 2. Para. 26. quia fuit binomius, & vt aliqui dñt trinomius, vt ibidem patet. 14 *Anno quin.* Hic consequenter describitur regum Israel successio, cum dicit, *Anno quintode.* s. patre suo Ioas mortuo, sed iã ante cœperat regnare tribus annis viuente patre suo, vt dicit Ra. Sa.
15 *Ipse resti.* terra. n. illa erat occupata à regibus Syriæ, sed ipse recuperauit iuxta sermonem domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam. Hoc non scribitur in prophetia Ionæ, quæ habetur in li. 12. prophetarum, quia illa pphetia solum loquitur de facto Niniue. Plura autem alia fecit, & prædixit iste Ionas, quia inunxit Iehu, & prędixit eũ destructurum domum Achab. prout dictum fuit, supr. 9. c. & filios Iehu regnaturos vsque in quartam generationem, vt habetur supr. 10. c. quæ non sunt ibi scripta. sicut, & Christus multa fecit, & dixit, quæ non sunt scripta in euangelio, secũdum, quod dicitur Io. vlt. g. Dicit tamen Ra. Sa. Quod hic dicitur, scribitur in prophetia Ione, per quandam similitudinẽ quia sicut per prædicationem Ionę infortunium ciuitatis Niniue mutatũ est in eufortuniũ, eo quod Niniuitę egerũt pęnitentiã, sic & hic dicitur. *Vidit. n. dominus afflictionem Israel amaram nimis, &c.* quæ conuersa est in consolationem tẽpore istius Ieroboã, vnde subditur. *Sed saluauit eos in manu Ieroboam &c.* & hoc fuit prædictum per Ionam prophetam.
16 *Qui erat.* sup. 3. li. c. 17. dicitur quod erat de Sareptha. q̃ fuit filius mulieris Sarepthanæ. Dicendum, quod hic nominatur de Geth, quæ est villa in regno Israel, & ibi fuit sepultus, & ab illo loco denominauit hic eũ scriptor huius libri.
17 *Quæ.* Ista Hepher est alia ab illa Hophir, q̃ est in India, vbi

MORALITER.

† *Contentus esto glo.* idest, in religione, quia tibi non expedit promoueri ad altiora. † p quod Beatus Franciscus interrogatus a Papa, si vellet, quod fratres sui promouerentur ad ecclesiasti-

A dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quod consumpti essent vsque ad clausos carceris, † & extremos, & non esset, qui auxiliaretur Israeli. Nec locutus est dominus, vt deleret nomen Israel de sub cœlo, sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. Reliqua autem sermonum Ieroboam, & vniuersa, quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus est, & quomodo restituit Damascũ, & Emath Iudæ in Israel, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo. D

† Vel carcere. † derelictos.

NICOLAVS DE LYRA.

vbi mittebat Salomon naues pro auro quærendo, vt habetur supr. 3. li. c. 10. Vnde, & in Hebræo prima litera huius Hophir est Ain: alterius vero prima litera est Aleph. Vsque

1 Vsque ad clau. *abiectos, quamuis enim talibus deberet parci, eo quod afflictis non est danda afflictio, reges tamen Syriæ non eis pepercerant quando eos ceperant, volentes conterere populum Israel. Cætera patent.*

MORALITER.

† siasticas dignitates, respondit, Domine fratres mei ideo vocati sunt minores, vt maiores fieri non præsumant, si vultis, quod faciant fructum in ecclesia Dei, dimittite eos in statu vocationis eorum, & ad dignitates ecclesiasticas ascendere nullatenus permittatis.

CAP. XV.

B Anno vicesi. a Azaria. RAB. ipse est Ozias, qui dũ sacrificare in templo vellet contra legẽ Mosi, percussus est lepra. Hic diabolũ significat, cui lepra iniquitatis insanabilis ẽ, qui cum maiora se appeteret, fœditate pessimæ lepræ notabilis effectus, de domo eiectus est, & perseuerat vsq; in finẽ leprosus separatus à populo Dei. Hoc regnãtẽ Esaias propheta oculos ad cœlũ C non leuauit, nõ sunt ei reserata cœlestia, sed postquã mortuus est. Dũ Pharao vixit, populus Israel ex luti, & palearũ opere non suspirauit ad Deum, sed post Pharaonis mortem ascẽdit clamor eorum ad dominum. Si ergo intelligas in Ozia, & Pharaone contrarias fortitudines, vi debis quomodo illis viuentibus, nullus nostrorum videat & suspiret, regnãte peccato, Aegyptijs extruimus ciuitates, & versamur in sordibus. Ozias ædificauit portam vallis, quæ superius porta Ephraim dicitur.

Eucher. Rabbanus. Angelom. Exod. 1. c.

CAPVT XV.

E

Anno vicesimo septimo Ieroboam regis Israel regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iudæ. Sedecim annorum erat cũ regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalẽ. Nomen matris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitque quod erat † placitum coram domino, iuxta omnia, quæ fecit Amasias pater eius. Veruntamẽ excelsa non † est demolitus. Adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. Percussit autem dominus regem, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ, & habitabat in domo † libera seorsum. Ioatham vero filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. Reliqua autem sermonum Azariæ, & vniuersa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Azarias cum patribus suis, sepelieruntque eum cũ maioribus suis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioatham filius eius pro eo. Anno trice- F

† rectum. † abstulerunt. † i. solitaria, & separata ab aliis domibus ¶ Azariæ.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XV.

Anno vicesi. Hæc est quinta pars principalis huius quarti libri s'm diuisionem in principio eius positam, in qua agitur de his, quæ tacta sunt sub Ozia rege Iuda, & Ioathan filio eius. Et diuiditur in duas, quia primo describit' regni Iudæ successio secundo regni Ioathan prosecutio ibi, *Anno secundo.* Prima in duas, quia primo ponitur dicta successio. secundo regum Israel frequẽs mutatio, ibi, *Anno tricesimooctauo* Circa primũ dicitur, *Anno vice.* Ex hoc patet, quod supradictum est, quod iste Ieroboam cœpit regnare adhuc viuente patre duobus, vel tribus annis, quia à morte patris sui vsque ad principiũ regni Oziæ, qui idẽ est, & Azarias, & Zacharias, ita quod fit trinomius, vt habetur 2. Para. 26. fluxerũt tantum vigintiquinque anni, loquẽdo de regno Oziæ quo incepit regnare mortuo patre, quia pater eius Amasias vixit vigintiquinque annis post mortẽ Ioas patris Ieroboam, & ille vicesimus quintus annus fuit, vicesimusseptimus regni Ieroboã, incipiẽdo eius regnũ à tẽpore quo cœpit regnare patre adhuc viuente.

Ozias trinomius fuit.

1 *Regnauit.* Tũc. n. cœpit regnare mortuo pr̃e, tamẽ tñ regnauerat per plures annos, vt dictũ est, & videbit' plenius infra.

2 *Fecitque* s. in principio regni sui, propter quod multum prosperatus fuit in regno, vt habetur 2. Parali. 26. sed postea superbia eleuatus, deprauatus fuit, propter quod dominus eũ percussit lepra, secundum quod subditur.

3 *Percussit autem.* ex superbia enim voluit ipse sibi vsurpare officium sacerdotale intrans templum ad thurificandum. Et cum à sacerdotibus ei diceretur, quòd hoc non spectabat ad eius officium, minabatur eis tenens thuribulum, propter quod subito fuit percussus lepra, & apparuit in fronte eius manifeste, propter quod sacerdotes statim eum expulerũt de templo, & ipsemet sentiens plagam domini, exiuit voluntarie timens ne peius sibi accideret, vt habetur. 2. Parali. 26.

4 *Et habi.* a frequentatione hominum, ideo dicitur 2. Paralip. quòd habitabat in domo separata, & propter hoc non veniebant ad ipsum iudicia, propter quod subditur, *Ioathan vero filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum ad placitum, &c.*

5 *Sepelierunt.* quantum ad locum in generali, non tamen in speciali, quia non fuit sepultus in sepulchris regum, sed tñ in agro regalium sepulchrorum, eo quòd esset leprosus, secundum, quod dicitur 2. Paral. 26.

6 *Anno tri.* Hic consequenter describitur regum Israel frequens mutatio. Iungebant enim se gentilibus regibus, & sic vnus interficiebat alium fultus auxilio infidelium, & regnabat loco eius. Et posset diuidi ista pars in sex, secundum sex reges sibi succedentes in paruo tempore, quorum primus fuit Zacharias filius Ieroboam, de quo dicitur hic. *Anno tri.* Dictum est in principio huius cap. quòd iste Zacharias, qui & Azarias, siue Ozias cœpit regnare mortuo patre suo anno. 28. Ieroboam regis Israel, qui Ieroboam regnauit quadraginta, & vno anno, vt habetur capitu præceden. ex quo patet, quod in morte eius Azarias regnauerat tantum 15. annis. Qualiter igitur potest esse verum, quòd Zacharias filius Ieroboam cœpit regnare. 38. anno Azariæ, quia videtur, quod deberet dici, anno 15. vel 16. Azariæ regnauit iste Zacharias. Ad quod dicendum, quòd in principio huius capi. accipitur principium regni Azariæ, quando cœpit regnare solus mortuo patre, vt dictum est. Sed ante cœperat regnare per 10. annos, quibus pater suus fugiens latuit, vt dictum est cap. præceden. & sic tempore mortis Ieroboam regnauerat 25. annis. Item à morte Ieroboam regnum Israel fuit gubernatũ, 13. annis per principes, eo quòd Zacharias filius Ieroboam erat puer paruulus, & sic anno 38. Azariæ regis Iudæ Zacharias filius Ieroboam cœpit regnare super Israel tanquam regens regnum per seipsum.

MORALITER.

6 *Anno tricesimoseptimo Ieroboam regis Israel re.* Huius regis historia breuiter hic scribitur, sed 2. Paralip. 15. perfectius ponitur, propter quod ibi ponetur expositio mystica, domino concedente. Reliqua vero huius capituli sunt descriptiones quorundam regum sibi succedentium, de quibus non apparet mihi aliquod notabile exponendum vsque ad illum locum.

simooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria sex mensibus, & fecit, quod malum est coram domino, sicut fecerant patres eius. Non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes, percussitque eum † palam, & interfecit, regnauitque pro eo. Reliqua autem verborum Zachariæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum regum Israel? Iste est sermo domini quem locutus est ad Iehu dicens, † Filii tui vsque ad quartam generationem sedebunt de te super thronum Israel. Factumque est, ita. Sellum filius Iabes regnauit tricesimonono anno Azariæ regis Iudæ, regnauit autem vno mense in Samaria. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa, venitque in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitque pro eo. Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius, † per quam tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Tunc percussit Manahem Thapsa, & omnes, qui erant in ea, & terminos eius de Thersa. Noluerant enim aperire ei. Et interfecit omnes prægnātes eius, & scidit eas. Anno tricesimonono Azariæ regis Iudæ regnauit Manahē filius Gadi sup Israel decē annis in Samaria, fecitque quod malū erat coram domino: Non recessit à peccatis Ieroboā filii Nabath, qui peccare fecit Israel cunctis diebus eius. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnū eius. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus, & diuitibus, vt daret regi Assyriorum, quīquaginta siclos argēti per singulos. Reuersusq; est rex Assyriorum, & non est moratus in terra. Reliqua autem sermonum Manahē, & vniuersa quæ fecit nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Manahem cum patribus suis. Regnauitq; Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azariæ regis Iudæ regnauit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria biennio, & fecit, quod erat malum coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. Coniurauit autem aduersus eum Phacee filius Romeliæ dux eius, & percussit eum in Samaria in † turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit

Marginal notes: † coram populo. † sup. 10. † qua coniurauit. † ipse. † palatio.

a ¶ Alias Thersam, & hoc in libris incorrectis.

libr. 9. Antiq. c. 11. a *Et interfecit omnes, & cæ.* ✠ IOSEPHVS. Ille vlciscens in eis, & quæ foris erant depopulatus est, & ciuitatem obsessione fortissima cepit, & grauiter ferēs quod fecerāt, omnes occidit, nec paruulis parcēs, & quicquid ad culmen pertinebat ferocitatis, & sæuitiæ suis contribulibus operatus est, quod alienigenę facere nō potuissent. Cumque aduersus eum castra mouisset Procla⁹ Assyriorum rex, ad certamē quidem pugnæ contra Syros nō accessit, sed mittens ei mille argēti talēta, egit vt ab illo discederet. Ad hāc ita que causam profuit populus regi Manahem. Nā vnusquisque pro capite suo quinquaginta præbuit drachmas.

Com. in ca. 10. Osee. ✠ HIERO. Legimus regem Israel Manahē regi Assyriorum Phul mille talenta argenti misisse, vt esset manus eius cum eo, i. vt ei pberet auxilium, inter q̄ nonnulli arbitrant͛ ēt vitulos aureos esse directos. *Ipse*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Coniurauit. *Iste autem fuit vnus de principibus, qui administrauerant regnum post mortem Ieroboam, & ideo potuit se munire, & fortificare ad auferendum regnum ipsius Zachariæ.*
2 Percussitque. *In Hebræo habetur.* Coram populo. *& idē est, & in hoc notatur, quod habebat populum saltem pro magna parte cōsentaneum, quia iste Zacharias erat valde malus.*
3 Iste est sermo. *Et hoc patet ex dictis, quia Ioathan filius Iehu regnauit post eum, cui successit Ioas filius eius, & ipsi Ioas Ieroboam filius eius, & ipsi Ieroboam Zacharias filius eius.*
4 Sellum. *Hæc est secunda pars vbi agitur de regno Sellum, quod fuit valde breue. ideo subditur,* Regnauit autem. *sequitur.*
5 Et coniu. *scilicet ipsi Zachariæ, quem interfecit, vt dictum est.*
6 Tunc percussit Mana. *Hæc est tertia pars, in qua agitur de regno Manahem, qui interfecit Sellum, vt dictum est, cum dicitur.* Tunc. *i. post interfectionem Sellū, percussit Manahem Thersam. libri correcti habent* Thapsa. *& sic est in Hebræo. & causa subditur cum dicitur.*
7 Nolue. &c. *i. recipere eum in ciuitate tanquam regem. Ex quo patet, quòd libri habentes hic Thersam, in hoc sunt falsi, qa iste Manahē fecit coniurationē contra Sellū in Thersa, vt habetur inf. Ex quo verisimile est, quòd ciues ipsius Thersæ erant ei consentanei, & nō rebelles.*
8 Et interfe. *Quod fuit valde crudele. sed hoc fecit ad terrorem aliorum, vt non auderent sibi resistere cunctis diebus eius.*
9 Veniebat. *Non quòd veniret ibi omni die, vel anno, sed quando Manahem rogabat eum, vt veniret ad firmandum regnum suum, propter quod, & dabat illi magnum tributum. vnde subditur.*
10 Indi. *Quia non poterant soluere illud tributum de redditibus suis.*
11 Quinquaginta. *Et subintelligitur homines, potentes. Vnde ī Hebræo habetur.* Quinquaginta siclos argenti homini vni. *i. cuilibet, secundum modum loquendi Hebraicum, & propter hoc libri, qui habent hic,* Per singulos annos, *falsi sunt in hoc, quia libri correcti non habent* Annos. *Cætera patent in litera.*
12 Anno. *Hæc est quarta pars in qua agitur de regno Phacee, quod durauit tantum duobus annis. Vnde subditur.*
13 Coniura. *Et propter hoc habuit militiam sibi consentaneam.*
14 Et per. *vbi refugerat pro defensione.*
15 Iuxta ar. *idest, iuxta palatium, vt dicit Ra. Sa.*
16 Et iu. *Heb. habetur.* Et iuxta Arie. *quod significat leonem, qa ibi erat leo aureus ad magnificentiam, & decorem, vt dicit Ra. Sa.*
17 Et cum eo. *Qui erant amici eius fauentes ei.*

Anno

terfecit eum, regnauitque pro eo. Reliqua autem sermonum Phaceia, & vniuersa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? [1] Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis, [2] & fecit, quod malum erat coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel, [3] venit Theglath phalasar rex Assur, & cepit Aion, & Abel † domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Azor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephthali, [4] & transtulit eos in Assyrios. [5] Coniurauit autem, [6] & attendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit, [7] regnauitque pro eo vicesimo anno Ioathã filii Oziæ. Reliqua autem sermonum Phacee, & vniuersa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? [8] Anno secundo Phacee filii Romeliæ regis Israel, regnauit Ioathan filius Oziæ regis Iuda. † Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. [9] nomen matris eius Ierusa filia Sadoc. Fecitque [10] quod erat placitum coram domino, iuxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus operatus est, veruntamen excelsa non abstulit, adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excel- [11] sis. Ipse ædificauit portam domus [a] domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum Ioatham, & vniuersa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? [12] In diebus illis [13] cœpit dominus mittere in Iuda Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioathan cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

† Bethmaacha.

† 2. Para. 27.

[a] *Ipse ædificauit.* RAB. Ioathan ędificauit portam domus domini excelsam, quæ in actibus apostolorum speciosa dicitur, & ab Hebræis porta Ioathan vocatur.

Act. 3. a.

CAP.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Anno quin. *Hęc est quinta pars, in qua agitur de regno Phacee.*

2 Et fecit. *Et propter hoc de ordinatione diuinâ.*

3 Venit The. rex. *& captiuauit magnam partẽ populi sui videlicet duas tribus, & dimidiã, quæ erant vltra Iordanem, & de populo eius, q erat citra Iordanem de tribu Zabulon, & Nephthali, tot captiuauit quot æquiparabant dimidiæ tribui. & secundum hoc dicitur à doctoribus tribus tres tunc captiuasse.*

4 Et trans. eos in Assy. &c. *vt essent serui, nec possent de cætero rebellare regno Assyriorum.*

5 Coniurauit autem, &c. *Hæc est sexta pars in qua agitur de regno Osee quantum ad eius principium.*

6 Et attendit insidias Osee filius Ela contra Phacee, &c. *Quia propter malitias suas tandem occisus est à sua gente.*

7 Regnauitque pro eo vicesimo anno, &c. *Hoc videtur falsum quia postea subditur, quòd Ionathan regnauit tantum. 16. ann. Ad qđ dicendum, ꝙ regnauit 16. annis tantum post mortem patris sui, sed ante regnauerat pluribus annis, qui à tempore quo pater suus fuit percussus lepra, iudicabat populum terræ, vt prædictum est. Aliter soluit Ra. Sa. di. quod 4. de annis Achaz subtrahit hic scriptura propter suam malitiam, & attribuit eos Ioathan.*

8 Anno. *Hic reuertitur scriptura ad describendum consummationẽ regni Ioathan, de cuius principio supra mentionẽ fecerat, sed hic repetit, & patet litera vsque ibi.*

9 Fecitque quod erat. *Et propter hoc dominus dedit ei prosperitatem in ædificando vrbes, & castella, & debellando regem filiorũ Ammon quem redegit sub tributo, vt plenius habetur 2. Pa. c. 27.*

10 Iuxta omnia, quæ fecę. *imitando eum in bonis, non autem in malis vnde. 2. Para. 17. vbi dicitur,* Fecitque, quod rectum erat iuxta omnia, quæ fecerat Ozias pater eius. *subditur,* Excepto, quòd non est ingressus templum domini, *vsurpando sibi pontificis officium, sicut fecerat pater eius.*

11 Ipse ædi. &c. *Dicunt communiter doctores nostri, ꝙ ista est porta, quæ vocatur porta templi speciosa, Act. 3. a. sed non videtur verũ, quia postea Nabuzardan incendit templum dñi, & domum regis, & ciuitatẽ Ierusalem, vt habetur infr. vl. c. & io illa, quæ in actibus apostolorũ dicitur porta speciosa, fuit post captiuitatem Babylonicam reædificata, sicut, & templum. à quo vero ædificata fuerit, non habet in textu Bibliæ, sed Iosephus videtur dicere, ꝙ eam ędificauit Herodes Ascalonita, sub quo natus ẽ Christus, q fecit se circuncidi, & transiuit ad ritũ Iudæorũ, & fecit multa sumptuosa opa circa tẽplũ, vt dicit Ioseph.*

Iosephus.

12 In die. *videlicet post finẽ regni Ioathan, incipiente regno Achaz.*

13 Cœpit. *ad puniendum mala, quæ fiebant in regno Iudæ, quia populus à longo tempore immolabat in excelsis, quod erat illicitum à tẽpore constructionis templi, & multa alia mala faciebant propter malitiam Achaz.*

CAP.

MORALITER.

8 *Regnauit Ioathan fi.* Sequitur.

11 *Ipse ædific. portam do. do.* Per Ioathã, qui perfectus interpretatur, Deus ipse significatur. Nam vt dr̃. 5. Metaph. perfectũ est cui nihil deest, & ideo solus Deus est simpliciter perfectus, qa nullo indiget alio. & quicquid est pfectionis in alijs totum in se continet eminenter. Ipse vero quadruplicẽ domum habet, s. corporalẽ, moralem, allegoricam, anagogicã. Prima est ergo Maria, in qua corporaliter habitauit. Secũda est fidelis anima, in qua per gratiã requiescit. Tertia est militans ecclesia, in qua habitat per eucharistiæ sacramentum. Quarta est triumphans ecclesia, in qua se ostẽdit beatis per aspectũ clarũ. Porta primæ domus est humilitas, ex qua vigo Deum cõcepit. Ber. super Missus est. Et si placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit. De altitudine vero hui⁹ portæ dicit Ber. sup missus est. Quæ est tã sublimis humilitas q cedere nescit honoribus, insolescere gloria nescit, mater Dei eligitur, & ancillã se nominat. Porta vero secũdę domus est fides, q præcedit charitatẽ, per quam Deus inhabitat mẽtem. 1. Io. 4. d. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* De sublimitate huius portæ dicitur. Heb. 11. a. *Fides est substantia sperandarum rerum.* Porta vero tertiæ domus est baptismus, quæ est ianua sacramentorũ. De altitudine vero huius portę dr̃ Io. 3. a. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.* Porta vero quartæ domus est resurrectio Chr̃i, vel eius ascẽsio, Luc. vl. d. *Oportuit pati Christum, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam,* Et Mar. vl. dr̃. *Et dominus quidẽ Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.* Et sic patet sublimitas hui⁹ portę.

Domus Dei quadruplex.

CAP. XVI.

A Nno de. a *Consecrauit.* RABBA. Becnon filij Ennon. Tophet, siue Thaphet est in valle Becnon iuxta Acheldemach, locus olim amœnissimus, vbi solebant sacrificare dæmonibus. Hebraice Gehennon, idest, vallis Ennō. vnde in euāgelio gehenna dicitur quia sicut perierunt ibi qui idola colebant in corpore, & in anima, ita peccatores, qui ad infernum transeunt æterna damnatione puniuntur.

Rabbanus. Angelom. Eucher. Iesu. 18. c. Matt. 10. c. Luc. 12. c. 2. Pa. 28. a.

✠ THEODORET. Quomodo est intelligendum illud, *Tradi-xit filios suos in igne?* Iosephus quidem dixit, Et vnum eius filiū obtulit holocaustum Baali, Ego autem existimo id, quod dicitur tacite significare genus erroris, quod ad nos vsque peruenit. Vidi enim in aliquibus ciuitatibus semel in anno accendi rogos, & trans eos saltare aliquos, non solum pueros, sed etiā viros, infantes autem per flammā ferri à matribus. Videbatur autem quædam esse expiatio, & purgatio. Existimo autem hoc fuisse Achazi peccatum.

Quæst. 48. B tviridi.

✠ IOSEPHVS. In Hierosolymis idolorum aras instituit, & super eas sacrificauit, in quibus etiam suum in holocaustum obtulit filium more Chananæorum.

l. 9. anti. c. 13.

✠ CYRILLVS ALEX. Post Ionatham Achazus nequā, & apostata, & in erroris cœno volutatus regnauit. Coluit enim ligna, & lapides, & omnem militiam cęli, traduxitque filiū suum per ignē, si quidē eum dæmonijs obtulit, &c. Syrorum rex capiens Ailach, ad mare rubrū positā, & habitatores eius occidens, in ea Syros statuit, &c. Rex autē Hierosolymorū cognoscens Syros ad propria remeasse, & credens præualere contra Israelitarum regē, exercitū suum aduersus eum armauit, & congressus bello, ira Dei faciente deuictus est, propter impietates suas multas, & maximas. Ea nāque die centum, & viginti millia eius militū ab Israelitis occisi sunt &c. Hæc passus ab Israelitis, misit ad regem Assyriorum, &c.

l. 2. Com. in Isa. C D

b *Non valuerunt superare eū.* ✠ ANGELO. Nō potuerunt Ierusalē debellare, quia auxilia tus est ei dominus, vt sub occasione misericordiæ qua populum obsessum liberauit, filium suum nunciaret de Virgine nasciturum sicut Isaiæ prophetæ liber cōmemorat. Huic nō suo merito, sed Domini gratiā ostēdēdo, egredi i occursum Isaias iubetur ad extremū aquæ ductus piscinę superioris in via agri fullonis, &c. Ergo Deus nō tā regis miseretur, quē indignū æstimabat salute, q̄ populi sui. Iuxta anagogē, Rasin, & Phacee referuntur ad hæreticos, qui consentiunt sibi, vt expugnent Ecclesiam. Eos autem argumētorum, & dialecticę artis gladus dimicare nulli dubium est, vt qui inter se discrepant, in Ecclesiæ oppugnatione consentiant, iuxta illud quod Herodes, & Pilatus inter se discordantes, in domini passione amicitia federantur.

Com. in hunc loc. E Esa. 7. a. F

a Musach

CAP. XVI.

A † Nno decimoseptimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioathan regis Iudæ. Viginti annorū erat Achaz cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Nō fecit, quod erat placitum in conspectu domini Dei sui, sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in via regum Israel. Insuper, & filium suum cōsecrauit, transferens per ignem secundum idola gentium, quæ dissipauit dominus coram filijs Israel. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno † frondoso. † Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad præliandum. Cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila. Et Idumæi, & Syri venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. Misit autem Achaz nuntios ad

a ¶ In holocaustum. b ¶ In valle Becnon, hæc est vallis filij Ennon.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

A Nno de. se. Hic incipit sexta pars, in qua agitur de his, q̄ facta sunt tempore Achaz regis Iudæ, in quo terminatum fuit regnū Israel. Igitur primo describitur ipsius Achaz multiplex præuaricatio. secundo regni Israel terminatio. c. 17. Præsens vero. c. diuidit in quatuor partes, quia primo describitur Achaz, vt peruersus in conuersatione, secundo vt incredulus in prophetica denuntiatione, ibi, *Misit autem Achaz.* tertio, vt pphanus in religione ibi, *Cumque vidisset.* quarto, vt temerarius in adulatione ibi, *Tulit autem rex.* Circa primum tangitur peruersitas Achaz in omittendo legis opa ad q̄ tenebat, cum dicitur, *Non fecit, quod erat placitum in cōspectu Dñi.* secundo committendo ea, quę prohibentur, cum dicit.

Diuisio.

1 *Sed amb. &c.* idolis immolando.

2 *Insuper.* Istud potest intelligi dupliciter. Vno modo per mortem filij. quia sicut dictum fuit Leu. 20. a. Idolū Moloch erat æreum, & intus concauum, & in illa concauitate fiebat ignis quousque illud idolum esset ignitum, & tunc in manibus idoli ponebatur puer idolo cōsecratus, & sacerdotes idoli percutiebant in tympanis, ne patres audirent clamorem pueri morientis, & crederent ipsum sine afflictione trāsisse ad gloriam, & propter hoc locus ille vocatur Thophet, quod signat tympanum in Hebræo. & sic, quod dicitur hic, *Transferens per ignem.* intelligitur de translatione de vita præsenti ad aliam. Alio modo intelligitur sine morte filij. Ex hoc. n. q̄ ignis hēt virtutē purgatiuā, sicut videmus, q̄ metalla à rubigine, & impuritate purgantur per ignem, sic credebant antiqui, q̄ purgaret ab impuritate spūali, & vsq; hodie credunt hoc Tartari. & iō extranei venientes ad pręsentiā Impatoris transeunt inter ignes factos hic, & inde, vt sic purificati appareant coram ipso. Et forsitan vtroque modo Achaz idololatra fecit de filijs suis, vnum transferens per ignem. primo modo offerens ipsum idolo, alios autem purgans per transitum inter ignes. vnde hic dicitur in singulari, *Filium suū,* quasi designans illum translatum per ignem de vita præsenti p morte, & huic modo dicendi concordat Iosephus di. quòd Achaz filiū suū immolauit idolo in holocaustū. Holocaustū .n. est sacrificium totum incensum. 2. vero Par. 28. dicitur, q̄ Achaz lustrauit, idest, purgauit filios suos in igne, quasi in hoc designans alios filios suos purgatos secundo mō pdicto.

Trāslatio per ignē duplex. Mos tartarorum.

3 *Et sub omni.* In talibus enim locis delectabilibus aliqua idola colebantur.

4 *Tunc as.* isti enim duo reges Deo pmittente fuerunt adinuicē ɔfœderati ad inuadēdū Achaz demeritis suis exigētib⁹.

5 *Non va.* quia non potuerunt capere Ierusalē propter murorum fortitudinem, vt dicit Iosephus.

6 *In tempore.* Videns enim, q̄ non poterat capere Ierusalem, dimisit obsidionē, & expugnauit Ailā, expellēs inde Iudeos.

7 *Misit.* Hic consequenter describitur Achaz, vt incredulus propheticæ denuntiationi. pro quod hr̄ Esai. 7. q̄ Esaias denuntiabat sibi salutē à dño, & q̄ super hoc peteret signum, sed ipse renuit, & ad auxilium humanū refugit. Sciendum tñ q̄ sicut dicit Iosephus, recedente rege Syriæ ad terram suā, Achaz se credidit præualere regi Israel, & egressus est ad pugnam contra eū, & multi de suis trucidati sunt, & captiuati, vt hr̄. 2. Para. 28. & tunc Achaz misit nuntios ad regem Assyriorum petens auxilium ab eo, vt hic dicitur. & supposuit se tributo eius. Ascendit aūt rex Assyriorū in Damascū in fauore ipsius Achaz, q̄a illa erat ciuitas metropolis regni Syriæ.

Porro

MORALITER.

1 *Anno decimo se. Ph. fi. Ro. reg. Acha. &c.* de quo subditur.

2 *Insuper, &c.* MORALITER. autem filios suos per ignem transferre est ipsos in igne cupiditatis, & lasciuię in præsenti vita, quæ transitus est nutrire.

† *Immola. quoque vi. in ex. &c.* Hoc autem moraliter facit, qui bona sua con sumit in actibus vanitatis.

3 *Et sub omni li. frondo.* quod facit homo moraliter luxuriose viuendo, ad hoc enim circa idololatriæ loca arbores, & luci plantabantur, vt ibi luxuriæ actus exercerentur.

Immola.

Porro

A Theglathphalasar regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius tuus ego sum. Ascende & saluum me fac de manu regis Syriæ & de manu regis Israel, qui consurrexerunt aduersum me. Et cum collegisset * argentum & aurum quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris regiis, misit regi Assyriorum munera, qui & acquieuit voluntati eius. Ascendit autem rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenem, Rasin autem interfecit. 1 Perrexitque rex Achaz in occursum Theglathphalasar regi Assyriorum in Damascum. 2 Cumque vidisset altare Damasci, 3 misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem 4 exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. B Extruxitque Vrias sacerdos altare. Iuxta omnia quæ † præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit Vria sacerdos, donec veniret rex Achaz de Damasco. 5 Cumque venisset rex de Damasco, 6 vidit altare, & † veneratus est illud. Ascenditque & immolauit holocausta & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem Pacificorum, quæ obtulerat super altare. 7 Porro altare æreum, quod erat coram domino, † transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi domini: posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem. 8 Præcepit quoque rex Achaz Vriæ sacerdoti, dicens: Super altare maius offer holocaustum C

* Achaz.

† miserat.

† accessit ad super illud.

† Hebræa sic habent ad verbum, appropinquare fecit à facie domus Dei inter altare, & domum illi.

stum matutinum, & sacrificium vespertinum, D & holocaustum regis & sacrificium eius, & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum, & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimæ 9 super illud effundes. Altare vero æreum 10 erit † paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quæ præceperat ei rex Achaz. 11 Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & luterem qui erat desuper, & mare deposuit de bobus æreis qui sustentabant illud, 12 & posuit super pauimentum stratum lapide. 13 † Musach quoque a sabbathi quod ædificauerat in templo, 14 & ingressum regis ¶ Non causâ religionis sed luctus. exterius conuertit in templum domini 15 propter regem Assyriorum. Reliqua autem verborum Achaz & quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

a *Musach quoq;*. Rab. est ædificium positũ in vestibulo templi, vbi reges quãdo sabbatho ad tẽplũ ibãt, eleemosynã mittebant: & ita Musach sabbathi gazophylacium erit regũ, sicut corbonã sacerdotũ. *Musach quoque &c.* Rab. Non ideo conuertit in templũ domini, quòd in eo cultui Dei seruiret, sed vt cũ tẽplo prophanaretur, studens placere regi Assyriorũ magis quam Deo. vt cum illuc veniret illud vidẽs cõcupisceret, & auferret sicut alia multa Achaz sibi tribuente: quo inueniret gratiam illius.

† erit mihi ad quærendum id est, quicquid placuerit mihi inquirere, vel videro qd faciam Musach sabbathi. Angelomus.

E

† 1. Tegmen tectorium, siue locus tectus, in quo custodes manebant, qui sabbatho exibant functi officio.

CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Perre. rex &c.* ad regratiandum ei verbis & muneribus & obsequiis, eo quòd interfecerat eius aduersarium.

2 *Cumque.* Hic consequenter describitur Achaz vt prophanus in religione, id est, in vero cultu Dei, quia fecit in atrio domini altare sacrilegum, amouens altare quod erat cultui diuino consecratum. & hoc est quod dicitur hic. *Cumque vi.* quod erat dedicatum cultui idolorum.

3 *Misit rex Achaz &c.* qui erat summus sacerdos in Ierusalem.

4 *Exemplar eius.* vt faceret consimile in atrio templi domini, quod & factum est. vnde subditur.

5 *Cumque venisset rex.* scilicet Achaz.

6 *Vidit altare & vene. est.* contra diuina præcepta.

7 *Porro altare æreum quod erat coram domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris & de loco templi, &c.* ne super illud fierent holocausta & sacrificia. vnde subditur.

8 *Præcepit quoque rex Achaz Vriæ, &c.* super altare maius, &c. id est super illud quod erat factum de nouo, quod reputabat maius sanctitate, licet esset sacrilegum in veritate.

9 *Altare vero.* quod fuerat domino dedicatũ: *erit paratum.* id est, vt fiat inde quod mihi placuerit. Et dicunt expositores communiter, quòd inde fecit illud horologium famosum, de quo habetur infrà 20. cap.

10 *Fecit.* timore regis, & iam corruptus idololatria.

11 *Tulit autem.* Hic consequenter describitur Achaz vt temerarius in adulatione, quia vt placeret regi Assyriorum amouit ea quæ erant ad cultum diuinum, & specialiter quæ pertinebant ad deuotionem regum. & hoc est quod dicitur. *Tulit.* id est, luteres. 10. & 10. bases, de quibus habetur, suprà 3. lib. cap. 7.

12 *Et posuit.* vt non essent ad aliquod obsequium in diuino cultu.

13 *Musach.* Dicunt expositores communiter, quòd erat quoddam gazophilacium, vbi diebus sabbathorum ponebatur oblatio regum pro agendis necessariis in templo. Ra. Sa. dicit, quòd erat quidam locus in porticu tẽpli gratiosè coopertus, in quo sedebat rex in die sabbathi & in solemnitatibus magnis.

14 *Et ingressum re.* Erat enim quædam via de domo regis ad templum, per quam rex veniens ad templum poterat videri, & illam viam sic obturauit, quòd non poterat per illam viam aliquis ingredi templum domini.

15 *Propter.* id est, vt si rex Assyriorum illuc veniret, videret qualiter amouisset cultum Dei, & quòd non esset via de palatio regis ad templum, vt sic Achaz se ostenderet transisse ad cultum regis Assyriorum.

CAP.

MORALITER.

7 *Porrò.* Et idem fecit de luteribus, & de mari, de æneo & Musach sabbathi, vt habetur infrà eod. c. Per altare æneũ in quo offerebantur holocausta, significat cor humanũ, in quo debent offerri deuotionis sacrificia. quod de loco suo trãsfertur, quando cor humanum à Deo per mortale peccatũ auertitur. In mari æneo lauabantur sacerdotes offerentes, in luteribus autẽ offerendæ carnes. Igitur mare transfertur de loco suo, quando offerentes accedunt immundi coram domino. Esa. 1. d. *Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiã, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Sed luteres amouentur, qñ preces indebitè offeruntur. Vnde dicit Beda super Marcum: Est oratio quæ peccatum facit. Et sequitur: Qui enim de diuitiis vel honoribus seculi, aut certè de inimici morte sollicitus obsecrat, ipse in infimis iacens viles ad Deum preces mittit. Musach sabbathi secundum glo. locus erat vel gazophilacium, in quo regis oblatio portebatur. Moraliter igitur Musach amouere, est oblationes ecclesiæ debitas vel consuetas subtrahere.

MORA-

A

CAP. XVII.

ANno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis, fecitq; malum coram domino, sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seruus, reddebatque illi tributa. Cumque deprehendisset rex † Assyriorum Osee, quòd rebellare nitens misisset nuntios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat † obsedit eum, & vinctum misit in carcerem. Peruagatusque est * omnem terram, & ascendens Samariam, obsedit eum tribus annis. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala, & in Habor † iuxta fluuium Gozam in ciuitatibus Medorum. Factum est autem cum peccassent filij Israel domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos, & ambulauerunt iuxta ritum gentium, quas consumpserat dominus in conspectu filiorum Israel & regum Israel, quia similiter fecerant. Et † irritauerunt filii Israel verbis non rectis dominum Deum suum, & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis, à turre custodum vsque ad ciuitatem munitam. Feceruntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum † nemorosum, & adolebant ibi incensum super aras, in morem gentium, quas transtulerat dominus à facie eorum. Feceruntque verba pessima, irritantes dominum, & coluerunt immunditias, de quibus præceperat dominus eis ne facerent verbum hoc. Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda per manum † omnium prophetarum & videntium, dicens: Reuertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & † ceremonias iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, & † sicut misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrum suorum, qui no-

(Marginal notes: † clausit. * rex Assur. † flumine LXX. fluuius. ¶ Alias offenderunt. † occulta fecerunt filij Israel quæ non erant recta ante. vetera exemplaria Latina legunt operauerunt omnia excel. a ¶ Id est a castro vsque ad ciuitatem. † vel viride. a ¶ Monuit sic. 2. Timot. 4. Testificor coram Deo & Iesu Christo &c. – verbum. † omnem visionem. † decreta mea. † quam.)

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

ANno duodecimo. Hic consequenter describitur terminatio regni Israel. Circa quod primo ponitur populi Israel translatio, secundò populi Gentilis adductio, ibi: *Adduxit autem rex Assy. &c.* Prima in duas, quia primò describitur dicta translatio. secundò translationis causa & ratio, ibi: *Factum est autem*. Circa primum dicitur.

1 *Anno duo.* In principio præcedentis c. dr̃, q̃ Achaz cœpit regnare anno 17. Phacee, qui regnauit. 20. annis, vt dr̃ in eodem. c. & sic de regno Phacee non remanebant nisi. 4. anni ad plus, qñ Achaz cepit regnare. Cũ igit̃ Osee iterfecto Phacee regnauerit p̃ eo, sequit̃ q̃ Osee cepit regnare anno quarto Achaz. Ad hoc dicunt aliqui, q̃ licet tũc cœperit regnare ipse Osee, tñ non obtinuit regnũ in pace vsq; ad 12. annũ Achaz. & secundũ hoc dr̃ hic primò regnasse. 12. anno Achaz s. pacificè: quia octo annis ante habuerat guerrã cũ amicis ipsius Phacee, quem occiderat. Alij verò dicunt, q̃ octo annis fuit seruus regis Assyriorũ. & vltimo anno qui fuit. 12. ipsius Achaz negauit ei tributum & sic dicitur expresè incepisse regnare, videlicet tanquam liber à seruitute tributi. & simili modo exponitur dupliciter quod subditur.

2 *Nouem.* scilicet in pace modo prædicto, vel liber à tributo, licet pluribus annis ante regnauerit, vt dictum est.

3 *Fecitq;.* eius mãdata transgrediendo. sed non sicut reges Israel qui ante eũ fuerunt, quia permisit populũ Israel ascendere in Ierusalẽ in solẽnitatibus: qđ non permiserant alij. Sicut. n. dictũ fuit. 3. Reg. c. 14. Ieroboam posuerat custodes in viis, ne aliqui de regno suo deuoti ascenderent in Ierusalem orare. & ita fecerunt alii reges ipsum sequentes, sed ille amouit. Cuius cã fuit vt dicit Ra. Sa. q̃ vituli aurei quos fecerat Ieroboã, iã erãt amoti & capti per reges Syriæ & Assyriorum, qui terram illam deprædati fuerant: vt patet ex prædictis.

4 *Cont a.* Primo anno quo regnauit immediatè post Phacee. & ex tunc fuit ei tributarius. cetera patent vsque ibi.

5 *Obsedit.* Hoc dicitur hic per anticipationem: quia hoc factum fuit in fine regni Osee, quando Samaria expugnata ibidem captus fuit.

6 *Factum est.* Hic consequenter ponitur translationis Israel ratio, quia offenderãt Deum suum multipliciter. & ideo primò circa hoc ponitur eorũ transgressio. secundò transgressionis reprehensio ibi: *Et testificatus est.* tertiò eorum obduratio ibi: *Qui non audierunt.* Circa primum dicitur: *Factum est.* multipliciter & longo tempore.

7 *Et amb.* propter quod iustum erat, quòd ipsi similiter consumerentur, & eijcerentur de terra.

8 *Et regum.* Istud refertur ad illud quod præmittitur: Iuxta ritum gentiũ: quia reges Israel primò declinauerunt ad idololatriam, & ex consequenti populus. vnde frequenter dictũ est in præcedentibus, quòd reges Israel ambulabant in viis Ieroboam qui peccauit, & peccare fecit Israel.

9 *A turre.* Vocatur hic turris custodum fortalitiũ, vbi sunt pauci habitatores. Et est sensus, quod à minima villa vsq; ad maximam in omnibus vigebat idololatria.

10 *Fecerunt ver.* id est, facta siue opera, eo modo loquẽdi quo dicitur suprà. 2. lib. c. 1. *Quod est verbum quod factum est.*

11 *Et coluerunt.* id est idola quę à Iudæis vocant̃ immũditię.

12 *Et testifi.* Hic consequenter describitur peccantium reprehensio, videlicet per prophetas à Deo missos, qui erant digni fide.

13 *Qui non audierunt.* Hic consequenter ponitur eorum obduratio in malis perseuerando: ideo subditur.

Et

(Marginal note: Diuisio.)

MORALITER.

1 *Anno duodecimo Achaz regis Iuda.* rex à regẽdo. Igit̃ p Osee regem qui malum fecit coram dño, significatur malus prælatus, qui malè se habet in regendo populum sibi commissũ à Deo. Et quoniam *qui facit peccatum, seruus est peccati*, Ioan. 8. d. & per consequens seruus diaboli est. ideo sequitur.

4 *Contra hunc ascen. rex Assy. &c. & factus est ei Osee ser.* Salmanasar. n. interpretat̃ sentiens carcerẽ. Quod conuenit diabolo, quia certitudinaliter scit se ad inferni carcerẽ deputatũ. Assyrij verò facturę vigilantes interpretant̃. pp quod per eos dæmones qui nunquã dormiunt, significant̃. Et sic per Salmanasar regem Assyriorum significatur princeps dæmonũ, cui malus prælatus seruus efficitur: qa per mortale peccatũ ei subiicitur. sed quoniã peccator non statim habituatur in malo firmiter & fixè, sed aliquando vult ad bonum redire; & tunc diabolus fortius eum impugnat, vt per consuetudinẽ peccandi ligatum ipsum teneat: quia consuetudo per modum naturæ inclinat. ideo subditur.

† *Cumque deprehendisset.* Sequitur.

† *Et ascendens Sal. Obsedit.* Et capta ciuitate captus fuit rex eius Osee, per quem vt dictũ est malus p̃latus designatur. Et qñ ad casum prælati sequitur casus populi, secundum quod dicit Greg. in pasto. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt grex ad præcipitium sequatur. ideo sequitur.

† *Et transtulit.* id est, populũ prælato malo subditum in subiectionem dæmonum. Huius autem causa subditur.

6 *Factum est autem cum.* Vbi diffusè ponitur multipliciũ peccatorum perpetratio, & perpetrãtiũ obstinatio: quæ fuerunt

† causa

CAPVT XVII.

† noluerunt obedire domino Deo suo. Et † abiecerunt legitima eius, & pactū quod pepigit cum patribus eorum & testificationes quibus testificatus est eos. Secutiq; sunt vanitates, & vanè egerunt, & secuti sunt gentes quæ erant per circumitum eorum super quibus præceperat dominus eis, vt non facerent sicut & illæ faciebant Et dereliquerūt omnia pręcepta domini Dei sui Feceruntq; sibi conflatiles duos vitulos & lucos, & adorauerunt vniuersam militiā cęli. Seruieruntq; Baal, & cōsecrauerunt ei filios suos & filias suas per ignē. Et diuinationibus inseruiebant & auguriis, & tradiderunt se vt facerēt malū coram domino, & irritauerunt eum. Iratusq; est dn̄s vehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo, & nō remansit nisi tribus Iuda tantūmodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata dn̄i Dei sui: verum ambulauit in † erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitq; dn̄s omne semen Israel, & afflixit eos: & tradidit eos in manu diripientium, donec proiiceret eos à facie sua, † ex eo iam tēpore quo scissus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboam filiū Nabat. Separauit enim Ieroboam Israel à dn̄o Deo, & peccare eos fecit peccatum magnū. Et ambulauerunt filii Israel in vniuersis peccatis Ieroboā quæ fecerat, nec recesserūt ab eis vsquequo auferret dn̄s Israel à facie sua, sicut locutus fuerat ī manu omnium seruorum suorum prophetarum. Translatusque est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in hanc diē. † Adduxit autem rex Assyriorū viros de Babylone, & de Cutha, & de Ana, & de Emath, & de Sepharuaim, & collocauit eos ī ciuitatib. Samariæ pro filiis Israel, qui possederūt Samariā & habitauerūt in vrbib. eius. Cūq; ibi habitare cœpissent, nō timebāt dn̄m, & immisit eis dn̄s leones, qui interficiebant eos. Nuntiatumq; est regi Assyriorū & dictū: Gētes quas trāstulisti & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorāt † legitima Dei terrę, & immisit in eos dn̄s leones, & ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autem rex Assyriorū, dicēs: Ducite illuc vnū de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, vt vadat & habitet cum eis, & doceat eos † legitima Dei terræ. Igitur cum venisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent dominum. Et vnaquæque gens fabricata est Deum suum. Posueruntque eos in phanis excel-

Interlinear: a ¶ Id est ege. ¶ Alias testificationem. ¶ vel quā. — a ¶ Vel regnum Iuda, vt communiter, dicebatur etiam Beniamin & Leui.

Margin: † non crediderunt. † decretis Israel quæ fecerunt. † nam abscissus fuerat. † iudicia vel ritum. † ritum.

❧ Augustinus. Per longum tempus populus Israel cum Dei legem & Prophetarum dicta transgrediens, idola colendo, Dominum ipsum cōtemneret, qui patres suos de terra Aegypti duxerat, in manus gētiū traditus, post plurimas populi strages, & vrbiū obsessarum euersiones, decem tribus quę in partibus Samarię fuerunt, à facie sua penitus proiiciebat, & reges Assyriorum Salmanasar s. & Teglatphalasar, quibus eos captiuandos & translatos tradiderat, Samaritas pro eis custodes videlicet ex multis gentibus & vrbibus, ne esset inculta terra congregabant. Quos leones iubente Domino, quòd eum non metuissent, delacerabant, &c.

Margin: L. 2. de mirabil. sacr. scrip. cap. 17. † contempserunt decreta. Seder olam cap. 22. † 13. q. 3. S. itē ab aliquo ibi per captiuitatem. Ose. 5.

❧ Hebrei. Cernens Oseas rex Israel abductos esse vitulos aureos, sustulit presidia quę posuerat Ieroboā filius Nabath in terrę suę limitibus, ne quis Hierosolymam ascenderet. Nam de vniuersis regibus Israel nominatim scriptū est: *Ambulauit in viis Ieroboam, & in peccatis eius.* At de Osea, *Fecitque malum coram Domino, sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt.* Quare igitur inquies, sententia iudicij eorum, vt abirent in captiuitatem, executioni mandata est ipsius tempore? Certè vt ostenderetur non omnino fuisse crimen regum suorum, in quos reijciebant culpam, dicente oraculo: *fornicatus est Ephraim, cōtaminatus est Israel, etc.*

CA-

a *Adduxit*. Rab. Rex Assyrius idest, diabolus cum suo exercitu populum ecclesiasticum obsidendo & deuastando quotidie afficit, cum eos propter peccata commissa de sedibus propriis euellens defert in terram alienam. vnde: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.*

Margin: Rabbanus. Angelomus.

b *Et vnaquæque*. Rab. In libro locorum legitur, quòd Benoth & Nergel fuerunt ciuitates quas construxerunt in Iudæa qui de Babylonia transierant. Asima quoque oppidum ædificauerunt qui ad eam venerant de Emath. Nebahat & Tharthac ciuitates sunt quas Heuæi in Iudæa condiderunt.

Rab. Videtur iuxta consequentiam sermonis & idolorum, quibus hæ gentes prius seruierant, hic posse vocabula intelligi, quia cum dictum esset: *Et vnaquæq; gens fabricata est Deū suum.* quasi ad expletionem sententię subiunctum est: *Viri enim Babylonici fecerunt Sochoth Benoth* idest, tabernacula Benoth, qđ est nomen idoli. In sequētibus ostendit Adramalech & Anamelech idola fuisse vrbis Sepharuaim, ita videtur consequēs vt & Nergel Cuthenorum, Asima Ematheorum, Nebahath & Tharthach, idola fuerunt Heuæorum.

❧ Et cum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et abiecr.* quantum ad ceremonialia pręcepta.
2 *Et pactum.* quantum ad moralia.
3 *Et testifica.* quantum ad iudicialia, quæ procedunt per testes, Vel aliter: *Testificationes.* id est, pœnas in lege comminatas transgressoribus, quas non timuerunt.
4 *Secuti sunt.* id est, idola vana virtutem non habentia.
5 *Feceruntque sibi confla. duos.* tempore Ieroboam.
6 *Et adorauerunt vni. mili. cæli.* id est, solem, & lunam, Iouem, Venerem, & sic de alijs.
7 *Et conse.* sicut expositū est de Achaz capitulo precedēti.
8 *Et tradide.* voluntati dæmonis in omnibus assentiendo.
9 *Sed nec ipse.* quia aliqui de regibus Iuda deprauati fuerunt per vxores, quas acceperant de filiabus regum Israel, vt patet ex supradictis.
10 *Ex eo.* ex tunc enim declinauit Israel à vero cultu Dei per ipsum Ieroboam.
11 *Transla.* propter mala prędicta.
12 *Adduxit.* Hic consequenter describitur populi extranei adductio cum dicitur: *Adduxit.* Volebat enim illam terram securè tenere sub manu sua, & iō amoto populo natiuo fecit illuc venire hoīes de regno suo, qui essent sibi magis fideles.
13 *Non ti.* quia erant nutriti in idololatria.
14 *Et immi.* Tū qa terra pro magna parte erat deserta, & iō multiplicatæ fuerūt ibi bestię. Tū in pœnam suę idololatriæ.
15 *Igno.* Isti enim qui erant Gentiles credebant, quod secūdum multitudinem terrarum & regnorum esset multitudo Deorum, quorum quilibet in terra sibi appropriata cultum sibi debitum & specialem vellet habere, & ideo missus fuit illuc vnus de sacerdotibus terræ Israel.
16 *Et docebat eos.* non tamen perfectè, quia erat de sacerdotibus Samariæ, & non de Hierusalem.
17 *Et vnaquæque gens.* i. fecit sibi idolum simile illi quod colebat in ciuitate vel terra, vnde fuerat illuc adducta.

Transla. Viri.

MORALITER.

† causa translationis Israel in Assyrios. & per hoc significatur quod peccatorū operatio & peccantiū obstinatio sunt cā trāslationis mali prælati & sequentis eū populi ad pęnam inferni.

MORA-

sis quæ fecerant Samaritæ, † gens & gens in vrbibus suis in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt socothbenoth. Viri autem [1] Cuthæi fecerunt Nergel: & viri de Emath † fecerunt Asima: porrò Heuçi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de sepharuaim comburebant filios suos igni, Adramelech & Anamelech diis Sepharuaim, & nihilominus colebāt dñm. Fecerunt autem sibi de nouissimis [2] sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in phanis sublimibus. Et cum [3] dñm † colerent, diis quoque suis seruiebāt iuxta consuetudinem gentium, de quibus trāslati fuerant Samariā. Vsque in præsentem diem morem sequuntur antiquum. Non timent dñm neque custodiunt † cęremonias eius atque iudicia, & legem & mandatum quod præceperat dominus filiis Iacob quem cognominauit Israel & percusserat cum eis pactum, & mādauerat eis dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos neque colatis eos, & nō immoletis eis sed dñm Deum vestrū, qui eduxit vos de terra Aegypti in fortitudine magna & in brachio extento: ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate. † Cęremonias quoque & iudicia & legem & mandatum quod scripsit vobis, custodite: vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos. Et pactum quod percussit vobiscum nolite obliuisci, nec colatis deos alienos: sed dñm Deum vestrum timete & ipse eruet vos de manu omniū inimicorum vestrorum. Illi verò nō audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem dominum, sed nihilominus idolis suis seruientes. Nam filii eorum & nepotes sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsque in præsentem diem.

A a *Et cum.* Hæ[re]nt hæretici quædam sacramenta communia cum sancta ecclesia, & quasdam sententias scripturarum rite intelligūt: sed tamen idolis immundorum spirituum seruiūt. Videtur eis timorem Dei ritè se custodire, cum secundum sensum suū veritati se putant fauere: sed quia catholicæ fidei vnitatem spernunt malignorum spirituum voluntatibus ob- B temperant, & non solum inuentores primi errorum (quos patres Samaritanorum significant) hoc faciūt, sed & sequaces eorum, quos filiorum nomine & nepotum intelligimus.

Eucherius. Rabbanus. Angelomus.

† vel sacrificabant eis. † decreta.

✻ Cyrillus. Alex. Samaritani quamuis à Babylone in coloniam missi fuissent, tamen aut quia vicini Iudæis erant, aut quia nōnulla religionis Hebraicæ probauerāt, maiores Iudæorum patres suos appellare non erubescebant.

✻ Ambrosius. Samaritani solam legem accipiūt, id est, quinque libros Moysi. Sūt autem ex origine Persarum & Assyriorum: quos rex Assyriorum sublatis filiis Israel in captiuitatē, posuit ad incolenda loca Samariæ: ideo & ignem colunt more Persarū.

D † idest singulæ gentes. † timebant. L. 2. 1 Io. c. 84. † timerent. In c. 9. primæ ad Corint. † Statuta. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Viri.* Quod in Hebræo sonat tabernaculū alarū. Dicit.n. Ra.Sa.q. istud idolū erat factū ad modū gallinæ habētis pullos, ita q. Sochoth signat domū, Benoth aūt idolū seu idola ibi posita. Babylonij.n. multum innitebantur constellationibus, & ideo aliqui eorū fecerunt idolum in veneratione constellationis, quæ apud vulgares vocatur Gallina Pullinaria. apud literatos verò Pleiades. sicut & aliqui alij faciebāt imaginē soli, & aliqui lunæ, prout hr̄ in pluribus locis scripturę.

2 *Et ni.* sed non secundum instructionem sacerdotis prædicti. vnde & recipiebant quinque libros Moysi, & sic partim erant Gentiles, partim Iudæi.

3 *Fece.* id est, de vilibus personis quæ non erant de genere sacerdotali secundum legem Moysi.

4 *Non.* scilicet perfectè prout præcipitur in lege, ideo subditur: *Neque cu.* Cętera patent.

ADDITIO.

In cap. 17. vbi dicitur in postilla: *Et docebat eos quomodo colerent dominum.*

C In Hebræo dicitur: *Docebat eos quomodo timerent Deum*, & similiter vbicunque in hoc. c. dr̄ de Samaritanis q. coluerūt Deū. Hebraica veritas hēt loco *colere*, verbū *timere*, q. verius dr̄. Nā licet Samaritani possint dici timētes Deū timore seruili, [non] tamen [proprie] possunt dici colētes Deū, q. in vero cultu requirit fides & charitas, q̄ i ipsis nō erat, cū verè essēt idololatrę. F

Replica. In c. 17. Bur. facit differētiā inter timere & colere Samaritanorū, improbans nostrā trāslationē. de quo vide supra lib. 3 c. 18. Nō.n. est verisimile q. sacerdos missus doceret eos timere seruiliter. verior est igit̄ nr̄a trāslatio q̄ dicit eū docuisse colere: timere.n. induxit aduersitas. s. immissio leonū &c.

CAPVT XVIII.

A a *Nno tertio. Ezechias.* Apprehendens dominum vel fortitudo domini. Nam redemptor noster dominus fortis dominus potens in prælio, non solum idola gentium cōtriuit, & cultum idololatriæ dissipauit quatenus vnius Dei notitiam haberent, eiusque cultui dignè manciparentur: quin ipsam literā legis Mosaicę, quā ille populus

Rabbanus. Angelomus. Eucherius.

CAP. XVIII.

Anno tertio Osee filii Ela regis Israel regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. † Vigintiquinq; annorū erat, cū regnare cœpisset, & vigintinouē annis regnauit in Hierusalē. Nomē matris eius Abi, [1] filia Zachariæ. Fecitq; qđ erat bonū corā dño, iuxta oīa quæ fecerat Dauid pater eius. † Ipse dissipa- [2]

† 2. Par. 32. 2. † 63. dist. S. verum.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVIII.

Anno tertio. Superius in hoc quarto actū est de debilitatione regni Iudæ, & Israel simul, de regni Israel totali deiectione, hic consequenter agitur de regno Iudę per se, & de eius destructione. vbi primò ponitur quid actum est sub Ezechia. secundò quid sub Manasse & Amon. cap. 21. tertiò quid sub Iosia & Ioachaz. c. 22. quartò qđ sub Ioachim. c. 24. quintò qđ sub Sedechia. c. 25. Circa primū oñdit primò Ezechiæ cōuersatio laudabilis, secūdò eius liberatio terribilis. c. 19. tertiò sanatio mirabilis. c. 20. Circa p̄sens c. oñditur primò: qūo Ezechias laudabiliter se habuit in p̄speris, secūdò in aduersis, ibi: *Anno quartodecimo.* Prima in duas. in partem principalem & incidentalē. secunda ibi: *Anno quarto.* Circa primum tangitur genus ex parte matris eius, cum dicitur.

Diuisio.

1 *Nomen ma.* Dicunt autem aliqui, quod iste fuit Zacharias filius Ioiadæ, sed hoc non videtur verum, quia Zacharias fuit contemporaneus ipsi Ioas, quia interfecit eum, vt dictum est suprà 12. cap. à principio verò regni Ioas vsque ad principiū regni Achaz, cuius vxor fuit ista Abisa, fluxerunt anni 127. quod patet si computentur anni quibus successiuè regnauerunt reges Iuda à dicto tempore. & sic non videtur quòd ista Abisa potuisset esse apta copulæ coniugali tempore Achaz, & multò minus ad concipiendū. Consequenter ponitur Ezechiæ virtus, cum dicitur: *Fecitque quod erat.* & sequitur.

2 *Ipse diss. p. excelsa.* Quod nullus rex fecerat ante eum.

Confre.

MORALITER.

1 *Anno ter.* Per Ezechiam qui fortitudo Dei interpretatur, bonus prælatus significatur, qui non virtuti suę vel meritis, sed diuinis auxilijs innititur, ideo subditur.

2 *Ipse.* superbos humiliando.

† Et

lus legalis assidua lectione resonabat ac pro magno habebat, contriuit: ac sensum spiritualem in ea intelligere eos docuit.

✠ Iosephus. Erat huic viro natura benigna, iusta, & valde religiosa. Nihil enim aliud prius veniens ad regnū, neque necessarium, nec vtilius sibimet & subiectis arbitratus est esse, quā vt coleret Dei religionem. Et conuocans omnem populum pariter & sacerdotes atque leuitas, concionem habuit apud eos dicens: Non ignoratis, quoniam propter patris mei peccata, qui transgressus est Dei sanctam honorabilemq; culturā, multa & maxima mala estis experti, & ab eo vestra mēs corrupta est, suasitque quos ipse colebat Deos vos pariter adorare. Hortor vos, postquàm opere cognouistis, quàm pessimum est impiū agere, vt illorum obliuionem habētes, purgetis vos à priori pollutione, & cum Sacerdotibus ac Leuitis cōuenientes, aperiatis templum, & purgantes illud solennibus sacrificiis, ad honorē antiquum & patrium reuocetis. &c.

a *Confregitque.* Ezechias serpentem confregit, quia in domino Deo sperauit non in æneo serpente.

✠ Theodoretus. Non solùm contriuit statuas & lucos concidit, sed etiam æneum serpentem quem magnus Moses extruxit, non vt adoraret, sed vt salutarem præfiguraret passionem. Ei inquit, populus perpetuo adolebat, & vocabat eū Nehustam. Hinc existimo etiam Ophytas (est autem hæresis pessima) appellatos esse Essenos.

✠ Philastrius. Hæresis quoque est in Iudæis, quæ serpenti sacrificabat, & vsque ad Ezechiam regem eandem impietate celebrabat. Ezechias eum deponi atque frangi præcepit: pro quo merito est liberatus à Domino de obsidione Persarum & Assyriorum.

b *Nehustam vo. &c.* quod interpretatur æs eorum, vt quem illi pro numine colebāt, in dictis eius metallū eum esse, non Deum agnoscerent.

c *Anno quarto dec. etc. Omne quod imposue. &c.*

✠ Theod. Cur promisit Ezechias se dona missurum Sennacherib? Achaz pater eius vocato Theglaphalassar ad belli societatem aduersus Syros, pollicitus est se pensurū tributū. Ille ppetuò id pepēdit: Ezechias nō soluit. Viso aūt exercitu, pmisit se daturū, & dedit trecenta auri talenta: iussit. n. Assyrius tantum tributi soluere.

✠ Idem. Cur Deum studens placare, tributum præbuit ex sacris pecuniis: Quando nō sufficiebant thesauri regij, mos erat in eiusmodi necessitatibus sacros etiam thesauros consumere, & eos rursus replere ex hostibus. Necessitas etiam effecit, vt & portas æneas conflaret quas ipse construxerat.

Rabsacen

---

a uit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitq; † serpentem æneum, ✠ quem fecerat Moyses. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum, vocauitque nomen eius Nehustan: & in domino Deo Israel sperauit. Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt. Et adhæsit domino, & non recessit à vestigiis eius: fecitque mandata eius quæ præceperat dominus Moysi. Vnde & erat dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. Ipse percussit Philisthæos vsque Gazan, & omnes terminos eorum, & à turre custodum vsque ad ciuitatem munitam. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, & cepit. Nam post annos tres anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria. Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitque eos in Hala & in Habor, fluuiis Gozan, in ciuitatibus Medorum, quia non audierunt vocem dñi Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius. Omnia q̄ pceperat Moyses seruus dñi non audierunt, neq; fecerunt. c † Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib

a ¶ Id est, æs eorum non Deus. b ¶ Non in serpente. ¶ Alias muratam.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Confregitque ser. &c.* cultus causa subditur: *Siquidem.* Eo quòd in aspectu illius filij Israel fuerunt sanati à morsibus serpentum, vt habetur, Nu. cap. 21.

2 *Vocauitque no. e.* id est, cuprum vel cupreum. q. d. Nihil erat diuinitatis in eo, sicut simplices credebant errore decepti, quia in eo nihil erat nisi cuprum.

3 *Itaque post, &c.* Per hoc non habetur quòd fuerit sanctior Dauid qui fuit ante eum, vel Iosia qui fuit post, sicut & de quolibet confessore canit ecclesia: Non est inuentus similis illi, & hoc propter aliquam prærogatiuam quæ non sic inuenitur in aliis, licet in multis aliis prærogatiuis deficiat ab aliis. & hoc modo dicitur hic de Ezechia.

4 *Non fuit.* Tum quia destruxit excelsa & serpentem æneū: tum quia ad preces eius angelus domini exercitum Sennacherib percussit, & sol decem gradibus retrocessit, vt habetur infra, quæ fuerunt valde specialia.

5 *Rebel.* quod est intelligendum, non quia fuisset prius ei subiectus, sed quia non recepit eum vt dominum sicut multi reges ante eum fecerant, & hoc est quod subditur: *Et ideo non ser. &c.*

6 *A turre. cu.* id est non solum ciuitates magnas, sed etiam fortalitia in locis inaccessibilibus sita.

7 *Anno quar.* Hæc est pars incidentalis, in qua agitur de captione Samariæ, & Osee regis per modum cuiusdam recapitulationis, & hoc occasione Ezechię, qui misit nuntios & epistolas per regnum Israel monens populum vt reuerteretur ad Deum, vt habetur 2. Par. 20. *sed non audiuit eum.* & ideo cum rege suo fuit captiuatus, & translatus de terra Israel in Assyrios, vt dicitur, & patet litera ex supradictis.

8 *Anno quartodecimo.* Hic consequenter describitur quomodo Ezechias se habuit in aduersis, & primò ostenditur quid fecit ex timore. secundò quid ex amore, ibi: *Misit autem.* Circa primum sciendum, quod Ezechias sciens populum sibi subiectum, & Achaz patrem suum Deum multipliciter offendisse: ideo meritò timuit ne in vindictam dictorum malorum permitteretur rex Assyriorum venire supra regnum suum, & ideo destructionem ciuitatis Ierusalem vbi vigebat diuinus cultus, & populum suum quantum poterat volens seruare, pecuniam exposuit. & hoc est quod dicitur hic.

Tunc

MORALITER.

† *Et cont.* hypocritarum falsitatem detegendo, & eos abijciendo.

† *Et suc.* luxuriosos & dissolutos extirpando.

1 *Confre.* per quem significatur calliditas malignantium. Gen. 3. a. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. &c.* Serpens igitur æneus frangitur, cùm calliditas mali & obstinati hominis eneruatur.

8 *Anno quartodec. &c.* Per Sennacherib qui contra Ezechiam ascendit, significatur tyrannus, qui ecclesiam boni prelati turbat & inuadit, sicut rex Anglię inuasit ecclesiam sancti Thomę archiepiscopi Cantuarien. & alij plures idem leguntur fecisse.

Tunc

a *Rabsacen.* Ra. Quia Hebraicè loquitur: filium Esaiæ putat qui proditor fuit cū Sobna. Vel Samaritē: & ideo Hebraicam linguam sciuisse. Qui quasi quædam contraria fortitudo imitabatur, ꝓphetas sua arrogantia: ꝓphetæ dicūt: Hęc dicit dominus. Iste dixit: Hæc dicit rex magnus rex Assyriorum.

Rabbanus. Angelom.

✠ Cyrillus. Alex. Rex Assyriorum Samaria deuastata, & ad Iudęę ciuitates duxit exercitū, captisq; multis, ad ipsa demū Ierosolyma mittit Rhapsacen: non vt arma tū iure belli moueret, sed vt vulgo & minis & pollicitationibus, blādis lescaret.

Lib. 3. com. in Esa.

† contra me. † 23. q. 3c. 3. er. baculus.

b *Eliacim.* Ra. de hoc Eliacim dixit Esaias: *Vocabo seruum meū Eliacim*, qui fuit pōtifex post Sobnā: quē tradūt Hebręi, Rabsacis cōminationib. pterritū prodidisse Ierusalē: & excepta arce sicut & templo

† fideiussore da uel da nadem domino meo regi. Angelomus. † sine domino Esa. 22.

rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Tunc misit Ezechias rex Iuda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Deditque Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo domini, & in thesauris regis. In tempore illo confregit Ezechias valuas templi domini, & † laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum. Misit autem rex Assyriorum a Tharthan, & Rapsaris, & Rapsacen de Lachis ad Ezechiam regem cū manu valida Hierusalem. Qui cum ascēdissent, venerunt Hierusalem, & steterunt iuxta aquæ ductum piscinæ superioris quæ est in via agri b Fullonis, vocaueruntq; regem. Egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna ‖ scriba, & Ioahæ filius Asaph à commentariis. Dixitque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua niteris? † Forsitan inisti consilium, vt præpares te ad prælium In quo confidis, c vt audeas rebellare *? † An speras in baculo arundineo atque confracto Ægypto, sup quem si incubuerit homo comminutus ingredietur manum eius & perforabit eam? Sic est Pharao rex Ægypti omnibus qui d confidunt in † se. Quod si dixeritis mihi: in domino Deo nostro habemus fiduciam, nonne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & præcepit Iudæ & Hierusalem: ante altare hoc adorabitis in Hierusalem? e Nunc igitur transite ad dñm meum regē Assyriorum & dabo vobis duo milia equorum, & videte an habere valeatis ascensores eorum. Et quomodo † potestis resistere ante vnum satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciam habetis in Ægypto propter currus & equites? Nunquid † sine voluntate domini ascendi ad locum istum vt demolirer eum? f Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc & demo-

‖ Id est, pontifex.

plo Assyrios totā, vrbem cepisse quē etiam Sobnā cum Eliacim ad Rabsacem exisse quidā autumant.

c *An spe.* Nulla narrat historia q̄ Ezechias Pharaonis auxilium postulauerit.

d *In Domi.* Ra. Verum, est q̄ in Deo habuerunt fiduciam: sed falsum est Ezechiā abstulisse excelsa Dei & altaria: hoc enim non contra Deū, sed pro Deo fecit: vt destructo errore veteri iuberet Deum in templo Ierusalem adorari.

e *Dabo vo.* Ra. Rabsaces, vt paucitatē obsessorū ostenderet, duo milia ęquorum pollicetur, quorū ascensores Ezechias non haberet: non de imbecillitate populi venit quasi equitandi ignari sed qa Deus præcepit ne rex Isr. el equos & vxores sibi multiplicaret.

f *Dominus dixit.* Raba. Ad id quod dixit: si dixeritis, in Deo confi-

* domus. † columnas quas erexerat. Cha. interpre. Limina uel postes habet. Alii trabes uertunt.

* obsecro.

Angelomus. † dixisti. Alii ita puro consilium & uis tu ad prælium tantummodo est in labiis tuis. † eam.

Esa. 37. c.

† uertere faciem faciem ducis. Hebr. ponere resistere potes & uertere in fugam.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Tunc mi.* ad tractandum cum eo de recessu, quia non habebat populum ad congrediendum cum eo. 2 *Peccaui.* s. dño peccatum autem patris sui & populi reputabat suum in hoc. 3 *In tempore.* in quibus erat multū de auro affixū per reges ꝓcedentes & per ipsum ad decorē & magnificentiā. & hoc fecit necessitate cōpulsus, quia non habebat aliunde vñ posset soluere tantā summā. Ex hoc hr̄ argm̄, q̄ principes in necessitate pñt accipere de thesauro ecclesiæ pro conseruatione reipublicæ. 4 *Misit.* Hic consequenter ōnditur, quod fecerit ex Dei amore. Circa quod sciendū. q̄ rex Assyriorum accepta pecunia sub pacto dimittendi regnū Ezechiæ in pace, infideliter agens pactū non seruauit, sed misit exercitū & nuntios in Ierusalē ad terrēdū Ezechiā, vt territus redderet ciuitatē: & populus trāsferretur in Assyrios, & cultus dñi de Ierusalē auferretur. Quod nullo mō ferens Ezechias, restitit: & congregans populū exhortatus fuit ad defendendū locū sanctū & gentē, vt hr̄ diffusius 2. Paral. 32. Igitur circa hoc primò ponitur nuntiorum regis Assyriorum comminatio. secundò nuntiorū Ezechiæ postulatio, ibi: *Dixerunt autem.* tertiò dictę postulationis denegatio, ibi: *Respondit q; eis.* Circa primum dicitur, *Misit autem.* sic debet scribi vbique. s. per b. 5 *Cum ma.* i. cum exercitu ad obsidendum Hierusalem. 6 *In via.* quia ibi fullones extēdebant pānos ad desiccādū. 7 *Vocaue.* nō tñ venit ad eos, eo quod timebat de proditione, quia aliàs expertus fuerat fraudē eorū, sed misit nuntios. 8 *Eliacim.* s. dñi, qa erat summus sacerdos, & successit Sobnę, qui fuit captiuus & deiectus à sacerdotio, vt habetur Esa. 22. 9 *Et Sobna.* De officiis aūt istis qualia sint, dictū fuit. sup. 2. lib. cap. 8. 10 *Quæ est ist. fiducia in qua niteris, &c.* defendere te à rege Assyriorum. q. d. nulla est. 11 *An speras.* q. d. In rege Aegypti non potes habere fiduciam, sicut nec homo potest se firmiter appodiare in baculo arundineo. & sic non potest cōfidere securè de auxilio humano, similiter nec ne diuino. Cuius rationem subdit dicens. 12 *Nonne iste est cuiu. abstulit Ezechias excelsa. &c.* q. d. diminuit cultū diuinum, & sic nō pōt confidere in ipsum, cū magis eū offenderit q̄ placauerit. Iste aūt Rabsaces dicebat falsum, quia sacrificare & domino extra templum (postquam fuit ædificatum per Salomonē) nō fuit licitū, vt frequenter dictum est suprà, vt hr̄ Deut. 12. 13 *Nunc igitur.* In Hebræo habetur. *Vadia date*, s. pro duobus milibus equorum. 14 *Et vide.* q. d. in toto populo tuo non poteris inuenire tot homines scientes equitare. 15 *Et quō po. &c.* Quia in acie cuiuslibet satrapæ erant plures equites. Adducit autem ad suum propositum confirmandum sacræ scripturæ testimonium, quod habetur Esaiæ. 8. b. *Adducet dominus aquas fortes & multas regem Assyriorum.* & subditur ibidem: *Et ibit per Iudam inundans & transiens, &c.* Et hanc sententiam ponit hic sub aliis verbis cum dicitur. 16 *Domi. di. mi ascend. &c.* sed ipse non allegauit finē prophetiæ. Licet enim Esaias dixerit regem Assyriorum venturum in terrā Iuda, & afflicturum eam, tñ ipse prędixit exercitum eius percutiendum à dño. secundum quod habetur in c. seq. Dixe-

MORALITER.

† 1 *Tunc misit Ez.* Bonus. n. prælatus considerans peccata prædecessorū suorū vel subditorum, propter quę Deus iustè permittit ecclesiam vexari: ad suam vexationem redimendam exponit aliqñ substātiam temporalem. Per hoc autem quòd Sennacherib habita Ezechiæ pecunia à sua malitia nō cessauit, sed Ierusalem, vbi diuinus cultus erat, sibi subiugare voluit, & ad hoc nuntios misit, vnde subditur. 4 *Misit autem rex Ass. &c.* significatur malitia tyranni, qui molestans ecclesiam non est contentus bono temporali, sed cū hoc bona spiritualia nititur impedire, & clerū subiicere inde bitę seruituti. & in tali casu prælatus debet sibi resistere, sicut fecit Beatus Thomas regi Anglorū. & hoc significatur hic per hoc, quod Ezechias non obediuit mandato Sennacherib, sed magis se præparauit, & populum suum ad viriliter resistendum.

4 *Misit* MORA-

confidimus, callidè respondet, se non sua voluntate, sed Dei venisse dicentis: *Ascende*. Et est argumentum: cum multas vrbes ceperim, & pars Ierusalem maneat intacta, manifestū est me Dei venisse voluntate.

a *Precamur*. Rabbanus. Sensus est. Quid necesse est populum falsis terroribus commoueri, & vanam iactare virtutem? Loquere linguam quā populus non nouit. Ad quod ille arroganter. *Num ad do. tu. & ad te mi. me do. & c. vsq; vt come. ster.* per quod ostendit fame eos & siti esse capiēdos, simulque illecebram iungit timori, vt quos terrore nō vicit, persuasione decipiat. Et dicit ex persona regis: *Facite mecum benedictionem*. i. facite quod in vestrā benedictionē proficiat. Benedicite regi Assyriorum, & eū dominum confitemini, vt præmia cōsequamini, donec reuertar de Aegypto. Vel: capta Lobna, redeam habitare in vrbe vestra, & rebus vestris fruimini, & postea ducā vos in similem terræ vestrę terrā. Quā tamen nō nominauit: q̄a similē ei inuenire non potuit, sed similitudinem ponit, hoc enim solum quisque vult in quo natus est. Alij putant terram Mediæ eis repromitti, quæ terræ Iudeæ similitudinem habeat tam in situ quàm in fructibus.

Rabbanus. Angelomus. Eucherius.

b *Non vos, &c.* Rabsacis accusatio Ezechiæ testimoniū est, q̄ captis videlicet vrbibus in dño confisus sit: & confortauit populum vt in dño speraret, Vnde Rabsaces destruere vultque ille construxit, & dicit ad populum: *Non seducat vos Ezechias, & non vobis tribuat fiduciam super domino Deo vestro.*

c *Vbi est Deus, &c.* Chrysost. Dixit diabolus per Sennacherib. Non potest Deus Ezechiam à meis manibus eripere: & effecit vt occideretur manibus filiorum suorum.

In Psal. 13.

✠ Ambro. Pharao, & rex Assyrius, qui dicebat. Quis deorum

Lib. de Cain & Abel cap. 9.

rū gentiū istarū liberauit terrā suā de manu mea? Quō liberabit Deus Ierusalē de manu mea? exaltatiōe sua deiecti sūt.

✠ Theod. Rhapsaces cū esset vt puto, Hebræus, & ad Assyrios transfugisset, aut ab illis captus iam & abductus, in Assyrios suā ostendisset beneuolentiā, ei commissum fuerat imperiū exercitus. Vtens enim Hebraica voce verba faciebat. Ipsi quidem principes eum rogabant vt loqueretur Syriacè, vt ea quæ dicebantur populus non intelligeret. Ille autem cum didicisset se molestia afficere principes, quod populus perciperet ea quæ dicebantur, Hebræorum voce vtens, ausus est illas impias exprimere blasphemias diis falso nominatis Deum verum assimilans.

Quæst. 52.

✠ August. Sennacherib rex Assyriorum videns quod patres sui Samarię & Israe ls regnum destruxissent, & ipse ad terram Iuda duce Rhapsace, quem Hebræi Esaiæ prophetæ filium dicunt & profugū, Iudæum ad Assyrios commigrasse, exercitum cōuocat, & Hierusalem vrbem expugnare iubet.

lib. 2. de mirab. sac. scr. cap. 27.

Rab. Ostendit harum ciuitatū siue gentiū diis seruisse Samaritas. & quia nō erant dij, sed idola, meritò cultores vanitatis dicebat esse fabuersos. Emath est vrbs Cælesyriæ, quę nūc Epiphania dicitur. Arphad vrbs Damasci. Sepharuaim, qđ numero plurali libros vel literas sonat, nomen est locorū de quibus Assyrij transmigrauerunt in Samariā, vt in locorū libris inuenimus. Verū nomen ciuitatis est in Esaia dicente: *Vbi est Deus vrbis Sepharuaim?* pluraliter dictū vt Thebarū. Pro Ana & Aua vetus editio quasi vni⁹ vrbis nomē Aneri Gauē posuit. Et quidē in Hebręo ita scriptū est. *Verūtn̄ q̄ in medio est. coniūctionē & significat.* Pōt ergo ita distingui, vt dicat Ane & Gaue iuxta Aquilā: vel Ana & Gaua, vt nr̄ inuenit īterpres.

Rabbanus. Angelomus. Eucherius.

lire eam. Dixerunt autē Eliacim filius Elciæ, & Sobna scriba & Ioahe Rabsaci: Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè, siquidē intelligimus hanc linguā, & non loquaris nobis Iudaicè audiente populo qui est super murum. Respondit que eis Rabsaces, dicens, Nunquid ad dominum tuū & ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & nō potius ad viros qui sedent super murum: vt comedāt stercora sua, & bibant vrinā suā vobiscum? Stetit itaq; Rabsaces & clamauit voce magna Iudaicè & ait: Audite verba regis magni regis Assyriorum, Hæc dicit rex † Non vos seducat Ezechias: Nō enim poterit eruere vos de manu † mea, neq; fiduciam vobis tribuat super dn̄m dicens, Eruens liberabit nos dominus, & non tradetur ciuitas hęc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite mecum † quod vobis est vtile, & egredimini ad me: Et comedet vnusquisq; de vinea sua, & de ficu sua, & bibetis aquas de cisternis vestris, donec veniā & transferam vos in terrā quæ similis est terræ vestræ, in terrā fructiferā & fertilē vini, terrā panis & vinearum, terrā oliuarū & olei ac mellis, & viuetis & nō moriemini. Nolite audire Ezechiam † qui vos decipit, dicēs: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dii gētium terrā suā de manu regis Assyriorum? Vbi est De⁹ Emath & Arphad? Vbi est Deus Sepharuaim, Ana & Aua? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quinā illi sunt in vniuersis diis terrarū qui eruerunt regionē suā de manu mea, vt possit eruere dominus Ierusalem de manu mea? Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam. Siquidem præceptum regis acceperant, vt non responderent ei.† Venitque Eliacim filius Helciæ præpositus domus & Sobna scriba & Ioahe filius Asaph à commentariis ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

¶ Si tantis diis præsentibus vicimus facile, quanto magis solam Ierusalem vno Deo præsule vincemus?

a ¶ Ne eum ad maiores blasphemias prouocaret. b ¶ Omnia agens cum consilio.

¶ Propter Rabsacis blasphemias.

2. Par. 32. a. † eius. † benedictionem. i. pacem vel salutationem, vel fœdus. † qui suadet vobis. Esa. 37. a.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixerant au. *Hic consequenter describitur nuntiorum Ezechiæ postulatio cum dicitur.*

2 Precamur vt lo. *Consuetum enim erat antiquitus quòd illi qui adsistebant regibus sciebant diuersa idiomata, vt scirent legere literas, & loqui cum nuntiis aliorum idiomatum.*

3 Et non loq. *ne. s. populus terreretur ex verbis Rabsacis. & quia in verbis suis intermiscebat verba blasphemiæ. Ex hoc autem loco dicunt Hebræi & etiam doctores nostri, quòd iste Rabsaces erat Iudæus natione, sed derelicta lege conuersus erat ad Gentilitatem.*

4 Responditque. *Hic consequenter ponitur dictæ postulationis denegatio, cum subditur.*

5 Nunquid ad do. *scilicet Ezechiam solum.*

6 Misit me. do. *q. d. non. sed magis ad populum, & ideo cœpit altius clamare ad terrendum populum, dicens.*

7 Vt co. ster. *i. tamdiu erunt obsessi, quòd non habebunt aliquid ad comedendum & bibendum.*

8 Non vos. *tenendo ciuitatem contra me.*

9 Non enim po. vos. *s. virtute humana, nec etiam diuina, ideo subditur.* Neque fidu. vo. tri. *Et sequitur.*

10 Facite mecum quod vobis, &c. *subdendo vos voluntariè seruituti mea: quod est melius vobis quàm mori gladio & fame.*

11 Et come. vnusquisque de vi. sua. *id est, viuat pacificè & quietè in terra ista.*

12 Donec veniam & trans. vos. *q. d. Hic est modus regū Assyriorū, trāsferre gentē sibi subiectā, de terra sua natiua ad aliā vt sit magis securus de eius subiectione. Sic. n. iam antè fecerat rex Assyriorum de Osee rege Israel & eius populo vt dictum est cap. præcedenti, & ēt isto.*

13 Nolite au. Ezechiam. *contrarium vobis persuadentem.*

14 Qui vos. *Quod nititur probare per locum a maiori, di.*

15 Nunquid liberauerunt dii gentium, &c. *quasi dicat cū essent multi dii non potuerunt defendere colentes eos contra regem Assyriorum: ergo Deus vester qui est vnicus tantum, non poterit vos defendere. Sed istud argumentum nullum est: quia illi non sunt dii veri, sed falsi & nullius virtutis: Deus aūt verus vnus est, & potētiæ infinitæ.*

16 Tacuit itaque populus & non respondit ei quicquam. Siquidem. *s. de præcepto regis, ne Rabsaces moueretur ad dicendum adhuc blasphemias de Deo si sibi responderetur.*

17 Scissis ve. *Hic enim erat modus Iudæorum, quòd scindebant vestes suas, quando audiebant blasphemiam contra Deum. vnde & summus sacerdos scidit vestimenta sua: quando imposuit blasphemiam ipsi Christo vt habetur Mar. 14.*

CAP.

CAP. XIX.

QVÆ cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco. Ingressusq; est domũ dñi, & misit Eliacim ꝑpositũ domus & Sobnã scribã, & senes de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiã prophetã filiũ Amos, q dixerũt, Hæc dicit Ezechias: dies tribulationis, & increpationis & blasphemię dies iste. Venerũt filij vsq; ad partũ, & vires nõ hẽt parturiens. Si fortè audiat dñs Deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quẽ misit rex Assyriorum dñs suus, † vt exprobraret Deũ viuentẽ, & argueret verbis, quæ audiuit dñs Deus tuus: & fac orationẽ pro reliquiis quæ repertæ sunt. Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Isaiam. Dixitq; eis Isaias: Hæc dicetis dño vestro: Hæc dicit dñs: Noli timere à facie sermonũ quos audistis, quibus † blasphemauerũt pueri regis Assyriorũ me. Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam, & deijciã eum gladio in terra sua. Reuersus est igitur Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam. Audierat enim quòd recessisset de Lachis. Cumque audisset de Tharaca rege Æthiopiæ dicentes: Ecce

a Quia pro populi, & sui peccatis esse credidit, quòd Rabsaces contra dominum talia sit locutus.

CAP. XIX.

A *Quæ cum audisset Ezech. &c.* Theodo. Rex sapientissimus non arma Rhabsacis blasphemiis, sed preces, & lacrymas, & saccũ opposuit. Et rogauit Isaiã prophetã, vt esset intercessor. Sunt autem eius verba digna admiratione. *Dies inquit, afflictionis, &c.* Excandescimus & ira accẽdimur auditis his nefandis blasphemijs punire autem viros illos non possumus. Vnde supplices rogamus Dominum qui audiuit illas, vt doceat impios, quod nõ sit vnus ex ijs qui dij vocãtur. Protinus autem audita supplicatione, benignus & clemẽs Deus B excussit à rege timorẽ. ✣ Tertullianus. Hæ erunt vires ieiunantiũ Deo, cœlum pro eiusmodi militat: habes formam præsidij etiã spiritalibus bellis necessariam. Proinde cũ rex Assyriorũ Sennacherib cõpluribus iã ciuitatib. captis, Israeli per Rhapsacem blasphemias & minas intentaret, nihil aliud illum à proposito in Aethiopas auertit, dehinc centum & octoginta milia de exercitu eius per angelum absumpsit, quàm Ezechię regis humiliatio. Siquidem duritia hostis annunciata vestem scidit, saccũ induit, eodemq; habitu seniores sacerdotum ad Deum per Isaiam adire iussit, vtique ieiunio preces prosequente. Neque enim cibi tempus in periculo, nec saturitatis cultus in sacco. C Sẽper media mœroris sequela est, sicut lętitię accessio saginę.

Rab. Mira regis humilitas & prudẽtia dimisso regio cultu & obuolutus sacco ad templũ pergit, de palatio principes sacerdotũ nõ stolis, sed cilicijs amictos mittit ad Isaiam, & dicit: Dies tribulationis nostræ hæc & correctionis Dei, & blasphemiæ hostiũ. Ponitq; similitudinem parturientis quæ ad partũ peruenit, & generare non possit. Dñs Deus tuus. Non enim audemus dicere dominum Deum nostrũ, quo irascente tanta perpetimur, & hanc habemus vltionis fiduciã: quoniã viuẽs Deus blasphematur à cultore idolorũ mortuorũ. Leua ergo orationẽ nostrã iacentem pro reliquiis populi quæ obsidẽtur. Pręuenit eos Esaias, qa eo spiritu quo futura noscebat, et absentẽ regẽ audierat. Hæc inquit, dicite dño vestro, dicit dñs: Noli timere verba quibus non tu, sed ego sum blasphematus. Nec dicam oĩa quæ regi Assyriorũ faciam: sed E quia dandus sit ei spiritus, nõ Dei, sed aduersarij, & audito nũtio reuertẽs ad terrã suã corruet gladio: vt duo pariter q̃ optabat Ezechias audiret, se. s. ab obsidione liberãdum, & inimicum in sua terra esse moriturum.

b *Ecce ego ei spiritum.* ✣ Theodo. Illud puto significare timorem. Diuinus enim Apostolus sic dixit: Non dedit nobis spiritum timoris. Dei autẽ prædictio statim finem accepit. Sparso enim rumore quòd rex Aethiopum fecisset expeditionem, timens Sennacherib, recessit, omni impietate plena missa epistola.

c *Cumq; audisset.* Rab. Volente Deo Rabsaces deseruit obsidionem Ierusalem, & inuenit dñm suũ vel capta, vel deserta Lachis oppugnantẽ Lebnam. Sennacherib occurrens regi Aethiopũ, misit ad Ezechiam epistolas, vt quos viribus non F cepit

Quæst. 32. — Lib. aduer. Psychi. c. 7. — 1. Reg. 7. — Rhabanus. Eucherius. Angelom. — † Ibi. — † probris affeceret. — † probris affecerunt. — Quæst. 32. — 2. Tim. 1. — Angelomus. Eucherius.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

QVæ cum audi. Hic consequenter describitur Ezechiæ liberatio terribilis. Circa quam primò ponitur prophetica denuntiatio: secundò angelica executio, ibi: Factum est igitur. Prima in duas secundum duplicem denuntiationem. secunda ibi: Cumq; audisset. Circa primũ præmittitur Ezechiæ humilis petitio. secundò Esaiæ consolabilis responsio, ibi, Dixitque Esaias. Circa primum dicitur.

1 *Quæ cum audisset.* Propter verba blasphematoria contra dominum Deum dicta, vt prædictum est.

2 *Et opertus.* Humilians se coram Deo.

3 *Ingressusq; est, &c.* ad impetrandã eius misericordiã circa populum suum, & eius iustitiam cõtra blasphemos ꝑdictos.

4 *Et misit, &c.* quia magis cõfidebat de meritis Isaiæ quàm de suis: ideo misit ad eũ petens orationis eius suffragium.

5 *Dies tribu. &c.* scilicet, mei & totius populi.

6 *Et blasphemiæ, &c.* scilicet contra Deum.

7 *Dies iste, &c.* i. in quo Rabsaces dixerat supradicta q̃ erant ad afflictionẽ regis & populi, & vituperiũ & blasphemiã Dei.

8 *Venerunt fi. &c.* id est, in tãta afflictione sumus positi, sicut mulier existẽs in afflictione partus, cui deficiũt vires pariẽdi.

9 *Si forte au. &c.* sic legenda est litera. Fac orationẽ pro reliquijs his, id est pro regno Iuda, in quo est modicus populus in comparatione ad tẽpora præterita. *Si fortè au. dominus Deus tu.* i. p orõnes tuas liberet nos & puniat Assyrios blasphemos.

10 *Dixitq; eis Esa.* Hic consequenter ponitur Esaiæ consolabilis responsio, cum dicitur.

11 *Et noli time. à fa. ser.* id est, propter sermones.

12 *Quib. blas. pu. re. Aß.* i. serui ibi familiares & chari sicut filij.

13 *Me.* quia verba Rabsacis imponebãt Deo impotentiã, dicẽdo q̃ nõ posset saluare Ezechiã & populũ suũ de manu regis Assyriorũ, & sic dicebat eũ impotẽtiorem hoĩe mortali.

14 *Ecce.* id est, turbationem mentis. Cuius causa subditur.

15 *Et audi.* scilicet, de rege Aethiopię inuadente eius regnũ, vt habetur infrã.

16 *Et reuer.* Hoc non fuit in isto reditu, sed in secundo, quia redijt ad obsidendum Ierusalem, & inde fuit territus propter plagam sui exercitus, & tunc in terra sua à filijs suis fuit occisus, vt habetur in fine huius capituli.

17 *Reuersus est.* peracto nuntio. Dicunt tamen aliqui doctores, quòd ibi remansit exercitus Assyriorum.

18 *Audierat, &c.* ipsa expugnata vel destructa.

19 *Cumque audis.* Hic consequenter describitur secunda denuntiatio prophetica de liberatione Ezechię & populi sui, circa quod primò ponitur eius comminatio per regem Assyriorum. secũdò eius deuota oratio coram rege celorũ. tertiò eius consolatio per prophetã conscium secretorũ diuinorũ, secunda ibi. Itaq; cum accepisset. tertia ibi. Misit autem Isaias. Circa primum dicitur, *Cumque audisset.* scilicet. Sennacherib. 1 Et

MORALITER.

1 *Quæ cum audisset.* Sequitur.

3 *Ingressusque est do. domi.* Per hoc aũt, q̃ Ezechias intrauit domum dñi ad orandum contra persecutionem Sennacherib, & per nũtios rogauit Isaiam prophetam, vt pro se & suo populo dominum precaretur, & vt Sẽnacherib propter blasphemias illatas contra dominum puniretur, significatur, q̃ bonus prelatus, & etiam bonus princeps in suis necessitatibus suiq; populi debet ad Deum recurrere, & deuotorũ orationes requirere, pro sua & suorũ salute. Et quoniam ad bonorum deprecationem solet Deus attendere, Sequitur.

11 *Hæc dicit do. noli, &c.* & sic assecurat eum a tyranno persequente, & modus assecurationis ponitur, cum subditur.

11 Ponam

egressus est, vt pugnet aduersum te, & iret contra eum: misit nuntios ad Ezechiam, dicens. Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda: Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam, † neque dicas, Non tradetur Hierusalem in manu regis Assyriorum. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodo vastauerunt eas. Tu ergo solus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dij gentium singulos quos vastauerunt patres mei, Gozam videlicet Haram, & Reseph, & filios Edem, qui erant in Thelassar? Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Ana & Aua? Itaque cum accepisset Ezechias literas de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum domini, & expandit eas coram domino, & orauit in conspectu eius, dicens. Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es solus Deus regum omnium terræ, tu fecisti cœlum & terram. Inclina * aurem tuam, & audi. Aperi domine oculos tuos & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit, vt † exprobraret nobis Deum viuentem. Verè domine dissipauerunt reges Assyriorum gentes, & terras earum, & miserunt deos eorum in ignem. Non enim erant dij, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos. Nunc igitur domine Deus noster saluos nos fac de manu eius, vt sciant omnia regna terræ, quia tu es dominus Deus solus. Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens; Hæc dicit dominus Deus Israel: Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui. Iste est sermo quem locutus est dominus de eo: Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion, post tergum tuum caput mouit filia Hierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? Contra quem exaltasti vocem tuã, & eleuasti in excelsum oculos tuos? Contra sanctum Israel. Per manum seruorũ tuorum exprobrasti domino, & dixisti: In multitudine curruum meorũ ascendi excelsa

cepit, sermone terre ret. Pugnasse Sennacherib cõtra Aegyptios, & obsedisse Pelusium; iamq; extructis aggeribus vrbe capienda venisse Taracham regem Aethyopum in auxilium narrat Herodotus.

a *Ascẽdit in domum.* ✠ Chrysosto. Potest videri in multis locis scripturę, quòd qui ab hominibus iniustè malis afficiũtur, liberè petendi a Deo auxilij iustam, & honestam habẽt occasionem.

Rab. Prius Ezechias domini terrore perterritus, adorare in templo non audebat vel liberas ibi fundere preces, nũc dicente Esaia, *Ne timeas a facie verborum quæ audisti*, audacter dominum deprecatur.

b *Domine Deus, &c.* ✠ Theodoret. Rex sapientissimus cum epistolam in templo explicasset, protulit hanc orationẽ admirabilem. Illi, inquit, te nominant vnum ex multis, ego autem te solum scio creatorem esse omnium. Illud autem, *inclina aurem tuã & audi*, amore humano posuit rogãs vt beneuole preces acciperentur.

c *Verè domine, &c.* ✠ Idem. Hoc, inquit, mouit eum ad impietatem: existimant enim te esse similem dijs qui nõ sunt. Sed experientia discat ò Domine, quantum sit discrimen veri Dei & falsi. Cæterum existimo Isaiam eadem dicere.

d *Virgo filia.* Rabb. Quia cunctis gentibus idola adorantibus, hæc sola conseruat castitatem religionis vnius Dei, & quæ ne ad maiorem blasphemiam concitaret, præsenti non respondit, post abeuntem mouit caput ad rogandum Deum, vel certè ad deridẽdam arrogantiam eius certa de vltione. Nec ipso per se, sed per seruos suos, vt maior esset arrogantia, dominum blasphemauit.

e *Excelsa.* Rab. Altitudo montiũ, & iuga Libani excelsæ cedri, & abietes. Vel per metaphoram de cunctis gentibus accipiendũ est, & principibus earum. Vel de Hierusalem quæ est Libanus cedri, & abietes potentes & optimates.

Marginalia: † dicendo; In Psal. 108.; Eucherius. Angelomus.; Esa. 33. c.; Quæst. 52; Angelomus. Eucherius.; * domine; † probris afficeret & infra.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et iret contra.* s. contra regem Aethyopiæ, & exercitum suum.
2 *Misit nuntios.* Comminando qui deuictis hostibus contra quos ibat reuerteretur ad destruendum Hierusalem.
3 *Non te seducat.* Et sic blasphemat dominum tanquam habentem falsitatem: & saluandi impossibilitatem.
4 *Nunquid liberauerunt.* Quasi dicat multi erant, & tamen nõ potuerunt liberare cultores suos: & multo minus Deus vester quem dicitis esse vnicum, poterit vos liberare. Idem est argumentum quod fecerat Rabsaces c. 18.
5 *Itaque cum &c.* Hîc consequenter ponitur ipsius Ezechiæ oratio cum dicitur: *Itaque cum accepisset Ezechias.* Verbo enim & scripto comminatus sibi fuerat rex Assyriorum ad maiorem terrorem.
6 *Et expandit.* quia continebant blasphemias contra ipsum, vt visum est.
7 *Et orauit.* vt glorificaret nomen suum contra blasphemias nomini suo irrogatas, & saluaret populum contra comminationes prædictas.
8 *Domine Deus Israel.* i. præsides omni creaturæ etiam angelicę, & hoc significabatur in templo vbi propitiatoriũ quod erat quasi sedes Dei, sustentabatur a duobus cherubim hinc & inde positis, sicut fuit plenius expositum Exod. 25. d.
9 *Inclina au.* idest, effectum iustitiæ tuę ostende contra Sennacherib. Cætera patent vsque ibi:
10 *Vt sciant omnia.* Conterendo Sennacherib, qui deos aliarum gentium destruxerat.
11 *Misit autem.* Hic cõsequenter ponitur cõsolatio Ezechię p Esaiam denuntiando sibi ipsius Sennacherib futuram ruinam. & primo hæc ruina prædicitur, secundo ad huius probationem mirabile signum adducitur, ibi; *Tibi autem Ezechia.* Circa primum Esaias dirigit sermonem ex parte domini ad Ezechiam, dicens orationem eius esse exauditam cum dicitur. *Quæ depreca.* Sequitur.
12 *Spreuit te.* in animo suo, uirtutem tuã nullam reputando.
13 *Et subsanna.* sensibili signo. Subsannatio enim proprie dicitur contemptus, cum signo sensibili. & dicitur subsannatio a rugatione nasi.
14 *Virgo filia.* i. Hierusalem, quæ dicitur virgo propter integritatem fidei, quæ semper remansit ibi in aliquib. Filia Sion dicitur, quia sicut filia a matre protegitur, ita ciuitas Hierusalem protegebatur a fortalitio quod erat in monte Sion.
15 *Post tergum.* Quia habitatores Hierusalem non audebant exire in campum contra eum, sed magis fugiebant ab eo: & sic vertebant ei dorsum. Consequenter Esaias dirigit sermonem suum ad Sennacherib. dicens:
15 *Contra quem.* comminando & blasphemando pręsuperbia. & respondit, di.
17 *Contra san.* idest, contra illum qui est sanctus sanctorum & Deus Israel per specialem cultum.
18 *Per manum ser.* sicut patet ex præcedentibus de Rabsace & alijs nuntijs, qui apportauerũt literas Ezechiæ. & iste fuit maior contemptus quam si Sennacherib hoc fecisset in persona propria, sicut dare alapam alicui per vilem personã quàm per seipsum.
19 *Et dixisti.* in corde tuo.
20 *In multitudine.* idest, ciuitatem Hierusalem, & templum quod erat in excelso respectu aliarum terrarum.

a *Et siccaui.* Rab. Vel præ multitudine exercitus omnia fluenta siccauit, vt puteos sibi fodere compulsus sit, Vel omnis populus quos aquæ significant, suo vastatur exercitu.

b *Nunquid.* Rab. Hæc ex persona domini contra blasphemiã Assyrij sentiẽda sũt. Non ignoras q̃ fecisti facta esse mea voluntate: Et hęc ego futura prędixi, & per te facenda imãdaui. Itaq; quod olim decreui, hoc expletum est tempore vt colles & principes qui inter se ante pugnabant & ciuitates munitissimę me cõtrahente manum nec solitũ prębente auxiliũ eradicarentur & contremiscerent ac perirent. & comparentur nõ oliuæ & vineæ & fructuosis arborib. sed fęno & gramini, q̃ frugibus impedimẽta sunt, herbisq; domatũ, quæ ante marcescũt quam ad maturitatẽ perueniant. Itaque sessionem & egressum tuũ & introitum tuũ cognoui ante, & insaniam qua cõtra me debacchaturus eras, prophetis vaticinãtib⁹ sum locutus, per quos olim dicturum esse te noueram: *In cælum ascendam, supra sydera cæli ponam thronum meum, & ero similis altissimo.* Itaq; furor tuus, & superbia peruenit in aures meas, & nequaquam te vltra portabo, vt intelligas quod potuisti non tuis te potuisse viribus, sed meo arbitrio. Merebantur enim impiæ gentes, vt infructuosæ arbores, vt per te quasi per securim, & serram meã succiderẽtur & caderent. Itaque ponam circulũ in naribus tuis, & blasphemãtia ora constringam, vt nequaquam vltra talia loqui audeas, fremumq; mittã in labijs tuis, quod tuam ferocitatem domet, & te reducat in Assyrios.

c *Hoc erit signum.* Rab. Eorum quæ prænuntio, quòd hoc anno ea comedas, quæ sponte nascuntur, siue iuxta LXX quæ prius seueras. Anno secundo secundum Symmachũ pomis vescere, siue iuxta eosdem quæ de præteritis segetibus, & cadẽtibus in terram pullulauerunt. In anno tertio fugato iam Assyrio & obsidione iam laxata, seminate & metite, plantate vineas & fructũ earum comedite. Si quidem paruæ vrbis huius reliquiæ quæ nunc hostili vallant exercitu. & euasuros esse se non credunt, tantã recipiẽt abundantiam oium rerũ, & fęlicitatem, vt instar arboris alta radice fundatæ pomis densissimis impleantur. De Hierusalem enim egredietur reliquię, & implebunt terram Iudeam euacuatam habitatoribus: non suo merito, sed Dei misericordia: imo zelo quo aduersus impios zelatus est populum suum.

d *Comede.* Esaias ita: *Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & anno secundo vescere pomis. In anno autem tertio seminate & metite, plantate vineas, & comedite fructus earum, & mittet id quod saluatũ fuerit in domo Iuda: & quod reliquum est radicem deorsum, & faciet fructũ sursum, quia de Hierusalẽ exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Sion. Zelus dñi exercituum faciet hoc. Oĩbus ab exercitu vastatis* comede

Angelomus. Eucherius.

Esa. 14. d. — Esa. 37. f.

¶ Hierusalem.

montium † in summitate Libani, & succidi sublimes cedros [1] eius, & electas abietes illius: Et ingressus sum vsque ad † ter- [2]

a ¶ Altitudo summitatis & saltus Carmeli templum est. b ¶ Vel ego fodi & bibi aquam: & siccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum.

minos eius, & saltum Carmeli eius † ego succidi, & bibi aquas [3] alienas, & siccaui vestigijs pedum meorum omnes † aquas [4] [5]

a Rab. Responsio domini contra verba Assyrij. ¶ Vel olim.

clausas. † Nunquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex die- [6]

¶ Rab vel ego. a ¶ Rab. vel eradicationem. ¶ Quod eradicatur funditus euertitur. [7]

bus antiquis plasmaui illud, & nunc adduxi Eruntq; in ruinam [8] collium compugnantium ciuitates munitæ, & qui † sedent in [9]

a ¶ Id est contracta & absque virtute. b ¶ A facie tua. c ¶ Gladio perierunt.

cis, † humiles manu, Contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt [10]

a ¶ Inutilibus comparantur. b ¶ Raba. Prius marcescunt quam maturescant.

velut fœnum agri, & † virens herba tectorum, quæ arefacta est

a ¶ Rab. Habi. tu. & omnia quæ operes ante præcognoui.

antequam veniret ad maturitatem. Habitaculum tuum, & [11] egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præsci- [12] uj, & furorem tuum contra me. Insanisti in me, & † superbia [13] [14]

¶ Rab. quasi dicat, Non te vltra feram blasphemantem.

tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circulum in nari- [15] [16] bus tuis, & chamum in labijs tuis, & reducam te in viam per [17] quam venisti. Tibi autem Ezechia hoc erit signum. Comede [18] [19]

† latera habitaculi finis eius, vel extrema altitudinis, vsque ad finẽ eius.

† riuos munitos, vel munitionũ aut fossarum ciuitatum.

† habitant

† abbreuiati, idest, erant sine vrbibus.

† & herba virens, & herba.

• viam tuam.

† vel famulis tuis.

† ego fodi vsque ad venã, &c.

† Nunquid nõ audisti q̃ longe ante illa feceram a diebus antiquis, vel ab initio aut etiã olim plasmauerã illud, vel pauerã, aut disposuerã, & nunc in effectũ produxi, vt desolentur vrbes munitæ in aceruos lapidum. Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 *In summitate.* idest, templi de lignis Libani facti, vt patet ex dictis suprà 3. lib.

2 *Et succidi.* Quia de talibus lignis erat factum templum. Vel per istas arbores metaphorice designantur principaliores populi, vt principes sacerdotum, & licet ista adhuc nõ fecisset Sennacherib, tamen ex superbia cordis reputabat se certitudinaliter facturum de futuro, ac si iam esset factum de præterito, & ad hoc designandum vtitur propheta tali modo loquendi.

3 *Et saltum Carmeli.* idest, vulgares homines.

4 *Et bibi aquas.* idest, ab alijs in cisternis & stagnis collectas.

5 *Et siccaui vestigijs.* idest, hominũ exercitus mei, & animalium venientium illuc ad hauriendũ & bibendũ. Consequenter propheta in persona domini alloquitur Sennacherib, di.

6 *Nunquid non au.* Scilicet omnem creaturã de nihilo, q.d. scire & audire debuisti, quia licet Gentiles ponerent multitudinem deorum, tamen super omnes ponebant vnã causam primam omnium, quam vocabant Deum deorum.

7 *Ex diebus.* idest ab æterno. *plasmaui illud.* i. faciendũ disposui quicquid factum est per patres tuos, & te, ad puniendum aliqua mala facta contra me secundum quòd dicit dominus. Esa. 10. b. *Væ Assur: virga furoris mei & baculus ipse est, &c.*

Et nunc.

8 *Et nunc.* Istam punitionem per te, & per alios.

9 *Eruntque.* Hoc est dictum ruinæ ciuitatum, & terrarum, & populorum, quæ factę sunt & fiendæ per te, totum est mea virtute.

10 *Facti sunt, &c.* i. nullius resistentiæ aut virtutis, quia sic volui.

11 *Habitaculum.* In terra tua quando tractabas in consilio tuo de inuasionibus aliarum gentium.

12 *Et egressum tuum.* Procedendo ad bellum.

13 *Et introitum tuum.* Intrado terras alienas, & ciuitateș.

14 *Ego præsciui.* Quia omnia illa præordinaui.

15 *Et furorem tuum.* Blasphemãdo nomen meum tanquam ingratissimus & insanus de victorijs quas dedi tibi.

16 *Ponam itaque circulum.* Sicut fit bubalis. & est sensus: Te indomitum ego domabo malis gradibus tuis.

17 *Et reducam te in viam.* Scilicet confusiue ad terram tuam, sicut patet in fine huius capituli.

18 *Tibi autem Ezechia hoc.* Hic ad confirmationẽ prędictorum datur mirabile signum, cum dicitur:

19 *Comede.* i. illud q̃d nascet̃ in campis de granis contritis de exercitu Sẽnacherib, & hoc patet per literam Hebraicã, quę sic habet: *Comede hoc anno renascens, vel renascentia.* & per illud quod habetur Esa. 37. f. *Comede hoc anno quæ sponte nascuntur,*

✱ idest,

MORALITER.

16 *Ponam itaque circulum.* idest, frenum &.

In naribus tuis. Verbum est domini alloquentis tyrannum, quem aliquãdo Deus refrenat ab ecclesiæ persecutione, eius potentiam auferendo, vel ipsum a malitia conuertendo.

Com.de

19 *Comede hoc.* Verbum est domini assecurantis bonum prælatum, & eius populum de sufficienti victu corporis, pro toto tempore persecutionis. Per ternarium enim annorum significatur tempus persecutionis quantum ad eius principium medium, & finem.

Factum

comede quæ iterum germinare, siue *quæ inter vngulas equorũ euadere potuerunt. In secundo anno quæ sponte nascuntur sine labore*. Vel simulatorie hoc dictum est, quia putabant se fame perituros.
a *Et propter Dauid seruum*. Rab. Propter futurorũ spem, præsentem excutit metum. Dicit autem, quia nõ suo merito, sed Dei clementia conseruentur, imò & patris eorum Dauid memoria: in quo monentur & suæ negligentiæ, & illius fidei & iustitiæ, quia in tantum diligit Deus iustitiam, vt posteros maiorum virtute tueatur.

b *Factum est igitur*. Rab. Tota ab vno angelo vna nocte cæduntur, & absq; vulneribus mors sæua discurrit. Super quo in Paralip. legitur: *Et misit dominus angelum qui percussit oẽm virum robustũ & bellatorem, principemq; exercitus regis Assyriorũ*. Reuersusque est cum ignominia in terram suam. Qui seruatus est, vt fieret testis maiestatis illius quem paulo ante contempserat.

hoc anno † quæ repereris. In secundo autem anno † quæ sponte nascuntur. Porrò in tertio [1] anno seminate & metite, plantate vineas, & comedite fructus earum: Et quodcunq; reliquum fuerit de domo Iuda, † mittet radicem deorsum [2] & faciet fructum sursum. [3] De Hierusalem quippe egredientur reliquiæ, & † quod saluetur de monte Sion. Zelus domini exercituum faciet [4] hoc. quamobrem hæc dicit dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, [5] nec [6] mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec † circundabit eam munitio. Per viam qua venit reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit dominus. Protegamq; vrbem a hanc, & saluabo eam [7] propter me, & propter [8] b Dauid seruum meum. † Factum est igitur in [9]

¶ Rab. Vel saluatum.
¶ Rab. Subaudi, in agris vel seminibus.

† quod sponte nascentia, i. sine aratione & semine.
† quod pullulat, siue germinat è radicibus seminis.
† euasor, qui euaserunt.
† circundabit eam aggere.

✱ Chrysosto. Aliorum virtus multorũ tegere valet malitiam. Multa enim domini bonitas est, & sæpe solet etiam propter paucos multis dare salutem. Et quid dico, propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est in præsenti vita iustus, propter defunctorum virtutem viuentium miseretur, & curam habet. Protegam ciuitatem hãc propter me inquit, & propter Dauid. (Homil. 12. in Gen.)

✱ Idem. Bonum est Sanctorum precibus frui, sed quando & ipsi seduli, & vigiles fuerimus. At, quid mihi opus est inquis, aliorũ precibus, quando ipse sedulus fuero? Paulus non dixit, quid mihi precibus aliorum opus est, & tu dicis, quid mihi opus aliorum precibus? Petrus nõ dixit, quid mihi necesse est vt pro me oretur? Precatio enim fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deũ pro eo. Et tu dicis, quid mihi aliorum precibus opus est? Propter hoc ipsum opus habes, quod te putas illis non habere necesse. Etiam si Paulo similis esses, opus tamen haberes aliorum precationibus. Noui inquit, quod hoc mihi cedet ad salutem per vestram precationem, ac subministrationem Spiritus Iesu Christi. Et iterum: Simul adiuuantibus & vobis per deprecationem pro nobis. Et tu dicis, quid mihi opus est aliorum precibus? Si vero desides fuerimus, nemo nos iuuare poterit. Quid profuit Ieremias Iudæis? Quid Saulem iuuit Samuel? Quid profuit Israelitis? Nihil prosunt, inquis, preces? Prosunt plurimum, sed quando & nos aliquid fategerimus. Adiuuant enim & auxiliantur. Audi Deum dicentem: Protegam ciuitatem istam propter me, & propter Dauid seruum meum, &c. (Hom. 1. in epist. Thess. — Act. 12. — Philip. 1. — 2. Cor. 9. — Ierem. 7. — 1. Reg. 15. — 2. Reg. 12.)

✱ Glycas. Hæc verba: *Protegam vrbem hanc, &c.* ita diuinitus prolata sunt, ne putaret Ezechias, orationem suam iustitiæ causa qua præditus erat, exauditam esse. Præterea licet hinc intelligere, iustos homines etiam vita functos, viuentium patronos agere. (Parte 2. Annal.)

Factum

✱ Chrysosto. Si in manu Dei sunt fines terræ, & qui in ea habitant, vt locustę, & omnes gentes tanquam guta a cado, & tanquam trutinę momentum reputabuntur: iam vero angelus quoque ab eo egressus, breui momento temporis cẽtum octoginta quinque millia interfecit: muscæ, erucæ, & vermes Aegyptiorum exercitum perdiderunt, vbi illi arcu opus est? Vbi gladio? Sed propter auditorum crassitudinem, vt his consuetis armorum nominibus eorum mentem terreant. (In Psal. 7. — Isa. 49.)

✱ Idem. Tanta est potentia Dei iubentis, quòd quæ per angelos & magnas potestates faciebat in Aegypto, ea sæpe etiam per elementa faciat admirabiliter, vt quãdo hęc quoque angelus fecerit, nemo paulisper insipientior id illi attribuat, sed ei qui imperauit. Angelus bello finem imposuit? Imposuit quoque grando. Interemit primogenita angelus? Maris quoque procella populum interemit. Pro omnibus ergo clementi Deo age gratias. (In Psal. 148. — Ecc. 48. d. — Esa. 37. f. — 1. Mac. 7. f.)

✱ Theodor. Hęc facta sunt, vt significaretur omnibus quanta sit virtus Dei Iudæorum. Quoniam enim Sennacherib aduersus qui ipsum fecerat, rabie fuerat percitus, ab his tãdem qui ab ipso procreati fuerant, fuit interfectus. (Quæst. 32.)

✱ Iosephus. Berosus qui Chaldaicam conscripsit historiam meminit regis Sennacherib, & quia regnauit super Assyrios, & castrametatus est contra oẽm Asiam, & Aegyptum, ita dicens; Reuersus est Sẽnacherib a prælijs Aegyptiorum: ad Ierosolymam cum venisset, exercitum quem Rapsaces diuiserat inuenit, in periculo pestilentiæ constitutũ. Deus.n. morbum populo eius immiserat, ita vt prius nocte eorũ qui obsidebant deperirent centum octoginta quinque millia viri, cum iudicibus, & tribunis. Propter hanc calamitatẽ in nimio terrore & angustia constitutus, de cuncta iã militia metuens, fugit cum sua manu ad proprium regnum. Et dum modicum tempus ibidẽ commoratus fuisset, dolo a senioribus filijs est peremptus in proprio templo, quod dicitur Arasci. (Li. 10. Antiq. cap. 2.)

✱ Hierony. Sennacherib idcirco seruatus est, vt sciret potentiam (Com. in 38. Isa.)

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *idest, sine cultura hominum cuiusmodi est dicta renascẽtia. In secũdo anno quæ spõte nascuntur. i. fructus arborum, vñ Esa. 7. f. dicitur*, Secundo anno pomis vescere, *poma. n. generaliter dicuntur oẽs fructus arborũ, In Hebræo habetur*. Secũdo autem anno præcisionem, *idest, fructus qui de arborib. abscinduntur & colligũtur. Ra. Sa. aliter exponit præcisionem, dicens, quod exercitus Sẽnacherib pciderat arbores fructuosas regionis, et propheta prædixit hoc signũ, quod secundo anno facerent ramos ita magnos, quod tantum cresceret ibi de fructu, quod populus inde posset sustentari.*

1 Porro in tertio ann. *Qđ exponit Rabi Salo. dicens. Tu Ezechia cum videris duo signa prædicta, scilicet, quod ex granis contritis pdicto modo oriãtur fruges ad sufficientiã primi anni, et ex arborib. præcisis fructib. ad sufficientiã secundi, quæ non possunt nisi diuina virtute fieri, sis certus de cõtritione exercitus Sennacherib, ita qđ poteritis absque timore seminare & metere.*

2 Mittet radicem deorsum, *idest, stabiliter in terra.*

3 Et faciet fructum sursum. *idest, bona opera.*

4 Zelus domini. *idest, non ex meritis vestris, sed ex diuina gratia.*

5 Non in. vr. hanc. *Sicut comminatus est.*

6 Nec mit. *Quia non permittetur tantum appropinquare ciuitati.*

7 Et sal. eam pro me. *id est, propter gloriam nominis mei demonstrandam.*

8 Et propter Dauid. *idest, propter merita ipsius.*

9 Factũ est igi. *Posita denuntiatione liberationis Ezechię, hic cõsequẽter ponitur huius liberationis executio in facto, cũ dicitur*, Factum est igitur. *hoc non potest referri ad tempus in quo Esaias dixit ista quæ prædicta sunt, quia fuerunt duo anni intermedii, quia populus Ezechiæ vixit de frugibus granorum contritorum et pomorum, vt patet ex prædictis, ideo dicunt aliqui, quod refertur ad tẽpus in quo Sennacherib post debellationem regum Aethiopiæ et Aegypti cõtra quos iuerat* ✱ *vt*

MORALITER.

9 *Factum est igitur*. Per hoc significatur vindicta diuina, quæ aliquando de persecutoribus ecclesiæ datur manifeste.

tentiam Dei, & blasphemātia ora cōprimeret: fieretq; testis illius maiestatis, quem paulo ante contempserat.

Hebrei. Rogabat Sennacherib a suis sacerdotibus, qua de causa non potuerit vincere Iudæos? Rñsum accepit, quòd Abrahā filium suum Isaac Deo immolare voluerit. Vnde rex imitatione quadam Deū suū demereri sibi volēs duos filios suos Adramelech & Sarasar occidere attētauit, qui occiso patre euaserūt in Ararath, quæ est Armenia, ad Septentrionē sita Assyrijs.

Rucherius. Angelomus. a Cumque adoraret in templo. Rab.

nocte illa venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Cumque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abijt. † Et reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & ¶ Vrbe primi regni sui. mansit in Niniue. Cumque adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntque a Ra. Ararath. in terram Armeniorum, & regnauit Asarhādom filius eius pro eo. a ¶ Qui misit habitatores Samariæ ne terra remanerent incultæ.

1 Rab. Quasi victoriam de hostibus reportaret, contemptor veri Dei in phano falsi numinis trucidatur: nec angelico perit gladio quod erat commune, sed parricidio filiorum. † Tob. 1. d.

Rab. Pharao quoque in decem Aegypti feriatur plagis, vt nouissimus pereat.

b *In terram Armeniorum.* Ararath regio in Armenia campestris, per quā Araxes fluit incredibilis vbertatis ad radices Tauri montis. Ergo & arca Noe non ad montes generaliter Armeniæ delata est, sed ad montes Tauri altissimos qui Ararath imminet campis.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

vt patet ex prædictis, post duos annos rediit ad obsidendum Ierusalem: Et nocte illius diei qua posuerat obsidionem, facta est ista plaga super eius exercitum, sed hoc consonat literæ præcedenti, vbi dicitur. Nec circun. *idest, obsidio. Et ideo dicit Rab. Sal. quòd ista plaga facta est cum adhuc exercitus eius distaret a Ierusalem, & dicit q erat in Nobe, quæ non est multum longè a Ierusalem, & idem videtur per illud quod habetur Esa. x.* Adhuc dies est, vt in Nobe stetur. *& scias quòd ille locus quem Ra. Sa. vocat Nobe, dicitur Nob. Esa. x.*

1 Venit angelus domini. *Executor eius iustitiæ.*

2 Et percussit in castris. *Scilicet omnes robustos bellatores & principales exercitus, vt habetur 2. Paral. cap. 32.*

3 Cumque diluculo, *scilicet Sennacherib, vt iret ad obsidendum Ierusalem.*

4 Vidit omnia. *Dicunt Hebræi, quòd corpora fuerunt incinerata sub armis ac vestibus intactis, ita quod populus Ezechiæ potuit spolia de facili colligere, & sine cadauerum fœtore, & in hoc satis concordant verba Esa. 9. cap. & 30.*

5 Et reuersus est. *cum paucis qui remanserant confusibiliter & ignominiosè.*

6 Filij eius. *Dicunt aliqui, quòd hoc fuit eo quòd ordinauerat Asaraddon regnaturū post se, duobus postpositis istis, & sic desiderio regnandi interfecerunt eum, sed huic non videtur consonare quod subditur:*

7 Fugeruntque. *& ideo videtur q interfecerunt eum cupiditate regnandi post eum. Et ideo Ra. Sa. aliam causam assignat dicens, q principes regni sui erant turbati contra eum, eo quòd filij eorum, & amici erant mortui modo prædicto, propter eius superbiam & blasphemiā contra Deum Israel: propter quod tractabant de morte ipsius. Quod cum ad eius aures peruenisset, intrauit templum Dei sui, orans & promittens, quòd si hoc periculum euaderet, in eius honorem duos filios suos prædictos sacrificaret. Quod filij intelligētes eum interfecerunt, ne ab eo interficerentur. & hoc dictum satis concordat literæ in qua dicitur:* Cumque adoraret in templo, &c. *Filij eius interfecerunt eum.*

CAP.

MORALITER.

† *Cumque adoraret in templo Nesroch & c.* Sequitur: *Filij*

6 *Filij eius.* Per hoc signatur quòd tyranni persecutores ecclesiæ, vt communiter a suis subditis occiduntur.

CAP. XX.

IN † diebus illis ægrotauit [1] Ezechias vsque ad mortẽ & venit ad eũ Isaias filius Amos prophetes, dixitq. ei. Hæc dicit dominus Deus, pręcipe domui tuę. [2] † Morieris enim tu & non [3] viues. [b] Qui conuertit faciem suam ad parietem, [4] & adorauit dominum, dicens. Obsecro domine, memento quomodo ambulauerim coram [5] te in veritate, & in corde perfecto, & quod [c] placitum est coram te fecerim. Fleuit itaque † Ezechias fletu magno.

CAP. X X.

A IN diebus illis. Rab. Ne eleuaretur cor Ezechiæ post incredibiles triumphos infirmitate corporis visitatur & audit se esse moriturum, vt conuersus ad dominum flectat sententiam.

Eucherius. Angelomus.

Rab. Cuncta Deus secutura præsciens ante secula, decreuit qualiter per secula disponatur. Statutum ergo est quantum in ipsa vita mortali tẽporaliter viuatur. Nam etsi annos 15. Ezechiæ addidit Deus, eum tamen cum mori permisit, tunc præsciuit eum esse moriturũ. Cui cum mortis sentẽtia dicta est, protinus ad eius lachrymas vita est addita. Eo quidẽ tempore mori merebatur, qui elatus domino gratias pro inopinata victoria non reddidit. s. quia suæ iustitiæ & meritis deputauit. Nec præfixum in præscientia Dei tempus vitę prolongatum est, sed illud quod B peccando amiserat ex largitate Dei redditum erat. Qui eũ moriturum prædixit, ante pœnitentiam illius præsciuit. Cõuertit faciem ad parietem templi: quia ad templum ire non poterat. Parietem templi dicit iuxta quod palatium erat, vel ad parietem absolute, ne lachrymas assistentibus ostentaret, vt tota mente Deum deprecaretur.

† 2. Par. 32. E

† De pę. di. 1. c. quãobrem.

✠ Glycas. Quia pater ipsius oraculum acceperat huiusmodi. En virgo prægnans erit, seipsum putarat Emmanuelẽ esse, ac promissionis euetum in se finem habiturum. Quapropter virginitatẽ colens, nullo cõiugij studio tenebatur. Præterea, cũ extraneorum interitum conspexisset, ex quib. vna nocte cẽtum octoginta quinque millia sunt ab angelo interempta, magis etiam in opinione sua stolida confirmabatur. Quapropter, a domino ad frugem reuocatur, pede sic adflicto, vt iam putresceret.

Parte. 2. Animalium.

✠ Cyrillus Alex. Ezechias abductus est breui (vt Hebræorũ filij aiunt) decoro, & animo magno elatoque fuit, ac in superbiæ laqueos incidit. Hanc ob causam, ex amore virgam ei intentauit Deus. Quem. n. amat, erudit Dominus, flagellatque filium quem recipit. Verberat. n. vt liberorum amans pater, traducẽs ad meliora, & abducens a turpiorib. eos, qui ijs sunt impliciti. Quemadmodũ enim medici quæ putrue- C rũt, vel igni colliquefaciunt, vel ferro secant, non odio erga ægrotantẽ, sed potius misericordia, ad eundem modũ Deus offensiones in nobis moderata acerbitate rescindit, ne cum mundo condemnemur.

L. 3. in Isa. cap. 38. Heb. 12. 1. Cor. 11.

✠ August. Ezechias ne de tanta victoria esset eleuatus, & forsitan etiam gratiarũ actione exiguus, in grauissimi lãguoris morbum incidit. Ad quẽ in ipso morbi langore visitãdũ Isaias propheta veniẽs dixit. Dispone domui tuæ, quia non viues vltra, sed morte morieris. D

L. 2. de mirab. sacræ. script. c. 48.

✠ R. Ionathan. Commenda viro alicui domum tuam.

✠ Angelomus. Conuertit faciem suam ad parietẽ quia ad templum ire non poterat. Ad parietem autem templi iuxta quod Salomõ palatium extruxerat, vel absolute ad parietem, ne lacrymas suas assidentibus ostentare videretur. Aut certe iuxta Ieremiã ad cor suum, qui idcirco parietem cor appellat, vt tota mente dominum deprecaretur.

b Qui conuertit. Rab. Felix conscientia, quæ afflictionis tempore bonorum operũ recordatur, quomodo alibi scriptum est. Quis gloriatur purum se habere cor. Sed perfectionẽ cordis dicit in eo, quod idola destruxit, templi valuas aperuit, serpentem æneum comminuit & cætera fecit quæ scriptura commemorat. Plerumq; iusti necessitate aliqua sua coguntur opera fateri, quod cum iniusti audiunt elationem putant, ex suis enim cordib. dicta iustorum pensant. Sicut grauis culpa est sibi hominem arrogare quod nõ est, sic culpa nulla est si humiliter dicat quod bonum est, vnde contingit vt iusti & iniusti habeant verba similia, & in quibus dominus ab his offenditur, in eis verbis ab illis placatur. Ecce Pharisæus se iustificat in opere, Ezechias etiã in cogitatione, vnde ille offendit, inde iste Deum placauit, cuius confessionem perfectionis dominus non despexit, quem mox in precibus suis exaudiuit. Verba enim singulorum Deus pensat ex corde ipsorum.

Angelomus. Eucherius. Prou. 20. b. Luc. 18.

c Fleuit itaq;. Rab. Fleuit propter promissionem dñi ad Dauid, quã videbat in sua morte perituram, quia nõdum Ezechias filiũ hẽbat. Nam post mortẽ eius Manasses cum duodecim esset annorũ regnare cœpit, ex quo perspicuũ est post tertium annũ cõcessę vitæ Manassen esse generatum. Alij asserũt quãuis sanctos viros morte terreri propter ignorantiam sententiæ Dei, quã sedẽ habituri sint post mortem. Simulq; fati quæstio soluit, ac necessitatis vincula atq; causarũ, q; nequaquã dies mortis singulis præfinita sit, sed voluntate Dei & ignotis mortalibus causis, vel viuat aliquis, vel moriatur. Præsertim cum & statuta mortis necessitas differatur, & post mortem resuscitatos plurimos legamus. F

✠ August. Lachrymabilem pro vita sua in cõspectu domini misericordissimi precẽ fudit. Non quod de suo ut pote pfectus

Vbi supra.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XX.

IN diebus illis. *Hic consequẽter describitur Ezechiæ mirabilis sanatio, et primo huiusmodi sanatio describitur, secundo ex hoc surgẽs elatio reprimitur, ibi.* In illo tempore. *Circa primũ pręmittitur mortis imminentis denuntiatio, secundo eiusdẽ dilatio, ibi.* Qui conuertit. *tertio mirabilis sanatio, ibi,* Dixitque Esaias: *Circa primum dicitur,*

1 In diebus illis ægro. Eze. usque ad mor. *quia per viã naturæ non poterat euadere. Dicunt autẽ aliqui, quod hæc infirmitas contigit Ezechiæ, eo quod nõ reddiderat gratias Deo sufficienter de percussione exercitus Sennacherib. Sed hoc dictum improbat Ra. Sa. per hoc quod Esaias dixit sibi postea.* Et de manu regis Assyriorũ liberabo te & ciuitatem hanc. *Ex quo patet, quod percussio exercitus Sennacherib fuit post infirmitatẽ Ezechię et nõ añ. Dicit igit, qd hoc accidit, eo quod noluerat accipere vxorem, quod tamẽ facere tenebatur, vt linea Dauid in regno per ipsum continuaretur, propter quod cõualescẽs accepit vxorem, de qua genuit Manassen. Et huic dicto videtur concordare litera sequẽtis capituli, vbi dicitur quod Manasses erat 21. annorum cum regnare cœpisset mortuo patre qui vixit 15. ann. post suã sanationem, vt in litera habetur. Potuit etiã esse alia causa infirmitatis Ezechiæ, vt per eius sanationem mirabilem Deus glorificaretur, sicut de cæco nato dicitur Ioan 9. a.*

2 Præcipe domui. *idest, ordina testamentum tuum.*

3 Morieris enim. *Reuelatio enim prophetica aliquando fit secundũ dispositionem causarũ inferiorum, & non secundum quod est in mente diuina, & sic fuit in proposito, quia talis erat infirmitas Ezechiæ, qđ via naturali mortẽ non poterat euadere, sic intelligitur denuntiatio prophetæ.* Morieris, &c. *per hoc tamen non exclusit propheta, quin ex Dei gratia sanari posset, propter quod Ezechias cõuertit se ad orandum dominum pro sua sanatione, quod nõ fecisset si propheta sibi mortem denuntiasset, secundum ordinem voluntatis diuinæ.*

4 Qui con. *Hic consequenter describitur mortis pronuntiatę dilatio per orationem Ezechiæ, cum dicitur.* Qui conuer. *vt oraret secretius & deuotius, & non impediretur ab assistentibus.*

5 Memento quomodo ambulauerim. *Non dicit hoc per iactantiam, sed magis ad gratiarũ actionem, recognoscens quod hoc fecisset ex voluntate diuina, vt sic gratus de præcedentibus vlteriorẽ gratiam impetraret.*

MORALITER.

1 *In diebus illis.* Secũdum doctores Latinos Ezechias de tãta victoria diuinitus sibi data non reddidit Deo grãs vt debuit propter quod infirmitate percussus fuit. Dicit autẽ Aug. in Enchiridion, quod Deus adeo est oĩpotens & bonus, q; non sineret mala fieri nisi inde eliceret bona maiora, & sic aliqñ Deus permittit bonos cadere, ut resurgãt fortius in uirtute Sic enim permisit Moysen & Aarõ peccare in aquis cõtradictionis, Et hoc modo Ezechiam regẽ permisit peccare in victoria a Deo sibi data, illã plus debito suis meritis attribuẽdo pp quod mori corporaliter demeruit sicut Esaias sibi dixit.

2 *Præcipe domui.* Sed quoniam ipse veraciter pœnituit, sicut dicitur in textu. *Qui conuertit fa.* Sequitur:

† *Fleuit itaque.* ideo secuta est Dei misericordia dicentis sibi per Esaiam.

A ... ctus, merito in conspectu conditoris sui incertus fuit. sed qa in Christi venturi generatione sui generis prosapiã in throno Dauid lucernã non dereliquit. Sed cũ supplicantis fletibus dominus ad misericordiã flexus esset, rursum Esaias mittit, qui sanitatẽ, & regnum, & pacem vndiq; regi & ciuitati fore denuntiat.

Lib. 3. adu. Marcionem.

✲ Tertull. Aemulus Ezechias, populi corrector inertis. Ab latis legem qui restaurauit, iniqs. Hæc olim mandata Dei prior omnia iussit. Qui precibus bellũ, non ferri cuspide soluit. Hic moriens, lachrymis annos ac tẽpora vitæ Accepit, merito talem tulit actus honorem.

a *Et propter Dauid seruum meum.*

Hom. 69. ad pop. Ant.

✲ Chrys. Si iusti dũtaxat memoria tm̃ potuit, cum & opera pro ipso fuerint, quã tum non valebit sanctorũ pro defunctis oratio? Non temere ab Apostolis hæc sãcita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam.

B

† gradibus.

Ezechias fletu magno. Et antequã egrederetur Isaias mediã partem atrij, factus est sermo domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei. Hæc dicit dñs Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, & ecce sanaui te. Die tertio ascendes templũ domini, & addam diebus tuis quindecim annos. Sed & de manu Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem istam propter me & propter Dauid seruum meum. Dixitque Isaias. Afferte massam ficorum. Quam cum attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam. Quod erit signum, quia dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertio tẽplum domini? Cui ait Isaias, Hoc erit signum a domino, quod facturus sit dominus sermonem quem locutus est. Vis vt ascendat vmbra decem lineis,

(interlinear: a ¶ Rab. vt ipse sanaret qui percusserat. — a Quasi dicat cuius opera sectaris. — b Rab. Quoniam ambulauerat coram domino in veritate & corde perfecto, & fleuit, & Deo placitum fecerat. — a ¶ Quos non postulauerat. — a Rab. Cum vita regni securitas promittitur.)

b *Afferte massam.* Rab. Verbum schim siue schim (vt aiunt Hebræi) vlcus sonat non vulnus, hoc infligitur, illud sponte nascitur. Nã Aquila, Symmachus & Theodotio Aroc, interpretati sunt, q morbum regium intelligũt, cui contraria putantur vel sumpta in cibo, vel appotita corpori quæcunque sunt dulcia. Dei ergo potẽtia monstratur, dũ per res noxias sanitas restituitur. Alij sim, apostema suspicantur, quãdo tumens corpus cocto & putrescente pure completur. Et iuxta artem medicorum, omnis sanies siccioribus ficis atque contusis in cutis superficiem prouocatur.

L. regul. fus. disp. inter rog. 55.

✲ Basilius. Propterea quod quidam vitiose vtantur medicina; haud quaquam hoc diuinitus nobis datum munus debet in crimen vocari. Etenim cum incolumitatis suæ spẽ omnẽ habere positam in manib. medicorum, plane iumentorũ simile sit, omnes penitus quæ ab ea proficiscunt vtilitates fugere hoĩum est valde in sua sententia peruicaciũ. Sed quẽadmodũ Ezechias massam ficorũ illam neutiquam sanitatis suæ præcipuã causam fuisse arbitratus est, neq; salutem corporis sui q recuperauerat, illi acceptã tulit, sed ad Dei gloriam,

C

riã, etiam quod ficos creasset, gratiarũ actionem adiecit, sic & nos quandocunq; a Deo vapulamus, petamus vt nobis indicet, cur ita plectamur, tum ab his quib. premimur acerbitatibus liberemur, & animi fortitudinem cõprecemur, vt vna cum tẽtatione exitum etiam præbeat, & sustinere possimus. D

c *Vis vt ascendat vmb.*

L. 2. de mirab. sacræ script. c. 28.

✲ Aug. Dum Isaias duas prophetias sibimet inuicem contrarias eadem hora protulisset, necesse erat vt alteram quæ faciẽda esset, signi ostensione firmaret. Vnde vt rex quod dicebatur indubitanter crederet solis in ortum ab occasu per decem horas cursum recidiuo De tramite retorquet, quatenus inde veluti mane iterum festinare inciperet, qui diei totius, exceptis duabus horis, spatium cõsummasset. Conuenienter autem tale signum euenit, quoniam sicut sol in procinctu occasus sui positus in diei initium reducitur, sic rex in mortis expectatione constitutus, quasi ad incipientis vitæ gaudia reuocatur. E

Partea. Anna lium.

✲ Glycas. Diem illũ tradit Hippolytus, triginta duas horas habuisse. Sol enim gradus decem permensus, deinceps per eosdem recurrebat, quo facto suum ad cursum ordinariũ reuersus, duodecim reliquis gradibus peragratis ad occasum peruenit. Verũ Eustathius Antiochenus patriarcha vult diem illum nõ habuisse plures quam viginti duas horas. Vt enim ita sensisse, quasi solis retro facta regressio nõ horis decẽ, sed oculi vno momẽto acciderit. Eximius ille Maximus de his ad Thalassiũ scripsit. Fecit Deus huiusmodi prodigium, ea potissimum de causa, vt luculente declararet, neque certæ legi, neque necessitati sydera esse obnoxia.

Eucherius Angelomus.

Rab. Datur signum vt sol decem gradibus reuertat. Gradus autẽ Symmachus intellexit in lineis horologij, in quo ita erãt extructi gradus arte mechanica, vt per singulos vmbra descẽdẽs horarũ spacia terminaret. Erat hora diei decima qñ hęc propheta regi loquebat. Vis ergo, inquit, vt ascẽdat vmbra decẽ lineis procedẽte sole super terram p Boreales plagas vsq; ad Orientem, quod subtus terrã quotidiana cõsuetudine sui cursus erat facturus? An vt reuertat vmbra toti- F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et antequam egrederetur Isaias mediam partem. *i. curia domus regiæ.*

2 Audiui ora. *eam acceptando.*

3 Vidi lachry. tuam. *idest lachrymas, sicut dicitur Exo. 8.* Venit musca grauissima &c. *idest, multitudo etc. sic in proposito quia Ezechias fleuit fletu magno vt dicitur in litera.*

4 Die tertio ascendes. *sanatus, dicit Rab. Sa. quod illa dies fuit in qua exercitus Sennacherib fuit percussus, et sic Ezechias ascendit in templum, ad reddendũ gratias de sua sanatione, et de liberatione populi sui de manu Sennacherib.*

5 Et addam. *istud denuntiauit propheta secundum ordinem causæ primę, videlicet prout erat ordinatum in diuina mente, et illud quod sic reuelatur et denuntiatur, immutabiliter impletur.*

6 Et protegam vrbem istam pro. me. *idest propter gloriam nominis mei quod Sennacherib blasphemauit.*

7 Et propter Dauid seruũ meum. *i. propter merita eius principaliter, & non aliorum in regno sibi succedentium.*

8 Dixitque Esaias. *Hic consequẽter ponitur Ezechię mirabilis sanatio, cum dicitur.*

9 Afferte massam ficorum. *Dicunt. n. aliqui, quod ficus & alia dulcia aggrauant infirmitatem illã quam habebat Ezechias, vt sic fieret mirabilior sanatio per appositionẽ illius quod natũ erat aggrauare.*

10 Quod erit signum. *Hoc non petiuit ex incredulitate vel diffidentia, sed magis ex confidentia diuina, & vt magis appararet eius gloria multiplica domirabilia.*

11 Vis vt ascendat vmbra, &c. *id est, procedat vltra et sic hẽtur in Hebræo. Ex quo etiam patet, quod illud horologium erat ad solẽ ad cognoscendum horas diei per eius vmbram. Et dicunt aliqui, quod duæ lineæ faciebant vnam horam, & secundũ hoc illa dies artificialis fuit augmẽtata x. horis. Alii vero dicunt, quod quęlibet linea faciebat vnã horã, et sic illa dies augmẽtata 20. horis 10. retrocedendo ad Orientẽ et 10. redeundo ad locum pristinum, & sic illa dies artificialis fuit 32. horarum, quia añ habebat 10. horas, et postea duas habuit sole tendẽte ad occasum, & hæc videtur opinio Dionysii in epistola ad Policarpũ. vbi loquens de ista retrocessione solis dicit sic. Sol cum decima hora esset, Deo præcipiente repedauit ad Orientem aliis decem horis designatis, deinde rursus decem horis aliis ad Occidentem currente sole, sed & residuis diei duabus horis.*

In

MORALITER.

2 *Audiui orationem tuam.* Et quia non solũ consecutus fuit a domino corporale bonum sed etiam spirituale, subditur.

4 *Die tertio.* Per quod significatur ascẽsus ad culmẽ virtutũ.

Et ad-

5 *Et addam.* Per quã additionẽ significatur cumulatio meritorum. Sic igitur in dictis Ezechias figura fuit cuiuslibet boni viri, qui Deo permittẽte & diabolo procurãte cadit in aliqđ peccatũ, sed ex Dei misericordia resurgit ad maius bonũ.

Vis vt ascendat, &c. Sequitur.

† *Nec hoc*

totidem gradibus, conuersa retrorsum facie Solis, ipsoq; per Australem plagã ad Orientẽ regresso? Quod rex maluit, quia maioris poterat esse miraculi, si sol cõtrariũ suo motui cursũ ageret, quã si consueto processu incedẽs tametsi super terras elatus ad Orientẽ quasi secũdi diei mane nulla interueniẽte noctẽ facturus aduolaret. Nam & in insula Thule quę est vltra Britãniam, vel i Scytharum finibus degunt, omni ętate diebus aliquot vident manifeste, quomodo sol ab Occidẽte ad Orientem humilis redeat. Nũquam autem hi qui interiora Austri incolunt, vident solem per Meridianas plagas ad Oriẽtem ab occasu redire. Quod signum & pręsentis tẽporis & futuri typus erat, vt quomodo sol reuerteretur ad exordiũ sui, ita & Ezechię vita ad detractatos annos rediret, nobisq; in hebdoade & ogdoade viuẽtib. per resurrectionem Christi vitæ spatia ꝑ vitæ spatio protelent.

Rabbanus. Quidam decem gradus linearum ad mysteriũ Christi transferunt, & vmbras figurarũ in descẽsione Christi interpretantur, per quos iterum sol iustitię Christus post resurrectionẽ ascendit. Primus gradus descẽsionis de cęlo in angelo fuit, quia magni cõsilij nuncius erat. Secũdus gradus descensionis de angelo in patriarchis fuit, quia in omnib. vt ait apostolus, ipse operatus est. Tertius in legis datione, quia in lege ipse est locutus. Quartus in Iesu Naue, vt populum in terram promissionis induceret. Quintus in iudicibus, quia eundẽ populum ꝑ eos ipse regebat. Sextus in regibus Iudęorum, quia in eis ipse regnabat. Septimus in prophetis, quia ꝑ eos annunciatur. Octauus in pontificibus, quia ipse summus sacerdos est patris. Nonus in hoĩe. Decimus in passione, per hos decem gradus quasi vmbram legis priscæ Christus descendit: ac rursus post resurrectionem suã sol iustitiæ Christus per eosdem gradus sursum in cęlum ascendit, & omnẽ illam vmbram legis veritatis radijs illustrauit.

a *In illo*. Rab. Suprà legitur q. Sennacherib rex Assyriorũ cepit ciuitates Iuda, & misit Ierusalẽ partem exercitus, & cæsis ꝑ angelũ centũ octogintaquinq; millibus, ipse fugit in Niniuem.

Decem gradus quibus Christus post resurrectionẽ ascendit.

Rabbanus. Angelomus. Supra 19.g. Esaias 38.a.

† Esa.38.a.

an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias. Facile est vmbram † crescere decem lineis, nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaque Isaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. † In illo tempore misit Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum, literas & munera ad Ezechiam. Audierat enim,

a. ¶Rab. Nabuchodonosor secundum Heb.

† Declinare

uẽ. Quo interfecto regnauit Assaraddon filius eius pro eo. Aegrotauit Ezechias & recepit ꝓphetæ nũtio sospitatẽ. Sole reuerso ad ortũ, pene duplex dies est factus. Nũc legimus q. i tẽpore illo. i. eodẽ anno quo hęc gesta sũt misit Merodach Baladã libros & munera ad Ezechiã, nõ Assaraddõ, de cuius morte vel vita scriptura conticuit. Ex quo perspicuum est, aliud fuisse tunc regnũ Assyriorum, aliud Babyloniorum. Denique Samariã .i. decem tribus cepere Assyrij, Iudã postea cepere Chaldęi, quorũ rex Nabuchodonosor. Audierat Merodach petitione Ezechię ad ortũ solẽ cõuersum, quẽ Chaldęi adorant, dumque regi mortali obsequium Deum suum præbuisse cognouissent, illũ adorã dum plus homine crediderũt.

✠ Glycas. Solis illã regressionẽ tã nouã prorsus & insitatam fuisse tradit Areopagita Dionys. vt s. modũ Babylonijs stupori esset, eiusq; ꝑberet occasionẽ vltrò se submittendi Ezechiæ, tanquam hoĩ diuino.

✠ Theodo. Miraculũ de sole peruasit vniuersum orbẽ terrę: oĩbus enim fuit cognitũ solẽ retrocessisse. Quamobrem rex Babyloniorũ, cũ & Sennachoribi interitũ resciuisset, & quę de sole admirabiliter, & pręter opinionẽ facta erant didicisset, misit & legatos, & dona ad regẽ Iudęorũ, & quos solebant abducere in captiuitatẽ, eos honorarũt, tanquã pręstantiores. Ita eos reddidit insignes Deus quem coluerunt.

✠ Chrysost. Ezechias cum eos qui ex Babylone, non ex his quę diuinitus euenerant, sed ex rebus humanis voluit pterrere, & adducere in admiratione, timens ne ab eis inuaderetur, ideo eis thesauros ostendit, hĩs spem in thesauris. Quare Deus irritatus, Accipiet, inquit, hęc omnia: hoc est, ea in quibus confidis, & tuam spem reponis. Israel quoque insimulatur, quòd pecunijs & equis confiderent.

Rabanus. Tradunt Hebræi ęgrotasse Ezechiam, qm̃ pp inauditam victoriã & Assyrij regis interitum non cecinerũt laudes dño, quas cecinit Moyses Pharaone submerso: Et Debbora interfecto Sisara: Et Anna genito Samuele. Rursumq; post corporis sanitatem & signi magnitudinẽ afferri occasio-


Ann. part. 2.

Quæst. 52.

In psal. 117.


Exod. 15.a. Iudicum 4.c. 1. Reg. 4.c.

Figura secundum primam opinionem in qua duæ lineæ faciunt vnam horam.



Vtrum autem ista dies sub Ezechia fuerit maior, quàm illa quæ prolongata fuerat tempore Iosue, dictum fuit Iosue 10. cap.

Figura secundum secundam opinionem in qua quęlibet linea facit vnam horam.



Notandum quòd istæ duæ figuræ factæ sunt secundum vnam viam, quam posui Iosue decimo, scilicet, quòd dies prolongata sub Ezechia fuerit in solstitio hyemali, & sic breuior die prolongata sub Iosue.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In illo tem. *Hic cõsequenter reprimitur resurgẽs elatio, et primo ipsa elatio describitur, et secũdo reprimit. Venit autẽ Esaias. Circa primum sciendũ, q. Babylonii erãt intẽti circa cursus syderũ. Vñ et astronomia primò fuit inuẽta in Chaldæa, secũdũ aliquos, cuius metropolis est ciuitas Babylon, et io quãdo perceperũt retrocessionẽ solis pdictam contra cursum naturæ, fuerunt soliciti quærere qualiter hoc acciderat. Et cũ audissent, q. hoc fuerat in sanatione Ezechiæ, de cõsilio sapientũ rex Babylonis.* 2 Misit &c. ad Ezech. *in signum reuerentiæ.* 3 Literas. *ad sciendũ de illa retrocessione Solis mirabili, et hoc est q.* ✠ *dici-*

MORALITER.

† *Nec hoc.* Istud mirabile signũ ꝑfiguratio fuit incarnationis diuinæ, quæ est factum mirabilissimum. Per decem enim lineas decem ordines significantur electorum secundum assignationem aliquorum doctorum. Per nouem lineas significantur nouem ordines angelorum, & hominum, ad eosdem ordines assumptorum. Per decimam vero lineam significatur ordo decimus. s. hominum beatorum, qui tñ non peruenerunt vsque ad aliquem ordinem angelorum. Per hoc aũt quod sol retrocessit decẽ lineis, significatus fuit descensus filij Dei, qui est sol iustitiæ ad assumendam nostram humanitatem mortalem dictis ordinibus inferiorem.

occasionē superbiæ, quā vt Dei cultor vitare debuerat, nec mōstrare alienigenis diuitias quas Deo tribuēte possederat. Ex quo iuxta leges tropologice discimus, nō mittēdas margaritas añ porcos. Qui n. fidelis est spiritu, abscōdit negotia. Quare non prohibuit dominus Ezechiam per prophetam ne ostenderetur domus domini alienigenis? Ideo vt nota fierent quæ erant in corde eius, id est, occulta elatio mentis qua coram domino peccauit, ad notitiā hominum per factū praui operis perduceretur.

Rabbanus. Hypocritæ quoque post magnas virtutes decrescunt, quia celari in eisdem virtutibus nolunt, qui dum sua su malignorum spirituum iactantiæ acquiescunt, quasi ostium, quo diutius congregatū amittūt hostibus pādunt, vnde. *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum.* Gloriam suam Paulus testimonium cōscientiæ suæ memorat, quia fauorem alieni oris non appetit. Occultanda sunt ergo quæ agimus, ne hoc in huius vitæ itinere incaute portantes latrocinantium spirituum incursione perdamus.

Rabban. Tacet de quo verebatur offensam, quod ostēderet eis cuncta quę haberet in potestate sua, inter quę præcipua erant templi supellex.

a *Lætatus est autem in aduentu eorum Ezech.* Rabb. Verba dierum de Ezechia aiunt. In delegatione principū Babylonis, qui missi fuerant ad eū, vt interrogarent de portēto, reliquit eū Deus vt tentaretur, & nota fierēt omnia quæ erāt in corde eius. Idcirco autem tentationi relictus est, quia post tantā victoriā & solis regressum & congratulationem regni potētissimi cor illius eleuatum est. Deniq; in eodē volumine scribitur de Ezechia. Aegrotauit Ezechias vsq; ad mortē, & orauit ad dominū & exaudiuit eum, & dedit signū, sed nō iuxta beneficia retribuit, quia exaltatū est cor eius, & facta est contra eū ira, & contra Iudam & Ierusalem. Et itē humiliatus est postea, eo quod exaltatū est cor eius, tam ipse quam habitatores Ierusalem, & idcirco non venit ira Dei sup eos in diebus Ezechiæ. Lætatus est ergo in aduentu legatorū & datione munerum, & congratulatione sanitatis suæ, ostēdit que eis domum aromatum, &c.

b *Domum aromatum, et aurum et argentum.* Rabb. Quidam sepulchra regum opinantur, quæ aromatibus plena erāt, quia corpora regū antiquitus vnguētis condiebantur. Alij magis cellam aromatum in templo domini fuisse intelligunt: vbi recondebantur odoriferæ species, ex quibus fiebat thymiama quod in templo domini offerebatur.

c *Non fuit verbum quod non monstraret eis Ezechias in.* (quod apud Hebræos pro re frequenter accipitur) *quod non ostenderit eis in domo sua, & in omni potestate sua.* Vnde Dei ira iustissima, quoniam non solum thesauros suos atque palatij, sed & templi ostendit, quod certe fuit potestatis eius, de cuius valuis atrij laminas ante iam tulerat.

d *De terra longinqua venerunt.* Rabban. Quasi dicat. Quanto terra longior, vnde venerunt, tanto ego glorior propter quem venerunt.

e *Ad me de Babylone.* Debuerat dicere ad glorificandum Deum pro signi magnitudine.

Theod. Cur fuerit Ezechias reprehensus, quod ostenderit thesauros legatis Babyloniorum? Quod cum oporteret Dei docere virtutem, & curam quam est assecutus, ostenderit diuitias, quę nihil habent firmum ac stabile.

Angelomus. Vnde ira Dei, iustissima, quoniam non solum thesauros suos, atq; palatij, sed & templi ośderit, quod certe fuit potestatis eius, de cuius valuis atrij laminas añ iā tulerat. Ex hoc Hebręi volūt Danielem, Ananiam, Azariā, Misaelē, qui fuerūt de semine regio, esse eunuchos quos in ministerio Nabuchodonosor fuisse non dubium est.

f *Bonus est sermo domini, &c.* Angelomus. In hoc ab Hebreis reprehenditur, cur non sit imitatus bonitatem Moysi, qui locutus est ad dominum, Aut dimitte eis hāc noxā, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti, vñ & apostolus vult esse anathema a Christo pro fratrib. suis, qui sunt Israelitę.

Amb. Nō vtiq; iustus iste Ezechias in filios deflexisse ærūnam

Margin: Tropolog. Mat. 7. a. — Angelomus. — Psalm. 77. g. — Rom. 9. a. — 1. Par. 32. g. — 2. Par. 32. f. — Rabbanus. Angelomus. — † desiderabilium suorum. Chal. inter omnem domum gazarum suarum. — † quicquid. — Quæst. 53. — Exod. 32. — Rom. 9. — Lib. 1. de Iacob. cap. 8.

quod ægrotasset Ezechias. Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias, & ostendit eis domum † aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoque & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit † verbum quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam. Dixitque ei: Quid dixerunt viri isti, aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias. De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. At ille respondit, Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias. Omnia quæcumque sunt in domo mea viderūt, nihil est enim quod non monstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaque Isaias Ezechiæ. Audi sermonem domini. Ecce dies veniunt, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem. Non remanebit quicquam, ait dominus. Sed et de filijs tuis qui egredientur ex te quos generabis, tollent et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Dixit Ezechias ad Isaiam. Bonus est sermo

Interlinear: a ¶ Thesauros auri & argenti. — a ¶ Rab. odoramenta. — b ¶ In Heb. oleum bonum. — ¶ Gazæ. — a ¶ Alias non fuit quod non monstrasset. — a ¶ Rabban. Cum supercilio legendum. — b ¶ Rab. Quæ in orbe potentissima est. — a ¶ Non tuo, sed patrum labore quæsita.

NICOLAVS DE LYRA.

dicitur secūdi Paralipomenon trigesimosecundo, quod nuntij regis Babylonis missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat super terram.

1 Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias. *Letitia inepta procedente ex elatione, eo quod tantus rex & de tam longinqua terra misisset ad eum nuntios & munera.*

2 Et ostendit eis domum aromatum & aurum & argentū, *Dicit Rab. Salomon, qđ nō solum ostendit eis ea quæ erant in thesauris suis, & in domo sua, sed etiam ea quæ secretissime & reuerentissime seruabantur in templo, scilicet, vnctionem regum & pontificum, & tabulas testimonij, & legem, quæ nullo modo erant gentibus ostendenda & hoc notatur cum dicitur:* Et in omni potestate sua. *Sequitur.*

3 Venit autem Esaias propheta ad regem Ezechiam. *Hic cōsequenter describitur prædictæ elationis & transgressionis reprehensio cum dicitur.*

4 Quid dixerunt uiri isti aut vnde, &c. *Nō quęsiuit hoc ex ignorantia quia totū erat sibi a Deo reuelatum: sed vt ex responsione Ezechiæ conuenientius argueret eum.*

5 De terra longinqua, &c. *quasi dicat, hoc fuit mihi ad magnam gloriam, & ideo ostendi eis regni mei magnificentiam.*

6 Ecce dies uenient & auferentur omnia quę sunt in domo tua & quæ condiderunt partes tui usque in diem hanc in Babylonem. *Istud fuit completum quando Nabuchodonosor omnia pretiosa transtulit de Ierusalem in Babylonem, vt habetur infra vigesimoquinto capitulo.*

7 Sed & de filijs tuis quis egredientur a te quos generabis. *Istud fuit impletū in Daniele & socijs suis, qui fuerunt de semine regis Iudæ educti in Babylonem & nutriti & eruditi, vt possent stare in palatio regis Babylonis, vt habetur Danielis primo.*

8 Dixit Ezechias ad Esaiam: bonus est sermo domini quē locutus est. *pœnituit enim, & sic acceptauit domini sententiam supra se & regnum suū, propter quod & pęna ista non fuit inducta tēporibus suis, sed fuit dilata vsque ad tempus Ioacim & Sedechiæ. Quod cū sibi dictum fuisset per Esaiam dixit:* Sit tantum pax & ueritas in diebus meis. *Sequitur.*

Et

A nam captiuitatis gratulabatur, sed voluntati Domini obuiare non poterat, & ideo mandata eius æquanimiter suscipiebat, vt seruulus. Accedit illud quod æstimare poterat posse & in captiuitate meritum eminere virtutis. Neq; enim beatus Hieremias in captiuitate, minus etiam Dauid, minus beati Ananias, Asarias, & B Misael, quam si in captiuitatem non incidissent, cum ideo in captiuitatē ducti sint, vt populo & presentia in captiuitate solatia, & spem euadendæ captiuitatis afferrent. C

✠ Clemens Ro. Necesse est Episcopum ante oculos habere exēpla preteritorū, iisq; peritè vtatur ad regēdū eos, qui vel asperis, vel lenioribus opus hūt sermonibus. Ezechiam paululum in superbiam elatum, cum lachrymis rogātem, Deus crimine liberauit. D

Lib. 2. Const cap. 25.

domini, quem locutus es. Sit tantum pax & veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatem, nonne hęc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? a Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

a *Dormiuitque Ezechias cum patribus, &c.* In Paralipomenon dicitur, quòd sepultus est Ezechias super sepulchra regum, quia eius sepulchrum erat excelsius fabricatum, causa pietatis qua coluit Deum. E F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et quomodo fecerit piscinam & aquæ, & intro. aquas in ciui. *De hoc habetur plenius. 2. Paral. 32. vbi dicitur: quod hoc fecit Ezechias, vt reges Assyriorum venientes contra Ierusalem paterentur defectum aquæ in obsidione, si venirent ad obsidendum.*


CAP.

ADDITIO.

In cap. 20. vbi dicitur in postil. *Vis vt ascendat vmbra:* idest vt procedat vltrà.

Circa hoc signum factum Ezechię prout hic in postil. exponitur communis expositio doctorum multa possunt considerari admiratione digna: primò quia licet omnia vera miracula non possunt nisi potentia Dei infinita produci. vnde Augu. ad Volutianum. In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia facientis, tamen quædam miracula per compassionē ad facilitatem naturæ dicūtur alijs maiora. vnde inter omnia miracula, quæ a Deo tam in vete. quàm in nouo testamen. facta leguntur, summū gradum tenēt illa quæ nullo modo natura facere pōt, vt sunt retrocessio solis, & glorificatio corporis humani. Nam resuscitatio mortuorū seu illuminatio cæcorum a natiuitate, licet magna sint miracula, nō tamen attingunt summum gradum prædictum. Potest enim natura vitā introducere de nouo in corpore vitā non habente, licet nō in corpore iam mortuo. Potest etiam prestare visum, sed non cæco, vt latius declarat S. Thom. prima parte q. 105. art. vlt. in cor. quæstionis. Mirandum ergo est quare Deus voluit miraculum in summo gradu exercere, s. retrocessionem solis circa sanationem Ezechiæ, vbi videbatur sufficere vnum de minimis. Hoc enim signum petiuit Ezechias solummodo, vt certificaretur de sanatione sua, & q. ascenderet in die tertia ad domum dñi, vt expresse patet in litera. Confirmatur hæc ratio. Nam secundum doctores miracula per Christum facta per transmutationē, corporum inferiorum, non ita euidenter ostendebant ipsius diuinitatē, sicut miracula per ipsum facta per transmutationem cursus cœlestium corporum, quæ a solo Deo immobiliter sunt ordinata, sicut Tho. in 3. par. q. 44. ar. 2. in cor. A. vbi allegat Dio. hoc dicentem, sed in hoc casu. scilicet, in sanatione Ezechiæ, nō requirebantur talia miracula fieri quæ sufficerent ad ostendendum sufficientem diuinitatem Christi. Præterea illæ tenebræ quæ factę sunt in vniuersa terra tpe passionis Christi, vt Luc. 23. testāte Dio. in epistola ad Policarpum qui in hoc tempore in Aegypto existens inspexit, causatæ fuerunt ex vera eclypsi procedente per interpositionem lunæ inter terram & solem. Contra quod arguit Origenes super Matthæum, in nomine quorundam filiorum huius seculi, dicēs: Quomodo hoc factum tā miraculosum nemo Grecorū aut barbarorum scripsit: Ad quod respondetur per doctores, q. astrologi vbique terrarum tunc temporis existentes non sollicitabantur de obseruanda eclypsi, quia tūc non erat secundum eorum computum, sed illam obscuritatē ex aliqua impressione aeris putauerunt accidere, sed in Aegypto vbi rarò nubes apparent, propter aeris serenitatem, solicitus fuit Diony. & socij eius vt circa illam obscuritatem solicitè attenderent. Ex quibus in proposito multo fortius admirandū est quomodo astrologi vbiq; terrarum dispersi videntes vnam diē excedere per viginti, vel saltem decē horas mensuram cōsuetam, hoc nō scripserunt. quod non solum astrologis, sed etiā simplicibus regibus, vel principibus mirādū est hoc in chronicis nō scripsisse: præsertim quia secundum opinionem cōem postquā illa dies transierat. x. horas artificiales, & sic sol non distabat ab occasu, nisi per spatium duarum horarum artificialiū, tunc retrocessit versus orientem per spatium x. horarū. secundum quosdam. secūdum verò alios per viginti, & sic oportet dicere, q. secundum vtrosque in eadem die sol bis attigit lineam meridianā; scilicet in cursu suo naturali. & secūdo in cursu retrogrado, quę quidem mutatio non solū valde monstruosa & insolita, sed etiam patentissima nedum a sapiētibus, sed etiam a rudibus agricolis necessariò sentiretur, & sic nulla videtur ratio excusans talem conscriptionem. Nec valet dicere q. Babylonij qui erāt intenti circa cursum syderum, quando perceperunt retrocessionem solis prædictam contra cursum naturę, fuerunt soliciti querere qualiter hoc acciderat. Et cum audissent q. hoc fuerat in sanatione Ezechiæ, de consilio sapientum rex Babylonis misit ad Ezechiam munera, & literas ad sciendum de illa retrocessione solis mirabili: prout postillator dicit infrà, quod tamen non videtur ad tollendam huiusmodi admirationem sufficere ex tribus. Primò quia vt dictum est, tanta mutatio, & tā longa, & euidens, & insueta non solum ab astronomis erat sentienda, sed etiam a vulgaribus quibuscunq; vbiq; terrarū existentibus, non tamen legitur de aliquo q. de hoc scripserit, syderum inuestigando, seu rerum gesta narrādo, nisi solum de rege Babylonis. Secundo, quia Chaldæi qui erant totaliter infideles, licet audirent quòd hoc fuerat factum tempore sanationis Ezechiæ, non tamen habebāt rationem cogentem ipsos credere, quòd hæc mutatio haberet respectum singularem ad Ezechiam, sic vt propter ipsum Ezechiam fuisset factum. Nam sicut hic contigerat in horologio Achaz Hierosolymitano,

Figura horologij Achaz.



A rosolymitano, pari modo & forma fuit in horologio, vel in alijs instrumentis horarum in Babylonia, & vbique terrarũ: & sic non cogebantur Babylonici credere hoc fuisse factum propter aliquam personam singularem ex prouidentia diuina, sed potius secũdum suam infidelitatem hoc credidissent fuisse ex aliqua causa sibi occulta casuali seu naturali, sicut de Pharaone & Palæstinis legitur, & de alijs infidelibus, qui non attribuebant illa quæ videbant contra seu præter cursum naturę fieri diuinæ potentiæ neque prouidentiæ, vt patet Exo.8.& 9.& 1.Re.6 tertio, quia ex augmẽto. 10. vel 20 horarum in vna die præter cursum solitũ, necesse est, vt contingerent magni errores in computatione cœlestium motuum, qui quidẽ motus mensurantur & certificantur per motum solis diurnum, sed non legitur quod percepissent astrologi qui contemplantur sydera, & computant menses, vt dicitur Esa.47. Hæc etiam in eorum computis de eclypsibus coniunctionibus seu oppositionibus planetarum postea aliqs error notabilis successit, quod tamen necessario contigisset, si tot horę fuissent augmentatæ in vna die præter cursum solitum naturalem, & ipsi nõ percepissent, quę omnia sunt manifesta cuicunque in illa arte aliqualiter perito. Si aũt objiciatur contra prædicta dicendo, q; ex statione solis sub Iosue, vt habetur supra Iosue 10. possunt sequi similia inconueniẽtia. Primò quia Deus fecit ibi vnũ de summis miraculis vbi sufficeret minus. Secundò, quia nemo astronomorum illã stationem scripsit, nec inde fuit secutus error in computis eorum. Dicendum ad primum q; illud sub Iosue factum fuit ad magnam gloriam Dei qui volebat in conspectu gentiũ magnificare totum populum Israeliticum in ingressu terræ. Et ẽt prolõgatio illius diei fuit vtilis, vel quasi necessaria ad vltionem de inimicis, eo q; non sufficiebat ad hoc illud modicum quod restabat de die naturali, nihil autem istorum concurrebat in sanationem Ezechię, presertim in certificando eum solum de sua breui sanatione. Ad secundum verò dicendum, q; tempore Iosue nondum erat ars astronomię inuenta, q; patet ex hoc: nam Ptolemæus Philadelphus, qui fuit ipsius principalis inuestigator & inuentor non allegat de inuestigationibus antiquis, nisi tantum in trecentis annis ferè ante eum, vt patet in quarto sui Almagesti, & in alijs locis eiusdem libri. Sed constat quod Ptolomęus ille fuit tẽpore Machabęorum qui fuerunt post Iosue per 900. annos ferè. & sic cum tunc scilicet, tempore Iosue non essent tales inuestigatores syderum nec computatores cursuum cœlestium, non erat ibi locus notandi nec errandi in talibus computis. secus de tempore Ezechię: quoniam iam incipiebãt homines inuestigare & computare cursum syderum, vt patet ex verbis Esa.47. superius allegatis. Sed ad prędictas admirationes tollendas, & veritatem literę prout planè sonat prosequẽdam, aliter videretur dicendum. vnde absq; alia temeraria assertione, & salua semper sanctorũ doctorum autoritate. hoc signum secundum propriam significationem literę, necnõ & rationis cõuenientiam non fuit factum in corpore solis, nec in ipsius cursu naturali, neq; in omnibus radijs a sole per orbem procedentibus, sed tantum in radijs solaribus, qui horologium Achaz tangebant. & in vmbra ipsius horologij a radijs solaribus, & interpositionem corporis opaci eiusdẽ horologij causata. vnde licet hoc fuisset tantum miraculum, q; non nisi virtute diuina fieri possit: non tñ attigit summũ gradum miraculorum suprà di. prout patet intuenti distinctionem graduum miraculorum quam sanctus Tho. ponit prima parte.q. allegata. in eo. ar. in cor. quęstionis. Pro cuius declaratione attendendum est, quod in horologio Achaz mẽsurabantur distinctiones horarum per extensionem istarum vmbralium, quæ coniunguntur radijs solaribus, sicut in multis instrumentis astrologicis artificialiter hoc consueuit fieri, in qua mensuratione. 12 horę artificiales distinguebantur p 7. lineas vmbrales in ipso horologio assignatas. Disposuit tamen Deus miraculosè, q; sole incedente cursu suo absq; aliqua variatione seu retrocessione, radij solares in horologio Achaz tantum, & non alibi retrocesserũt per 10. gradus, & iterum reuersi sunt per alios 10. gradus, in qua quidẽ retrocessione radiorũ, & eorum reuersione illa dies nec fuit maior vel minor solito: nã motus solis nõ fuit in aliquo variatus a cursu naturali, vt dictũ est, nec ẽt radij eius vniuersales, sed tñ radij solares qui in horologio Achaz continebantur, prout finaliter imaginari põt in pnti figura. In qua figura horologium Achaz componit̃ ex quadã columna perpendiculariter posita sup basim horizontis æquè distantẽ, quæ qdẽ colũna sit.d.b.& basis sit, a.b.c.& sit a. pars orientalis. c. verò occidentalis. distinguat̃ ẽt prædicta basis p 12. lineas: quarũ sex sunt a parte orientali: & aliæ sex a parte occidentali, sic vt attingente vmbra radio solari immediate continua ad lineã d.q. versus occidẽtem sit prima hora artificialis diei, deinde accedente

D accedente ad lineam.d.p. sit secunda hora, & sic vt consequenter vsque ad lineam, d.b. vbi sunt sex horæ artificiales, & p consequens meridies, vlterius tendente sole ad occasũ & accedẽte vmbra cum radio solari cõtinua ad d.l. quæ est prima linea a columna versus orientem, erit. 7. hora & sic cõsequẽter vsque ad. d.a. vbi erit. 12. hora. Supponatur ergo qđ a tempore quo hoc signum fuit factum fluxerant. 10. horæ artificiales ipsius diei, & remanebunt duę horæ transeundæ vnde & pro tunc radius solaris similiter & vmbra ei continua fuisset linea. d.f. quæ decima linea est a linea. d.q. quę significat primam horam: vnde & vlterius sole tendente ad occasum ille radius cum vmbra sibi continua successiue attingeret ad quintam, deinde ad sextã in cõplemẽtũ. 12. horarum cursu naturali assueto. Supponatur tamen quod Deo mirabiliter operante, licet sol suo cursu solito tẽderet in occasum, radius vero solaris in hologio Achaz singulariter existens retrocessit a linea. d.f. prędicta vsque ad lineam. d.g.& consequenter in. d.h.& sic successiue donec attingit lineam .d.q.& inde reuersus est radius solaris cum vmbra sibi continua a linea. d.q. vsque ad lineam. d.a. vbi concurrit cum radio solari cursu suo naturali incidente, quæ quidẽ retrocessio & reuersio non amplius durauerunt, quam per duas horas, vt sic simul terminaretur dies artificialis cũ retrocessione & reuersione radij solaris & vmbrę, & sic illa dies in toto orbe nec fuit maior nec minor solito: nec etiam in horologio Achaz, reflexio tamen radiorum solariũ seu retrocessio, similiter & eorum reuersio fuerunt tantũmodo in horologio Achaz, supernaturaliter factæ, prout fuit pręfactum. Hanc expositionẽ protestatur litera primo cũ dicit. Vis q; ascẽdat vmbra 10. lineis, an vt reuertatur totidem gradibus, quæ fuerunt verba Esa. dantis optionẽ Ezechiæ circa hoc miraculũ, vbi nõ dixit nisi solum de vmbra si vellet qđ tenderet cursum suum, vel retrograderetur, & nihil dixit de sole. Similiter hoc patet in responsione Ezechiæ, vbi dixit: Facile est vmbram crescere decem lineis, nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum x. gradibus. hoc est dicere, quod non esset tam euidens miraculum si cursu suo scilicet velociori vmbra incederet, sed uoluit quod retrocederet, & patet quod in hac responsione nulla fit mentio de sole: sed tãtum de umbra a sole & columna horologii causata. Hoc idẽ patet in executione ubi dicitur. Et reduxit vmbrã per lineas quibus iam descẽderat in hologio Achaz retrorsum. 10. gradibus, ubi nulla fit mentio de sole, sed tantum de umbra ut dictum est. Hoc idem patet Esa. 38. ubi de hoc agitur, ubi .s. dicitur. Ecce ego reuerti faciam umbram linearum per quas descenderat in horologio Achaz, &c. ubi similiter tantum de umbra fit mentio. Nec obstat quod sequitur. Reuersus est sol. 10. lineis, quia statim subdit: In lineis quib. descenderat, ad denotandum, quod sol in suo cursu non descenderat, sed tantummodo in illis gradibus Achaz. Sæpe etiam in scriptura dicitur aliquid de sole qđ non uerificatur de corpore suo, sed de radiis eius, sicut Ionæ 4.c. Percussit sol super caput Ionę. i. radius solis. Confirmat̃ ẽt hęc expositio ex hoc qđ legitur circa miraculum factum Iosue de statione solis, Ios. 10. nã ubi dicitur in translatione nostra. Non fuit antea nec postea tã longa dies obediẽte domino uoci hominis, in Hebręo dicitur. Nõ fuit antea nec postea sicut dies illa, &c. ubi uĩ q; negat similitudine illius diei non secundũ longitudinẽ, sed in hoc q; Deus condescendit deprecationi hois in tanto miraculo, quod non esset uerum si condescẽdisset uoci Esaiæ, seu Ezechiæ in simili & etiam in maiori, maior. n. esset retrocessio solis quam eius statio, sicut magis contradicit uni motui motus contrarius ipsius quam quies. Facit etiam ad hoc quod habetur. 2. Par. 32. ubi de hac materia tractans dicit, quod principes Babylonis missi fuerunt ad eum, scilicet Ezechiam ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, non enim dixerat de portento quod acciderat in sole seu in mundo, sed solum dixit, super terram, quod debet referri ad terrã Iudæ ubi erat Ezechias, alias non oportebat quod requirerent cũ si in toto mundo contigisset, & sic habetur propositum.

REPLICA. In capit. 20. ubi post. exponit miraculũ & signum datum Ezechiæ prout communiter hoc doctores exponũt. Burgen. fimbrias suas magnificat, & dilatat admirando. Primo nititur quęrere rationẽ quare Deus facit maximũ miraculum pp sanationẽ Ezechiæ cũ unũ de minimis sufficisset. In hac admiratione Burg. primo peccat, q; prætendit oium rerũ quærere rões, & hoc secundum Arist. est micologia, psertim miraculorum rõnem, quorũ rõ non est nisi diuina uoluntas, cuius causa & ratio queri nõ dẽt, ut uult B. Augu. 21. de ciuit. Dei. c. 7. Secundo admiratur uehemẽtius si tale miraculũ ponitur factũ in retrocessione solis, & quomodo astrologi nõ perceperũt, & si pceperunt, quõ nõ reliquerunt

A runt in scriptis suis, & quomodo error non in compositis cõtigisset; sed verum admirationes istæ locum habent tẽpore Iosue in solis statione, sicut in eclypsi tẽpore passionis Chri. Bur. aũt putans velle hanc difficultatẽ euadere, dat dñã inter miraculũ factũ tẽpore Iosue & illud, dicens ad primum, qđ illud est factum ad magnã gloriam Dei, & fuit necessariũ ꝑ vltionẽ de inimicis. In isto aũt nec fuit magna Dei gloria, nec singularis victoria, sed solum sanatio Ezechiæ, & prolongatio suæ vitę. Ad ſm de astrologis dicit, qđ tempore Iosue nondum erat ars astronomię inuenta, &c. Sed ista videntur frustra dicta. primũ, qa istud signum vr̃ plus ptinere ad Dei gloriam q̃ illud tempore Iosue. Nam & si tunc facta est vltio de blasphematoribus Dei, & si tunc facta sit debellatio ciuitatis prophanæ, nunc defensio ciuitatis sanctę, & si tunc debellati sunt reguli ꝑ gladium, nunc debellatus est sine gladio monarcha oppressor oium regnorum. Nec verum dicit Burg. qđ istud pertineat ad solam sanationem Ezechiæ, dr̃ namque in litera: *Hoc erit signum quod dominus facturus est sermonem quem locutus est.* Sermo. n. Dei signum hic allegatus in eodem c. cum dr̃: *Audiui orationem tuam & vidi lachrymam tuam, & ecce sanaui te, die tertio ascendes templum domini, & addam diebus tuis quindecim annos, sed & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem hanc: & protegam vrbem istam, &c.* Vnde apparet ꝙ minimum in hac re fuit sanatio Ezechiæ, nam illa fieri potuisset minore virtute quàm diuina: alia aũt non nisi de virtute fieri potuerunt. s. incineratio corporũ armis & vestibus illæsis, &c. Istud ẽt signum fuit magis necessarium & vtile quã illud. Nam aliter potuit fieri vltio de hostibus quàm per stationem solis, potuit enim fieri in nocte sicut tẽpore Gedeonis, de quo Iudicum 7. In hoc aũt inopinabili, & cunctis stupendo negotio necessarium fuit vnum de maximis fieri

B signis, & potissimum pro conuersione populi, & fidei reparatione. Achaz enim pessimus oẽm populum induxit ad idolatriam 4. Reg. 16. Ezechias filius eius optimus populũ reduxerat in pace ad cultum veri Dei. Ad autorizandum igitur hanc difficilem reductionem vtile fuit, imò pernecessarium fieri aliquod magnum signum. Cuius dicti verisimilitudo accipitur a blasphemia Rabsacis & regis Assyriorum sup. cap. 18. & 19. vbi dr̃: *Non vos seducat Ezechias, neque fiduciam vobis tribuat super dñm dicens: Eruens liberabit nos dominus, & non tradetur ciuitas in manus regis Assyriorum, nolite audire Ezechiã, &c.* Ecce nunquid in his angustijs populus fuit confortandus in fide Ezechiæ, & aliquo maximo signo confirmandus contra talem diaboli & instri eius impulsum? Quæ oẽs difficultates tempore Iosue non erant. nam eius populus fuit in deserto per mirabilia signa firmatus. vt patet in fine Deut. & in libro Iosue per totum, ẽt populus fuit multus, potens se defendere, & hostes impetere de cõi cursu sine mirabili signo, hic autem populus fuit paucus a fide auersus, & nouiter in parte reductus, & fortissimis hostibus impeditus: quæ omnia patent ex hoc loco quarti libri, & 32. secundi Paral. Secundum etiã dictum Bur. q. scilicet, tempore Iosue ars Astronomiæ nondum fuit reperta, est irrationabile, nã Iosephus dicit Abrahã in Aegypto docuisse astronomiam, vt patet in correctorio vltimo Genes. 24. Et Scholastica historia habet, ꝙ Cham filius Noe, alio verò nomine Zoroastres, cum regnaret in Thracia inuenit artem magicam, & septem liberales artes scripsit in 14. columnis, in septem æneis contra diluuium aque, & septẽ lateritijs, contra diluuium ignis, vna autem artium liberaliũ scitur esse astronomia. Præterea in theorica planetarum dr̃: Compositores tabularum super Arim dñr fuisse Nemroth, Hermes, Iconius, Ptolomæus, Albategni, Algorismus, Albumasar. Non igitur Ptolomeus fuit artis inuentor, quia Arist. longè eo prior fecit mentionem de illa arte, quia primo Me-

C taphis. & 12. Meta. adducit autores illius sui tpis Eudoxum, Calippum, qui scripserunt de motibus planetarum, eclypsis solis & lunæ passionibus. vñ ex scriptis primorum proculdubio Alfonsus traxit dñas & distantias earum additionẽ, & diminutionẽ lunę, &c. prout in tabula sua cõtinentur. Stant igit̃ & manent admirationes motæ de signo stationis tpe Iosue: & retrogradationis tpe Ezechię. Sed Bur. ad modum Ismael se erigit ꝯ oẽs; nulla fretus autoritate siue scripturæ fundamento. Dicit. n. in hoc signo solem non retrocessisse, nec diẽ fuisse lõgiorẽ, nec breuiorem solito, & dicit signũ illud solũ fuisse ad causandã vmbram in horologio Achaz per interpositionem corporis opaci, vt inter radium solis, & planitiẽ horologij, & imaginatur hic chimæram & aureos montes. Sed ex hoc modo dicendi plura contingunt inconuenientia. Primum quia sniæ sanctorũ Doctorũ sine ratione contraire præsumit, & qđ in postilla declinante aliq̃ sniam doctorum ex magna ratione valde cõiter redarguit: hoc hic & alibi ex sola phantastica imaginatione facere non erubescit. Secundum inconueniens, quia Burg. coincidit in perfidiã Apolliphanis. quem

Iosephus.

Cham liberalium artium inuentor.

Tabularum astronomicarum autores.

Primum incõueniens Burg.

D quem redarguit diuus Dionys. autoritate apostoli Pauli epistola sua septima missa Policarpo, vbi sanctus Dionys. expresse ponit solẽ retrocessisse & diẽ fuisse triplicatũ, & qđ sacerdotes Persarũ in suis memorialibus faciant recordationẽ de die triplicato solis, qñ illud miraculũ fuit factũ. vñ apparet qđ sanctus Diony. viderit libros antiquorũ, quos Burg. ignorauit. Tertiũ incõueniens qa beatus August. secũdo libro de mirabilibus sacrę scripturę ca. 4. dicit illud miraculũ vere ĩ sole factũ, imo amplius, ꝙ nõ mõ in sole, sed ẽt in luna & in ceteris luminaribus celi. Nã stãte sole sub Iosue, stetit & luna ait, reddens rationẽ, ne inqt meatus luminũ inconuenienter turbaret: q̃ ratio tenet de ceteris luminarib. sicut de luna. Sicq; sicut steterunt oĩs luminaria stante sole sub Iosue, ita & sub Ezechia retrocedente sole cetera luminaria retrocedebant, & ita in computis motuũ nõ potuit fieri error, ꝓut replicat Bur. qa siue stando siue retrocedendo semꝑ remansit idem aspectus corporũ celestiũ inter se: qđ ꝓbat beatus Aug. ꝑ cõputũ circulorũ a principio mundi usq; ad tẽpora & mortem Manichei vbi. s. Quartũ inconueniẽs. qa Bur. fundat suã imaginationẽ sup impossibile, qđ videlicet causatio vmbræ ĩ horologio Achaz attendat̃ penes horas inęquales & artificiales Cũ. n. mouet̃ & ęqualiter & vniformiter, & lineę in horologio sint fixe & permanentes, semꝑ causabit vmbras secundũ horas ęquales q̃ sũt horæ diei naturalis, & illæ cũ artificialibus nunq̃ coincidũt, nisi ĩ vtroque puncto ęquinoctialis. alias artificiales horæ singulis diebus breuiarẽtur vel longarent̃. ideoque non est instrumentũ imaginabile in quo per vmbram solis recipiantur horę inæquales, nisi mediante perpendiculo: qđ cadit non secundũ motũ solis, cũ non sit fixũ, sed ſm voluntatẽ capientis vmbrã. qa põt eodẽ mõ cedere nulla luce solis existẽte in nostro hemisphęrio. Quintũ inconueniens, qa Burg. ſm modũ suũ phantasticũ ponit multa mira-

E cula vbi vnũ sufficit, qđ est ꝯ beatũ Aug. de mirabilibus sacrę scripturæ, sola enim retrocessio miraculosa corporũ sufficit ad retrocessionem vmbrę decem lineis, & etiam omnium aliorum ad hoc pertinentium. Sed secundum Burg. imaginationem oportet separari radium a sole actualiter causatum, vel oportet illum radium in horologio Achaz dicere nõ esse a sole, sed a Deo specialiter creatum, & nihil habere commune cum sole, sed separatum secundum esse, & operari. Itẽ oportet in Burg. miraculo separare actualiter accidens a subiecto, quia radium a radio. nisi fingatur Deus ad effectum illius miraculi creasse lucẽ singularem factiuã illius vmbrę cũ opaco interposito. Itẽ tunc oporteret fingere talis lucis fictæ singularem motum contra motum solis & aliorum sydeũ, sicut in stella Epiphaniæ, quia sole procedente ad occasum cum suis vmbris pro diei complemento illam lucem oporteret procedere uersus orientem cum suis vmbris pro retrocessione. Item oportuisset lucẽ illam fuisse sole clariorem ad offuscandũ solis lucem, & per consequens vmbrã a sole causatã, sicut orto sole cessat luna causare vmbram, alias. n. visa fuisset in horologio vmbra procedẽs solis, & vmbra retrocedẽs illius fabricatæ lucis, quod potiũs fuisset prodigiũ quã miraculũ. Itẽ oportuisset hanc lucem redire in præiacentem materiã ministerio illius miraculi cõpleto, & habuisset hoc miraculũ aliquid simile cũ euangelico miraculo Epiphanię. q̃ & alia sunt absurda, & ad hmõi miraculũ nõ pertinẽtia, sed abijcienda tanquã sine rõne dicta. Nec valet rõ mouẽs Bur. quasi statio & retrogradatio solis summũ gradum teneat in miraculis, & ad hoc allegat S. Tho. qa sic dicere est contradicere B. Aug. primo de trini. ca. 6. vbi dicit maximum miraculum suscitare mortuũ. Nec iuuat imaginationẽ suã quod allegat ex litera, ꝙ sit tantũ mentio de retrocessione vmbræ, nõ

F solis, quia ẽt dr̃ de sole Esai. 38. quod retrocessio facta sit in sole, & sequit̃: Reuersus est sol decem lineis, sed Bur. volẽs euadere manifestum textum dicit in scriptura sæpe dici de sole quod de corpore solis non verificatur, sed tantum de radijs, allegat ad hoc Ionæ 4. *Percussit sol caput Ionæ.* Sed extranea est ista euasio, & contra rõnem, cũ enim sol sit causa effectiua radiorum, quicquid igitur verum est dicere radiũ solis fecisse, verum est & solẽ fecisse: quia in illo gñe causæ quicquid est causa causæ, est causa causati. Et vulgo dicitur, ꝙ quis per aliũ fecit, per se fecisse videtur. Si igitur per contactum radiorum caput Ionæ percussum dicitur, uerum est etiam proprie solem caput eius percussisse, nisi velit Bur. ponere radium separatum a sole speciali miraculo, quod supra improbatum est. Reliqua quæ Bur. somniat, modicum sunt ad expositionem literæ valentia, nec valet quod addit, quod signum illud dabatur propter Ezechiam, & eius sanationem, quia dicit dominus Deus, vt patet in litera, quod fecit propter bonitatem suam, & propter Dauid seruum eius. Et sic finiuntur Replicę librorum Regum, &c.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

CAP.

CAP. XXI.

a Duodecim annorum. * Theod. Procop. Glycas. quòd non natura, sed mens dominetur in iis quæ ptinent ad animam, testatur Manasses relicto pio patris instituto ingressus contrarium. Hic inter alia facinora, quæ commisit, etiam copias cœli vniuersas adorabat, hoc est, sydera, & hariolationibus vtebatur, hoc est, omnia de futuro euentu obseruabat, quod Græci [Greek] dicunt, quamquam alij quidam volunt [Greek] vocari geniorum per excatationes certas attractionem, & e sublimi deductionem. Præterea augurijs vtebatur, hoc est, auium volatus obseruabat, deque illis coniecturas rerum futurarum sumebat. Quod autem hoc nefas sit ac prohibitum, B cum alijs ex argumentis, & indicijs est perspicuum: tum ex illis quæ magnus noster Basilius est complexus. Declarans enim hæc Isaiæ verba, *Repleta est terra ipsorum hariolationibus, &c.* subijcit. Vides quantum malum sit hariolatio, quòd faciat vt homo ipsi deditus, Dei cura prorsus excidat. Hæ diuinationum species lege Mosaica prohibentur tanquam malorum geniorum inuenta. Nulla inquit, somnia, vel auguria captabitis. Quippe nationes istæ quas dominus vestra causa de medio tollit, hariolationibus, & alijs vaticinijs vtuntur. Vobis autem dominus id nequaquam permittit. Absurdum enim fuerit, vt qui de prescriptis a Deo consilium habere potest, ad considerationem rerum agendarum animalia bruta pro consiliarijs adhibeat. Propositum sibi periculum ignorat auis, tibi verò quod futurum sit indicabit? C Quod si aues malorum efficacitate genitorum hinc inde volant, noli horum dominorum fraudibus inhiendo desidere, nec te diabolicis imposturis capi patitor, &c. Cæterùm, hic ipse D rex etiam ventriloquos instituit, & diuinatorum numerum auxit: quodque omnium maximè impium erat, impudicę deę simulacrum diuino in templo statuit.

b Extendam super Ierusalem funiculum, &c. * Theodo. Eos in easdem conijciam calamitates. Eorū quosdam consumpsit fames, alios bellum, cæteros in captiuitatem redactos in aliam terram transtulit: ita etiam Ierosolymitis tā multa afferam supplicia. Et quomodo domum Achabi deleui funditus, ita etiam Ierosolymorum deprimam superbiam.

* Chrysostomus. Extendam in Ierusalem mensura Samariæ, pro eo quod erat, eandem vindictam admetiar his, quam illis sum ad mensus. Neque enim E mensura caret diuina vindicta, sed regula mensurata est, sicut Seruator loquitur: *Qua mensura mensus fueris, remetietur tibi.*

Rabbanus. Cuius tempore Esaias (vt tradunt Hebręi) lignea serra per medium serratus est, qa principes Sodomorū appellauit eos: vertentes ei in crimen quod dixerat: *Vidi dominum sedentem super solium excelsum.* Deo dicente: *Non videt me homo & vi.*

Rabbanus. Manasses ad idola se conuertit & abominationes. Locuto Deo, vel domino ad eum attendere noluit, ideo victus ductus est in Babylonem. Qui coangustatus orauit dominum intente, & egit pœnitentiam valde, & exaudita est oratio eius: reduxitque eum in regnum suum, & cognouit Manasses quòd dominus ipse est Deus. Ergo post commissa scelera nullus de Dei F misericordia desperet, sed magis per pœnitentiam spem ueniæ habeat.

Quæst. 55. In psal. 95. Matth. 7. Angelomus. Esa. 1. cap. Ibidem 6. a. Exod. 33. e.

Insuper &

CAPVT XXI.

1 Duodecim annorum erat Manasses cū regnare cœpisset, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalē. Nomē matris eius Haphsiba. 2 Fecitque malum in conspectu dñi, iuxta idola gentiū, quas deleuit dñs a facie filiorum Israel. Conuersusque est, & ædificauit excelsa, quę dissipauerat Ezechias pater eius, & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel, & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. 3 Extruxitque aras in domo domini, de qua dixit dominus, in Ierusalem ponam nomen meum, 4 & extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli, in duobus atrijs † domus domini. 5 Et traduxit filium suum per ignē, 6 & † ariolatus est, & obseruabat auguria, & 7 fecit pythones, & 8 aruspices multiplicauit, vt faceret malū coram domino & irritaret eum. Posuit quoque idolum luci quem fecerat in templo domini, super quo locutus est dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius: In templo hoc, & in Ierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum, & vltrà nō faciam commoueri pedem Israel de terra quam dedi patribus eorum, si tamen custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem quam mandauit eis seruus meus Moyses. 9 Illi verò non audierunt, sed seducti sunt a Manasse, vt facerent † malum super gentes, quas cōtriuit dominus a facie filiorum Israel. 10 Locutusque est dominus in manu seruorum suorū prophetarum, dicens. † Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super oīa quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit ēt Iudam in † immunditijs suis, propterea hæc dicit dñs Deus Israel; Ecce ego inducam mala super Ierusalē & Iudā, 11 vt quicunque audierit, tinniāt ambæ aures eius. b 12 Et extendā super Ierusalē funiculū

† templi † vel obseruabat tempora. † peius quam † 1. q. 2. c. 2. † vel idolum

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXI.

1 Duodecim. *Hic consequenter ostenditur quid factū sub Manasse rege Iuda, cuius primo describitur conuersatio infidelis, secūdo contra eum comminatio prophetalis, ibi:* Locutusque est dominus *tertio comminantium occisio crudelis, ibi:* Locutusque est dominus. *tertiò comminantiū occisio crudelis, ibi:* Insup & sanguinem. *quartò mors Manasse & substitutio consimilis, ibi:* Reliqua autem ser. Mana. *Circa primum dicitur.*

2 Fecitque malum. *declinans ad omnem modum idololatrandi, vt consequenter ponitur in litera.*

3 Et adorauit omnem. *Solem, Lunam, Iouem, & alios planetas.*

4 Et extruxit. *Quod fuit magnus contemptus, scilicet, exercere idololatriam loco cultus diuini.*

5 Et trad. *modus huius traductionis expositus est supra 16. capit. de Achaz.*

6 Et ariolatus. *idest, exercuit diuinationem quæ fit in aris, super quas immolatur dæmonibus.*

7 Et fecit. *Qualiter sit hoc intelligendum, dictum fuit sup. 1 lib. 28. c.*

8 Et aruspices. *Hi sunt qui in extis animalium immolatorum dæmonibus diuinant. Cætera patent vsque ibi.*

9 Sed seducti. *Ex quo patet malitia ipsius Manasse extensiuè, quia populum fecit errare, & intensiuè, ex peccatorum grauitate, vsque ibi.*

10 Locutusque. *Hic consequenter ponitur cōminatio prophetalis, qua dñs volens populum reuocare, mittebat frequenter prophetas ad arguendum peccata præterita, & cōminandum pœnas futuras, sic vt peccati pudore, vel pœnæ timore desisterent a peccatis, & patet lite. vsque ibi.*

11 Vt quicumque. *Præ stupore & admiratione magnitudinis mali super Ierusalem futuri.*

12 Et extendam super Ierusalem funiculum. *idest, in eadem mensura, & eodem pondere puniam regnum Iuda, in quo puniui regnū Israel, de qua punitione dictum fuit suprà cap. 17. & 18. a.*

Et delebo

MORALITER.

1 *Duodecim annorum.* Regis huius historia ponitur 2. Para. 33. magis completè, propter quod ibi ponetur sensus eius mysticus domino concedente.

Samariç & põdus domus Achab, & † delebo Ierusalem sicut † deleri solent tabulæ. Delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius. Dimittam vero reliquias hereditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius, eruntque in vastitatem & in rapinam cunctis aduersarijs suis, eo quod fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me ex die qua egressi sunt patres eorum ex Aegypto † vsq; ad diê hãc. Insuper & sanguinê innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Ierusalem vsque ad os, absque peccatis suis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram domino. Reliqua autê sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, nõne hæc scripta sũt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ

¶ Idololatra.

in horto Oza, & regnauit Amon filius eius pro eo. Vigintiduorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset, duobus quoque annis regnauit in Ierusalê. Nomen matris eius Messalemech, filia Harus de Iateba. Fecitque malum in cõspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & ambulauit in omni via, per quam ambulauerat pater eius. Seruiuitque immũditijs, quibus seruierat pater eius, & adorauit eas. & dereliquit dominum Deum patrum suorum, & non ambulauit in via domini. Tetenderuntque ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem populus terræ oẽs qui cõiurauerãt contra regẽ Amon, & constituerũt sibi regẽ Iosiã filiũ eius pro eo. Reliqua aũt sermonũ Amon quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum regum Iuda? Sepelieruntque eum in sepulchro suo in horto Oza, & regnauit Iosias filius eius pro eo.

a ¶ Iosias interpretatur, cuius est sacrificium domino, vel filius domini vel fortitudo domini.

a *Insuper & sanguinem innoxium fudit, &c.* ✻ Theod. Non solum rabiem suam exercuit in errorẽ adductus idolorum, sed etiã innoxiũ sanguinem effudit plurimum, donec impleuit Ierusalẽ vsque ad os. Eos autẽ præcipue de medio tollebat, qui pietatẽ defendebant, & diuinã irã eis prædicebant. Eum aiunt Isaiam quoque prophetam serra dissecuisse.

✻ Iustinus Martyr. Vestri doctores deleuerunt illa quæ de supplicio Isaiæ scripta fuerant, quem serra lignea secuistis. Id facinus fuit figura Christi in gentem vestram in partes duas dissecturi, & alteros cum sanctis patriarchis prophetisque dignaturi sempiterno regno futuro, alteros vero damnaturi ad ignem inextinguibilem cum cæteris similibus incredulis.

✻ Epiphanius. Esaias in Ierusalem sub Manasse rege Iuda sectus in duas partes occubuit.

✻ Augustin. Numa regnante Romæ, apud Hebræos initio regni Manasse, ab hoc impio rege propheta Isaias perhibetur occisus.

✻ Hieron. Tradunt Hebræi Isaiam socerũ fuisse Manasse filij Ezechiæ regis Iuda.

✻ Idem. Iudæi volunt Isaiam quod dixisset. Audite verbum Dei principes Sodomorum, intantum durta perpessum, vt non solum verborum cõtumelijs, sed & plagarum dolorib. fuerit expositus. Atq; se conscientia iubẽte Dei, vniuersos eorum impetus cõtudisse.

✻ Idem. Certissima est traditio apud Iudæos Isaiã de sua prophetasse morte, c. 57. qđ serrandus esset a Manasse serra lignea. Vñ & nostrorũ plurimi illud qđ de passione sanctorũ in epistola ad Hebręos ponitur, Serrati sunt, ad Isaiæ referunt passionem.

b *Regnauit Amon filius eius pro eo.* ✻ Theod. Patris quidem prauitatẽ est imitatus, pœnitentiam autem minime est æmulatus.

✻ Glycas. Fuerit operæ pretium inquirere, quãobrem Deus Manassis quidem pœnitentiam expectauerit, sed non filij eius Amon, quem instar segetis demessuit? Nimirum cogitationem quidem prauam apud animũ instituit, cum secum ita loqueretur. Pater meus a puero multa scelerate fecit, ac in senecta pœnitentiam egit. Quamobrẽ & ipse hac in ætate pro animi libidine, me gerã, & deinceps ad dominum me conuertam. Hac igitur de causa Deus pœnitentiam ipsius non expectauit, quando paternis calamitatibus nullo modo factus erat melior.

c *Iosiam.* Rab. Iosias oẽm spurcitiam idolorum emendauit, & se in Dei cultu strenue exercuit, sicut de illo ante longe prędictum est per prophetam.

Quest. 5. — Dialog. cont. Tryph. Iudæo. — † ore ad os quidam de latere ad latus interpretati sunt alij vndique. — Lib. de vita & interit. proph. — Lib. 18 de ciuit. cap. 25. — Com. In 20. cap. Isai. — In 14. c. Isai. — In 57. c. — † abstergam. † abstergit quispiam scutellam, & tersam vertit super faciem suam. — Annal. par. 2.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et delebo. *In quibus nihil apparet de his quæ fuerãt ibi scripta, sic Nabuzardã deleuit Ierusalẽ incendendo domum domini et domum regis, et domos Ierusalem per circumitum, vt habetur inf. 25.*

2 Et duc. *Loquitur ad similitudinem illius qui perfecte delet tabulas quia pluries ducit stilũ super ceram ad totum complanandum. Sic rex Babylonis pluries spoliauit & captiuauit populũ Ierusalẽ, scilicet, tempore Ioachim, & tempore Sedechiæ, vt habetur inf. 24. et 25. cap.*

3 Eo quod. *quia licet humanum sit peccare, diabolicũ tamen est in peccato perseuerare.*

4 Insuper. *Hic consequenter describitur comminantiũ occisio crudelis, quia Manasses non solũ prophetas domini ad se missos non audiuit sed etiam crudeliter occidit, & in magna multitudine, ad quod designãdum subditur.*

5 Donec. *idest, quantum potuit facere, sicut vas dicitur plenum vsque ad os, qñ non potest vltra capere, inter istos occisos fuit Esaias propheta, qui dicitur fuisse auunculus ipsius Manasse ex parte matris & pp hoc quod erat nobilis genere, non fuit ausus eum ita de facili interficere sicut alios, sed quæsiuit occasionem de lege, vt hẽtur in quodã libro Hebraico, qui dicitur lebamoth, dicẽs.* Tu dixisti: Vidi dominũ sedentem super solium excelsum, &c. *vt hẽtur Esa. 6. a. et iõ tu dicis cõtra Moysen et cõtra dominũ dicentem Mosi.* Nõ videbit me homo & viuet. *Exo. 33. d. et sic iudicauit eũ ad mortem. Et cũ propheta oraret dominũ, aperuit quandam cedrũ, et ibi inclusit prophetã. Manasses aũt viso miraculo non fuit retractus a crudelitate, sed cũ cedro fecit eũ serrari cum serra ferrea. Expositores autẽ nostri dicunt cõmuniter, quod fuit serratus serra lignea ad diuturniorem afflictionem, cum propheta peteret aquam sibi dari, et negaretur, dominus de excelso misit aquã in os eius, et inde locus ille iuxta quẽ serrebatur dictus est Siloe, quod significat messionem, tamen in fine iste Manasses pœnituit vt habetur 2. Paral. vlt. ca.*

6 Reliqua autem. *Hic consequenter describit mors ipsius Manasse, et filii eius substitutio, scilicet Amon, qui fuit imitator paternę malitiæ, vt dicitur in litera, et patet vsque ibi.*

7 Seruiuitque immunditijs. *i. idolis, quæ vocantur immunditiæ apud Hebræos, propter quod ignominiose mortuus est, et a seruis suis interfectus in domo sua.*

☞ CAP.

A

CAPVT XXII.

Quæst.55. a Octo annorum erat Iosias.

✠ Thodoretus. Hic summam exercuit virtutem, & parentis sui Dauidis possedit pietatem. Et primum

B quidem quæ resartione egebant in templo domini summa curauit diligentia. Deinde cum diuina audisset eloquia, & vestem disscidit, & diu luxit, & quid esset agendum ab vniuersorum Deo quæsiuit. Tandem misit Pontificem & principes, ad Oleam, prophetissam. Deus autem

C per eam aduersus populum quidem & templum, & ciuitatem, tulit sententiam propter scelera quæ ipsi admiserant: pio autem regi Ioni, & fausta prædixit, Tantum iuuat compunctio & lacryma eos qui vtuntur, tantamque noxiam, subiectis, impij afferunt.

✠ Ambrosius. Fidem diligite, quoniam per fidem & deuotionem Iosias magnum sibi ab vniuersis amorem acquisiuit, quoniam celebrauit pascha domini, cum esset annorum decem, & octo, quemadmodum, nemo ante eum. Zelo itaque vt vicit superiores, ita & vos filij zelū Dei sumite.

CAPVT XXII.

a 1 † Octo annorum erat Iosias cum regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalē. Nomen matris eius Idida filia Adaia de Besecath. 2 † Fecitque quod placitum erat coram domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexteram siue ad sinistram. † Anno autem octauodecimo regis Iosiæ misit rex Saphan filium Asalia, filij Mesulam scribam templi domini, dicens ei: 3 Vade ad Helciam sacerdotem magnum, vt confletur pecunia quæ illata est in templum domini, & quam collegerunt ianitores templi a populo, 4 deturque fabris per præpositos in domo domini: Qui & distribuant eam his qui operantur in templo domini 5 ad instauranda 6 † sartatecta templi domini 7 tignarijs videlicet & cæmentarijs, & his qui interrupta componunt, & vt emantur ligna & lapides † 8 de lapidicinis ad instaurandum templum domini. 9 Veruntamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in † potestate habeant & in fide. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam, 10 librum legis reperi in domo domini. Deditque Helcias volumen Saphā scribæ, & legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renuntiauit ei quod præceperat, & ait: 11 Conflauerunt serui tui pecuniam quæ reperta est in domo domini, & derūt vt distribueretur fabris a præfectis operum tēpli domini. 12 Narrauit quoq; Saphā scriba regi dicēs: Librū legis dedit mihi Helcias sacerdos. Quē cū legisset Saphā corā rege, & audisset rex verba libri legis domini: 13 scidit vestimenta sua, & præcepit* Helciæ sacerdoti: & 14 Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michia, & Saphan scribæ,

D 2.Pa.34.a.

Lib.1.Offic. cap.30.

E † ruinas loca fracta & diruta.

† excisi.

† fide faciant

† rem.

F ✠ In † rex.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXII.

1 Octo annorum. *Hic cōsequenter describit quid factum sit sub Iosia rege. Et primo ostenditur qualiter sācte vixit. Secūdo qualiter subiectos sibi adhoc induxit 18.c. Primum aūt ostēditur primo ex studiosa reparatione templi. Secūdo ex formidatione diuini iudicii, ibi* Narrauit quoq;. *Tertio ex deuota requisitione diuini consilii, ibi.* Et præcepit. *Circa primum dicitur.*

2 Et ambulauit. *scilicet, quantum ad bonum, non quantum ad malum, vt pote in facto Vriæ Hethæi & consimilibus.*

3 Vt confletur. *Offerente cū ex deuotione pro habendis necessariis in templo.*

4 Deturque. *Dicuntur autem fabri generaliter artifices non solum in ferro et aliis metallis, sed etiam in lapidibus & lignis.*

5 Ad instauranda. *idest, reparanda.*

6 Sartatecta. *idest, tecta quæ defendūt parietes a pluuiis & intemperie aeris ne corrūpantur, et dicuntur a sartio sartis, et tectum tecti.* Tigna-

7 Tignarijs. *idest, carpentariis, qui faciunt tigna.*

8 Et cæmentarijs. *qui cōponūt lapides in muro et liniūt parietes.*

9 Non supputetur. *idest, non exigatur ab eis ratio, sed eorū fidelitati committatur.*

10 Librum. *Dicit Ra.S. quod cum Achaz quæreret libros legis domini ad cōburendum, iste fuit absconditus in muro tēpli, et sic cum repararentur muri fuit inuentus.*

11 Conflauerunt. *idest, expenderunt eam in reparatione templi vt iussisti.*

12 Narrauit. *Hic consequenter ostenditur sanctitas Iosiæ ex formidine diuini iudicii, quia cum audiret legi corā se maledictiones scriptas in Deut. super transgressores legis, et sciret patrē suum, et plures alios cum populo fuisse transgressos legem multipliciter.*

13 Scidit. *in signū tristitiæ propter offensas præteritas et pœnas futuras, et patet li.era.*

14 Et præcepit. *Hic consequenter ostenditur sanctitas Iosiæ ex requisitione diuini consilii, cū dicitur.* Ite & cōsulite. *et sequitur postea.* Ierunt

MORALITER.

1 *Octo annorum.* Iste qui sancte vixit & valde iuuenis regnare cœpit B. Ludouici regis Franciæ videtur typum tenuisse, qui sanctissime vixit & coronam regni Franciæ valde iuuenis suscepit.

† *Fecitq; quod placitum erat coram domino.* scilicet. viuendo sancte & regnando iuste.

2 *Et ambulauit per omnes vias Dauid patris sui.* Idest, Chri, cuius figura fuit Dauid, vt frequenter superius est expressum. Beatus.n. Ludouicus vt Christum per viā paupertatis, castitatis, & obedientiæ sequi posset, religionē ingredi voluit, & fecisset, si domina regina cōiux sua consentire voluisset, vt scribitur in legēda ipsius. Ipse et attendens Christi verbū Matt.16.d. *Si quis vult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suā & sequatur me.* Bis crucē accepit, & bis transfretauit, & in terra sancta vitam finiuit.

† *Anno autem octauo decimo regis Iosiæ.* Tunc.n. incepit intendere reparationi templi. Et B. Ludouicus multas ecclesias ruinosas fecit reparari, & alias plures de nouo cōstrui, & multa loca religiosa tā virorū quā mulierū ad augmentationem diuini cultus fecit ædificari: multas etiā domos Dei ab sublevatione pauperū, qui sunt membra Christi, cōstruxit, & bonis temporalibus dotauit, & in his & consimilibus tot & tāta fecit, qđ si homines tacerent, lapides clamare deberent.

10 *Librum.* In illo libro erāt scriptæ maledictiones inducēdæ a domino sup legis transgressores & ad eius auditū territus fuit Iosias, attēdens peccata regū præcedentium & etiā subditorū: propter quod super hoc quæsiuit consilium bonorū. Et similiter sanctus Ludouicus rex audiens sermones de suorū subditorum transgressionib. & et de suis, licet minima essent, valde dolebat: & a viris bonis & prudentib. quærebat cōsiliū emēdationis, & p se & alios executioni diligēter dabat.

Anno † *Et*

A Asaiæ seruo regis dicens Ite & consulite dominum super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius quod inuentum est. Magna enim ira domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. 1 Ierunt itaque Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia ad Holdam prophetidem vxorem Sel- B lum filij Thecuæ filij Araas custodis vestium, 2 quæ habitabat in Ierusalem † in Secunda. Locutique sunt ad eã Et ille respondit eis. Hæc dicit dominus Deus Israel Dicite viro qui misit vos ad me. Hæc dicit dominus. Ecce ego adducam mala

Rabbanus. Angelomus. † in domo Midras, hoc est scholę. Chald. interpres. in domo doctrinæ 1. Par. 32. a. Soph. 2. c.

a *In Secunda*. In Para. legitur a de Ezechia, quod ædificauit omnẽ murum qui fuerat dissipatus, & forinsecus alterũ murũ, vnde Sophonias. *Vlulatus a Secunda*. Prophetissa ergo habitauit in Secunda, id est, in secundi muri parte. C

mala super locum istum, & super habitatores D eius, omnia verba legis quæ legit rex Iuda, quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis irritantes me in cunctis operibus ma- 3 nuum suarum. Et † succendetur indignatio (†succensa) mea in loco hoc, & non extinguetur. Regi autem Iuda qui misit vos, vt consuleretis dominum, sic dicetis. Hæc dicit dominus Deus Israel. Pro eo quod audisti verba voluminis, & † perterritum est cor tuum, & humiliatus es (†mollitum) coram domino, auditis sermonibus contra lo- E cum istum, & habitatores eius, quod videlicet 4 fierent in † stuporem, & in maledictum, & sci- (†desolationẽ) 5 disti vestiméta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui te, ait dominus. Idcirco colligã te ad pa- 6 tres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in 7 pace, vt non videant oculi tui omnia mala quę F introducturus sum super locum istum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ierunt. *Quæritur hic quare non iuerunt ad Ieremiam prophetam qui tunc erat, vt patet Iere. 1. Ad quod dicũt expositores nostri communiter, quod hoc fuit, quia adhuc erat iuuenis, nec habebatur in autoritate. Sed hoc non videtur verũ, quia Ieremias cępit prophetare decimotertio anno regni Iosiæ, vt habetur Iere. 1. Iosias præcepit reparari tẽplum decimooctauo anno regni sui, et tunc fuit iste liber repertus, ex quo patet quod Ieremias iam per quinque annos ad minus prophetauerat, et per cõsequens in autoritate erat, propter qđ Rab. Sa. aliter respõdit secundum duas opiniones Hebræorum. Vna est, quod Iosias q̃rebat consilium pietatis et misericordiæ diuinæ, & iõ iuerunt ad mulierẽ prophetidem, quia mulieres magis solent esse misericordes quã viri. Alia est qđ Ieremias iuerat ad commonendũ decẽ tribus verbo, ne obliuiscerentur dominũ in terra captiuitatis eorum, vel illos quin remanserunt, quia nõ fuerunt ita generaliter captiuati per Salmanasar, quin remanserint aliqui qui fugiẽdo se absconderant, sicut monuit scripto illos, qui postea fuerunt transmigrati in Babylonem, vt habetur Ier. 29.*

2 Quę habi. *s. mãsione, quia Ierusalẽ erat clausa triplici muro, sicut dictũ fuit sup. 3. lib. c. 3. et sic erãt ibi tres habitationes, et in secũda manebant prophetæ et nobiles, vt dictũ fuit ibidẽ. Cetera patent vsq; ibi.*

3 Et succendetur. *idest, pœna a me diffinita nõ retractabitur, et ad literam ciuitas Ierusalẽ fuit accensa per Chaldæos, vt hẽtur infr. 25. c.*

4 Fierent. *propter nimiam destructionem.*

5 Et in. *idest, in exemplum maledictionis, ita quod quãdo aliquis maledicet alicui, dicet sic fiet tibi sicut habitatoribus* Ierusalem.

6 Et colligeris. *Sed cõtra hoc videtur, quia Iosias fuit vulneratus cum iret contra regẽ Aegypti et mortuus, vt hẽtur. c. seq. Dicendum, quod ista collectio pacifica intelligitur quãtum ad hoc, quod destructio ciuitatis et tẽpli nõ acciderет in diebus suis, et hoc notatur cũ dicitur.*

7 Vt non. *Sapientes. n. reputauerunt maius malũ videre destructionem suæ religionis et populi, quã mori. vñ dicitur 1. Mac. 3. g.* Melius est nobis mori in prelio, quam videre mala gentis nostræ & sanctorum. *Dicit ẽt Iosephus lib. de Iudaico bello, qđ Titius quãuis esset Gẽtilis, in destructione Ierusalẽ cum tẽplum arderet, & sacerdotes fatigati ex siti et labore propter incendiũ propinquũ se redderent ei, petentes sibi vitã donari, iussit eos occidi dicens eos esse degeneris animi, qui templo et numini cuperent superuiuere. Põt ẽt aliter exponi.* Colligeris, *s. ad patres sanctos in limbo, qui sũt in pace, eo qđ sunt securi de sua futura beatitudine. Iosias. n. vt patet ex prædictis fuit sanctus, et ideo pretiosa in conspectu domini fuit mors ipsius, secundum qđ dicitur. Psal. 15. a.* Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

CAP. XXIII.

E T renuntiauerunt regi 1 quod dixerat. Qui misit 2 & cõgregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem. Ascenditq; rex templum domini, & omnes viri Iuda vniuersique qui habitabant in Ierusalem cum eo, sacerdotes & prophetæ, & omnis populus a paruo vs- 3 que ad magnum. Legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus 4 est in domo domini. Stetitque rex super † (†columnam) 5 gradum, & fœdus percussit coram domino, vt ambularent post dominum, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & † cæremo- (†decreta) nias in omni corde & in tota anima, & suscitarent verba fęderis huius quæ scripta erant in 6 libro illo. Acquieuitque populus pacto. Et 7 præcepit rex Helcię pontifici, & sacer- 8 dotibus secundi ordinis & ianitoribus, vt

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXIII.

E T renuntiauerunt. Ostenso qualiter Iosias sancte vixit, hic consequenter oñditur qũo studio se ad hoc populum induxit. Circa qđ primo describit eius operatio laudabilis, secũdo occisio lamẽtabilis, ibi. *In dieb. eius*. tertio substitutio ꝑlis dissimilis, ibi. *Tulitque populus terræ*. Primũ oñditur ex tribus, scilicet, ex fęderis cum Deo renouatione. Secundo ex idololatriæ destructione, ibi. *Et præcepit rex*. Tertio ex phase celebratione, ibi. *Reuersus est Ierusalem*. Circa primũ dicitur.

1 *Et renuntiauerunt regi*. scilicet, verba prophetissæ.

2 *Qui misit & congregati sunt ad eum omnes*. Vt confęderaret populum domino. Vnde subditur.

3 *Legitque, &c.* vt intelligerent legis pręcepta, & bona promissa acceptantibus & mala comminata transgressoribus.

4 *Stetitque, &c.* Quem fecerat Salomõ, vt hẽtur 2. Paral. c. 6.

5 *Et fędus, &c.* promittendo sub iuramento pro se & populo seruare mandata domini.

6 *Acquieuitque, &c.* iuramentum illud super se recipiendo.

7 *Et præ. &c.* Hic cõsequẽter describitur idololatriæ destructio, & primo in templo dñi quod erat deputatũ diuino cultui, sed reges idololatræ introduxerant ibi cultum idololatriæ, & hoc est quod dicit. *Et præcepit*. i. summo sacerdoti.

8 *Et sacerdotibus secundi*. qui sub sũmo sacerdote ministrabãt per

MORALITER.

1 *Et renuntiauerunt, &c.* scilicet, prophetissa.

Qui

2 *Qui misit & congregati sunt ad eum omnes senes Iuda, & Ierusalem. Ascenditq; rex tẽplum domini, &c.* scilicet, ad ordinãdũ de † correctio

a *Contaminauit.* Rab. Iosias Thophet vel ossa mortuorum ibi (sicut in sequentibus locis fecisse legitur) vel alia quælibet immunda dispergens, quatenus abominationi potius quã delectationi aptus omnibus qui asp icerent, locus, appareret.

Rabbanus. Eucherius. Angelomus.

b *In conualle.* Rab. Vallis Ennon est iuxta murum Ierusalẽ contra Orientem, in qua nemus pulcherrimum Siloe fontibus irrigatur. Thapheth siue Thopheth erat locus in eadem conualle iuxta agrum Achel demach ad Austrum Sion. In Thopheth, quia locus erat amœnissimus, vnde hodie hortorum præbet delitias, solebant sacrificare dæmonibus. Vallis Ennom dicitur Hebraice Gehennõ, vnde dominus Iesus Gehennam cognominauit, quia sicut in conualle Ennom qui idolis seruierunt in ea perierũt, ita peccatores ex peccatis damnabuntur. Vnde in Ieremia. *Non vocabitur locus iste amplius Thophet, sed vallis occisionis, et dissipabo consilium Iudæ & Ierusalem in loco isto, & subuertam eos gladio.* Esaias Thophet infernum appellat dicens. *Præparata est ab Eri Thophet profunda & dilatata.* Pulchre ait dilatata, quia Thophet dicitur latitudo.

c *Per ignem Moloch, &c.* ✻ Theod. Erat hoc idolum Ammonitarum.

✻ Hebræi. Ipsum fuit concauum, habẽs caput vituli, & manus hominis extentas atq; paratas ad suscipiendũ, & ponebatur in igne, & pueri qui per ignem traducabantur, ad brachia Moloch impellebantur, vt inter amplex⁹ eius cremati, gratũ illi fieret sacrificiũ. Vocatus est autem illa vallis filiorũ Hennõ a rugitu ipso quem filij ibi immolati emiserunt.

d *Abstulit.* Rab. Iudæi superstitionibus gentium se mancipauerant, qui inter cætera solẽt pigere vel facere simulacrũ solis vt puerum imberbem, quia nullum p secula seniũ incidit, quotidie nouo ortu natus. Cui currus & equos tribuunt, quia curru igneo & equis igneis Elias rapt⁹ est ad celum, quod inter alia in pariete depictũ vident, & vicinia nominis decipiunt, Elios enim Græce sol dicitur.

✻ Angelomus. Audientes Græci ab Israelitis, quos diuinas

Rabbanus. Eucherius. Angelomus.

Luc. 12. a. — Hiere. 19. b. — Esa. 30. g.

† religiosos XXX. sacerdotes. † Planetis vel ipsi mazaboth. fit nomen planetæ. † filiorum populi. Hebr. † in quibus. † cortinas luco. † vel cubiculum † id est, in suburbanis, hoc est qui, erat præpositus ac præfectus in suburbanis vrbiũ atque villarum.

† scortorum. masculorum. † id est, immunda esse declarauit, & infra. 4. Reg. 2. b. † Thophet erat locus coniunctus vrbi Ierusalem in valle filij Ennom, pollutus in quem projiciebantur cadauera & omnia immunda.

vt proijcerent de templo domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal & in luco, & vniuersæ militiæ cæli, & combussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron & tulit puluerem eorum in Bethel. Et deleuit † aruspices, quos posuerant reges Iuda, ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circumitu Ierusalem, & eos qui adolebant incẽsum Baal, & soli, & lunæ, & † duodecim signis & omni militiæ cæli. Et efferri fecit lucũ de domo domini foras Ierusalem in cõualle Cedron, & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra † vulgi. Destruxit quoque ædiculas † effœminatorum quæ erant in domo domini, † pro quibus mulieres texebãt quasi † domunculas luci. Congregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda, & † contaminauit excelsa vbi sacrificabant sacerdotes de Gabaa vsq; Bersabee. Et destruxit aras portarum in introitu ostij Iosue principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis, verumtamen non ascẽdebant sacerdotes excelsorum ad altare domini in Ierusalem, sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum. Contaminauit quoque Thopheth quod est in cõualle † filij Ennon, vt nemo cõsecraret filium suum aut filiã per ignem Moloch. Abstulit quoque equos, quos dederãt reges Iudæ soli in introitu templi domini, iuxta † exedram Nathammelech eunuchi, qui erat in † Pharurim. Currus autem solis cõbussit igni. Altaria quoque

† Iosias. — a † In atriis templi domini positos cum curru.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ per hebdomadas successiue. Dauid enim volẽs ampliare cultum diuinum instituit 24. sacerdotes sub summo sacerdote per hebdomadas ministrantes, vt habetur 1. Paral. 24.

1 *Vt proijcerent &c.* idest ad cultum ipsius.

2 *Et in luco, &c.* Qui plantatus erat in atrijs domus domini, vt ibidem coleretur Baal.

3 *Et vniuersæ.* idest, vasa facta ad cultum planetarum & duodecim signorum, quæ sunt in zodiaco & aliarum constellationum notabilium.

4 *Et tulit.* Quia erat locus deputatus idololatriæ p Ieroboã.

5 *Et deleuit aruspi.* Qui in extis animalium immolatorum idolis diuinabant.

6 *Et eos.* quia non solum idola, sed & cultores destruxit.

7 *Et efferri.* idest, eradicari, ne aliquid remaneret.

8 *Et proiecit.* qui coluit idola.

9 *Destruxit quoque ædiculas effœ.* id est, paruas ædes, in quibus habitabant sacerdotes idolorũ, qui erant castrati, iõ nominãtur hic effœminati, vnde Hebræi dicũt ibi. *Aediculas latronum.*

10 *Pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.* idest, cortinas ad faciendum prostibula in luco, vbi ad honorem idoli prostituebant se mulieres, & in tali luxuria credebant sacerdotibus, eo quod non faciebant propria concupiscentia motiui, sed magis ad honorem idoli, sicut dicit Philos. 10. Ethicorum de Eudoxo, qui posuit felicitatem in delectationib. qd sibi credebatur, eo quod non videbatur amicus delectationũ.

11 *Et contaminauit excelsa vbi sacrificabant.* Etiã domino, quia hoc non erat licitum post templi ædificationem.

12 *De Gabaa vsque ad Bersabee.* idest, de una extremitate regni vsque ad aliam.

13 *Et destruxit aras portarum in introitu ostij Iosiæ.* in Hebræo habetur. *Iosue.* hic erat præfectus in quadam ciuitate, & iuxta ostiũ domus suę erant altaria ad immolandũ extra tẽplũ.

14 *Verumtamen.* hoc interponitur ad remouẽdum dubium, quia forsitã crederet aliquis, quod isti sacerdotes qui immolabant domino in excelsis, admitterentur similiter ad immolandum domino in templo. Quod tamen non fuit factum, sed permissi fuerunt ad comedendum de oblationib. sicut filia sacerdotis manens in eius domo, & seruus emptitius & vernaculus, quæ tamen personæ non sunt aptę ad faciẽdum officium sacerdotis in templo, nec etiam Leuitæ eius.

15 *Contaminauit quoque Thopheth, &c.* i. idololatriã idoli Moloch quæ vocabatur Thopheth, quod signat tympanum seu tympani sonitum, eo quod sacerdotes illius idoli percutiebant in tympanis, ne parẽtes audirẽt clamorũ filiorũ suorũ in manib. idoli morientiũ, sicut dictum fuit sup. 16. & Leu. 18.

16 *Abstulit quoque equos, quos dederant reges Iudæ soli in introitu templi domini, iuxta exedram Nathammelech eunuchi, qui erat in Pharurim.* Dicit Ra. Sa. quod erant equi secundum veritatem, quos dederant reges Israel idololatræ, ad hoc quod aliqui colentes solem in ortu solis cum equis & curru irent versus Orientem quasi obuiantes soli ad eius reuerentiam. Expositores autem nostri dicunt communiter, quod erant equi sculpti. Gentiles eum solem colentes sculpebant imaginem eius cum curru & equis, vt habetur in legenda quatuor coronatorum, & ad similitudinem Gentilium ex quibus idololatria deriuata est ad Iudeos reges Iuda, fecerant talem imaginem in honorem solis.

Et

MORALITER.

† correctione malorum ad mitigationem iræ diuinę. Similiter sanctus Ludouicus rediens de vltra mare, congregauit prælatos & principes & reliquos sapientes sui regni, ad ordinandum salubria statuta pro bono regni sui ad honorem Dei. *Et præcepit rex, &c.* Sequitur. *Vt proijce-*

1 *Vt proijcerent de templo domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal.* Et similiter beatus Ludouicus, blasphemias quę fiebat in iuramentis per totum regnum suum præcepit euitari, & transgressores huius præcepti debito modo puniri, alias etiã deordinationes quæ in regis absentia solent in regno pullulare, studuit prout potuit, extirpare.

Reuersusque

nas habere literas fama prodebat, prędicari quod Elias curru igneo, & equis sic igneis ad cęlestia translatus, vel certè hoc ipsum inter alia depictum in pariete videtes, crediderant (vicinia decepti nominis Solis) hic transitum per cęlos esse designatum, & miraculum diuinitus factum Dei mutarunt in argumentum erroris, humana stultitia commentatum. Quos imitati Iudæi satagerunt, ne in aliquo Gētilium stultitiis minus stulti apparerent.

a *Excelsa*. Rab. Dicit scriptura loca in collib. posita frondētib. in quib. vel dæmonibus immolabant, vel domino locorū amęnitate illecti cōtra interdictum, relicto altari quod erat in templo illuc oblaturi confluebant. vnde sępius ĩ hoc libro dicitur de regibus minus perfectis: veruntamen excelsa non abstulit.

b *Quæ ædificauerat*. Rab. Hic ostenditur quod Salomon de admisso idololatriæ scelere nunquam perfectè pęnituit, si. n. verè pęnituisset, satēgisset ante omnia, ut idola, quæ ædificauerat, de ciuitate tollerentur, & non in scandalum stultorum, quæ ipse cum esset sapientissimus erronea fecerat, quasi sapienter facta relinqueret.

c *Et Chamos*. Rab. alibi legitur quod ædificauit Salomon phanum Chamos in monte, qui est contra Ierusalem. Sed non est contrarium, quia mons iste in tanta erat vrbis vicinia, vt ad ipsam pertinere, ipsamque sordibus, quæ in eo congerebantur, contaminare videretur.

d *Offensioni Moab*. Rabb. Idola dicuntur offensio, quia vel illis offenditur Deus, vel offensionem, & ruinam suis afferunt cultoribus.

e *Tulit ossa, &c.* Iosias ossa mortuorum cremari sup altare iussit, quia prophana fuerunt eorum sacrificia, & per errorem idololatriæ non solum pecora dæmonibus offerebāt, sed & seipsos in potestatem dæmonum tradiderunt, quia iusto Dei iudicio simul cum altari quod idolis fabricauerant, dissipandi erant. MYSTICE, qui diaboli seruitio mācipati uitam sacrilegam temporaliter finiunt, æternis cruciatibus consumentur, Deo retribuente secundum merita.

f *Facite phase*. RABB. ALLEGO. Iosias typum tenet Saluatoris qui salus, & fortitudo domini dicitur. Vnde, *Dominus fortis dominus potens in prælio* & alibi. *Ipse. n. saluum faciet populum suum a peccatis eorum*. Ipse quidem zelo Dei mundat terram Iudæ, & Ierusalem ab immunditiis, & abominationibus, Vnde. *Zelus domus tuæ comedit me*. Et iterum. *Cuius ventilabrum in manu sua, & purgabit aream suam*. Et alibi. *Et purgabit filios Leui*. Celebrat ergo Iosias noster verū phase in decimooctauo anno regni sui, quando in octaua ætate generali resurrectione perpetrata, sanctos suos cum pfectione bonorū operum perducit ad beatitudinis denarium eiectis prius omnib. scandalis de regno eius. unde; *Ecce dies veniet succensa, & erunt omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, & orietur vobis timentibus sol iustitiæ*.

g *Nec enim factum est phase tale, &c.* Quia ablatis figuris in die iudicii, transibunt sancti de morte ad uitam, sicque in conspectu conditoris sui gaudebunt, *quia videbitur Deus Deorum in Sion*.

✻ Ioseph. Purgata omni prouincia, ad Hierosolymam omnem populum conuocauit, & ad azymorum festiuitatem, quæ

Margin: † abominationi. † immunda esse censuit, & infra. † & — Mysticè. — † vel confregit. † corruptionis aut perditionis, idest montis Olineti, sic appellati in vituperium, ob ædificium quod illic ædificauerunt ad colendum idola. — 3.Reg.13.b. Rabbanus. Eucherius. Angelomus. — † ossa prophetæ Dei seruantur. — 3.Reg.11.b — Psal.23.b. Matt.1.d. 3.Esdr. — Psal.68.b. Mat.3.c. — † tumulus. — † 3.Re.13.a. Mala.3.a. — Mala.4.a. — Libro. Antiq. cap.1.

quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quę fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duob. atriis templi dñi, destruxit rex, & † cucurrit inde, & dispersit cinerem eo-[1]rum in torrentem Cedron. [a] Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem montis † offensionis, [2] [b] quæ ædificauerat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum & [c] Chamos † offensioni Moab, & Melchon [d] abominationi filiorum Ammon polluit rex, & contriuit statuas, & succidit lucos, repleuitq. loca eorum ossib. mortuorum. [3] Insup & alta-[4]re qđ erat in Bethel, & excelsum qđ fecerat Ieroboā filius Nabat, qui peccare fecit Israel, & altare illud † excelsum destruxit, atq combussit, & comminuit in puluerem, succēditque et lucum. Et conuersus Iosias vidit ibi sepulchra, q̃ erāt in monte, misitq; & [e] tulit ossa de sepulchris, & combussit ea [5] sup altare; & polluit illud iuxta verbum dñi, qđ locutus ē vir Dei, qui prædixerat verba hæc, & ait: Quis est titulus ille [6] quem video? Rñderuntq; ei ciues vrbis illius. † Sepulchrū est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc, q̃ fecisti, sup altare Bethel. Et ait. Dimittite eum: nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius, † cum ossibus prophetæ, qui venerat de Samaria. Insuper & omnia phana [7] excelsorum, q̃ erant in ciuitatib. Samariæ, q̃ fecerāt reges Israel ad irritandum dñm, abstulit Iosias, & fecit eis secundū omnia opera, quæ fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum, q erant ibi, sup altaria, & combussit ossa humana super ea. Reuersusque est Ierusalem, & pcepit [8] oī populo dicens: † [f] Facite phase domino Deo vestro, secundum quod scriptum est in libro fœderis huius. [g] Nec enim ✻

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dispersit cinerem eorum, &c. *ut non remaneret illius idololatriæ memoria.*

2 Ad dexteram partem montis, &c. *Iste est mons Oliueti prope Ierusalem, & vocatur hic mons offensionis, eo quod Salomon offendit Deum, ædificando ibi templa idolorum pro vxoribus suis, vt supra habetur 3. lib. cap. 11.*

3 Repleuitque loca eorum, &c. *Per hoc designans quod erant loca contaminata propter idololatriam ibidem perpetratam.*

4 Et altare quod erat, &c. *vt habetur sup. 3 lib. c. 12.*

5 Et tulit ossa de sepulchris. *sicut prædictum fuerat per prophetam domini, vt habetur sup. lib. 3. c. 13.*

6 Quis est titulus ille. *Cum essent ibi multa sepulchra, quæritur quare ibi Iosias specialiter quæsiuit de illo. Ad quod respondet Ra. Salo. quod vidit ex vno latere sepulchri herbas fœtidas, & pungentes ortas, vt spinas, & vrticas, & huiusmodi, ex alio vero latere herbas bonas, & suauiter redolentes, vt balsamum, & huiusmodi. Potest etiā dici, quod falsus propheta qui fecerat se ibi sepeliri, vt parceretur ossibus eius propter merita prophetæ sancti ibidem sepulti, fecerat ibi signum notabile, & scripturam, per quæ cognoscebatur quod erat sepulchrum Prophetæ sancti, qui de Iudæa venerat, & propter hoc Iosias rex Iuda specialiter quæsiuit de illo sepulchro, &c.*

7 Insuper & omnia, & cætera. *Quia Iudæi decem tribuum, qui captiuatis aliis lateuerant, & postea habitabant in ciuitatibus illis, obediebant Iosiæ, ad commonitionē Ieremiæ prophetę, vt dicit Rabi Sal.*

8 Reuersusque est Ierusalem, &c. *Hic consequenter ostenditur deuotio Iosię ex phase solenni celebratione, vnde subditur.*

6 Nec enim factum est tale phase, &c. *i. solennitas paschalis tanta.*

✻ A diebus

MORALITER.

8 † *Reuersusque est Ierusalem, &c.* Per hoc autem figuratum fuit; quod beatus Ludouicus in suo reditu in Franciam fecit, quæ conuenienter dicitur Ierusalem, id est pacifica: quia terra Francię inter alias terras lōgo tempore per Dei gratiam fuit magis pacifica, & quieta. In hac autem Ierusalem Beatus Ludouicus ordinauit facere phase: quia tunc temporis multas construi fecit ecclesias ad celebrandum Eucharistię Sacramētū qđ est verū phase Christianorū.

† In diebus

A quæ pascha dicitur, eos adduxit, donauitque populo nouellos hædos, & agnos triginta millia, boues autem ad holocausta tria millia. Præbuerunt autem, & primi Iudæorum propter Pascha sacerdotib. agnos quinque, & sexcenta millia, & Leuitis agnos duo millia eorum præsules obtulerūt, boues vero quingentos. Causa vero huius festiuitatis hęc erat vt omnia secundum leges, & antiquam traditionem paternæ solennitatis efficerentur.

Quęst. 58. ✠ Theodo. Cur de Ezechia, & Iosia eadem dixit, Quod similis ei non fuit, &c. Neque illū cum hoc comparauit, neque hunc cum illo, sed cum hominibus, qui uisi erant pii, Asa, Iosaphat, & Ionatham, & hunc, & illum conferens, pronunciauit meliores.

Rabbanus. Angelomus. B Rab. Quod Iosias eiectis idolis de terra phytonib. ariolis, & omnib. immunditiis, domini phase celebrasse legitur Moraliter docet, ut primo purgem⁹ terram cordis a uitiis, ut seruire possimus Deo. Sicque gratum domino celebramus pascha: *Non vtique in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis syn ceritatis, & veritatis.* (1. Cor. 5. c.)

a *In Mageddo, cùm vidisset eum.*

Li ro. Antiqu. cap. 5. ✠ Ioseph. Dum Iosias in pace atq; diuitiis, & gloria sup omnes excelleret, Nechao rex Aegyptiorū castra posuit contra Euphratem fluuium, vt cōtra Medos, & Babylonios dimicaret, qui Assyriorum soluerunt principatum. Habebat autem desiderium, vt regnaret in Asia. Et dum venisset in ciuitatem Modin, quæ erat de regno Iosię, prohibebat eum Iosias per suam prouinciā iter facere. Tunc mittens Nechao legatos significauit se non cōtra C eum exercitum mouere. Iosias vero non acquiescebat. Reor vrgebat eum vt quod imminebat accideret. Nam cum aciē exercitus sui cōponeret, & transiret a cornu ad cornu, quidam Aegyptiorum iaculatus est eum, &c. († 1. Para. 35. c.)

D ✠ Amb. Raptus est Enoch, *ne malitia mutaret cor eius.* Et Iosias decimooctauo regni sui, ita domini Pascha celebrauit, vt omnes retro principes deuotione superaret, nec diutius fidei suæ meritis superuixit, imo quia plebi Iudææ graue imminebat excidium, rex iustus ante sublatus est. (Orat. de obitu Valer.)

✠ Hebræi. Vniuersus Iuda, & Ierusalem luxerūt eum, Hieremias maxime, cuius omnes cātores vsque in pſentem diem lamētationes super Iosiam replicant. De eo lamentatus est Spiritus naris nostræ Christus domini captus est in retib. suis. (Seder olam. cap. 24.) († aspiciebantur.)

Rabba. Iosias vulneratus est in campo Mageddo, vnde & statim mortuus est. Luxitque eum populus multum, Ieremias maxime. Tunc. n. dicitur ita lamentasse. Quomodo sedet sola ciuitas. De hoc plāctu dicitur. Et erit planctus in Ierusalem, sicut planctus Adremō, quod nomen est regis, qui tūc regnabat in Charchamis in cuius auxilium Iosias venerat aduersus Nechao Regem Aegypti. (Thren. 1. a. zach. 12. d.) E

Rabbanus. Angelomus. Rab. Interfectio Iosię a Pharaone Nechao facta in Mageddo, significat persecutionem antiqui host s aduersus prædicatores, quos per inuidiam neci tradere molitur, & auferre de terra ecclesiæ conatur, quatenus facilius totam plebem dissipare possit. Pharao dissipans, Nechao percussio, Mageddo de tētatione. Permissus q pe diabolus consurgere aduersus sanctos, hic totis virib. certat, quatenus tentando gregē domini percutiēs dissipet, eosque primum auferat quorum solatio adiuti contra hostem dimicare debuerant. († 2. Paral. 36. a † occidit eum) F

b *Ioachaz filium Iosię.* RABB.

Alio

factum est phase tale a diebus iudicum, q iudicauerūt Israel, & oīum dierum regum Israel, & regū Iuda, sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factum est phase istud domino in Ierusalē. Sed & phytones, & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias & abominationes, q fuerūt in terra Iuda, & Ierusalem, abstulit Iosias, vt statueret verba legis, q scripta sunt in libro quē inuenit Helcias sacerdos in tēplo domini. Similis illi non fuit ante eū rex. qui reuerteretur ad dominum in oī corde suo, & ī tota aīa sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnē legē Moysi, neq; post eum surrexit similis. Veruntñ non est auersus dñs ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor ei⁹ cōtra Iudā, pp irritationes qb. puocauerat eū Manasses. Dixit itaque dñs: Etiā Iudā auferā a facie mea, sicut abstuli Israel, & pijciā ciuitatem hāc q elegi Ierusalem, & domum de qua dixi: erit nomen meum ibi. Reliqua vero sermonum Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? † In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Assyriorum ad flumen Euphraten & abiit Iosias rex Iuda ī occursum eius, & ī occisus est in Mageddo cum vidisset eum. Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo, & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. † Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, &

NICOLAVS DE LYRA.

1 A diebus iudicum. 2. *Paral. 35. a. dicitur.* A diebus Samuelis. *& in idem redit, quia fuit vltimus iudicum, vt habetur sup. 1. li. cap. 12. non legitur tamen, quod filij Israel tempore iudicum solenniter celebrauerint phase, sed tempore Iosue celebrauerunt, vt habetur Iosue 5. non enim omnia scripta sunt, quæ facta fuerunt.*

2 Sed & phytones, & ariolos, & figuras idolorum, &c. *Ista sunt frequenter exposita superius.*

3 Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde suo. *licet. n. David in aliquibus fuerit deuotior, iste tamen fuit innocentior, quia talia crimina non commisit sicut Dauid.*

4 Veruntamen non est auersus dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor, *quia sanctitas Iosiæ non expiauit malitias prædecessorum suorum, quæ fuerant nimis magnæ, & quantum ad grauitatem criminum, & quantum ad diuturnitatem temporum.*

5 In diebus eius. *Hic consequenter ponitur mors Iosiæ lamentabilis, cum dicitur.*

6 Et abiit Iosias rex Iuda. *quia rex Aegypti procedens ad bellū contra regem Assyriorum transiuit per partem regni Iuda, & ideo Iosias nolebat hoc sustinere, timens ne ingressus terram suam eam caperet, vel saltem spoliaret.*

7 Et occisus est in Mageddo. *nomen est loci.*

8 Cum uidisset eum. *Idest, pugnasset contra eum.*

9 Tulitque populus. *Hic consequenter describitur substitutio dissimilis, quia Ioachaz filius Iosię fuit idololatra pessimus, io subditur.*

✠ 2 Et

MORALITER.

† 5 *In diebus eius ascendit, &c.* Contra quem iuit Iosias, & ibidem mortuus, & per seruos suos ad sepulchra regum in Ierusalem reportatus. Per regem Aegypti significatur Soldanus Babyloniæ, quæ est in Aegypto. Cōtra ipsum autem accepit secundo sanctus Ludouicus crucem, & in illo passagio fuit defunctus, & inde per homines suos in Frāciam ad regum sepulchra deportatus.

9 *Tulitque populus terræ Ioachaz.* de isto Ioacim fratre suo nihil dicitur notabile mysticandum.

Alio nomine Sellum dicitur, sed quia peruersissimus fuit, paruo tẽpore regnauit, nam Nechao vinxit eum, eo quod populus contra suam voluntatem constituisset eum regem, & duxit illum in Aegyptum.

RABBANVS. Ioachaz retentus significat malos Doctores, quos populus terræ, scilicet, terrenæ cupiditati diditi, consentientes vitijs suis prælatos eligunt, quos Pharao in Rebla vinxit, cum diabolus p multitudinẽ adulatorum eneruãs decipit corda prælatorum, sicque in spiritualis Aegypti vinctos catenis peccatorum tenebrosam mergit abyssum.

a *Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni, cũ indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis.* RABBANVS. Malignus censum seruitii sui populo carnali expetit, ut tam sensu, quam eloquio eius per omnia parati sint obsequio. Ioacim præcepto regis censum exigit, quia diabolus per sibi deditos magistros, ab unoquoque exigit secundum vires suas peccati cẽsum soluere, sicque in nequiter prælatis quotidie præparat perditionem subiectis

b *Vigintiquinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem.*

vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram domino,[1] iuxta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitque eũ Pharao[2] Nechao in Rebla[a] quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem. Et imposuit mulctam[a] terræ centum talentis argenti, & talento auri. Regemq; constituit Pharao Nechao Eliacim[3] filium Iosiæ pro Iosia patre eius, uertitq; nomen eius Ioacim.[4] Porro Ioachaz tulit, & duxit in Ægyptum*. Argentum[5] autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni, cum indixisset terræ per singulos, vt conferretur* iuxta præceptum Pharaonis. Et vnumquemque iuxta vires suas exegit, tam argentum, q̃ aurum de populo terræ, vt daret Pharaoni Nechao. Vigintiquinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Zebda, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia, quæ fecerant patres eius.

a ¶ Multitudine. ¶ Rebla multitudo interpretatur.

a ¶ Idest pecuniam multam, & tributum.

Marginalia: * & mortuus est ibi. * argentum. — Rabbanus Angelomas. — Seder olam cap. 24. — Li. 10. Antiq. cap. 6.

* COMESTOR. Iosias reliquit tres filios, Eliacim, qui & Iechonias, primogenitum uigintiquinque annorũ, medium autẽ Ioachaz, qui & Sellũ, viginti trium annorum, & tertiũ Mathaniam circiter octo annorũ, quem Sedeciam uocauit Nabuchodonosor. * Hebræi. Initio regni Ioacim filii Iosię, Ieremias pphetа ad vniuersum Iuda, & Ierusalem cõcionatus est. *Conuertimini quisque a via sua mala, &c.* Cumque minimẽ resipiscerent, rursum est concionatus. *Nisi audieritis, ponam domum istam sicut Silo, &c.*

Vigintiquinque annorum erat Eliac. &c. * Ioseph. Hic uir erat natura iniustus, & valide nequissimus, & neque circa Deum sanctus, neque circa homines mansuetus.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fecit malum coram domino, &c. *scilicet, Manasses, Achaz, & alii qui fuerant pessimi, propter quod traditus est in manus Regis Aegypti, vnde subditur.*

2 Vinxitque eum Pharao, &c. *cum enim Pharao cepisset Syriam, mandauit pro Ioachaz, vt veniret ad eum in Rebla, quæ est ciuitas Syriæ, & ille non audens renuere, eo quod non habebat uirtutem resistendi, missus est ab eo vinctus in Aegyptum, & ibidem mortuus.*

3 Regemque constituit Pharao, &c. *fratrem Ioachaz seniorem ipso, sed populus terræ præposuerat iuniorem, ad hoc inductus p amicos ex parte matris suę, qui erant potẽtes in regno, s. Pharao restituit regnum seniori, ut sibi fidelius seruiret.*

4 Vertitque nomen eius Ioacim. *sic debet scribi: scilicet, per simplex, k, & m, in fine, quia in Hebræo scribitur per Coph & Mem, quibus correspondent apud nos, k, & m, mutauit autem rex Aegypti nomen eius in signum, & memoriam, quod ipse creauerat eum regem.*

5 Argentum autem, & aurum, &c. *reddens ei diligenter tributum, quia restituerat sibi regnum.*

CAP. XXIIII.

A In diebus, &c. fac. est ei Ioac. s.r. ✻ Ioseph. Cum quartum ani regni haberet annum, Babyloniæ principatum Nabuchodonosor accepit, & eodem tempore cũ magno apparatu ad Archamin ciuitatem venit, quæ est iuxta Euphratem, pugnaturus ɔ̃ regem Aegypti Nechaon: sub hoc.n. Syria erat vniuersa. Dũ cognouisset regis Babylonis uolũtatem Nechao, non expauit, sed cũ magno brachio super illum venit. Qui facta congressione deuictus est, & multa millia, cum variis belli rebus amisit.

B Transiẽs autem Euphratẽ Babyloniæ rex, omnem Syriã vsque ad Pelusium cepit, præter Iudeã. Quarto igitur anno Nabuchodonosor regis, qui erat octauus Ioachim regis Hebræorum, cõtra Iudeos, cũ magno

C exercitu castrametat⁹ rex Babylonius tributa exacturus a Ioachim. Ille vero metuens eius minas, & pacem habere desiderans, tribuit ei talenta, quæ præceperat tribus annis.

Li. 10. Anti. c. 7.

Rabbanus. Angelomus.

Rabba. Cum semel quis cuilibet se manciparit vitio non vni, sed multis dominis obnoxius erit. Vnde Ioacim quẽ Pharao ante censum sibi soluere coegit, nunc rex Babylonis sibi tribus annis seruire compellit. Nabuchodonosor idem est, q̃ Pharao, s. princeps confusionis, & rector tenebrarum harum. Ergo eum antiquus hostis aliquem sibi cẽsum pẽdi soluere persuadet, mox totum in dominium suũ redigere, & plenum seruitium expendere admonet. Ergo trib. annis regi Babylonis seruũ eẽ est p̃suasione, delectatione, cõsensu antiquo hosti subditũ fore, & totũ vitiis deditũ quasi libere ab eo possideri. Sed aliquãdo tales per Dei misericordiam admoniti rebellant contra nequam spiritum.

D Vnde subditur. Rursum rebellauit contra eum. Nec sufficit rebellare, si non perseuerauerit in certamine. Qui.n.a diaboli potestate se exire desiderat, necesse est, vt fortiter cõtra eum dimicet, & adiutoriũ a Deo imploret.

CAP. XXIIII.

a IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, et factus est ei Ioacim seruus tribus annis, & rursum rebellauit contra eum. b Immisitque ei dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon, & immisit eos in Iudam, vt disperderent eum, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per seruos suos propheta. Factum est autem hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram se, propter peccata Manasse, & vniuersa, quæ fecit, & propter sanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentium, & ob hanc rem noluit dominus † propitiari. Reliqua autem sermonum Ioacim, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioacim cum c patribus suis. Regnauitque a Ioachin filius eius pro eo.

a ¶ Quem Matthæus vocat Iechoniam.

b Et rursum. ✻ Iosephus. Tertio anno audiens Aegyptios denuo contra Babylonium pugnaturos tributa non reddit, sed spe Aegyptiaci belli deceptus est, nam pugnare contra eum non p̃sumpserunt. Propheta si quidem Ieremias, quotidie p̃dicebat, quia frustra Aegyptiorum spe tenerẽtur, & quia imminere ciuitati, vt a Babylonio vastaretur, & rex subderetur.

E Sed hæc nulla vtilitate dicebat, quando, qui crederet nullus erat, &c. Cũ Babyloniæ rex intrasset ĩ ciuitatem, iuuenes fortissimos, & decoros occidit, vna cum rege Ioacim: quem etiam ante muros insepultum proiici iussit: filiũ vero eius Ioachin constituit regem. Eos aũt, qui erant in dignitatib. constituti numero tria milia, captiuos duxit in Babyloniã, inter quos erat, & propheta Ezechiel adhuc puer.

lib. 10. Anti. cap.

† pariete.

F Rabb. Hunc refert Iosephus a Nabuchodonosor interfectum, & ante muros Ierusalem proiectum, & insepultũ, de quo prædictum fuerat: *Sepultura asini sepelietur.*

Rabbanus. Angelomus. Iere. 22. c.

c *Regnauitque Ioachin, &c.* Rab. Nomen Ioachin aliter scribitur in designatione patris, qui & Eliacim; aliter cum filius significatur, qui & Iechonias, nam cum patrem signat per k, & m, scribitur: cum vero filiũ per ch, & n, scribitur.

✠ *Ierusa.*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXIIII.

IN dieb. eius. *Hic consequenter ostenditur quid actum sit sub illo Ioacim, secundo quid sub eius filio, ibi.* Regnauitque Ioach' *Sic.n. debet scribi istc, quia in Hebræo scribitur per Caph, & Nun, quibus in Latino correspondent ch, & n, & hoc idem dicit Hier. in homil. genealogiæ Christi, tertio quid sub fratre suo, ibi.* Duxitque eos. *Circa primum dicitur.*

1 In diebus eius. *s. Ioacim filii Iosiæ, & hoc factum est anno octauo regni eius.*

2 Ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis. *qui debellato Pharaone rege Aegypti, & capta Syria, & tota terra vsque ad riuum Aegypti excepto regno Iudæ, voluit regnum Iudæ ponere sub tributo, quod & fecit, vnde subditur.*

3 Et factus ẽ ei Ioacim seruus tribus annis, & rursum rebellauit. *quia audiuit, & quod rex Aegypti præparabat se ad bellum contra Nabuchodonosor, ideo volens fauere ei, eo quod regem fecerat eum, vt prædictum est, negauit tributum sub spe defensionis per regem Aegypti.*

4 Immisitque ei dominus latrunculos, &c. *deuastantes terram Iuda.*

5 Factum est autem, &c. *specialiter per Ieremiam prophetam, vt patet Ier. 22. & 25.*

6 Propter peccata Manasse. *licet.n. Manasses pœnituerit, & a Deo exauditus fuerat in persona propria, ut habetur 2. Paralip. cap. 33. non tamen quantum ad hoc quod populus a captiuitate, & ciuitas ab incendio liberaretur. Tum quia populus sicut, & rex peccauit, non tamen similiter pœnituit, tum quia post Manassen omnes Reges Iuda offenderunt dominum excepto Iosia, propter quod populus fuit captiuatus, & ciuitas destructa, ut habetur c. sequenti.*

7 Et dormiuit Ioacim cum patribus. *Non est per hoc intelligendum, quod mortuus fuerit in pace, imo sicut dicit Iosephus. Nabuchodonosor cum exercitu uenit in Ierusalem, & cum sub spe fœderis ibi reciperetur, interfectis multis de populo, & sublatis thesauris, & parte uasorum templi interfecit Ioacim, & fecit corpus eius inhumatum proiici extra portas Ierusalem, sicut Ieremias prædixerat, vt habetur Ierem. 22. e.* Sepultura asini sepelietur.

8 Regnauitque Ioachin. *Hic consequenter ostenditur quid factum sit sub eius filio, quem substituit Nabuchodonosor regem.*

4 Immi- ✻ 1 Et

MORALITER.

† 1 *In dieb. eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est Ioacim seruus, &c.* De isto Ioacim de quo dicitur in fine præcedentis ca. quod fecit malum coram domino, & in isto cap. dicitur, quod rebellauit regi Babylonis pactum frãgẽdo, propter quod per ipsum significatur quilibet homo malus, qui non seruat fidem cum hoib. nec cum Deo, pp quod per hoĩes regis Babylonis fuit captus, & occisus, & cadauer eius proiectum extra muros vrbis Ierusalẽ, vt impleret verbũ qđ Ieremias dixerat de eo. Ie. 22. c. *Sepultura asini sepeliet.* & p hoc significatũ fuit, q̃ talis, q infidelis est Deo & hoib. a consortio sctorũ sit in morte totaliter separãdus.

8 *Regnauitque Ioachin filius eius pro eo.* Iste fuit nepos suauis, mãsuetus: pp qđ acquieuit cõsilio Ieremiæ, tradẽs se cũ matre, & principib. suis regi Babylonis, ne populus cõis occideret, & ciuitas Ierusalẽ ab ĩcẽdio seruaret, & ne tẽplũ dñi cũ ciuitate cõbureret. Et in hoc dedit exẽplũ regib. & principib. aliis, vt magis sint soliciti de p̃seruatione diuini cultus, & boni cõis, q̃ de p̃sonis ppriis, & sibi coniunctis. Et idem exemplum dedit Codrus rex Atheniensis, vt dictum fuit s.

† MORAL.

a Ierusalem. BEDA. Ierusalem, & terra Israel, est ciuitas Christi, i. ecclesia Babylonij, & Chaldæi, & Philisthæi, est ciuitas diaboli, i. omnis malignorum, siue hominum, seu angelorum multitudo. Seruitque Israel Philistheis, vel Chaldeis cum fideles nomine tenus in ecclesia consistentes, cæterũ ab immundis, vel spiritib. vel hominibus decepti cuilibet peccato mentis colla submittunt. Adducit autem Nabuchodonosor regem Ierusalem, & vniuersos principes fortes exercitus decẽ milia in captiuitatem, cum & magistros & eos qui Inuincibili animo domino seruire, ac decalogum fideliter videbatur conseruare, subito il lecebris, seu aduersitatib. subacti, maiorib. facinoribus polluuntur, aut certè in hæresim incidunt. Arma quib. contra diabolum repugnãtes libertatẽ a Deo nobis donatã defendimus, sunt eloquia scripturarum, in quibus & ipsius domini & sanctorum exemplis quo ordine bella uitiorum superare debeant, luce clarius discimus. His armis Philisthæi filios Israel priuant, cum maligni spũs aĩos fidelium a meditatione sacrę lectionis ne vel ipsi per exercitum resistendi fiduciam sumant, vel alios fortè, qui legere nesciunt ad resistendum vitiis, exhortando, aut corripiẽdo accendant. Tollunt fabros armorum, cum eos, qui sacra eloquia norunt, intantum scelerib. obruunt, vt dicere bona, q̃ didicerant prorsus erubescant. Transferunt omnem artificem, & inclusorem in Babyloniam de Ierusalem, cum eos, qui multipharia virtutum operatione pluribus proderant, & ciuitatem Dei contra corruptores tentationum munire solebant, a proposito deflectunt, atque ingenium quod tuitioni sanctæ ecclesię impendere debuerant, ad uoluntatem potius regis uitiorum dispensare compellunt. Quod si inclusores non ostiorum, siue murorum, sed auri gemmarumq; intelligimus, ad eundem expositio finem respicit. Dictum quippe est de sapientia. *Quia aurum, & multitudo gemmarum ei non valeat comparari*, atque ideo inclusores horũ doctores dicimus, qui quandiu rectè viuunt, & docent in ornatũ sanctę ciuitatis industriã suę artis impendunt. At si fortè errauerint quid nisi a rege Chaldæorum captiui Babyloniam transferuntur? Sic talentum verbi cælitus acceptum ĩ terra defoditur, i. scia spiritualis ad peccatorum opera conuertitur.

Beda quæst. 30. in li. Reg. Rabbanus. Allegor. — Prou. 20. c.

1 Et vltra non addidit rex Aegypti, vt egrederetur de terra sua. 2 Tulerat enim rex Babylonis a riuo Ægypti vsque ad fluuium Euphraten, omnia, quæ fuerãt regis Aegypti. Decem & octo [a ¶ Non amplius quia erat impius.] 3 annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. a Nomen matris eius Nehusta, filia Elnathan de Ierusalem. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia, quæ fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circundata est vrbs munitionib. b Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem cum serui eius oppugnarent eam. 4 Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & 5 suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. Et protulit 6 inde omnes thesauros domus domini, & thesauros domus regiæ, & concidit vniuersa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo domini iuxta verbum domini, & transtulit omnem Ierusalem & vniuersos principes, & omnes fortes c 7 †exercitus decem milia in captiuitatem: & omnem artificẽ, & †inclusorem, nihilq; relictum est, exceptis pauperibus populi terræ. Transtulit quoque Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos regis, & †iudices terræ duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem, & oẽs viros 8 robustos septem milia, & artifices, & inclusores mille, omnes 9 viros fortes, & bellatores, duxitq; eos rex Babylonis captiuos [a ¶ Vel Mathaniam. ¶ Qui fuit filius Iosiæ frater Ioacim.] 10 in Babylonem. Et constituit a Matthathia patruum eius pro eo, imposuitque nomen * ei Sedeciam. Vicesimum, & 11 d primum annum ætatis habebat Sedecias cum regnare cœpisset,

† viribus — † vel, reputatum, & nobilem, & infra. — † fortes — * rex Babylonis.

b *Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem cum serui eius, &c.* ✲ Ioseph. Regẽ Babyloniorum, qui Ioachin concesserat principatum, repẽte timor inuasit: ne ille habẽs memoriã pro nece paterna prouinciam eius inuaderet: & mittẽs exercitum Ierusalẽ obsidebat. Ioachin cum esset natura benignus, noluit ciuitatem propter se videre pericula sustinere: sed sumens matrem, & cognatos tradidit obsides ducib. Babyloniorum accipiens ab eis iusiurandum, vt nihil mali paterentur, nec ipse, nec ciuitas. Sed horũ fides nequaquã mansit inuiolata.

Matt. 25. b. — Lib. 10. Anti. cap. 8.

c *Artificem, & inclusorem, nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ.* Rab. Quod supra populo Israel Philisthijm regnantes fecisse narrantur, cum dicitur: *faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel, cauerant. n. Philisthiim, ne fortè facerent Heb. gladium, aut lanceam ad repugnandum.* ita nunc Chaldæi satagunt, vt null⁹ in ea remaneat artifex, & inclusor, qui diruta vrbis mœnia componere possit, vel resarcire.

Beda q. 30. in lib. Reg. Rabbanus. 1. Reg. 13. d

d *Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem.* ✲ Iosephus. Babylonius accepit ab eo iusiurandum, vt ei prouinciam custodiret, & nihil hostiliter ageret, nec faueret Aegyptijs. Fuit autem Sedechias iniustus, supbus, & circa

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et vltra non addidit Rex Aegypti, vt egrederetur de terra sua,* scilicet, contra Regem Babylonis, sicut sperauerat Ioacim pater istius, ut prædictum est, cuius causa subditur cum dicitu r.

2 *Tulerat enim Rex Babylonis a riuo Aegypti vsque ad fluuium Euphraten, omnia, quæ fuerant Regis Aegypti. Decem, & octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset.* & ideo non audebat contra eum exire.

3 *Et tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Nehusta.* Rex enim Babylonis timens, ne iste Ioachin esset memor necis paternæ, & sic Regi Babylonis rebellaret, & eius aduersariis se iungeret, cito rediit cum exercitu ad remouendum eum.

4 *Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, &c.* timens enim ne occasione sui ciuitas, & templum destruerentur, & populus totaliter captiuaretur: de consilio Ieremiæ reddidit se voluntariè regi Babylonis cũ matre sua, & amicis suis.

5 *Et suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui.* f. Regis Babylonis, & non regni Ioachin: quia solum regnauit tribus mensibus, vt dictum est.

6 *Et protulit inde omnes thesauros domus domini, & thesauros domus regiæ, & concidit vniuersa vasa aurea, & cætera.* & transtulit in Babylonem cum rege, & matre, & fortiore populo & meliore, vt patet in litera.

7 *Decem millia in captiuitatem, &c.* infra habetur. Septem milia, & artifices, & inclusores mille. Dicendum, quod tria milia de Iudeis, i. de tribu Iuda, vt habetur Ier. ult. & isti nõ ponuntur in secunda numeratione, cum dicitur hic. Septẽ milia, & de illis septem milibus mille erant artifices notabiles, & ideo cum dicitur.

8 *Artifices, & inclusores mille, omnes viros fortes, & bellatores, duxitque eos Rex Babylonis, & cætera.* ly &, tenetur pro, id est, quod fuerunt de aliis tribubus, & mille de artificibus notabilibus, & sic in vniuerso fuerunt decem millia, & ista deditio populi dicitur propriè transmigratio, quia voluntariè se tradiderunt. Quod autem postea factum est sub Sedecia, vocatur magis propriè captiuitas populi, & ideo aliqui numerant annos transmigrationis 70. incipiendo ab ista transmigratione facta tempore Ioachin.

9 *Duxitque eos Rex Babylonis captiuos in Babylonem.* Hic consequenter describitur quid factum sit sub Sedecia fratre Ioachin, cum dicitur.

10 *Et constituit Matthathiam patruum eius pro eo: imposuitque, &c.* scilicet, ipsius Ioachin.

11 *Impositque nomen ei Sedeciam, &c.* quod interpretatur ✲ iustitiam

circa quem impii locum maximum habere videbantur. Quapropter Ieremias crebro ad eum veniẽs, testabatur, vt impietates desereret, iustitiæ prouideret, nec duces malignos resp ceret, neque falsis prophetis cum seducentibus crederet. Sedechias autem consentiebat quidem ei per omnia tanquam vera loquenti, sed rursus amici subuertebant mentem eius, & a prophetæ dictis ad ea, quæ voluntati habebant, adducebant. Igitur societatem Babyloniorum, quam habuit octo annis, dissoluit, & semetipsum ad Aegyptios transtulit, sperans cum illis contra Babylonios præualere.

Rabbanus. Angelomus. Mali sunt rectores, qui munere, & dono diuino abutunt, & falsò sibi nomẽ iustitiæ, vsurpãt. Matthathia vel Matthanias. n. interpretat munus, siue donum. Sedecias iustus dominus. Vndecim annis regnauit, quia transgressor legis fuit, quæ significatur denario numero. Nouenarius, qui minus habet denario imperfectionem legis significat, sicut vndenarius transgressionem. Rectè ergo Nabuchodonosor in nono anno regni Sedeciæ obsedit ciuitatẽ mense decimo, & decima die mensis: quia mali pastores, cum decalogi mandata, quæ scientia tenent, ope & doctrina perficere negligunt, necesse est ut plebem sibi commissam antiquus hostis cum suo exercitu obsidione circundet, & munitione erroris ac uitiorum constructa claudat, uallando ciuitatem, sicque fames in ciuitate præualeat, fames utique verbi Dei cum nõ expenditur panis doctrinæ populo terræ.

Damnosa pastorum negligentia.

set, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. [1] Et fecit malum coram domino, iuxta omnia, quæ fecerat Ioacim. Irascebatur enim dominus contra Ierusalem, & contra Iudam, donec ꝓiiceret eos a facie sua. [2] Recessitque Sedecias a rege Babylonis.

NICOLAVS DE LYRA.

iustitiam domini, fecit.n.rex Babylonis eum iurare per dominum, ꝙ seruaret sibi fidelitatem, & tributum redderet, vt habetur 2.Par.26. & propter hoc sic vocauit eum, vt esset memor iuramenti quod sibi fecerat, sicut iustum erat.

1 Et fecit malum coram domino. *offendendo eum.*

2 Recessitque. *veniendo contra iuramentum suum, nec in aliquo voluit credere Ieremiæ prophetæ, vt habetur 2.Parali.26.*

CAP. XXV.

Factum est autem anno, &c. ✠ IOSEPHVS. Rex Babyloniæ post deuictos bello Aegyptios, vice secunda ad Ierosolymam castrametatus est, & sedens circa eam decem, & octo menses, cum studio magnæ virtutis obsedit, obsessosque Ierosolymitas duo mala deprimebant, morbi languor, & fames.

Li.10.Anti.c.10.

✠ CYPRIANVS. Nihil contra nos aduersarius potest, nisi Deus ante permiserit: vt omnino timor noster & deuotio, atque obseruatio ad Deum conuertatur, quando in tentationib. nostris nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur. Probat scriptura diuina, quæ dicit: *Venit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Ierusalem, & expugnauit eam, & dedit eam Deus in manum eius.* Datur autem ptãs aduersum nos malo secundum nostra peccata, &c.

Libr. de orat. Dominica.

† turrim ligneam.

b *Et interrupta est, &c.* Rab. Interrupta quidem per tentationes varias dæmonum custodia populorum, hi q debuerant armis ciuitatẽ defendere, nocte ignorantiæ, & pctõrũ vallati fugiũt, qa mercenarius, & qui nõ est pastor, videt lupum venientẽ & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispgit oues per uiã portæ, q̃ est inter duplicẽ murũ ad hortũ: aperit inertiã doctorũ, q inter duplicem murũ duorum testamẽtorum constituti non belligerare, sed effugere quæ-

Rabanus. Angelomus. com. in hunc locum.

Ioan.10.

tenacia est obsidione ciuitas.

CAP. XXV.

[1] Factum est autem anno nono regni eius mense decimo, decima die mensis, [2] venit Nabuchodonosor Rex Babylonis ipse, & omnis exercitus eius in Ierusalem, [3] & circundederunt eam, & [4] extruxerunt in circumitu eius † munitiones. [5] Et clausa est ciuitas, [6] atque vallata vsque ad vndecimum annum Regis Sedeciæ nona die mensis. [7] Præualuitque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. b Et interrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores nocte

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXV.

FActum est autem anno nono, &c. *Posita transgressione Sedeciæ, hic consequenter ponitur sequens punitio, secundum ordinẽ diuinæ iustitiæ. Circa quod primo describitur captiuitas sub Sedecia, & secundo seruilitas sub Godolia, ibi:* Populo autem, qui relictus erat. *Circa primum ciuitas cum rege capitur. secundo succenditur, ibi:* Mense quinto. *tertio de præda disponitur, ibi:* Reliqua autem. *Circa primum describitur tempus cum dicitur.*

1 Factum est autem anno, &c. *s. ipsius Sedeciæ.*

2 Venit Nabuchodonosor rex, &c. *quia Sedecias fregerat iuramentum sibi factum, vt prædictum est.*

3 Et circundederunt eam. *vt nullus posset ingredi, vel egredi.*

4 Et extruxerunt in circumitu eius munitiones. *i. machinamenta ad destruendum muros.*

5 Et clausa est ciuitas. *ab illis qui erant intra contra aduersarios.*

6 Atque uallata. *ab aduersariis extrinsecus existentibus.*

7 Præualuitque fames in ciuitate. *intantum quod mulieres comedebant proprios pueros suos, secundum quod habetur Thren. 4.b.* Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibi earum in contentione filij populi mei, *idest, ciuitatis Ierusalem.*

✠ 1 Fugit

MORALITER.

† 1 *Factum est autem anno nono regni eius, &c.* s. Sedeciæ, de quo septem hic dicuntur. Primum est, quod obsessus fuit. Secundum, quod latenter fugit. Tertium, quod fuit captus. Quartum, quod filiis fuit priuatus. Quintũ, quod fuit excæcatus. Sextum quod fuit catenis vinctus. Septimum in Babylonem ductus. Per istum Sedeciam de quo dicitur in fine pcedentis c. quod fecit malum coram domino, significatur peccator, q licet aliquando coram hominibus uideatur bonus, tamẽ coram domino est malus. Per septem autem hic enumerata signat processus eius de peccato in peccatum, vsque in infernum. Per primum vero quod est eius obsidio, significat dæmonum tentatio, Iob 19. *Obsederunt in gyro tabernaculum meum.* Per secundum uero, quod fuit fuga, significatur tentati pusillanimitas, in quo non est resistentia. Contra quod dicitur Iacobi 4.b. *Resistite diabolo, & fugiet a vobis.* Per tertium vero quod est eius captio, significatur lapsus tẽtati in laqueũ mortalis pcti. Per quartum vero quod fuit filiorũ occisio, significatur ignorantia tenebrarum, quæ sequitur ad actum malitiæ Sap. 2.d. *Excæcauit illos malitia eorum.* Per sextum vero qd fuit incatenatio, significatur redeũdi desperatio. Prou. 18.a. *Impius cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Per septimum vero quod fuit ductio in Babylonẽ, signat pertractio ad gehennã, q bñ signatur per Babylonem, eo quod in inferno nullus est ordo, & per consequens ibi est maxima confusio.

fugerunt per uiam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis (porro Chaldæi obsidebant in circumitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viam, quæ ducit ad campestria solitudinis, & persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Iericho, & omnes bellatores qui erant cum eo dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo eum duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui a †locutus est cum eo iudicium. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem. b Mense quinto, septima die mensis c ipse est annus nonusdecimus Regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps exercitus, seruus Regis Babylonis in Ierusalem:

a ¶ Qui a iustum exercuit cum eo iudicium.

A quærunt, & in delitiis magis diffluere (quod hortus significat) quam scuto fidei hostib. obsistere. Fugit Sedecias, quia dęmonibus populum circundantibus rector fugit, non ad montes de quib. *Montes in circumitu eius*, sed ad campestria, i. ad delectationem luxuriæ. vnde *Arcta est via, quæ ducit ad uitam: lata, quę ducit ad mortem.* Comprehẽdit eum in planitie Iericho, & bellatores dispersi sunt, & reliquerunt eum. Cum. n. uirtutes hominem deserunt, q̄ eũ defendere debuerant, in planitie Iericho capit. i. i defectione carnalis sensus. Iericho. n. interpretat luna, & significat defectum carnis. C Vn, qui de Ierusalem descendebat in Iericho, incidit in latrones. Filios Sedecię occidit coram eo, & oculos eius effodit. Rex Babylonis diabolus est, possessor intimæ confusionis, qui prius filios ante intuentis oculos patris trucidat, quia sæpe sic bona opa interficit, vt hęc se amittere ipse, qui captus est animus dolens cernat. Nam gemit pler unque animus, & tamen carnis delectationibus victus bona, quę gemit amens perdit, ea quę patitur damna considerat, non tamen virtutis brachium cõtra regem Babylonis leuat. Sed dum videns nequitię perpetratione percutitur, ad hoc quandoque peccati usu perducitur, ut ipso quoque rationis lumine priuetur, quia diabolus bona prius opera subducit, & post intelligentię lumen tollit. Qđ recte Sedecias in Rebla patitur. Rebla quippe multa hic interpretatur, quia quandoque ei lumen rationis clauditur, qui prauo vsu, & iniquitatis suę multitudine grauatur.

a *Locutus est cum eo iudicium, &c.* ✠ Iosep. Perductum ad se Sedeciam, Nabuchodonosor impium, & infœlicem uocare cępit, & iurisiurãdi immemorem, qđ prębuerat, vt ei prouinciam custodiret. Super hęc autem obiurgauit, ingratum, quia dum ab eo suscepisset imperium, quod ab eius fratre tulerat, & illi tribuerat, contra munificum largitorem egisse videbatur hostiliter. Dixitq; post hęc. Magnus Deus qui odio habens tuam nequitiam, nostro te subiugauit imperio.

✠ GLYCAS. Sciendum Hierosolymam a Nabuchodonosore ter spoliatam esse, videlicet regnantibus Ioacimo, Iechonia, & Sedecia, quemadmodũ Georgius scripsit. Theodoretus autem diuinissimum Ieremiam secutus, ex Ioacimo, & Iechonia facit vnum eumdemque regem. Sedecias vero sicut Epiphanius meminit, effossis oculis Babylonem abductus, & in pistrinum coniectus, ibidem annos 26. contriuit, ac tandem honorifice vicissim est habitus. Sunt igitur anni regum, quotquot a Dauide ad Sedeciam vsque Hierosolymis imperarunt, in vnum collecti, 498. & reges ipsi 22. Dauidici generis omnes.

✠ Hebręi. Singulare humanę miserię exemplum. Nam intelligitur omnibus, qui versantur in bonis, timenda esse mala, & contra, quotquot hęrent in malis, ne desperent de bonis. Vnde quęso, istud? Certe ex Iechonia, & Sedechia.

b *Mense quinto.* Rab. Congruit temporis ordo cum ratione vindictę. Mense quinto vastata est ciuitas, q̄ Pentateuchũ legis seruare despexit, & septima die mensis, quia sabbathi requiem non custodiuit, & contraria pceptis Dei egit, frustra sibi blãdiẽs de securitate pro sctõrũ locorũ hitatione.

c *Venit Nabuzardan.* Rab. qui interpretatur ventilabrũ, siue prophetia alieni iudicii, iusto Dei iudicio sup pctores, princeps vtriq. exercitus regis Babylonis in Ierusalẽ intelligibilem

Mat. 7. b. — † i expostulauit cum eo. — Li. 10. Anti. c. 10. — Annal. part. 2 — -& reliquerunt eum. — Seder Olam. cap. 28. — Rabbanus. Angelomus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fugit itaque Sedecias, &c. *Dicit hic Rab Sa. quod ipse fugit per quandam viam subterraneam, cuius exitus erat bene longe a ciuitate, & ab exercitu Chaldæorum, cum lumine ipsum, & societatem eius dirigente, sed vt inueniretur a Chaldæis, & caperetur, dominus fecit apparere vnum caprum syluestrem, & dum Chaldæi vellent cũ capere, fugiendo cucurrit super terram secundum lineam illius viæ subterraneæ prædictæ, & sic Chaldæi inuenerunt Sedeciam, qui exierat viam illam. Ad hoc autem inducit verbum Ezechielis loquentis in persona domini de captione Sedeciæ 12. d.* Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea, *ita quod secundum eum caper prædicto modo ducens Chaldæos ad Sedeciam vocat rete domini. Sed hoc dictum non habet magnam apparentiam, quia non est verisimile quod Chaldæi in puncto captionis ciuitatis uellent intendere venationi, præterea licet per talem viam subterraneam possent fugere pauci, non tamen tot quot erant cum Sedecia rege, vt p̄tendit litera. Et ideo melius dicitur, quod Chaldæi secuti sunt Sedeciam per indicium aliquorum quos ceperunt in ciuitate, qui non poterant fugere. Ad authoritatem vero Ezechiel. potest dici, quod rete domini, siue sagena ibi intelligitur exercitus Chaldæorum capiens Sedeciam secundum ordinem iustitię diuinę*

2 Et omnes bellatores, &c. dispersi sunt, *quia Chaldæi fuerunt intenti ad capiendum regem quem principaliter quærebant.*

3 Apprehensum ergo eum, &c. *s. viuum.*

4 Duxerunt ad regem, &c. *quia tantam personam non audebant occidere sine regis ordinatione.*

5 Qui locutus est, &c. *arguens eum de transgressione veritatis, & iuramenti, & sic procedit contra eum per rigorem iustitiæ in persona propria, & filiorum suorum.*

6 Mense quinto. *Hic consequenter describitur incendium ciuitatis, primo quantum ad tempus, cum dicitur.* Septima die mensis. *Ier. vlt. dicitur.* Decima die mensis. *Dicendum, quod non est contradictio, quia septima die mensis fuit positus ignis in ciuitate, & durauit incendium vsque ad decimam diem inclusiue propter magnitudinem, & multitudinem ædificiorum, vnde hic ponitur principium incendii. Ier. ult. ponitur eius finis.*

7 Ipse est annus, &c. *Ier. vlt. dicitur.* decimusoctauus annus. *quod soluit Rab. Sal. dicens, quod erat nonusdecimus annus a principio Nabuchodonosor, & decimusoctauus ab illo tempore quo primo cepit Ioakim filium Iosię, & secundum hoc cepit eum secundo anno regni sui. Sed hoc non videtur consonare textui, quia supra 24. c. dictum est, quod Ioakim tribus annis seruiuit Nabuchodonosor, & in quarto anno rebellauit, & fuit captus & occisus, & filius eius Ioachin loco eius substitutus, qui regnauit tribus mensibus, quo amoto substitutus est Sedecias, qui vndecimo anno regni sui captus est, & ciuitas incensa, & sic videtur quod a prima captione Ioakim vsque ad incendium ciuitatis fuerunt tantum quindecim anni. Et ideo aliter potest dici. s. quod 19. anni regni Nabuchodonosor non erant simpliciter completi, sed erat vnus incompletus, & ille, hic nominatur pp partem, q̄ transierat, & Ieremię u'ti. tacetur, propter eius incompletionem, sicut frequenter fit in alijs locis. Sciendum etiam, q̄ Nabuchodonosor primo regnauit in Chaldęa, postea obtinuit Regnũ Assyriorum, & factus est monarcha, & aliqñ eius anni numerant a principio regni in Chaldæa. aliqñ aũt a tempore quo fuit monarcha.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† *Venit Nabuzardan princeps exercitus regis Babylonis in Ierusalem.* Per Nabuzardan, qui interpretatur princeps coquorũ, diabolus significatur. Per hoc autẽ quod succendit domũ domini, & regis, & domos Ierusalem (ut in textu dr) signatur, quod diabolus igne cupiditatis, & luxuriæ succendit clerum, nobiles, & communem populum, nam p domum domini clerum, per domum regis nobiles, per domos Ierusalem communis populus significantur. De incendio namque cupiditatis dicitur Iere. 6. c. *A maiore vsque ad minorem, & a ppheta vsq; ad sacerdotẽ oẽs auaritiæ student.* De incẽdio vero luxuriæ dr Ier. vl. c. *Vnusquisq. ad vxorẽ pximi sui hinniebat.*

 Factum

A gibilem. Et succendit domum domini, cum diabolus, qui & rex confusionis, & princeps omnium iniquorum est tam malignorum spirituum, quam etiam impiorum hominum plebem inuadit fidelium, & domum regis, & domos Ierusalem, i. rectores, & eos, qui uidebantur in uisione pacis manere inflammatos cupiditate subuertit. *Omnemque domum combussit igni.* cum vniuscuiusque conscientiam per flammam illiciti amoris perturbauit. *Et muros Ierusalem in circumitu destruxit.* cum intentionem orationis, & virtutum studia, quæ contra se valere nouit, in desperantibus dissoluit, ne per spem veniæ ad diuina succurrant auxilia, & correptionis vitæ apprehendant munimina. Populumque in captiuitatem ducens de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas, quia eis qui vtiles verbo, & exemplo esse poterant, per vitia captiuans, stultis, & hebetibus commendat agriculturã, quatenus nõ vinum gratiæ spiritualis, & frumentum sanæ doctrinæ in vineis, & agris populo fructificet, sed spinæ magis, & tribuli vitiorum excrescant.

gare, quam persecutoribus referuare, pro singulari interpretationis viuacitate sacram martyrii accepit coronam. D

Quia tam sensum pretiosum quam eloquii uenustatem hostis nequam de domo domini auferre molitur, & secum in confusionem ducere.

Rabbanus. Angelomus

1 & † succendit domum domini, & domum regis, & domos Ie-
2 rusalem, omnemque domum combussit igni. † Et muros Ieru-
salem in circumitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum,
3 qui erat cum principe † militum. Reliquam autem populi par-
4 tem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas, qui transfuge-
5 rant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabu
6 zardan princeps militiæ, & de pauperibus terræ reliquit vini-
a tores, & agricolas. † Columnas autem æreas, quæ erant in templo domini, & bases, & mare æreum quod erat in domo domini confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omnium in
b Babylonem. Ollas quoque æreas, & † trullas, & tridentes & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministra-

a ¶ Non res, ac sensus propter literas, sed literæ ob manifestationem rerum sunt repertæ. ¶ Transcriptio.

c d 7 bant, tulerunt, necnon & thuribula, & † phialas Quæ aurea, aurea, & quæ argentea, argentea tulit princeps militiæ, id est, columnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat Salomon in templo domini. Non erat pondus æris omnium vasorum. Decem, & octo cubitos altitudinis habebat columna vna, & capitellum æreum super se, altitudinis trium cubitorum, & retiaculum, & mala granata super capitellum † columnæ omnia
e 8 ærea. Similem & columna secunda habebat ornatum. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres † ianitores, & de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros, & quinque viros de his, qui steterant coram rege, quos re-
f 9 perit in ciuitate, & Sopher principem exercitus, qui † proba-
g bat tyrones de populo terræ, & sexaginta viros è vulgo, qui inuenti fuerãt in ciuitate. Quos tollens Nabuzardan princeps
10 militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha. Percussitque

†Lxx. coquorum vellniorum, & infra.

†Hie. 27. c.

B

†vel scopas, & psalteria & cochlearia.

†vel pelues.

†custodes vasorum.

C

c *Tulit quoque.* RABBANVS. Non solum populares, sed & fortes, & principes in Ecclesia diabolus decipe & peccatores captiuare satagit, vnde in Iob de ipso. *Escæ eius electæ sunt.*

Tulit Saraiam. qui interpretatur uinctus, *sacerdotem primum*, cũ primum ecclesiæ ordinem, qui in episcopis est, amore uoluptatis terrenæ vitiorum catena constringit. Similiter *Sophoniam*, qui interpretatur absconditus *sacerdotem secundum*, cum secundi ordinis uiros, i. presbyteros (qui talẽtum verbi in terra fodientes absconderant) in suum dominium subigit. *Et tres ianit.* qui ostium fidei aperire debuerant, & tenentes clauem scientiæ, nec ipsi introierunt, nec alios introire permiserunt. Eunuchus significat fatuas virgines, quæ vasa oleo vacua in manibus tenebant, continentes se a coitu corporali, nec tamẽ oleum gratiæ, & misericordiæ in pectore suo habere uolebant, qui frustra super bellatores constituuntur cum arrogantiam non præcauant. *Quinque viros de his, qui steterant coram rege.* illos qui quinque sensib. corporis voluptati seruientes, regi uitiorum sp assistebant.

Rabbanus Angelomus.

†Eze. 16. c. 14. dist. c. 76. dist. c. ieiunium.

Iob 33. c. Abac. 1. d. secundum Lxx.

E

Mat. 25. c †per circumitum.

Ibidem a.

F

†congregabat populum terræ. Lxx. qui ordinabat populum terræ. Mat. 5. a

a *Columnas autem æreas quæ, &c.* RAB. Et bases itelligimus doctores, qui sonoritate prædicationis, & fidei firmitate debuerunt alios sustentare. Mare æneum baptismi lauacrum, vel compunctionem lachrymarum, hæc quidem omnia Chaldæi spirituales per inertiam magistrorum, & de domo domini auferre nituntur, & confringere.

b *Ollas quoque.* RABB. Quia diuersa officia in ecclesiasticis ordinibus de Dei seruitio auferentes in suum vsum nequissimum verterunt.

c *Thuribula, & phialas,* Cum orationem qua diuinitas placari potuit, & poculum uerbi quo lassi refocillari debuerãt impediendo subuertunt.

Lib. 2. Offi. c. 28.

d *Quæ aurea, aurea, & quæ argentea, argentea tulit.* Amb. Ioachin, qui aurum in obsidione seruabat, nec dispensabat alimoniæ comparandæ, & aurum vidit diripi, & se in captiuitatẽ pduci. Laurẽtius qui aurũ ecclesiæ maluit paupib. erogare,

f *Sopher principem.* RABBANVS. Interpretatur dissipans, vel diuidens; significans eos, qui rudes in ecclesia, quos ad militiam Christi nutrire debuerant, prauis exemplis dissipabant a cœtu fidelium per errorem sequestrant. *Et sexaginta viros è vulgo,* i. stultos operatores, qui merito è vulgo, quia diuina consilia discere, & factis implere neglexerant.

g *Et sexaginta viros.* RAB. Hos omnes Nabuzardan duxit ad regem Babylonis, & interfecti sunt, quia diabolus prædã quam ab ecclesia euellit, ad perpetuæ mortis interfectionẽ perducere ambit, quos percutit rex confusionis in Reblatha, hoc est in multitudine scelerum, & amore voluptatum. Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et succendit domum domini, & domum regis, & cætera. *incipiens a maioribus ædificiis.*

2 Omnemque domum combussit. *In Hebræo habetur.* Et omnem domum magnam. *per hoc intelliguntur loca vbi conueniebant ad audiendum legem, vt dicit Rab. Sal.*

3 Reliquam autem populi, &c. *Hic consequenter describitur dispositio de præda, & primo quantum ad populum viuæ reseruatum cum dicitur.* Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, *quæ non poterat fugere. sicut sunt mulieres, & paruuli.*

4 Et perfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, &c. *antequam ciuitas caperetur.*

5 Et de pauperibus terræ reliquit uinitores, & agricolas. *ne terra in solitudinem redigeretur, & sic rex Babylonis in tributum non haberet. Secundo ordinatur de præda quantum ad uasa templi cum dicitur.*

6 Columnas autem æreas, quæ erant in templo domini & bases, & mare æreum quod erat in domo domini conf. *de istis columnis, & alijs vtensilibus hic positis habetur supra 3. libro 7. cap, vbi de forma, & dispositione talium dictum fuit, & ideo hic pertranseo.*

7 Quæ aurea, aurea, & quæ argentea, argentea tulit princeps militiæ, idest, columnas duas. *idest, posuit aurea ad vnam partem simul, & argentea ad aliam, et similiter de aliis metallis. Tertio describitur ordinatio prædæ, quantum ad populum occisum, cum dicitur.*

8 Tulit quoque princeps militiæ, &c. *Isti enim fuerant consiliarii Sedeciæ, & consentanei in rebellione contra Nabuchodonosor.*

9 Et Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones. *id est, aptos ad prælium, & soluebat eis stipendia, vt dicit Rab. Sal.*

10 Percussitque eos rex Babylonis. *Ratio est tacta.*

6 Co-

1 Populo

a *Et translatus est Iuda de terra sua.* ✠ Ambrof. Decem tribus ad Assyrios ductæ sunt, duę autem Iuda, & Beniamin, tanquã grauioris res flagitij in Babyloniam transierunt. Atrocius.n. sacerdotis filia adultera, quàm ceteræ puniuntur: quia sacerdotalis generis gratiam turpi opprobrio decolorauit. & propterea desolata omnis Iudæa, & Ierosolyma, & templum, annis septuaginta permansit.

In Psalm. 1.

Cũ illi q. cõfessione nõis Dei in Ecclesia videbantur habere, p scelera multiplicia de terra viuẽtiũ trãslati in regnũ cõfusionis, & erroris abducũtur, sub quo imperio quoq; perseuerauerũt, nõ merebuntur p Iesu ducatum regredi in terram Iuda: templumq; Dñi ibidẽ reædificare. In posterũ namq; præsentis vitæ traden tur in carcerem mortis perpetuæ: vbi *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* Nobis autem liceat in peregrinatione labentis sęculi verã cõmissorum gerere pęnitudinẽ, & post excursum septem dierum velut post 70. annos huius captiuitatis, exuti ab omni potestate regis Babylonis valeamus iuuãte spiritu qui septiformis dicitur, cœlestem Ierusalem ingredi, & vultum conditoris nostri per secula cõtemplari.

Rabbanus. Angelomus. Esa. 66. g.

Lib. 4. cap. 10. ✠ Lactant. Iudæi sub regibus finitimorum bellis, ob delicta vexati, postremo capti, abductiq; Babylonẽ, pœnas impietatis suæ, graui seruitio pependerunt, donec Cyrus veniret in regnũ, qui statim Iudæos restituit edicto.

Seder Olam zuta. ✠ Hebręi. Iudam abduxit è patrijs sedibus Nabuchodonosor, anno octingentesimo quinquagesimo ingressus in terram, & octingẽtesimo nono exitus de Aegypto. Nempe anno mundi ter mil lesimo trecentesimo tricesimooctauo. Nec relictus est de familia Dauidis vllus, præter Iechoniã, qui genuit Salathielem, Malchiram, Pedaiam, Gamariam, cum tamen existerent triginta octo cognationes.

eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblata in terra Emath. Et a translatus est Iuda de terra sua. [1] Populo autem qui relictus erat in terra Iuda quẽ dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, [2] pfecit Godoliã filiũ Ahicam filij Saphan. [3] Quod cũ audissent oẽs duces militũ, ipsi & viri q. erãt cũ eis, videlicet q cõstituisset rex Babylonis Godoliã; venerunt ad Godoliã in Maspha, Ismael filius Nathanię, & Iohanã b filius Caree, & Saraia fili⁹ Thanehumeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & socij eorũ. † [4] Iurauitq; Godolias ipsis, & socijs eorũ, dicens: Nolite timere seruire Chaldęis. Manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. [5] Factũ est aũt in mẽse septimo, [6] venit Ismael filius Nathaniæ, filij Elisama, de semine regio, & [7] decẽ viri cũ eo, [8] pcusserũtq; Godoliã, q & mortu⁹ est: sed & Iudæos, & Chaldęos, q. erãt cũ eo in Maspha. [9] Cõsurgẽsq; oĩs populus, a paruo vsq; ad magnũ, & principes militũ venerunt in Ægyptũ, timẽtes Chaldęos. [10] Factũ vero est in anno tricesimo septimo trãsmigrationis Ioachin regis Iudę, mẽse duodecimo, vicesima & septima die mẽsis, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cęperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere, & locut⁹ ẽ ei benignè. Et posuit thronũ ei⁹ sup thronũ regũ q. erãt cũ eo in Babylone, & mutauit vestes ei⁹ quas habuerat in carcere, & comedebat panẽ semp in cõspectu ei⁹, cunctis diebus vitæ suæ, annonã quoq; cõstituit ei sine intermissione, q̃ & dabatur ei a rege p singulos dies oĩbus dieb⁹ vitæ suæ.

† Hier. 40. c.

b *Et Saraia.* Filius Saraiæ sacerdotis reseruatus est, & pater occisus. Ex quo in captiuitate postea natus est Iesus sacerdos magnus, qui reduxit populum cum Zorobabel.

Rabbanus.

Li. 10. Antiq. cap. 11. ✠ Ioseph. Babyloniorum rex cum duas tribus captiuas duxisset, neq; gentem aliam in eorum habitare fecit prouincia: &

NICOLAVS DE LYRA.

1 Populo autem, &c. *Postquam descripta est captiuitas sub Sedechia, hic consequenter describitur seruilitas sub Godolia. Et primo describitur huius subiectio. Secundo Ioachin sublimatio, ibi:* Factum est. *Circa primum dicitur.*

2 Godoliã. *Quẽ præfecit rex Babylonis populo, qui remanserat ad terram colendam, vt tributũ inde colligeret, & mitteret regi Babylonis.*

3 Quod cum audissent omnes. *Qui in captione Sedeciæ dispersi fuerant, vt prædictum est, & in diuersis locis latuerant.*

4 Iurauitque eis Godolias. *s. fœdus fidelitatis, vt pacifice essent in terra sub seruitute regis Babylonis.*

5 Factum est autem. *A profectione Godoliæ.*

6 Venit. *& iõ displicebat ei, q alius in regno Iudæ eẽt superior eo.*

7 Et decẽ viri cũ eo. *Sed alij plures erant exterius latentes. quia decem viri non fecissent tantam cædem, & tantam prædam cepissent, quantam tunc fecit iste Ismael, vt plenius scribitur Ierem. 41. cap.*

8 Percusseruntq; Godoliam. *Proditiose postquam eos receperat gratiose, vt habetur Ierem. 41. cap.*

9 Consurgensq; oĩs. *Propter hoc enim fugerunt in Aegyptum contra Ieremiæ consilium, vt habetur Ierem. 42. ne Chaldæi propter interfectionem Godoliæ, qui in terra repræsentabat personam Nabuchodonosor, venirent, & interficerent totum populum qui remanserat.*

10 Factum vero est. *Hic consequenter describitur sublimatio Ioachin regis, q tradiderat se Nabuchodonosor, & ductus fuerat in Babylonem captiuus, vt dictum est sup. 24. cap. Cuius causa fuit, quia Euilmerodach tempore quo pater suus Nabuchodonosor propter amentiam in quã versus fuit, inter feras habitauit septẽ annis, vt habetur Dan. 4. Multa mala fecit, ideo pater eius de insania reuertens ipsum cum Ioachin incarcerauit, vbi amicitiam adinuicem contraxerũt. propter quod cum iste Euilmerodach postea sublimatus esset in regnum, eduxit istum Ioachin de carcere, & ipsum inter principes regni sui maxime honorauit, vt hic dicitur. Et patet litera. Hoc autem factum est a Deo propter duo. Primum est, vt consilium Ieremiæ quo Ioachin se tradiderat regi Babylonis, ostẽderetur fuisse bonum: quia per hoc euasit mortem, & ciuitatis destructionem tempore suo, & tãdem consecutus est exaltationẽ in regno Babyloniæ regno Iudææ destructo. Secundum est, vt verbum Esaiæ de Nabuchodonosor, q habetur Esaiæ 14. videlicet, q de sepulchro suo esset eijciendus, per consilium Ioachin compleretur. Iste enim Euilmerodach timens ne pater suus resurgeret a mortuis, sicut de insania ad sanam mentem redierat, fecit corpus patris exhumari, & in multis partibus diuidi, & vulturibus dari, quæ ad diuersa loca euolauerunt. & tunc dixit Ioachin: tunc resurget pater tuus, quando isti aues in vnũ iterum reuertentur. q. d. de hoc non habes vltra timere. Patet igitur in hoc facto impletio prophetiæ diuinitus prædictæ, & exaltatio seminis Dauid propter eius merita, etiam in terra aliena secundum dispositionẽ diuinæ sapientiæ,* Quæ mutat tpa, & ætates, transfert regna, atq; constituit: attingens a fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponens oĩa suauiter. *Cui est honor, & gloria in secula seculorũ. Amẽ.*

MORALITER.

10 *Factũ.* Sicut dcm̃ ẽ s. c. pce. iste Ioachin tradiderat se regi Babylonis p liberatione tẽpli, ciuitatis, & cõis populi. p hoc ergo q rex Babylonis eũ de carcere liberauit, & sup oẽs regni sui magnates honorauit, ondit q. Dñs p honore Dei, & bono cõi se tradẽtib. vel exponẽtib. referuat bona meliora in pñti, vel futuro reddẽda: redditio tñ in futuro multo melior est. nã ibi reddit bonũ infinitũ habẽdũ ęternaliter p clarã visionẽ, & suauissimã fruitionẽ. Ad quã nos perducat ille, q cũ Patre, & Spũsancto viuit, & regnat in secula sęculorũ. Amen.

ADDITIO.

In cap. 25. vbi dicitur in postilla. patet igitur, &c.

Põt ẽt alia rõ exaltationis Ioachin assignari nõ minus necessaria, s. ne euacuaret pphetia Iacob, Gen. 49. b. *Non auferetur sceptrũ de Iuda, nec dux de femore eius, &c.* Si. n. Ioachin iste mortuo Sedecia, & alijs regib. Iudę remãsisset picc⁹ viliter ĩ carcere, iã manifeste eẽt ablatũ sceptrũ: & dux de Iuda p longũ tps añ aduẽtũ Chri, qd eẽt de directo ꝯ pphetiã pdictã. Sed inquantũ ipse Ioachin fuit a carcere eductus, & thronus eius sup thronũ regũ positus: vt hr̃ in lr̃a, & idcirco saluat pphetia, quia adhuc ẽt tpe trãsmigrationis dux remanebat de femore Iudę. & eodẽ modo post mortẽ Ioachin successit Salathiel, & Zorobabel in magno, & notabili honore. & sic credẽdũ ẽ successisse vsq; ad tps aduentus Chri exclusiue. vt patet p historias Machabæorũ, & alias q̃ ad hoc faciũt. Vñ sceptrum fuit ablatum ppriẽ, quando Herodes Idumæus abstulit illam dignitatem, in cuius diebus natus est Christus, vt Matth. 2. cap. vnde & Hebręi licet aduersarij nostri super prædictum verbum: *Non auferetur, &c.* in quodam libro de Thalmud, qui dicitur Sanhedrin exponunt, quod illi duces de Iuda, de quibus loquitur prophetia Iacob, erant principes transmigrationis residentes in Babylonia, &c.

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI IN LIBROS PARALIPOMENON,

E Græco in Latinum iuxta Septuaginta interpretes per eum translatos.

EVsebius Hieronymus Domnioni, & Rogatiano suis in Christo Iesu, salutem. Quomodo Græcorum historias magis intelligunt qui Athenas viderint, & tertium Virgilij librum, qui a Troiade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: Ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus sit, & antiquarum vrbium memorias, locorumq́, vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire, vt circumiremus prouinciam, quam vniuersæ Christi Ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnion, & Rogatiane charissimi, nunquam me in diuinis Voluminibus proprijs viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar interrogare me solitum, quanto magis de his super quibus anceps eram? Denique cum a me nuper literis flagitassetis, vt vobis Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tyberiade quendam legis autorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi, & contuli cum eo a vertice (vt aiunt) vsque ad extremum vnguem: & sic confirmatus ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor. Ita in Græcis, & Latinis Codicibus hic nominum liber vitiosus est, vt non tam Hebręa, quàm Barbara quędam, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus qui Spiritusancto pleni ea quę vera fuerunt transtulerant, sed scriptorum culpę ascribendum, dum de emendatis inemendata scriptitant, & sæpe tria nomina subtractis è medio syllabis in vnum vocabulum cogunt, vel e regione vnum nomen propter latitudinem suam in duo, vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsę appellationes non homines, vt plerique existimant, sed vrbes, & regiones, & saltus, & prouincias sonant: & oblique sub interpretatione, & figura eorum, quędam narrantur historię, de quibus in regnorum libro dicitur: Nonne ecce hęc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Quę vtique in nostris Codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quòd apud Hebræos Paralipomenon liber vnus sit, & apud illos vocatus Dibre haiamim, id est, verba dierum: qui propter magnitudinem apud nos diuisus est. Quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, vt eum in tres partes secent, cum vnus a suo autore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina non vocabula hominum, sed rerum (vt dixi) significantius sonant. Ad extremum, quòd omnis eruditio scripturarum in hoc continetur, & historię quę vel prętermissę sunt in suis locis, vel perstrictę leuiter, hic per quędam verborum compendia explicentur, Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio misi librum beneuolis placiturum: tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæq; (vt ait Plinius) malunt contemnere plerique quàm discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam recolat: videat ordinem textumq́ sermonis, & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbicunque ergo asteriscos, id est, stellas radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis Codicibus non habetur. Vbi vero obelus, transuersa scilicet virga præposita est, illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderunt, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritussancti auctoritatem, licet in Hebrais voluminibus non legatur.

INCIPIT SECVNDVS PROLOGVS SANCTI HIERONYMI In Librum Dibre haiamim, quem nos Paralipomenon; quod nos dicere possumus verba dierum; ab eo ex Hebræo in Latinum translatum.

A *SI Septuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum versa est editio permaneret, superfluè me, mi Chromati, Episcoporum sanctissime, atq; doctissime impelleres, vt tibi Hebrea volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq; translatio corrupta sit, atque violata, nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere condere, illudentibusq; †Iudęis cornicum (vt* B *dicitur) oculos configere. Alexandria, & Aegyptus in Septuaginta suis Esichium laudat autorem. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæsthinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos, Eusebius, & Pamphilus vulgauerunt. Totusq; orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, è regione singula verba describens, vt vnus dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta, Theodotionis editionem miscuit: asteriscis, videlicet designans quæ minus fuerat, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere* C *quod semel susceperant, & post Septuaginta cellulas, quæ vulgo sine autore iactantur, singulas cellulas aperuere: hoc quoque in Ecclesijs legitur, quod Septuaginta nescierunt, cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, & quod his maius est, Apostolis autoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euangelio: † Ex Aegypto vocaui filium meum: & quoniam Nazaræus vocabitur. † Et videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se: cæteraq; his similia, in Hebræorum libris inueniri. Certè Aposto-* D *li, & Euangelistę, Septuaginta interpretes nouerant, & vnde eis hęc dicere, quę in Septuaginta interpretibus non habentur? Christus Dominus noster, vtriusque Testamenti conditor, in Euangelio secundum Ioannem: † Qui credit, inquit, in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Vtique scriptum est, quod Saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebręos igitur reuertendum est, vnde & Dominus loquitur, & discipuli exempla pręsumunt: Hęc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis idem, & accusatores, & defensores,* E *cum in alijs probent quod in me reprobant: quasi virtus, & vitium non in rebus sit, sed cum autore mutetur. Cęterum memini editionem Septuaginta translatorum olim de Gręco emendatam, tribuisse me nostris, nec inimicum debere existimari eorum, quos in Conuentu Fratrum semper edissero. Et quod nunc Dibre haiamim, id est, verba dierum interpretatus sum, idcirco feci, vt inextricabiles moras, & syluam nominum, quę scriptorum confusa sunt vitio, sensuumq; barbariem apertius, & per versuum cola digererem: mihimetipsi, & meis iuxta Ismenium canens: si aures surdę sunt cęterorum.*

† Inuidis

† Oseæ 11.a Matth.2.c
† Zachar.12.c Ioan.19.g
1.Corint.2.b.

† Ioan.7.f

F

Argumentum in Libros Paralipomenon.

PAralipomenon liber instrumenti veteris epitome, tantus, ac talis est, vt absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, semetipsum irrideat: per singula quippe nomina, iuncturasq; verborum, & pretermissę in Libris Regum tanguntur historię, & innumerabiles explicantur Euangelij quęstiones.

LIBER PARALIPOMENON, IDEST, PRAETERMISSORUM PRIMUS.

HEBRAICE DIBRE HAIAMIM, Id est, verba dierum.

CAP. I.

† ADam, Seth, Enos, Cainan, [1] Malaleel, Iared, Henoch, Mathusale, Lamech, Noe, Sem, [2] Cham, & Iaphet. † Filij Ia- [3] pheth, Gomer, & Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mosoch, [4-8]

a ¶Hi possederũt terram in Asia ab Amano, & Tauro. b Galathæ. Hæ septe gentes ad Aquilonem habitãt. c ¶Scythæ. d ¶Medi. a Iones qui & Græci. vnde & mare Ioniũ. b Capadoces.

CAP. I.

a ADam, Seth, Enos, &c. ✠ Rabb. Salomon. & R. Moses. Seniorum sententia est Esdram vtriusq; libri Paralipomenon fuisse authorem, collegisseq; in eis epitomen, & chronicum omnium pcedentiũ librorum, a principio, scilicet diuinæ scripturæ vsq; ad finem quarti Regum.

In Synopsi. ✠ Athanasius. Paralipomenon vocantur isti libri, propterea quod multa in libris regum prætercita, in ipsis continentur. Habetur autem in primo libro omnium tribuum genealogia ab Adam vsque ad reges, secundum tribus, & populos, & gentes, & familias. In secundo vero exponuntur gesta regum.

In li. Paralip. ✠ Theodor. & Procop. Argumentum libri declarat appellatio. Quæ enim prætermisit qui scripsit libros Regum, ea composuit qui hunc laborem suscepit collectum ex multis libris propheticis. Ab alto autem incepit ex genealogia, vt compendio ostenderet, quòd ex vno homine germinarunt omnia genera hominum.

Rabban. com. in hunc loc. Hier. Quæst. Heb. in lib. 1. Paralip. Genes. 6. b. Rabban. Decimus ab Adam Noe, & in Genesi, & in Paralipomenon monstratur. & apte dicimus, quia perfectus est. Vnde, *Noe vir iustus erat, & perfectus in generationibus suis, &c.* Hic genuit Sem, Cham, & Iaphet, per quos post diluuium rediuiua hominum dilatatur progenies.

† Genes. 5. a. b *Filij Iapheth.* Hierony. Hi possederunt terram in Asia ab Amano, & Tauro Syriæ Cheles, & Ciliciæ montibus vsq; ad flumen Thanaim. In Europa vsq; ad Gadara nomina locis, & Gentilibus relinquentes, e quibus plurima postea immutata sunt, plurima, permanent cætera.

† Genes. 10. c *Thubal.* Rabban. Hiberes qui & Hispani, a quibus Celtiberia, licet quidam Italos suspicentur.

d *Mosoch.* Rabban. Cappadoces: vnde vrbs eorum vsque hodie Masacha dicitur. Septuaginta vero interpretes Capthorim Cappadoces arbitrantur.

a *Filij*

NICOLAVS DE LYRA.

COlligite fragm. ne per. *Ioan. 6. b. secundum sententiã Au. super Io. per fragmenta ista intelligutur verba Christi ad capiendũ subtilia: propter quod non fuerunt data turbis, vt ea turbæ secũ portarẽt, sed magis fuit preceptũ Christi discipulis, vt ea colligerent. qa Doctores orbis terrarũ futuri erãt, vt dicit ibidẽ glossa. speciali tamen rõne verba Christi dicuntur fragmenta colligenda, quia per Christũ non fuerunt in aliquo scripto collecta. nõ enim legitur discipulis aliquid scripto tradidisse, sed tantũ verbo: quod conuenicbat doctrinæ Christi qui est verbum coæternum Deo patri. Verũtamen discipuli eius ab eo inspirati, ista fragmẽta collegerunt in quatuor Euãgelus, & in alus libris noui testamenti secũdum quod eis dictum fuerat:* Colligite fragmenta, &c. *Nunc aũt ita est, quòd illa quæ in nouo testamento facta sunt, figuraliter in veteri præcesserunt. secundũ quod dicitur 1. Cor. 10. c. Omnia in figura cotingebãt illis; propter quod in figura collectionis verborũ Christi iã dictæ, fuit diuinitus inspiratum Esdræ sacerdoti, & legisdoctori, vt aliqua ad vetus testamentum pertinentia, quæ a scriptoribus ipsum præcedentibus fuerant dimissa, vel minus plene scripta, in hoc libro per ipsum colligerentur. Licet enim aliqui dicant, q scriptor huius libri ignoratur: tamen Ra. Sa. habemus dicẽtem, quòd Esdras ipsum scripsit, & hoc ad perfectionem veteris testamenti. Vnde dicit Beatus Hieron. in Epistola ad Paulinum presbyterum de vniuersis sacræ scripturę libris, Paralip. liber, id est, instrumenti veteris epitome tantum, ac talis est, vt absq; illo si quis scientiã scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Et licet incipiat a mũdi principio. propter quod chronica veteris testamẽti dicitur, tamen eius principalis intẽtio versatur ad describẽdum ea quæ circa libros Regum dimissa erãt, propter quod Hieron. in Epistola pdicta subdit: Per singula quippe nomina iuncturasq; verborum, & prætermissæ in Regum libris tangũtur historiæ, & innumerabiles explicantur Euangelu quæstiones. Propter quod in hoc libro similis processus est, sicut in libro Regum, sicut magis videbitur in huius libri diuisione.*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. I.

ADam, Seth, Enos, Cainam. *Liber Paralip. sic diuiditur: quia primo agitur de regno Israelis vnito. Secundo de bipertito 2. libro. Circa primum sciendũ, q texit generationes vsque ad Dauid, vt ostendatur qualiter Dauid descendit a patribus sanctis Iacob, Isaac, & Abraham, qui primus fidem veri Dei constanter publice prædicauit, sicut dictum fuit Genes. 12. Et occasione huius ostendit qualiter Abraham descẽdit ab Adam p Patres sanctos, s. Seth, Noe, Sem, & alios electos. Primus igitur liber Paralip. sic diuiditur. quia primo quasi chronice texit genealogias vsque ad Dauid: & tunc prosequitur de factis eius 10. c. Quo ad primum primo ponit ordinem generationum vsque ad Iacob: quia vsque ad eum nulla generatio fuerat tota electa. Secundo a Iacob per duodecim Patriarchas texuntur generationes sequentes vsque ad transmigrationem Babylonis, c. 2. Tertio generationes post transmigrationem c. 9. Circa primum texit primo generationes ab Adam vsq; ad Noe. Secũdo per tres filios Noe venit ad Abrahã, ibi:* Filij Iapheth. *Tertio per tres vxores Abrahem venit ad Iacob, dans cuilibet numerum certum, ibi:* Filij autem Abraham. *Circa primum dicitur.*

1 Adam, Seth. *Subintelligitur genuit, & sic de alus. De Cain autẽ, & Abel, & filijs Adã no facit mentionẽ, quia Abel mortuus fuit sine generatione, & generatio ipsius Cain fuit tota deleta in diluuio. Generationes aũt istæ plenius positæ sunt Gen. 5. & ibidem fuerũt expositæ.*

2 Sem, Cham, & Iapheth. *In istis nõ subintelligitur genuit, quia vnus nõ genuit aliũ, sed fuerũt fratres, & filij Noe, vt habetur Gen. 5. Et scribuntur hic quasi tres generationes, quia filii eorum occupauerunt tres partes orbis: filii Sem, Asiam; filii Iapheth, Europam: & filii Cham, Aphricam, vt dicit Iosephus 1. lib. Antiquitatum. istud tamen est intelligendum pro maiori parte, non tamen totaliter: quia filii Iaphet obtinuerunt partem Asiæ, & filii Cham similiter.*

3 Filij Iapheth. *Hic cõsequenter per filios Noe descendit ad Abraham. & primo ponit generationes Iapheth, & generationes Cham, quæ illæ non erant prosequendæ. vltimo vero generationes Sem, quia illæ erant prosequendæ, tanquam a Deo electæ, quia ab illis descendit Abraham, Isaac, & Iacob, & duodecim Patriarchæ, & tandem Dauid de Patriarcha Iuda, cuius regnum prosequitur liber iste, vt prædictum est. Considerandum etiam, q sicut dicit Hieronym. libro de Hebraicis quæstionibus: Isti filii Noe a quibus populata est terra post diluuium nomina, locis, & gentibus reliquerũt, ex quibus postea mutata sunt plurima propter longitudinem temporũ, & bella superuenientia, per quæ deleta sunt nomina multa gentium, & mutata nomina ciuitatum: aliqua tamen adhuc permanent in se, vel in aliquo simili, seu propinquo.*

4 Gomer. *A quo nominati sunt Galathæ, & postea Gallici, vt dicũt aliqui. Alii aũt dicunt econuerso q a Gomer primo dicti sunt Gallici, & postea Galathæ, quia Senones Galli duce Brenno obtinuerunt Italiam, & postea intrãtes Græciam vocati sunt a rege Bithyniæ in auxilium: & obtenta victoria pro mercede laboris acceperunt quandam regni eius partem, quam vocauerunt ex suo nomine Gallogræciam, & nunc dicitur Galathia, cuius habitatores modo Galathæ dicuntur.*

5 Magog. *A quo descenderunt Scythæ secundum Hierony.*

6 Madai. *A quo Medi.*

7 Iauan. *A quo Græci, vñ & adhuc Grecia in Hebreo Iauã noĩat.*

8 Thubal. *A quo Hispani.*

9 Mosoch. *A quo Cappadoces, vnde & apud eos adhuc manet ciuitas Mosecha.*

1 Thiras.

MORALITER.

† 1 *Adam.* In hoc primo libro vsque ad decimum cap. mihi non occurrit aliquid notabile, quod videatur mystice exponendum, quia sunt ibi quædam descriptiones, & enumerationes genealogiarum.

¶Thraces. a ¶Sarmathæ hos Græci Regmos vocant. b ¶Paphlagones.

Thiras. Porro filij Gomer, Aſcenez, & Riphath [1]

a ¶Phryges. b ¶Eliſei, qui vocantur Aeolides. c ¶Cilices. [2]

a & Thogorma. Filij autẽ Iauan, Eliſa, & Thar- [3] [4]

b a ¶Cyprij. b ¶Rhodij. c Aethiopia ab Hebræis vſque hodie Chus dicitur. [5]

c ſis, Cethim, & Dodanim. Filij Cham, Chus, & [6]

a ¶Aegyptus. b ¶A quo Lybici. c ¶Hic obtinuit terram de qua Iudæi Chananæos eiecerunt. d ¶A quo Aphri, & Phœnices. [7]

d Meſraim, Phut, & Chanaan. Filij autem Chus [8]

a ¶A quo Sabæi Arabes. b ¶Getuli in parte remotioris Aphricæ Eremo cohærentes. c ¶A quo Sabatheni qui nunc Astobori, vel Attabari nominantur. d ¶Hæc duo antiqua vocabula perdiderunt, & quæ pro eis habeant ignoramus. [9] [10] [11]

e Saba, & Heuila, Sabatha, & Regma, & Saba- [12] [13]

a ¶Gens Aethiopiæ in Occidentali plaga.

thaca. Porro filij Regma, Saba, & Dadã. Chus [14]

f autẽ genuit Nemrod. †Iſte cœpit eſſe potens in [15]

g terra. Meſraim vero genuit Ludim, & Anamĩ, [16]

a ¶Libyes, qui prius Phuthæi.

& Laabim, & Nephtuim, Phethruſim quoq; &

a ¶Qui & Philiſthijm, quos corruptè Palæſtinos diximus.

Chasluim, de quibus egreſſi ſunt Philiſthijm, [17]

a ¶A quo Sidon vrbs in Phœnice.

& Caphtorim. Chanaã vero genuit Sidonẽ pri [18]

a ¶A quo Iebuſæi quorum fuit Ieruſalem.

mogenitum ſuum, Hethæũ quoq; & Iebuſæũ,

a ¶A quo Heuæi, qui & Gabaonitæ a ciuitate Gabaon, qui ſupplices venerunt ad Ieſum.

h & Amorrhæum, & Gergeſæum, Heuæumque, [19]

a ¶A quo Aſinæi.

i & Aracæum, & Sinæum, Aradium quoque, & [20] [21]

A a *Filii autem.* Gregor. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ nationum, linguæ, cognationes, & gentes. De Ionibus, ideſt Græcis naſcuntur Eliſei, qui & Aeolides. Vnde iſta lingua Græciæ Aeolis dicitur.

Act.22.a. b *Tharſis.* Rabban. Hos Ioſephus Cilices arbitratur, vnde & Metropolis eorum Tharſis dicitur Paulo Apoſtolo glorioſa.

c *Cethim.* Rabban. A quo Cithæi, alias Cithij, a quibus vrbs Cypri Cithia, alias Cithium dicitur vſque hodie.

Rabban. *Dodanim.* Rhodij. Sic enim Septuaginta tranſtulerunt. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & Sinnij Capitonis, & Græcum Phlegonta cæteroſque, & videbimus omnes pene inſulas, & totius orbis littora, terraſque maritimas Græcis accolis occupatas, qui ab Amano, & Tauro omnia maritima vſque ad Oceanum poſſedere Britannicum. *Græci omnes inſulas occuparunt.* B *†Geneſ.10.b.*

d *Thut.* Rabban. Libyes, a quo & Mauritaniæ fluuius Phut dicitur, & regio Phutenſis. Multi autem ſcriptores tam Græci, quàm Latini huius rei teſtes ſunt. Quare autem in vna climatis parte antiquum Libyę nomen permanet, & reliqua terra dicatur Aphrica, non eſt huius temporis diſſerere.

C e *Saba.* Rabban. A quo Sabæi: interpretatur nunc Saba Arabia. Vnde in Pſalm. vbi habemus, Reges Arabum, & Saba. in Hebræo habetur, Reges Saba, & Saba. primum per Schin, ſecundum per Samech. *Pſal.71.b.*

f *Iſte cœpit eſſe potens in terra.* Quia inſuetam tyrannidem primus arripuit. Hic fuit robuſtus venator coram Domino, quia homines a Dei cultura auertit. Vnde Ioſephus. Fecit autem eos elatos ad iniuriam Dei, atque contemptum. Nemrod filius Cham filij Noe, qui cum eſſet audacior, & manu fortiſsimus, ſuadebat hominibus, vt non Deo ſuam fęlicitatem, ſed propriæ virtuti aſcriberent. Sic homines a Dei timore reuocabat, vt ſpem in propria virtute ponerent. Ideoque putabant Deum interminari diluuium. Vnde turrim ędificari ſuadebant, quam aqua non poſſet aſcendere. Multitudo autem prompta erat, vt obediret Nemrod, graue putans ſeruitium obſequi Deo. Regnauit autem Nemrod in Babylone, & in Arech. Hæc eſt Edeſſa, & Macha, quę eſt Niſibis, & in Chalamne, quæ a Seleuco rege Seleucia dicta eſt, vel quę nunc Theſiphon dicitur. D E

g *Meſraim autem genuit.* Rabban. Exceptis Laabim, a quibus Libyes nominati ſunt, qui prius Phutęi, & Caſtium, qui poſt Philiſthijm dicti ſunt, quos nos corrupte Palęſtinos dicimus. Cæteræ gentes ignotæ ſunt nobis, quia bello Aethiopico ſubuerſæ in obliuionem præteritorum nominum peruenere. Poſſederũt autem terram a Gaza vſque ad extremos fines Aegypti.

h *Gergezæum, Heuæum.* Hic condidit Archas oppidum cõtra Tripolim in radicibus Libani, a quo haud procul alia ciuitas fuit nomine Sim, quæ vario euentu ſubuerſa bellorum nomen tantum loco priſtinum reſeruauit. F

i *Aradium quoque.* A quo Aradij, qui Aradum inſulam poſſederunt anguſto freto a Phœnicis littore ſeparatam.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Thiras. *A quo Thraces.*

2 Filij Gomer. *Non facit mentionem de filiis Magog, Tubal Moſoch, & Thiras, quia ſicut dicit gloſ. Hebraica, licet enim iſti haberent filios multos, tamen omnes poſteri cuiuſlibet fecerunt tantum vnum populum: filij autem Gomer fecerunt plures populos, & ſimiliter filij Madai, propter quod hic nominantur.*

3 Riphath. *In Hebræo habetur hic, Diphath, & iſte Geneſ.10. vocatur Riphath etiam in Hebræo. Cuius cauſam aſſignat gloſſa Hebraica, dicens, quòd iſte fuit binomius, & in Geneſ. ponitur vnum nomen eius, & hic aliud. Poteſt etiam dici, & melius vt videtur, quòd idem eſt nomen Riphath, & Diphath, mutatum tamen aliqualiter in principio, ſicut in Latino idem nomen eſt Nicolinus, & Colinus, & idem poteſt dici in conſimilibus.*

4 Et Thogorma. *A quo Thogorditæ populi dicti ſunt.*

5 Filij autem Iauan Eliſa. *A quo dicti ſunt Eliſei primo, & poſtea Aeolides.*

6 Et Tharſis. *A quo deſcenderunt Cilices. vnde & ciuitas Metropolis eorum vocata eſt Tharſus. vnde natus fuit Paulus Apoſtolus, vt habetur Actuum 22.*

7 Filij Cham. *A quo dicti ſunt Aethiopes, vnde & in Hebræo Aethiopia Chus nominatur.*

8 Et Meſraim. *A quo Aegyptij, vnde & Aegyptus Meſraim dicitur in Hebræo.*

9 Phut. *A quo dicti ſunt Phutæi primo: vnde ibidem eſt fluuius Phut nominatus, poſtea dicti ſunt Lybies.*

10 Et Chanaan. *A quo dicti ſunt Chananæi, quorum terram poſtea filij Iſrael poſſederunt.*

11 Filij autem Chus. *A quo dicti ſunt Sabæi.*

12 Et Heuila. *A quo Getuli.*

13 Sabatha. *A quo Sabathani.*

14 Filij Regma, Saba. *Iſtud nomen aliter ſcribitur in Hebræo, quàm Saba prædictum, quia iſtud ſcribitur per literam Schin in principio, primum autem per Samech.*

15 Iſte cœpit eſſe potens in terra. *Poſt diluuium enim fuit potentior aliis, & induxit poſteritatem Noe ad faciendum ciuitatem, & turrim contra Dominum, de quibus habetur Geneſ.11. & nolentes ad opus prædictum violenter compellebat. ideo Geneſ.10.b. dicitur:* Robuſtus venator hominum coram Domino.

16 Meſraim vero genuit Ludim, & cæt. *Iſti populi ſunt nobis ignoti, & etiam plures alii hic nominati.*

17 De quibus egreſſi, & cæt. *Dicunt autem Hebræi aliqui, quòd Phetruſim, & Chasluim commutabant adinuicem vxores aliqui voluntarie, & aliqui per raptum, vel furtum, & ex tali concubitu nati ſunt Philiſthiim, & Caphturim. Alii vero dicunt honeſtius, quòd Phetruſim, & Chasluim contrahebant adinuicem matrimonia, & ex hoc procreati ſunt Philiſthiim, & Caphturim.*

18 Chanaan vero genuit. *A quo nominata eſt ciuitas Sidon, quæ eſt in prouincia Phœnicis, & terra iſtorum hic nominatorum fuit data filiis Iſrael.*

19 Aracæum. *Qui condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani ſitum.*

20 Et Sinæum. *Sic enim debet ſcribi, quia in Hebræo incipit per literã Samech, qui ciuitatẽ prędictæ propinquam nomine Sin ædificauit.*

21 Aradium quoque. *A quo dicti ſunt Aradii.*

Et

a *Et Samaræum.* A quo Syriæ Cheles Samariæ ciuitas, nunc quoque tam a Syris, quàm ab Hebræis, vt prius apud veteres appellatur.

b *Hamathæum.* Rabban. A quo Emath ciuitas. Hanc Macedones qui poſt Alexandrum in Oriente regnauerunt Epiphaniam nuncupauerunt. Alij Antiochiam ita dictam putant. Alij nō vere opinionem ſuam veriſimili vocabulo conſulentes, Emaus primam ab Antiochia manſionem Edeſſam pergentibus appellari putant, & eandem apud veteres Emath.

c *Filii Sem, &c.* Hi ab Euphrate partes Aſiæ vſque ad Indicum Oceanum tenent. eſt autem Aelam, a quo principes Perſidis.

d *Hus, & Hul.* Vel Vs. Trachonitidis, & Damaſci conditor inter Paleſtinam, & Celeſyriā tenuit principatum, a quo terra Hus de qua Iob fuit. vnde ſecundum LXX. vir erat in regione Auſitide nomine Iob, quaſi Huſitide.

e *Phaleg.* Vaticinio quodam. Phaleg enim diuiſio, qa in diebus eius linguæ in Babylone diuiſæ ſunt. Narrat autem Philo in libro quęſtionum ſuper Geneſim, q̃ ex tribus filijs Noe ad huc ipſo viuente nati ſunt 13. milia virorum, & cētum, extra mulieres, & paruulos habentes ſuper ſe duces. Filij Sem, Iectan ducem, filij Cham, Nemroth, filij Iapheth, Suphene. Poſt obitū vero Noe cōuenerūt duces cū agminibus ſuis in campum Sennaar, vt ibi turrim conſtruerent. Cum autē ędificarent, diuiſit Deus linguas eorum, & mutauit effigies; & non cognouit quiſque fratrem ſuum, nec audiuit linguam proximi ſui. Cū vero magiſtri lapides quærebant miniſtri aquā afferebāt, & cū illi quærebant aquam, illi afferebant ſtipulam. Sicq; fruſtrata cogitatione ceſſauerunt ædificare, & diſperſi ſunt ſuper faciem terræ.

Rabba. com. in hunc lib. Gen. 11. a. †Gen. 25. a. Gen. 11. a.

f *Iectan autem.* Hieron. Harum gentium poſteriora nomina, inuenire non potui: ſed vſque in præſens, quia procul a nobis ſunt, vel ita vocantur vt primū, vel quæ mutata ſunt ignorantur, poſſederunt autem a Coſene fluuio omnem Indiæ regionem quæ vocatur Hieria.

g *Sem, Ar.* Rabb Sicut in principio ab Adam vſque ad Noe decem generationes poſuit ita a Sem vſque ad Abraham non ſine ſacramenti myſterio.

h *Primogenitus.* Hieron. Duodecim filij naſcuntur Iſmaeli, primogenitꝰ Nabaioth, a quo omnis regio ab Euphrate vſq; ad mare rubrū Nabaiothena dr̄, quæ pars eſt Arabiæ. Nam familię ipſorum oppidaque, & pagi, ac minuta caſtella, & tribus horum appellatione celebrantur ab vna ex eis Cedar in deſerto, & Duma alia regio, & Thebaram ad Auſtrum, & Cedema ad Orientalem plagam.

i *Ceturæ.* Rabb. Quaſi copulatæ. vnde ſuſpicantur Hebræi cā eſſe Agar, quæ mortua Sara de concubina tranſierit in vxorem, ne ſenex nouis arguatur nuptijs laſciuiſſe. Rabb. Filij autem Ceturæ iuxta hiſtoricos Hebræorum occupauerunt Trochoditem, alij Traconitidem, & Arabiā, quæ nunc vocatur Eidormio vſque ad maris rubri terminos.

k *Aſſurim.* Ab Aſſurim Syrios quidā vocatos contēdunt, & a pleriſq; filijs Abrahę de Cetura occupatas eſſe Indiæ regiones.

l *Epher.* Rabb. Hic dicitur contra Lybiam exercitum duxiſſe, ibi victor conſediſſe, poſteroſq; ex nomine eius Africam nuncupaſſe.

†Gen. 10. c †Lucæ 3.

a Samaręum, & Hamathęum. Filij Sem, Ælam, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Arā̃m. † Hi ſunt filij Arā, Hus, & Hul, & Gether, & † Moſoch, Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipſe genuit Heber. Porro Heber nati ſunt duo filij, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra, & nomen fratris eius Iectan. Iectan autē genuit Elmodad, & Saleph, & Aſarmoth, & Iare, Adoram quoque, & Vzal, & Decla: Ebal etiam, & Abimael, & Saba, necnon & Ophir, & Heuila, & Iobab. Omnes iſti filij Iectan. Sē, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Serug, Nachor, Thare, Abrā, iſte eſt Abraham. Filij autē Abraham, Iſaac, & Iſmael. Et hæ generationes eorū. Primogenitus Iſmaelis, Nabaioth, & Cedar: & Abdeel, & Mabſam, & Maſma, & Duma, Maſſa, Hadad, & Thema, Ietur, Naphis, Cedma. † Hi ſunt filij Iſmaelis Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit Zamram, Iecſan, Madam, Madiā, Ieſboc, & Sue. Porro filij Iecſan, Saba, & Dadā. Filij autē Dadā Aſſurim, & Latuſſim, & Laomim. Filij autē Madiā, Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filij Ceturæ. Genuit autē Abrahā Iſaac, cuius fuerunt filij Eſau, & Iſrael. Filij Eſau,

(Interlinear: ¶A quo Aelamitæ. ¶Qui Niniuem vrbem condidit. ¶A quo Aſſyriorum pullulauit regnum. ¶A quo Chaldæi. ¶A quo Lidij. ¶A quo Syri, quorum Metropolis Damaſcus. ¶Alias Vs. ¶A quo Armeni. ¶A quo Carnani, vel Carij. ¶Qui nunc Mæones vocantur antea vero Mes. ¶A quo Chaldæi. ¶A quo Baſtriani. ¶A quo Hebræi. ¶A quo Iudæorum gens. ¶Alias Iacſan. ¶Negotiatores. ¶Aeris ferrique metalla cudentes. ¶Alias Leonim. ¶Fhinargus, id eſt, principes multarum gentium. ¶Qui de Sara ſolus ex repromiſſione. ¶Ex vno concubitu Rebeccæ.)

a *Thamna.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Hamathæum. *A quo nominata eſt ciuitas Emath.*
2 Filij Sem, &c. *Hic proſequitur generationes Sem, vt perueniat ad Abraham.*
3 Aelam. *A quo dicti ſunt Aelamitæ.*
4 Et Aſſur. *A quo Aſſyrij.*
5 Et Arphaxad. *A quo deſcenderunt Chaldæi.*
6 Et Lud. *A quo Lydij.*
7 Et Aram. *A quo Syrij. Vnde & in Hebręo Syria vocatur Aram.*
8 Hus. *In aliquib libris interponitur,* Filij aūt Aram Hus, &c. *eo q̃ ſic habetur Geneſ. 10. ſed hic non ponitur in Hebræo, eo q̃ autor huius libri breuiter tranſire voluit, & ideo omiſit quod illi eſſent filij Aram, exprimens tantum capita populorum.* Hus. *A quo nominata eſt terra Hus, de qua natus fuit Iob ſecundum aliquos, quia ſic nominatur Iob 1.*
9 Et Hul. *A quo Gnari.*
10 Gether. *A quo Gethari.*
11 Et Moſoch. *A quo Mæones dicti ſunt.*
12 Arphaxad autem genuit. *A quo denominati ſunt Hebræi. non enim denominati ſunt ab Abraham, quaſi Abrahei, vt videtur dicere Aug. & aliqui alii. Tum quia Abrahā vocatur Hebræus Geneſ. 14. b. vbi dicitur,* Et ecce vnus qui euaſerat nunciauit Abraham Hebræo. *Ex quo patet quòd vocatur Hebræus ab aliquo præcedente ipſum, ſcilicet, ab Heber. Tum quia hoc nomen Abraham incipit per Aleph literam, hoc autem nomen Hebræus incipit per literam Ain, ſicut & hoc nomen Heber.*
13 Nomen vni. *Quod interpretatur diuiſio. Ex hoc dicunt Hebræi, quòd Heber habuit ſpiritum prophetiæ, imponendo nomen filio ſecundum proprietatem orbis futuram, ſcilicet, diuiſionem hominum ſecundum diuerſitatem linguarum. Ideo ſequitur.* Quia. *Sequitur.*
14 Et Iobab. *Dicunt aliqui, quòd iſte fuit Iob, ſed Hebræi dicunt contrarium dicentes, quòd deſcendit de Nachor: & ſimiliter Hieron. idem dicit, prout dictum fuit Geneſ. 22. & plenius dicetur cum ad librum Iob Domino concedente veniemus.*
15 Sem. *Hic repetit generationes deſcendentes de Sem per Arphaxad, vt veniat ab Abraham propter quem facta eſt prædictarum generationum deductio. vnde ſubditur.*
16 Abram iſte eſt. *Primo enim vocatus fuit Abram, ſed poſtea mutatum eſt nomen eius, & vocatus eſt Abraham, vt habetur Geneſ. 17. vbi cauſa mutationis nominis huius plenius poſita eſt.*
17 Filij autem. *Hic conſequenter per vxores Abraham deducit generationes vſq; ad Iacob a quo deſcendit Dauid. Et primo facit quod dictum eſt. Secundo deſcribit breuiter generationes Eſau, quæ non erant proſequendæ, ibi:* Filij autem Eſau. *Circa primum dicitur:* Filij autem. *de Sara.*
18 Et Iſmael. *De Agar ancilla.*
19 Primogenitus. *Iſtæ generationes hic nominantur propter merita Abrahæ, quia deſcenderunt de eo: quamuis non eſſent ad diuinum cultum electæ.*
20 Filij autem. *Dicunt Hebræi, quòd iſta Cetura fuit ipſa Agar, ſicut plenius dicitur Geneſ. 25. Expoſitores tamen noſtri communiter dicunt contrarium, ſicut ibidem plenius dictum fuit.*
21 Genuit autem. *De vxore principali Sara.*
22 Cuius fuerunt, &c. *Vt habetur Geneſ. 25. Iſte tamen Iſrael primo vocatus eſt Iacob, & poſtea Iſrael, & ratio mutationis huius nominis habetur Geneſ. 32. Et ibidem expoſita fuit plenius.*
23 Filij Eſau, Eliphaz, & cæt. *Hic conſequenter deſcribuntur genera-*

a *Thamna*. Quæritur cum Thamna in Genesi legatur, concubina esse Eliphaz de genere Horrhæorum, qui apud Idumæos habitauerunt in terra Seir, quæ peperit ei Amalec, quomodo inter filios numeretur, cum in sequentibus legatur ipsa Thamna soror Lotan filij Seir, qui & Edom. Sed Seir Hebraice pilosus dicitur, qui fuit in modum pellis hispidus Edom autem Hebraice rubeus, vel fuluus. Ab eo igitur, quòd rubeo cibo vẽdidit primogenita sua, Edom vocatus est. Hebræi vero ita soluũt. Dicũt Thamnam concubinã fuisse Eliphaz, & generasse ei Amalec, sed tanquam filiam inter filios ab ipso fuisse educatam.

A Quæst. Genes.36.b Genes.25.d. Genes.36. † Genes.36.c.

B b *Aliam*. Qui de genere Horræorum est. In Genesi scribitur, Aluham, idest, exaltatus. In Paralipomenon vero Alian, id est, eiectus, significans: quia Horræi exaltati sunt, antequam Edom terrã eorum caperet: post vero eiecti.

a ¶Quem peperit Ada. b ¶Quem genuit Basemoth. c ¶Hi tres filij Oolibanæ. d ¶Cuius mentio fit in Iob.

Eliphaz, Rahuel Iehus, Ihelon, & Core. Filij Eliphaz, Themam, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec. Filij Rahuel, Nahath, Zara, Samma Meza. Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan. Filij Lotan, Hori, Homam. (a) Soror autem Lotan fuit Thamna. Filij Sobal, Aliam, & Ma-

a ¶De quo in Genesi dicitur, quod inuenit aquas calidas in solitudine cum pasceret asinas patris sui Sebeon.

(b) (c) nahath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filij Sebeon, Aia, & Ana. (d) Filij Ana Dison. Filij Dison, Hamram, & Eseban, & Iethran, (e) & Charã. Filij Eser, Balaan, & Zauan, & Iacan. Filij Dison, Hus & Aran. † Isti sunt reges qui imperauerunt in terra Edom: antequam esset rex super filios Israel. Bela filius Beor, & no-

a ¶Vel Dennaba: alij Dannaba.

(f) men ciuitatis eius Denaba. Mortuus est autem Bela, & regna- (g) uit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. Cumque & Iobab fuisset (h) mortuus, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. (i) Obijt quoque & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Ba- (k) dad, qui percussit Madian in terra Moab: & nomen ciuitatis

a ¶Vicus in terra Basan iuxta montem Galaad ex tribu Manasse. b ¶Ciuitas regni Edom est circa Gebalenen.

eius Auith. Cũq; & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Sela de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul

c *Sephi*. Hieron. Id est, vnipes. In Genesi Sepho, id est, bipes: vtrumque tamen per schin literam. Bipes autem dicitur, quia a processu temporis multitudine sobolis maiorem efficaciam habuerit, quàm in primis.

Quæst. in hunc lib.

d *Hamran*. In Paralipomenon Hamram, id est, rubricatus, sordidus, vel temulentus. In Genesi † Amdan, id est, concupiscibilis: sed vtraque vnius hominis nomina sunt.

C Amadan.

e *Iacan*. Rabban. Iacan filius Aser de genere Horreorum, in Genesi Acan nominatur, id est, tribulator. In Paralipomenon Iacan, id est, tribulatus, varijs enim euentibus nomina commutantur: vt varia mysteria significentur.

Rabbanus in hunc libr. Genes.36.c.

f *Denaba*. Ciuitas Hala filij Beor regis Edom, post quem regnauit Iobab. Est tamen vsq; hodie villa Denaba, in octauo miliario Areopoleos, pergentibus Armonem, & altera Denaba super montem Phegor, in septimo lapide Iebus. Hieronymus de Iesbij.

D

g *Iobab fi. Za.* Quem Iob esse suspicantur, sed Hebræi asserunt eum de stirpe Nachor esse progenitum, Philo autem in libro quæstionum super Genesim, narrat his temporibus eum fuisse, & accepisse vxorẽ Dinã filiam Iacob: & ante tentationis suæ certamen dicit eam septem filios, & tres filias illi generasse, qui extincti sunt in tentatione. Sed ei sanato reddidit Dominus omnia duplicia, & item septem filios, & tres filias prædicta vxor genuit: quorum nomina eadem fuerũt quæ priorum, id est, Eliphaz, Armoe, Diasath, Philasia, Diphatceluth, Thelon. Filiarum vero Meru, Lizath, Zeli.

E

h *Bosra, &c.* Quæ est Bosor ciuitas in deserto trans Iordanem in tribu Ruben. Appellatur & alia Bosor ciuitas Esau in montibus Idumææ, de qua dicitur, Fuluida vestimenta eius ex Bosor.

Esa.63.a. secundũ LXX. Theman.

i *Themanorum*. Theman regio a Themam filio Eliphaz sortita vocabulum. Est vsque hodie villa Theman, distans ab vrbe Petra quinque milibus, & vbi Romanorum militum præsidium sedit, de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorum: vnus quoque filiorum Hismael appellabatur Theman. Sciendum autem quòd omnis Australis regio, Hebraice Theman dicitur.

k *Madian*. Ciuitas a minimo filiorum Abraham, & Ceturæ, sic vocata. Est autem trans Arabiam in deserto Saracenorum contra Orientem maris rubri: vnde vocantur Madianæi, & Madianæa regio. Filiæ quoque soceri Moysi filiæ Madian dicuntur, sed hæc alia ciuitas est Ononymos eius iuxta Armonem, & Areopolim, cuius adhuc ruinæ monstrantur.

F Madian. Exo.2.c.

a *Roboboth.*

NICOLAVS DE LYRA.

generationes Esau quæ erant dimittendæ, vt quæ expositæ fuerunt Genes. trigesimo sexto, tamen ad intellectum sequentium aliqua sunt hic breuiter repetenda. Primum est, quòd eadem persona in sacra scriptura frequenter pluribus nominibus nominatur, sicut Esau, Seir, Edom, sunt nomina eiusdem hominis. Secundum est, quod idem nomen aliquando variatur in principio, vel in fine, sicut Chonias Iechonias Iechoniahu, idem nomen est hic variatum. Et ex his contingit quod vna persona aliquando putantur duæ: quia vnum nomen eius in vno loco scripturæ exprimitur, & aliud in alio, vel quia idem nomen in pluribus locis ponitur, tamen variatum modo prædicto. Tertium est, quod Horræi habitauerunt in terra Seir, siue Idumæa ante Esau, & filios eius, vt habetur Deuteronom.2. postquam autem filij Esau in terra illa dominati sunt, primo fuerunt ibi duces, secundo reges, & iterum regnum fuit reductum ad ducatum, sicut plenius dictum fuit Genes. trigesimo sexto. Primo ergo describuntur hic generationes Esau ante regnum. Secundo tempore regni, ibi: Isti sunt Reges. *Tertio tempore ducum, ibi:* Adad autem mor. *Adhuc primo ponuntur generationes Esau ante regnum. Secundo generationes Horræorum, quæ fuerunt ante Esau incipiendo a Seir Horræo, a quo Idumæa denominata fuit terra Seir. Circa primum dicit,* Filij: *de Ada vxore sua.*

1 Rahuel. *De alia vxore sua nomine Basemath.*

2 Iehus. *Qui vocatur Iebus. Genes.36.*

3 Ihelon. *Qui vocatur Ielam. Ibidem.*

4 Et Core. *Istos quatuor habuit Esau de Oolibama tertia vxore.* Filij Eli. *Sequitur.*

5 Thamna, Ama. *Dicunt aliqui quod Thamna fuit concubina Eliphaz, vt videtur haberi Genes. trigesimo sexto, computatur tamen hic inter filios Eliphaz, eo quòd fuit nutrita in domo eius cum filijs suis, & ad ostendendum, quod de ea natus fuit Amalec qui immediate post eam nominatur. Potest etiam aliter dici, quod Thamna est nomen æquiuocum ad masculum, & fœminam. vnde dicitur infra dux Thamna, eod. cap. & sic ponitur hic pro masculo inter alios filios Eliphaz. Genes. autem trigesimo ponitur pro fœmina: vbi dicitur:* Concubina Eliphaz.

6 Filij Seir. *Hic consequenter agitur de generatione Principum qui dominati sunt in Idumæa ante Esau, & filios eius. vnde iste Seir fuit de genere Horræorum: & ab illo denominata fuit terra illa, terra Seir.*

7 Soror autem Lotan fuit. *Ista fuit concubina Eliphaz, de qua prædictum est.*

8 Filij Sebeon Aia, & Ana. *Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, vt habetur Genes.36. & ibidem fuit expositum.*

9 Isti sunt Reges qui imperauerunt in terra Edom, antequam esset, &c. *Hic agitur de Regibus descendentibus ab Esau. & hoc fit specialiter propter honorem Isaac, vt ostẽdatur reges ab eo processisse nõ solum per Iacob de quo descendit Dauid, sed etiam per Esau. Dicunt etiam Hebræi, quod isti reges de Esau descendentes regnauerũt vsque ad tempus Dauid, qui fecit sibi Idumæam tributariam, vt habetur 2.Reg.8. & abstulit ab eis nomen regium, ponens ibi custodes, siue præfectos, qui redderent ei rationem.*

10 Et regnauit pro eo Iobab. *Dicunt aliqui quod iste fuit Iob sicut & præcedens. Sed Hebræi dicunt contrarium, dicentes quod descendit de Nachor, vt prædictum est, & hoc videtur per hoc quod Iob aliter scribitur in Hebræo, quàm Iobab, quia nomen Iob incipit per Aleph literam, Iobab vero per Iod.*

11 Et regna. *Iste est alius ab eo qui fuit rex in Israel ante Dauid, iste enim fuit Idumæus, & ille Iudæus.*

1 Mectabel.

a *Rohoboth*. Vrbs est iuxta fluuiū vbi erat rex Edom, & vsq; hodie est præsidiū in regione Gabalena, & vicus grandis, qui sic vocatur.

b *Matred filiæ, & cæt.* Duæ matres hic numerantur, ad significandum mysterium, vt aurifex genuisset dispensatricem, & dispensatrix Dñi benignitatē, q̄a ex ꝓfunditate sensus nascitur facunda locutio, q̄ fidē mūdā, & gratiam Dei promeretur gignere in cordibus auditorū.

c *Duces, &c.* Notandū quòd prius reges dixit de Edom, postea duces cum prius fuerūt: quorum quasdam matres noīat: vt Oolibama, & Thāna.

d *Dux Ahila.* Alua in Genesi legitur, cuius interpretatio eleuatio, in Paralip. Aliha, id est, super eam.

a de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est. Mortuoque Saul, regnauit pro eo Balanā filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit Phai, & appellata est vxor eius Meetabel, filia Matred, filiæ Mezaab. Adad autem mortuo duces pro regibus in Edom esse cœperant. Dux Thamna, dux Ahila, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mablar, dux Magdiel, dux Hiram. Hi duces Edom.

(a ¶Fræcipuus. ¶Adad hic condidit v. bem Phau in reg o e Gabaletica. a ¶Benignitas Domini. b ¶Dispensatricis. c ¶Aurificis.)

Genes. 36.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Meetabel. *In Hebræo habetur: Filia Mezahab, & sonat in Hebræo cuius aurum. & per hoc designatur, quòd pater istius fuit diues in possessione auri, vt dicit gloss. Hebraica.*

2 Adad au. *Hic describuntur duces Edom, regibus succedentes.*

3 Dux Tham. *Dicunt aliqui quod Thamna, & Oolibama sunt nomina mulierum quæ ponuntur inter nomina ducum, propter actus virtutis quos fecerunt, sicut & Delbora inter Iudices, vt habetur Iudic. 4. Sed hoc fuit improbatum Genes. 36. quòd Thamna, & Oolibama, quæ fuerunt mulieres, præcesserunt reges qui fuerunt in Edom. Thamna autem, & Oolibama qui ponuntur hic inter duces, fuerunt post illos reges, vt patet in textu. Et ideo dicendum, q̄ hic sunt nomina virorum. Genes. vero 36. sunt nomina mulierum, quia sunt æquiuoca ad masculum, & fœminam, vt prædictum est. Aliqui vero Hebræi dicunt, q̄ sunt nomina ciuitatum, vel regionum, vt sit sensus: Dux Thamna, id est, ciuitatis, vel regionis sic nominatæ. & sic de alijs, sed textus non videtur bene ad hoc concordare: vnde concluditur in fine.*

4 Hi duces Edom. *Scilicet prænominati.*

ADDITIO.

Additiones in libros Paralip. incipiunt 1. Paralip. 1. c. vbi dicitur in postill. *Ipse genuit Heber, &c.*

Hebræi non sunt denominati ab Heber filio Sem, nec ab aliquo alio præcedente Abraham, sed nominantur Hebræi ab ipso Abraham, non ratione proprij nominis, quia sic dicerentur Abræi cum Aleph in principio, non autem Hebræi, cum Ain. Ratio autem huius denominationis habetur plene super Matth. 21. cap. in additione 2. vide ibi. Vide replicam generalem post 30. cap. secundi totius huius positam: vbi pro præsenti c. & eius additione replicator ad correctorium, Genes. 6. c. se remittit.

CAP. II.

†Genes. 20. & 30. a Li. quæst. super Gen. q. 35

a *Filij autem Israel.* Aug. Augus. Duodecim filij Israel in Mesopotamia dicuntur nati, vt per synecdochen intelligatur, quia Beniamin prope Bethlehem natus est longo tempore post reditū patris eius a Mesopotamia. Sed quia maior eorū pars ibi nata fuit, dicūntur ibi nati.

Hieron. Rabbanus.

b *Achar qui.* Achar qui & Achan in Iosue dicitur, id est, coluber insidiās. Achar turbatus, q̄a per auaritiam insidiabatur furto aliquid rapere de anathemate, deprehēsus in scelere turbatus est in vltione. Mystice innuens, quia qui post fidei indumentū conuersationis sæcularis cultum inducit, quasi pallium de anathemate tollit. Ille quoq; de anathemate tollit Iericho, qui hæreticorum dogmata, vel sæcularium literarum superstitiosa in Ecclesiā inducit. hæc est enim regula aurea luculentus sermo...

†Genes. 38. †Genes. 38. †Iosue 7. a.

CAP. II.

a Filij † autem Israel, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, & Zabulon, Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad, & Aser. Filij Iuda, Her, Onan, & Sela: † Hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitidis. Fuit autē Her primogenitus Iuda, malus coram Domino, & occidit eum. † Thamar autē nurus eius peperit ei Phares, & Zara. Omnes ergo filij Iuda quinque. Filij autē Phares, Hesron, & Hamul: Filij quoq; Zaræ, Zamri, & Ethan, & Eman: Calchol quoque, & Dara simul quinque. b Filij Charmi, Achar, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. Filij Ethan, Azarias. † Filij autem Hesron qui

(a ¶Duodecim filij Iacob. a ¶De his plenissime in Gene. scriptum est. b ¶Vel Anan. a ¶De his quoque in Genesi scripta sunt. ¶Alias Daman. a ¶Alias Darda.)

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

1 Filij autem Isra. *Hic consequenter describitur generatio ipsius Iacob, quæ fuit tota electa in duodecim Patriarchis, vt per Iudam Patriarcham perueniatur ad Regnum Dauid: de quo est principalis intentio huius libri. Primo ergo agitur de dicta generatione per Patriarchas. & primo describitur ordo generationum ipsius Iuda, eo q̄ de ipso descendit Dauid: de cuius Regno principaliter intenditur. Secundo Simeonis, qui partim habitauit in sorte Iudæ in medio 4. c. ibi: Et filij Simeō. Tertio Ruben, & Gaad, & dimidiæ tribus Manasse, qui simul habitauerunt vltra Iordanem c. 5. Quarto ipsius Leui. c. 6. Quinto Issachar, & Nephthali, & Manasse, & Ephraim, & Azer qui residui erant extra sortem Iuda 8. c. Sexto ipsius Beniamin c. 8. Circa primum describitur prima generatio Iudæ vsque ad Dauid, & fratres eius. Secundo generatio ipsius Dauid c. 3. Tertio reuertitur scriptura ad generationem Iudæ aliqua addendo c. 4. Circa primum præmittitur duodecim Patriarcharum generatio, cum dicitur: Filij autem Isra. &c. & patet litera. Secundo describitur generatio Iudæ Patriarchæ cum dicitur:* Filij Iuda. *Et primo ipsius immediate. secundo filiorum eius, ibi:* Filij autem Phares, &c. *Circa primum dicitur.*

2 Filij Iuda. Her. Onam. *Isti duo fuerunt mortui sine liberis, eo quod fuerunt mali coram Domino, vt habetur Genes. 38.*

3 Hi tres nati sunt de fi. *Ex quo dicunt aliqui, q̄ Sue est nomen vxoris ipsius Iudæ, sed hoc fuit improbatum Genes. 38. & ostensum, q̄ nomen est patris vxoris Iudæ. & propter hoc debet hic poni Chananitide referendo ad filiā Sue, quæ fuit vxor Iudæ, & fuit de genere Chanaā.*

4 Thamar autem, &c. *Quos concepit de socero suo simulās se esse meretricē, eo quod iniuste detinebatur in viduitate, vt habetur Gen. 38.*

5 Filij autē Pha. *Hic agitur de generatione filiorum Iudæ, & primo ipsius Phares, & Zaræ. Secundo filiorum ipsorum, ibi:* Filij Charmi. *Circa primum dicitur;* Filij autem Phares, &c. *Dicit hic gl. Hebraica, quod isti quatuor vltimi sunt illi idem, de quibus dicitur 3. Reg. 4. quod Salomon erat sapientior Ethan Ezraita, & Emam, & Chalcol, & Dara filius Mahol. Sed gl. Hebraica super locum illum 4. Reg. 4. dicit, quod illi quatuor fuerunt Leuitæ, & cantores in domo Domini; isti autem quatuor hic nominati fuerunt de tribu Iuda, descendentes ab eo per Zaram filium eius, vt patet in textu. Illi autē de tribu Iuda non admittebantur in domo Domini ad officium Leuitarum. Itē illi dicuntur filii Mahol, isti vero filii Zaræ. Ex quibus patet, quod isti sunt alii ab illis.*

6 Filij Char. *Hic consequenter agitur de generatione filiorum Phares, & Zaræ. & primo de generatione filiorum Zaræ. secundo de generatione filiorum Phares, ibi:* Filij autē Hesron. *Circa primum dicitur:* Filij Charmi. *qui fuit filius Zabdi filii Zaræ, vt habetur Iosue 7.*

7 Achar. *Iste Iosue 7 vocatur Achar: prout ibi plenius fuit ostensum, & in aliquibus locis vocatur Achor. Idem enim nomen Hebraicum frequenter variatur, vt dictum est cap. præced.*

8 Qui turbauit Israel, &c. *Furando rem consecratam Domino, vt habetur Iosue 7.*

9 Filij Ethan. *Qui fuit filius Zaræ.*

9 Azarias, &c. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo quod ponitur hic plurale pro singulari, s. filii pro filius. Alio modo, quòd licet solus Azarias tanquam principaliter nominetur, tamē alii fratres eius subintelliguntur: quia autor huius libri breuiter, & quasi chronice loquitur.*

10 Filij autem Hesron. *Hic consequenter agitur de generatione duorum filiorum Phares diffusius. & primo de generatione Hesron. de quo descēdit Dauid. secundo de generatione Caleb, qui facta notabilia fecit: vt habetur in lib. Iosue, & lib. Iudicum, ibi: Caleb vero. Circa primum dicitur:* Filij aūt Hesron qui nati sunt. *iste vocatur Aram Matt. 1.*

luculento sermone aptata. Hanc furati sunt Arius, Marcion, & alij qui philosophorum sectam nō rectè conati sunt inducere in ecclesiam, vt multi per eos perirent. Ideo abiecti aceruo lapidu, i. multitudine peccatorū extincti sunt. Natham adductus est ad Samuelem, qui & Ionatham, qui percussit leonem. Et sciendum quod vbi propheta vocatur, Natham scribitur non Ionathan.

a Calubai. idest, canis meus, qui & Caleb. idest, canis, vnus de exploratoribus. Hesrō quoque & Iephone idem est. vnde Caleb filius Hesrom, & aliquando filius Iephone legitur.

b Isai autem ge. In libro Regum dicitur habere Isai octo filios, in Paralipomenon nō amplius quā septem. Sed dicunt Hebrei Natham prophetam filiū Sama, (vel Sāmaa, vel Simmaa) filij Isai, quem in locum filij educauit & nutriuit inter filios numeratū. Inter filios quoque Isai Natham

a nati sunt ei: Ierameel & Ram & Calubai. Porrò Ram genuit [1] Aminadab: Aminadab autem genuit Nahason, principē filiorum Iuda Nahason quoque genuit Salma, de quo ortus est Bob oz, Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai, † Isai autem [2] genuit primogenitum Eliab, secundum Aminadab, tertium Simaa quartum Nathanael, quintum Raddai, sextum Asom, se- [3] ptimum Dauid, quorum sorores fuerunt Saruia & Abigail. Filij Saruiæ, Abisai, Ioab & Asahel tres. Abigail autem genuit Ama- c sa cuius pater fuit Iether Ismaelites Caleb vero filius Hesron ac- [4] [5] cepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth. Fueruntq; [6] filij eius Iaser & Sobab & Ardon. Cumq; mortua fuisset Azu- d ba accepit vxorem Caleb Ephrata, quæ peperit ei Hur. Porrò Hur genuit Vri. & Vri genuit Beseleel. Post hæc ingressus [7] est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam [8] cum esset annorum sexaginta: quæ peperit ei Segub. Sed Se- [9] e gub genuit Iair. Et possedit viginti tres ciuitates in terra [10]

a ¶ Id est, pax in Ruth vero dicitur Salomon id est pacificus.

a ¶ Alias Samma. ¶ Alias Samaa.

a ¶ Postquam mortua est Azuba de Ephrata nati sunt filij.

a ¶ Filij Manasse filij Ioseph, qui vltra Iordanem accepit hæreditatem in terra Galaad.

c Iether. In Regum Iethra Israelites. sed meritorum qualitas diuersitatem nominum facit, nā Iethra residuum interpretatur, Iether vero modicum residuum, & residuo iungitur Israelitis modico residuo Ismaelitis.

d Ephrata. Hæc est Maria soror Moysi, mater Hur patris Huri, Aui Beseleel. Hur vero est qui cum Aaron sustinebat manus Moysi pugnāte Iosue

e Iair. Hic iudex fuit post Thola. & iudicauit Israel. 22. annis, habens filios. 30. principes ciuitatum. 30. quæ ab ipso nominatæ sunt, sicut in libr. Iudic. legitur.

a *Ingressus*

† 1. Re. 16. Hieron. Rabbanus. Exod. 17. c. Iudic. 10. a.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et Caluba.* iste est Caleb.

2 *Booz ve. g. Obed.* Tres fuerunt Booz, auus pater & filius, sicut fuit declaratum plenius Ruth vlt. & Mat. 1. & comprehenduntur hic sub vno nomine, quorum primus fuit filius Salomon, Tertius vero genuit Obed.

3 *Septimum David.* Contrarium videtur 1. Reg. 16. & 17. vbi dicitur q, Isai habuit octo filios, & Dauid fuit vltimus, & sic fuit octauus. Dicendum q, 1. Reg. inter filios Isai computantur Ionathan filius Simmaa fratris Dauid, quem Isai nutriuerat inter filios suos, & eum adoptauerat in filium, & secundum hoc dr̄ octauus filius. Hic autem enumerantur solum filij Isai naturales, & sic Dauid est septimus. Sequitur.

4 *Cuius pa. fuit Iether.* Dicunt aliqui Hebrei q, iste Iether fuit de filijs Ismael, sed dimissa Gentilitate conuersus fuit ad ritum Iudæorum. retinuit tamen sibi primum cognomen, sic Mar. 14. a. vocatur Simō leprosus quem dominus curauerat a lepra, tamen retinebat sibi cognomen leprosi. Alii dicunt, q, fuit Iudęus natione, sed iuit ad peregrinandum in terram Ismaelitarum, sicut Elimelech in terram Moab, vt habetur Ruth. 1. & inde traxit illud cognomen.

5 *Caleb.* Hic consequenter describuntur generationes ipsius Caleb. & diuiditur in tres partes, quia primo describit partē generationis Caleb. secundo reuertitur scriptura ad describēdum generationem Hesrom, ibi, *Post hæc ingres. est Hesrom*, vt inde transeat ad generationes aliorum filiorū Hesron, ibi, *Nati sunt autem.* Circa primum dr̄, *Caleb ve. fi. Hesrom, &c.* Dicit gl. Hebraica super 1. Pa. c. 2. q, Caleb habebat tātum octo an. quando accepit istam Azubam, & genuit ex ea Ierioth, qui natus est nono anno ætatis Caleb. Quod nō vr̄ satis conueniens, q, in tali ætate genuisset Caleb. Et quia tūc tardius accipiebant vxores viri quam modo, Sed hoc inconueniēs, & alia quæ sequuntur, dicunt Hebræi ad saluandum licet malè secundum verum intellectum scripturæ. & subditur.

6 *Accepit vxorem Caleb Ephrata, &c.* Dicit hoc glossa Hebraica quam aliqui expositores nostri sequuntur, & malè sicut credo, q, hæc fuit Maria soror Moysi, & q, Caleb 10. annorū existens genuit ex ea Hur, & Hur octo annorum genuit Vri & Vri octo annorum genuit Beseleel, qui fecit tabernaculū, vt habetur Exo. 31. Sed in hac glo. includuntur multa inconuenientia. Primum est de matrimonio Caleb & Mariæ, quia Caleb in exitu de Aegypto erat tantum. 39. annorum. q, patet, quia anno sequenti missus fuit ad explorandum terram vt hr̄ Num. 13. & tunc fuit 40. annorum tantum. vt habetur Iosue. 14. Maria autem in exitu de Aegypto erat. 95. annorū vel circiter. quod probatur sic, quia Moyses in exitu de Aegypto fuit 80. annorum, vt habetur Exod. 7. In natiuitate vero Moysi. Maria iam erat 15. annorum vel circiter, quia erat ita magna & sagax, q, iuit ad considerandum quid accideret de Moyse exposito in flumine, & suasit filiæ Pharaonis vt quæreretur mulier Hebræa ad nutriendum eum, vt habetur Exod. 2. & sic Maria fuit 95. annorum vel circiter, quādo Caleb fuit. 39. & ideo si accepit eam 10. annorum existens, sequitur q, tunc Maria fuit 66. annorum, quod est satis derisibile, q, mulier tam sancta & prophetissa & tam antiqua nupsisset cum puero decem annorum. Secundum inconueniēs est, q, statim ex ea genuisset Hur, cum quia secundum naturam non erat in eo virtus generandi, & in ea transierat tempus concipiendi. Tertium est q, Hur & Vri genuissent existentes octo annorum tantum, nisi ponatur miraculum: qđ non videtur necessarium. Nec est verisimile, q, scriptura ista miracula tacuisset in tribus dictis generationibus. Quartum est q, Beseleel fecisset tabernaculū cum esset 10. ann. vel parum plus, cum tamen Exo. 36. dicatur vir sapiens, quod non potest dici de puero 10. ann. Quod autem sequatur ad prædictam glo. patet sic, quia secundum eam Caleb. 10. annor. genuit Hur, & Hur. 8. annos Vri, & Vri. 8. ann. Beseleel, & sic a natiuitate Caleb vsque ad generationem Beseleel fluxerunt anni 26. & tempus in quo Hur & Vri fuerunt in vtero matrum suarum antequam essent nati. f. 18. menses qui faciunt annum & dimidium. & sic tūc Caleb fuit 27. an. & dimidij. Si igitur cum hoc ponatur tempus nouem mensium a generatione Beseleel vsque ad eius natiuitatem, & 10. ann. vitæ, eius, habemus 38. an. & tres menses. Cum igitur incepit facere tabernaculum. 39. vitæ Caleb, vt dictum est supra. habet propositum. f. quod Bezeleel habebat tantum 10. annos, vel parum plus, quando incepit facere tabernaculum, quia incepit facere. 39. anno. ipsius Caleb, mense 7. vt dicunt Hebræi. Igitur ad ista inconuenientia euitanda, & alia quæ possent sequi ex prædicta glossa, dicendum q, Ephrata quæ hic dicitur vxor Caleb non fuit Maria soror Mosi, sicut dictū fuit Exo. 17. nec iste Bezeleel qui descendit de Caleb fecit tabernaculum, & per consequens quod Hur, Vri, & Bezeleel qui hic ponuntur descendisse de Caleb, fuerunt alij ab illis qui ponūtur Exod. 31. licet isti & illi fuerint de tribu Iuda: quia in eadem tribu erant multæ cognationes, & non est inconueniēs quod in duabus cognationibus eiusdem tribus auus, pater & filius similiter nominentur in vno tempore vel diuersis. Nec mirandum quod dictum fuit Exod. 17 Hur auum Bezeleel, qui fecit tabernaculum de tribu Iuda fuisse maritum Mariæ: quia tribus sacerdotalis & regia sic commiscebantur per matrimonia.

7 *Post hæc ingres.* Hic reuertitur scriptura ad describendum generationes Hesron alias a prædictis,

8 *Patris Galaad.* id est, domini Galaad. Erat enim ita magnus in terra illa, quod vocabatur eius pater.

9 *Quæ pepe.* sic enim debet scribi per b, in fine, & non per p, vel per r, vt habent aliqui libri, & malè.

10 Et possedit, &c. *Quæritur hic quomodo iste habuit possessionē in terra Galaad, cum esset de tribu Iuda ex parte patris, vt dictū est, quæ*

Galaad. Cepitque Gessur & Aram oppida Iair. & Canath & viculos eius sexaginta ciuitatum.

a ¶ Post mortem patris Caleb sociauit sibi Ephratam sed vtrum in Aegypto an in deserto non apparet.

Omnes isti filij Machir patris Galaad. Cùm autem mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephrata: habuit quoque Hesron vxorem Abia, quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ. Nati sunt autem filij Ierameel primogeniti Hesrõ, Ram primogenitus eius & Buna & Aran & Asom, & Achia. Duxit quoque vxorem alteram Ierameel nomine Atara, quæ fuit mater Onam. sed filii Ram primo geniti Ierameel fuerunt Moos Iamin & Acar. Onam autem habuit filios Semei & Iada. Filij autem Semei Nadab & Abisur. Nomen vero vxoris Abisur Abihail, quæ peperit Ahobban & Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled & Apphaim. Mortuus est autem Saled absque liberis. Filius vero Apphaim Iesi, qui Iesi genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai. Filij autem Iada fratris Semei Iether & Ionathan. Sed & Iether mortuus est absque liberis. Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. Isti fuerunt filij Ierameel primogeniti Hesron. Sesan autem non habuit filios, sed filias & seruum Aegyptium nomine Ieraa. Deditque ei filiã suam vxorem, quæ peperit ei Ethei. Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad. Zabad autem genuit Ophal, & Ophal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa, Elasa gnuit sisamoi, sisamoi genuit sellum, sellum genuit Icamia, Icamia autem genuit Elisama. Filij autem Caleb fratris Ierãmeel † Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph, & filij Maresa patris Hebron. Porrò filij Hebron, Core & Thaphua & Recam & samma. samma autem genuit Raham patrem Iercaam, & Recem genuit Sammai. Filius autem sammai, Maon, & Maon pater Bethsur. Epha autem concubina Caleb peperit Haran, & Mussa & Gezez. Porrò Haran genuit Gezez. Filij autem Iahaddai: Regom, & Ioatham, & Gesan, & Phaleth, & Epha, & saaph: Concubina Caleb, Maacha, peperit saaer, & Tharana. Genuit autem saaph pater Madmena. sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia

Interlinear glosses: a ¶ Vtrum inter cæteras: an post cæteras vxores, non euidenter ostenditur. ¶ Ciuitas. a ¶ Alias Iommin alias Ioanim. ¶ Alias Abigail. ¶ Alias Achaboni alias Aahobban. ¶ Alias Ahalai, alias Olai. a ¶ Alias zabud. a ¶ Opahel. a ¶ Vel Ierameel, vel Melis vel Muhei, vel Muheli, el Mehel. † Mosa. ¶ Nomen loci a quo ziphei qui dixerunt Sauli: Nonne Dauid absconditus est apud nos. a ¶ Ciuitatis. ¶ Taphun Alias. Taphcuphu. ¶ Alias Mosa. a ¶ Hic interpretatur tonsor, vnde putatur a Iudæis esse Nabal Carmeli, qui tondens oues suas nuntios Dauid contumeliis affecit. ¶ Alias zephom. a Hieram

Quæst. in 1. Paralip.

a *Ingressus est Caleb ad Ephrata*. ✱ Hiero. Idcirco vocatur Caleb Ephrata, quia fuit vir Ephratę. Idcirco dicitur Esrom sexaginta annos habuisse, quando accepit vxorem filiam Machir, vt monstretur per annorum numerum, & de Aegypto illum egressum fuisse, & in terram repromissionis venisse, quia a viginti annis & supra ad bellũ describebantur vsq; ad annum sexagesimum. Ab anno sexagesimo & Leuitæ ministrare, & milites pugnare desinebant: vnde & Romani eos emeritos vocant, qui iã militare desierunt.

b. *Nati sunt*. Hactenus scriptor historiæ texuit generationem duorum filiorũ Hesron duorum posteriorum, idest, Aram & Calubai, de quibus prius narrauit, quia regiam & sacerdotalẽ quoquomodo voluit innotescere dignitatem. Nunc añt ad primogeniti.i. Ierameel genealogiam redit.

c *Onam*. Hic ab Onã filio Iudæ nomen accepit, sed differunt, quia per Num filius Iudæ, filius Ierameel per Men scribitur.

Hieron.

d *Sesam*. Hunc Hebræi dicunt esse Elimelech virum Noomi patrem Mahalom & Cheliom, & ideo scriptura in sequenti bus innuit, quòd Sesan non habuerit filios, sed filias, qa duo filij eius absque liberis mortui sunt.

e *Hebron*. Ciuitas in qua regnauit Dauid septem annis antequam regnauit in Ierusalem. Significat hæc loca nomina accepisse a posteris Caleb, qui Hebron & suburbana eius in sortẽ accepit.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *tribus non habebat ibi possessionem. Ad quod respondetur vno modo quod Machir adoptauit patrem eius Segub in filium. Et sic per hanc adoptionem ipse & filius eius Iair habuerunt ibi possessionem. Alio modo, q̃ iste Iair fuit homo bellicosus, & aliquas ciuitates recuperauit ibi dem, quas Syri rapuerunt a filiis Israel.*

1 Cum autem mor. *In Hebræo habetur,* Ingressus est Caleb ad Ephratam. *& est hic Ephratha nomen ciuitatis, quæ altero nomine vocabatur Bethlehem. & est sensus quod mortuo Hesron, qui dominabatur in Bethlehem, Caleb filius eius ingressus est illuc tanquam succedens patri. Secundum aliquos hæc litera,* Et postea mortuus est Hesron in Caleb Ephratha. *Et est Caleb Ephrata nomen villæ compositum ex nomine Caleb, et nomine vxoris suæ, in qua mortuus est Hesrom pater Caleb.*

2 Habuit quoq;. *Poterant enim tunc habere plures vxores simul.*

3 Quæ peperit ei Ashur. *id est, dominum talis villæ.*

4 Nati sunt. *Hic transit ad describendum generationes aliorum filiorum Hesron.*

5 Filij Iera, &c. *Ex hoc patet quod Aram per quem texitur genealogia Christi, non fuit primogenitus Hesron, sicut nec Salomon ipsius Dauid.*

6 Et Buna & Aram & Ason. *Et patet litera vsque ibi.* Sesan autem non habuit filios. *Hoc videtur contradicere ei quod præponitur in textu.*

7 Porro Sesan genuit Oholai. *alias* Ahalei. *Dicendum quod iste Oholai mortuus est ante patrem, & sine liberis. & secundum hoc dicitur hic.*

8 Sesan autem. *scilicet, sibi succedentes.*

9 Obe. ge. Ie. *Aliqui lib. habent* Iehu, *& malè quia sic scribitur in Hebr. Sequitur.*

10 Maon, &c. *idest dominus vel magnus in tali villa. & eodem modo illud quod sequitur.*

11 Genuit autem Saaph pa. Ma. *& quod subditur.*

12 Sue patrem Mach. & pa. *nomina sunt villarum. Ista tamen Gabaa est alia ab illa Gabaa, quæ fuit in tribu Beniamin.*

✱ Filia

a verò Caleb fuit Achsa. Hi erãt filii Caleb, filii Hur primogeniti Ephratha: Sobal pater Cariathiarim, Salma pater Bethlehem: Hariph pater Bethgader. Fuerunt autem filii Sobal patris Chariathiarim, qui diuidebat dimidium requietionum, & de cognatione Cariathiarim, Iethrei & Phutei & Semathei & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ & Esthaolitæ filii Salma Bethlehem, & Netophathi, coronæ domus Ioab, & dimidium † requietionis Sarai. Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, † canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi qui venerunt de † calore patris † domus Rechab.

(Interlinear: ¶ Quia ab eo nomen accepit. — ¶ Alias videbat. — ¶ Quia mutua societate in prælijs vtebantur. — ¶ Significat eos in loco qui dicitur sepulchrum Sarai possessiones habere, vnde supra dictum est quia Saraitæ & Esthaolithæ nomina locorum sortiti sunt. — Quia non habent hic manentem ciuitatem. — ¶ Quia de stirpe Rechab fuerunt, de quibus narrat Ieremias.)

a *Hi erant filii.* Recapitulat generationem Caleb de Ephratha, quam antè dimisit, quando Hur de Ephratha, i. Maria sorore Moysi genitum narrauit.

b *Cariathiarum.* quæ & Cariathabaal, i. ciuitas saltuum vna de vrbibus Gabaonitarum in nono miliario euntibus ab Helia Diospolim in tribu Iuda.

c *Bethlehem.* ciuitas Dauid in tribu Iudæ in qua dominus natus est in 7. ab Elia miliario cõtra meridionalem plagam iuxta viã quæ ducit Hebron, vbi sepulchrum Iesse & Dauid ostenditur, & mille circiter passibus procul turris Ader, i. turris gregis quodam vaticinio pastores dominicæ natiuitatis conscios ante significans.

d *Qui diuidebat.* Dimidium requietionum. i. sortes Madiam iuxta sepulchra patriarcharum quæ sunt in Cariatharbe accepit, & huius filii fuerunt Iethrei, &c. Seriatæ & Esthaolitæ nomina locorum sortiti sunt, qui sunt Sarrai & Esthaol, vbi sepultus est Samson. Requietio enim sepulchrum dicitur. Alii dimidium requietionis tempus dimidium intelligunt, quo filij Israel ceperunt terram promissionis possidere, ab eo, s. tẽpore quo Moyses dedit terram Galaad vltra Iordanem, Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse, vsq; quo ceteræ tribus sortes suas acceperunt. In huius temporis medietate dicunt Sobal esse mortuum, & ita dimidium requietionum vidisse, i. ad medietatem illius temporis peruenisse.

Mysticè autem Sobal. idest. vana vetustas, vel vectis ad portandum, Iudeos significat, qui antiquitus populus Dei vocabantur, & legem literæ primi acceperunt, qui libros legis & prophetarum ferebant, sed mysterium incarnationis Christi non intelligebant. Vnde dimidiũ requietionum, i. historiam viderunt. Ille aũt plenitudinem requietionũ possidet, qui post opera bona valde in æterna quiete gaudet. Vel dimidium requiei videt, qui post præsentis vitę laborem animæ quietem habet. tunc autem perfectionem requietionum videbit, cum & anima & corpore perfruetur perfectione quietis.

e *Habitantium.* Tradũt Hebræi Iabes fuisse doctorem legis peritissimum, in cuius cõspectu sedebant filij Cinæi, qui & Iobab cognati Moysi. Scribę igitur dicuntur canentes atque resonantes, quia assiduè in legis Dei locutione versabant. in tabernaculis quoque commoratos regum narrat historia. Iabes Christum significat verum magistrũ sanctorum laudes Deo canentium. Iabes enim interpretatur exiccans, Christus autem fluxus carnalium cupiditatum in suis fidelibus exiccauit. Cinæi, id est, possessio vel possidẽtes sũt omnes electi. de quibus dicitur, Hæreditas mea israel, & quorum possessio dominus est. Rechab interpretatur auriga vel ascendens. Hi autem venerunt de calore patris domus Rechab, quia a patre luminum gratia spiritus inflammati, per quadrigam virtutum in cęlos ascendunt. de quibus dicitur, *Quicunque spiritus Dei aguntur, hi filii Dei sunt.*

(Marginalia: Matt. 2. a. — † vel Haroe Masi Memioe. Alii vertunt dimidia cognatio ipsius Amemioth. — † Manathitharum de. — Hieron. — Iud. 16. g. — Hieron. — † Thereathim Simeathim, Suchathim. † Hemath. † vel Betrecab. — Allego. Esa. 19. d. — Ro. 8. c.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Filia vero ca. fu. *quæ fuit vxor Othoniel, secundum quod habetur Iof. 10. & Iud. 1.*

2 Filii Hur primo Ephrata. *& non Caleb, quia ante habuit filiũ de Azuba nomine Ierioth, vt prædictum est.*

3 Sobal pater Cariathiarim. *id est, dominus vel famosus, in villa sic nominata. & eodem modo quod subditur.* Per Bethlehem, & pater Bethgader.

4 Qui diuidebat di. *i. mansionum illius terræ, & ideo ibat ad vidẽdum illas mansiones tanquam earum curam habens.*

5 Et de co. Cariathiarim. *supple exierunt.*

6 Iethrei & Phu. *& sequitur.* Ex his egressi sunt Saraitæ. *id est habitatores Sara & Esthaol. Licet enim filii Dan habitauerint ad tẽpus in ciuitatibus istis, eo quod tribus Dan adhuc non habebat possessionem, vt habetur Iud. 18. tamen erant in sorte Iudæ, & pertinebant ad viros de tribu eius, cuius genealogia hic describitur.*

7 Filij Sa. *i. domini de Bethlehem.*

8 Et Nethopha. *id est, alterius villæ sic nominatæ de qua fuit Baana Nethophatites, qui nominatur inter fortes Dauid. infra 11. ca. ideo subditur.*

9 Coronæ. *hoc est illi qui descenderunt de Salina fuerunt viri fortes & bellicosi tempore Ioab, qui fuit princeps militiæ Dauid. & ideo per adiutorium ipsorum coronæ, id est, victoriæ augmentatæ sunt domui Ioab.*

10 Et di. re. *i. habitationis huius ciuitatis pertinebat ad eos.*

11 Cogna. quo. &c. *i. in domo Iabes seu tabernaculo eius, & hic est Iabes nomen viri, vt videbitur, c. 4. quem dicũt Hebræi fuisse Othoniel, qui fuit peritus valde in lege & doctor magnus. propter quod Cinæi qui descenderunt de Ietro socero Moysi, recedentes de ciuitate palmarum, accesserunt ad istum Iabes, vt ab eo addiscerent legẽ quia erãt proselyti & conuersi ad Iudaismum. vt di[ct]um fuit Iudic. 1. & ratione istius Iabes qui fuit de tribu Iuda (quia fuit frater Caleb, vt habetur Iude.) fit hic mentio de istis Cinæis, qui non fuerunt de tribu Iuda, sed discipuli istius Iabes, qui alio nomine dictus est Othoniel.*

12 Canentes. *i. legentes in libris legis diuinæ, quæ lectio fit per modum cantus ratione accentus.*

13 Et in taber. *& non in domibus, vt patet Ierem. 35. vnde concluditur.*

14 Hi sunt ci. *discipuli ipsius Iabes.*

15 Qui ve. *idest, feruore religionis & deuotionis.*

16 Patris. *quia Rechabitæ fuerunt valde religiosi & sobrii, vt habetur Iere. 35. Et iste Rechab a quo nominati sunt Rechabitæ, descendit de Ietro.*

(Marginalia: Diuisio.)

CAP.

ADDITIO.

In c. 2. vbi dicitur in postil. *Canentes atque resonantes.* i. legentes. Scripturæ sacræ textus legitur communiter ab Hebræis in suis scholis per modum cantus, non ratione accentus, quia accentus posset propriè seruari sine cantu. sed hoc fit ratione sententiæ, vt est notum peritis in illa lectura: vnde alio cãtu vtuntur in psalterio, alio in prophetis alio in lib. Iob, alio vero in lib. Prouerb. & huiusmodi. licet quo ad accẽtum vniformiter se habeant in omnibus libris. & de hoc cantu intelligendum est quod hic dicitur, *Canentes.*

CAP. III.

a Dauid vero. Redit ad explicandam progeniem Dauid, quam ante dimisit, cum sobolem Amram filij Hesron enumerans peruenit ad Isai & ad filios eius, quorum Dauid nouissimus.

e In Hebron vbi regnauit, &c. Quid per regnum Dauid in Hebron vel in Ierusalem accipiatur, librum Regum exponendo perstrinximus. Scriptum est in sequentibus, Omne tempus quo regnauit Dauid 40. annis regnauit: in Hebron. 7. annis, in Ierusalem. 33. Vnde quæritur, cur non in summa 40. anni & sex mēses numerentur, Hebrei autem dicunt quia Dauid Absalom filiū suum fugerit sex mensibus, eosque merito a summa regni eius exclusos. Dicunt etiam quod sex mensibus, in Hebron infirmitate corporis laborauerit, & ideo in regno non recte computari. Extunc enim dicunt eū regnasse in Hebron, ex quo victis Amalecitis de spoliis eorum misit senioribus Iuda, his s. f. qui erant in Hebrō & aliis.

CAPVT III.

Dauid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron; † primogenitum Amnon, ex Achinoam, Iezrahelitide, secundum Daniel de Abigail Carmelitide, tertium Absolom, filium Maacha, filiæ Tholmai regis Gessur, quartum Adoniam filium Aggith, quintum Saphatiam ex Abital, sextum Iethraham de Egla vxore sua. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit septē annis, & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem. Porrò in Ierusalem nati sunt ei filii Simmaa, & Sobab & Nathan & Salomon, quatuor de Bethsua filia Ammiel. Iebaar quoque & Elisama & Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia, necnon Elisama, & Eliada & Eliphelet, nouem. Omnes hi filij Dauid absque filiis concubinarum, habueruntque sororem Thamar. Filius autem Salomonis Roboam, cuius Abia filius genuit Asa De hoc quoque natus est Iosaphat pater Ioram, qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Ioas Et huius Amasias filius genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Ioatham procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses. Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosiæ. Filij autē Iosiæ

a ¶ Quæ fuit vxor Nabal Carmeli.
¶ Alias Tholmi
a ¶ Hi duo non numerantur in libro Regum.
a ¶ Qui omnes noui Christi æternam palmam expectant.
a ¶ Generationem Dauid numerat per regum successionem vsque ad transmigrationem Babylonis, sicut in libro Regum.

✠ Theodoret. Quoniam mentionem fecit regni Iuda, docet quænam sint eorum vrbes & pagi, & a quibus sua habuerint vocabula. Hinc discimus quod Nathan a quo diuinus Lucas deduxit generationem Seruatoris & domini nostri, & Dauidis erat filius, & Salomonis frater vterinus.

b Iezrahelitide. Rabba. Iezrahel ciuitas est in qua habitauit Naboth quem occidit Iezabel.

c Daniel. Rabba. Daniel qui in li. Regum Cheleab, idest, vindicans patrem, quia secundum Hebræos disceptans cum Miphiboseth de quæstionibus legis victor apparuit, & patrem in eo vlcisci nisus est, ne iudicaretur in disputando ab homine debili vir bellicosus.

d De Egla vxore sua. Quæritur cur hæc Egla sola vxor Dauid dicatur, Sed hæc est Michol, quæ inter multas sola vxor dicitur, quia eam in adolescentia primam accepit vxorem, quę in partu occubuisse dicitur. Egla verò interpretatur vitula, quæ significat synagogam, quæ legis iugum suscepit, sed lasciuiendo corrupit. vnde, Ephraim vitula docta diligere trituram. Hanc noster Dauid accepit, quando eam sibi in testamento dato copulauit. In partu occubuit, quia apparēte verbo Dei in carne, & euangelium prædicante, cum per fidem bonorū operum sobolem gignere debuit, scandalizata in passione eius sibi mortem æternam asciuit.

f Omnes hi filii Dauid, etc. Quia omnes filij Christi æternam palmā expectant, Sed excipiuntur filii concubinarum, qui nominati inter cæteros non meruerunt numerari. Iudæi enim hæretici vel schismatici huius societatis consortium habere nō possunt. Cælestis enim regni gloria filios Dauid de nobili tantum coniugio expectat. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

g Filii autem Iosię. Rab. Quatuor filij Iosiæ leguntur hic, sed in fine huius libri, & in lib. Regum, vbi successio regū, numerantur tres tm. primus Ioathan, secundus Eliacim, quē Nechao rex Aegypti verso nomine vocauit IoaKim. tertius Sedecias Iohanan & Sellū non leguntur ibi. vnde Hebræi opinantur q. Iohanam filius primogenitus Iosiæ Ioachaz Sellum dictus sit. vnde Iere. Hæc dicit dominus Deus ad Sellum filium Iosiæ regē Iuda, quia egressus est de loco isto, non reuertetur, &c. Sellū nam-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

Dauid vero. Hic consequenter describuntur generationes ipsius Dauid, de quo principaliter intendit iste liber. & primo describitur generatio eius vsque ad Salomonem. secundo de Salomone vsque ad transmigrationem in Babylonem, ibi, Filius autem Salomonis. tertio post dictam transmigrationem, ibi: Filij Ieconiæ. Circa primum dicitur.

1 Dauid vero hos ha. fili. &c. Sequitur.

2 Secundum Daniel, &c. Iste vocatur Cheleab. 2. Reg. 3. a. fuit enim binominis. Cuius causam dicunt Hebræi, quia Dauid post mortem Nabal cito accepit Abigail & eam impregnauit. & cum natus fuisset puer, aliqui derisores dicebant q; erat filius Nabal, propter quod Dauid nominauit eum Daniel, qui interpretatur iudicium Dei, dicens, Iudicet Deus, i. ostendat per euidens signum cuius iste puer est filius, & tūc Deo faciente facies pueri assimilata est faciei Dauid, & tunc nominauit eum Cheliab, qui interpretatur quasi pater, id est, similis patri.

3 Tertium Absalom. qui coniurauit contra patrem suum Dauid, vt habetur 2. Regum 15. ca.

4 Quartum Adoniam filium Aggith. qui voluit regnare patre Dauid nesciente, vt habetur 3. Reg. 1.

5 Sextum Ie. de Egla, i. Michol, quæ vocatur hic Egla. i. vitula. p. per eius insolentiam despiciendo Dauid, vt habetur. 2. Reg. 6.

6 Vxore sua, &c. Quia fuit prima eius vxor & principalis, ideo nominatur vxor Dauid præ cæteris.

7 Simmaa & Sobab & Nathan & Salo. Cōtrarium videtur Prouer. 4. a. vbi dicit Salomon, Ego fui vnigenitus & tenellus corā matre mea. Ex quo videtur, q; licet Dauid habuerit alios filios de aliis vxoribus, tamen fuit vnigenitus ipsi Bethsabee & Dauid simul iūctis. Alius enim filius quem genuit Dauid de ea in adulterio non computatur hic. tum quia adulterinus, tum quia fuit mortuus ante octauū diem, & per consequens incircuncisus, & sic non pertinens ad populū Iudaicum, quia circuncisio est signum diuidens Israel a gentibus. Et iō de aliis tribus filiis Bethsabee hic nominatis, dicendum q; fuerunt filii naturales Vriæ, & adoptiui ipsius Dauid, qui mortuo Vria accepit vxorem eius Betsabee, & eius filios adoptauit.

8 Filia Ammiel. Iste. 2. Reg. 6. vocatur Eliam, quia fuit binominis, sicut & multi alii.

9 Omnes hi fi. Da. &c. Istæ fuerunt vxores Dauid, non tamen ita principales sicut aliæ, propter quod dicuntur hic concubinæ.

10 Habueruntque so. Tha. s. ex parte patris, sed fuit soror Absalom ex parte patris & matris.

11 Filius au. Sa. Hic consequenter describitur generatio Dauid a Salomone vsque ad transmigrationem Babylonis, & mores & opera hic nominatorum describuntur. 3. R. & 4.

12 Fi. au. Iosię, &c. Iste vocatur Ioachaz. 4. Reg. 23. nec fuit primogenitus in ætate: quia erat 23. annorum tantum cum regnare cœpisset, & tribus tantum mensibus regnauit, cui successit IoaKim frater eius 25. annorum existens. vt dicitur ibidem. & ideo dicitur hic primogenitus dignitate, quia de filiis Iosiæ primus regnauit.

...nanque interpretatur translatus. Quod autem dicit de Ioacim natum Iechoniam, & Sedeciam, Ieconias idem est qui & Ioachin, qui post patrem Ioakim regnauit in Ierusalem mensibus tribus & diebus decem. Sed IoaKim qui & Eliacim, Nabucho. cathenatum duxit in Babylonem cum parte vasorum domus domini, cum quo Ezechiel adhuc puer trãslatus est, vt Iosephus testatur. Daniel quoque & Ananias & Azarias & Misael, sicut in principio Danielis ostenditur. Licet quidam eos cum Iechonia filio Ioakim translatos esse affirment, quia & hũc Nabucho. transtulit in Babylonem cum reliqua parte vasorum domini, & thesauris domus regiæ, & matrem regis & eunuchos eius, & iudices terrę, & omnes fortes exercitus 10. milia, pro quo substitutus ẽ Mathathias, qui & Sedecias patruus eius filius Iosiæ qui & similiter translatus est in Chaldeos.

fuerunt primogenitus Iohanan: secundus Ioacim, tertius [1] Sedecias, quartus Sellum. De Ioacim natus est Iechonias & Sedecias. Filij Ieconiæ fuerunt [a] Asir, [b] Salathiel, Melchiram, [2] Phadaia, Sennneser & Iecemia, Hosama, & Nadabia. De Phadaia, orti sunt Zorobabel & semei. Zorobabel genuit [3] Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum: Ha- [4] [a] zabam quoque & Ohol, & Barachiam, & Hasadiam, Iosa- [5] bhesed quinque. Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Iesejæ, cuius filius Raphaia. Huius quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia[a], cuius filius fuit sechenias. Filius secheniæ semeia, cuius filii H[a]attus & Ie[b]gaal, & Baria, & Naaria & sa[a]- [6] phat sex numero. Filius Naariæ Elioenai & Ezechias, & & Ezricam, tres. Filius Elioenai Oduia, & Eliasub & Pheleia & Accub & Iohanan, & Dalaia & Anani septem.

a ¶ Al as Iochol.

a ¶ Alias Aboia.

a ¶ Alias Artus. b ¶ Alias Egaal, alias Ioagal.

a ¶ Filij cum patre Semechiæ suo Semeia: filii enim eius tantum quinque sunt.

a *Asir Salathiel, Melchiram, Phadaia, Sennesér, &c.* Hęc verò nomina vnius hominis sunt, vt Hebræi volunt, ipse est Phadaia pater Zorobabel & Semei. Vnde in Esdra & in Matthæo Zorobabel Salathiel scribitur. Et interpretatur Phadaia redemptus domini. Asir carceratus. Salathiel frutex domini, quæ omnia conueniunt doctoribus sanctis, quorum officio ecclesiasticus populus generatur, qui diuersis afflictionibus castigati per gratiam domini redempti germina virtutum tam in se quam in subditis proferunt.

b *Sennesér*. Ipse est Sesbasar cui Cyrus annumerauit vasa dom[9] domini, sicut in Esdra dicitur. Est autem Sénneser plasmatus, Sesbasar tribulatus, quæ custodibus vasorum Dei congruunt, i. sanctarum animarum, q. bus Christus quẽ Cyrus nomine & absolutione significauit, cui dicitur, *Postula a me et da. ti. gen. hæ. tuam.* & q captiuitatem humani generis relaxauit, sanctas animas custodiendas annumerauit, quæ sunt vasa domini numerata, quia *nouit dominus qui sunt eius.* (1. Esdræ 1. d.; Psal. 2. b.; 2. Tim. 2. c.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tertius Sedecias. quar. Sellum. *De isto quarto non fit mentio 4. Reg. inter filios Iosiæ. & ideo dicunt aliqui, q̃ iste Sellum fuit idem cũ Sedecia. Et dicitur idem tertius & quartus diuersis respect. bus: quia dicitur tertius inter filios Iosiæ, sed dicitur quartus in regia dignitate, quia post IoaKim fratrẽ eius regnauit Iechonias filius Ioacim, cui successit Sedecias & sic fuit quartus rex inter illos qui successerunt Iosiæ regi. & hoc dicit Rabbi Salo. super 21. Iere. vbi secundũ eum Sedecias vocatur Sellum, propter hoc autem vt dicunt vocatus fuit Sellum, qui significat cõsummationem in Hebræo, quia vltimus rex de filiis Dauid. tamen post reditum de Babylone circa tempora Christi aliqui descendẽtes de Machabæis fuerunt reges, non tamen in sacra scriptura computantur inter reges, quia non fuerunt instituti per vnctionem. Posset et aliter di. q̃ iste Sellum fuit quartus filius Iosiæ, sed inter alios non nominatur 4. Reg. quia fuit ineptus ad honorem regium.*

2 Filij Ieconiæ fuerunt, &c. *Hic describuntur generationes Dauid post transmigrationem Babylonis, cũ dicitur,* Filij Iechoniæ Asir Salathiel, &c. *Iste Iechonias cuius filii describũtur post transmigrationem Babyonis fuit alius a Iechoniæ filio IoaKim, qui regnauit ante Sedeciam. Vnde dicit Hieronymus super Mat. quod primus describitur per k. & m, secundus per ch, & n, & fuit filius primi. Notandum hic, quod quædam glossa Hebraica super locum istum dicit, quod Dauid in Spiritu sancto vidit futuros octo generationes ab eo per Salomonẽ vsq; ad Ioas, sicut hic enumeratæ sunt, & tunc præscindendum regnum suũ vsq; ad tempus a filiis suis per Athaliam, quæ interfe[cto] semine regio vsurpauit sibi regnum, vt habetur. 4. Reg. 9. & propter hoc fecit psalmum qui incipit,* Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus. *qui intitulatur, pro octaua, s. generatione Dauid, vt reduceretur ad eum regnum sicut factum est per prouidentiam Ioiadæ sacerdotis. Item vidit a Ioas vsq; ad Iosiam octo generationes, & vidit Iosiam occidendum a Pharaone rege Aegypti, & in filiis eius regnum deficere in transmigratione Babylonis, & sic fecit alium psalmum,* Domine ne in furore tuo arguas me. *secundum, vt remanerent filii Ieconiæ per quos deduceretur genealogia vsq; ad Christum. & ideo intitulatur iste psalmus pro octaua generatione sicut & primus. nec sunt plures psalmi hoc modo intitulati. Tamen super librum psalmorum dicit Ra. Sa. quod octaua, ibi accipitur pro instrumento musico octo chordarum, in quo cantabantur isti psalmi.* (Psal. 11.)

3 De Pha. *Mat. 1. Zorobabel dicitur filius Salathiel, & Aggæi. 1. et 3. Esdræ. 5. a. propter quod dicunt. aliqui quod iste Phadaia est idem q & Salathiel, ita quod nominatus fuit pluribus nominibus, sicut & plures in scriptura. Alii vero dicunt, quod fuerunt fratres, sicut prætendit hic textus, & quilibet eorum habuit filium nomine Zorobabel, & per Zorobabel filium Salathiel deducitur genealogia Christi. Matt. 1. Hic autem mentio fit de Zorobabel filio Phadaia.*

4 Zorobabel genuit. *secundum primam opinionem quæ dicit Salathiel & Phadaiam esse eundem hominem. iste Mosollam filius Zorobabel vocatur Abiud, Mat. 1. ita quod fuit binomius.*

5 Hazabam quoque, *sequitur,* quinq;. *& refertur ad filios enumeratos post Salomith sororem eorum tantum, & non ad præcedentes. Sequitur postea.*

9 Cuius fi. Hattus, &c. *quod est intelligendum cum patre eorum simul numerato.*

CAP. IIII.

a Filii Iuda. Quomodo Phares & Hesron & tres qui sequuntur filij Iudę esse dicuntur, cum alibi Phares & Zaram filios Iudæ Hesron filiũ Phares legimus. sed Hebræi asserunt mutatis nominibus eosdem filios Iudæ quos scriptura alijs nominibus alibi nominat hic esse expressos. Aiunt enim Phares qui interpretatur diuisio, suũ nomen proprium hic habere. Hesrō autem esse Zaram, sed Hesron interpretatur atrium, Zaram ortus. Charmi quoque esse Heber. nam Charmi interpretatur vinea mea. Her vigilans. Vr autem dicunt esse Onam. sed Vr interpretatur sinistra, Onam murmuratio, Sobal vero esse Sela minimũ filiorum Iudæ quos peperit ei Sue. Interpretatur autem Sobal spica, vel vana vetustas. Sela missus vel vmbra eius.

b *Asalelphu.* Rabban. Hanc suspicantur esse matrem Samsonis de stirpe Iudæ generatam, cuius maritus Manue de tribu Dan, qui & de Sara in libr. Iudi. esse legitur.

c *Gedor, & Ezer.* Ra. Loca sunt a filiis Vr possessa. Sed mirũ q hic dicitur Vr patrem Bethlehem, cum superius Salma dictus sit pater eius. nisi forte patrem hic appellet parentem, quia Hur fuit pater Salma, qui fuit pater Bethlehem.

d *Fuit au. Ia.* Ra. Videtur ordo confusus, q numeratis filiis Halaa & Naara, subito inducit cognationē Arahel filij Arã, & consequenter narrat de Iabes. Sed hebręi dicũt, quod Assur de Halaa genuit Etam, & ille Cos: Cos autem Soboba, & Soboba Iabes, qui fuit doctor scribarum. Inter Cos & Iabes inseruntur cognationes Aharehel (vel Aharahel, alias Aral) q ipse est Obab filius Arat. i. Ietro cognati Moysi. & q Iabes docebat eos, in serti sunt in eius progenie quasi a maioribus eius geniti.

e *Et ma.* synagoga de qua Christus natus est, quæ peperit eum in dolore: quia de aduentu eius propter infidelitatem doluit. vnde Iudæi inuidentes dicebant, *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.* (Ioan. 11. f.)

f *Inuocauit.* Hoc conuenit Christo quē pater sanctificauit, & misit in mũdum. de quo dicitur, *Ecce agnus Dei qui tol. pec. mundi, &c.* (Ioan. 1. d. 1. Cor. 1. d.) Hunc benedixit Deus multiplicatione filiorum, quos per aquam baptismi sacrosanctã parit ecclesia. Dilatauit terminos eius, quia omnium gentiũ dedit ei hæreditatem, & possessionem eius extendit vsque ad terminos terræ, cum quo fuit manus domini, quia potentia deitatis per eũ virtutes & miracula fecit. Ipse quoque est virtus Dei & sapientia, per quē pater condidit omnia quæ in cœlis sunt & in terra, cui malitia Iudæorum nocere non potuit, qui de se ait, *Venit princeps huius mundi, et in me non habet quicquam.* Per eum quoque benedicuntur membra eius, idest, ecclesia. cui per Esaiam dicitur, *Dilata locum tentorii, & cætera.* Esa. 54. a. Cum eo est manus domini, quia in ipsa operatur filius Dei, qui est bra-

CAPVT IIII.

a Filii Iuda Phares, Hesron & Charmi, & Hur, & Sobal. Raia vero filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai & Laad. Hæ cognationes Sarathi. † Ista quoq; stirps Etam: Iezrahel, & Iesema & Iedebos. b Nomen quoque sororis eorum Asalelphumi. Phannuel autem pa c ter Gedor & Ezer pater Hosa. Isti sunt filii Hur primogeniti Ephratha patris Bethlehem. Ashur vero patri Thecuæ erant duæ vxores Halaa, & Naara. Peperit autem ei Naara Oozan & Hepher & Themani & Ahasthari. Isti sunt filii Naara. porrò filii Halaa Sereth & Sahar & † Ethnan. Cos autem genuit Anob & Soboba & cognationes Aharehel filii Arum. d Fuit autem Iabes † inclytus præ fratribus suis, & e mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. f Inuocauit vero Iabes Deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, & dilatataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me a † malitia non

(Interlinear: † Isti pater. alii sic, & Ille pater. — a ¶ quo ciuitas Iezrael. — ¶ Alias Ozer. — a ¶ Sororis Moysi & Aaron. — b ¶ Filii Hesron, & Abiæ fratris Caleb. — ¶ Alias Opher. — † Ethan. — ¶ Alias Aral. — a ¶ Quia redemptor noster super omnem altitudinem sanctorum potentia virtutis eminuit. Vnde, Speciosus forma præ filiis hominum, &c. Vnxit te Deus tu. o. læ. præ consor. tu. — Iudic. 13. a. † vel honorabilior. — † vel malo.)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

Filij Iuda. *Hic consequenter reuertitur scriptura ad describendum generationes tribus Iudæ vt aliquid addatur, quod non fuerat supra expressum. Circa quod sciendum, q Iudas legitur habuisse vt filios, scilicet, Her & Onan & Sela, de filia Sue Chananææ, vt dictum est. supra. 2. c. & Phares & Zaram de Thamar nuru sua. Et quia Dauid. descēdit de Phares, cuius frater vterinus fuit Zaram, ideo primo describũtur generationes Iudæ per Phares & Zaram. quia liber iste factus est principaliter propter Dauid. Secundo describuntur generationes Iudæ per Sela, ibi,* Filii Sela. *Her autem & Onam mortui fuerunt sine liberis, vt habetur Gen. 38. & ideo per eos non describitur aliqua generatio. Circa primum sciendum, q scriptura frequenter transit de generationibus Phares ad generationes Zaram, & econuerso, ideo non potest ibi poni præcisa diuisio. & ideo exponitur sine diuisione.*

1 Filij Iu. *supple sunt qui sequuntur, eo tamen modo quo filii filiorũ dicuntur filii primi patris, etiam multum longinqui, sicut omnes homines dicuntur filii Adam, quia solus Phares inter hic nominatos fuit filius eius immediatus.*

2 Et Charmi. *Iste fuit de tribu Zaræ, vt habetur supra. ca. 2.*

3 Et Hur, & Sobal. *Isti descenderunt de Caleb, vt patet ex dictis ca. 2. Sequitur.*

4 Hæ cognationes Sa. *quia Saraitæ & etiam Haolitæ descenderunt de Sebal, vt habetur in fi. c. 2.*

5 Ista quoque stirps. *Iste fuit filius Zaræ, vt habetur circa prĩ. c. 2.*

6 Nomen quoque soro. *& est vna dictio. & nominatur ista mulier inter viros, quia fuit famosa. & idem dicendum est de aliis.*

7 Pater Gedor. *idest, dominus vel famosus in tali villa. & eodem modo quod subditur.*

8 Pater Hosa. *exponatur illud vt supra.*

9 Isti sunt fi. &c. *Fuit enim primogenitus huius mulieris, vt dictum est. c. 2. non tamen fuit primogenitus Caleb mariti eius, quia habebat filium de alia vxore præcedenti.*

10 Patris Bethlehem. *Dicitur autem hic iste Hur pater Bethlehē, quia filius eius Salma (qui computatur quasi eadem persona cũ patre) dicitur pater Bethlehem supra. c. 2. versus finem.*

11 Et Ethnan. *Iste est alius a præcedenti qui fuit filius Zaræ. quia iste descendit de Phares per Hesron.*

12 Fuit au. Iabes. *Iste fuit Othoniel frater Caleb, vt dictum est supra 2. cap. Et dicitur inclytus præ fratribus suis, tam ratione fortitudinis: quia percussit ciuitatem Cariathsepher, vt habetur Iudic. 1. quam ratione scientiæ: quia fuit doctor magnus in lege, vt supra dictum est.*

13 Et mater eius vocauit, &c. *quod significat dolorem. Cuius ratio subditur.*

14 Quia peperit eum in do. &c. *Propter difficultatem partus. Eodem modo dicitur Gen. 35. quod Rachel vocauit nomen filii sui Benoni, id est, filius doloris mei.*

15 Inuocauit vero Iabes Deum Israel, dicens, *faciendo votũ sub conditionibus sequentibus, sicut fecit Iacob. Gen. 28.*

16 Si bened. *dando mihi gratiam tuam.*

17 Et dila. ter. *id est, hæreditatem meam.*

18 Et fue. ma. *me protegendo ab inimicis.*

19 Et fe. me a ma. *i. custodieris me a peccatis & transgressionibus legis: & hic subintelligitur votum seu promissionem ab eo fore factã domino si ab eo reciperet ista beneficia, sicut fecit Iacob Gen. 28.* Si fuerit dominus me. &c. *Quod autem fuerit votum istius Iabes, non habetur ex textu, nec aliqua glossa quam viderim, sed ex prædictis potest coniecturari quod promisit Deo vacare contemplationi ipsius & doctrinæ legis. Modus enim antiquorum sapientum fuit in talibus finire vitã suam. Ad hoc autem requiruntur beneficia prædicta, scilicet, quies & puritas mentis, & protectio, & benedictio diuina.*

brachium & dextera patris. *Et portæ inferi non præualebunt aduersum eum*, nec diabolus dominabitur, quia *data est ei potestas super omnem virtutem inimici.*

a *Caleb autem frater.* Ra. Legimus supra Caleb esse filium Hesron, cuius fratres fuerunt Ram & Ierameel. Aiunt ergo Hebræi Rā Caleb fratrē Suam hic appellari. Et interpretatur Rā excelsus, Sua humilis quod Iudaico populo conuenit, quia excelsus fuit in cultu vnius Dei & potentia regni, sed quia Dei filiū suscipere noluit, humilis factus est atque vilis, vt fiant primi nouissimi.

b *Recha.* Rabb. quidam putant Recha nomine Dauid nuncupari. Est enim Recha tener. Vnde Dauid de se ait, *Ego sum tener & vnctus rex.* Ipse quoque quasi vermiculus ligni tener esse dicitur. Ideo autem viri Recha dicūtur, quia propter exprimendam genealogiā Dauid hic annotati sunt.

c *Saraias auge.* De Saraia dicitur Ioab prodisse, qui iuxta nominis interpretationem pater vallis artificum dicitur, quia de filijs eius fuerunt architecti qui ædificauerunt domū domini. Artifices vero qui in valle habitant possunt dici doctores legis, quos *scientia nō inflat, sed charitas ædificat*, quos modestia & humilitas exaltat, vt Gamaliel & Paulus eius discipul⁹.

d *Ezra.* Ra. Hier. Aiunt Hebræi Ezram qui interpretatur auxiliator, esse Amram patrem Moysi & Aaron, Iether, i. auxilium, esse Aaron, & Mered q. rebellans, esse Moysen. Epher quoq; vel Opher, id est, puluerem, Heldad fuisse. Ialō vero & Meldath, qui duo de 70. senioribus fuerunt, quos Moyses a Deo accepit ad regendi populi auxilium. tradūt. n. Moysen post acceptam legem in eremo patri suasisse vt matrem dimitteret, eo q̄ ip̄ius amica esset, fuit. n. filia Leui, postquam Amram duxit aliam ex qua habuit Heldath, & Meldath.

e *Genuitque Mariam.* Rabbanus. Sammai Moysen intelligi volunt, qui interpretatur cæle-stis. Iesba Aaron, qui interpretatur collaudatio, patrem Esthamo, id est, ignis manentis, quia filij Aaron sacrificia igne adolebant. Nomina vero quæ continuatim sequuntur omnia Moysi esse vocabula intelliguntur propter diuersos actus. Iareth vocatur, id est, descendens, eo quod de monte descenderit cum tabulis lapideis. pater Gedor, id est, sepis, quia quasi sepe populum legẽ circundedit. Heber. i. victor, quia populum Dei seruitio iunxerit. pater Socho. i. prophetiæ, quia prophetarum doctor fuit. Icuthiel. i. sperans in Deum, quia spem habuit vt de Aegypto populum liberaret. pater Zanoe, qui interpretatur gubernator, quia populum in eremo gubernauit, & doctrina sua quotidie gubernat.

f *Filiæ Phara.* Ra. Filiam Pharaonis matrem Moysi vocat, q̄ etiam secundum proprietatem nominis filia domini nuncupatur, quia bonam, scilicet, voluntatem in nutriendo puero habuit, & Amered. id est, Moyse accepta dicitur, quia relictis idolis ad Dei cultum conuersa est.

Her-

† in quibusdā Hebræorū exēplaribus legitur 1. pater cōsentiente editione Complutensi latina.

2. Reg. 3. g. Ibid. 23. a.

1. Cor. 8. a. Act. 5. f. & 22. a.

Num. 11. d.

† Harasim artificum.

† Odaiæ.

Hieron.

a opprimi. Et præstitit Deus quę precatus est. Caleb autem † frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. Porrò Esthon genuit Bethrapha & Phesse, & Tehinna patrem vrbis Naas. Hi

¶ Bethelehem scilicet matris Isai, qui alibi Naas dicitur.

b sunt viri Recha. Filij autem Cenez, Othoniel & Saraia. Porrò

¶ Vel Athat.

c filii Othoniel, Hathath, & Maonathi genuit Ophra. Saraia autem genuit Ioab patrem vallis † artificum. Ibi quippe artifices erant. Filii verò Caleb: filii Iephone, Hir & Ela & Naham. Filii quoque Elacenez. Filii quoque Ialeleel, Ziph & Zipha, Thi

d ria & Asrael. Et filii Ezra, Iether & Mered & Epher & Ialon.

e Genuitq; Mariam & Sammai & Iesba patrem Esthamo. Vxor

¶ Hanc dicunt esse Iochabeth matrem Moysi & Aaron.

quoque eius Iudaia peperit Iared patrem Gedor, & Heber pa-

f trem Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. Hi autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis quam accepit Mered & filii vxoris † Odaiæ sororis Maham patris Ceila: Carmi & Esthamo qui fuit de Ma-

¶ Vel Eschamoha.

chathi. Filii quoque Simon Ammon & Rinna. Filius Hanan

¶ Alias Ethilon.

& Thilon & filii Iesi, Zoheth & Benzoheth. Filii Sela fi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et præstitit Deus. *id est, beneficia dicta, & ipse reddidit Deo vota sua, vt dicit glo. Hebraica. sed quæ fuerint illa non dicitur, sed possunt coniecturari modo prædicto.*

2 Caleb autem fra. *Licet superius descripserit generationes Caleb in parte, hic tamen reuertitur ad describendum aliqua quæ non erant expressa. & patet litera vsque ibi.*

3 Hi sunt viri re. *nomen est loci a quo denominati sunt isti.*

4 Filij autem. *Iste similiter fuit de tribu Iuda, & dicunt aliqui quod fuit frater Caleb senior ipso, & mortuo patre custodiuit eum, propter quod vocatus fuit pater eius. & inde Caleb dictus est Cenezæus, vt habetur Iosue. 14. alii dicunt, q̄ mortuo patre Caleb iste Cenez accepit matrem eius vxorem & nutriuit eum, & inde dictus est Caleb Cenezæus. prout dictum fuit Iosue 14.*

5 Othoni. *Iste fuit filius naturalis Cenez, & vocatus est, supra Iabes a matre, vt dictum est, a patre vero dictus est Othoniel. sicut Beniamin, a matre fuit vocatus Bennoni, & a patre Beniamin, vt habetur Gen. 35.*

6 Saraia au. *Iste videtur alius a Ioab principe militiæ Dauid.*

7 Patrem. *id est, dominum.*

8 Vallis artificum. Ibi quippe artifices erant. *sic nominatæ ab habitatoribus, vt patet in textu.*

9 Filij vero Ca. *Hic adhuc describit alias generationes Caleb.*

10 Filij Iepho. *supra dictum est. 2. ca. q̄ Caleb fuit filius Hesron. & ideo dicunt aliqui, q̄ pater Caleb fuit binomius. & dictus est Hesron & Iephone. Glo. vero Hebraica dicit, q̄ Iephone non est nomen hominis sed Caleb dictus est Iephone quod interpretatur diuertens, eo quod diuertit se a consilio exploratorum auertentium populū Israel ab ingressu terræ promissionis, vt habetur Nume. 13. sicut aliquis dicitur filius mortis, eo quod fecit aliquid dignum morte.*

10 Filii quoque Elacenez. *vna dictio est. & ideo aliqui libri habent male, & Cenez.*

11 Et filij Ezra Iether & Me. *Aliqui expositores dicunt, quod isti tres sunt Amram, Aaron, & Moyses filii eius, eo quod subditur.*

12 Genuitque Mariam. & Sammai & Iesba patrem Esthamo. *sed hoc est falsum, quia hic non agitur de genealogia tribus Leui, de qua fuerunt Amram & filii eius, sed de genealogia tribus Iudæ, vt patet ex decursu huius ca. vsq; ad hoc locum vbi incipit agere de tribu Simeon, sed ad hoc respondent isti dicentes, quod hic in tribu Iuda agitur de istis, quamuis fuerint de tribu Leui occasione Mariæ quæ fuit vxor Caleb, & vocata est Ephratha alio nomine. Sed hoc supra improbatum est. 2. ca. & Exo. 17. & 31. Propter quod dicendum est, quod iste Ezra descendit de Iaebeel de tribu Iuda, & Maria quæ hic posita est, est alia a sorore Moysi.*

13 Vxor quoq;. *Dicit hic glo. Hebraica quod ly eius, refertur ad Caleb: ita quod Iudaia peperit et sequentes, scilicet, Iareth, & cæteros.*

14 Heber patrem Soc. *i. dominum talis villæ. & eodem modo exponatur quod subditur.* Patrem Zanoe.

14 Hi autem. *Dicunt aliqui, quod ista Bethia fuit vxor Mered, & tunc legitur sic litera quæ sequitur.*

15 Quam acce. *scilicet, vxorem, sed tunc non habetur ad quid referatur litera præcedens, cum dicitur:* Hi autem fi. *quia nulli eius filii hic nominantur secundum istam expositionem: propter quod alii dicūt, q̄ fuit vxor Caleb conuersa tamen ad Iudaismum, sicut & multi alii Aegyptii, vt habetur in Exo. & secundum hoc sic punctatur litera.* Hi autem filii Bethiæ filiæ Pha. *supple Caleb.*

16 Mered. *Et alii subintelliguntur & non nominantur. Vel dicendum, quod cum dicitur hic:* Hi autem filii Bethiæ: *ponitur plurale pro singulari.*

17 Et fi. vxo. *Dicunt aliqui, quod Odaia est nomen viri. & quod subditur.*

18 Soro. Na. *refertur ad ly vxoris. ita quod nomen propriū eius nō exprimatur, sed fratris eius & mariti. Dicunt alii quod fuit vxor Caleb sicut & præcedens. & cum dr̄:* Et filii vxoris, *subintelligitur Caleb.*

19 Filij Se. *Hic consequenter agitur de generatione Sela filii Iudæ.*

11 Et

A a *Her pa.* Rab. Redit ad progeniem Phares de qua ortus est Dauid, vt progeniem Iuda de qua orta est tribus regia in Dauid terminaret. Tradūt.n. hūc fuisse Elimelech virum Noemi, in cuius tpe propter præuaricatores legis sol stetit, vt viso miraculo conuerterentur ad dñm: quod quia contempserunt, inualuit fames, & qui in tribu Iuda prior videbatur, inopia cogente cum vxore & filijs patria pulsus, in peregrinatione cum filiis mortuus est.

b *Securus & incedens.* Rab. Mahalon & Chelion, qui hic securus & incedens dicuntur, fuisse in Moab, qa vxores Moabitidas duxerunt, vnde in Hebræo non principes, sed mariti dicuntur, sicut illius linguę doctores tradunt.

B ✠ Hieronymus. Tradunt Hebræi Elimelech fuisse virum Noemi, patrem Maalon & Chelion, in cuius tpe sol steterit, propter præuaricatores legis, vt tanto miraculo viso, conuerterentur ad Dñm Deum suum. Quod quia facere contempserunt, iccirco fames inualuit, & ille qui in tribu Iuda prior videbatur famis inopia cū vxore & filiis, non solum patria pellere tur, sed et in eadem peregrinatione cum filiis moreretur. Viros autem mendacij Maalō & Chelion, qui hic securus & incedens

† Asbea. Et Iocim & viri Choseba & Ioas, & Saraph qui dominati sunt in Moab & habitatores Lahem & Adebarim Athici, vel verba antiqua enarramus.

Quæst. in Paralip.

C

¶ Hic ponitur in memoria pristini nominis illius qui propter impietatem a domino percussus est.

a lij Iudæ, Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & co- 1
a ¶ Qui cum Beseleel opus tabernaculi expleuerunt. b ¶ Tabernaculo fœderis. 2
gnationes domus operantium byssum in domo † iuramenti, & qui stare fecit solem, virique mendacii, & secu- 3
b rus & incedens, qui principes fuerunt in Moab, & qui re- 4 5
c
a ¶ Panem. b ¶ Quia hæc historia in Ruth scribitur. 6
d uersi sunt in Lahem. Hæc autem verba vetera. Hi sunt figu- 7
a ¶ Quia ex eis rex Dauid ortus est cuius opera nimis efferuntur præconiis. 8 9
e li habitantes in † plantationibus, & in sepibus, apud regē in 10
¶ In Bethlehem. 11
f operibus eius, commoratique sunt ibi. Filii Simeon, Na- 12
muel, & Iamin, Iarib, Sara, Saul. Sellum filius eius Mabsan 13 14
filius eius, Masma filius eius. Filii Masma, Hamuel filius eius. Zachur filius eius, Semei filius eius. Filii Semei sede-

D incedens appellantur, & de quibus dicitur quod *principes fuerint in Moab*, eo quod vxores Moabitidas duxerint: in Hebręo expressius ponit, & ab eruditis illius linguæ didicimus, vt non principes, sed *mariti* dicantur.

c *Qui reuersi sunt in.* Noemi & Ruth quæ reuersæ sunt ī Bethlehem audita panis vbertate.

d *Figuli habi.* Figulos qui in plantationibus & sepibus laborāt, doctores intelligimus, qui formant & componunt vasa domini. fingere enim componere dicimus, vnde compositores luti figulos vocamus. Hi vineam domini doctrina plantāt & excolūt, exhortando & orādo muniunt. Hi apud regem in operibus suis morātur, quia in fide Christi manētes quicquid dicunt, quicquid agunt, ad gloriam Dei faciunt.

E

† Netaim, & Gedera cum reus.

e *Habit. in.* Progenies Ruth, quę in ipsis sepibus & plantationib habitasse dicitur, quando ad regiam dignitatem & munimentum plebis hæc plantatio peruenit.

F f *Commora. sunt ibi.* In Genesi sex scribuntur, sed hic Sober prætermittit: quia nulla de eo progenies. Sed quędā noīa mutant suis rōnib. In Gen. enim Gemuel. i. pater Dei, hic Hamuel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Pater ma. *nomen est ciuitatis vel villæ.*

2 Et cogna. *Dicunt expositores communiter, quod domus iuramenti vocatur hic tabernaculum Moysi, vel secundum alios templum Salomonis, & q̄ isti de quibus hic agitur fecerunt cortinas de bysso in tabernaculo Moysi, vel in templo Salomonis, vel fortè in vtroque, sc̄dm tamen diuersas generationes sibi succedentes in diuersis temporibus, & descenderunt de Sela filio Iudæ, & sic intelligitur quod dicitur,* Et cognationes domus ope. *subintelligendum est, descenderunt de Sela.*

3 Et qui stare. *Expositores nostri dicunt communiter, quod hoc intelligitur de Elimelech qui orauit dominum vt sol staret, vt per hoc homines illius temporis implicati multis peccatis a malo retraherentur viso tali signo. quod cum non fecissent, dominus immisit famem, ita q̄ Elimelech qui erat de potentioribus in Bethlehem coactus fuit peregrinari in terra Moab cum vxore sua & duob. filiis, vt habetur Ruth. 1.*

4 Viriq; mē. *Isti sunt Chelion & Mahalon filii Elimelech, qui mortui sunt in terra Moab sine prole: & ideo dicuntur viri mendacii, quia non reliquerunt effectum sui matrimonii.*

5 Securus & in. *interpretationes sunt istorum nominum Mahalon & Chelion.*

6 Qui prin. fue. *In Hebræo habetur,* Qui mariti fuerunt. *in Moab, quia ibi acceperunt mulieres Moabitidas vt habetur Ruth. 1.*

7 Et qui reuer. *In Hebræo tamen non habetur Bet, sed tantum* Lehem, *subintelligitur tamē. hæc litera autē dicitur de Noemi & Ruth, quæ mortuis maritis venerunt in Bethlehem, quia Ruth noluit dimittere socrum suam redeuntem. Ad hoc ergo inductæ sunt istæ personæ, ad ostendendum q̄ descenderunt de Sela filio Iudæ, cum dicitur,* Et qui stare fecit solem. *i. Elimelech & cæteræ personæ descenderūt de Sela, excepta tamen Ruth Moabitide.*

8 Hęc autem. *Istud additur. quia historia Elimelech quæ habetur ī libro Ruth præcessit tempora regum, propter quæ scriptus fuit iste liber Parali. & maximè propter Dauid, vt frequenter supradictum est. Hebræi vero dicunt, q̄ Elimelech non fecit stare solem orationibus suis, sed magis causa auaritiæ tempore famis iuit in terram Moab, nolens distribuere bona sua pauperibus Hebræis recurrentibus ad ipsum, quia erat vir potens & diues. propter quod punitus fuit à Deo, quia mortuus fuit in terra Moab, & filii sui paupertate. quod patet ex hoc, q̄ Noemi vxor sua rediit in Bethlehem vacua temporalibus bonis. propter quod Ruth nurus sua iuit ad colligendum spicas in agro alieno, vt habetur Ruth. 2. Et propter hoc Hebræi passum istum aliter exponunt, nec mirū quia litera Hebraica multum distat a translatione nostra. primo ergo litera secundum Hebræos ponetur per partes iuxta translationem nostrā, vt magis videatur vbi est dissonātia, & etiam consonantia. Primo ergo vbi translatio nostra habet.* Et qui stare. *In Heb. habetur.* Et Iochim. *& est nomen proprium vnius hominis. nec videtur quod eius interpretatio aliquo modo significet, quod fecerit stationem solis.* Viriq; mendacii. *In Hebræo habetur:* Et viri Cozeba. *& est hic proprium nomen loci, vt dicunt Hebræi: licet Cozeba prout est nomen appellatiuum, significet mendacium: sicut in Latino aliqua nomina sunt æquiuoca ad proprium & appellatiuum, sicut Compendium est proprium nomen cuiusdam villæ satis notæ in Francia, & est nomen appellatiuum, secundum quod dicitur 2. Reg. 18. c.* Currens autem Achimaas per viam compendij, &c. Et sec. & in. *In Hebræo habetur.* Et Ioas & Saraph. *licet autem Saraph posset interpretari incedens, tamen Ioas non interpretatur securus, nec secundum Hieron. nec secundū Remigium, qui interpretati sunt nomina Hebraica.* Qui prin. fuerunt. *In Hebræo hr̄:* Qui mariti fuerunt in Moab. Et quæ reuersę sunt. *In Hebræo habetur;* Et habitatores Lahem. *Hæc est ergo litera secundum Hebræos.* Et Iochim, & viri Cozeba. & Ioas & Saraph qui mariti fuerunt in Moab, & habitantes, *seu* habitatores Bethlehem. *Quæ sic exponitur ab eis.* Et Iochim. *id est, quidā vir famosus sic nominatus.* Et viri Cozeba. *i. de tali loco, a quo sunt nominati. sicut Parisienses a Parisiis.* & Ioas & Saraph. *nomina sunt virorum,* qui mariti fuerunt in Moab. *quia ibi iuerunt ad peregrinandum ex aliqua causa, sicut & Elimelech. & ibi acceperunt vxores, & habitantes in Lehem, id est in Bethlehem; & supplendum est, omnes isti prædicti descenderunt de Sela filio Iuda, sicut & præcedentes.* Hæc autem sunt verba vetera. *Hoc autem additum est ab Esdra scriptore huius libri, vt dicunt Hebræi, quia in genealogia tribus Iudæ genealogizauerat aliquos sui temporis, sicut Iechonias & Zorobabel, & aliquos alios qui fuerunt Esdræ contemporanei, ne crederetur quod isti genealogizati de Sela essent sui temporis ideo dixit.* Hęc sūt verba vetera. *qu. isi diceret, isti fuerunt longè ante tempora nostra.*

9 Hi sunt figuli, &c. *Hic ostendit, quod isti vltimo dicti fuerunt artifices in pluribus artibus. quia aliqui eorum fuerunt figuli, id est, formantes vasa testea. vel secundum aliquos, facientes formas seu modulos ad fundendum vasa cuprea. & quantum ad istos dicuntur.* Hi sunt figuli. *Aliqui vero de prædictis fuerunt plantatores & cultores vinearum, & quantum ad istos subditur.*

10 Habit. in plantationibus. *Quia in talibus fuerunt occupati.*

11 Et in sepibus. *s. faciendis ad clausuram vinearum & plantationum. Hebræi tamen dicunt hic,* Et in clausuris *siue* muris. *Et dicit hic glossa Hebraica, quod hoc dicitur, quia aliqui de prædictis erant artifices murorum lapideorum.*

12 Apud regem. *Erant enim prædicti artifices excellentes in artibus prædictis, & ideo vocabantur ad opera regis.*

13 Commoratique sunt ibi. *id est, prope loca vbi erant opera regis fienda.*

14 Filij Simeon, Namuel, Iamin, Iarib. *Hic consequenter agitur de generationibus tribus Simeon. & primo in communi. secundo in speciali, quantum ad viros notabilis fortitudinis, ibi:* Mosobab quoq;. *Circa primum sciendum, quod post tribum Iuda immediatè hic agitur de tribu Simeon ante Ruben qui fuit primogenitus, quia filii Simeon habitauerunt in sorte Iudæ per magnum tempus, ex causis quæ postea tāgentur. Dicit igitur:* Filij Simeon Namuel. *& legatur sicut iacet litera vsque ibi.*

Fratres

muel.i.legens cum Deo. Quidam in Gen. vocatur Echa, hic autem Iarib.i.litigans, quia de eo exiuit Zamri, qui cum Madianite fornicans a Phinee sacerdote peremptus est. Iacim i Gen.i.præparatio: hic vero nominatur Zara.i.ortus.

cultum confluxisse. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim in diebus Ezechiæ regis Iuda: hoc est in aduentu Christi. Ipse est enim Christus Dei virtus, quem Ezechias.s.fortitudo domini significat.

cim, & filiæ sex. Fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio * non potuit adæquare summam filiorum Iuda.

a ¶ Hæ ciuitates ex maxima parte pertinent ad tribum Iuda.

Habitauerunt autem in Bersabee & Molada, & Hassar Sual, & in Bala, & in Asom, in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Sicelech, & in Bethmarchaboth, & in Hasarsusim, & in Bethberai & in Sariam. Hę ciuitates eorum, vsque ad regem Dauid. Villæ quoque eorum Etam, & Aen, Remmon & Thocen, & Asan, ciuitates quinque, & vniuersi

a ¶ Locus qui alibi Cariathbaal.

viculi eorum per circumitum ciuitatum istarum vsque ad Baal. Hæc est habitatio eorum & sedium distributio Mosobab quoque & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ, & Ioel, Iehu filius Iosabiæ, filij Saraiæ, filij Asiel, & Elioenai & Iacoba & Isuhaia & Asaia & Adiel & Hismiel & Banaia, Ziza quoque filius Zephei filij Allon, filii Idaia, filii Semri, filii Samaia. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis: † & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer. & profecti sunt

¶ Alias in.

vt ingrederentur in Gador vsque ad orientem vallis, & vt quærerent

a ¶ Vel ouibus.

pascua gregibus suis. Inueneruntque pascuas vberes, & valde bonas, & terram latissimam, & quietam & fertilem, in qua antea habitauerant de stirpe Cham. Hi ergo venerunt quos supra descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, deleuerunt eos vsque in præsentem diem. Habitaueruntque pro eis, quoniam vberrimas pascuas ibidem repererunt. De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiam & Naariam, & Raphaiā, & Oziel, filios Iesi, & percusserunt reliquias qui euadere non poterant Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vsq; ad diem hanc.

a *Et vni.co.non.* Quia Simeon non habuit tantam sobolem quātam Iudas. vnde in Iosue dicitur, Simeō per cognationes suas accepisse hæreditatem in medio filiorum Iuda.

Iosue 19. a & re infra secū. colum.textus.

b *Hæ ciui. &c.* Quia Sicelech & Bersabee q̄ Iudæ fuerūt & a Simeone inuasæ sunt, a Dauid in pristinā Iudæ hæreditatem redierūt.

† genelogia ipsorum.

c *Isti sunt nomina.* Descripta stirpe Simeonis & actibus eorum, mysticè signatur, quia doctores sancti.i. ecclesiæ principes gregibus Christi pascua prouidētes proficiscuntur in Gador vel Gader quæ interpretatur sepes eius. Hęc ē ecclesia quæ est fidelium defēsio; ibi sūt pascua vsq; ad Orientem vallis.i.incarnationem verbi, *qui semetipsum exinaniuit, serui formam accipiēs.* In eo inueniunt pascua. Ipse enim ait: *Per me si quis introierit, ingrediet & egrediet, & pascua inueniet* virtutes. *s. In eo terra latissima, & quieta.* i. grā Spiritussancti copiosa: i qua añ habitauerāt de stirpe Cham, significat gentiū multitudinē idola reliquisse, & ad vnius Dei cultum

Phil. 1. a. Ioan. 10.

d *Percusserunt ta.* percutit fide tabernacula impiorum, & habitatores impiorum, quando abnegās impietatem oēm, & secularia desideria per Christi baptismū a sordibus abluit peccatorum, postea studens sobriè iustè & piè viuere in hoc seculo, vt fiat qđ scriptum est & erit in loco vbi ante dictū est. *Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii Dei.*

* eorum.

Ose. 1. d.

e *Viri quingen.* Patres noui testamenti qui abierunt in montē Seir, & pcusserunt reliquias Amalecitarū; quia superbiam huius mūdi cōculcantes deformitatē vitiorū comprimūt, hi quatuor dicuntur, quia euangelica doctrina veraciter instructi, spirituale bellum contra dęmones conuenienter gerunt percussis reliquis Amalecitarum ibi habitabant, quia expulsis dęmonibus in loco vitiorum virtutes substituunt, quarum possessio hominem efficit beatum vsq; ad diem hunc, quod semper dici potest vsque ad finem mundi, quia ecclesia vsque ad finē mundi permanet, in qua quotidie antiquus hostis triumphatur.

† vel, & domo patrum suorū diuiserunt se secūdum multitudinem.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fratres autem eius nō habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio. *s. ipsius Simeon.*

2 Non potuit. *Hoc dictum est quod in tribu Simeon fuerunt pauci respectu tribus Iudæ, & ideo recepti fuerunt in sorte Iudæ. Cuius vna cā fuit, quia filii Iuda habuerunt duplicem sortem, vnam quasi acquisitam, aliam quasi acquirendam vi armorum si possent: quia erat trib. bellicosior, prout dictum fuit plenius Iosue 19. & ideo in diuisione terræ septem tribubus, quæ non acceperāt hæreditatem, vt habetur Iosue 19. aliquæ ciuitates de sorte Iudæ fuerunt assignatæ filiis Simeon, & aliquæ filiis Dan. Alia cā fuit, ꝙ filii Iuda licet essent plures quam filii Simeon, vt dictum est, tñ non erant tot ꝙ possent sufficienter populare terram sibi assignatam: & sors Simeon pro maiori parte erat occupata adhuc ab aduersariis, ita quod non habebant locum sufficientem: ideo filii Iuda receperunt eos in aliquibus locis suis præter ciuitates eis assignatas per Iosue: voluntarie tñ ad tempus, vt infra videbitur: ne crescerent bestiæ contra eos, si terra eorum pro parte remaneret inhabitata; & vt fratres sui filii Simeon haberent locum, & vt mutuo se iuuarent contra aduersarios vtriusque tribus, vt habetur Iu. 1. vnde subditur.*

3 Habitauerunt au. *& cæteris q̄ erant de sorte Iudæ. vnde subdit.*

4 Hæ ciuitates. *Filii enim Simeon pp longam inhabitationem ciuitates eis traditas ad tempus (vt dictum est) postea noluerunt reddere filiis Iuda, quando multiplicati fuerunt sufficienter ad populandum sortem suam: propter quod tpe Saul fecerunt de hoc querimoniam, sed ipse neglexit facere eis iustitiam in odium Dauid qui erat de tribu Iuda, & ideo quando Dauid obtinuit regnum post Saul eiecit filios Simeon de ciuitatibus eis concessis ad tempus a filiis Iuda modo supradicto, non aūt de illis quæ fuerant eis assignatæ per Iosue. Ex quo patet quod præscriptio non valet si non fuerit iustus titulus. Sciendum tamen quod Iosue 19. inter ciuitates eis assignatas per sortem a Iosue nominantur etiam accommodatæ, seu ad tempus concessæ, quia istæ hic positæ ibi ponuntur saltem pro maiori parte. Aliqui autem expositores nostri aliter exponunt quod dicitur hic.*

5 Vsq; ad re. *quod hoc dr̄ spāliter propter ciuitatē Sicelech, quā recuperauit Dauid, & ex tunc facta est regū Iuda, vt habetur. 1. Re. 27. Sed hoc nō valet, quia hic dr̄, quod ciuitates istæ fuerūt filiorū Simeō vsq; ad regē Dauid. Dauid aūt nō accepit Sicelech de manu filiorū Simeo, sed magis ex cōcessione Achis regis Geth, vt hr̄. supra 1. Re. 27.*

6 Villæ quo. *Dicuntur autem villæ quæ non sunt muris clausæ, & similiter vici & viculi, ciuitates vero quæ muris sunt clausæ.*

7 Mosobab. *Hic ɔ̄nr describunt filii Simeon qui fuerunt notabilis fortitudinis. primò cōtra Chananæos, scđò cōtra Amalecitas, ibi:* De fi. quo. Sim. *Circa primū dr̄:* Mosob. quo. *& ideo subditur de istis.*

8 Isti sunt no. *i. famosi propter prolis multitudinem. vnde subditur.*

9 Multiplicati sunt. *& pp virtutis fortitudinem, vnde subditur.*

10 Et pro. *vbi habitabat populus q remāserat de gn̄re Chananæorū.*

11 Inue. paſ. *Hic tangunt causæ mouentes filios Simeon ad inuadēdū terrā illā: qa hēbant pecora multa, ad quorū nutritionem erat apta terra illa: erat ēt qeta, qa habitatores illius nō formidabāt aliquid mali superuēturi, sicut & de filiis Dan dr̄ Iud. 28. quod inuaserāt ciuitatē Lachis, eo ꝙ terra erat fertilis & populus ibi habitās qetus & securus, ñ formidās aliqd mali; & p ɔ̄ns improuisus ad resistendū: tp̄s aūt in quo fecerūt hoc filii Simeō ostēdit cū dicitur:* In die. Eze. *& patet.*

12 De filijs quo. *Hic consequenter describitur fortitudo filiorum Simeon contra Amalecitas; vnde subditur.*

13 Et percuſ. reliq. *Dicunt aliqui ꝙ isti Amalecitæ fuerunt reliquæ quæ euaserunt manum Sauli quando percussit Amalec, vt habetur. 1. Re. 15. Alii vero dn̄t, quod fuerunt Amalecitæ qui euaserunt manum Dauid, qñ percussit latrunculos qui incenderant Sicelech, ex quib. euaserant quadringenti viri, ut habetur. 1. Reg. 30. & siue isti fuerunt, siue illi recollegerunt se in monte Seir: & ibi multiplicati fuerunt vsq; ad tempus, quo filii Simeon percusserunt eos, & habitauerūt ibi pro eis.*

CAP.

CAP. V.

A a Filii quo Rubē pri. &c.

In lib. 1. Par. ✠ Theodoretus. Docet manifesti' causam, cur Rubē quidem exciderit a primogenitura, Ioseph autem eā sit assecutus, tribus autem Iuda ampliorem adepta sit honorē. Principatum autē accepit propter Dominum, qui ex ipso germinauit secundum carnem. Hoc autē tacitè significat illud: *Induce ex ipso:* nam regē significat oratio, sed & regē æternum, qui neq; initiū habuit dictum neque finem accipiet. Sequitur.

B Rabbanus. Gen. 35. d. Ibid. 48. a. b *Sed cum vio. &c.* Ideo ablata sunt Ruben primogenita: quia dormiuit cum Bala concubina patris sui, & data sunt Ioseph filio iuniori, cuius progenies multiplicatur & excedit potentiā regni inter decē tribus.

Mysticè. Mysticè autem significat ruinam prioris populi, qui vt primogenitus debebat sacerdotium & regnum accipere: sed quia maculauit stratū patris sui, id est, corpus Christi, in quo erat plenitudo diuinitatis, in cruce suspendit & occidit: primogeniti dignitas ad spiritualem Ioseph id est, Christum, & ecclesiæ populum translata est, ad quem pater: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, &c.* Ps. 109.

c *Contra Agarenos.* Hic. Verisimile ē Agar fuisse Cethuram, cum in sequētibus dicat Rubenitas & Gaaditas & dimidiam tribum Manasse cum Agarenis pugnasse, & præbuisse Israel auxilium Ituræos, Naphæos & Nodab filios Ismaelis. Nodab autem est vt videtur qui in Genesi, Cedma dicitur, id est, antiquorū vel antecedens.

d *Omnes hi. & cæt. Traditque, &c. Quia Deum inuocauerunt cum præ. &c.* ✠ Theodoretus. Dicit causam victoriæ, quod Deum inuocauerunt, & eos exaudiuit quoniam cōfiderūt in eo. Scripsit etiam numerum prædæ.

† recensiti sūt per seriem generationis. † Gen. 35. d. † dum recensetur generationis series i primogenitura: quoniam ip b Iudæ, q erat fortissimus inter fratres suos datus ē principatus: ante illud primogenitura data est ipsi Ioseph filio e.go † eius. † Multiplicem quippe erat greges eorum.

CAP. V.

Filij quoq; Ruben primogeniti Israel, ipse quippe fuit primogenitus eius. † Sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israel: & non est † ille reputatus in primogenitū. Porrò Iudas qa erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt. Primogenita autem reputata sunt Ioseph † Filii ergo Ruben, primogeniti Israel Enoch & Phallu Esron & Charmi. Filij Ioel Samaia filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius, Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, Beera filius quem captiuum duxit Thelgathphalnasar rex Assyriorū, & fuit princeps in tribu Ruben. Fratres autem eius & vniuersa cognatio * quando numerabantur per familias suas habuerunt principes Iehiel & Zachariam. Porrò Bala filius Azaz filii Samma, filij Ioel, ipse habitauit in Aroer vsque ad Nebo & Beelmeon. Contra Orientalem quoq; plagā habitauit vsque ad introitū eremi & flumen Euphratem. † Multum quippe iumentorum numerum possidebant in terra Galaad. In diebus autem Saul præliati sunt contra Agarenos, & interfecerunt illos, habitaueruntque pro eis in tabernaculis eorum in omni plaga quæ respicit ad Orientem Halaad. Filii verò Gad è regione eorum habitauerunt in terra Basan vsque Selcha. Ioel in capite, & Sapham secundus; Ianai autem & Saphat in Basan. Fratres verò eorū secundū domos cognationū suarum, Michael & Mosellam & Sebe & Iari & Iacham & Zie & Heber septē. Hi filij Abihail. filij Huri, filii Iara, filii Galaad, filii Michael, filii Iesisi, filii Ieddo, filii Buz. Fratres quoq; filii Abiel, filii Gumi principes domus in familiis suis, & habitauerunt in Galaad & in Basan, & in viculis eius, & in cūctis suburbanis Sarō, vsq; ad terminos. Omnes hi † numerati sunt in diebus Ioa-

a ¶ Christus de quo: Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.
b ¶ Qui a vixit cum Deus o'eo iustitiæ præ consortibus suis.
a ¶ Apostoli & doctores noui testamenti, de quibus dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii con. e. p. s. o. t.
a b ¶ Primogeniti dignitas & principatus regni ad Christum pertinent: qui est primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.
a ¶ Hunc dicunt esse patrem Osee prophetæ quem rex Assyriorum cum 10. tribubus captiuauit.
a ¶ Alias Ioara alias Iora.
a ¶ Alias Ieddo, alias Geddo.
a ¶ Vel Goni.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

Dimisio. Filii quoque Ruben. Hic consequenter describitur generatio Ruben: vbi primo soluitur tacita quæstio. secundo describitur dicta generatio, ibi: *Filii quoque Rub.* Circa primum dicitur.

1 *Filii quoque Rub.* Ex hoc q. Ruben dr̄ hic primogenitus posset al quis quærere, quare Ruben non habuit duplicem portionem & principatum respū fratrum suorū, quia hoc erat de rōne primogenituræ: Ad hoc r̄ndetur cum subditur.

2 *Sed cum vi.* quia dormiuit cum Bala vxore patris sui, nec latuit hoc ipsum Iacob secundum quod dicitur Ge. 35. & ideo ius primogenituræ quantum ad duplicem portionem transtulit Iacob ad ipsum Ioseph, quando duos eius filios scilicet Ephraim & Manasse adoptauit, ordinans q. quilibet eorum acciperet portionem hæreditatis, sicut & filii Iacob naturales, vt habetur Gen. 48. principatum autem transtulit ad tribum Iuda, Gen. 49. b. dicens: *Iuda te laudabunt fratres tui, &c.* Et subditur ibidem: *Non auferetur scep. de Iuda, & dux de fe. eius &c.* & secundum hoc patet litera ista, cum dicitur.

3 *Data sunt primoge.* s. quantum ad duplicem portionem.

Diuisio. 4 *Filii ergo Ru.* Hic consequenter describitur generatio Ruben. & primo describitur generatio Rubenitarum. secundo fortitudo eorum, ibi: *In diebus autem Saul.* Circa primum legatur litera vt iacet vsque ibi.

5 *Beera filius eius.* Dicunt aliqui q. iste fuit Beeri pater Osee prophetæ vt habetur in principio prophetiæ suæ.

6 *Quem captiuum.* qui in diebus Phacee regis Israel cepit plures ciuitates de terra Israel, & habitatores saltem principaliores transtulit in terram Assyriorum, vt habetur 4. Regū 15. & ideo iste inter alios tunc fuit ductus: quia fuit de maiorib. vnde subditur.

7 *Et fuit princ.* & ex hoc videtur qd Osee filius eius fuit nobilis. Sequitur.

8 *Vsque ad Ne.* Mons est trans Iordanem, in quo fuit mortuus Moyses.

9 *Multum quippe iu.* Filii enim Ruben hēbant pecora multa, pp quod petiuerunt terram illam sibi assignari, quia erat apta ani malibus nutriendis, vt habetur Num. 32.

10 *In dieb.* Hic consequenter describitur fortitudo Rubenitarum, & occasione eorum fit mentio de tribu Gad & dimidia tribu Manasse, qui iuuerunt Rubenitas in prælio. Dicit ergo: *In diebus au.* qui fuit primus rex in Israel per electionem diuinam: quia Abimelech qui ante regnauerat, ut habetur Iud. 9. fuit per vsurpationem.

11 *Præliat. sunt con.* Isti fuerunt filij Cethuræ, q a Cethura & Agar fuit eadem mulier, vt dicunt Hebræi, prout dictū fuit diffusius Ge. 25. & isti dnr hic Agareni, qui descenderunt de Agar nō per Ismael, sed per alios eius filios, vt videbitur j.

12 *Habitaueruntq;.* quia Agareni non habitabant in domib. sed in tabernaculis.

13 *Filii vero Gad.* Hic pnr agitur de generationibus Gad ratione prædicta, & legatur litera vt iacet, vsq; ibi.

14 *Omnes hi numerati.* Dicunt aliqui q. non fuit vna numeratio, sed duplex, q a isti reges non fuerunt ɔtemporanei. Pōt autem et dici, q. fuit eadem numeratio: q a licet Ieroboam filius Nabath rex Israel de quo hr̄. 3. Reg. 12. regnauerit lōgè ante Ioathan, tū alius Ieroboam rex Israel, de quo hr̄ 4. Re. 15. fuit contemporaneus ipsi Ioathan: quia anno 27. istius Ieroboam regnauit Ozias, qui et dictus est Azarias in Iuda, & sic regnauit 15. annis cū Ieroboam qui regnauit 41. an. vt hr̄. 4. Reg. 14. Ozias aūt fuit percussus lepra, & ex tunc Ioathan cepit regnare viuente patre, quia gubernauit populum & palatium: & sic potuit regnare tempore huius Ieroboam.

Et Filij

a *Et suscit.* Notandum est quod in Regum dicitur Phul regem Assyriorum a Manahē filio Gaddi rege Israel accepisse mille talenta argenti, vt esset ei auxilio & firmaret regnum eius: nō quod eum transtulerit in Assyrios, & quod Teglathphalanasar rex Assur in diebus Phacee regis Israel cepit Ahion, & Abel domū Maacha, & Ianoe & Cedes & Asor & Galaad & Galileā & vniuersam terram Nephthali, & trāstulit eos in Assyrios. Postremò narrat, quod Salmanasar rex Assyriorum Osee filium Ela regem Israel obsidendo tribus annis Samariam cepit, & trāstulit Israel in Assyrios, & posuit eos ī Ahila & in Abor iuxta fluuium

4.Reg.15.d. † speràuissent. Exod.6.c. Infra 23 b. Ibidem f. Ibid.17.a.

tham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel. [1] Filii Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse, [2] viri bellatores scuta portantes & gladios & tendentes arcum, eruditiq; ad prælia quadraginta quatuor milia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam dimicauerunt cōtra Agarenos. [3] Iturææi vero & Naphis & Nodab præbuerūt eis auxilium

a ¶ Dum filii Israel Deo seruierunt habuerunt eum propitium, & defensorem contra hostes suos: cum autem eo relicto idola coluerunt, senserunt vltorem quem habuerunt protectorem.

Traditique sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis, [4] quia Deum inuocauerunt cum præliarentur, & exaudiuit eos, eo quod † credidissent in eum. Ceperuntque omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta milia, & ouium ducenta quinquaginta milia, & asinos duo milia, & animas hominum centum milia. Vulnerati autē multi corruerunt.

¶ Id est ad internecionem hostium auxilio Dei peractum.

Fuit enim bellum domini. Habitaueruntque pro eis vsque ad transmigrationem.

¶ Donec scilicet pro peccatis suis traditi sunt Assyriis.

[5] Filij quoque dimiæ tribus Manasse, possederunt terram a finibus Basan vsque Baal Hermon & Sanir, & montem Hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum, Epher, Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Adoia & Iediel viri fortissimi & potentes & nominati duces in familiis suis. [6] Reliquerūt autem Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ: [7] quos abstulit dominus coram eis. [8] Et suscitauit Deus Israel [a] spiritum [9] Phul regis Assyriorum, & spiritum [10] Theglathphalnasar regis Assur: & [11] transtulit Ruben & Gad & dimidiam tribus Manasse, & [12] adduxit eos in [13] Lahela & in Habor & Ara & fluuiū Gozan vsque ad diem hunc.

fluuium Gozā in ciuitatibus Medorum. Vnde quæritur: quomodo in Paralipomenō dicamus Phul & Theglathphalnasar reges Assyriorum trāstulisse Ruben & Gad, & dimidiam tribū Manasse in Ahilam & Abor & Aram & fluuium Gozan, cum Malachim narret hoc Salmanasar fecisse qui transtulit Israel in Assyrios, & posuit in locis supradictis. Sed reges Assyriorum priores hoc fecisse dicuntur, quia ceperunt cum gēte Assyriorum quod eadē gēs in posteris perfecit. Aran quā Paralipomenō memorat, Malachim prætermittit. Autumant Hebræi esse Rages ciuitatem Medorum.

Quæstio.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Filij Ruben & Gad. *Hic consequenter reuertitur ad ostendendū qualiter filii Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse debellauerunt Agarenos: quia erant viri fortes & in armis exercitati, & hoc est quod dicitur.*

2 Viri bellatores. *& quia in hoc bello habuerunt auxilium Dei, vt patebit infra.*

3 Iturææi vero & Naphis. *Dicūt aliqui expositores nostri, quod isti fuerunt de filiis Israel, & propter hoc adiuuerunt filios Ruben in hoc bello contra Agarenos. Hebræi autem dicunt & melius vt videtur, quod isti descenderunt de Agar per Ismaelem, quia Gene. 25. inter filios Ismaelis ponit Itur, a quo dicti sunt Ituræi, & Naphis, a quo Naphæi, & iō iuuerūt Agarenos qui de eadē matre descenderant, per alium tñ filium vel per alios quam per Ismaelem, sicut dictum est supra. Aliqui tñ dicunt quod isti Agareni descenderunt de Agar per Ismaelem, & per Cedar filium eius, & retinuerunt sibi nomē ab Agar matre Ismaelis. Ituræi autē & Naphæi denominati sunt a filiis Ismaelis, vt dictū est: & propter hoc præbuerunt auxilium Agarenis tanquam sibi propinquis, & debellati fuerunt cum eis a filiis Ruben. vnde subditur:* Traditiq; sunt in. *cuius causa principalis subditur.*

4 Quia Deum inuoca. cum prælia. &c. *q. d. licet filii Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse essent viri fortes & docti ad prælium, tamen non vicerunt principaliter virtute propria, sed diuina.*

5 Filii quoq;. *Hic consequenter occasione prædicta describit aliquas generationes Manasse, cum subditur:* Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum Epher, & Iesi, &c. *Consequenter ponitur causa captiuationis eorum, cum dicitur.*

6 Reliquerunt autem Deum. *Tempore Manahen & Phacee filii Romeliæ.*

6 Et fornicati sunt post Deos popu. *per idololatriam.*

7 Quos abstulit dominus coram eis. *i. coram filiis Israel, quasi diceret dii populorum habitantium in terra promissionis ante filios Israel non potuerunt eos saluare, sed abstulit eos dominus coram filiis Israel, ideo iustum fuit quod filii Israel conuersi ad cultum illorum Deorum de terra illa eiicerentur. ideo subditur.*

9 Et suscitauit de. Is. *i. voluntatem impugnandi filios Israel.*

10 Phul regis. *de quo habetur 4. Reg. 15.*

11 Et spiritum The. *de quo habetur ibidem.*

12 Et transtulit Ru. *eiiciendo de terra sua.*

13 Et adduxit. *loca talia Assyriæ.*

CAP. VI.

Filij † Leui, Gerson, Caath, [1] Merari. Filii Caath, Amrā, Isaar, Hebrō, & Oziel. Filii Amram, Aaron, Moyses & Maria. Filij Aarō, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. [2] Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, Abisue vero genuit [3] Bocci, et Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zachariam, & Zacharias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob, [4] Achitob genuit Sadoc, Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariam, Aza-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

Filij Leui. *Hic describitur generatio Leuitarum, & primo describitur eorum genealogia, secundo describuntur eorum officia, ibi:* Isti sunt quos constituit Dauid. *tertio eorum habitacula, ibi:* Et hæc habitacula eorum. *Circa primum sciendum, quod tribus Leui fuit primo diuisa in tres partes secundum tres filios Leui, s. Gerson, Caath, & Merari. de Caath vero descendit Aaron qui fuit summus sacerdos, de eo descenderunt alii sacerdotes, & isti vocati sunt Aaronitæ, & alii aūt descendentes de Caath retinuerunt sibi nomen cōe, & vocati sunt Caathitæ: ita quod in tribu Leui fuerunt sic quatuor partes, videlicet Aaronitæ, Caathitæ, Gersonitæ, & Meraritæ, sicut dictum fuit plenius libro Nume. Primo igitur ponitur generatio Aaronitarum, cum dicitur:* Filij Aaron.

2 Eleazar genuit. *Istam generationem deducit, quia summum sacerdotium post Aaron datū est Eleazaro & filiis eius de ordinatione domini, vt habetur Num. 20.*

3 Bocci genuit. *Ab isto Ozi accepit ipse Eli summum sacerdotium ex ordinatione tamen diuina, vt dictum fuit Ruth. 1. & 1. Reg. 2. c. ita quod fuit simul iudex & summus sacerdos, vt habetur 1. Reg. 1. & descendit de Ithamam filio Aaron.*

4 Achitob ge. *In isto Sadoc reductū fuit summū sacerdotiū ad filios Eleazar*

CAP. VI.

a rias genuit Iohanan, Iohanan genuit Azariam: Ipse est qui sacerdotio 1 functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. Genuit autem Azarias Amariam, Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum, Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam, Azarias genuit Saraiam: & Saraias genuit Iosedec. 2 b Porrò Iosedec egressus est, quando transtulit dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor. Filij ergo Leui, Gerson, Caath, & 3 Merari. Et hæc nomina filiorum Gerson: Lobni & Semei. Filij Caath, Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Filij Merari: Moholi, & Musi. Hæ autem generationes Leui secundum familias eorum, Gerson † Lobni filius eius, Lahath filius eius, Zamma filius eius, Ioaha filius eius, Ado 4 filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius. Filii Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius, Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius, Thahath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filii Elcana, Amasai & Achimoth & Elcana. Filii Elcana Sochai filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ierohan filius eius, Elcana filius eius. Filij Samuel primogenitus Vasseni & 5 c Abia. Filii autem Merari, Moholi: Lobni filius eius, Semei filius eius, 6 Oza filius eius, Sammaa filius eius: Haggia filius eius, Asaia filius e- d ius. Isti sunt quos constituit Dauid † super cantores domus domini, 7 ex quo collocata est arca, & ministrabant coram † tabernaculo testimonii, canentes donec ædificaret Salomon domum domini in Ierusalem. Stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. Hi vero sunt qui assistebant cum filiis suis. De filiis Caath, Hemam cantor filius Ioel, filii Samuel, filii Elcana, filii Iorohanı, filii Eliel, filii Thohu, filii Suph, filii Elcana, filii Mahath, filii Amasai, filii Elcana, filii Ioel, filii Azarię, filii Sophoniæ, filii Thahath, filii Asir, filii Abiasaph, filii Core, filii Isaar, filii Caath, filii Leui, filii Israel, & frater eius, Asaph, qui stabat à 8

¶ De his in Numeri.

a ¶ Vel Mosi.

¶ Qui in libro Regum Iohel.

a ¶ Cognatione: scriptura enim propinquos fratres appellat.

A **Filii Leui, Gerson, &c.**

a *Iohanan.* Prætermissis aliis filiis Leui qui similiter sacerdotes fuerunt in domo domini. Iohanã specialiter laudat, quia viriliter restitit Oziæ regi per se sacrificare volenti: & constantia animi & zelo legis expleuit officium sacerdotis.

B b *Porro Io.* Iosedec dicunt esse Esdram sacerdotem, qui reuersus a Babylone cum Zorobabel & filiis Iuda restaurauit templum domini & ciuitatem Ierusalem, quod in libro suo videtur demonstrare, cum dicit: *Post hæc in regno Artaxerxis regis Persarum Esdras.* filius Saraiæ, filii Azariæ filij Helciæ, filii Sellũ: filij Sadoch, filii Achitod, filii Amariæ, filij

C Azariæ, filij Maraioth: filij Saraiæ, filij Ozi, filij Bocci, filij Abisuc: filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron. Tradunt etiam

D Esdram esse Malachiã prophetã, quia plura quæ in libro eius continentur hic etiã commemorat, dicens: *Labia sacerdotis custodiũt scientiam & legẽ re. de ore e ius, etc.* Alij asserunt Iosedec esse patrem Iesu sacerdotis magni. Esdram vero esse sacerdotem virum iustum & gloriosum.

E c *Abia.* Hic vt Hebræi tradũt iudex constitutus munera accipiebat, quod Ioel qui & Vasseni senior eius filius sciens, nõ corrigebat: iõ vterque peccasse dicitur secundum Hebr. *Vide factum est cũ sen. esset Samuel, posuit filios suos iudices Israel & cætera.*

d *Isti sunt quos consti.* anticipando de officijs, cantorum Dauid qui organis musicis laudes do. canebant,

F cum eorum genealogiam narraret prælibauit: suo autem ordine quomodo id fecissent demonstrabit.

Ethan

Hic quæst. heb. in 1. Paralip.

† habitaculo tabernaculi.

1. Esdr. 7. a.

Mala. 2. b.

Theodoret.

1. Reg. 8. a.

† vel ad cantandum in domo.

NICOLAVS DE LYRA.

Eleazar: quia Salomon eiecit Abiathar de summo sacerdotio, vt habetur. 3. Reg. 2. & instituit Sadoc. Abiathar autem descenderat de Eli.

1 Ipse est qui sa. *In illa autem domo seu tẽplo multi alij functi sunt summo sacerdotio, scilicet Sadoc, Achimaas & plures alii. Quare igitur dicitur de isto Azaria singulariter:* Ipse est, qui sacer. *Ad quod dicendum, quod hoc est, ꝙ zelo Dei ductus constanter restitit Oziæ regi Iudæ volenti thurificare in templo domini, propter quod percussus fuit lepra, vt habetur infra 2. lib. 26.*

2 Et Sara. genuit, &c. *Istum Saraiam interfecit Nabuchodonosor, & Iosedec filius eius ductus est cum aliis captiuus in Babylonem. Dicũt autem aliqui ꝙ iste fuit Esdras sacerdos & scriba. sed de hoc plenius dicetur cum ad librum Esdræ veniemus domino concedente.*

3 Filij erg. *Hic consequẽter describit generationes Gersonitarum, primo tamen repetit in generali aliqua de generationibus Leui, & patet litera. secundo descendit ad Gersonitas describens generationes eorum descendendo di.*

4 Gerson: Lob. filij Caath. *hic describit generationes Caathitarũ prout Caathitæ diuiduntur contra Aaronitas, vt prædictum est. & describit istas generationes similiter descendendo di.* Filij Caath.

5 Filij Sa. *non est intelligenpum quod vterque fuerit primogenitus, sed Abia fuerit primus post Vasseni.*

6 Filij au. *hic consequenter describitur generatio Meraritarum similiter descendendo.* Et *patet litera.*

7 Isti sunt quos constituit. *Hic consequenter agitur de officiis Leuitarum, quorum aliqui erant simplices Leuitæ, alii cum hoc sacerdotes, sicut Aaron & filii eius, qui erant de tribu Leui. Primo igitur determinantur officia Leuitarum simplicium, secundo sacerdotum, ibi:* Aaron vero. *De simplicibus Leuitis, aliqui erant cantores ad dicendum diuinas laudes, de quibus agitur primò, alij in aliis officiis constituti, de quib. agitur secundò, ibi:* Fratres quoq; eorum. *Circa primum sciendum ꝙ postquam Dauid obtinuit regnum adduxit arcam domini de domo Obededom in ciuitatem Dauid, & posita fuit in tabernaculo quod fecerat Dauid, vt habetur. 2. Reg. 6. & ex tunc instituit Dauid cantores & alios Leuitas, qui officia exercerent corã domino quandiu illa arca fuit in illo tabernaculo, & postea quando fuit translata ad templum per Salomonem ædificatum. Inter cantores autẽ erant tres principales de tribus cognationibus Leuitarum supradictis, videlicet Heman de filiis Caath, & Asaph de filiis Gerson, & Ethã de filiis Merari. & erant sic ordinati, ꝙ Heman cum societate sua erat in medio. Asaph autem cum societate sua erat ad dexterã. Ethan vero cum sua ad sinistram, & ex his patet litera, paucis exceptis, cum dicitur:* Isti sunt quos. *s. qui infra sequũtur: ex quo collocata est arca in tabernaculo facto à Dauid. Cetera patent ex dictis vsque ibi.*

8 Et frater eius, &c. *Vocãtur aũt Asaph & socii sui fratres ipsius*

Heman,

Filij

a Ethan filius. Ethan vnus de cantoribus tribus, qui coram Dauid in cymbalis laudem Dei concrepabant. Et notandum, quod sicut fuerunt tres filij Leui, Caath Gerson & Merari, ita tres cantores: Eman de Caath, Asaph de Gerson, Ethan de Merari. Mystice autem significat sanctos doctores, qui sanctæ Trinitatis fide imbuti, secundum dispensationem veri Dauid prædicationẽ euangelij, toti mundo annuntiant.

b Leuitæ qui. Quia omnis ordo ecclesiasticus secundum apostolorũ traditionem, & qui primatũ tenet, totum ministerium agant in ecclesia Dei. vnde: *Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo Dei, quæ ecclesia Dei viui, &c.* (1.Tim. 3.)

c Aaron. Christum significat, filij cuius ecclesiæ populum, cui dicitur: *Vos estis genus electum, regale sacerdotiũ, &c.* (1.Pet. 2. b.) quem summus pontifex docuit sup altare fidei holocaustũ bonorum operũ, & incensum orationis, offerre, & vt precaretur pro Israel. i. pro statu ecclesiæ, secundũ præcepta legis per Moysen data. Repetit autem genealogiam Aaron vsque ad Achimaas, quod plaude eius factum videtur, quia fidelis fuit Dauid in omnibus.

✠ August. Vnde non mirum est si verba bona, quæ pro populo dicuntur ĩ precibus, etiam si a malis dicantur Episcopis, exaudiri tamẽ, non pro peruersitate præpositorum, sed pro deuotione populorum. (L. 2. contra Epist. Parm.)

dextris eius. Asaph filius Barachiæ, filij Sammaa, filij Michael, filij Bazaiæ, filij Melchiæ, filij Athanai, filii Zara, filii Adaia, filij Ethan, filii Zamma, filii Semei, filii Ieth, filii Gerson, filij Leui. Filij autem Merari fratres eorum ad sinistram: ᵃ Ethan filius Chusi, filii Abdi, filij Maloch, filii Asabiæ, filij Amasiæ, filii Helciæ, filii Amasai, filii Boni, filij Somer, filii Moholi, filii Musi, filii Merari, filii Leui. [1] Fratres quoque eorum ᵇ Leuitæ, [2] qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus domini. ᶜ [3] Aaron vero & filii eius [4] adolebant incensum [5] super altare holocausti, & super altare thymiamatis in [6] omne opus sanctisanctorum, & vt † precarentur pro Israel, iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus Dei. [7] Hi sunt autem filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisue filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius, Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. [8] Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron iuxta cognationes Caathitarum. Ipsis enim sorte contigerant. Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circumitum, [9] agros autem ciuitatis & villas Caleb filio Iephone. [10] Porrò filiis Aaron dederunt ciuitates, [11] ad confugiendum Hebron, & Lobna & suburbana eius, Iether quoque & † Esthemo cum suburbanis suis, sed & Helon, & Dabir cum suburbanis suis, Asam quoque & † Bethsemes & suburbana eorum. De tribu autem Beniamin, Gabee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anathoth quoque cum suburbanis suis: [12] Omnes ciuitates tredecim cum suburbanis suis per cognationes suas. [13] Filijs autem Caath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem vrbes decem. [14] Porrò filiis Gerson per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes tredecim. Filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulõ dederũt sorte ciuitates duodecim. Dederũt quoq; filii Israel

† pro expiarent. † Esthamo. † Bethsames.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

eman, & aliorum qui erant in societate sua: quia licet essent de duabus cognationibus, s. Caath & Gerson, tamen erant de eadem tribu. s. tribu Leui. Cetera patent ex dictis.

1 Fratres quoque. *Hic agitur de officiis aliorum Leuitarum, cum dicitur:* Fratres quoque. *& dicuntur fratres, quia de eadem tribu, vt iam dictum est.*

2 Qui ordinati. *quia aliqui erant ianitores, & aliqui custodes vasorum, & alii ministrabant sacerdotibus in oblationibus sacrificiorum: & sic de aliis officiis, quæ non exprimuntur hic, ista enim cantorum, Leuitarum & sacerdotum, plenius exprimuntur & describuntur infra eodem libro a 23. c. vsque ad 26. inclusiuè.*

3 Aaron ve. *Hic describuntur officia sacerdotum, breuiter tamen, cum dicitur.*

4 Adolebant incensum super. *Quod erat extra tabernaculum in atrio, & ibi cremabatur incensum simplex, quod offerebatur cum hostiis & oblationibus.*

5 Super altare. *quod erat intra tabernaculum ante ædificationem templi, & postea in templo quando fuit ædificatum: & super illud cremabatur thymiama, quod erat compositum ex quatuor speciebus pretiosis redolentibus, vt habetur Exod. 30.*

6 In o. opus sanctisanctorum. *Licet tantum illa pars tabernaculi in qua erat altare thymiamatis, & candelabrum & mensa propositionis, vocaretur sanctum vel sancta tantummodo: tamen omnia opera q̃ fiebant ibi a sacerdotibus, vt pote compositio lucernarum, propositio panum, & crematio thymiamatis fiebant propter reuerentiam ipsius Dei cuius sedem repræsentabant illa quæ erant intra partem tabernaculi, quæ dicebatur sanctumsanctorum, videlicet arca, Cherubin & propitiatorium, sicut dictum fuit plenius Exod. 25. c. vnde & de propitiatorio dabantur responsa diuina quasi a Deo ibidem specialiter habitante, & ideo prædicta opera dicuntur opera sanct. sanctorum.*

7 Hi sunt autem filij Aron: Eleazar filius. *Hic consequenter replicat generationes Aaron, incipiendo ab Aaron, & terminando in Achimaas filio Sadoc: & non procedit vltra, quia solummodo hic enumerantur sacerdotes ab Aaron per Eleazarum filium eius, qui fuerunt vsque ad tempus Salomonis qui ædificauit templum.*

8 Et hæc habitacula eorum per vicos atq; confinia filiorũ scilicet Aaron, &c. *Hic consequenter agitur de ciuitatibus & locis filiorum Leui incipiendo a sacerdotibus filii Aaron, cũ dicitur:* Dederunt igitur. *Sequitur.*

9 Agros autem ciui. *Ciuitas enim Hebron & territorium in circumitu, fuit datum Caleb per Iosue, sicut habetur Iosue 14. ita q̃ erat dominus principalis ciuitatis & suburbii, quamuis concederentur habitationi sacerdotum. Territorium autem & villæ quæ erant ibi, fuerũt suæ quantum ad habitationem & dominium.*

10 Porrò filijs Aaron dederunt ciuitates. *& hic debet fieri pũctus, & subintelliguntur quæ postea subduntur.*

11 Ad confugiendum Hebron. *Hic similiter fit punctus, quia illæ quæ immediatè sequuntur, non fuerũt ciuitates refugii, fuerunt enim tantum sex ciuitates refugii, tres circa Iordanem. s. Hebron, Sichem, & Cedes in Galilæa, & tres trans Iordanem, scilicet Boser, Rameth in Galaad, & Gaulon in Basan, vt habetur Iosue. 20. & licet istæ sex ciuitates nominentur in hoc cap. in diuersis locis, non tamen nominantur hic ciuitates confugii nisi duæ tantum, s. Hebron & Sichem, sed de aliis quatuor idem est notandum.* (Ciuitates refugii.)

12 Omnes ciuitates tredecim cum suburbanis suis per cognationes suas. *tot fuerunt secundum veritatem, vt habetur in libro Iosue.*

13 Filiis autem Caath residuis de cognatione sua. *i. qui non erant sacerdotes, ita quod dicebantur Caathitæ tantum, & non Aaronitæ, vt dictum est supra: illis dederunt alia habitacula.*

14 Porro filiis Gerson per cognationes suas de tribu, &c. *Hic consequenter agitur de habitaculis Gersonitarum & Merariitarũ, ostendendo quæ ciuitates, & a quibus tribubus assignatæ sunt eis, & cũ hoc etiam intermiscet aliqua de filiis Caath. & patet litera vsque ibi.*

Quas

Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum Dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Beniamin vrbes has quas vocauerunt nominibus suis & his qui erant ex cognatione filiorũ Caath, fueruntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. Dederuntque eis vrbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis suis, Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Bethoron similiter, necnon Aialon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eundem modum. Porrò ex dimidia tribu Manassè Aner & suburbana eius, Balaam & suburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filijs autem Gerson de cognatione dimidiæ tribus Manasse Gaulon in Basan & suburbana eius, & Astaroth cum suburbanis suis De tribu Issachar Cedes & suburbana eius, Dabereth cum suburbanis suis, Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. De tribu vero Aser Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter: Hacoc quoque & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis. Porrò de tribu Nephthali Cedes in Galilæa & suburbana eius. Hamon cum suburbanis suis, & Cariathaim & suburbana eius. filiis autẽ Merari residuis de tribu Zabulõ Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis. Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho contra orientem Iordanis. De tribu Ruben Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis. Cademmeth quoque & suburbana eius, & Mephaath cum suburbanis suis. Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Manaim cum suburbanis suis. sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

† Baalam.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quas vo. ex no. su. *i. Leuitæ & sacerdotes denominauerunt loca eis assignata ad habitandum & nutriendum pecora ex nominibus suis: ad hoc quod istud esset testimonium in futurum, quia ista erant eis assignata a filiis Israel: quia tribus Leui non habuit hæreditatem distinctam sicut aliæ tribus. Cetera patent in litera.*

CAP.

CAPVT VII.

Porrò filij Issachar Thola & Phua, Iasub & Simeron, quatuor. Filij Thola, Ozi & Raphaia & Ieriel & Iemai & Iebsem & Samuel principes per domos cognationum suarũ. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid vigintiduo milia sexcenti. Filij Ozi Izrahia: de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Ioel, & Iesia, quinque, omnes principes. Cum eis per familias & populos suos† accincti ad prælium viri fortissimi trigintasex milia. Multas enim habuere vxores, & filios. Fratresque eorum per omnem cognationem Issachar, robustissimi † ad pugnandum, octogintaseptem milia * numerati sunt. Filij Beniamin, Bela, & Bechor, & Iadihel, tres. Filii Bela Esbõ, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth & Irai quinq; principes familiarum & ad pugnã dum robustissimi. Numerus autem eorũ viginti duo milia & trigintaquatuor. Porrò filii Bechor Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almath. Omnes hi filii Bechor. Numerati sunt aũt per familias suas principes cognationum suarum † ad bella fortissimi, viginti milia et ducenti. Porrò filii Iadihel Balã. Filii autem Balam, Iehus, et Beniamin, Aod, et Chananaa et Iethan, et Tharsis, et Ahisahar. Oẽs hi filii Iadihel principes cognationũ suarum viri fortissimi decem et septẽ milia et ducenti ad præliandum procedentes. Sephã quoq; et Haphã, filii Hir, et Hasim filij

¶ Alias Samron.

a ¶ Alias Isai. b ¶ Annumerato patre qui unicus fuit patris sui.

¶ Alias Ibdihel.

a ¶ A quo egressi sunt Beniamitæ: qui nefario concubitu occiderunt vxorem Leuitæ.

* per familias suas.

† milites exercitus belli.

† viribus, & infra.

* omnes per seriem generationis eorum.

† viri.

CAP. XVII.

a Omnes hi. fi. Bo. Vbicunq; in lege scribitur: *Omnes hi filii*, istius vel illius aut pro meritorũ excellentia est: aut pro meritorũ deterioratione, vt eius dicantur esse filii cuius fuerũt imitatores.

b *Sepham, &c. Fi. au. Nep. &c. Filii Balaa.*

✠ Hic. Hæc fuit concubina Iacob. Quidam putant ideo illã in hoc loco ab Esdra nominatã, quia post mortem Iacob legatione functa fuerat inter Ioseph, & cæteros patriarchas, quia peccati sunt eũ, ne recordaret peccati eorũ.

Concub.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VII.

1 Porro filii Issa. *Hic consequenter ponit generationes aliarum sex tribu s. Issachar, Beniamin, Nephthali, Manasse, Ephrahim & Aser: de tribubus vero Dan & Zabulon non facit mentionem. Primò ergo agitur de generationibus istarum tribuum. secundo resumitur tribus Beniamin, vt diffusius describetur. c. 8. Circa primum describitur primo generatio tribus Issachar secundò Beniamin, ibi:* Filii Beniamin. *tertio Nephthali, ibi:* Filij autem Nephthali. *quarto Manasse, ibi:* Porro filius Manasse. *quinto Ephraim, ibi:* Filii autem Ephraim. *Sexto Aser: ibi:* Filii Aser. *De tribu vero Dan & Zabulon non describitur aliqua genealogia: cuius causa ab aliquibus assignatur: quia quælibet tribus habebat librum genealogiæ suæ. Esdras autem scriptor huius libri, vt dictum fuit a principio, forsitan non inuenit libros genealogiarum tribus Dan & tribus Zabulon, quia perditi fuerunt in captiuitione decem tribuum, vel alio modo. Circa primum dicitur,* Filii Issa. *& subditur,*

2 Et Sime. *Iste vocatur Semron: Gen 46.*

3 Numera. sunt in dic. Da. *quando præcepit numerare populum, vt habetur. 2. Reg. 24.*

4 Quinque omnes prin. *Hoc intelligitur connumerato patre. Cætera patent vsque ibi.*

5 Filii Ben. *Hic consequẽter describitur genealogia tribus Beniamin & patet litera vsque ibi.*

6 Sepham quoque & Hapham filii Hir & Asim filij Aser. *In Hebræo habetur:* Filii Aher. *Et ponitur hic filii in plurali pro filius vel cum isto Hasim intelliguntur alii filii Aher. Dicit autem hic glossa Hebraica, quod Esdras istos Sepham & cæteros posuit hic vltimo in genealogia Beniamin, quia nesciebat vtrum essent de tribu Beniamin vel non, eo quod non inuenit reductionem genealogiæ ipsorum ad tribum Beniamin certitudinaliter, sed hoc non videtur conuenienter dictum. Tũ Hebrai dicunt, quod Esdras scripsit hunc librum per adiutorium & directionem Aggæi & Zachariæ prophetarum sibi contemporaneorum, qui spiritu prophetico loquebantur. Tum quia in scriptura*

2 Et

Aher. Filii autem Nephthali, Iasiel, et Guni et Ieser, et Sellum, [1]

a ¶ Concubinæ Iacob ancillæ Rachelis matris Nephtha isa quo isti sunt generati.

a filii Bala. Porrò filius Manasse Ezriel, † concubinaque eius [2] Syra peperit Machir patrem Galaad. Machir autem accepit [3] [4] b vxores filiis suis † Happhim, et Sapham, et habuit sororem [5] nomine Maacha. Nomen autem secundi Salphaad. Natæq; [6]

2 ¶ Quæ in libro numerorum petunt a Moyse hæreditatem inter fratres suos:

sunt salphaad filiæ. Et peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitq; nomen eius Phares. Porrò nomen fratris eius sares, et filii eius Vlam et † Recen Filius autem Vlam, Badan. Hi sunt filii Galaad filii Machir filii Manasse. c soror autem eius † Regina [7] d peperit virum decorum et Abiezer et Mohola. Erant autem filii semida, Ahin, et Sechem: et Leci, et Aniam. Filii autem Ephraim suthala, Bared filius eius, Thahath filius eius: † Elada filius [8] eius, Thahath filius eius, et huius filius † Zabad, et huius filius suthala, et huius filius Ezer et Elad. Occiderũt ãt eos viri Geth [9]

A a *Concu. eius*. Hæc dicitur fuisse filia filij Balã, quæ in Aegyptum fame cogente a patre venalis ducta a Manasse: qui horreis præerat cibarijs, patri datis in cõiugium misericorditer suscepta est.

B b *Happhim, &c.* prioris filij Machir hæc duo nomina esse dicuntur, sed secundũ esse Salphaad & eorum sororem Maachan, quam Hesron cum sexaginta esset annorum accepit vxorem, quæ peperit ei filium Segub, sicut supra dictum est.

C c *Soror autem eius re.* Soror Vlam filij Phares, filij Machir, vt prædictum est, hanc quidam tradunt fuisse matrem Iesu filij Naue, qui vir decorus nuncupatur, ob insigne virtutis, & principatus. Alij dicunt Deboram vxorem Lapidoth prophetissam.

D d *Filii autẽ Ephraim.* Fabulantur Hebræi quod filij Ephraim congregata multitudine viuente patre conati sunt ad terrã promissionis reuerti & in Geth Palesthinorũ occisi sunt, vnde ceteræ tribus per desertum adducuntur, ne viderent ossa fratrum suorum, & in psa. dicitur: *Filii Ephraim conuersi sunt in die belli.*

E F

† filiis suis. * Haphron. † Molepheth. † Eladan. † quem peperit concubina eius syra, quę & peperit. Iuyic. 4. † Rehen. Hieron. † Isod † Thahad † Daph Psal. 77.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* ra sacra si aliquid esset positum dubium, hoc esset a spiritu humano & non a spiritu diuino.

1 Fi. aut. Nephthali.. *Hic ponitur genealogia tribus Nephthali: & multum breuiter.*

2 Filij Bela. *Ista autem fuit ancilla Rachel ab eadem in coniugio ipsi Iacob data, vt habetur Gen. 30. de qua natus fuit Nephthali, vt habetur ibidem. & ideo cum dicitur.* Filii Bala, *ly* filij, *refertur ad Nephthali: & est singularis numeri, & genetiui casus, si autem fit pluralis numeri, prout sonat litera Hebraica, sic filii Nephthali hic dicuntur filii Balæ matris suæ: eo modo loquendi quo frequenter in sacra scriptura filii filiorum dicuntur filii parentum.*

3 Porro filius Manasse, &c. *Hic describitur genealogia tribus Manasse.*

4 Peperit Ma patrem Ga. &c. *fuit enim potẽs & magnus in terra illa, propter quod dicitur pater eius, ut frequenter dictum est in consimilibus.*

5 Et ha. so. no. Maacha. *Ista est alia ab illa Maacha, quæ citò post dicitur vxor Machir.*

6 Nataeque sunt Sal. fi. *Iste fuit lapidatus propter collectionem lignorum in sabbatho, nec habuit filios: propter quod eius filiæ acceperũt partem hæreditatis loco patris de voluntate domini, vt habetur Nu. 27. Sequitur.*

7 Soror autem eius Re. pe. virum decorum. *In Hebræo habetur* Peperit Secor, *& est nomen proprium vnius hominis, vt dicunt Hebræi.*

8 Filii autem Ephra. *Hic describitur genealogia tribus Ephraim, & legatur litera prout iacet vsque ibi.*

9 Occiderunt autem eos viri Geth. *Istud autem exponitur ab Hebræis multipliciter. Vno modo quod isti descendentes de Ephraim filio Ioseph patre eius adhuc viuente, ante exitum filiorum Israel de Aegypto sub Moyse collegerunt multitudinem, vt intrarent terram promissionis: tum quia Ioseph moriens dixerat quod dominus post mortem suam educeret filios Israel de Aegypto, & induceret eos in terra promissionis, vt habetur Gene. vlti. Tum quia Iacob patriarcha benedicendo filios Ioseph præposuerat Ephraim ipsi Manassæ, vt habetur Genes. 48. propter quod filii eius erant magis elati & audaces. & venerunt versus terram promissionis per viam breuiorem. s. per terram Philisthinorum, quæ vicina est, vt habetur Exod. 13. & tunc a Gethæis fuerunt debellati: quia præoccupabant tempus redenndi ad terram promissionis secundum quod dicitur Gen. 15. quod 400. annis deberent esse filii Israel* peregrini in terra non sua, *vt ibidem fuit declaratum, qui nõ dum adhuc erant completi. Et huic expositioni concordat quod postea hic dicitur. s. quod Iosue: filius Num minister Moysi in exitu de Aegypto, nepos fuit El sama filii Amiud, filii Laadan, filii Thale, filii Beria, vt dicunt Hebrei, filii Ephraim, & sic in sexta generatione natus est Iosue de Ephraim, sicut & Eleazar de Leui in quinta, vt dictum fuit Genes. 15. Sed huic expositioni obuiat quod dicitur in textu:* Filia aũt eius. *s. Ephraim* fuit Sara: quæ ædifi. Bethoron inferio. &c. *quia istæ ciuitates sunt in terra promissionis ĩ sorte Ephraim, vt habetur Iosue 16. vbi non potuit ædificari per mulierem descendentem de Ephraim nisi post ingressum filiorum Israeli in terram promissionis & assignationem hæreditatis singulis tribubus. A natiuitate vero Ephrahim vsque ad illud tempus fluxerunt anni. 256. ad minus. & ideo non videtur quod tunc posset esse aliqua filia genita ab Ephraim, quæ ædificasse ciuitates illas. Probatio assumptæ, quia a natiuitate Isaac vsque ad exitum de Aegypto fluxerunt anni quadringenti, vt declaratũ fuit Gen. 15. a quibus si subtrahantur anni qui fluxerunt vsque ad natiuitatem Ephraim, remanent anni ducenti & decem: quia Isaac sexagenarius genuit Iacob, vt habetur Gen. 25. Iacob vero centum triginta annorum erat, quando descendit in Aegyptum. vt habetur Gen. 47. & sic de prædictis quadringentis annis vsque ad exitum de Aegypto remanent. 210. ad minus a natiuitate Ephraim, quia natus erat quando Iacob descendit in Aegyptum, vt habetur, Genes. 48. quibus si addantur quadraginta anni quibus filii Israel fuerunt in deserto post exitum de Aegypto, & sex in quibus Iosue pugnauit contra reges Chanaan antequam diuideret terram, prout ostensum fuit Iosue 11. & 14. habentur anni 256. Igitur secundum istam expositionem oportet dicere, quod Sara quæ hic dicitur filia Ephraim non fuit filia eius immediata, sed per multas generationes descendit de eo, & fuit in potestate sua post qaam filii Israel in terra promissionis habuerunt sortes assignatas: & sic ædificauit ciuitates dictas, propter quod hic nominatur inter filios Ephraim patriarchæ propter magna quæ fecit in ædificatione ciuitatum.*

Alia modo exponitur de illis qui contra voluntatem Moysi post exitum de Aegyto iuerunt ad prælium cõtra aduersarios, & debellati fuerunt, & multi eorum occisi, vt habetur Num. 13. in fine. & secundum hoc non potest dici, quod iste Ephraim qui dicitur hic eos lamẽtasse fuerit Ephraim filius Ioseph, quia illud bellum fuit secundo anno egressionis de Aegypto: & sic iste Ephraim fuisset tunc 212. annorum, vt patet ex prædictis, & non est verisimile, quod tantum vixerit maximè qa Exod. 1. dicitur, ꝙ mortuus fuit Ioseph & omnis cognatio illa antequã filii Israel exirent de Aegypto. Item dato, ꝙ vixisset, transiuisset in eo tempus generandi, & tamen de isto Ephraim qui dicitur hic lamentasse filios suos, dicitur ꝙ postea genuit Beria, sic nominans eum, eo ꝙ in malis domus eius ortus esset, id est, per occisionem filiorum. Beria enim interpretatur in malo. Item aliqua dicuntur hic in textu & Nu. 14. quæ videntur obuiare huic expositioni. quia hic dicitur. Occi. autem ẽ os viri, Geth. *qui erant Philisthæi. & Num. 14. dicitur, ꝙ Amorrhæi et Amalecitæ interfecerunt illos qui contra voluntatem Moysi ausi fuerunt ire ad prælium. Item hic dicitur ꝙ isti fuerunt occisi a Gethæis, eo ꝙ descenderant ad inuadendum possessiones eorum, ibi autem dicitur: At illi contenebrati ascenderunt in montem ad pugnandũ contra Amorrhæum & Amalec. & ideo propter ista non videtur posse stare ista expositio secunda.*

Tertio modo exponitur de viris existentibus de tribu Ephraim, *qui postquam habuerunt sortem in terra promissionis per Iosue multiplicati fuerunt & reborati, & confidentes de sua multitudine & fortitudine descenderunt de mõte* Ephraim *versus terram Philisthinorum: quæ est super mare mediterraneum: sed viri Geth indigenæ occiderũt eos. Et ponitur in textu.*

* Indigenæ

† qui nati erāt in terra. † acciperent greges.

1 † indigenæ, quia descenderant vt † inuaderent possessiones eorum. Luxit igitur Ephraim pa- ¶ Patriarchæ qui adhuc supererat, vel cognati, qui sæpe fratres dicuntur. A ter eorum multis diebus. & venerunt fratres eius vt consolarentur eum. Ingressusque est ad vxorem suam, quæ concepit & peperit filium, & vocauit nomen eius Beria, eo quod in malis domus eius ortus esset. 2 Filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Bethoron inferiorem & superiorem & Ozensara. 3 Porrò filius eius Rapha, Reseph, & 4 Thale, de quo natus est † Thaan, qui genuit Laadan. 5 Huius quoque filius Ammiud qui genuit Elisama, de quo ortus est Num, 6 qui habuit filium Iosue. 7 Possessio autem eorum & habitatio Bethel cum † filiabus suis contra orientem Noran ad occidentalem plagam Gazer & filiæ eius, B sichem quoque cum filiabus suis vsq; ad Aia cum filiabus eius. Iuxta filios quoque Manasse Bethsan & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo D & filias eius, Dor & filias eius. In his habitauerunt filij Ioseph filij Israel: 8 Filij Aser Iemna, & Iesua, & Iessui, & Baria, & Sara soror eorum. Filij autē 9 Baria, Heber, & Melchiel: ipse est pater Barzaith. Heber autem genuit Iephlat & Somer, & Hothā et Suaa sororem eorum. Filij Iephlat Phosech et Bamaal, et Asoth: hi filij Iephlat. Porrò filij Somer, Ahi, et Roaga, et Haba et Aram. Filij autem Helem fratris eius Supha et Ienna et Selles, et Amal. Filij Supha, Sue Harpher, et Sual, et Beri, et Iamra, Bosor, et Hod, et Samma, et Salusa, et Ie-10 thran, et Bera. Filij, Iether Iephonne, Phalpha et Ara. Filij autē Olla Aree et Haniel, et Resia. Omnes hi filij Aser, principes cognationum electi atque fortissimi duces ducum. † Numerus autem eorum ætatis quæ apta esset ad bellum 26. milia. E

† Thecn

† viculis eius & infra.

† Recensiti sūt autem per seriem generationis eorum, qui apti essent ad bellum numero.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

Indigenæ.

✠ 1 Indigenæ. *ad exprimendum modum occisionis. Indigenæ enim dicuntur nati de terra illa. vnde indigenæ dicuntur quasi inde geniti, et propter hoc sciebant passus terræ difficiles ad transeundum & sic pugnauerunt cum filijs Ephraim in loco vbi filii Ephraim non poterant se bene defendere. Igitur secundum istam expositionem oportet dicere, ꝙ ille Ephraim qui dicitur hic lamentasse filios suos occisos, qui fuerūt principales in hoc facto. s. illo conflictu fuit alius ab Ephraim filio Ioseph, & multo tempore post ipsum, tamen nominatus eodem nomine, sicut frequenter contingit. Et huic expositioni consonat quod subditur.*

2 Filia autem eius fuit Sara quæ ædificauit Betho. in fe. & supe. *Non enim potuerunt istæ ciuitates ædificari ab ipsa donec filii Ephraim fuerunt potentes in sorte sua.*

3 Et Ozensara. *Istam ciuitatem nominauit ex nomine suo. Sed dictæ expositioni videtur obuiare quod subditur. s. quod Iosue filius Num descendit de istis: & tñ certum est, ꝙ ipse fuit ante ingressum terræ promissionis, & iam erat senex & prouectæ ætatis, quando diuisit terram filiis Israel, vt habetur Iosue 13. & ideo secundum istam expositionem tertiam quando subditur hic in litera.*

4 Porro fi. eius Rapha. *oportet dicere ꝙ ista litera non refertur ad præcedentia immediatè, sed ad Ephraim filium Ioseph: ita ꝙ propter reuerentiam Iosue, qui fuit valde magnus in populo Israel, scriptura incipit describere eius genealogiam ab Ephraim patriarcha. vt sit sensus:* Porro fi. e. *i. Ephraim patriarchæ.*

5 Rapha. & Re. & Tha. de quo. s. Thale. na. est Thaā. *sequitur.*

6 Qui ha. fi. Io. *Et sic Iosue descendit de Ephraim in septima generatione.*

7 Posses. au. &c. cum fi. *i. cum villis sibi adiunctis. ista tamen ciuitas Bethel alia est a Ierusalē, quæ vocata fuit Bethel, prout dictum fuit Gen. 28. quia Ierusalē partim fuit in sorte Iudæ & partim in sorte Beniamin. Ista autem Bethel fuit in sorte Ephraim, & ibi posuit Ieroboā vnum de duobus vitulis aureis quos fecit, vt habetur 3. Reg. 12.*

Iudic. 20. g. 2. Reg. 61. b.

8 Filij Aser. *Hic vltimo describitur genealogia Aser. & patet litera vsque ibi.*

9 Ipse est pater Bar. *Nomen est loci vbi Melchiel fuit dominus vel vir famosus.*

10 Filij Iether: Iephonne. *Iste est alius a patre Caleb, qui fuit de tribu Iuda: iste autem de tribu Aser.*

4. Porro

CAP.

CAP. VIII.

Beniamin, &c. Sequitur.

a *Qui translati sunt in Ma.* Quando pro scelere in vxorem Leuitæ gladio corruerunt, & sexcenti tantum remanserunt.

b *Naaman autem & Achia.* principes fuerunt, sed Gera se subdiderunt. Vnde singulariter dicitur: *ipse transtulit eos*, de quo exijt progenies Gera, qui fuit pater Semei.

CAPVT VIII.

1 Beniamin autem genuit Bela primogenitum suū, Asbel secundum, Ahara tertium, † Nohaa quartū, 2 & Rapha quintum. Fueruntq; filij Bela Adda, & Gera, & Abiud: Abisue quoq; & Naamā & Ahoc: sed & Gera, & Sephuphan, & Iurā. 3 Hi sunt filij a Ahod, principes cognationū habitātiū in Gabaa, b qui trāslati sunt in ¶ Sepulchrum. Manath. Naamā ¶ Vel Noaman. autē & Achia ¶ Vel Haia. 4 5

† Nabn.

F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Beniamin autem. *Hic resumitur genealogia Beniamin, vt diffusius scribatur, & hoc fit principaliter propter Saul regem, qui fuit de hac tribu. Primo igitur ponitur genealogia Beniamin in generali. secundo ipsius Saul in speciali, ibi:* In Gabaon autem. *Circa primum dicitur.*

1 Ben. au. ge. Be. pri. su. & sec. *qui vocatur Asbal Nu. 27.*

2 Fue. fi. Bela. *Dicunt aliqui ꝙ iste Gera fuit pater Semei. sed hoc nō est verum, quia iste Gera fuit nepos Beniamin patriarchæ, vt patet hic, a cuius tempore vsque ad tempus Semei fluxerunt sexcēti anni et plus: quia anno 400. & 80. egressionis de Aegypto fundatum fuit templum per Salomonem, vt habetur 3. Reg. 6. qui Salomon interfecit Semei vt habet. 3. Reg. 2. & ideo ille Gera qui dicitur pater huius Semei. 3. Reg. 16. fuit alius ab isto Gera, & longo tempore post ipsum.*

3 Hi

3 Hi sunt fi. Ahod. *Iste est qui vocatur Aiod Iudic. 3. qui fuit iudex in Israel: & interfecit Eglon regem Moab, vt ibidem habetur.*

4 Qui tran. sunt in Manath. *i. in sepulchrum vt dicunt aliqui expositores nostri, & intelligitur hoc de Gabaonitis: qui propter vxorem Leuitæ quam afflixerant incredibili libidine, vt habetur Iud. 16. f. interfecti fuerunt, & isti descenderunt de Ahod. Sed litera sequens contrariatur huic expositioni, in qua dicitur.*

5 Naaman au. & Achia & Ie. *associati fuerunt illi in hoc facto, cū igitur iste fuerit de tribu Beniamin, qui non interfecerunt prædictos Gabaonitas, sed magis iuuerunt eos, vt habetur Iud. 20. patet ꝙ dicta expositio non est vera. Et ideo dicunt hic Heb. quod Manath non significat hic sepulchrum, sed est nomen proprium cuiusdam terræ ad quam isti fuerunt translati per Naaman & socios eius. vtrum autem fuerūt translati illuc per bellum vel per commutationem hæreditatum seu alio modo, non dicunt expositores Hebraici vel Latini.*

✠ Porro

A & Gera: ipse transtulit eos: & genuit Oza & Ahiud. Porrò Saharaim genuit in regione Moab postquam dimisit Husim, & Bara vxores suas. Genuit autem de Hodes vxore sua Iobab & Sebia & † Mosa & † Molchon: Iehus quoque & Sebia, & Marma. Hi sunt filii eius principes in familiis suis. † Mehusim verò genuit Abitob & Elphaal. Porrò filii Elphaal Heber, & Misaam, & † Samad. Hic ædificauit Ono & Lod & filias eius. Baria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon.

† Musa. † Melchon. † Vel Dehusim. † Sama.

a ¶ Quia vlti sunt fratres suos filios Ephraim.

b ¶ Vel Hio.

B Hi fugauerunt habitatores Geth, & Ahio[b] & Sesac: & Ierimoth, & Zabadia, & Arod, & Heder, Michael quoque & Iepha, & Ioha filij Baria, & Zabadia, & Mosollam, & Hezeci; & Heber, & Iesamari, & Iezlia, & Iobab filii Elphaal, & Iacim, & Zechri, & Zabdi, & Elioenai, & Selethai, & Eliel et Adaia, et Baraia, & Samarath filii semei. Et Iesphan, & Heber, & Eliel, et Abdon, et Zechri, & Hanam, & Hanania, et Ælam, et Anathothia, et Iephdaia, et Phanuel filii Sesac. Et Samsari, et Sohoria, et Otholia, et Iersia, et Elia, et Zechri, filii Ieroham. Hi

C † patriarchæ, et cognationũ principes qui habitauerunt in Ierusalem. In Gabaon autem habitauerunt Abigobaon, et nomen vxoris eius Maacha: filiusque eius primogenitus Abdon, & Sur. et Cis, et Baal, et Nadab. Gedor quoque et Ahio, et Zacher, et Macelloth. Et Macelloth genuit Samaa. Habitaueruntque ex aduerso fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis.

† principes familiarum per generationes suas & ipsi principes.

D † Ner autem genuit Cis, et Cis genuit Saul. Porrò Saul genuit Ionathan et Melchisua et † Abinadab et Esbaal. Filius autem Ionathan Meribbaal genuit Micha. Filii Micha Phithon et Melech, et Tharaa, et Ahaz: et Ahaz genuit Ioada, et Ioada genuit Almath, et Asmoth, et Zamri. Porro Zamri genuit Mosa: et Mosa genuit Banaa: cuius filius fuit † Raphata: de quo

† 1 Reg. 9. a. † Aminadab.

E ortus est Elisa, qui genuit Asel. Porro Asel sex filii fuerunt his nominibus Ezricam, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, et Hanan: Omnes hi filii Asel. Filii autem † Esec fratris eius, Vlam primogenitus: et Iehus secundus: et Eliphalet tertius. Fueruntque filii Vlam viri robustissimi, et magno robore tendentes arcum, et multos habentes filios ac nepotes vsque ad centum quinquaginta. Omnes hi filii Beniamin.

† Rapha. † Asec.

a ¶ Numerus refertur ad filios Vlam, vt sit sensus: fuerunt filij Vlam centum quinquaginta per hyperbaton.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Porro Saharaim genuit in regione Moab.* Causa autem quare illuc iuit, subditur.

2 *Postquam dimisit Husim & Bara vxores suas.* quia fortè erant adulteræ vel sibi tædiosæ. & ideo ijs dimissis accepit aliam vxorem in regione Moab, de qua subditur.

3 *Genuit autem de Hodes vxore sua.* Et ceteros.

4 *Mehusim verò genuit.* Quæ fuit prima vxor Saarahim, vt prædictum est: *genuit Abitob.* & subditur.

5 *Hæc ædificauit.* nomina sunt ciuitatum quas ædificauit Samad.

6 *Et filias eius.* id est, villulas adiacentes.

7 *Baria autem & Sama.* Baria hic est nomen viri.

8 *Principes cognationum habitantium in Aialon.* nomen est ciuitatis, de qua dicitur Iosue 10. cap. *Sol contra Gabaonne mouearis, & luna contra vallem Aialon.*

9 *Hi fugauerunt.* scilicet Baria & Sama & socij eorum.

10 *Fugauerunt habitatores Geth.* Philisthæi enim qui habitabant in Geth, ascenderunt in sortẽ Beniamin ad deprædandum, & ab istis de tribu Beniamin fuerunt debellati & fugati, sicut econuerso filii Ephraim volẽtes depredari Gethæos, ab ipsis fuerunt debellati & occisi, vt dictũ fuit cap. præced.

11 *Et Ahio, &c.* Nomina sunt virorum de Beniamin, qui fuerunt in debellatione Gethæorum, vsque ibi exclusiue.

12 *Filij Elphaal* Vbi incipit describere alias generationes.

13 *Hi patriarchæ.* id est, principales inter principes illius cognationis.

14 *Qui habitauerunt in Ierusalem.* Hæc enim ciuitas partim cadit in sortem Iudę, & partim in sortem Beniamin, vt dictum fuit in lib. Iosue. & ideo non solum habitabant ibi aliqui de tribu Iuda, sed etiam aliqui de tribu Beniamin.

15 *In Gabaon autem habit.* Hic consequenter describitur cognatio Saulis regis in speciali, cum dicitur: *In Gabaon autem habitaue. &c.* In Hebræo habetur. *Pater Gabaon.* Et sunt duæ dictiones, & significant illum qui erat principalis in illa ciuitate, & quòd ista sit vera litera, patet ex hoc, quòd circa finẽ cap. seq. resumitur ista cognatio quasi sub eisdem verbis, & dicitur ibidem: *In Gabaon autem commo. sunt, &c.* quando autem dicitur hic habitauerunt, subintelliguntur alij qui in eadem ciuitate habitauerunt cum isto principali.

16 *Cis & Baal.* ex hoc dicunt doctores quòd Cis pater Saul, & Ner pater Abner principis militiæ Saul fuerunt fratres, & per consequens Saul & Abner cognati germani, vt dictum fuit supra 1. Reg. 14.

17 *Ner autem ge. Cis.* Sed quomodo genuit eum, quia dictum est quod fuit frater eius? Ad hoc dicunt expositores communiter, quod fuit frater eius senior eo: & ideo mortuo patre iste Ner educauit & custodiuit Cis fratrem suum, & ex hac nutritione vocatur hic pater eius. propter quod iste Cis dicitur habuisse alium patrem naturalem 1. Reg. 9. a. vbi dicitur quod *erat vir de Beniamin nomine Cis filius Abiel, &c.*

18 *Et Cis genuit Saul.* vt habetur 1. Reg. ibidem.

19 *Et Esbaal.* iste 2. Reg. vocatur Isboseth, & successit Saul in regno fratribus suis interfectis.

20 *Meribbaal.* Iste est qui vocatur Miphiboseth 2. Reg. qui fuit commẽsalis Dauid propter amorem Ionathæ patris sui, Cetera legantur prout iacent in litera vsque ibi.

21 *Et multos habentes filios, &c.* Aliqui habent milia, sed non est de textu, quia non est in Hebr. nec in libris correctis, & meritò quia in tota tribu Beniamin non erant tot viri bellatores, & multò minus in generatione vnius hominis qui vocatur hic Vlam.

CAP. IX.

A a Vniuersus ergo, &c. Sequitur. b Nathinei. Domum vel in humilitate seruientes. Hi sunt Gabaonitæ, quos Iosue vitæ donauit, & seruitio templi deputauit, vt aquas & ligna portarent. *Theodor. Hæc ostendũt scriptionẽ huius libri esse posteriorẽ captiuitate. Nemo enim scribens historiam dicit quæ postea facta sunt: est enim prophetarum proprium prædicere futura. Dicit autem quod etiam cũ eis fuerunt captiui qui ante ipsos illam habuerũt terrã. Nam cum eis multi habitabant & Chananæi & Hetthæi & Iebusæi, & fuerunt socij calamitatis. Israelitis autẽ adducti sunt captiui & sacerdotes & Leuitæ. Nathinæos autẽ opinor appellari ἱεροδούλους, id est, sacros seruos, qui nominãtur. Multi enim seipsos cõsecrabãt ad ministeria sacerdotum & Leuitarum. Licebat enim etiam his qui erant ex aliis tribubus, & aquam ferre & ligna scindere, & quæcunque sunt huiusmodi alia facere. Si Gabaonitis, multo magis Israelitis conueniebat hoc ministerium. c Helciæ filii Mosollam, &c. Hic fuit sacerdos magnus, qui Deuteronomium inuenit in templo domini in tempore Iosiæ, & dicitur pater fuisse Ieremiæ prophetæ. a Carpen-

Hieron. Hieronym. Iosue. 9. b. Quæst. in 1. Paralip. — † per seriem generationis. † Amroi. † ducis.

CAPVT IX.

a ¶ Per Dauid, vel per Salomonem vel per quemlibet alium regem.

Vniuersus ergo Israel dinumeratus est, [1] * & summa [2] eorum scripta est in libro Regum Israel & Iuda. [3] Translatique sunt in Babylonem propter delictum suum. [4] Qui autem habitauerunt primi in possessionibus & vrbibus suis Israel, & sacerdotes & Leuitæ, & [5] Nathinei. [6] [7] Commorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda & de filiis Beniamin. De filiis quoque Ephraim, & Manasse. Othei filius Ammiud filius Amri, filii † Omrai, filii Bonni. De filiis Phares filii Iuda, & de Siloni Asaia primogenitus & filii eius, De filiis autem Zara, Iehuel, & fratres eorum, sexcenti nonaginta. Porrò de filiis Beniamin, Salo filius Mosollam filii Oduia, filii Asana, & Iobania filius Ieroham, & Ela filius Ozi filii Mochori, & Mosollam filius Sapharie, filii Rahuel, filii Iebaniæ, & fratres eorum per familias suas, nongenti quinquagintasex. Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum. [8] De sacerdotibus autem Iedaia, Ioiarib, & Iachin. Azarias quoque filius Helciæ filii Mosollam, filii Sadoc, [9] filii Maraioth, filii Achitob, † pontifex domus Dei. Porro Adaias filius Ieroham, filii Phassur, filii Melchiæ: Maasai filius Adiel, filii Iezra, filii Mosollam, filii Mosollamith, filii Emmer. Fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo Dei. [10] De Leuitis autem Semeia filius Assub filii Ezricam, filii Hasebia de

a ¶ Partim per Theglathphalanasar, partim per Nabuchodonosor.

¶ Vel Elam.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

Diuisio.

Vniuersus ergo, &c. Superius descriptæ sunt generationes descendentes à filijs Iacob vsque ad transmigrationem Babylonis, hic consequenter agitur de illis qui fuerunt post transmigrationem, & diuiditur præsens capitulum in tres partes, quia primò ponitur continuatio respectu præcedentium. Secundò executio præsentium, ibi: *Qui autem habitauerunt.* Tertiò continuatio respectu sequentium, ibi: *In Gabaon autem.* Circa primum dicitur.

1 *Vniuersus ergo Israel, &c.* q.d. licet in præcedentibus genealogię filiorum Israel sint descriptæ, hoc tamen est breuiter & chronicè: sed numerus dictarum genealogiarum alibi descriptus est perfectius, & vbi scriptus sit hic ondit cũ subdit.

2 *Et summa, &c.* Dicit autem glos. Hebr. quòd liber iste vbi scriptæ sunt genealogiæ perfectè vsque ad minima non habetur, sicut nec liber Ahię Silonitis & Addo videntis, & plures alii libri qui in scriptura allegantur, nec tamen habentur. Aliqui verò exponunt de numeratione facta per Ioab de precepto Dauid, qui continetur 2. lib. Reg. 24.

3 *Translatique, &c.* Non fit hic mentio de translatione filiorum Israel quę facta fuit per Theglathphalanasar regem Assyriorum, de qua habetur 4. Reg. 15. nec de illa quę facta est per Salmanasar nono anno Osee, de qua habetur 4. Reg. 18. quia de istis duabus captiuitatibus non redierunt ad terram Israel, sed de tertia captiuitate quę facta fuit per Nabuchodonosor regem Babylonis, qui transtulit illos qui habitabant in regno Iuda, scilicet tribum Iuda & Beniamin & Leui: quia de ista captiuitate post septuaginta annos redierunt in Ierusalem & in terra Israel de licentia Cyri regis Persarum, vt habetur 2. Paral. vlt. capit. & 1. Esdrę. 1. d. & aliqui redierunt in propriis personis, qui adhuc viuebant, vt habetur 1. Esdrę 3. quòd fundato templo secundo, illi qui viderant primũ templum, flebant, alij autem redierunt in filijs: in quibus patres manent aliquo modo. Sciendum tamen, quòd de alis tribubus aliqui euaserunt manus Theglathphalanasar & Salmanasar, qui venerũt ad habitandum in regno Iuda. Sed isti postea fuerunt translati in Babylonem per Nabuchodonosor cum alis, & de captiuitate redierunt cum ipsis aliqui in propriis personis. Qui nondum erant mortui, & aliqui in filiis suis, vt habetur infra.

4 *Qui au. habi. pri.* Hic consequenter agitur de illis qui redierũt, & primò de tribubus in generali, secundò de tribu Leui in speciali, ibi: *De sacerdotibus aũt.* Circa primũ dr. *Qui habi. pri.* id est, primò redeuntes de captiuitate Babylonica.

5 *In vrbi. &c.* Et quod de illis loquatur, patet per similem modum loquendi de istis 1. Esdrę 2. vbi dicitur: *Hi sunt autẽ prouinciæ filii qui ascenderunt de captiuitate* & sequitur: *Et reuersi sunt in Ierusalem & Iudæam vnusquisque in ciuitatem suam.* Et in fine ca. dicitur. *Habitauerunt ergo sacerdotes & Leuitæ de populo & cantores & ianitores & Nathinei in vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.* 6 *Et Nathinei.* Isti erant Gabaonite ad Iudaismum conuersi, & fuerunt deputati ad portandum aquas & ligna ad locum cultus diuini, vt habetur Iosue 9.

7 *Commo. &c.* in reditu de captiuitate Babylonica soliciti fuerunt illi qui presidebant populo, vt ciuitas Ierusalẽ habitaretur, eo q̃ ibi reędificatũ fuit tẽplũ ad cultũ diuinum, sed multi de populo magis volebant habitare in aliis locis Iudęe ad colendum agros & vineas & consimilia, & quia habitatoribus in Ierusalẽ imminebant pericula ab aduersariis eo quòd ciuitas illa erat odiosa gentibus habitantibus in Samaria & ciuitatibus circumadiacentibus. Vnde & frequenter impediuerunt reędificationem templi & ciuitatis, vt patet Esdrę 1. & 2. in pluribus locis, propter quod aliqui de populo Israel qui erant deuotiores obtulerunt se voluntarie ad habitandũ in Ierusalem: propter quod benedixit illis Deus, vt habetur Neemię 11. sed quia illi nõ sufficiebant, missę sunt sortes ad determinandum qui habitarent de singulis tribubus in Ierusalem, vt habetur ibidem. Sciendum autem quod istorum habitantium in Ierusalem numeri & nomina in pluribus variantur hic & Neemi. 11. cuius variationis triplex ratio assignatur. Prima est quod non integraliter exprimũtur in vtroque loco, sed partim hic, & partim ibi: propter quod aliqui hic tacentur qui ibi exprimuntur, & econuerso. Secunda ratio est, quia plures de istis fuerunt binomij vel trinomij, & sub vno nomine hic exprimuntur, & ibi sub alio. Tertia est, quia idem nomen aliquando variatur in Hebreo, sicut & in Latino, vt frequenter dictum est, & propter talem variationem videntur aliquando variari personę, quę tamen sunt eędem, & sic possunt solui dissonantię apparentes, & discurratur litera sicut iacet.

8 *De sacerdotibus.* Hic consequenter agitur de tribu Leui in speciali, & primo de sacerdotibus, & patet litera vsque ibi.

9 *Filii Sadoc.* Iste fuit alius ab illo Sadoc quem constituit Salomon summum sacerdotem pro Abiathar 3. Reg. 2. & longo tempore posterior illo.

10 *De Leuitis autem.* Postquam enumerauit sacerdotes, consequenter enumerat Leuitas secundum nomina & officia.

Bacba-

a *Carpentarius.* *Hieron. Bachbachar carpentarius idcirco describitur, quia artificio suo fungebatur in domo domini, & erat de tribu Leui.

b *Idithun.* cantoris Dauid, scilicet, Obseruabãt enim in porta regis ad Orientem de filiis Leui per vices suas cantores & vicissim ad psallendum cũ Dauid conueniebant, quia antequam templum ædificaretur in palatio erat arca testamenti, & ibi seruiebant ęditui.

c *Sellum vero fi. Co.* Prior Cora per Aleph scribitur, & sonat Cora. secundus per He, & sonat Core. Cora clamans, Core caluus interpretatur. Hic est qui in Numeris seditionem mouit contra Mosen.

d *Custodes vest.* quia custodiebant exterius ostium tabernaculi. Patres verò eorũ qui subter scribuntur, & qui in psalterio titulos habent, custodiebant interius ostium, & cantores erant.

e *Phinees au.* Nepos Aaron, qui adhuc viuebat, vt tradunt Hebræi, & vices ministrorum ordinabat. Sunt autem vices vigintiquatuor quas Dauid ordinauit ad ministerium tabernaculi. Vnde in euãgelio: Zacharias de vice Abia.

f *His quatuor Leuitis, &c.* Qui fuerunt hi quatuor Leuitæ quibus omnis numerus creditus erat ianitorũ, demõstratur cum dicitur: *De Hosa autem id est, de filijs Merari, Semri princeps, &c.* vt habetur in cap. 26. b. Quatuor principes ianitorũ sancti doctores sunt, q quatuor euangeliis ostiũ fidei seruantes patefaciunt credentibus, & concludunt blasphemantibus, quibus cũ Petro claues commissæ sunt. Hi p quatuor ventos ostia custodiunt, quia per quatuor plagas mundi gẽtes ad fidem vocant, & ecclesiam vigilanter seruant.

g *De horum grege erant & super vasa ministe.* Mysticè de cœtu sanctorum prædicatorum ordinantur, qui super vasa domini, id est, animas fidelium (in quibus voluntas Dei quotidie ministratur) peruigilem habent custodiã. Sub eorum custodia est simila, vinum & oleum, quibus sacramenta corporis & sanguinis domini conficiuntur, & spiritussancti gratia spirituali vnctione traditur. Ipsi thus orationum, & aromata virtutum in ecclesia componunt, & in conspectu domini vinum acceptabile reddunt.

h *Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ præfectus erat eorum quæ in sartagine frigebantur.* Quia Christus autor est sacramẽtorum cęlestium, vbi quotidie panis & vinum in memoria passionis eius offeruntur, & caput omnium qui carnem suam eius exemplo crucifigunt, & passioni pro eius nomine traduntur.

a *Panes.*

Marginalia: Hieronym. quæst. Heb. — † Chimam. — Num. 16. a. — Hieronym. — † in fide enim istorum quatuor potentiũ ianitorum erant Leuitæ. — Luc. 1. a. — Rabbanus. — † Selim vel Selom. — Math. 16. c. — † villis. — Mysticè. Rabbanus. — † fratres eorum. — † hac vsque. — † per turbas vel per castra, aut in castris. — † vel i castris. — † In domo tabernaculi in vigiliis. — † septimo die. — † cubicula. — † quia eorum erat cust diã agere & aperire fores singulo manè. Gal. 5. d. — * in fide.

a ¶ Alias Bachacar. b ¶ Qui artificio suo fungebatur in domo domini: & erat de tribu Leui. c ¶ Alias Galaal.

^a^ filiis Merari Bachar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filij Asaph. Et Obdia filius Semeiæ, filii Galal, filij Idithun. Et Barachia filius Asa, filii Elcana qui

a ¶ Nomen loci, & interpretatur incestus vbi habitabat Caleb filius hara.

habitauit in † atriis Nethophati. Ianitores autem Sellum & Accub, & Telmon & † Ahiman, & † frater eorum Sellum princeps, † vsque ad illud tempus in porta regis ad Orientem obseruabant † per vices suas de filiis Leui. Sellum verò filius Cora filii Abiasaph filii Core cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritæ super opera ministerij custodes vestibulorum tabernaculi testimonij & familiæ eorum † per vices castrorum domini custodientes introitum. Phinees autem filius Eleazari erat dux eorum coram domino. Porrò Zacharias filius Mosollamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. Omnes hi electi in ostiarios per portas. CCxij, & descripti in villis proprijs, quos constituerunt Dauid & Samuel videns in fide sua, tam ipsos quàm filios eorum in ostiis domus domini, † & in tabernaculo vicibus suis. Per quatuor ventos erant ostiarij, id est, ad Orientem & ad Occidẽtem, ad Aquilonem & ad Austrum. Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in † sabbathis suis de tempore vsque ad tempus. † His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant super † exedras & thesauros domus domini. † Per gyrum quoque templi domini morabãtur in custodiis suis, vt cùm tempus fuisset, ipsi manè aperirent fores.

a ¶ Congregatione Leuitarum

De horum grege erant & super vasa ministerij. Ad numerum enim inferebantur vasa & efferebãtur. De ipsis & qui credita habebãt vtẽsilia sanctuarij, præerant

a ¶ Quæ ad sacrificia pertinebant. b ¶ Quibus conficiebantur vnguenta & thymiamata.

similæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. Filij autem sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. Et Ma-

a ¶ Domini Dei. b ¶ Euulsio vel dimissio. ¶ Dissipans vel dispergens.

thathias Leuites primogenitus † Sellum Coritæ præfectus

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Bachar quoque carpentarius.* Iste sic nominatur, quia præerat aliis carpentariis in opere domini. Leuitæ enim talia opera mechanica non faciebant, sed in ministeriis domus domini seruiebant.

2 *In por. re. vi. ori. obser.* Licet enim domus regia tunc esset destructa, tamen loca circa templum retinebant omnia pręcedentia ante captiuitatem Babylonicam.

3 *Phinees autem filius Eleazari.* Dicunt aliqui quod iste fuit Phinees nepos Aaron, & tunc cùm dicitur hic.

4 *Dux eorum.* Non est referendum ad illos Leuitas qui ministrabant in secundo templo post reditum captiuitatis Babylonicæ fundato, sed ad illos Leuitas qui in propriis officiis fuerunt instituti per Mosen & Aaron, vt habetur lib. Nu. Videtur tamen melius dictum, quod iste Phinees fuit alius ab illo & multo tempore posterior, videlicet post reditum captiuitatis Babylonicæ, & præfuit Leuitis hic prænominatis. vnde & iste Phinees inter Leuitas ponitur. Alius verò fuit sacerdos succedens in summo sacerdotio patri suo. vt habetur Num. 25. nec est inconueniens, quod in diuersis temporibus pater & filius in eadem cognatione vel diuersis similiter nominentur, & ideo iste Phinees & Eleazar pater eius fuerunt alii ab illis qui in lib. Num. similiter nominantur.

5 *Quos consti. Da.* Non quod constituerunt istos in personis proprijs, sed antecessores eorum instituendo in istis officiis. Sciendum quod Dauid post mortem Samuelis istos ordines instituit, sed quia Samuel de hoc ipsum informauerat, ideo dicitur cum ipso eos instituisse.

6 *In fide sua.* Istud potest referri ad Dauid & Samuelem, quia fideliter instituerunt, & ad institutos, quia fideliter executi sunt.

7 *Per quatuor ventos erant ostiarij, id est, ad Orientem & ad Occidentem, &c.* Licet enim in templo esset tantum vnum ostiũ, scilicet, in parte Oriẽtali, tamẽ in atriis quæ erant in circumitu erant introitus plures secundum quatuor partes mundi.

8 *Fratres autem eorum in viculis morabantur,* videlicet extra Ierusalem & in aliis partibus Iudææ, quia non omnes erant necessarij ad ministrandum simul in templo, sed per vices veniebant in Ierusalem ad ministrãdum, & posteà ad loca propria recedebant.

9 *His quatuor Leuitis creditus erat omnis, &c.* qui erant principales in quatuor ostiis prædictis.

10 *Creditus erat omnis numerus ianitorum.* quia hoc erat in dispositione ipsorum.

11 *Et erat super exedras & thesau.* id est, habitacula circa templum ædificata.

12 *Ad numerum enim inferebantur vasa & efferebantur.* Ad ministrandum in ipsis.

13 *Et qui credita habebant vtensilia sanctuarij.* scilicet, suę custodię commissa.

13 *Præerant similæ, & vino, & oleo.* id est, farinæ de tritico purgatissimæ, de qua fiebant panes propositionis.

14 *Et vino.* de quo fiebant libamenta.

15 *Et oleo.* quo concinnabantur lucernæ.

16 *Et thuri, & aromatibus.* De quibus fiebat thymiama. Cętera patent in litera.

a *Panes erant propo.* Duo & duo diuisim coquebantur ante sabbathum secundum Iosephum; & sabbatho mane super mensam ponebantur, de quibus in Leuitico plenius diximus.

Leu. 24. a. † facierum alio loco dictũ est.

b *Capita Leuitarum per familias suas.* Dignum est, vt quantò quis prælatus est cæteris, tantò deuotior sit in diuinis officiis. Ille bene principatum ministerij seruat, qui studet manere in Ierusalem, id est, in visione pacis, vt tumultus seculi & voluptates carnis fugiat & quietem mentis in contemplatione Dei habeat, dicens cum Psalmista: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.*

Psal. 121. a. 1. Reg. 14. g.

c *Iahiel.* qui in Regum Ahiel pater Cis patris Saul, & interpretatur pater meus Deus. Iahiel dissertus Dei, fortè pro meritorum distantia. Et notandum quod inter filios Iahiel Cis & Ner fratres vocantur & sunt: & in Regum ita habetur: in sequentibus verò dicit quod Ner genuit Cis, non quòd genuerit, sed q educauerit.

erat eorũ quæ in sartagine frigebantur. Porrò de filiis Caath a fratribus eorum, super panes erãt † propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha præpararent. Hi sunt † principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, ita vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent. b Capita Leuitarum per familias suas principes manserunt in Ierusalem. 1 In Gabaon autem commorati sunt pater Gabaon c Iahiel, & nomen vxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab. Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. Porrò Macelloth genuit Samaam. Isti habitauerunt è regione fratrum (a ¶ Quia vicini & propinqui quamuis sint.) suorum in Ierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul, & Saul genuit Ionathã, & Melchisua, (a ¶ Ignis maritus. b ¶ Litigans in maritum.) d & Abinadab, & Esbaal. e Filius autem Ionathã f Meribbaal, & Meribbaal genuit Micha. Porrò filii Micha Phithõ, & † Melech, & Tharaa, & Ahaz. Ahaz autem genuit Iara: & Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zãri Zãri autem genuit Mosa, Mosa verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia genuit † Elasa de quo ortus est Asel. Porrò Asel sex filios habuit his nominig bus, Ezricã, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanã, hi filii Asel.

† 1. Reg. 31. b † cantatores principes. † iiti.

d *Abinadab.* Hic vt in Regum cum patre occisus narratur: Abinadab vocatur, & interpretatur, Abinadab pater meus votum. Aminadab populus meus votum.

e *Esbaal.* Ignis maritus, hic est Isboseth, id est, vir confusionis.

f *Meribbaal.* Litigans in maritum, hic est, Miphiboseth, qui interpretatur, de ore ignominia.

g *Bochru.* ✱ Hieronymus Bochru interpretatur primogenitus. Tradunt enim eum armigerum Saul Doech Idumæum fuisse, & puerum qui diadema & armillam Saul detulit ad Dauid filium Doech Idumæi. Ipsum etiam Doech ferunt puerum Saul fuisse, qui cum eo perrexerat ad requirendas asinas patris sui.

Quæst. He. † Malech. † Elesa.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *In Gabaon autem.* Hic ponitur continuatio ad sequens capitulum, vbi agitur de translatione regni ad Dauid post mortem Saulis, & ideo resumitur genealogia Saulis quæ posita est cap. præced. & ideo exponatur sicut ibi.

CAP.

CAP. X.

Rabbanus.

a Philisthiim, &c. Multis omissis quæ in libro Samuelis de Samuele & Saule narrat historia, casum Saul & fam liæ eius commemorat.

Mystice innuens, quia non est necesse vitam eius describere, cuius impia conuersatio finẽ celerem meruit accipere, & figuratè regni Iudæorum, & sacerdotij veteris finem demonstrat. Ad Dauid se trãstulit, cuius facta & dispẽsationem regni contexit, qui typum tenet veri Dauid regnũ cęli & terrę possidentis. Quo imminente Philisthijm more suo pugnãt contra Israel, & vincunt: quia appropinquante gratia Gẽtiles sicut ante castitatem Israeliticæ fidei oppugnabant: nunc mala opera, nunc idololatriæ cultũ ostendendo, sicut Balaã docebat Balaac mittere scandalũ corã filiis Israel edere & fornicari.

1. Reg. 31. a. Apoc. 2. d. Rabbanus.

b *Fugeruntq; viri.* Qui fortes videbant in Dei cõtemplatione, nedum incautè opera Gentilium & doctrinam sequuntur, hæreticorum quoque perditionem non parum iuuit secularis scientia. Vnde quidam ait: Philosophi patriarchæ hęreticorum ecclesiæ puritatem peruersa maculauere doctrina.

c *Cumq; appropinquassent.* Irruerunt Gentiles vndiq, in regnũ Iudæ & filios eius, & corruperunt sacerdotes, scribas & Pharisæos filios, scilicet, & seductores illius regni hęreticos quoque ne simpliciter gratiã spiritussancti prædicarent aut colerent, vetuerunt.

CAP. X.

a † Philisthiim autem pugnabant contra b Israel. Fugerũtq; viri Israel Philisthæos (a ¶ superbia. b ¶ Luxuria: Gelboe enim lubricum significat.) c & ceciderunt vulnerati in mõte Gelboe. Cumque appropinquassent Philisthæi persequentes Saul & filios eius, (a ¶ Columbæ donum.) d percusserũt Ionathan & Abinadab, & (a ¶ Totis viribus agebant Gentiles, vt regnum Iudæ tolleretur.) e Melchisua filios Saul. Et aggrauatũ est prælium contra Saul. 1

d *Abinadab.* Ne patrem qui nos sibi adoptauit spirituali dono digna confessione laudaremus, quod significat interfectio Abinadab, id est, patris mei spontanei.

e *Melchisua.* Ne i Christi regno salutẽ futurã credamus. Melchisua. n. interpretatur, rex meus salus. Philosophus qui Arriũ seduxit quasi Melchisua occidit: q Macedoniũ, Ionathã, qui Manichęũ, Abinadab. Quia hũc veri regis Christi oppotentiam

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

1 *Philisthiim autem.* Hic incipit scriptura describere actus ipsius Dauid & eius regnum, de quo principaliter intenditur in hoc libro, & ideo primò describit ipsius Dauid electio, secundò electi solennis inunctio cap. 11. tertiò inuncti gubernatio, capit. 13. Circa primum notandum, quòd licet Dauid viuẽte Saule electus fuerit in regem à domino, vt habetur 1. Regum cap. 16. tamen ista electio non habuit effectum nisi quando mortuo Saule translatum fuit regnum ad ipsum. & ideo in hoc cap. primò describitur Saulis & filiorum eius occisio, secundo occisi vituperatio, ibi: *Die igitur altero.* Tertiò vituperati solennis tumulatio, ibi: *Hoc cum audissent viri Iabes.* Quartò regni translatio, ibi: *Mortuus est ergo Saul.* Tres primæ partes patent ex his quæ dicta sunt primi Regum cap. vlt. hoc excepto.

Et caput.

MORALITER.

1 Philisthiim autem pugnabant contra Israel. *Hoc cap. 1. Reg. 26. cap. expositum est mysticè vsque ibi.*

a ¶ Viri dolosi & astuti. b ¶ Occultis deceptionibus. ¶ Non gladijs, id est, aperta impugnatione.

Inueneruntque eum sagittarij & vulnerauerũt iaculis. Et dixit Saul ad armigerum suum: † Euagina gladium tuum & interfice me, ne forte veniant incircuncisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger eius facere timore perterritus. Arripuit igitur Saul ensem, & irruit in eum: Quod cum vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est. Interijt ergo Saul

a ¶ Ne amplius regnaret & gentem Iudæorum regnum amisisse non iraret.

& tres filij eius, & omnis domus illius pariter concidit. Quod cum vidissent viri Israel qui habitabant in † campestribus, fugerunt, & Saul ac filijs eius mortuis dereliquerunt vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt. Veneruntque Philisthijm, & habitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes Philisthijm spolia cæsorum, inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in monte Gelboe. Cumque spoliassent eum & amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, vt circunferretur & † ostenderetur idolorum templis, & populis. Arma autem eius consecrauerunt in phano Dei sui, & 1 caput affixerunt in templo Dagon. Hoc cum audissent viri Iabes Galaad, omnia, scilicet, quæ Philisthiim fecerant super Saul, consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius: attuleruntque ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat 2

† nuntiaretur † valle

tentiã negare, illum spiritussancti donis derogare, istũ sũmi patris bonitatẽ blasphemare magister corruptionis edocuit.

a *Et dixit Saul ad.* Hunc Hebræi Doeg Idumæũ dicunt esse, qui videns Saul esse mortuũ, timens Dauid seipsũ interfecit. Puerũ verò (quia diadema & armillã Saul attulit ad Dauid) esse filium Doeg, & ipsum Doeg esse puerum cũ quo Saul quærebat asinas pris sui.

b *Ad armigerum.* Legis doctores. Sicut enim arma, & sagittæ Philisthijm prauorũ deceptiones, sicut Israelitarum arma doctrinæ spiritualis verba quæ se populus Dei debuit munire a periculis. Saul vsque ad desperationẽ vulneratus, maluit armigeri sui quam incircũcisorum gladio perire, q. principes Iudæorũ arrepto semel proposito in peccatis moriẽdi, maluerunt a doctoribus suis mãdata legis soluẽtibus perimi, quàm Gentilium consortio pollui. vñ: Non introierunt prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. (Ioan. 18. c.)

c *Noluit autem armiger.* Non est ambigendum inter reprobos legis doctores fuisse aliquos, qui verbi acumen ad occidẽdos auditores peruertere nollent, & tamẽ ipsos auditores qui rectè dicta a magistris acceperant, despiciendo vel blasphemando in suã vertisse perniciem, quorum visa morte, id est peccandi obstinatione & ipsos verbi ministros per tempora deterioratos, testimonia legis quæ malè interpretari timuerant sibi occasionem fecisse ruinæ. Hæretici quoq; peccatorum suorum iaculis cruentati, cum verba diuina in argumentũ sui erroris trahunt: arma sua contra pectus suum morituri inuertũt. Quilibet etiam catholicus cum artem quam pro communi vtilitate didicit, superbiæ, cenodoxiæ, philargyriæ, vel cuiuslibet vitij contagionẽ polluit, suo se gladio confodit, quia quo defendi ab hoste debuit, in ipsum irruit.

d *Quod cum vidisset armiger.* Vidẽtes indocti verę humilitatis medicamina, lauacrumq; baptismi ignorãtes in Iudęa magistros suos certamine spirituali victos, & vulgus non paucum eorũ auditui proximũ psequente aduersario a prisca cõstantia sua fugatum, maiorum ruina turbari, opera virtutum & munimina scientiæ spũalis, quæ habuerant amiserunt, veneruntq; peccata Gentilium & cuncta Iudęis incredulis studia virtutum peruersa habitatione corruperunt. Venerunt immundi spiritus, & corda quæ fidei constantia deseruit occupauerunt. Venerunt gentes & optima quondam Iudæorum studia, credendo sua fecerunt. vnde: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* (Matt. 21. h.)

e *Et caput.* Caput Saulis in tẽplo Dagõ Philisthęi affixerũt, cũ maligni spiritus aiam in peccatis mortuam in abyssũ inferni demergunt. Interpretatur. n. Dagon, piscis tristitię. Piscis autem tristitię merito dr̃, qui in infernũ demersus ęterno dolore cruciatur. Vsq; adeo hostes visibiles vel inuisibiles Iudæam impietatis armis persecuti sunt, vt primatum regni radicitus auferrent, & munimina sacrę legis eriperẽt. Cuius deiectionẽ signum triumphi & causam lætitiæ longè lateq; complicibus suis diuulgarũt, & celestis militiæ armaturam Iudæis exemptam, laribus suis, id est, dæmoniorũ doctrinis aequararũt vel spiritualia carnaliter interpretãdo, vel diuinas literas quasi cõmunes pro voluntate ventilãdo. Gentem vero ipsam regno priuatã quasi ad nihilum redactã sub potestate inimicorũ in derisum & publicum posuere pueriuum: qđ est corpus Saulis truncũ in muro Bethsan, id est, domus inimici ostentatui suspendisse, hæreticos quoq; peccatorum sagittis stratos cum præsidio charitatis (quæ est arx virtutũ) fraudant. Quasi caput Saul immundi spiritus truncant, cũ suum magis quàm sacræ scripturæ sensũ sequi persuadent. Armis spoliant, cum diuina eloquia dæmoniaco spiritu peruertunt. Arma Saulis in templo Astaroth ponunt, qui interpretatur factura exploratorum, & significat doctrinã dęmonum, qui circumeunt quęrentes quẽ deuorẽt, cum opera quib. fideles seruierant, ad suæ malignitatis obsequium permutant: membra nimirum sine luce & vita in muro domus inimici suspẽdunt. Prius caput ei affixerunt, postea vero miserunt in terram suam, vt circunferret ostentãdi causa. In Regum autem dicitur, quod corpus Saul suspenderunt in muro Bethsan. Sed Hebræi tradunt Bethsan vocari domum Dagon, quę interpretatur domus dormientis, ibiq; caput & corpus Saul suspensum esse. Alia est enim Bethsan in Iudicũ & Iosue, quę interpretatur domus securitatis. (2. Reg. 21. d. — 1. Petri 5. c. — 1. Reg. 31. d. — Hieron.)

f *Hoc cum audissent viri Iabes.* Viri, s. ecclesię (Iudæam de qua sibi prædicatores missos esse meminerunt a gentibus derisam) surrexerunt viriliter agentes, & inter errãtiũ tenebras virtutum iter ambulantes prohibuerunt gentes de eius irrisione lætari, dicentes: *Si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Noli gloriari aduersum fractos ramos.* Cadauera carnales sunt, vel quęlibet carnalia. Ossa fortes sunt vel virtutum opera. Ossa in nemore Iabes sepeliunt, cum quę in infimis virtutis vel firmitatis inueniunt, non quasi nihil despiciunt, sed fructuosis sanctorũ operibus adiungũt, si quos inter carnales virtutib. studere nouerit, sanctorũ cõsortio annumerant. Per nemus enim hoium fructus exprimitur. Qđ vero in Regum legitur, quia cõbusserũt viri Iabes cadauera Saul & filiorũ eius, significant sanctos Iudæorũ casum supno relinquere iudicio. vnde: *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.* Iuxta illud. *Si quid residuum fuerit, igne comburatur.* (Rabbanus. — Rom. 11. c. — 2. Reg. 21. g. — Rom. 11. g. — Exod. 12. b.)

g *Galaad.* Quę interpretat̃ exiccata, & ecclesiã significat, quã feruor solis iustitię ab omni concupiscẽtię fluxu exiccauit. Vñ in monte sita describit̃, qui Galaad, i. aceruus testimonij vocatur, vt significet vitam sanctorũ sublimem idoneis scripturarum testimonijs firmatam, hæc est ciuitas quã primis regni sui auspicijs Saul ab hostium obsidione liberauit.

h *Quercum quæ erat in Iabes, & ieiunauerũt septem diebus, &c.* Vt ad requiem perueniant. Post sex. n huius seculi ętates quibus in carne laboramus, sequitur septima quietis animarum.

Mysticè de cecitate Iudæorũ sabbathũ carnaliter obseruantiũ, contribules sui, id est, fideles cõtinuè dolent: & quasi septem diebus ieiunant. Percepto autem mysterio octauæ diei resurrectionis, vtrique perpetua festiuitate gaudebunt. (Mysticè.)

Moraliter autem viri sancti detestantur mortem impiorum, & exempla eorum sepulturæ obliuionis tradunt. Septẽ dies ieiunant, id est, omne tempus huius vitę, qđ septenario dierum (Moraliter.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et caput affixerunt in templo.* Ponendo illud in loco eminenti super stipitem, vel lanceam ad suam magnificentiam de victoria habita: & ad idoli venerationẽ, cui principaliter attribuebant illam victoriam.

2 *Subter quer.* 1. Regum vlt. dicitur, in nemore Iabes, iuxta enim ciuitatem erat nemus, in quo erat quercus notabilis sub quã fuit ista sepultura.

dierum numero voluitur, in continentia ducunt, & abstinet ab omni malo ne similiter moriantur.

Quæstio in hunc locum.

a *Mortuus est ergo Saul, &c.* ✠ Theod. Ostendit oratio quod non ventriloquæ incãtatio ac præstigiæ reduxerũt Samuelẽ. Sed ille quidẽ impiè & nefariè petiit ut hoc fieret: Deus autẽ tulit in ipsum sententiam supplicij. Hęc autem aperte docet, quòd non fuit falsa, vt quidam opinãtur prędictio. Respondit enim ipsi, inquit, Samuel propheta. Puto autem sic nominatã fuisse visionem, quoniam desiderauit Saul à Samuele discere quid agendũ. Siue aũt visus fuerit angelus in figura Samuelis, eius ostẽdens formã, siue anima ipsius Samuelis, sciendum est in hac visione, hoc non fuisse factũ præstigiis & incantatione ventriloquæ, sed Dei sapientia & virtute, qui etiam per tales multa prædixit futura. Per Pharaonem fertilitatem & famem, per Nabuchodonosorem maxima regna orbis terræ. Sed de his satis dictum est in interpretatione librorum Regum.

† prævaricatio sua in ſuam.

a ¶ Finis cunctis regnum Iudæorum, quia legem sæpe transgressi sunt & idola coluerunt.

in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. Mortuus est ergo[1] Saul propter † iniquitates suas,[2] eo quod † præuaricatus sit[3] mandatum domini quod præceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam pythonissam consuluerit,[4] nec † sperauerit in domino.[5] Propter quod & interfecit eum, & tran-[6]

a ¶ Christum & Christianum populum.

stulit regnum eius ad Dauid filium Isai.

† prævaricat. sit.

† consuluerit dominum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Mortuus est ergo Saul.* Hic consequenter agitur de translatione regni ad Dauid per mortem Saulis, cum dicitur: *Mortuus est.* Vtrum autem Saul sit damnatus vel saluatus, dictum fuit diffusè 1. Reg. vlt. & secundum opinionem quæ dicit ipsum esse saluatum, exponitur quod dicitur hic.

2 *Propter iniquita. su.* i. in pœnam iniquitatum suarum præcedentiũ, sicut fur suspenditur propter furta sua, si tñ pœniteat, & pœnam patienter sustineat, saluatur, & sic fuit de Saule, vt dictum fuit 1. Regum diffusè secundam istam viam.

3 *Eo quod præ. sit man. do.* Regem Amalech viuũ conseruando, & spolia capiendo, vt habetur primi Regum cap. 15.

4 *Sed ins. etiã pythonissam consuluerit,* eo quod non habebat responsum à domino, vt habetur 1. Regum 28.

5 *Nec sperauerit, &c.* Quod patet ad pythonissam recurrendo, tñ secundum istam opinionem de omnibus istis & aliis malis suis finaliter verè pœnituit, & sperauit in dño de consecutione vitæ eternæ: licet nõ sperauerit de conseruatione pñtis vitæ, quia sententiã dñi de sua morte & filiorũ suorũ audiuerat, & acceptauerat acquiescendo voluntati diuinæ: secundum verò opinionẽ quæ dicit ipsum esse damnatum, aliter exponitur ista litera, cum dr̃: *Mortuus est ergo Saul propter iniq. suas.* propter quas fuit derelictus à domino & manibus inimicorum suorũ traditus. *Nec spera. in do.* quia ex desperatione se occidit, & sic de salute æterna non sperauit.

6 *Et transtulit regnum eius ad Dauid.* Sicut prædixerat per Samuelem primi Regum cap. 15. & 16.

MORALITER.

1 *Mortuus est ergo Saul.* Versus finem huius cap. Per mortem igitur Saulis, quę propter iniquitates suas fuisse dicitur, damnatio peccatoris quę mors secunda dicitur in Apoc. significatur, quia nullus nisi propter peccatum suum dãnatur. Huius verò damnationis causa tangitur, cum dicitur.

2 *Propter iniquitates suas.* Iniquitas dicitur propriè quę opponitur equitati iustitię. Iustitia verò propriè dicta nõ est hominis ad seipsum, qa requirit aliud extremũ. nec etiã hominis ad Deum, quia inter creaturam & creatorem nulla est proportio, quę tñ requirit in iustitia propriè dicta. Iniquitas igit est propriè peccatũ ad proximũ. Per hoc aũt quod subditur.

3 *Eo quod præuaricatus sit mandatum domini.* significatur peccatum hominis in Deum, tamen in moralibus de quibus sunt mandata diuina. Per hoc autem quod subditur.

4 *Sed insuper etiam py. con.* significatur peccatũ hominis contra Deum in fidę credentis. Propter ista triã peccatorum genera moritur homo primo morte culpę, & postea morte gehennę, nisi per diuinam gratiam ante obitum reuiuiscat.

ADDITIO.

In cap. 10. vbi dicitur in postilla: Vtrum autem Saul.

Prima istarum opinionum qua tenetur quod Saul fuit saluatus, est Heb. qui in multis locis deuiat à veritate sacræ scripturę. Secunda verò opinio quę dicit ipsum Saulem esse dãnatum, est doctorum nostrorum concorditer, quę quidem opinio secunda sanctorum doctorum tenenda est tanquam consona veritati, prout plenius habetur in additione super 1. Regum vltimum vide ibi Vide replicam generalem post 30. cap. secundi totius huius positam, vbi pro præsenti cap. & eius additione replicator ad correctorium 1. Reg. vlt. cap. se remittit.

CAPVT XI.

a *Congregatus est igi.* ✠ Theodoret. Dicit Dauid fuisse vnctũ in Hebron secundum verbũ dñi, quoniã Deus mãdauit Samueli vt eũ vngeret. ✠ Hieronym. Quid diuersarũ vrbium alienigenas commemorem, quos populus Iudæorum non quiuit expellere de vrbibus & sedibus suis: cum ipsa metropoli prius Iebus, postea Salem, tertiò Ierosolyma, & nunc Aelia, Iebuseos expellere nõ valuerit, sed manserint cum eis in scandalum exemplumque vicinorum: in tantum vt ibi templum conditum sit, vbi area Ornæ fuerat Iebusæi?

Ep. ad Dardan.

b *Maiores.* Prophetę Apostoli pari deuotione ad Christũ concurrũt. vnde: *Principes populi conuenerunt in vnum cum Deo Abrahæ.*

Rabbanus.

Psalm. 2.

c *Dixeruntq;.* Cęcos & claudos & leprosos ad contemptum regis statuentes super muros, & dicentes: quia prohibuerunt eum cęci & claudi.

2. Reg. 5. b.

Mysticè. Dauid Iebuseum de Ierusalem eiiciens, significat Christum demones expellentẽ à cordibus fidelium

Mysticè.

CAP. XI.

a ¶ Fideles.

† Congregatus est igitur omnis Israel ad[1]

a ¶ Christum. b ¶ Naturam suam in Christo fideles diligunt & venerantur. vnde: Adora. in con. eius vni fa. gen. &c.

Dauid in Hebron, dicens: Os tuum sumus & caro tua.[2] Heri quoq; & nudiustertius, cum adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas & introducebas Israel. Tibi enim dixit dñs Deus tuus. Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum.

b Venerunt ergo oẽs maiores natu Israel ad regem in Hebron,

a ¶ Iustitiæ, obseruationis mandatorum & remunerationis futuræ.

& iniit Dauid cum eis fœdus coram domino. Vnxeruntque[3]

a ¶ Quia omnium credentium vna est confessio & vna est militiæ religio.

eum regem super Israel iuxta sermonem domini quem locutus est in manu Samuel. Abiit quoque Dauid & omnis Israel[4]

a ¶ Hæc sub Abraham Solyma vocabatur. Quidam vero dicunt quod Homerus postea Ierosolymam vocauit.

in Ierusalem. Hæc est Iebus, vbi erant Iebusæi habitatores

c terræ. Dixeruntque qui habitabant in Iebus ad Dauid: Non

† 1. Reg. 5. a.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

Diuisio.

Congregatus, &c. Hic consequenter describitur ipsius Dauid electi inunctio, secundò Iebuseorum debellatio, tertiò promotorum Dauid expressio, secunda ibi: *Abiit quoque.* tertia ibi. *Hi principes virorum for. &c.* Circa primum dicitur.

1 *Congregatus, &c.* Hoc non fuit statim post mortem Saulis, sed post mortem Isboseth filii sui, vt habetur 2. Reg. 5.

2 *Os tuũ sumus & caro tua. Heri, &c.* Hęc exposita sunt 2. Re. 5.

3 *Vnxeruntq;, &c.* solenniter super totum populũ Israel: quia ante fuerat inunctus per Samuelem, sed secretè, vt hr̃ 1. Reg. 16. & per tribum Iuda super illam tribũ tantum vt hr̃ 2. Reg.

4 *Abiit quoque Da.* Hic consequenter describitur Iebuseorũ debellatio, & patet sententia ex dictis 2. Reg. 5. hoc excepto. Ioab

MORALITER.

1 Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebron. *Hoc expositum est 2. Reg. 5. vsq; ibi:* Porrò Dauid cepit arcem Sion. Dixitq;

fideliũ,& ibidẽ mansionẽ suã statuentẽ. Iebusæus.n. interpretatur cõculcatus, Ierusalẽ visio pacis. Vnde & discipulis suis, ait: *Ecce dedi vobis potestatẽ calcandi super serpentes, &c.* Bene ergo in Regũ scriptũ est, quod eiectis cæcis & claudis, qui odiebant aĩam Dauid cepit arcẽ Sion, suamq; ciuitatẽ vocauit, quã dũ Christus malignos spiritus & turbam vitiorũ de anima ex pellit, illuminans eam sapiẽtia, meritò arx Siõ idest, speculationis & visio pacis vocatur, de qua rectè dicitur: Psal. 75. a. *Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius.*

Luc. 10. c.

a *Ioab. au. re. vr. ex.* Per industriam enim militis ciuitatẽ muniuit. Iosephus tamen dicit Dauid superiorẽ ciuitatẽ munisse eiq; copulãdo arcẽ vnum corpus effecisse, & cũcta muro circundedisse. Super opus autem murorũ constituisse Ioab, expulisse Iebusæos & Ierosolymam vocasse. Iero enim Hebraicè munitio est. Christus quoque in Iudæa primum euãgelium prædicauit, & ecclesiã fidei suę munitione firmauit, Ioab qui reliqua vrbis extruxit, significat apostolos & apostolicos viros, qui post ascensionem domini plurimos de gentibus conuerterunt. vñ: *Dei adiutores sumus Dei agri.*

b *Iesbaam.* Hunc Iosephus Eusebiũ nominat, & filium dicunt Achimeæ qui in aciẽ hostiũ frequẽter irrũpens, nõ cessabat donec octingentos occiderat. Alij hũc Dauid intelligũt: quia Iesbaã interpretat̃ sedẽs in populo. Ahamoni verò sapiẽtissimus. vnde in Regũ scribit̃: *Sedẽs in cathedra sapientissimus.* Sed ibi vermiculo ligni cõparat̃: quia minuebatur illi sapientia propter peccatũ, quod in Vriã cõmiserat. Vnde ibi octingẽtos vno impetu interfecisse, hic autẽ trecẽtos, pro peccato enim minorata est fama.

† vel restaurauit. • fortiter. † quos vulnerauit. † pars agri plena. 1. Cor. 3. b. † mihi à deo i. longè auertat a me deus, vt Hieronym. 2. Reg. 23. a.

c *Ahohites.* Ahohi vt Hebræi tradunt frater fuit Isai patris Dauid, cuius filius fuit Eleazar, qui fuit inter tres potentissimus, quos Iosephus dicit esse Eusebium filium Achimeæ, & Eleazar filium Addi, & Semeiam filum Heli.

ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcem Sion quę est ciuitas Dauid. Dixitque: Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, † erit princeps & dux. Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. Habitauit autem Dauid in arce, & idcirco appellata est ciuitas Dauid. ¶ Quia muris eam muniuit. Ædificauitq; vrbẽ in circumitu à Mello vsque ad gyrum. a Ioab autem reliqua vrbis 1 † extruxit. Proficiebatque Dauid vadens & crescens, & dñs exercituum cum eo. Hi principes virorum fortium Dauid, 2 qui * adiuuerunt eum, vt rex fieret super omnem Israel, iuxta verbum domini quod locutus est ad Israel, & iste numerus robustorum Dauid. b Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta. Iste leuauit hastam suam super trecentos † vulneratos vna vice. Et post eum Eleazar filius patrui eius c Ahohites, qui erat inter tres potentes. Iste fuit cum Dauid in Phesdomim, quando Philisthijm cõgregati sunt ad locũ illũ in prælium. Et erat † ager regionis illius plenus hordeo, fugeratque populus à facie Philisthinorum. Hi steterunt in medio 3 agri, & defenderunt eũ, cumq; percussissent Philisthæos, dedit dñs salutem magnam populo suo. Descenderunt autem tres de triginta principibus ad Petram in qua erat Dauid ad speluncã Odollã, quãdo Philisthiim fuerant castrametati in valle Raphaim. Porrò Dauid erat in præsidio, & statio Philisthinorũ in Bethlehẽ. d Desiderauit igitur Dauid aquã, & dixit O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehẽ, quæ est in porta. Tres ergo isti per media castra Philisthinorũ perrexerunt, & hauserũt aquã de cisterna Bethlehẽ, quæ erat in porta, & attulerũt ad Dauid, vt biberet. Qui noluit, sed magis libauit illã domino, dicens: Absit † vt in cõspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem virorum istorum bibam, quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc

d *Desiderauit igitur Dauid aquam & dixit.* ✻ Hieronymus. Nõ desiderio aquę hoc fecit, sed ad probandum vtrum tam fortes inueniri potuissẽt, qui hoc attentarent. Sacrificauit eam domino gratias agens, quia tam fortes viros in Israel dederat.

Quæst. in hunc locum. Orat. de pau perũ amore. Hom. 34. in Euang.

✻ Nazianzenus. Pręclara res est continentia, moueat te Regis Dauidis authoritas, qui vt aquę Bethlehemitici putei copia ipsi facta est, bibere noluit, sed eam tantum libauit, nec sitim suam per aliorum cruorem explere sustinuit.

Gregorius. Moraliter. Cogitandum summopere est, vt qui se illicita meminit cõmisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, vt qui commisit prohibitum sibi, abscidat etiam concessa, & se reprehendat in minimis, qui deliquit in maximis. Lex vetus alienam vxorem concupiscere vetuit, à rege fortia iuberi militibus, vel desiderari aquam non pęnaliter vetat. Dauid concupiscentię mucrone transfixus, alienam vxorem abstulit, & malum quod perpetrauit per pœnitentię lamenta correxit, qui cum longè post contra hostium cuneos sederet, aquam bibere ex eorum cisterna desiderauit, quam electi milites inter hostiũ cateruas erũpentes illęsi attulerunt. Sed flagellis eruditus, se protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, & eã domino libauit: quia in sacrificium aqua effusa conuersa est. Culpam

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ioab aũt reli. vrbis extruxit.* Erat enim princeps militię, & ideo circa domum regiam ædificauit tabernacula bellatorũ. vnde 2. Reg. 11. dicitur de Vria Hethæo, qui fuit vnus de triginta fortibus: *Dormiuit aũt Vrias ante portã domus cũ aliis seruis domini, idest,* viris bellatoribus qui remanserant cum rege.

2 *Hi principes.* Hic consequenter exprimunt̃ illi qui virtute armorũ iuuerunt Dauid ad consecutionẽ regni, & primò nominant̃ principaliores, secũdò minus principales, c. 12. Sententia primæ partis patet ex his quæ dicta sunt 2. Reg. 23. vbi isti fortes ponuntur, licet quantum ad aliquid diuersimode, quæ diuersitas ibidem est exposita, hoc excepto quod hic dicitur de Eleazar.

3 *Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum.* 2. Reg. 24. b. dicitur. Stetit ille in medio agri, & intuitus est eum. Licet enim alij de populo Israel fugerint, tamen duo remanserunt, scilicet, Eleazar & Sammaa filius Aggæi 2. Reg. 23. singulariter istud factum attribuitur, tum quia in hoc facto fuit principalis, licet hic taceatur, tum quia aliud factũ valde notabile ante immediatè ascribitur ipsi Eleazar, vt patet ibidem.

MORALITER.

† *Dixitq; omnis qui percusserit Iebusæum in primis erit princeps & dux.* Per Dauid significat̃ Christus, vt in pluribus locis dictũ est superius. Per Iebusęum verò significat̃ Gentilis populus. Nam Iebusæi Gentiles erãt. Igitur ille qui ex edicto Christi primò percussit Gentilẽ populũ gladio verbi Dei, ipsum ad Christi fidẽ conuertendo, princeps esse debuit spiritualis militiæ Christianæ, & sic factũ est ex diuina ordinatione. Nam Petrus apostolus primò legit̃ prædicasse Gẽtilibus Actuum decimo, scilicet, Cornelio & amicis eius, quos gladio verbi Dei percussit, & Christo per fidem incorporauit: propter qđ à domino sibi dictum fuit Actuum decimo b. *Surge Petre, occide & manduca.* Sic igitur in percussione Iebusæi Ioab qui primum percussit Iebusæum, vt dicitur in textu, figurauit beatum Petrum, & interpretatio nominis ad hoc congruit: nam Ioab interpretatur, est pater: Petrus autem post Christum pater est & pastor fidelium, & princeps apostolorũ, & per consequens spiritualis militiæ Christianæ.

2 *Hi principes virorum fortium Dauid qui addiuuerũt eum vt, &c.* Expositio mystica huius posita est supra 2. Regum 23.

A Culpam enim concupiscentię mactauit per pœnitentiā suę reprehensionis. Qui ergo quondam alienam coniugem concupiscere non timuit, post etiam quia aquam cōcupiuit, expauit. Qui enim se illicita perpetrasse meminerat, contra se rigidus etiam à licitis abstinebat.

Rabbanus. a *Veruntamen vsque ad tres prim.* Hic apparet quod Abisai princeps erat inter tres sequentes. Sed ad tres primos nō peruenit, Iesbaā, Eleazarum, & Semmaa.

Mysticè. Mystice autem significatur, quòd nemo sanctorum licet virtutibus emineat, ad ęqualitatem potentię patris & filii & spiritus sancti perueniat. Quoniam *quis in nubibus æquabitur domino, &c.*

b *Ari. Mo.* id est, Leones, sicut in Regum dicitur, viros, scilicet, fortissimos in regno Moab tanquam leones.

B Psal. 88. b. 2. Reg. 23. c. 3. Reg. 4. c. c *Interf. leonem.* Hebreus hunc leonem Ioab arbitratur, qui in domo domini tenens cornua altaris occisus est. Altare enim cisterna dicitur. Quia sicut aqua cisterne mundat, ita sanctuarium Dei hominum expiat peccata.

† Ilaiochoites. † Saga. d *Virum Aegypt.*

Quæstio. in hunc locum. † Apher. ✱ Theodoretus. Quinque cubitorum dixit fuisse Aegyptiū. Quomodo ergo dicunt aliqui nō fuisse aliquos qui magna haberent corpora?

Part. 2. Ann. ✱ Glycas Iosephus commemorat apud Chananęos tum reliquam gigantum fuisse nationem, qui propter corporum molem atque formam, quę reliquorum hominum formę nō respōderet, inusitatum

† Arorites.

C mortalibus spectaculum erant, & famam de se terribilem concitabant. Eorum quoque nunc monstrantur adhuc ossa, fidem plane superantia.

Rabbanus. Quem liber Regum dignum spectaculo dicit Semei filiū Gera, qui maledixit Dauid, qui fuit de Bahurim, id est, de electis. Aegyptius dictus, q̃a Aegyptium blasphemantē Deū quē Moses interfecit imitatus est. Ille Deū, iste regē & prophetā blasphemauit. Dignus spectaculo, quia spectabatur, vt si Ierusalē egrederetur, interficeretur, habēs in manu hastam, id est, legem Dei, quam si meditatus esset per manendo in Ierusalem, non periret. Sed quia præceptum regis irritum fecit, & exiit Banaias, in virga, id est, in rectitudine iustitiæ descendit, & hastam quam non rectè tenebat, extorsit.

D 2. Reg. 2. 23. Leuit. 24. b.

causam noluit bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque frater Ioab, ipse erat princeps trium. Et ipse leuauit hastam suam contra trecentos † vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, & inter tres secundus, inclytus, & princeps eorum. a Veruntamen vsque ad tres primos non peruenerat. † Banaia filius Ioiadæ viri robustissimi, qui multa opera

a ¶ Fronicatus ab illis. b Leones Dei.

b perpetrarat, de Cabseel, ipse percussit duos ariel Moab. Et

a ¶ Qui nescius inciderat in cisternam niuibus plenam.

c ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempo- d e re niuis, & ipse percussit virum Ægyptium, cuius statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium. Descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banaia filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter triginta primus. Verumtamen ad tres vsque non

a ¶ Dignus nominari.

a ¶ Tanquam familiarem & fidelem consiliarium.

f peruenerat. Posuit autem eum Dauid ad auriculam suam. Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Ioab, & Elehanan filius patrui eius de Bethlehem, Semmoth † Arodites: Helles, Phalonites, Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites, Sobbochai Husathites, † Ilai Ahohites, Maharai Netophatites, Heled filius Baana Netophathites, Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, Hurai de torrente Gaas, † Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. Filii Assemgezonites, Ionatham filius † Sage Ararites, † Ahiam filius Sachar Ararites, Eliphal filius Vr, † Hepher † Mecherathites, Ahia Phelonites, Hesro Carmelites, † Naarai filius Azbai, Ioel frater Nathan, † Mibahar filius Agarai, Selec Ammonites, † Naharai Berothites, armiger Ioab filij Saruiæ, Ira Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi, Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta, † Hanan filius Maacha, & Iosaphat Mathanites, Ozia Astarothites. Samma, & Iehiel filii Hothan † Arorites. Iedihel filius Samri, & Ioha, frater eius, Thosaites, Eliel, Mahumites, & Ieribai & Iosaia filii Elnaem, & Iethma Moabites, Eliel, & Obed, & Iasiel de Masobia.

† q. os vulnerauit. † 2. Reg. 23. c.

c *Tempore niuis.* Qua potest gratia Christi quæ mundo resplenduit: & frigus charitatis qua refrigescit homines significari. Banaias verò qui ędificator dominus interpretatur, Christū significat, de quo dicitur: *Aedificans Ierusalem dominus, &c.* Hic multa opera perpetrauit, qui ait: *Pater meus vsq; modo operatur: & ego operor.* Hic est de Cabseel, id est, de congregatione domini, quia ad cum omnis sanctorum cętus pertinet, qui descendens de cęlis, & factus homo leonē, id est, diabolum qui infidelitatis suę frigore torpentem mūdum possidebat, morte sua interficiens in infernum demersit. Hic Aegyptium, id est, Antichristum peccatis nigerrimū id est, quinque sensibus corporis abutentem ad scelera per virgam crucis superans, propria reum nequitia virtute dānauit perpetua. In diebus niuis, quia per mortem peccatum expiauit. Vnde: *Lauabis me & super niuem dealbabor.*

E Psal. 146. a. Ioan. 5. cap. † Arothites vel Arorites. † Achiam. † Mechurathites. † Naorai. † Mabar. † Hanam. Psalm. 50. b. F

f *Inter tres.* Abisai & Sobochai & Ionathan, quibus viribus æquabatur, qui erat super triginta, sicut Hebræus affirmat.

CAP.

CAP. XII.

A a HI quoq; venerunt. Huc usque enumerauit fortes Dauid qui adiuuerũt eum, vt regnaret super Israel.

b *Qui erant fortissimi & cæt.* Secundum literã significat eos agiles esse, & strenuos omni genere bellandi. Mystice vero milites Christi non segnes, sed studiosos describit in prosperis, & in aduersis, à dextris, & à sinistris.

†armati arcu, dextra & sinistra iacientes lapides, & sagittas arcu.

Mystice.

B c *Veloces.* Dicit pro sensus acumine, vel corporis agilitate. Mysticè vero, qui Christi militiam profitentur, non debent esse paruuli sensu, sed prouidere bona, non tantum coram Deo, sed etiam corã omnibus hominibus.

Rabbanus.

1.Cor.14.d.

d *Nouissimus, & cæt.* Hic significat doctores Iudæorum, & Gentium, de quibus Paulus ex tribu Beniamin ait. *Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras*

Gal.2.b.

C

dextras mihi dederunt, & Barnabę societatis, & c. Hi ad Christum venientes per omnia explorati sunt. Vnde *Vos autem, quem me esse dicitis?* Respõdit Petrus pro omnibus. *Tu es Christus filius Dei viui.* Cui dominus. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Et alibi. *Accipite spiritũ sanctum, quorum remiseritis pec. re. eis.*

D

Matthæ.16.d. † adhuc clausũ à facie Saul filij Cis, cum se abscõderet à facie, &c.

Ioan.20.f.

† Iozabad.

c *Transierunt* Iordã. Iordanis in quo Christus baptizatus est, baptismum significat, hunc transeunt doctores mense primo, *quando mun. con. super.* quia domino in carne apparẽte, & annum acceptabilẽ consecrãte, postquã baptismum suo baptismate consecrauit ipsum prædicãdo, & baptizando toto orbe diffuderunt.

E

† Saphiam.

† ad munitionem.

f *Et omnes fugauerunt, qui mora.* Quia Iudæos quos Orientalis plaga propter ortum scientiæ legis signi-

Rabbanus. præerat pro hac dictione subaudi per se. quebatur, centum scilicet.

F

CAP. XII.

HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, † cum adhuc fugeret Saul filiũ Cis, qui erant fortissimi, & egregij pugnatores † tendẽtes arcum, & vtraq; manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas. De fratribus Saul ex Beniamin princeps Ahiezer, & Ioas filii Samaa Gabaathites, et Iaziel, & Phaltet filij Azmoth, & Baracha, & Iehu Anathotites. Samaias quoque Gabaonites, fortissimus inter triginta, & super triginta Ieremias, & Iehezıel, & Iohanã, & † Iezabad, Gaderothites, & Elusai, & Ierimuth, & Baalia, & Samaia, & † Saphatia Haruphites, Elcana, & Iesia, & Azareel, & Ioezer, & Iesbaam de Carethim: Iohela quoque, & Zalbadia filii Ierohan de Gedor. Sed, & de Gaddi transfugerũt ad Dauid, † cum lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenẽtes clypeum, & hastam. Facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in mõtibus. Ezer princeps primus, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmana quartus, Ieremias quintus, Ethi sextus, Eliel septimus, Iohanan octauus, Elzebad nonus, Ieremias decimus, Mathbanai vndecim⁹. Hi de filiis Gad principes exercitus. Nouissimus centum militibus præerat, & maximus mille. Isti sunt, qui transierunt Iordanẽ mẽse primo, quando inundare consueuit super ripas suas, & omnes fu-

¶Fortitudine mentis.

a ¶Doctor ecclesiasticus, qui nouissimus pro humilitate dicitur. b ¶Christi, qui perfectioni student virtutum.

a ¶Qui scientia pollet, & verbo, & exemplo docet, æterna beatitudine dignus, quæ millenario designatur.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XII.

1 HI quoque venerunt. Hic consequenter exprimuntur adiutores Dauid minus principales. & primo adiutores eius in Saulis psecutione, secundo in regni adeptione, ibi. *Iste quoque est numerus.* Circa primã partem nominantur adiutores Dauid, stante persecutione Saulis, & tribus de quibus fuerunt, & loca de quibus ad Dauid venerunt. Primo ergo ponuntur isti adiutores in generali, cum dicitur.

Hi quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, &c. Quæ erat ciuitas assignata ipsi Dauid ab Achis rege Geth, vt hr̃ 1. Reg. 17. b.

2 *Tendentes arcũ.* i. habẽtes artem sagittandi, vnde subditur.

3 *Et dirigentes sagittas.* Scilicet vtraque manu, sicut pmittit de arte fundibularia. Cõsequenter ponunt in speciali, cũ dr̃.

4 *De fratribus Saul ex tribu Beniamin princeps, &cæt.* Hoc exprimitur ad declarationem bonitatis Dauid, quod propinqui Saul venerunt in adiutoriũ Dauid in persecutione eius existẽtis, q̃a sciebant ipsius Dauid innocentiã, & Saulis malitiã.

5 *Sed, & de Gad.* Hoc est de tribu Gad, sicut patet, q̃a istis nominatis subditur. *Hi de filijs Gad, &c.* transfugerũt ad Dauid cum lateret in deserto. longo enim tempore fuit in deserto Maon, & in deserto Ziph. & in aliis locis ad fugiendũ aptis.

6 *Facies eorum quasi facies, &c.* Inuadentibus resistendo.

7 *Et veloces quasi capreæ, &c.* Fugientes persequendo. Est tamen hic hyperbolica locutio, ad designandum magnam eorum audaciam, & agilitatem.

8 *Hi de filijs Gad principes exercitus.* Scilicet fuerunt postquam Dauid habuit regnum, quia quandiu fuit in fuga Saulis non habebat tãtũ populum, quòd faceret exercitũ. vnde subdit.

9 *Nouissimus.* idest, minor inter istos principes, scilicet, *centum militibus præerat, & maximus mille.* Non enim legitur Dauid habuisse viros ante mortem Saul, nisi tantum sexcentos, vt habetur 1. Reg. 27. & 30.

10 *Isti sunt, qui transierunt Iordanem.* Ad inuadendum hostes.

11 *Quando inundare consueuit, &c.* Hoc ponitur ad ostendendum maiorem eorum fortitudinem, & audaciam, quia tũc cum maiori difficultate poterat Iordanis transiri.

12 *Et omnes fu.* Illi enim erant Gentiles. qui partem terræ filiorum Israel occupauerant.

Venerunt

MORALITER.

1 *Hi quoque venerunt ad Dauid, &c.* Sequitur.

† *Vtraque manu fundis saxa iacient. dirigen. sagittas.* Per fundibularios, qui cum sonitu magno saxa iaciunt cõ aduersarios, significantur prædicatores, qui clamando contra vitia deterrent peccatores. Per sagittarios autem significantur orantes deuote. tales enim orationes sunt sagittæ spirituales impugnationem dæmonum repellentes.

5 *Sed, & de Gaddi transfugerunt.* Per istos significantur isti, qui sunt in exercitu Christi armati clypeo patientiæ ad sustinendum tribulationes, & hasta constantiæ ad arguendum tyrãnos potentes, ideo subditur.

6 *Facies eorum quasi facies, &c.* Prouer. 28. a. *Iustus quasi leo confidens absque terrore erit.*

7 *Et veloces quasi capreæ.* idest, promptissimi ad exequendũ mandata Christi.

10 *Isti sunt, qui transierunt Iordanẽ.* Per Iordanẽ, qui interpretatur riuus iudicii significatur cursus huius mundi, q̃ currit ad mortẽ, q̃ est particulare iudiciũ hominis de quo dicitur Ecc. 38. c. *Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuum. mihi heri, & tibi hodie.* Per inundantiã autẽ Iordanis, significatur incremẽtũ tribulationis. Per istos igit, qui transierunt Iordanẽ tempore inundationis, figurati fuerunt martyrés in maximis tribulationibus patientes, & quod maius est aliqui eorum gaudẽtes, Act. 5. g. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

† Venerunt

significat, vel Getiles in quibus naturalis prudentia occidit, dum cultum Dei attribuunt idolis euangelij prædicatione fugauerūt. Vnde. *Inimicos meos dedisti mihi dorsum, & o. m. disperdisti.*

a *Porro de Manasse.* Hi scilicet septē principes, q de Manasse venerūt significant primos ecclesiæ doctores d Iudea venientes qui septiformi spiritu illustrati adiuuant nostrum Dauid contra latrunculos, i. hereticos, vel spiritus malignos, q non cessant de ecclesia rapere, & captiuare quos possūt. vnde. *Deo autem gratias qui semper triūphat nos in Christo Iesu.*

b *Aduersus latrunc.* HIERONI. Idest, Amalechitas, q prædati sunt vxores eius, & eorum, qui cū eo erant.

gauerunt, qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam, & Occidentalem. Venerunt autem, & de Beniamin, & de Iuda ad præsidium in quo morabatur Dauid. Egressusque est Dauid obuiam eis, & ait: si † pacifice venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis. Si autem insidiamini mihi pro aduersariis meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & † iudicet. Spiritus vero induit Abisai principem inter triginta, & ait. Tui sumus, o Dauid, & tecum futuri filii Isai. Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. Te enim adiuuat Deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit principes turmæ. Porro de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando veniebant cum Philisthiim aduersus Saul, vt pugnaret, Et non † dimicauit cum eis, quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes. † Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & † Iozabad, & Iedihel, Michael, & Ednas, & Iozabath, & Eliu, & Salathi, principes militum in Manasse Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus † latrunculos. Omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu, sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grandis numerus quasi exercitus Dei. Iste quoque est numerus principum † exercitus, qui venerunt ad Dauid cum esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum iuxta verbum domini. Filii Iuda portantes clypeum, & hastam, sex milia octingenti, expediti ad prælium. De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum septem milia centum. De filiis Leui quatuor milia sexcenti. Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria milia septingenti. Sadoc etiam puer † egregiæ indolis, & domus patris eius principes vigintiduo. De filiis autem Beniamin fratribus Saul tria milia. Magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. Porro de filijs Ephraim, viginti milia octingenti fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. Et ex dimidia parte tribus Manasse, decem, & octo milia, singuli per nomina sua venerunt, & constituerunt regē Dauid. De filiis quoq; Issachar viri eruditi

Interlinear: ¶Nolentes ad arcem virtutum, & sapientiæ culmen accedere. ¶A Philisthæis remissus euntibus contra Saul. ¶Qui vastauerunt Siceleg, & vxores eius captiuas abduxerunt. ¶Numerum sacerdotum significat, qui in domo patris Sadoc, idest Leuitici ordinati sunt.

Marginal: † increpet. vel puniat. Psal. 17.f. † inuit eos. 1. Reg. 29.b. † Iozabaath. † exercitum. 1. Cor. 2. — Hieron. † expeditorum ad pugnam. † fortis tribus.

c *Exercitus Dei.* Qui scilicet egressus est de Aegypto, idest, sexcēta milia, sic exponunt Hebræi. Sed mystice in exercitu nostri Dauid quotidie numerus fidelium crescit, donec compleatur, qui ad vitam prædestinati sunt æternam.

d *Vt transferrent.* Quia sancti doctores maxime desiderant, vt veteris legis cultus in spiritualem intelligentiam euangelij trāsferatur, & fiāt omnia noua.

e *Ioiada quoque princeps de stirpe Aarō, etc.* Hunc tradunt Hebræi fuisse Phinees filiū Eleazari, ad cuius comparationem Sadoc puer vocatus tanquam ætate, & merito minor.

f *De filiis quoque Issachar, viri, &c.* Doctores legis in tribu Issachar fuisse

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venerunt aūt, &c. *Illi enim Beniamin timentes ne Dauid aduētum eorum haberet suspectum, sicut accidit de facto, vt patet in litera sequenti, rogauerunt illos de tribu Iuda, vt associarent eos, vt sic Dauid qui erat de tribu Iuda, eos reciperet securius. vnde, & illi de tribu Iuda rñderunt pro eis ipsi Dauid de eorum aduentu dubitanti. vñ subditur.*

2 Spiritus vero. *Idest, audacia, & constantia loquendi, quia non accipitur pro spiritu prophetiæ.*

3 Induit Abisai. *In Hebræo habetur,* Amasai, *& dicunt Hebræi, quòd iste fuit Amasa, vterque tamen fuit nepos Dauid, de duobus tamen sororibus eius, vt dictum fuit 2. Re. 17.*

4 Te enim ad. Deus. *q. d. merito iustum est, quod homines te iuuēt.*

5 Suscepit ergo eos Dauid. *Confidens de verbo nepotis sui.*

6 Porro de Manasse. *Non est intelligendum, quòd illi venirent ad pugnandum contra Saul, & alios filios Israel, sed illo tempore venerūt ad Dauid, scilicet aliquantulum post, quando de illa via Dauid reuersus fuit in Siceleg, vt habetur in litera.*

7 Hi præbuerunt aux. Dauid adu. *q succenderant Siceleg, & populum captiuum duxerant, vt habetur 1. Reg. 30.*

8 Sed, & per singulos. *Maxime post mortem Saulis.*

9 Vsque dum fieret grandis. *Hoc dicitur ad denotandum venientium multitudinem, quia de Deo dicitur Iob 25.a.* Nunquid est numerus militum eius?

10 Iste quoque. *Hic consequenter ponuntur adiutores Dauid in regni adeptione, & patet litera paucis exceptis.*

11 Filij Iuda portantes. *Non est mirandum si de aliquibus tribubus aliis in sequentibus ponitur maior numerus venientium ad Dauid in Hebron, vt habetur in litera, quia antequam Dauid veniret in Hebrō, maior pars tribus Iudæ adhæserat ipsi Dauid.*

12 Ioiada quoque. *Dicit hic glossa Hebraica, quod iste fuit pater Banaiæ, qui supra nominatus est inter fortes Dauid.*

13 Sadoc etiam puer. *Istud additur ad reddendum rationem, quare nominatur inter principes, licet esset iuuenis.*

14 De filiis quoque Issachar. *Erant enim isti studiosi in lege, & sciebant optime consulere quid, & quando esset aliquid agendum, propter hoc sequitur.* 1 Omnis

MORALITER.

1 *Venerunt autem.* Iuda cōfitens interpretatur, & Beniamin filius dextræ. Per hoc ergo, quòd venientes ad Dauid de Iuda, & de Beniamin simul combinantur, significatur, q illi, qui peccata sua pure fideliterque confitentur, ad dexteram Christi in finali iudicio statuentur, Matt. 25. *Statuet oues à dextris.* quibus dicetur. *Venite bene. pa. m. percipite pa. vobis re. etc.*

6 *Porro de Manasse.* Manasses obliuio interpretatur, ideo per istos de Manasse significant̃ pauperes religiosi, qui propter Christum temporalia dimittentes ea dare debent obliuioni & anhelare ad pręmia paradisi, vt cum Apostolo dicant illud Phil. 3.c. *Quæ retro sunt obliuiscens ad anteriora extendens meipsum.* Et de istis subditur.

7 *Hi præbuerunt, &c.* Per quos significantur hæretici, qui occulte simplices Christianos decipiunt ad errorem suū ptrahentes, & contra istos latrunculos pbent auxiliū Dauid pauperes religiosi pro salute fidelium laborantes, 1. Corinth. 3.b. *Dei adiutores sumus.*

† *De filiis Leui.* Tribus Leuitica ad ministerium tabernaculi fuit deputata, pp quod per illos de tribu Leui significant̃ p̄lati, & clerici deuoti, q sunt ad ministeriū ecclesiæ deputati.

† *Porro de filiis Ephraim.* Intelligi possunt diuites, &c. Ephraim interpretatur fertilis, propter quod per filios Ephraim intelligi possunt diuites, & potentes huius seculi, qui tamen ad opera misericordiæ liberales sunt atque prompti, propter quod sicut fertiles sunt in bonis fortunæ, sic fertiliter recipiunt bona gratiæ, & gloriæ, Matth. 5.a. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

14 *De filiis quoque Issachar.* Issachar interpretatur merces, iō per istos significantur doctores ecclesiæ docentes fideliter in spe mercedis æternæ, 1. Cor. 3.c. *Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum.* vnde subditur.

† Qui

A fuisse traduntur, qui singula tempora ceremoniarum obseruanda docebant, & quid facere deberet Israel præscribebant. Hi doctores Ecclesiæ significant, quorum præceptis subditi obtemperant.

THEO. Eos in admiratione habuit propter sapientiam, vt qui idonei essent, & B solertes ad videndum, quid sit agendum, & præuidendum, non prophetice, sed sapienter, futura, & ad docendum conducibilia.

a Viginti

† Omnes autem fratres eorum ad sermonem eorum erant. Hebr.

† ad disponendum bellum.

Quæst. in 1. par.

† instructi acici.

† propinqui eis, & cófines.

qui nouerant singula tépora ad præcipiendú qd facere deberet Israel † principes ducenti. † Omnis autem reliqua tribus eorú consilium sequebatur. Porro de Zabulon, qui egrediebantur ad prælıú, & stabát in acie instructi armis bellicis, quinquaginta milia † venerút in auxilium non in corde duplici. Et de Nephthali principes mille, & cum eis instructi clypeo, & hasta triginta, & septé milia. De Dan et præparati ad prælium vigintiocto milia sexcenti. Et de Aser egredientes ad pugná, & in acie prouocantes quadraginta milia. Trans Iordané auté de filiis Rubé, & de Gad, & dimidia parte trib. Manasse, a instructi armis bellicis centú viginti milia. Omnes isti bellatores, & † expediti ad pugnádum corde perfecto venerút in Hebron, vt constituerent regé Dauid super vniuersum Israel. Sed & omnes reliqui ex Israel vno corde erát, vt rex fieret Dauid. Fueruntq; ibi apud Da b uid tribus diebus cómedétes, & bibétes. Præparauerát enim eis fratres sui. Sed & qui † iuxta eos erant vsque ad Issachar, & Zabulon, & Nephthali afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas, vuam passam, vinum, oleum, boues, arietes, ad omnem copiam. Gaudium quippe erat in Israel.

† Prædicti, scilicet.

a Viginti, &c. Apostoli, s. & Apostolici viri ad nostrú Dauid cóueniút, & ei spiritualiter copulantur, & alii tá ex Iudæis, q̃ géntibus vno corde, & pari voto certantes, vt fiat rex Dauid, & ipsi sint regnú Chri.

b Tribus diebus. Omni tépore, s. fidem trinitatis tenentes, & qui primi doctores, id est, Apostoli ex diuina scriptura alimenta præparauerant, accipiétes, & omniú bonorum largitioni gratias agétes. E

Rabbanus. D

† ad præcipiédum.

† omnibus. † ad disponendum in non corde, & corde. Heb. pro venerunt, vt acie disponerent corde simplici & non ficto.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnis autem re. *Quia cæteræ tribus eorú cósiliis acquiescebát.*

2 Omnes isti viri, &c. *Quia ante fuerat inunctus rex super tribum Iuda tantum, vt habetur 2. Reg. 2.*

3 Sed & omnes reliqui. *Hoc est, & illi, qui nó venerút in Hebron, sed in ciuitatibus aliis remanserant, desiderabant promotionem Dauid ad regnum.*

4 Præparauerant enim eis, &c. *Hoc enim subditur ad ostendendum quomodo iter tanta multitudo veniens ad Dauid in Hebron habuit victualia tribus diebus.*

MORALITER.

† *Qui nouerant.* Noui, scilicet, & veteris testamenti. & *Ad præcipiendum.* i. populus Christianus, qui secúdum verba doctorum ecclesiæ debet regere mores suos, & actus.

† *Porro de Zabulon.* qui interpretatur pulchritudinis habitaculum, propter quod per istos significantur illi, qui sunt solliciti seruare munditiam cordis, & corporis, vt Deo parent habitaculum suæ mentis, quia scribitur Sap. 1. a. *In maliuolam animam non introibit sapientia,* scilicet increata, *nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

† *Et de Nephthali.* Qui interpretatur dilatio mea, ió per istos significant homines charitatiui, quorú corda sunt ad Deum & proximum dilatata, 2. Cor. 6. c. *Os nostrum patet ad vos o Corinth. cor nostrum dilatdtum est.* Et sequitur. *Dilatamini, & vos.*

† *De Dan etiam, &c.* Dan interpretat iudicium, ió per istos significantur boni iudices in iudicádo veritatem, & exequédo constántes, ideo dicuntur parati ad prælium contra veritatis, & iustitiæ turbatores.

† *De Aser egredientes, &c.* Aser interpretat beatitudo, ppter quod per istos significantur illi, qui falsam beatitudiné huius seculi respuunt, & verá beatitudiné totis viribus ɔcupiscút, pp quod ad pugnandum contra vitia viriliter se opponunt.

† *Trans Iordanem autem de filiis Ruben.* Ruben visionis filius interpretatur, & Gad feliciter, pp quod isti duo simul iunguntur. Nam per Rubenitas significantur excellentes in contéplatione diuinorum, & isti iam in præsenti seruiunt feliciter degustando suauiter bonorum dulcedinem supernorum, dicente Psal. *Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus, &c.* Omnes autem isti prædicti sunt de exercitu, & societate veri Dauid Iesu Christi.

Psal. 33. b.

CAP.

CAP. XIII.

C a INiit autem. Apostolis, Euágelistis, qui fidem incarnationis à Iudæis ad salutem gentiú tráftulerunt. Hoc est enim de colle Cariathiarim, q̃ est in Iuda, & interpretatur ciuitas syluarum, ad se arcé domini trásferre, de eminentia, scilicet scripturarú apud Iudæos posita, vbi vmbra nemorosa figurarú abundat, ad intellectú Gentilis populi, vbi fundatur ecclesia fidé domini perducere.

b Non enim. Quia interpretatur vet. test. spirituale sensum, qui

i. deest, Nilo

Rabbanus.

CAP. XIII.

† Disposuit. † Christus.

a INijt autem consilium Dauid cum tribunis, & centurionibus, & vniuersis principibus, & ait ad omnem cœtum Israel: Si placet vobis, & a domino Deo nostro egrediet sermo qué loquor, † mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes, & Leuitas qui habitant in suburbanis vrbium, vt congregentur ad nos, b & reducamus arcam Dei nostri ad nos. Non enim requisiuimus eam in diebus Saul. Et respondit vniuersa multitudo, vt ita fieret. Placuerat enim sermo omni populo. Congregauit c ergo Dauid cunctum Israel, à † Sihor Ægypti, vsque dum d ingrediaris Emath, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim.

qui latebat, populus ille aperire non poterat, sicut núc reuelatus est Apostolis, & prophetis, gentes, s. esse cohæredes, & cóparticipes promissionis domini.

c *A Sihor.* Sihor fluuius Aegypti est, qui à Nilo, vt ferunt deriuat, & interpretatur firmamétum nouum, & turbidú. vnde. *Quid nunc tibi vis ĩ via Aegypti, vt bibas aquam turbidam?*

d *Cariathiarim.* Ciuitas Damasci, quæ in Amos † Emathabal, idest, Emath magna, q̃ nunc Epiphania nuncupatur. Per Sihor aút, & Emath totam

† Disperguntur, vt mittamus huc, & illuc.

F

Ieremi. 2. d.

† Theman. Amos 1. d.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

1 INijt autem. *Postquam descripta est ipsius Dauid inunctio, hic consequenter describitur sui regiminis dispositio, q̃ qu de est optima qn incipit à diuinis, quia qñ rex, qui in temporalibus est Dei vicarius bene se habet erga Deum, Deus in agendis dirigit eum. ergo primo describitur deuotio Dauid erga Deum in arcæ veneratione. secundo in tépli ædificatione c. 17. tertio in cultus diuini ampliatione, c. 23. & inter ista ponuntur illa, quæ pertinét ad bonitaté sui regiminis. Circa primum arcæ deportatio inchoatur, & secundo interrupta cósummatur, c. 15. Circa primú, primo describitur reuerentia Dauid in diuinis, secúdo eius prudentia in humanis c. 14. Reuerentia vero Dauid in diuinis ostenditur in reuerenti deportatione arcæ testamenti, q̃ quidé deportatio primo incipitur. secundo pp impedimentum superueniens interrumpitur, ibi.* Cum autem peruenissent. *Sententia autem huius c. patet ex dictis, 2. lib. Reg. 6. cap. hoc excepto.*

1 Cum

MORALITER.

1 *Iniit autem consilium.* Expositio mystica huius cap. posita est 2. Regum 6.

1 Misit

totam terram promissionis comprehēdit. Per Sihor riuū s. vel torrētem, significat Aegypti australē partē. Per Emath vero Septentrionalē. *Cariath*. quę alibi Cariathbaal ciuitas saltuum, vna de vrbib. Gabaonitarum in tribu Iuda in nono miliario ab Helia euntibus Diospolim, de qua fuit Vrias propheta, quem interfecit Ioachim in Ierusalem secundum Ieremiam. Filius quoque Sobal Cariathiarim dicitur, sicut superius ostenditur.

a *Omnis vir*. Electus nobilior. Numerus autem horum virorū in Regum comprehensus est, vbi legitur. *Congregauit autem Dauid omnes electos ex Israel triginta millia*.

b *Cum autem peruenissent, &c.* Ventū est ad aream Chidon, i. clypeum, quia in ecclesia certa est Dei protectio, vnde *Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos*. Vbi, sacerdos incautius arcā tangens a domino percussus est, sic & populus Iudæorū qui gentibus inuidet, & dum legē vult euāgelio miscere, vtrumque perdit Occiso sacerdote, diuertit Dauid arcā dñi in domo Obededō Gethæi, qa respuētib. Iudæis verbū Dei, Apostoli conuersi sūt ad gētes. Vn̄ & locus areæ Nachor, q̄ gētiū pparationē demōstrret peusso Oza dr̄, quia relicto illo salus gentibus facta est. Obededō q̄ interpretatur seruiens homo, populū Gentilē significat, de quo dicitur. *Populus quem non cognoui, ser. mihi*. Abiectio quoque Iudęorū, quasi percussio Ozæ pmittitur sic *Eripies me de cōtradictionibus p.* Geth, qui interpretat torcular, crucem signāt, in qua vitis vera calcata est & expressa. Vn̄ gentium populus potest dici Gethæus, tanquā dicat. *Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi*

Iosu. 15. d. Ierem. 26. f. † super quam. ‡ Ahio. 2. Reg. 6. a. Hierom. Rabbanus. Psal. 5. d. 2. Reg. 6. b. † diuertit. Act. 13. g. Psal. 17. g. Ibidem f. Gal. 6. c.

a Et ascendit Dauid, & omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam domini sedentis super cherubim, † vbi inuocatum est nomen eius. Imposueruntq; arcam Dei super plaustrum nouum de domo Abinadab. † Oza autem & fratres eius minabant plaustrū. Porro Dauid & vniuersus Israel ludebant coram Deo omni virtute, & in cāticis, & in cytharis, & psalterijs, & tympanis, & cymba-

a ¶ In regum Nachor. pro quo Aquila interpretatur aream præparatam. Chidon. autem interpretatur clypeus, & dicitur esse locus ubi dictum est Iosue. Leua clypeum contra urbem Hai.

b lis, & tubis. Cum autē peruenissent ad aream Chidon, tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam. Bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam. Iratus est itaque dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quod tetigisset arcam, & mortuus est ibi coram domino. Contristatusque est Dauid, eo c quod diuisisset dominus Ozam, vocauitq; locum illum, diuisio d Ozæ vsque in præsentem diem, & timuit Dauid Deum tunc temporis, dicens: quomodo possum ad me introducere arcam Dei? & ob hanc causam eam non adduxit ad se, hoc est in ciuitatem Dauid, sed auertit in domū Obededom Gethæi: Mansit

a ¶ F. de, spe, & charitate.

e ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus, & benedixit dominus domui eius, & omnibus quę habebat.

c *Eo quod diuisisset dominus Ozam*. Tradūt Hebræi, Abinadab sacerdotē iussisse filijs suis Oza & Haio, vt portarent arcam humeris secundū præceptū legis. Sed quia nō portauerunt, nec Caathitis portādā dederūt, percussit dn̄s Ozā, & diuisit

✻ Hierom. Fuit peccatum in non portando, in sustinendo arcā iam pœna peccati.

d *Diuisio, Ozæ*. Traditur quod aruisset brachium eius & humerus, vbi arca domini portanda erat, & in illius loco, diuisio quędā facta est.

✻ Theod. Oza punitus fuit cum esset Leuita, non sacerdos, quoniam ausus sit ad eam appropinquare. Erat enim solum sacerdotū eam ferre humeris. Postquam autem timēs Dauid non ausus est eam in domum suā adducere, sed eā statuit in domo Obededom Gethæi, ostendens Deus se nō nosse differentiam Israelitæ, & alienigenę, sed solam honorare pietatem. Ee fecit enim vt domus alienigenę abūdaret oē genus bñdictioni bus. Hos fōtes Dauid cōspicat, i regiā arcā rursus trāstulit.

e *In domo Obededom*. quia & ipse Leuita. Cognita autē causa pro qua Oza percussus est, iussit Dauid arcam portari proprijs Leuitarum humeris, sicut patet in sequenti. Notādum quantum delinquit qui corpus domini indigne accipit, si deuotus sacerdos interijt, qui arcam dominici figuram corporis minori quam debuit veneratione corripuit.

Allegor. autem Dauid Christum, arca ecclesiam significat, quam vult Christus in ciuitatem suam adducere. Vnde. *Non sum missus n si ad oues quæ perierunt domus Israel*. Et alibi, *Cæcitas ex parte contigit in Israel, &c.*

Hierom. Num. 7. 13. Reg. 3. a. Quæst. in hunc locum. lasciuiens paululum. Hierom. Allego. Math. 15. c. Rom. 11. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum autem peruenissent. 2. Reg. 6. dr̄. Ad aream Nachor ad quod dicendum est, quod ille locus erat binomius, vel dominus loci, & sic ponitur hic vnum nomen, aliud vero 2. Reg. 6. cap.

CAP. XIIII.

Misit quoque Hiram. Sequitur.

a *Accepit quoq; Dauid &c.* Multæ vxores Dauid, multas gētes significāt, quæ per fidem Christi copulantur. Cōcubinæ hereticorū ecclesias quę Christiani nominis titulo gloriantur. Sed quia propter carnalia lucra Christum sequuntur, non coniuges, sed cōcubinæ dicūtur. Nunc reges si plures, habeant vxores crimē est, qa figuræ transierunt.

b *Audientes autem*. Diffamata euangelij gratia, & regno Christi vbiq; prædicato gentes vndique surrexerunt contradicentes euangelio pacis.

✻ Hieronymus. Tradūt Philisthæos idolum habuisse, cui in lachrymis hominum sacrificiū parabatur. Huic illi more suo lachrymis sacrificabant. Et eis ex aduerso Dauid venit in quorum capitib. iam

Rabbanus. † 2. Reg. 5. b. ✻ eo. Quæst. in hunc locum.

CAP. XIIII.

1 Misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina & artifices parietū lignorūq; vt ædificarēt ei domum. Cognouitq; Dauid, quod cōfirmasset eum dominus in regem super Israel, & subleuatum est regnum suum super populum eius Israel. Accepit quoq; Dauid † a alias vxores in Ierusalem, genuitque filios & filias. Et hæc nomina eorum qui nati sunt in Ierusalem, Samua, & Sobab, Nathan, & Salomon, Iebahar, & Elisua, & Eliphalet, Noga quoque, & Napheg, & Iaphia, Elisama, & Baalida, & b Eliphalet. Audientes autem Philisthijm quod vnctus esset † Dauid in regem super vniuersum Israel, ascenderunt omnes

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

1 Misit quoque. *Hic cōseqūēter describit prudentia Dauid in agēdis, et primo in multiplicatione amicorū, secūdo in debellatione aduersariorum, ibi.* Audientes autem *& virmq; faciebat ad regni sui firmamentum, vt patet. Sententia aūt huius cap. patet ex dictis 2. Re. 5. vsque ad finem illius ca. hoc excepto &c.*

Diuiso.

MORALITER.

1 *Misit quoque*. Expositio mystica huius ca. posita est 2. Reg. 5. vsque ibi.

† *Accepit quoq;*. Per Dauid significatur Christus, vt dictū est frequenter. Per primas eius vxores intelligi possunt synagoga & ecclesia prout diuidit̄ ꝯ synagogā. Quæ quidē ecclesia in allegorico sensu Ierusalē nominatur. Igitur per vxores quas accepit Dauid in Ierusalem personę deuotę significantur, quæ in ecclesia per obseruantiā castitatis vel integritatem fidei, Christo desponsantur, 2. Cor. 11. *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.*

† *Audientes au*. Huius expositio mystica posita ē 2. Reg. 5. c.

siam furor domini sæuiebat quando ad eos ventum est: Iō timuerunt gentes Dauid propter idolum destructum, cui humanis lachrymis sacrificabatur.

a *In cacumine pyrorum.* In Hebræo vero, *flentium*, i. idolorum venire iubet, in quibus confidebant, quia ad fletum æternum ducunt. *Cum audieritis*, inquit, *sonitum gradientis in cacumine flentium.* idest, cum audieris ab angelis Paganorum idola destrui, in quibus est omnis fortitudo eorum, tūc inibis prælium. quia dominus ante te percutiet castra Philisthinorū. Inuisibilis Deus, qui in maiestate sua præeminet vniuersis, per inuisibilia præsentiā suā ostendit. vnde *Inuisibilia ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Innuitur, quoq; fidelib. vt auxiliū Dei qui erant in omnib. & proficere se in certamine cōfidant, cum domini aduētū sibi adesse sentiant. Cacumina vero pyrorum significāt altitudinē sanctorum. Dat Deus signum doctoribus sanctis ad prædicandum missis, vt sequantur, scilicet, deuotionis ministerio, quos spiritus sanctus dirigit præmonendo.

b *De Gabaon vsq; Gazera.* Percutit Christus, qui in colle superbiæ cō sistunt, & conterit sepem diuitiæ, eorū diuidens pertinaciā, vt solus dominetur in orbe terrarum. vnde sequitur. *Diuulgatumque est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & dominus, &c.*

a ¶Non fidei deuotione, sed dolo nequitiæ, ideo non meruerunt venire, quia scilicet noluerunt credere. b ¶beneficij sui munera ostendens, sed qui ingratus fuit mortem sibi acquisiuit.

vt quærerent eum. Quod cum audisset Dauid, egressus est obuiam eis. Porro Philisthijm veniētes diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluitque Dauid dominum, dicens. Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei dominus. Ascende, & tradam eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi Dauid,

a ¶Cum fideles sibi per electionem gratiæ communit, & infideles expulit.

& dixit. Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ. Et idcirco vocatum est nomen loci illius Baalpharasim. Dereliqueruntque ibi deos suos quos Dauid iussit exuri. Alia etiam vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle. Consuluitque rursum Dauid Deum, & dixit ei Deus. Non ascendas post eos, † recede ab eis, [1] & venies contra illos ex aduerso pyrorum. Cumque audieris sonitum [a] gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim. Fecit ergo Da-

¶Christus. a ¶Pater. b Dæmonum, vel mundi principatum. c ¶Collis, vel sublimitas.

[b] uid sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philisthinorum de Ga-

a Sepem eius, vel diuisionem. b ¶Dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

baon vsque Gazera. Diuulgatumque est nomen Dauid in vniuersis re- [2] gionibus, & dominus dedit pauorem eius super omnes gentes. [3]

Margin: † circuìda eos. — Rom. 1. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non ascendas post.* Per hoc non est intelligendum, q Dauid retrocederet ab aduersariis, sed de mandato Dei declinauit a latere gyrando exercitum Philisthinorum, vt in alia parte signo sibi à Deo dato inuaderet ipsum, vt habetur 2. Re. 5. 2 *Diuulgatumque est no. Da.* propter duplicem victoriā prædictam. 3 *Et dominus dedit, &c.* Quæ erant in circumitu regni sui, ita quòd nullus audebat regnum suum molestare.

parte

CAP.

CAP. XV.

a *Fecit quoq;.* ✠HIER. Dauid aliud nouum tabernaculum fecit, quo istud, quod à Moyse factum fuerat in eremo cooperiret. ✠COMESTO. Porro fecit Dauid tabernaculum iuxta domum suam ad reponendam arcam, & posuit in eo quasdam de veterib⁹ cortinis.

✠ THEODO. Non curru arcā sustulit, sed per sacerdotes. Sustulerunt, inquit, eam, sicut mandauit Moyses in sermone domini Israel. Sequitur.

b *Tunc dixit Dauid illicitum est, &c.* Non vult Christus, vt indigni ecclesiastico fungantur officio, sed eruditi scientia, & morum honestate spectati portant arcam Dei, idest ecclesiā humeris pij laboris, & exultant. vnde. *Fac opus Euangelistæ, ministerium tuum imple.*

c *Congregauitq; vni. Isr.* Non solū Dauid, sed & oēs prophetæ in ecclesia Christi dictis, & factis incarnatiōi præbuere locū, vt citius

Margin: In hunc lo. — Rabbi nus. — 1. Tim. 4.

CAP. XV.

a ¶Ecclesias. b ¶Catholica ecclesia toto orbe diffusa.

[a] F Ecit quoquè sibi domos in ciuitate Dauid, & [1]

a ¶Quia in præsenti ecclesia incarnationis, & passionis mysterium commendat.

ædificauit locum arcæ Dei, tetenditque ei ta- [2] [b] bernaculum. Tunc dixit Dauid: Illicitum est, [3] vt à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuitis quos elegit dominus ad portandum eam, & ad [c] ministrandum sibi vsque in æternum. Congre- [4]

a ¶Omnes fideles. b ¶Ecclesiam, vt ibi sic liceat incarnationis mysteria venerentur.

gauitque vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferretur arca Dei in lo-

a ¶Prælatos. b ¶Iunioris dignitatis.

cum suum quèm præparauerat ei, necnon, & filios Aaron, & Leui- [5] tas. De filijs Caath, Vriel princeps fuit, & fratres eius centum viginti. De filiis Merari, Asaia princeps, & fratres eius

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XV.

F Ecit quoq;. *Hic deductio arcæ prius interrupta ex causa dicta 13. c. consummatur, & primo describitur arcæ deportatio, secūdo ipsius deportatæ debita veneratio. c. 16. Prima in duas, quia primo describitur ad hoc debita præparatio. secundo subditur deuota portatio, ibi.* Et tulerunt filij Leui ar. *Circa primum dicitur.*

1 Fecit quoque. *De ista ædificatione dictum est supra 11. c. sed hic breuiter resumitur, eo quod Dauid fecit sibi apportari arcam ad ciuitatem regiam, vt haberet prope se locum cultui diuino aptum. vnde subditur.*

Teten.

2 Teten. ei. *Istud fuit aliud à tabernaculo, quod fecerat Moyses, quia illud remansit in Gabaa vsque ad ædificationem templi per Salomonem, vt habetur infra 21.*

3 Tunc di. Dauid. illi. est. *Hoc enim dicit per considerationem legis: Nu. 4. c. & 7. & per mortem Ozæ, eo quòd arcam fecerat deportari super plaustrum per boues.*

4 Congregauitque vniuersum Israel. *vt cum maiori solennitate fieret deportatio arcæ.*

5 Necnon, & filios Aaron, &c. *vt dirigerent Leuitas in arcæ deportatione, ita quod offensio Dei non veniret super eos. vnde postea subditur.*

Ne vt

MORALITER.

† 1 *Fecit quoque.* Per quā significatur ecclesia, quę est ciuitas Christi. ciuitas enim dicitur quasi ciuium vnitas. Omnes aūt qui numero, & merito sunt de ecclesia Dei, vniti sunt ī fide & charitate Christi. Per domos igit̄ in ciuitate Dauid significant diuersi status in ecclesia, s. prælatorum, clericorū, religiosorum, & laicorum, in quibus omnibus habitat per gratiam verus Dauid Iesus Christus.

gioforum

3 *Illicitum est, &c. à Leuitis.* Per quod significatur, quòd in ministerio sacramenti Eucharistię in quo continetur Christus, soli sacerdotes, & ministri ad hoc ordinati accedere debent & non alij, propter quod sequitur infra.

† MORA-

vt citius aduenïens susciperetur, cũ fuisset ante prophetatus.
A a *Sanctificamini cum fratr.* Ministri no. te. vita, & doctrina debent esse mundi, quib. dicitur. *Sancti estote quoniam ego sa. ctus sum.* Qui rectæ fidei verbis, & exemplo operis debẽt fidelib. commendare incarnationem Christi, & redẽptionem humani generis, &c.

Leui. 19. a.

b *Nablis videli. &c.* Nablum Hebraice, Psalteriũ Græce, laudatorium Latine. Habet Psalterium ventrem obesum in superioribus, vt chordarum fila religata disciplinabiliter percussa, suauissimã reddant cantilenã. Huic cithara videtur contraria, quæ in imo cõtinet, quod psalteriũ in capite. Psalterium cum decem chordis ecclesia est cum decalogo legis. Huic opposita est cithara, quæ vigintiquatuor chordis in modum Deltæ literæ componitur, (vt peritissimi tradunt,) & per digitos in diuersos modos concitatur. Hæc ecclesiam significat, quæ cum vigintiquatuor seniorum dogmatibus trinam habet formam in modum Deltæ literæ, & fidem sanctæ Trinitatis significat. Per manus autem Apostolorum, & Euangelistarum in diuersos modulos vete. & no. testamenti, aliter in litera, aliter in sensu concitatur figuraliter.

Nablum cithara. B

c *Lyris.* Lyra dicitur, ἀπὸ τοῦ λύρειν, i. à varietate vocum, eo q diuersos faciat sonos. Hæc ecclesiam significat, quæ in varietate diuersarum disciplinarum historice allegorice, tropologice, & per anagogen suauem sonum exprimit, sed à symphoniæ simplicitate non recedit. Cymbala autem adinuicem percussa sonũ faciũt, vnde. *Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, &c.* Cymbala bene sonãtia sunt labia nostra, quæ percussa adinuicem suauẽ humanę vocis harmoniam reddunt.

D Psal. 150. f. E

d *Pro octaua canebant. &c.* In die scilicet iudicii aduentum domini significabant, in quo finita seculi hebdomada veniet ad iudicium. Vnde sextus Psalmus, qui cum tremore iudicii cantatur, tali titulo prænotatur. Hic autẽ numerus magna cõtinet sacramenta. Octo animæ ingressę sunt in arcam Noe, & mundo pereunte saluatę. Octauus filius Iesse fuit Dauid, quem dominus elegit. Die octauo purificat circuncisio. Die octauo, id est dominico surrexit Christus. *Porro.*

Hieron. †Num. 4. a. Gen. 6. d. F

ducenti viginti. De filijs Gerson, Ioel princeps, & fratres eius centum triginta. De filijs Elisaphan, Semeias princeps, & fratres eius ducenti. De filiis Hebron, Eliel princeps, & fratres eius octoginta. De filiis Oziel, Aminadab princeps, & fratres eius cẽtum duodecim. Vocauitq; Dauid Sadoc, & Abiathar sacerdotes, & Lauitas, Vriel, Asaiam, Ioel, Semiam, Eliel, & Aminadab, & dixit ad eos. Vos q estis principes familiarum a Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam domini Dei Israel ad locum, qui ei præparatus est, ne [1] vt à principio, quia non eratis præsentes, [2] percussit nos dominus, [3] sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus. Sanctificati [4] sunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, vt portarent arcã domini Dei Israel. Et tulerunt [5] filii Leui arcam Dei, sicut præceperat [6] Moyses, iuxta verbum domini, humeris suis in vectibus. Dixitque [7] Dauid principibus Leuitarum, vt constituerẽt b de fratribus suis cantores in organis [8] musicorum, nablis videlicet, c & lyris, & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. Constituerũtq; Leuitas, Heman filium Ioel, & de fratribus eius Asaph filium Barachiæ. De filiis vero Merari, fratribus eorum, Ethan filium Casaiæ, & cum eis fratres eorum. In secundo ordine Zachariã, & Ben, & Iaziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, & Eliab, & Banaiam, & Masiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obededom, et Iehiel, ianitores. Porro cãtores Heman, Asaph, et Ethan in cymbalis æneis concrepãtes. Zacharias autẽ, et Oziel, et Semiramoth, et Iahiel, et Ani, et Maasias, et Banaias in nablis a † arcana cãtabãt. Porrò Mathathias, et Eliphalu, et Macenias, et Obededom, et Iehiel, et Ozaziu, in citharis d † pro octaua canebant [9]

a † In psalterio saluatoris aduentum prædicabant, quem mirabili secreto diuinitatis pro hominum salute disposuit.

† diuisit. † quia non estis primus, vel cõsuluimus eum secundum ritum. C † super Halamoth, est nomen instrumẽti musici vide titulum. Psal. 9. & 45. † super Hasseminith Lamnasceha vide. Psal. 4. & 6.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne, vt à prin. *scilicet, portationis arcæ, vt dictum est c. 8.*
2 Quia non erat. præ. *vos, qui scitis legem.*
3 Percus. nos. *Quia percutiendo Ozam morte subita, Dauid & totus populus fuit timore percussus, quod non fuisset factum si sacerdotes scientes legem fuissent præsentes, quia non permisissent arcam super plaustrum portari.*
4 Sanctificati sunt. *Per continentiam ab vxoribus orationes, & ieiunia, & consimilia.*
5 Et tulerunt. *Descripta debita præparatione, hic consequenter describitur deuota deportatio, scilicet cum laudibus diuinis, & sacrificiis & hoc est, quod dicitur.* Et tulerunt fi. Le. *de loco vbi erat in Gabaõ.*
6 Sicut preceperat Moyses. *Nu. 3. Vbi præcipitur, quod arca per Leuitas de stirpe Caath in propriis humeris, & vestibus deportetur.*
7 Dixitque Dauid, &c. cant. *Ad canẽdum diuinas laudes, non solum vocibus humanis, sed etiam cum hoc instrumentis musicis. ið subditur.*
8 In organis. *Duæ sunt species citharæ. Lyra enim tangitur cum plectro, nablum vero cum digitis. vnum tamen pro alio frequenter ponitur, & econuerso. & legatur litera, sicut iacet vsque ibi.*
9 Pro octaua canebant. *Aliqui libri habent epinicion, tamen idẽ significant, secundum quod dicunt expositores nostri, & est significatio ista, v. ctori Deo triumphus, siue palma. & secundũ expositores nostros hoc erat principium cantici, quod cantabant, & frequẽter resumebat in processu cantici, sicut in cantilenis. Quod autem dicitur hic.* Pro octaua canebant epinicion. *Per hoc intelligitur octaua resurrectionis Christi, quia tunc obtinuit palmam, & triumphum, quæ quidem resurrectio, siue gloria resurrectionis figurabatur per cantũ illũ. In Heb. vero habetur sic.* Super octauã ad fortificãdum, vel vincendũ. *Quod sic exponunt Hebræi super octauam, id est, super instrumentum octo chordarum, in quo canebant laudes, & est modus loquendi Hebraicus, super octauam, quasi dicat, instrumento musico octo chordarum. Ad fortificandum, vel vincendum, sicut enim in solennitatibus magnis vnus chorus in ecclesia nititur in cantu alium superare, sic etiam isti Leuitæ faciebant.*

MORALITER.

4 *Sanctificati sunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, vt portarent arcam domini, &c.* Per quod significatur, quod in ministerio sacramenti Eucharistię, vt debite fiat non sufficit gradus ordinis, nisi cum hoc sit puritas mentis, & corporis.
7 *Dixitque Dauid principib. Leuitarum, vt constituerent de fratrib. suis, &c.* Per quę signantur orationes deuotę, q fiunt in ecclesia, in quibus etiam cantus addendus est aliquando, & melodia, pro quanto facit ad excitationem deuotionis varię. Nã que melodię varias excitant passiones. Nã aliquę excitant ad audaciã quib. vtunt homines in bellis, & aliquę ad cõpassionẽ, quib. vtebantur antiquitus in sepulturis, & aliquę ad dissolutionem, quibus iuuenes vtuntur in choreis, & aliquę ad deuotionem, quibus, & non aliis vtendũ est in ecclesijs.

† *Michol*

a ¶Victor Deo triumphus, & palma.

ἐπινίκια epinicion super victorijs. Chonenias autem princeps

a ¶Qui spiritu prophetiæ plenus melodias, & verba cantoribus ad memoriam reuocabat.

Leuitarum † prophetiæ præerat, & ad præcinendam melodiam 1 Erat quippe valde sapiens. Et Barrachias, & Elcana, ianitores 2 arcæ. Porro Sebenias, & Iosaphat, & Nathanael, & Amasai, & Zacharias, & Banaias, & Eliezer sacerdotes clangebant tubis coram arca Dei, & Obededom, & Iehias erant ianitores arcæ.

a ¶Postquam plenitudo gentium introierit ad fidem, reuertetur arca Dei in ciuitatem Dauid, id est, ad Iudæos prædicantibus Elia, & Enoch gratia Christi conuertetur.

Igitur Dauid, & omnes maiores natu Israel, & tribuni, ierunt

¶Martyrio coronati.

ad deportandum arcam fœderis domini de domo Obededom cum lætitia. Cumque adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant 3

a ¶Martyrio coronati. b ¶Triumphantes arcam Dei se, testamenti spiritu pleni.

arcam fœderis domini immolabantur septem tauri, & septem

a ¶Duces gregis.

arietes. Porro Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi 4 Leuitæ, qui portabant arcam, cantoresque, & Chonenias princeps † prophetiæ inter cantores. Dauid autem indutus erat etiam ephod lineo. Vniuersusque Israel deducebant arcam fœderis domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis concrepantes. Cumque peruenisset arca fœderis domini vsque ad ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram vidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

A a *Porro Sebenias, & Iosaphat, &c.* Hi septem sacerdotes corã arca tubis canentes: sancti prædicatores sunt septiformi spũ gratiæ pleni, qui euangelium in ecclesia Christi prædicant, & sacramentum incarnationis auditoribus prædicant.

b *Clangeb.* Aliter fit tuba cõgregandi populi cõductionis aliter victoriæ, aliter psequẽdi inimicos, aliter cõclusionis ciuitatũ, &c. Tuba autẽ consuetudinaria apud veterum peritos hoc modo formari, vt trib. fistulis æreis in capite angusto inspiretur, sicut p quatuor vociducas æreas, quæ per eiũ fundamẽtũ quaternas voces producũt mugitũ vehemẽtissimum proferãt, quæ significant euangelium trina cõfessiõe trium personarũ in capite angusto, i. in natiuitate Christi diuinitus inspiratũ. p quatuor vociducas æreas, i. p quatuor euangelistas, æreo, i. stabili fidei, & opis fundamẽto in orbe vocem vehementissimam quasi tubæ congregantis vocẽ emittere.

Sonitus tubæ diuersitas.

vel magister erat cantus, vt instrueret alios in cantu.

B *præcantus cũ cantoribus.*

c *Dauid autẽ.* Christus incarnationis suę & passionis exemplum antea à Iudæis occultum manifestat. lignum namque de terra ortum multiplici labore ad candorem vestis perueniens, veritatem humanæ carnis inter flagella triumphantis ostendit. & hoc est. *Dauid erat in Ephod.*

Quæst. in hunc loc.

THEODORET. Sæpe diximus, qđ Ephod Aquila dixit, ἐπένδυμα, i. super indumentum, Symmachus autem ἐπωμίδα, id est, superhumerale. Sed erant superindumẽta sacerdotalia erant, & communia. Est autem perspicuum, quod magnus Dauid, cum esset pius ac religiosus, legem non esset transgressus, neq; sacerdotalem ausus esset induere vestem. Sed docet oratio, quod induit eam, quam nũc vocamus ἐφούδιμ.

lib. 17. Moral. ca. 17. 1. Reg. 17. b. Ibid. 17. f. Ibid 8. g. 2. Reg. 2.

GREGO. Libet intueri quanta virtutum munera Dauid perceperat, & in omnibus, quã fortem humilitatẽ seruabat, quẽ non extolleret ora leonũ frangere, vrsorum brachia dissipare, despectis fratrib. eligi, reprobato rege in regem vngi, C horrẽdũ Goliã vno lapide sternere, à rege proposita extinctis Allophylis numerosa prep itia reportare, promissum tãdẽ regnũ percipere, totũ Israelẽ sine contradictione possidere. Cum tñ arcã Dei Ierusalem reuocat oblitus se prelatũ, omnib. populis admistus ante arcam saltat. Et quia corã arca saltare, (vt creditur) mos vulgi fuerat, in diuino obseq o se per saltum rotat. Ecce quem dominus cũctis ptulit se sub domino exequando minimis, & abiectũ exhibendo contẽnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur. *Non subiectis vilescere metuit.* Non se honore prælatum ante eius arcã, q honorem dederat recognoscit. Corãm d̃o egit debilia, vel extrema, vt illa humilitate se solidaret, q corã omnibus gesserat fortia. Quid alij sentiant ignoro, ego Dauid saltantẽ, plus stupeo, quã pugnantem. Pugnãdo hostẽ subdidit, saltando seipsum. Quẽ cum filia Saul adhuc tumore regij generis insana eum humiliatũ despiceret, dicens. *Quam gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, et nudatus quasi vnus de scurris,* audiuit *Ludam ante dominum, qui elegit me potius, quã patrem tuum,* & paulo post. *Ludã, & vilior fiã plus, quam factus sum, &c.* Q. Vilescere coram hominibus appeto, quia seruare mihi corã domino per humilitatem regnũ quæro. Sunt qui de se humilia sentiunt, & in honoribus positi nihil se esse, nisi puluerẽ perpendunt, sed hominibus viles apparere refugiunt, & quod interius cogitant rigida, exterius venustate palliant. Sunt, qui viles hominib. videri appetunt, & omnino, quod sunt deiectos se exhibendo contẽnunt, sed intus ex merito ostensæ vilitatis intumescunt, & tanto corde elati sunt, quanto in specie elationẽ pmunt. vtraque elationis bella magna Dauid circunspectio ne dephẽdit, mira virtute superauit. Qui. n. de se intus humilia sentiens, honorẽ exterius non qrit, dicit. *Ludam, & vilior fiam.* Et quia per hoc, q, vilẽ se exterius prębuit, interius vero non intumescit, adiungit, *Eroque humilis in oculis meis.* q. d. qualẽ me exterius despiciẽs exhibeo, talem interius attẽdo.

D

2. Reg. 6. d.

& ad præcinendam melodiam.

E

Rabbanus. F

d *Michol filia Saul.* Cũctis exultãtib. & ad arcę introitũ hymnis resonãtib. sola Michol filia Saul abest, imo i speculis Dauid hũc humiliatũ despicit, quia credentib. in fine Iudæis qdã Christũ pfessione, Antichristũ sequunt opere, quib. congruit, q Michol, q ad figurandã carnalẽ instabilitatẽ aqua ois interpretatur, nõ vxor Dauid, sed Saul filia d̃. Qui enim Christo specie tenus seruiunt, non cum illo coronantur, sed cum persecutoribus quos imitati sunt, damnantur. Quãtis autem praui humilitatem contemnant ecclesiæ, nihilominus arca Dei in locum suum peruenit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Prophetiæ præerat.* Quia ostendebat eis, quę dicta prophetica debebant canere.

2 *Et Barachias, & Elcana.* Quia dum portaretur arca, canebãt solicite ne aliq indebito modo appropinquarẽt ad eã, sicut quãdo erat in tabernaculo custodiebant portas, ne aliqui indebite se ingererent.

3 *Cumque adiuuisset Deus.* Dicunt hic Hebrei, q, istud adiutorium intelligitur per hoc, quòd arca portabat seipsam, hoc est dictum, quòd diuina virtute sic portabatur, quod Leuitæ portatores eius nullum pondus sentiebant, & pro isto miraculo fuit facta immolatio.

4 *Porro Dauid erat indutus stola byssina.* Quia depositis regalib. insignijs accepit vestem similem Leuitis se humiliando, & coram Deo exultãdo, propter quod Michol filia Saul despexit eũ de quo contẽptu plenius fuit dictum 2. Reg. 6. in fine.

CAP.

MORALITER.

† *Michol filia Saul, &c.* Eo quod erat in humili vestitu coram populo suo, vt habetur plenius 2. Reg. 6. Per Michol igit̃ significat Iudea, q verũ Dauid Iesum Christum despexit, eo q corã Iudeis apparuit in humilitate, & paupertate magna, cum tamen eum ex hoc debuisset honorasse, sicut p monita fuerat verbo Zacharię prophetę 9. c. *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinã, &c.* Et sicut Michol ex cõtẽptu facta fuit de cętero sterilis, vt dicitur 2. Re. 6. d. Igit̃ *Michol filie Saul non est natus filius vsque ad diem mortis sue.* Sic, & Iudea pter contemptum Christi sterilis facta est in bonis gratię, & etiam fortunę.

MORA-

CAP. XVI.

A a ATtulerũt igitur. Ponitur arca in medio tabernaculi, quod tetẽderat ei Dauid, i. fides ĩ ecclesia prędicatur proficit, & inseritur cordibus fidelium, quos Deus ad vitam præordinauit ęternam. *Rabbanus.*

b *Benedixit populo.* Christus, & deuotionem ecclesiæ commendat patri, qui etiam ad dexteram patris interpellat pro nobis, & tanquam verus Dauid benedicit & salutaris mysterij pascit alimentis. *1.Cor.10.d.*

B c *Et diuisit.* Hæc munera fideles accipiũt, quãdo vnus panis, & vnum corpus multi in christo carnis suæ lasciuiam castigantes, & seruituti subiicientes sancti spiritus igne decoquunt, & fructus bonorũ operum oleo misericordię pinguissimos cõpassione proximi fer uere faciunt. At contra filia Saul frustra cubiculum regis ingressa non fructificat, quia qui verbum Dei aure tenus percipiunt, sine boni operis prole moriuntur.

C

† frustum. † & peltam. vel lagenam. sub. vini.

† vel laudandum. † Psal.104.a. Esa 12.b.

CAP. XVI.

Attulerunt igitur arcam Dei, & constitue runt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid, & obtulerunt holocausta, & pacifica corã Deo. Cumq; cõplesset Dauid offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine domini, & diuisit vniuersis per singulos à viro vsque ad mulierem tortam panis, & † partem assæ carnis † bubalæ, & frixam oleo. Constituitq; coram arca domini de Leuitis, qui ministrarent, & recordarentur operum eius, & glorificarent atque laudarent dominum Deum Israel, Asaph principem, & secundum eius Zachariam. Porro Iahiel, & Semiramoth, & Iehiel, & Mathathiam, & Eliab, & Banaiam, & Obededõ, & Iehiel super organa psalterij, & lyras. Asaph aũt vt cymbalis personaret. Banaiam vero, & Iahaziel sacerdotes canere tuba iugiter coram arca fœderis domini In illo die fecit Dauid principem ad † confitendum domino Asaph, & fratres eius. † Confitemini domino, & inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius Cantate ei, & psallite ei, & narrate omnia mirabilia eius. Laudate nomen sanctum eius, lætetur cor quærentium dominum. Quærite dominum, & † virtutem eius, quærite faciem eius semper.

a ¶Vnam, quia vnus dominus, vna fides, & vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium, &c.
b ¶Qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. c ¶Vituli saginati, igne passionis assati.
a ¶Cor mundum cum para conuersatione exhibentes.
b ¶Meditantes in lege Dei secundum regulam fidei die ac nocte.
a ¶Prædicatione, iubilatione, & opere. ¶Digne.

D d *Frixam oleo.* Carnem à peccati sale, s. mundissimam ob humanæ salutis causam crucis sartagine tostam, oleo charitatis plenam. *Sic enim Deus dilexit mundũ, vt filium vnigenitũ daret.* qui ex charitate passus est.

e *In illo die.* Quia Christus ordinẽ doctorum ĩ culmine ecclesiasticę dignitatis constituit. Asaph enim congregans interpretatur. Asaph ergo, & fratres ei' sunt Apostoli, & Apostolici viri ad congregãdos fideles cõstituti: de quibus dicitur. *Constitues eos principes super omnem terram.*

E Modum autem laudationis quem ipse Dauid cõposuit, scriptor historiæ interuit, dicens. *Confitemini domino, &c.* *† opera.*

f *Confitemini, & cet.* Alleluia huic psalmo prætitulatum est, & secundũ Hiero. neutri generis est Alleluia, laudate, inuisibilẽ Deum significat, qđ est vnũ de decem Dei nominibus, sicut in epistola ad Marcellam tradit Hieronymus. *† fortitudinem.*

F

d *Frixam* ... *Et dicat*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVI.

1 ATtulerunt igitur *Hic consequenter describitur deuotio Dauid in arcæ iam portatæ veneratione, & primo in hostes oblatis ... & beneficijs collatis populo. secundo in deuoto obsequio, ibi.* Constituitque coram arca. *Sententia primæ partis patet ex dictis 2.Reg.6. hoc excepto.* *Diuisio.*

2 Tortam panis. *2 Re.6. dicitur,* Collyridam panis. *& dicunt expositores communiter, quod est idem genus panis, & dicitur torta à torqueo torques, quia pasta, vnde formatur per manus pistoris prius concutitur, & torquetur.*

3 Constituitque. *Hic consequenter ostenditur deuotio Dauid in obsequio deuoto coram arca, quod instituit. Et primo ponitur cantorũ nominatio. secundo cantus determinatio, ibi.* Confitemini dño. *tertio vtriusque stabilitio, ibi.* Dereliquit itaque ibi, &c. *Circa primũ dicit.* Consti. ar. do. de le. qui. *in diuersis obsequijs, & maxime in laudib. diuinis. ideo subditur.* Et recordarentur ope. eius. *scilicet.* *Diuisio.*

4 Asaph princi. *quia Dauid constituit eum præcentorem.*

5 Et secundum eius Zachariam. *Istũ. n. instituit succentorem.*

6 Canere tu. *idest, quando offerebatur iuge sacrificium mane, & vespere.*

7 Confitemini domino. *Hic consequenter describitur cantici, siue diuinæ laudis determinatio. & accipitur ex duobus psalmis, videlicet centesimotertio, & nonagesimonono. in quo cantico primo ad Dei laudem populus inuitatur specialiter. secundo totus mundus generaliter, ibi.* Cãtate domino. *Circa primũ dicit.* Cõfitemini domino. *cõfessione humiliationis peccata ppria recognoscendo, qa humiliatio disponit ad efficaciã orationis. secundum illud Ecc.35.c.* Oratio humiliãtis se nubes penetrabit, &c. *scđo cõfessione diuinæ laudis, io subdit.*

8 Et inuocate nomen eius. *Eius misericordiam, & gratiam implorando.*

9 Notas facite. *qualiter modo mirabili, & inaudito saluauit populum Israel de Aegypto.*

10 Cantate ei. *ore.*

11 Et psallite. *corde.*

12 Et narrate. *Quæ fecit in rubri maris diuisione, & Iordanis siccatione, & in alijs factis mirabilibus.*

13 Laudate nomen. *pro tot beneficiis ab eo collatis.*

14 Lætetur cor. *Lætitia. n. dicitur quasi latitia, eo quod tunc dilatatur cor in bono inuento, qđ maxime est in deo, cum sit bonum infinitũ.*

15 Quærite fa. ei. *scilicet. Quia quanto plus à deuotis inuenitur, tanto ardentius plus quæritur.* Recorda-

MORALITER.

1 *Attulerunt.* Per quam sicut dictum est, intelligitur Eucharistia continens Iesum Christum, *& constituerunt eam in medio tab.* Per quod ecclesia significatur in qua Eucharistia, sicut lignum vitæ in paradisi medio collocatur.

† *Et ob. ibi ho.* s. diuinæ laudis, quæ debent offerri coram Eucharistia. Psal.49.d. *Sacrificium laudis honorificauit me.*

† *Et di. v. per sin.* Per quod ostenduntur bona Christi sine acceptione personarum conferri, Act.10.e. *In veritate comperi, quod non est personarum acceptor Deus. Sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi.*

2 *Tortam panis.* idest, partem in meritis Christi, qui est panis vitæ, & tortus fuit in sua benedicta passione.

† *Et partem assæ.* idest participationem in martyrum meritis, quorum caro fuit assata in igne tribulationis.

† *Et frixam.* idest participationem in meritis virginum, & confessorum. Fuerunt enim simila, quæ est farina tritici purgatissima, & per mentis, & corporis puritatem, & oleo frixa per misericordiæ pietatem.

3 *Constituitq.* Vult enim noster Dauid Iesus Christus, qđ corpus suum in Eucharistia à ministris ecclesię debite veneretur.

† *In illo die.* idest tempore ecclesiæ primitiuæ.

† *Fecit Dauid.* idest, Christus.

† *Principem.* Per Asaph, qui ɔgregans interpretatur summus pontifex significatur, sub cuius cura Christianus populus ɔgregatur per fratres eius Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi intelliguntur, quia fratres summi pontificis nominantur. Ipsi vero ɔstituti sunt à Christo ad ɔfitendum domino confessione laudis sub principatu summi põtificis.

7 *Confitemini domino.* Hic consequenter ponitur dictæ laudis confessio, cum dicitur. *Confitemini do.* scilicet confessione laudis, & gratiarum actionis pro beneficiis iam acquisitis.

8 *Et inuocate.* Pro bonis spiritualibus multiplicandis.

9 *Notas facite.* Prædicando eis diuersos modos saluandi fideles suos secundum eorum status varios.

10 *Cantate ei.* ore. 11 *Et psallite.* mente.

12 *Et narrate.* Quæ fecit diuersis temporibus. 13 *Laudate no. eius.* in officiis diuinis. 13 *Quærite do.* i. Deum patrem.

† *Et virtutem.* idest, filiũ eius, qui dicitur Dei virtus. 1.Cor. 1.d. *Prædicamus Christum Dei virtutem, &c.*

† Recorda-

A Recordamini mirabilium eius quæ fecit, signorum illius & iudiciorum oris eius. Semen Israel, serui eius, filij Iacob, electi eius. Ipse dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius. Recordamini in sempiternum pacti eius, sermonis quem præcepit in mille generationes. † Quem pepigit cum Abraham, & iuramenti illius cum Isaac. Et † constituit illud Iacob in præceptum, & Israel in pactum sempiternum, dicens. Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent † pauci numero † parui & coloni eius

†Quod disposuit ad Abraham
† statuit. † ipsi.
† pauci vel paucissimi & peregrini † viri numeri H.

14 Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non dimisit quemquam † calumniari eos, sed increpauit pro eis reges. † Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. † Cantate domino omnis terra, annuntiate ex die in diem salutare eius. Narrate in gentibus gloriam eius, & in cunctis populis mirabilia eius † Quia magnus dominus & laudabilis † nimis, & horribilis super omnes Deos. Omnes enim dij populorum idola, dominus autem cælos fecit: confessio & † magnificentia coram D

† vim inferre ei. † Psal.104.b. † Psal 95.a. † valde. † decor.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Record.mi.ei.s.* Repetitio est finiæ prædictæ de mirabilib. filijs Israel factis, sicut frequenter fit in canticis, dñr tñ mirabilia inquantum recedunt a facultate intellectus humani.
2 *Signorum illius.* inquantum sunt figuræ alicuius futuri.
3 *Et iu.e.* inquantum sunt punitiua alicuius maleficij, sicut submersio Aegyptiorum in mari rubro & similia.
4 *Semen Israel eius.* supple lauda Deum.
5 *Filij Ia.ele.eius.* Idem.n.homo fuit Iacob & Israel, vt habet Gen.32.& dicitur hic electus Dei, qa tota generatio sua fuit electa in duodecim patriarchis, vt dictũ fuit sup.c.2. non sic B autem fuit de Isaac & Abrahã, & patriarchis præcedentib.
6 *Ipse dominus Deus noster.* per veram fidem & culturam.
7 *In vniuer.terra iu.* q.d.licet speciali modo dicatur Deus populi Israel, tamen eius potestas se extendit ad omnes.
8 *Recordamini in se.* Quod sit pactum illud postea subditur.
9 *Sermonis, &c.* Hic accipitur numerus determinatus pro indeterminato, quia istud præceptum factum est omnib. imitatoribus Abrahæ per veram fidem, ideo subditur.
10 *Quem pe.cum.* De isto iuramento hetur Gen.22.c. *Per memetipsum iuraui dicit dominus.* Quod factum fuit non solum pp Abraham, sed pp Isaac, vñ de pacto cadente sub illo iuramẽto subditur.ibidem. *Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.* quod impletum fuit in posteris Abrahę descendentib. ab eo per Isaac. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* quod impletum est in Christo ab Abraham p r Isaac secundum carnem descendente, & sic patet quod pactum prædictum & præceptum ad omnes fideles se extendunt.
11 *Et constituit ill.d.* Quia sicut fides ad Abraham deriuata est ad Isaac, ita ab Isaac ad Iacob, & consequenter ad duodecim patriarchas, & vlterius ad omnes fideles.
12 *Tibi da.* In hac promissione principaliter intelligitur promissio gloriæ quæ est terra viuentium, quia cũ pmiũ ipsius Dei excedat meritũ humanum, oportet qđ sub promissione boni terreni principaliter intelligat aliquod bonũ spirituale.s.celeste, quia actus meritorij præcellunt bonis terrenis, sicut diffusius dictum fuit Gen.15. 13 *Cum es.pau.* Sicut pater de Abrahã Gen.12.vbi vocatus a domino & segregatus ab infidelibus, habuit in comitiua sua Sarai vxorem suam, & Loth nepotem suum tantum, excepta familia. Iacob et patriarcha descendit in Aegyptum cũ 70.personis, vt habetur Gen.66.vel 75.vt hetur Exo.1. Ex quo patet, quod tempore C intermedio quod fuit satis magnum, fideles fuerunt in pauco numero.
14 *Et tran.de.* Quia Abraham descendit in Aegyptũ, & inde redijt in terram Chanaan, & inde in terram Palesthinorũ. Similiter Isaac peregrinatus fuit in Gerara, similiter Iacob in Syria apud Labam & iterũ de terra Chanaan descendit in Aegyptum, vt patet ex decursu li.Gen. & sic tanquam peregrini transierunt de gente ad gentẽ, & de regno ad regnũ.
15 *Non di.quenq.uam.* Reprimẽdo eorũ aduersarios, sicut patet de Isaac, ad quem venit rex Geraræ ad quærendũ fedus & amicitiam cum eo, ductus timore diuino, quamuis serui eius aliquas molestias pastorib. Isaac intulissent, vt habetur E Gen.26. similiter Labã insequẽs Iacob fuit a Deo repressus, ne aliquid durũ cõtra eũ ageret, Gen.31. similiter vicini habitatorũ Sichem a Deo fuerunt territi ne persequerentur Iacob & filios eius pp interfectionem Sichimitarũ Gen.35.c.
16 *Sed in cre.pro.* Quia Pharaonem regem Aegypti flagellauit propter vxorem Abraham vt habetur Gen.12.d. & similiter regem Geraræ, vt habetur Gen 20. similiter rex Aegypti post mortem Iacob fuit multipliciter flagellatus cum toto regno suo pro filijs Israel, quos iniuste affligebat, vt habetur in Exod.
17 *Nolite tangere.* Vocantur autem hic patriarchæ Christi.i. vncti scilicet vnctione gratiæ. Vel quia de ipsis exierunt reges & sacerdotes qui per vnctionem instituebantur in lege.
18 *Et in pro.* Habuerant enim patriarchæ spiritum prophetitum vt patet de Abraham Gen.15.& de Isaac Gen.27.& de Iacob Gen.49.
19 *Cantate do.* Hic cõsequenter Dauid in canticoinuitat ad Dei laudem oẽs generaliter. Et primo ponitur ista inuitatio secundo subditur quædam additio, ibi. *Et dicite.* Circa primũ dicitur. *Cant.do.om.ter.* idest, omnes habitantes in terra, & accipitur hic continens pro contento. Diuisio.
20 *Annun. ex die.* Salus enim corporalis & spiritualis oĩum depẽdet a Deo cõtinue, & ideo debet recognosci quotidie
21 *Narrate in gentibus.* quæ non sunt de filijs Israel.
22 *Gloriam eius.* i.maiestatem suæ potestatis, ideo subditur.
23 *In cũ po.* Quę fecit educendo filios Israel de Aegypto, & in terram promissionis inducendo.
24 *Quia ma.* Est.n.magnitudinis & bonitatis infinitæ, & iõ nõ pt ab intellectu creato comprehendi, nec per consequẽs quantũ laudabilis est laudari, pp qđ dicitur Eccl.63.d. *Benedicentes dñm exaltate illum quantum potestis, maior est.n.oĩ laude.*
25 *Et hor.super omnes.* Hominibus malis quos potest pro voluntate sua punire, non autem sic possunt dij falsi, iõ subdit.
26 *Omn.enim dij po.i.* quædam conficta & vana nullam potentiam habentia. F
27 *Dominus autem cæl.* Vt habetur Gen.1.
28 *Confes.& ma.co.co.* Quod potest exponi dupliciter. Vno modo de cælo empyreo, vbi est habitatio Dei & sanctorum speciali modo, licet sit vbique per essentiam, pręsentiam, & potentiam, ibi autem coram Deo est confessio diuinę laudis, quia ibi est laus iugis & magnificentia Dei, vbi magis relucet quam alibi. Forti-

MORALITER.

1 *Recordamini.* Repetitio est sententiæ prædictæ sicut frequẽter fit in canticis.
4 *Semen Is.* i.Christiani qui vere seruiunt ei, semẽ Israel, debent dici, Ro.2.d. *Non enim qui in manifesto Iudæus, neque quę in manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudęus est, et circũcisio cordis in spiritu, nõ litera cuius laus nõ ex hominib. sed ex Deo est.*
8 *Recordamini.* i.euangelij qđ est lex noua, cui non succedit alia propter quod dicitur in sempiternum recordanda.
10 *Quem pepigit.* i.Beato Petro quem constituit ecclesię pastorem, & per consequens multarum gentium patrem.
† *Et iu.illius.* i.cum B.Clemente qui Petro successit in ecclesiæ regimine, & dicitur Isaac qui interpretatur risus. Nam Beatus Clemens fuit valde dulcis & amicabilis omnibus.
11 *Et constituit.* i.vnicuique qui studet diabolum supplantare.
† *Et Israel.* idest, cui libet cælestium contemplatori.
† *Dicens.* s.viuentium quę est hęreditas fidelium per terrã promissionis figurata.
13 *Cum es.pau.&c.* scilicet, in ecclesia primitiua.
† *Parui.* idest, abiecti in conspectu potentum huius mundi.
14 *Et tran.de gen.in gen.* prędicando per orbem.
15 *Non di.* s.ad impedimentum fidei & meriti, nã in psecutione maxima fideliũ, maxime creuit fides & eorũ meritũ.
16 *Sed inc.* vt patet de Cõstantino, quẽ propter hoc percussit elephantię morbo.
17 *Nolite tang.* s.tactu nociuo impediente eorum meritum vel fidei incrementum.
19 *Cant.dom.no.* repetitio est sententię supra positę ad maiorem deuotionis excitationem.
24 *Quia magnus.* Magnitudinis cuius non est finis.
† *Et lau.ni.* idest, supra virtutem omnis creaturę. Ecc.63.d. *Benedicentes do.& exal.eum quantum po.maior est enim omni laude*
28 *Confessio.* scilicet laudis.
† *Et magnificentia.* Psalm.83. *Beati qui habit. in domo tua, &c*

A

eo, fortitudo & gaudium in loco eius. Afferte domino familiæ populorum, afferte domino gloriam & † imperium, date domino gloriam nomini eius, Leuate sacrificium, & venite in conspectu eius, & adorate dominum in decore sancto. Commoueatur a facie illius omnis terra, ipse enim fundauit orbem immobilem. Lætentur cæli & exultet terra, & dicant in nationibus, dominus regnauit. Tonet mare & plenitudo eius, exultent agri & omnia quæ in eis sunt. Tunc† laudabunt ligna saltus coram domino, quia venit iudicare terram. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Et dicite, salua nos Deus saluator noster, & congrega nos, & erue de gentibus, vt cõfiteamur nomini sancto tuo, & †exultemus in carminibus tuis. Benedictus dominus Deus Israel, ab æterno & vsque in æternum, & dicat omnis po^a pulus, amen, & hymnũ Deo. Dereliquit itaque † ibi coram arca fœderis domini, Alapha & fratres eius vt ministra-

† fortitudinẽ.
† exaltabunt.
† Prædictum.

a *Et dicat omnis.* Gentilis. s. qui adhuc infidelis erat quando iste canebat, qui tamen prophetiæ virtute introductus est, vt amore vniuersitatis diceret amẽ amen. i. fiat fiat, sicut hodie orantibus sacerdotibus respondetur, amen vt concordet in precib. pia sacerdotũ intentio & populi sana deuotio, secũdũ illud *Amẽ, amẽ, dico uobis, quia si duo ex vobis cõsenserint super terram, ex omni re quamcunque petierint, fiet illis, &c.*

D Rabbanus.

† vel laudemus aut gloriemur in laude tua.

Matth. 18. a.

a *In*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Fortitudo & gau.* qđ est de bono præsenti, bonum aũt diuinũ presentialiter hr̃ ibi. Alio mõ pt̃ exponi de templo seu tabernaculo vbi erat arca et propitiatoriũ qđ erat quasi sedes Dei, vt pdictũ fuit Exod. 25. Ibi. n. erat cõfessio peccatorum, & magnificẽtia diuinæ laudis p sacerdotes & Leuitas peccata propria ac populi, & magnificentiã Dei cõfitentes. *Fortitudo.* quia Deus erat protector & defensor specialis illius loci, sm q̃ Heliodorus hoc expertus dixit 2. Mach. 3. g. *Ille qui in cælis habet habitationem, visitator & adiutor est loci. &c. Et gaudiũ* quia sacerdotes deuoti ibi gaudebant in domino.

2 *Afferte domino.* i. omnium scientium. 2 *Gloriam, &c.* cõfitentes eius maiestatem & dominium super oẽm creaturã.

4 *Leuate sacrifi.* i. apportare leuandum, quia portabantur sacrificia ad locum diuini cultus, quæ sacrificia leuabantur super altare a sacerdotibus. 5 *Et venite in conspe.* quia sacrificia offerebantur in atrio, quod erat coram tabernaculo seu templo, vbi dicebatur Deus habitare speciali modo. Licet enim aliæ nationes a Iudæis non intrarent locum vbi sacrificia offerebantur in altari holocaustorum, tamen bene pro eis offerebantur ibi sacrificia, vt habetur 1. Mach. 7.

B

6 *Et adorate do. in deco.* & non sicut hypocritæ qui adorant in decore non sancto, quia licet exterius habeant decorem religiositatis, non tamen subest veritas sanctitatis.

7 *Commouea* i. oẽs inhabitãtes terrã faciant ei reuerentiam.

8 *Ipse enim.* Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo quãtum ad motum localem. Licet enim in aliquibus partib. orbis sit motus localis, ut pote in elementis mistis, & aliquib. est motus rectus vt in orbibus celestib. qui circulariter mouentur, tamen celum empyreum qui est supremus orbis, & terra quæ est circa centrum sunt immobilia, & per hoc hẽt orbis quandam immobilitatem secundum totum, licet aliquæ partes moueantur. Alio modo quantum ad mutationẽ de esse ad non esse, quia licet orbis inceperit esse per creationem, durabit tamen in eternum & secundum hoc habet immobilitatem. 9 *Lætentur cæli.* idest, angeli, & sancti habitantes in gloria cælesti.

10 *Et exultet terra.* i. homines terreni, vel etiam ad literam. Qui dicuntur metaphorice lætari, quando aere serenato apparet facies cæli clara & lucida, & per oppositum turbari quando obscuris nubibus & tempestatibus obtegitur.

C

11 *Et exultet terra.* quæ dicitur hoc modo exultare, quando incipit renascentia producere.

12 *Tonet mare.* ex multitudine. n. aquarum in mari existentium de facili multiplicantur, vñ, & colliduntur ad rupes in mari & littore existẽtes, & ẽt adinuicem, & inde generatur sonus qui vocat̃ maris rugitus, & hẽt similitudinẽ tonitrui.

13 *Exultent agri.* Dicũtur aũt agri metaphorice exultare, qñ in eis apparent flores & herbæ, sicut & pratum dicitur ridere.

14 *Tunc lau.* dicuntur autem metaphorice laudare, inquantum folia & cætera quæ producunt potentiam & sapientiã Dei oñdunt. Inducuntur autem ista insensibilia ad Dei laudem in cantico, quia sunt hominibus materię diuinę laudis, inquãtũ q̃cqd est pulchritudinis & bonitatis in eis, reducẽdum est in gloriam conditoris, secundum quod dicitur Sap. xiij. b. A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri, & per consequens laudari.

E

15 *Quia venit.* Istud inducit̃ p causa pdictæ laudis diuinæ. Si. n. Dei puidentia tãtũ se extenderet ad cælestia & nullo mõ ad ista inferiora generabilia & corruptibilia, secundũ qđ dixerunt aliqui in quorum persona dr̃ Iob 22. b. *Nubes latibulum eius nec nostra considerat, circa cardines cæli perambulat.* pulchritudo & bonitas q̃ sunt in istis inferioribus non essent reducendę in laudẽ & gloriã sapientiæ diuinæ, sed q̃a eius sapiẽtia & prouidentia ad oĩa se extendunt quantumcunque minima, iõ q̃cquid pulchritudinis & bonitatis est in eis reducitur in laudẽ diuinã, & pp hoc dr̃ hic. *Quia venit, &c.* q. d. q̃a iudicium suæ discretionis & prouidentiæ se extendit vsque ad elementum terræ, qđ est infimum, iõ omnia prædicta in laudẽ & gloriam Dei sunt reducenda. Alio mõ exponitur, q̃ per ista insensibilia prędicta intelliguntur iusti simplices, qui hẽbunt materiã lætitiæ & laudis in vltimo aduẽtu iudicis, sm qđ dicit saluator discipulis suis, Luc 21. e. loquens de signis præcedentibus iudiciũ futurũ: His aũt fieri incipientibus, *respicite & leuate capita vestra.* i. exhilarate corda, secundum quod dicit beatus Gregorius super locum illum.

16 *Confite. do.* Hic in fine resumitur principiũ cãtici, licet verba aliqualiter mutent̃, sicut in cãtilenis in fine principiũ repetitur. 17 *Et dici.* Secundũ aliquos ista additio facta fuit ab ipso Dauid, q̃a licet tẽpore eius filij Israel nõ essent captiuati, nec p orbẽ dispersi, nec per consequens congregãdi, tñ spiritu prophetico puidit ista fieri de futuro p Theglathphalanasar & Salmanasar reges Assyriorũ, & p Nabuchodonosor regẽ Babylonis, vt hẽtur 4. reg. iõ post canticũ prędictum istud addidit ad impetrãdũ cõgregationẽ dispersionis & captiuitatis futurę. Secundũ alios vero ista additio posita fuit ab Esdra scriptore huius libri, qui in reditu captiuationis Babylonicæ fuit sacerdos & doctor populi, vt hr̃. 1. Esdræ & quia tũc multi de filijs Israel erant adhuc dispersi in nationibus ideo pro ipsorum congregatione addidit hoc Esdras in fine prædicti cantici, quod a Leuitis in templo secũdo cantabat̃.

F

18 *Et dicat omn. pop. amen.* idest, sic fiat.

19 *Et hymnum.* id est, laudem.

20 *Dereli.* Hic consequenter describitur prędictorum stabilitio, quia Dauid non ordinauit prædicta tantum ad horam, sed etiam pro futuro, iõ sequitur. 21 *Vt ministra.* Cum hoc etiã ordinauit, quod fieret cultus diuinus in loco vñ adduxerat arcam, quia ibi remanserat tabernaculum quod fecerat Moyses & altare holocaustorum, & hoc est quod dicitur.

Tunc — Sadoc

MORALITER.

2 *Afferte dom.* quæ est clara notitia cum laude.

† *Et imperium.* idest, reuerentiam & timorem. s. filialem.

† *Date glo. dom.* repetitio est eiusdem sicut supra.

6 *Et adora. do.* non ficte sicut hypochritæ adorant.

7 *Commouea.* idest, omnes habitantes terram eius potentiam contremiscant.

8 *Ipse enim fun.* Licet enim partes eius moueantur, tamẽ totum manet in eodem loco.

6 *Laten. cæ.* idest, ciues cælestes. *& exul. terr.* militãs ecclesia.

12 *Tonet ma.* Per mare quod est locus aquarũ, intelliguntur doctores ecclesię continentes aquas sapientię salutaris, & ipsi tonare debent tonitruo prædicationis.

13 *Exultent agri.* idest, simplices Christiani. 1. Cor. 3. b. *Dei agricultura estis.*

14 *Tunc lau.* i. principes catholici qui sunt super alios eleuati.

20 *Dereliquit itaque.* scilicet, Dauid.

† *Ibi coram arca.* vult enim verus Dauid Iesus Christus, quod in ecclesijs in quib. est corpus suum in Eucharistię sacramento, sint semper ministri ad eius obsequium preparati.

Tonet — Cum

a ¶Nemo militans Deo implicet se secularibus negotijs. b ¶ Secundum qualitatē auditorum quisque sua vice ministret.

tent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies & vices suas. Porro Obededom, & fratres eius sexaginta octo & Obededom filium Idithun & Hosa constituit ianitores. Sadoc autem sacerdotem, & fratres ¶Consanguineos. eius sacerdotes coram tabernaculo domini, in excelso, quod erat in Gabaon, vt offerrent holocausta domino super altare holocaustomatis iugiter, mane & vespere, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege domini quam præcepit Israeli. Et † post eum Heman, & Idithun, & reliquos electos, † vnumquemque vocabulo suo, ad confitendum domino, quoniam in æternum misericordia eius. Heman quoque & Idithun canentes tuba, & quatientes cymbala, & omnia musicorum organa, ad canendum Deo. Filios autem Idithun fecit esse portarios. Reuersusque est omnis populus in domum suam, & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

† & vices suas. † cum eis. † qui nominati sunt per nomina.

a *In excelso.* Alij dicunt tabernaculū Dei, postquam filij Israel intrauerunt in terram Chanaan, primo fuisse in Sylo, deinde in Nobe, post in Gabaon, tandē in Sion. Alij locum esse in Ierusalem appellatum Gabaon ibique Dauid tabernaculū & arcam collocasse. Gabaon. n. collis interpretatur. Excelsum autem locū dictū esse existimāt pro dignitate diuini cultus. Sed in libro locorū legimus Gabaō metropolim esse Heuæorum in tribu Beniamin, & nūc ostenditur villa eiusdem, nominis in quarto miliario Bethlehem ad Occidentem iuxta Rhama & Rhamon, ubi Salomō hostijs immolatis diuinum meruit oraculū. Fuit autem separata Leuitis.

b *Vt benedi.* generationi, filiorum vacaret. Alij per antiphrasim benedictionē accipiunt. Domum aūt Michol filiam Saul quā increpabat Dauid, quia despexit eum saltantem corā arca domini. (Hieron.; Reg. 2. 6. d.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sadoc autem, &c.* & patet litera.

2 *Reuersu.* qui non erat deputatus ad ministrandum coram arca in Hierusalem, vel in tabernaculo Moysi in Gabaon.

3 *Et Dauid.* id est, benefaceret.

4 *Domui.* familiæ, sicut fecerat alijs vt prędictum est in prin. huius cap.

CAP.

CAP. XVII.

a *Cvm autem habitaret, &c.* (Rabbanus. 4. Reg. 4. c.)

b *Et ait Nathan.* Patet quod prophetiæ spiritus non semper prophetarum mentes irradiat, vñ Eliseus. *Dimitte eā, quia animus eius in amaritudine est, & dominus celauit a me, &c.* Qđ diuina dispensatione fit, vt accipientes spiritum inueniāt, quid de Deo fuit, & amittentes quid de ipsis.

c *Non ædifi.* Quia vir sanguinū es. Debet enim in se mūdus esse, qui aliena corrigere vult, vt terrena desideria fugiat, & tanto perspicacius, fugienda videat, quanto ipse hæc per scientiam & vitam verius declinat. Superiectas sordes manus detergere non valeret, quę lutum tenet. Quod iuxta antiquæ translationis seriem bene ad Dauid erga exteriora bella laborantem per significationē & diuina voce dicitur. *Non tu ædificabis mihi templum, quia vir sanguinum es.* Templum domini ædificat, qui corrigendis proximorum, mentibus vacat. Templum Dei sumus, qui ad veram vitam ex eius habitatione cōstituimur, vnde. *Tēplum Dei sanctum est quod estis vos.* Vir sanguinum templum Dei nō ędificat. Qui enim adhuc carnalib. incubat, necesse est vt instruere proximorum mentes erubescat. († 2. Reg. 7. a.; † vel cortinis.; † infra. 23. a.; 1. Cor. 3. c.)

✠ Cyrillus Alex. Samuel interficiendo Agag, Phinees Israelitem cum Madianitide, Leuitæ tria millia cognatorum qui vitulum adorauerant, fuerunt benedicti, manus suas Deo commodantes, iustæ eius iræ fuerūt administri, diuinam irā represserunt, & exitium quod populo afferebatur, auerterūt, ostenderuntque, cædem aliquando esse laudabilem, & punitionē misericordia præstantiorem. Magnum autem Daudem retinuit Deus, qui prompto & alacri animo parabat templum ædificare, maxime quidem ad reprimendos eos, qui cædes faciunt, & propter eum qui secundum carnem ex eo nasciturus erat, filium eius & regem Christum qui erat templum sibi excitaturus insigne ac celebre ex sancta virgine. (L. adu. Iud.)

d *Tu non ædificabis domum, &c.*

✠ Theod. Puto esse dictum ad vtilitatem eorum qui nefarias cędes admittunt. Non enim de iusta cæde Regē reprehendisset, qui iustam cædem quam fecit Phinees, appellauit sacrificium. Magnus quoq; Elias (Quæst. in 1. Paral.)

CAP. XVII.

a Cvm autē habitaret Dauid ī domo sua, dixit ad Nathā prophetā. Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem fęderis domini sub pellibus est. Et ait Nathā ad Dauid. Omnia q̄ in corde tuo sunt fac. Deus n. tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo Dei ad Nathan, dicens. Vade & loquere Dauid seruo meo. Hæc dicit dominus. † Nō ædificabis tu mihi domum ad habitandum. Neque enim mansi in domo ex tēpore, quo eduxi Israel de terra Aegypti vsq; ad hanc diem, sed fui semper mutās loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Israel. Nunquid

a ¶ A nullo iudicum sibi domū cedrinam ædificari iussit, qui contra hostes pugnauerunt, & omnes viri sanguinum fuerunt.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

1 *Cvm autem.* Descripta deuotione Dauid in arcę dñi veneratione, hic consequenter ponitur eius deuotio in templi ædificatione, habuit. n. voluntatem perfectam ipsum ædificandi, sed fuit prohibitus a Deo, & dilata fuit hæc ædificatio vsque ad tempus Salomonis filij sui, veruntamen Dauid magnam partē materiæ præparauit. Primo ergo ipsius Dauid ostenditur sanctum propositum ad templi ædificationem, secundo ipsius studium circa materiæ præparationem ca. 22. Prima in tres, quia primo circa hoc ponitur declaratio sancti propositi ad templi ædificationem, secundo dilatatio sui imperij per aduersariorum depressionem c. 18. tertio percussio populi propter Dauid elationem c. 21. Diuisio autem præsentis cap. & eius sententia patent ex dictis 2. Reg. 7. exceptis quæ sequuntur.

2 *Nunquid locutus.* 2. Reg. 7 a. dicitur. *Nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel.* Dicendum, quod quilibet iudex Israel fuit de aliqua tribu Israel, vt patet ex decursu lib. Iud. & quilibet eorum tunc temporis in sua tribu erat principalis, & ideo idem est loqui hic vni iudicum, & vni tribuum. Et

MORALITER.

1 *Cum autem.* Hæc historia & eius expositio mystica positæ sunt 2. Reg. 8.

Elias interfecit quadringentos & quinquaginta prophetas Baal a *Nec fi.* Hostes alienigenæ per interualla temporum, sicut olim prius pax, modo bellum. Inueniunt tamen ibi prolixiora tempora pacis, quam Salomon habuit. Sub Aod enim octoginta anni pacis fuerunt. Absit ergo vt de Salomone hæc accipiantur.

Iud. 3. d. Rabbanus. 3. Reg. 1. c.

b *Cumque, im.* Salomon autem regnante patre regnare cœpit, quod nulli illorum regum contigit, vt ipsum non esse, appareat quem prophetia ista præsignat. Christus vero verus pacificus post mortem Dauid vere regnauit.

† infra. 7. b.

B Aug. Hanc promissionem, qui putat in Salomone compleram, errat. Attendat quod dictum est. *Hic ædificabit mihi domum*, quia Salomon nobile templum extruxit, & non attendit, quod dicitur. *Fidelis erit domus eius, &c.* Attendat ergo Salomonis domum, plenam mulieribus alienigenis colentibus deos falsos, & ipsum regem quondam sapientem ad eandem idololatriam seductum. Nec audeat, æstimare Deum, vel hoc mendaciter dixisse, vel promisisse, & talem Salomonis domum non præscisse. In Christo autem, qui factus est ex semine Dauid, secundum carnem, videmus

Li 17. de ciuit. cap. 8.

† adduxisti me huc usq. † in longinquũ. † & vidisti me secundũ exemplar vel mensurã & dispositionem hominis in dignitate constituti i. me paruũ & contemptũ æquasti principibus populi dicens Faciam tibi nomen, &c.

† cum. † Hebraismus pro dixisti sermo tuo. - fiduciam. † vel voluisti.

C

locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus præceperam vt pascerent populum meum, & dixi. quare non ædificasti mihi domum cedrinã? Nunc itaq; sic loqueris ad seruũ meũ Dauid. Hæc dicit dominus exercituũ. Ego tuli te, cum in pascuis sequereris gregem, vt esses dux populi mei Israel, & fui tecum quocunque perrexisti, & interfeci omnes inimicos tuos coram te. Fecique tibi nomen quasi vnius magnorum qui celebrantur in terra. Et dedi locum populo meo Israel, [1] a plantabitur & habitabit in eo, & vltra non commouebitur. Nec filij iniquitatis atterent eos, sicut a principio ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui inimicos tuos vniuersos. Annuntio ergo tibi quod ædificaturus sit tibi dominus domum. b Cumq; impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filijs tuis, & stabiliã regnum eius. c † Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsque in æternum. † Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et statuam eum in domo mea & in regno meo vsque in sempiternum, d & thronus eius erit firmissimus in perpetuum. Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionẽ istam, sic locutus est Nathã ad Dauid. Cumque venisset rex Dauid, & sedisset coram domino, dixit. Quis ego sum domine Deus, & quæ domus mea, vt † præstares mihi talia? Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo. Ideoq; locutus es super domum serui tui † etiam in futurũ, & fecisti me spectabilẽ super omnes homines domine Deus. Quid vltra addere põt Dauid, cũ ita glorificaueris seruũ tuum & cognoueris eũ? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnẽ magnificentiã hanc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia. Domine non est similis tui, & non est alius Deus absq; te ex omnibus quos audiuimus auribus nostris. Quis enim est alius, vt populus tuus Israel, gens vna in terra, ad quã perrexit Deus vt liberaret & faceret populum sibi, & magnitudine sua, atq; terrorib. eijceret nationes a facie ei⁹ quẽ de Aegypto liberarat. Et posuisti populũ tuũ Israel tibi in populũ vsque in æternum, & tu dñe factus es Deus eius. Nũc igitur dñe sermo quẽ locutus es † famulo tuo & super domũ eius confirmetur in perpetuũ, & fac sicut locutus es, permaneatque & magnificetur nomẽ tuũ vsque in sempiternũ, & dicatur, dominus exercituũ Deus Israel * & domus Dauid serui eius permanens † coram eo. Tu. n. dñe Deus meus † reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum, & idcirco inuenit seruus tuus fiduciam vt oret coram te. Nunc ergo domine tu es Deus, & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia, & † cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te. Te enim domine benedicente benedicta erit in perpetuum.

Interlinear: a Abraham, Isaac, Iacob, Moy. & Iosue, quorum nomina famosa. — a Dauid germen iustum. — a Regni eius non erit finis. b De viuis lapidibus. — Christianis. a Homo factus. b A potestate diaboli. — a Acceptabilem. Miraculis. — a Alias gentes. spirituali. — a Cordis interioris. b Progeniem. s. multiplicando, ideo dedisti ei fiduciam loquendi ad te, gloriam tuam prædicare.

D musi sta completa, nõ alium quærimus, sicut Iudæi. Ipsi enim hũc filium Dauid promissum Salomonẽ non intelligũt, sed eo qui promissus est declarato alium se sperare dicũt. Præcessit quidem aliqua imago rei futuræ in Salomone, qui templum ædificauit, & secundum nomen suum, pacem habuit, & in exordio, regni sui laudabilis fuit.

c *Aedifi.* Domum id est, ecclesiam, domus Dauid propter, templum Dei de hominibus factum, non de lapidibus, vbi populus in æternum habitet cum Deo & in Deo, & Deus cum populo. Ideo cum secundum Septuaginta dictum sit per Nathan. Et E nuntiabit tibi dominus quoniam domum ædificabis ipsi, postea p Dauid dicitur. *Quoniam tu Deus Israel reuelasti aurem serui, tui dicens. Domum ædificabo tibi.* Hanc enim domum & nos ædificamus bene viuendo, & Deus iuuando, vnde. *Nisi do. ædifica. dom. & cætera.*

-vnius. † Heb. 1. b. 2. Reg. 7. d. Psal. 126. a.

d *Et thr.* Hyperbolice de filio Isai accipi potest. At vero Christus de semine, Dauid natus, exaltatus, est super omnem, principatum, & potestatem & virtutem, cui pater *donauit nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c.*

† super seruum. * Deus cæli. Philip. 2. b. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et de.* 2. Reg. 7. b. dicitur. *Et ponam locum populo meo Israel.* Dicendum quod locus vbi fuit fundatum templum per Salomonẽ iam erat sub potestate Dauid, quia Hornam cuius erat ipsi Dauid erat subiectus, & ideo hic loquitur Deus per modum præteriti. *Et dedi locum populo meo Israel.* tamen, templum adhuc non erat ibi ædificatum nec fundatum, & propter hoc loquitur Deus per modum futuri 3. Reg. 7. b. dicẽs. *Et ponam locum, &c.* Vel potest dici & melius, quod loquitur hic de futuro per modum præteriti propter certitudinẽ impletionis verbi diuini, quia ita erat certus de futuro, ac iam esset præteritum.

CAP.

CAP. XVIII.

A a *Factum est autē post hæc, vt percuteret.*

Rabbanus. b *Et fi.* Minores ciuitates ad metropolim pertinentes. Quinque enim erant insignes ciuitates Philisthinorum, Azotus, Gaza, Ascalon, Geth, & Accaron, Quæ, quia in terra promissionis erant, & filijs Israel deputatæ erant, sed ab eis vsque ad Dauid minime possessæ, imo sæpe cogebant Israel sibi seruire. Dauid autem humiliauit eas & fecit tributarias. Hæ quinque ciuitates, quinque sensus corporis significant, quia regnante in nobis vetustate, varijs tormentis nos affligunt, sed cum verus Dauid regnat in nobis, fiunt tributarij, & caro cogitur seruire spiritui.

† Villas.

c. *Adarezer.* qui interpretatur decorum auxilium, rex Soba qui interpretatur incensa vel conuertens significat Gētilitatis vitia naturali teruore accensa, contra quem Christus confligit, & vincit *gladio spiritus, quod est verbum Dei.*

B

† vel clypeos aureos quos.

Ephes. 6. c.

d *Subneruauitq;.* Subneruat Christus repugnantem sibi superbia mundi altitudinē humanæ sapientiæ, quod tamen opportunum & aptum prædicationi reperit, reseruat sibi.

† quia vir bellorum. Thou erat cum Adarezer pugnabat contra Thou.

e *In Da.* Damascus nobilis ciuitas Phœnicis, sanguinis poculū interpretatur. Syria sublimis vel humecta. Gentilitas enim prius libidine fluida & spiritu superba, sanguinē humanum sitiebat, tunc baptismate Christi mundata, profectu virtutum exaltata sāguinis eius poculum desiderat.

f *Pharetras.* Dogmata Gentilium quibus disciplinæ, liberales continentur, quas Christus a Gentilitate abstulit & in seruitium ecclesiæ conuertit, prosunt enim ad expugnationē erroris & confirmationem veritatis.

C

D

g *Salomon.* Qui a ergo rex noster pacificus, vestutatē elocutionis de humilitate euersæ Gētilitatis ad emūdādā grām baptismi & firmamentum fidæi per prædicationē pij dogmatis in vsum ecclesiæ conuertit. Tebath enim interpretatur paruulus venit, & Chum pulchritudo. Qui.n. paruulum se agnoscit, pulcher, & speciosus in decore virtutū efficitur.

CAP. XVIII.

a Factum est autē post hęc, vt pcuteret [1] Dauid Philisthijm & humiliaret eos, b & tolleret Geth, & filias eius de ma- [2] nu Philisthijm, percuteretq; Moab, [3] & fierēt Moabitę serui Dauid offerētes ei munera. Eo tēpore percussit Dac uid etiam Adarezer regem Sobā regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperiū suū vsq, ad flumen Euphratē. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septem milia eq- [4] d tū, ac viginti milia virorum peditum, subnernauitq; omnes equos curruū, exceptis centū quadrigis quas reseruauit sibi. Superuenit autem & Syrus Damascenus vt auxiliū pberet e Adarezer regi Soba, sed & huius percussit Dauid viginti- [5] duo milia virorum. Et posuit milites in Damasco, vt Syria quoq; seruiret sibi & offerret munera. Adiuuitq; eum dñs ī f cunctis ad q̄ perrexerat. Tulit quoq; Dauid † pharetras aureas, quas habuerant serui Adarezer, & attulit eas in Ierusalem. Nec non & de Thebat & Chun vrbibus Adarezer æris g plurimum, de quo fecit Salomō mare æneum & columnas & vasa ænea. Qđ cum audisset Thou rex Hemath, pcussisse videlicet Dauid oēm exercitum Adarezer regis Soba, misit Adorā filium suum ad regē Dauid vt postularet ab eo pacē & congratularetur ei, eo quod expugnasset & percussisset Adarezer. † Aduersarius quippe Thou erat Adarezer. Sed & omnia vasa aurea & argentea & ænea cōsecrauit rex Dauid dño cum argento & auro qđ tulerat ex vniuersis gentibus tā de Idumæa & Moab & filijs Amō, q̄ de Philisthijm h i & Amalech. Abisai vero filius Saruiæ percussit Edō in valle [6] Salinarū, decē & octo milia, & cōstituit in Edō præsidium vt seruiret Idumæa Dauid. Saluauitq, dñs Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel, & faciebat iudicium atque iustitiā cūcto populo suo. Porro Ioab filius Saruiæ erat sup exercitum & Iosaphat fili' K Ahilud a cōmentarijs: Sadoc aūt fili' Achitob & † Achimelech fili' Abiathar sacerdotes, & Susa scriba. Banaias quoq;

¶ De Christo autem dicitur, Adorabunt eum omnes reges terræ.

a ¶ Ciuitatem Syriæ pertinentē ad Emath metropolim, quę & Epiphania, quod arcam Dauid Syriam auerit Iosephus ostendit.

¶ Christus.

a ¶ Christus omnes quos de gentibus vocat, alios sensu præclaros alios eloquentia splendidos, alios prædicationis honores sanctificat, vt domi eius in tabernaculo eius fideliter seruiant.

a ¶ Sicut vir fortissimus.

a ¶ Commentarijs i. commemoratores fuerunt qui causas annotatas regi ad memoriam reducebant.

b ¶ Frater meus rex. ¶ Qui in Regum Abimelech, idest, pater meus rex.

a ¶ Qui in regnum Saraia, interpretatur autem Susa gaudium, Saraia princeps domini.

h *In valle Sa.* In Regum ita scriptum est. *Fecit sibi Dauid nomen cum reuerteretur, capta Syria in valle Salinarū, cæsis decem, & octo milibus*, quia. s. erexit sibi fornicem triumphalem, fecit etiam sibi nomen, qa victa Syria Damasci, & Syria Sobal, alterū erexisse dr.

2. Reg. 8. d.

i *Decem.* In quibusdam autem codicibus inuenitur Dauid non viginti & octo millia in valle Salinarum occidisse, quod vitio scriptorum factum est. Ioab vero 12. milia prostrauit, sicut in titulo 70. psalm. scribitur. Hæ autē decem & octo Abisai interfecisse perhibetur, sed pro dignitate regia ascripta est Dauid victoria. Et quia Christus examinis sui districtione in his qui de eo praua sentiunt, stultitiam immoderati saporis extinguit. vnde. *Qui vertit lingua suam, incidit in malū.*

E

Prou. 17. ca.

K *Achimelech.* i. frater meus rex, qui in Regum Abimelech, id est, pater meus rex ecclesiæ, sacerdotes instruit, vt qui per ordinem dignitatis patris tenent locum, per humilitatem, fratres censeantur, & nō dominentur in clero.

† Abimelech.

F

Phe-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVIII.

1 Factum est. *Hic consequēter describitur dilatatio imperij ipsius Dauid per aduersariorum suorū depressionē. Circa quod primo ponitur debellatio aduersantium, secundo punitio iniuriantium c. 19. Diuisio autem et sententia huius c. 18. patet ex dictis 2. Reg. 8. ca. exceptis quæ sequuntur.*

2 Et tolle. Geth. *Nomen est vnius ciuitatis Philisthinorū de quinque principalibus, vt patet 1. Reg. 6.*

3 Et filias eius. *idest, villas ei adiacentes & subditas.*

4 Cepit er. Da. mil. &c. *2. Reg. 8. dicitur.* Et captis Dauid ex parte eius mille septingētis equitib. & 20. milib. peditū, &c. *Dicendū quod non est contradictio, quia minor numerus includitur in maiori, et ideo si fuerant 7. milia equitum, vt hic dicitur, fuerūt etiam mille septingenti, vt dicitur, sed hic maior numerus exprimitur, & ibi minor, quia non ponitur ibi præcise numerus alios excludendo.*

5 Sed & hu. &c. *2. Reg. 8. dicitur. 22. milia, et eodem modo soluitur sicut et præcedens. Et quia scriptura nō curauit hic exprimere duo milia qui erant vltra summam principalem.*

6 Abisai vero filius Sar. *2. Reg. 7. hoc attribuitur ipsi Dauid. Dicendū quod attribuitur Dauid sicut regi. Abisai vero sicut duci vnius aciei, qui fecit quid notabile in illa victoria.*

Porro

MORALITER.

1 *Factum est autem post. &c.* Expositio mystica huius historiæ posita est 2. Reg. 8. cap.

a Phelethi. Admirabiles vel viuificatores, quos quidā dicūt fuisse septuaginta iudices, more eorū quos Moyses domino pp pietatem in eremo elegit. Alij dicunt Cerethæos ad hoc deputatos vt reos punirent, Phelethæos vero vt insontes defenderēt.

b Porro. Filij Dauid, id est, Christi sunt fideles, quos ei sācta parit ecclesia, qui sunt genus electum, regale sacerdotium.

c Primi ad magnum. Quia bonis operibus merentur, sibi regnum cæli, tāto Deo vicimiores, quanto sanctiores.

a ¶ Externi natores. b ¶ In Regum legitur vel scriptum est, quia filij Dauid sacerdotes erant, sed & hic primi, & illic sacerdotes dicuntur propter nobilitatem & prioratum.

a filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi. b Porro filij 1 Dauid primi ad manum regis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Porro, quia erant primi in honoribus, et ideo vocantur sacerdotes, 2. Reg. 8. id est maiores inter illos qui adsistebant regi Dauid.

CAP. XIX.

A Ccidit autem.

* Hieron. Naas, fuit rex Ammon, qui in Regum scribitur, cum quo primū Saul in defensione Iabes Galaad pugnauit, & vicit eū. Quia ergo erat inimicus Saul, idcirco gratiā præstabat Dauid, si quando ad eum veniebat.

b Ammon. Qui interpretatur dolor eorum, significat diabolū qui Ammonitarum i. dæmonū rector esse videtur, populi. s. mœroris & in angustia constituti. Hic radit dimidiam barbam nuntiorum Dauid, prædicatorum sermonem vel cōuersationem maculando, præcidit tunicas vsque ad genua vel inguina, cū turpia facta quæ persuaserat in oculis hominum reuelat. Hi sedent in Iericho, donec crescāt barbæ eorū, opprobriū. s. & ignominia aliorū, & effecti anathema omniū donec per bonum studiū barbarū, i. virtutum species renascātur vt præsentia regis sui digni habeantur, cuius vultus est super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

CAP. XIX.

a A †Ccidit aūt 1 vt moreret

a ¶ Quē primū expugnauit Saul in defensione Iabes Galaad, Et quia inimicus Saul erat Dauid gratiam præstabat, quando ad se veniebat.

Naas rex filiorū Ammō, & b regnaret filius eius p eo Dixitq; Dauid. Faciam mīam cū Hanō filio Naas. Præstitit. n. mihi pater eius mīam. Misitque Dauid nūtios ad consolandū eum sup morte patris sui. Qui cū peruenisset in terrā filiorū Ammō vt cōsolarent Hanō, dixerūt principes filiorū Ammō ad Hanō. Tu forsitā putas, q Dauid honoris cā in patrē tuū miserit q consolarentur te, nec animaduertis q vt explorēt et inuestigēt et scrutent terrā tuam, venerint ad te serui eius. Igit Hanō pueros Dauid de

a ¶ In regum scriptum est, quod rasit dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes medias vsque ad nates, sed nondum diuersum, quia quod hic deest ibi habetur.

caluauit & rasit. Et pcidit tunicas eorū a natibus 2 vsq; ad pedes, & dimisit eos. Qui cū abissent, & hoc mādassent Dauid, misit in occursū eorum (grādē. n. contumeliam sustinuerāt) & præcepit * vt manerent in Iericho donec cresceret barba & capilli eorū, & tunc reuerterentur. Videntes aūt filij Ammon q † iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon quā reliquus populus, miserūt mille talenta argenti vt conducerent sibi de Mesopotamia & de Syria Maacha, & de Soba cur- 3 rus & equites: Conduxeruntq; trigintaduo mi- 4 lia currū, & regē Maacha cū populo eius. Qui cum venissent castrametati sunt eregione Medaba. Filij quoq, Ammon congregati de vrbibus suis, venerūt ad bellum. Qđ cum audisset Dauid misit Ioab & oēm exercitum virorū fortiū. Egressique filij Ammon, direxerūt aciem iuxta portā ciuitatis. Reges āt qui ad auxiliū eius venerant, separatim in agro steterunt. Igit Ioab intelligens bellū ex aduerso & post tergū cōtra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit cōtra Syrū. Reliquā autē partē populi dedit sub manu Abisai fratris sui, & perrexerunt contra filios Ammō. Dixitq; Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi. Si autem superauerint te filij Ammō, ero tibi in psidium. Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbib. Dei nostri. Dñs autem qđ in conspectu suo bonum est, faciat. Perrexit ergo Ioab & populus qui cum eo erat cōtra Syrū ad prælium, & fugauit eos. Porro filii Ammō videtes qđ fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem: Reuersusq; etiam Ioab in Ierusalem. Videns autem Syrus qđ cecidisset coram Israel, misit nuntios, & adduxit Syrum q erat trans flu- 5 uium. Sophach autē princeps militiæ Adarezer erat dux eorum Qđ cum annuntiatum esset Dauid, cōgregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanē, irruitq; in eos, & direxit ex aduerso aciē illis contra pugnantib. Fugit autem Syrus* Israel. 6 Et interfecit Dauid de Syris septem milia curruum & quadragita milia peditum, & Sophach exercitus principem. Videntes autem serui Adarezer ab Israel esse superatos, ad Dauid † transfugerunt, & seruierunt ei. Noluitque vltra Syria auxilium præbere filiis Ammon.

Marginalia: Hierom. Num. 11. d. 1. Petri 2. c. 1. Reg. 11. a. Rabbanus. † gratiam. Psal. 33. c. decaluauit &. * rex. † rem fœdam. * a facie. † pacem fecerunt cum.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIX.

A Ccidit au. Hic consequenter describitur punitio iniuriantium Dauid, et primo describitur illata iniuria, secūdo vindicta debita, ibi. Quod cum audisset Dauid. et hæc pars diuidit in duas partes q a primo describit debellatio auxiliantiū filios Ammon q Dauid iniuriati fuerāt, secundo punitio filiorū Ammon qui iniuriā fecerāt. secunda incipit a principio 20. c. Sententia autem huius c. 19. patet ex dictis 2. Reg. 10. ca. exceptis quæ sequuntur.

2 Et præc. tu. Aliqui libri habent, vsque ad inguina. Sententia tamen est, quod illa pars vestium fuit præcisa quæ a natibus descendebat inferius, ita quod appareant eorum turpia.

3 Conduxeruntque. i. triginta duo milia hominū pugnantium in currib. Sciendum tamen, quod non fuerunt tot pugnantes in curribus quia in vniuerso nō fuerunt nisi triginta duo milia pedites cū alijs cōputando, vt patet 2. Reg. 10. Sed q a pugnantes in currib. erant principales, ideo sub numero eorum alij hic ponuntur, et ab eis denominari.

4 Et re. Macha. Iste populus nō cōtinetur in numero prædicto, quia ab isto habuerunt mille viros vltra trigintaduo milia prædicta, vt patat 2. Reg. 10.

5 Sophach. Iste vocat Sobath 2. Reg. 10. quia talia nomina variātur frequenter in principio vel in fine, vt alias dictum est.

6 Et interfe. Da. &c. 2. Reg. 10. d. dicit. Et occidit Dauid de Sy-

Con-

MORALITER.

1 Accidit autem. Faciā, &c. Huius historiæ mysticā expositionem require ij. Regum. x. c.

tionem

Tactum

Syrijs septingentos currus, & quadraginta millia equitũ. *Ad concordantiam huius dicendũ, quod ibi fuerunt septingenti currus tãtum, vt ibi dicitur: sed in quolibet curru decem pugnatores & sic erãt ibi septẽ millia hominum pugnantiũ in curribus: qui dicuntur hic septem millia curruũ. i. in curribus pugnantiũ, eo modo quo supra dictũ est. Fuerunt etiã ibi xx. millia peditũ, & quadraginta millia equitum: sed equites hic tacẽtur qui ibi exprimũtur, & econuerso pedites ibi tacẽtur qui hic exprimuntur. quod in vno loco scripturæ, omittitur, in alio frequenter suppletur sicut patet in decursu euangeliorum. Et eodem modo in lib. Paralipom. & in lib. Reg.*

C A P. XX.

A a F*Actum est autem post anni, &c.*
b *Congregauit.* Ioab bellum inchoauit, Dauid perfecit. Christus enim bellum agit cum prædicatorum ordo contra mundi potentes scutum fidei opponit, sed finis certaminis, & triũphus ad Christum refertur, *qui operatur in nobis velle & perficere.* Qui coronam, quàm diabolo abstulit, sibi aptauit, fideles, scilicet qui quasi corona eum ambiunt, vnde; *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.*

Rabbanus. Philipp. 2. b. Psal. 64. c. Deut. 7. d.

Hierony. c *Coronam, &c.* quia conflando purgauit secundum legem. Tradunt autem Hebræi (quia illicitum erat homini Iudæo de idolis aliquid auri vel argenti accipere, quia lex idololatriam vetat) Ethai Hethæũ (qui de Philisthæis ad Dauid venerat) coronam de capite Melchon rapuisse, vt liceret Iudæo de manu hominis capere, quod de capite idoli non licebat.

B

d *Bellum.* Notandũ quòd in Paralip. tria bella Dauid principaliter leguntur: in Regum quatuor. Ibi enim quartum bellũ est vbi Dauid contra Philisthæos prœliãte Iesbidenob qui fuit de genere Arapha, cuius hasta 300. vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid, prędidio fuit ei Abisai filius Saruię, & percussum Philisthæum interfecit. Sed & tres sunt distinctiones temporum, præteritum, præsens, & futurum, & quatuor vicissitudines, ver, æstas, autumnus, hyems. Et bellũ Christi omni tpe vitæ contra visibiles, vel inuisibiles hostes agit in membris suis, & triumphatur in ipso. vnde: *In Deo faciemus virtutes, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.*

Tria præcipua bella Dauid. 2. Reg. 21. c. † regis eorũ. † per manum

C D Psal. 59. c.

CAP. XX.

a † FActum est autem post anni circulum, [1]
a ¶ In Hebræo quo reges ad bella processerant contra Dauid.
b eo tempore quo solent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum & Robur militiæ, & vastauit terram filiorum Ammon, perrexitque, & obsedit
a ¶ Ciuitas regni Ammon quæ nunc Philadelphia dicitur: interpretatur autem Rabba, multi, quia multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum.
Rabba. Porrò Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab [2] percussit Rabba, & destruxit eam. † Tulit Dauid autem co- [3]
a ¶ Idoli. quod interpretatur rex eorum.
c ronam † Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitq; sibi inde dia-
¶ Idest, spolia.
dema. Manubias quoque vrbis plurimas tulit, populum au- [4]
tem qui erat in ea eduxit, & † fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur, & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon, & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem. † Post [5]
a ¶ In Regum, Gob. i. lacus vel locusta. Gazer autem ordinatio, quia sicut locustæ herbam, ita filij Araphe delebant filios Israel.
d hæc initum est bellum in Gazer aduersus Philisthæos, in quo
a ¶ Qui apud Iosephum Sabuc Hethæus dicitur. b ¶ In Regum, de stirpe Arapha quia filij erant Orphe nurus Noemi de terra Moab.
percussit Sobochai Husathites † Saphai de genere Raphaim,
e & humiliauit eos. Aliud bellum quoque gestum est aduersus Philisthæos, in quo percussit † Adeodatus, filius Saltus, Lehemitem fratrem Goliath Gethæi, cuius hastæ lignum erat [6]
quasi licitatorium texentium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus habens digitos senos, id est, simul vigintiquatuor, qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus, hic † blasphemauit Israel, & percussit eum Iona-
f than filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filij Raphaim in Geth, [7]
qui ceciderunt in † manu Dauid, & seruorum eius.

e *Aliud bellum.* In Regum ita: *Tertium fuit in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltu, polymitarius, Bethlehemites Goliad Gethæum, &c.* Gob lacus interpretatur, quia sicut in lacum leonũ misit se Dauid contra Goliam: qui est Adeodatus. i. in regnum electus. Filius Saltus: in quo. s. oues pascebat. Polymitarius, quia de genere Beseleel fuit mater eius. Bethlehemites quia de Bethlehem, in qua panis causa Ruth Booz nota ẽ. vnde locus domus panis vocatus est. Quòd Adeodatus ipse Dauid sit, patet vbi dicitur: *Hi nati sũt de Arapha in Geth & ceciderunt in manu Dauid, & seruorũ eius.* Hebræi vero Arapham matrẽ gigantum Orphã nurum Noemi arbitrantur.
f *Ionathan filius Samaa, &c.* ✠ Hieronymus. Ionathã ipse est Nathã propheta, qui habuit duos fratres, Iohel, & Ionadab. Idcirco hic nomen patris ponitur, quia inter præliatores describitur. Vbi verò de prophetia eius scribitur, non ei annotatur pater, eo quod pater eius propheta non fuerit.

† 2. Reg. 12. a. 2. Reg. 11. d. † 2. Reg. 11. g E Quatuor nominibus vocatus fuit Dauid. † ferrauit eos ferra & carpãtis ferreis. & ferris. † 2. Reg. 21. d. † accusatiuus est. † Elhanam filius I... Quæst. in hunc locum. † probris afficiebat. † 2. 24. a. F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XX.

F*Actum est.* Hic consequenter debellatis adiutorib. filiorũ Ammõ, ponitur punitio ipsorũ. & secundo subiungitur variatio trium bellorum Dauid famosorum, ibi: *Post hæc initum est bellum.* Sententia autem primæ partis patet ex dictis 2. Re. 12. ca. in fine, his exceptis.

Diuisio.

2 *Porro Da.* In hac remansione commisit Dauid peccatum cum Bethsabee vxore Vriæ, quod hic omittitur, quia diffusè scribitur 2. lib. Reg. 11. ca. & 12.
3 *Tulit autem.* nomen est idoli filiorum Ammon, vt dictum fuit 2. Reg. 12.
4 *Manubias.* idest spolia, quæ sic nominantur, eo quòd manibus rapiuntur.
5 *Post hæc.* Hic succinctè ponitur narratio trium bellorum & patet sententia ex dictis 2. lib. Reg. 21. ca. in fine. vbi additur vnum bellũ in quo Iesbidenoch nisus fuit occidere Dauid lassatum ex labore bellandi. sed hic omittitur propter reuerentiam Dauid, vt dicunt Hebræi. Hic tamen ponuntur duo dubia. Primum est cum dicitur: *Post hæc.* quasi illa tria bella fuissent post prædicta. quod non est verum, saltem de bello in quo Dauid percussit Goliath, quia hic ponitur in secundo loco, & tamen fuit primum bellum Dauid secũdum communem opinionem. Secundum ponitur cùm dicitur:
6 *Fratrem Go.* Qđ exponitur dupliciter. Vno modo, q; iste sit idem cũ Goliath quẽ interfecit Dauid, sicut fuit expositum 2. Re. 11. & secundũ hoc hæc est lra. *Fratrem Goliath Gethæum.* & est sensus, q; Dauid pcussit Goliath Gethæum fratrẽ istorum aliorum gigantũ duorum qui hic noiantur. Alio modo q; iste qui dr̃ hic percussus, fuit alius a Goliath fratre eius. & secundum hoc hæc est litera: *Fra. Goliath.* Et est sensus, q; Dauid percussit fratrem Goliath qui erat sibi similis in fortitudine & magnitudine. Et secundum illam expositionẽ oportet consequenter dicere quòd illud bellum omittitur 1. Regum 21. tamen prima expositio communior est.
7 *Hi sunt fi. Raph.* idest gigantum, vel de genere giganteo.

MORALITER.

1 *Factum.* Huius historiæ expositio mystica 2. Regum 21. cap. requiratur.

CAP. XXI.

Consurrexit autem,&c. ✻ Comestor. Scribitur 2.Reg.24. *Addidit furor Domini irasci contra Israel,commouitq; Dauid, &c.* Furorem Domini videtur quasi hic exponere dicens: *Consurrexit Satan aduersus Israel, &c.*

✻ Eucher. Quid in hoc facto aliud demonstratur, nisi quia sic pro qualitatibus subditorum,disponuntur acta regẽtium, vt sæpe pro malo gregis etiam viri boni delinquant in vita pastoris?Sequitur.

b *Et inuentus est,&c.* In Re.ita. Quod inuenta sunt de Israel octoginta millia virorum fortium, & de Iuda quinquaginta millia pugnatorum. Asserunt autem Hebræi hunc numerum ab Ioab inuentum esse, sed scriptorem noluisse ostendere nisi quantum in Samuelis & lib.Reg.scribitur, in quo tantum cædi superstites continentur.

c *Et percussit*. Mortem dicit quę primũ causa peccati venit hęc ĩ populo grassata est, quia sępe ꝓ malo gregis delinquit vita pastoris. Tumore elatus Dauid, populum numerando peccauit, & populus pœnã suscepit: quia secundum merita plebium disponũtur corda rectorum. Iustus uero iudex ex ipsorum animaduersione corripuit peccãtis vitiũ, ex quorũ causa peccauit. Sed quia volũtate sua superbiẽs a culpa alienus non fuit, vindictam culpæ suscepit. Ita enim quæ corporaliter populũ percutit, rectorem cordis dolore prostrauit.

d *Peccaui nimis, &c.* In Regũ ita: *Peccaui valde in hoc facto:Sed precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi.* In quo notãdum est, quia Dauid numerando populum offendit, quia legis præcepta nõ obseruauit. In lib.enim Numerorũ pręcipit dominus Moysi: *Tollite summam filiorum Israel per cognationes suas,quicquid sexus est masculini a 20.anno & suprà,&c.* Quia vero Dauid generaliter omnes iussit numerari, incurrit indignationẽ Dei. In Exo. quoque ait dominus Moysi: *Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium domino pro animabus suis,&c.* hoc oblitus facere Dauid Deum offendit.

✻ Ambrosius. Ergo qui pœnitentiam agit, offerre se debet ad pœnam, vt hic puniatur a domino,nõ ad supplicia æterna seruetur: nec expectare tẽpus, sed occurrere diuinę indignationi. Vide facta Dauid precibus cõuenire. Offenderat dominũ, quia numerari iusserat populum. Cõfessione pręuenit nuntium, peccasse se valde & nimis stulte fecisse se cõmemorãs, nõ quasi admoneret oblitum, sed quasi vrgeret morãtem, ne diutius commotionem differret offensæ. Peccaui inquit valde, quoniam hoc verbum feci.

CAP. XXI.

a Consurrexit autem Sathan cõtra Israel, & incitauit Dauid, vt numeraret Israel. Dixitq; Dauid ad Ioab, & Reges principes populi: Ite & numerate Israel, a Bersabee vsque Dan,& afferte mihi numerum, vt sciam. Responditque Ioab. Augeat dominus populum suum centuplum quàm sunt. Nonne domine mi rex omnes serui tui sunt? quare hoc quærit dominus meus quod in peccatum reputetur Israeli? sed sermo regis magis prævaluit. Egressusque est Ioab, & circumiuit vniuersum Israel, & reuersus est Ierusalẽ. b Deditque Dauid numerum eorum quos circumierat, & inuentus est omnis numerus Israel mille millia,& centũ millia virorum educentium gladium. De Iuda autem † quadringenta septuaginta millia pugnatorum. Nam Leui & Ben[b]iamin non numerauit, eo quòd † Ioab inuitus exequeretur regis imperium. c Displicuit autẽ Deo quod iussum erat, & percussit Israel. d Dixitq; Dauid ad Deum: Peccaui nimis, vt hoc facerem. Obsecro aufer iniquitatẽ serui tui,quia insipienter egi. * Et locutus est dominus ad Gad videntem Dauid, dicẽs: Vade & loquere ad Dauid,& dic ei; Hæc dicit dñs, e † Trium tibi optionẽ do, vnũ quod volueris elige,& faciã tibi. Cumq; venisset Gad ad Dauid, dixit ei: Hæc dicit dñs: Elige quod volueris; Aut tribus annis † pestilentiã; Aut tribus mensibus te † fugere hostes tuos & gladium eorum non posse † euadere. Aut tribus diebus gladiũ domini & mortẽ versari in terra,& angelum domini interficere in vniuersis finibus Israel. Nunc igitur vide quid respondeã ei qui misit me. f Et dixit Dauid ad Gad. Ex omni parte me angustiæ premũt, † Sed melius est mihi, vt incidam in manus dñi (quia multæ sunt miserationes eius) † quã in manus hominũ. † Misit ergo dñs pestilẽtiã in Israel,

a ¶ Pro dignitate sacerdotij. b ¶ Quia nuper vsque ad internecionem pene corruerant.

✻ Idem. Dauid accusauit se nullo accusante, peccatum confessus est proprium,quãdo percussus est ĩ corde, eo quod numerauit plebem dicẽs: *Peccaui domine,&c.* Itaque quãuis scriptura habeat,quod *apposita est ira Dei, vt irasceretur in Israel,* quo Regis prolapsio excusari videretur, tamen cum vidisset angelũ qui stragem plebis efficiebat, percutientis ictui seipsum obiecit. Quasi iustus ergo accusator fuit sui in ipso sermonis exordio, & peccatum suum agnouit, & iniquitatem propriã confitendo, iustificatus est in semetipso.

e *Trium tibi optio.* ✻ Ambros. Vide docẽtem Deum qua moderatione eius indignatio leniatur, si non penitus verbera recusemus, sed qualitatem leuandi, non euitandi supplicij postulamus. Tria proposuit, vt quod moderatius putaret eligeret. Vnde etiam quemadmodum ad pęnitentiam ꝓuocat, vt nos offeramus iniuriæ:eligere pęnã mandãs,vt in ipsa pœna electionis quędam prærogatiua seruetur, & reo suo blandiatur hoc verbo.

f *Et dixit.* Si famem eligeret, contra alios facere videretur: quia habens multa frumenta inopiam cum alijs non pateretur: Si vinci ab hostibus per tres menses eligeret, habens ipse circa se viros fortissimos, nihil metueret cum exercitus neci subiaceret. Communem ergo tibi & alijs passionem elegit, in qua timor omnibus esset æqualis.

✻ Ambrosius. Nunquid donari sibi pęnam poposcit erroris?Quod si fecisset,impudentię notaretur, qui moderationi diuinæ fuisset ingratus.Nam plurimũ suffragabit reo, verecũda confessio: & pœnam quam defensione euitare nõ possumus, pudore leuamus. Elegit non quod a flagello esset immune, sed quod moderatius iudicauit, vt Dei lenitati magis, qui nosset ignoscere, quam hominum se cõmitteret potestati, qui mensurã vltionis frequenter excederẽt. Miseretur itaq;

Marginalia: In 2. Reg.24. — Rabbanus. 2.Reg.24.b. — 2.Reg.24.c. — Num.1.a. — † famem — Exo.30.b. — † Quæso. — In Psal.17. — † & ne incidã. — Orton.7.in Psal.118. — In Psal.37. — † trecenta. — † abominabile visum est verbum regis Ioab. — * valde — † Tria ego offerendo tibi. — * famis. — In Psal.37. — † deficere sciẽ hostiũ tuorum. — † attingere — † 1.q.4.§ his ita.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXI.

Consurrexit. *Hic consequenter describitur percussio populi propter ipsius Dauid elationem. & patet diuisio & sententia huius cap.ex dictis 2 Reg.vlt.ca.exceptis quæ sequuntur.*

2 Nam Leui. *& ideo istas duas tribus dimisit,quia habebat excusationem in prõptu si de hoc regi accusaretur. De tribu Leui, quia statim poterat dicere quòd non erat numeranda sicut aliæ, quia aliæ tribus numerantur a viginti annis,& supra,vt habetur Num.1.tribus aũt Leui ab vno mense,& sup.vt habetur Nume.3. Similiter de tribu Beniamin poterat dicere,quod propter vxorem Leuitæ fuit ferè deleta,vt habetur Iudicum 20. & ideo postea fuit paruæ reputationis comparatiuè ad alias,et propter hoc poterat se excusare Ioab ab eius numeratione,quia parum creuisset numerus.*

Cumque

MORALITER.

1 *Consurrexit autem,&c.* Expositionem mysticam huius historiæ require. 2.Reg.24.

qui nescit errare, non miseretur, qui erroris est particeps. Nec fefellit sanctum Dauid fides sua, sed in ipsa quoque offensione gratiam, diuinæ miserationis emeruit. Nam qui proposuerat mortem triduo, exercere in terra, ne vnum quidem diem passus est præterire, sed ad horam prandij libenter indulsit, & (vt verbo scripturæ vtar) *habuit pœnitentiam super malitiam.*

a *Septuaginta milia virorum.* Capita enim plebis & seniores numerati sunt, Cæterum de omni populo tot milia interfecta Hebræi affirmant, quot milibus numerus in Paralipomenon, scriptus numerum, qui in Regū est excedit. Aiunt enim quod in Paralipomenon, & qui remanserant, & qui interfecti sunt, numerati sunt, in Regum vero tantummodo viui.

✻ Ambrosius. Dixit, angelo Dominus, vt remitteret manum suam. Vide autem quia quando, vult Dominus ignoscere, dat gratiam & fiduciam deprecandi. Vidit Dauid ferientem angelum, & dixit. *Ego sum qui peccaui &c.* Si mandauerat dominus angelo, vt parceret, quomodo feriebat adhuc, nisi quia & si vult ignoscere, vult tamen rogari, & vt rogetur hortatur? Nec vidisset homo, angelum ferientem, nisi dominus eius oculis angelum

(Margin: † perderet. — † saccis. — Rabbanus. — † in monte. — In Psal. 37. — † requirere.)

a & ceciderunt de Israel septuaginta milia virorū. Misit quoque

a ¶Diuersis & occultis infirmitatibus.

angelū in Ierusalem vt † percuteret eā. Cumq; percuteretur, vi 1

a ¶Sadoc vt aiunt sacerdote pro populo orante.

dit dominus, & misertus est sup magnitudine mali, & imperauit angelo, qui percutiebat. Sufficit, iam cesset manus tua.

p ¶Areuna Iebusæi. Areuna enim Area interpretatur, & Orna Latine resonat lumen nobis

Porro angelus domini stabat iuxta aream Ornam Iebusæi: Leuāsq; Dauid oculos suos, vidit angelum domini stantem inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius & versum contra Ierusalem, & ceciderunt tam ipse quam maiores natu vestiti † cilicijs proni in terrā. Dixitq; Dauid ad Deū: Nonne ego sum, qui iussi, vt numeraretur populus? Ego qui peccaui, ego qui malum feci. Iste grex quid commeruit? Domine Deus meus obsecro vertatur manus tua in me, & in domū patris mei: populus autem tuus nō percutiatur. Angelus autem domini præcepit Gad, vt diceret Dauid, vt ascenderet

a Hæc est Ierusalem.

b extrueretq; altare domino Deo in area Ornā Iebusæi. Ascendit ergo Dauid iuxta sermonem Gad quem locutus fuerat ei † ex nomine domini. Porro Ornam cū suspexisset & vidisset 2 angelum, quatuorque filij eius cum eo, absconderunt se: Nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cum veniret Dauid ad Ornam, conspexit eum Ornam, & processit ei obuiam de area, & adorauit illum pronus in terram. Dixitq; ei Dauid: Da mihi locum areæ, vt ædificem in ea altare domino, ita vt quantū valet argenti accipias, & cesset plaga à populo. Dixit autem Ornam ad Dauid: Tolle, & faciet dominus meus rex quodcunque ei placet. Sed & boues do in holocaustum, & tri 3 bulas in ligna, & triticum in sacrificiū: omnia libēs præbebo. Dixitq; ei rex Dauid: Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet. Neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre

c domino holocausta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornam pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos, & ædificauit ibi altare domino: obtulitq; holocausta & pacifica, & inuocauit

a Sub Moyse Dauid, Salomone & Elia super altare descendit ignis de cælo, sub Manue angelus de petra flammam eduxit:

dominum, & exaudiuit eum in ignē de cęlo super altare holo 4 causti. Præcepitq; dominus angelo, & cōuertit gladium suū in vaginam. Protinus ergo Dauid videns, quod exaudisset eū dominus in area Ornam Iebusæi: immolauit ibi victimas. Tabernaculū aūt domini qđ fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum ea tempestate erat in excelso Gabaon, & non

a ¶Sicut præceptum est in lege, sed spatium illuc eundi non habuit, vel forsitan in mentem non occurrit.

† præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deū. Nimio 5

a ¶Plagam mortis illatam ministerio angeli, sicut in Aegypto factum est.

enim fuerat timore perterritus, vidēs gladiū angeli domini.

gelum reuelasset. Vnde & Eliseus dicit. *Domine, aperi nūc oculos pueri huius, vt videat.*

(Margin: 4 Reg. 6.)

✻ Hieronymus. *Vidit dominus & misertus est.* Aiunt Sadoch sacerdotē infulatum dominū deprecatū fuisse, & imitatum patrem suum Aaron, & illius preces & deuotionem dominum vidisse & misertū fuisse.

b *Extrueretque altare domino Deo in area Ornam Iebusæi.* Bene Dauid cum dominū placare vellet, altare iubetur in area Areuna vel Ornam cōstruere, quia non placatur Deus ab homine nisi in area cordis p lumen rectæ fidei & verę dilectionis constituat illi altare humilitatis, in quo offerat sacrificium laudis.

(Margin: Rabbanus.)

c *Dedit ergo Dauid Ornam pro loco siclos auri iustissimi pōderis sexcentos, et ædificauit ibi altare domino, etc.* In Regum ita. *Emit ergo Dauid aream & boues argēti siclis quīquaginta.* Vnde autumant Hebręi boues argenti siclis quinquaginta, areā vero sexcentis aureis esse emptam. Alij autem ęstimāt aream emptā quinquaginta siclis exprimere locum altaris vbi holocausta obtulit, aream vero emptam sexcentis siclis esse locum totius templi, quod postea Salomon ædificauit & atria eius.

(Margin: † potuit.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cumq; percuteretur vidit dominus &c. *Idest, cū angelus se disponeret ad percutiendum populum in Ierusalem.*

2 Porro Ornam cū respexisset & vidisset angelū quatuorq; filij eius cum eo, absconderunt se, &c. *præ timore. Nec mirū, qa etiam Dauid, qui erat fidelis & deuotus in visione angeli supra modum perterritus fuit.*

3 Et tribulas in ligna & triticum in sacrificium. *Instrumēta sunt lignea, dicta a tero teris, eo quod fruges cum ipsis teruntur.*

4 Et exaudiuit eum in igne de cęlo sup altare holocausti. Præcepitque dominus angelo, & conuertit gladium suū in vaginam. *scilicet dato, & hoc fuit signū manifestum acceptionis diuinæ, sicut in oblatione Abel, Gen. 4. et Eliæ 3 Reg. cap. 18.*

5 Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret. *Nō est intelligendum quod propter hoc Dauid altare construxerit in area Ornam Iebusæi et ibi obtulerit, quia tenebatur ad hoc mandato Dei sibi facto per Gad prophetam, vt habetur in litera, sed postquā fecerat istud sacrificium, libenter iuisset ad offerendum iterum in Gabaon, vbi erat altare holocaustorū, sed non potuit, eo quod ex visione angeli fuit nimis territus, et per consequens infrigidatus & debilitatus, ita quod pro tunc non poterat ire.*

CAP.

CAP. XXII.

A Dixitq; Dauid. Sequitur. a *Vt congregarentur*. De ecclesia Christus artifices domus suæ elegit, qui inconditos mores hominum dolarent & polirent, vt in edificatione spirituali per diuersas iuncturas fidei & charitatis sibi conuenirent. Vnde. *Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei*.

Rabbanus. Osee.6.b.

b *Ferrum*. Fidei firmitatem sacris dogmatibus ordinauit, vt intrãtes in ecclesiam timoris aculeis configerentur, & sic per dilectionis & societatis fidem mutuo ne B ctantur. Vnde. *Confige timore tuo carnes meas*. Et alibi, *Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas cuius participatio eius sicut &c.*

Psal.118.d. Ibid.122.a.

c *Aeris*. Lectiones sonoras & cãtica spiritualia, quæ sancti patres ad instructionem ecclesiæ Christo vero pacifico præparanrunt.

1.q.7.c.2. De consf. di. 2.c.1.

d *Ligna quoque*. Viros virtutibus claros, quos ad exemplum instruxerunt vel scripturis suis inseruerũt.

C e *Sidonij, & Tyrij*. Quia per prædicatores, qui de gentibus electi sunt, tales viri ad notitiam ecclesiæ peruenerunt. D

CAP. XXII.

Dixitq, Dauid. Hæc est domus Dei, & hoc [1] altare in holocaustum Israel. Et præcepit [2] vt congregarentur omnes proselyti de [3] terra Israel, & cõstituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus † Dei. Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarũ & ad commissuras atq; iuncturas præparauit Dauid, & æris põdus innumerabile. Ligna quoq; cedrina non poterant æstimari, quę Sidonij & Tyrij deportauerãt ad Dauid. Et dixit Dauid. Salomon filius meus, puer paruulus est delicatus. Domus autem quam ædificare volo domino, talis esse debet, vt in cũctis regionib. † nominetur. Pręparabo ergo ei necessaria. Et ob hãc causam ante mortẽ suam omnes pręparauit impensas. Vocauitq; Salomonem filium suũ, & pręcepit ei, vt ędificaret domum domino Deo Israel. Dixitq; Dauid ad Salomonem. † Fili mi, voluntatis meæ fuit, vt ædificarem domum nomini domini Dei mei, sed factus est ad me sermo domini dicens. † Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, nõ poteris ędificare domũ nomini meo tãto effuso sanguine corã me. Filius q, nascetur tibi, erit vir quietissimus Faciam.n. eũ requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitũ, & ob hãc causam pacificus vocabitur, & pacẽ, & otiũ dabo in Israel † cũctis dieb. eius Ipse ædificabit domũ nomini meo, & ipse erit mihi in filiũ, & ego ero illi in patrẽ, firmaboq; soliũ regni eius super Israel in

(Interlinear glosses: a ¶Hinc putauit esse locũ in quo Abraham pro filio arietem immolauit. ¶Christus ¶De semini tuo. a ¶Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. a ¶Ipse enim est pax nostra. ¶Ecclesiam. a ¶Ipse inuocabit me, pater meus tu, & ego primogenitum ponam illum.)

f *Paruulus est & delicatus*. Tempore veteris testamenti obscura fuit notitia incarnationis Christi, paruus quoque numerus fidelium, qui sunt membra Christi. g *Præparauit impẽsas*. Moyses impensas domus domini præparauit dicẽs. *O Israel quid dominus Deus tuus petit a te nisi vt timeas dominum Deum tuum, vt ambules in viis eius, &c.* & alijs similibus. E

† domini.

✱ Theodoretus. Admirabilis est autem Dauidis admonitio, quam fecit filio. Cognosce, inquit Deum patrum tuorum, & serui ei corde perfecto, & anima volente. Coactam; inquit, seruitutem non admittet, voluntariam autem laudat, & diligit perfectam animi alacritatem. Si eum quæras, inuenietur tibi, & si eum deseras, te derelinquet in finem. Euangelica promissio. *Quærite enim*, inquit, *& inuenietis, pulsate, & aperietur vobis*.

Quæst.iai. 1 Paralip. † sit ad magnificentiam ad excellentiam ad nomen & ad gloriam. † præparauit in abundantiam. Deut.10.c. † 2. Reg.7.a. supra.17.a. Infra 28.a. † ia.

h *Multum*. Significat Iudæo F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXII.

Dixitque Dauid. Postquam descripta est deuotio Dauid in voluntate ædificandi templum, si dominus permisisset, hic consequenter ponitur eius deuotio in præparatione materię, ut Salomon facilius templum ædificaret, & primo ponitur materiæ & operariorum præparatio, secundo iniungitur Salomoni ædificatio, ibi. *Vocauitque Salomonem*. Circa primum dicitur.

1 *Dixitque Dauid*. Istud refertur ad illud quod dictum est capitulo præcedenti, quod dominus exaudiuit Dauid in igne de cælo, per hoc enim uidit Dauid, quod dominus eligebat locum illum, ut ibi ædificaretur templum, & altare, sicut & postea factum est per Salomonem, ideo dicit.

2 *Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel*. idest, hoc quod ædificatur, unde statim subditur de operarijs, cum dr.

3 *Et præcepit, vt congregarentur omnes proselyti, &c.* Isti erant cõuersi ad Iudaismum de alijs gentibus, istis autem imposita sunt ista opera, quæ erant grauia & seruilia, sicut & Iosue imposuit Gabaonitas deportationi lignorum & aquarum ad locum diuini cultus, vt hẽtur Ios.9. Dicunt aũt expositores nostri cõiter, quod hoc factũ fuit diuina dispositione, ad designandũ, qđ ecclesia esset ædificanda per Gentiles ad fidẽ Christi conuersos, Iudæis pro maiori parte reprobatis, consequenter subditur de præparatione materiæ, cum dicitur.

4 *Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum & ad comissuras, &c.* ad coniungendum fortiter asseres & ligna.

5 *Et ad comissuras atque iuncturas præparauit*. idest, incastraturas clauis ferreis fortificandas.

6 *Et æris pondus innumerabile. Ligna quoque cedrina non poterant æstimari*. Ad faciendum mare æneum & alia vasa, quorum multa fuerunt ænea, vt dictum fuit. 2. Reg. Dicitur aũt innumerabile non simpliciter, quia erat finitum, sed ad designandum magnam multitudinem, & est hyperbolica locutio.

7 *Et dixit Dauid: Salomon filius meus, puer paruulus est, &c.* ex hoc dicunt aliqui, quod Salomon erat tantum duodecim annorum quando cępit regnare, sed hoc fuit improbatum satis diffuse 3. Reg. 11.

8 *Domus autem quam ædificare volo domino talis esse, &c.* propter eius eminentiam, sicut & dominus in infinitum excellit omnem creaturam, propter quod & Salomon fecit eius altitudinem centum viginti cubitorum, sicut diffuse fuit dictum 3 Reg. vt habetur inf. 2. lib. cap. 3.

9 *Et ob hanc causam, ante mortem suam omnes præparauit impensas*. id est, aliquas de omnibus, quia Salomon multas addidit, sicut dicitur omne animal fuit in arca Noe, quia de singulis speciebus fuerunt aliqua indiuidua, vt habetur Genes. 6.

10 *Vocauitque Salomonem filium suum, & præcepit ei, vt ædificaret domum domino Deo Israel. Dixitque*. Hic consequenter iniungitur Salomoni ædificatio domus Dei, & patet litera vsque ibi.

11 *Sed factus est ad me sermo domini dicens*. istud fuit dictum sibi per Nathan, qui denuntiauit sibi domum ędificandam non per ipsum, sed per eius filium.

12 *Non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me*. Dicunt Hebręi, quod hoc intelligitur principaliter de sanguine Vriæ & aliorum cum eo occisorum ad mandatum Dauid nequissimum, vt habetur. 2. Regum 11. & de sanguine sacerdotum effuso occasione Dauid, vt habetur. 1. Regum. 22. & de sanguine etiam multorum iustorum & innocentum, qui fuerunt inter alios Gẽtiles malos, quos Dauid pluries debellauit, & ideo ex hoc ineptus fuit ad ædificandum domum.

13 *Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus*. Istud fuit expositum. 2. Reg. 7. Sequitur postea.

Tunc

MORALITER.

1 *Dixitq; Dauid: Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum*. In hoc capitulo agitur de præparatione quã fecit Dauid ad domus Dei ædificationẽ, q significat allegorice militantis † ecclesiæ

Iudæos propter carnalē legis obseruantiam & sanguinolenta opera nō posse spirituale ædificium domino prę parare: Vel quia pollutas manus habebant sanguine Christi, & prophetarum. vnde: *Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, &c.*

a *Auri talenta centum millia, & argenti mille milia talentorū.* Patres veteris testamenti in scripturis suis sensus profunditatem, & eloquij venustatem inserebant.

b *Talentorum.* Talentum cæteris pręcellit ponderibus: & rei magnitudinem, & perfectionem significat.

c *Artifices latomos & cæmentarios, &c.* Prædicatores, qui latomi cęmentarij & artifices lignorū & multis alijs modis dicuntur, quia iuxta qualitatē auditorum formatur doctrina prædicatorum. Aliter.n. sapientes, aliter insipientes, aliter superbi, aliter humiles docendi sunt.

d *Præcepit quoq; Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonē, &c.* Significat legem & prophetas firma authoritate docere, vbi q; sanctitate & virtute in ecclesia principantur, adiuuent verū Salomonē in ædificio eius, docēdo, scilicet, & operando. unde. *Adorate dominum in atrio sancto eius.*

e *Sanctuarium domino Deo, vt introducatur arca fœderis domini, & vasa domino consecrata in domum, quæ ædificatur, &c. Anima iusti sedes est sapientiæ,* in hac domo requiescit arca idest, fides incarnationis Christi.

Marginalia: † ad custodiendum. — Matth. 23. d. — Rabbanus. — † ad quæ tu etiam addes. — † habitatores terræ. — † meas. — Rabbanus. — † præcipiat tibi super Israelem. Hebr. constituat te sup Israelem. — Psal. 28. a. — Sapien. 7.

æternum. Nunc ergo fili mi sit dominus tecum, & prosperare & ædifica domum domino Deo tuo, sicut locutus est de te. Det quoque tibi dominus prudentiam & sensum, † vt regere possis Israel, † & custodire legem domini Dei tui. 1 Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata, & iudicia quæ præcepit dominus Mosi, vt doceret Israel. Confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paueas. 2 Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus domini. a Auri talenta centum millia, & b argenti mille milia talentorum. Æris verò & ferri non est pondus: vincitur enim numerus magnitudine. Ligna & lapides præ- c paraui † ad vniuersa impendia. 3 Habes quoque plurimos artifices, latomos & cęmentarios, artificesq; lignorum, & omnium artium ad faciēdum opus prudentissimos, † in auro & argēto, in ære & ferro, cuius non est numerus. Surge igitur, & fac, & erit dn̄s tecum. d 4 Præcepit quoq; Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonē filium suum. Cernitis, inquiens, q̄ dn̄s Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circumitum, & tradiderit † omnes inimicos vestros in manus † vestras, & subiecta sit terra coram domino, & coram populo eius. Præbete igitur corda vestra & animas vestras, vt quæratis dominum Deum vestrum. e Et consurgite & ædificate sanctuarium domino Deo, vt introducatur arca fœderis domini, & vasa domino consecrata in domum quæ ædificatur nomini domini.

a ¶ Paupertatem legalis literæ significat. Lex enim habens vmbram futurorum nihil ad perfectum adduxit.
a ¶ In perfectis numeris perfectio designatur.
a ¶ Quia diuinorum testimonium firmitas inæstimabilis est: Vnde: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.
a ¶ Mente elatos. b ¶ Duritia lapideos.
a ¶ Templum domini sanctum est quod estis vos.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata & iudicia quæ præcepit dominus.* Ex hoc enim, quòd aliquis ponit diligentiam ad obediendum Deo, efficitur dignus de congruo, vt Deus dirigat eum in agendis.

2 *Ecce ego in paupertate mea.* quia omnis creatura ad Deum comparata indigens est & pauper. Hoc tamen exponunt Hebræi ad literam de Dauid, qui fuit pauper respectu Salomonis: tum quia venit pauper ad regnum: tum quia oportuit eum multa expendere in bellis frequentibus.

3 *Habes quoque.* de conuersis ad Iudaismum, vt prædictū est, cum his tamen fecit Salomon venire multos alios de Tyro & Sidone, vt habetur 3. Regum. & infrà 2. lib. 2. c.

4 *Præcepit quoque.* quia opus erat valde sumptuosum, & ad bonum totius populi ordinatum. Cætera patent in litera.

CAP.

MORALITER.

† ecclesię constructionem. Quantum autem ad materiam huius præparationis sex ponuntur, scilicet aurum, argentum æs, ferrum, ligna cedrina, & lapides, & per ista significātur fideles in diuersis statibus, ex quibus ecclesia militans est constructa. Per aurum enim significantur ecclesię rectores, qui sicut aurum alia præcellit metalla, sic debent esse populatibus meliores.

Gregorius. Tantum transcendere debet actionē populi actio pręsulis, quantum distat a grege vita pastoris. per argētum autem intelliguntur sacrę scripturę doctores & prædicatores, qui tanquam argentum debent esse vita mundi & eloquentia sonori. Per æs vero quod est solidum & sonorū, intelligūtur simplices clerici & religiosi, qui debent esse in fide solidi, & in diuinis laudibus sonori. Per ferrum vero principes & milites designantur, nā per ferrum ab eis ecclesia defensatur. Per ligna vero cedrina, quæ sunt alta, significantur contemplatiui. Per lapides autem, qui sustentant alia significantur actiui. Nam eorum laboribus alię partes ecclesię sustentantur.

3 *Habes quoque plurimos artifices, latomos & cæmentarios, &c.* Artifices vero constructionis ecclesiæ sunt tres personę, pater & filius & spiritussanctus, quorum opera sunt indiuisa, & quoniam sapientiæ eorum non est numerus, ideo subditur.

† *Ad faciendum opus prudentissimos, in auro & argento, &c.* idest, ad dandum perfectionem debitam prælatis & doctoribus & alijs statibus ecclesię prædictis. Cætera vero sunt exposita mystice 2. Regum. 7. a.

A

CAP. XXIII.

In 3. Reg.

Igitur Dauid. ✠ Eucherius. Plenus dierum Latinè decrepitus appellatur. Vnde senectus non dicitur vltima ætas, sed dierum plenitudo. Vñ licet Dauid 70. annorum tantummodo esset, quã vltimam hois dixit esse ætatem, vlterius verò decrepitam: verum quia quotidianis fractus curis & laboribus citius peruenit ad dierũ plenitudinem: inde in 70. anno dicitur plenus dierum.

Rabbanus. Post completionem veteris Testamenti successit incarnatio saluatoris, cuius regni non erit finis. vnde: *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* Gal. 4. a.

b *Numeratiq;.* Qui ministerio Domini funguntur, fidem sanctę Trinitatis, & mandatorum im* pletionem seruare debent. Vñ *inuenta sunt triginta octo millia virorum.* Quisquis enim sana fide, & recto opere vsque ad finem Deo seruit, & ad resurrectionis gratiam, & beatitudinem æternam, quæ in octonario signantur, perueniet.

* per capita. † ad solicitandum opus.

B

c *Vigintiquatuor.* Quia veri ministri lucis debent imitare, & a via iustitię non declinare. Nam vigintiquatuor horis totus per circulum orbis illustratur, & tenebrarum vmbra pellitur. Vñ septuagintaduo discipuli ad prædicandũ missi, quia fides sanctæ Trinitatis cum operib. lucis ad iustitiã sufficienter enim vicem, & quater terni septuaginta duo sunt, quo numero linguarũ diuersitas, & librorum vtriusque test. series comprehenditur.

† laudantes dominum. † laudandum. † filijs.

C

d *Præpositorum.* Quia nemo huius ordinis dignitatem appetere debet, nisi qui perfectioni & doctrinæ studet. Senario enim numero mũdus factus est, & homo sexto die creatus, quia & redemptus est.

D

e *Et distribuit.* ✠ Ambrosius. Multitudo erat sacerdotũ, & magna copia Leuitarũ, & vnus quisque certo tẽpore seruiebat diuinis ceremonijs secundum institutum Dauid. Hic enim viginti & quatuor classes constituit sacerdotũ, vt per vices deseruirent. Vnde Abia octauam classem habuit, cuius vice Zacharias fungebatur sacerdotio. Tempore quo nõ illos contingebat deseruire altari, domorum suarũ agebant curam. Vbi tempus imminebat ministerij, purificati aliquantis diebus decedebant ad templum offerre Deo.

Com. in 1. cap. 1. ad Timot.

E

Rabbanus. Quia lex & Prophetę his qui assumpti sunt per gratiã & addiri numero fideliũ, sanctę Trinitatis fidem, & virtutum executionem insinuãt. Leui enim interpretatur additus vel assũptus. Gerson aduena, ibi, vel electio eorum. Caath morales dentes vel patiẽtes. Merari amaritudo. Qui enim pgram assumptus est, & additus fidelibus, ejicere debet omnẽ vitiorum immunditiam, vt fiat Propheta aduena & peregrinus, deinde moralitatis discretionẽ habeat, & quadriga virtutũ viiam suã ad cęlestia prouehat, quæ sunt prudẽtia, iustitia, fortitudo, temperantia, & patiẽter toleret omnia amarus & iratus peccatis suis.

Dixit

F

CAP. XXIII.

a I Git Dauid senex & plenus dierum Regẽ cõstituit Salomonẽ filium suum sup Israel. Et congregauit oẽs Principes Israel, & sacerdotes atque Leuitas. b Numeratiq; sunt Leuitæ a viginti annis & suprà, & inuenta sunt * triginta-octo millia virorum. Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini, c vigintiquatuor millia. d Præpositorum autem & iudicũ sex millia. Porrò quatuor millia ianitores & totidem † psaltes, canentes Domino, in organis quæ fecerat ad † canendum. e Et distribuit eos Dauid p vices † filiorũ Leui. Gerson videlicet & Caath, & Merari. Et Gerson Leedã & Semei. Filij Ledã Princeps Iehiel, & Zethan & Ioel tres. Filij Semei Salomith & Hoziel, & Aram, tres. Isti Principes familiarum Leedan. Porro filij Semei Ieheth, & Zina & Iaus & Baria. Isti filij Semei quatuor. Erat autem Iehe th prior. Zina secundus. Porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos

a ¶ Singuli ordines diuersorum officiorũ ad Christi congregantur officium.

a ¶ Qui enim ianitores vel psaltæ officium digne vult agere, Euangelicam doctrinam debet cu todire.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIII.

Diuisio. IGitur Dauid. Postquã descripta est ipsius Dauid deuotio circa tẽpli ædificationem, hic consequenter ostenditur eius deuotio circa diuini cultus ampliationẽ & ordinationẽ. & primo ordinant Leuitæ in Dei ministeriũ. Secũdò Principes & populus in Regis, & Dei obsequiũ. c. 27. Circa primũ primo ponitur summa Leuitarũ & officia eorũ in generali. Secũdo magis in speciali ca. 24. Prima in duas, qa primo ponuntur officia Leuitarum in gñali. secundo assignatur rõ dicti, ibi: *Dixit enim Dauid.* Prima adhuc in duas, qa primo in generali ponuntur numerus & officia Leuitarũ. secũdo distinctio familiarum, ibi: *Et distribuit.* Circa primum dicitur.

1 *Igitur Dauid.* De qua constitutione habetur 3. Reg. 1.

2 *Et congre.* Vt ordinaret cultũ diuinum, & istud fecit Dauid vltimo anno vitæ suæ, vt hr infra. 15. c. in fine. Hebræi dñt, q hoc fecit a principio regni sui. Dicendum q a principio regni sui fecit hoc in parte, quia adducta arca in ciuitatem Dauid statuit ibi fieri cultum Dei iugiter, vt dictum est sup. 16. sed in fine vitæ suæ perfectius.

3 *Numeratiq;.* Quia ex tunc poterant aliqua officia facere in ministerio templi.

4 *Et suprà.* Quod exponunt aliqui vsq; ad quinquagesimum annũ, & non vltra. Sed hoc non vr verũ: quia licet in quinquagesimo anno cessarent in templo ministrare quantũ ad officia laboriosa, tñ tunc fiebant custodes vasorũ sacrorũ & thesaurorum, vt habetur Nu. 8. Hic autem ordinat Dauid nõ solum de Leuitis in sacrificijs ministrantibus, sed etiam de sacristis, & thesaurorum custodibus, vt habetur infra.

5 *Ex his ele.* Idest, ad ministrandũ sacerdotibus in casib necessarijs, vt hr infra 29. in excoriatione animaliũ & lotione hostiarum, & in multis alijs officijs circa talia requisitis.

6 *Vigintiquatuor.* Propter hoc apposita est adhuc maior summa propter multitudinem, & pondus ministeriorum.

7 *Præpositorum, &c.* Secundũ aliquos prępositi hic noiantur custodes vasorum et thesaurorum. iudices autem illi qui docebant populum. Secundum alios vero ijdem sunt præpositi & iudices, s. populi doctores. vnde in veteri Testamento, doctores vocabantur præceptores. & secundum illud dictũ dicendum esset consequenter, quòd cum ianitoribus intelliguntur custodes vasorum, & thesaurorum, eo q seruabant claues ostiorum illorum locorum, in quibus talia reponebantur, cum dicitur.

8 *Porrò qua.* Quorum aliqui custodiebant ostia exteriora, aliqui autem ostia domorum, in quibus thesauri, vestes sacrę, & vasa erant reposita.

9 *Et toti.* Idest, cantores, qui erant quatuor millia.

10 *Et distri.* Hic consequenter ponitur distinctio familiarũ: quia in tribu Leui erant plures familiæ, & distinguuntur secundum tres filios Leui, scilicet Gerson, Caath, & Merari. & incipit hæc distinctio a filijs Gerson, cum dicitur.

11 *Et Gerson.* Supple filij fuerunt.

12 *Leedan.* Iste Leedan videtur esse idem cum illo qui suprà, 8. cap. vocatur Lobeni, ita q in domo Gerson fuerunt duæ, familię, Lobenitica & Semeitica: & quęlibet istarum hic diuiditur in plures. Prima in sex cum dicitur: *Filij Leedan, &c.* & sequitur.

13 *Filij Semei.* Iste Semei fuit filius Leedan, & fuit principalior alijs filijs Leedan, propter quod ab eo denominãtur tres familiæ. Consequenter diuiditur secunda familia, scilicet Semeitica in tres cum dicitur.

14 *Porrò.* Iste Semei fuit frater Leedã, & licet habuerit quatuor filios, tamen habuit tantum tres familias, quia duo filij in vna familia fuerunt ordinati, quia paucos filios habebant, vt dicitur in litera.

Filij

MORALITER.

1 *Igitur Dauid senex.* Dauid considerans, q Leuitæ non habebãt vltra laborare in deportãdo tabernaculũ, & eius vasa de loco ad locum, voluit & bene eos alter occupare circa diuinũ obsequiũ seruiendo per vices suas in Ierusalem, quę erat electa diuinitus ad Dei cultum, vt hr in hoc capit. post eius medium, in eodem. Et hic in hoc ca. distinguuntur officia Leuitarũ, in generali tñ. Et primo ponuntur officia ministrorum domus dñi cum dr: *Ex his electi su t & distributi sunt in ministerium domus dñi.* Secundo prępositorum & iudicum, ibi: *Præpositorum autem.* Tertiò ianitorum, ibi: *Porro, &c.* Quartò cãtorum, ibi: *Et totidem psaltes.* Quinto sacerdotum, ibi.

Sacer-

A a *Dixit enim Dauid: Requiem dedit Dominus Deus, &c.* Dum filij Israel in deserto fuerũt, & terram Chanaan expugnauerũt, per diuersa loca ferebatur tabernaculum, sed templo ædificato nõ fuit necessaria locorum mutatio. Sic quoque cultus B veteris Testamenti per varias figuras mutabilis fuit, Euangelium verò stabile, & fixum.

b *Et erunt sub manu filiorum Aaron, in cultũ domus, &c.* Vt minores discant maioribus obedire, & maiores adiuti a minoribus possint dignius officium explere, sicut in G Ecclesia fit hodie.

c *Vestibulis & in loco purificationis.* Thalamis vel cubiculis in quibus habitant Leuitæ & Sacerdotes. Ipsi quoque veri templi ministri aditum debent diligenter obseruare, dignos intromittere, indignos verò repellere.

d *Ad feruentem similam, & ad torrendum, &c.* Spicas, scilicet, primitiarum, quæ torrebãtur, & grana comedebantur, quas vulgò graneas vocant. In quibusdã codicibus habetur: *ad feruentem similam.* In alijs *ad feruentem*, tantum, sed i Hebræo habetur, *ad torrendum*.

Rabbanus. — † ministraretque ipse. — † vel in nomine eius. — † & ministeriũ, vel officiũ eorũ erat ad manũ, i. secundum quod iussiſsẽt filij, &c. — † Et vt. — † ordinem. — † familiarum secundum. — † habitabit in. — † fuit. — † Dei, & super.

filios, & idcirco in vna familia vnaq; domo cõputati sũt. Filii Caath. Amrã & Isaar, Hebrõ & Hoziel quatuor. Filij Amrã, Aarõ & Moyses. Separatusq; est Aaron, vt ministraret in sanctosanctorũ, ipse & filij eius in sempiternũ, & adoleret incensum domino † scdm ritum suum, ac bñdiceret † nomini eius in sempiternum. Moysi quoque hois Dei, filii annumerati sunt in tribu Leui. Filii Moysi, Gerson, & Eliezer. Filii Gerson Subuel primus. Fuerunt autẽ filii Eliezer, Rohobia primus. & nõ erant Eliezer filii alii. Porrò filii Rohobia multiplicati sunt nimis. Filii Isaar Salomith primus Filii Hebron, Ieriau primus, Amarias secũdus, Iahaziel tertius, Iecmaã quartus. Filii Oziel, Micha primus, Iesia secundus. Filii Merari, Moholi & Musi. Filii Moholi, Eleazar & Cis Mortuus est aũt Eleazar, & non habuit filios, sed filias. Acceperuntq; eas filii Cis, fratres earum. Filii Musi, Moholi, & Eder, & Ierimoth tres. Hi filii Leui in cognationibus & familiis suis principes † per vices & numerum capitũ singulorum, qui faciebãt opera ministerii domus dñi, a viginti annis & suprà. Dixit enim Dauid: Requiẽ dedit dñs Deus Israel populo suo, & † habitationẽ Ierusalẽ vsq; in æternũ. Nec erit officii Leuitarũ, vt vltra portet tabernaculum, & oĩa vasa eius ad ministrãdum. Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima † supputabitur numerus filiorũ Leui a viginti annis & suprà, † & erunt sub manu filiorum Aaron, in cultum domus dñi, in vestibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operib. ministerii templi † Dei. Sacerdotes autẽ super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana & azyma, & sartaginẽ, & ad feruentẽ similã, & ad torrendum, & super omne pondus atque mensuram. † Leuitæ verò, vt stent mane ad cõfitendum & canedũ dño. Similiterq; ad vesperã, tã in oblatione holocaustorum dñi, quàm in sabbathis & calẽdis, & solennitatibus reliquis, iuxta numerũ & † ceremonias vniuscuiusq; rei iugiter corã dño, & custodiãt obseruationes tabernaculi fœderis, & ritũ sanctuarij, & obseruationẽ filiorũ Aarõ fratrũ suorũ, vt ministrẽt ĩ domo dñi.

a ¶Christus. b ¶Accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. ¶Christus. a ¶Quia solus sine peccato. b ¶Quia penetrauit cœlos. c ¶Membra Christi. ¶Orationes, scilicet, vnde: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. a ¶Quia plures de populo populo ad ecclesiasticum pertinent sacerdotium. a ¶Qui in domo domini ministrant, decalogum in duobus præceptis charitatis debent seruare, & secundum ea officium gerere. a ¶Vestibulum dictum eo, quod vestiat fores templi, vel cuiuslibet ædificij. a ¶Sacerdotes prædicta faciunt. b ¶Mane & vespere fiebat iuge sacrificium. c ¶Sic ministri ecclesiæ debent semper & vbique Deum laudare.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Filij Caath. *Hic consequenter describuntur familiæ Caath vsq; ad Aaron & Mosen. de quorum familijs agitur consequẽter, & primò quantum ad Aaron, cum dicitur.* 2 Separatusq; est. *Fuerunt. n. deputati a Deo ad sacerdotium. & ideo habuerũt nomen speciale vltra alios Caathitas, & vocati sunt Aromitæ, vt dictũ fuit sup. 6. Cõsequenter agitur de familijs descendentib. a Mose, cum dicitur.* 3 Mosi quoq;. *& vocatur hõ Dei, quia Deus cum eo familiariter loquebatur: sicut hõ ad amicũ suũ, vt habetur Exo. 35.* 4 Filij Merari. *Hic consequenter describũtur familiæ ipsius Merari, & patet lit. vsq; ibi.* 5 Acceperũtq; ea. *i. cognati germani, qa Cis & Eleazar fuerũt fratres.* 6 Hi fi. Le. *Quædã epilogatio est respectu præcedentium.* 7 Dixit. n. Dauid. *Hic consequenter redditur ratio cuiusdam dicti, quia dictum est circa principium huius cap. ꝙ Dauid distinxit Leuitas secundum diuersa officia, s. sacerdotum, doctorum, cantorum, ianitorum, & sacristarum, & huius ratio hic assignatur a Dauid, quia ex quo arca habuit stabilẽ mansionẽ, ita quòd nõ debat vltra portari de loco ad locũ, qđ fuit ædificato tẽplo, de quo hic agitur Leuitæ fuerũt expediti de multis & magnis oneribus, quæ erãt in deportatione tabernaculi, & vasorũ, & aliorũ ptinẽtiũ ad cultũ ministerij. & iõ diuinis laudib. & sacrificiis et similib. debebãt esse magis intẽti, & hoc est qđ dicitur.* 8 Requiem ded. dñs, &c. *idest, de proximo dabit cõpletè, quia per spũm sciebat tẽplum citò cõplendũ, & patet litera paucis exceptis.* 9 Et in exedris. *i. cameris.* 10 Et in loco purifi. *idest, in atrio vbi erant lauatoria ad purificationẽ sacerdotũ, & ablutionem sacrificiorũ.* 11 Sacerdotes aũt su. pa. *de quib. dictum fuit Exo. 25.* 12 Et ad similæ. *i. farinæ triticeæ purgatissimæ, q̃ aliqñ offerebatur in sacrificiũ p sacerdotes.* 13 Et ad lag. *pasta erat cocta in aqua.* 14 Et azyma. *i. azymos panes.* 15 Et sartaginẽ. *i. panes in sartagine frixos.* 16 Et ad torrendũ. *s. spicas nouas, quæ torrebantur, & grana p cõfricationẽ excutiebantur, ex quibus sacrificium offerebatur: & de istis omnibus dictum fuit plenius Leuit. 2.* 17 Super oẽ. *quia de materia arida de qua fiebãt sacrificia, accipiebatur ad põdus scdm diuersitatẽ sacrificiorũ, & oblationũ, & de materia liquidorũ accipiebatur ad mẽsurã: & oĩa ista ptinebant ad officiũ sacerdotũ. Cõsequenter distinguũtur officia Leuitarum, cũ dicitur.* 18 Leuitæ verò. *i. qñ offerebatur iuge sacrificiũ matutinũ in ortu solis.* 19 Similiterq;. *i. qñ offerebatur iuge sacrificiũ ante solis occasũ.* 20 Tã in obla. *Dñr aũt holocausta sacrificia totaliter incẽsa.* 21 Quã in sabb. *q̃ celebrãtur in memoriam bñficii creationis.* 22 Et calen. *i. neomeniis, a neos qđ est nouũ, qa in nouiluniis fiebãt hæc festa in memoriã bñficii gubernationis mũdi, quæ quidẽ gubernatio consistit in motione stellarũ & operatione sua. mutatio aũt in istis inferiorib. elementarib. multũ sequitur motum lunæ, propter quod in nouiluniis fiebant ista festa.* 23 Et solennita. &c. *scilicet, paschæ, pentecostes tubarum, expiationis, tabernaculorum, de quibus dictum fuit plenius Leui. 33.* 24 Vt ministrent in do. &c. *ipsis sacerdotibus de stirpe Aaron descendentibus.*

CAP.

MORALITER.

11 *Sacerdotes aũt, &c.* versus finẽ huius cap. Et qm sicut dicit Apost. 1. Cor. 10. c. *Oĩa in figura cõtingebant illis.* ideo per officia dicta figurata fuerũt officia ministrorũ ecclesiæ Chri. Igitur per sacerdotes, qui sicut dictũ est, erãt sup panes propositiõis, significati fuerũt sacerdotes nouæ legis, ad quorũ offm spectat cõsecrare panẽ in Chri corpus in sacramẽto altaris. Per ministros vero domus dñi figurati fuerunt illi ad quorũ offm spectat ministrare sacerdotib. ĩ celebratione dicti sacramẽti. s. diaconi, quibus cõmittitur dispensatio sanguinis consecrati, & subdiaconi, quorum officium est in vasis sacris dicti sacramenti materiam præparare. Similiter acolythi, qui dictam materiã præparant non tamen vasis sacris: ppter quod dum ordinãtur tradunt eis vrceoli vel ampulle. Per iudices & ppositos, qui fuerunt eædẽ personæ, sicut dixi plenius in expositione literali, figurati fuerũt exorcistæ, quorũ officium est expellere dæmones de energumenis, sicut ad iudices ptinebat malos expellere seu reprimere, q̃ sunt mẽbra dæmonis. Per ianitores aũt, qui Gẽtiles aut Iudæos immundos arcebant ab ingressu tẽpli, figurati fuerũt ostiarij: ad quorum spectat officiũ infideles & et fideles excommunicatos tamẽ ab ingressu ecclesiæ coercere. Per cantores verò figurati fuerunt lectores. Et sic patet qualiter officia ministrorum veteris testamenti figurabant officia ministrorum noui.

Moraliter. Offi. in ecclesiastica, & eorum figura.

Porro

CAP. XXIIII.

A a Porrò filijs Aaron. ✠ Comestor. David levitas divisit in tres ordines, in Aaronitas, Moseitas, & Levitas. Aaronitas quoq; divisit p generationes, & ivenit de Eleazar 16. & de Ithamar 8. Et elegit ex unaquaq; unũ pontificẽ, praecipiens, ut singuli ministrarent a sabbatho in sabbathũ: Sadoch tamen & Abiathar praeessent universis.

In 3. Re. ca. 1.

a *Sacerdotioq; functus.* Potest per Eleazar filiũ Aaron seniorem, & summum sacerdotem ecclesiasticũ sacerdotiũ & spirituale sacrificium accipi. Prius enim legitur per Melchisedech panem & vinum oblatũ esse in sacrificium corporis & sanguinis Christi, scilicet, sacramentum, quam per Aarõ pecudum victimas. Per Ithamar vero (qui interpretatur amarus) qui per David culmẽ Levitici honoris ascendit, possunt figurari, qui de figurali observantia ad euãgelium per Christum sunt trãslati, quibus dicitur. *Quomodo conversa es in amaritudinem vitis alienae.* Plures de filijs Eleazar, quam de filijs Ithamar electi sũt quia multi filij desertae magis quam eius, quae habet virum.

Rabbanus. Gen. 14. d. † numerationem eorũ in ministerio eorum. B Iere. 2. d. C Esa. 54. a. Gala. 4. d.

b *Per familias sedecim.* Duplicatus est octonarius. In lege carnalis circuncisio octava die celebratur, in euangelio verò in praesenti circuncisio cordium, & in futuro corporum.

c *Descripsitq;.* Praedicatorum ordo omnia, quę in lege comprehensa sũt, mysteria pure & syncere corã Deo et hominibus tractant: & auditoribus insinuant, & quid ipsa nomina ostendũt. Semeias namque audiens dominũ, Nathanael donũ Dei, Sadoc iustus: Abimelech frater meus rex, Abiathar pater meus superfluus. Qui ergo audit Deũ rectè discendo legem eius & mandatis obediendo, ipse filius est doni Dei, quia hanc gratiam habet ex dono divino & scriba doctus in regno caelorum. & minister veri templi describit ritum sacerdotij corã rege Christo & populo Christiano, qui etiam rex potest dici, quia corpus Christi & vitam suam bene regit. Qui licet de superfluo patre natus, tamen sacerdotalẽ & regiam habet dignitatem, & iustitię nomine merito censetur.

D Matt. 13. g. E

d *Exivit autem sors.* Si qui putant in necessitate Deum esse consulendum sortibus apostolorum exẽplo, videant apostolos collecto numero fratrum hoc fecisse, & preces Deo ante fudisse.

† domus.

e *Prima Ioiarib, secunda, &c.* David in vigintiquatuor sortes leviticam tribum, & sacerdotalem ordinem distribuit, ostendens ecclesiae sacerdotalem & regiam dignitatem plenè habere & legis, & euangelij doctrinam perfectè servare, vel perfectionem operis, quae senario commendatur, & claritatem euangelicae praedicationis, quae quaternario figuratur. Nam quater seni vigintiquatuor faciunt.

F

CAP. XXIIII.

a PÒRRO filijs Aaron, hae partitiones erãt Filij Aaron Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. Mortui sũt aũt Nadab & Abiu ante patrẽ suum, absq; liberis. Sacerdotioq; functus est Eleazar & Ithamar. Et divisit eos David & sadoc de filijs Eleazar, & Abimelech de filiis Ithamar, scd̃m † vices suas & ministeriũ Inventiq; sũt multò plures filii Eleazar in principib. viris quã filii Ithamar. b Divisit aũt eis, hoc est filiis Eleazar principes p familias sedecim, & filiis Ithamar p familias & domos suas octo. Porrò divisit utrasq; inter se familias sortibus, erant eñ c principes sanctuarii, & principes † Dei tã de filiis Eleazar q̃ de filiis Ithamar. Descripsitq; eos Semeias filius Nathanael scriba Levites corã rege & principib. & Sadoc sacerdote, & Abimelech filio Abiathar, principib. quoq; familiarũ sacerdotaliũ & Leviticarum, unam domum, quae caeteris praeerat, Eleazar, & alteram domum, quae sub se hẽbat caeteros, Ithamar. d Exivit autem sors prima Ioiarib, e secunda Iedeiae, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maimã, septima Accos, octaua Abia, nona Iesua, decima Sechenia, vñ-

1 2 3 4

a ¶Aliter excludantur a ministerio sanctuarij & principatu sacerdotij, nisi sint a Deo electi.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIIII.

Divisio.

1 Porrò filijs Aaron, hae partit. &c. Hic consequenter distinguũtur officia Levitarum magis in speciali, & primò quantum ad sacerdotes & doctores. secundò quantũ ad cantores. cap. 21. tertiò quantum ad sacristas & ianitores. ca. 26. Prima in duas, quia primò agitur de sacerdotib. secundò de doctoribus, ibi: *Porrò filiorum Le. i.* Circa primum sciendum, q. Aaron, & filijs eius datum fuit sacerdotium a Deo, vt hr̃ Exo. 28. ita q. Aaron erat summus sacerdos, & filij eius sacerdotes sub eo. s. Eleazar & Ithamar, ita q. summum sacerdotium datum fuit Eleazar & filijs eius, sed tpe Eli translatũ fuit summum sacerdotium ad domum Ithamar, de qua erat Eli, vt dictum fuit 1. Reg. 2. postea verò tempore Salomonis reductum fuit summum sacerdotiũ ad domum Eleazar, qa Salomõ abiecto Abiathar de summo sacerdotio instituit Sadoc summum sacerdotem, qui erat de domo Eleazar, vt dictum fuit 3. Reg. 2. David ergo ante mortem suam volẽs ordinare sacerdotiũ officiũ, fecit recenseri principales de vtraque domo, & invenit plures de domo Eleazar quã de domo Ithamar, & sic constituit vigintiquatuor sacerdotes, qui officiarent templum per hebdomadas sibi succedentes. 16. de domo Eleazar & 8. de domo Ithamar, & cũ hoc fecit duas domos principales: vnum super filios Eleazar, & aliam super filios Ithamar. Quod patet ex hoc, q. Sadoc, qui erat principalis inter filios Eleazar, & Abimelech inter filios Ithamar, non nominantur inter illos, qui fuerunt instituti ad officiandũ per hebdomadas, seu vices, quia erant principales in duabus domibus praesidentib. 24. hebdomadarijs predictis. Sadoc tamen & sui successores, qui erant de Eleazar habuerũt summum sacerdotium, ad quos spectabat ingredi sanctumsanctorum in die expiationis, scilicet, decima die 7. mensis. Sacerdotes autem alij, qui erãt hebdomadarij per vices, intrabant quotidie partem templi, quę dicebatur sancta ad cremandum thymiama super altare incensi; & in hoc consistebat consummatio sacrificij, vt dicit Apost. ad Hebr. 9. quilibet autem sacerdos hebdomadarius habebat plures sacerdotes sub se in hebdomada sua. Quod autem dicunt aliqui, q. ille erat summus sacerdos per totum annum in cuius hebdomada cadebat expiationis festum, patet falsum, quia a tempore David, qui ordinauit illas vices sacerdotum, quolibet anno fuisset mutatum summum sacerdotium quod non legitur in testamento vet. esse factum, sed mortuo patre succedebat ei filius in summo sacerdotio. Ex his quae dicta sunt patet litera paucis exceptis.

2 *Divisit vtrasque &c.* Quãdo autem, & qualiter illicitum, & licitum sit vti sortibus, dictum fuit diffusè Num. 34.

3 *Descripsitq; eos Seme. &c.* ad memoriam in futurum, quae esset prima in ministrando, & quae secũda, & sic consequenter ne in posterum de hoc surgeret aliqua contentio.

4 *Octaua Abia, nona Iesua, &c.* De ista sorte fuit Zacharias pater Ioan. Baptistę, vt habetur Luca 1.

MORALITER.

1 *Porrò filij Aaron hae partitiones erant. filij Aaron Nadab, & Abiu & Eleazar.* Hic ponitur ordinatio quantũ ad officia sacerdotum in speciali, circa quos sic ordinauit, qđ ex ipsis essent 24. principales, q. essent hebdomadarij p vices suas successiuè tamen sub summo sacerdote. Per istos aũt 24. figurati fuerunt episcopi, qui sub summo pontifice sunt ecclesiae ministri, sicut exprimitur Apoc. 4. per 24. seniores: ponitur tamen ibi numerus determinatus, pro indeterminato, sicut dixi plenius exponendo literaliter passum illum.

cima Eliasib, duodecima Iacim, tredecima Hoppha, decimaquarta Isbaab, decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses, decimanona Phecheia, vicesima Hezeciel, vicesimaprima Iachin, vicesimasecunda Gamul, vicesimatertia Dalaiau, vicesimaquarta Maaziau. †† Hæ vices eorum secundū ministeria sua, vt ingrediantur domū domini, iuxta † ritū suum sub manu ¹ Aaron patris eorum, sicut præcepit dñs Deus Israel. Porrò filiorū Leui, qui reliqui fuerāt de ² filijs Amrā erat Subael, & de filijs Subahel, Iehedeia. De filijs quoque Rohobiæ princeps Iesias. ³ Isaari verò filius Salemoth, filiusque Salemoth Iahath. Filiusque eius Ieriau primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaā quartus. Filius Oziel Micha: filius Micha Samir. Frater ⁴ Micha Iesia, filiusque Iesiæ Zacharias. Filij Merari: Moholi & Musi, filius Oziau Benno. Filius quoque Merari Oziau & Soam, & Zachur, & Hebri. Porrò Moholi filius Eleazar, qui non habebat liberos. Filius verò Cis Ierameel. Filij Musi Moholi Eder & Ierimoth. Isti filij Leui secundum domos familiarum suarum. Mise⁵runtque & ipsi sortes contra fratres suos, filios Aaron coram Dauid rege & Sadoc, & Abimelech, & principibus familiarum sacerdotalium ⁶ & Leuiticarum tam maiores quàm minores, omnes sors æqualiter diuidebat.

a Pontificis, scilicet, qui ex vnocuoque sorte ordinis Aaris sui minoribus, & a sabbatho vsque ad sabbathum ministrabat.

Hæc numeratio. † ordinem. — omnes sors æqualiter diuidebat.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sub manu.* i. sub summo sacerdote ab Aaron descendente, qui vocatur hic Aarō, eo q personam ipsius repræsentabat.
2 *Porrò filiorum.* Hic consequenter agitur de doctoribus seu iudicibus magis in speciali.
3 *De filiis quoque.* Isti videntur fuisse de filijs Mosi, quia Aaron & Moses fuerunt filij Amram.
4 *Filii Mera.* Hic doctores fuerunt de tribu Leui descēdentes per Merari. 5 *Miseruntq;*. hoc est dictum, q sicut filij Aaron erant ordinati in officio sacerdotū per sortes, vt prędictum est, ita ēt isti in officio doctorum. Itē quia in æquali numero, sicut.n. fuerunt instituti vigintiquatuor sacerdotes hebdomadarij, plures alios sub se hntes, sic fuerunt instituti vigintiquatuor principales doctores, qui hic noīantur, s. Subael, Iebedeia, Iesias, Isaari, Salemoth, Iahath, Ieriau, Amarias, Iahazel, Iecmaam, Micha, Samir, Iesia, Zacharias: & isti fuerunt de filijs Amrā, Benno, Oziau Soam, Zachur, Hebri, Eleazar, Ierameel, Moholi, Eder, Ierimoth, isti fuerūt de filijs Merari. Alij aūt quorum nomina hic interponūtur, fuerunt fratres istorum vel patres immediati vel mediati, & sic interponunt, non tāquam principales doctores, sed sicut eis attinentes. Sciendum ēt, q ista noīa in pluribus locis aliter sonant in Hebræo, quàm hic exprimantur in Latino.
6 *Tam maiores.* quia ille sup quē cadebat sors prima, erat primus, & sic de alijs cōsequēter, siue essent iuniores in ætate, siue antiquiores, siue maioris reputationis, siue minoris. Credibile tñ est, q diuina ordinatione præscia futurorū sors prima cecidit sup magis aptum de futuro ad illud officium, & sic pñr de alijs ordinatē sicut dictum fuit Num. 26. q in diuisione terræ per sortes ordinatione diuina sortes sic cadebant, q portio maior terræ prouenicbat tribui hñti maiorē multitudinem personarum, & minor hñti minorē, & sic de alijs proportionabiliter, secundum qđ dicitur Prouer. 16. d. *Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur.*

CAP.

MORALITER.

2 *Porrò filiorum.* Hic consequenter agitur de reliquis sacerdotibus, qui erant sub 24. hebdomadarijs prædictis, & per istos significati fuerūt sacerdotes curati, qui sunt sub episcopis, & secundum eorum dispositionem debent in sibi commissis ecclesijs ministrare.

CAP. XXV.

CAPVT XXV.

a IGITVR Dauid & magistratus exercitus segregauerūt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun, qui prophetarēt in citharis & ² psalterijs & cymbalis secūdū numerum suum dedicato sibi officio seruientes. De filiis Asaph, Zachur & Ioseph, & Nathania, & Asarela, filij Asaph, sub † manu Asaph prophetantis † iuxta regem. Porrò Idithun, filii Idithun Godolias, Sori, Iesçias, & Hasabias, & Mathathias, sex sub manu patris sui Idithun, qui in cithara ³ prophetabat † super confitentes & laudantes dominum Heman quoque filij Heman, Boccian Mathanian, Oziel & Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Ehatha, Gedlęthi & Romenthiezer, & Iesbacassa, Mellothi, Othir, Mazioth. Omnes isti filij Heman videntis ⁴ regis in sermonibus Dei, vt exaltaret cornu. Deditque Deus Heman ⁵

Rabbanus. a Igitur Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium, &c. Quia verus Dauid rex noster & dominus omnem ordinem ecclesiastici ministerij in fide trinitatis suum vult agere, officium, nec eum dignè laudare potest, nisi qui patrē & filium, & Spiritumsanctum cōfessione per fidē, spem, & charitatem laudauerit. Asaph enim colligens, Heman cor eorum, Idithun transiens, qui enim diuinę scripturæ mysteria sageciter colligit, & omnem terrenarum rerum cupiditatem transilit, dignè laudes persoluit.

† ad manū Asaph. † ad manū regis, i. iuxta pceptum regis. † ad confitendum, & laudādum lxx. confessionē & laudem domino.

Cuncti

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXV.

1 IGitur Dauid. *Hic cōsequenter agit de distinctione & ordinatione cantorum. Circa quod sciendū, q fuerūt tres principales cantores. s. Asaph & Hemā & Idithū. & isti sup. 6. vocant Ethā. de filijs autē istorū triū instituti sūt. 24. cātores & qlibet eorū sub se habebat. 12. eū associātes & deseruiebāt ordinate 24. hebdomadarijs sacerdotū sup. dictis, ita q primus de istis 24. exercebat officiū suū cū primo hebdomadario, & secūdus cū secūdo, & sic de aliis. & de istis. 24. cātoribus quatuor fuerūt de filiis Asaph, & sex de filiis Idithū, & 12. de filiis Hemā. Instituti sūt aūt isti 24. cātores p sortes qs esset primus & qs secūdus, & sic consequenter: ita quod non sunt ordinati secūdū ordinē patrū, vel statum, sed super quemcūque cadebat sors prima ille erat primus, & sic de aliis: sicut dictum est de doctoribus capitulo præcedenti. & his dictis patet litera paucis dictis, quę discurrentur.*
2 Qui prophetarent. *i. pphetias canerēt: vt communiter exponitur Hebræi vero dicunt, q dum canerēt in instrumentis musicis fiebat sup eos spiritus domini, & prophetabāt, sicut dicitur de Eliseo 4. Reg. 3.*
3 Porro. *supple sunt, qui sequuntur: Idithun iste fuit filius primi, ita quod est nomen æquiuocum ad patrem & filium, & eodem modo dicendum est de Heman, cum subditur.* Heman quoque filij Heman.
4 Vidētis re. *propheta, qa qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur vidēs, vt habetur 1. Reg. 9. dicebātur aūt isti prophetæ, quia canebāt prophetias. vel quia habebant spiritū prophetię, vt dictum est sup.*
5 Vt exaltaret. *idest, ad hoc laudabant Deum, vt ipse exaltaret* ✠ *fortitudinem*

MORALITER.

1 *Igitur.* Hic agit in spāli de cātoribus, quorū ordinatio in suis officijs distinguit p 24. vices sibi succedētes, sicut & ordinatio principaliū sacerdotū, q hebdomadarij dicebant. Et qm̄ illi figura fuerunt epōrū, iō p ordinationē cātorū significatur, q in noua lege sicut in qualibet ecclesia cathedrali pēst vnus eps, sic in ea præesse debet vnus cātor alijs i choro cantātibus, pp qđ præcentor in aliquibus ecclesijs nominatur.

Diui-

a *Cuncti doctores*. Hi sunt, qui hodie canones diuinorum librorum sensu euãgelico exponunt, quater enim septuagintaduo ducenta octoginta faciunt. Libros autem veteris & noui testaméti septuagintaduos esse dubium non est. Vnde quicunque diuino fungitur officio, quatuor principalibus virtutibus insistens, euangelicæ doctrinæ incumbat, & secundum eius normam quicquid didicerit, vel docuerit, formare intendat.

† sub manu regis, idest. quã do rex iubebat.
† in doctis cantico.

filios quatuordecim, & filias tres. Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo domini, distributi erant in cymbalis, & psalterijs, & citharis, in ministeria domus Dei † iuxta regẽ Asaph, videlicet & Idithun & Heman. Fuit autẽ numerus eorum cum fratribus suis † qui erudiebant canticũ domini cũcti doctores, ducẽti octogintaocto. Miseruntq; sortes, per vices suas ex æquo, tam maior quàm minor, doctus pariter, & indoctus. Egressaque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi & filijs eius, & fratribus eius, duodecim. Tertia Zachur filijs & fratribus eius, duodecim. Quarta Isari filijs & fratribus eius, duodecim. Quinta Nathaniæ filijs & fratribus eius, duodecim. Sexta Bocciau filijs & fratribus eius, duodecim. Septima Isreela filijs & fratribus eius, duodecim. Octaua Iesaiæ filijs & fratribus eius, duodecim. Nona Mathaniæ filijs & fratribus eius, duodecim. Decima Semeiæ filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel filiis & fratribus eius duodecim. Duodecima Hasabiæ filiis & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subael filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ierimoth filijs & fratribus eius duodecim. Sextadecima Hananiæ filiis & fratribus eius duodecim. Septimadecima Iesbacasæ filijs & fratribus eius duodecim. Octauadecima Hanani filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima Mellothi filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima Eliatha filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaprima Othir filiis & fratribus eius duodecim. Vicesimasecunda Geddelthi filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimatertia Mahazioth filiis & fratribus eius duodecim. Vicesimaquarta Romemthiezer filiis & fratribus eius duodecim.

a ¶ Ne quis ecclesiastici ordinis gradum, aut dare, aut accipere præsumat. vnde: Nemini manum cito imposueris.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *fortitudinem & potentiam regni Dauid, & propter hoc dicebantur videntes regis, quia orabant pro rege, & eius regno, aliqui Hebræi exponunt hoc de rege Messia, quem adhuc Iudæi expectant, & pro cuius aduentu, vt dicunt, cantores Deum orabant, in eius enim aduentu sperant super omnes gentes eleuari, & eis dominari, sed hoc fuit impletum in aduentu domini nostri Iesu Christi, sicut dictum fuit diffusius 1. Reg. 2. c. super finem cantici Annæ.*

1 Miseruntq; sortes, &c. *sine acceptatione generis vel ætatis seu alterius conditionis. Credibile est tamen, quòd sortes cadebant ordinatione diuina secundum aptitudinem personarum ad officia sua, sicut dictum est de doctoribus, & sacerdotibus cap. præced.*

CAP. XXVI.

In psal. 47.

a *Diuisiones autem ianitorum, &c.* ✱ Ambrosius. Boni filij Core, & psalmis iam superioribus approbati, eo q; congruis sensibus & cogitationib. ad virtutum studia conuenientibus in semetipsis pangerent spiritale psalterium, & cognitioni diuinitatis peruigili specula mentis intenti, cælestium mysteriorũ digni forent haurire secreta. Et ideo cũ psalmorum ante arcã domini quotidie canendorum officiũ recepissent, videntur electi, vt psalmum cantici in secunda sabbathi specialiter reciperet concinendum.

☞ Idem

CAP. XXVI.

a DIuisiones autem ianitorũ de Coritis Meselemia filius Core, de filiis Asaph filij Meselemię, Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Ælam quintus, Iohanam sextus, Elioenai septimus. Filij autẽ Obededõ Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus,

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVI.

Diuisio.

1 DIuisiones autẽ ianitorum, &c. *Hic consequenter agitur de ordinatione ianitorũ & sacristarum, & primò de ianitoribus, secundò de sacristis, seu custodibus, ibi:* Porrò Achias. *Circa primum sciendum, q; diuisiones ianitorum seu ordines non accipiuntur scdm ordinem sacerdotum, sicut accepti sunt ordines doctorum & cantorum, vt dictum est superius, sed secundum ordines portarum. Erãt autem in atrio templi, vbi erant isti portarij, quatuor introitus secũdum quatuor partes orbis, s. porta Orientalis ex qua parte erat ingressus templi, & Occidentalis ex qua parte erat pars posterior templi, quæ dicebatur sanctumsanctorum, & porta Aquilonaris & Australis, quæ erant ex lateribus templi, igitur secũdum istas quatuor partes dispositi sunt ianitores per sortes, videlicet, qui custodirent portã Orientalem, & qui Occidentalem, & qui Aquilonarem, & qui Australem, et quomodo. Ex his dictis patet littera paucis exceptis, quæ discurrentur.*

Quia

MORALITER.

1 *Diuisiones aũt ianitorum.* Istorum autem ordinatio & distinctio non accipitur scdm distinctiones hebdomadariorum seu principalium sacerdotum, sicut est dictum de distinctionib. cantorum, sed accipitur scdm distinctiones portarũ, quæ fuerunt ad quatuor partes principales orbis, propter quod istæ portæ non fuerunt in templo in quo erat, nisi vnus solus introitus. s. in parte Orientali, sed fuerunt in muro atrij. Igitur ALLEGORICE per portam Orientalẽ figuratum fuit baptismi sacramentum, eo quòd est ianua aliorum sacramentorũ, de qua porta dr Ioan. 3. a. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non pot introire in regnum Dei.* Per Occidentalẽ verò portam significatur extrema vnctio, quæ est sacrum exeuntiũ de hoc mũdo. Per Aquilonarẽ verò portã sig̃atur penitẽtiæ sacrum, quæ respicit & deflet peccata cõmissa. Hiere. 1. *Ab aquilone pandetur omne malum.* Per portam autẽ Australem significatur sacramentum eucharistię, quod est sacramentũ amoris eo, quòd ab austro procedit caloris feruor significãs feruorem dilectionis. Igitur secundum portas istas possunt distingui ianitores. Portam enim Orientalem obseruãt, qui gratiam baptismalem custodiunt. Occidentalẽ verò portã, qui vnctionem extremam deuotè suscipiunt. Portã Aquilonarem, qui peccata commissa per pœnitentiam diluunt. Australem verò portã, qui frequenter & deuotè eucharistiã recipiunt.

Allegoricè. Quatuor portarum significatio.

Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus, quia benedixit illi dominus. Semeiæ autem filio eius nati sunt filij, præfecti familiarum suarum. Erant enim viri fortissimi. Filij ergo Semeiæ Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi. Eliu quoque, & Samachias. Omnes hi de filijs Obededom, ipsi & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum sexaginta duo de Obededom. Porro Meselemitæ filij, & fratres eorum robustissimi decem, & octo. De Hosa autem, idest, de filiis Merari Semchri princeps (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater eius in principem) Helcias secundus, Tabelias tertius, zacharias, quartus. Omnes hi filii, & fratres Hosa tredecim. Hi sunt diuisi in ianitores, vt semper principes custodiarum † sicut, & fratres eorum ministrarent in domo domini. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis, & magnis per familias suas in vnamquamque portarum. Cecidit igitur sors Orientalis Selemiæ. Porro Zachariæ filio eius viro prudentissimo, & † erudito sortito obtigit plaga Septentrionalis, Obededom vero, & filiis eius ad Austrum, † in qua parte domus erat seniorum consilium. Sephim, & Hosa, ad Occidentem iuxta portam, quæ ducit ad viam ascensionis, custodia contra custodiam. Ad Orientem vero Leuitæ sex, & ad Aquilonem quatuor per diem, atque ad Meridiem, similiter in die quatuor, & vbi erat concilium † bini, & bini. In cellulis quoque † ianitorum ad Occidentem quatuor in uia, binique per cellulas. Ad Septentrionem vero, & Meridiem quaterni per dies singulos mutabantur. Et ad basilicam concilii ad Occidentem bini, habentes subiectos alios in via, binique per cellulas. Hæ sunt di-

a ¶ Custodes ecclesiæ, qui ad baptismum singulorum fidem explorant.
a ¶ Quia non est personarum acceptor Deus, quicunque enim operatur iustitiam, acceptus est illi.
a ¶ Gentilitas infidelitate frigida, sed ex eis plurimi ad fidem veniunt. b ¶ Seruiens. c ¶ Quia ibi fuerunt prophetæ, & apostoli.
a ¶ Quia in proximo erit iudicium in quo sancti ascendent ad regnum cælorum. b ¶ Concordia duorum testamentorum.

*IDEM. Core cum aliis, qui aduersus Mosen, & Aaron insurrexerant studio contumaci, terræ hiatu in deserto uorati sunt, & necati. Quib. mortuis, quia alij patres eorum filijs mirabilia Dei nuntiauerunt, vt dicere possent filij Core, Patres nostri annuntiauerũt nobis? Isti sũt patres quorum senectus vita immaculata est. Sequitur. (In Psal. 43)

a *Selemiæ*, Qui interpretatur, reddente domino, & significat ordinẽ apostolorum, & primorũ doctorum, quib. Orientalis porta, i. primitiua commendatur ecclesia, quibus antiquorum patrũ reddite sunt promissiones. (Rabbanus.)

b *Zachariæ*. qui memoria domini interpretatur, & significat doctores gentiũ quia a primis prædicatoribus ad prædicandum ordinati sunt. Vnde *orantib. apostolis, & ieiunantib. ait spiritus sanctus, Segregate mihi, et Paulum, & Barnabam.* (Act. 13 a)

c *Obededom*. Rubeus qui in seruitute erãt gñati, & rubore sanguinis Christi perfusi, reatum suũ in ꝑpatulo habuerũt, recte per condescẽsionem magistrorũ reducuntur ad gradum pristinum. unde Paulus. *Omnium seruum me feci, ut omnes lucrifacerem.* (1. Co. 9. c)

d *Ad austrum*. Australis porta significat Iudaicam plebem lege, & prophetis illuminatam, calori fidei, & lumini sapientiæ percipiendo vicinam. (Rabbanus.)

e *Ad Occidentem iuxta portam, &c.* Per Occidẽtalem plagam finis mundi significatur, in quo erit persecutio Antichristi, *abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum.* Huius portæ ianitores, sunt doctores illius temporis, qui ecclesiam docẽdo, & exhortãdo roborãt. vnde Sephim humilis, vel campestris & Hosa diuinãs interpretatur. Humiliabitur. n. in persecutione ecclesia, & in campo lasciuiæ erit dissoluta. Sed in perfectorũ actione eleuata, quod diuinis præsignatur eloquiis. Vnde. *Clausi sunt sermones vsque ad præfinitum tempus.* (Mat. 24. b; Dan. 12. c)

f *Leuitæ sex, & ad Aquilonem quatuor per diem, &c.* Senarius bonum opus ministeriorum Dei significat, quaternarius euangelicam doctrinam, & principaliũ virtutum plenitudinem.

g *Bini, & bini*. Ianitores binos, & binos dicit esse in cellulis, atque in via, quia sicut in cellulis cordis sui curam gerant, sicut in via exterius verbum Dei exponant, duo præcepta charitatis, & regulam utriusque testamenti omnino seruant.

Filii

Marginalia: † e regione fratrum suorum. † intelligenti. † & erat domus congregationum. † vel, per singula loca duo. † instrumentorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia benedixit illi dominus. *Istud ponitur ad ostendendum rationem quare iste Obededom ita multiplicatus erat in prole, prout tangitur in textu, iste. n. secundum doctores fuit ille Obededom, in cuius domo posita fuit arca domini ut habetur 2. Re. 6. propter quod* dominus benedixit Obededom, & omnem domum eius, *vt dicitur ibidem, s. multiplicando eum in prole, maximè masculina, & in bonis spiritualibus, & temporalibus.*

2 Semchri princeps, &c. *Quod exponitur uno modo sic, quod istud ponitur respondendo tacite quæstioni. Dicunt. n. quod iste Semchri erat parui valoris, & ideo posset quæri quare pater eius constituit eum principem in domo sua. Et respondetur hic, quod hoc fuit, eo quod non habuerat primogenitum. Sed istud non videtur valere, quia saltem iste Semchri fuit primogenitus eius, vel alius. Propter quod alio modo exponitur ad contrarium, vz quod iste Semchri fuit ualentior aliis fratrib. suis, propter quod pater fecit eum principem inter eos, quamuis non esset senior, sicut Dauid fecit de Salomone, & plures alii reges, qui fecerunt sibi succedere in regno iuniores, & propter hoc dicitur hic.*

3 Non. n. habuerat, &c. *supple, qui esset alicuius valoris, seu reputationis, & talis modus loquendi bene inuenitur alibi in scriptura.*

4 Missæ sunt ergo sortes. *sine acceptione domus, ætatis, vel generis sicut dictum est de cantoribus c. præcedenti.*

5 Porrò Zachariæ filius, &c. *Hoc dicitur ad reddendum rationem quare fuit positus principalis in porta Septentrionali, sicut pater suus in Orientali, quia non fuit sic de aliis portis, quod pater, & filius essent principales in duabus portis aliis.*

6 In qua parte domus, &c. *Istud inducitur ad ostendendum, quod in illa parte requirebatur magna custodia, quia ibi tractabant senes, seu iudices ordinarii negotia communia, & determinabant dubia, & ideo sors illa cecidit super Obededom, qui erat homo valens, & potens, eo quod benedixerat eum dominus, vt prædictum est.*

7 Ad Orientem uero, &c. *quia illa porta erat ante ingressum templi & ideo requirebatur ibi magna custodia.*

8 Et vbi erat concilium, &c. *Ibi. n. duplicabantur custodes, quia requirebatur maior custodia ratione prædicta.*

MYSTICE *exponendo portas prædictas secundum sensum allegoricum. Porta Orientalis signat Christi incarnationem, quia tunc uisitauit nos Oriens ex alto. Occidentis eius passionem, quia tunc occidit sol iustitiæ, in cuius signum sol obscuratus fuit in meridie. Aquilonaris eius resurrectionem, quia tunc Christus rediit ab inferis tanquam ab Aquilone.* * *de quo*

MORALITER.

† cipiunt. Moraliter autem possunt distingui portæ, ac ẽt ianitores. Orientalis porta dici potest hominis ortus, Occidentalis aũt eius obitus. Aquilonaris vero aduersitatis tempus, Australis prosperitatis status. Portam igitur Orientalem custodiũt illi, qui uilitatem suæ originis considerant, vt humilietur. Portam autem Occidentalem qui certitudinem mortis futuræ, & incertitudinem horæ iugiter meditantur, ne improuisi ad mortis iudicium euocentur. Bern. O homo, certum est, qđ morieris, sed ubi, quando uel quomodo, incertum est, mors vbique te expectat, sed si sapiens fueris, vbique mortem expectabis. Portam autem Aquilonarem custodiũt, qui in aduersis armis patientiæ continuè se muniunt, ne per impatientiã frangantur. Portam autem Australem obseruant, qui semper soliciti sunt ne in prosperis per superbiam eleuentur.

a *Filii Moysi, &c.* Qui præcipuè a Dauid honorabantur, secundum Iosephum, & super thesauros constituti erant, doctores de Iudæis significat, quibus ornamentum ecclesiæ, i. decor animę cōmendatur.

b *Frater quoque eius Eliezer.* Ostendit donaria principum thesauros esse sanctorum, quæ enim hostibus auferebant, in supellectilem templi donabāt. Quicunque enim bene laborans aliquid virtutis, vel boni operis acquirit, Deo, non sibi bene attribuat. vnde. *Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* (Psal. 113. b)

c *Isaaritis vero præerat Chonenias, & cætera.* Hi sunt qui in Ecclesia humiliter, & obedienter quę a magistris audiunt, deuota mente suscipiunt, & qui lingua non possunt faciendo, doctrinam uirtutū ostendunt.

d *Israeli trans Iordanem contra Occidentem, & cætera.* Israelitæ, qui trās Iordanē possessionem acceperunt, significant eos, qui mediocritate contenti, arcem virtutum turbulentiam huius sęculi transcendendo non appetunt, sed tamen mandata Dei opere exercere non negligunt. Quia uero nemo hæc agit nisi dono Dei, is præpositus dicitur esse Asabias, id est, faciente domino, vt dicant cum propheta. *Omnia opera nostra operatus est in nobis.* (Psal. 26. c)

e *Hebronitarum autem princeps fuit Ieria secundum familias, & cognationes eorum.* In Hebron cœpit Dauid regnare, qui significat eos, qui bene conuersari incipiunt, & Dauid in vita sua parant regnū. Hebronitis Ierias, timens dominum princeps est, quia *initium sapientiæ timor domini.* (Psal. 110. b) Hebron vero interpretatur coniugium, *qui enim timet proficit, vt amet, & foras mittat timorem.* (1. Io. 4. d)

uisiones ianitorum filiorum Core, & Merari. Porro * Achias [a ¶ Frater meus.] erat super [a ¶ In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ qui ait. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.] thesauros domus domini, ac vasa † sanctorū. (* Leuitę.) († sanctificationem.) Filii quoque Ledan, [¶ Vel Leedan.] filij Gersonni [¶ Vel Gersoni.]. De Ledan principes familiarum, Ledan, & Gersonni Iehieli. Filij Iehieli Zathan, & Ioel, fratres eius, super thesauros domus domini. Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozielitis. Subael autem filius Gerson filii Moysi, præpositus thesauris, frēs quoque eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Isaias, & huius filius Iorā [¶ Alias Iechri.]. Huius quoque filius Zechri, sed & huius filius Selemith. Ipse Selemith, & fratres eius sup thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum, & tribuni, & cēturiones, & duces exercitus de bellis, & manubiis præliorum, q̄ consecrauerant ad instaurationem, & supellectilem templi domini. Hæc autē vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruię. Oēs qui sanctificauerant ea per manū Selemith, [a ¶ Aeternus meus, vel mons, vel possessio, i. super quam requiescet dominus.] & fratrū eius. Isaaritis vero pērat Chonenias, & filii eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum, & iudicandum eos. Porro de Hebronitis Hasabias, & fratres eius viri fortissimi mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra Occidentem, in cunctis operib domini, & in ministerium regis. Hebronitarum autem princeps fuit Ieria secundum familias, & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid [a ¶ Vltimo, s. inuenti sunt, quo omnia disposuit, & Salomoni omnia, quæ facienda erant exposuit.] recensiti sunt & inuenti sunt viri fortissimi in Iezer, Galaad, fratresque eius robustioris ætatis duo milia septingenti principes [a ¶ Apostoli, & Apostoli viri.] familiarum. Præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei, & regis. († perfecti & indices.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

de quo dicitur Ierem. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. *Australis eius ascensionem, sicut in puncto Australi sol visibilis est in sua maiori altitudine, per ista enim quatuor Christi mysteria habemus introitum ad atrium ecclesiæ militantis, vt per hęc postea accedamus ad templum ecclesiæ triumphantis.*

Moraliter. *Secundum vero sensum moralem porta Orientalis designat humanæ originis uilitatem. Porta Occidentalis mortis propinquitatem. Porta Aquilonaris infernalis supplicii grauitatem*, quia ab Aquilone pandetur omne malum, *ut supra dictum est. Australis uero cœlestis gaudii immensitatem, quia ibi sol iustitiæ lucet in sua uirtute. Per considerationem. n. istorum quatuor resilit homo a peccato, & incipit bonum operari, & sic per ista quasi per quatuor portas habet introitum ad atrium militantis ecclesiæ, per participationem meritorum, ut sic ulterius transeat ad atrium triumphantis ecclesiæ per adeptionem præmiorum.*

1 Porro Achias erat super thesauros domus domini, &c. *Hic consequenter agitur de ordinatione sacristarum, & præfectorum, & primo agitur de sacristis, secundo de præfectis, ibi:* Isaaritis, *sacristæ autem dicebantur illi, qui custodiebant uasa diuino cultui deputata, & sacerdotum ornamenta, & ea quæ erant in sacrificiis, & cultu diuino necessaria, & aurum, & argentum, & similia, quæ ex deuotione fuerant domino consecrata, & patet litera vsque ibi.* (Diuisio.)

2 Quę sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum, &c. *Quando. n. habebant victoriam solemnem, pretiosa quæ ibi reperiebantur in præda principes bellatorum offerebant, vel partem eorum consecrando diuino cultui, ita quod non possent aliis usibus applicari, & hoc legitur esse factum a tempore Mosi, quando deuictis Madianitis principes exercitus quicquid auri inuenerunt in prædam consecrauerunt domino, ut habetur Nu. 31. in fi.*

3 Hęc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul. *Hoc non refertur ad ea, quæ fuerunt sanctificata, vel consecrata domino per Dauid, & bellatores suos, qui fuerunt post Saul, sed ad ea, quæ fuerunt sanctificata, & consecrata domino, ex prædis victoriarum, quas habuerunt Saul, & principes eius.*

4 Et Ioab filius Saruiæ. *istud refertur ad tempus Dauid, cuius militiæ princeps fuit Ioab.*

5 Isaaritis vero præerat Chonenias, &c. *Hic consequenter agitur de præfectis in operibus exterioribus, & hoc est quod dicitur.*

6 Ad opera forinsecus super Israel, & ad docēdum, &c. *Aliqui. n. de Leuitis scientes legem fuerunt ordinati ad docendum populum in locis distantibus a Ierusalem, & ad determinandum dubia in quib. simplices dubitabant. Hebræi tamen aliter exponunt quod dicitur hic.* ad opera forinsecus super Israel, &c. *dicentes, quod isti Leuitę fuerunt ordinati ad hoc, quod cæderentur ligna cedrina in Libano, & ad adducendum ea in Ierusalem, similiter ad abscindendos lapides de montib. pro reparatione eorum, quæ in templo, uel circa templū essent renouanda, uel de nouo ædificanda, & quantum ad hoc dicuntur doctores iudices, qui præerant operariis, & disponebant quid eēt agendum, & puniebant transgressores mandatorum suorum.*

7 Porro de Hebronitis Hasabias, & fratres eius, &c. *i. de Leuitis descendentib. ab Hebron, de quo dictum est supra.*

8 Præerant Israeli trans Iordanem contra Occidentē, &c. *vbi habitabant duæ tribus, & dimidia.*

9 In cunctis operib. domini, & in ministerium regis. *erant. n. ibi aliquæ vineæ, & agri domino consecrati, quorum prouentus cedebant in ministerium templi. Erant etiam ibi aliqui redditus, & prouentus pro rege colligendi, & in utroque officio erant ibi instituti.*

10 Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt, & inuenti, &c. *i. prædictæ numerationes, & distinctiones Leuitarum factæ fuerunt quadragesimo anno regni Dauid, qui fuit ultimus annus, s. vitæ suæ, istud autem hic exprimitur, quia numeri, & ordines bellatorum, qui ponuntur capitulo sequenti fuerunt a principio regni Dauid. Quod patet ex hoc, quod Asael frater Ioab nominatur princeps in quarta turma, & tamen ipse fuit occisus circa principium regni Dauid cum adhuc esset contentio inter domum Dauid, & domum Saul de regno, vt habetur 2. Reg. 2.*

CAP.

CAP. XXVII.

A FILII autem Israel secundum numerũ suum principes familiarum tribuni, & cẽturiones, & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingrediẽtes, & egredientes per singulos menses in anno vigintiquatuor † milibus singuli præerant. Primæ turmæ in primo mense, Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo vigintiquatuor milia. De filiis Phares, princeps cunctorum principum exercitus mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus vigintiquatuor milium. Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ sacerdotis: & in diuisione sua vigintiquatuor milia. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. Præerat autem turmæ ipsius Amizadab filius eius. Quartus, mense quarto, Azahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum, & in turma eius vigintiquatuor milia. Quintus, mense quinto, princeps C Samaoth Iezerites, & in turma eius vigintiquatuor milia. Sextus, sexto mense, Hira filius Acces Thecuites, & in turma eius vigintiquatuor milia. Septimus mense septimo, Helles D Phallonites de filiis Ephraim; & in turma eius, vigintiquatuor milia. Octauus, mense octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi, & in turma eius vigintiquatuor millia. Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites † de filiis Iemini: & in turma eius vigintiquatuor milia. Decimus, mense decimo, † Marai, & ipse Netophathites de stirpe zarahi, & in turma eius vigintiquatuor milia. Vndecimus, mense vndecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim et in turma eius vigintiquatuor milia. Duodecimus, mense duodecimo Holdai. Netophathites de stirpe Gothoniel, et in turma eius vigintiquatuor milia. 10 Porro tribubus præerant in Israel: Rubenitis dux Eliezer, filius zechri; Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha, Leuitis, Hasabias filius Chamuel. Aaronitis, Sadog. Iudaitis, E Eliu frater Dauid, Issacharitis, Amri filius Michael. zabulonitis, Iesmaias filius Abdiæ: Nephtali- F tibus, Ierimoth filius Oziel: filiis Ephraim Osee filius Ozaziu: Dimidiæ tribui Manasse, Ioel, filius Phadaiæ, et dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius zachariæ: Beniamin autem, Iasiel, filius Abner: Dan vero, Ezriel, 11 filius Ieroham. Hi principes filiorum Israel. Noluit autem Dauid numerare eos a uiginti annis 12 inferius, quia dixerat Dominus, vt multiplicaret 13 Israel quasi stellas cœli. Ioab filius Saruiæ cœ-

Marginal glosses: a Christo. a Ordines, scilicet. b Ad Deum. a Ad prædicandum. b Benignitatis. S. cut supra. † milium turmæ singulæ. † de stirpe filiis Iemini. † Manai.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVII.

Filij autem Israel. *Hic consequenter describitur ordinatio populi ad regem, & ad Deum. Tunc. n. populus est bene ordinatus, quando est obediens regi, & rex diuinæ voluntati, talis autem fuit Dauid, & in principio regni sui facta fuit ista ordinatio, vt dictum est præcedent. capitu. tamen ponitur hic quasi per modum repetitionis, quia voluit similem ordinationem eẽ in regno filii sui Salomonis. Circa quod primo ponitur ordinatio militaris, secundo popularis, ibi*: Porro tribubus, *tertiò familiaris, ibi:* Super thesauros autem regis. *Circa primum sciendum, quod Dauid distinxit milites per 12. cohortes, & in qualibet erãt 24. milia bellatorum, ita quod prima cohors erat cum rege primo mense, parata ad resistendum aduersarijs, vel ad sedandum populum, si aliqua seditio oriretur, & secunda cohors in secundo mense, & sic de aliis consequenter, tamen quando imminebat bellum vbi oportebat congregare maiorem exercitum omnes 12. cohortes erant paratæ, vt essent cum rege. In ordine igitur istarum cohortum ostenditur hic quis fuerit princeps in prima cohorte, & quis in secunda, & sic de aliis, & patet littera ex dictis, paucis exceptis.*

Diuisio.

2 Primæ turmæ. *i. primæ cohorti militum.*

3 Iesboam præerat filius, &c. *iste sup. 11. cap. vocatur Iesbaã, ista nomina variantur (sicut frequenter de propriis Hebraicis dictum est) in principio, vel in fine.*

4 De filijs Phares, &c. *de qua tribu erat Dauid, & ideo voluit istum honorare, non solum propter probitatem, sed propter tribus identitatem, vnde subditur.*

5 Princeps cunctorum principum, &c. *quia non solum præerat primæ turmæ, imo etiam principes aliarum 11. turmarum erant sub eo.*

6 Præerat autem turmæ ipsius, &c. *s. Banaiæ.*

7 Amizadab filius eius. *s. sub patre, & quando pater non poterat intendere, quia erat regis consiliarius, vt habetur sup. 2. cap.*

8 Quartus mense quarto, Azahel. *ex quo patet quod ista ordinatio militum facta fuit uiuente adhuc Azahele.*

9 Et Zabadias filius eius post eum. *quia Azahel parum vixit post istam ordinationem, quia fuit occisus circa principium regni Dauid, vt habetur 2. Reg. 2. c.*

10 Porro tribubus. *Hic consequenter describitur ordinatio popularis, & accipitur secundum tribus, quia cuilibet præerat unus præfectus ex parte regis, qui leuabat censum ad prouidendum regi, & domui eius, & ostenditur hic quis cuilibet tribui præerat, & patet litera vsque ibi.*

11 Noluit autem Dauid. *aliqui libri habent,* Voluit, *sed malè, quia Ioab de mandato Dauid numerauit solum populum, qui poterat ad bellum procedere, & hoc est a uiginti annis, & supra: infra autem noluit enumerare, cuius causa subditur.*

12 Quia dixerat dominus, &c. *q. d. si uix potuerunt numerari uiri potentes ad bellũ procedere, multo minus possent numerari, si cum uiris numerarentur etiam pueri?*

13 Ioab filius Saruiæ, &c. *ut habetur sup. 21.*

✠ 1 Nec

MORALITER.

† 1 *Filij autem Israel.* Post ordinationem ministrorum in domo domini, hic consequenter ponitur ordinatio ministrantium regi in diuersis officiis regni sui. Et primo ponitur ordinatio militaris, secundo popularis, tertio familiaris. Quantum ad primũ describuntur hic 12. principes existẽtes cum rege per singulos menses successiuè, & quilibet princeps habebat sub se 24. milia pugnatorum.

ALLEGORICE vero per istos 12. principes significati fuerunt 12. apostoli, de quibus dicitur Ps. 44. d. *Constitues eos principes super omnem terram, &c.* Per 24. milia pugnatorũ sub quolibet principe, significati fuerunt martyres sancti, qui animati apostolorum exemplo fortes facti sunt in bello. Et ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato. Nã martyres sunt in maiori numero, quam numerus 24. miliũ per duodenarium multiplicatus, sicut de angelis dicitur Danielis 7. c. *Milia milium ministrabãt ei, &c.* Secundum. n. omnes doctores de hoc loquẽtes, angeli sancti sunt in numero multo maiori, sicut plenius dixi super Danielem.

Allegoricè.

10 *Porro tribubus.* Hic describitur ordinatio popularis, populus autem Israel per 12. tribus distinguebatur, hic autem cuilibet tribui ad eius regimen unus dux assignatur, per hoc autem videtur significari, quod in bono regimine populi Christiani cuilibet villæ notabili debeat unus præsidens præpositus assignari, qui faciat inter homines iustitiam obseruari.

 4 Thesauros

CAP. XXVII.

perat numerare, nec compleuit: quia super hoc ira irruerat in Israel, & idcirco numerus eorum, qui fuerant recensiti, nõ est relatus in fastos regis Dauid. Super thesauros autẽ regis fuit Azmoth filius Adiel. His autem thesauris, qui erant in vrbibus, & in vicis, & in turrib. præsidebat Ionathan filius Oziæ. Operi autem rustico, & agricolis, qui exercebant terram, pe-rat Ezri filius Chelub. Vinearũ quoque cultoribus Semeias, Ramathites. Cellis autem uinariis Zabdias Saphonites. Nam super olivueta, & † ficeta, quæ erant in campestribus, Balanam Gaderites. Super apothecas autem olei, Ioas. Porro armentis, quæ pascebantur in Sarona præpositus fuit Serai Saronites. Et super boues in vallibus Saphat filius Adli. Super camelo vero Vbil Ismaelites, & su-

a ¶ Annales libros, a fascibus dictos in quibus regum, vel consulum acta scribuntur.

a ¶ Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, i. prædicatoribus, diuersis quoque horis operarii mittuntur in vineam, quæ est domus Israel.

a ¶ Mansionibus amœnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multæ sunt.

a ¶ Vitæ æternæ.

a ¶ Iudæorum synagogis, qui traxerunt iugum legis, & lac simplicis doctrinæ præbuerant.

a ¶ Auditor meus, vel absconsio mea, hic est chorus prophetarum, qui a Deo audiunt abscondita.

b ¶ Doctores corda subiectorum euangelico vomere arantes. c ¶ Humilibus. d ¶ Iudicans, vel iudicauit.

Rabbanus. a *Non est relatus in fastos.* quia superueniente ira conturbatus est numerus, nec iuxta eum fuerũt distributi in ministeria.

In lib. Paral. b *Super thesauros autem.* HIERONYMVS. Thesauros in hoc loco non solum pecuniam, sed & omnes substantias nominat. Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius, ipse est Nathan propheta. Patruus vero honoris, & propinquitatis causa vocatur.

† numerõ verborum dierũ.

Rabbanus. Thesaurus Christi scientia, sapientia virtutis, ex his honorat seruientes sibi. His præficitur Azmoth, qui interpretatur fortis morte, doctrina enim uiri per patientiam dignoscitur, vnde. *Melior est patiens viro forti.* Azmoth etiam filius Adiel, qui interpretatur pater meus Deus. Quicquid enim sancti uirtutum habent Deo attribuunt.

† sycomorus

Prou. 16. d

c *His autem thesauris.* Ille. n. ueri Salomonis thesauris in vrbibus, vicis, & turribus merito præfertur, qui dignitatem nominis Ionathæ, & patrisceius Oziæ fide præfert, & opere. Ionathas. n. donum Dei, & Ozias fortitudo domini. Qui. n. dono Dei accipit lumen scientiæ, & rectitudinem fidei fortiter seruat in opere, ecclesiarũ Dei curam nõ immerito accipit.

d *Ezri filius Chelub.* Ezri adiutus dño. Semeias audiens dominum. Zabdias fructus vehemens, vel abundans. Qui. n. audit præcepta domini ope misericordiæ eius adiutus, abundantem boni operis fructum congregat in uitam æternam.

e *Oliueta, & ficeta, quæ erant in campestribus, &c.* In his oliuæ, & ficus sunt, & significant cœtus sanctorum, qui misericordiæ oleum habent in pectore, & mansuetudinis dulcedinem in moralitate. Quæ uirtutes in campestrib. quæ erat in propatulo, & præsto sũt omnibus, nec acceptione psonarum, sed bonæ volũtatis rectitudinẽ quærunt auditoribus suis.

f *Balanam Gaderites.* Balanam, qui interpretatur habens gratiam, super olivueta, & ficeta constituitur. Ex Dei enim gratia datur bonorum operum ubertas. Ioas vero, qui interpretatur sperans, vel domini robur, apothecas olei custodit, quia nemo peruenit ad prœmium, nisi qui per robur mentis fiducia spei tendit ad cœleste regnum.

g *Saphat.* Qui interpretatur, iudicauit, filius Abdi. i. patris gratiæ, significat apostolos aliis doctoribus electione domini præfectos, quibus dicitur. *Sedebitis, & vos super duodecim sedes iudicantes 12. tribus Israel.*

Matth. 19. d

h *Super camelo vero Vbil Ismaelites, & super asinos Iadias.* Deformia, & immunda sunt hæc animalia, & significant Gentiles peccato distortos, & libidine immundos, sed in regnum nostri Dauid uenientes habent magistros Vbil, & Iadias, qui spernentes philosophiam, & inanem fallaciam mũdi, elegerunt simplicitatem euangelii, tanquam humiles, & despectivnde. *Si quis videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat.*

1. Cor. 3. d

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec compleuit, quia super hoc ira, &c. *Licet enim ira Dei post numerationem venerit super populum, vt habetur supr. 21. tamen Ioab a principio numerationis hoc timuit, propter quod inuitus iuit ad numerandum, & magnam partem numerare omisit, & propter hoc dicitur hic quod ira irruerat, scilicet, antequam esset totum numeratum.*

2 Et idcirco numerus eorum, qui fuerant, & cætera. *scilicet Ioab.*

3 Non est relatus in fastos, &c. *idest, in libros de hac numeratione regi traditos, quia Ioab etiam de numeratis ab eo reiecit partem, propter eandem causam, propter quam dimiserat numerare partem populi, scilicet, ne Dauid nimis superbiret ex maiori numero sibi tradito, propter quam superbiam timebat Ioab Dei iram venire super populum, & regem, sicut dictum fuit supra 21. & 2. Reg. 24. Alii aliter exponunt, quod numerus iste siue populi numeratio non fuit redactas in fastos regis Dauid, idest, in libris de factis Dauid notabilibus, & commendabilibus, quia ista numeratio non erat ad Dauid commendationem, sed magis ad vituperium. Fastus fuit idem est, quod liber chronicalis, vt in Hebr. hic habetur. In verbis dierum Regis Dauid, sed prima expositio uerior uidetur, quia ille, qui scribit historiam, vel chronicam debet ita fideliter scribere illa, quæ sunt ad vituperium sicut illa, quæ sunt ad laudem. Et ideo Iosephus reprobat Nicolaum Antiochenum, qui scripsit facta Herodis Ascalonitæ omittens ea, quæ erant uituperabilia.*

4 Thesauros autem regis, &c. *Hic consequenter describitur ordinatio familiaris, idest, familiæ, quæ erant in officiis domus, & in aliis negotiis, cum dicitur.* Thesauros autem regis, &c. *qui erant in Ierusalem. Vnde sequitur.*

5 His autem thesauris, qui erant in urbibus, *scilicet, aliis a Ierusalem.*

6 Et in uicis. *idest, villis muro non clausis.*

7 Et in turribus præsidebat. *i. fortalitiis per regnum ædificatis ad regni munitionem.*

8 Operi autem rustico & agricolis, qui exercebant terrã. *quia Dauid habebat aliquos agros ex hæreditate paterna, & aliquos ex officio regio.*

9 Vinearum quoque cultoribus Semeias, &cæ. *eodem modo exponatur sicut de agris.*

10 Cellis autem vinariis Zabdias, &c. *idest, cellariis vbi seruabant vina.*

11 Super oliueta, & ficeta, quæ erant, &cæt. *vt colligerentur fructus, & de oliuis fieret oleum, & ficus seruarentur pro usu hominum.*

12 Super apothecas, &c. *i. cellaria vbi seruabantur olei vasa.*

13 Super camelo uero Vbil Ismaelites, &c. *quia Ismaelitæ melius sciunt nutrire, & custodire camelos quam Israelitæ.*

MORALITER.

† 4 *Thesauros autem regis, &c.* hic exponitur ordinatio familiaris. In familia uero regis Dauid aliqui erant custodes thesaurorum, aliqui uero super cultores agrorum, uinearum, & hortorum, aliqui uero super apothecas olei, & cellaria uinorum, & aliqui super nutritionem animalium brutorum.

MORALITER autem thesauri regis nostri Iesu Christi sunt sapientia, & uirtutes, & ideo custodes istorum thesaurorum sunt boni doctores in scriptis, uel in scholis, habentes in se sapiam, & virtutem, & alij cõicant, & dispensant ẽm sui domini uoluntatem. Per agros aũt, vineas, & hortos fideles populi signãtur. Quib. 1. Cor. 3. dicitur. *Dei agricultura est.* Et ideo per cultores istorum significantur prædicatores, & cõfessores pro cultura fidelium in morib. discurrentes. Per apothecas autem olei, & uini conuenienter possunt debitæ correctiones intelligi, in quibus esse debet rigor iustitiæ dulcoratæ misericordiæ tpatus, & hoc signatur per uinum mordicatiuum, & oleum lenitiuum, sicut habetur Lu. 10. i parabola sauciati, in cuius cura Samaritanus infudit oleum, & uinum. Et ideo per illos, qui erãt super apothecas olei, & uini, signãtur boni iudices, qui iustitia & misericordia mõ debito sciũt vti. Per animalia vero bruta pueri põt intelligi, eo q. parum habent de rationis vsu: Propter quod per illos, qui erant super nutrionem animalium significantur boni pedagogi, qui circa bonam nutritionem puerorũ in morib. maxime sunt intenti: Nam secundum philosophum 1. Ethicorum. Non parum facit ad virtutem, imo multũ si assuefiat ad virtutẽ.

a *Iahiel filius Hachamoni, &c.* ✠ Hieronymus. Iste Iahiel est filius Dauid, qui in Regum Chilab nominatur. Achamoni sapientissimus ipse est Dauid.

Rabbanus. Cum Ionathan fuit consiliarius Iahiel, i. requies Dei, filius Achamoni, i. spinarum, hic significat prædicatores euangelij, qui de errore Gentilitatis, & uitiorum spinetis ad fidem conuersi efficiũtur requies Dei. vnde. *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?*

2. Reg. 16. d & 17. — 2. Reg. 16. d. — Esa. 66. a. secundum lxx.

b *Achitophel.* Qui postea cupiditate deprauatus cũ Absalom de nece Dauid tractauit, & interpretatur frater meus cadẽs, vel irruẽs, vel tractans. Hic est Iudas Scarioth, qui inter Apostolos familiaris domino fuit, sed postea cum Iudæis auaritia corruptus de morte eius tractando, perpetuę mortis ruinam meruit, qui etiam secundum librum Regum laqueo se suspendit. Possunt etiam per Achitophel Iudæi significari, qui patrum prerogatiua aliquando charissimi, & collocutione Dei fuere clarissimi, sed postea cõtra Christum auxilium mortis facientes a Romanis in propria domo sicut Achitophel, i. in Ierusalem extincti sunt.

Matt. 27 a. — 2. Reg. 17. f.

a ¶ Stultos, vel insipientes. b ¶ Dimidium fuit, quod imperfectionem significat. c ¶ Simplices mansuetos, quibus dicitur, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. d ¶ Iaziz qui tota mente ad Deum conuertitur, & aduenam se, & peregrinum confitetur, recte a domino auxiliatus gregem dominicum pascit.

per asinos Iadias Meronathites. Sup oues quoq. Iaziz Aga-[1]

a ¶ Domini donum, vel columba dedit. Hi sunt apostoli, & prophetæ, qui non solum litera legis, sed & spirituali prudentia dono spiritussancti instituti secretorum veri Dauid conscij esse meruerut vnde: quæcunque audiui a patre meo nota feci vobis.

renus. Oẽs hi principes substantiæ Dauid regis.[2] † Ionathan[3] autem patruus Dauid consiliarius uir prudẽs, & literatus,[4]

a Doctores sancti. ¶ Custodes. b ¶ Baptismi gratia regeneratis.

ipse et Iahiel filius Hachamoni, erant cũ filijs regis.[5] † Achitophel etiam consiliarius regis, et Chusai Arachites amicus regis. Post Achitophel fuit Ioiada,[6] filius Banaiæ, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis erat Ioab.

c *Chusai.* i. Aethiops, & Dauid fidelis per omnia Gentiles signat, de quibus dicitur. *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.*

Psal. 17. g.

d *Post Achitophel fuit Ioiada.* Præuaricante Iuda non remansit vacuus duodecimus locus, sed successit cognoscẽs grãm Dei Matthias humilis & fidelis: qui gratiam, quã dono Dei percepit humiliter seruauit. Interpretatur. n. Ioiada sciens, vel cognoscens. Banaias ædificator domini. Quem. n. gratia Dei in apostolũ elegit, agnitio sanæ fidei in ipsa dignitate solidauit. Abiathar, qui ad tempus est inter cõsiliarios Dauid, sed in electione a domino cũ Ioab cõtra Salomonẽ deuiauit, signant eos, qui dignitatis suæ gradum, quem a domino perceperunt, cupiditate corrupti nõ custodiunt. Hi. n. a vero Salomone si in carcere pœnitentiæ iuxta timorem Achitophel permanere noluerint in perpetuum puniendi sunt.

Act. 1. d

e *Ioab.* i. inimicus, signat eos ex quorum persona dicitur: *ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui,* quibus alibi dicitur: *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est.* Interpretatur. n. Ioab, idem pater.

Psal. 118. q. — Matt. 5 g.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Super oues quoque Iaziz Agarenus. *Agarei autem habitabãt tantum in tentoriis, & ideo melius poterant custodire oues portando habitacula sua de loco ad locum ad inueniendum pascua.*

2 Omnes hi principes substantiæ Dauid. *i. diuitiarum artificialium, vt sunt aurum, argentum arma, & huiusmodi, & naturalium de quib. possunt homines uiuere, vt sunt bladum, vinum, oleum, animalia, & huiusmodi supra enumerata ad prouidentiam. n. bonam regis non solum pertinet habere diuitias artificiales, sed etiam naturales. Vnde Ioseph saluauit regnum Aegypti per congregationem bladi in horreis regis.*

3 Ionathan. *Hic consequenter agitur de familia ipsi Dauid magis propinqua, cum dicitur.* Ionathan autem patruus Dauid consiliarius. *cuius causa subditur, cum dicitur.*

4 Vir prudens, & literatus. *ita quod habebat sapientiam innatam & acquisitam.*

5 Ipse & Iahiel filius Hachamoni, erant cum filiis regis. *i. honorati sicut filij regis. Hebræi exponunt aliter. Cum filiis regis, ad ipsos nutriendum, & docendum in moribus.*

6 Post Achitophel fuit Ioiada. *quia Achitophel suspendit se, vt habetur 2. Reg. 17. f. ideo iste Ioiada successit sibi in officio.*

CAP. XXVIII.

CAPVT XXVIII.

Leuit. 19. a — Hieronym. — Rabbanus.

Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum, &c. sequitur.

a *Cum eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem.*

RABBANVS. Lex prohibet Israelitas abscindi, & alienigenæ non solent ad secreta consilij admitti. Sed tradũt in hoc loco eunuchos vocari, qui a seculi actionibus alieni orationi, & lectioni vacabant, & vxores non causa libidinis, sed suscipiendæ prolis habebant: quos Iosephus Essenos uocat.

CONVOCAVIT[1] igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum,[2] & ppositos[3] turmarum, qui ministrabant regi,[4] tribunos[5] quoque, & centuriones,[6] & qui præerant[7] substantiæ, & possessionib. regis, filiosque suos cũ eunuchis,[8] a & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem. Cumq; surrexisset[9] rex, & stetisset, ait: Audite me fratres mei, & populus meus: † Cogitaui,[10] vt ædificarem domũ in qua requiescet arca fœderis domini, & scabellum pedum[11]

† 1. Re. — supra 17. a. — 22. b.

a Dedit

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVIII.

CONuocauit igitur. *Hic consequenter describitur qualiter Dauid tradidit Salomoni filio suo exemplar omnium agendorum in templo, & primo inducit sibi subditos ad Salomonis obedientiam secundo Salomoni iniungit ædificationis templi curam, ibi.* Tu autem Salomon. *tertio tradidit sibi agendorum formam, ibi.* Dedit autem. *Circa primum dicitur.*

1 Conuocauit igitur Dauid, &c. *& consequenter specificauit istos principes, dicens.*

2 Duces tribuum. *qui præerant duodecim tribubus.*

3 Et præpositos turmarum. *militarium.*

4 Qui ministrabant regi. *in domo sua in diuersis officiis.*

5 Tribunos quoque. *qui præerant mille bellatoribus, & erant sub præpositis turmarum, quia quælibet turma continebat 24. milia bellatores, vt dictum est c. præcedente.*

6 Et centuriones. *qui præerant centum bellatoribus, & erant sub tribunis.*

7 Et qui præerant substantiæ. *i. diuitiis eius artificialibus, & naturalibus, mobilibus, & immobilibus.*

8 Filiosque suos cum eunuchis. *i. nutritoribus eorum, & doctorib. qui dicuntur eunuchi, eo quod erant casti, & honesti.*

9 Cumque surrexisset. *s. super gradum ad loquendum, qui erat in atrio tabernaculi quod fecerat Dauid pro arca domini reponenda, vt habetur sup. 15. c. ut dicunt Hebræi. Alii vero dicunt quod surrexit de lecto suo in quo iacebat præ nimia senectute, & debilitate, vt habetur 3. Reg. 1. surrexit autem ad horam, ut magis audiretur.*

10 Cogitaui, vt ædificarem. *vt habetur sup. 17. cap.*

11 Et scabellum pedum domi. &c. *quia intra sanctum sanctorum erat quasi sedes Dei, ita quod secundum unam opinionem propitiatorium quod portabatur ab ipsis cherubim, erat quasi sedile, & operculum arcæ erat quasi scabellum. Secundum aliam uero opinionem, operculum arcæ erat propitiatorium, & sedile Dei, pauimentum uero quod erat ante arcam erat quasi scabellum, prout diffusius fuit dictum Ex. 25.*

✠ 1 Ad

MORALITER.

† 1 *Conuocauit, &c.* In hoc autem capitulo describitur institutio Salomonis in regem per Dauid patrem suum, propter quod per Dauid significatur hic Deus pater, & interpretatio nominis congruit. Nam Dauid manu fortis interpretatur, potentia vero personæ patris appropriatur.

Per hoc igitur, q̃ Dauid regẽ instituit filiũ suũ Salomonẽ, significatũ fuit mysticẽ, q̃ Deus pater filiũ regẽ instituerat in

 † assumpta

A Dei nostri, & ad ædificandum omnia præparaui. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator & sanguinem fuderis † Sed & elegit dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem rex super Israel in sempiternum. De Iuda.n.elegit principes porro de domo Iuda, domum patris mei, & de filiis patris mei placuit ei, vt me eligeret regem super cunctum Israel. Sed & de filiis meis (filios.n.multos dedit mihi dominus) elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni domini sup Israel. Dixitque mihi: † Salomon filius tuus ędificabit domum meam, & atria mea. Ipsum.n. B elegi mihi in filium, & ego ero illi in patrem, & firmabo regnum eius vsque in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea, & iudicia sicut, & hodie. Nunc igitur coram vniuerso cętu Israel, audiente Deo nostro, custodite, & pquirite cuncta mandata domini Dei nostri, vt possideatis terram bonam, & † relinquatis eam filiis vestris post vos vsque in sempiternū. Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario. † Omnia.n.corda scrutatur dominus, & † vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si C quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum. † Nūc ergo quia elegit te dominus, vt ædificares domum sanctuarij, cōfortare, & perfice. Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionē porticus, & templi, & cellariorum; & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, necnon & omnium, quæ cognouerat, atriorum, & † exedrarum per circumitū, in thesauros domus domini, & in thesauros sanctorum, diuisionūque sacerdotalium, & Leuiticarū ī omnia opera domus domini, & in vniuersa vasa ministerii tēpli domini. Aurum in pondere per singula vasa ministerij, argenti quoque pondus pro vasorum, & operum diuersitate: Sed ad candelabra aurea, & ad lucernas eorum, aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri, & lucernarum. Similiter, & in candelabra argentea, & in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ pondus argenti tradidit. Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro † diuersitate mensarum. Similiter & argentum in alias mensas argenteas. Ad fuscinulas quoque † & phialas, &

Marginal notes: sup. 22.b — † supra eode. 17.b — † hæredi tare faciatis eam filios vestros. — † Ier. 17.b — † omnem imaginationem. — Sap. 9.b — † cubiculorū. — Ioan. 14.a — † singulis mensis. — † vel crateras.

Glossa interlinearis: a ¶ Facta in honorem. — a ¶ In quo sapientiæ splendor signatur. — a ¶ In quo nitor prædicationem. — a ¶ Sicut Deus diuisit singulis prout vult. — a ¶ De mensa propositionis in Exo. satis diximus. — a ¶ Hæc omnia plene in Exodo exposita inuenies.

D a *Dedit autem Dauid.* Dauid Psalmista, & cæteri patres veteris testamenti figuris, & ænigmatib. designabant vniuersa, quæ verus pacificus in ecclesia facturus erat: quomodo omnes nationes per fidem baptismi introitum in ecclesiā habuerunt, qualis ecclesię status esset futurus, qualis sanctorum perfectio & in regno cęlesti remuneratio cuiusque pro meritis reddenda per diuersas cellas, & exedras, quia in regno Dei mansiones multæ sunt. a *Et* E F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ad ædificandum omnia præparaui. *i. aliqua de omnib. vt supra expositum est 22. Cetera patent, quæ sequuntur vsque ibi.*
2 De Iuda.n.elegi, &c. *quia in transitu maris rubri tribus Iuda primo secuta est Mosen, alijs formidantibus, ideo meruit regiam dignitatem, ut dictum fuit Ex. 24.*
3 De filijs patris mei, &c. *vt habetur 1. Reg. 16.*
4 Elegit Salomon, &c. *Ex quo patet, quod Salomon fuit promotus ad regnum non solum voluntate humana, sed etiam diuina, & hāc ordinationem nuntiauit Nathan propheta ipsi Dauid, vt habetur supra 17. & 2 Reg. 7.*
5 Nunc igitur coram vniuerso, &c. *supple dico, quę sequūtur.*
6 Custodite, & perquirite, &c. *vt per hoc habeatis abundantiam bonorum temporalium, & vlterius bonorum spiritualium, & æternorum, q̄ principaliter intelliguntur promissa a Deo sub promissione temporalium bonorum, sicut dictum fuit sup. 16. & plenius Gen. 15.*
7 Tu autem Salomon, &c. *Hic consequenter Dauid imponit Salomoni filio suo curam regni, & ædificationis templi, & quia notitia Dei via est ad oīa alia bona, eo quod nō amatur bonum nisi cognitum, ideo primo inducit eum ad habendum Dei notitiam d.* Scito Deum, patris tui. *secundo ad eius latriam.* Et serui ei corde perfe. &c. *cuius causa subditur.*
8 Omnia enim, &c. *ita, quod nihil est absconditum ab oculis eius.*
9 Si quæsieris, &c. *quia facienti quod in se est, Deus supplet residuum.*
10 Quia elegit te dominus. *q.d. ex quo Deus te elegit ad regnum & templi sui ædificium, non debes timere de consummatione, quia q cœpit, ipse perficiet, si feceris debitum tuum.*
11 Dedit autem. *Hic consequenter Dauid Salomoni tradidit formam, & exemplar omnium agendorum.*
11 Descriptionem porticus, &c. *quæ erat ante introitum templi.*
13 Et cellariorum. *Dicunt aliqui quod sub pauimento templi erant cellaria ad reponendum aromata, & aliqua alia, quæ indigent cō seruari in frigido loco, alii autem dicunt, quod ista cellaria intelliguntur duæ mansiones templi inferiores.*
14 Et cœnaculi. *i. tertiæ mansionis templi.*
15 Et cubiculorum. *in adytis loca sunt vbi iacebant custodes templi, & secundum Hebr. erant quidam appenditia iuxta murum templi exterius ascendentes 15. cubitis in tribus lateribus templi, s. Australi, Aquilonari, & Occidentali.*
16 Et domus propitiationis. *i. sanctisanctorum vbi erat propitiatorium, & de omnib. istis dictum est plenius 3. Reg. 6.*
17 Atriorum. *Erant.n. ibi tria atria. s. atrium sacerdotum, atrium hominum mundorum, & atrium mulierum.*
18 Et exedrarum, &c. *i. camerarum.*
19 In thesauros domus. *vbi reponebantur vasa sacra, & vestes sacerdotales, & similia.*
20 Et in thesauros sanct. *vbi reponebantur illa, quæ erant Deo consecrata ad faciendum necessaria in templo, & reparandum ea, quę essent reparanda.*
21 Aurum, &c. *Non est intelligendum, quod Dauid tradiderit Salomoni totum aurum, & argentum, quod in vasis templi fiendis erat necessarium, sed tradidit in scripto quantum pondus auri, & argenti debebat poni in quolibet vase aureo, & argenteo.*
22 Sed & ad candelaba. *quia decem fuerunt candelabra aurea in templo Salomonis, vt habetu. 3. Reg. 7. in fi.*
23 Aurum quoque dedit, &c. *sup q̄ ponebant panes ꝓpositionis.*
24 Similiter, & argentum, &c. *super quas parabantur ea, quæ erant offerenda.*

De- ✱ Et

MORALITER.

† assumpta pro nobis humanitate, sicut in persona filii dicitur, Psal. 2. b. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius,* Et subditur. *Dñs dixit ad me: filius meus es tu, etc.*
11 *Dedit autem Salomoni, &c.* Per hoc designatur, quod Deus pater dedit homini Christo notitiam omnium agēdorū in ecclesia Nam cognoscit omnia, quæ Deus cognoscit scientia visionis, & illa sunt, quæ participant esse secundum quācunque differentiam temporis.

MORALITER autem per Salomonem ex ordinatione diuina promotum in regem potest conuenienter intelligi quilibet debito modo promotus ad ecclesiasticum, vel tēporale regimen. Per hoc autem quod Dauid Salomoni dedit agendorum descriptionem, significatur, quod illi, qui pdicto modo promouetur ad regimen, Deus dat gratiam bene regendi si debitum suum faciat erga Deum, ad ipsum se fideliter conuertendo. Nam si natura non deficit in necessariis, non est verisimile quod deficiat autor naturæ. Per hoc autem q̄ Dauid dedit Salomoni aurum, & argentum ad faciendum ea, quæ in templo erant agenda, signatur quod sicut Deus bono prælato, vel principi confert notitiam in agendis, sic facultates administrat ei pro expēsis moderatis.

† Polliciti

a *Et leunculos*: Neque in Exo. in constructione tabernaculi neque in Regum in ædificatione templi vspiam leguntur facti leones, & leunculi, nisi quod in templo cælatura facta narratur in cōfectione decem basium, vbi leones, & boues & cherubim, & palmæ sculptę narrantur. Sed neque cherubim in similitudine quadrigæ formata, sed tantū quod duo cherubim fuissent fabricata alis suis arcā tegentia. Ezechieli autem iuxta fluuiū Chobar similitudo ostensa est quatuor animalium, & hic aspectus eorum similitudo hominis ī eis: & quatuor pennę vni, & quatuor facies vni, & pedes eorum pedes recti, & plāta pedis eorum quasi plāta pedis vituli, & post pauca: *Similitudo vultus eorum facies hominis, & facies leonis a dextris eorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.* Et alibi. *Quatuor facies vna facies cherub, & facies secunda facies hominis, & tertia leonis, & quarta aquilæ.* Sed & horum, & sequentium expositionem in Ezechiele nostro q; habebat vnumquodque eorum, facies prout nobis

nobis donauit Deus, perstrinximus.

b *Omnia, (inquit.)* ✠ Theod. Notandum est, quod supra quidem dixit, in spū datam esse cognitionem, hic autem a manu domini. Sanctus ergo Spiritus est dominus, etiamsi nolint hi qui aduersus Spiritum bellum gerūt. Cum quadam autē circumscriptione, ac limitatione, Dei curam, est Dauid Salomoni pollicitus. *Non te derelinquet*, ait, *donec pficeris omne ministerium domus domini.* Aedificans.n. cū pietate, est diuinam assequutus prouidētiam: post ædificationem autem cum declinasset ad impietatem, cum deseruit diuina administratio.

Tradunt Hebræ. exemplar templi, & vasorum Mosi in mōte monstrati ad Iesum peruenisse, deinde ad Iudices, & ad Heli, & ad Samuel, & ad Dauid, tandem ad Salomonem. Vel manus domini filius est per cuius domū Dauid, & alii sancti perceperunt quicquid de sanctæ ecclesiæ structura protulerunt.

Rabbanus. — 3. Reg. 7. d — Ezech. c. 2. — Ibidem c. — Ibidem 10. e. — Quæst. 51. Paralip. — Rabbanus. Exo. 25. d

† crateres, vel scyphos, aut pelues, & infra.

† argenti pondus pro singulis crateribus.

† prompti, vel spontanei ad faciēdum omnia opera, & docti in omni arte: pricipes similiter, & omnis populus parati ad omnia quæ dixeris.

a ¶ Sunt leunculi, & leones fortes, s. & fortiores, alij sensu, alij nitore prædicationis argentei.

a thuribula ex auro purissimo, & † leunculos pro qualitate mensuræ, pondus distribuit in leunculum, & leunculū. Similiter & in leones argenteos † diuersum argenti pondus separauit. Altari aūt in quo adolebatur incensum, aurum purissimum dedit, & vt ex ipso fieret similitudo quadrigę cherubim, extē- b dentium alas, & velantium arcam fęderis domini. Omnia (inquit) venerunt scripta manu domini ad me, vt intelligerē vniuersa opa exēplaris. Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & cōfortare, & fac ne timeas, & ne paueas. Dominus.n. Deus meus tecum erit, & nō dimittet te, neq. derelinquet te, donec perficias omne opus ministerii domus domini. Ecce diuisiones sacerdotum, & Leuitarū in oē ministeriū ministerij domus dñi assistēt tibi, † & parati sunt, & nouerunt tā principes, quam populi facere omnia præcepta tua.

a ¶ Hæc quadriga in Ezechiele exposita est. b ¶ Scientiæ pulchritudo, hæc est notitia sacramentorum Dei thronus eius, & requies. vnde, Qui sedes super cherubim manifestare.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et leunculos au. *Non inuenitur scriptum quod in templo Salomonis fuissent leunculi aurei, & ideo aliqui dicunt quod isti sunt leones, qui fuerunt in throno Salomonis, de quo habetur 3. Reg. 10. Sed hoc non habet apparentiam. Tum quia nō habetur in scriptura, quod illi leones fuerint aurei, sed magis videtur quod fuerint eburnei, sicut & thronus, tum quia hic agitur tantum de ædificatione templi, & pertinentium ad ipsum: ille autem thronus non fuit in templo, nec de pertinentibus ad ipsum, sed fuit in porticu domus regiæ, vbi Salomon sedebat ad iudicandum. Et ideo alii dicunt, quod isti leones fuerunt in luteribus, vbi fuerunt leones figurati, ut habetur tert. Regum septimo. Sed hoc uidetur falsum; quia illi fuerunt de ære, vt patet ibidem, isti autem describuntur aurei: & ideo ista videntur procedere ex discordia translationis nostræ ab Hebræo, vbi enim habemus hic.* Et leunculos aur. *In Hebræo habetur,* expiatoria aurea, *& credo quod ratio huius diuersitatis translationis nostræ ad Hebraicum fuit, quia dictio signans expiatorium, & dictio signans leunculum in Heb. habent magnam similitudinem literarum, secundum Hebr. vero dicuntur hic expiatoria aurea bacini aurei, in quibus portabatur sanguis intra sanctumsanctorum, in die expiationis,*

2 Similiter & in leones. *In Heb. habetur.* In expiatoria argentea. *& erant bacini de argento, in quibus recipiebatur sanguis victimarum, qui erat effundendus in altari holocaustorum.*

3 Altari autem, &c. *Istud altare erat iuxta partem templi, quæ dicebatur sancta, contra parietem diuidentem sanctum, & sanctumsanctorum.*

4 Et vt ex ipso, &c. quadri. *quia portabant propitiatorium quod erat quasi sedes Dei, & de ista dispositione dictum fuit plenius 3. Reg. 6. & Exo. 25.*

5 Omnia, inquit, &c. *Dicunt Hebr. quod Samuel ex reuelatione Dei docuit Dauid de omnibus istis, Potest etiam dici, quod per semetipsum Dauid habuit hoc per reuelationem a Deo. Cætera patent ex dictis.*

CAP. XXIX.

LOcutusq; est rex Dauid ad omnem ecclesiā. Salomonem filium meum vnū elegit Deus adhuc puerum, & tenellū. Opus .n. grande est, neque .n. homini præparatur hitatio, sed Deo. Ego autem totis viribus meis pręparaui impensas domus domini Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentū in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, lignum ad lignea lapides onychinos † & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnemque ptiosum lapidē, & marmor Parium abundantissimè. Et super hęc quę obtuli ī domum Dei mei de peculio meo, aurum & argentum do in templum Dei mei, exceptis his, quæ præparaui in ædem sanctam, tria milia talenta auri de auro Ophir, & septem milia talētorum argenti probatissimi

† gemmas, & lapides stibinos, aliqui carbunculos vertunt.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIX.

LOcutúsque est rex Dauid. *Hic consequenter Dauid inuitat omnem populum ad adiuuandum in opere domini Salomonem filium suum, & primo circa hoc describieur regis, & populi oblatio, secundo gratiarum actio, ibi.* Sed & Dauid. *tertio regis Salomonis reuocatio, ibi.* Vnxerūt autem. *quarto ipsius Dauid felix consummatio, ibi:* igitur Dauid. *Circa primum ponitur inuitatio regis verbo Dei.*

2 Salomonem filium, &c. *Non est intelligendum per hoc quod fuerit tunc tantum 12. annorum. sicut declaratum fuit plenius 3. Reg. 11. sed dicitur paruulus, & tenellus respectu tanti operis, & hoc dicebat Dauid, vt induceret omnem populum ad auxiliandum ei, secundo ponitur inductio; per factum cum dicitur.*

3 Præparaui impensas. *non totas, sed de omnibus aliquas, ideo subditur.* Aurum ad vasa, &c. *sequitur.*

4 Lapides onychinos. *habentes colorem unguis humani.*

5 Et quasi stibinos. *i. coloris stibii. Est autem stibium unguentum, quo mulieres depingunt facies suas, vnde 5. Reg. 9. dicitur, quod Iezabel depinxit oculos suos stibio.*

6 Et marmor Parium. *i. coloribus varium, & dicitur a Paro insula. ubi primo fuit repertum.* Et super hæc, *aurum, & argentum, &c. Sequitur.*

7 De peculio, &c. exceptis his q̄ præparaui. *Dupli.n. modo Dauid obtulit donaria pro domo domini ædificanda. Vno modo de substantia propria, & speciali, & quantum ad hæc dicit:* De peculio meo. *Est.n. peculium census proprius valde dilectus. Alio modo obtulit de pretiosis, quæ acceperat de prædis hostium, & domino consecrauerat, & quantum ad hoc dicit.* Exceptis his, quæ prǽpara, &c.

8 De auro Ophir, &c. *quod est optimum, ut dictum fuit 3. Reg. 9.*

Præ-

CAPVT XXIX.

ad deaurandos parietes templi. Et vbicunque opus est aurum de auro, & vbicunque opus est argentum de argento, opera fiant per manus artificum. Et si quis spõte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit domino. † Polliciti sunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Israel, tribuni quoque & centuriones, & principes possessionum regis, dederuntque in opera domus domini auri talenta quinque milia, & solidos decem milia, argenti talenta decem milia, & æris talẽta decẽ, & octo milia, ferri quoque centum milia talentorum, & apud quẽcunque inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus domini per manum Iehiel Gersonitis. Lætatusque est populus † cum vota sponte ꝓmitterent, quia corde [a] toto offerebant ea domino. Sed & Dauid rex lętatus est gaudio magno, & benedixit domino coram vniuersa multitudine & ait. Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri, ab æterno in æternum. Tua est domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Cuncta enim, quæ in cælo sunt, & in terra, tua sunt: Tuum domine regnum, & tu es super omnes principes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria, tu dominaris omnium. In manu tua virtus, & potentia, † in manu tua magnitudo, & imperium omnium. Nunc igitur Deus noster confitemur tibi, & laudamus nomen tuum [b] inclytum. Quis ego, & quis populus meus, vt possimus tibi hæc vniuersa † promittere. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. † Peregrini enim sumus coram te, & aduenæ, sicut omnes patres nostri. † Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Domine Deus noster, omnis hæc copia quam parauimus, vt ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia. Scio Deus meus, ꝙ probes corda, & simplicitatem diligas: vnde & ego in † simplicitate cordis mei † lætatus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria: Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum, custodi in æternum hanc † voluntatem cordis eorum, & semper in veneratione tui mens ista permaneat. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, ut custodiat mandata tua & testimonia tua, & † cæremonias tuas, & faciat vniuersa, & ædificet ædem, cuius impensas paraui. Præcepit autem Dauid vniuersæ ecclesiæ: Benedicite domino Deo nostro. Et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum, & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, & deinde regem. Immolaueruntque victimas dño, & obtulerũt holocausta die sequẽti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & † vniuerso ritu abundantissimè in omnem Israel, & comederunt, & biberunt coram dño in die illa cum grandi lætitia, & vnxerunt secundo Salo

a ¶ Pium laborem.

a ¶ Pro perfectione æternæ vitæ. b ¶ Iustum regimen. c ¶ Simplicitatem, & innocentiam. d ¶ Sanctis orandibus.

Rabbanus. a *Polliciti sunt itaque, &c.* Qui sibi & aliis bñ principari didicerit, præueniẽte gratia Dei, quantũ põt ad lucrandũ proximos, & opus acceptũ Deo, agẽdũ studiosè & deuotè exequi debet, ut ĩ splẽdore sapięn in nitore verborum, & ĩ sonoritate prædicationis, in firmitate fidei, & diuersarũ virtutum gẽmis domum Dei. i. ecclesiam ædificare nitať. *Vnusq; q. n. mercedẽ accipiet ẽm laborem suum. Si super ædificauerit aurum, argentũ, lapides ṗtiosos.* Qui autem fragilia opera, i. lignum, fœnum, stipulam supędificat, detrimẽtũ patietur. b *Et benedixit domino, &c.* q̃a congregatio ñ deliũ scriptis prophetarũ admonita, & sanctorũ patrũ dictis, & exẽplis prouocata, laudes & hymnos Deo decantat immolãdo pię cõfessionis hostias, & sanctæ cõuersationis opa fructuosa. c *Dies nostri quasi vmbra sup terram*

† Sponte itaque obtulerant.
† potestate tua est magnificare, & fortificare omnia.
† sponte offerre.
1. Cor. 3. b
Ibidem c.
† rectitudinẽ,
† sponte.
† imaginationem cogitationum cordis populi tui & para cor eorum tibi.
† victimas,

rã, & nulla, &c. ✠ Theo. Sic humanæ naturæ confessis imbecillitatẽ, petiit & populo, & Regi pietatis possessionem. d *Et comederunt, & biberunt corã, &c.* Hoc ẽ gaudium sctorum, & intencio eorũ, vt a fame futura virtutum operib. sibi caueant, & epulẽtur, & exultent ĩ cõspectu Dei. e *Vnxerunt secũdò Salomonem filium, &c.* quia Christus regia simul, & põtificali dignitate ab omnib. fidelibus sana fide, pia confessione celebratť. Salomon pacificus, Sadoc iustus interpretatť. Christus vero ẽ pax nra, qui fecit vtraque vnũ, ipse ẽ iustus dñs, & iustitiã diligit: *Iudex viuorum, et mortuorum*, hũc primo vngit omnis fidelis in regem, & sacerdotem, cum in perfectione baptismi, verum regem, & sacerdotem confitetur, ungit & secundo cum docendo, & operando idem aliis prædicat. vnde. *Oleum effusum nomen tuum.*

Rabbanus.
† cum sponte offerrent ipsi. † p fectio sponte obtulerunt.
† vel, gloriosum.
† Gen. 15. e Psal. 38. c † Sapien. 2. b Psal. 10. b
† rectitudine Eph. 2. c
† statuta tua,
* quæso.
Cant. 1. a

NICOLAVS DE LYRA

1 Ad deaurãdos parietes, &c. *qui fuerãt laminis aureis cperti, vt dictum fuit 3. Reg. 6. Consequenter Dauid hortatur alios ad offerendum pro domus Dei ædificatione, di.*
2 Et si quis spontè offert, &c. *quia non placent Deo sacrificia coacta. Cætera patent vsque ibi.*
3 Per manum Iehiel Ger. *Contrarium videtur sup. 26. quod Selemith erat super thesauros sanctorum. Dicendum, quod iste Selemith fuit custos thesaurorum domus domini, quantum ad ea, quæ fuerunt de prædis hostium consecrata: iste vero Iehiel dicitur hic thesaurarius eorum, quæ fuerunt sponte oblata.*
4 Lętatusque populus, &c. *pro cuius causa subditur.* Quia cor. to. of. ca. *i. valde voluntariè, & in talibus solet homo gaudere.*
5 Sed & Dauid rex lętatus. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio & primo quantum ad ipsum Dauid, cum dicitur.*
6 Et bened. xit domino, &c. *pro deuotione sua, & populi sibi subiecti, quam sciebat esse domum Dei.* 7 Et ait: Benedictus es, &c. *patet litera vsque ibi.* 8 Quis ego, & quis pop. & c. *q. d. nihil boni possumus a nobis, sed totum prouenit ex tua bonitate. s. bona, quæ ibi offerimus, & bona uoluntas quam a te habemus.*
9 Peregrini. &c. *Vnde dictum fuit Abrahæ Genes. 15.* Scito prænoscens, quod peregrinum sit futurum semen tuum in terra non sua. *& per hoc ostendit Dauid, quod patria nostra proprianon est hic inferius, sed in cęlestibus, & hoc intellexerunt patres antiqui secundum quod ostendit Apostolus ad Heb. 11.* 10 Dies nostri quasi vm. *quia vita humana breuis est, & instabilis.* 11 Scio De. me. quod pro. cor. *Dicitur. n. Deus aliquid probare, non ad hoc ꝙ aliquid fiat sibi notum, quod prius ignotum erat, sed aliis, sicut probauit patientiam Iob, vt aliis notificaretur, & daretur patientiæ exemplum.* 12 Et sim. cor. *prout simplicitas opponitur duplicitati. Cætera patent vsque ibi.* 13 Præ. au. *Hic ponitur gratiarum actio de ipso populo de ipsius Dauid præcepto, vnde sequitur.*
14 Et incli. se & ado. *adoratione latriæ.* 15 Dein. re. *adoratione duliæ.* 16 Im. uic. *grãs agẽtes facto, sicut fecerãt verbo, & signo.* 17 Et co. & bi. co. do. *i. in Ierlm, ubi erat arca dñi, vel in tẽtoriis ad hoc paratis, ppe tabernaculũ dñi, de hostiis. n. pacificis vnus erat offerentiũ, et de illa comedebãt offerẽtes ad reuerẽtiã Dei, quasi aliqd sacrũ.* 18 Et vnx. scdo Sal. *Hic cõsequẽter ponit regni Salomonis*

MORALITER.

† *Polliciti sunt, &c.* Per istos, qui pro ædificio domus domini dederunt aurum, argentum, & lapides pretiosos, vt in textu dicitur, significantur illi, qui in ecclesia Dei precellũt alios in aliqua gratia speciali, vtpote in auro sapientiæ, in argento eloquentię, & in aliis grãis, p lapides pretiosos designatis, & oẽs istas grãs ad instinctũ veri Dauid Iesu Christi cõuertunt ad ædificium ecclesiæ in bonis moribus, & fide. 18 *Et vnx. secundo Sal. &c.* per Salomonem qui interpretatť † pacificus,

monem filium Dauid. Vnxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem. †Seditque Salomon super solium Domini in regem pro Dauid patre suo, & † cunctis placuit, & paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes, & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manũ, & subiecti fuerunt Salomoni regi. Magnificauit ergo Dominus Salomonem * super omnẽ Israel, & dedit illi gloriam regni qualẽ nullus habuit ante eũ rex Israel. Igitur Dauid filius Isai, regnauit super vniuersum Israel, & dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni. In Hebron regnauit septẽ annis, & in Ierusalem triginta tribus. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria. Regnauitque Salomon filius eius pro eo. Gesta autem Dauid regis priora, & nouissima in libro Samuelis videntis scripta sunt, & in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis: Vniuersique regni eius, & fortitudinis, & temporum quæ transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

¶Christus.

a ¶Nulla dignitas, nulla potestas quæ huic non pareat imperio vnde. Omnes reges seruient ei.

a ¶Magnus Dominus & laudabilis nimis, & rex magnus super omnes Deos.

¶Dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flect. &c.

a *Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitiis, & gl. &c.* Significat cum copia virtutum, & operibus lucis vitam finisse præsentem, dignum quiete futura, & cœlestis regni gloria. Abraham similiter mortuus est in senectute bona, perfectæque ætatis, & plenus dierum. Isaac appositus est populo suo, plenus dierum. Ioseph mortuus est in senectute bona, expletis centum decem vitæ suæ annis, & conditus aromatibus. Moyses centum viginti annorum mortuus est, cuius non caligauit oculus, nec dētes moti sunt. *Viri autem sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos; Qui sibi videntur in bonis ducere dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

Gene. 25. a / Ibid. 35. d / Genes. vlt. d / *excellenter / † 3. Reg. 2. c / † prospera omnia successerunt ei / Deut. vlt. c / Psal. 54. d / Iob 21. b

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

lomonis renouatio, quia aliàs fuerat vnctus in Gion per Sadoc sacerdotem de mandato Dauid, vt habetur 3. Reg. 1.

1 Seditque Salomon super solium. *Vocatur hic solium Domini thronus regni Israel, quia in illo regno Deus vere colebatur, non sic autem in alijs regnis idololatriæ subiectis.*

2 Et cunctis placuit. *Non fuit autem sic de Absalon, & Adonia, vt patet per dicta 2. Reg. de Absalon, & 3. de Adonia.*

3 Et cuncti filij, &c. ded. man. *Id per fidem promiserunt, seu iurauerunt, quòd fideliter subessent Salomoni.*

4 Igitur Dauid filius Isai. *Hic vltimo ponitur ipsius Dauid felix consummatio. cum subditur.*

5 Et mortuus est in senectute. *Id est, plenus bonis temporalibus, & spiritualibus.*

6 Scripta sunt in lib. Samue. *Hic liber est primus, & secundus Regum.*

7 Et in libro Nathan, &c. volumine Gad videntis. *Isti duo libri non habentur apud nos, nec apud Heb. quia non fuerunt per Esdram reparati.*

8 Siue in Israel, &c. regnis terrarum. *Quia Dauid non solum fecit facta notabilia, & memoria digna in regno Israel, sed etiam in aliis regnis per circuitum, quæ sibi subiecit virtute armorum, vt habetur supra decimo octauo, decimo nono, & vigesimo.*

CAP.

MORALITER.

pacificus, & per Sadoc qui interpretatur iustus, significatur vnus, & idem Iesus Christus, qui per suum sanguinem pacificauit ea quæ in cœlis sunt, & in terris. Coloss. 1. Ipse etiam dicitur iustus antonomastice, Esa. 62. a. *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius.* Ipse etiam est rex regum, & pontifex summus. propter quod per Melchisedech regem, & sacerdotem fuit figuratus, vt declarat Apostolus satis diffuse Hebr. 7.

Igitur moraliter inungunt secundo Salomonem in regem, Sadoc in pontificem, qui post confessionem Christi regis, & pontificis factam ab eis in baptismo, eam iterant in opere bene viuendo.

ADDITIO.

In capit. 19. vbi dicitur in postill. Est autem stibium vnguentum.

Dictio quæ hic ponitur in Hebr. vbi nos habemus *stibium*, non significat vnguentum, sed puluerem, seu collyrium nigrum quod ponitur in oculis ad decorem, & conseruationem sanitatis oculorum, vnde de Iezabel non habetur in Hebr. quod depinxit oculos suos stibio, sed quod *Posuit stibium in oculis suis*, quod consonat huic literæ: nam sicut inueniuntur marmora habentia colorem vnguis humani quæ dicuntur onychina, ita inueniuntur alia habentia colorem nigrum cum nitore, quæ dicuntur stibina ratione prædicta.

ADDITIO II.

In capit. vltim. vbi dicitur in postill. *Et in libro Nathan prophetæ, &c.* Sicut primus liber Regum rationabiliter attribuitur Samueli, eo quòd ipse fuit principalis Propheta contemporaneus Sauli, simili modo possunt attribui secundus, & tertius Regum Nathan Prophetæ, seu Gad qui fuerunt contemporanei Prophetæ regi Dauid, & etiam Salomoni.

A Præfat. in lib. Paralipom.

CAP. I.

a Confortatus. ✠ Hierony. Sciendum quod apud Hebræos liber Paralipomenon vnus sit, & apud illos vocatus Dibrehaiamin, id est, Verba dierum, qui propter magnitudinem apud nos diuisus est.

Quæst. in 2. Paralipom. ✠ Theodor. Secundus liber Paralipomenon docet, quod tabernaculum quod construxit magnus ille Moses, stabat in Gabaon: arca autem in regia operta alio tabernaculo. Salomon autem cum in altari Mosaico sacrificasset mille boues, supplex a Deo petijt, vt sapientiam consequeretur, & intelligentiam.

B Rabbanus. Quando in morte triumphauit cũ, qui habebat mortis imperium, & sibi regnũ omnium acquisiuit. vnde: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* (Matth. vlt. d)

b *Gabaon.* Quæ fuit Ciuitas Metropolis Heuæorum, cecidit que in sortem Beniamin, & fuit separata Leuitis. Mirum ergo est quod Iosephus dicit, quia Salomon in Hebron venit, vt sacrificaret in altari æneo, quod fecerat Moyses: (Exod. 38. 4.) C Nisi forte ipsam Hebron excelsum Gabaon intelligi voluerit, eo quòd ibi primum regnauerit. Interpretatur enim Gabaon sublimitas, vel collis patruelis.

c *Postula quod vis.* ✠ ANGELOMVS. (Com. in 3. Regum 3.) Gratia Dei liberum hominis arbitrium requirit. Vnde quicunq; vult orationem suam ante Deum non frustrari, hoc ab eo postulet, quod Salomon quæsiuit, id est, sapientiam, scientiam, & intelligentiam. Diuitias vero, & gloriam temporalem, atq; animas inimicorum, & dies plurimos vitæ præsentis, malorum est quærere, non iustorum. *Hæc enim*, inquit Christus, *gentes inquirunt. Sed primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*, scilicet, temporalia prædicta.

D

d *Constituisti me.* ✠ Hieronym. (Quæst. in 2. Paralipom.) Quia secundum legem prohibitum erat, me qui de alterius vxore generatus sum, introire Ecclesiam Dei.

e *Da mihi sapientiam.* E Non aurum, non diuitias, non terrenam gloriam a Deo petit, sed vt sciat populum Dei regere, & iudicare. si hoc elegit rector corporum, multo magis hoc eligere debent rectores animarum, vt ingressum ad fidẽ, & egressum ad spem populo Dei demonstrent.

✠ AMBROS. (Lib. de Salom. cap. 1.) Salomon, vt primũ transactis infantiæ rudimentis annos iuuentutis ingressus est, in quibus posita adhuc infirma ætas, quem cursum vitæ deligat, nutat incerta: nihil aliud a Deo, quam sapientiam postulauit, F inter ipsa, vt dixi, vitæ tentamenta sapiens, qui in delectatione rerũ, quod omnibus præiret elegit. Sic enim ipse in libro sapientiæ suæ se Dominum omnipotentem deprecatum fuisse commemorat: *Da mihi sedium tuarum assistricem, &c.*

DIBRE HAIAMIN,
IDEST, PARALIPOMENON,
LIBER SECVNDVS INCIPIT.

CAP. I.

a Confortatus est ergo Salomon filius David in regno suo, & Dominus erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum. 1
[a ¶Antiquorum Patrum. b ¶Qui me misit mecũ est, & non dimisit in s. a ¶Dedit ei nomen quod est super omne nomen.]

Præcepitq; Salomon vniuerso Israeli tribunis, & cẽturionibus, & ducibus, & iudicibus oĩs Israel, & principibus familiarũ, & abijt cũ vniuersa multitudine in b excelsum Gabaõ, vbi erat tabernaculũ fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine. 2 3 4

Arcã aũt Dei adduxerat David de Chariathiarim in locũ quẽ pparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est in Ierusalem. 5

Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini, quod & requisiuit Salomon, & omnis Ecclesia: 6

Ascenditque Salomon * ad altare æneum coram † tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias. 7
[* illuc † Domino quod erat in tabernaculo fœderis]

c Ecce autẽ in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens: Postula quod vis, vt dẽ tibi. Dixitq; Salomõ Deo: Tu fecisti cum David patre d meo misericordiã magnã, & cõstituisti me regem pro eo. Nũc igitur Dñe Deus, impleatur sermo tuus quẽ pollicitus es David patri meo. Tu enim fecisti me regem sup populum tuum mule tũ, † q tã innumerabilis est, quã puluis terræ. 8 [† sicut] Da mihi sapiẽtiã, & intelligentiã, vt ingrediar, & egrediar corã populo tuo. 9
[a ¶In exemplum omnibus.]

Quis enim potest hunc populũ tuũ dignè (qui tã grãdis est) iudicare? Dixit aũt Deus ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & nõ postulasti diuitias, & substãtiã, & gloriam, neq; ani-

a Ab

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. I.

1 Confortatus est. *Postquam in libro primo actum est de regno Israel proueniente, s. ipsi David ex mera voluntate diuina, hic consequenter agitur de eodem regno proueniente ex successione paterna. Sicut enim inter filios David Salomon a Deo electus fuit, vt habetur lib. 1. cap. vlti. sic in regno patri suo successit, primo igitur de isto regno agitur, prout fuit integrum, & vnitum. secundò de ipso, prout fuit defalcatum, & partitum cap. 10. Circa primũ agitur primo de deuotione Salomonis circa diuina. secundo de eius magnificentia circa humana cap. 8. Ista tamen diuisio non est præcisa. quia inter illa quæ ostendunt deuotionem Salomonis in diuinis, interponuntur aliqua quæ ostendunt eius magnificentiã in humanis, & econuerso, sed dicta diuisio accipitur secundum partem maiorem.* (Diuisio.) *Circa primũ vero ostenditur primo deuotio Salomonis in oblatione sacrificij. secundo in ædificatione templi cap. 2. Prima adhuc in duas, quia primo ostenditur Salomonis deuotio in sacrificijs, secundo interponitur eius magnitudo in diuitijs, ibi:* Congregauitque. *Prima adhuc in duas, quia primo describitur Salomonis oblatio: secundo diuina acceptatio, ibi:* Ecce autem in ipsa nocte. *Sententia vero istarum duarum partium patet ex dictis 3. Reg. 3. cap. a princ. cap. vsque ad medium: exceptis quæ sequuntur.*

2 Præcepitque Salomon. *Quia voluit honorare Deum non solum per seipsum, sed & per populum sibi subiectum.*

3 Vniuerso Israeli. *Quia tota multitudo populi non fuit ibi, sed isti qui erant principales in populo: & ideo totus populus in ipsis virtualiter continebatur.*

4 Tribunis, &c. *Hoc additur ad exponẽdũ illud quod præmittitur.*

5 Arcam autem Dei adduxerat. *Reg. 6. dicitur quod adduxit eam de domo Aminadab, quæ erat in Gabaa. Dicendum, quod secũdum veritatem fuit adducta de Gabaa, sed quia Chariathiarim est quædam ciuitas propinqua ipsi Gabaa, & populus fuit ibi congregatus propter deductionem arcæ, ideo dicitur hic de Chariathiarim ipsam adductam fuisse, vt dictum fuit ibidem.*

6 Altare quoque æneum. *Istud altare erat holocaustorum, & propter hoc Salomon voluit ibi offerre.*

7 Ascen. Sal. ad alt. *Non per seipsum, sed per sacerdotes: ad quorum officium spectabat offerre super altare. In secunda parte dicitur.*

8 Qui tam innumerabilis est, quam puluis. *Hyperbole est, ad designandum magnam populi multitudinem.*

9 Vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo. *Iste egressus intelligitur ad bella pro defensione populi, ingressus vero ad iudicia ad præscindendum populi litigia.*

MORALITER.

1 *Confortatus est ergo.* Expositio mystica posita est 3. Regum 3. vsque ibi.

† *Venit ergo Sa. ad excel. Gaba. &c.* Sequitur.

mas eorum qui te oderunt, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam, & scientiam, vt iudicare possis populum meum super quem constitui te regem, sapientia, & scientia data sunt tibi. Diuitias autem & substantiam, & gloriam dabo tibi: ita vt nullus in regibus, nec ante te, nec post te fuerit similis tui. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Ierusalem, coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israel. Cōgregauitque sibi currus, & equites: & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim milia equitum. Et fecit eos esse in urbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem. Præbuitque rex aurum, & argentum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna. † Adducebantur autem ei equi de Ægypto, & de Coa a negotiatoribus regis, qui ibant, & emebant pretio quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta. Similiter de vniuersis regnis Hethæorum, & a regibus Syriæ emptio celebrabatur.

a ¶Sanctos, floris charitatis, & iugis Dei sociatos, quos ipse velut auriga gubernat.
¶Angelorum hominumque ministeria. Vnde currus Dei decem milibus multiplex, milia lætantium. &c.
b ¶Quadragies deni, & significant tempora legis, quam Moyses accepturus quadraginta diebus ieiunauit, & populus qui per eam instruebatur quadraginta annis in eremo fuit.
a ¶In oppidis, scilicet, vel in ædificijs, quæ ædificata erant ad stationem curruum.
a ¶Viri strenui opere, & intellectu, in quibus ad fidem conuersis digne sedeat Christus. b ¶Spirituali. c ¶Ex omni natione, quæ sub cœlo est. ¶Quam dicunt vnam esse de cicladibus: sed Hebræi Coa congregationem interpretantur
d ¶Prædicatoribus, scilicet, qui dant prædicationem, & auditorum accipiunt fidem.

a *Ab excel. &c.* Arcā significat, in qua erāt tabulæ te. Supra enim scriptū est; *Tabernaculum autē Domini quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum eadem tempestate erant in excelsis Gabaon, &c.* Arca autem Dñi postquam introduxit eā Dauid in domum suā, mansit ibidem vsquequo ædificaretur templū. b *Et xij. mil. equi.* Hic numerus tempus gratiæ significat, in quo Apostolica doctrina populum no. te. informat. Bene autem per quadragenariū numerum, vel duodenarium currus, & equites Salomonis numerantur; qa per vtrunque te stamentum sancti viri sacris literis eruditi, sessioni Dei aptantur, quos ipse summus auriga pro nutu suo gubernat. c *Sexcentis &c.* Quia duorum testa. pdicatione ad cognoscēdam fidei veritatē per prædicatores in vsum veri Salomonis homines adducuntur. Sexcenti ergo, i. sexagies deni pfectionem euangelicæ doctrinæ significant, in qua perfectio legis omnino consistit; præcipue cum redemptor noster sexta die passus, omnia quæ de se in lege, & prophetis scripta erant, cōpleuit, vnde ait: *Consummatum est, & inclina. cap. emisit spiritum.* d *Centum.* Qui sunt ter quinquageni, & vet. te. propter Pentecosten, & iubileum, & triplicis scripturæ distinctionē. quia dicitur; *Necesse est omnia impleri, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me,* manifeste significat.

1. Paral. 21. d.
† Eadē & hic verba Hebrai ca quæ in tertij libri Regū cap. 10. in fi. ne capitis. Idcirco vide qd illic annotatū sit.
Ioan. 19. f
Luc. 24. g

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venit ergo. *Vt ibi coram tabernaculo vbi erat arca Domini, offerret hostias, sicut in Gabaon obtulerat.*
2 Congregauitq; sibi currus. *Hic ostenditur magnificentia Salomonis in diuitijs, & patet sententia ex dictis 3. Reg. 10. c. in fine.*

MORALITER.

2 *Congre. sibi cur. &c.* Salomon aūt cum confirmatus erat in suo regno per obediētiam populi perfectam, & per diuinam reuelationē, tamen solicite sibi prouidit de curribus, & equitibus, & alijs ad defensionē regni eius, & eius firmitatē pertinentibus. per hoc ostenditur q. licet homo de diuino auxilio sit securus, tamen nō debet omittere ea quæ rationabiliter secundum humanā viā facere videtur ad sui, & suorum securitatem, nisi sibi prohibitum esset, sicut prohibitum fuit Amasiæ 2. Paralip. 25. c. ne secum duceret milites de regno decem tribuum, quas tamen cōduxerat ad sibi auxiliandum.

CAP. II.

Decreuit autem Salomon ædificare domum nomini Dñi, & palatium sibi, & numerauit lxx. milia virorum portantium humeris, & octoginta milia qui cæderent lapides in montibus: ppositosq; eorū tria milia sexcētos. Misit quoque ad Hiram regem Tyri dicens:

¶Hæc in Regum plenius dicuntur.

CAP. II.

a *Decreuit autem Sa.* ✱ Aug. Facta est nōnulla imago rei futuræ, etiam in Salomone, in eo quod tēplū ędificauit, & pacē habuit, secundū nomē suum. Salomō quippe pacificus est Latine, & in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit, sed eadem sua persona per vmbram futuri prænunciabat etiam ipse Christum Dominū nostrum, non exhibebat; vnde quędam de illo ita scripta sunt, quasi de seipso prædicta sint, dum scriptura sancta etiam rebus gestis prophetans, quomodo in eo figuram delineat futurorum. Nam multa dicuntur, quæ omnino ei conuenire non possunt; Domino autem Christo apertissima perspicuitate conueniunt. Beda. Domus quā edificauit Salomon in Ierusalē, significat vniuersalē Ecclesiā, q a primo electo vsq; ad vltimū quotidie p gratiā veri pacifici ædificatur, q adhuc partim peregrinat in mūdo, partim euasis ęrūnis cū illo iā regnat i cęlo, vbi tota regnatura est peracto iudicio. Ad hāc domū ptinēt Angeli, quorū nobis similitudo pmittitur, dicēte Dño; *Aequales enim Angelis sunt, & filii Dei sunt, &c.* Ad hāc ptinet ipse Chrs, qui ait; *Soluite tēplū hoc in trib. dieb. exci. il. Hoc enim dicebat de templo corporis sui.* De nobis dicit Apost. *Nescitis, quia templū Dei estis, &c.* Si ergo ille per assumptā humilitatē factus est tēplū Dei, & nos per inhabitātē spiritū eius in nobis, constat quia figura omnium nostrū, & ipsius Christi tēplū illud fuit, sed illius tāquā lapidis angularis, nostri aūt tāquā lapidū viuorū sup ipsum ędificatorū. Designat eādē domū Dei tabernaculū in eremo factū. Sed qa illa dom⁹ in itinere quo ad terrā pmissionis veniebatur; hęc aūt ædificabatur in terra promissionis, & in ciuitate Ierusalem. Illa vt de loco ad locū a Leuitis portata, tādē in terrā pmissionis induceretur; Hæc vt mox in patria, & ciuitate regia cōstructa immobili fundamēto cōsisteret, donec figurarū cælestiū rē ipsam impleret. Potest in illa, præsentis Ecclesię labor, & exilium, in hac, futura requies, & beatitudo figurari: vel qa illa a solis filijs Israel, hæc autē a proselytis, & gētibus facta est. Possunt in illa principaliter patres ve. te. & antiquus Dei populus, in hac congregata de gētibus Ecclesia figurari. Quāuis ędificiū vtriusq; domus specialiter acceptū labores Ecclesię quotidianos, & futura gaudia cęlestis regni, & electionē primæ Ecclesiæ de Israel, & salutē oīum gētiū in Chro multimodis oñdat figuris. Quod aūt dr decreuisse Salomonē ędificare domum nōi Dñi palatiū sibi, idē significat, qa Ecclesia, & domus Dei est, quā perēniter inhabitat, & palatiū cęlestis regis in quo glorię suę magnitudinē cūctis generationibus ostēdit. Operarij aūt Salomonis sunt quiq; electi qui seipsos edificio Dei credendo, operando, alios docendo præparant. b *Salomon.* & nomine, & regno pacatissimo illū significat, de quo ait Esa. Multiplicatio cap. 5.

Lib. 17. de ciuit. cap. 8.
Li. quæstionū in lib. Regum.
Luc. 20. c
Ioan. 2. d
Esa. 9. b

NICOLAVS DE LYRA.

1 Decreuit au. *Hic consequenter describitur deuotio Salomonis in ædificatione templi. & primo describitur huius ædificationis præparatio. secundo operis prosecutio. 3. c. tertio templi ædificati dedicatio cap. 5. Præparatio autem ædificationis consistit in materia, & operariis, de quibus hic agitur. & patet sententia ex dictis 3. Reg. 5. c. vbi eadem ponuntur, licet ordo in aliquibus varietur; hic etiam addun tur aliqua quæ discurrentur.*

Diuisio.

MORALITER.

1 *Decre. au.* Expositio mystica huius capituli posita est 3. Reg. 5. cap.

Multiplicabitur eius imperium,& pacis nõ erit finis. Hiram vero qui interpretatur viuens excelsè, credẽtes de gentibus vita,& fide gloriosos: quorũ opere sæpe iuuatur,& augmentatur Ecclesia:& cõtra hæreticos,schismaticos,paganos, decretis principalibus firmatur. Petit ergo Salomon in opere templi auxiliũ ab Hiram: quia Christus volens ædificare Ecclesiam,nõ solum de Iudæis, sed & de gentibus operarios elegit. Misit Hiram Salomoni præcisa de Libano ligna cedrina, & abiegna, quæ in domo Domini ponerentur: quia conuersa Gentilitas misit ad Dominum viros in seculo claros, sed securi dominicæ increpationis de monte superbiæ deiectos,& humiliatos, qui ad normam Euangelicæ veritatis pro modo suo quandoque ponerentur. Misit & artifices qui regendis populis præponerentur; Dionysium, scilicet, Areopagitam,Cyprianum, & alios multos. misit & aurum, sapientes, scilicet, viros, & ingenio claros. Pro his omnibus collata Gentilitas expectat a Domino dona gratiæ cœlestis, & triticum, scilicet, verbi Dei, & oleum charitatis, vnctionis, & illuminationis Spiritussancti.

a *Quis ergo poterit.* ✠ Theodoret. Ostendit iam Dei cognitionem. Meum,inqt, officium impleo. Ipsum Deum meum ne superius quidem cœlũ potest capere. Volens autem ei offerre quem possum cultũ, manufactum ei domũ ædifico.

b *Et erunt ser.* Apostoli mei, & Doctores primi,q Doctores de gentibus informant, & erudiunt: ne in aliquo praua docere præsumant. Ideo enim Salomon seruos Hiram cædere sibi ligna voluit,quia doctiores erant seruis suis ad cedendũ, sed etiam seruos suos adesse voluit: vt cædentibus ostenderent cuius mensuræ ligna fieri deberent. Apostoli enim certius verba Euangelij ab ipso Domino nouerunt. Sed Gentiles ab erroribus ad veritatem Euangelij conuersi,certius gentium errores nouerunt, & ideo subtilius expugnauerunt.

c *Quia dilexit Dominus, &c.* ✠ Theod. Quantum iuuet piorum amicitia, docet Hiram rescribens: *Benedictus Dominus Deus Israel, &c.* Est autem perspicuum quod ex ea que ei fuit cum Dauide consuetudine didicerit, quòd Deus Israel est creator cœli, & terræ.

d *Filium mulieris.* Ostendit eum esse de pgenie Salomith de tribu Dan, de quo in libro Numerorum legitur. Patrem eius tradunt Hebræi fuisse Hebræum, de stirpe Oliab de tribu Dan, qui cum Beseleel in eremo operatus est. Quod vero Tyrium vocat: aiunt Hebræi hoc translatione factum fuisse. Zocri enim lingua eorũ plasmatio interpretatur. Chyros enim quam illi Zor vocant,aliquando angustiam,aliquãdo plasmationem sonat.

e *Qui nouit ope. in auro, & ar.* In his omnibus Hiram spiritualis nouit operari; vt ornatus domus Dei coram oculis hominum digno decore fulgeat, & bonæ opinionis odore Deo acceptabilis fiat.

[Margin: † habitaret; † ædificare; † ædifico. domum.; † abiegna † algumim (genus ligni esse quidam dicũt quo quid tingitur bresil. Alij coralli interpretant.); Quæst. in hũc locum.; Rabbanus.; Ibidem.; Hierony.; † mirabilis; † batos; † Hiram Abi, vel Hiram patris mei sub Hebrum.]

Sicut egisti cum Dauid patre meo,& misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domũ in qua † & habitauit, sic fac mecum, vt ædificem domum nomini Domini Dei mei, & consecrem eam: ad adolendum incensum coram illo,& fumiganda aromata,& ad propositionem panum sempiternum, [1] & ad holocaustomata [2] mane,& vespere sabbathis [3] quoque,& neomenijs & solennitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli. Domus enim quã ædificare cupio, magna est. Magnus est enim Deus noster, super omnes Deos. a Quis ergo poterit † præualere,vt ædificet ei dignam domum? Si cœlum,& cœli cœlorum capere eum non queunt, [4] quantus ego sum, vt possim ædificare ei domum? Sed ad hæc tantum, * vt adoleatur incẽsum corã illo. Mitte [5] ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro, & argento, ære, & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa, & in Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & † arceuthina, & † pinea de Libano. Scio enim, quòd serui tui nouerint cædere ligna de Libano, b & erunt serui mei cum seruis tuis, vt parẽtur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare, magna est † nimis & inclyta. Præterea operarijs qui cæsuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti milia, & hordei coros [6] totidem, & vini viginti milia † metretas, olei [7] quoque † sata viginti milia. Dixit autem Hiram rex Tyri per literas quas miserat Salomoni: c Quia dilexit Dominus populũ suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cœlum,& terram: qui dedit Dauid regi filium sapientem, et eruditum,& sensatum, atq; prudentem,vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi. Misi [8] ergo tibi virum prudẽtem, & scientissimum † Hiram patrem meum, d filium [9] mulieris de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius, e qui nouit operari in auro, & in argento, et

a ¶Doctores de gentibus: qui gloriosos in sæculo a fastu supe.biæ deijciunt, & in obsequium veri Salomonis transferunt.

a ¶Doctores quos misit Gentilitas.

a ¶Patrem suum vocat, quia de terra Israel pergẽs profectus docuit timorem Domini, & cognitionem veritatis.

a ¶Sapientiæ. b ¶Eloquentiæ.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ad pro.pa. *Quia semper erant ibi panes propositionis, non tamen semper ijdem panes,quia in sabbatho amouebantur primi,& ponebantur noui.*

2 Et ad holocaustomata. *Hoc erat iuge sacrificium.*

3 Sabbathis quoque,& neomenijs. *Quæ sint ista festa, dictum fuit primo libro 23.cap.in fine.*

4 Si enim cœlum. *Hoc dixit Salomon ad remouendum errorem, ne aliquis crederet deitatem loco determinato circumscribi.*

5 Mitte er. mi. 3.*Regum 7.b. dicitur:*Misit quoque rex Salomon,& tulit Hiram. *De voluntate enim Hiram regis Tyri uit. Ille Hiram fuit notabilis artifex; & ideo dicitur ab eo missus, ad petitionem tamen Salomonis.*

6 Et hordei coros totidem. 3.*Reg.5. Non fit mentio de isto hordeo, quia ibi solum fit mentio de cibo hominum: hordeum autem istud erat ad pabulum animalium.*

7 Olei quoque sata. *Immediate subditur in Hebræo:* Et vini batos viginti milia, *quod omittitur in translatione nostra: quia patet ex hoc quod infra dicitur:* Triticum er.& ho.& o.& vi.

8 Misi er. ti. vi. *Rex enim Tyri vocabat eum patrem; tum propter ætatem: tum propter artis suæ excellentiam, vt patet in litera. Hebræi tamen dicunt hic:* Hiram patris mei.*quia omnia nomina apud eos sunt indeclinabilia,sicut apud nos cornu, & gelu, id est, artificem excellentem a tempore patris mei,& sicut fuit excellens apud eum, ita & mecum.*

9 Filium mu.de fi. 3.*Reg.7.b.dicitur:* Et tulit Hirã de Tyro filium mulieris viduæ de tribu Nephthali,patre Tyrio. *Quod exponunt Hebræi sic, q secundum veritatem mater huius Hiram fuit Iudæa,& de tribu Dan,vt hic dicitur. Pater autem eius fuit Iudæus,& de tribu Nephthali;ideo 3.Reg.dicitur:* Hirã de tribu Nephthali; *quia genealogizatio fit ex parte patris magis quàm matris. dicitur tamen pater eius Tyrius,non natione,sed habitatione; quia habitauit ibi, sicut 2.Regum 6.b. dicitur;* Et habitauit arca Domini in domo Obededom Gethæi. *qui sic cognominabatur, eo q habitauerat in Geth;erat tamen de tribu Leui.Cætera patent ex dictis 3.Reg.5.*

a *Nos autem.* ✠ Hieron. Ioppen portum esse Iudææ,& in Regnorum,& Paralipomenon libris legimus,ad quem Hirā rex Tyri ligna de Libano ratibus trāsferebat:quæ Ierusalem terreno itinere perue herentur. Hic locus est in quo vsque hodie saxa monstrantur in littore, in quibus Andromeda religata, Persei quondam fuit liberata præsidio.

Rabbanus. Significat, quod gentes audita fama Euāgelij diuersas personas per fidē ad baptismum transmittit. Solius tamen est veri pacifici: vt absoluendo peccata per baptismi sacramenta vnitati Ecclesiæ illos adunaret, de quo dicitur: *Super quem videritis spiritum descendentem, & manentem super eum: hic est qui baptizat.* (Matth. 3. d)

b *Numera. igi.* Fuerunt operarij domus Domini de filijs Israel, de proselytis, de gentibus, de filijs Israel triginta milia, qui ad cedendas de Libano cedros missi sunt,sicut legitur in Regum. De proselytis de quibus,s.nunc agitur celores lapidū. De gētibus ipse Hiram,& serui eius,qui cū seruis Salomonis ligna cedebant de Libano. Omnes igitur hominum gētes per quas ædificanda erat Ecclesia, præcesserūt in ædificio templi Salomonis. Iudæi enim proselyti, & Gentiles ad veritatem Euangelij conuersi, Ecclesiam Christi recte viuendo, & docendo construunt.

c *Tria mil. & sexcen.* In Paralipomenon pro tribus milibus trecentis præpositis, qui in Regum numerantur, tria milia sexcenti scribūntur pro perfectione sublimium virorum. In senario enim Deus mūdi ornatum compleuit, & quia sancta scriptura fidem Trinitatis docet, & opera iustitiæ, recte tria milia sexcenti perhibentur fuisse.

a ¶Prædicationis. b ¶Firmitate fidei. c ¶Decore virtutum. d ¶Viriditate boni operis. e ¶Permartyrium effusi sanguinis.

ære, ferro, & † marmore, & lignis: in purpura quoque, & hyacintho, & bysso, & coccino: & qui sciat cælare omnē sculpturam, & adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium est, cum † artificibus tuis, & cum artificibus domini mei Dauid patris tui. Triticum ergo, & hordeum, & oleū, & vinū [1] quæ pollicitus es domine mi, mitte seruis tuis. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe: tuum autem erit transferre ea in Ierusalem. Numerauit igitur Salomon omnes viros † proselytos, qui erant in terra Israel post dinumerationē quam dinumerauit Dauid pater eius, & inuenti sunt centum quinquaginta milia, & tria milia, & sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta milia, qui humeris onera portarent: & octoginta milia, qui lapides in montibus cæderent: tria autem milia, & sexcentos † præpositos operum populi.

a ¶Cœlestis conuersationis. b ¶Castitatis. c ¶Charitatis.

a ¶Qui ex gentibus in consortium populi Dei transierunt. ¶Pro sabbathismo animarum.

a ¶Alter alterius onera portate. Et alibi corripite inquietos, & consolamini pu.&c. b ¶Pro spe resurrectionis quæ 8. die 1. post sabbathum, & in Domino præcelsit, & in nobis speratur.

a ¶Prædicatores. b ¶Duras hominum mentes. c ¶Qui nati erant in monte superbiæ, primi parentis præuaricatione orti. d ¶Doabris verbi Dei, vt ædificio domus conueniret. e ¶Pro fide Trinitatis, quam prædicant nobis.

a ¶Sacræ scripturæ creditores, a quibus nos erudimur inscios docere, contemptores corripere, onera nostra inuicem portare.

Margin: In 2. c. Ionæ. — † lapidibus — † sapientibus, & sapientibus — † peregrinos — † qui sollicitarent populum ad operandū.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Triticum ergo, & hordeum, & oleum. *Supra non fecit mentionem de vino, sed quia hic repetitur, tenendum quòd a principio fuit sub pacto, sicut & alia.*

CAP.

CAP. III.

a ET cœpit Salomon. ✠ Angelom. Mons Moria fuit demonstratus Dauidi ab Angelo tenente gladium, supra aream Ornam Iebusæi, vbi empta area ædificauit altare.

✠ IOSEPHVS. Deus præcepit Abrahæ filium Isaac sibi offerre in monte nomine Moraim eleuatum, ara ibidem collocata; sic enim appariturum eius religionem, si etiam saluti filij præponeret, quod Deo placeret. In eo autem monte templum postea rex Dauid collocauit. (Lib. 3. Antiq. c. 12. & lib. 7. cap. 13.)

Rabbanus. b *In area Or.* Ecclesia per aream signatur. vnde; *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit areā suā.* (Matth. 3. c) Ornam, id est, ornatus, natione Iebusæus Gētiles significat, a Domino ornandos, & in filios Ecclesiæ commutandos. vnde: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* (Ephes. 5. b) Iebus autem ipsa est Ierusalem. Iebus interpretatur conculcata: Ierusalem visio pacis: in qua dum Ornam Gentilis regnabat Iebus dicta est, sed cum Dauid in ea locum holocausti emeret, & cum Salomon templum ædificaret, Ierusalem vocata est. Gētilitas enim nescia diuini cultus cōculcatur a dæmonibus, sed cū Christus eā respexit pacis in se, & locū inuenit, & nomen.

c *Mense.* i. Maio mox s. post Pascha, vt consecratus mystica solemnitate populus digne aggrederetur mysticum opus.

d *Anno qu.* Post expletam dispensationem diuinæ incarnationis,

CAP. III.

a ET cœpit Salomon ædificare domū Domini in Ierusalem in monte Moria, qui [1] [2] demonstratus fuerat Dauid patri eius [3] in loco quem parauerat Dauid in area Ornam Iebusæi. Cœpit autem ædificare mense secundo, * anno quarto regni sui. Et † hæc sunt fundamenta [4]

a ¶In visione pacis quæ est in vnitate Ecclesiæ. vnde: In pace factus est locus eius. b ¶Christo de quo dicitur; Nunquid potest abscondi ciuitas in monte posita. c ¶Id est, visionis, quia quos ad claritatis suæ visionem vocat, in hac vita laborantes visitare, & adiuuare dignatur.

a ¶Præsciuit eum Dauid secundum carnem nasciturum, sicut & alij Prophetæ.

a ¶Hoc ad gentes refertur, quæ secundo loco ad ædificationem Creatoris conuenerunt.

Margin: (In 3. Reg. c. 6.) * die — † hæ sunt dispositiones vel mensura, secundū quas cōsultum ipsi Salomoni ædificare.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

1 ET cœpit Salomon ædificare. *Hic consequenter describitur ipsius templi ædificatio. Et primo quantum ad formam templi. Secundo quantum ad vasa ministeriū 4. c. Prima in tres, quia primo describitur forma templi. Secundo ipsorum cherubim quæ fuerunt posita, ibi;* Fecit etiam in domo sancti sanctorum cherubim. *Tertio columnarum quæ erant in porticu templi, ibi:* Ante fores etiam templi. *Sententia autem primæ partis, & secundæ patet ex dictis 3. Reg. 6. a principio cap. vsque prope finem, exceptis quæ sequuntur.*

2 In monte Moria. *Id est, visionis: ille est locus in quo Abraham obtulit Isaac, vt habetur Genes. 22. & vocatur ibidem locus visionis quia Abraham appellauit ipsum, Dominus videt, vt ibidem dicitur.*

3 Qui demonstr. fuer. *Quando Angelus præcepit, quòd Dauid ibi ædificaret altare, & victimas offerret, vt dictum est supra lib. 1. in fine cap. 31. & in princ. 22.*

4 Mense secundo. *In secunda, s. die mensis. sic est in Hebr. translatio vero nostra omittit, in secunda.*

1 In

MORALITER.

1 *Et cœpit Salomon ædificare domum.* Expositionem huius capituli mysticam require. 3. Regum 6. cap.

a quæ iecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta, latitudinis cubitos viginti. 1 b Porticum vero ante frontem, quæ tendebatur in longum, iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorum viginti. Porro altitudo centum viginti cubitorum erat. Et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. 2 Domum quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum.

a ¶Sculptura palmarum descriptio virtutum per quas vera victoria, & remuneratio acquiritur.
a ¶Charitatis officia quibus sanctorum fraternitas copulatur, & in vnam Christi domum toto orbe componitur.

Sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas se inuicem complectentes.

a ¶In Regum ita, Texit pauimentum tabulis abiegnis. vnde patet, quia tabulas abiegnas non in terra posuit, sed super marmore. tertio vero aurum superposuit.

c Strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo † marmore, decore multo. Porro aurum erat † probatissimum, d de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes,

a ¶Charitas.
a ¶Sanctos Doctores.
a ¶Parietes templi auro Salomon texit cum Christus cœtus fidelium lumine sapientiæ, & charitatis illustrauit.
b ¶Angelicam conuersationem in hominum moribus, vt sicut ab Angelis seruitur ei in cœlis, ita ab hominibus seruiatur in terris.

& parietes, & ostia, e & cælauit cherubim in parietibus. f Fecit quoque domum Sanctisanctorum longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum. Et † laminis aureis texit eam quasi g talentis sexcentis, h sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli 3

† lapide
† ex Pharnaim nomē loci
† auro bono
· quasi.

A tionis, quæ in quatuor Euangelijs scripta est, misso spiritu de cœlo Ecclesia fabricata est. Quæ in lib. Regum exposuimus, in Paralip. sub breuitate perstringimus.

Quæst. in 2. Paralip.

a *Longitudinis.* ✠ Theodor. Nemo existimet hunc librum dissentire a libris Regum, quoniam templi lōgitudinem hic quidē inuenimus sexaginta cubitorum, illic autem quadraginta. Inuenis enim præter quadraginta, alios viginti eius quod vocatur Dabir, hoc est, Sancti sanctorū; viginti autem adiectis quadraginta fiūt sexaginta. Sic rursus altitudinem viginti quidem, & quinque cubitorum in libris Regum inuenimus, hic autem cētum, & viginti. Sed in exemplo ostendit diuinus Dauid quòd non vnum solum tabulatū habuit Dei templū. B Regum quoque docet historia quod nō solum duo, sed etiā tria habebat tabulata.

Lōgitudo domus longam Ecclesiæ patientiam significat. Latitudo charitatē, qua etiam diligit inimicos, donec cum solis amicis in Deo gaudeat. Altitudo vero spem futuræ vitæ, & retributionis, quia omnia aduersa contemnit, donec videat bona Domini in terra viuentium. Notandum, quòd triginta cubiti altitudinis, qui in Regum leguntur, non ad tectum templi, sed vsque ad cęnaculum inferius peruenerunt. Hic enim quod altitudo centum viginti cubitorum erat. Alij triginta ad medium cęnaculum: alij vero ad tertium, deinde vsque ad supremum templi tectum numerabuntur. alij triginta, & sic tota altitudo domus in centum viginti cubitis cōsummatur: quo numero virorum primitiua Ecclesia in Ierusalem gratiā C Spiritussancti accepit. Quindecim namque qui ex septem, & octo constat, futuram vitam signant, quæ nunc agitur in quiete animarum, & perficietur in resurrectione corporū. quindecim vero in trigonum ducta, id est, cum omnibus partibus suis numerata centum viginti fiunt, quibus designatur futura beatitudo electorum. Bene autem hoc numero tertium cęnaculum domus consummatur, quæ post præsentes labores post animarum requiem plena fęlicitatis gloria in resurrectione complebitur.

Nota.

b *Porticum vero.* Ipsum, scilicet templum quod erat pro foribus oraculi. tripertita enim fuit fabricæ distinctio; hoc est porticus ante templum; & ipsum templum in quo altare thymiamatis, mensa propositionis, & candelabrū luminis erāt, & oraculum, id est, Sanctumsanctorum vbi arca testamenti, & cherubim post velum collocata. Porticus vero ante templum antiquorum figuram gestat fidelium. Ipsum vero templum eorum qui post incarnationem Domini in mundū venerūt. Domus aūt interior regni cęlestis gaudia vtrisq; data.

Nota.

Notādum ergo, quòd parietes domus lapidibus pretiosis facti fuerunt tabulis cypressinis, vel cedrinis operti, laminis aureis vestiti. vnde in Regum; *Et cedro omnis domus vestiebatur, &c.* Lapides parietis, vel pauimenti, & tabulæ, & aurum sanctorum vitam in Ecclesia significant. Lapides viui sunt sancti fortitudine fidei in vnam regulam coniuncti. Tabulæ quoque cedrinæ, vel cypressinæ sunt sancti latitudine variarum virtutum secundum donationem Spiritussancti in eadem fide sibimetipsis connexi. Auri laminæ sunt sancti supereminentem scientiæ charitatem habentes, & huius fulgore gratissimo adinuicem congaudentes.

c *Strauit quo.* Sicut latitudo parietis in altum exurgēs, & ad laquearia D perueniens prouectus virtutū quibus sancti ad cęlum perueniunt, vel sanctorum choros sibi per varia tēpora succedentes significāt, Ita æqualitas pauimēti cōcordē eorū humilitatē, qua in hac vita positi sociali charitate cōuersantur. Pauimentum pretioso marmore stratum multo decore, & marmor tectū tabulis abiegnis, quia vita iustorum primo fidei firmitate munienda est in corde; post virtutum latitudine ornanda in opere. Quid enim prodest decor marmoris tabulis obtecti, nisi aliquid mysticum ostendat? sed bonorum amplitudinem operum fortitudine fidei fulciendam esse significat. Abies vero alta, & durabilis mentem electorum infima spernentem, cœlestibus E inhærentem, & virtutem patientiæ excellentem demonstrat. Auri laminę marmori de tabulis abiegnis superpositæ latitudo est charitatis de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quæ sicut aurum alijs metallis, ita cæteris virtutibus in templo Dei præfulget.

d *Postes, &c pa.* Texit: cum aditum fidei ipso Domino pandente qua veritate reluceat omnibus Ecclesiam intrantibus ostendit. Ostium templi Christus est; per quem venitur ad patrem, qui ait; *Ego sum ostium, &c.* In Regum ita scriptum est; *Oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti latitudinis, & viginti altitudinis.* Oraculum dicitur Sanctumsanctorum; quia ibi diuina, & angelica locutione hominibus secreta reuelantur. vnde; *Oraculum in abditis,* id est, interiori domo factum est, quia in superna patria Angelorum visio, & allocutio, & ipsa Dei præsentia reuelabitur. Quod dicit viginti cubitos altitudinis, parietem cedrinum significat, qui oraculum ab æde exteriori segregat.

Ioan. 10. b
3. Reg. 6. c

F

e *Cælauit che.* Habet hæc domus, sicut in Regum legitur, cælaturas eminentes, cum sancti opera virtutum non in occulto agant, sed exemplum omnibus præferunt.

f *Fecit quo.* Oraculum vbi erat arca, viginti cubitos habebat in longitudine, latitudine, altitudine, id est, per quadrum, quia in superna patria ubi regem in decore suo uident sancti, sola charitas diuinæ, & supernæ gratiæ per omnia fulget. Vnde in sequentibus. *Laminis aureis texit eam*, id est, męnia supernæ ciuitatis gratia charitatis impleuit.

3. Reg. 6. a

g *Talentis sex.* In talentis ponderis perfectio, quæ charitatis perfectionem exprimit, sicut perfectio senarij, per quem centenarius multiplicatur, ut fiant sexcenti.

Rabbanus.

h *Sed & clauos.* Quinquagenario numero peccatorum remissio, & spiritualis gratia, & requies ęterna figuratur, clauis uero laminę auri affigebantur in parietibus domus Domini. Claui sunt uerba cęlestia, quibus in amore bonorum operum proficimus, & conseruamur; hęc nobis promittunt ueniam peccatorum per gratiam sancti spiritus, & sabbathismum in futuro ęternum. Hi sunt claui dilectionis, & claui timoris, quibus incipientes necdum ad perfectionem uenientes illecebras uitiorum mortificāt, illis, scilicet, ueritatis sermonibus contixi, quibus docemur carnem nostram crucifigere cum uitiis, & concupiscentijs. Vnde Propheta; *Confige a timore tuo carnes meas, &c.* Qui ad perfectiora perueniens de clauis perfectionis, ait; *Mihi autem adhærere Deo, bonum est.*

Gal. 5. d
Psal. 118. b
Psal. 72. d

a Cænacula

NICOLAVS DE LYRA.

1 In mens. pri. *Id est, secundum formam, & mensuram sibi traditas a Dauid qui tradidit Salomoni exemplar omnium fiendorum in templo, vt dictum est supra lib. 1. 28. cap.*

2 Et deaurauit eam. *Hoc est intelligendum quantum ad inferiorē mansionem templi, quæ continebat sanctum, & sanctumsanctorum.*

3 Sed & clauos. *Ad coniungendum fortiter laminas aureas cum tabulis, quæ erant in parietibus domus.*

2 Et

1 Ipsi

a clavi siclos quinquagenos appenderent. Cœnacula quoque

a ¶Vnius mensuræ, & eiusdem operis erant duo cherubim: quia nulla dispar voluntas est in superna patria, vbi omnes illustrantur eadem præsentis Dei visione, & gloria.

b texit auro. Fecit etiam in domo Sanctisanctorum cherubim[a] duos[a] opere † statuario, & texit eos auro. Alæ cherubim vi-

c ginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque

a ¶Propter consortium charitatis, quæ minus quàm inter duos esse non potest: vnde discipuli ad prædicandum bini mittuntur, vt qui verbum fidei prædicent, charitatem ante omnia teneant.

a ¶Vnum opus erat in duobus cherubim: quia vtriusque testamenti scriptores eadem castitate operis, & devotione charitatis Deo seruiunt, vna & consona voce, ac fide Deum prædicant.

cubitos habens, alam tangeret alterius cherub. Similiter[a]

d cherub alterius ala quinque habebat cubitos, & tangebat pa-

a ¶Quia in omni labentium rerum varietate sancti sui corporis sensus in obsequium sui conditoris extendunt. d ¶Alæ interioris super arcam se inuicem contingunt: quia testamenta pari de Domino consentiunt attestatione.

e rietem, & ala[a] eius altera quinque cubitorum alam cherub[b] alterius contingebat. Igitur alæ vtriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti. Ipsi autem sta- 1

a ¶Quia nos ab huius peregrinationis ærumna erectos, ad suum desiderant venire consortium.

b ¶Versas habent facies.

f bant erectis[a] pedibus, & facies eorũ[b] versæ erant ad exteriorẽ

a ¶Supernorum desiderio quo imitari crucem nostram portando debemus. b ¶Sacramento Dominicæ passionis. c ¶Flamma spiritualis amoris. Vnde dixerunt qui ambulauerunt cum Domino: Nonne cor nostrum ardens, &c.

g domum. Fecit quoque velum ex hyacintho[a], purpura[b], cocco[c], 2

A a *Cœnacula quoque.* Sicut Sanctasanctorũ vbi erat arca, internã sanctorum vitam in cõspectu redẽptoris significãt. vnde; *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, a conturba. hominum.* Ita cœnacula in alto eandẽ vitã, i. in cęlis esse, & non in hoc mũdo. vñ: *Quæ sursum sunt quærite,* vbi Chrs est in dextera Dei sedẽs.

(Psal. 72. Psal. 70. Coloss. 3. a Rabbanus. 3. Reg. 6. c.)

b *Fecit etiam.* Hoc in Regum plenius legitur ita scriptum: *Et fecit oraculo duo cherubim de lignis oliuarum decem cubitorũ altitudinis, quinque cubitorum ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera,* id est, decem cubitos habentes; a summitate alæ vsque ad alæ alterius summitatem. Decem quoque cubitorum erat cherub secundus mensura pari; & opus vnum in duobus cherubim, id est, altitudinem habebat vnus cherub secundus. Posuitque cherubim in medio templi interioris. Extendebant autem cherubim alas suas, & tangebat ala vna parietẽ; & ala cherub secundi tangebat parietem al-

B terum. Alæ autem alteræ in medio templi se inuicem contingebant. Posuit autem cherubim (vt in Regum legitur) in medio templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & cęt. Manifestum est ex his quæ prædicta sunt, quasi cherubim in medio templi interioris sint positi, quorum habitatio est in cœlis. Extendebant autem alas quasi ad volandum: quia Angeli semper habent animum obsequio diuinæ voluntatis paratum. Quod ala vna tangebat parietem, & ala cherub secundi alterum parietem, pertinet ad illam charitatis administrationem, quam nobis Angeli exhibent. Quod alæ alteræ in medio templi se inuicem contingebant, eam dilectionis gratiam qua se alterutrum complectuntur, significat. *Texit quoque cherubim auro:* quia naturam eorum conditor immortali claritate sublimauit, & mentem verę dilectionis, atque humilitatis luce compleuit. Cherubim angelicæ dignitatis vocabulum est. Singulari numero cherub dicitur, plurali cherubim. Vnde per cherubim Angeli qui in cœlis conditori suo semper assistunt, possunt intelligi. De lignis oliuarum facti: quia virtutes angelicæ vnctæ sunt gratia Spiritussancti, ne arescant ab amore Dei. Sunt autem altitudinis decem cubitorum, quia denario vitæ æternæ fruuntur, habentes inuiolatam conditoris imaginem; seruata sanctitate, iustitia, & veritate, quam

(3. Reg. 8. a. — Cherub Cherubim.)

C prima conditione perceperunt. Denarius enim decem obolis constat, & in se nomen regis continet, & imaginem. Vnde regnum cœleste significat, vbi Angeli in imagine conditoris ad quam facti sunt, semper manent: & electi homines imaginem, quam peccando amiserant, recipiunt. Alæ cum in sanctorum hominum figura ponuntur, virtutes eorum significant, quibus semper ad cœlestia volare, & in his delectantur conuersari. Cum vero in figura Angelorum, gratiam perpetuæ, & indefectiuæ fœlicitatis eorum, qua semper in cœlestibus in ministerio sui persistunt autoris. Vel quia leuitate spiritualis naturæ sunt præditi, vt vbicunque voluerint, statim quasi volando perueniant, & hic cum alis figurati, & prophetis sunt cum alis ostensi. Duo cherubim, id est, duo testamenta, in oraculo facti in secreto consilio diuinæ dispensationis, de lignis oliuarum: quia lucem scientiæ nobis tribuunt, iuuante flamma charitatis Dei per Spiritumsanctum. decem cubitis altitudinis, quia obseruantiam Decalogi ad Deo seruiendum prædicant denario

D nario perpetui regni remunerandam.

c *Ita vt ala.* Quinque cubitorũ erat ala cherub vna, &c. qa Angeli legem Dei descriptã in quinque libris indefessa deuotione custodiunt, diligendo, s. Deum ex oĩbus viribus suis, & pximos, tanquã seipsos. *Plenitudo autem legis est charitas.* pximi quoque adinuicem sunt spiritus Angelici, & homines electi. Vnde vtraque ala cherub eiusdem mensuræ est; quia eadem deuotione qua sese alterutrũ in Deo diligunt, nostram quoque ad se ascendentium societatem desiderant. Similiter ergo alæ decem cubitos complẽt, cum in gemina charitatis exhibitione Angeli cõditoris sui præsentia lętantur.

(Rom. 13. — † instar puerorum.)

E d *Tangebat pa.* Duos æque parietes alis suis tangunt: quia Iudæos, & Gentiles secum habent cœlestis aulæ possessores; non quòd ibi sit localis distinctio inter vtrumque populũ, sed quia maior est festiuitas internæ beatitudinis de consortio adunatæ in Deo fraternitatis. Extendunt ergo ad vtrunque parietem alas: quia lætantes in cœlesti patria iustos vtriusque populi ad laudem excitant creatoris. Alas tectas auro ad oraculi parietes extendunt, sicut habent facies versas ad exteriorem domum; quia Angeli sicut suam innocentiam conseruant, sic de sanctorum beatitudine gaudent, vt eis quos adhuc in terris conspiciunt, opem ferant donec illos ad cœlestem patriam introducant. *Omnes enim sunt administratorii Spiritus in ministerium missi: propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* Alis exterioribus iste vnum parietem, ille alterum contingit; quia vetus testamentum antiquo populo scripto nouum nobis qui post incarnationem Domini ad fidem venimus; & secundo parieti, id est, septentrionali recte comparamur, qui post frigora, & tenebras idololatrię lucem veritatis cognouimus.

(exteriorem — Hebr. 1. d)

e *Ala eius.* Extendunt alas adinuicem super arcam, cum ad laudem Saluatoris referunt omne bonum quod acceperant. Extendunt alteras alas ad parietes oraculi, cum sanctos secum videre lętantur, eosque velut alarum summitatibus tangunt, quos imitatores suę puritatis in hac vita fuisse exultant.

f *Et fa. eo. ver.* Quia nostri gratia qui adhuc foris stamus, sed spe salui facti sumus, diuini libri sunt conditi, quorum scriptores iam cum Domino regnantes, nostrę salutis curam gerunt, & pro nobis interpellant apud Deum.

F g *Fecit quoque.* Hoc in Regum pręmittitur, sed ibi narratur quod hic non habetur, quia scilicet in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum postesque angulorum quinque, & duo ostia de lignis oliuarum postesque. Sed velum istud decoris gratia factum est, vt inter parietes deauratos holosericum fulgeret. Sed eiusdem mysterij cuius ostiola congrua significatione ante arcam, & in ingressum oraculi appensum, vt sicut ostiola congruis horis aperiebantur, sic & velum venientibus, qui in Sanctasanctorum ingrederentur. Cuius reuelatio secundum legem apertionem regni cœlestis significat, quę per carnem Christi donata est nobis. Vnde & baptizato Domino aperti sunt cœli: quia per baptisma quod nobis consecrauit, ingredimur ianuam regni cœlestis, & ipso moriente velum scissum est medium: quia legales figuræ ad finem peruenerant, & veritas Euangelij, & ingressus regni ipsa veritate aperitur.

(Matth. 3. d — Ibid. 27. f)

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipsi autem, &c. *Id est, obliquatis; vt dicit Magister in historijs; ita quod habebant vnum pedem magis eleuatum altero, quasi disponerentur ad ambulandum. Sed hoc non videtur verum: quia in Hebræo habetur;* Et stabant super pedes suos, *ita quod vterque pes vnius cherub tangebat pauimentum, & similiter pedes alterius. & ideo cum dicitur hic;* Stabant erectis pedibus, *intelligendum est, id est, rectis: quia recte super pedes suos stabant.*

2 Fecit quoque velum. *Istud erat pendens ad parietem diuidentem sanctum, & sanctumsanctorum, & tempore passionis Christi scissum fuit, vt habetur Matth. 27.*

1 Ante

a *Et intexuit.* Intexũtur cherubim his quatuor coloribus, cũ in oĩbus quæ pie agimus a venenatis dæmonũ telis p Angelica psidia ptegimur, & multitudine sciẽ idelineter vtimur, respiciẽtes sp ad eloqa diuina, ne a virtutũ calle aberremus. (Rabbanus.)

b *Ante fo. &c.* Stabãt in porticu ante fores tẽpli, & ingressum tẽpli suo decore ex vtraque parte ornabãt. Ostiũ templi Dñs est, q ait: *Nemo venit ad patrem, nisi per me, &c.* (Ioan.14.a) Ostiũ columnę ab vtroque latere circunstãt, cũ ministri sermonis vtrique populo introitum regni cęlestis ostendũt, vt quicũq; a luce legalis sciẽtiæ, vel Gentilitatis errore ad fidẽ Euãgelij venerit, habeat eos paratos qui sibi iter salutis verbo monstrent, & exemplo. In Regum de his columnis legitur: *Qui cum venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius, & finxit duas columnas æreas, &c.* (3.Reg.7.b.)

a ¶Castigatione carnis. vnde: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram.

a & abysso, & intexuit ei cherubim. Ante fores etiam templi ¹ b duas columnas, c quæ triginta & quinque cubitos habebant †altitudinis. Porro capitella earũ quinq; cubitorum, necnon d & quasi catenulas in ² oraculo, & superposuit eas e capitibus ³ columnarum. f Mala granata etiam centum, quæ catenulis ⁴ interposuit. g † Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo ⁵ templi, vnam a dextris, & alteram a sinistris. Eam quæ a dextris erat, vocauit Iachin, & quæ ad læuam Booz.

†longitudinis. †3.Reg.7.c

a ¶Dextera columna Doctores significat, qui in Ierusalem primitiuam instituerunt Ecclesiam.

¶Firmitas. ¶In robore.

c *Trigin. & qu.* Hic numerus pfectionẽ significat magistrorũ. Septenarius enim numerus per quinarium multiplicatus, triginta quinq; reddũt. Quinarius vero legẽ, septenarius propter spiritũ septiformem in flore radicis Iesse manentẽ, Euangeliũ exprimit. vnde alibi Dñs quinq; panibus quinq; milia hominũ, & alibi septẽ panibus quatuor milia hominũ pauisse narratur. (Matt.15.b, Marc.8.a) Columnæ igitur 35. cubitorũ, significãt doctores Euãgelij duorũ testamẽtorũ hẽre pfectã sciẽtiã. vnde: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.* (Matt.13.b.) Et alibi: *Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.* (Luc.24.g)

d *Quasi cat.* Multiplex catenarum contextio, & retis, sm Regum expãsio multifarias electorum psonas insinuat, quæ cum verbis Prædicatorũ fideliter auscultando, & obediẽdo adhærent, quasi capitibus columnarum superposita retia, & catenulæ miraculum suæ connexionis spectantibus præbẽt. (Rabbanus.)

e *Capit. col.* Capita columnarum, i. suprema pars, præcordia sunt Doctorum, quorum Deo deuotis cogitationibus, sicut capite membra, ita ipsorum oĩa opera dirigantur, & verba.

f *Mala granata.* Vno foris cortice multa interius grana circundant. vnde Ecclesiã significãt, q a vnius fidei munimine innumera electorũ agmina circũdat, vel cuiusq; iusti vitã, & mores, q multa cogitationũ virtutũq; insignia, ne forte defluant, firma fidei, & humilitatis vallãt custodia. Apte vero capita columnarum malis granatis erant in gyro circundata, quia sancti Doctores priorum vitam fideliũ ad memoriam reuocant: eorumque exemplis, & sermones suos omni parte confirmant, ne si aliter quàm illorum habet regula, vixerint, vel docuerint, errẽt.

g *Ipsas quoque.* Ideo duæ factæ sunt columnæ, & ita dispositæ, vt nobis in psperis, & in aduersis ingressum regni cœlestis ante oculos habẽdũ doceãt. Notandum vero q porticus tẽpli ẽt vestibulũ vocat, & quod legimus inter vestibulũ, & altare, inter porticũ, & altare intelligi debere. (Nota.) Secũda columna significat Prędicatores, q gentibus ad prędicandum missi sunt. Vel dextra colũna eos significat, q venturum in carne prophetauerũt Dñm. Secũda vero illos, q iã venisse, & mundum suo sanguine redemisse testatur. Ambæ columnæ simili vocabulo censentur, cũ vna firmitas, & altera in robore dr, vt vna fidei, & operis fortitudo cũctis inesse doctoribus mõstretur, & nostri temporis Doctores tacite notentur, qui columnæ domus Dei videri, & appellari volunt, cum in se firmæ fidei ad contemnendas sęculi pompas, ac desideranda bona inuisibilia, nihil habeant roboris ad corrigendos, vel industriæ ad intelligendos eorum, quibus pręsunt, errores.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ante fores. *Hic consequenter agitur de his quæ erãt in porticu, scilicet de duabus columnis notabilibus. de quibus dictum fuit diffuse 3.Reg.7. Et patet sententia ex dictis ibidem, excepto quod sequitur.*

2 Et quasi catenul. &c. columnarũ. *Certũ est aũt q illæ colũnæ erant in porticu tẽpli, & ideo dicunt hic expositores nostri communiter, q licet oraculũ proprijssime dicatur ipsum propitiatoriũ, eo q inde dabantur responsa diuina quasi de sede Dei, vt dictũ fuit diffuse Exo.25. tamen vlterius trahitur ad signandũ totã domũ Sancti sanctorũ, in qua erat propitiatoriũ, & vlterius ad signandũ partẽ anteriorẽ templi, quæ dicebatur sanctũ, vel sancta: & vlterius ad signandũ etiã porticũ, eo q cõiungebatur tẽplo. Et in hoc sensu loquitur hic scriptura, cum dicitur:* Et q.ca. *id est, opus reticulatum ad modum catenarum, supple fecit.*

3 In oraculo. *Id est, in porticu vbi erant columnæ.*

4 Et superposuit eas. *Quia super capita illarum columnarum erat opus reticulatum, vt habetur 3.Regum 7. Et ibi fuit diffuse expositum. Sed quia non recolo me vidisse in veteri testamento, & maxime vbi agitur de templi ædificatione, q oraculum dicatur nisi ipsum propitiatorium, & domus Sancti sanctorum in qua erat propitiatorium, ideo potest istud aliter exponi. Ad cuius intellectum sciendum, q in parietibus Sancti sanctorum erant cælatæ variæ figuræ, & erant ibi aliquæ ad modũ operis plectilis, seu concatenati, vel reticulati, & consimile opus factum fuit in capitibus istarum columnarum, tamen de alia materia. quia istæ columnæ fuerunt de ære, omnes autem figuræ quæ apparebant in domo Sancti sanctorum erant aureæ. secundũ hoc igitur potest exponi hæc litera sic;* Et q.ca. *i. opus catenatum, seu reticulatum simile illi, quod erat in oraculo. supple fecit.* Et sup. eas capitibus col.

5 Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo. *Id est, in porticu.*

CAP. IIII.

a *Fecit quoque, &c.* Altare holocausti significat eos, qui corpus suũ, & animam Deo igne amoris consecrant, quorũ perseuerantiam in bono opere longitudo altaris exprimit, latitudo amplitudinem in charitate Dei, & proximi, spem in expectatione diuinę visitationis altitudo prętendit. (Rabbanus.)

b *Viginti cubitorum.* Vicenarius magnam perfectionem indefessæ longanimitatis, & syncerę dilectionis significat, quæ per vtriusque testamenti obseruantiam nobis tribuitur. Quater enim quini viginti sunt. quinque autẽ sunt libri legis, & quatuor Euãgelia. Cũ vero ad intelligentiã, & custodiã legis illustrante gratia peruenimus, vicenariũ numerũ perficimus: sitq; idẽ numerus in lõgitudine, & latitudine altaris, cũ corda electorũ docẽte vtroq; testamẽto perseuerantiam huiusmodi operis etiam in persecutionibus seruant, & hilaritatem dilectionis etiam in eos qui persequuntur.

CAP. IIII.

a b FEcit quoque altare ęneum viginti cubitorum lon- ¹ gitudinis, c & viginti cubitorum latitudinis, & ²

¶Alias tis.

c *Et de. cu.* In denario spes cęlestiũ prẽmiorũ significatur. Vnde

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

FEcit quoque. *Hic consequenter agitur de vasis ministerii, inter quæ computantur etiam altaria. Et primo ponitur istorũ descriptio. Secundo ponitur quædam epilogatio, ibi:* Et compleuit. *Circa primũ agitur primo de aliquibus quæ erant in atrio sacerdotum. Secundo de illis quæ erant intra templum, ibi:* Fecit autem candelabra. *Primo ergo agitur de altari holocaustorum, cum dicitur.* (Diuisio.)

1 Fecit quoque. *Istud non fuit concauum, sicut altare quod fecit Moyses: quia non erat portabile de loco ad locum, sed erat interius de lapidibus impolitis, secundum quod præcipitur Exodi 20. & exterius erat æneum.*

2 Viginti cubitorum. *Et sic patet, q erat multo maius q̃ altare quod fecerat Moses, quod erat tãtũ quinq; cubitorũ in quadrũ secundũ longitudinem, & latitudinem: & sic area superior erat vigintiquinque cubitorũ. habebat etiam tres cubitos tantũ in altitudine: istud vero habuit*

MORALITER.

1 *Fecit.* Istud fuit altare holocaustorũ, in quo carnes aĩaliũ offerebãtur, iõ significauit austeritatẽ pœnitẽtię, in qua caro propria Dño sacrificat, & hęc oblatio tãto melior ẽ, & Deo placentior, quanto caro ppria carior hoĩ quã aliena Iob 2.b. *Pellẽ pro pelle, & cũcta quæ habet homo, dabit pro anim. sua, i.* p vita corporali seruãda. Vñ ibidẽ subdit: *Tãge os eius, & carnẽ, &c.*

2 *Viginti, i. quadrũ* p q signat quadratura 4. cardinal. virtutũ, &

unde, qui in vinea patrisfamilias laborant, denario remunerantur. Unde altare quidem electos significat. pro signanda eorum vita perpetua decem cubitis exaltatur.

a *Mare etiam.* Lauacrũ salutare quo in remissione peccatorũ lauamur. Sacerdotes. n. in eo lauabantur, vt in sequentib. dicitur, qui omnes electos significant, eo q. sint membra veri sacerdotis. Recte autem hoc vas mare dicitur in memoriã, s. maris rubri, in quo extinctis Aegyptiis et liberato populo Dei, baptismi forma praecessit. Baptismus uero uitae nobis munditiam querit in hoc seculo, & uitae ęternae gloriam promittit in futuro. Unde mare decem cubitorum à labio usque ad labiũ esse perhibetur, quia decẽ praeceptis omnia, quae facere debemus, exprimuntur. Denario quoq; merces beneficiorũ significatur, cum in uinea laborantibus promittitur. Erat ergo mare decem cubitorum à labio usque ad labiũ, quia à primo baptizato in nomine Iesu Christi vsque ad vltimum omnis fidelium chorus vnam veritatis viam ingredi, & communem à domino coronam iustitiae sperare dẽt.

b *Quinque cubitos habebat.* Quia quicquid visu, auditu, olfactu gustu, tactuve delinquimus, totũ in baptismo relaxatur. Sed non sufficit pteritorũ remissio peccatorũ, nisi quisque deinceps bonis opib. īstiterit. Alioqn diabol', q. exierat multiplicius redit, & fiũt hoīs nouissima peiora priorib. vnde addit.

c *Funiculus triginta cub.* Hoc est, disciplina cęlestiũ praeceptorum, qua a nostris voluntatibus religamur. unde. *Funiculus triplex difficile rumpitur*, quia obseruantia mandatorum Dei in cordibus sanctorum fide, spe, & dilectione supernae retributionis firmata, nulla potest aduersitate dissolui.

d *Et decem cubitis.* Sculptura subter labium circuībat illud decẽ cubitis ambiens mare. Duo ordines sculpturarum histriatarũ erant fusiles. cum praedictũ sit, q. resticula triginta cubitorũ mare circuierit, & nunc addatur, q. sculptura subter labiũ posita decẽ cubitis ambierit, patet q. vas erat in modũ phialae repandũ ac diffusum à triginta cubitis, quos habebat a labio vsque ad decem coarctatũ. Sculptura autem histriata est, quae historias rerũ imitatur. vnde per sculpturas histriatas quib. mare circundatur exẽpla priorũ temporum designantur, vt videamus quib. operib. sancti Deo placuerũt ab initio, quanta infelicitate ppter scelera perierunt reprobi.

e *Posteriora.* Quia qua mercede prędicatores in perpetuum donentur, Dei examine dispositũ est, sed nobis adhuc occultũ est. quib. hoc occultũ esse non pōt, quod omnis, qui baptismum ad salutem accipit, fidem, spem, & charitatem dẽt hẽre, nec sine his tribus virtutibus operari, vel ad salutẽ intrare ualet. unde in Regum dicitur. *Grossitudo aũt luteris triũ vnciarum.* Grossitudo luteris, firmitas est uirtutis. *Triũ vnciarũ*, qa robore fidei, spei, & dilectiōis pceptio baptismi munit'.

f *Porrò vastitas.* Grossitudo, quam Iosephus quatuor digitorum esse dixit, demonstrans quae fuit magnitudo palmi. Idẽ autẽ haec significant. Quisquis enim fide, spe, & charitate secũdum quatuor Euangeliorum doctrinam opera facit iustitiae, percipit, & mercedẽ aeternae uitae.

g *Tria milia metretas.* Millenarius perfectionem significat, quia denarius quadratum solidum facit. Decies enim decem, centum faciunt qui est quasi quadrata figura, sed plana, sed ut in altitudinem surgat, & solida efficiatur, multiplica centum per decem, & fiunt mille. Quo numero stabilis, & insuperabilis, & velut quadrata iustorum conscientia signatur. Quocũque enim quadratum uertis, stabit. Sic electorũ animus nulla tentatione a statu rectitudinis inclinatur. Capit mare tria milia metretas, cũ baptismi sacramẽtũ in fide trinitatis datũ, in se ablutis confert omnium remissionẽ peccatorũ.

h *Fecit quoque conchas.* In Regũ ita. *Fecit quoque decem luteres aeneos. Quadraginta batos capiebat luter vnus. Eratq; quatuor cubitorum. Singulos quoque luteres per singulas decem bases posuit, &c.* Apostoli, & Apostolici viri, qui per boues mare portantes significant, per bases quoq; portandis luterib. pparatas exprimũtur, sicut ipsi luteres baptismũ signant, quẽ figurabat mare. Oia. n. in eis, quae in holocaustis oblaturi erant, sacerdotes lauabant. Holocaustũ autem dñi omnis fidelium multitudo potest intelligi, quae ab ipso baptizatur in aqua, & igni. Sicut ergo sacerdotes, qui in mari lauant, eos signant, qui per baptismũ consortes summi sacerdotis efficiuntur, ita holocausta eosdem exprimunt, cum post ablutionẽ baptismi gratia implent' spirituali. Lauatur. n. in lutere hostia, cum fidelis p funditur aqua baptismi. Offertur in holocaustũ, cum p impositione manus episcopi accipit donum spiritus sancti.

i *Et posuit quinque.* In vtraque parte tēpli positae sunt bases luterũ, vt vtriq; de populo sacri fontis gratia designaretur esse pandenda. Et quinque sunt in vtraq; parte, vt sicut in expositione maris, qd quinque cubitis altũ esse iã diximus, demonstraret typice vniuersa, q p quinque sensus corporis delinquerat per lauacrũ baptismi esse remittenda. Sicut ergo in vno mari duodecim bobus superposito vnitas exprim' baptismatis, q p Apostolos toto erat orbe praedicanda. ita et per duos ordines luterũ mystice ostẽditur, qa Gẽtilitas cũ Iudaea in vnũ fidei psortiũ per baptismatis vndã erat procreanda.

k *Candelabra aurea.* Diuina eloquia, quae lucẽ sapientiae proferunt.

Text (center):

a decem cubitorum altitudinis. [¶Vel cubitorum.] Mare etiam fusile decem cubi-[1] b tis à labio vsque ad labium rotundum per circuitum. Quin- c que cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambibat gyrum eius. similitudo quoque boum erat sub- d ter illud. † Et decẽ cubitis quaedam extrinsecus caelaturę, quasi [2] duobus versibus labium maris circumibant. † Boues autem [3] erant fusiles, & ipsum mare super duodecim boues impositũ erat, quorũ tres respiciebant ad Aquilonẽ, & alij tres ad Occidentem. Porro tres alij Meridiẽ, & tres, q. reliqui erant Orien- e tem, habentes mare superpositũ. Posteriora autẽ boum erant f intrinsecus sub mari. Porrò † vastitas eius habebat mensuram [4] palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi li- [5] g lii capiebatq; tria milia metretas. Fecit quoq; conchas decẽ, [6] h & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarẽt in [7] i eis omnia, quae in holocaustũ oblaturi erant. Porro in mari sa- k cerdotes lauabantur. Fecit autem, & candelabra aurea decem [8]

Interlinear: a ¶Vt totus orbis lauacro vitae signaretur esse mundandus. a ¶Hi sunt 12. Apostoli, & eorum vicarij, qui mare impositum portant, cum iniunctum sibi euangelizandi officium prompta deuotione perficiunt, & in quadrati orbis partibus eidem sanctae Trinitatis astruunt. a ¶Gustus dominicae passionis. b ¶Aperta claritas resurrectionis. a ¶In Regum, duo milia batos. b ¶Quomodo hae conchae factae fuerunt, in Regum plenius scriptum est.

Margin notes: Rabbanus. — †per circumitum circundātium illud decẽ cubitis ambiebant mare per circuitũ. — †densitas, vel crassitudo. — Matt. 20. a. — Luc. 11. d. — Ecc. 4. b. — Rabbanus. — Sculpturae histriatae. — 3. Reg. 7. d. — † Duo autem ordines. — † batos.

NICOLAUS DE LYRA.

buit viginti cubitos in longitudine, & viginti in latitudine, & decẽ in altitudine, & sic area superior habebat quadringentos cubitos. Patet etiam, quod oportebat habere ascensum ad hoc altare, aliter sacerdotes non possent desuper ministrare, illic tamen ascensus erat sine gradibus per modum eleuationis paulatim ascendentis a longinquo, sicut plenius dictum fuit in Exod. cap. 20.

1 Mare etiã fusile decem cubitis. *Hic consequenter agitur de mari aeneo in quo lauabantur sacerdotes. Secundo de luteribus in quo lauabantur hostiae offerendae ibi.* Fecit quoque conchas. *Sed ista-rum partium patet ex dictis. 3. Reg. 7. c. vbi diffuse fuit dictum de dispositione huius maris, & luterum. tamen de hoc aliqua pauca sunt hic exponenda.*

2 Quasi duobus versibus. *id est, ordinibus.*

3 Labiũ maris. *Non est intelligẽdũ, q illi duo ordines caelaturarũ essent iuxta labiũ, quod erat in superiori parte maris, sed erant versus inferiorẽ partẽ, sicut fuit ostensum 3. Reg. Sed dicuntur hic circumire labium, quia procedebant in circuitu maris versus partem inferiorem, sicut & labium circumibat in parte superiori.*

4 Porrò vastitas eius, &c. *id est, spissitudo maris.*

5 Habebat mensuram. *3. Reg. dicitur.* Trium vnciarum. *Et dicendum, quod eadem est mensura, sicut ibi plenius fuit dictum.*

6 Fecit quoque conchas. *id est, luteres. Et vocantur hic conchae à concauitate, quia luteres erant interius concaui.*

7 Et posuit quinque. *s. respectu maris aenei, quod erat in medio.*

8 Fecit au. & cand. *Hic consequenter agitur de aliquibus, q erant intra tēplũ. s. in illa parte, quae dicebatur sancta, vel sacra. Sed o reuertitur ad aliqua qua erant extra tēplũ, ibi.* Fecit &c. *Circa primum dicitur.* Fecit aũt, & cand. &c. *i. secundum similitudinẽ candelabri, qd fecit Moses, de cuius factura, et forma dictũ fuit diffuse Exo. 25.*

MORALITER.

† *& de. c. al.* p qd significatur impletio decẽ mãdatorũ. Per hoc igit', q altare holocausti fuit sic dispositũ, significat', q austeritas poenitentiae non est Deo placita, nisi annexã hẽat quadraturã virtutis cum impletione decẽ mandatorum. Cęterorum autem expositio mystica posita est 3. Reg. 7. cap.

ferunt. vnde. *Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lu. &c.* Hinc Salomon ait. *Quia mand tū lucerna est, & lex lux.* Bis qna sunt cādelabra, quia quinq; sunt legislatoris volumina, in quibus & tota veteris testamēti series cōplectitur quinq, seculi etates. Quinque à dextris, & quinq; à sinistris ponunt, cū post incarnationē domini eadem scriptura vtrique populo committitur, vel euangelicis plena figuris ostenditur, quæ quondam iuxta literam solum intelligēda esse putabatur.

Psalm. 118.b. Prouerb. 6.c.

Rabbanus. a *Necnon, & mensas.* Has mensas tam ad panes propositionis, quam ad vasa domini portanda factas esse credibile est. Pluralem vero numerū pro singulari posuit vsitato more, vt in Iesu Naue. *Filii autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerūt de anathemate.* cum Achaz solus hoc fecerit. Vel quia panes propositionis solebant ante sabbathum coqui, vt mox in sabbatho proponerentur in mēsa ppositionis. Potuit cū fieri, vt panes noui nouiter cocti illis mensis imponerētur, ibiq; nocte illa seruarent operti, donec primo mane ablatis veteribus super mensam ppositionis ponerent calidi. Sed sicut vna mensa duodecim panib onusta, vnanimem totius scripturæ ɔcordiā apostolica authoritate munitam significat. Ita decē mensæ aureæ, diuinæ legis pphetarū eloquia, quæ refectionē nobis verbi Dei quasi panes ppositionis offerunt, vt exēpla fideliū positorū quasi in se vasorū Dei claritatē, & miracula proponunt. Mensa aurea sacra scriptura est spiritualis scientiæ claritate fœcunda. De qua Psal. *Parasti* (inquit) *in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Panes propositionis sunt doctores sancti, quorum opera nobis velut vbera salutaria ad exempla vitæ pposita sunt.

† Scopas, & infra. † funiculos, & infra. Iosu. 7.a. Psal. 22.b.

Rabbanus. b *Fecit etiam atrium.* Atriū sacerdotū in ecclesia, vitam exprimit perfectorū, qui excellētia virtutū domino appropinquare, & aliis verbo, & opere ducatū solent ostēdere. Sacerdos enim dicitur, quia sacrum ducatum præbet minoribus. Quo nomine non solū episcopi, vel presbyteri, sed & oēs, qui altitudine conuersationis, & doctrinę salutaris pēminēt solent appellari, qui, si non sibi tantū, sed pluribus prosunt, qui exhibentes corpora sua hostiā viuentē, sanctam, Deo placētē, sacerdotale ministeriū exercent quibus per Petrum dicitur. *Vos autē genus electum, re. sa. &c.* In Regum ita. *Et ædificauit rex Salomon atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri.* De interiori atrio breuiter dicitur, de exteriori prorsus tacere vr. Sed in verbis dierum, mētio vtriusque. Atriū ergo interius, quod vocat sacerdotū, quia sacerdotes, & Leuitæ in eo ministrabant, quod erat tēplo circundatū, sed ab Oriente vn tēpli erat ingressus, multo lōgius à templo secretū, quia ibi, i. in facie tēpli fiebat ministeria sacrorū. Ibi altare æneū ad hostias offerēdas. Ibi decē luteres ad eas lauādas. Ibi mare æneū ad lauādas manus, & pedes sacerdotū, cū intrarēt ad ministrādū. Hebat autē hoc atrium

Sacerdos. Phil. 4.d. 1. Pet. 2.b. 3. Reg. 6.d.

secundum speciē qua iussa erant fieri, & posuit ea in templo, (a: In regum singulari numero Et mensam super, quam ponerentur panes propositionis auream.) a quinque à dextris, & quinque à sinistris. Necnon, & mensas decem, & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque (a: Exterius atrium.) b à sinistris, † phialas quoque aureas centum. Fecit etiā atrium (a: Hæc vitam moresque carnalium significat, quibus dicitur: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, & cæt.) c sacerdotum, & † basilicam grandem, & ostia in basilica, quæ d texit ære. Porrò mare posuit in latere dextro contra Orien- (a: Vel etiam. b: Ad suscipiendos cineres altaris holocausti. c: Fuscinulas quibus carnes victimarum de caldariis extraherentur, & ad esum hominum offerrentur.) e tem ad Meridiem. Fecit autem Hiram lebetes, & † creagras (a: Ad offerenda libamina:) f g & phialas, & compleuit omne opus regis in domo Dei, hoc (a: Prædicatores vtriusque populi. b: Prædicatorum corda.) est columnas duas, & epistylia, & capita, & quasi quædam (a: Sicut supra.) retiacula, quæ capita tegerent super epistylia. Mala granata (a: Sicut supra.) quoque quadringēta, & retiacula duo, ita vt bini ordines, ma-

atriū tres cubitos altitudinis s̄m Iosephū, quaten⁹ ab īgressu templi cæteros phiberet, & solis sacerdotib. hæc licere signaret. Erat ei ianua ad Orientalē plagā, a qua vsque populus hostias, & sacrificia inferebat, inde suscipiēda à sacerdotib. & ad altare perferenda: Quæ de atriis, vel porticib. hic minus dicit, in libro Regum secundum Bedā plenius expressimus.

strabus.

c *Et basilicam grand.* Quæ erat extra atriū sacerdotum, inquam omnis populus ad orandum, vel ad verbū audiendum cōueniebat. Hæc in ecclesia vitam moresque carnalium significat quibus dicitur. *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, etc.* *Et basilicā.* Bene p basilicam grandem carnales significātur quia multo maior est in ecclesia numerus talium, quam perfectorū. Sed quantum præstant numero, tantum succumbunt merito. Vnde hæc basilica grandis etsi plurimos capit, non ad ostiū altaris, non in ipsum quoque atriū sacerdotū saltē intromittit, quia carnales, & infirmi, & in b meritū castæ fidei, & pietatis ad electorū sortē pertinēt longe tū ab his sunt, qui dicit Non audeo loqui aliquid eorū, quæ p me nō efficit Chrs, ī obediētia gētiū verbo, & factis.

† crateras. † atrium grande locus erat vbi stabant sacerdotes sacrificaturi super altare, & erat pauimento p gradum altior & infra. 1. Cor. 3. a.

d *Et ostia in basilica.* Hęc signāt introitū fidei sermone pdicationis pparari, vt venientes discāt quō per fidem Christi, vel salutaria sacramenta debeant intrare ecclesiam Dei, & postquam intrauerint, quam religiose debeāt cōuersari.

e *Fecit autem Hiram.* Lebetes cineres sacros suscipiunt, cū fideles exempla, & sacramenta dominicæ passionis ad custodiam sui pia mente retractant, vel exitum iustorum diligenter aspiciunt, qui magnis elaboratis agonibus de percepto brauio sine fine lætentur, vt consideratis maiorū virtutibus, & ipsi magni efficiantur. vnde, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini, & fidem.

f *Et creagr.* Creagræ pdicatores signant, qui animas fidelium verbo Dei reficiunt spiritualibus spiritualia cōparantes, carnalib. vero lac simplicis doctrinæ ministrātes, qui aūt sacramenta Christi summatim cognoscere, & ad imitationē suscipere volunt, quasi carnib. hostiæ salutaris satiantur, & quia doctorū est cuique ɔgrua diuidere, recte fiunt sacerdotib fuscinulæ, quib. carnes hostiarū prout oportet ɔponant, & alia hominib, mundis quędā afferāt, alia altaris ignib. cōsumenda relinquant, quædam. n. nostrę humilitati ad refectionē reuelantur, quædā solūmodo patēt scientię sancti spiritus. quædā in Para. quę in Regū exposita prætermisimus, quæ dā exposita nō inuenimus, & nostræ paruitatis ɔsuetudinē excedere nolumus. Nusquā. n. per nos aliquid exposuimus.

g *Et Phialas.* Phialæ latiorē, & apertiorē sanctæ doctrinę significant sermonē, qui haustū sapientię pie sitientib. impēdit, & pie laborantibs, refocillationē congruā per prędicatorum ministeria tribuit, vt ad fontem vitę ęternę peruenire possint, ex quo bibentes non sitient in ęternum.

In arcillo sa.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et posuit ea in templo. *Scilicet respectu candelabri, quod fecerat Moses, quod erat in medio. ista tamen candelabra omnia erant in parte Australi templi, sicut & candelabrum, quod fecerat Moyses, secundum quod habetur Nume. 8. cap.*

2 Necnon, & mensas decem. *scilicet aureas.*

3 Et posuit eas in templo. *scilicet respectu mensæ, quam fecerat Moses, tamen omnes istæ mensæ erant in parte Aquilonari ipsius templi, sicut & mensa, quam fecit Moses, vt habetur Nu. 8. Ratio autem huius situs candelabri, & mensæ fuit dicta Exo. 26. & Nu. 8.*

4 Fecit etiam atri. *Hic breuiter facit mentionem de atrio sacerdotum, quod erat in circuitu templi.*

5 Et basilicam grandem. *Basilica proprie dicitur domus regia. A βασιλεύς, quod est rex in Græco, est tamen nomen basilicæ tractum ad quodlibet ædificium notabile. Istud autē atrium erat clausum sumptuose, & curiose, scilicet tribus ordinibus lapidum, & vno ordine cedri, vt habetur 3. Re. 6. in fi. & ideo vocatur hic basilica.*

6 Et ostia in basilica. *per quæ ingrediebantur sacerdotes atrium.*

7 Porro mare posuit in latere. *hoc ponitur hic, quia supra nō determinauerat de situ huius maris, & ex hoc, quod dicitur hic patet, q declinabat ad dexterā partē atrii, accipiendo dexteram prout sacerdotes egrediebantur de templo. quia egrediendo procedebant versus Orientē, eo quod ingressus templi erat in parte orientali ipsius templi.*

8 Fecit autem Hiram lebetes. *id est, caldaria.*

9 Et crea. *id est instrumenta ad extrahendum carnes de caldariis. Et dici ut κρέαγρα à κρέας, quod est caro, quod carnem trahat.*

10 Et phi. *In Heb. habetur.* Et bacinos, *ista instrumenta erant p altari holocaustorum.*

11 Et compleuit. *Hic consequenter respectu prædictorum ponitur quædam epilogatio, vt aliqua addantur, quæ fuerunt omissa, & patet sententia vsque ibi.* Bases

A a *In argillosa.* Argillosa terra de qua factæ sunt formæ ad fundenda vasa, sacram scripturā (de qua bñ viuendi regulā accipimus) significat. Quasi enim argilla igne durata formā vasis dñi quanta & qualia fieri debet exhibet, cū nobis scripturæ regulā quam sequamur iustitiæ, & sanctorū ostēdit exēpla, qui igne tribulationis inuincibiles in oībus perstiterunt, vt nos in domo dñi vasa pretiosa esse cupiamus. Aes autem liquefactum igne argillæ formas ingreditur, vt possit vas aptū ministerijs celestib. effici, cum ipsi salubriter humiliati, & flamma diuinę charitatis vel humanę aduersitatis emolliti viā patrum bene operando intramus, vt ad prēmia illorum bene currendo perueniamus. Nec enim semper nos regulis bene operandi necesse est arctari, sed completa operatione bona palma beatę retributionis est sperāda. Quia non semper vasa in formis argillæ tenebant inclusa, vbi ad perfectionem venerant, fractis formarū claustris producebātur in lucē, & in templo domini pro suis quæque locis disponebātur. Nō quòd opera sanctorum interitura sint, sed vbi coronam iustitiæ acceperint, cessabunt officia laboriosæ operationis.

b *In regione Iordanis.* In quo Chrs baptizatus est, cuius tinctus vndis aquarum nobis vertit elemētū in ablutionē peccatorum. Et quia omne fidelium baptisma quo dño consecramur in exemplū illius baptismi celebratur, rectè ī regione Iordanis facta sunt vasa domus dñi. Nō.n. aliter vasa electionis fieri possumus nisi ad baptisma eius respicientes vitali flumine ablui satagimus. Notandum aūt, q. non tantū in regionem Iordanis, sed in campestri regione illius facta vasa dicit, significans multiplicationē fidelium, quę nō solū in Iudæa, sed in gentium latitudine futura erat. vnde, *Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt.* Et alibi: *Audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis syluæ.* Fudit ergo rex vasa domus domini in campestri regione Iordanis, quia dominus baptismo salutis de qua vasa misericordiæ faceret, totam mundi latitudinem impleuit.

C c *Fecitq; Salomon.* Dictauit quod Hiram ipso opere compleuit. Allegoricè verò redemptor noster in sanctis prædicatoribus, & omnibus fidelibus ornatum ecclesiæ parat, & virtutum efficit opera, qui ait: *Nihil sine me potestis facere.* & alibi: *Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desur. &c.*

Margin: † vel tridentes. † Abi vel patris sui subaudi faber. † oraculo. † psalteria. † vel pelues & cochlearia. cælauit. Nota. Psal. 95. c. Ibi. 131. a. Allegoricè. Ioan. 11. a. Iacob. 1. c.

lorum granatorum singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarum. ¹ Bases etiam fecit & [a ¶De his supra tractatum est.] conchas, quas superposuit basibus, mare vnum, boues quoque duodecim sub mari, & lebetes, & creagras, & † phialas. [¶ Quasi pater. s. reuerendus.] ² Omnia vasa fecit Salomoni Hiram ³ † pater eius in domo domini ex ære mundissimo. In regione Iordanis fudit ea rex in ᵃ argillosa terra ᵇ inter Socoth & Saredatha. ⁴ Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. ᶜ Fecitq; Salomon omnia vasa domus Dei, & ᵈ altare aureum ⁵ & [a ¶Decem scilicet de quibus supra dictum est. b ¶Hoc quoque supra expositum est. ¶ Vt supra.] ⁶ mensas, & super eas panes propositionis ⁷ Candelabra quoque cum lucernis suis, vt lucerent † ante oraculum iuxta ritum ex [a ¶Quia lumine veræ sapientiæ clarissimi. b ¶Species liliorum in candelabro super quas ponebantur lucernæ. c ¶Emunctoria quibus emungebantur lichnia candelabri, vt reparata melius lucerent.] ᵉ auro purissimo, & florentia quædam & lucernas, ⁸ & forcipes [a ¶Vasa in quibus odorabatur thymiama, sunt doctorum corda in quibus oratio pura & suaue flagrans. vnde: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.] aureos. Omnia de auro mūdissimo facta sunt ⁹ † thymiamateria quoque & thuribula, & † phialas, & mortariola ex auro pu [a ¶Puræ conscientiæ.] [a ¶In Regum ita, Et cardines ostiorum domus templi interioris sanctisanctorum, & ostiorum domus templi ex auro erant. ¶Angelica ministeria quæ nobis corpore egressis introitum referant vitæ cœlestis.] rissimo. ᶠ ¹⁰ Et ostia cælauit templi interioris, id est, in sanctosanctorum, & ostia templi forinsecus aurea. ᵍ Sicq; completum est omne opus quod fecit Salomon in domo domini.

D d *Altare aureum.* Corda perfectorū internæ charitatis & castitatis luce fulgentiū, quorum sublimitatē significat etiam locus altaris. Stabat enim ante ostiū sanctisanctorū, vt in factura tabernaculi legimus, in quo non hostiarū sanguis neq; libamina, sed thymiamata tātum incendebantur, quorū superiora ascēdens operiebat arcam, atque oraculum odore suauitatis implebat. In quo sancti figurātur, qui dū neglectis temporalium cupiditatibus tota intentione cęlestia quęrūt, quasi intus iuxta oraculum positi sunt: nec longè remoti a velo quo templū & sanctasanctorum dirimuntur, quia corpore tātum terram incolunt, sed tota mente in cœlo sunt. E Ascendit aūt ab hoc altari fumus incēsorum intra sancta sanctorū, vbi arca est recondita, vt orationes sanctorū flamma charitatis excitatę ad cœlum perueniant, vbi Christus est ad dexteram Dei sedēs. Non enim in hoc altari sanguis hostiarū, sed thymiama tantū incenditur, quia tales viri non habent opera carnis & sanguinis quæ mactent domino in ara cordis, sed lachrymarū & orationum vota pro desiderio regni cœlestis offerunt.

e *Et forcipes, &c.* Forcipes in vsu altaris facti sunt ænei. Sed & hi quibus emundabantur lucernæ, interpretationem spiritualis sensus per doctorum officia significant. Ipsi enim verba sacri eloquij ab historia in allegoriam, ab vmbra in veritatem transferentes, quasi lucem scientiæ in ecclesiam super candelabrum mysticum positi multiplicant.

f *Et ostia cælauit.* Hi sunt doctores & sacerdotes. qui instruēdo, baptizando, communicando corporis & sanguinis domini mysteria, primi nobis ecclesiæ limina pandunt.

g *Sicq; completum est omne.* Cum verus pacificus in die nouissima omnes electos resurrectionis immortalitate glorificat. Quamdiu autem status huius seculi geritur, facit quidem Salomon domus domini opus, sed non perficit, quia corda electorum dominus, vt bona operentur inspirat & adiuuat, nulli tamen absque peccato esse donat, quod in futuro fidelibus reseruat. Perficit verò omne opus templi sui & dedicationi aptum reddit, cum translatos de hac vita electos æternum perducit ad regnum. vnde septem annis F ædificatur, octauo perfectum dedicatur. Septem enim diebus omne tempus voluitur: octauus est dies iudicij & resurrectionis, cui conuenit quod sequitur.

Margin: Rabbanus.

Altare CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Bases etiam fecit.* Super quas ponebantur conchę seu luteres, & de forma & factura istarum basium dictū fuit diffusè 3. Reg. 7. fit tamen hic mentio de istis basibus, quia de ipsis non fecerat mentionem suprà loquendo de conchis, seu luteribus.

2 *Omnia vasa fecit Salamoni Hi.* Sic scribitur in Heb. hic, nec mirum, quia nomina Hebræa frequēter sic variantur sicut & Latina, vt frequenter dictum est.

3 *Pater eius.* Dicitur autem pr̄ Salomonis ratione ætatis, vel excellentiæ artis, sicut suprà dictum est de rege Tyri 2. cap.

4 *In Socoth & Saredatha.* Iste locus vocatur Sartham, 3. Regum 7. versus finem, quia sicut dictum est nomina Hebræa frequenter variantur in principio, vel in fine.

5 *Altare aureum.* Quod erat in templo in parte anteriori, quæ dicebatur sancta, in quo cremabatur thymiama. & ponitur hic quia supra de hoc non fuerat facta mentio.

Et men-

6 *Et mensas, & super eas.* Hoc ponitur hic, quia supra non fecerat mentionem de panibus positis super decem mensas aureas a Salomone factas: & licet non dicatur hic quot panes erant in qualibet mensa, probabile tamen est quod ibi erant duodecim sicut in mensa Mosi quæ erat in medio, & sic in istis mensis erāt 132. panes in vniuerso qui cedebant in vsum sacerdotum.

7 *Candelabra quoque.* Hoc similiter additur, ad denotandum quod tot erant lucernę in quolibet candelabro facto a Salomone, quot erant in candelabro Mosi. s. septem, vt habetur Exo. 15. & sic in omnibus istis candelabris erāt 77. lucernæ.

8 *Et for. au.* Ad rescindendū partes lichnorum combustas.

9 *Thymiamateria.* Vasa erant in quibus ponebātur carbones ad cremandum thimiama in altari aureo.

10 *Et ostia cælauit.* Ista fuerūt ostiola p̄ quæ erat ingressus a parte templi quæ dicitur sancta ad illam, quæ dicitur sanctum sanctorum de quibus supra non fecerat mentionem.

CAP. V.

A Quæst. in 2. Para.

INtulit igitur, &c. a *Portauerunt Leuitæ arcam, &c.* THEODORET. Ciuitas Dauid ea est Sion. Sic enim appellat superiorem ciuitatē, tanquā munitiorem, quam cum muniisset, in ipsa ædificauit regiam.

b ⁜ *Intulerunt arcam.* Hinc est perspicuum quòd vocauit adytū templi, ad quod non patet aditus, & quod Græci dicunt, *ἀνάκτορον*, quod solet diuina scriptura nominare sanctasanctorū.

Rabbanus. Hoc fit cum Christus peracto vniuersali iudicio cętum doctorum, & aliorū fideliū introducit ad regni gaudium. Reponitq; vasa diuersi generis argētea, siue aurea in thesauris domus domini, cū eos, qui multitudine dulcedinis eius frui meruerunt, abscondit in abscōdito vultus sui à conturbatione hominum. Et apte multi sunt thesauri in quibus vasa electionis reconduntur, sed vna domus domini in qua sancti sunt thesauri, quia vna est ecclesia in qua omnes continentur electi, quāuis distantes meritis, & vna patria cœlestis omnibus promissa, quamuis stella a stella in claritate differat vnde. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Vnam ergo domum domini fecit Salomon, sed multos in ea thesauros ad recipienda vasa diuersi generis vna tantū benedictione sanctificata parauit, quia est vna domus patris, sed multæ in ea mansiones ad recipiēdos oēs quos timētes se, & diligētes *benedixit dn̄s pusillis cū maioribus.*

B † tabernaculū fœderis. Psal. 30. f. †45. dist. c. disciplina. 1. Cor. 15. c. Ioan. 14. a. † qualque exciderat.

C Psal. 131. d. Rabbanus. Nota.

c *Vectium autem.* Notandū, quia etsi capita vectium accedētib. propius, & diligenter intuentib. parebant ante oraculū, non tn̄ fieri poterat, vt ipsa eorū capita ante oraculū eminerent, quia necesse erat, vt clauso oraculo, & appenso an̄ ostia velo, ipsi quoque vectes cū arca, & cherubim interius abderentur, quod fieri non poterat, si prominentes vlterius vectes pducendis ad claudendū ostiis, locum nō darent, quorū positionē in magno sacramento scriptura tam diligenter expediuit. Constat enim, quia domus tēpli exterior peregrinātē in terris ecclesiam, sancta autē sanctorū, internæ patriæ felicitatem designat. Apparebant summitates vectiū foris ante oraculū, non semper, sed cūm ostia oraculi aperiebantur, neque hoc omnib. sed illis, qui propius accedentes ea, quæ intus erāt attētius intuebant. Ipsa aūt arca qualis, & quomodo esset posita, illis solū qui oraculū intrabāt videre licebat, quia nullus sanctorū in hac vita, etsi multum in altitudine mentis se attollat, sed soli illi⁹ patriç ciues gloriam sui redemptoris plene contuentur. Sed vectes cum arca in oraculo reconditi, quia perfecti quique qui nos præcesserūt absconditi sunt in abscōdito vultus Dei à conturbatione hominum. Sūmitates tamē vectium aperto oraculo, his qui appropiant videtur, cum perfectioribus, & oraculum sui cordis tota intentione purificantibus diuina gratia aliquid internum de supernorum ciuium gaudio contemplādum donauerit. Quę cōtemplatio his, q paulo longius recesserint, non cōceditur, quātum enim exterius mente vaga remanent, tanto minus in terna gaudia vident.

D † sanctificauerat, vel dicauerat.

E † consecrata.

d *Nihilq; aliud erat.* Ostendit generaliter, quòd in arca nihil fuit contrariū legi domini cōprehensæ in duabus tabulis, sed ea tantum ibi fuisse condita, quę iuxta legis mandata ad cultū vnius Dei, & commendationē nostræ fidei sunt typice facta, vt vmbra futurorū per omnia futuræ veritati testimoniū pberet, & ea in mundo apparente finem acciperet. Erat autē in arca s̄m Paulum vrna aurea habēs manna, quia in homine Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Erat, & virga Aaron, q excisa denuo floruerat, qa potestas omnis iudicandi penes eū est, cuius iudiciū in humilitate passionis videbatur esse sublatū. Erāt, & tabulę test. quia in illo sunt oēs thesauri sapientiæ, & scientię absconditi. Adherebāt & vectes, quibus portabatur, quia doctores, q quondā laborabant in verbo Christi, nunc pręsenti visione cgaudent glorię Christi. Vnde. *Cupio dissolui, & esse cū Christo.* Vestiti

† Quidam fic vertunt porro longauerunt vectes, id est fecerunt alios arcæ vectes præter illos quos fecerat Beseleel, & fecerunt longiores illis, ita vt conspicerentur ante oraculū, &c.

F Heb. 9. a. Num. 17. c. Colos. 2. a. Phil. 1. c.

CAP. V.

a ¶Christus. b ¶In Regum, quæ sacrificauerat.

1 INtulit igitur Salomon omnia, quæ † vo-
a ¶Deus pater. b ¶Eloquentes, quos Christus spiritus sui gratia ad loquendum euangelium conformat.
uerat Dauid pater suus argentum, &
a ¶Naturali ingenio præditos, quos suo spiritu repletos ad consideranda in lege sua mirabilia illuminat. b ¶Omnes ecclesiæ filios quos sancti spiritus gratia ad amanda, & petenda perpetuæ salutis dona inflammat.
aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus Dei. Post quę cōgregauit † maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel in Ierusalem, vt adducerent arcā fœderis domini de ciuitate Dauid, quæ est Sion. Venerunt igitur ad regem omnes viri Israel, in die solenni mensis septimi. 2 a Cumque venissent cuncti seniorum Israel, portauerūt Leuitæ b arcam, & intulerunt eam, & † omnem paraturam tabernaculi. Porrò vasa sanctuarij, quæ erant † in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cū Leuitis. Rex autē Salomon, & vniuersus cœtus Israel, & omnes, qui fuerāt congregati ante arcā immolabant arietes, & boues absq; vllo numero. Tāta enim erat multitudo
a ¶Illata in sanctasanctorum arca assumptā Christi humanitatem, & intra velū regiæ cœlestis inductā significat.
victimarum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis domini in locū suum, idest ad oraculū templi, in sanctasanctorū subter alas cherubim, ita vt cherubim expāderent alas suas super locūm in quo posita erat arca, & ipsam arcā tegerent cum ve-
a ¶Hi sunt prædicatores verbi, per quos ipse mundo innotuit.
c ctibus suis. † Vectium autē quibus portabatur arca, (quia paululū longiores erāt) capita parebant ante oraculū. Si vero quis paululū fuisset extrinsecus, eos videre nō poterat. Fuit itaque d arca ibi vsq; in præsentē diem. † Nihilq; aliud erat in arca, nisi duæ tabulæ quas posuerat Moyses in Horeb, † quando legem dedit dn̄s filiis Israel egredientibus ex Ægypto. Egressis autē 3
a ¶Nondum enim vigintiquatuor turmæ sorte in inuicem diuisæ erant, quis primus esset. secundus, aut tertius ministret, sed omnes sanctificati pariter seruiebant.
sacerdotibus de sanctuario omnes enim sacerdotes, qui ibi 4 potuerant inueniri sanctificati sunt, nec adhuc in illo tempo- 5

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

1 INtulit igitur Salo. Hic consequenter describitur tēpli ędificati dedicatio. Circa q̄ primo describit arcę, & vasorum introductio. Scd̄o Salomonis oro. c. 6. Tertio diuinę acceptationis manifestatio. c. 7. Circa primū primo describit arcę, & vasorū sacrorū deportatio. Scd̄o sacerdotū, & Leuitarū iubilatio, ibi. *Egressis aūt sacerdotib.* Tertio diuina acceptatio, ibi. *Igitur cunctis.* Sn̄ia primę partis patet ex dictis 3. Re. 8. c. in principio, exceptis, q sequūt. 2 *In die sol.* Totus ille mēsis apud Hebręos fere erat solēnis, tn̄ dies solēnis, q hic ponit fuit dies decima mēsis in qua agebatur festū expiationis, tn̄ festū huius dedicationis cœpit ante per duos dies, qa durauit septē dieb. vt hr̄ 3. Re. 8. in fin. & in hoc lib. infr. c. 7. Et huius septenę dies expiationis fuit tertia, quia decimaquinta die huius mensis incipiebat festū tabernaculorū s̄m pręceptum legis, quod similiter durabat septē dieb. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis domini in locum suum. Leuitę enim apportauerāt eam vsque ad templum, vt hic pręmittitur, sed intra sanctumsanctorum introduci non poterat, nec etiam intra templum, nisi per sacerdotes.

Diuisio.

3 *Egressis autē.* Hic pōr describitur sacerdotum, & Leuitarū iubilatio, cum dicitur. *Egressis aūt sacerdotib. de sanctuario.* Hoc refertur ad illud, quod infra dicitur. *Et cū eis sacerdotes 120. canentes in tubis.* quia expediti de arcę introductione intra sanctumsanctorum, & eius dispositione exierunt, & cœperunt iubilare, tubis cum Leuitis cantantibus in organis musicis.

4 *Omnes enim sacerdotes.* Ad templi dedicationem, similiter, & sequenti, cum dicitur. *Tam Leuitæ, quam cantores, &c.*

5 *Nec adhuc, &c. diuisi erant.* Hoc exponit cōiter, quòd licet diuisus fuisset ante p ipsum Dauid quantū ad distinctiões sacerdotum,

MORALITER.

Post quā congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs. Huius expositio mystica posita est 3. Reg. 8. c. vsque ibi.

Igitur

a *Vestiti byssinis.* Per stolas byssinas candida munditiæ corporalis castitas designatur, hac induuntur omnes qui Dei officio assistunt, & laudes ei ore, moribus, & actu concrepant. Cymbala.n.oris confessionē, psalteria moralitatē, citharæ carnis mortificationē,& bonæ actionis strenuitatē, viginti-quatuor chordis, i. ppheticis, & Apostolicis doctrinis instructæ significant.

b *Sacerdotes.* Vel doctores, s. per centenarium, & vicenarium expressi, quia legislator hoc numero suorum summam annorum compleuit, & in die Pentecostes, eodem numero credentes spiritus paracleti gratiam acceperunt.

c *Igitur cunctis.* Cunctis sacerdotibus, & Leuitis organis diuersi generis, laudem Dei in templo concinētibus, sacerdotes propter caliginem, vel secundū Regū, propter nebulam non potuerunt stare, & ministrare, quia pdicantib. Christo, & Apostolis euangeliū eius, superbi Iudæorū pōtifices exigentib. meritis, dum diuina mysteria per parabolas audiunt, quasi sacerdotes domus dñi propter nebulam ministrare nequeunt, qui etiā in veteri testamento dū sensus mysticos velamine literæ opertos, inuestigare despiciūt, debitū fidei suæ ministeriū pp nebulam perdunt. Quibus et nebulosum fuit, quod de se dominus aperte ait. *Ego & pater vnum sumus.* Et illud. *Antequā Abraha fieret ego sum.* Sed quia auditorum mētes infidelitatis caligo obtexerat, quasi interiectos solis radios, interiacens nebula abscondebat. Nebula enim caliginem intelligentiæ significat. Hęc synagogam, idest, domum Dei impleuit, & sacerdotes propter nebulam ministrare non poterant, quia dum ab intellectu incarnationis Dei perfidia sua obscurati sunt, veri sacerdotii ministeriū perdiderunt.

d *Compleuerat enim.* Quia mysteria, quæ sub velamine latebant per aduentum Christi aperiebantur credentib. & digne accipientibus. Cæteris vero ad fidem accedere nolentibus, pristina cæcitas remanebat. Vnde. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, etc.*

Ioan. 10 f. Ibid. 8 g.

re vices, & ministeriorū ordo, inter eos diuisus erat, tam Leuitæ, quam cantores, id est qui sub Asaph erāt, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, filij & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalterijs, & citharis concrepabant, stantes ad Orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, et cymbalis, & † organis, & diuersi generis musicorum concinētibus, & vocem in sublime tollentibus † longe sonitus audiebatur, ita vt cum dominum laudare cępissent, & dicere. † Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, impleretur domus domini nube, ne possent sacerdotes stare, & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini domum Dei.

a ¶Quia iuxta altare fidei ortum lucis æternæ expectabant. b ¶Alias doctores.
a ¶Synagoga. b ¶Cæcitate intelligentiæ.

† laudando, & confitēdo domino, ita vt omnium vox tanquam vnius audiretur, cum. Act. 2. a. Rabbanus.

† instrumētis musicis.

† Psal. 105 a

Matth. 13 b.

NICOLAVS DE LYRA.

cerdotum, & leuitarum, vt habetur sup. li. 1. c. 24. & 25. tamē ipsa diuisio executiue fuit facta post collocationē arcæ in tēplo. Aliter exponunt Hebræi dicentes, quod licet diuisiones sacerdotū, & cantorū per vices sibi succedendo essent factæ tñ ista successio nō habuit locū in festo dedicationis templi, in quo oēs sacerdotes, & oēs Leuitę tunc simul fuerūt occupati in officiis suis. Et hęc expositio cōsonat literę pce. cū dr.

1 *Igitur cunctis.* Hic ɔsequenter describitur diuina acceptatio, per hoc, quòd sacerdotibus, & leuitis Deum laudantibus nubes descendit, & impleuit templum, & hoc erat diuinæ pręsentię signum. Et patet sententia ex dictis 3. Reg. 8. b.

MORALITER.

1 *Igitur cunctis pariter, & tubis, et voce, et cymbalis, et organis, et diuersi gen.* Sicut dictū fuit 3. Reg. 8. Per istam deportationem arcę ad locum sanctisanctorum figurata fuit assumptio beatę virginis Marię ad cęlum empyreū, & ideo per istas melodias vocum, & diuersi generis musicorū, significata fuit angelorum, & electorum exultatio, q̄ quidem exultatio ppter sui magnitudinē exprimi nō pōt vno genere melodię, imo nec omnibus generibus, quę sunt, vel esse possunt in humanis. Gregorius in moralibus: Balbutiendo prout possumus, excelsa Dei resonamus.

CAP. VI.

Tunc Salomon, &c.

a. *In caligine.* Vnde Iob. *Nubes latibulum eius.* Et Psal. *Caligo sub pedibus eius, & posuit tenebras latibu.* Latibulum domini sacra scriptura, quę sub parabolis, & figuris cælestia gestat sacramenta. Vnde. *Confitebor tibi domine pater cæli, & terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

✠ CHRYSOSTO. Nomen Sion Hebræis erat desiderabile, sacrique omnes ritus, & sacrosanctæ cærimonię illic peragebantur. Illi quidē Deum tunc illic inuoca-

Iob. 22. b. Psal. 17. b. Matt. 11. d. In psal. 133.

CAP. VI.

Tunc Salomon ait. Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine. Ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta,) & ait: Benedictus dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens. A die qua eduxi populum meum de terra Ægy-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

Tunc Salomon. *Hic consequenter ponitur Salomonis oratio, præmittitur tamen quædam continuatio ad dicta immediate, cum dicitur.*

1 Tunc Salomon. *Cum vidit nubem templum implentem, & patet sententia ex dictis 3. Reg. 8.*

2 Et conuertit rex. *Hic consequenter describitur ipsius Salomonis oratio. cuius orationis primo ponitur narratio. Secundo conclusio ibi:* Tu es enim Deus meus in fi. c. *Prima diuiditur in septem partes secundū septē petitiones per ordinem positas in oratione Salomo. Prima respicit regni sui stabilitatem. Secunda hominū adinuicē fidelitatē, ibi.* Si peccauerit quispiam. *Tertia belli aduersitatem, ibi.* Si superatus. *Quarta tēporis siccitatem, ibi.* Si clauso cælo. *Quinta defectum victualem, ibi.* Fames si orta fuerit. *Sexta deuotionem Gētilium, ibi.* Externum quoque. *Septima euentum belli varium ibi.* Si egressus. *Et differt ista petitio à tertia, quia illa respicit tantū belli aduersitatē, ista autem prosperitatem, & aduersitatem. Circa primam quatuor ponuntur per ordinem. Primum est Salomonis gratiarū actio respectu præteriti beneficii. Secundo interponitur ipsius deuotus modus orandi, ibi.* Stetit ergo. *Tertio formatur eius petitio respectu beneficij futuri, ibi.* Nunc ergo. *Gratiarum enim actio de præteritis beneficiis & deuotus modus orandi faciunt orationē exaudibilē de futuris. Quarto remouetur occasio errandi, ibi.* Ergo ne credibile est. *Sēsa autē istarum partium patet ex dictis 3. Reg. 8. c. b. c. exceptis, quæ sequuntur.*

3 Et benedixit. *Non benedictionē sacerdotali, sed imprecando eis bona, vt induceret populum ad regratiandum Deo secum. In secunda parte dicitur.*

Diuisio.

Et posue-

MORALITER.

1 *Tunc Salomon ait, dominus pollicitus.* Mysticam expositionem quære 3. Regum 8. cap.

Quocabant, nos autem in omni loco, in omni agro, in domo, in foro, in solitudine, in naui, & in diuersorio, & vbicunque fuerimus A loco enim non prohibentur preces, modo sint mores, qui precibus conueniant.

✻ IDEM. Ne nos excusemus dicentes, quòd nõ sit facile quępiam orare secularibus negotiis implicitum, prope se domum non inuenientem oratoriam. Nam vbicunque sis, potes altare tuũ constituere. Licet genua non flectas, neque percutias pectus nec in cęlũ manus extendas, si mentem tãtum feruentem exhibeas, orationis perfectionē consummaueris. Licet, & seruo, & ementi, & ascendenti, & descendẽti, & astãti coquo, cum ad Ecclesiã ire nõ poterit orationem facere. Nõ enim locũ Deus veretur, sed vnũ exquirit, feruidam mentem, & cõtinentem animã. Nam, & Paulus in carcere iacẽs supinus, & ligno pedibus vinctus, cum studio orans carcerem concussit, labefactauit fundamẽta, &c. Ezechias lectulo recubãs, Deũ inuocauit, & prolatam reuocauit sentẽtiam. Latro in cruce distentus, paucis verbis cęleste regnum assecutus est. Ieremias in cœno, in lacu ferisque Daniel, & Ionas in ceti ventre Deum deprecati, gratiam inuenere diuinam, & cęter. Multos autem vna congregatos pro vno supplicationem facere, nil graue videbitur. Et domi quidem orari potest, sic autem, vt in ecclesia non potest, vbi tanta patrũ multitudo, vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur. Nõ ita dominum per te solum orans, audieris, vt cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid est, puta, vnanimitas, & consonantia, charitatisque vinculum, & sacerdotũ orationes, &c.

Hom. 79. ad pup. Ant.

† nonnulli vertunt fugestum æneũ instar cõchæ.

Act. 16.

† exaudias.

† 3. Reg. 8. d.

† parce.

† cum fuerint serui tui.

pti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo. neque elegi quemquam aliũ virũ, vt esset dux in populo meo Israel, sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea, & elegi David, vt constituerem eum super populũ meũ Israel. Cumq; fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini dñi Dei Israel, dixit dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidẽ fecisti huiuscemodi habere voluntatẽ. Sed non tu ædificabis mihi domũ. Veruntamen filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Compleuit ergo dominus sermonem suũ, quem locutus fuerat, & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus. Et ædificaui domum nomini domini Dei Israel, & posui in ea arcam in qua est pactum domini, quod pepigit cum filijs Israel. Stetit ergo coram altari domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon † basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres cubitos altitudinis. Stetitq; super eam, & deinde flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cælum leuatis ait: Domine Deus Israel, nõ est similis tui Deus in cælo, & in terra. Qui custodis pactũ, & misericordiam cum seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo, qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo, quæcunque locutus fueras ei, & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tẽpus probat. Nunc ergo dñe Deus Israel imple seruo tuo patri meo Dauid quæcũque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen si custodierint filij tui viam suam, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc domine deus Israel firmetur sermo tuus quem locutus es seruo tuo Dauid. Ergo ne credibile est, vt habitet deus cum hominibus super terram? Si cælum, & cęli cælorũ non te capiunt, quanto magis domus ista, quam ædificaui? sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius domine deus meus, & audias preces quas fundit famulus tuus coram te, vt aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus super locum in quo pollicitus es, vt inuocetur nomen tuum, & exaudires orationem, quam seruus tuus orat in eo, † Exaudi preces famuli tui, & populi tui Israel. † Quicunque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, idest, de cęlis, & † propitiare. si peccauerit quispiam in proximum suum, & † iurare contra eum paratus venerit, seq; maledicto cõstrinxerit coram altari in domo ista, tu audies de cælo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita, vt reddas iniquo viam suam in caput proprium, & vlciscaris iustũ. retribuens ei secundum iustitiam suã. si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi;) & conuersi egerint pœnitẽtiam,

a ¶ Verę humilitatis soliditatem, quam Christus verbo docuit, & exemplo ostendit.

a ¶ Quia secundum legis traditionem, & patientiæ longanimitatem, & dilectionis latitudinem nobis habendam commendat.

a ¶ Quia sancta Trinitatis confessionem in fide, spe, & charitate docet nos tenere, & firmiter in ea bene operãdo persistere.

a *Ergo ne credibile est, vt habitet Deus, &c.* ✻ AVGVS. Templũ Deus habet, Nã, & Salomon rex, & propheta iussus est ędificare tẽplũ Deo. Quia ergo ædificauit tẽplum Deo, ostẽdit se colere Deum. Et vnde ædificauit? De lignis, & lapidibus, quia dignatus est Deus facere sibi p seruũ suũ domũ in terra vbi rogaretur, vbi moraretur.

✻ IDEM. Locus Dei abusiue dicitur templum Dei, non quòd eo contineatur, sed quòd ei præsens sit.

✻ IDEM. Quod quæris, quid sit, quod scriptum sit, Intrauit rex Dauid & sedit ante dominum? quid aliud intelligendum est, nisi qa sedit in conspectu domini, siue vbi erat arca veteris testamenti, per quam sacratior, & commẽdatior quædam psentia domini accipi potest?

✻ BASILIVS. Multa inuenire licet, quæ non suo loco periculose, & damnabiliter fiãt. Quædam extra Ierusalem facta periculum attulerunt, quędam in ipsa quoque Ierosolyma, magis templo, & aræ quam aliis locis deputata erant vtpote diuino cultui ordinata, & quæ in templo, & ara fiebant, nemo audebat in aliis Ierosolymæ locis facere, nec quæ in alijs locis fiebant, licebat in templo fieri. Nobis quoque periculum est male obiti mandati, si loci rationem neglexerimus, maxime si sacerdotii mysteria in locis prophanis celebrauerimus.

b *Exaudi preces famuli tui, & cætera.*

✻ ANGELO. Salomonis oratio in primis ad Deum dirigitur. Deinde seipsum Deo cõmẽdat, & postremo proximũ. Quo ad proximũ longas profert petitiones, vt, Quicunque orauerit in loco isto, exaudi eum. Si peccauerit quispiam in proximum suum, &c. Si superatus fuerit populus, &c. Si clauso cęlo, &c. Si fames orta fuerit, &c.

L. 1. de sym. ad Catech.

L. 83. q. q. 20.

L. 2. ad simplician. q. 4.

2. Reg. 7.

L. de Bapt. cap. 8.

† Iuramentũ, vel iuramentum contra ipsum, vt faciat cum iurare, que iuramento.

In 3. Re. c.

Ergo

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et posuerat eam in medio basilicæ.* idest atrij sacerdotũ, quod vocatur basilica supra 4. c. in quarta parte dicitur.

2 *Exaudi preces fa. tui, & po.* quia in principio induxerat populum ad agendum gratias Deo secum, vt dictum est.

3 *Si peccauerit quispiam.* Hic cõsequẽter ponunt aliæ sex petitiones per ordinem, & patet sententia ex dictis 3. Re. 8. c. d. e. f. vbi istæ petitiones ponuntur eodem ordine, & quasi eisdẽ verbis, exceptis, quæ sequuntur in prima parte.

4 *Seque maledictio constrinxerit.* quod fit in iuramento execrationis, quo aliquis obligat se puniendum esse à Deo manifeste si peierauerit: in tertia parte.

☞ Tu enim

1 Et aurugo.

tiam, & † obsecrauerint nomē tuū, & fuerint deprecati te in loco isto, tu audies de cælo, & † ppitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram, quā dedisti eis, & patribus eorū. si clauso cælo † pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati fuerint te in loco isto & cōfessi nomini tuo, & cōuersi à peccatis suis cū eos afflixeris, exaudi de cælo domine, & dimitte peccata seruis tuis, & populi tui Israel, & doce eos viā bonā, per quā ingrediantur, & da pluuiā terræ, quā dedisti populo tuo ad possidēdum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilētia † ærugo, & aurugo, & locusta, & brucus, & hostes vastatis regionibus portas obsederīt ciuitatis, omnisque plaga, & infirmitas presserit. Si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscēs plagā, & infirmitatē suā, & expāderit manus suas † in domo hac, tu exaudies de cælo, de sublimi, s. habitaculo tuo, & † propitiare, & redde vnicuique secundū vias suas, quas nosti eū habere in corde suo. Tu enī solus nosti corda filiorū hominū, vt timeant te, & ambulent in viis tuis, cūctis diebus quibus viuunt sup faciē terræ, quā dedisti patrib nostris Externum quoq; qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua propter nomē tuum magnum, & propter manum tuā robustā, & brachium tuū extētum, & adorauerit ī loco isto, tu exaudies de cælo, firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus, vt sciāt omnes populi terræ nomē tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant, qa nomē tuum inuocatum ē sup domum hanc, q̄ ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos, p viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est, quā elegisti, & domus, quam ędificaui nomini tuo, & exaudies de cælo pces eorum, & obsecrationē, & † vlciscaris. Si autē peccauerint tibi (neq; enim est homo, qui nō peccet,) & iratus fueris eis, & tradideris hostib., & captiuos eos duxerint in terram longinquā, vel certe, quæ iuxta est, & cōuersi in corde suo, ī terra, ad quā captiui ducti fuerāt, egerint pœnitētiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicētes: Peccauimus, inique fecimus, iniuste egimus, & reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua in terra captiuitatis suæ ad q̄ ducti sunt, adorabūt te cōtra viā terræ suæ, q̄ dedisti patrib. eorū, & vrbis, quā elegisti, & domus, quā † ædificaui nomini tuo, tu exaudies de cælo, hoc est de firmo habitaculo tuo pces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo, quāuis peccatori. † Tu es enim Deus meus. Aperiantur, quæso oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem, quæ fit in loco isto. Nunc igitur consurge domine Deus in requiem tuam, tu, & arca fortitudinis tuę. † Sacerdotes tui domine Deus induantur salutem, et sancti tui lætentur in bonis. Domine Deus meus ne auerseris faciem Christi tui: Memento misericordiarum Dauid serui tui.

a *Tu enim solus nosti.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Ipsius enim solius est cordis arcana prospicere, cui soli humanorum cordium cognitio est, qui formauit ea. ✠ AVGVSTINVS. Quanquam in his rerum humanarum tenebris, hoc est, cogitationum humanarum, & si suspiciones intelligere non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, id est, definitas firmasque sententias cōtinere debemus, nec ante tempus quicquā iudicare, donec veniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo. b *Externum quoque, &c.* ✠ IOSEPHVS. Hoc auxilium nō Hebræis solummodo, à te rogo conferri peccantibus, sed etiam si a totius terræ finibus quidam aduenerint, aut de quolibet loco, & pro aliquo bono preces effuderint, exaudi clemens, & postulata concede. Sic enim omnes agnoscent, quia tu quidem ipse à nobis tibi domum fieri voluisti. Nos autem non inhumani naturaliter sumus quando nō eos, qui contribules non sunt, extraneos iudicamus, sed communiter omnibus eum adiutorium, & bonorum effectum adesse suppliciter exoramus. c *Neque enim est homo, &c.* ✠ TERTVLL. Soli Dei filio seruabatur, sine delicto permanere. ✠ HIERONY. Sine peccato esse perpetuo diuinæ solius est potestatis. Tunc autem iusti sumus quando nos peccatores fatemur & iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia dicente scriptura. Iustus accusator sui est in principio sermonis. ✠ CLEMENS. Rom. Peccati expers reperitur nemo, excepto eo, qui propter nos factus est homo, atque ob hanc causam veterum iustorum vitæ consuetudinesque conscriptæ sunt, &c.

Marginal notes: Hom. 23. in Io. — † pluuiæ non fluxerint. — † ariditas. — vastatis regionibus. — Tract. 90. in Io. — 1. Cor. 4. — † 3. Re. 8. c. — L. 8. Antiq. 4. — † confessi fuerint. — † parces. — † vel ad domū istam. — † parce. — L. præscript. — Dialog. adu. Pelag. — † facies iudicium eorum. — Prouer. 18. — L. 2 Consti. cap. 11. — † ædificabo. — † vel nunc. — † Psal. 131. b

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et aurugo. 3. Re. 8. *dicitur.* Et rubigo. *Et idē importat, quia aurugo est aura corrūpens segetes rubiginans.* 2 Tu es enim. *Hic ponitur prædictæ orationis conclusio, videlicet, q̄ exauditur à Deo. Ideo subditur.* 3 Aperiantur. *Loquitur de Deo modo humano, quia hō erigit oculos, & aures ad deprecationem, q̄ vult exaudire.* 4 Consurge. *Quia in tēplo erat specialis Dei habitatio, & petebat Salomō, q̄ hoc esset ad semper.* 5 Et arca. *Vt non moueatur de loco ad locū amplius, sicut præteritis temporibus, quia per desertū fuit portata annis quadraginta, & postea de Sylo, & aliis locis plurib. vt dictū fuit 1. Re. 7. Et dicitur, hic arca fortitudinis diuinæ, quia fortitudo Dei apparuit per ipsam in Iordanis siccatione. Iosue 3. Et Iericho destructione Iosue 6. Et in Philisthinorum percussione 1. Re. 5.* 6 Sacer. *i. circundentur omnibus bonis prouenientibus eis ex oblationibus, & sacrificiis. Vel aliter.* Induantur salutem. *i. indumentis sacris in suis officiis exercēdis.* 7 Et sancti. *i. cantores psallentes corā deo. In hoc petit Salomon, q̄ cultus diuinus perseueranter maneat in tēplo ab ipso ædificato.* 8 Ne auer. fa. *i. à deprecatione mea, qui sum Christus tuus, idest, de voluntate tua in regem vnctus.* 9 Memento. *q. d. quamuis non sim dignus exaudiri ex meritis meis, exaudias tamen propter merita Dauid patris mei. Tota vero pars ista aliter exponitur ab aliquibus Hebræis dicentibus, quod hic non ponitur prædictæ orationis cōclusio, sed magis cuiusdā dicti declaratio. Dictū. n. fuit sup. c. 5. quod sacerdotes intulerunt arcā fœderis domini in locum suum, sed ibi nō fuit expressus introducendi modus, qui hic exprimitur. Dicunt. n. quod cum sacerdotes vellent introducere arcā in tēplū portæ templi clauserunt se contra eos. Qd videns Salomon orauit pro apertione, dicēs.* Nunc igitur consurge dñe in requiem tuā, tu, & arca. *vt ipsa ponatur in loco quietis à me præparato. Ideo et dicebatur quies domini, quia ibi repræsentabatur sedes Dei, vt frequenter dictū est. Similiter sacerdotes ad idē impetrandum cantauerunt psalmum 131. Et cum venirent ad versum illū.* Propter Dauid seruū tuū. *i. propter eius merita.* Ne auertas faciem Christi tui. *i. Salomonis, denegādo ingressum arcæ ad locū quē præparauit, tunc portæ aperuerunt se, sicut dictū fuit 3. Re. 8. in fine. Aliqui vero Hebræi exponunt aliter,* Propter Dauid seruū tuū, *i. pp peccata eius in facto Vriæ, & populi numeratione. Et p hoc, quod portæ aperuerūt se, intellexit Salomon, quod peccata patris erāt dimissa, & eius orō exaudita. Sed prima expositio melior videt.*

A

CAP. VII.

L. 8. Ant. c. 4.

a C*Vmque complesset.* ✠ IOSEPH. Hæc dicens iterũ pstratus in terra, & diutius adorãns Deũ, surrexit, & in tẽplo obtulit hostias, & cõplẽs illud sacrificiis, manifeste Deũ vidit sacrificia grate suscipientẽ. Ignis.n. ex aere descendens omnibus videntibus ad altare, hostias totas abripuit, & consumpsit. Populus manifestationem hanc esse diuinæ habitationis in templo cõiiciens, procidens adorauit in terra.

Rabbanus. b *Dedicauit.* Sanguine suo mundauit, & spirituali gratia sanctificauit Christus, et diuersis donis virtutum multiplicauit. Hancque dedicant filij Israel, quia quisque fidelis secũdum donũ sibi à Deo collatum verbo, & exẽplo proximos ad meliora, & perfectiora conuertit, & prouehit.

B

✠ CONCIL. CARTHAGIN. 5. can. 6. Similiter, & de Ecclesijs, quoties super harum consecratione hæsitatur, agendũ est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.

Can. 14. ✠ CONCIL. AGATHEN. Altaria placuit non solum vnctione Chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

Ep. ad for. ✠ AMBROS. Cum basilicam dedicassem, multi tanquam vno ore interpellare cœperant, dicentes. Sic Romana basilica dedices. Respondi Faciam, si martyrum reliquias inuenero.

Apolog. ad Constant. ✠ ATHANA. Illud, & à beatæ memoriæ Alexandro, alijsque patribus actum est, qui populi conuentus habuere, & absoluto opere agẽdis Deo gratijs dedicationẽ celebrauerũt. ✠ EVSEB.

C

✠ EVSEB. Festiuitates à nostris frequentissime gerebantur, cum omni lætitia, & exultatione, per vrbes, & loca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis.

D

L. 9. hist. cap. 10.

c *Sanctifica.* Quia Christus ea, quæ in lege pp infirmitatẽ eius pfici nõ poterãt, in ecclesia perficit: Ipsa est enim atriũ domus domini, per quam ingressus patet in cælestem Ierusalem, quia ergo holocausta, & sacrificia in altari veteris testamenti non potuerũt offerri, quia omnia figuraliter fiebãt ibi, rex noster, & sacerdos erexit nouum altare fidei in ecclesia, in quo quotidie offerunt pinguia holocausta, & accepta Deo sacrificia. Vnde. *Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter, quod osten. m. etc.* d *Fecit ergo.* RAB. Non puto hoc aliud intelligendũ, quam quod expletis septẽ diebus dedicationis tẽpli, subsecuti sunt dies scenophegiæ, q̃a quintadecima die mensis septimi secũdũ legẽ inchoabãt, et vicesima secunda finiebant. Vtrisq; ergo festiuitatibus rite peractis, & scenophegiarũ octauo die finito, dimisit Salomon populũ ad ppria lætantem, & gaudentẽ sup bono, quod fecerat dominus Dauid, & Salomõi, & Israel populo suo. Salomõ expleto opere templi solẽnitatẽ celebrẽ fecit, & multitudo populi cũ eo ab introitu Emath vsque ad torrentẽ Aegypti, hoc est internũ gaudiũ sanctorum, qđ cum vero pacifico in æternũ habẽt. Emath.n. interpretatur domini veritas. Riuũ vero, vel torrentẽ Aegypti mortẽ intelligimus temporalẽ, quã in Aegypto, i. i tenebris huius mũdi nemo põt euadere. Vnde

E

F

CAP. VII.

a C*Vmque cõplesset Salomon fundens preces, ignis descẽdit de cœlo, & deuorauit holocausta, & victimas, & maiestas domini impleuit domum, nec poterant sa-* (a ¶Eo quod impleslet maiestas templum domini.) *cerdotes ingredi templum domini. sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem, & gloriã domini super domum, & corruentes proni in terram super pauimentum stratũ lapide, adorauerunt, & †laudauerunt dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Rex aũt, & omnis populus immolabant victimas coram domino. Mactauit igitur rex Salomon hostias boum vigintiduo milia arietum centum viginti milia.* (a ¶Bene operantium. b ¶Bene gubernantium. a ¶Sanguine suo mundauit. b ¶Ecclesiam.) b *Et dedicauit domum Dei, rex & vniuersus populus. sacerdotes autem stabant in officiis suis, & Leuitæ in †organis carminũ domini, quæ fecit Dauid rex ad laudãdum dominum quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius † hymnos Dauid canẽtes per manus suas. Porro sacerdo-* c *tes canebant tubis ante eos, cunctusq; Israel stabat. Sanctificauit quoque Salomon medium atrij ante templum domini. Obtulerat enim ibi holocausta, & adipes pacificorum, quia altare æneum, quod fecerat, nõ poterat sustinere holocausta, &* d *sacrificia, & adipes pacificorum. Fecit ergo Salomon solẽnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad torrentem* (a ¶Septentrionali plaga terræ. i. promissionis. b ¶Rhinocorurum. ¶Australem plagam.)

† confitebantur domino.

†instrumentis musicis.
† vel dum laudaret Dauid per manũ eorum.

† æternum.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VII.

1 C*Vmque complesset.* *Hic consequenter circa cõpletionẽ dedicationis ponitur signũ diuinæ acceptationis: & primo ponitur dicta acceptatio. Secundo Salomonis monitio, ibi.* Apparuit autem. *Prima in duas, quia primo signũ acceptatiõis datur. Scdo dedicatio cõsummat ibi.* Rex autem *Signũ aũt diuinæ acceptatiõis ponit cũ dr.*

2 Ignis descendit. *sicut in consecratione Aaron, & filiorum eius, Leui. 9. Et in oblatione Eliæ 3. Reg. 18. Et in sacrificio Dauid in area Ornam Iebusæi. 1. Para. 21. capit. in quibus descensus ignis fuit signũ diuinæ acceptationis.*

3 Et maiestas. *idest, nubes quæ erat signum diuinæ præsentiæ sicut expositum fuit 3. Re. 8. ca. b.*

4 Et corruentes. *adoratione latriæ.*

5 Rex autem. *Hic consequenter dedicatio consummatur per oblationem victimarum à rege mediantibus tamen sacerdotibus, ad quorũ officium spectat talia offerre.*

6 Et dedicauit domum Dei. *non per se, sed per summum sacerdotem, & alios sacerdotes ibi adsistentes, & ministrantes.*

7 Sanctificauit quoque Salomon mediũ. *Similiter per pontificem. Causa autem quare potuit sic sanctificari. dicta fuit 3. Re. 8. c. g.*

8 Obtulerat. *Non est per hoc intelligendum, quod oblatio præcesserit sanctificationem, sed econuerso.*

9 Fecit ergo Salomon. *Ista fuit, solennitas tabernaculorum, quæ incepit immediate post festum dedicationis. Vnde sequitur.* Fecitque

---

MORALITER.

1 *Cumque complesset Salomon, &c.* Per sanctificationem templi, & solennitatem tunc factã potest cõuenienter intelligi solennitas angelorũ, & cœlestiũ ciuiũ inenarrabilis in ascensione Christi hominis. Nã illa humana natura sup angelos exaltata, tẽplũ est specialissimũ, de qua dixit Ioan. 2. d. *Soluite templum hoc, &c.* Et Apostolus Col. 1. d. *Complacuit in ipso omnẽ plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter.* In illa vero ascẽsiõe promissus fuit descensus ignis spiritus sancti, vt hr̃ Act. 1. a. *Accipietis virtutẽ superuenientis spiritussancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & Iudæa, & Samaria, et vsque ad vltimum terræ.* Et hæc pmissio in die pentecostes fuit cõpleta. Act. 2. c. *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquã ignis, seditque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritusancto, &c.* Cætera vero huius capituli exposita sunt mystice 3. lib. Reg. 8. & 9. cap.

MORA-

Ægypti. Fecitq; die octaua collectam, eo quod dedicasset altare septẽ diebus: & solennitatem celebrasset diebus septem. Igitur in die vicesimotertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua, lętantes

a Dimisso, scilicet, peccato quod commiserat in Viiam He. hæum regnum concessit illi sempiternum.
b Quem de vxore alienigena natum lex prohibebat ecc lesiam Dei intrare permisit, & regno sublimauit.

atque gaudentes super bono quod fecerat dominus Dauid, & Salomoni & Israel populo suo.

a Cui post tantam multitudinem præuaricationum templum magnificentissimum cultus sui habere permisit, & multo tempore requiem hostibus suis concessit.

Compleuitque Salomon domum domini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo domini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ, vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, conuersus autem populus meus super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pessimis, & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & † iustitias meas, iudiciaque seruaueris, suscitabo thronum regni tui sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir qui non sit princeps in Israel. Si autem auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeuntes seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos, euellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo proijciam à facie mea, & tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis, & domus ista † erit in prouerbium vniuersis transeuntibus, & dicent stupentes: Quare fecit dominus sic terræ huic & domui huic? Respondebuntque quia dereliquerunt dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Ægypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos & coluerunt: idcirco † venerunt super eos vniuersa hæc mala.

[Marginal notes: Prou. 33. d. — Psal. 109. a. — † statuta mea. — † quæ fuit excelsa omni trãseunti per eã erit stupori, & dicent. — Hom. 13. de reditu sua ab Asia. — Hom. 66. ad pop. Ant.]

vnde: *Quis est homo qui viuit & non videbit mortem*: De Christo quoque dicitur: *De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.* Omnis ergo Israel à riuo Aegypti vsq; Emath festum celebre cum Salomone faciunt: quia sancti post finem vitæ præsentis cũ Christo perfruũtur æternis gaudiis. Bis septem diebus festiuitatem celebrant: quia electi per septiformis spiritussancti gratiam illuminati in hac vita, quæ septenario numero discurrit: gaudent in spe, & in sabbatho, id est, in futura animarũ requie ipsius veritatis perceptione in re.

a *Igitur in die, etc.* Hoc est post octauam scenophegiæ solennitatis diem: sicut in Regnum cõtinetur. Significat autem post illius vitæ finẽ, & post sabbatismum animarũ sanctarum, quo ante iudicium quiescunt in octaua ætate, id est, resurrectionis die sanctos recepturos corpora immortalia, & in cęlestibus mãsionibus, secundum meritorum qualitates locãdos, vbi semper lætentur, laudãtes Deum in omnibus bonis quæ in Christo pater contulit populo Christiano.

b *Audiui orationem tuam, &c.*

✠ Chrysosto. Hic videas orationis vim & efficaciã, quę cęlũ aperit & claudit. Nam ecclesiastica oratio soluit vincula Petri, & Pauli dilatauit pędicationis fiduciam. Oratio caminũ ignis extinxit: oratio conclusit ora leonum: oratio seditionem compescuit: oratio paradisum aperuit: oratio celi cardines reserauit: oratio sterilem fœcundauit: oratio publicanum iustificauit, &c.

✠ Idem. Dum Salomon quidẽ in curia fuit, & perturbatiõe de principatu gẽtis illius cõculcãs, diuina visione dignus est habitus: vt verò nactus est delitias, in ipsum malitiæ barathrum delapsus est.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Fecitque.* quæ fiebat in crastino vltimæ diei festiuitatis tabernaculorum, vnde sequitur.
2 *Eo quod de, &c.* quæ dedicatio incepit octaua die mẽsis septimi, & finita fuit quartadecima die eiusdẽ mensis inclusiuè.
3 *Et sole.* scilicet tabernaculorum diebus septem incipiendo à quintodecimo die mensis septimi inclusiue, & terminando vicesimoprimo die eiusdem mensis inclusiue, & vicesimasecunda die facta fuit collecta pro necessarijs templi: ideo subditur.
4 *In die vicesimotertio.* quia omnia erant completa.
5 *Apparuit.* Hic consequenter ponitur Salomonis monitio de permanendo in obedientia Dei. Et patet sententia ex dictis tertij Regum cap. 9. a. & b. exceptis quæ sequuntur.
6 *Oculi quoque.* id est, paratus ero exaudire orationem.
7 *Vt sit nomen meum.* in tempus futurum absque determinatione, supposita tamen conditione quòd Salomon & populus debeant in obedientia Dei permanere.

CAPVT VIII.

[Marginal notes: 3. Reg. 9. b. — Hieronymus. — Rabbanus.]

a ✠ EXPLETIS autem viginti annis, postquam ædificauit Salomon domum domini & domum suam, ciuitates quas dederat Hiram Salomoni ædificauit, et habitare fecit filios Israel. Abiit quoque in Emath

CAP. VIII.

a *Expletis autem vi. &c. Dederat Hiram, &c.* Reddiderat scilicet, quia cũ Salomon dedisset nõ placuerunt illi. Ideò Salomon propriis vtilitatibus eas deputauit.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

[Marginal note: Diuisio.]

1 **E**Xpletis autem viginti annis. Superius descripta est reuerentia Salomonis circa diuina, hic consequenter describitur eius magnificentia circa humana: interponuntur tamen aliqua ad diuinam reuerentiam pertinentia, quia ista diuisio non est præcisa, sicut dictum fuit à principio huius libri secundi. Igitur primò describitur magnificentiæ Salomonis conditio. Secundò ex hoc sequens famæ diffusio capite nono. Magnificentia autem ista primò describitur in ædificijs. Secundò in populis subiectis, ibi: *Omnem populum.* Tertiò in sacrificijs ibi. *Tunc obtulit.* Quartò in exquisitis diuitijs ibi: *Tunc abiit Salomon.* Sententia autem primæ partis patet ex dictis 3. Reg. 1. d. Et similiter secundæ, vsque ibi. *Omnes*

MORALITER.

Expletis autem viginti annis &c. Expositio mystica huius capituli posita fuit 3. Reg. 9. cap.

a *Et ædificauit Palmiram.* ✠ Hieron. Themor ciuitas quam ædificauit Salomon in deserto, cuius in libris Hebraicarum quæstionum mentionem plenius fecimus.

✠ Ioseph. Pergẽs Salomon in desertũ superioris Syriæ, eã que capiens, constituit ibi maximã ciuitatẽ, duorum dierum itinere à Syria superiore distantẽ, ab Euphrate verò vnius, & à maxima Babylone sex mansionibus procul extantẽ. In illo loco solũmodo fontes & putei abundant, in inferiori verò terra aqua nusquam inuenitur. Hanc muris emi nẽtibus circũtegens, Thadamor appellauit, Græci Palmiram vocant.

b *Bethhoron.* Ciuitas est, ad quam vsque Iesus persecutus est inimicos reges in tribu Ephraim. Sũt autem duo vici: duodecimo ferme ab Elia lapide Nicopolim pergentibus, quorum secundum situm vnus dicitur Bethhoron superior, & alius Bethhoron inferior datis Leuitis ĩ possessionẽ.

c *Et omnes.* Ezer, scilicet, Mageddo & Gazer & Mello, quę omnes ecclesię mõstrãt decorem quia verus Salomon in iucunditate regni sui ad laudem & lætitiam sibi preparauit. Interpretatur autẽ Mello adimpletio: Ezer separatus & sanctificatus: Mageddo cœnaculũ eius: Gazer præcisio vel diuisio: Bethhorõ domus montium: Baalath ascendens. Sancta autem ecclesia, ciuitas est Dei viui, vbi impletur quotidie voluntas Dei, & separata ab omni errore in fidelũ: sanctificatur fide & bono opere. Ibi est refectio virtutum. Ipsa discernit mundum & immundum & à virtute vitium: & est domus montium, id est, habitatio sanctorum & fruct⁹ iustitię *sicut palma florens ascendit de virtute in virtutem, vt videat Deum deorum in Sion.* Omnes vicos suos muniuit Salomon: quia Christus cœtus fidelium suorum gratiæ suæ protectione ita munit: vt hostibus suis spiritualibus resistere possint.

d *In Liba.* In templo, scilicet, quod cedrorum decore vestitum erat. vnde Zach. *Aperi Libane portas tuas.* vel regiis ædificiis quæ facta erant de lignis Libani.

(Margin: lib. 8. Ant. c. 6. — † vel thesauro. — † vel thesauro. — Rabbanus. — Psalm. 83. b. — Hieronymus. Zachar. 11. a. — † dominabantur populo. — Rabbanus. — † custodiis suis.)

a (Quæ Hebraicè dicitur Thamar.) suba, & obtinuit eam. Et ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates † munitissimas ædificauit in Emath. b Extruxitque Bethhoron superiorem, & Bethhoron inferiorem, ciuitates (a Ciuitas est in tribu Iuda.) muratas habentes portas & vectes & seras. c Balaath etiam & omnes vrbes † firmissimas quæ fuerunt Salomonis, cunctasq; (a Omnia quæcunque voluit fecit.) vrbes quadrigarum & vrbes equitum. Omnia quæ voluit fecit rex Salomon (a Christus.) atque disposuit: ædificauit in Ierusalem, d & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. Omnem populum (a Iudæos, Gentiles, Hæreticos.) qui derelictus fuerat de Hethæis & Amorthęis & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis qui non erant de (a De numero sanctorum.) stirpe Israel, de filiis eorum & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon (a Christus. b Impius viuit nullo.) in tributarios vsque in diem hanc (c Quia non sunt ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit. b Obseruantijs legis vel ritu Gentili.). Porrò de filiis Israel non posuit vt seruirent operibus regis (a Contra spirituales nequitias. b Se & alios bene ducentes.). Ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi, & principes quadrigarum (a Eorum, scilicet, qui sequuntur doctrinam euangelistarum.) & equitum eius. e [1] Omnes autem principes exercitus regis Salomonis, fuerunt ducenti quinquaginta f qui † erudiebant populum. g [2] Filiam verò Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eò quòd sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca domini. h [3] Tũc obtulit Salomon holocausta domino super altare domini (a Per membra sua. b Christus. c Bonorum operum. d Fidei catholicæ.) quod extruxerat ante porticum (a In ecclesia. b Ingressum cœlestis patriæ. c Per omne tempus præsentis vitæ vsque ad consummationem seculi.), vt per singulos dies offerretur in eo (a Pro ætera quiete. b Pro nouitate vitæ.) i iuxta præceptum Moysi, [4] in sabbathis, & [5] in calendis, & [6] in festis diebus, ter per annum (a Pro cœlestis gaudij perceptione. b In sanctæ trinitatis fide.), id est, in solennitate azymorum, & in solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum. Et constituit iuxta dispositionem (a Secundum quod in lege Dei scriptum est & prophetis.) Dauid patris sui, officia sacerdotum in ministeriis suis, & Leuitas in † ordine suo, vt laudarent & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei, & ianitores in diuisionibus suis per portam & portam: Sic enim præceperat Dauid homo Dei. Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes quàm Leuitæ ex omnibus quæ præceperat. Et in custodijs thesaurorum omnes impensas præparatas habuit Salomon ex eo die quo fundauit domum domini vsq; ad diem quo

e *Ducenti.* Centenarius qui in computo digitorum de leua transit in dexteram, vitam significat æternam. Quinquagenarius verò peccatorum remissionem, & æternam requiem: & gratiam sancti spiritus significat: quia in psalmo eiusdem numeri penitentia, confessio, & remissio, peccatorum describitur. Et per iubileum requies futura. Per pentecostem vero in aduentu spiritussancti septiformis gratia expressa.

f *Qui eru.* Quia ex vtroque populo elegit ecclesię rectores, qui spirituali gratia illuminati, & plenè edocti remissionem peccatorum, vitamque æternæ salutis, & beatitudinem perpetuam appetendã, suo docerent exemplo.

g *Filiam verò Pharaonis, &c.*

✠ Theodoretus. Tantam ostendit Salomon pietatẽ, quòd Pharaonis filiam traduxerit in vrbem regiam recens ędificatã, dicens. Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, quoniam ea est sancta Dei, in qua ingressa est arca domini.

h *Holocausta.* Holocaustum totum incensum dicitur, hoc in altari crematur, cum in corde cuiusque electi qui seipsum totum, scilicet, carne & corde Deo vouit, opus bonum feruente charitatis igne succenditur.

i *Iuxta.* Secundum conuenientiã cuiusque temporis omnia in ecclesia disponit: & vnusquisque ordo officio suo functus dignè ministret.

✠ In Asiongabar

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Omnes autem.* Tertii Regum 9. b. dicitur: *Quingenti quinquaginta.* Sed responsio patet ex textu: quia hic loquitur de principibus exercitus, ibi autem non solum de principibus exercitus sed etiam de his qui præerant omnibus Salomonis operibus, vt patet literam intuenti.

2 *Filiam verò Pharaonis.* hoc expositum est 3. Regum nono capite.

3 *Tunc obtulit Salomon holocausta domino super altare domini quod extruxerat ante porticum.* Hic consequenter describitur magnificentia Salomonis in sacrificiis cum dicitur. *Tunc obtulit Salomon holocausta domino.* scilicet, holocaustorum, quod erat in atrio sacerdotum.

4 *In sabbathis,* qualibet hebdomada.

5 *Et calendis,* id est, principiis mensium.

6 *Et in festis diebus, ter per annum, id est, in solennitate azymorum,* scilicet, in festis paschæ, pentecostes, & tabernaculorum. Cætera patent in litera.

Tunc

a *In Asiongaber.* Insula dicitur esse haud procul ab Ahila in rubro mari, vbi classis Iosaphat perijt.

✠ Ioseph. Fecit rex multas naues in sinu Ægyptiaco maris rubri, in quodã loco, qui Asiongaber appellat̃, nõ procul à ciuitate Elana, quæ nũc Beronice vocat̃. Hæc enim regio fuit primitus Iudæorum. Habuit autem ad ædificandas naues beneficia regis Hiræ. Nauigauerunt itaque in locum qui olim Ophira, (nunc terra aurea nuncupatur, quę est autem India) vt aurum deferrent, &c.

Rabbanus. Classis quam fecit Salomon in Asiongaber, quę festinantes vel fortes, vel viriliter interpretatur, ecclesia fidelium intelligitur: quæ in mari huius seculi posita, thesauros sapientiæ & scientiæ opesque virtutum studet acquirere: vbi sunt serui Hiram nautici & gnari maris cũ seruis Salomonis, quia Gentiles sapientia seculi eruditi cum in lege Mosi peritis sociantur in vnitate fidei. Hos mittit Salomon noster in Ophir, quæ interpretatur infirmans; vt inde aurũ afferant cum in vtilitate literæ sensum pretiosum quærere laborant, qui accepta summa quadringentorum quinquaginta talentorum auri ad regẽ deferunt, cum pretiosum sensum historiæ allegoriæ, tropologiæ atque anagogiæ in diuinis libris per gratiã spiritussancti inueniũt, & eum sapientiæ & consilio diuino ascribentes tribuunt.

b *In Ophir.* Nomẽ prouinciæ Ophir, ab vno posterorũ Heber vocata, ex cuius stirpe venientes, à fluuio Cophene vsq; ad regionẽ Indię q̃ vocatur Geria habitasse Iosephus refert.

a perfecit eam. Tũc abiit Salomon in Asiongaber, & in Ailath ad oram maris rubri, quæ est in terra Edom. Misit † ergo ei Hiram per manus seruorum suorum naues & nautas, gnaros b maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir, tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

lib. Ant. c. 6. — Matth. 12. d. — † autem. — rubri.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc abijt. *Hic describit magnificẽtia Salomonis in diuitiis exquisitis, q̃a p nauigiũ faciebat exquiri diuitias incõsuetas in locis remotis, & inaccessibilibus p terrã, de quo nauigio dictũ fuit 3. Reg. 9. in fine.*

CAP. IX.

a Regina quoque. Regina austri q̃ ab extremis finibus excitata venit audire sapientiã Salomonis ecclesiã de gẽtibus ad Christũ vẽturam figurabat: quæ circumamicta varietate in vestitu deaurato, obliuiscens populũ & domũ patris sui, barbara gente, nõ animo fuit, quia optabat sanctorum fieri conciuis. vnde: *Surget regina austri in iudicium cum generatione ista.*

b *Saba.* ✠ Iosephus. Herodotus Alicarnasseus postquam dixit trecentos & triginta fuisse reges Aegyptiorum, regnantis postea mulieris vocabulum posuit, nomine Nicaulam eã vocitatam fuisse declarans. Hæc Aegypti Aethiopięq; regina postea venit ad Salomonẽ. Dicunt autem quod & radicẽ Balsami, quam hactenus fert nostra prouincia, ipsa dederit regi.

✠ Glycas. Sabęi natio sunt Aethiopica. Eorum regina fuit admiranda illa Sibylla: quippe quę cum legẽ ignoraret, nec vates audisset, per Salomonem, sapientiæ subministratorem Deũ prædicauit. Inter alia quibus Salomonem tentauit, etiam huiusmodi quiddam excogitauit. Formosos aliquot pueros, tã mares quã fęmellas, vniusmodi vestitu & eadem tõsura cum exornasset, Salomoni eos exhibuit, vtriusque sexus discrimen in his vt indicaret, postulãs. Tũ ille iussis pueris facies suas abluere, naturã in vtrisq; suam deprehendit: cum mares quidẽ viriliter vult⁹ suos fricarẽt, fęminæ verò molliter ac delicatè, &c.

Hieronym. Saba conuersio vel captiuitas interpretat̃: quia ad fidẽ Christi cõuersa ecclesia ad eius captiuitatis sortẽ meruit pertinere. De quo dicit̃: *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem.* Hæc in camelis apportabat vero Salomoni aromata, aurum, gẽmas pretiosas, cum ad fidẽ Christi adducebat Gẽtiles fortitudine peccatorũ deformes, sed ingenio & studio florentes, habilesque dispensantibus prędicatoribus percipere fulgorẽ sapientię & gemmas virtutum pretiosas, quibus cultu celebri honorabat nostrũ Salomonem, imò honorata ab eo maiorẽ gratiã spiritualis muneris percepit. Vnde in sequẽtibus. *Rex Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, &c.* In pręsenti enim confert gratiã spiritussancti, & sapientiã atque virtutes, in futuro in conspectu glorię suę vitã largietur ęternã.

c *Quod postquam &c.* Conueniunt hęc ecclesię quę auditis miraculis Christi prouocata est ad quęrẽdum eum. Sed postquam ad ipsum venit per baptismum & fidem cõsideratis scripturę testimonijs agnouit diuinitatis pręsentiam, & parum ei visum est quod ante de eo audierat in comparatione perceptę gratię. Vnde & admirando in laudem eius prorumpit dicens. *Beati viri tui, &c.*

CAPVT IX.

a ¶ Regalis ciuitas Aethiopiæ quam Iosephus à Cambyse rege Meroen cognominatam ex sororis suæ vocabulo refert.

R † Egina quoq; Saba[a] cum audisset famam Salomonis, venit vt tentaret eũ in ænigmatibus in Ierusalẽ cum † magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimum, gẽmasq; pretiosas.

a ¶ Christum.

Cumq; venisset ad Salomonẽ, locuta

a Quæ cogitabat sibi salubria & necessaria esse. b ¶ Per legis notitiam & spiritussancti gratiam. ¶ Quia hic quadam ex parte cognoscit, in futuro autẽ facie ad faciẽ videbit, & cognoscet sicut & cognita est.

est ei quæcunque erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat, nec quicquã fuit quod perspicuum c ei non fecerit. Quod postquam vidit, sapientiam, scilicet, Salomonis, & domum quam ędificauerat, nec non cibaria mẽsę eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & † victimas quas † immolabãt in domo domini, non erat præ stupore vltrà in ea spiritus. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audieram in terra mea de † virtutibus & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem, vix medietatem mihi sapien

a ¶ Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

tiæ tuæ fuisse narratam: vicisti famam † virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt coram te † omni

a ¶ Per quam mundis cordibus dignatur se ostendere.

tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus Deus

a ¶ Pater, scilicet. b ¶ Super solium Dauid & super regnum eius sedebit.

tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum, regem dñi Dei tui. Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum

Rabbanus. — † 3. Reg. 10. a — Matth. 12. d. — lib. 3. Ant. c. 6. — † tabernaculum eius p quod ascendebat in domum. Anna par. 2. — † rebus tuis. — Rabbanus. Ephes. 4. b. — † exercitu graui valde. — † immolabat. — † quã audieram.

De lignis

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

1 R *Egina.* Hic consequenter circa magnificentiam Salomonis describitur famę diffusio. Et primò specialiter quãtum ad reginam Saba. Secundò generaliter quantum ad reges terrę ibi: *Magnificatus est.* Prima in duas: quia primò describitur dicta famę diffusio. Secundò substantię Salomonis quędam numeratio, ibi: *Erat autem pondus auri.* Circa primũ sciẽdum, quòd regina Saba audita fama Salomonis venit ad eum de partibus remotis. Primò ergo ostenditur ad quid venit, scilicet, ad proponendum dubias quęstiones, & quid inuenit, scilicet, perspicuas solutiones. Secundò ostenditur quid Salomoni dedit, & quid ab eo recepit, ibi: *Dedit autem regi, &c.*

Erat autem

MORALITER.

Regina quoque Saba. Requiratur expositio mystica 3. Regum decimo capite.

Profectus

a *De lignis.* Christus ligna pretiosa, id est, sanctos doctores, quorũ viror fidei nunquã arescit, nec folia verborũ decidũt: sed fructũ bonorũ operũ temporibus suis reddunt: ponit in munimentũ domus domini & domus regiæ, id est, in confirmatione ecclesiæ, vt eorũ vndiq; doctrinis & exemplis vallata ruinam non sentiat. Hi quasi citharæ & lyræ ad laudandũ dominũ fabricati dicuntur, quia omnia quęcunque fecerint, prosperabuntur, & laudem domini in prosperis & aduersis corde & ore & opere pronuntiant: & omnia in gloriam Dei faciunt, tota die & nocte non tacent laudare nomen domini.

b *Sexcenta.* Senarius per Senarium multiplicatus, sexaginta facit. Centenarius quoque sexies duct^{us} Dc. reddit. Denarius mãdatorũ significat perfectionẽ, centenarius ęternæ beatitudinis remunerationem. Desiderat enim rex noster nostram perfectionem, vt habeat quibus reddat perfectam mercedem vnde, *Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata.* Et post pauca. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes &c. & omnis qui reliquerit domum &c. centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.*

c *Omnesq; reges Arabiæ.* Offerũt Salomoni diuersę gentes & negotiatores & omnes reges Arabię & satrapæ terrarum aurum & argentũ: quia quęque gens & quęlibet persona certatim pro viribus nostro pacifico offert rectę fidei munus puritatem sensus, sacræ confessionis plenitudinẽ, eloquentiæ nitorẽ. vnde. *Reges Thar. & insu. mu. of. &c. Et adorabunt eũ oẽs reges, omnes gentes seruiẽt ei.*

d *Fecit igi.* Quia patres vtriusque testi. doctrina & operatione perfecti: quicquid sermone docuerũt, opere probauerũt.

e *Hastas aureas.* Hæc est armatura Dei, qua resistimus cõtra insidias diaboli: hanc quia habent prædicatores sancti, qui custodiunt domũ Dei, & excubant ad ostiũ eius, ne subintret hostis antiquus vñ: *Lectulum Salomonis ambiunt sexaginta fortes.*

f *Trecenta quoque.* Perfectam fidem significat in sanctæ trinitatis confessione. Bene custodes domus Dei hastas & scuta aurea portant; quia prædicatores qui sunt ecclesiæ custodes claritate sapientię splendentes, verborũ iaculis inimicos confodiunt, & scuto fidei ignea tela nequissima extinguũt.

g *Sex quoque gradus.* In senario bonorum operum perfectio. Sex enim diebus fecit mũdum Deus, & senarius est primus perfectus numerus. Bonis verò & perfectis operibus ad cœlum ascenditur.

Marginalia: 1. Cor. 10. g. — † algumim quidam porãt coralia esse alij hebenum & infra. — † mercatores. — † vel ducenta scuta ex auro ductili & infra. — Matth. 5. g. Ibid. 19. c. — † in domo saltus libani. Ibidem. d. — † gradus erant sex. — Psal. 71. b — Prouerb. 3. e

in æternum, idcirco posuit te super eum regem, vt facias iudicia atque iustitiam. Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosissimas. Non fuerunt aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba regi salomoni. Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna† thina & gemmas pretiosissimas. De quibus fecit rex, de lignis, scilicet thinis, † gradus in domo domini, & in domo regia, citharas quoque & psalteria cantoribus. Nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit & quæ postulauit, & multò plura quàm attulerat ad eum. Quæ reuersa, abiit in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos sexcenta sexaginta sex talenta auri: excepta ea summa quam † legati diuersarum gentium & negotiatores afferre consueuerant, omnesque reges Arabiæ & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni. Fecit igitur rex Salomon † ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in hastis singulis expendebantur. Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum quibus tegebantur scuta singula. Posuitque ea rex armamentario, quod erat consitum nemore. Fecit quoque rex solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. sex quoque gradus quibus ascendebatur ad solium, & † scabellum aureum, & † brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola: sed & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex vtraque parte. Non fuit tale solium in vniuersis regnis. Omnia quoque vasa conuiuij regis erant aurea, & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus † illis pro nihilo reputabatur. Siquidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram semel in tribus annis, & deferebant inde aurum, & argentum, & ebur, & simias, & pauos. † Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ diui-

Interlinear: a ¶ Hæc rotunda quasi ligna pinea, sed multo candidiora & valde fulgentia. — a In Regum ita: Fecit rex Salomon de lignis thinis fulcra domus domini. b Alij fulcra. — a In senario perfectio donorum quæ regi nostro a nobis deferenda sunt. — a In Regum, siclorum. — a Ecclesia, scilicet vbi spiritualis armatura reconditur, quibus fideles protteguntur, & hostes repelluntur. b Per fidem. c Diuersarum gentium congregatione ad decorem ecclesiæ & delitias regis ostendendas. — a Ecclesiam, scilicet in qua iu stus pacificus regnat & iudicat, quia anima iusti sedes est Dei. b Castitate decoratur ecclesia. Elephas enim temperans est & non vtitur coniuge secunda. c Quia splendorem gratiæ suæ facit in ecclesia splendescere, cum signis & miraculis præsentiam suam ostendit. — a Patres vtriusque testamenti animo fortes sibi & alijs dominantes. b Prædicatores apostolicam doctrinam sequentes. — a Quoniam quis in nubibus æquabitur d. &c. — a Magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

h *Scabellum aureum.* Sanctos virtutũ splẽdore fulgidos, in quibus habitat Deus. Possunt quoque per scabellum notari qui infirmi sunt in corpore Christi, sicut pœnitentes, vel qui nouissimi conuertẽtur iuxta finem, scilicet mundi, qui tamẽ sunt aurei igne tribulationum illius temporis excocti & probati.

i *Stantes iuxta brachiola: sed & alios duodecim leunculos, &c.* Quia sancti patres quicquid in euangelio boni fecerũt, nõ sibi sed Deo deputauerunt. vnde; *Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam.*

K *Brachiola, &c.* In Regum ita. *Et duæ manus hinc et inde tenẽtes sedile.* Hec sunt solatia diuinę gratię, quę ecclesiam protegũt ad regnum celeste. Vel hoc per binarium designatur, qa in vtroque testamento hoc maximè commendatur, quod non nisi per diuinum adiutorium aliquid boni potest perfici. Vnde. *Sine me nihil potestis facere.*

l *Sex gradus.* Quia doctrina & exemplo certant, ne labor insipientium in operando vacillet, sed rectitudinem in progressu virtutum fortiter conseruet.

m *Non fuit tale solium, etc.* Quia de ecclesia scriptum est: *Fortitudo & decor indumentum eius, &c. Et: Multæ filiæ congregauerunt d'uitias, tu supergressa es vniuersas.*

n *Omnia quoque.* Animæ sanctorũ, quę voluntati Dei deseruiunt, splendore sapientiæ & charitatis nitentes, cõtinẽt potum aquæ viuæ, *quæ fit in eis fons aquæ salientis in vitam æternam.*

o *Argentum.* Non est in sermone verbum Dei, sed in virtute, vt in prædicatione euangelij. Non in persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.

p *Siquidem naues regis ibant in Tharsis, &c.* Christus apostolos doctores euangelij, quos de Iudæis elegit, cum prædicatoribus de gentibus electis trina cõfessione, sed vna fide in mundum mittit,

Marginalia: † vel ligna. — Psalm. 113. b — 3. Reg. 10. c — † vel manus duas. — Ioan. 15. a. — † Salomonis. — † 3. Reg. 10. d Prouer. 31. d — Ioan. 4. b — 1. Cor. 2. a — Rabbanus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per, &c.* Hic ponitur quædam substantiæ Salomonis numeratio. Circa quod primò describitur multitudo prouentuum. Secundò magnitudo effectuum, ibi: *Fecit igitur rex Salomon.*

2 *Magnificatus.* Hic consequenter describitur diffusio famæ Salomon. omnibus terrę regibus. Sententia verò istarum partium patet ex dictis 3. Reg. 9.

Reliqua

dum mittit, vt in credentibus afferant sibi aurũ sapientiæ, argentum eloquentiæ, & ebur castitatis. Simia autẽ est animal ingeniosum, & hominis imitatoriũ, & philosophos significare põt: qui veræ sapientiæ sensus aliqñ mutant, & in disciplinis moralis vitæ edisserũt actus. Pauo qui laudatas ostẽdit pennas, eos significat qui propter laudes hominum variarum virtutum species ostentãt: sed prędicatorum doctrina instructi discũt benefacere intuitu solius Dei, & aptantur æterni regis delitiis.

a *Quadraginta*. Quadragenarius priscę legis tẽpora significat. Moses enim legem accepturus 40. diebus ieiunauit & populus per eum instructus 40. annis eremũ circumiuit. Senarius verò præsens tempus significat in quo apostolica doctrina noui testamenti populum nutrit. Bene ergo per quadragenarium numerantur equi Salomonis in stabulis collocati, quia per duritiam legis veteris, coercita est insolentia prioris populi. Duodenarius verò pręsẽs tempus significat: in quo apostolica autoritas populum gentium nutrit noui testamenti doctrina.

b *In Ierusalem*. Visione pacis, distantia locorum discretionẽ ostendit affectuũ. Qui enim sunt in vrbibus quadrigarũ, illos significãt qui diuersis ecclesiæ disciplinis per spirituales magistros erudiuntur. Alij verò iam eruditi, vsui regis cęlestis aptati præsentiã eius habere merentur. Vnde: *currus Dei decem milibus m. &c.* Et alibi: *Ascendens super equos tuos, & equitatus tuus sanitas.*

c *Philistinorum*. Duplicatur us cadentiũ. Philisthijm enim interpretatur ruina duplex. Hoc fit cũ per absolutionẽ peccatorum ab inchoatione sui in Iordane baptismatis vsq; ad conuersionẽ omnium gentium ad fidẽ Christi redundat gratia potestatis, vt vbi defluxus fuit carnaliũ desideriorũ, ibi stabiliatur germen virtutũ: & vbi idololatria & cõuersatio flagitiosa populorum fuit duplex ruina: ibi per confessionem rectæ fidei & cultum pietatis ad cęleste regnum surgat vita fidelium. Pertingit enim potestas eius vsque ad terminos Aegypti, idest, tenebrosas mẽtes infidelium, quas complet lumine fidei. vnde: *Coram illo procidẽt Aethiopes, &c.*

d *Tantamque*. Præbet verus Salomon in ecclesia copiam argẽti quasi lapidum, cum corda Gentilium insensibilia, ad veri Dei intellectum quos lapides pro Deo coluerunt, ad meditationẽ legis, & prædicationem euangelij conuertit. De quibus dicitur: *Similes illis fiunt qui faciunt ea, &c.* Et alibi. *Potẽs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Præbet etiam multitudinem cedrorum quasi sycomororũ, quia sterilitatem gentium quæ in altũ se erigere non valebãt, prouexit ad fœcunditatem bonorum operum & virtutum.

e *Et cedro*. Cedrus est imputribilis natura, odore iucunda, aspectu nitida, quę accensa nidore serpẽtes fugat & perimit.

f *Reliqua verò*. Quę fecit postquã legem Dei trãsgressus est, cũ alienigenę vxores vsque ad idololatriã eum pertraxerũt. Multi quidem vt Salomon, bene incipiunt & malè desinũt, dicique beatus ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

Marg.: † sapientia. † quatuor. * in multitudine. † prophetia. † 3. Reg. 11. g. Psal. 76. d. Abac. 3. b. Psal. 71. b. Psal. 113. c. Mat. 3. c.

a ¶ Dibi dixit cor meum quæsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram. Et alibi. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

tiis & † gloria. Omnésque reges terrarum desiderabant videre faciem salomonis, vt audirent sapientiam quam dederat Deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos & mulos per singulos annos. Habuit quoque Salomon † quadraginta milia equorum in stabulis, & curruum equitumque duodecim milia.

a ¶ In custodia disciplinarum.

Constituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in

a ¶ Et dominabitur à mari vsque ad mare, &c.
b ¶ Id est, super omnes qui recti regiminis exercent potestatem.

Ierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à

¶ Fructificato vel crescente.

flumine Euphrate vsque ad terram philistinorum, & vsque

a ¶ In argento nitor eloquentiæ & iucunditatis ecclesiasticæ doctrinæ.

ad terminos Ægypti. Tantamque copiam præbuit argenti in

a ¶ Duritiæ & insensibilitatis Gentilium. b ¶ In cedris subtilitas & odor virtutum.

Ierusalem quasi lapidum, et cedrorum tantam multitudinem

a ¶ In sycomoris vtilitas & infructuositas infidelium.

velut sycomororum, quæ gignuntur in campestribus.* Adducebantur autem ei equi de Ægypto, et cunctis regionibus.

a ¶ Priorum quæ fecit antequam præuaricaretur, sicut est templi ædificatio, varia sacrificiorum oblatio.

Reliqua autem opera salomonis priorum et nouissimorum, quæ fecit, scripta sunt in verbis Nathã prophetæ, et in † libris Ahiæ silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Ieroboam filium Nabat. † Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta annis. Dormiuitque cum patribus suis, et sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauitque pro eo Roboam filius eius.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Reliqua*. Hic ponitur conclusio regni Salomonis.

2 *Scripta*. Isti libri non habentur apud nos nec apud Hebræos.

3 *Super omnem Israel*. Hoc dicitur quia filius eius Roboam regnauit tantum super tres tribus, vt videbitur in sequentibus.

CAP. X.

a *Pater tuus durissimo iugo, &c.* ✠ Hieronym. Eo quod vigintiquatuor milia per vices mensibus singulis morabantur cum rege in Ierusalem. ✠ Eucherius. Israelitæ locum Sichem elegerunt, vt facilius in domum Dauid conspirarẽt, & electionem impedirent, occasionem nacti in Roboam infœlici vtendo auspicio.

Marg.: Quæstio. in hunc lib. † 3. Reg. 12. a. * Ieroboam.

CAPVT X.

Profectus est autem Roboam in Sichem (illuc enim cunctus Israel conuenerat) vt constitueret eum regem. Quod cum audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante salomonẽ) statim reuersus est. Vocaueruntq; eum, et venit * cũ vniuerso Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes. Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera patre tuo, qui nobis grauem imposuit seruitutẽ, et

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

1 *Profectus*. Postquam actum est de regno Dauid vnito & integro, hic consequenter agitur de eodem diuiso & defalcato. Et licet fuerint 19. reges. quia tamen aliqui pauca aut nulla fecerunt, ideo tempus eorum cum alijs describitur. Et secundum hoc residuum huius libr. in quindecim partibus diuiditur: quia primò agitur de tempore Roboam filii Salomonis in hoc cap. Secundò de tempore Abiæ cap. 13. Tertio de tempore Asa cap. 14. Quartò de tempore Iosaphat cap. 17. Quintò de tempore Ioram cap. 21. Sextò de tempore Ochozię cap. 22. Septimò de tempore Ioas cap. 23. Octauò de tempore Amasiæ cap. 25. Nonò de tẽpore Oziæ cap. 26. Decimò de tempore Ionathan cap. 27. Vndecimo de tempore Achaz capit. 28. Duodecimò de tempore Ezechiæ cap. 29. Decimotertiò de tempore Manasse capit. 33. Decimoquar-

Marg.: Diuisio.

MORALITER.

Profectus est autem &c. Expositio mystica posita est tertij Regum duodecimo capite.

1 *Venit*

a *Reliquit consilium seniorum, &c.* Hieronym. Hos aiunt Hebræi esse Banaiam filium Ioiadæ & Iabihel filium Achamoni, qui & Chilla vocatur, quorum consilio relicto, tractare cœpit Roboam cum iuuenibus, idest, Aduram, qui in sequentibus, lapidatus dicitur, & similibus. Iuuenem autem non ætate, sed animo sæpe diximus. Non enim erat Roboam, iuuenis ætate, sed sensu: qui quadragesimo primo ætatis suæ anno cœpit regnare.

b *Responditque rex &c.* hic significat malos rectores in ecclesia, qui terrenis cupiditatib. dediti, curam subditorum negligunt: et gaudent in multitudine sibi obsequentium. Interpretatur vero Roboam latitudo populi. Hi sunt, qui latam ingrediuntur viam quæ ducit ad mortem, non angustam, quæ ducit ad vitam. Et relicto patrum consilio quorum dicta & facta ad altitudinem persecutionis tendunt, consilio iuuenum obtemperare eligunt, qui laudibus & adulationib. eos grauant, qui cæci sunt & duces cæcorum, &c. vnde. *Væ tibi terra, cuius rex puer est, &c.*

c *Erat enim voluntas Dei, &c.* ✱ Theodoretus & Procopius. Quorum Deus curam gerit, ij perspiciunt quid sit agendum, vt quos Deus reddat sapientes. Quæ autem priuati sunt gratia, temere feruntur. Hoc autem hic quoque significauit oratio, quod visum sit domino Deo bifariam regnũ scindere, propter scelera patris.

paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait. Post tres dies reuertimini ad me. Cumq; abisset populus, iniit consiliũ cũ senib. qui steterãt corã patre eius Salomone, dũ adhuc viueret, dicẽs. Qđ datis cõsiliũ, vt rñdeam populo? Qui dixerũt ei: si placueris populo huic, & * lenieris eos verbis clementib. seruiẽt tibi oĩ tẽpore. At ille reliquit consiliũ senũ, & cũ † iuuenib. tractare cœpit, qui cũ eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitq; ad eos. Quid vobis vr̃, vel quid respondere debeo populo huic, qui dixit mihi. subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt, iuuenes, & nutriti cum eo in delitijs, atque dixerunt. Sic loqueris populo qui dixit tibi. Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu subleua, & sic respondebis eis. Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis iugum graue, & ego maius pondus apponam. † Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cædam vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis. Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum. Locutusque est iuxta iuuenum † voluntatem. Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cædam vos scorpionibus, & non acquieuit populi precibus. † Erat enim † voluntatis Dei, vt compleretur sermo eius quem locutus fuerat per manum Ahiæ silonitis ad Ieroboam filium Nibat. Populus autem vniuersus (rege duriora dicente) sic locutus est ad eum. † Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernecula tua Israel. Tu autem † pasce domum tuam Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. † Misitque rex Roboam Aduram qui præerat tributis & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est. Porro rex Roboam † currum festinauit ascendere, & fugit in Ierusalem. Recessitque Israel a domo Dauid vsque ad diem hanc. Factum est autem cum audisset omnis Israel, quod reuersus esset Ieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel. Nec secutus est quispiam domum Dauid, præter tribum Iuda solam.

Marginalia: * fueris in bono, & 1. bona egeris populo illi. † consuluit iuuenes. — Matt. 15. b. — † 3. Reg. 12. c. Eccles. 10. c. — In li. 2. Par. † consilium, dicens. — † causa a Deo lxx. subuersio a Deo. — † 7. q. 1. c. denique. † prouide domui. — † 3. Re. 12. c. † roborauit se & ascẽdit currum. — ¶ Factum est autem cũ audisset omnis Israel, quod reuersus esset Ieroboam, miserunt & vocauerunt eum, cõgregato cœtu, & constituerunt eũ regẽ super omnem Israel. Nec secutus est quispiam domũ Dauid, præter tribũ Iuda solam. Tract. de 42. mansionibus. — Lib. 18. de ciuit. cap. 21. — † 3. Re. 12. c.

NICOLAVS DE LYRA.

Decimoquarto de tempore Iosiæ capit. 34. Quintodecimo de tempore filiorum eius ca. 35. Circa primum describitur primo regni Dauid diuisio. Secundo diuisionis confirmatio ca. 21. Prima in duas, quia primo describit diuisionis occasio. Secundo ipsa diuisio ibi. *Populus autem.* Sententia autẽ istarum partium patet ex dict. Reg. 12. vsque ad medium capituli. 1 *Factum.* Totum istud vsque ad finem huius capituli non est de textu, quia non est in Heb. nec in libris correctis, sed de 3. Reg. 12. acceptũ est & delatum in hoc loco ex imperitia scriptorum seu correctorum, & ex ignorantia Hebraicæ veritatis, sicut & alijs pluribus locis simile factum est.

CAP XI.

Venit autem Roboam, &c. ✱ Aug. Cum voluisset Roboã tanquã tyrannidẽ diuisæ illius partis bello persequi, prohibitus est populus pugnare cũ fratrib. suis dicẽte Deo p prophetã, se hoc fecisse. Vñ apparuit nullũ in ea re vel Israel regis, vel ppli fuisse peccatum, sed a volũtatem Dei vindicantis, impletam esse, qua cognita, pars vtraque inter se pacata conquieuit. Non enim, religionis, sed regni, fuerat facta diuisio. ✱ Euch. In 2. Reg. c. 3. Deus tñ hoc nisi per ipsorũ hominũ voluntates facere noluit, sine dubio hñs humanorũ qđ placeret animorũ inclinãdorum potestatem. Sic ergo cum voluerit, reges in terra Deus constituere, magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas voluntates.

CAP. XI.

Venit autem Roboam in Ierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda & Beniamin centũ octoginta milia electorum, atque bellantium, vt dimicaret contra Israel, & conuerteret ad se regnum suum. Factusque est sermo domini ad Semeiam hominem Dei, dicens. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui est in Iuda, & Beniamin. Hæc dicit dominus. Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros. Reuertatur vnusquisque in domum suam,

1 ✱ Ambros. Aduersus Ieroboam parans se Roboam defendere, ædificauit ciuitates munitas Ethã & Thecue, hoc est, ciuitates fortitudinis: Ethã quippe nobis sonat fortitudinem. *Maacham*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

1 *Venit autem.* Hic p̃nr describitur prędictæ diuisionis confirmatio p verbum pphetę ex parte dñi loquentis. Et patet sñia ex dictis 3. Regũ 12. c. Secundo describitur regni defalcati prosecutio, ibi. *Habitauit autem Roboam.* Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur prosecutio huius regni proficiendo. Secundo deficiendo. ca. 12. Primo in duas: quia primo describitur profectus regni Roboam per proprium studiũ. Secundo p aliorũ auxiliũ, ibi. *Sacerdotes autem.* Tertio preponendo valentiorẽ filium, ibi: *Duxit autem Roboã, &c.* Circa primum ostenditur profectus regni Roboã pprio studio eo q; multas ciuitates murauit, & plura fortalitia construxit in regno suo, muniendo ea victualibus & bellatoribus ad roborationem regni sui: & patet litera. *Sacer-*

Diuisio.

MORALITER.

1 *Venit autem Roboam.* Expositionem mysticam require. 3. Regum 2. cap.

quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem domini, reuersi sunt: nec perrexerunt contra Ieroboam. Habitauit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda: extruxitq; Bethlehem, & Etam, & Thecue, Bethsur quoque & Socho, & Odollam, nec non & Geth, & Maresa, & Ziph: sed & Aduram, & Lachis, & Azeca, saraa quoque & Aialon, & Hebron, quæ erat in Iuda & Beniamin ciuitates munitissimas. Cumq; † clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumq; horrea, † hoc est olei & vini. sed & in singulis vrbibus fecit armamentaria scutorum & hastarum, firmauitq; eas summa diligentia, & imperauit super Iudam & Beniamin. Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant [1] in vniuerso Israel, venerunt ad eum de cun- [2] ctis sedibus suis, relinquentes suburbana & [3] possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Ierusalem, eo quod abiecisset eos Ieroboam & posteri eius: ne sacerdotio domini fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum et dæmoniorum, vitulorumque quos fecerat. Sed et de cunctis tribubus Israel quicunque dederant cor suum vt quærerent dominū Deum Israel, venerunt Ierusalem ad immolandum victimas domino Deo patrum suorum: et roborauerunt regnum Iuda, et confirmauerunt Roboam filium salomonis per tres annos. Ambulauerunt enim in vijs Dauid et Salomonis annis tātum tribus. Duxit autem Roboam vxorem Mahalath [4] filiam Ierimoth, filij Dauid, Abihail quoque filiam Eliab, filii Isai, quæ peperit ei filios eius et somoriam et Boom. Post hanc quoque accepit Maacha filiam Absalon, quæ peperit ei Abia et Ethai, et Ziza et salomith. Amauit autem Roboam Maacha filiā [a] Absalom super omnes vxores suas et cōcubinas. Nam vxores decem et octo duxerat, concubinas autem sexaginta, et genuit viginti octo filios et sexaginta filias. Constituit verò in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos. † Ipsum enim regem facere cogitabat, quia † sapientior fuit super omnes filios eius, et in cunctis finibus Iuda et Beniamin, et in vniuersis ciuitatibus muratis. Præbuitque eis escas plurimas, et multas petiuit vxores.

Margin: † roborasset munita. † & oleum & vinum. † vt eum regnare faceret. † dispersit de cunctis filiis.

a *Maacham filiam Absalom, &c.* ✠ Hiero. Non est iste Absalom filius Dauid, sed alius, quod in Regum volumine demonstratur. (Quæstion. in hunc locum.)

✠ Iosephus. Habuit autem leges sibi cōiunctas vxores decem & octo, concubinas verò triginta. Et filij quidem ei nati sunt decem & octo, filię verò sexaginta.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sacer. au.* Hic consequenter describitur profectus regni Roboā per aliorū auxilia: qa Ieroboā factus rex super Israel timuit ne populus rediret ad regnū Dauid, si iret in Ierusalē ad sacrificandum domino, vt habetur 3. Reg. 12. & ideo fecit duos vitulos aureos, vt ibidem habetur. Et quia sacerdotes & Leuitæ qui habitabant in regno suo, abominabantur cultum vitulorū, abiecit eos: & sic venerunt ad regnū Roboā, & per consequens ipsum roborauerunt. Et hoc est quod dr.

2 *Venerunt ad eum de cunctis se.* i. ciuitatibus in quib. habitabāt, & quæ erant eis assignatæ pro inhabitatione, vt hr Iosue 21.

3 *Relinquentes*, quia sicut erant eis concessæ ciuitates ad habitandū, sic ēt suburbana ad animalia nutriēdū. Similiter ēt homines deuoti de alijs tribubus qui volebant colere dūm, ascendebant in Ierusalem ad immolandum domino sic legitur de Thobia, Thob. 1. c. & sic roborauerunt regnum Iuda: quia parati erant ipsum adiuuare. Et hoc est quod dicitur: *Sed & de cunctis tribubus Israel, &c.*

4 *Duxit autem Roboam.* Hic consequenter describitur profectus regni Roboā, per hoc q, ordinauit sibi succedere valentiorē filiū, scilicet, Abiam, quamuis haberet plures vxores & de his multos filios seniores ipso. Et patet litera ex dictis.

CAPVT XII.

Cumq; roboratū fuisset [1] regnū Roboā & confortatū, dereliquit le- [2] gē dñi, & oīs Israel cū [3] eo. Anno autem quin- [b] to regni Roboā ascē- [4] dit Sesac rex Ægypti in Ierusalē (quia peccauerunt dño) cum mille ducētis curribus, & sexaginta millib. equitū: nec erat numerus vulgi quod venerat cū eo ex Ægypto, Lybies, scilicet, & Troglodytæ & Æthiopes. Cepitq; ciuitates munitissi-

CAP. XII.

a *Cumq; roboratum fuisset, &c.* ✠ Iosephus. Reor quia sępius causa malorum & iniquitatis existat hominibus magnitudo rerum, earumq; ad potiora conuersio. Videns enim Roboam regnum suum augeri, ad impias & iniustas conuersus est actiones: & spreuit Dei religionem, ita vt populus imitaretur eius iniquitatem. Cum moribus namque Principum, corrumpitur conuersatio subiectorum: & cum viderint illos luxurias, suæ castitatis merita respuentes: quasi virtutem, eorum imitari nituntur illecebras. Non enim opera principum approbare vidētur, nisi etiā similiter hęc agantur. Hoc igitur accidebat subiectis Roboā. Nā cum ille ageret impiè, studebāt & illi nō esse iusti, ne rex videretur offendi. (Lib. 8. Anti. cap. 10.)

✠ Rab. Vides quàm periculosa sit diuitiarū affluētia, & quā fœlix ciuitas est, cuius rector sapiēs & iustus, cuius vices sapiēs Ecclesiasticus profert: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et qualis est rector ciuitatis, tales & habitātes in ea. Rex insipiēs perdet populū suū. Ille vtique rex de quo dictū est, *Væ tibi terra, cuius puer rex est, & cuius principes mane comedunt: quia talis rex perdet populum suum*, hoc est, omnes sibi obedientes in barathrum secum pręcipitat īferni. (In cap. 10. Ecclesi. — Eccles. 10.)

b *Anno autem quinto regni Roboā ascendit.* Mali rectores per negligentiam (Rabbanus.)

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

Cumque roboratum fuisset. Hic cōsequenter describitur processus regni Roboam in deficiendo. Et primò describitur regis & populi transgressio. Secundò contritio, ibi: *Semeias aut.* Circa primum dicitur.

1 *Cumque roboratum fuisset.* modo dicto cap. præced.

2 *Dereliquit legem.* ad idololatriā declinando secundū modū matris suæ quæ fuit Naama Ammonitis, vt dicit infra eod. c.

3 *Et omnis Israel.* id est, maior pars populi qui erat pronus ad idololatriam, aliqui tamen in hoc non fuerunt eum secuti, vt patebit infrà eod. cap. Consequenter ponitur transgressionis punitio, cum dicitur.

4 *Ascendit Sesac.* de ordinatione domini ad puniendū peccatum regis & populi: quia malum pœnæ est à Deo, inquantum iustè infertur, propter quod dicitur Amos 3. b. *Non est malum in ciuitate quod dominus non fecerit.*

MORALITER.

Cumque roboratum &c. Expositio mystica posita est tertij Regum decimoquarto capite.

A gligentiam suam principem tenebrarum prouocant in ecclesiam qui thesauros domus domini & thesauros regis aufert: cum scientiam scripturarum & opera virtutum subtrahit incautis & desidiosis.

a *Sesac rex.* Byssus cilicij, vel gaudium cilicij. Byssus quidē subtilitatem significat: cilicium quod fit de pilis caprarum, peccata. In bysso ergo cilicij, versutia diabolicæ fraudis in psuasione peccati Sesac Ierosolymitanas opes aufert, cum diabolus q. callide decipit & gaudet in multitudine peccatorum, ecclesiasticos viros, B scientia spirituali & opere virtutis spoliat: & eos qui videbantur in ecclesia decori, spoliatos secum in barathrum per ditionis mergit.

b *Clypeos* Salomon scuta aurea fecit, & custodibus dom⁹ suæ tradidit, cū Christus spiritualem scientiā per duo testamenta doctoribus ecclesię ad plebem tuēdā commendauit. C Hanc antiquus hostis per incuriā terrorsum abstrahit. Cū enim intendunt terrenis rebus, minusq; curāt de cęlestibus officio pristino & scientia nudatos, quasi in do- D mo propria opibus spoliatos relinquit. Tales vero cum se sensu spirituali priuatos aspiciunt, per eloquentiam verborum copiam quærunt, quorum sonoritatem velut scutorum æreorum firmitatem contra hostes pro subiectis opponunt.

Sed quantò æs auro vilius, tantò inferior est eloquētia veræ sapientiæ fructu. Vnde: *Vbi plurima verba, ibi frequenter egestas.* [Prouer. 14. c.]

✱ Iosephus. [Vbi supra.] Cum splēdido principatu & claritate rerum debuisset imperare, sub multo silentio & timore regnauit. Mortuus est autē cum vixisset annis quinquaginta & septē, in quib⁹ regnauit annis decē & septē, vir superb⁹ & fatuus E & qui nolēs paternis amicis credere, pdiderat principatū.

c *Semeiæ.* Qui superius Roboam & filios Iuda de peccatis arguebat.

d *Addo.* Qui & Abdo, hic est q. ad arguēdū Ieroboā pro altari qđ fecerat, à dño missus est in Samariā, qui in via interfectus est, quia cōtra præceptum F domini à pseudo propheta seductus ibidem manducauit.

[† Ascendit itaque Sesac rex Aegypti contra Ierusalem, & abstulit thesauros.]

mas in Iuda, & venit vsque Ierusalem. Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem, fugientes Sesac. Dixitque ad eos: Hæc dicit dominus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. Consternatique principes Israel & rex, dixerunt: Iustus est dominus. Cumque vidisset dominus quòd humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac. Veruntamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & a seruitutis regni terrarum. † Recessit itaque Sesac rex Ægypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus domini, & domus regis. † Omniaque b secum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex * æneos: & tradidit illos principibus † scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatii. Cumque introiret rex domum domini, veniebant scutarii, & tollebant eos. Iterumque referebant ad armamentarium suum. Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira domini, nec deleti sunt penitus: siquidem & in Iuda, † inuenta sunt opera bona. Confortatus est ergo rex Roboam in Ierusalem, atque regnauit. Quadraginta autem & vnius anni erat cum regnare cœpisset, & decem & septem annis regnauit in Ierusalem (vrbe quam elegit dominus) vt † confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel. Nomen autem matris eius Naama Ammanitis. Fecitque malum & non præparauit cor suum vt quæreret dominum. Opera verò Roc boam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ & d Addo videntis: † & diligenter exposita. Pugnaueruntque aduersum se Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Et dormiuit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in ciuitate Dauid, & regnauit Abia filius eius pro eo.

a ¶ Ecclesia quæ in vnitate fidei perfistit semper pugnat cum hæreticis schismaticis, & cum omnibus fidei catholicæ inimicis.

[3. Reg. 14. g.] [*Roboam. †Cursorum. †Cursores.] [sermones bo- † Lxx. fuerunt ni.] [†poneret.] [†dum recenserent.]

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Semeias autem.* Hic ponitur regis, & populi contritio, vexatione eis dante intellectum, propter quod receperunt prophetæ verbum. vnde dicitur. *Semeias autem.* qui non potentes resistere ipsi Sesac in campo fugerant in Ierusalem tanquam ad ciuitatem regiam, fortissimam, & munitissimam.
2 *Vos reliquistis me.* Ad idola declinando.
3 *Et ego reliqui vos.* Auxilium meum subtrahendo.
4 *Iustus est.* confitentes peccatum suum humiliter, & veraciter exaudiendo.
5 *Cumque vidisset.* per delicti sui confessionem, & pęnitentiā. Ex hoc subditur pœnæ diminutio, cum subditur.
6 *Quia humiliati sunt.* Totaliter delendo.
7 *Daboque eis.* Quia non permittam Sesac ciuitatem, & populum destruere, tamē permittam eos ipsi Sesac seruire sub tributo. Cuius causa subditur.
8 *Vt sciant.* per experientiam.
9 *Distantiam.* Quia seruitus Dei suauis est, & consolabilis, seruitus autem humana dura, & quasi importabilis est. Vnde legitur de multis, quòd magis elegerunt mori, quam subijci seruituti, sicut refert Iosephus libro de bello Iudaico, quia Eleazar Iudæus cum multis alijs in quodam castro à Romanis obsessus, qui videntes, quòd erant capiendi, interfecerūt se mutuo, de subijcerentur Romanorum seruituti.
10 *Recessit itaque.* non ab obsidione tantum, quia ingressus fuit Ierusalem, vt patet ex sequentibus cum dicitur.
11 *Sublatis.* Dicit enim Iosephus, quod Roboam timore ductus fecit sibi portas aperiri, tamen sub certis pactis, q̃ tñ Sesac non tenuit, sed magis tēplum, & domū regiam spoliauit.
12 *Pro quibus.* ex quo patet deiectio regni ab aurea magnificentia in æneam.
13 *Siquidem.* Quia aliqui ad idololatriam non declinauerant quorū intuitu Deus pepecit et alijs, nō tamē à toto, sed à tāto.
14 *Confortatus est ergo, &c.* erat enim parui cordis, vt habet c. seq. & ideo accepit confortationem in modico, videlicet quòd remansisset sibi ciuitas, & vita, & nomen regium.
15 *Nomen autē.* Erat enim Gētilis, & idololatra, & sic docuit filium suum. vnde subditur. *Fecitque.*
16 *In libris.* Isti libri non habentur, quia non fuerunt reparati ab Esdra.
17 *Pugnaueruntque.* Licet enim primum bellum generale inter eos fuerit prohibitum à Deo, vt dictum est in principio 11. cap. tamen bella particularia fuerunt in extremitatibus vtriusque regni, sicut solet fieri in extremitatibus regnorum abinuicem discordantium.

CAP.

CAP. XIII.

Nno decimooctauo regis Ieroboam regnauit Abia super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierusalem. Nomenque matris eius Michaia filia Vriel de Gabaa, & erat bellum inter Abiam, & Ieroboam. Cumque iniisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadraginta milia, Ieroboam instruxit econtra aciem octoginta milia virorum qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. Stetit igitur Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait. Audi Ieroboam, & omnis Israel. †Num ignoratis quod Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum ipsi, & filiis eius in pactum salis? Et surrexit Ieroboam filius Nabath, seruus Salomonis filii Dauid, & rebellauit contra Dominum suum? Congregatique sunt ad eum viri vanissimi, & filii † Belial, & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis. Porro Roboam erat † rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis. Nunc ergo vos dicitis, quod resistere possitis regno Domini quod possidet per filios Dauid. Habetisque grandem populi multitudinem, atque uitulos aureos quos fecit vobis Ieroboam in Deos, & eiecistis Sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas, & fecistis vobis Sacerdotes, sicut omnes populi terrarum. Quicunque venerit, & † initiauerit manum suam, in tauro, & de bobus, & in arietibus septem, fit Sacerdos eorum qui non sunt Dii. Noster autem Dominus Deus est, quem non relinquimus. Sacerdotesque qui ministrant Domino de filiis Aaron, & Leuitæ sunt in ordine suo. Holocausta quoque offerunt domino per singulos dies mane, & vespere, & thymiama iuxta legis præcepta con-

Marginal notes: Hier. Rabbanus. — † Nõne vestra interest scire. — Vbi sup. timpii. — † puer. — † consecrauerit. — † tenero, id est pauido. — In 1. capitul. Rom. d. — 3. Reg.

A Nno decimo &c. a Semeron. Ciuitas est quã cepit Iesus rege illius interfecto, quam dñs uocari nunc Sebastẽ oppidum Palesthinæ vbi Ioannis Baptistę conditæ sunt reliquię. legimus aũt in Regñ, q. Amri Rex Israel emerit montem Semeron a quodã Semer, & ædificauerit in uertice illi⁹ ciuitatẽ q̃ ex noie dñi, s. Semer, Semeron appellauit. ✠ Theo. Iure autẽ est admirãda Cõcio Abdię. Nã cum vidisset ex decẽ tribub. octingẽta millia aduersũ se stare acie dixit aduersariis, An non vos scire oportebat q̃ a Deo datum est regnum Dauidi, & finem non accipiẽs conuenienter diuinæ promissioni? Quo erexistis tyrãnum, patris mei seruum? Testm̃ aũt salis æternũ appellauit regni firmitatẽ, qm̃ et Barbari simul nutrescentes cum hostibus pacem seruant firmam, ac stabilem salis recordãtes. Pater meus, inquit cessit tyranni de, ego autem uos arguo, quod aduersus regnum diuinũ audetis arma mouere, & cõfiditis in aureis iuuencis, propter quas electis Dei sacerdotibus, alios pro eis suffecistis, faciẽtes similia gentib. Nam & illi quosuis sacerdotes eligunt iis, qui dii non sunt. Nos autẽ in uero Deo confidimus, cuius & sacerdotes, & Leuitas honoramus.

b Atque uitulos aureos, &c. ✠ Amb. Ac gyptii colebant quadrupedem, quem dicebant Apin, in similitudinem vaccę, quod malum est Ieroboam, uaccas instituens in Samaria, quibus sacrificarent Iudæi, & uolucres, quia Coracina sacra habent Pagani.

Hæc

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

ANno decimo. Hic consequenter agitur de tempore Abia. Et primo describitur eius genealogia. Secundo pugna, ibi, *Cumque iniisset Abia certamen*. Tertio victoria, ibi, *Respiciensque Iudas*. Quarto occulta, ibi, *Quem percussit dominus*. Circa primum dicitur.

Diuisio.

1 *Nomenque*. sup. 11. c. uocatur Maacha. Et dicendum, quod est idem nomen variatum tamẽ, quod frequenter fit in nominibus Hebræis, & Latinis, vt frequenter dictum est.

2 *Filia Vriel*. sup. 11 dicitur. *Filia Absalon*. sic est in Hebræo & non Abissalon, ut habent aliqui libri, & male, & ex hoc vlterius erant alii credentes quod fuerit Absalon filius Dauid. Dicitur. n. hic filia Vriel de Gabaa, Absalon autem filius Dauid fuit de Ierusalem. Ad illud uero quod inductum est de discordia nominis patris istius qui uocatur hic Vriel, & supra Abissalon, Dicunt aliqui quod Vriel fuit pater eius, ut dicitur hic, *Abissalon vero auus eius*, & sic uocatur eius filia, quia filii filiorum dicuntur filii parentum. Vnde Ruth 4. d. Natus est filius Noemi, id est, nepos. Aliter potest dici quod pater Maacha fuit binomius, sicut & multi alii, & hic exprimitur unum nomen, & aliud, sup. 11. c. & 3. Reg 15.

3 *Cumque*. Hic describitur ipsius Abiæ cum Ieroboam pugna, vbi primo describitur bellatorum hinc, & inde numerus, & patet litera. Secundo pugnæ locus, cum dicitur. *Super montem Semeron*. Tertio persuasio Abię ad inducendum aduersarios, vt sine bello recederent, vt patebit infra, vbi primo allegat ordinationem Domini dantis regnum Dauid, & filiis eius in perpetuum. Ideo subditur.

4 *In pactum*. In omni. n. sacrificio domini ponebatur sal, & ideo apud Iudæos pactum firmum, & stabile dicebatur pactum salis. Secundo allegat ipsius Ieroboam, vsurpationem iniustam regni, dicens, *Et surrexit Ieroboam, &c.*

5 *Congregatique*. nihil habentes de pondere veritatis.

6 *Et filii*. i. absque iugo diuinæ legis, & rectæ rationis.

7 *Et præu*. Cuius causa subditur, *Porro Roboam erat rudis*. i. stolidus. Vnde in Hebræo hic habetur, *Puer non ætate*. quia in principio regni sui iam erat quadraginta, & unius anni, ut habetur, tertio Regum decimoquarto capitul. sed dicitur puer sensu.

8 *Et corde*. In Hebræo habetur, *Et corde tenero*. i. impotenti ad aliquid sustinendum.

9 *Nunc ergo*. quia ipse erat rex principalis, & filii Dauid eius uicarii. Et hic patet quod iste Ieroboam volebat etiam occupare regnum Iuda. Tertio allegat Abia ipsius Ieroboam, & eius populi idololatriam, cum dicitur.

10 *Habetisque*. in qua confiditis, sed pro nihilo, quia sunt subditi idololatriæ peccato, licet enim in uitulis aureis primo adorauerint Deum secundum opinionem aliquorum quæ probabilis est, ut dictum est 3. Regum decimosecundo, tamen extunc fuit ibi quidam idololatriæ modus, quia adorabant eum in imagine prohibita, vt habetur Exod. vigesimo. Item procedente tempore adorauerunt ibi dæmones dantes responsa. Vnde supra 11. c. dicitur de Ieroboam. *Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum, & dæmoniorum*. Vnde subditur, *Atque uitulos*.

11 *Et eiecistis sa*. vnde habetur, sup. 11.

12 *Quicunque ve*. Hoc est, quicunque voluerit pretium dare erit sacerdos, & poterit offerre. Quarto allegat Abia in populo suo ipsius Dei debitam fidem, & culturam, dicens.

13 *Noster au*. est verus Deus solus.

14 *Sacerdotesque*. quos elegit dominus in sacerdotes sibi, ut habetur Ex. 28.

15 *Et Leuitæ*. s. cantorum, ianitorum, & aliorum officiorum prout ordinauit Dauid, vt habetur supra 1. libro vigesimoquinto c.

16 *Holocausta quoque*. s. iuge sacrificium quod offerebatur omni die mane, & vespere.

17 *Et thymiama iuxta*. s. ex quatuor rebus aromaticis, vt habetur Ex. 30. c.

Et ✠ Et

MORALITER.

1 *Anno deci*. Per Abiam qui interpretatur pater meus dominus, signari potest quilibet fidelis Christianus, fideliter dicẽs Deo, *Pater noster qui, &c.* Per Ieroboam aũt qui diuisio populi interpretatur, signatur diabolus qui diuisione inter hoïes ponere machinatur. Gre. hom. 29. Solerter intuendum est, quod antiquus hostis dum mentem nostram ad rerũ tpaliũ dilectionem trahit, infirmiorem contra nos proximum † excitat

a Hæc illo loquente,&c. ✱Theodo. His dictis, Iudam quidem circundederunt decem tribus, ipsi vero iubilarunt, & diuinum auxilium implorarunt. Deus autem ad belli auxilium vocatus, hostium audaciam conuertit in timorem, & cõuersi aufugerunt omnes, & cæsa sunt quinquaginta millia ex fugiẽtibus. Dicit et fugæ cãm, Et inualuerũt filii Iuda, qđ sperauerũt in dominũ Deũ patrũ suorũ. Ceperunt etiã ciuitates illis subiectas. Ieroboam autem ipse vniuersorũ Deus morti tradidit. ✱Ios. Ad hanc regis vocẽ redditus est militum aĩs, & inuocata ope numinis, ad sacerdotũ classica ĩ gẽti clamore sublato alacritatis indice, in hostẽ irruunt. Nec defuit cœleste auxiliũ, qđ hostiũ vigorẽ repulit. Abbianis longe p̃pollẽtib. ✱Hie. Corruerunt vulnerati ex Isrl̃ qnquaginta milia ui rorũ fortium, hi nimirũ qui añ idolũ curuauerũt genua sua. Præceptũ.n. erat in lege, ut si quis idolũ adoraret, moreref. b Bethel. Ciuitas in proximo lapide ab Elia ad dexterã euntib. Neopolim, quæ prius Luza, i. Amigdalon vocabatur, & cecidit in sortem Beniamin iuxta Bethan, & Hai, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. c Ephron. Ciuitas est in tribu Iuda. Vnde & villa pergrãdis Ephrea cõtra septẽtrionem in uicesimo ab Elia miliario hactenus uocaf. d In diebus. Non Ieroboam, in cuius uicesimo anno p̃m li. Re. ĩpabat Asa filius Abia sup Iudã, & Ierusalẽ, sed Abiã qui accepta Bethel idola reseruauit Israeli ĩ scãdalũ, ut Hebræi asserunt.

Questio in hunc locum. †prosperè succedet. L.8.ant.c.11. †percussit. †tinnixi eent domino. †illas, & infra Questio in hunc locum. Rabb. †gesta †in Midras i in libro ĩ quo digerũtur gesta regum, q̃ inquirens ibi dẽ potest ga inuenire.

[1] fectum, & proponunf panes in mẽsa mundissima. [2] Estq; apud nos cãdelabrũ [3] aureũ, & [4] lucernæ eius, ut [5] accendaf sp ad vesperã. Nos quippe custodimus p̃cepta dñi Dei nostri, quem uos reliquistis. [6] Ergo in exercitu nr̃o dux Deus est, & sacerdotes eius qui clangunt tubis, & resonant contra vos. [7] Filii Israel nolite pugnare contra dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis †expedit. a [8] Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur insidias. Cumque ex aduerso hostium staret, ignorantem Iudam, suo ambiebat exercitu. [9] Respiciensque Iudas vidit instare bellum ex aduerso, & post tergum, & [10] clamauit ad Dominum, ac Sacerdotes tubis canere cœperunt. Omnesque viri Iuda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus † [11] perterruit Deus Ieroboam, & omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia, & Iuda, fugeruntque filii Israel Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna, & corruerunt uulnerati ex Israel quingenta milia virorum fortium Humiliatique sunt filii Israel in tempore illo, & vehementissime confortati sunt filii Iuda, eo quod † sperassent in Domino Deo patrum suorum. Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam, & [12] cepit ciuitates ¶ eius, b Bethel & filias eius, & Iesana cum filiabus suis. c Ephron quoque, & † filias eius. Nec ualuit ultra resistere Ieroboam d in diebus Abia, [13] quem percussit Dominus, & mortuus est. † Igitur Abia confortato imperio suo, accepit uxores quatuordecim, procreauitque viginti duos filios, & sedecim filias. Reliqua autem † sermonum Abia, uiarumque & operum eius scripta sunt † diligentissime in libro Addo prophetæ.

¶ Ciuitas regni Iuda.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et proponuntur pa. *s. duodecim quolibet sabbatho renouando.*
2 Estque apud nos cande. aur. *licet.n. essent in templo undecim candelabra aurea, ut dict. est sup. 4. c. tamen Sesac rex Aegypti spoliauerat templum, ut dictum est sup. 12. c. & fortè abstulerat decẽ quæ fecerat Salomon, dimittens illud solum quod fecerat Moyses. Vel ponitur hic singulare pro plurali.*
3 Candel. *i. candelabra, sicut Ex. 8. f.* Venit musca grauissima. *i. multitudo, & c. Vnde subditur.*
4 Et lucer. *i. lucernæ, quia in quolibet candelabro erant septem lucernæ, ut dictum est, sup. c. 4.*
5 Vt acc. *Plures.n. lucernæ ardebant de nocte quam de die, & ideo aliquæ extinguebantur mane, & reaccendebantur uespere.*
6 Ergo in exercitu. *qui semper assistit suis ueris cultoribus.*
7 Filii Israel nolite pug. *quia pugnando contra nos qui sumus eius serui, pugnabitis contra ipsum. Et sic patet quod dictum est in principio huius persuasionis, videlicet quod Abia intendebat monere filios Israel, ad hoc quod recederent absque mutuo conflictu, sed sua persuasio non habuit effectum. Vnde subditur.*
8 Hæc illo lo. *Stans.n. ex opposito fingebat se uelle pugnare a parte anteriori tantum, sed malitiose quærebat eum, cum hoc inuadere a parte posteriori.*
9 Respiciensque. *Hic consequenter ponitur ipsius Abiæ uictoria quia cum uideret se & exercitum suum prædicto modo inclusum.*
10 Clamauit ad do. *confidens de eius auxilio. ideo sequitur.*
11 Perter. Deus. *Modus autem perterrendi non exprimitur ĩ textu, nec in glossa quam uiderim, sed potuit esse per aliquod exterius, s. per fragorem tonitrui, & lapides grandinis, vel huiusmodi, sicut dicitur de Philisthæis, 1. Re. 7. vel immittendo terrorem interius tantum per quem deficeret cor, & per consequens membra exteriora ad se defendendum, quia motus uitalis spirituum procedit a corde ad membra exterirra. Sequitur.*
12 Et cepit ci. *i. uillas sibi adiunctas.*
13 Quem per. *Hic ultimo describitur ipsius Abiæ culpa occulta propter quam a domino interfectus est. Et ista ut dicunt aliqui, fuit, qa capiendo ciuitatem Bethel idola ibi iuenta reseruauit in detrimẽtum sui, & coluit. Nec mirum, quia de ipso dicitur 3. Re. 15. a. Ambulauit que in omnib. peccatis patris sui. s. Roboam, qui tamen fuit idololatra, vt dictum est c. præc. Aliqui uero exponunt de Ieroboam, sed non est verisimile, quia non agitur hic de eius fine, sed de fine Abiæ.*

✱CAP.

MORALITER.

excitat, qui ea ipsa quæ diligimus, auferre moliatur, nec curat antiquus hostis hoc faciens, vt terrena tollat, sed ut charitatem in nobis feriat. Igitur per Abiam in uirtute Dei confidentem contra Ieroboam pugnantem, significatur quilibet bonus Christianus in Christi uirtute fiducialiter contra diabolum pugnaturus.

† *Ieroboam retr.* per quod significatur malitia dęmonis quęrentis fraudulenter nocere hominib. uirtuosis, 1. Pet. 5. b. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.*

11 *Et ecce il.* per quod significatur, q̃ uociferantib. prędicatorib. uoce prædicationis, & deuotis personis voce sanctę orationis terretur diabolus, & cum exercitu suo fugatur.

12 *Et cepit ciu.* per quod significatur recuperatio bonorum per malitiam diaboli mortificatorum. Nam recuperata gratia, reuiuiscunt opera meritoria, quæ per deceptionem diaboli fuerant mortificata.

† *Igitur Abia con.* Per hanc.n. filiorum generationem significatur bonorum operum multiplicatio, quæ procedunt ex gratia, & libero arbitrio, quasi per quandam spiritualem generationem.

CAP. XIIII.

A a Dormiuit autem Abia, &c. ✠ Ioseph. Defunctus est autem Abia non multo post hanc victoriam, exacto tertio principatus sui anno, sepultusque est Ierosolymis in maiorū suorum conditorijs, relictis filijs viginti duobus, filiabus sedecim.

Li. 8. ant. c. 11.

b *Fecit Asa quod bonum, &c.* ✠ Glycas. Prædicant literæ sacræ regis Asæ pietatem, quam ab initio declarauerit. Recte inquiunt, sese gessit Asa erga dominū Deū suum. Quo factū, vt finitimos omnes, imperio suo subijceret. Quinetiā triūphali testo instituto, cū̂ctos sacramento deuinxit, se a præscripta in lege disciplina, viuēdique ratione non discessuros.

Anna par. 2.

B

c *Et abstulit de vrbibus Iuda, &c.* ✠ Theo. Amouit altaria aliena, hoc est, altaria idolorū. *Et Excelsa.* Ego existimo p ea significari, ea quæ præter leges Deo sunt dedicata in collib. & cōtriuit statuas, & excidit lucos. His aūt q deinceps sequūtur, psequit eius laudes.

Quæst. in hūc loc.

C

d *Egressus est autem, &c. Zara, &c.* ✠ Iosep. Cum Asa iā decē regnasset annis, castra contra eū mouit cum magno nimis exercitu Zareas rex Aethiopię, ducēs, pedestriū quidem nonaginta millia, equestriū vero decem milia, & currus trecētos. Castris cōtra eum positis, cum vidisset Asa Aethiopum multitudinem, poscebat a Deo cū clamore magno victoriam, & vt tam multa hominū milia ipse perimeret. Neque enim in alio confidendum esse dicebat, quam in eo qui posset etiam paucos multorum potiores ostendere, & facere infirmos fortissimis pręualere.

D. L. 8. ant. c. 12.

† ergo.

✠ Theodo. Cum hac pietate aciē instruēs, fudit & fugauit Aethiopes, & persequens omnes consumpsit. Dicit autem eos fuisse ipsorum finitimos. Excidit pagos in circuitu Gerar, &c. Quod autē Gerara sint Palestinæ neminem puto contradicturum. Nam circa Eleutheropolim quæ vocatur, Geraron saton in præsentem vsque diem est nominatum. Est ergo verisimile illos colonia ab Aethiopibus deducta illam habitasse regionem.

E

† fortissimi.

F

CAP. XIIII.

1 Dormiuit autem Abia cum patribus suis & sepelierunt eum in ciuitate Dauid Regnauitque Asa † filius eius pro eo. 2 In cuius diebus quieuit terra annis decem. (a ¶ Hoc eos significat qui bene incipiunt & male finiunt) Fecit † autem Asa quod bonum & placitum erat in conspectu Dei sui, 3 & subuertit (a ¶ Abijciens idololatriam.) altaria peregrini cultus, & excelsa, & confregit statuas 4 lucosque succidit, ac præcepit Iudæ, vt quæreret dominum Deum patrum suorum, † & faceret legem & vniuersa mandata. 5 Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda, aras & phana, & regnauit in pace. 6 Aedificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella † surrexerant, pacem domino largiente. Dixit autem Iudæ, Aedificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus & portis & seris, donec a bellis quieta sunt omnia, eo quod quæsierimus dominū Deum patrum nostrorū, & dederit nobis pacem per gyrum. Aedificauerunt igit, & † nullū in extruendo impedimentū fuit. 7 Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas, de Iuda trecenta milia, de Beniamin vero scutariorum & sagittariorū ducenta octoginta millia. Omnes que isti viri † robustissimi. 8 Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cū exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, & venit vsque Maresa. 9 Porro Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Sephatha quæ est iuxta Maresa, 10 & inuocauit dn̄m Deū, & ait. 11 Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus, adiuua nos domine Deus noster. 12 In te enim & in tuo nomi-

† & prospera omnia successerunt eis.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

1 Dormiuit au. *Hic consequenter agitur de tempore ipsius Asa, cuius primo describitur conuersatio bona. Secundo consolatio prophetica. Tertio præuaricatio mala c. 6. Circa primum describitur primo ipsius Asa vita virtuosa. Secundo eius victoria miraculosa, ibi,* Egressus est autem. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

2 In cu. *quia in principio regni vixit sancte, ideo dominus dedit ei pacem decem annis, vt posset regnum suum munire, quod et fecit, vt patet ex sequentibus.*

3 Et sub. al. *idest, idolorum qui dicuntur dij alieni.*

4 Et excel. *Contrariū videtur sequenti c. vbi dicitur,* Excelsa autē derelicta sunt. *Et 3. Re. 15. dicitur de ipso,* Excelsa autem nō abstulit. *Dicēdū, qd aliqua erant excelsa, vbi colebātur idola, & illa abstulit, vt hic dicitur. Alia autem erant excelsa, in quibus offerebantur Deo sacrificia, quod fuit licitum quamdiu arca non habuit stabilē mansionem, prout dictum fuit Deu. 12. et 1. Reg. 7. Sed post adificationem templi non fuit licitum, nisi ex dispensatione diuina spirituali, tamen hoc permissit Asa de sacrificiis votiuis, et multi alii reges ad euitandu maius malum, s. ne talia offerrentur idolis & dæmonibus, sicut permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbētur libidinibus.*

Excelsa quæ dicebantur.

5 Et face. *quantū ad præcepta decalogi, quæ proprie dicuntur lex.*

6 Et vniuer. *quæ sunt quædam cōclusiones ex præceptis decalogi elicitæ, vel quædam supposita ad decalogi præcepta, sicut est pceptum dilectionis Dei et proximi, prout dictum fuit Deut. 6. Cætera patent ex dictis vsque ibi.*

7 Habuit au. Asa in ex. *idest, habentium scientiam præliandi in scutis & hastis.*

8 Egressus est autem, *Hic consequenter describitur ipsius Asa victoria miraculosa, & patet litera vsque ibi.*

9 Porro Asa per. *ne intrando regnū suum deuastaret terram suā.*

10 Et inuocauit. *deuote & confidenter.*

11 Domine non. *quia est virtutis infinitæ, cui omnis alia virtus comparata nulla est.*

12 In te enim. *non in viribus nostris.*

Non

MORALITER.

1 *Dormiuit autem.* Sequitur.

† *Regnauitque, &c.* Per Asa qui interpretat factura vel sustollens idest, sursum tollens, significat bonus rex vel princeps qui se recognoscit esse facturā Dei; propter qd in principio regni sursum tollit vel erigit animum suum ad quærendū honorē Dei & bonum populi sui sibi commissi, iō subdit.

†† *Fecit autem Asa.* scilicet in destructione cultus diabolici, & in promotione cultus diuini ideo subditur.

3 *Et subuertit alta.* Et subditur.

† *Et præcepit.* Nam talis rex per se & p alios inducit populū suū quantum pōt ad seruiendū domino, in bonis moribus & fide viuendo, nec tamen omittit ea q sunt agēda secundum viam humanam ad regni sui defensionē, ne tentare dominum videatur. ideo sequitur.

† *Aedificauit quo. Egressus est au.* i. cōtra Asa & homines suos.

8 *Zara Aethiops.* i. rex Aethiopū, per quem significatur rex dæmonum. Nā dæmones frequenter apparuisse legūtur in specie Aethiopū. Contra vero bonos reges & eorum populū diabolus excitat bellū spirituale per se & satellites suos, & aliquando bellū corporale per malos homines ad modū Aethiopum vitijs denigratos. Et quoniā in vtroque bello bonus rex indiget auxilio diuino. Ideo subditur.

10 *Et inuoca.* quia per orationes deuotas in vtroque bello victoria frequentius obtinetur. Ideo subditur. *Exterruitque dominus Aethiopes, &c.*

ne habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. † Domine Deus noster tu es, non prævaleat contra te homo. Exterruit itaque Dominus Aethiopes coram Asa & Iuda. Fugeruntque Aethiopes, & persecutus est eos Asa, & populus qui cum eo erat, vsque Gerara. Et ruerunt Aethiopes vsque ad internecionem, quia domino cædente contriti sunt & exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa, Et percusserunt omnes ciuitates per circumitum Geraræ. Grandis quippe cunctos terror * inuaserat. Et diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt. Sed & caulas ouiũ destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum, reuersique sunt in Ierusalem.

A | † Dominus. | 1 | 2 | 3 | D | * domini.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non præua. *i. contra nos qui venimus ad pugnam in nomine tuo.*
2 Exterruit itaque. *per effectum exteriorem vel interiorem sicut dictum fuit ca. præcedenti de Ieroboam & eius exercitu: quia nõ exprimitur hic qualiter illud fuerit sicut nec ibi.*
3 Quia do. *exercitu illius præliante, i. angelicis potestatibus, quæ dicuntur domini exercitus: Vel exercitus domini potest hic intelligi exercitus Asa, qui pugnabat in nomine domini. Cætera patent in litera.*

B | E

CAP. XV.

a A *Zarias autem, & cæt.*

✠ Hieronymus. Azarias filius Odeth ipse est Iaddo, qui ad Ieroboam missus est.

1.8.an.c.1.2. ✠ Theodoretus. Is rẽpletus Spiritu sancto, occurrens exercitui, & diuini meminit auxilij, & hortatus est vt perseuerarent in pietate. Dicit enim, Quærite dominum, &c.

C ✠ Iosephus. Azarias propheta occurrens præcepit, vt paululum a via gressum itineris sustinerent, & tunc cepit ad eos dicere, q̃d illa victoria fuisset eis à Deo concessa, eo quod iustos se sanctosque seruassent, & omnia Dei voluntate fecissent. Quos in eius mandatis permanentes dixit super hostibus, præualere & habituros diuina virtute fœlicitatem & prosperitatem, relinquentes autem religionem, in contraria deuenire, futurumque tempus, in quo nullus inueniretur verax propheta in eo popolo, neque sacerdos, ob quam rem & ciuitates subuertendas, & gentem in omni terra disseminandam, & vitam miserabilem & inopem habituros.

b *Dominus vobiscum, quia, &c.* ✠ Theod. Nolite inquit, æmulari, fratrum vestrorum impietatem, Illi. n. non verũ Deum sed

CAPVT XV.

a A Zarias autẽ filius Oded facto in se spiritu Dei egressus est in occursum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, & omnis Iuda & Beniamin. b Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. si quæsieritis eum inuenietis. Si autem dereliqueritis eum derelinquet vos. Transibunt autem dies multi in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore & absque lege Cumque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum In tempore illo non erit pax † egredienti & ingredienti, sed † terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. † Pugnabit enim gens contra gentem,

1 | 2 | 3 | 4 | † | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12

† egrediendi & ingrediẽdi. † vel occisiones. † concidet. Quæst. in 2. Paralip. b

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XV.

Diuisio. a A Zarias autem. *Sic debet scribi, quia sic est in Hebræo Hic consequenter circa Asa ponitur consolatio prophetica. Circa quam primo describitur prophetæ denuntiatio. Scdò ipsius Asa & populi consolatio, ibi,* Quod cum audisset Asa. *Circa primum dicitur.*

2 Egressus est in oc. *Ad denuntiandum sibi bona quæ libenter citò nuntiantur. Vnde subditur.*

3 Domi. vo. *supple est: & fuit in isto prælio.*

4 Quia fuistis. *per veram fidem & cultum debitum.*

5 Transibunt au. *Dicunt expositores nostri. q̃ ista prophetia intelligitur communiter de futuro, sicut sonat nostra translatio, & fuit impleta tempore captiuitatis Babylonicæ, quia Iudæi extra Ierusalem non poterant offerre Deo sacrificia: & ideo tempore captiuitatis Babylonicæ fuerunt sine Deo vero. Hoc modo, s. colendo eum per sacrificia: multi etiam de ipsis relicto Iudaismo, conuersi fuerunt ad cultum idolorum.*

6 Et absque sa. *quia officium sacerdotum in oblatione sacrificiorum tunc cessauit.*

7 Absque le. *quia Nabuzardan libros legis combussit, quos postea per magnum tempus Esdras reparauit.*

8 Cumq; re. fue. *i. existentes in captiuitate Babylonica.*

9 Ad domi. *per verã penitentia, vexatione dante eis intellectum.*

10 Repe. eum. *quod fuit impletum tempore Cyri: qui dedit licentiã Iudæis redeundi in Ierusalem. & reædificandi templum domini, vt habetur Esdræ. 1.*

12 In tem. *quia Iudæi reuersi de captiuitate Babylonica, per longum tempus fuerunt in magna afflictione positi: quia Samaritani & alii eorum vicini frequenter molestabant eos & inuadebant, vt habetur libro Neemiæ in pluribus locis.*

12 Pugnabit enim. *quia temporibus illis surrexerunt multa bella in partibus illis, vt patet intuenti historias illius temporis, Dicunt etiã q̃ perfectius impleta est illa prophetia per captiuitatem Iudæorum factam per Titum & Vespasianum. Iudæi vero totam istam literam exponunt de tempore quod fuit ante Asa: Vt melius intelligatur ista expositio. Primo ponam literam prout iacet & secundum Hebraicam veritatem: litera. n: Hebraica hẽt, Transibunt, sed sic incipit. Et dies multi in Israel ad nõ Deum verũ, & ad non sacerdotẽ, & ad nõ legẽ: & reuersus est in angustia & ad dñm Deum Israel, & requisierunt eum, & inuentus est eis: & in tpibus illis non pax egredienti & venienti: quia consumptiones multæ super omnes habitantes terrã: & diminutæ sunt, gens in gente: & ciuitas in ciuitate, quia Deus consumpsit eos in omni angustia, vos autem confortamini &c. Sic igitur exponitur ab Hebræis litera prædicta: Et dies multi in Israel supple iam fuerunt. Ad nõ Deũ verum: quia in ipsis non recurrerunt filii Israel ad dominum verum: & hoc fuit a quarto anno Roboam, in quo declinauit ad idolatriam, et oĩs Israel cum eo, vt dictum est supra ca. 12. & tempore filii sui Abia, qui ambulauit in omnibus peccatis patris sui, vt dictum est. supra 13. c. & 3. Re. 15. Et ad non sacerdotem, i. absq; sacerdote docente, quia ex quo declinauerunt ad idololatriã, parum curauerunt de sacerdotibus & lege. Et reuersus est in angustia sua ad dñm Deum Israel, quia tempore Asa qui successit Abia, populus Israel reuersus fuit ad cultum veri Dei, vt patet c. præcedenti, & maximè, quando fuerunt in angustia positi propter aduentum regis Aethiopum. Et inuentus est ab eis, quia dedit eis victoriã miraculosam, vt patet ex dictis ca. præce. Et in tpibus illis, s. Roboam & Abiæ, non pax egredienti & venienti, supple fuit, q̃a quinto anno Roboam Sesac rex Aegypti intrauit Ierusalem, & spoliauit templum & domum regiam, & facti sunt ei Iudæi serui, vt habetur, supra ca. 12. Tempore vero Abia filii eius Ieroboam molestauit regnũ eius, licet finaliter fuerit debellatus. Et diminutæ sunt, gens in gente &*

MORALITER.

✠ 1 *Azarias au.* Per Azariam qui adiutor Dei interpretatur prædicator deuotus significatur. Vnde Paulus apostolus de se & alijs deuotis prædicatoribus dicit 1. Cor. 3. c. *Dei adiutores sumus.* Talis igitur prædicator ex instinctu Spiritus sancti dicit bono regi vel principi & populo suo victori.

4 *Dominus vobiscum.* ostendens quod habita victoria de hostibus corporalibus vel spiritualibus processit ex adiutorio diuino, & trãsgressoribus legis prædicit contrarium de futuro dicens.

† *Si autem dere.* in manibus vestrorum hostium vos tradendo.

Domi- ✠ Quod

A sed eos qui falso nominantur colunt, & priuati sunt sacerdotibus & doctoribus qui docent Dei legem. Sed discent experientia quātum malum sit impietas. Nam cum inciderint in omne genus calamitatum, diuinum quærent auxilium, & id assequentur propter bonitatem ineffabilem.

† Magna enim multitudo. l. 19. deciuit c. 11.

a *Vos ergo confortamini, &c.* ✠ Augustinus. Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit, quandoquidem & ipsi qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subiectio repugnantium? Quod cum factum fuerit, pax erit.

B † Venerunt in fœdus i pepigerunt fœdus se quæsituros. &c.

† sanctificauerat, vel dedicauerat.

b *Quod cum audisset rex, &c.* C ✠ Theodoret. Rex his auditis quæcunque rant reliqua ex templis idolorum diruit, & quæcunque cepit ciuitates ex decem tribubus expurgauit.

& ciuitas contra ciuitatem, quia dn̄s cōturbabit eos in omni angustia a Vos ergo cōfortamini, & nō dissoluātur manus vestræ: Erit enim merces operi vestro b Quod cum audisset Asa verba, s. & prophetiam Azariæ filij Obed prophetæ, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda & Beniamin, & ex vrbibus quas ceperat montis Ephraim: & dedicauit altare dn̄i quod erat ante porticum domini. Congregauitque vniuersū Iudam & Beniamin & aduenas cum eis de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon. † Plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes q̄ dominus Deus illius esset cum illo. Cumque venissent Ierusalem mense tertio, anno quintodecimo regni Asa, immolauerunt domino in die illo de manubijs, & præda quam adduxerant, boues septingentos, & arietes septem milia. Et † intrauit ex more ad corroborandum fœdus vt quærerent dominum Deum patrum suorum in toto corde & in tota anima sua. Si quis autem (inquit) non quæsierit dominum Deum Israel, moriatur a minimo vsque ad maximum, a viro vsque ad mulierem. Iurauerūtque domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum. Omnes qui erant in Iuda cum execratione. In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerunt. Præstititque eis dominus requiem per circumitum. c Sed & Maachan matrem Asa regis ex angusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulachrum Priapi, quod omne contriuit, & in frusta comminuens combussit in torrente Cedron: Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius. Eaque quæ † vouerat pater suus, & ipse intulit in domum domini argentum & aurum, vasorumque diuersam supellectilem. Bellum vero non fuit vsq; ad tricesimum quintum annum regni Asa.

D c *Sed & Maachan, &c.* ✠ Theodoretus. Adeo ardenter diuinas leges est amplexus, vt etiam matrem suam, quæ maluit colere Astarthē, regno priuauerit, & confractum idolum combusserit in torrente Cedron.

Vbi sup.

✠ Glycas. Astarthē sunt qui Luciferum esse tradunt, eandem E scilicet Deam cum Venere. ✠ Hieronymus. Idcirco non dixit Maachan matrem suam, sed matrem regis, quia nō ambulabat viam rectam sicut filius eius. Ex angusto deposuit imperio, hoc est, de sacerdotio Comminuit simulacrum Priapi. Aiunt, comminuisse istud, & clam voluisse projicere, quod Dominus vt patefaceret, in torrente Cedron ex aqua ignis processit. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

te, & ciuitas in ciuitate, quia tunc Iudæi habuerunt insultus ab exterioribus, & intra se diuisiones ex quibus diminutus fuit populus. Et ideo sequitur.

1 Vos er. con. *idest, tu Asa & populus tuus qui quæsiuistis dominum & inuenistis.*

2 Confor. *in domino, quia saluabit vos.*

3 Et non dis. *a bono opere quod cœpistis. Cuius causa subditur.*

4 Erit enim mer. *Sic igitur patet, q̄ ista expositio satis concordat literæ præcedenti & subsequenti, in ista tamen expositione aliqua addidi ad maiorem intelle um, quia glossæ Hebraicæ breuiter loquuntur & magis obscurè, tenui tamen sententiam earum.*

5 Quod cum. *Hic consequēter describitur ipsius Asa & populi cōsolatio, ex qua consolatione abstulit Asa idola non solum de terra Iuda & Beniamin, sed etiam de vrbibus quas ceperat in regno decē tribuum.*

6 Et dedicauit. *quia altare factum a Salomone de nouo solennizauit, offerens ibi sacrificia valde magna, qualia non fuerant ibi oblata a tempore Salomonis.*

7 Quod erat. *scilicet, in atrio sacerdotum, ibi enim erat altare holocaustorum. Vnde subditur.*

8 Immolauerunt. *valde solenniter, vt dictum est.*

9 De manub. *idest, manibus captis.*

10 Boues septingentos, &c. *quia adduxerant pecorum infinitam multitudinem, habita victoria, vt habetur capitulo præcedenti in fine.*

11 Et intra. *scilicet atrium templi.*

12 Ad corro. *inter Deum & populum suum, ibi enim fiebant talia fœdera vel renouabantur.*

13 Iurauerūtq; Domino. *quod seruirent ei fideliter.*

14 Voce ma. *ad maiorem solennitatem iuramenti.*

15 Cum execratione. *supponentes se maledicto & pœnæ mortis, si venirent contra iuramentum.*

16 Sed & ma. *Istud expositum est. 3. Reg. 15. hoc excepto.*

17 Ex angusto deposuit. *quia Maacha fecerat specum, vt habetur. 3. Reg. 15. in quo colebatur Priapus, in quo cultu ipsa præerat, & ideo dicitur huiusmodi imperium angustum. id est, strict.m.*

18 Excelsa autem de. *scilicet illi, in quibus offerebatur domino, sicut dictum fuit in principio cap. præcedentis.*

19 Attamen cor. *scilicet vsque ad tempus præuaricationis suæ, quæ habetur ca. seq.*

20 Bellum vero. *in Hebræo habetur* vsque ad tricesimum quintum annum regni Asa. *& huic concordat quod habetur in prin. c. seq. Anno autem tricesimosexto regni eius ascendit Baasa ad inuadendum regnum Asa.*

CAP.

MORALITER.

† *Quod cum audisset Asa, &c.* Sequitur.

2 *Confortatus est.* Nam bonus princeps ad verba prædicatoris debet in bono confirmari, & de malorum exterminatione amplius solicitari.

16 *Sed & Maacham ma. Asa regis de po.* Amouit enim eam ne esset princeps in sacris Priapi, vt dicitur 3. Regū 15. Per hoc autem ostenditur, q̄ bonus princeps in his quæ sunt contra honorem Dei parcere non debet cuicunque personæ quantumcunque sibi propinquæ.

CAPVT XVI.

a Anno autem tricesimosexto regni eius ascendit 1 2 Baasa rex Israel in Iudam, & muro † circumdabat Rama, vt nullus tutè posset egredi, & ingredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum & aurum † de thesauris domus domini, & de thesauris regis. Misitq; ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco dicens: Fœdus inter me & te, † est. Pater quoque meus & pater tuus habuerunt concordiam: quamobrem misi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cũ Baasa rege Israel, facias eum a me recedere. Quo comperto Benadad misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel, qui percusserunt Ahion, & Dã & Abelmaim, & † vniuersas vrbes muratas Nephthali. Quod cum audisset Baasa, desijt ædificare Rama, & intermisit opus suum. Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baasa, ædificauitque ex eis Gabaa, & Maspha. b In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, 3 & dixit ei; Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in domino Deo tuo, idcirco euasit regis Syriæ exercitus de manu tua. 4 Nonne Æthiopes & Libyes multò plures erant quadrigis & equitibus & multitudine nimia? Quos cum domino † credidisses, tradidit in manu tua? † Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent. 5

CAP. XVI. A

a Anno autem tricesimo sexto regni, &c.

✻ Theodoret. Non fuit Asa perfectus i omnibus. Nam primum quidẽ non omnia abstulit excelsa, hoc est, altaria quę Deo vniuersorum erant dedicata in locis excelsis. Prohibitus enim erat alibi Dei cultus, quam in loco circumscripto. B Deinde, cũ Baasa aduersus eum fecisset expeditionem, & munijsset Rama aduersus Ierosolyma, & oporteret vocare in auxilium Deum, qui tot bona ei suppeditauerat, C Regem Syriæ vocauit in auxilium, magno auri numero ad eũ misso D ex thesauris regijs & diuinis. Sed eum non fuit incuratum, benignus & clemẽs Deus.

b In tempore illo venit Hana. etc.

✻ Theodoret. Deus misso propheta Anania, arguit Asæ incredulitatẽ, eo q̃ fiduciam habuerit in rege Syriæ, & non in dño Deo suo. Tua inquit credulitas illis procurauit salutẽ. E Nam si credidisses vt cõsueras, fũditus eos occidisses. Ei autẽ in memoriam reuocauit Aethiopes & Lybies, & equos, & currus, & eius fidem p quam oẽs consumpsit. Omnis inquit, qui verè & sincerè cor suum in eum iactat, consequetur salutẽ. F

Ira-

† ædificabat. — tutè — Vbi supr. — † omnes thesauros vrbium Nephthali. — † innixus fuisses. — † 2. Mt. 9. a.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVI.

Anno autem tricesimo sexto. *Hic consequenter describitur præuaricatio Asa circa finem vitæ suæ, cum tamẽ bona vita præcessisset. Ex quo patet, quod nullus debet de præcedentibus meritis nimis confidere, sed semper timere ne cadat: sicut dictum fuit 3. Reg. 11. de Salomone. Præuaricatio autem istius Asa fuit, quia diffisus de diuino auxilio qđ expertus fuerat in maiori periculo, recurrit ad auxilium infidelium. Et primo describitur ipsius præuaricatio. Secundò præuaricationis obstinatio, ibi,* In tempore illo. *Sententia primæ partis patet ex dictis. 3. Reg. 15. hoc excepto quod dicitur hic.*

1 Anno au. *scilicet Asa.*

2 Ascendit Baasa. *ad debellandum regnum Asa, confidens de auxilio regis Syriæ, quia 3. Reg. 15. in fi. dicitur: Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa, & statim subditur, quod regnauit tãtum vigintiquatuor annis, ex quo sequitur quod mortuus fuit vicesimosexto anno regni Asa, & sic videtur impossibile quod venerit contra Asa tricesimo sexto anno regni eius, cum iam esset mortuus per decem annos antè. In gl. Hebraica ponitur ad hoc quædam solutio prolixa implicans plura falsa, propter q̃ eam dimitto, & dico q̃ primus annus regni alicuius regis dupliciter accipitur in scriptura. Vno modo quando simpliciter incipit regnare, & sic accipitur communiter. Alio modo dicitur primus annus regni eius ab aliquo eius facto notabili. verbi gratia, Danielis. 2. dicitur: quod anno secundo Nabuchodonosor vidit somnium, & secundum omnes historiographos & expositores ille annus non fuit secundus a principio regni sui simpliciter, quia per plures annos ante regnauerat, sed dicitur secundus a victoria notabili quam habuit de rege Aegypti & ita potest dici in proposito, quia Asa decimo anno regni sui habuit victoriam valdè notabilem de rege Aethiopum, vt dictũ est supra 13. Et ideo hoc modo accipiendo primum annum regni eius, in quo habuit hanc victoriam notabilem, tertiusdecimus annus regni sui similiter accepti fuit tertius: & sic accipitur 3. Reg. 15. vbi dicitur, q̃ anno tertio Asa Baasa cœpit regnare: & cum regnauerit vigintiquatuor annis, sequitur, q̃ vixit vsque ad tricesimum sextum annum Asa inclusiuè: & in principio huius anni inuasit regnum Asa, & in fine mortuus est, fortè ex dolore & tristitia, & eo q̃ opus eius impeditum & dissipatũ fuerat, & pecunia quã regi Syriæ dederat pro confederatione ad iuuandũ ipsum contra Asa non solum perdita fuerat, sed etiam ei nocuerat: quia ad petitionem Asa rex Syriæ rupit fœdus prædictum, & inuasit ipsius Baasa regnum, vt habetur in litera.*

3 In tem. *Hic consequenter describitur ipsius Asa obstinatio, quia reprehensus a propheta, eo quod refugerat ad humanum auxilium, diffidens de diuino, non se correxit, sed magis peccatum aggrauauit prophetam incarcerando, propter quod a domino punitus fuit in persona propria & in populo suo. Ex his dictis patet sententia, paucis exceptis quæ discurrentur.*

4 Idcirco euasit reg. Sy. exerc. de manu tua. *Quia si confideret de domino, constanter iuisset contra regem Israel & Syriæ simul cum coafœderatos, sicut fecerat contra Aethiopes, vterque rex fuisset ab eo debellatus.*

5 Et pro. hoc, &c. aduers. te bella. *Licet enim habuisset plura bella ante, quia inter ipsum & Baasa fuit bellum cunctis diebus quibus cõgregauerunt, vt habetur. 3. Reg. 15. tamen illa bella non fuerunt ei grauia, quia superauerat, sed de cætero fuerunt grauia. vnde sequitur.*

Et

MORALITER.

✻ 1 *Anno autem tricesi.* Sequitur.

† *Protulit autem Asa ar. & au. the. do. Domini, &c.* Contingit autem aliquando iudicio Dei iusto, nobis tamen occulto q̃ bonus princeps, Deo permittente & diabolo procurante incipit de Deo diffidere, & indebitè de humano auxilio confidere, & ad ipsum malè recurrere, quod significatur per regẽ Asa, qui post tantam victoriam de virtute Dei consecutam veniente Baasa contra ipsum de Deo diffidẽs refugit ad idololatræ regis auxilium dicens.

† *Fedus inter me &c.* Et quoniam talia sunt a deuotis prædicatoribus arguenda. Ideo sequitur postea.

3 *In tem. il. venit Hana. prophe.* sed quoniam dicitur Eccl. 7. b. Considera opera altissimi, quod nemo potest corrigere quẽ ille despexerit. ideo subditur.

✻ *Iratus*

A a *Iratusque Asa,&c.* ✠ Theod. Cum oporteret Asa dolere,& flere,& diuinam implorare clementiam,non solum fuit iratus,sed etiam in carcerem coniecit prophetam. Populus autem ex eius quoque peccato sensit aliquid,.Eum autem reprehendit,quod etiam cum ægrotasset, nō quæsiuit dominum sed medicos.

Quæst. in hūc loc.

b *Aegrotauit. n. Asa,&c.*

✠ Hier. Tandem itaque a Deo punitus est ob quandam conspirationem, quam (relicta in Deum fiducia) inierat cum Benadad rege Syriæ. Ideo podagrico humore a Deo correptus est.

✠ Ambr. Non est requirens Deum. Nec istud occultum est, quia sic intelligeret quid pdesset, Deum quærere, & non sicut Asa rex Iuda,ut infirmitate pedum passus, propheta præsente, non quæreret Deum.

✠ Idem. Vtinam Aza tam fidelis processu, quam exordio. Nā seruatus in paucis & uictor,postea a Syriis auxilia relicto domino postulauit,& medicos adhibuit ad pedum dolorē, Accepto.n.tanto in deo diuini fauor s, auxiliatorem suum non derelinquere debuit,sed tenere. Ideo ei,nec medici pfuerunt,& quasi incredulus mortem impleuit.

†domum carceris, in carcerem.

In 3. ca. Rom.

Orat. de obitu Theodosii

a Iratusque Asa aduersus uidentem,iussit eum mitti in † neruum. Valde quippe super hoc fuit dominus indignatus,& interfecit de populo in tempore illo plurimos. Opera autem Asa prima,& nouissima scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. b † Aegrotauit et Asa anno tricesimonono regni sui dolore pedum uehementissimo,& nec in īfirmitate sua quæsiuit dominum,sed magis in medicorum arte cōfisus est. Dormiuitque cum patribus suis,& mortuus est anno quadragesimo primo regni sui & sepelierunt eum in sepulchro suo,quod † foderat sibi in ciuitate Dauid. Posueruntque eum super lectum suum,plenum

a ¶ Odoribus,s.quibus luxuriosi ad libidinem vtuntur

c aromatibus,& † vnguentis meretriciis quę erant pigmentariorum arte confecta,& d combusserunt † super eum ambitione nimia.

† Vanitas circa fumos regum.

† 3. Re 15. *vsque ad verticem fuit ægritudo ipsius.

† fecerat

† speciebus fit varii odoris. seum combustione. Hier.

c *Aromatib.&c.* Hæc uana famę iactantia,quam philosophi vel poetæ post mortem regum suorum, uel etiā falsi Christiani obcœcatib. magistris impendūt & hęc in ignē mittunt, q.a omnia gehennæ ignib. obnoxia esse ostendūtur, quæ hic sine utilitate,& ædificatione fratrum protulerunt.

d *Combusserunt su.eum.* Nota q regib. ut Hebræi tradunt,reuerentiæ causa, combustiones preciosarum vestium simul cum aromatibus fiebant,unde alibi. *Iuxta combustiones maiorum facient tibi.* Mos.n.fuit apud ueteres, ut pretiosa ornamenta regum post obitum eorum pro exequiis in pyra uterentur, sed sine cadaueribus.

inf. 21. d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et inter. de po. in temp. il. plu. *in bellis superuenientibus, & sic peccato principis fuit punitus populus,& quia forte consenserat regi in peccato.*

2 Aegr. etiam As. an. tri. reg. sui dolo. pe. veh. *Vt sic puniretur in quo peccauerat,ponendo prophetam in cippo per pedes.*

3 Et nec in infir. *Ex quo etiam apparet obstinatio in peccato.*

4 Posuerunt eum su. le. su. *i.feretrum,uel sepulturæ locum.*

5 Plenum aro. *ad reprimendum fœtorem cadaueris.*

6 Et unguentis mere. *i.rebus odoriferis,quibus meretrices antiquitus aspergebant lectos suos ad alliciendum homines ad luxuriam,secundum quod dicitur Prou.7.ca.in persona meretricis, Aspersi cubile meum myrrha,aloe,& cinnamomo,&c.*

7 Ambitione nimia. *i.apparatu magno,vel sumptu.*

E

MORALITER.

B † *Iratusq. Asa adu uid. iussit eum mitti in ner.* Et in hoc Asa figuram tenuit hominis obstinati qui uerba prędicatoris non recipit,& insuper ipsum psequitur, & affligit. Et quoniam sic impugnare ueritatem agnitam est peccatum grauissimum ideo de communi cursu dominus permittit tales in fæcibus suis mori,& hoc significatur per hoc quod subditur.

2 *Aegro. au. Asa.* Sequitur.

3 *Et nec in infirmitate,&c.*

† quod

CAPVT XVII.

CAP. XVII.

a Regnauit autem Iosaphat filius eius pro eo,& inualuit cōtra Israel. Cōstituitq militum numeros in cunctis urbib Iudæ,quæ erant vallatę muris præsidiaq disposuit in terra Iuda,& in ciuitatibus Ephraim,quas ceperat Asa pr eius. Et fuit dominus cum Iosaphat,quia ambulauit in uiis Dauid patris sui primis, & non † sperauit in Baalim,b sed in Deo patris sui,& perrexit in præceptis illius,& non iuxta peccata Israel. Confirmauitque dominus regnum in manu eius, &

a *Regnau. aut.* ✠ Chrysost. Iosaphat interpretatur,Dominus iudex, vel Dñi iudicium. Puto quod Asa pater eius cum propter iustitiam eius eum Dominus psperasset in omnibus,& inimicos eius confregisset ante faciem eius, quasi in ipso nomine filii sui confessionem offerens Deo suo iudici iusto,uocauit eum Dominus iudex. Nam vere iusti iudicis est, bene agentem remunerare, & negligentem corripere, sicut fecit Deus Asa. Propter diffidentiam puto quod & in senectute doluit pedes. Nam nec modicam iustitiam seruorum suorum sine remuneratione relinquit, nec modicam culpam sine correctione dissimulat. Sequitur.

Homil. 1. in Matth. oper. imp.

† quæ sicut Baalim, sed deum patris sui.

C

F

Rabb.

b *Amb. in ui. Da.* Ostendit eum executorem fuisse sicut Dauid diuinorum mandatorum antequam peccaret in uxore Vriæ,cuius pcti satisfactio ęternā illi memoriā cōparauit.

✠ Dedit

NICOLAVS DE LYRA.

Regnauit autem Ios. *Hic consequenter agitur de tempore Iosaphat cuius primò describitur vita prospera, secundò societas praua,cap.18.tertio correctio prompta c.19.quartò victoria magna, c.20.Circa primum quatuor per ordinem tanguntur, primo.n.Deum coluit.Secundo populum instruxit.Tertio hostes subiecit.Quarto ciuitates muniuit,partes patebunt prosequendo.Circa primum dicitur.*

Diuisio.

2 Inualuit con. Is. *propter bonam uitam suam,sicut econtrario pater suus in fine uitæ suæ propter peccatum suum fuerat afflictus, ut dictum est cap. præcedenti.*

3 Et in ciuitatib. Ephraim. *Illæ.n.indigebant maiori munitione, eo quod erant propè aduersarios,& eis ablatæ.*

4 Et fuit do. cum Iosa. *per gratiam,& specialem protectionē.*

5 Quia ambulauit in uiis Dauid,&c. *per hoc.n.innuit,quod imitatus fuit Dauid in bonis,& non in malis,s.in peccato Bethsabee, & in populi numeratione.*

6 Et non sperau. in Baalim. *licet esset affinitate coniunctus ipsi Achab qui colebat Baal.*

✠ Et

MORALITER.

† 1 *Regnauit autem Iosaphat filius eius pro. &c.* Iosaphat ipse iudicans interpretatur,ideo per ipsum homo spiritualis significatur. de quo dicitur 1. Cor. 2. d. *Spiritualis iudicat omnia & ipse a nemine iudicatur.* & hoc Papæ conuenit in uniuersali ecclesia,archiepiscopis autem in suis prouinciis,epicopis in dioecesibus suis.

2 *Constituitque militum numeros in cunctis vrbib. Iuda, &c.* Per quod significatur,quod prædicti pontifices debent esse soliciti,ut loca suæ iurisdictionis clausa sint uirtutum muris,&

a ¶ Omnis fidelis. b ¶ Sanæ doctrinæ, & operationis bonæ. c ¶ Multæ filiæ congregauerunt diuitias.

a dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factæq. sunt ei infinitæ diuitiæ, & 1

a ¶ Spiritualis sapientiæ.

multa gloria. Cumque † sumpsisset cor eius audaciam propter vias do- 2

a ¶ Omne scandalum de congregatione credentium.

b mini, etiam excelsa, & lucos de Iuda abstulit. Tertio autē anno regni 3

¶ Prædicatores, s. qui prædicent euangelium Christi, & doceant præcepta legis.

sui misit de principibus suis, Benhail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, Semciā, Nathaniā, & Zabadiam. Asahel quoq. & semiramoth & Ionatham, Adoniamq;, & Thobiam, & Tobadoniā, Leuitas & cū eis Elisama, & Ioram sacerdotes. Docebantq; populum in Iuda habē † tes librum legis domini, & circumibant cunctas vrbes Iuda, atque eru c diebant populum. Itaque factus est pauor domini super omnia regna 4 terrarum quæ erant per gyrum Iuda, nec audebant bellare contra Iosaphat. Sed & Philisthæi Iosaphat munera deferebāt, & vectigal argē-

a ¶ Prælatorum, s. spiritussancti gratia illuminatorum.

ti: Arabes quoque adducebant pecora arietum septē milia septingen

a ¶ Peccatores, s. per confessionem, & pœnitentiam ad seruitium Dei adductos.

tos, & hircos totidem. Creuit ergo Iosaphat, & magnificatus est vsque 5 in sublime, atque ædificauit in Iuda † domos ad instar turrium, vrbes- 6 que muratas, & multa opera patrauit in vrbibus Iuda. Viri quoq. bel- 7 latores, & robusti erant in Ierusalem, quorū iste numerus per domos, atque familias singulorum, In Iuda principes † exercitus Ednas dux, & cum eo robustissimi viri trecenta milia, post hunc Iohanam princeps, & cum eo ducenta octoginta milia. Post istum quoque Amasias filius zechri consecratus domino, & cum eo ducenta milia virorum fortiū. † Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada, & cum eo tenentium arcum, & clypeum ducenta milia. Post istum ēt Iozabad, & cum eo centum octoginta milia † expeditorum militum. Hi oēs † erāt ad manū re- 8 gis exceptis aliis, quos posuerat in vrbibus muratis in vniuerso Iuda.

a *Dedit, &c. mu. Ios.* Hic fideles de gentib. significat, qui relicto patrū errore ad Christum cōueniunt baptismo abluti, chrismate liniti, a Chrō Christianū nomen, & regiā dignitatē accipientes, vnde. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium &c.* In tempore enim Iosaphat Domini, vel qui est doctatus, & quia ecclesia gētium sanguine Christi comparata spiritussancti pignore data consortium sponsi celestis, & societatē regni promeruit. Cui factæ sunt infinitæ diuitiæ, cū diuersæ nationes credunt, & in aequisitione diuersarum uirtutum b *Tertio āt an. &c.* ※ Chrys. Cōsidera q̃ religiose rex sacra uindicet ac in suū q̄q. locum cūcta reuocet. Vide quam solicitè constitutis synagogæ diaconis præcipiat super lege, mandato, & cæremoniis, iustitiis, & iudicio, nec minus iustè ciuilia curat, ita vt nec immerito Iosaphat Dn̄s iudex interpretetur, qm̄ iustus ī omnib. iudex extitit, propterea Dominus cum exaltauit, sicut patrem eius Asa, & adhuc amplius. ※ Theod. Præposuit ēt uniuerso populo doctores diuinę legis, & sacerdotes, & Leuitas, & principes. Accepit autem a domino Deo præmia pietatis. ※ Ioseph. Habuit propitiam & cooperatricem sibi diuinitatem, cū esset iustus pius, & quid boni corā Deo faceret singulis diebus inquireret. c *Itaque fa. est.* Pro uirtutibus, quæ geruntur ī ecclesia aufert Gētiliū audacia, & incitant, ut deferāt Chrō munera fidei, & cēsū boni opis, & pię cōfessionis, & pecora simplicitatis.

1. Pet. 2. b

† palatia, vel habitationes, & vrbes thesaurorum.

† de filiis Beniamin potens uiribus.

† robusti ad prælium.

Homil. 1. in Matth. oper. imp.

† leuasset cor suum in,

L. 8. an. c. 14.

† milium

† ministrabāt regi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dedit omnis Iu. mun. Ios. *propter bonitatem sui regiminis.*

2 Cumque sum, &c. cor eius au. *propter spem. n. quam in domino habebat, confidenter agebat.*

3 Tertio au. anno. *Hic consequenter ostenditur qualiter populū suum instruxit, s. per sacerdotes, & Leuitas quos ad hoc misit, & cum eis aliquos de principibus suis, ut populum inducerent ad obediendum, & punirent rebelles si quos inuenirent. Et patet litera.*

4 Itaq. fa. est. *Hic consequenter ostenditur qualiter hostes in circumitu subiecit, quia Dominus propter eius bonitatem terrorem eis immisit, ita quod non solum cessauerant eum impugnare, sed etiam aliqui eorum reddebant ei tributum, ut patet in litera.*

5 Creuit ergo. *Hic quarto ostenditur qualiter ciuitates suas muniuit, cum dicitur.*

6 Aedificauit in Iu. do. ad in. tur. *vt si hostes ciuitatem intrarent, de domibus interfici possent, & non solum muniuit fortalitiis, sed etiam bellatoribus viris, ideo dicitur.*

7 Viri quoque bell. & robusti erant in Ierusalem. *Non est per hoc intell gendum, quod omnes isti inferius nominati manerent continuè in Ierusalem cum rege, sed per vices, et successiuè, sicut dictum est 1. li. 26. c. quod per singulos mēses viginti quatuor milia bellatorum erant cum rege in Ierusalem.*

8 Hi omnes erant ad manum regis. *quia quando occurrebat maior necessitas; omnes erant parati venire ad ipsum.*

MORALITER.

† quod ibi sint milites, i. sacerdotes, & clerici armis sacrę scripturæ, & orationis deuotæ muniti, quib. aduersariç potestates, & hæretici possint fortiter impugnari. *Tertio au. an. regni sui misit de principibus, &c.* Sequitur.

† *Docebantque populum.* Per quos significantur prædicatores ad docendum populum discurrentes, qui a prædictis pontificibus debent mitti, Ro. 10. *Quomodo prædicabunt nisi mittant.*

4 *Itaque factus est pauor Domini.* Nam populi subditi uidentes tantam solicitudinem prælatorum circa bonum regimen, concipiunt erga Deum, & eius uicarios reuerentiæ timorē.

CAP. XVIII.

a ¶ Populus Christianus qui religionem seruat catholicam.

a F † Vit ergo Iosaphat diues, & inclytus multum 1 & affinitate coiūctus est Achab. Descēditque 2 post duos annos ad eū in Samariā. Ad cuius aduētū mactauit Achab arietes, & boues plurimos, ipsi, & populo q uenerāt cum eo, persuasitq. illi, ut ascēderēt in Ramoth Galaad.

CAP. XVIII. A *Ffin. &c. iun.* Iose. filio suo Iorā accepit vxorem filiā Achab, q decē tribub. imperabat, noīe Gotholiā. Cūq. post tps ad Samariā prexisset, opulenter eū Achab suscepit, & populo qui cum sequutus fuerat clarā valdè largitatis hospitalitatē exhibuit. ※ GLYCAS. Laudāt lr̄æ sacrę Iosaphat, vt qui virtutē exēplo Dauidis vnicè dilexerit, Vnum autem in eo

Rabb.

† Reg. 22. a

I. 8. an. c. 14

† gloria abundans.

Ann. par. 2

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVIII.

FVit ergo Iosaphat, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Iosaphat societas praua, quia amicitia coniunctus fuit ipsi Achab, qui erat pessimus idololatra, & cum eo iniit ad prelium ad eius auxilium, & iō primo describitur belli tractatus. Secundo congressus, ibi.* Igitur ascenderunt. *In tractatu vero belli primo reqrit auxiliu ipsius Iosaphat. Scdo cōsiliū pphetarū, ibi.* Dixitq. Ios. ad re. Is. *& patet sn̄ia totius istius c. ex dictis 3. Re. ul. exceptis paucis quæ sequuntur.* 2 Et affinitate coniunctus est Achab. *qa Iorā filius Iosaphat accepit filiā Achab vxorē, uel eius neptē scdm alios, ut dicet plenius inf. 21. in scda parte dr̄.* Ascendi

MORALITER.

Diuisio.

Fuit ergo Iosaphat diues, & inclytus multum, &c. Contigit autem aliquando, quod Deo permittente, & diabolo procurante, ille † qui

eo reprehenditur, coniugalis, scilicet vinculi, & affinitatis coniunctio cum Achab instituta.

Hi sunt hæresiarchæ.q. perditorũ turbã p errorũ deuia du cũt,& in mortis pcipitiũ mergũt. Iosaphat affinitate cõiũctus est Achab; & descendit ad eũ in Samariã ꝙ hostes in auxiliũ: & illos significat, q. de catholicis ad hęreticorũ amicitiã se inclinãt; qui licet a rectæ fidei nõ recedãt tramite, tamẽ erratiũ societatẽ, atq; cõmunionẽ nõ deuitãt. Cõtra quos dicitur? *Hæreticũ ho. post primã, et sec. cor. deuita.* Vnde Iosaphat p Iehu videntẽ filiũ Anani, illius.s. prophetę qui Asa increpauerat, arguitur, qui impio prębuerat auxilium,& his qui oderũt dñm, amicitia iũgeret.

Titum 3.c. 3.Reg.16.a 2.Paral.16.b

a *Nunquid non est hic proph. etc.* ✠ Ioseph. Prophetis dicentibus, Syrũ esse captiuandũ intelligẽs in eorũ sermonibus Iosaphat, quia falsi essent pphetæ, requirebat si alter quis esset Propheta Dei, vt certius dẽ futuris agnoscerent. Achab esse quidem dixit; sed indiuisũ sibimet hominẽ, eo qđ prædixisset a Syrorũ rege eũ moriturũ; quapropter i custodia tũc teneretur.

Lib.8.Ant.14

pr auitas causa sit stragis. Nam si bonum, ac piũ habuisset pastorem, vi superasset hostes. Deinde ostẽdit viã asse quendæ salutis. Si Dñs est, inquit, eis in Deũ, reuertatur vnusquisque ad locum suum in pace. Si Deo creditis,& vultis ex eo scire qđ agendum, reuertatur vnusquisque ad locum suum in pace.

Vidi Do. &c. ✠ Idem. Hæc est quędã prosopopeia, seu fictio personę, quę doceret diuinam permissionem Nõ enim verus Dñs, & magister veritatis iussit, vt deciperet Achab.

Greg. Soliũ Dñi Angelicæ potestates; qb⁹ Deus altius pręsidens interius cũcta disponit. Exercitus cœli ministrantium Angelorũ multitudo a dextris & a sinistris. Deus qui ita est intra omnia, vt etiã sit extra omnia, nec dextra, nec sinistra concluditur; sed dextra Dei Angeli boni, sinistra reprobi. Nec enim ministrãt Deo solummodo boni qui adiuuant; sed & mali qui redire nolentes grauãt. de quibus dicitur: *Contra spirituales nequitias in cœlestibus.* A dextra ergo, & sinistra Angelorum exercitus stat, quia volũtas electorum spirituum diuinæ voluntati cõcordat, & reproborum sensus suę malitię seruiens, iudicio districtionis eius obtemperat. Vnde spiritus fallax in mediũ prosilijt, per quẽ Achab decipiatur exigentibus meritis. Neque enim bonus spiritus fallacię vult deseruire, vel spiritus mẽdax esse in ore prophetarũ. Sed qa Achab dignus erat tali deceptione dãnari, vt q. sępe volens ceciderat in culpã, nolens caperetur ad

Li.2 mor.c.15 Angelorum. Ephes.6.d

Dixitque Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda: veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille respondit: Vt ego & tu, sicut populus tuus, sic & populus meus, tecumque erimus in bello. Dixit Iosaphat ad regẽ Israel: Consule, obsecro, †impræsentiarũ sermonẽ Dñi. Cõgregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos; In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi: Ascende (inquiunt) & tradet eos Deus in manu regis. Dixitque Iosaphat: ᵃNunquid non est hic prophetes Dñi, vt ab illo etiã requiramus? Et ait rex Israel ad Iosaphat: est vir vnus a quo possumus quærere Dñi voluntatem; sed ego odi eum; quia non prophetat mihi bonum: sed malum omni tẽpore Est autem Michæas filius †Iemla. Dixitque ei Iosaphat: Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Israel vnum de eunuchis,& dixit ei; voca cito Michæam filium Iemla. Porro rex Israel,& Iosaphat rex Iuda, vterque sedebant in solio suo vestiti cultu regio. Sedebant aũt in area iuxta portam Samariæ: omnesq. prophetæ vaticinabantur coram eis. Sedecias vero filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea,& ait; Hæc dicit Dñs: His ventilabis Syriam, donec conteras eam. Omnesq; prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant: Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradet eos dñs in manu regis. Nuntius aũt qui ierat ad vocãdũ Michæã, ait illi: En, verba oĩum prophetarũ vno ore bona annunciãt regi. Quæso ergo te, vt & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. Cui respondit Michæas: Viuit dñs, quia quodcunque dixerit mihi Deus, hoc loquar. Venit ergo ad regem. Cui rex ait: † Michæa ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum an quiescere? ᵇCui ille respondit: Ascendite. ¹Cuncta enim prospera euenient,& tradẽtur hostes in manus vestras. Dixitq; rex: iterum, atque iterum te adiuro, vt non loquaris mihi, nisi quod verum est in nomine Dei. At ille ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oues absq; pastore,& dixit Dñs, Non habent isti dños, reuertatur vnusquisq; in domũ suã in pace. Et ait rex Israel ad Iosaphat, Nonne dixi tibi, ꝙ non prophetaret mihi iste quicquã boni, sed ea quæ mala sunt? At ille, idcirco ait: ᶜAudite verbum Domini: †Vidi Dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum cœli assistentem ei, a dextris, & a sinistris. Et dixit Dominus, † Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat, & corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret unus hoc modo,& alter alio, processit spiritus,& stetit coram Domino,& ait,

3.Reg.22.a Esa.6.a 3.Reg.22.d

b *Ascend. &c.* ✠ Theod. Quam ob causam dixit, vt ascenderent? Expectauit, vt iureiurando adigeretur,& deinde verum diceret. Nam quoniam Achab existimabat prophetam propter odium prædicere ea quę erãt molesta, prius dixit ea quę erãt iucũda. Deinde iureiurãdo adactus diuina ostendit.

Quæst.65. in 3.Reg.

c *Vi. Do. se. in sol.* ✠ Theodor. Per hęc ostendit quod illius pravitas

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ascendi. Cunc. e. pro. eue. *Dicit Ra. Sa. quòd loquitur conditionatiue. & est sensus: Si ascendatis prospere, vt dicunt prophetæ vestri, tradentur hostes in manus vestras: quia conditionalis propositio vera est aliquando, licet vtraque pars sit falsa, sicut ista: si homo volat, habet alas: sic in proposito. Aliter etiam exposui hoc 3. Reg. s.q. loquebatur negatiue, vel optatiue, vt sit sensus: vtinam sic esset, sicut dicunt prophetæ vestri, quod aduertens Achab per quædam signa adiurauit eum, vt non diceret, nisi quod sciret esse verum, & planum.*

1 Mutato-

MORALITER.

† qui bonus erat platus de diuitijs tpalibus, & honoribus intumescit. & sic cũ potẽtibus, & nobilibus huius sęculi familiaritates cõtrahit ad exaltãdũ gen⁹ suũ p matrimonia, quod figuratũ fuit p Iosaphat põtificẽ bonũ significãtẽ, vt dictũ est c. pręced. q. multũ diues factus familiaritatẽ cũ Achab principe malo contraxit, & filiam eius filio suo vxorem accepit.

† *Dixitq; Ach. rex ad Io. &c.* Cõtingit.n. frequẽter, q. pp matrimonia pdicta nobiles huius sęculi petũt a põtificib. ꝙ suos aduersarios auxiliũ; & illi cõcedũt de facultatib. Ecclię, q. nõ sunt ad hoc, sed ad diuinũ cultũ ordinatę: & sic incurrũt malũ offensę diuinę; pp quod infra c. seq. dr ipsi Iosaphat in casu simili; Impio prębes auxilium; & iõ irã Dñi merebaris, &c.

† *Nunquid*

† *Nunquid non est hic prophe. Domini: vt ab illo etiam requiramus.* Per istũ Iosaphat q. quęsiuit cõsilium prophetę Dñi, & tamẽ non fecit, sed magis contrarium; nam cum Achab ad pręliũ perrexit, significantur illi qui quęrunt consilium boni ũ, nõ tamen faciunt, in hoc similes Roboam qui quęsiuit consiliũ a senibus, sed datum ab eis cõsilium dereliquit. 3. Reg. 12.c.

† *Est autem Michæas filius Iemla.* Per hoc aũt quod Achab isti pphetę Dñi nõ credidit, & insuper ipsum incarcerauit, credẽs magis falsis pphetis q̃ sibi, significantur illi q. pdicatores veritatis nõ audiunt, sed magis ipsos persequũtur; falsis autẽ adulatoribus,& mẽdacibus credunt, & eis pmia largiuntur, & sicut Achab mortuus fuit in plio, sic tales moriuntur morte culpę; & nisi vere penitẽant, morientur morte gehennę.

1 *Reuersus*

A ad pœnam. Iuste datur licentia malignis spiritibus, vt quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati pœnam etiã nolentes, trahant. Qui vero vitam reprobam non mutat cum a Propheta aliquid requirit, illa audit Deo disponente, quæ meretur damnãdus audire. Ecce enim a Dei cultu domus Israel ad idolorum seruitutẽ recesserat: & tamen ad prophetas, a quibus decipi consueuerat, sæpe veniebat prospera requirens. Sed quia peruersa agẽs, prospera audire non merebatur, vt peccatorum populus in suo corde capere tur, quatenus per perfidiam sequendo delinqueret, sicut prophetarum blanditijs deciperetur, vt nõ pertimesceret, quæ deliquisset, & tãto durius raperet ad pœnam, quãto securius viueret in culpa.

Ego decipiam eum. Cui Dominus: In quo, inquit, decipies? At ille respondit; Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque Dominus; Decipies, & præualebis. Egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum. Et Dominus locutus est † de te mala. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillam, & ait; Per quam viam transiuit spiritus Domini a me, vt loqueretur tibi? Dixitque Michæas; Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, vt abscondaris. Præcepit autem rex Israel, dicens: Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium Amelech, & dicetis; Hæc dicit rex: Mittite hunc in carcerem, & date ei † panis modicum, & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace. Dixitque Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est Dominus locutus in me. Et ait: Audite populi omnes. a Igitur ascenderunt rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixitque rex Israel ad Iosaphat: 1 Mutabo habitum, & sic ad pugnandum vadam: tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque rex Israel habitu, venit ad bellum. Rex autem Syriæ 2 præceperat ducibus equitatus sui, dicens: Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel. Itaque cum vidissent principes † equitatus Iosaphat, dixerunt: Rex Israel est iste. Et circundederunt eum dimicantes. At ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo. Cum enim vidissent duces equitatus, quòd non esset rex Israel, reliquerunt eum. Accidit autem, vt vnus e populo sagittam † in incertum iaceret, & percuteret regem Israel inter † ceruicem, & scapulas: At ille aurigæ suo ait; 3 Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. 4 Porro rex Israel stabat in curru suo contra Syros vsque ad vesperam, & mortuus est occidente Sole.

† contra.

† pœnam afflictionis, & aquam tribulationis, vel angustiæ.

† curruum, & infra.

a *Igitur ascenderunt rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad, &c.*

B ✻ Theodoretus. Cum Achab simul abijt Iosaphat, sua pietate faciens indigna. Nam cum quæsiuisset prophetam, & quid esset agẽdum didicisset, pietati prætulit amicitiam. Cæterum, propter aliam eius virtutem, curæ fuit diuinæ prouidentiæ.

Quæst. 65. in lib. 3. Reg.

† in simplicitate sua.

† iuncturas, & loricam.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Mu. hab. *In Heb. habetur; Muteris, & veni ad bellum. & sic dirigitur verbum ad Iosaphat, & est sensus; Amoue vestes tuas communes, & accipe arma bellica cum signis regalibus.*

2 Mu. rex Is. ha. *Quia intrando bellum non accepit insignia regalia, cuius causa dicta fuit. 3. Regum vlti.*

3 Conuerte. &c. de acie. *Non dicit de bello totaliter, quia sequitur.*

4 Por rex Is. &c. *Sed dicit de acie: quia de prima acie in qua erat, iussit se reduci ad aliam, in qua non tantum impugnaretur; & sic posset magis dissimulare vulnerationem suam, ne populus suus fugeret de prælio.*

CAP.

CAP. XIX.

a *Reuersus est Iosaphat.* ✻ Theodor. Reuertenti Iosaphat ab illo conflictu, occurrit Iehu propheta, d. Peccatori tu fers auxilium, & cum eo inis amicitiã, qui odio habetur a Domino, propterea facta est in te ira Domini, nisi quod in te inuenta sunt bona, &c. Hinc discimus, quod minuũt peccatorũ pœnas, quæ prius fuerunt recte facta. Iustus enim iudex, & hæc, & illa ex aduerso metiens, sic fert sentẽtiã. Oportet ergo nos cũ hæc didicerimus, fugere amicitiã, & cognationẽ eorũ qui Deo sũt inuisi. Scriptor aũt relicta vituperatione, ascẽdit ad laudis catalogũ, & docet, quod cũ rex

Quæst. in 2. Paralip.

† ira quidem Domini erat super te.

CAP. XIX.

a Reuersus est autem Iosaphat rex Iuda pacifice in domum 1 suam in Ierusalem. Cui occurrit Iehu filius Hanani uidens, & ait ad eum. 2 Impio præbes auxilium, & qui oderunt Dominum, amicitia iungeris; & idcirco 3 † iram quidem Domini merebaris; sed bona 4 opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lu- 5

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIX.

Reuer. est autem. *Hic consequenter describitur ipsius Iosaphat correctio prompta. Vbi primo describitur prophetæ reprehensio. secundo ipsius Iosaphat emendatio in se, & in populo sibi subiecto, ibi.* Habitauit ergo. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Re. est autem Io. rex Iu. *De prælio prædicto pacifice, licet enim fuerit in periculo mortis, vt prædictum est, tamen reuersus fuit sine vulnere Deo ipsum protegente.*

2 Impio præ. au. *Id est, præbuisti contra voluntatem Domini.*

3 Et id. iram qui. do. me. *De rigore iustitiæ; sed propter alia opera tua bona pepercit tibi ex dulcore suæ misericordiæ.*

Ha.

MORALITER.

1 *Reuersus est au. Io. rex Iuda.* Sequitur.

2 *Cui occurrit Iehu fili. Hanani videns.* Per istum Iehu significatur prædicator veritatis, qui debet esse videns, id est, præ alijs quæ pertinent ad salutem cognoscens.

3 *Et ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia.* Ex hoc datur exemplum prædicatoribus, vt propter magnitudinem personarum non dimittant arguere peccata, maxime publica, sicut fuit in proposito.

Rursum.

rex accepisset reprehensionem, studuit pijs laboribus delere maculam cognationis.

✠ Chrysosto. Vides quia nec dare oportet auxilium inimicis Dei, nec ab eis accipere: Quod nec accipere oportet, docet nos historia de Asa. Quoniam vero nec dare, instruit nos hæc scriptura de Iosaphat. Qui enim petit auxilium ab inimicis Dei, de auxilio eius desperat, vtiliores sibi existimans inimicos Dei quã Deũ. Qui autem dat auxilium inimicis Dei, aduersatur Deo. Deo enim volente conterere inimicum suum, ipse eũ defendere tentat.

Hom. 1. in Matth. op. imp.

✠ Clement. Rom. Pœnitentes recipite: Catechumenos baptizate: hereticos ex fidelibus eijcite: præcipiteque fidelibus, vt ab eorum consuetudine omnibus modis abstineant. Nam Iosaphat Deus exprobrat amicitiam societatemque cum Achabo & Ozia, &c.

l. 6. constit. cap. 17.

a *Nec personarum acceptio, &c.* ✠ Ambrosius. Personarum quidem Deus acceptor non est, quia nouit omnia: nos autem omnibus quidem debemus misericordiã: sed quia plerique fraude eam quærunt & fingunt ærumnam, ideo vbi causa manifestatur, persona cognoscitur, tempus vrget, largius se debet profundere misericordia.

L. 1. off. c. 10.

b *Omnem causam quę venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, inter cognationem, & cognationem, vbicunque, &c.* ✠ Augustinus. Remota iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa latrocinia quid sunt nisi parua regna.

L. 4. ciu. c. 3.

cos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum vt requireres dominum Deum patrum tuorum. Habitauit ergo Iosaphat in Ierusalem. [1] Rursumque egressus est ad populum de Bersabee [2] vsque ad montem [3] Ephraim, & reuocauit eos ad dominum Deum patrum suorum. [4] Constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca. [5] Et præcipiens iudicibus: [6] Videte (inquit) quid faciatis. [7] Non enim † hominis exercetis iudicium, sed domini: [8] & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. † [9] Non est enim apud dominum Deum nostrum iniquitas, [10] nec personarum a acceptio, nec cupido munerum. [11] In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas, & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, vt iudicium, & causam domini iudicarent habitatoribus eius. Præcepitque eis, dicens: sic agetis in timore domini fideliter, & corde perfecto. Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, inter cognationem & cognationem, [12] vbicunque quæstio est de lege, [13] de mãdato, [14] de † ceremonijs, [15] de iustificationibus, ostendite eis: vt non peccent in dominum, & ne veniat ira Dei super vos & super fratres vestros. sic ergo agentes non peccabitis: Amarias autem sacerdos & pontifex vester, in his quæ ad dominum pertinent, præsidebit. Porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, [16] super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent. Habetisque magistros Leuitas coram vobis. Confortamini & agite diligenter, & erit dominus † vobiscum in bonis.

† hominis iudicabitis, sed domino. † Rom. 2. b. Ephe. 6. b. Act. 10. c. † iudiciis. † statutis † cum bonis.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ha. er. Io. &c. *Hic consequenter ponitur ipsius Iosaphat emendatio in se & populo suo, & primo in cultu diuino, cum dicitur.*

2 Rursumque egressus est ad populum. *scilicet per sacerdotes & Leuitas, sicut ante fecerat.*

3 De Ber. vsque, &c. *i. a principio regni sui vsque ad finem: quia Bersabee est in principio regni eius versus austrum, & mons Ephraim in opposito versus aquilonem, accipiendo regnum eius prout includit ciuitates aliquas, quas pater eius ceperat de regno decem tribuum in monte Ephraim.*

4 Constituitq; Iu. *Hic secundo describitur ipsius Iosaphat & populi melioratio in regimine populi, & primo in communibus casibus. secundò in arduis, in quibus erat recursus in Ierusalem, ibi:* In Ierusalẽ quoque: *Circa primum dicitur:* Constituitq; Iu. &c. *vt non oporteret populum discurrere de loco ad locum ad habendum iudicium in causis communibus.*

5 Et præcipiens Iu. *ab eo institutis.*

6 Videte, inquit, quid fa. *ne præcipitanter, sed cum magna deliberatione sententiam feratis, cuius causa subditur.*

7 Non enim ho. exer. iudi. s. do. *vnde iudices qui tenent locũ Dei in terris, vocantur dii participatiuè, vt habetur Exo. 22. b. Dominus domus applicabitur ad Deos. i. ad iudices.*

8 Et quodcunque iudi. in vos redundabit. *i. in bonum vestrum si bene iudicaueritis, & in malum si malè.*

9 Non est enim apud do. Deum nõ. *cui debetis conformari in iudicando, vt patet ex dictis.*

10 Iniquitas nec personarum ac. &c. *Illa enim tria ex parte iudicis faciunt peruerti iudicium.*

11 In Ierusalem quoque. *Hic ordinatur regimen populi in arduis causis, quæ non poterant bene præscindi absque recursu in Ierusalem, secundum quod præcipitur Deut. 17. b. vbi dicitur:* Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris. *Sequitur:* Surge & ascende ad locum, quem elegerit dominus, &c. *ideo Iosaphat ibi constituit iudices ad talia difficilia determinandum. Ideo subditur.* Omnem causam quæ vene. ad vos fratrum vestrorum q̃ habi. in vrbibus suis in. *Sequitur.*

12 Vbicunque quæstio est de lege. *quantum ad decem decalogi præcepta.*

13 De mandato. *quantum ad cætera moralia ex præceptis decalogi, quasi quædam conclusiones elicita.*

14 De ceremonijs. *quantum ad ceremonialia.*

15 De iustifi. *i. de iudicialibus per quæ iustitia est inter homines cõseruanda.*

16 Super ea opera erit quæ ad regis officium pertinent. *vt si aliqui rebelles inueniantur per eum pœna debita plectantur.*

CAP.

MORALITER.

✠ 2 *Rursumq; egressus est ad populum de Bersabee vsq; ad montem, &c.* Per hoc autem, q̃ Iosaphat rex audita reprehensione ꝓphetæ, iuit ad monendum populum suum, vt quæreret dominum Deum patrum suorum: vt per hoc placaret dominum, sicut eum offenderat impio præbendo auxilium, dat exemplum principibus & prælatis, vt non condemnent verba prædicatoris, sed magis studeant dominum placare per bonum suorum regimen subditorum.

4 *Constituitque, &c.* Principes enim & prælati non possunt esse in omni loco suo regimini commisso, propter quod solliciti debent esse, vt in omnibus locis notabilibus sint bonæ ꝑsonæ, quæ suam absentiam possint supplere.

11 *In Ie. quo. con.* Idest sapientes in lege constituit in metropoli ciuitate, qui possent dubia iudicũ inferiorũ ad eos relata determinare, sicut præcipitur Deut. 17. Et similiter principes & prælati soliciti debent esse: vt in locis suis principalib. habeant homines sapientes & bonos, qui in casibus maioribus qui reseruantur ad eos veritatem valeant declarare.

MO-

CAP. XX.

A a *Post hæc, & cæt. Am.*

✠ Hieronym. Ammonitas Idumæos intelligit, quia ob reuerentiam fraterni nominis nolebant in pristino habitu arma mouere cõtra Israel, sed transfigurabãt se in habitum Ammonitarũ. Idumæos significat, sed scriptor historiæ maluit q̃d gerebatur associatorum notare vocabulo, quam impietatem impudentium publicè diuulgare.

b. *De his locis.* Illa loca significat, q̃ vltra mare Salinarũ sũt, quod alias stagnum Asphalti vel mare mortuum nominatur.

Quæsti. in hūc locum. *✠ quærendum & infra.* *Rab. lanus.*

CAPVT XX.

Post hæc congregati sunt filij Moab, & filij Ammõ, & cum eis de †Ammonitis, ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum. Veneruntq́; nuntij & indicauerunt Iosaphat, dicentes: Venit contra te multitudo magna, de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria: & ecce consistunt in Asason a ¶ thamar, quæ est Engaddi. Iosaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum dominum, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. Congregatusq́; est Iudas ad deprecandum dominum. Sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cumque stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ & Ierusalem, in domo domini ante atrium nouum, ait: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius, coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? Habitaueruntque in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes: si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluosque facies. Nunc igitur ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seir, per quos non concessisti filiis Israel vt transiret, quando egre-

a ¶ Palma interpretatur.

a ¶ Ipsum templum quod Iosaphat ab idololatriæ immunditijs purgauit & innouauit, & quod filij Israel peccando vetus fecerant pœnitendo innouarunt.

mon nuncupat vineas Engaddi.

d *Domine Deus patrum, &c.*

✠ Chrysosto. maiora arma sunt oratio. Propterea opus est nobis oratione: maximè autem matutina & nocturna.

✠ Idem. Sicut nec miles sine armis est aliquid, nec arma sine milite: sic nec oratio sine ieiunio, nec ieiunium sine oratione. Hæc autem duo iunxit Iosaphat, ideo finem consequutus est optatum.

e *Dedisti eam semini Abra. &c.*

✠ Theodoret. In memoriam reuocauit parẽtem, vt propter factam illi promissionem assequeretur auxilium. Dixit autem & quemadmodum templum fuit ædificatum.

Cant. 1. d. *† Idumæis.* *Hom. 14. ad Heb. & 15. in Matth.* *Quæstio in hunc loc.*

C c *Engaddi.* Vocatur vsq; hodie vicus pergrandis Iudæorum iuxta mare mortuum vnde opobalsamum venit: quas Salomon

Omnis

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XX.

Diuisio.

✠ Post hæc con. *Hic consequenter describitur ipsius Iosaphat mirabilis victoria, cuius primo describitur processus. secundo sequens effectus, ibi:* Irruit autem pauor Domini. *tertiò ponitur Iosaphat defectus, ibi:* Post hoc inijt. *Circa primum aduentus aduersantium nuntiatur. secundò Iosaphat dominum deprecatur ibi:* Iosaphat autem. *tertiò propheta eum consolatur, ibi:* Erat autem Iazihel. *Circa primum dicitur.*

1 Post hæc ɔgrega. sunt fi. Mo. & fi. Am. & cum eis de Am. *In Heb. habetur:* Et cum eis de Ammonitis. *Habet autem translatio nostra loco huius, de Idumæis: quia secundum veritatem fuerũt Idumæi, vt patebit infra. nominantur tamen in Heb. Ammonitæ: quia acceperunt signa Ammonitarum, & coniunxerunt se exercitui eorum, quasi essent de eodem populo.*

2 Vener. nuntij. *annuntiantes Iosaphat aduentum istorum contra eum.*

3 De his lo. qui trans ma. sũnt. *s. trans mare mortuum.*

4 Iosa. au. *Hic consequenter Iosaphat dominum deprecatur pro diuino auxilio impetrando. & ad hoc se & populum disponit, cum dicitur.*

5 Et prædi. ie. vni. Iu. *quia afflictio & humiliatio faciunt orationẽ exaudibilem.*

6 Congre. est Iu. *vt quantò oratio esset communior, tanto exaudibilior.*

7 Cumque ste. Io. in me. *ad animandum alios ad orandum.*

8 Ante atri. no. *in atrio enim illo reges Iuda fecerant aliqua abominabilia, a quibus ipse illud purgauit, & sic dicitur atrium renouatum.*

9 Domine de pa. *Hic consequenter Iosaphat format orationem suã in qua etiam allegat quinque ad exauditionem deprecationis suæ. Primum est de omnipotentia cum dicitur.*

10 Tu es, &c. *ideo libera nos, quia potes solo nutu. Secundum est maiestatis diuinæ decentia. Decet enim regiam maiestatem defendere vasallo suo terram quam sibi dedit, Deus autem terram promissionis dedit filiis Israel, ergo & c. & hæc ratio tãgitur, cum dicitur:* Non. tu, &c. *Tertium est promissi diuini efficacia, cum enim ædificato templo Salomon rogauit dominum: vt si populus afflictus ibi oraret dominum, quod ipse exaudiret in cœlo. Et respondit dominus Salomoni, q̃ sic faceret, cuius promissio debet esse efficax, quia scribitur Pro. 25. b.* Nubes & vẽtus & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus & promissa nõ cõplens. *& hæc ratio tangitur ibi.*

11 Habi. e. & ex il. san. no. tuo di. *s. per Salomonem.* Si irru. &c. *Sequitur.*

12 Exau. nos. *& supplẽda est responsio domini: quia respondit Salomini se exaudire, vt habetur supra 7. c. Quartum est aduersariorum iniustitia, quibus non nocuerunt filii Israel, nec terram eorum acceperũt: quando egressi fuerunt de Aegypto, vt habetur Deut. 1. & ideo iniustè volebant auferre filiis Israel terram a Deo sibi concessam, & hæc ratio tangitur ibi.*

13 Nunc igi. ec. fi. Am. & Mo. & mons Seir. *i. habitatores montis Seir, qui dicuntur Idumæi, ex quo patet quod prædictum est in principio ca. s. q̃ per Ammonitas intelligantur Idumæi.*

14 Per quos non con. &c. *vt habetur Deut. 1.*

Quinque ad orationis exauditionem.

✠ Ergo

MORALITER.

✠ 1 *Post hæc congre. & c. vt pu. con. eum.* Secundum q̃ scribitur. 2. Tim. 3. c. *Omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur.* Et ideo postquam Iosaphat ad verbum prophetæ se correxerat, & populũ suum ad dñi seruitutem reuocare studuerat, & ad faciendum iustitiam bonos homines instituerat: dñs permisit malos homines & in magna multitudine ɔ eum insurgere ad probationem & declarationem suæ patientiæ, & vt per hoc secundum sensum moralem detur exemplum iustis hominibus, ne diffidant de amore diuino, & eius adiutorio si patiantur persecutionem ab iniustis: vnde dicit dominus Apoc. 3. d. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* Secundum vero sensum allegoricum per Iosaphat qui iudicium Dei interpretatur, Dei filius significatur, secundum quod dicitur Io. 5. d. *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.* Contra ipsum autem insurrexerunt in Ierusalem Pharisæi & Saducæi, & etiam Romani, sci. Pilatus & milites eius. Sed sicut Iosaphat fuit confortatus per prophetam dicentem.

✠ Noli.

a *Omnis vero Iuda, & cæt.* ✠ Idem. Hæc cum dicerentur, tota stabat multitudo, cũ clamore Deo supplicans. Mulieres autẽ cum eiulatu etiam ploratum afferebãt. Deus autem misericors vsus administro Iozoel leuita:, soluit metum, bonorũ promissiõe.

b *Ascensuri, &c. no. Sis.* qui & Ieruel secundum Heb. Dicunt enim, qđ Sis, idest lebes vel olla, ideo dictus fit, quod plurima ibi multitudo hostium cæsa est: & ideo Ieruel. i. timor domini: quia de manifesto auxilio Dei quod contulit sperantibus in se, incussus est alienigenis pauor vndique.

Hieronym. Rabbanus. † vobis erit pugnandum in hoc.

Mystice. Moabitæ, Ammonitæ, & Idumæi, paganos, Iudæos, & hæreticos significant, qui gratis bellum excitant fidelibus, & religionem Christianam auferre contendunt. Sed Iosaphat. i. Christi populus nõ armis corporalibus, sed spiritualibus eos aggreditur, intima cordis deuotione supernũ quærens auxilium.

Mystice. † cõplesient. † percusserũt seipsos. † consumpserunt habitatores Seir.

diebantur de Ægypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos. Econtrario agunt, & nituntur eiicere nos de possessione quam tradidisti nobis Deus noster, ergo non iudicabis eos? [1] In nobis quidem [2] non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus, quid agere debeamus: † hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. a [3] Omnis vero Iuda stabat coram domino, cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis. [4] Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ, Leuites de filijs Asaph super quem factus est spiritus domini in medio turbæ, & ait; Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalem, & tu rex Iosaphat. [5] Hæc dicit dominus vobis: [6] Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. Non est enim vestra pugna sed Dei. [7] Cras b descendetis contra eos. Ascensuri enim sũt per cliuum nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Ieruel. Non enim † eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis † auxilium domini super vos. O Iuda & Ierusalem nolite timere, nec paueatis: Cras egredimini contra eos, & dominus erit vobiscum. Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem [8] ceciderunt proni in terram coram domino, & adorauerunt eum. Porrò Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Core, laudabant dominum Deum Israel voce magna in excelsum. Cumque mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecua. [9] Profectisque eis stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: [10] Credite in domino Deo vestro, & † securi eritis: Credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. [11] Deditque consilium populo, & [12] statuit cantores domini, vt laudarent eum † in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voc, consona dicerent: Confitemini quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. [13] Cumque † cœpissent laudes canere, c vertit dominus [14] insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, montis Seir, qui egressi fuerant: vt pugnarent contra Iudam, & † percussi sunt. [15] Nanque filij Amon, & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis seis, vt interficerent & delerent eos. Cumque † hoc opere perpetrassent etiam in semetipsos versi mutuis concidere vulneribus. [16] Porrò Iuda cum venisset ad spe-

c *Cumque cœpissent lau. canere, vertit dominus insidias eorum, &c.* ✠ Idem. Qui dissipat consilia gentium, & populorum irritas facit cogitationes, & principum, abrogat consilia, hostes inter se inuicem concitauit. Et primi quidem Ammonitæ & Moabitæ consumpserunt Idumæos. Deinde inter se congredientes se inuicem confecerunt. Rex autem cum subiectis aspiciebat stragem hostium, & cæt. Admirabilis autem & quæ præter opinionem parta fuerat victoria, terruit omnes finitimos regni. ✠ Iosephus. Deus maximũ terrorem & tumultum super Ammonitas immisit, & credentes inter se hostes suos, mutuis se vulneribus occiderunt, ita vt ex tanta militia nullus penitus euaserit.

† oculos nostros ad te dirigimus.

† salutem.

† roborami ni.

† in decore sanctuarij. L. y. an. c.

Ve-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ergo non iudi. eos. *tu qui es iustus iudex, q. d. imò iudicabis eorum iniustitiam puniendo. Quintum est propria impotentia, cum dicit.*

2 In nobis quidem, &c. *q. d. non habemus confidentiam nisi in te.*

3 Omnis vero, &c. cum par. *vt magis impetraretur diuina clementia.*

4 Erat autem Iahaziel. *Hic consequenter describitur prophetica cõsolatio: in qua primo describitur victoriæ denuntiatio. secundo eiusdem exhibitio, ibi:* Cumque cœpissent lau. *tertiò prædæ collectio, ibi:* Venit ergo Iosaphat. *Circa primum ponitur nomen & genus prophetæ:* Erat au. Ia. &c. *& ad hoc denotãdũ autoritatẽ suæ prophetiæ.*

5 Hæc di. do. vo. *per me loquens.*

6 Noli ti. &c. *cuius causa subditur:* Non est ve. pu. s. de. *quia expugnabit pro vobis inimicos vestros, sicut patebit infra per effectum, consequenter denuntiat eis procedendi modum.*

7 Cras descen. contra eos. ascensuri enim sunt per cliuum. *Et patet litera vsque ibi.*

8 Ceci. proni co. do. *ad regratiandum ei de tanto beneficio sibi promisso.*

9 Stans Iosa. in medio. *vt melius audiretur.*

10 Credi. in do. Deo ve. *Timebant enim, ne aliqui pusillanimes effecti verbis prophetæ discrederent, & sic fugerent.*

11 De. con. po. *quia non debebat omittere ea quæ essent agenda. Ideo sequitur.*

12 Et sta. can. do. *sicut consuetum erat in bellis filiorum Israel fieri.*

13 Cumq; cœ. *Hic consequenter describitur victoriæ promissæ exhibitio, & hoc virtute diuina, cum dicitur.*

14 Ver. do. insi. eo. in se. *i. aduersarios Iudæorum, qui insidiabantur vitæ & terræ ipsorum.*

15 Nanq; fi. Ammon & Mo. con. ad ha. mon. Se. *quia dominus posuit in eis spiritum vertiginis, & dissensionis.*

16 Porro Iu. &c. *Sequitur:* Vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus. *& sic vidit victoriam sibi promissam iam in effectu datam.*

8 Ceci. ✠ Venit

MORALITER.

✠ 6 *Noli time. nec paue. hanc multi. non est enim pugna vestra, sed Dei.* Sic Christus positus in agonia, fuit per angelum confortatus, vt habetur Lucæ 22.

14 *Vertit do. insi. eo. in se. fi. &c.* Sicut. n. filij Ammon & Moab insurrexerunt aduersus habitatores mõtis Seir, & ipsi postea contra semetipsos insurgentes seinuicem destruxerunt, sic Pharisæi & Saducæi insurrexerunt contra Pilatum ipsum accusantes imperatori Romano, qui misit ipsum in exilium: & iterum Pharisæi & Saducæi propter suas iniquitates & cõtentiones intrinsecas rebellauerunt Romanis, ex qua rebellione secuta fuit destructio populi ac ciuitatis, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello.

contra

culam,quæ refpicit folitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus,nec fupereffe quẽquam qui necem potuiffet euadere. Venit ergo Iofaphat & oïs populus cum eo ad detrahẽdã fpolia mortuorũ.Inuenerũtq; inter cadauera variã fupellectilẽ. Veftes quoque,& vafa pretiofiffima,& diripuerunt, ita vt omnia portare non poffent,nec per † tres dies fpolia auferre præ magnitudine prædæ.Die autẽ quarto congregati funt in valle benedictionis. Etenim quoniam ibi benedixerant dñõ, vocauerunt locũ illum, vallis benedictionis vfque in pñtem diem.Reuerfusq; eft omnis vir Iuda, & habitatores Ierufalẽ, & Iofaphat ante eos in Ierufalem cum lætitia magna,eo quòd dediffet eis dñs gaudium de inimicis fuis.Ingreffiq; funt in Ierufalem cum pfalterijs,& citharis,& tubis in domum dñi. Irruit autẽ pauor domini fuper vniuerfa regna terrarum;cum audiffent,ꝙ pugnaffet dominus cõtra inimicos Ifrael,Quieuitq; regnum Iofaphat,& prębuit ei dominus pacẽ per circuitũ: Regnauit igitur Iofaphat fuper Iudã, & erat triginta quinque annorum,cum regnare cœpiffet. Viginti autem & quinque annis regnauit in Ierufalẽ,& nomen matris eius Azuba filia Selahi. Et ambulauit in via patris fui Afa,nec declinauit ab ea faciens † quæ† placita erant coram domino:veruntamen excelfa non † abftulit,& adhuc populus nõ direxerat cor fuũ ad Deũ pr̃um fuorum. Reliqua aũt geftorum Iofaphat priorum & nouiffimorũ fcripta funt in verbis Iehu filij Hanani,quæ digeffit in libro regum Ifrael. Poft hæc inijt amicitias Iofaphat rex Iuda cum Ochozia rege Ifrael, cuius opa fuerũt impijffima, & particeps fuit vt facerẽt naues, quæ irẽt in Tharfis, feceruntq; claffem in Afiongaber. Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de Marefa ad Iofaphat,dicens: Quia habuifti fœdus cum Ochozia, † percuffit dominus opera tua.Cõtritæq; funt naues, nec potuerũt ire in Tharfis.

† ß per tres dies fpolia abftulerũt, quia multa erant. † quod placitum erat. † recta † abftulerunt † Lxx. diffipauit.

a *Ve.ergo, &c.* Sancti doctores cum turba fidelium colligunt de fpolijs hoftium, quicquid de Phyfica,Ethica, & Logica legendo,& fcribendo,& docẽdo vtiliter crediderunt,per fanctæ trinitatis fidem in vfum totius ecclefiæ conuertunt, vt quòd illi iniufte & inutiliter poffidebant,fideles vtiliter poffidentes animarum ad falutem poffideant.

b *Vallis bened.* Rabbanus. Humilitas,ecclefiæ, vbi dignè Deo laudes redduntur. Qui autẽ quatuor euangeliorum inftructus dogmate per baptifmi fidẽ ad vnitatẽ ecclefiæ peruenit, ibi ritè laudãs dignè Deo conuerfans, vifionem perpetuæ pacis cum laude, & lętitia fempiterna introibit.

c *Poft hæc inijt,&c.* ✻ Ambr. Quia impio fe coniunxit,ideo miffus eft ad eum propheta, qui diceret ei: Deftruxit Dñs opus tuũ, &c. Q̃o fignificatur ꝙ præuaricantium mãdatum Dei opera ad confummationem gratiæ peruenire non poffint. Ad Salomonem autem, vtpote fapientem,& pacificum virũ, naues de Tharfis cũ auro, & argẽto, fine vlla offenfione veniebãt,& eo ipfe mittebat. Habebat enim cum rege Hirã facræ negociationis fpiritale commercium, & mutuæ gratiæ concertantis affectum. Dictum eft, gꝫ focietas,& amicitia Iofaphat regis Iuda cũ regib. Samariæ illos fignificat, qui de ecclefia ad hæreticorũ focietatem trãfeunt, fed hæc focietas abominabilis ẽ Deo. Ideo naues eorũ conuertuntur, quia dñs percutit opera eorum, quia quicquid in præfentis vitæ naufragio cũ hæreticorum factione,& confilio agitur, coram oculis Dei difplicere probatur. vnde: *Qui non eft mecum,contra me eft.*

In pfal. 47. Luc. 11. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venit ergo. *Hic confequenter defcribitur prædæ collectio,& patet litera vfque ibi.*

2 Die au.quar, *vbi ponitur gratiarum actio,primo extra Hierufalem,cum dicitur:* Congregati funt in valle benedictionis. *Secundo in Hierufalem in templo domini,cum dicitur:* Reuerfufq; eft omnis vir in Iuda,&c. *& patet litera.*

3 Irru.au. *Poftquã defcriptus eft victoriæ proceffus, hic confequenter defcribitur fequens effectus,quia per iftam victoriam a Deo datam populi,qui erant in circumitu regni Iofaphat,fuerunt territi,ita quod non audebant regnum Iofaphat infeftare. Sequitur.*

4 Et ambul.in via.&c.nec decli.ab ea. *f. quãdiu Afa fecit bonum,fed in malo non fuit fecutus ipfũ videlicet in hoc,ꝙ mifit aurũ et argentũ domus dñi regi Syriæ diffidens de diuino auxilio, vt habetur 3.Reg.15.& in hoc quod prophetam ipfum arguentem poni iuffit in neruo, vt habetur, fuprà 16.*

5 Veruntamen excel.non ab. *Contrarium videtur. fuprà 17.* Cumq; fumpfiffet cor eius,audaciam propter vias domini, etiã excelfa & lucos de Iuda abftulit. *Dicendũm ꝙ ibi loquitur fcriptura de excelfis,in quib. immolabatur idolis: hoc aũt de excelfis in quibus Deo immolabatur,quod a plurib. regibus fuit permiffum ad maius malum euitandum, ficut dictum fuit fuprà 14.c.in principio.*

6 Poft hæc inijt. *Hic vltimo Iofaphat de mala focietate punitur. Primo per reprehenfionem prophetæ, quæ fuit quędã punitio inquantum Iofaphat accepit eam patienter. Secundo per damnum temporale, vnde fubditur.*

7 Contritæq; funt na. *propeer amicitiam ipfius Iofaphat contractam cum Ochozia,qui erat peffimus idololatra, & hanc punitionem Iofaphat patienter acceptauit, & fic in præfenti punitus fuit, ne puniretur grauius in futuro.*

CAP. XXI.

Li.9. ant.c.4.

Ormiuit autem Iofaphat cum patribus fuis, & fepultus eft cum eis in ciuitate Dauid, regnauitq; Iorã filius eius pro eo: qui habuit fratres filios Iofaphat, Azariã, Iahiel, & Zachariã,

CAP. XXI.

a *Dominus autem.* ✻ Iofephus, Vixit quidem annos numero fexaginta, imperauit autem quinque & viginti magnificamq; meruit Ierofolymis habere fepulturam. Reliquit autem

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXI.

Diuifio.

1 DOrmiuit au.Io. *Hic confequenter agitur de tẽpore ipfius Iorã.cuius primò defcribitur vita praua. fecundo cõtra eũ rebellio inf. a, ibi:* In diebus illis. *tertio reprehenfio vera,ibi:* Allatæ funt autẽ ei literæ. *quartò punitio dura, ibi:* Sufcitauit er.&c. *Circa primum oftenditur fratricida,cum dicitur.*

2 Qui ha.fra.fi.Iofa. *Ifti nominantur hic, vt euidentius appareat malitia Ioram, qui eos occidit, vt poftea fequitur.*

Deditq;

MORALITER.

1 *Dorminit au.* Per quod fignificatur, ꝙ ipfe ficut & alij iufti illius temporis defcendit ad quietem fanctorum patrum in limbo,quę quidem quies a tẽpore afcenfionis Chrifti eft in cęlo empyreo. Propter quod per dormitionẽ Iofaphat cũ patribus fuis fignificatur quies iuftorum decedẽtium,quorum animę recipiuntur in cęlis.

2 *Regnauitq; Io.* per iftum Ioram qui viam rectam patrum fuorum dereliquit, fignificatur apoftata in fide, qui viam Chrifti & apoftolorum deferit,vel apoftata in religione qui regulam deferit a patribus obferuatam.

Cumque,

autem filios multos, successorem vero habuit seniorem filium Ioram. Is enim nomen habebat fratris matris suæ regis Israelitarum filij Achab.

✠ Chrysost. Ioram interpretatur Dominus, altitudo forsan, & prudentia Dei, quia impius erat futurus, & superbus sic eum nominari disposuit. Nam magnitudine diuitiarum elatus est, & valde impie gessit i Deū. Nam & fratres suos omnes occidit, quos ei quasi adiutores, & consiliarios reliquerat pater.

✠ Theodor. Quanta autem mala conciliauerit Achabi conciliatio docent, quæ deinceps sequuntur. Ioram enim æmulatus est impietatem soceri sui. Is, & fratres suos omnes occidit, & per omne vitium, ac scelus est ingressus.

a *Omnes hi filij Ios.* Imitatores operum eius, fratre eorum Ioram semper in deteriora laben te, vnde ipse Ioram legitur eos iterfecisse cum principibus Israel.

b *Noluit autem Dom. disperdere.*

✠ Theod. Hinc discimus quantum prosit pietas maiorum. Malos enim tolerat benignus, & clemens, recordans virtutis defunctorum. Collegit et fructus impietatis. Excussit. n. Idumæa iugū seruitutis: excussit et Lobna quæ est ciuitas Iudeę.

c *Allatæ sunt ei literæ, &c.* ✠ Iosephus. Cum tam impie ageret Ioram, & omnino leges patrias a mēte sua repelleret, delata est ab Helia propheta ad eum epistola, in qua pandebatur magnam pœnam eum fore passurum, quoniā patrum suorum non esset imitator, sed & Israelitarum regum impietatem sequeretur, & quia fratres interemisset, & bonos viros occidisset; suppliciumque, quod pro his suscepturus esset, Propheta in literis indicebat.

✠ HEBR. Allatæ sunt ipsi Ioram literæ ab Elia propheta, in quibus res ipsi euenturæ scribebantur. Nimirum de cęlo. Nam iam septem erant anni ex quo Elias reconditus disparuerat.

✠ THEODORETUS. Dominus per Eliam Prophetam aduersus Ioram tulit sententiam. Sed non accessit ipse propheta, verum per literas significauit diuinam sententiam. Venit inquit, homo Dei, scilicet, in scriptura per Eliam, &cæt.

d *Ecce Do.* Per Philisthęos, & Arabes q ei⁹ terrā vastauerūt, & diripuerūt substātiā, & filios pariter, & vxores Ioră, q iterpretatur

[Marginalia: Homil. 1. in Matt. op. imp. — Quæst. in hunc loc. — Rabbanus. — Vbi supra. — † plaga magna populum tuū, &c. — L. 9 anti. c. 9 — † optimorum, vel pretiosorum. — † 4. Reg. 8. c. — Seder Olam Rabba. c. 17. — A B C D E F]

a & Azariam, & Michael, & Saphatiam. Omnes hi filii Iosaphat regis Iuda, deditque pater suus eis multa munera argenti, & auri, & † pensasiones, cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. Regnum autem tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus. Surrexit autem Ioram super regnum patris sui. Cumque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Iuda. † Trigintaduorum annorum erat Ioram cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab. Filia quippe Achab erat vxor eius: & fecit malum in conspectu Domini. b Noluit autem Dominus disperdere domum Dauid propter pactum, quod inierat cum eo. Et quia promiserat, vt daret ei lucernam, & filiis eius in omni tempore. In diebus illius rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regem. Cumque transiret Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom, qui se circundederat, & omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda vsque ad diem hāc. Eo tempore, & Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum. Insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudam. c Allatæ sunt autem ei literæ ab Elia Propheta, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iuda, sed incessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab: insuper & d fratres tuos domum patris tui meliores te occidisti, ecce Dominus percutiet † te plaga magna cum populo tuo, & filiis, et vxoribus tuis, vniuersaque substantia tua. Tu autem ægrotabis pessimo languo-

a † Perfidiæ.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Deditque eis pater suus mul. &c. *i. annuos reditus. Et sequtur.*
2 Cumque se con. *i. amicitia, & adiutorio malorum hominum se vallasset.*
3 Occidit omnes fra. suos. *Vt bona eorum possideret, & ne forsitan ipso eiecto de regno propter suam malitiam aliquis de fratribus suis regnaret.*
4 Et quosdam de prin. Iu. *Qui facta sua non approbabāt, sed magis eius malitiā abhorrebant. Secūdo notatur de idololatria cū dicitur.*
5 Ambul. in vijs re. Is. *Qui erant idololatræ.*
6 Sicut egerat do. Achab. *Qui coluit Baal.*
7 Filia quip. Achab erat vxo. eius. *Et ideo induxit maritum ad idololatriam. Ista autem fuit Athal a: quæ capit. se. dicitur filia Amri patris Achab. Ad quod potest dici dupliciter. Vno modo quòd fuit filia Achab naturalis, vt hic dicitur, cap. seq. tamen dicitur filia Amri, eo modo loquendi quo filii filiorum dicuntur filii parentum, qui frequens est in scriptura. Alio modo quòd fuit filia Amri naturalis, sed dicitur hic filia Achab nutritione, & imitatione in idololatria; quia mortuo patre eius Amri ipse nutriuit eam, & docuit in malo.*
8 Noluit au. Do. disper. dom. Da. *Quamuis iste Ioram per malitiam suam demeruisset.*
9 In die. il. *Hic consequenter ponitur contra Ioram rebellio iusta, & patet sententia ex dictis 3. Reg. 8. c. Addendū tamen est hic, cū dicitur*
10 Et percus. Edom qui se cir. *Licet hoc sit ibi expositum: tamen hic ponitur alia expositio in glossa Hebraica, videlicet quod Ioram in exercitu suo habebat multos de Idumæis, eo quòd erant viri fortes, & ei subiecti: & illos interfecit Ioram subito, ne irent ad iuuandum illos Idumæos, qui rebellauerunt contra eum.*
11 Allatæ, &c. *Hic consequenter describitur reprehensio ipsius vera per literas Eliæ, quarum sententia hic breuiter ponitur, quantum ad peccata Ioram, & patet sententia ex dictis. Dicunt autem Hebr. q istæ literæ fuerunt ei allatæ post translationem Eliæ in cœlum, de qua habetur 4. Reg. 2. & hoc videtur satis rationabiliter dictum: quia in illis literis fiebat mentio de occisione fratrum suorum, illos autem non occidit viuente patre eius Iosaphat, vt satis patet ex principio huius capituli; nec Iosaphat hoc permisisset, cum esset sanctus, & bonus, vt patet ex supradictis. Elias vero raptus fuit ante mortem Iosaphat, quod patet ex hoc quòd Eliseus qui remansit loco Eliæ post eius raptum prophetauit tribus regibus de aqua eis danda, propter reuerentiam ipsius Iosaphat regis Iudæ, qui erat ibi, vt habetur 4. Reg. 3.*
12 Et for. fe. Iu. *Per idololatriam, quæ vocatur fornicatio, eo quòd facit diuerti a vero sponso, qui est Deus.*
13 Ecce Do. per. *Et rebus, & etiam propria persona, ideo subditur;* Tu au. ægro. &c. *Sequitur.*

Susci-

MORALITER.

2 *Cumq;, &c. oc. om. &c.* Nā apostata a fide in sua malitia cōfirmatus nititur suos fratres, i. alios fideles trahere secū ad infidelitatē, quę est mors spiritualis, Mat. 8. c. *Dimitte mortuos sepe. mor. suos.* Infideles enim mortuos appellat. Similiter apostata a religione ad excusationem apparentem suæ malitiæ nititur fratres illius religionis diffamare, ac scandalizare; & sic quantum in se est, eos occidit per ablationem suæ famæ.
11 *Al. sunt, &c. ab El.* Iste vero Elias fuit magnus zelator legis diuinę, per literas igitur ipsius cōtra Ioram scriptas, significantur scripturæ veteris, ac noui testamenti, quę clamant contra malitiā apostatę religionis, & ēt fidei, ideo subditur.

† Percus-

A pretatur, quis est excelsus: & qui de religioso patre ad perfidiam declinauit, & fornicari fecit filios Iuda; significat eos qui fide imbuti, & baptismo regenerati relinquunt fidei veritatem, hæreticorum sequentes errorem, & alios secum peruertentes. Vnde eos Elias, B i. sermo propheticus redarguit; quia omnis diuinorum librorū autoritas tales reprehendit, & merito peruersitatis suę increpat contestationibus grauissimis.

† intestinorū infirmitate.

† eg ressa sunt viscera eius simul cum infirmitate.

a *Et octo.&c.* De Ioram 8. annis regnasse, & 40. vixisse. filium autem eius Ochoziā cum regnare cœpisset, fuisse 42. annorum, quod si ita est, duobus annis, antequam pater ipse nasceretur,

† combustionem secūdum combustionē patrum eius.

† absque desiderio, i. post mortem non desiderabatur a populo propter impietatē LXX. mortuusq; est sine laude.

a ¶Mentis. b ¶Quousque.s.omnis vigor sensus eorum per vecordiam desipiendo, veracis sapientiæ perdit intellectum.

re vteri tui, donec egrediantur vitalia tua † paulatim per dies singulos. Suscitauit ergo Dominus contra Ioram spiritum 1 Philisthinorum, & Arabum, qui confines sunt Aethiopibus, & ascenderunt in terram Iuda, & vastauerunt eam. Diripue- 2 runtque cunctam substantiam, quæ inuenta est in domo re- 3 gis, insuper & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi 4 Ioachaz, qui minimus natu erat, & super hæc omnia percus- 5 sit eum Dominus † alui languore insanabili. Cumque diei suc- † 6 cederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus, † & sic longa consumptus est tabe, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter, & † vita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima, & non 7 8 fecit ei populus † secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. Trigintaduorum annorum fuit 9 cum regnare cępisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque † non recte, & sepelierunt eum in ciuitate Da- † uid. Veruntamen non in sepulchro regum.

a ¶Dæmonum. b ¶Superborum. c ¶Denigratis in peccato. a ¶Confitentium. ¶Virtutem. a ¶Bonæ conuersationis. a ¶Fructus operationis. b ¶Solicitudinem carnalem. a ¶Desperationis. a ¶Quia delebuntur de libro viuentium, & cum iustis in cœlesti regno non scribentur, sed peribit memoria eorum, & nomen eorum non erit in memoria sanctorum.

sceretur, filium genuit. Sed Hebræi di- D cunt quod Ioram qui xl. annis vixisse describitur, & octo annis regnasse, quod vixerit annos 40. & regnauerit 28. Anni enim octo qui ei in regno tribuuntur, ipsi sunt qui bus regnauit, antequam fratres occideret, cum adhuc innocenter viueret. Reliqui vero viginti anni, quibus postea regnauit, ideo non numerantur; quia in languore, & tribulatione vixit; ideoque filio E eius tribuuntur, q non amplius, quàm vigintiduo annorum secūdum librum Regum esse perhibetur, ne de numerorū summa anni remanentes in temporum computatione errorem facerent.

† prę infirmitate.

† 4. Reg. 8. f

NICOLAVS DE LYRA.

1 Suscita.er. *Hic consequenter ipsius Ioram punitio dura secundum tenorem literarum Eliæ. & eodem ordine quo denuntiata est punitio ista, cum dicitur:* Suscita.er.do.con.Io.spiritum Phi. *id est, voluntatem, & animositatem inuadendi regnum Ioram.*

2 Et vasta.e. *Quantum ad villas, & agros.*

3 Diripueruntque cun.sub. *Quantum ad bona mobilia.*

4 Insuper, & fi.e. *Quos occiderunt, vt habetur in princ.seq.cap. excepto Ioachaz minimo.*

5 Et super, &c. percu. &c. *In persona propria.*

6 Alui lan.insa. *Ita q diu cruciaretur pœna horribili, ideo sequitur.*

7 Mor.est in infir.pes. *Non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animam: quia non apparuerunt in eo pœnitentiæ signa, propter quod subditur.*

8 Et non fe. &c. mo.com. *Comburendo circa eum aromatica.*

9 Sicut fe.ma.eius. *Vt dictum est, supra de Asa.c.16. Licet iste indigeret, eo quòd erat totus corruptus, & fœtidus, vt patet per prædicta: & hoc in detestationem suæ malitiæ, & ex eadem causa non fuit sepultus in sepulchro regum, quia regnauerat indigne.*

MORALITER.

† *Percus.eum Do.al.lan.in.* Per aluum autem mens hominis aliquando designatur: Prouerb. 18. b. *Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa pertingunt ad interiora ventris.* i. mētis. Igitur aluus apostatæ dolore percutitur: quando mens eius pessima machinatur: & tunc huiusmodi dolor est insanabilis, quando vsque ad mortem perseuerat in machinationibus illis.

† *Ita vt ege.* Quod fit moraliter quando machinationes pessimæ procedunt exterius in opera quæ per infamiam coram Deo, & hominibus sunt fœtidissima.

† *Et sepelie. &c.* Per quod designatur, quòd talis apostata moriens, excluditur a quiete Sanctorum, qui cum Christo regnant in æternum.

CAP. XXII.

a *Constituerunt autem habita. &c.* C

✲ Theod. Ochozias æmulatus est impietatem patris, habuit enim magistram sceleratissimam matrem. Eum interfecit Iehu cum Ioram rege Israel; assecutus est autem sepulturā propter aui pietatem. Eum enim sepeliuit Iehu, quoniam inquiebat, est filius Iosaphat, qui quæsiuit Dominū in toto corde suo.

Quæst. in hūc loc.

CAP. XXII.

a Constituerunt autem habitatores Hieru- 1 salem Ochoziam filium eius minimum 2 regem pro eo. Omnes enim maiores na- 3 tu, qui ante eum fuerant, interfecerunt † latrones Arabum, qui irruerant in castra. † Regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda. † Quadragintaduorum 4 annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Hierusalem: nomen matris eius Athalia, filia

F ✲ COMESTOR. Hunc regem, & reliquos vsq; ad Oziam prætermittit Matthæus, quia cultum patrum suorum prætermiserunt. Azarias

† vel exercitus.

† 4. Reg. 8. f

† Vigintiduorum.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXII.

1 Constitue.au. *Hic consequenter agitur de tempore Ochoziæ, & primo describitur eius mala vita. secundo infertur pœna debita, ibi:* Igitur Azarias. *Sententia primæ partis patet ex dictis* 4. Reg. 8. *in fine, exceptis quæ sequuntur.*

Diuisio.

2 Ochoziam fi.e. *Iste est qui c.præce.dictus est Ioachaz, & in parte sequenti dicitur Azarias; quia fuit trinominis, vel quia est idē nomē variatum, sicut in Latino idē nomen est Nicolaus, Colinus, & Coletus.*

3 Minimum re.pro. *Quia alii filii fuerant interfecti.*

4 Quadraginta.an. &c. *Hoc videtur impossibile, quia in fine præcedentis*

MORALITER.

1 *Constituerunt, &c.* Per istum Ochoziam qui de consilio Athaliæ matris suæ ad idololatriam declinauit, significatur quilibet malus, qui tanquam effœminatus, per mulieres seductus contra Deum ad pessima se conuertit, & qm̄ *Abyssus abyssum inuocat,* vt dicitur Psalm. 41. b. Ideo dicitur de ipso, q. fuit confœderatus cum Ioram rege Israel pessimo, perrexitque cum eo ad prælium contra regem Syriæ, & occasione huius fœderis fuit interfectus ab Iehu cum ipso Ioram, per quod significatur, quod sicut homines mali semetipsos associant in crimine, sic sociabuntur adinuicem in pœna gehennæ. Cætera huius capituli sunt exposita. 4. Reg. 11.

a *Azarias fil.* qui superius Ochozias, i. apprehendens domi num. Azarias vero adiutorium domini. Ideoque secundum Heb. nomen mutatur in melius ei, quia secundum præceptu domini instrumentum ostendit. nequitiam mentis semini Christi insidiatur inexorabili odio sæuiens, quæ aliquando regnare videbatur, cum legis ceremonias temporalis obseruabat. Interpretatur Athalia temporalis domini

Amri. Sed & ipse ingressus est per viam domus Achab. Mater enim eius impulit eum, vt impiè ageret. Fecit igitur malum in conspectu domini, sicut domus Achab. Ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum eius. Ambulauitque in consiliis eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab rege Israel in bellum contra Hazael Regem Syriæ, in Ramoth Galaad. Vulnerauerunt que Syri Ioram. Qui reuersus est, vt curaretur in Iezrael, multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Azarias filius Ioram Rex Iuda descendit, vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. Voluntatis quippe fuit Dei † aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram. Cumque venisset, & egrederetur cum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem vnxit Dominus, vt deleret domum Achab. Cum ergo euerteret Iehu domum Achab, † inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. Ipsum quoque perquirens, Ochoziam comprehendit latitantem in Samaria, adductumque ad se occidit. Et sepelierunt eum, eo quod esset filius Iosaphat, qui quæsierat dominum in toto corde suo. Nec erat vltra † spes aliqua, vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ. † Siquidem Athalia mater eius videns, quod mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Iuda. Porro Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de domo filiorum regis, cum interficerentur. Absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iosabeth autem, quæ absconderat eum, erat filia Regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ, & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

a ¶ Per Eliseum hæc in libro regum scripta sunt.
a ¶ Memoria domini.
a ¶ Saturitas domini.
a ¶ Temporalis domini.

Hier. Rabanus.

b *Aduersum.* Iehu significat principatū gentium, quē Christus destinauit in sacrilegam ciuitatem, quæ prophetas, & dominum prophetarum occidit, & apostolos persecuta est, ut eam digna ultione puniret, & phanum sacerdotum post aduentum Christi destrueret, templumq. subuerteret, & impiam synagogā sanguinem eorum sitientem de regni culmine quasi Iezabel præcipitaret, & ipsius rectores interficeret.

c *Si quidem.* Athalia quę semen Dauid conabatur extinguere, & regiā stirpem delere significat impietatem synagogæ, quæ per ne-

sed Iosabeth strenuitate (q interpretatur saturitas Dñi, i. ecclesiæ in qua sunt veræ deliciæ) seruat Ioas, qui interpretatur memoria domini, idest, Christus, i quo est memoria nominis Domini, ne p crudelitatem sæuientis interimatur in sanctis, sed nutriatur in domo Ioiadę pontificis. qui interpretatur dilectus domini, i. Christus, de quo pater ait. *Hic est filius &c. quo mi. com.* Cuius domus est ecclesia, ubi in fide electorum manens quotidie facit augmentum corporis sui, ut in tempore iudicii sceptrū regni, & potentiam extollat aduersum eos qui eū deprimebant.

†conculcatio Ochoziæ, idest vt veniens ad Ioram, conculcaretur a Iehu.

†4. Re. 10. c

†domus Ochoziæ tanta potentia, vt regnū posset retinere.

†4. Reg. 11. a

Mat. 17. a

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

cedentis, capit. dictum est, quod Ioram pater eius 32. annorum erat, qñ cœpit regnare, & octo annis regnauit, ex quo sequitur quod filius eius Ochozias senior fuit patre duobus annis. Ad quod dicendum secundum sententiā Hier. quod Ioram regnauit 28. annis, & octo annis regnauit satis bene post mortem patris sui Iosaphat antequam per vxorem suam ad idololatriam traheretur, & ideo illi octo anni tantum in eius regno computantur, aliis autem 20. annis regnauit pessimè, propter quod in eius regno non computantur, sicut lib. 1. Reg. 13. dicitur, quod Saul regnauit duobus annis, & residuum tacetur, quia duobus annis tantum bene regnauit, cum tamen pluribus regnauerit licet malè, vt ibidem dictum fuit, sed annis uitæ filii sui copulantur, ne error in historia fieret, si omniuo tacerentur. Similiter, & alii anni Saul alibi exprimuntur, s. Act. 13. & propter hoc dicitur 4. Re. 8. quod iste Ochozias 22. annorum erat, quando regnare cœpit, & quia ibi resecantur anni viginti patris sui, qui hic adduntur ratione dicta.

1 Ipsi. n. fu. *s. illi, de domo Achab, qui erant idololatræ.*
2 Et per. cum Io. fi. Ach. *ex amicitia, & familiaritate.*
3 Igitur Aza. &c. *Hic consequenter describitur eius pœna debita & primo in persona propria, secundo in prole sua, ibi.* Nec erat ultra spes. *Sententia autem primæ partis patet ex dictis 4. Re. 9. & 8 excepto quod sequitur.*
4 Quem un. do. *per vnum de discipulis Elisei, ut habetur 4. Regum 9.*
5 Et fi. fra Ocho. *quia fratres Ochoziæ fuerant interfecti, ut dictū est, sed filii eorum remanserant, vocantur tamen fratres Ochoziæ 3. Re. 10. c. i. propinqui, & de eadem cognatione in libro de Hebraicis quęst. dicitur quod erant consobrini Ochoziæ.*
6 Nec erat, &c. *Hic consequenter describitur punitio Ochozię in prole sua, quia mater eius Athalia interfecit omnes filios eius, uno excepto, et patet sententia huius partis ex dictis 4. Reg. 11. excepto quod sequitur.*
7 Absconditque eum. *i. in dormitorio sacerdotum in templo ministrantium, ut dicit hic glossa Hebraica 4. Reg. dicitur.* Eratque cū ea in domo domini clam, *vbi dicit Ra. Sal. quod hoc fuit in solariis templi, & forte ibi iacebant sacerdotes in sua hebdomada ministrātes, vel saltem eorum aliqui. Vel dici potest quod primo abscondit eum in dormitorio sacerdotum, quod erat circa templum, postea transtulit eum ad solarium templi, ut secretius seruaretur ibi.*

CAP.

CAP. XXIII.

A

Nno autem septimo, &c. ✠ Ioseph. Ochozias rex ex vno patre habuit sororem nomine Iosabeth, cui copulatus erat pontifex Ioiada. Hęc ingressa regiam domum, Ioas infantulum celatum inueniēs cum nutrice, portans in cubiculum clausit, & latēter aluit ipsa, & uir eius Ioiada in tēplo septem annis, quibus Gotholia regnauit. Septimo anno hunc sermonē pandidit quinque uiris Centurionibus, eisque suasit, vt consentirent, perceptoq. ab eis iureiurādo quo securitas talia gerentib. præpararetur, prodidit eis q̃ gerenda forēt, atque complēda.

b *Vnxit quoque.* ✠ HIERONYMVS. Vnxit eum Ioiada pontifex, & filii eius. Zachariam dicit, qui propheta erat, quem postea idem Ioas interfecit, ut ad magnum damnationis eius augmentum p tineret, eum interficere, qui se in regem vnxerat.

✠ Theodo. Perspicuū est quod sanctificauit unguentum, nempe chrisma. Testimonium autem coronam regiā, ut quæ significaret regnū. Colligationem autem seu coniurationem solent uocare tyrannidem. Gotholiæ autem tanta erat peruersitas, ut nepotem suum regnasse conspicata, vestem sciderit, & exclamarit, Colligatio, colligatio, seu coniuratio. Sed centurionibus iussit Sanctissimus Sacerdos, ut ea extra sacrum ambitum educerent.

Li. 9. Antiqu. cap. 5.

†eritis cum sacerdotibus, & Leuitis, & ianitoribus.

†& estote.

†ad sabbathū.

Quæst. in hūc locum.

† vel, gladios.

-dederuntque in manu eius tenendam legem. Hæc verba ne in emendatioribus quidem impressis leguntur.

†turbasque Quæst. 39 in 4. Reg.

CAP. XXIII.

¶ Hæc in libro Regum scripta, & exposita sunt.

a A†Nno autem septimo confortatus Ioiada assumpsit [1] centuriones, Azariam videlicet filium Ierohā, & [2] Ismahel filium Iohannam, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filiū Zechri. Et iniit cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, venerunt que in Ierusalem. Iniit igitur omnis multitudo Israel pactum in domo domini cum rege. Dixitque ad eos Ioiada. Ecce filius regis regnabit, sicut locutus ē dominus super filios Dauid. Iste est ergo sermo quem facietis. Tertia pars vestrum, qui ueniunt ad sabbathum † Sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis. tertia vero pars ad domum regis, & [3] tertia ad portam quæ appellatur fundamenti. Omne vero reliquum vul- [4] gus sit in atriis domus domini, nec quispiam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis. Ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt, & omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. Leuitæ autem circundent regem, habentes singuli arma sua. Et si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur, † sintque cum rege, & intrante, & egrediente. Fecerunt igitur Leuitæ, & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex. Et assumpserunt singuli uiros qui sub se erant, & veniebant † per ordinem sabbathi cum his qui impleuerant sabbathum, & egressuri erant. Si quidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. Deditque Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque, & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo Domini. Cō- [5] stituitque omnem populum tenentium †pugiones, a parte templi dextera vsque ad partem templi sinistram coram altari, & templo per circuitum regis. Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntque in manu eius tenendam legem, & constituerunt

b a ¶ Synecdoche pro solo Zacharia qui propheta erat quem postea idem Ioas occidit.

eum regem. Vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filii eius, imprecatique sunt ei, atque dixerunt Viuat rex. Quod cum audisset Athalia uocem s. currentium, atque laudantium regem, ingressa est ad populum in tem

c plum domini. Cumque uidisset regem stantem super gradū in introitu, [6] & principes † turmasq. circa eum, oēmque populum terræ gaudentem atque clangentem tubis, & † diuersi gñis organis concinentem, vocemque laudantium, scidit vestimenta sua, & ait Insidiæ, insidiæ. Egressus autem Ioiada pontifex ad centuriones, & principes exercitus, dixit eis. Educite illam extra septa templi, * & interficiatur foris gladio. Præcepitque sacerdos, ne occideretur in domo domini, Et imposuerunt ceruicibus eius manus Cumque intrasset portā equorum domus regis, interfecerunt eā

d ¶ Fœdus Dei, i. legem Dei, i. ipsum Deum cuius minister erat.

ibi. Pepigit autem Ioiada fœdus inter se, vniuersumq. populum, & regem

c *Super gr.* Columnam, s. & basim, quam p parauerat Salomon, & posuerat ī medio basilicæ, habentem quinq. cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres in altum.

d *Pepig. au. Io.* Ioiada interp̄tatˀ cognoscens dominum, vel diligens, quia filios Israel Dominum cognoscere docuit. Pepigit ergo fœdus inter dominum populumque regem, vt domino. s. obedirent, & legi eius. Pepigit et inter regem, & populū, vt populus erga regē fideliter ageret & rex populū iustè regeret secundum doctrinam sacerdotū & Leuitarum quorum officij, fuit insinuare p cepta domini.

✠ Theo. Quantum iuuet pius Doctor docet hęc historia.

CAP.

†4. Re. 11. a

Rabbanus.

†cantores cum instrumentis musicis, & scientes laudes canere.

* & qui iuerit post eā foris.

NICOLAVS DE LYRA.

ANno au. sep. *Hic agitur de tempore ipsius Ioas regis Iudæ, & primo describitur eius institutio, secundo regni sui prosecutio, cap. 24. Circa primum primo describitur ipsius Ioas institutio, secundo Athaliæ occisio, ibi:* Quod cum audisset Athalia. *tertio regis instituti confirmatio, ibi:* Pepigit autem Ioiada. *sententia autem istarum partium patet ex dictis 4. Re. 11. exceptis quæ sequuntur. In prima parte dicitur.*

2 Assump. cen. Aza. *nomina istorum omittuntur 4. Reg. 11. quæ exprimuntur hic ad maiorem historiæ certitudinem.*

3 Erit in por. *4. Reg. 11. dicitur.* Ad portam Seir. *& fortè ex illa parte erant plures portæ, ideo dicitur hic, in portis.*

4 Ad portam quæ appellatur fundamenti. *Ista est porta q̄, 4. Reg. 11. dicitur post habitaculum scutariorum, portæ. n. pluribus nominibus nominantur ex diuersis proprietatibus.*

5 Et peltas reg. *s. scuta rotunda, a pellendo dicta, quia repellunt ictus. In secunda parte dicitur.*

6 Cumque vi. re. stan. su. *Dicunt aliqui quod iste gradus erat basis ænea, super quam orauit Salomon, ut habetur sup. 6. & vocatur gradus, quia ad eam ascendebatur per aliquot gradus, quia habebat tres cubitos in altitudine, ut ibidem dicitur. Secundum alios uero erat quædam sedes notabilis in porticu templi, vbi rex sedebat quando ueniebat ad domum domini. In tertia parte dicitur.*

Ad ✠ 1 Const.

MORALITER.

1 *Anno septimo confor. Ioia. assum.* Expositio mystica huius capituli requiratur 4. Reg. 11. cap.

ca- † 1 Se-

vt esset populus Domini. Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam, & altaria, ac simulachra illius confregerunt. Mathan quoque Sacerdotem Baal interfecerunt ante aras. Constituit autem Ioiada [1] præpositos in domo domini, sub manibus sacerdotum, & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Domini, vt offerrent holocausta Domino, & sicut scriptum est in lege Moysi in gaudio, & canticis iuxta † dispositionem [2] Dauid. constituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. Assumpsitque centuriones, & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in [3] solio regali. Lætatusque est omnis populus terræ & vrbs quieuit. Porro Athalia interfecta est gladio.

† manus, id est dispositione.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Const. au. Io. *vt fierent ibi diuina obsequia, sicut fiebāt, antequā regnaret Athalia, quæ cultum diuinum prout potuit, destruxit, ut habetur c. sequenti.*

2 Iux. di. Da. *quæ dispositio habetur sup. li. 1. 24. & 25. cap.*

3 Læta. est o. *eo quod liberatus erat a dominio mulieris, quod erat opprobriosum, & quia regnum restitutum erat ad hæredem debitum.*

Iux. CAP.

C A P. XXIIII.

SEptem annorum erat Ioas, cum regnare, &c.

a CLEMENS. Rom. Si in parua parœcia grandior natu aliquis non reperitur, qui in Episcopum institui possit, iuuenis vero ibi est testimonium habens eorum, qui cum eo uixerunt, Episcopatus munere illum dignum esse, in mansuetudine, & modestia senectutem prę se ferens, is constituatur in pace. Nam Salomon duodecimum agens annum, in Israele regnauit, & Iosias octo annos natus regnauit in iustitia, item Ioas in septimo anno præfuit populo. Sequitur.

b *Post quæ plac.* Ioas Rex Sacerdotes arguit, qa minus studiosi fuerāt ī instauratione tēpli, & pecunia a populo collata iussu regis per manus magistrorum cęmentariis, & artificibus operum datur, ut scissuras parietū reficiāt, & sartatecta restaurent. Ioas. n. & hoc nomine, & hoc opere Christum significat. Interpretatur enim Domini robur. Hic Doctoribus mandat, vt accipiant omnem pecuniam quæ a prætereuntibus offertur in domum Dei, quicquid, scilicet, a sanctis scientiæ spiritualis, vel bonæ operationis collatum est in thesaurum domini, ut per prædicatorum officia ad restaurationem spiritualis templi conferatur, ut quicquid inuenerit per errorem scissum, uel per uitia læsum, restaurēt, ne per negligētiā doctorū peat auditorū multitudo.

c *Et filii eius.* Nō quod filios tunc habuerit, quia Ocho-

lib. 2. constit. cap. 1.

† 4. Re. 12. a

† instaurandum templū.

Rabbanus.

C A P. XXIIII.

SEptem annorum erat Ioas, cum regnare cœ- [1] pisset, & quadraginta annis regnauit in Ierusalem. Nomē matris eius sebia de Bersabee. Fecitque quod bonū est coram domino cūctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit autem ei Ioiada vxores duas, e quib. genuit filios, & filias. Post quæ placuit Ioas, ut instauraret domū domini. Congregauitque sacerdotes & Leuitas, & dixit eis. Egredimi- [2] ni ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam ad † sartatecta templi Dei vestri per singulos annos, festinatoque hoc facite porro Leuitæ egere negligentius. Vocauitque rex Iuda Ioiadam principem, & dixit ei. Quare non tibi fuit curæ, vt cogeres Leuitas auferre de Iuda, & de Ierusalē pecuniam, q̄ constituta est a Moyse seruo dn̄i, vt inferret eam oīs multitudo Israel in tabernaculū testimonii? Athalia. n impiissima, & filii eius destruxerunt domum Dei, [3] & de vniuersis q̄ sanctificata fuerant in templo dn̄i, ornauerūt pha- [4] num Baalim. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcā, posueruntq. eam [5] iuxta portam domus dn̄i forinsecus. Et prædicatum est in Iuda, & Ierusalem, vt deferrent singuli pretium dn̄o, quod constituit Moy- [6] ses seruus Dei super omnem Israel in deserto. Lætatiq. sunt cuncti principes, & omnis populus, & ingressi contulerunt in arcam dn̄i

a ¶ De qua in Ex. Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis domino, &c. quod in Ex. ut potuimus exposuimus.

NICOLAVS DE LYRA.
C A P. XXIIII.

SEptem an. *Hic consequenter describitur regni Ioas prosecutio, & primo tempore prosperitatis, secundo tempore aduersitatis, ibi.* Post quam autem obiit Ioiada. *Prima in duas, quia primo describitur processus Regni Ioas in bono, secundo Ioiadæ pontificis sancta consummatio, ibi.* Senuit autem Ioiad. *Sententia primæ partis patet ex dictis 4. Reg. 12. exceptis quæ sequuntur.*

2 Egr. ad ci. *Præter. n. illam pecuniam, quæ sponte offerebatur in templo pro necessariis templi, uoluit rex, vt a quolibet capitaneo de regno suo colligeretur dimidius siclus argenti, qui soluebatur a communitate, & in hoc æqualiter soluebat pauper, & diues, ut habetur Exo. 25 & hæc pecunia dabatur pro redemptione animæ, quia cum sic enumerabantur per dimidios siclos datos, non erat plaga in populo, ut ibidem dicitur.*

3 Athalia enim & fi. *filii Athaliæ non possunt hic intelligi fratres Ochoziæ filii sui, quia omnes fuerant interfecti, vt habetur supra in princ. 22. c. Nec filii Ochoziæ, quia illos interfecit Athalia, vt habetur supr. 22. c. in fin. & ideo filii eius hic dicuntur sacerdotes Baal, quos ipsa nutriebāt, vt dicitur lib. de Hebraicis quæst.*

4 Destrux. do. de. *dimittentes multa cadere, & spoliantes templū vasis, & ornamentis, applicantes cultui Baal, & propter hoc ad restaurādum ista, requirebatur magna pecunia, & maximè quia illa quæ erant applicata idolis, non erant ulterius diuino cultui applicanda.*

5 Et fecerunt. *3. Reg. dicitur gazophylacium, locus est ubi potest reponi pecunia, sine apertione, non tamen inde retrahi, sicut pro fabricis ecclesiarum solet fieri.*

6 Vt def. sin. pretium domino, quod cons. Moy. *s. dimidium siclum, vt dictum est supra.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Septem ann. erat Io. cum regna. cœ.* Hoc capitulum expositum est mystice 4. Reg. 12. c. vsque ibi. Post-

A Ochozia mortuo, eo quod nō habuerat filium, omne semē regium interficere molita est, sed filios eius sacerdotes idolorum nominat, qui templum spoliauerat, & ex ornamentis eius idola sua exornauerant, sæpe.n.filii imitatores dnī. parte pecuniæ.i.de ea quæ aliis donationib. collata fuerat. Potuit.n.fieri, ut in diuersis temporibus pecuniæ oblatæ diuersæ facturæ materiam præberent, sicut alia est doctrina qua rudes imbuuntur ad fidē, alia qua perfecti instruūtur ad plenitudinem. D

a *At illi.* Hoc faciunt apostoli, quando per subiectos sibi discipulos uerbi diuini semina per mundum sparserūt, vt operarios voluntati Dei idon eos auditoribus præficerent, B quorum alii fabricant ligna, cum se, & sibi obedientes ligna fructifera in domo Dei præparant. Alii fatta tecta faciebant, quando illa quæ per hæresim vel schismata rupta fuerant, reædificabant. Alii saxa cędunt, cum duros corde, & incredulos fortiter increpant, Alii metalla ferri, & æris, cū robur fidei, & confessionem catholicę veritatis ab vnoquoque expetunt, ut ipleatur domus Dei iuxta illud. *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mēsuram donationis Christi.*

b *Rel.par.* Videtur contrarium quod legitur in li.Re. *Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi, & susci.* C Sed non hic dr̄ q de eadem pecunia quæ offerebatur a populo in templo domini ad instaurationem domus Dei facta fuerunt sacra uasa in ministeriū tēpli, & ad holocausta, sed de reliqua parte

Marg.: † ad præpositum regis. — † Et cœperūt operari operarii. — Eph.4.b — † delinitus obsequiis eorū. — 4.Reg.12.c

atque miserunt, ita vt impleretur. Cumque tempus esset, vt deferrent arcam† coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur Scriba regis, & quem primus sacerdos cōstituerant, effundebantque pecuniam quæ erat in arca. Porro arcam reportabant ad locum suum, sicque faciebant per singulos dies. Et[1]
a ¶ Diuini verbi. b ¶ Christus rex, & sacerdos.
cōgregata est infinita pecunia, quam dederūt Rex, & Ioiada his, qui
a ¶ Dispensatoribus euangelii, qui tritici mensuram dispensant his qui operantur in domo domini.
a præerant operibus domus domini. At illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domū domini, fabros quoque ferri, & æris, vt quod cadere cœperat, fulciretur. † Egeruntque hi qui operabantur industriē, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitauerunt domum Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. Cumque complessent omnia opera, detulerunt coram rege, & Ioiada reliquā[2]
¶ Qui apti sunt ad capienda diuina munera, & exercenda Dei ministeria.
b partem pecuniæ, de qua facta sunt vasa templi in ministerium, & ad
a ¶ Hæ ingenii capacitatem, vel dilectionis latitudinem significant.
holocausta, phialæ quoque & cætera vasa aurea, & argentea Et offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioia-
a ¶ Si tempus præsentis uitæ in sanctæ trinitatis fide cum bonorum operum perfectione complemus ad æternam beatitudinem quæ est in dextera Dei perueniemus.
c dæ. Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cum centum[3][4] & triginta esset annorum. Sepelieruntque eum in ciuitate Dauid
a ¶ Quia populum Dei cunctis diebus sacerdotii sui bene rexit, & ad cultum Dei instruxit.
cum regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel* & cum domo eius.[5][6] Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt Regem.[7][8] Qui delinitus obsequiis eorum, acquieuit eis. Et[9] dereliquerunt templum domini Dei patrum suorum, seruieruntque d lucis, & sculptilibus, & facta est ira domini contra Iudam, & Ierusalem propter hoc peccatum.[10] Mittebatque eis prophetas, vt reuerterentur ad dominum, quos protestantes illi audire nolebant.[11] Spiritus e itaque domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit[12] in conspectu populi, & dixit eis. Hæc dicit Dominus. Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereli-

c *Senuit autem Ioiada, &c.* ✻ Hebræi. Oriente die bus Salomonis labe & ruina, natus est simul Ioiada, qui eā corrigeret Postq̄ aūt obiit, principes Iuda, adorauerunt regem. Qui delinitus eorum obsequiis, acquieuit eis. Seipsū.n. Rex Ioas Deū cōsecrauit, & noīauit. E Nā hæc declarat qd ponit, Et adorauerunt regem. Item illud, Acquieuit eis rex.
✻ Theod. Cū decessisset Ioiada, Ioas declinauit ad impietatē, inductus a principibus. Sed non eius curā abiecit aīarū medicus Misit.n.inqt Dn̄s ad ipsos, pphetas ad cōuertendum ipsos ad Dn̄m & testificatus est eis, & non audierūt. E
d *Et fa. est.* Tradūt Hebræi principes Iuda regē, vt Deū adorasse, & illum libenter accepisse: vnde nimis dominū offendit, & subito expertus est iram q̄ meruit. Ob hāc etiam culpā Herodes legitur in Actibus apostolorum ab angelo percussus.
e *Spiritus itaque Domini, &c.* ✻ Theod. Meminit unius solius pro-

Marg.: Seder Olam, cap.18. — Quæstio. in hunc locum. — *cum Deo. — Hier. Rabbanus. — Act.12.d Quæstio. in hunc locum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et congregata est infinita pecunia. *hyperbole est, ad denotandum magnam summam, licet esset finita simpliciter.*
2 Reliquam par. *Contrarium uidetur 4.Re.12.c.ubi dicitur.* Nō fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi domini, &c. *Dicēdum, quod quamdiu reparabatur templi ædificium non fiebant uasa templi ex illa pecunia, quæ ordinata erat ad reparandum ædificiū, & secundum hoc loquitur scriptura 4.Re. sed ædificio reparato de residuo pecuniæ facta sunt uasa templi, vt hic dicitur.*
3 Senuit autem Io. *Hic consequenter describitur ipsius Ioiadæ felix consummatio, cum dicitur,*
4 Plenus di. *quia non transiit tempus in vacuum, sed in bonis operibus continuē se exercuit, propter quod valde solemniter sepultus fuit, cum dicitur.* Sepelieruntque eum in ciuitate Dauid. *Et subditur causa huius.*
5 Eo quod fe.bo. cum Isr. *ipsum a dominio mulieris liberando & ab idololatria reuocando.*
6 Et cum do. eius. *regem de eius semine restituendo, vt patet per prædicta.*
7 Postquam autem ob. *Hic consequenter describitur regnum Ioas tempore aduersitatis, & primo describitur ipsius, & populi malū culpæ, secundo malum pœnæ, ibi:* Cumque euolutus. *Circa primum tangit duplex culpa. Prima est idololatria, cum dicitur.*
8 Ingressi sunt prin.Iu. & ado.re. *impendendo sibi diuinum honorem, sicut dictum fuit diffusius 4.Reg.12.*
9 Et dereliq.temp.do.Dei pa.suo. Abyssus *enim* abyssum inuocat. *& ideo de vno peccato tracti sunt ad alia.*
10 Mittebatque pr. ut re.ad do. *Ex quo apparet Dei miseratio, & eorum obstinatio. Consequenter notantur parricidio in interfectione Zachariæ, qui patri successerat in summo sacerdotio, vt habetur ex glossa magna Hebraica, Thren.2.g. super illud.* Si occiditur in sanctuario domini sacerdos, & propheta. *& in præsenti cum dicitur.*
11 Spiritus ita.do.in.Za. *Ex reuelatione enim spiritussancti, & eius impulsu, motus fuit ad constanter arguendum regem, & populum.*
12 Filium Ioiadæ sacerdotem. *Per hoc ostenditur conditio aggrauans peccatum, quia Ioiada fecerat bona erga regem, & populū, ut patet ex prædictis.*

Marg.: Psal.41.b

7 Post- ✻ 1 Mise-

MORALITER.

7 *Postquam au. & c. ado. re.* Per principes Iuda, qui diuinos honores regi Ioas exhibuerūt, sicut dixi plenius in expositione literali super 12.c.4.lib. Regum, signantur adulatores regū, & potentum, & sic faciūt eos insanire, & relinquere timorē diuinum, sicut iste Ioas dereliquit adulationib. principum delinitus, & pdicatores veritatis contemnere, & usq. ad mortē aliqn̄ psequi, sicut iste Ioas Zachariā pphetā iussit lapidari.

quiſtis dominum, vt derelinqueret vos? † Qui † congregati aduerſus eum miſerũt lapides iuxta regis imperium, ĩ atrio [1] domus dñi. Et non eſt recordatus Ioas rex miſericordiæ, q̃ fecerat Ioiada pater illius ſecum, ſed interfecit filium eius. qui cum moreretur ait. Videat dominus, & requirat. [2] Cum queeuolutus eſſet annus, aſcendit contra eum exercitus Sy- [3] riæ, venitque in Iudam, & Ieruſalem, & interfecit cunctos † principes populi, atque vniuerſam prædam miſerunt regi Damaſcum. Et certe cùm pmodicus veniſſet numerus Syrorum tradidit dominus in manibus eorum †infinitam multitudinem eo quod dereliquiſſent dominum Deum patrum ſuorum. In Ioas quoque ignominioſa exercuere iudicia, & [4] abeuntes dimiſerunt eum in languorib. magnis. Surrexe- [5] runt aũt contra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis a Zachariæ filii Ioiadæ ſacerdotis, & occiderunt eum in lectulo ſuo & mortuus eſt. Sepelieruntque eum in ciuitate Dauid, ſed [6] non in ſepulchris regum. b †Inſidiati vero ſunt ei Zabad filius Semaath Ammonitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. Porro filii eius, ac ſumma pecuniẹ quẹ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus Dei, ſcripta ſunt † diligẽtius in libro regum. Regnauit autem Amaſias filius eius pro eo.

A prophetæ, &c. Neque ſolum verbis diuinis reſtiterunt, & cõtradixerunt, ſed etiam lapidibus eum obruerunt in atrio tẽpli. Tanto iſte laborauit ingrati animi crimine, & in eum q̃ fuerat ſalutis adminiſter. Cum autem moreretur dixit. Videat Dominus, & iudicet. Neque a ſua exciuit petitione. Nã cum prætermiſſet annus, in eos quidem impetum fecit modicus Syrorum exercitus, traditi ſunt autem a Domino qui ab eis fuerat contemptus. Et alios quidem interemerunt, alios in captiuitatem redactis abierunt. Iſte autem cum incidiſſet in infirmitatem, occiſus fuit a ſubiectis. Vera eſt ergo oratio illa quæ dicta fuit Noe. Qui effundit ſãguinem hominis, pro ſanguine ſanguis effundetur; quoniam in imagine Dei fecit ho- B minem.

a *Zachariæ filii Ioiadæ.* Dominus in Euangelio Zachariam inter templum, & altare occiſum memorans, filium Barachiæ dicit, quem præſens hiſtoria teſtatur filium fuiſſe Ioiadæ. Sed alii Zachariam filiũ Barachiæ dicũt, qui in duodecim prophetis undecimus eſt, patriſque nomen conſentit in eo. Sed vbi occiſus ſit inter templum, & altare, ſcriptura non docet, maximè cum temporibus eius uix ruinæ templi fuerint. A- C lii Zachariam patrem Ioannis intelligi volunt, ex quibuſdam apocryphorum ſomniis approbantes, quod propterea occiſus ſit, quia prædicauit aduentum Saluatoris, hoc quia de ſcripturis non habet autoritatem, eadem facilitate contemnitur qua probatur. Alii iſtum volunt Za- D chariam eſſe, qui occiſus ſit inter templum, & altare a Ioas rege, ſicut Regum narrat hiſtoria. Sed obſeruandum, quod iſte Zacharias non ſit filius Barachiæ, ſed Ioiadæ, cum ergo Zachariam teneamus, & occiſionis conſentiat locus, quærimus quare dicitur hic filius Barachiæ, & nõ Ioiadæ. Barachias benedictus domini dicitur, & ſacerdotis Ioia- E dæ iuſtitia Hebræo nomine monſtratur. In euangelio (quo utuntur Nazareni) pro filio Barachiæ filius Ioiadæ legitur, ſimpliciores fratres inter ruinas templi, & altaris, vel in portarum exitibus, quæ Siloam dicunt, rubra ſaxa monſtrantes Zachariæ ſanguine putant eſſe polluta.

b *Inſidia. ve.* Aſſerunt Hebræi Ammonitas, & Moabitas inſidiatores eſſe regi Ioas pro iniuſta nece Zachariæ ad exaggerãdam malitiam Iſraelitarum, q̃ vlciſci noluerũt ſacerdotem Dei, quẽ uindicauerunt filii alienigenarum. F

✻ Ioſeph. Cum peſſimum languorem incurriſſet Ioas, inſtantes amici, qui mortem Zachariæ Ioiadæ filii defendebant, eique inſidias facientes interemerunt eum, & ſepultus eſt quidem Ieroſolymis, non autem in monumentis patrum, quia fuerat impius, & diuinæ religionis inimicus.

✻ Theod. Ioram quidem interfecerunt non diuino zelo accenſi, ſed ſæuo, & ſanguinolento animo incitati.

†Mat. 23. d
†vniuerſam Rabbanus.
Mat. 23. d
† coniurãtes.
†ignominioſa
†Illi vero ſũt qui coniurauerunt cõtra eum.
†in Midras libri (vide ſupra in fin. 13. cap. 1.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Miſerunt la. iux. re. imp. *Ex quo patet, quod rex, & populus perpetrauerunt parricidium.*

2 Videat do. & re. *Hoc dicit non zelo uindictæ, ſed iuſtitiæ diuinæ.*

3 Cumque e. *Hic conſequenter ponitur debita pœna, & primo in debellatione Ioas, cum dicitur.* Aſcendit con. eum exe. Sy. *Ex quo patet ſententia vſque ibi.*

4 In Ioas quo. igno. iu. *quæ autem fuerunt illa, hic non exprimitur, nec 4. Reg. ſed libro de Hebraicis quæſtionibus dicitur, quod occiderunt filios eius coram eo, improperando ei interfectionem Zachariæ. Sed hoc non videtur verum, quia in principio ſe. ca. dicitur quod Amaſias filius eius regnauit pro eo, propter quod & multa alia, iſte liber de Hebraicis quæſtionibus a multis, & rationabiliter, vt videtur, negatur eſſe Hieronymi, tum quia non habet eius ſtilum, tum quia in libro illuſtrium virorum, vbi Hieron. enumerat libros ab eo editos, facit ſolum mentionem de Hebraicis quæſtionib. ſuper Ge. & ideo dicitur, quod liber de Hebraicis quæſtionibus ſuper alios libros factus fuit a quodam Iudæo conuerſo, qui multa fictitia immiſcuit, vt videtur, propter quod de illo libro parum curandum eſt, niſi quantum conſonat veritati. Et ideo aliter dicitur, quod fecerunt iſti Ioas plagas turpes, & ignominioſas, & ideo ſubditur.* Et ideo abeuntes dimiſerunt eum in languoribus magnis. *Secundo deſcribitur pœna eius in interfectione, cum dicitur.*

5 Surrexerunt autem con. *Et patet ſententia huius partis ex dictis 4. Reg. 12. in fi.*

6 Sed non in ſe. *quia erat indignus, propter malitias ſuas.*

✻ CAP.

MORALITER.

3 *Cumque euolutus eſſet.* Per Syros qui interpretantur ſublimes, ſignificantur ſuperbi dæmones. Vnde Iob 41. d. dicitur de dæmonum principe, quod ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Igitur per exercitum Syriæ ſignificatur exercitus gehennæ, ſiue dæmonum, vnde ſubditur.

Et

† *Et interfecit cunctos.* per quos ſignificantur adulatores regum, & potentum, ut prædictum eſt.

5 *In Ioas qu. ign.* qui fuerat adulationibus principum delinitus. Per hoc igitur deſignatur, quod dẹmones ſecum trahũt ad inferni ſupplicia adulatores, & adulationibus eorum acquieſcentes.

Vigin-

CAPVT XXV.

a Vigintiquinque annorum erat Amasias cum regnare 1 cœpisset, & vigintinouem annis regnauit in Ierusalem: Nomen matris eius Ioiadan de Ierusalem. Fecitque quod bonum est in conspectu domini, veruntamen non in corde perfecto. Cumque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum, 2 sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Moysi, †vbi præcepit dominus, dicens. †Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis, sed vnusquisque in peccato suo morietur. 3 Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias †tribunosque, & centuriones in vniuerso Iuda & Beniamin. Et recensuit a viginti annis, & sursum, inuenitque trecenta milia †iuuenum qui egrederentur ad pugnam, & tenerent hastam, & clypeum. Mercede quoque conduxit de Israel centum milia robustorum centum talentis argenti. Venit autem homo Dei ad illum, & ait. O rex, ne egrediatur 4 tecum exercitus Israel. Non est enim dominus cum Israel, & cunctis 5 6 filiis Ephraim. †Quod si putas in robore exercitus b bella consistere, superari te faciet dominus ab hostibus. Dei quippe est, & adiuuare, & †in fugam cōuertere. Dixitque Amasias ad hominem Dei Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei. Habet domin9 7 vnde tibi dare possit multo his plura. separauit itaque Amasias exercitū, qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum suum. At illi cōtra 8 Iudam vehementer irati, reuersi sunt in regionem suā: Porro Amasias con b fidenter eduxit populum suum, & abiit in vallem Salinarum. Percussit- 9 que filios Seir decem milia, & alia decem milia virorum * ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiusdam petræ, præcipitaueruntque eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt. At ille exercitus 10 quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus 11 Iuda a Samaria vsque ad Bethhoron. Et interfectis tribus mili- 12 bus diripuit prædam magnam. Amasias vero post cædem Idumæorum, 13 c & allatos Deos filiorum Seir, statuit illos in Deos sibi, & adorabat eos,

a ¶ Opinionem hominum qui uidebant, & laudabant.

a ¶ De quo Ieroboam Q cum subditis, nec cum prælatis dominus est. b ¶ Decem tribuum qui idola colebant, & Deo abominabiles erant.

a ¶ Quia secundum Hebræos cum præcipitarentur decem milia de petra, idola responderunt illos ideo interfectos, quia in cultu eorum negligentes fuerant.

A CAPVT XXV. Vigintiquinque annorum erat, &c. * CHRYSOSTOM. Amasias paulo melior extitit quā Ioas pater ei9. Nā Amasias in primis placuit Deo, sicut Ioas, sed postea malignatus est sicut Ioas. Secū dum hoc fuit melior, quā B Ioas pr suus, quia Ioas corripientem se prophetā lapidibus interfecit. Amasias autem cū misisset ad eū Deus prophetam, non interfecit, sed comminatus respondit ei. Nunquid cōsiliarium regis dedi te? Caue tibi, ne flagelleris. Sequitur. b *In uallem Salinarū, &c.* vbi sal fiebat, vel fęno salsuginis, vt multis in locis decisо, & siccato, & incenso C vel aquis puteorum salsis fer- D feruefactis, & ad salis firmitatem coquēdo perductis. vel aliter, vbi & Ioab duodecim milia Idumæorum percussisse legitur. Pro valle autem Salinarum vetus editio quasi nomen regionis Gemel apposuit. E c *Statuit eos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat.*

* Theodoretus. Diuinū assecutus auxilium non cognouit benefactorem. Deos enim eorum qui fuerant superati, quos asportauit cū spoliis, tanquam victoriæ datores honorauit, & sacrificiis est prosecutus. * COMESTOR. Audiuit eos dātes responsa, ideo F perisse Amalech, quia negligentes fuerant in cultu eorum, pro quo tali pœna percussus est.

a Scio

Homil. 1. in Mat. ope. imp. †vbi præcepit dominus, ne occiderentur. †in tribunos. †facere cadere. *viuorum. Rabbanus. †Deut. 24. c 4. Reg. 14. b †electorum In hunc loc. †Quod si (subnon credis) ingredere, vel vade, fac roborare ad bellum, cadere. † roboratus, vel confirmatus.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP XXV.

Diuisio.

Vigintiquinque. *Hic consequenter agitur de tempore Amasiæ & primo describitur regni eius prosperitas, quamdiu vixit innocenter, secundo eius aduersitas postquam uixit insolenter, ibi.* At ille exercitus. *Sententia autem primæ partis patet ex dictis 4. Regum 14. in princ. exceptis quæ sequuntur.*

2 Iugulauit seruos. *& hoc iustè, quia licet esset dignus morte, tamen isti non habebant autoritatem eum occidendi.*

3 Congregauit igitur. *ad pugnandum contra Idumæos infestantes regnum suum.*

4 O rex ne. *quia erant idololatrę, & ideo eorum societas magis nocuisset, quam iuuisset. Ideo sequitur.*

5 * Non est enim. *quia in regno illo colebantur vituli aurei, & etiam idola alia.*

6 Et cunctis filjis. *a quibus denominabatur regnum illud, quia Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim, & plures alii post eum.*

7 Habet dominus vnde tibi. *ex quo patet, ꝙ illam pecuniam illis militibus dimisit.*

8 At illi contra Iudam. *non propter pecuniæ retractionem, vt dictum est, sed quoniam reputauerunt se contemni in illa separatione.*

9 Percussitque filios Seir. *sic est in Hebręo, & 4 Reg. 14. & non 20. milia, ut habent aliqui libri, & malè.*

10 At ille exercitu. *Hic consequenter describitur aduersitas regni sui postquam vixit insolenter, & primo ponitur aduersitas, inducta pro peccato superbię, & secundo pro peccato idololatrię, ibi.* Amasias quoque. *Circa primum sciendum, quod Amasias rex habita victoria elatus fuit in superbiam, eam magis attribuens uirtuti proprię, quam diuinę, & ideo exercitus Israel, qui redierat ad terram suam, excitatus fuit ex diuina ordinatione ut inuaderet regnum suum non. n. inuaserunt in reditu de exercitu Amasię, sed postquam venerant ad terram suam, & hoc notatur, cum dicitur.*

Diuisio.

11 Diffusus est in ciuitati. *scilicet, veniendo.*

12 Vsque ad Bethhoron. *Samaria autem erat in regno Israel. Bethhoron autem in regno Iudę, & ideo si redeundo de exercitu Amasiæ hoc fecisset, scriptura dixisset modo, scilicet, a Bethhoron vsque ad Samariam.*

Diuisio.

13 Amasias vero. *Hic consequenter ponitur aduersitas pro peccato idololatrię, & primo ponitur culpa, secundo pœna ibi.* Igitur Amasi. *Circa primum dicitur.* Amasias quoque. *In libris de Heb. quęstion. dicitur, quia idola cum morerentur Idumæi, dederunt responsa, quod hoc accidebat Idumęis, eo quod negligentes fuerant in cultu eorum, quod audiens Amasias eos coluit, sed hoc videtur fictitium, quia nulla gl. Hebraica hoc dicit, nec aliquis expositor Latinus authenticus, uidetur etiam esse contra textum, quia propheta de hoc reprehendens Amasiam dixit.*

*Cur

MORALITER.

Expositio moralis huius capituli requiratur 4. Regum. 14. cap.

1 Om-

&illis adolebat incensum. Quamobrem iratus dominus con-

a ¶ Eleazar filium Dodai auunculum eius, sicut Hebræi tradunt.

tra Amasiam, misit ad illum prophetam qui diceret ei. Cur 1 †adorasti Deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tua? Cumque hæc ille loqueretur, respondit ei. A quo missus hæc dicere? Num consiliarius regis es? Quiesce, ne 2 interficiam te. Discedensque propheta: scio, inquit, quod a cogitauerit Dominus occidere te, quia fecisti hoc malum, & insuper non acquieuisti consilio meo. † Igitur Ama- 3 sias rex Iuda inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachaz filii Iehu Regem Israel, dicens. Veni, videamus nos mutuo. At ille remisit nuntios, dicens. b Carduus, qui est in Libano, 4 misit ad cedrum Libani dicens. Da filiam tuam filio meo vxorem. Et ecce bestiæ quæ erant in sylua Libani, transierunt, & conculcauerunt carduum. Dixisti. Percussi Edom, & ideo erigitur cor tuum in † superbiam. Sede in domo tua, Cur malum aduersum te prouocas, vt cadas tu, & Iudas tecum? Noluit audire Amasias, eo quod Domini esset voluntas, vt traderetur in † manus hostium propter deos Edom. Ascendit igitur Ioas Rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus.

a ¶ Ciuitas sacerdotalis in tribu Beniamin, altera Bethsames est in tribu Nephthali ad regnum decem tribuum pertinens.

Amasias autem rex Iuda † erat in c Bethsames Iudæ. Corruitque d Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua. Porro Ama- 5 siam regem Iuda, filium Ioas filii Ioachaz cepit Ioas Rex Israel in Bethsames, & adduxit in Ierusalem. Destruxitque † murum eius a porta Ephraim vsque ad portam anguli quadringentis cubitis. Omne quoque aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ 6 e repererat in domo domini, & apud Obededom, in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum reduxit in Sama- 7 riā. Vixit autem Amasias filius Iosias Rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz Rex Israel, quindecim annis. Reliqua vero sermonum Amasiæ priorum, & nouissimorum scripta sunt in libro Regum Iuda, & Israel. f Qui postquam recessit a Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cumque fugisset Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi. Reportantesque

a ¶ Quia deos Edom qui in equis portabantur adorauit, non super humeros hominum, quia neglexit seruire Deo Israel, cuius mysteria super humeros patriarcharum portabantur.

super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.

A a *Scio, inquit, quod cogitauerit dominus, &c.* Qui neminem vult perire, sed eum qui in peccato perseuerat, iusto iudicio dānat. Ideo ergo Amasias periit, quia ad monitus per prophetam, vt ageret pœnitentiam, non obediuit, sed usque ad finem permansit.

b *Carduus qui.* Hanc similitudinem innuit, quia Amasias nobilissimis ortus natalibus de stirpe B Dauid veniens, propter idololatriæ foeditatem degens, & uilis factus propriā mensuram non considerat sed vltra mo C dum superbiæ fastu se eleuat.

✠ Iosep. Amasias dū se abstinere non posset in rebus fœlicibus constitutus, scripsit ad regem Israelitarum, ut ei obaudiret, & populus vniuersus, sicut prius obaudiebant parentibus eius Dauidi, & Salomoni. Qui si parere nollent, scirent quia bello terminum causa perciperet. Cui Iosias rescripsit. Erat in Libano monte cypressus, pcera, & puluis misit ad cypressum, petens filiam eius filio suo vxorem. Et dum hæc ageret, bestia quædā transiens puluerem conculcauit. Hoc ergo tibi erit exemplum, vt maiora non appetas, &c.

c *Bethsames.* In Regum dicitur Bethsames oppidum Iudę quia pertinet ad regnum Iudę, idest, ad duas tribus quibus imperabat domus Dauid, sed secun- D dum situm locorum pertinet ad tribum Beniamin.

d *Corruitq. Iudas, &c.*

✠ Iosephus. Cum produxisset exercitū Ioas, essetque iam p̄lium commissurus, milites Amasiæ repentinus terror, & stupor inuasit, qualem non propitius Deus immitteret, & antequā venirent ad manus, in fugam animi pauore conuersi sunt. Illis ergo dispersis, contigit ut Ama- E sias caperetur, eique Ioas mortem interminatus est ni Ierosolymitis suaderet vt aperientes portas eū cū exercitu susciperent. Qui mortis terrore compulsus susci pere fecit hostem. Qui destruens partē muri quasi quadringentorum cubitorū, cum curru ingressus est Ierosolymam, Amasiam captiuum ducens.

e *Et ap. Ob.* Quia non solum uasa abstulit, quæ in domo Dei reperit, sed etiam illa quæ obseruabant ianitores & custodes F templi. In Regum autem legitur, quod Dauid elegit de filiis Obededom 72. administrādum in domo Dei, & custodiam templi.

f *Qui post.* Ex quo prophetæ consilium non audiuit, neque ad dominum cōuerti voluit, coniuratio præparata est, & dilata, donec ad consummationē perueniret.

Margin: †quæsisti; •malum; †4.Re.14.b; •pessimo; L.9. Antiqu. c.10.; 4.Reg.14.c Rabbanus.; Vbi sup.; †gloriam; †manibus.; †abiit.; †muros.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

2 Cur adorasti, &c. *non. n. dicitur populus alicuius veri Dei, vel falsi, nisi cultum impendat sibi secundum ordinem illius ritus. Vnde & filii Israel, quando non colebant debito modo dominum, dicebantur non populus eius, ut patet Osee 1. c. & in pluribus aliis locis veter. test. Item quia Amasias respondisset prophetæ causam dictam idola colendi, vt videtur probabiliter, quod non fecit, sed dixit.*

2 Num consiliarius reg. *ex hoc etiam apparet obstinatio ipsius Amasiæ.*

3 Igiur Ama. *Hic post culpam ponitur pœna debita. Et patet sententia ex dictis 3. Reg. 14. addendà tamen sunt aliqua.*

4 Carduus qui est. *Carduus est herba vilis, & despecta. Cedrus autem est arbor alta, et ideo uocat Amasiam carduum, qui sub se habebat tres tribus tantum, se autem vocat eedrum, quia habebat decem tribus in regno suo.*

5 Porro Ama. re. *sic habetur in Hebræo, & in libris correctis, & iste Ioachaz idem est cum Ochozia qui uocatur etiam Ioathan, ut habetur sup. 21. cap.*

6 Vasa quæ re. *Iste tempore Dauid fuit constitutus ad custodiam thesaurorum, & filii eius successerunt sibi in eodem officio, & ideo locus ille vbi talia seruabantur, ab eo denominabatur.*

7 Necnon & fi. *Dixerunt aliqui, quod isti erant filii principum regni Israel, quos tenebat Amasias obsides. Sed hoc non videtur verum, quia non legitur Amasias tantum præualuisse regno Israel, propter qđ dicendum, quod isti erant filii principum regni Iuda, quos cepit rex Israel in prælio, & quando uenit in Ierusalem commutauit, accipiendo filios pro patribus quos tenebat.*

CAP.

CAP. XXVI.

†Mnis autem populus Iuda filium eius Oziam annorum xvj. constituit regem pro patre suo Amasia. Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. Sedecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpisset, & quinquagintaduobus annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini iuxta omnia, quæ fecerat Amasias pater eius, & exquisiuit Dominum in diebus zachariæ intelligentis, & †videntis Deum. Cumque requireret Dominum †direxit eum in omnibus. Denique egressus est, & pugnauit contra Philisthiim, & destruxit murum Geth, & murum Iabniæ, murumque Azoti. Aedificauit quoque oppida in Azoto, & Philisthijm, & adiuuit eum Deus contra Philisthiim, & contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal, & contra†Ammonitas. Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ, & diuulgatum est nomen eius vsque ad introitum Aegypti, propter crebras victorias. Aedificauitque Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauitque eas. Extruxit etiam turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quod haberet multa pecora, tam in campestribus, quam in eremi vastitate. † Vineas quoque habuit, & vinitores in montibus, & in Carmelo. Erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæque doctoris, & sub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis, omnisque numerus principum per familias suas virorum fortium duorum milium sexcentorum, & sub eis vniuersus exercitus trecentorum, & septem milium quingentorum qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant. Præparauit quoque eis Ozias, i. cuncto exercitui clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, arcusque, & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent sagittas, & saxa grandia. Egressumque est nomen eius procul, eo quod †auxiliaretur ei dominus, & corroborasset illum. Sed cum roboratus esset eleuatum est cor eius † in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusque templum Domini, adolere vo-

a ¶ Hunc autem esse filium Zachariæ filii Ioiadæ, qui post mortem patris natus, & ob hoc patris nomen sortitus est, intelligens autem propter sacerdotium, videns propter prophetiam dicitur.

a ¶ Locum esse dicunt, qui in Genesi Gerara dicitur, vbi regnauit Abimelec, & vbi peregrinatus est Abraham cum Sara vxore sua.

Marginal references: †4 Reg.14.c; † visiones Dei; † prosperari eum fecit Deus; †Mehunim; † quia roborat us est vsque in excelsum; † planicie; *secundum numerum eorum; Rabbanus supra eod.25.f; † mirificaret eum dominus auxiliando ei; Neem.3.c; † super angulum; † Agricolas; † præfecti; Ezech.9 b; † LXX: corrumpere; † præuaricatus est contra.

CAPUT XXVI. Omnis autem. i. Iosiæ. Erat hic bonus, & naturaliter iustus, atque magnanimus, & ad rerum prouidentiã naturaliter industrius.

EVCHERIVS. Quantum annum agebat in morte patris, interim tamen vsque ad 16. annum regnũ administratum est per Senatum quẽ vocabãt Sanhedrim, ideo 12. anno regni sui sedecim annorum fuit, & regnum solus administrare cœpit. Sequitur.

b *Ozias cum re.* Qui & Azarias. Ozias interpretatur uirtus domini. Azarias auxilium domini. qui quãd u recte egit, damna opera diuersa plurima bella feliciter commisit, & de hostibus triumphauit. Sed postquam per superbiam illicita tentauit, lepra percussus nominis, & honoris offuscauit dignitatem, exclusus a populo usque ad diẽ mortis.

c *Sup por. val.* Hec est porta Ephraim, quam superius destructã esse retulit a Ioas rege Israel. Noluit autem scriptor historię nomen ponere in ædificando, quia posuit in destruẽdo, & quia Ephraim idolis inquinabat, et cum Ioas rege suo hãc portã destruxerat in ædificatione ipsius proprio uocabulo non meruit nominari, sed nomine vallis dr. pp autoris sui humiliationem, & utilitatẽ, hic in Esdra dicit. Et portã uallis ædificauit Anon, & hitatores Zanoe. De hac autem porta, & aliis Ierusalẽ in Esdra sequẽtes Bedã abunde diximus.

d *Sed cum.* Fuit Ozias primo iustus, & rectũ fecit i cõspectu dñi, vñ & hostes uicit, & multos pphetas i impio suo habuit Hinc quãdiu uixit Zacharias sacerdos cognomento intelligẽs, placuit Deo cũ oĩ venerõne seruiẽs in templo. Sed postquã Zacharias obiit, uolẽs p se offerre donaria, sacerdotii dignitatẽ non tã pie, quã audacter inuasit, nec reclamãtib. Leuitis, & sacerdotib. obuiuit, vnde lepra in fronte pcussus ẽ, quia sacerdos auri lamina ptegebatur, i Ezechiele iubẽ dñs Thau lrã im pssione signari.

e *Ingress. &c. do.* quia indutus stola sacerdotali in- Stan-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVI.

Omnis a. *Hic consequenter agitur de tempore Oziæ, cuius primo describitur laudabilis conuersatio, secundo detestabilis elatio, ibi.* Sed cum rob *Circa primum primo dicit quod sibi, ut gloriosus cum dr.*

2 Fecitque. *s. in principio regni sui, ut habetur in c. præcedenti.*

3 Exquisiuit do. dic. *Dicit hic gl. Hebraica, quod hæc est litera in tell'gentis timores domini, & quod iste Zacharias idem est quod rex Ozias, & quod vocatus fuit tribus nominib. s. Ozias in principio huius c. & hoc Zacharias, & 3. Reg. 15. Azarias, & dicitur hic intelligens timores domini, quia fuit bonus, & sapiens, & timens dominum in principio regni sui. Expositores autem nostri dicunt communiter, quod iste Zacharias fuit filius Ioiadæ sacerdotis, quem occidit Ioas rex Iuda vt dictum est sup. 24 c. Secundo describitur, ut uictoriosus, cum dicitur.* Denique egressus est, & pugnauit contra Philisthijm. *Tertio describitur, ut famosus, cum dicitur.* Et diuulgatum est nomen eius. *Quarto vt in bonis temporalibus copiosus, quod apparet primo in ædificiis quæ fecit, cum dicitur.*

4 Aedificauit. &c. *& hæc est quæ c. præc. vocatur porta Ephraim ibi. n. fortius ædificauit, quia magis indigebat, eo quod murus Ierusalẽ interruptus fuerat a porta Ephraim vsque ad portam anguli 400. cubitis, vt habetur c. præc.*

5 Extruxitque tur. in so. *ad custodiam animalium.*

6 Et effodit cisternas. *ad potum eorum, ideo subditur.*

7 Eo quod ha. mul. *& in hoc secundo ostenditur copiosus in diuitiis naturalib. quæ sunt valde necessariæ regib. quia tempore obsidionis nihil valerent artificiales diuitiæ absque istis. Tertio ostenditur copiosus in rebus bellicis, cum dicitur.* Fuit au. ex bel. eius. *Et patet litera vsque ibi.*

8 Quas in tur. co. *ibi. n. efficaciores sunt defensiones, eo quod ex angulis possunt defendi duæ partes mur. hinc, & inde.*

9 Sed cum ro. es. *Hic consequenter describitur Oziæ detestabilis elatio, quia cum deberet ex præteritis Dei beneficiis humiliari, in tantam superbiam eleuatus est, quod non sufficit sibi honor regius, sed etiam voluit usurpare sacerdotis officium super altare thymiamatis offerendo incensum, & patet litera vsque ibi.* Non

MORALITER.

1 *Omnis.* Per istum Oziã qui sedecimo anno regnare cepit, & quod rectum erat in conspectu dñi fecit, signatur iuuenis bonæ indolis, & bene disponens regnum animæ suæ, per debitam subiectionem virium sensitiuarum regimini rõnis rectæ. Et quia ex hoc sequitur diffusio bonæ famæ, ideo sequit.

† *Et diuul. est.* talis. n. iuuenis frequenter triumphat de concupiscentiis mundi, & carnis, & de insultibus diaboli. Veruntamen talis iuuenis uirtuosus non est p hoc cõfirmatus in bono, maxime quia mutabilis est iuuentus. Vnde contingit aliquando, quod iusto Dei iudicio nobis tamen occulto permittitur ex donis a Deo sibi collatis in superbiam eleuari quod significatur per hoc quod sequitur.

9 *Sed cum ro.* nam vsurpare sibi uoluit officium sacerdotis offerendo incensum, unde subditur.

† *Ingressusq.* propter quod a dño percussus fuit lepra, per quã significata fuit mortalis culpa, propter quã superbus separatur a consortio iustorum sicut leprosus a cohabitatione sanorũ, Dormi-

A stante solenni festiuitate intrauit in tẽplum ad altare aureũ, oblaturus incensum secundũ Iosephum. Vnde ante ciuitatẽ in loco, qui dr̃ Eroge, scissa est media pars montis ad Occidentem, & sua volubilitate per quatuor stadia procedens ad Orientalem restitit montẽ, ita vt vias clauderet, & regias vrbes opprimeret. Volunt Hebræi in anno 25. Oziæ hoc accidisse, cuius reliqui anni sunt 27. Regnauit autem annis 52.

Quæst. in hũc locum.

✠ Theodor. Ozias superbo, & arrogãti ductus spiritu, ausus est fungi munere sacerdotali. Sed intus in tẽplo nõ cessit tãquã regi põtifex, sed cũ libere arguit. Definita sunt, inquit, a Deo q̃ regibus cõueniũt, & quæ sacerdotibus cõgruunt. Singulare munus habẽt sacerdotes. Quid cõculcas legem a Deo datã? Cur transgrederis terminos? Rapiẽs ea quę nõ cõueniunt, tua ẽt perdes. Nõ solũ aũt nõ cessit, sed ẽt verba ęgre tulit insolescẽs. Sed pro gloria collegit ignominiã. Eadẽ acciderunt ei quę primo parẽti Adamo. Ille.n. cũ desiderasset fieri Deus, cẽ quoq; Dei imaginẽ perdidit. ferebat hic in fronte argm̃ iniquitatis.

B

† quia præuaricatus, &

✠ Chrysostomus. Tantum malum est arrogantia, quæ persuadet vt quisque semetipsum ignoret.

D Homil. 2. de verbis Isa.

✠ Clemens Rom. Vt Ozias cum non esset sacerdos, & sacerdotum sacra administrasset, in leprã incidit propter iniquitatem, sic omnis laicus non effugiet supplicium, si Deum cõtempserit, suosq; sacerdotes despexerit, sibiq; honorem arrogauerit, nõ imitatus Christum, qui non ipse se glorificauit, vt fieret sacerdos, sed expectauit, vt a patre audiret, *Tu es sacerdos in æternum, &c.*

Lib. Consti. cap. 31.

Regnauit Ozias annis 52. quo tempore apud Latinos Amulius, apud Athenienses Agamestor imperabant, quo mortuo vidit Isaias visionẽ, sicut ipse testatur, eo scilicet, tẽpore quo Romulus Romani imperij conditor natus est.

perterritus Isa.6.a

2 *In agro regalium sepulchrorum.* Non in regalibus sepulturis, non in ciuitate Dauid. Hæretici enim, atq; schismatici indigni sunt societate, & communione sanctę Ecclesię, nec memoria eorum inter Catholicos habetur, quia erroribus maculati, & vitijs squalidi ab eorum consortio separantur.

E

luit incẽsum super altare thymiamatis. Statimq; ingressus post eũ Azarias sacerdos, & cũ eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi restiterunt regi, atque dixerũt: [1] Non est tui officii Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium. Egredere de sanctuario, † ne contempseris: [2] quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo tuo. Iratusque Ozias, & tenens in manu thuribulum, vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. [3] Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis. Cumque respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes viderunt lepram in fronte eius, & festinato expulerunt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset illico plagã Domini. Fuit igitur Ozias rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini. Porro Ioathan filius eius rexit domum regis, & iudicabat populum terræ. [4] Reliqua autem sermonum Oziæ priorum, & nouissimorum scripsit Isaias filius Amos Propheta. [5] Dormiuitque Ozias cum patribus suis, & sepelierunt a eum in agro regalium sepulchrorum, eo quod esset leprosus. Regnauitque Ioatham filius eius pro eo.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nõ est tui offic. Ozi. *q2 distincta sunt regis, & sacerdotis officia.*

2 Non re. ti. in gl. a Do. *i. illud quod reputas tibi honorificum, erit magis in vituperium ex Dei punitione. ideo sequitur.*

3 Statimq; orta est lep. in fron. eius. *Quamuis enim percussus fuerit lepra in toto corpore: tamen fit magis mentio de fronte: quia ibi apparuit clarius, vt a sacerdotibus expelleretur celerius, ad ostendendum etiam detestationem sui peccati, factus fuit terræmotus terribilis in Ierusalem, vt habetur Zachar. vlti.*

4 Reliqua aut. ser. Ozi. pri. & no. scr. Isa. *Non in libro Isaiæ quem habemus, sed in alio qui non fuit per Esdram reparatus, sicut & de pluribus alijs libris frequenter dictum est.*

5 Et sepel. eum in ag. reg. sep. *Non tamen in sepulchris Regum propter infectionem lepræ.*

MORALITER.

5 *Dormiuitq; &c.* Et nõ in sepulchris regũ, p qđ significat q̃ moriens in mortali culpa, quæ est spiritualis lepra nõ recipitur in quiete beatorum, qui cum Christo regnant in æternũ.

CAP. XXVII.

a *Vigintiquinque annorũ.* In principio, & in fine annos Ioathã enumerat, quia sicut in iustitia cepit, vsq; ad finem perseuerauit. Vnde tempora vitæ eius laude digna prædicantur.

Lib. 9. Antiq. cap. 11.

✠ Iosephus. Huic regi nulla virtus defuit erga Deum pio, iusto erga homines, & republicę studioso. Quicquid enim instauratione opus habebat diligenter faciendum curauit. Sic autem propriũ auxit regnũ, vt hostibus quidem esset valde terribilis, familiaribus vero pręcipue fœlix.

† 4. Reg. 15. g

C

b *Ipse ædi. por.* Quę in Actibus Apostolorũ dicitur speciosa, secũdũ Hebręos, & ab eis porta Ioatham, quia ipse ædificauit eam, vsque hodie nuncupatur.

Act. 3. a

c *Ophel.* Turris erat nõ longe a tẽplo, miræ altitudinis. Vnde & Ophel, id est, tenebrarum, vel nubili nomẽ accepit. vbi autem in Zacharia scriptũ est: *Et turris gregis nebulosa filiæ Sion* In Hebræo habetur, *Turris Ophel.* Turris Ophel eminẽtiã scripturæ significat, quæ in historia fundata spiritualis sensus caput inter nubila condit, dũ sciẽtiæ magnitudinẽ ab oculis hominũ abscõdit. vnde: *Posuit tenebras latibulum suum.* Ioatham, cuius vita laudatur, Christum significat, de quo dicitur: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, &c.* Interpretatur enĩ Ioatham cõsummatus, vel perfectus, & de Christo dicit Apostolus: *Et consummatus factus est omnib. obtemperãtibus sibi causa salutis æternæ, &c.* Ipse cõstruxit portam domus Dñi excelsam, & mysteriũ suæ incarnationis mirabili potentia effecit, qui de se ait: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Hæc porta excelsa vocabatur, de qua Psalmista ait: *Excelsus super omnes gentes Dominus, &c.*

Zachar. 14. b. Mich. 4. c

Psal. 17.

Ibid. 47.

F

Hebr. 5. c

Ioan. 10. b

Psal. 112.

CAP. XXVII.

a V † Igintiquinque annorum erat Ioatham [1] cum regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris

a ¶ Quia sibi, & subditis æternæ pacis visionem acquisiuit.

eius Ierusa filia Sadoc. Fecitque quod rectum erat coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, excepto quod non est ingressus templum Domini, & adhuc populus † delinquebat. b Ipse ædificauit portam c domus Domini excelsam, & in muro Ophel multa construxit.

† erat corruptor LXX. corrumpebatur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA. CAP XXVII.

1 Vigintiquinque annorũ. *Hic consequenter agitur de tempore Ioatham, cuius describitur deuotus ingressus, strenuus processus, victoriosus congressus, & quietus egressus. secunda pars incipit ibi;* Ipse *ædificauit. tertia ibi:* Ipse pugnauit. *quarta ibi:* Reliqua autem. & *patet sententia ex dictis 4. Reg. 15. b. Moraliter.*

MORALITER.

1 *Vigintiquinque annorum erat Ioatham, cum regnare cœpisset: & sedecim annis reg. & cæt.* Huius capituli expositio mystica 4. Regum 15. requiratur.

1 Viginti-

A Vrbes quoque ædificauit in montibus Iuda, & in saltibus castella, & turres. Ipse pugnauit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos. Dederuntque ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem milia coros tritici, ac totidem coros hordei. Hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo, & tertio. Corroboratusque est Ioatham, eo quod direxisset vias suas coram Domino Deo suo. Reliqua autem sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera scripta sunt in libro regum Israel, & Iuda. Vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Dormiuitque Ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, & regnauit Achaz filius eius pro eo. D

CAP. XXVIII.

a Vigintí † annorum erat Achaz cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit rectum in cōspectu Domini, sicut Dauid pater eius; sed ambulauit in vijs regum Israel. Insuper & statuas † fudit Baalim. Ipse est qui adoleuit incensum in valle Benennom, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentiū, quas interfecit Dominus in aduentu filiorū Israel. Sacrificabat quoq;, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. b Tradiditque eum Dominus Deus eius in manu regis Syriæ, qui percussit eū, magnamque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damascū. Manibus quoque regis Israel traditus est, & percussus plaga grādi. Occiditque Phacee filius Romeliæ de Iuda cētum viginti milia in die vno omnes viros bellatores, eo ꝙ reliquissent Dñm Deū patrum suorum. Eodem tempore occidit Zechri vir potēs ex Ephraim Maasiam filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanā quoq; secundū a rege. Ceperuntque filij Israel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum, & puellarum, & infinitā prædam, pertuleruntque eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi Propheta Dñi nomine Obed, qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cœlum pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios Iuda, & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos, & ancillas, quod † nequa-

CAP. XXVIII.

Rabbanus. a Viginti annorum erat Achaz, &c. Sequitur.

a *In valle Benennom.* Hæc est vallis Benennom, id est, filij Hennom, vel Ennom iuxta murū Ierusalem cōtra Orientem: in qua nemus pulcherrimum Siloe fontibus irrigatur. Taphet autem, vel Tophet (vtrunq; enim dicitur) locus est in eadē conualle iuxta piscinā Fullonis, & iuxta agrū Acheldemach, qui vsq; hodie monstratur ad Australem plagam montis Sion. Solebant autē in Tophet (qui locus erat amœnissimus, vnde & hodie præbet hortorū delicias) posita ara sacrificare dæmonibus, nefandoque igne liberos suos consecrare, & holocaustum offerre. Vallis ergo Benennom, id est, filij Ennom, Hebraice Gehinnom dicitur, cuius nomine in nouo Testamento pœna inferni gehenna vocatur. Sicut enim in valle Benennom, qui idolis seruierunt prophetis attestantibus perierūt, ita peccatores ex eis, qui peccauerunt, æterna dānatione peribūt. Achaz iusti patris filius in perfidiā, & scelus idololatriæ lapsus, significat hæreticos, qui ex Catholicis patribus sacramento fidei sunt imbuti, sed ad apostasiam declinantes cultum diuinum, præbent simulacris, & fructum vteri sui, id est, effectum prauæ cogitationis dæmonijs immolant igne zeli. Omnes enim adulterantes quasi clibanus corda eorum.

[Margin: †4. Reg. 16. a — Isa. 30. b. — † fecit — Ierem. 19. a — Osee 7. b]

✲ Theodoretus. Hic summa impietate, aliorum obscurauit impietatem. Iussit ædificari aram in templo Dei, nō Deo vniuersorum, sed alicui ex ijs, qui falso nominantur Dij. Dixit: Quæram Deos Damasci, qui me verberant, & me corroborabunt. Ipsis ego sacrificabo, & me defendent. In omni angulo in Ierusalem fecit hæc. Iam vero, & æneum altare quod Salomon construxit, transtulit. Innouauit etiam aliam impietatem. Regum enim portam, quæ erat intus in diuino tēplo transtulit, sacros ambitus faciens peruios. In omni loco ædificauit altaria dæmonibus, nec solum in ciuitatibus, & pagis, sed etiam in turribus, quæ sunt in via in quibus pauci solent ignem accendere.

b *Tradiditque eum Dominus, &c.* ✲ Theodoretus. Docet hæc historia

[Margin: Quæst. 46. & 48. in 4. Reg. — E — Quæst. 49. — F — Quæst. in 2. Paralip. — † nonne vere peccastis in hoc.]

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVIII.

Diuisio. 1 Viginti annorum erat, &c. *Hic consequenter agitur de tempore ipsius Achaz. & primo describitur ipsius præuaricatio. secūdo flagellatio, ibi:* Tradiditq; eū. *& tertio obstinatio, ibi:* Insuper & tēpore angustiæ. *Sētētia primæ partis patet ex dictis 4. Re. 16. a.*

2 Tradiditq; eū. *Hic cōsequenter ponitur ipsius flagellatio. Circa quod sciendum, ꝙ Thacee filius Romeliæ rex Israel, & Rasin rex Syriæ simul cōfœderati inuaserunt regnum Achaz, propter quod Achaz, & eius populus fuerunt multum territi, vt habetur Isa. 7. sed cum Isaias ipsum Achaz consolaretur, dicens:* Noli timere, &c. *& ad cōfirmationē huius signū diuinū obtulisset, dicēns:* Pete tibi signū a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra, *Achaz nō credidit, & signū oblatū recusauit, & de Domino diffidens ad humanū auxiliū refugit, mittēs munera multa, et magna Thelgathphalnasar regi Assyriorum, rogans, vt regnum Syriæ inuaderet, ac per hoc Rasin rex Syriæ recederet de regno Achaz, & iret ad defendēdum regnum suū, quod & factū fuit, sed rex Syriæ recedēs de regno Achaz magnam prædam secum portauit, & tunc Achaz credens ꝑualere contra regem Israel solum, egressus fuit ad pugnā contra eum, & tunc fuit debellatus, et populus eius ꝓ magna parte occisus. Primo igitur ponitur flagellatio Achaz per regem Syriæ, cum dicitur:* Tradiditq; eum d. *Et patet litera ex dictis secundo per regem Israel, cum dicitur.*

3 Manibus quoque regis Israel tra. est. *Et patet litera vsq; ibi.*

4 Ea tem. er. ibi pro. do. nō. Obe. *Iste non erat mansurus in Samaria, sed venerat illuc de Iuda missus a Domino, ad arguendum filiorum Israel crudelitatem. Cætera patent vsque ibi.*

1 Tempore

MORALITER.

1 *Viginti annorum erat Achaz.* Huius cap. moralis expositio 4. Reg. 16. posita est vsque ibi.

† *Ecce iratus Dominus.* Hic habent principes Christiani documentum, vt non vtantur crudeliter victorijs habitis contra alios Christianos. Licet enim populus Iuda puniri meruisset a Domino propter sua peccata: tamen quia erat de eadem lege cum populo Israel, Dominus iratus fuit contra filios Israel, eo quod victoria habita de filijs Iuda crudeliter vsi fuerunt, dicente eis Propheta Domini Obed.

1 Peccastis

A historia quā sustinuit calamitatem. Nā primum traditi fuerunt Syris. Deinde Phacea rex decem tribuum in vno conflictu occidit eorum duodecim millia: occidit etiam filios regis, & duces exercitus, viginti autem milia duxit in captiuitatem.

CAP.

quā facto opus est Peccastis † enim super hoc Dño Deo vestro. Sed audite cōsiliū meū, & reducite captiuos, quos † adduxistis de fratribus vestris: quia magnus furor Dñi imminet vobis. Steterūt itaque viri de principibus filiorum Ephraim: Azarias filius Iohanā, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & Amasa filius Hadali, contra eos, qui veniebant de prælio, & dixerunt eis: Non introducetis huc captiuos, † ne peccemus Domino. Quare vultis adijcere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? Grande quippe peccatum est, & ira furoris Dñi imminet super Israel. Dimiseruntq; viri bellatores prędam, & vniuersa quæ ceperant coram principibus, & omni multitudine. Steteruntq; viri quos supra memorauimus, & apprehendentes captiuos, omnesque qui nudi erant, vestierunt de spoliis. Cumque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo, ac potu: vnxissent quoque † propter laborem, & adhibuissent eis curam quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore: imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt eos Iericho ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsi reuersi sunt in Samariam. Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum postulans auxiliū. 1 Veneruntq; *Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperunt † prædam magnam. Philisthiim quoque 2 diffusi sunt per vrbes campestres, & ad meridiem Iudæ. Ceperuntque Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnam, & Ganzo cum viculis suis: & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim Dominus Iudam propter 3 Achaz regem Iuda, eo quòd † nudasset eum auxilio, & contemptui habuissent Dominum. 4 Adduxitque contra eum Thelgathphalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & † nullo resistente vastauit. Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum, & principum, dedit re5gi Assyriorum munera, & tamē nihil ei profuit. 6 Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contem7ptum in Dominum. 8 Ipse per se rex Achaz immolauit diis Damasci victimas percussoribus 9 suis, & dixit: Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi. Cum econtrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israel. Direptis itaque Achaz omnibus vasis do10mus Dei, atque confractis clausit ianuas tem11pli Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, *atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius priorum, & nouissimorum, & omnium operum scripta sunt in libro regum Iuda, & Israel. Dor12miuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem. Neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

a ¶Non est dignum hæreticos cum Catholicis in futuro quiescere, qui ab eis hic discordant fide, & opere.

† quia deliquimus contra Dominum.

† eos, & omnes qui.

*adhuc

† captiuitatē

† Actionem fecit in Iuda, & præuaricatus est præuaricationem in Dominum.

† non roborauit eum, id est non prævaluit ei.

per se

* dijs alienis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tempore illo mi. rex Achaz ad re. As. *Hoc fuit ante illud bellum contra regem Israel, vt dictum est. tertio ponitur flagellatio Achaz per Idumæos, cum dicitur:* Veneruntque Idumæi, &c. *quarto per Philisthæos, cum dicitur.*

2 Philisthijm quo. dif. su. *Isti enim videntes regnum Iuda debilitatum modo prædicto, inuaserunt ipsum in confiniis suis, accipientes prædas, & ciuitates, prout poterant.*

3 Eo quòd nu. eum au. *Scilicet, diuino, propter enim malitias ipsius Achaz regis Iudæ, Deus suo iusto iudicio subtraxerat suam protectionem ab eo, & populo suo. quinto ponitur flagellatio Achaz per regem Assyriorum, cum dicitur.*

4 Adduxitq; cō. e. Thel. *Licet enim Thelgathphalnasar ad preces Achaz primo venerit contra regem Syriæ, vt dictum est, & ipsum interfecit, vt habetur 4. Reg. 16. cap. tamen postea iste Thelgathphalnasar videns debilitatem ipsius Achaz, & populi eius, intrauit eius regnum, & tributo graui subiugauit. Et hoc est quod subditur postea.*

5 Dedit re. As. m. *Quia licet misisset magna munera, & multa regi Assyriorū, vt prædictū est, nō tamen propter hoc dimisit, quin postea vastaret regnū ei⁹ redigēs sub graui tributo. Ista uero litera ab illo loco:* Adduxitq; cō. e. Thel. *aliter exponitur ab Hebręis, qui dicūt, ꝙ hæc est vera litera. Et venit ad eū Thelgathphalnasar rex Assyriorū, quia ad preces eius venit cōtra regē, Syriæ, vt dictū est. Qui afflixit eum, & non fortificauit: quia licet per aduentum Thelgathphalnasar rex Syriæ aduersarius Achaz fuerit occisus, tamen Achaz propter munera magna, quæ miserat regi Assyriorum, fuit depauperatus, & afflictus. Et tamen nihil ei profuit: quia ciuitates de regno Iudæ captæ ab Idumæis, & Philisthæis, vt prædictum est, non fuerunt sibi per reges Assyriorum restitutæ.*

6 Insuper & tem. an. suæ. *Hic consequenter describitur ipsius Achaz obstinatio: quia prædictis flagellationibus non fuit emendatus, sed magis peioratus, sicut & Pharao rex Aegypti, vt habetur in lib. Exod. & hoc est quod dicitur.* Insuper & tem. an. suæ. *id est, flagellationis prædictæ.*

7 Auxit con. in d. *Exercendo nouum idololatriæ modū, cū dicitur.*

8 Immo. dijs Da. *Et hoc fuit, quando iuit obuiam Thelgathphalnasar in Damascum ad faciendum sibi reuerentiam, eo quòd occiderat Rasin aduersarium suum, vt habetur 4. Reg. 16.*

9 Et di. dij re. Sy. au. e. *Quia sic corde credidit, & opere exteriori monstrauit, sicut enim corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, vt habetur Rom. 10. b. ita infidelitas existens in corde, quando exterius declaratur in opere, facit ad damnationis augmentationem.*

10 Clausit ianuas temp. Dei. *Quia non suffecit sibi inducere idololatriam, sed etiam abstulit latriam.*

11 Et fe. &c. vni. an. Ie. *Vt statim haberentur in promptu quocunque. Cętera patent vsque ibi.*

12 Et se. eum in ci. Ie. *Non enim fuit sepultus in ciuitate Dauid, in qua erant sepulchra regalia, sicut fuerat Amasias: non enim fuit sepultus cum regibus, vt dictum fuit 4. Reg. 18. nec in agro regalium sepulchrorum, sicut fuit Ozias leprosus, vt habetur supra 26. sed magis fuit elongatus a sepulchris regum, tanquam omnibus odiosus, & ideo execrabilis, & facinorosus.*

CAP.

MORALITER.

† *Peccastis enim super hoc do. Deo vest.* Propter quod ibidem Propheta induxit eos ad tractandum misericorditer captos in prælio, dicens.

† *Reducite captiuos quos addu. de fra. vest. quia. mag. fur. do.* Per hoc autem, quòd in hoc crediderunt Prophetæ, demonstratur, quòd Christiani bellatores debent captiuos Christianos misericorditer tractare.

† *Reducite*

CAP. XXIX.

A a IGitur Ezechias, &c. ✻ Augustin. Tempore quo Roma condita est, rex erat in Iuda Ezechias, quẽ quidẽ constat optimum, & piissimum regẽ Romuli regnasse temporibus. In ea vero populi Hebraici parte, quæ appellatur Israel, regnare cœperat Oseas.

Lib. 18. ciuit. cap. 23.

✻ Eusebius. Ezechias rex quintusdecimus Hebræorum Iudæ annis decem, & nouẽ. B Apud Hebræos prophetabant Isaias, Osee, & cæt. Tarpeia clypeis Sabinorũ obruta: vnde mons Tarpeius, in quo nũc Capitoliũ. Romulus primus milites sumpsit ex populo, & nobilissimos centum senes, ob ætatem Senatores, ad similitudinem Curiæ, Patres appellauit: templa quoque & muros Romanæ vrbis tunc extruxit.

In Chron.

b In ipso anno, &c. Non aliter imitaretur Dauid patrem suum, qui ab infantia Deo deditus in principio regni sui cultum Dei magnificauit.

Rabbanus.

C MORALITER autem admonet rectores Ecclesiæ, ne sint desidiosi in officio sibi commisso, sed omnia diligenter agant.

D Mystice. Ezechias, qui non tñ per se, vel p suos opus Dei strenue gessit, imo p nũtios ad simile studiũ alios puocauit,

CAP. XXIX.

a IGitur Ezechias regnare cœpit cum vigintiquinque esset annorum, & vigintinouem annis regnauit in Ierusalẽ. [1] Nomen matris eius Abia filia Zachariæ. [2] Fecitq; quod erat placitum in conspectu Dñi, iuxta omnia, quæ fecerat Dauid pater eius. b In ipso anno, & mense primo regni sui aperuit valuas [3] domus Domini, & instaurauit eas. [4] Adduxitq; sacerdotes, atq; [5] Leuitas, & cõgregauit eos in plateam Orientalem. [6] Dixitq; ad eos: Audite me Leuitæ, & sanctificamini. [7] Mundate domũ [8] Domini Dei patrum vestrorum, & auferte omnem immũditiam c de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquẽtes eum. Auerterunt [9] facies suas a tabernaculo Domini Dei nostri, & præbuerunt dorsum. Clauserunt ostia, quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas. Incensumq; nõ adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel. Concitatus est itaq; furor Dñi super Iudã, & Ierusalẽ, tradiditq; eos in cõmotionem, & in interitũ, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris. En, corruerunt patres nostri gladiis: filii nostri, & filiæ nostræ, & cõiuges captiuæ ductæ sunt ppter hoc scelus. Nunc igitur placet mihi, vt ineamus fœdus cũ Dño Deo Israel, & auertet a nobis furorẽ iræ suæ. Filii mei nolite me negligere. [10] Vos elegit Dñs, vt stetis coram eo, & ministretis illi: Colatis eum, & crematis ei incensum. Surrexerunt ergo Leuitæ. Mahath filius Amasai, & Ioel filius Azariæ, de filiis Caath. Porro de filiis Merari; Cis filius

a ¶ Hunc confitentur Hebræi po humum filium fuisse Zachariæ Prophetæ, & sacerdotis, quem Ioas interfecit.

Christum significat, quod etiam nominis interpretatio testatur. Ezechias enim apprehẽdens Dñm, vel fortitudo Domini. Christus aũt Dei virtus, & Dei sapientia, qui omnes patrũ præuaricationes, quæ sub lege fuerãt, sanguine suo diluit, & cultum pietatis in Ecclesia plane instaurauit. E Ipse legatos ad conuocandas gentes ad fidem, misit. Primum Prophetas, deinde Apostolos, & eorum successores, hic secundo mense Pascha celebrare instituit: quia vmbra legis cessante, verum Pascha seruare docuit, de quo Paulus ait: *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.*

1. Cor. 1. d

1. Cor. 5. d

c *Peccauerunt patres nostri, & cæt.* Hieronymus. Hoc plene scribitur Ezechielis 8. *Et ecce in ostium templi Domini inter vestibulum, & altare, quasi vigintiquinque viri, dorsa habentes contra Templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum solis, &c.* F

Quæst. in 2. Paralip.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIX.

1 IGitur Ezechias. *Hic consequenter agitur de tempore Ezechiæ, sub quo primo facta est expiatio legalis sacrificii, secundo celebratio paschalis beneficii: cap. 30. tertio reparatio sacerdotalis ministerii, c. 3. quarto restauratio regalis imperii, c. 32. Circa primum Ezechias cupiẽs renouare fœdus cum Deo primo præcepit Leuitas, & sacerdotes sanctificari, secundo per sanctificatos templum mundari, ibi:* Congregaueruntq;. *tertio per mundatos pro peccato populi sacrificari, ibi:* Consurgensq;. *quarto sacrificando Deum laudari, ibi:* Constituitque. *quinto expiatione facta holocausta offerri, ibi:* Ezechias autẽ. *Circa primum præmittitur genealogia Ezechiæ ex parte matris; quia satis erat nota ex parte patris, cum dicitur.*

2 Nomen ma. eius Abia fil Zac. *Dicunt aliqui, q iste Zacharias fuit ille, quem præcepit occidi Ioas rex Iuda, vt dictum est sup. 24. Alii autem dicunt, q fuit filius illius Zachariæ, & q tempore mortis patris sui adhuc erat in vtero matris: & ideo natus ex vtero, sortitus est nomen patris. Sed ista non sunt multum verisimilia, quia Achaz, s. pater ipsius Ezechiæ fuit idololatra pessimus a principio regni sui, & destruxit quantum potuit cultum Dei: & ideo non est verisimile, q vxorem acceperit de genere sacerdotali: & maxime de genere Zachariæ, qui vsque ad mortem zelauit pro cultu Dei, illud autem quod prædictum est, acceptum fuit de libro Hebraicarum quæstionum, qui non est authenticus, nisi super Genes. vt supra dictum est.*

3 In ipso anno, &c. *Dicunt Hebræi, quòd hoc fuit in primo anno regni sui, & consequenter oportet dicere, quòd fuit in prima die coronationis suæ, vt videbitur postea.*

4 Et mense primo, &c. *Vt templum posset purificari, & officium diuinum celebrari, ad præcludendum tamen ista Achaz pater eius clauserat ianuas templi, vt dictum est cap. præced.*

5 Adduxitque sacerdos. *Secundum prædicta oportet dicere, quòd ista adductio fuit eorum vocatio ad diem suæ coronationis, in qua etiam die inuitauit eos ad renouandum cultum diuinum.*

6 Et congregauerunt, &c. *Id est, in atrium sacerdotum, vbi erat altare holocaustorum, quod erat in parte Orientali atrij ipsius templi.*

7 Et sanctificamini. *Per aquam lustrationis, & etiam per continentiam ab vxoribus, & alia ad hoc requisita.*

8 Mundate domum &c. *Quia Achaz eam fœdauerat multis ad idololatriam pertinentibus.*

9 Auerterunt facies suas, &c. *Retrocedendo totaliter a diuino cultu. Aliqui autem exponunt aliter, scilicet, quòd adorabant versa facie ad ortum Solis opposito modo, quàm fiebat adoratio in templo, vbi fiebat versus Occidentem. Sed prima expositio magis consonat literæ præcedenti, & sequenti. Cætera patent vsque ibi.*

10 Vos elegit Dominus. *Tribum enim Leui elegit Deus ad seruiendum sibi, vt habetur Numeri 2. Cætera patent in litera.*

1 Congre-

MORALITER.

1 *Igitur Ezechias regnare cœpit cum vigintiquinque, &c.* Per Ezechiã, qui fortitudo Domini interpretatur, Constantinus Imperator conuenienter allegorice significatur, cui Dominus dedit fortitudinẽ extirpandi quatuor tyrannos Christianorũ persecutores in quatuor partibus mũdi, scilicet, Maximũ in Oriente; Seuerum in Italia: Maxẽtium Romæ: Licinium in Alexãdria, qbus destructis, & ipso Cõstantino baptizato Ecclesiæ p orbẽ Romanũ apertæ fuerũt. & aliæ plures ædificatæ de nouo de Cõstãtini mãdato, & sacerdotes Catholici cũ cæteris Ecclesiæ ministris ad cultũ diuinũ, sicut Ezechias fecit tẽplũ aperiri, & ad obsequia diuina sacerdotes, & Leuitas, ac etiã populũ applicari. Aliter p Ezechiã, q interpretatur fortitudo Dei, potest Dei filius cõuenienter intelligi, qui dicitur Dei virtus. 1. Cor. 1. d. *Prædicamus Christũ Dei virtutem.* Per tẽplũ aũt mẽs humana, in quo Deus habitabat p gratiã. 1. Cor. 3. d. *Templũ Dei sanctũ est, quod estis vos.* Hoc aũt tẽplũ polluit p peccatũ: & maxime si fuerit p assuefactionẽ continuatũ, sicut fuerat a tpe Achaz patris Ezechiæ. Lucernæ vero extinguũtur p gratiæ subtractionẽ, & ostia claudũtur p mentis obstinationẽ, sed p verũ Ezechiã, s. Dei filiũ aperiũtur ostia: qñ peccator verã concipit cõtritionẽ. Templũ et purgatur per integrã confessionẽ, & lucernæ reaccenduntur p gratiæ recuperationẽ: & oblationes offeruntur per debitã satisfactionem, sacerdotes aũt concrepant tubis, & Leuitæ instrumẽtis musicis per deuotarum orationum, & laudũ iubilationẽm.

4. Reg. 18. a

Abdi, & Azarias filius Ialaleel. De filijs autem Gerſon: Ioah filius Zemma, & Edem filius Ioah. At vero de filijs Eliſaphan, Samri, & Iahiel. De filijs quoque Aſaph, Zacharias, & Mathanias: necnon de filijs Heman, Iahiel, & Semei. Sed de filiis Idithum, Semenas, & Oziel. [1] Congregaueruntq; fratres ſuos, & [2] ſanctificati ſunt, & [3] ingreſſi iuxta mandatum regis, & imperium Domini, vt expiarēt domum Dei. [4] Sacerdotes quoq; ingreſſi templum Domini, vt † ſanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam quam intro repererant [5] in veſtibulo domus Domini, quam tulerunt Leuitæ: & aſportauerunt ad torrentem Cedron foras. [6] Cœperunt autem prima die menſis primi mundare, & [7] in die octaua eiuſdem menſis ingreſſi ſunt porticum domus templi Domini. Expiauerūtq; templū diebus octo, & [8] in die ſextadecima menſis eiuſdem, quod cœperant, impleuerunt. Ingreſſique ſunt ad Ezechiam regem & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocauſti, vaſaq; eius: necnon & menſam propoſitionis, cum omnibus vaſis ſuis. Cunctamque templi ſupellectilem, quam polluerat Achaz in regno ſuo, poſtquam præuaricatus eſt: & ecce expoſita ſunt omnia coram altari Domini. [9] Conſurgenſque diluculo Ezechias rex adunauit omnes principes ciuitatis, & aſcendit in domum Domini. Obtuleruntque ſimul tauros ſeptem, & arietes ſeptem, & agnos ſeptem, & hircos ſeptem, pro peccato, [10] pro regno, [11] pro Iuda, [12] pro ſanctuario. Dixit quoque ſacerdotibus filiis Aaron, vt offerrent ſuper altare Domini. Mactauerunt igitur tauros, & ſuſceperunt ſacerdotes ſanguinem, & fuderunt illum ſuper altare. Mactauerunt etiam arietes, & illorum ſanguinem ſuper altare fuderunt. Immolauerunt agnos, & fuderunt ſuper altare ſanguinem. [13] Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuerſa multitudine, [14] impoſueruntque manus ſuas ſuper eos, & immolauerunt illos ſacerdotes, & aſperſerunt ſanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuerſi Iſraelis. Pro omni quippe Iſrael præceperat rex, vt holocauſtum fieret pro peccato. [15] Conſtituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis, & pſalteriis, & citharis ſecundum diſpoſitionem Dauid regis, & Gad videntis, & Nathan Prophetæ. Siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum eius. Steteruntque Leuitæ tenentes † organa Dauid, & ſacerdotes tubas. Et iuſſit Ezechias, vt offerrent holocauſta ſuper altare. Cumque offerrentur holocauſta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuerſis organis, quæ Dauid rex Iſrael præceperat concrepare. Omni autem turba adorante, cantores, & hi qui tenebant tubas, erant in officio ſuo, donec compleretur holocauſtum. Cumque finita eſſet oblatio, incuruatus eſt rex & omnes, qui erant cum eo, & adorauerunt. [16] Præcepitque Ezechias, & principes Leuitis, vt laudarent Dominum ſermonibus Dauid, & Aſaph videntis. Qui laudauerunt cum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt. [17] Ezechias autem etiam hæc addidit: † Impleſtis manus veſtras Domino. [18] Accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo

† mundarent

† inſtrumenta muſica.

† Conſecraſtis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Congregaueruntque. *Hic conſequenter deſcribitur mundatio templi per ſacerdotes, & Leuitas ſanctificatos, cum dicitur.*

2 Et ſanctificati ſunt. *Scilicet, modo prædicto.*

3 Et ing. iux. mand. reg. *Scilicet, ad purgandum templum Domini. & modus purgationis oſtenditur cum dicitur.*

4 Sacer. q. ing. temp. Do. *Leuitæ enim non poterant illuc ingredi: & ideo oportuit quòd ſacerdotes immunditias intus exiſtentes deportarent extra ad locum, vbi Leuitæ poterant accedere, ideo ſubditur.*

5 In ve. d. d. *Id eſt, in atrio vbi Leuitæ poterant ingredi: poſtea ſubditur tempus in quo fecerunt iſtam purgationem, cum dicitur.*

6 Cœpe. au. p. die men. pri. *In illis enim diebus mundauerunt atrium ſacerdotes, vbi erat altare holocauſtorum, & mare æneum, & cætera ad ſacrificium pertinentia.*

7 In die octaua eiuſd. men. &c. Expiauerunt templum diebus octo. *Et hanc expiationem fecerunt ſacerdotes modo prædicto.*

8 Et in die ſex. men. eiuſ. q. cœ. im. *Ex hoc patet, quòd dictum eſt ſupra, videlicet, quòd ſi anno primo, & primo menſe regni ſui fecerit fieri iſta, oportet, quòd ſacerdotes inchoauerint in die craſtina coronationis regis, quia ſextadecima die menſis compleuerunt mundationem, & illam fecerunt in quindecim diebus, & ſic Ezechias in die coronationis ſuæ aperuit portas templi Domini, & ibidem congregans ſacerdotes, & Leuitas iniunxit eis dictam purgationem: & in craſtino inceperunt. Et in hoc apparet magna laus Ezechiæ, qui ſtatim a prima die ſuæ coronationis præcepit renouationem diuini cultus, qui per patrem ſuum fuerat deſtructus, apparet etiam ex dictis malitia Achaz, qui tantum atrium, & templum polluerat, quòd ſacerdotes, & Leuitæ poſuerunt quindecim dies in eius emundatione. Dicit enim hic gloſ. Hebraica, quòd imagines idololatriæ multas affixerat in parietibus templi cum clauis fortibus, & magnis: & ideo cum difficultate poterant euelli, multa etiam de pertinentibus ad diuinum cultum deſtruxerat, quæ reparari oportuit, antequam poſſet ibi diuinus cultus exerceri: & ideo oportuit tantum de tempore apponi. Cætera patent in litera.*

9 Conſurgenſque. *Poſt templi expiationem hic conſequenter deſcribitur expiatio populi per hoſtiarum immolationem pro peccato, ideo ſubditur:* Obtulerunt ſimul tauros ſeptem. *conſequenter oſtenditur pro quorum peccato, cum dicitur.*

10 Pro regno, &c. *Id eſt, rege, & principibus.*

11 Pro Iuda, &c. *Id eſt, pro communi populo. Circa autem iſta ſciendum, quòd licet Leuit. 4. pro peccato principis non ponatur niſi vnus hircus offerendus, & pro peccato ſacerdotis vnus vitulus, & ſimiliter pro peccato multitudinis: tamen Num. 15 dicitur, quòd cum hirco offerendo pro peccato offerebatur etiam vitulus cum hoc in holocauſtum, & ideo illud quod ponitur Leuit. 4. non excludit, quin in ſacrificio pro peccato plura offerri poſſunt, & debent aliquando; maxime quando fuerat magna peccatorum multiplicatio, ſicut fuerat in propoſito, vt patet in prædictis, & ideo cum ſeptem hircis oblatis pro peccatis regis, & principum, & ſacerdotum, & Leuitarum, & communis populi fuerunt oblati tauri, arietes, & agni in eodem numero in holocauſtum.*

12 Pro Sanctuario, &c. *Id eſt, pro ſacerdotibut, & Leuitis ibidem miniſtrantibus.*

13 Applicueruntque. *Ex quo patet, quòd illa oblatio pro peccato erat pro peccatis omnium ſimul.*

14 Impoſueruntque manus. *Non ſingulæ perſonæ, ſed aliquæ gerentes in hoc vicem omnium.*

15 Conſtituit, &c. *Hic conſequenter deſcribitur in dicta oblatione diuina laudatio, cum dicitur:* Conſtituit quoque Leuitas. *Non enim in tali oblatione inuenitur præceptum in lege, quòd fieret talis iubilatio; ſed Dauid hoc ordinauit, & prophetæ a Deo inſpirati. Ex quo patet, quòd veris Dei prophetis ita credendum eſt, ſicut & legi. Cætera patent vſque ibi.*

16 Præcepitque Ezechias, & principes, &c. *Id eſt, canticis, & laudibus ab eis compoſitis.*

17 Ezechias autem. *Hic conſequenter deſcribitur oblatio hoſtiarum ex deuotione, cum ſubditur.*

18 Accedite, & offerte victimas, & laudes in domo, & cæt. *Et patet litera vſque ibi.*

9 Conſur-   1 Sanctifica-

a *Vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuent eos*. ✠ Theodoretus. Docet historia quòd sacerdotibus non sufficientibus ad excoriandũ holocaustum, eos adiuuabant fratres eorũ Leuitæ, donec perfectum esset opus, & donec sanctificati essent sacerdotes, quoniã Leuitæ prompto, & alacri animo sunt sanctificati circa sacerdotes. Hoc autem nũc quoque licet conuenire fieri. Nam cum non adest presbyter, & vrget vsus, necesse etiam habet Diaconus ei, qui opus habet exhibere baptismum.

In hunc loc.

✠ HIERONYMVS. Quia sacerdotum numerus non sufficiens, erat ad id peragendum, quoniam, tempore Achaz regis dispersi, necdum reuersi erant: ideo iuuerunt eos fratres eorum Leuitæ.

vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente † deuota. Porro numerus holocaustorum, quæ obtulit multitudo, hic fuit: Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos. Sanctificaueruntq; [1] Domino boues sexcentos, & oues tria milia. Sacerdotes vero pauci [2] erant, nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherẽt. Vn- [3] de & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & [4] sanctificarentur † antistites. Leuitæ quippe † faciliori ritu sanctificãtur [5] quàm sacerdotes. Fuerunt igitur holocausta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocaustorum, & † completus est cultus domus Domini. Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eo quòd † ministe- [6] rium Domini esset expletum. De repente quippe hoc fieri placuerat. [7]

† voluntaria.
† sacerdotes † erant recti corde, vt sanctificarentur magis. LXX. prompte sanctificati sunt magis.
† præparatum est ministerij † præparasset Deus populo.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sanctificaueruntq; Domino boues, &c. *Non fuerũt isti tũc immolati, sed reseruati ad immolãdum tempore competenti: & iõ tũc, dicuntur sanctificati: quia nõ poterãt de cætero ad vsus alios applicari.*

2 Sacerdotes vero. *Qui possent tunc officium exercere: quia plures eorum non erant sufficienter sanctificati, vt postea subditur.*

3 Vnde, & Leuitæ, &c. *Licet enim detractio pellium pertineret ad sacerdotum officium, tamen Leuitæ poterant in hoc adiuuare sacerdotes in necessitate. Multa enim licent ratione necessitatis, quæ alias non licerent, ideo subditur.*

4 Donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites. *Id est, sacerdotes, quorum plures non erant sufficienter sanctificati, cuius vna causa subditur, cum dicitur.*

5 Leuitæ quippe faciliori. *Et ideo in minori tempore fuerunt purificati, & sic potuerunt iuuare sacerdotes purificatos loco illorum, qui nondum erant sufficienter purificati. Alia causa fuit, vt dicit glossa Hebraica: quia sacerdotes per ipsum Achaz fuerant elongati de Ierusalem: & ideo non venerunt ita cito plures eorum: quia non credebant, quòd cultus diuinus deberet ita cito reparari post mortem Achaz, & ideo non fuerunt ita cito purificati.*

6 Lætatusque est Ezechias. *Et vna causa huius lætitiæ subditur, cum dicitur.*

7 De repente quippe hoc fieri. *Rex enim, & populus non solum gaudebant de impletione mysterij, sed etiam de modo implendi, scilicet, in tẽpore tam breui: ex quo videbatur magis opus diuinum, quàm humanum, & sic erat secundum veritatem.*

CAP. XXX.

a *Misit quoque.* ✠ HIERONYMVS. Cum omni Israel publice misisset nuntios, Manasse, & Ephraim latenter misit, ad eos quos sciebat cõuersum iri posse per epistolas. Illi enim superbiores erãt propter regiam dignitatem quæ erat in domo Ephraim. ✠ Theodoretus. Rex etiam eos, qui habitabant in ciuitatibus decẽ tribuum, conuocauit ad festum. Et aliqui quidem irridebãt eos, qui conuocabant, aliqui vero ibant obediẽtes. Plurima autẽ congregata multitudine, celebratũ est festũ paschatis. Rursus autẽ sacerdotibus non sufficiẽtibus, Leuitæ sacrificabãt hostias multitudini, & sacerdotibus offerebant sanguinem: illi autem effundebant in basi altaris.

In hunc loc.

a MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel, & Iu- [1] dam, scripsitque epistolas ad Ephraim, & Manassen, vt venirent ad domum Domini in Ierusalem, & facerent phase Domino Deo suo. Ini- [2] to ergo consilio regis, & principum, & vniuersi cœtus in Ierusalem, decreuerunt, vt facerent [3] phase mense secundo. Non enim occurrerant [4] facere in tempore suo: quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctifica- [5] ti non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Ierusa- [6] lem. Placuitque sermo regi, & omni multitudini, & decreuerunt, [7] vt mitteret nuntios in vniuersum Israel de Bersabee vsque Dan, [8] vt venirent, & facerent phase Domino Deo Israel in Ierusalem.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXX.

1 MIsit quoque Ezechias ad omnem. *Hic consequenter describitur celebratio paschalis beneficij. Celebratur enim istud festum in memoriam beneficij eductionis filiorum Israel de terra Aegypti. Igitur circa hanc celebrationem Ezechias de consilio sacerdotum diem instituit, secundo ad hoc populum inuitauit, ibi:* Placuit. *tertio solenniter celebrauit, ibi:* Congregatique sunt, *Circa primum dicitur,*

2 Inito ergo consilio regis, &c. *Ita est in Hebræo, & in libris correctis. Alij enim libri male habent* Israel,

3 Decreuerunt, vt facerent phase. *Quia præcipitur Num. 9. quòd si aliqui sint impediti celebrare phasem in primo 14. die mensis, vt præcipitur Exo. 12. quòd faciant mense secundo quartadecima die mensis. Rex autem & totus populus primo mense fuit legitime impeditus: quia sacerdotes non compleuerunt purgationem templi ante diem sextam decimam illius mensis, vt patet ex dictis c. præced. & ideo non potuerunt celebrare pascha illo mense, quia in illa celebratione debent offerri sacrificia solennia in templo Domini, quæ offerri non poterant ante purgationem templi. Alia etiam causa exprimitur, cum dicitur.*

4 Quia sacerdotes, qui possent, &c. *Pro tanta solennitate.*

5 Sanctificati. *Et ideo dato, quòd templum fuisset ante purgatum, tamen oportebat differri celebrationem paschæ propter insufficientiam sacerdotum. Tertia etiam causa additur cum dicitur.*

6 Et populus nondum con. *Qui tamen debebat congregari in solennitate paschali. Ter enim in anno debebant omnes masculi comparere in Ierusalem coram Domino, vt habetur Exo. 33. s. in festis paschæ, penthecostes, & tabernaculorum, dispensabatur tamen de duobus vltimis festis cum illis, qui erant remoti a Ierusalem, non autem de primo, & ideo non potuerunt congregari ita cito de longinquis partibus a Ierusalem. Item non poterat immolari phase, nisi in Ierusalem, vt habetur Deuter. 16. Et quia tempore Achaz istæ solennitates cessauerant, propter quod non venisset populus remotus, nisi fuisset per literas Ezechiæ mandatum: propter quod venit tardius.*

7 Placuitque. *Hic consequenter describitur inuitatio populi ad diẽ paschæ determinatum; & hoc per literas regis missas, nõ solum ad illos de regno suo, sed etiam ad illos, qui erãt in toto regno Israel; io dicitur.*

8 Vt mitteret nuntios in vni. Isra. de Bersa. &c. *Termini sunt totius terræ promissionis secundũ suã longitudinẽ, vt frequenter dictũ est.*

MORALITER.

1 *Misit quoque, &c.* Per Ezechiam significatur Dñs noster Iesus Christus, vt prædictũ est: & sic per nuntios ab eo missos intelliguntur Apostoli, alijque discipuli Christi ad prædicandum Euangelium per orbem ab eodem missi, Matth. vlti. d. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.*

6 Multi enim non fecerant, sicut lege præscriptum est. Perrexeruntque cursores cum epistolis † ex regis imperio, & principum eius in vniuersum Israel, & Iudam, iuxta id quod rex iusserat prædicantes: Filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias, quæ effugerunt manus regis Assyriorum. Nolite fieri sicut patres vestri, & fratres, qui recesserunt a Domino Deo patrum suorum, & tradidit eos in † interitum, vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices, sicut patres vestri. Tradite manus Domino, & venite ad Sanctuarium eius, quod sanctificauit in æternum. Seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur a vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filij habebunt misericordiam coram † Dominis suis, qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terram hanc. † Pius enim, & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam a vobis, si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim, & Manasse, vsque ad Zabulon, illis irridentibus, & subsannantibus eos. Attamen quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon acquiescentes consilio, venerunt Ierusalem. In Iuda vero facta est manus Domini, vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxta præceptum regis, & principum † verbum Domini. Congregatique sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent solennitatem azymorum in mense secundo. Et surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Ierusalem, atque vniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in torrentem Cedron. Immolauerunt autem phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Leuitæ † tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Dñi. Steteruntque in ordine suo, iuxta dispositionem, & legem Moysi, hominis Dei. Sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum, † eo quòd multa turba sanctificata non esset, & idcirco immolarent Leuitæ phase his, qui non potuerant sanctificari Domino. Magna etiam pars populi de Ephraim, & Manasse, & Issachar, & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit phase, non iuxta quod scriptum est. Et orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus † propi-

† LXX. & principibus
† desolationē
† eis
† Misericors
† iuxta
† pudore affecti
† Quia multi erant in cœtu, qui non sanctificauerant se, Idcirco cōstitutū est, vt Leuitæ immolarēt phase pro omnibus illis, qui mundi nō erant, vt sanctificarentur Domino. Magna.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Multi enim, &c. *Videlicet quolibet anno, quia tempore Achaz non veniebat populus ad hanc solennitatem: quia quantum poterat, cultum Dei remouerat.*
2 Prædicantes. *Vt reuertantur ad Deum, & eius cultum, & maxime in solennitate paschali imminente.*
3 Et reuertetur ad reliq. &c. *Quia vna pars populi Israel erat iam captiuata per Teglathphalnasar regem Assyriorum, & translata in Assyrios, vt habetur 4. Reg. 15.*
4 Tradite manus. *Promittendo, quòd ei seruietis fideliter: & hoc non solum proficiet vobis, sed etiam amicis vestris iam in captiuitatem ductis, ideo subditur.* Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filij habebunt misericordiam coram Dominis suis.
5 Illis irridentibus. *Erant enim iam habituati in idololatria: & ideo irridebant admonitionem de cultu Dei.*
6 Attamen quidam viri. *Quia inter illos de regno Israel remanserant aliqui viri boni, qui non coluerant idola, secundum quod dicit Dominus ad Eliam 3. Reg. 19. d.* Et reliqui mihi in Israel septem milia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal.
7 In Iuda vero, &c. *A Deo enim specialiter factum est, quòd omnes vnanimiter assentirent ordinationi regis de celebratione paschali.*
8 Congregatique. *Hic consequenter describitur ipsius paschæ solennis celebratio, & secundo super hoc additio, ibi:* Placuitque. *Circa primum, primo ponitur idololatriæ destructio, quæ impediebat diuinum cultum, quia primo remouenda sunt impedimenta, & hoc est quod dicitur:* Et surgentes destruxerunt alta. & cæt. *& secundo subditur paschæ celebratio, cum dicitur:* Immolauerunt autem phase, &c.
9 Sacerdotes quoque, &c. *Dicit tandem: quia multi eorum tardauerunt venire in Ierusalem rationibus dictis cap. præced.*
10 Sacerdotes vero, &c. *Exod. 12. vbi præcipitur immolatio agni paschalis, non dicitur, quòd hoc fieret per Leuitas: quia fiebat in qualibet domo, dum tamen sufficeret ad esum agni, & ideo illa immolatio fiebat a patrefamilias domus, veruntamen quia multi de populo, qui venerant in Ierusalem, non erant purificati; & ista immolatio debebat fieri ab homine mundo; ideo Leuitæ, qui iam erant purgati de mandato regis, immolauerunt pro illis, qui iam non erant sufficienter mundati: & sic partem sanguinis effundendam in altari holocaustorum, portauerunt sacerdotibus; & hoc est quod subditur.*
11 Eo quòd multa, &c. *Id est, non poterant sanctificari Domino, vnde subditur.*
12 Comedit phase, non iuxta, &c. *Quia debebat comedi tantum a mundis; sed tunc fuit dispensatum cum istis de comestione, non autem de immolatione; quia maior purificatio requirebatur in immolantibus, quàm in comedentibus tantum, sicut & in noua lege maior sanctitas requiritur in sacerdote consecrante quàm in populo communicante.*
13 Et orauit. *Vt talis defectus sufficientis purificationis non noceret eis impediendo sacramenti effectum.*

1 Quem

Diuisio.

MORALITER.

† *Perrexeruntque.* Per quos significatur solicita promptitudo Apostolorū, aliorūque discipulorū ad implendum Christi mandatum, quod patet ex hoc, quòd a tempore Apostolorum prædicatū fuit Euangeliū, vt videtur per orbem vniuersum: nam ab Ierusalē (quæ est in medio climate terræ habitabilis) exierunt Apostoli alijque discipuli ad prædicandū per orbem Euangeliū, & adhuc viuēte Petro prædicatū fuit versus Occidentem vsque ad mare Oceanum, quod est terminus terræ habitabilis, quod ex hoc apparet, quia Senonis est quædam Ecclesia, quę vocatur Sancti Petri viui, eo quòd ipso viuente fuit primo constructa per Sanctū Sauinianum, & per alios eius socios fuit prædicata fides in partibus mari propinquioribus. Et sicut viuente Petro, sic prædicatum fuit Euangelium versus Occidentem: ita probabiliter dicitur ex prædictis, quòd prædicatum fuerit similiter in alijs partibus orbis.
5 *Illis irridentibus.* Per quod significatur, quòd non omnes crediderunt ad discipulorum Christi prædicationē: sed multi intulerūt eis vituperia magna, & plurimis eorum ēt mortem: quorum imitatores sunt, qui persequuntur prædicatores veritatis, & prædicationem eorum derident.
6 *Attamen quidam.* Per quos significati fuerunt illi, qui deuote susceperunt fidem, & sic venerunt in Ierusalem; quæ in allegorico sensu, signat Ecclesiam militantem; vt facerent solennitatem azymorum, scilicet, in azymis synceritatis, & veritatis, prout dicit Apostolus 1. Corinth. 5. b.
9 *Sacerdotes quoque.* Per quos ostenditur, quòd ministri Ecclesiæ mundi, & puri præ cęteris debent esse ad offerendum Eucharistiæ sacramentum.
13 *Et orauit.* Per quod significatur, quòd Dei filius, inquantum homo, pro membris suis infirmis orat patrem.

1 *Cumque.*

A ✝ propitiabitur cunctis, qui in toto corde requi- runt Dominum Deum patrum ſuorum, ✝& non imputabit eis, quòd minus ſanctificati ſunt. Quem exaudiuit Dominus, & ✝ placatus eſt po- 1 pulo. Feceruntque filii Iſrael, qui inuenti ſunt in Ieruſalem, ſolennitatem azymorum ſeptem die- 2 bus in lætitia magna, laudantes Dominum per 3 ſingulos dies. Leuitæ quoque, & ſacerdotes ✝ per organa, quæ ſuo officio congruebant. Et locutus eſt Ezechias ad cor omnium Leuitarum, qui ha- bebant intelligentiam bonam ſuper Domino, B & comederunt ſeptem diebus ſolennitatis, im- molantes victimas pacificorum, & laudantes do minum Deum patrum ſuorum Placuitq; vniuer- 4 ſæ multitudini, vt celebrarēt etiam alios dies ſe- ptem, quod & fecerunt cum ingenti gaudio. Eze- D chias autem rex Iuda præbuerat multitudini 5 mille tauros, & ſeptem milia ouium. Principes ve ro dederant populo mille tauros, & oues decem milia. Sanctificata eſt ergo ſacerdotum plurima multitudo, & hilaritate perfuſa omnis turba Iu- da tam ſacerdotum & Leuitarum, quàm vniuer- ſæ frequentiæ, quæ venerat ex Iſrael, proſelyto- rum quoque de terra Iſrael, & habitantium in 6 Iuda. Factaque eſt grandis celebritas in Ieruſa- lem, qualis a diebus Salomonis filii Dauid regis E Iſrael non fuerat in ea vrbe. Surrexerunt autem ſacerdotes, atque Leuitæ, benedicentes populo, 7 & exaudita eſt vox eorum: peruenitque oratio * in habitaculum ſanctum cœli.

✝ ſpiabit cum eis, vel re- mittet culpis. ✝ quamuis nõ ſint purificati iuxta purifica- tionem ſanctitatis. ✝ ſanauit po- pulum. ✝ in inſtrumen- tis ſonoris.

* eorum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quem exaudiuit. *In libro de Hebraicis quæſtionibus dicitur, quòd iſta exauditio fuit percepta, per hoc quòd immundi alias comeden tes agnum paſchalem ſubito moriebantur, ſed tunc non fuerunt mortui. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum: quia ſic Ezechias, & popu- lus tentaſſet Dominum. Et ideo magis dicendum, quòd propter neceſſi- tatem, & populi deuotionem, fuit cum eis diſpenſatum, tempore enim neceſſitatis aliquid fuit licitum contra legalia: quod tamen alias non eſſet, ſicut Dauid, & viri eius comederunt panes propoſitionis licite, ſecundum quod dicit Saluator, Matth. 12. & eodem modo poteſt hic dici: quia iſti erant in tali ſtatu, quòd non poterant vltra tardare ad comedendum phaſe, ſcilicet, quartadecima die menſis ſecundi. Simi- liter cultus interior, qui conſiſtit in fide, & deuotione, bene ſupplet aliquem defectum, qui conſiſtit in exteriori cultu: maxime, quia ſa- cramenta legis non erant accepta, niſi ex fide, & deuotione ſuſcipien- tium, & ideo licet iſti non eſſent ſufficienter purgati ab aliqua im- munditia reſpiciente cultum exteriorem, vtpote ex tactu alicuius rei immundæ, vel huiuſmodi: tamen propter fidem, & deuotionem ad comeſtionem agni paſchalis ſupplentem huiuſmodi defectum, fuit cum eis diſpenſatum, & hoc eſt quod dixit Ezechias.* Dom. b.

2 Septem diebus. *Pro feſto paſchali; quod tantum debebat du- rare, vt habetur Exod. 12.*

3 In lætitia magna. *Quæ non procedebat ex diſſolutione, ſed ex deuotione, ideo ſubditur:* Laudan. Do. per, *& ſequitur.*

4 Placuitque. *Hic cōſequenter deſcribitur ad prædictā ſolennitatē additio, quia celebrauerunt ſeptem diebus aliis ad quod non tenebantur.*

5 Mille tauros, &c. *Iſta offerebantur in hoſtias pacificas, quarum magna pars erat offerētiū, & de iſtis comedit populus illis ſeptē diebus, poſtquam obtulerant ſacrificia, & laudes, & orationes Domino oī die.*

6 Factaque eſt grandis. *Licet enim maior populus aliquando con- ueniſſet, tamen non erat tanta exultatio: quia non erat ibi aliqua noui- tas, eo quòd quolibet anno celebraretur paſcha tempore ſuo. Sed quia Achaz clauſit ianuas templi, & ſic pluribus annis hæc celebritas ceſ- ſauit: propter quod quando Ezechias eam renouauit, fuit maior exul- tatio: quia noua placent, & delectant.*

7 Peruenitque oratio. *Id eſt, fuit exaudita coram Deo. Et vt hic dicit glo. Hebraica, fuit hoc preceptum, eo quòd rex, & principes, po- pulus, Leuitæ, & ſacerdotes valde proſperati ſunt operibus ſuis.*

ADDITIO.

In cap. 30. vbi dicitur in poſtil. Comedit phaſe non iuxta quod ſcriptum eſt, quia debebat comedi tantum a mundis.

Exod. 12 vbi dicitur de immolatione, & comeſtione agni paſchalis nulla fit mentio de hoc, ꝙ requiratur purificatio in immolantibus paſcha, indifferenter enim dicit: *Immolabitque eum tota multitudo filiorum Iſrael.* Ex quo patet, ꝙ non require- batur, ꝙ eſſet purificatus, prout dicitur in poſtil. nec aliquid huiuſmodi, ſed tātum in comeſtione ſit mentio de mundi- tia, circumciſione, & aſſignatione, & huiuſmodi. Similitudo autem, quæ inducitur de noua lege, non videtur valere, ſa- cerdos enim conſecrans, repræſentat Chriſtum, qui eſt prin- cipalis actor, vt ipſa verba conſecrationis demonſtrant; ſed immolans agnum paſchalem non repræſentabat Chriſtum, ſed potius figurabat, quòd Chriſtus immolandus erat pro multitudine filiorum Iſrael.

Replica ſuper primo, & decimo 1. lib. & ſuper 27. & 30. Paralip. ſequitur.

Replica. In libro Paralip. pauca tangit Burg. id quod de origin. Hebræ. tangit. 1. cap. Cor. vide Geneſ. 10. Quod tangit circa 10. c. de ſaluatione, vel dānatione Saul. vide 1. Reg. vlti. Quod autem tangit circa 7. c. ſecundi libri de feſto collectæ, ſiue cœtus, vide ſupra Leuit. 23. Sed contra illud quod tangit de 20. c. vbi poſtil. dicit immolantes paſcha eſſe debere mun dos, cum comedentibus fuit diſpenſatum; quia non tanta re- quiritur munditia in comedente, ſicut in immolante, ponēs exemplum de Euāgelio, vbi requiritur maior ſanctitas in ſa- cerdote conſecrante, quàm in populo comedente; obiicit Burg. quòd non dicitur de mūditia immolantis. Sed hoc eſt contra clarum textum. Obiicit etiam contra ſimilitudinem, quia conſecrans repræſentat Chriſtum, non autem immo- lans, ſed hoc eſt falſum, quia oblatio repræſentat Chriſtum, & agnū, non ſacerdos offerens, quamuis enim proferat ver- ba Chriſti, hoc eſt, miniſterialiter; & hoc non repræſentat Chriſtum oblatum, ſed potius immolantem; per illa enim verba iteratur quotidie oblatio. Cætera patent.

CAP. XXXI.

In hunc loc. a Cumque hæc, &c. ✼ Theodoretus. Hinc incitati, & templa dæmo num diruerūt, & lu- cos exciderūt, & cū iis etiam altaria, quæ in lucis excelſis Deo erant dedicata, fun- ditus euulſerunt.

b Fregerunt ſimulachra, &c. Poſt aduentum Saluatoris, non ſolum in Ieruſalem, & in Iuda; ſed in cūctis nationibus orbis deſtructa eſt idolo- latria, & diaboli cor ruit ſuperbia. Et cre- ſcēte numero fide- lium, decreſcit cul- tura dæmoniorū, do nec in fine mūdi ob- ruatur

CAP. XXXI.

C a b Cumque hæc fuiſſent rite celebrata, egreſſus eſt om- 1 nis Iſrael, qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fre- gerunt ſimulachra, ſucciderunque lucos, demoliti F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXI.

Diuiſio. 1 Cumque hæc fuiſſent, &c. *Hic conſequenter ſub Ezechia de- ſcribitur reparatio ſacerdotalis miniſterii. Circa quod primo deſcribitur idololatriæ deſtructio, cum dicitur;* Fregerunt ſimula- chra, &c. *& hoc rationabiliter; quia primo debent remoueri impedi- menta ſacerdotalis miniſterii, & huiuſmodi ſunt omnia ad idololatriam pertinentia, ſecundo deſcribitur reparatio ſacerdotalis miniſterii, cum dicitur;* Ezechias autem. *vbi Ezechias primo ſacerdotes, & Leui- tas in officiis ſuis reſtituit, ſecundo de victualibus eis prouidit, ibi;* Præcepit etiam. *tertio de procuratoribus in iſtis ordinauit, ibi;* Fuit autem præ. *Sententia primæ partis patet in litera vſque ibi.* 1 Canerent-

MORALITER.

1 *Cumq; hæc fuiſſent rite celebrata, egreſſus eſt omnis populus Iſrael, & fregerūt ſimulachra.* Iſta vero fractio ſimulachrorū facta poſt ſolennitatem azymorū, figura fuit deſtructionis idololatriæ per orbem ad prædicationē Apoſtolorū populis credentibus iam admiſſis ad Euchariſtię ſacramentū, ſicut fuerat prædi- ctum Zachar. 13. a. *In die illa dicit Dominus exercituum diſperdam nomina idolorum de terra.* Et nos videmus eſſe completum.

✝ Præcepit

A ruatur mors nequissima, & regnabit dominus solus in die illa. sunt excelsa, & altaria destruxerunt, non solum de vniuerso Iuda & Beniamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent. Reuersique sunt omnes filij Israel in possessiones, & ciuitates suas. Ezechias vero constituit turmas sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas, vnumquemque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet, quam Leuitarum, ad holocausta & ad pacifica, vt ministrarent, & confiterentur, canerentque in 1 portis castrorum domini. B Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper, & vespere, sabbathis quoque, & calendis, & solennitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege domini. 2 Præcepit autem populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, 3 vt † possent vacare legi domini. Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, 4 plurimas obtulere primitias filij Israel, frumenti, vini, & olei, 5 mellis quoque, & omnium quæ gignit 6 humus decimas obtulerunt. Sed & filij Israel & Iuda, qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt 7 decimas boum & ouium, decimasque sanctorum, quæ † vouerant domino Deo suo, atque vniuersa portantes fecerunt aceruos plurimos. 8 Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, & mense septimo compleuerunt eos. C Cumque ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderunt aceruos, & benedixerunt domino ac populo eius Israel. D 9 Interrogauitque Ezechias sacerdotes, & Le-10 uitas, cur ita iacerent aceruí. Respondit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo domini, comedimus & saturati sumus, & 11 remanserunt plurima, 12 eo quod benedixerit dominus populo suo. Reliquiarum autem copia est quam cernis. 13 Præcepit igitur Ezechias vt præpararent † horrea in domo domini. Quod cum fecissent, intulerunt tam primitias quam decimas, & quæcunque uouerant 14 fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius secundus. Post quem Iahiel, & Azarias, & Nahath, & Asael, & Ierimoth, Iozabad quoque & Eliel, & Iesmachias, & Mahath, & Banaias præpositi sub manibus Choneniæ, & Semei fratris eius ex imperio Ezechiæ regis, & Azarię pontificis domus Dei, † ad quos omnia pertinebant. Core vero filius Lemna Leuites, & ianitor orientalis portæ præpositus erat his quæ sponte offerebantur domino, primitiisque & 15 consecratis in sancta sanctorum. Et sub cura eius Eden & Beniamin, Iosue & Semeias. Amarias quoque & Sechenias in ciuitatibus sacerdotum, vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus, 16 exceptis maribus ab annis tribus & supra, cunctisque qui ingrediebantur templum domini. Et quicquid per singulos dies conducebat in ministerio F

† confortarentur in lege.

† vel sanctificata erant.

† vel cœnacula aut gazophylacia.

† ad quos omnia pertinebant.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Canerentque in portis castrorum domini. *Castra domini hic dicuntur atria sacerdotum, vbi habitabant sacerdotes, ianitores, & alii qui custodiebant templum.*

2 Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem. *Hic consequenter describitur qualiter Ezechias prouidit eis de victualibus cum dicitur,* Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, &c. *s. decimas, & primitias quæ erant assignata eis per legem.*

3 Vt possent vacare legi domini. *videlicet, studendo, docendo, & tẽpliũ officiando. Istud enim semper fuit obseruatũ apud omnes, quod illi qui intẽdebãt studio & cultui diuino, acciperent necessaria victus a populo. propter quod etiã sacerdotes Aegypti tempore famis non fuerunt compulsi vendere possessiones suas sicut alij: quia ipsis statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, vt habetur Gen. 42. c.*

4 Plurimas obtulere primitias, &c. *Quantitas autẽ primitiarum fuit determinata in lege, sed primo fuit facta voluntarie, secundum deuotionẽ dantium: postea vero propter auaritiã crescentem, quia multi parũ aut nihil dabant, per sapientes Hebræorum fuit determinatum, quod ad minus sexagesima pars daretur: illi tamen qui erant magis deuoti, dabant quadragesimam, medij vero quinquagesimam. Et hoc idẽ dicitur in collationibus Patrum, collatione prima Theonis abbatis.*

5 Mellis quoque & omnium quę gignit humus. *Licet de melle non posset fieri oblatio, quę tota vel secundum partem cremaretur super altare, vt habetur Leui. 2. tamen inde debebant dari primitię cedentes in vsum sacerdotum. Hebræi tamen dicunt, quod nomine mellis intelliguntur hic dulcis fructus, vt dactyli, ficus, & huiusmodi.*

6 Et om. quæ gig. hu. *Dicit autẽ Ra. Sa. super Deut. 26. quod primitię quantum ad terræ nascẽtia dabantur tantum de septẽ rebus, scilicet, frumento, hordeo, vinea, oliua, malo granato, ficu, & palma, tamen poterant homines de aliis dare ex speciali deuotione, & sic factum fuit hic.*

7 Decimasque sanct. *secundum Hebræos istæ sunt decimæ quas Leuitæ dabant sacerdotibus de decimis quas receperant a populo, vt habetur Num. 18. c.*

8 Mense tertio cęperunt aceruorum ia. fun. *i. principia quæ super apponuntur.*

9 Interrogauitque Ezechia. *quia mirabatur de tantis aceruis victualium.*

10 Respondit illi Aza. *idest, maior, & iste restitit Oziæ regi thurificare volenti, vt dictum est supra 25.*

11 Remanse. plu. *scilicet, de primitiis & decimis, habito sufficienti victu sacerdotum & Leuitarum.*

12 Eo quod bene. do. po. *idest, abundare fecit in bonis temporalibus: & ideo dabant abundanter primitias & decimas: quia tunc erant magis deuoti, vt patet ex prædictis.*

13 Pręcepit igitur Ezechias. *Vt ibi reponerentur ea quæ pro tunc erant superflua, & vsque ad tempus congruum seruarentur.*

14 Fuit autem præ. *Hic consequenter ostenditur qualiter Ezechias prouidit de fidelibus personis ad conseruandum prædicta, & procurandum ea quæ essent pro sacerdotibus et Leuitis recipienda, & ad conseruandum de oblata & consecrata, vt patet litera vsque ibi:*

15 Et conse. in san. *Non accipitur hic sancta sanctorũ pro parte interiori templi, in quo erat arca testamenti, quæ proprie dicebatur sancta sanctorum: prout accipitur coniunctæ, sed hic accipitur disiunctiue in sancta, quę sunt de numero sanctorum omnia enim Deo consecrata dicebantur sancta, & de numero sanctorum.*

16 Exceptis maribus ab annis tribus, &c. *Licet enim Leuitæ nu-* ✠ *merentur*

MORALITER.

13 *Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea in domo domini.* Per quod significatur allegorice quod ministris ecclesię debentur necessaria vitæ. Moraliter autem per horrea ista † possunt

A ſterio atque obſeruationibus iuxta diuiſiones ſuas ſacerdotibus per familias, & Leuitis a vi- 1 ceſimo anno, & ſupra per ordines, & turmas ſuas, vniuerſæque multitudini tam vxoribus quam liberis eorum vtriuſque ſexus, fideliter cibi de his quæ ſanctificata fuerant, præbebantur. Sed & filiorum Aaron per agros ſuburbana vrbium ſingularum diſpoſiti erant viri, qui partes diſtribuerent vniuerſo ſexui maſculino D de ſacerdotibus & Leuitis. Fecit ergo Eze- 2 chias vniuerſa quæ diximus in omni Iuda. O- 3 peratuſque eſt bonum, & rectum, & verum co- 4 ram domino Deo ſuo in vniuerſa cultura mini- 5 ſterij domus domini, iuxta legem & † ceremonias, volens requirere Deum ſuum in toto corde ſuo. Fecitque & proſperatus eſt.

† præcepta.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ merentur Nu. 3. ab vno menſe et ſupra, hoc tamen factum eſt, vt B acciperentur pro redemptione primogenitorū aliarum tribuum, ſed de diſtributionibus quæ fiebāt Leuitis, non recipiebatur pro eis donec haberent tres annos. Sequitur poſtea.

1 Et Leui.a viceſi.an. Nu. 4. accipiuntur Leuitæ ad miniſterium tabernaculi a triceſimo anno vſque ad quinquageſimum annū, et Nu. 8. a. vigintiquinque annis. Et ſicut dictum fuit ibidem nō inſtituebantur miniſtri niſi in triceſimo anno, tamen a viceſimo quinto anno exercebantur in aliquibus officijs, vt ſic in illis quinque annis experirent ſacerdotes, qui Leuitæ eſſent apti ad miniſtrandū, et in quibus officijs, tū poſt ædificationem templi, quia Leuitæ nō habuerunt ita grauia officia ſicut ante, quando tabernaculum cum pertinentib. ad ipſum portabatur C de loco ad locū, in minori ætate inſtituebatur, ſcilicet, viceſimo anno & per aliquod tēpus ante accipiebatur experientia de ipſis. Sciēdū E tamen quod ea quæ dicta ſunt, ſic fiebant de cōmuni lege, ex ſpeciali tamen cauſa aliqui minoris ætatis recipi poterant ad miniſteriū tabernaculi, ſicut Eli recepit Samuelem ad miniſterium tabernaculi, cū adhuc eſſet puer decē annorum vel circiter vt dictū fuit 1. Reg. 1. c. quia mater ſua antequam conciperet ipſum, dn̄o vouerat, quod ſi daret ei ſexum virilem daret eū miniſterio domini cunctis diebus quibus poſſet miniſtrare. Hoc etiam fuit ante ædificationem templi.

2 Operatuſq; eſt. ſcilicet, Ezechias.

3 Et re. erga proximum.

4 Bonum. quantum ad ipſum.

5 Et ve. quantum ad Deum, ideo ſequitur. Coram do. Deo ſuo. F

CAP.

MORALITER.

† poſſunt intelligi ſacræ ſcripturæ, deuotioniſque ſtudia, in quibus reponuntur verbi Dei euchariſtiæ nutrimenta.

CAP.

CAPVT XXXII.

Poſtquæ & huiuſc. ✠ Theodoret. Subiunxit ſcriptor, quod poſt hęc verba & hanc veritatem venit Sennacherib rex Aſſyriorū. Significat autem oratio, quod etiam viros pios probans Deus, permittit vt incidant in calamitates. Rex autem habens in Domino fiduciam, & quæ poterat ex ſe conferēs, primum obſtruxit fontes ante ciuitatē, ne obſidens haberet aquæ copiam. Deinde ſepta murorum muniuit, & turres in altum excitauit, & etiam alterum ædificauit, propugnaculum. Sed neque his armis cōfidit, verum dixit ad multitudinem, Eſtote ſtrenui, etc. Sequitur.

b Obturauerunt cun. Cōtra paganos & hæreticos pugnantes diligens cautela adhibenda eſt, & velanda myſteria, vnde. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos.

CAP. XXXII.

1 Poſt quæ & huiuſcemodi veritatem ve- 2 nit Sennacherib rex Aſſyriorum, & ingreſſus Iudam obſedit ciuitates munitas, volens eas capere. Quod cum vidiſ- 3 ſet Ezechias, veniſſe ſcilicet, Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ieruſalem, inito cum principibus 4 conſilio, viriſque fortiſſimis, vt obturarent † capita fontium qui erant extra vrbem, & † hoc omnium decernente ſententia, congregauit plurimam multitudinem, & obturauerūt cū- 5 b

† aquas.

† adiutus ab alijs. Lxx. confortauerunt eum, &

Aedi-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXII.

Poſt quæ. vltimo ſub Ezechia deſcribit reſtauratio regalis imperij primo per aduerſarij terribilem deiectionem. ſecundo, per ipſius Ezechiæ mirabilem ſanationē, ibi: In diebus illis. Circa primum primo deſcribitur circa Ezechiā prouidentia in humanis: ſecundo confidentia de diuinis, ibi. Et conuocauit vniuerſos. tertio peſtilentia ī eius aduerſarijs, ibi. Quæ poſtquā geſta ſunt. Sciendum autem, quod circa iſtam hiſtoriam aliqua hic omittuntur quæ plenius dicta ſunt 4. Reg. 18. & 19. Circa primam igitur partem dicitur ſic:

1 Poſt quæ & hu.ve. ſcilicet, vitę ipſius Ezechię in idololatriæ deſtructione, & cultus diuini reſtauratione.

2 Venit Sen.rex Aſ. Ex quo patet quod aliquādo iuſti tribulantur in hac vita, vt habeant patientiæ meritum: & alij exemplum.

3 Quod cum au. Hic omittitur quod. 4. Reg. 18. ſuppletur, ſcilicet quod Ezechias merito timens deſtructionem Ieruſalem propter peccata Achaz patris ſui, aurum & argentū miſit Sennacherib regi Aſſyriorū ſub pacto iuramento firmato, quod recederet de regno Iudæ, & dimitteret illud ī pace. Sed fracto fœdere, recepta pecunia venit poſtea ad deſtruendum Ieruſalem ſi poſſet: & tunc Ezechias diſpoſuit ſe ad reſiſtendū, & hoc eſt quod dicitur. Quod cum audi. Eze. ſcilicet, fractionem iuramenti prædicti.

4 Inito cum principib. conſi. quia homo in periculo poſitus non debet omittere ea quæ ſunt agenda ſecundum humanam prouidentiam ad ſui liberationem: aliter tentaret Deum.

5 Et obturaue. cunc. fon. ad hoc quod exercitus veniens ad obſidendum ciuitatem pateretur aquæ penuriam: & ſic recedere cogeretur.

Et

MORALITER.

1 Poſt quæ & huiuſce. ve. Sicut per Ezechiā ſuperius ſignificatus eſt Chriſtus: ita per ipſum hic ſignificari pt eius vicarius ſ. bonus prælatus, qui contra dæmonem, contra ſe ac populum ſuum venientem obturat fontes, idest, meatus aquarū, per quos ſignificantur origines peccatorū: quę dicuntur figuraliter aquę amariſſimę, in qbus ſūt maledicta cōgeſta Nume. 5. & iſtas aquas ſitiunt & deſiderant Aſſyrij, p quos ſignificantur dęmones, Ieruſalē allegoricam, ideſt, fideliū eccleſiam impugnare quærentes. Et de quolibet eorum dici poteſt illud Iob. 15. b. Bibit quaſi aquas iniquitatem.

Aedi-

a *Aedificauit*. Christus ędificauit ecclesiã quæ est ciuitas Dei, & murum sanæ fidei & veræ religionis, qui malitia paganorũ uel hęreticorum in aliquibus dissipatur, restaurat. Extruit turres virtutum, ponit forinsecus alterum murum, idest, antemuralem, cum docet bonorum operũ efficaciam tenere. Nõ enim sufficit murus fidei, nisi confirmetur operibus bonis. Facit armaturam & clypeos scripturæ, scilicet, & diuersa testimonia & doctrinam ecclesiasticam ad munimentũ ecclesiæ suæ, & disposuit doctores spiritualiũ bellorum principes.

b *Viriliter agite, &c.* ✠ Theod. Per hęc nos etiã docuit Dei auxilium esse inexpugnabile, & humanam naturã esse caducam & momentaneam & interitui ono-

Rabbanus. † gladios. † vniuersos. † 4.Reg.6.d. † 4.Reg.18.f. † mea.

ctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes. Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. † Aedificauit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murũ. Instaurauitque Mello in ciuitate Dauid, & fecit vniuersi generis † armaturam & clypeos. Constituitq; principes bellatorum in exercitu, & conuocauit omnes in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum dicens. Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum & vniuersam multitudinem quæ est cum eo. † Multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo. Cum illo enim est brachiũ carneum, nobiscum dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro

a ¶Hæc omnia in libris Regum & in Esaia scripta sunt plenius.

nobis. Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda. Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorũ seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum, qui erat in vrbe, dicens. Hæc dixit sennacherib rex Assyriorum. In quo habentes fiduciã, sedetis obsessi in Ierusalem? Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quod dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias, qui destruxit excelsa illius & altaria, & præcepit Iudę & Ierusalem, dicens, coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Nunquid præualuerunt dij gentium, omniumque terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gẽtium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiam Deus vester eruere vos de hac † manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarum gentiũ atque regnorum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu † hac. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius. Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ

noxiam. Cętera cõtinet quartus liber Regum.

c *Nunquid non iste est Ezech. qui destruxit ex. &c.* ✠ Eucher. Rursum iungit mendacium veritati, q̃ abstulerit Ezechias excelsa illius & altaria. Hoc enim non erat contra dominũ, sed p̃ domino fecerat vt idololatria & veteri errore destructo, iuberet dñm adorare in Ierusalem, vbi erat tẽplũ eius.

d *Epistolas quoque scripsit, &c.* ✠ Ioseph. Ipso siquidem tẽpore scripsit Ezechiæ Assyrius epistolas in quibus eum fatuum esse dicebat, credentem quia eius seruitiũ posset euadere, qui multas gẽtes & maximas subdidisset. Et interminabatur funditus se eũ disperdere dum caperet vrbẽ, nisi portas aperiens sponte in Ierosolymis exercitũ ei⁹ reciperet.

† Vt confortatus ædificauit. In 4. Re. c. 18. Lib. 10. Ant. cap. 1. † mea.

Re-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et riuum. *Qui fluebat de Ierusalem.*

2 In medio terræ. *hoc est extra vrbem, ita q̃d cursum illius riui sic disposuerunt, q̃d partim retinebatur iuxta vrbem per modum lacus, & quod ibi capi non poterat, terrã reintraret per aliã viam, ita quod exercitus obsidens ciuitatem haberet inde aliquam subuentionem.*

3 Aedificauit quoque. *idest prouidit.*

4 Omnem. *Ita q̃d nihil omitteret de cõtingentib. ad sui defensionẽ.*

5 Et fecit. *scilicet, ad inuadendũ aduersarios et sustinendum inuasiones eorum.*

6 Et conuocauit. *Hic consequenter describitur eius confidẽtia de diuinis, quia quando hõ in periculis positus nihil omittit de his q̃ possunt fieri per prouidentiã humanã, secure potest confidere de Deo in residuo, et hoc est quod dicitur.* Et conuocauit. *Vt oẽs possent eũ audire.*

7 Ac locutus. *Efficaciter mouens eos ad bonum.*

8 Nolite timere. *Cuius causa subditur.*

9 Multo enim. *idest, virtus diuina et angelorum ipsius, quorũ fortitudo praualet omni virtuti humanæ, vnde infra dicitur, q̃d* angelus dominipercussit omnem virum robustum & bellatorẽ exercitus regis Assyriorum.

10 Quæ postquam. *Hic consequẽter describitur pestilentia in aduersariis. Circa quam primo ponitur Sennacherib blasphemia, secũdo Dei vindicta, ibi.* Orauerunt autem. *Circa primum dicitur.* Quæ postquam. *idest, post munitionem Ezechiæ ad resistendum.*

Misit

11 Misit Senna. *scilicet, Rabsacen et quosdam alios cum exercitu, vt terrerent Ezechiam et populum eius verbis et factis, vt hẽtur plenius 4. Reg. cap. 18.*

12 In quo habentes fiduciam. *q. d. in nullo, quia non in virtute humana, & hoc notatur cum dicitur.*

13 Sedetis obsessi. *quasi dicat, si haberetis virtutem resistẽdi, exiretis ad prælium, similiter nec in diuina, & hoc notatur cum dicitur.*

14 Num Ezechias decepit vos. *quasi dicat, sic.*

15 Affirmans. *Et ad hoc improbandum inducit duplicẽ rationem. Prima est, quod Ezechias destruxit omnia altaria, in quib. populus offerebat domino excepto altari, quod erat in templo, et ex hoc arguit q̃d magis meruerat Dei offensam quã misericordiam, et hæc ratio tangitur, cum dicitur.*

16 Nunquid non iste, &c. *Sed hæc ratio concludit falsum, quia illa altaria nõ fuerũt licita post tẽpli ædificationem, sicut frequenter dictum est supra. Secũda ratio est, quia dii aliarum gentium cum tamen essent multi, nõ poterant eas liberare de manibus regũ Assyriorum, ergo nec Deus Israel, cum sit vnicus, poterit liberare populum suum de manu mea, & hæc ratio diffuse tangitur. cum dicitur.*

17 An ignoratis. *Et patet litera. Sed hæc ratio non valet, quia illi erant dii falsi, et nullius potentiæ, Deus autem Israel verus Deus est, vnicus & omnipotens.*

18 Epistol. *Istud non fuit tunc factũ sed post recessum Rabsacis, cum rex Assyriorũ audisset per nuntiũ, quod rex Aethiopũ inuadebat terram*

✠

MORALITER.

3 *Aedificauit, &c:* Quia bonus prælatus nõ solum studet peccatorum origines obturare, sed etiam muros virtutum cardinalium reparare.

† *Et extruxit turres.* Per quas intelliguntur theologię virtutes cardinalibus supereminentes.

† *Et fo. alt.* Per quẽ intelligit̃ clausura honestatis ad p̃ximũ.

5 *Et fecit.* Omnis autẽ armatura vel ad sustinẽdũ vel ad inuadendum. Ad sustinendum aũt armat exercitiũ patientię. Ad inuadendum autem inimicum armat studium feruentis orationis, & prædicationis sanæ.

7 *Ac locutus, &c.* Armando sermonib. bonis populum suum exẽplo Iudæ Machabæi, de quo dicit̃ 2. Machab. 15. b. *Armauit singulos, non hasta & clypei munitione, sed sermonibus optimis.* ideo sequitur.

† *Confortatusq; est populus huiusmodi verbis Ezechiæ regis Iuda, &c.*

† *Ipse.* Etiã Ezechias & Esaias propheta pugnauerunt contra Sennacherib orationibus deuotis, sicut dicitur infra.

Orauerunt

in dominum Deũ Israel, & locutus est aduersum eũ. * Sicut dij gentiũ cæterarum non potuerunt liberare populũ suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populũ suum de manu ista. Insuper[1] & clamore magno lingua Iudaica cõtra populum qui sedebat in muris Ierusalem personabat, vt terreret eos & caperet ciuitatem. Locutusque est contra Deum Ierusalem sicut aduersum deos populorum terræ opera manuum hoĩum. Orauerunt igitur Ezechias rex & Isaias[2] filius Amos prophetes aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati

a ¶ Hæc in Esaia secundum planiciem historiæ plene glossauimus.

sunt vsque in cælum. † Et misit dominus angelum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principes exercitus regis Assyriorum. Reuersusque est cum ignominiam in terram suam.[3] Cumq; ingressus esset domum Dei sui, filij qui † exierant de vtero eius, interfecerunt eum gladio. Saluauitque dominus Ezechiã, & habitatores Ierusalẽ de manu Sẽnacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & † præstitit ei quietem per circuitũ. Multi etiã deferebant hostias, & sacrificia domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda, qui

a ¶ Hæc in libris Regum plenius scripta sunt.

exaltatus est post hæc coram cunctis gentib.* In diebus illis ęgrotauit Ezechias vsque ad mortem,[4] & orauit dominum. Exaudiuitq; eum, & dedit ei signum, sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit.[5] * quia eleuatum est cor eius,[6] & facta est contra eum ira, & contra Iudã & Ierusalem.[7] Humiliatusq; est postea,[8] eo quod exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quam habitatores Ierusalem, & idcirco non venit super[9] eos ira domini in diebus Ezechiæ. Fuit autem Ezechias diues & inclytus[10] valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti, & auri, & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum † magni pretij. Apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulasque pecorum, & vrbes ædificauit sibi, habebat quippe greges ouium, & armentorum innumerabiles, eo quod dedisset ei dominus substantiã multã nimis. Ipse est Ezechias,[11] qui obturauit † superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad Occidentẽ vrbis Dauid. In omnibus operibus suis fecit prospere quæ voluit. Attamen in legatione principum Babylonis, qui[12]

a ¶ Solis reditum signi ficat per decem lineas.

missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat

a ¶ Non, cohibuit, scilicet, per prophetam, ne ostenderet thesauros suos, & thesauros domus domini alienigenis.

b Occulta elatio mentis.

super terram, dereliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierẽt omnia[13]

---

a Reuersusque est cum ignominia, & cætera.

* Hieronym. Tradũt Hebræi illi caput & barbam rasum ab angelo in ignominiam, & hoc fuisse quod per prophetam Esaiã dictum est. In die illa radet nouacula acuta conducta in rege Assyriorum caput & barbã, &c. Quem cum eadem ignominia peruenisset ad templum Dei sui Nesrath, quẽ dicunt in reliquijs arcæ Noe culturam habuisse. Cum ergo quæreretur deprecans, cur se non adiuuisset, qui etiam filios suos Adramelech, & Sarasar sibi offerret, si hoc ille ratum duceret, illi hoc audientes post tot clades, ruinas, & ignominias, timentes ab eo interfici, interfecerunt eum.

b Attamen in legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod, &c.

* Comestor. Chaldæi vigebant in astronomia, nec poterant inuenire secundum artem suam quare dies fere in duplum protensa fuerat, tandem cum audierant hoc pro rege Ierosolymorum factum esse, miserunt ad eum vt sciscitarentur rei veritatem. Præterea Chaldæi adorabant solem, & miserãt regi munera, vt honorarent hominem, quem honoraue rat Deus eorum. Et lætatus est Ezechias in aduẽtu eorum, & iterum elatus est in animo suo, nec fuit in domo sua nec in omni potestate sua quod non ostenderet eis.

c Dereliquit eum Deus, vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius, & cætera.

* Hieronym. Quia non prohibuit ei per prophetam ostendere thesauros suos, sed thesauros domus domini, vnde & postea ab eodem propheta obiurgatus est.

Duo-

† In hunc loc. † 4. Reg. 19. g. Esai. 37. g. † egressi fuerant. † duxit eos de circuitu. i. duxit eos misericordia sua ne pauerẽ ab omnibus qui erant in circuitu. † concupiscibilium. † exitum. † propter principes. † 4. Reg. 20. a. Esa. 38. a. * dicens. * Ezechias.

NICOLAVS DE LYRA.

* ram suam, et sic fuit cõpulsus recedere de terra Israel ad bellãdum contra ipsum, et tunc misit literas cõminatorias Ezechiæ, qđ debellato rege Aethiopũ rediret ad expugnandũ Ierusalem. Sed hoc interponitur inter verba Rabsacis quasi chronice loquendo. Consequenter reuertitur scriptura ad verba Rabsacis, cum dicitur.

1 Insuper. *Et ista verba plenius continentur 4. Reg. 18. f. et g. Ex hoc autem loco dicitur communiter, quod iste Rabsaces erat apostata a fide conuersus ad Gentilitatem. Et dicunt aliqui, quod fuit filius Esaiæ.*

2 Orauerunt. *Posita blasphemia Sẽnacherib verbis et scriptis, hic consequenter describitur Dei vindicta ad preces Ezechię et Esaiæ, quæ plenius habentur 3. Re. 19. & similiter exercitus Sennacherib percussio, & ista fuerunt ibi diffuse exposita excepto quod sequitur.*

3 Reuer. est cum ign. &c. *cum paucis fugiendo. Aliqui autẽ exponunt: quod angelus percussit exercitũ Sennacherib, rasit caput & barbam ipsius Sennacherib, secundũ quod habetur Esa. 7. d.* In illa die radet dominus in rege Assyriorum caput, & barbam, *quod erat valde ignominiosũ in terra illa, et adhuc est. Sciendum ẽt, quod illa percussio Sennacherib et sui exercitus fuit per duos annos, postquã recesserat de terra Israel, mittens epistolas comminatorias Ezechiæ, vt dictum fuit plenius 3. Reg. 19. Cetera patent in litera.*

In

4 In diebus illis. *Hic consequenter describitur ipsius Ezechiæ mirabilis sanatio, cuius modus plenius habetur 4. Rg. 20. et ex dictis ibidẽ patet litera exceptis paucis, quæ sequuntur.*

5 Sed non iuxta beneficia. *scilicet, domino.*

6 Quia eleuatum. *istã sanationẽ pro magna parte suis meritis attribuens. Superbiuit etiam de hoc, quod rex Babylonis misit sibi literas et munera, et ex illa elatione ostendit eis omnes diuitias suas, thesauros, et secreta ad sui iactantiam.*

7 Et facta est contra eum ira. *scilicet, domini propter prædicta.*

8 Humiliatus, &c. *ad arguitionem Esaiæ prophetæ, vt habetur 4. Reg. 20. f. & Esai. 38. & 39.*

9 Et idcirco. *sed dilata fuit vsque ad tempus Sedeciæ.*

10 Fuit autem Ezechias diues. *diuitijs artificialibus, et naturalibus, et alijs ad magnificentiã regiam pertinẽtib. et patet litera vsq; ibi.*

11 Ipse est &c. *Gihon nomen fontis, ex quo fluebat riuus extra ciuitatem, cuius cursum impediuit Ezechias propter regem Assyriorum, vt prædictum est supra circa principium huius c.*

12 Attamen in lega. &c. vt interrogarent de portento. *i. de signo sibi dato de retrocessione solis, vt habetur 4. Reg. 20.*

13 Dereliquit eum, &c. *non preseruando eum ab elatione, vt dictum est supra. Sequitur.*

Et

MORALITER.

2 *Orauerunt autem.* Et sic exercitus Sennacherib ab angelo domini fuit percussus, sicut subditur.

† *Et misit dominus.* Per quod significatur, qđ orationibus deuotis boni prelati qui per Ezechiã, & boni religiosi qui per Esaiam, significantur, demonum exercitus debellantur.

4 *In diebus illis ægro. &c.* Require expositionem mysticam huius quarti Regum vigesimo capite.

† Regna-

A quæ erant in corde eius. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum eius, scripta sunt in visione Isaiæ filij Amos prophetæ, & in libro Regum Iuda, & Israel. Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & sepe- 1

D ¶Quia sepulchrum eius excelsius ex prærogatiua meriti & pietatis.

lierunt eum super sepulchra filiorum Dauid, & celebrauit exequias eius vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem. † Regnauitque Manasses filius eius pro eo. †4.Reg.21.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et sepelierūt super sepulchra filiorū Dauid, & celebrauit exequias,&c. *idest, in loco solenniori et celebriori propter bona, quæ fecerat, licet in aliquibus deliquisset.*

MORALITER.

† *Regnauitq;*.s.Ezechię.Per Manasse q obliuio iterptat̄, filiꝰ prodigus suæ virtutis & famę signatur, q, bonæ doctrinæ patris sui carnalis vel spūalis oblitus, ad mala puertit, iō subdit.

ADDITIO.

In c.32.vbi dicitur in postil.Ex hoc autem loco dicitur,&c- Ex hoc aūt q, Rabsaces loquebat̄ lingua Iudaica, nō hꝫ qđ fuisset apostata a fide Iudeorū.Multi.n.loquunt̄ lingua Saracenicā, q nō sunt Saraceni,&c. Iste.n. Rabsaces Syriacā linguam sciebat, vn̄ ei dicebatur a nuntijs Ezechiæ, vt eisdem loqueretur Syriace, vn̄ nullum fundamentum hꝫ in litera ad hoc, qđ Rabsaces fuisset apostata a fide Hebræorū, & multo minus qđ fuisset filius Isaiæ, & iō talia secundum sententiā Aug. eadem facilitate contemnuntur, qua approbantur.

CAP. XXXIII.

Dvodecim annorū erat Manasses, cū regnare cœpisset, & quinquagintaquinq; annis regnauit in Ierusalē. Fecit aūt malū corā dn̄o, iuxta abominationes gētiū, quas subuertit dn̄s corā filijs Israel. Et conuersus instaurauit excelsa, q demolitus fuerat Ezechias pater eius. Construxitq; aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit oēm militiā cæli, & coluit eā. Aedificauit quoque altaria in domo dn̄i, de qua dixerat dn̄s, in Ierusalem erit nomē meum in æternum. Aedificauit aūt ea cuncta exercitui cęli in duobus atrijs domus domini. Transireque fecit filios suos per ignem in valle Benennon. Obseruabat † somnia, sectabatur auguria maleficis artibus inseruiebat Habebat secum magos & incantatores, multaq; mala operatus est coram dn̄o, vt irritaret eum. sculptile quoq; & conflatile signum posuit in domo Dei, de qua locutus est dn̄s ad Dauid & ad Salomonem filium eius, dicens. In domo hac, & in Ierusalem quā elegi de cūctis tribubus Israel, ponā nomen meū in sempiternum, & mouere non faciā pedem Israel de terra, quam tradidi patrib. eorum. Ita duntaxat si custodierint facere quæ præcepi eis cunctamq; legem, & † ceremonias atq; iudicia, quæ mādaui per manū Moysi. Igitur Manasses seduxit Iudā, & habitatores Ierusalē, vt facerent malum super oēs gentes, quas subuerterat dominus a facie filiorum Israel. Locutusq; est dominus ad eum, & ad populū illius, & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorū.

CAP. XXXIII. a Dvodecim annor. ✠ Hieron. [In hunc loc.] Tradūt Hebræi Manassen filiū fuisse filiæ Isaię, & ideo in hoc loco, quanquam nomen matris scribatur, patris tamen illius nō scribitur, qa indignus erat profanus rex tanto auo. Tradunt quoque idcirco occisum Esaiā, eo quod eos appellauerit principes Sodomorum. Et quia dixerit. Vidi dominum sedentem, cum per Moysen dictum sit, *Non videbit me homo, & viuet.* [† tempora.]

b *Adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam.* ✠ Idem. Duodecim signa quæ in Zodiaco sunt.

✠ Chrysostom. [Homil.1.in Mat.op. imperf.] Manasses interpretatur, ex obliuione. Prouidentia autem Dei dispensauit sic eum vocari, quia oblitus fuerat omnē conuersationē patris sui sanctā, & omnia beneficia Dei pro merito eius collata i ipsū. & stimulatus ab insurgēte diabolo, gesturus omnia, quę Deū ad iracundiam prouocarent. Denique cum ęgrotasset Ezechias, & venisset Esaias ad eum visitandū, vocauit Ezechias filiū Manasse, & cępit ei mandare quod debebat Deū timere, & quomodo regere regnum, &c. Et dixit ad eum Esaias. Vere non descedūt verba tua in cor eius, sed & meipsum oportet p manū eius interfici. Qđ audiens Ezechias, volebat filium suū interficere, dicens, quia melius est sine filio mori, quam talem filium relinquere, qui & Deum exasperet, & sanctos eius persequatur. Tenuit autem eum vix Esaias, vidēs Ezechias religionē, qa plus amabat Deum quam filium suum. Qui

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXIII.

1 Dvodecim ann.&c. *Hic consequenter describitur tēpus ipsius Manasse, et secundo sub ipso tēpus Amon filij sui, quia pauca de eo dicitur, ibi.* Dormiuit autem. *Circa primū primo describitur ipsius Manase multiplex puaricatio, secūdo eius emēdatio, ibi.* Idcirco superinduxit. *tertio recapitulatio, ibi.* Reliqua autem. *Sententia autem primæ partis patet ex dictis 4.Reg.21.exceptis quæ sequuntur.*

2 Obseruabat somnia. *quorum aliqua erant vana, aliqua a dæmonibus immissa, et diuinare de futuris per talia illicitum est, vt dictum fuit plenius de ista materia Gen.41.*

3 Sectabatur,&c. *idest, diuinationes per garritum et volatū auiū.*

4 Maleficis art. *quærendo responsa dæmonum per magicas artes.*

5 Hēbat se.ma. *diuināntes p astra, vltra q̄ se extēdat virtus constellationis.* 6 Et incantatores,&c. *sensus hominum illudentes.*

7 Locutusque est dominus. *misericorditer reuocando.*

8 Et attendere. *ex quo patet eorum obstinatio.*

9 Idcirco. *Hic consequenter describitur ipsius Manasse emendatio, flagellatione sibi intellectum præbente, cum dicitur.*

10 Superinduxit eis. *secundum Iosephum et alios expositores cōtra Manassen venit rex Babylonis, vnde subditur.*

MORALITER.

1 *Duodecim.* Sequitur. † *Instaura.* Per q̄ signantur supbiæ peccata, q̄ hoiem eleuāt indigne, vt postea corruat maligne

† *Construxit.* Baal autē deuorator interpretat̄, & sic Baalim, quod est plurale huius nominis Baal, deuoratores signat, pp quod per Baalim signantur peccata gulæ, quæ in comessationibus & potationibus excessiuis consistunt.

† *Et ado.* Per qđ signat̄ conatꝰ ad magna statui suo indecētia.

† *In duobus aliis.* Volēs clericis & laicis tyrannice dominari.

† *Transireq;.* Per istum transitum intelligitur nutritio filiorum in igne concupiscentiæ carnalis & mundanæ.

2 *Obseruabat somnia.* sequendo falsa consilia mala.

3 *Sectabatur.* adulatorib. assentiendo & maleficis credendo.

† *Sculptile.* Hoc aūt moraliter facit, qui hominem vita vel scientia carentem, in ecclesiastica dignitate ponit.

† *Igitur Ma.* Per qđ significatur illius malitia, cui nō sufficit, quod sit malus in se, sed alios nititur ad suā malitiā trahere.

7 *Locu.est.* s. per prophetas p quos signatur prædicatores nouæ legis, qui principes & populares constāter arguūt de prędictis & cōsimilibus peccatis. 8 *Et atten.* Per qđ signantur illi, qui prædicationes & admonitiones bonas cōtemnunt.

9 *Idcirco.* quia dominus tales rebelles veritati aliqñ punit exterius

Ceperuntque Manassen †, & catenis vinctum, atque compedibus duxerunt in Babylonem. † Qui postquam coangustatus est, orauit dominum Deum suum, & † egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecrauit intente, & exaudiuit orationem eius. Reduxitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses, quod dominus ipse esset Deus. Post hæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad Occidentem Gihon, in conualle ab introitu portæ piscium per circumitum vsque Ophel, & exaltauit illum vehementer. Constituitque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, & abstulit deos alienos, & simulachrum de domo domini. Aras quoque quas fecerat in monte domus domini, & in Ierusalem, & proiecit omnia extra vrbem. Porro instaurauit altare domini, & immolauit super illad victimas, & pacifica, & laudem. Pręcepitque Iudæ, vt seruiret domino Deo Israel. Attamen populus adhuc immolabat in excelsis * domino Deo suo. Reliqua autem gestorum Manasse, & obsecratio eius ad Deum suum, verba quoque videntium quæ loquebantur ad eum in nomine domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel. Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata, atque † contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas, antequam † ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozia. Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo † sua. Regnauit pro eo filius eius Amon. Vigintiduorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset, & duobus annis regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in conspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius. Et cunctis idolis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit atque seruiuit, & non est reueritus faciem domini, sicut reueritus est Manasses pater eius, & multo maiora deliquit. Cumque coniurasent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua. Porro reliqua populi multitudo cæsis his qui Amon percusserant, constituit regem Iosiam filium eius pro eo.

a *Qui postquam coangustatus est, &c.* ✠ Chrysost. Erat ligatus & catenatus in domo carceris, & dabatur ei panis hordeaceus ad mensuram modicus, & aqua cũ aceto modica, vt viueret tantum, & erat constrictus ĩ doloribus valde. ✠ Hieron. Dum in Babylonem ductus fuisset, & in vase æneo perforato missus, admoto igni, inuocauit omnia nomina idolorum quæ colebat, & cum nõ fuisset ab eis exauditus, neque liberatus, recordatũ fuisse quod a patre crebro audierat: Cum inuocaueris me in tribulatione, & cõuersus fueris, exaudiam te. ✠ Glycas: Diuinus ille Anastasius commemorat, accepta haud dubie huiusmodi narratione quibusdam ex historicis, Manassen in animal quoddã æneum a rege Babylonio conclusum fuisse, in quo, deinceps Deum agnouit, & carmen illud suũ cecinit. Quapropter diuina vi simulacro rupto angelus eũ Hierosolymã reduxit, vbi deinceps in ante actorum penitẽtia vixit, & priora delicta emendauit. Tot autẽ tantaq; facinora Manasses patrauit, vt diuinus ille Anastasius dicere nõ dubitauerit. Si Manassẽ Deus seruauit, equidem ausim dicere, quod etiam diabolũ ipsum seruaturus fuerit, si reuerti ad Deum voluisset. ✠ Ambrosius. Congruo correptus flagello conuertitur, & Deum in pœna constitutus agnouit, quem in regno positus antea nõ quæsiuit. Profuit afflictio desperato, & correcta est in agnitione de stimulo correctionis improbitas. Fuit vindicta illa mẽtis perditæ medicina, & multum salutis contulit castigatio, quæ ideo verberauit impiũ, vt Deo faceret acceptum quẽ diabolus per impotentiam fecerat alienũ. Animæ sanitati profuit, quod inflictum fuerat vanitati, &c. Peccatum suum fleuit et diluit, & lachrymis tersit, quod nefas infecerat. Orauit conscius reatus sui, & veniã meruit satisfactione mercari. ✠ Hebræi. Reperitur egisse penitentiam trigintatrib. annis ante obitum suum.

b *Et egit penitentiam valde coram Deo patrum suorum.* Rabbanus. Audita pœnitentia Manasse nemo debet de Dei misericordia desperare, sed magis p penitentiam de venia pręsumere.

Homil. 1. in Matth. — † in abditis. — In hũc locum. — † vel exaudiuit eum. — † humiliauit se valde. — Deut. 4. — Ann. part. 3. — † præuaricatio — † humiliauit se ante & inf. — Lib. de pœn. cap. 15. — † 1. q. 7. c. 2. ser. scio Manassen. De pę. di. 2. c. si enim ante si. ver. Manasses. — * duntaxat. — † Humiliaret se. — † Dauid. — Seder Olam cap. 24.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Duxerunt eum. *Dicendum quod monarchia Assyriorum iam pro parte magna defecerat, quia iam Medi et Babylonij recesserant ab ea, secundum quod dicit Iosephus & alij historiographi, & ideo qd dicitur hic.* Superinduxit. *referẽdum est hoc ad tempus præteritum, idest, ad eos qui solebant esse principes, quando rex Babylonis erat ei subditus, quia tunc rex Babylonis cum maioribus regni sui erat de exercitu regis Assyriorum.*

2 Deprecatusque. *dicitur autem obsecratio deprecatio per rem sacram, sicut in fine orationum ecclesiæ dicitur communiter: Per dominũ Iesum Christum, & c. vt per sanctitatem ipsius obtineamus, qd obtinere nostris meritis non valemus, & sic orabat Manasses, vt per diuini nominis sanctitatem impetraret remissionem.*

3 Et cogno. *per experientiã suæ flagellationis & liberationis, sicut scriptũ est Iob quinto ca. Ipse vulnerat & medetur: percutit & manus eius sanabunt.*

4 Post hæc. *scilicet post reuersionem suam de captiuitate.*

5 Ad oc. *Gihon est fons existens in parte Occidẽtali ciuitatis Dauid.*

6 Aras quoque. *idest, in monte Moria, in quo erat templum.*

7 Porro instau. *quod erat destructum & prophanatum.*

8 Pręcepitque. *& sic patet emendatio Manasse in spiritualibus & temporalibus, quantum ad personam propriam & subditos.*

9 Reliqua. *Hic ponitur recapitulatio, & patet litera vsque ibi.*

10 In ser. *patet quod iste liber apud nos non habetur: quia ista 4. lib. Reg. non ita exprimuntur, vt hic dicitur, & eodem modo dicendum de hoc quod sequitur* Scriptu. *Sequitur.*

11 Dormiuit ergo. *Hic consequenter agitur de factis ipsius Amon filii Manasse, & patet sentẽtia ex dictis 3. Re. 12. g. excepto qd sequitur.*

12 Et non est. *in hoc enim defecit a bonitate patris sui: quia non pœnituit sicut ipse.*

CAP.

MORALITER.

† exterius graui pena, & quoniã inflicta vexatio aliquãdo dat intellectum, et sic qui prius erãt rebelles, concipiũt spiritum veræ penitentiæ reuertentes ad Deum, ideo subditur.

3 *Et cognouit.* In quo Manasses figurã gessit cuiuslibet magni peccatoris ad Deum veraciter reuertentis.

† *Constituit.* Per quos significatur, qd vere reuertens ad Deũ per penitentiam, quanto commisit peccata grauiora, tanto conari debet ad faciendum opera meliora.

11 *Dormiuit.* Per quod significatur, quod peccator quantũcunque magnus, si vere pœniteat, & in bono terminet vitã suam, finaliter consequitur vitam beatam.

† *Regnauitq; pro eo.* de quo subditur.

† *Fecitq; ma.* Et sic secutus eum in malis, sed non in bonis quia per pœnitentiam non rediit ad dominum sicut pater eius, ideo subditur.

12 *Et non est.* Propter quod per istum Amon significant illi qui mala patrum suorum vt rapinas & huiusmodi quasi pro iure hereditario volunt sequi, sed bonos eorum actus nolunt aliqualiter imitari.

CAP. XXXIIII.

a ✝Octo annorum erat Iosias, cum regnare cœpisset, & triginta & vno anno regnauit ĩ Ierusalē, Fecitq; quod erat rectum in cōspectu domini, & ambulauit in vijs Dauid patris sui. Nō declinauit neque ad dextram neque ad sinistram. Octauo aũt anno regni sui, cum adhuc esset puer cępit quærere Deum patris sui Dauid. Et duodecimo anno postquam regnare cœperat, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrisq;, & sculptilibus. Destruxerunt coram eo aras Baalim, & simulachra quæ superposita fuerant demoliti sunt, lucos etiã, & sculptibilia succidit, atque comminuit, & super tumulos eorum, qui eis immolare consueuerant, fragmenta dispersit. b Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum. Mundauitq; Iudam & Ierusalem, sed & in vrbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon vsque Nephtali cuncta subuertit. Cumq; altaria dissipasset, & lucos, & sculptibilia contriuisset in frusta, cũctaq; delubra demolitus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalē. Igitur anno decimooctauo regni sui mundata iam terra & templo domini, misit Saphan filium Eseliæ & Maasiam principem ciuitatis, & Ioha filiũ Ioachaz a commentarijs, vt instaurarent domum domini Dei sui. Qui venerunt ad Helciam sacerdotem magnum, acceptamq; pecuniã ab eo quæ illata fuerat in domum domini, & quam congregauerant Leuitę & ianitores de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israel, c ab omni quoque Iuda & Beniamin, & habitatoribus Ierusalem, tradiderunt in manibus eorum qui præerant operarijs in domo domini, vt instaurarent templum, & infirma quæque sarcirent. At illi dederũt eam artificibus & cæmentarijs, vt emerent lapides de† lapicidinis, & ligna ad commissuras ædificij, & ad cōtignationem domorum, quas destruxerant reges Iuda. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantium Iahath & Abdias de filijs Merari, Zacharias & Mosollam de filijs Caath, qui vrgebant opus: omnes Leuitæ scientes organis canere. Super † eos vero qui ad varios vsus onera portabant erant scribæ & magistri de Leuitis ianitores. Cumque efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum domini, reperit Helcias sacerdos librum legis domini, qui datus fuerat per manum Moysi, & ait ad Saphan scribam: Librum legis inueni in domo domini. Et tradidit ei. At † ille intulit volumen ad regem, & nuntiauit ei dicens. Omnia quæ dedisti in manu seruorum tuorum ecce complentur. Argentum quod

(Margin: 1, 2, 3, 4, 5; †excisos. †baiulos & sollicitatores, &. †Saphan.)

CAP. XXXIIII.

a *Octo annorum erat Iosias &c.* ✱ Chrysost. Iosias interpretatur, vbi est hostia dño, aut salus domini. Forsitã Amos secũdũ cor suum auersum, vocauit filium suum, vbi hostia domino, aut, salus domini est, hoc est, quia nusquam est, neque prodest. Prouidentia autē Dei secũdum quod futurum erat Iosias, dispensauit nomen ei imponi, vbi est hostia domino, quoniã vere in illo fuit hostia domini. Tale enim obtulit sacrificiũ domino Deo, quale nec ante eum aliquis regum, nec post eum. Et ipse fuit hostia Deo, secundum quod mandat Apostolus. *Vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuam, &c.* Et ipse fuit populi sui in tempore suo a domino salus. Vide qualis fuerit, vt etiam ante multas generationes nascituri eius nomen prophetaretur.

(Margin: Homil. 1. in Matth. op. imperf. — †4.Reg.c.23. & 24. — Rom.12. — 3.Reg.13.)

Rabbanus. b *Ossa præterea.* Ideo combussit sacerdotes in altaribus idolorũ, vt ostenderet, quia funesta erant eorum sacrificia qui non solum pecudum hostias dæmonijs offerebant, sed & seipsos idololatriæ tradebant. Hic significat omnes qui diaboli seruitio mãcipati vitam sacrilegã tēporaliter finierãt, æternis cruciatibus consumēdos pro cuiusq; merito.

✱ Bed. Iosias longe laudatissimus quantumuis puer, Iudeã, Ierusalem, & omnem sibi subiectã regionē ab idolis & excelsis purgauit, aliasq; abominationes a Iuda abstulit, et fecit omnes qui residui erant in Israel seruire domino suo. Cunctis diebus eius non recesserunt a domino Deo patrum suorum.

(Margin: In 2.ca.Isa. — Quæst.56.in 4.Reg.)

✱ Theodor. Quomodo enim Amos & Manasses inclinarunt populum ad impietatem, & lucos plantantes, & tēpla dæmonibus excitantes ita Iosias cum esset rex pius, vasa quæ constructa fuerãt Baali, & Astarte, & cæteris idolis contriuit, & conflauit in torrente Cedron, in Bethel autem interfecit sacerdotes idolorum.

c *Et habitatorib. Ierusalem, &c.* ✱ Hieron. Dimidiam tribũ Manasse dicit, qui plerumque, in tribu Beniamin cōputatur.

✱ Comest. Postquam principes eius scrutati sunt vrbes & villas, inde scrutati sunt domos ne quid latenter maneret suspectum in illis. Misitque in totam prouinciam vt deferrent ad reparationem tēpli munera pro sua voluntate vnusquisque. Et proposuit huic operi Helchiam sacerdotem magnum, & Amasiam qui erat super ciuitatem, & Saphan scribam, & facta est reparatio templi.

(Margin: In 4.Reg.)

Tradidit

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXIIII.

1 Octo annorum. *Hic cōsequēter agitur de tēpore Iosiæ. Circa quod primo describit diuini cultus restauratio, secũdo phase celebratio. cap. se. tertio ipsius Iosiæ mors et tumulatio, ibi.* Postquã instaur. *Circa primũ describit primo idololatriæ destructio, secũdo tēpli domini reparatio ibi.* Igitur 18. ann. *Sententia autē primæ partis patet ex dictis 4.Reg.23. vbi ista destructio idololatriæ facta per Iosiam diffusius describitur, excepto quod sequitur.*

2 Cuncta delubra demo. *Dicitur autem delubrũ a deleo, deles, & vmbra, bræ, quasi delens vmbram peccatorum, & hoc fit secundum veritatem in templo ecclesiæ per sacramentorum administrationem, secundum æstimationem vero falsam & erroneam Gentilium hoc fiebat in templis idolorum de quibus est hic sermo.*

3 Igitur anno deci. *Hic consequenter describitur templi dñi reparatio, & diuiditur in duas, in partem principalem et incidentalem, secunda, ibi.* Cumque efferrent pecuniam. *Sñia primæ partis patet ex dictis 4.Reg.22. prope prin. nisi quod aliqua nomina propria ibi tacentur, quæ hic exprimũtur, et econuerso, & aliqua ēt variantur, quia sicut frequenter dictum est, nomina propria Hebraica frequenter variãtur sicut & Latina, per ista tamen non mutatur sententia.*

4 De Manasse & Ephraim. *Aliqui .n. fugitiui euaserãt de captiuitate decē tribuum, et illi iũxerunt se regno Iudæ subijciētes se ipsi Iosiæ, et simul captiuati fuerunt cũ captiuitate Ierusalē tēpore Sedecię.*

5 Cumque effer. *Hæc est pars incidentalis, quia cum acciperet pecunia q̃ erat in domo domini inuētus fuit ibi liber absconditus, quē misit Helcias sacerdos regi, qui cum legeretur corã eo, timuit rex diuinum iudiciũ, et secundo super hoc requisiuit diuinũ cōsilium, ibi.* Et præcepit Helciæ, *et tertio renouauit fœdus inter Deum, & se, & populũ, ibi.* At ille conuocatis vniuersis. *Sententia autem istarum partiũ patet ex dictis secundi Reg.22.d. vsque ad finem cap.36.*

☞ CAP.

MORALITER.

1 *Octo an.* Expositio mystica ca. huius & duorum sequentium posita est 4.Reg.22.cap.& 23. & 24. Oratio vero Manasse, quæ poni solet in fine huius lib. moralis est secundum sensum literalem, & ideo non indiget alia moralitate, nisi quod in ea orandi deuote vere pœnitentibus forma datur.

A repertum est in domo domini, conflauerunt. Datumque est præfectis artificū & diuersa opera fabricantium. Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librū. Quem cum rege præsente recitasset, audissetq; ille verba legis, scidit vestimēta sua, & præcepit Helciæ, & Ahicā filio saphan, & Abdon filio Micha, saphan quoque scribæ & Asaiæ seruo regis dicens. Ite, & orate dominū pro me, & pro reliquis Israel, & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius qui repertus est. Magnus enim furor domini stillauit super nos, eo quod nō custodierint patres nostri verba domini, vt facerent omnia, quæ scripta sunt in isto volumine. Abijt ergo Helcias & hi qui simul a rege missi fuerant ad Oldam prophetidem

a ¶ Quem Hebræi autumant auunculum esse Ieremiæ patrem Ananeel.

vxorē sellum filij Thecuath, filij Hasra custodis vestium, quæ habitabat in Ierusalem

a ¶ Scilicet, muri parte, pro quo vetus editio habet in Massena quasi nomen loci, Massena quippe interpretatur secunda.

in secunda, & locuti sunt ei verba quæ supra narrauimus. At illa respondit eis. Hæc dicit dominus Deus Israel. Dicite viro qui misit vos ad me: Hęc dicit dominus. Ecce, ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius. C Cunctaque maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda, quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. D Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. Ad regem autem Iuda qui misit vos pro domino deprecando, sic loquimini. Hæc dicit dominus Deus Israel: Quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Dei super his quæ dicta sunt contra locum hunc & habitatores Ierusalem. Reueritusque faciem meam scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, ego quoque exaudiui te, dicit dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. E Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. † At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, ascendit in domum domini. (†4. Reg. 24. a.) Vnaque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes, & Leuitæ, & cunctus populus a minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo domini, legit rex omnia verba voluminis, & stans in tribunali suo percussit fœdus coram domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin, & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactum domini Dei patrum suorum. Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire domino Deo suo. F Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt a domino Deo patrum suorum.

a *Tradidit mihi Helcias hūc librum, &c.* ✠ Comestor. Cum Helcias diligenter omnia scrutaretur, inuenit librū Mosi in tēplo. Forte aperuit arcā, & inuenit Deuteronomium quē Moses reponi fecerat in arcā, & misit eum ad regem per manum Saphā scribæ. Qui cum legisset, scidit rex vestimenta sua. Audiuit enim maledi- B ctiones scriptas in trāsgressores legis, & crebras cōminationes Dei, quod si frequerentur idola, eijceret eos de terra quam dederat eis, sicut eiecerat Amorrhæos a facie eorū. Et mirabatur quomodo adhuc essent in terra illa, & verebatur imminere captiuitatem.

(In hunc loc.) b *Ad Oldam prophetidem, &c.* ✠ Hieron. Holdam vxor fuit Sellum auūculi patris Ieremię, & patris Ananeel. Habitabat in secunda. Locus erat Ierosolymitanus extra murum, idest, inter murum ciuitatis, & antemurale, qui vocabatur secūda, cuius mentio fit in Sophonia propheta. (Cap. 1.)

CAPVT XXXV.

(Rabbanus.) a *Fecit autem Iosias in Ie. &c.* Admonemur, vt purgemus primum terram cordis ab oībus vitijs sicque pascha domino celebremus, *non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azimis syncaritatis & veritatis.* (1. Cor. 5. c.)

CAP. XXXV.

1 Fecit autem Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatum est decimaquarta die mensis primi, 2 & constituit sacerdotes in officijs suis. Hortatusq; est eos, vt ministrarent in domo dñi. Leuitis quoq; ad quorum eruditionem oīs Israel sancti-

(Mystice.) Mystice autem Iosias, id est, fortitudo domini Christum significat, de quo legitur. *Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio.* (Psal. 23. b.) Inter-

---

NICOLAVS DE LYRA.

(Diuisio.) 1 Fecit autem Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatum est decimaquarta die mēsis primi. *Hic cōsequēter describitur phase celebratio, et primo ponitur ad hoc debita præparatio, secundo deuota executio, ibi.* Pręparatumque est ministerium.

2 Et constituit sacerdotes in officijs suis. Hortatusq; est &c. *Vt debite se præpararent ad hoc quod deuote celebrare possent solennitatem paschæ.*

Ponit

Interpretatur etiam Iosias salus domini, & *Christus saluum facit populum suum a peccatis eorum.* Ipse zelo Dei mundat terrã Iuda & Ierusalẽ ab omnibus immũditijs, qui per prophetam dixit: *Zelus domus tuæ comedit me.* De quo alibi: *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream.* hic celebrat verum phase 18. anno regni sui: quia octaua ętate generali resurrectione donata, sanctos suos cum perfectione bonorum operum perducit ad æternæ beatitudinis denarium, eiectis prius omnibus scandalis de regno eius.

(Matth. 1. d. — Psal. 68. b — Matt. 3. c.)

a *Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel.* Tradunt Hebręi arcam tempore Achaz de templo fuisse elatam, simulacris ab eo in templo missis, & in domum Sellũ viri Oldę auunculi Ieremiæ fuisse traductam. Nõ enim poterat esse simul cũ simulacris.

A B C

ficabatur domino, locutus est: a Ponite arcã in sanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel. [1] Nequaquam enim eam vltrà portabitis. Nunc ergo ministrate domino Deo vestro, & populo eius Israel, [2] & præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit Dauid rex Israel, [3] & descripsit Salomon filius eius. Ministrate in sanctuario eius ꝑ familias turmasque Leuiticas, & sanctificati immolate phase. Fratres etiam vestros, vt possint iuxta verba quæ locutus est dominus in manu Moysi facere, præparate. Dedit [4] præterea Iosias omni populo, qui ibi fuerat inuentus in solẽnitate phase, agnos [5] & hędos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia. Hæc de regis vniuersa substantia. Duces quoque eius sponte quod † vouerant, obtulerunt tam populo, quàm sacerdotibus, & Leuitis. Porrò Helcias, & Zacharias, & Iahiel principes domus do[6]mini dederunt sacerdotibus ad faciendum phase, pecora commistim duo millia sexcenta, & boues trecentos. Chonenias aũt & Semeias etiam, & Nathanael fratres eius, necnon Halabias, & Iahiel, & Iozabad, principes Leuitarum, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum phase, quinque [7] millia pecorum & boues quingentos. Præparatumque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo, Leuitæ quinque in turmis iuxta re[8]gis imperium, & immolatum est phase. Asper[9]seruntque sacerdotes manus suas sanguine, & Le[10]uitæ detraxerunt pelles holocaustorum, & separauerunt ea, vt darent per domos & familias singulorum, & offerrentur domino, sicut scriptum est in libro Moysi. De bobus quoque fecerunt si[11]militer, & assauerunt phase super ignem iuxta qđ [12] in lege præceptum est. † Pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, cacabis, & ollis: & festinato distribuerunt vniuersæ plebi: Sibi autem & sacerdotibus postea parauerunt. Nam in oblatione holocaustorum, & adipum vsque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati. Vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis. Porrò cantores filij Asaph stabant in ordine suo iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Hemã, & Idithun, prophetæ regis Dauid. Ianitores verò per portas singulas obseruabant: ita vt nec puncto quidem discederent a ministerio. Quamobrem & fratres eorum Leuitæ præparauerunt eis cibos. Oĩs igitur cultura domini ritè completa est in die illa, vt facerent phase, & offerrent holocausta super altare domini iuxta præceptũ regis Iosiæ. Feceruntq; filij Israel qui reperti fuerãt ibi phase

(† volebant. — commistum. — † Sancta quoque)

D E F

NICOLAVS DE LYRA.

1. *Ponite ar.* Libro de Hebraicis quæstionib. dr̄, quod tẽpore Achaz qui posuit idola in tẽplo, arca fuit inde amota, quæ non debebat esse cum idolis, & fuit transportata in domũ Sellum mariti Oldæ prophetissę. & ibi mãsit vsque ad tẽpus Iosuę, Glossa vero Hebraica dicit, quod nõ fuit portata extra templum, sed quia Manasses posuit idolum in domum domini, vt habetur supra 33. ideo voluit eũ ponere in loco honorabiliori. s. vbi erat arca, & arcam fecit trahi ad partem quasi minor cederet maiori: sed Iosias fecit eam in loco suo reponi: Sed vtrunque dictum videtur in aliquo dissonare a veritate, si enim fuisset transportata tempore Achaz, non est verisimile, quia, Ezechias filius eius, qui templum fecerat purgari, & maximus zelator fuit cultus diuini, vt patet ex præcedentibus, fecisset eam tempore suo reportari. Similiter si per Manassen fuisset tantũ tracta ad partem intra templum, Iosias non dixisset Leuitis: *Poni. arcam.* prout hic dicitur, quia Leuitæ nõ poterant ingredi illã partẽ templi, sed sacerdotes tantum. Et ideo probabilius videtur dici, quod tempore Manasse fuit portata extra templum & non ante: & tempore Iosiæ per Leuitas fuit reportata vsque ad templi ingressum, & inde per sacerdotes fuit in loco suo reposita.

2. *Nunc ergo.* quasi dicat ex quo arca erit in loco suo & illa quæ pertinent ad Dei cultum reparata, vos non habebitis alios labores nisi solum ministrare domino.

3. *Sicut præ.* Contrarium videtur sup. pri. lib. 28. vbi dr̄, quod Dauid dedit filio suo descriptionem porticus; & templi, & omnium aliorum ad ministerium templi pertinentium. Dicendum, quod Dauid dedit hoc primo disponendo, sed Salomon dedit istam descripitionem alijs, patris voluntatem exequendo.

4. *Dedit, &c.* hoc est ad faciendum solennitatem phase.

5. *Agnos &c.* quia tam agnus quam hędus poterat immolari in solennitate paschali. Exo. 12. Cætera patent vsque ibi:

6. *Dederunt sacerdotibus ad facien.* idest, communiter, quia isti prę nominati simul iuncti dederunt ista.

7. *Præpara.* Descripta prę paratione debita ad solennitatem paschalem, hic consequenter ponitur executio deuota, cum dicitur: *Et steterunt.* & patet litera vsque ibi.

8. *Asperseruntque.* qui ab eis effundebatur super altare.

9. *Et Leui.* licet enim hoc pertineret ad officium sacerdotũ, vt habetur in Leu. tamen in necessitate propter multitudinem victimarum Leuitæ poterant eos adiuuare sicut dictum fuit supra 39.

10. *Et sepa.* Ex hoc patet, quod nõ erant holocausta proprie dicta quę totaliter incenduntur, sed large, eo quod aliqua pars in altari cremabatur.

11. *Simi. assa.* iuxta quod in lege scriptũ est Exod. 12. d. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni.*

12. *Pacificas.* quarum maior pars cedebat in vsum offerentium. Cętera patent vsque ibi.

Non

a *Non fuit ph. ise.* ✠ Hieron. Quia omnes qui inuenti sūt in illa festiuitate, ibi septē diebus cōmorati sunt, & oues sufficienter de regis substantia, & de ijs quę supra memorata sunt, epulati sunt.

Li. 2. Off. c. 3. ✠ Ambros. Fidem diligite, quoniam per fidem & deuotionem Iosias magnum sibi ab vniuersis amorem acquisiuit. quoniam celebrauit pascha domini, cum esset annorū decem & octo, quemadmodū nemo ante eū. Zelo itaq; vt vicit superiores, ita & vos filij zelum Dei sumite. Exquirat vos Dei zelus, & deuoret, vt vnusquisque vestrū dicat: Exquisiuit me zelus domus tuæ.

Jo. 2. Psal. 68. † De pœn. di. 2. c. si enim.

Quia ablatis figuris in die iudicij, transibunt sancti de morte ad vitam, de corruptione ad gloriam, & in conspectu conditoris sui in cœlesti Ierusalem in æternum gaudebunt: quia videbit Deus deorum in Sion: qa mirificauit misericordiam suam in ciuitate munita.

Psal. 83. b.

a phase in tempore illo, & solennitatem azymorū septem diebus. Nō[1] fuit phase simile huic in Israel a diebus Samuelis prophetæ, sed nec[2] quisquā de cunctis regibus Israel fecit phase sicut Iosia † sacerdotibus,[3] & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat,[4] & † habitantibus in Ierusalem. Octauodecimo anno regni Iosiæ hoc phase celebratum est postquam instaurauerat Iosias templū,[5] ascēdit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphratem, & processit in occursum eius Iosias. At ille missis ad eum nuntijs ait: Quid mihi & tibi

a ¶ Regis. s. Adremon filij Thabrimon qui regnabat in Charcamis, quem eodem tempore, quo & Iosiam Nechao interfecit.

est rex Iuda? Non aduersum te hodie venio, sed contra aliam domum b pugno, ad quam Deus festinato me ire præcepit. Desine aduersum Deum facere, qui mecum est: ne interficiat te. Noluit Iosias reuerti, sed † præparauit contra eum bellum. Nec acquieuit sermonibus Ne- c chao ex ore Dei: verum perrexit, vt dimicaret in campo Mageddo, ibique vulneratus a sagittarijs, dixit pueris suis: † Educite me de prælio, quia oppido vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in[6] alterum currum, qui sequebatur eum more regio, & asportauerunt eum in Ierusalem. Mortuusque est, & sepultus in mausoleo patrū suo- d rum, & vniuersus Iuda,[7] & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maximè,[8] † cuius omnes cantores, atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosiæ, & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt domini, opera quoque illius prima, & nouissima scripta sunt in libro Regum Iuda, & Israel.

† & sacerdotes, & Leuitæ, & omnis Iuda.

† De pœn. di. 2. c. si enim. — more regio.

† habitatores

† mutauit se vt pugnaret contra eum.

b *Ad quam Deus.* Quia ex verbis Ieremię, & aliorum prophetarum potuit voluntatem domini cognoscere, qua iudicandum erat in populo peccatore. Vnde & Rabsaces dixit de Sennacherib rege Assyriorum: *Dominus iussit me ascendere ad terram.* quia prophetæ prędixerant eum esse ascensurum, quod eum minime latuit.

Li. 10. Antiq. cap. 5. ✠ Ioseph. Dum Iosias in pace, diuitijs, atque gloria super omnes excelleret, Nechaon rex Aegyptiorum castra posuit contra Euphraten fluuium, vt contra Medos & Babylonios dimicaret, qui Assyriorum dissoluerunt principatum. Habebat enim desiderium, vt regnaret in Asia.

Quæst. 58. in 4. Reg. ✠ Theodor. Si quis existimet reprehendi Ezechiam, vt qui fuerit magni & elati spiritus, videbit etiam Iosiā nō esse liberum ab oī reprehensione. Etenim quando Pharao Nechao suscepit expeditionem aduersus Assyrios, studuit opē ferre Assyrijs. Non attendens igitur dictū prophetæ ex ore domini aduersus Pharaonem conflixit prælio.

Epist. ad Castrutium. ✠ Hiero. Quid inter reges Iosia sanctius? Aegyptio mucrone interfectus est. Quid Petro & Paulo sublimius: Neronianum gladium cruentarunt. Et Dei filius sustulit ignominiam crucis. Et tu putas beatos, qui felicitate istius seculi, & delicijs perfruūtur? Magna ira est, quando peccātibus non irascitur Deus.

c *In campo Mageddo.* Interfectio Iosiæ qui a Pharaone Nechao iterfectus est in Mageddo significat antiqui hostis persecutionem aduersum prædicatores, quos neci tradere, & de ecclesia auferre conatur, vt facilius totam plebem inuadere, & dissipare possit. Interpretatur enim Pharao dissipans, Nechao percutiens, Mageddo de tentatione. Permittitur quippe diabolus consurgere aduersum sanctos, & hoc totis viribus certat, vt tentando gregem Dei percutiens eos prius dissipando auferat, quorum solatio alij contra hostem dimicant.

Isa. 16. b.

In hunc loc. d *Ieremias maximè, &c.* ✠ Comestor. Hic super exequias eius scripsit Threnos lamentabiles: Quomodo sedet sola ciuitas, &c. quibus vtebantur cantores, & cātatrices super exequias Iosiæ, & longis temporibus in Iudæa supra Iosiam replicabant.

✠ Procopius. Tanta hominis virtus erat, vt cantoribus & cantatricibus lamentandi ipsum persona sit imposita, ac singulis annis ipsius memoria sit celebrata.

Proœm. Lament. ✠ Hierony. Quod lamentationes prædictæ non solum super vrbis Hierusalem vastatione, & iudicij populi captiuitate, sed etiam super Iosiæ regis occasum conscriptæ sint, liber verborum dierum demonstrat.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non fuit. a diebus Samuelis prophetæ.* 4. Regum 23. dicitur. A diebus iudicum, & in idem redit. quia Samuel fuit ultimus iudex.

2 *Sed nec.* Non est per hoc intelligendum, quod istud phase fuerit excellentius omnibus prętcritis quantū ad multitudinē populi: quia tempore Dauid & Salomonis, quando regnum fuit vnitū, & nulla tribus erat captiuata, frequenter maior multitudo cōuenit in Ierusalē ad solennitatē paschalem. sed ista excellentia intelligitur, quantū ad regis Iosiæ liberalitatē, q cum esset longe impotentior Dauid & Salomone: tamen maiora legitur munera dedisse illa solennitate. s. ad sufficiētiam pro omnium refectione. ideo subditur.

3 *Sicut Iosia sacerdotibus.* Quia dedit ad hoc triginta millia pecorum, & triginta millia boum, vt habetur in litera.

4 *Qui repertus fuerat.* Hoc additur: quia illi de regno Israel iam erant in captiuitatem ducti, exceptis aliquibus qui fugiendo euaserant, & recedente exercitu reuersi fuerant.

5 *Postquā instaurauerat.* Hic consequenter describitur ipsius Iosiæ mors, & tumulatio, & patet sententia ex dictis 4. Reg. 23. f. exceptis quæ sequuntur.

6 *Qui transtulerunt.* Sicut. n. principes in bellis habent plures equos, sic tunc reges pugnantes in curribus habebant plures currus pro personis suis.

7 *Et vniuersus Iuda.* Propter bonitatem vitę suę & regiminis vt patet ex prædictis.

8 *Ieremias max.* In libro qui intitulatur: Lamentationes Ieremię.

CAP.

ADDITIO.

In c. 35. vbi dicitur in postil. *Agnos & hædos*: quia tā agnus quam hædus poterant immolari. In solennitate paschali agnus debebat immolari, non autē hædus: licet agnus immolādus esset de grege in quo essent agni & hędi, vt latius fuit ostē sum in additione super Exod. 12.

In

CAP. XXXVI.

a TVlit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & constituit eum pro patre suo regem in Ierusalem. Viginti trium annorum erat Ioachaz, cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Amouit autem eum rex Ægypti cum venisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talēto auri. b Constituitq; regē pro eo Eliacim fratrē eius sup Iudā & Ierusalē: c & vertit nomē eius Ioacim. Ipsū vero Ioachaz tulit secū, & abduxit in Aegyptum. Vigintiquinque annorum erat Ioacim, cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecitque malum coram domino Deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem. Ad quam & vasa domini transtulit, & posuit ea in templo suo. Reliqua autem verborū Ioacim & abominationum eius, quas † fecit, & quæ inuentæ sunt in eo, continentur in libro regum Iuda, & Israel. Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo. Octo annorū erat Ioachin cum regnare cœpisset, & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in conspectu domini. Cumque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex nuntios, qui & adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus domini. d Regem vero

a ¶ Quia Deum irritauit operibus, & verba prophetarum qui ad se missi sunt spreuit, & librum Iere. Scalpello scindens in ignem proiecit. b ¶ Secundum Hebræos: caput in rotundum totondit super mortuum stigmata in corpore suo fecit, quæ in corpore mortui inuenta sunt.

a ¶ De hoc plenius in libro Regum scriptum est.

† operatus est

CAP. XXXVI.

A a TVlit ergo. ✣ Chrysosto. Post mortē Iosiæ, rex factus est Ioachaz filius eius, quē veniens Pharao pp peccata eius abduxit ī Aegyptū, & in loco eius posuit Eliachim fratrem ipsius alterū filiū Iosiæ qui interpretatur, Dei adiudicatus, & vocauit eum alio noīe Ioachim, quod interpretatur, dñi præparatio. Cū aūt & ipse malignatus fuisset in Deū, quasi verè impius, in condemnationē ad iudicatꝰ a Deo, & postea præparatus ad euersionē Iudę, sm iracundiā Dei veniēs rex Assyriorū, abduxit eū ī Babyloniā.

(Homil. 1. in Matth. op. imp.)

Qui interpretatur recens, & significat prauos rectores, quos populus terrę, qui dediti sunt. s. cupiditati terrenæ secundum mores suos cōsentientes vitijs eligūt, quos Pharao in Reblatha vincit, & in Aegyptū ducit, quia per multitudinē adulatorū eneruans decipit corda prelatorum. Rebla. n. multitudo interpretatur, neq; vinctos catenis peccatorum in spiritualis Aegypti mergit abyssum.

(Hierony. Rabbanus.)

B b *Constituitq;*. Nechao regē Ioacim constituit, imposuit mulctam terræ centum talentis argenti, quia diabolus pensum seruitij a populo perditorum expetijt, vt tam sensu quàm eloquio parati sint eius obsequio.

c *Et vertit*. Notandū q̄ de eodē Ioacim filio Iosiæ in Regum ita scriptum est: *Dormiuit Ioacim cum patribus suis, regnauitq; Ioachin filius eius pro eo*. Iosephus tñ dicit, dum rex Babylonis intrasset ciuitatē, fidē nequaquā seruauit, sed iuuenes fortissimos & pulchritudine decoros occidit: vna cū rege Ioacim, quē añ murū insepultū, pijci iussit. Filium verò eius Ioachin ꝯstituit regē vniuersæ ꝓuincię. Eos aūt q̄ erāt in dignitatib. ꝯstituti numero tria millia, duxit in Babylonē, inter quos erat Ezechiel adhuc puer. hic ergo finis habuit Ioacim regē, q̄ vixit an. 36. regnauit aūt 12. annis. Successor verò regni Ioacim rex noīe Ononimus regn. mēsib. trib. & dieb. x.

(4. Reg. 24. b.)

Sciendū aūt, q̄ cum semel q̄s cuilibet vitio se mancipauerit, multis dñis obnoxius erit. Vñ Ioacim quē Pharao ante censum sibi soluere coegit, hūc Nabuchodonosor rex Babylonis trib. annis seruire cōpellit. Nabuchodonosor eundem significat quē & Pharao, principem, s. confusionis & rectorem tenebrarum harū.

C Cū autem diabolus aliquē sibi censum peccati soluere coegit, totum in dominium suum redigit, & plenum seruitium exigit, persuasione. s. delectatione, consensu, cogitatione quoque, locutione, & operatione. D

Hier. Sciendū aūt q̄ nomen istius Ioachin, qui alio nomine Iechonias dicitur, elementis non eisdem in fine apud Heb. scribitur, quo & pr̄is eius Ioacim qui & Eliacim. Sed priorem, i. patrē in fine noīs per Coph & Mem, sm. i. filium per Caph & Nun annotant. Vnde nemo putet in Danielis princ. esse Ioachin in Ezechielis exordio Ioacim scribitur. Extremā syllabā hēt iste cim, ille chin. & ideo in euangelio sm Matthæū vna vr̄ deesse gñatio, quia secūda tessaredecas in Ioacim desinit filio Iosię. tertia īcipit a Ioachin filio Eliacim. Q̄d ignorās Porphyrius calūniā struit ecclesię, suam ostēdens imperitiam, dum euangelistæ Matthæi nititur arguere falsitatē. E

(Quæst. in hunc lib.) (Differētia inter Ioacim & Ioachin.)

Ioacim captiuus in Babylonē ductus lapsū rectorū significat, q̄ diaboli arte delusi adducunt in cōfusionē errorū ac vitiorū, & q̄ alios verbo & ope docere debuerāt, & pctō suscitare, varijs absorbent pctis. Ioacim. n. resuscitās, vel q̄ est cōsurgens in tpe. Cū eo ptiosa dñi vasa captiuant. Qui. n. ingenij acumine excellebāt, vel morū honestate fulgebant, prepositorum deprauati exēplis cedūt cū ipsis in pdā diaboli.

d *Regem ve*. Sedecias signat eos, qui regimē in populo Dei suscipiunt. interpretatur. n. Sedecias iustus dñi. Illi enim accipiunt sedem iustitiæ ad exercenda opera iustitiæ, honoris & officij accipiunt dignitatem, maximè quia filij Iosiæ. i. salutis dñi per gratiam baptismi & vnctionem chrismatis nuncupari merentur, sed degenerantes relabuntur in vitiorum fęditatem, & se subditos conuertunt ad impietatē, nec fidē quam Deo promiserant custodiunt, nec cum hominibus pacis fędera seruant. Tales quotidie lex diuina prophetarum, & Apostolorum miracula a peccatis recedere, & ad dñm p pniām reuerti monent. Sed semel indurati verba salutis despiciunt. vnde Deus iratus mittit contra eos regem Chaldæorum, idest, diabolum cum satellitibus suis, idest, spūalibus nequitijs, qui nulli parcentes ætati, nulli deferentes dignitati, quoscunq; capiunt in Babylonem, idest, in confusionem transferunt: & domum domini incendunt, q̄a fideles, qui sunt F

(Vide textum ad hoc in sequenti folio.)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXVI.

1 TVlit ergo. *Hic vltimo agitur de tempore filiorum Iosiæ, & diuiditur in tres partes, secundum filios eius. secunda ibi:* Constituitq;. *tertia ibi:* Regē verò constituit. *Sententia primę partis patet ex dictis 4. Reg. 23. f.* 2 Constituitq; regem. *Hic consequenter agitur de tempore Ioacim filii Iosiæ, & secundo de tempore filii eius, ibi:* Regnauit aūt Ioachin. *Sententia aūt primæ partis patet ex dictis 4. Reg. 23. in fi. & in prin. 24. cap. excepto qd sequitur:* 3 Et vinctum. *Fuit enim vinctus catenis ad hoc quòd ibi duceretur, sed mutatum fuit consilium, eo q̄ rebellauerat contra regem Babylonis, & fuit occisus, & proiectum cadauer eius extra murum Ierusalem, prout dictum fuit 4. Reg. 24.* 4 Reliqua aūt ver. *Idest, stigmata & figuræ, quas fecerat in corpore suo in honorem idolorum.*
5 Et quæ inuentæ. *idest, in cadauere eius proiecto, vt dictum est.*
6 Regnauit. *Hic cōsequenter agitur de tēpore Ioachim nepotis Iosiæ, & patet sñia ex dictis 4. Reg. 25. c. & d. excepto quod sequitur.*
7 Octo ann. erat Ioachin. *4. Reg. 24. b. dicitur:* Decē & octo annorū erat Ioachin, &c. *Dicendum, q̄ Ioacim pater eius regnauit 11. annis, vt habetur in textu. & secundo anno regni sui instituit filiū suum Ioachin regem qui tunc erat octo annorū, vt hic dicitur, & quia regnauit 10. annis cum patre, ideo fuit 18. annorū, quando cœpit regnare mortuo patre, & sic loquitur scriptura 4 Reg.*
8 Cumq;. *Non est intelligendum q̄ anni circulus esset reuolutus a principio regni sui, quia post patrem regnauit tantum tribus mensib. & 10. diebus, vt habetur in textu, sed dicitur hic reuolutio anni tēpus aptum procedendi ad bellum in quo exercitus Babylonicus venit contra eum, & hoc fuit post tres menses, & x. dies suæ coronationis.*
9 Regem. *Hic cōsequenter agitur de tempore Sedeciæ qui fuit tertius filius Iosiæ, & primo ponitur tēporis sui descriptio, & secūdo huius libri ad li. Esdræ cōtinuatio, ibi:* Anno autē primo. *Circa primū primo ponit Sedeciæ & populi sui multiplex trāsgressio. secūdo sequēs punitio, ibi:* Adduxit sup eos. *Circa primū dicitur:* Regē verò. *In Heb. habetur,* fratrē eius, *eo modo loquendi quo Abrahā vocauit Loth nepotē suum fratrē suum Gen. 13. quia certū est q̄ iste Sedechias fuit auunculus Ioachin, quia fuit frater patris sui, vt patet ex p̄dictis:* Nec

(Diuisio.) (Diuisio.)

A qui sunt templum Dei, blasphemare cōpellūt. Muros Ierusalē destruunt, cum custodias pastorū deijciunt, turres cōburunt, cum prælatos per illicita desideria exurunt. Vasa pretiosum demoliuntur, cum eos qui de virtutis & scientiæ prærogatiua sibi applaudunt, ad nihilum redigunt.

Finis libri Paral. similis principio libri sacerdotis Esdræ. vnde quod ibi exposuimus, hic replicare nō est opus. De Cyro quoque quomodo Christū significet, & quæ de eo dicūtur, & quæ ad ipsum referantur, in Esaia exposuimus.

Allegoricè. Beda. Rabanus. Angelomus.

Salomō templum dñi septē annis cōstruxit in Ierusalē, octauo anno consūmauit & dedicauit: quia toto tempore huius vitæ quę septem diebus agitur: Christus ecclesiam construit de suis fidelibus. In futura vita perficit, & ad eternę vitæ claritatis visionē sustollit in gloria resurrectionis. B procedente tempore quædā tēpli ædificia vetustate dissoluta sūt, sed instantia regū & sacerdotū illius temporis restaurata in pristinū statū, quæ signat quotidianos & leuissimos erratus fidelium. De quibus Salomon: *Septies, inquit cadit iustus, & resurgit.* (Prou 24.b.) C qui per exēpla & hortamenta iustorū corrigunt, quasi per industriā regum & sacerdotū, qui sunt mēbra veri regis & summi sacerdotis. Postmodū crescentibus malis tēplū idolorum

lorum sordib. prophanatū, & tandē a Chaldæis destructum D & incensum, signat grauiores lapsus eorum, q ecclesiæ mēbris adunati, sed post fraudē diaboli a statu fidei deiecti victorū flāma cōburunt. Diruto tēplo & vrbe Ierusalē ciues in Babylonē trāsmigrati, post lxx. annos peractis pria ad patriā reuersi, rursus idē templū & vrbem sanctā labore grādi restaurāt. Signantes eos qui decepti a diabolo nō solum fidei synceritatē & operis integritatem perdunt, sed et immanitate scelerum ethnicis & publicanis similes sunt. Quorum nonnulli diuina gratia resipiscentes ad ecclesiā redeūt cū illustratione spiritus sancti cōpuncti, præcepta legis quæ reliquerant, audire & custodire incipiunt. E Septem enim sunt dona Spiritus sancti, decē præcepta legis. septē verò per decem multiplicata septuagenarium reddunt. Vnde bene qui per opera peruersa in Babylone captiui fuerunt, post lxx. annos liberantur: & domum Dei ac ciuitatem sanctam reædificant. Qui enim per sua peccata a communione ecclesiæ separati, & infidelium numero sunt copulati, rursum per dona spiritus sācti studio se bonę operationis exercent, & sic cōsortium fidelium domus, scilicet & ciuitatis Dei de qua eiecti fuerant, recipiunt. F

constituit Sedeciam † patruum eius super Iudā & Ierusalem. † Viginti & vnius anni erat Sedecias, cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. † Fecitque malum in oculis domini Dei sui, nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad se in ore domini. [1] A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per [2] Deum & indurauit ceruicem suam, & cor, vt nō reuerteretur ad dominum Deum Israel, sed & vniuersi principes sacerdotū, & populus [3] præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes gentiū, & polluerunt domum dñi quam sanctificauerat sibi in Ierusalē. Mittebat autē [4] dñs Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & † quotidie cōmonēs, eo quòd parceret populo, & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, & paruipēdebāt [5] sermones eius. Illudebātque prophetis donec ascēderet furor domini in populum eius: & esset nulla curatio. [6] Adduxit.n. super eos regē [7] Chaldæorū, & interfecit iuuenes eorū gladio in domo sāctuarij sui. [8] Non est misertus adolescētis, & virginis, & senis, nec decrepiti qui- [9] dem, sed omnes tradidit in manibus eius, vniuersaq; vasa domus domini tam maiora quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principū transtulit in Babylonē. Incenderunt hostes domū Dei, destruxeruntq; murum Ierusalē. Vniuersas turres cōbusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sūt. Si quis euaserat gladiū, ductus in Ba- [10] bylonem, seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarū, vt [11] compleretur sermo domini ex ore Ieremiæ, † & celebraret terra sab- [12] [13] batha sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbathū vsq; dū complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Per- [14] sarum, ad explendum sermonē dñi, quem locutus fuerat per os Iere- [15] [16] miæ, † suscitauit dñs spiritum Cyri regis Persarum, qui iussit prædica- [17] ri in vniuerso regno suo et per scripturam, dicens: † Hæc dicit Cyrus rex Persarū. Omnia regna terræ dedit mihi dñs Deus cæli, & ipse pre- [18] cepit mihi, vt ędificarē ei domū in Ierusalē quę est in Iudæa. Quis ex [19] vobis est ex omni populo eius, sit dñs Deus suus cum eo, & ascēdat.

¶ Alias ore Dei.

a ¶Diabolo. b ¶Vitijs. c ¶Id est, donec exigat aliud regnum prophetico elogio prænuntiatum, & corruat peccati regnum diuino iudicio.

a ¶Donec scilicet impleantur septuaginta anni.

† fratrem
† Humiliauit se a facie
† 4.Reg.24.d.
† mittendo
† donec perficeret
† Iere.25.c. & 29.c.
† 1.Esd.1.a. 3.Esd.3.c.

Expositio

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec erubuit. *Et sic contempsit prophetam, & dominum eum mittentem, & maxime, quia non solum verbo eius non acquieuit, sed etiam ipsum in carcere reclusit, vt habetur Ier. 32.*

2 Qui adiurauerat. *& sic fuit transgressor iuramenti.*

3 Sed & vniuersi, *Quia ad malitiam regis sequuta est malitia in omnibus alijs.*

4 Mittebat autem. *In quo apparet diuina miseratio.*

5 At illi. *In quo declaratur eorum obstinatio.*

6 Et esset. *Respectu pœnæ quæ infligenda erat ex determinatione diuinæ sententiæ, tamen respectu culpæ semper potest esse curatio, quandiu homo habet vsum liberi arbitrii in vita præsenti.*

7 Adduxit. *Hic consequenter describitur sequens punitio, cū dicitur:*

8 Et in.iu. *Vbi credebat se habere aliquod refugiū pro sanctitate loci.*

9 Non est mi. *Ex quo patet seueritas punitionis, quia in bellis solet parci talib. personis. Cætera patent ex dictis 4.Reg.35. vbi plenius tractatur vsq; ibi.* 10 Si quis euaserat. *excepto Godolia & populo paupere sub cura eius dimisso, vt habetur 4. Regum vlt. & aliquibus bellatoribus qui euaserunt fugiendo.*

11 Donec im.rex Pers. *scilicet Cyrus qui dedit licentiam Iudæis redeundi in terram suam, vt habetur infrà.*

12 Vt com. ser. *De lxx. annis huius Babylonicæ captiuitatis.*

13 Et cel. *Idest, quiesceret a cultura, quia toto illo tēpore pro maiori parte remāsit inculta.* 14 Anno aūt. *Hic vltimo ponitur continuatio huius libri ad li. Esd. qui incipit a reductione captiuitatis Babylonicę, sicut iste liber terminat in deductione populi in Babylonē, vt patet ex prædictis. dicit igitur:* Anno autem. *s. tempore suæ monarchię quia iam pluribus annis regnauit in Perside, & postea iuit cum Dario auunculo suo rege Medorū contra Babylonem, sub tali conuentione, qd capta Babylonia, Darius primo regnaret, & post eū monarchia deueniret ad Cyrū qd & factū est mortuo Dario, qui post destructionē Babylonis, vixit duobus annis: et tūc Cyrus remisit captiuitatē.*

15 Ad explendum. *Quia tūc fuerant 70. anni transmigrationis completi, quos prædixerat Ieremias. Ierem.25.cap. & 29.*

16 Suscitauit dominus *idest, voluntatem Cyri regis Persarum, per ipsum enim monarchia translata est ad Persas.*

17 Qui iussit prędicari. *idest, solenniter diuulgari.*

18 Omnia regna terrę *idest, multa regna, quia regna Orientalia fuerunt ei subiecta, non autem Occidentalia, & est modus loquendi hyperbolicus ad sui magnificentiam.*

19 Et ipse prę. *Signatum enim fuit sibi de prophetia Esa.45. & in eo completa, vbi prædixit Esaias, q Cyrus subiiceret sibi gentes, & regna, & captiuitatem Iudæorum remitteret, & templum reædificari præciperet, quod & factum est, vt plenius habetur Esdrę.1.*

Et co,

Exposi-

Oratio Manaſſes Regis Iuda, cum captus teneretur in Babylone, quæ neque in Hebræo, neque in Græco habetur.

a ¶ Inuocat Deum omnipotentem quem ſuis eſt ruinis expertus.

a D**Omine Deus omnipotens patrum noſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob, & ſe-** 1

a ¶ Viſibilem & inuiſibilem creaturam, vel cœlum ſanctos, terram, carnem quæ in ſuam gloriam fecit Deus proprium ornatum habentia.

mini eorum iuſto, qui feciſti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui 2

a ¶ Ne limitibus motis vlterius euagari poſsit.

b ſignaſti mare verbo præcepti tui, qui 3

a ¶ Matrix vniuerſarum aquarum, quæ clauſ. eſt diuino præcepto, ſubaudis: iſta creaſti ad laudem videlicet nominis tui.

c d e concluſiſti abyſſum & ſignaſti terribili, & laudabili nomini tuo, quod omnes pauent & tremunt a vultu virtutis tuæ, & inſuſtentabilis ira ſuper peccatores cominationis tuæ. Immen-

a ¶ Infirmi enim infirma cogitamus, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcender. &c.

f g h i K ſa verò & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ, quoniam tu es dominus Deus altiſſimus ſuper omnem terram lõganimis & multũ miſericors, & pœnitens ſuper malitiã hominum. Tu autem dñe ſecundum bonitatẽ tuã promiſiſti pœnitentiam remiſſionis peccatorũ, & tu Deus iuſtorum non po-

a ¶ Audiant pœnitentes, intelligant contemptores promiſſa eſt pœnitentia remiſsione peccatorum ſi deſeratur peruerſitas improborum.

a ¶ Remedium peccatorum eſt pœnitentia, iuſtis vero non eſt, pœnitentia conſtituta, quibus per gratiam donata eſt culpa.

l m ſuiſti pœnitentiam iuſtis Abraham, Iſaac, & Iacob: his qui tibi non peccauerunt, ſed poſuiſti pœnitentiam propter me peccatorem, quoniam peccaui ſuper numerum arenæ maris. 4

Expoſitio orationis Manaſſes.

A a Domine Deus. ✠ Clemens Rom. Aequum eſt, Epiſcope, vt in iudicando, Dei ſententiam ſequaris: & ſi Deus iudicat peccatores, vel conuerſos, item in eodem modo iudices. Nonne Dauid lapſum, increpatum per Nathã, dicentemque ſe pœnitere, continuò morte liberauit? Ionam nolentem Niniuitis prædicare, iuſſit a mari atque a cete deuorari, orantem in ventre ceti, ab interitu ad vitam reduxit? Ezechiam paululum in ſuperbiam elatum cum lachrymis rogantem, crimine liberauit? Audite ô Epiſcopi, vtile ad tales res exemplum. Scriptum eſt enim in quarto Regum, & in ſecundo Paralipomenon lib. dierum, his verbis: *Regnauit Manaſſes, &c.* B Et poſtquam vehemẽter afflictus eſt: quæſiuit faciem domini Dei ſui, &c. Et orauit ad dominũ dicẽs: Domine omnipotẽs Deus, &c. Audiſtis quemadmodum dominus eum qui idola coluerat, & multos inſontes occiderat, leuiter caſtigatum recepit, & dimiſſis delictis, eum in regnũ reduxit. Nõ ſolum .n. pœnitentibus indulget, ſed etiam priſtinam dignitatem reſtituit, &c. *Li. 2. Conſti. c. 25. & 26.*

✠ Nazianzenus. Dominus Deus iuſto iudicio miſericordiã expendere ſolet. Nam & Pauli plantationem accipit, & rigationem Apollo, & duo viduę minuta, & publicani deiectionem, & Manaſſis confeſſionem. *Orat. in ele. Doarenſium.*

✠ Iuſtorum omnipotens Deus eſt, nõ impiorũ, qui ſibi noua figmenta componunt. Cur iſtorũ trium tãtũ Deus eſt, & nõ etiam aliorum? Quia in iſtis Chriſtiani myſterij figurata eſt plenitudo. Per Abrahã Chriſti natiuitas: per Iſaac congregatio credulæ plebis: p Iacob reſurrectio intimata ẽ ſaluatoris. *Rabbanus.*

b *Mare.* Tropo. Mare populus ſubditus idololatrię, qui infidelitatis fluctibus vagabatur, quem dominus verbo ſuo ſignauit, cum Chriſti crux (qui verbum patris) cordibus & frontibus eorum inſignitur, quod eſt mare ſignari verbo diuino. *Tropolo.*

c *Quod omnes.* Tremunt angeli, præſentiã contemplantes: pauent homines, iudiciũ expectantes: formidant dæmones, virtutem ingentiſſimam ſentientes: quia vultus domini circũſpicit vniuerſa. C Vniuerſa rationalis creatura, etſi nõ omnis reſpicit creatorem, virtutem tamen eius agnoſcit omnis.

d *Super peccatores.* Non aduerſus. vnde in euangelio. *Sed ira Dei manet ſuper eos.* originalis videlicet damnationis, vel cœleſtis iudicij, quia non de inferioribus, ſed de ſuperioribus iudicantur peccatores e cœlo enim iudicium iaculatum eſt. *Ioan 3. d.* D

e *Immenſa verò.* Immẽſa miſericordia domini dicitur, quoniã euangelica promiſſa nullam hñt promiſſam menſuram. Legalia verò menſurata fuerant. vnde: *Replebo cellaria veſtra tritico, vino, & oleo, &c.* *Iohe. 2. e ſe-x cundum l. x.*

f *Et inueſtigabilis miſericordia.* Superant enim imbecillitatem noſtram diuinæ promiſſiones, quę nec ſermonib⁹ explicari, nec oculis poſſunt contemplari.

g *Dominus Deus altiſſimus.* Nihil mirũ eſt in laudibus Dei quod dictũ eſt: *Tu es Deus altiſſimus ſuper omnem terram.* E Et cœli, & angeli altiores ſunt terra, niſi mirabilius intendamus. Myſterio nimirum Chriſti prædictum, qui cum fuiſſet caro (quia *verbum caro factum eſt,*) altiſſimus factus eſt ſuper omnem carnem, quę terrę nomine nuncupatur. *Ioan. 1.*

h *Longanimis.* Peccatores ad pñiam differẽdo, nec delicti tẽpore puniendo.

i *Multum miſericors.* Quoties peccaueris veniã pollicendo.

K *Pœnitens ſuper malitiam.* Quod teſtatur Iere. oſtendens dominũ promittere bona bonis, & mala malis: ſed tñ poſſe vltro citroque cõuerti, ſi commutatio fuerit inſecuta. Nec de bona pollicitatione ſecurior videaris cum facies mala, nec de mala comminatione diffidas ſi conuerſus facias meliora. *Iere. 18. b.*

Multum miſericors. Siquidẽ ſi ſemel indulgentiam tribuiſſet miſericors: nunc autẽ cũ frequẽter delinquentibus, frequenter miſericordiam impẽdit, multum miſericors appellatur.

l *His qui tibi non peccauerunt.* Peccauerunt. vtique, & in delicto nati ſunt genitali. Hæredes nimirum Adæ, ſed gratia gratis præueniẽti ſine peccato ſunt conſtituti, qui erant de peccatorum ſemine propagati.

m *Super numerum arenæ maris, multiplicatę ſunt iniquitates.* Solent delicta capillis capitis aliquoties coaptari, ſicut ppheta egregius: *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei.* Arenę maris ille, capillis iſte comparat multitudinem peccatorum. Sed intereſt, quod arenę maris ille, qui vitiorum ponderibus ita violentiſſime prægrauatur, vt ſub eorum ſarcina nequeat F reſpirare. *Pſal. 39. c.*

Expoſitio magiſtri Nicolai de Lyra, ſuper Orationem Manaſſes.

1 D**Omine Deus omnipotens.** *Iſta oratio regis Manaſſes non eſt in Hebræo nec eſt de textu: & ideo non intendo eam exquiſitè exponere, ſed tantum breuiter pertranſire. In hac enim oratione. primo recurrit ad diuinam magnificentiam, ſecundo recognoſcit propriam miſeriam, ibi:* Quoniam peccaui. *tertiò petit miſericordiã, ibi:* Et nunc flecto. *Circa primum confitetur primo Dei omnipotentiam ſiue maieſtatem propter quam debet coli dicens:* Domine Deus. *Diuiſio.*

Qui

2 Qui ſignaſti mare. *dicens Gen. 1. a.* Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum, &c.

3 Qui concluſi. *Repetitio eſt eiuſdem, quia mare & abyſſus idem important. Secundo fatetur eius iuſtitiam ſeu æquitatem qua debet timeri, dicens:* Terribili laudabili, &c. *Tertiò eius miſericordiam ſeu pietatem, qua promiſit pœnitentibus miſereri, ibi:* Et inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuę, &c. *Et ſequitur.*

4 Quoniam pec. *Hic recognoſcit ſuam miſeriam. primo in peccatorum multitudine, ibi:* Super numerum arenę maris, &c. *& eorum grauitate, ſeu magnitudine, ibi:* Statuens abominationes, & multiplicans offenſiones, *& patet.*

Et nunc.

A respirare. Is autem qui carnalibus conuincitur incentiuis, facile tamen medicinali ferro potest putredinem resecare, capillis capitis comparat offensam suam.

a *Incuruatus sum.* Malorum comparatio diuersitate secernitur numerosa. Videtur quædam elucescere ratio veritatis: vt pro delicti modo persecutorum quispiam puniatur, quo pœnā cruciatus sanctis ingessit, vt anima rex Iuda incuruatus est, & Manasses non vno vel duobus, sed multo v.f. Tot enim sibi vincula spiritalis ferri in quibus ligaretur, impressit: quot ipse sanctorum mebris iniecit:

B b *Quia excitaui, &c.* Iniquis actibus prouocando. Excitat ergo iracundiam Dei, qui mala corā Deo committit. Sed videndū, quia malum singulariter se commisisse testatur, hęc vnius mali commissio indignationem domini prouocauit, cū multi multa fecerunt mala, nec illico est vltio subsecuta. Quod malum exponit, statuens abominationem. In sacris voluminibus abominatio siue offensa simulacra dicuntur, quam qui fuit veneratus, pręuaricationis crimine polluitur. Possunt & aliter intelligi. Omne peccatum offendiculum est, in quo vtique offenditur ad ruinam. Similiter etiā abominatio: quia Deus abominatur omne delictum, quod in preuaricationis corde defixum efficitur simulacrum. Congruit & doctrinis dęmoniorum aptari quæ veræ abominationes & offensiones grauissimę, quibus ira domini prouocatur.

a Multiplicatæ sunt iniquitates meæ; incuruatus sum multo
b vinculo ferri, & non est respiratio mihi, quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci, statuens abominationes
c & multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei [1]
d precans a te bonitatem domine. Peccaui domine, peccaui &
a ¶ Quod est maior profectus, siquidem plurimi peccant, sed non omnes proprias iniquitates agnoscunt
iniquitatem meam agnosco. Peto rogans te domine, remitte [2]
a ¶ Solæ pereant quæ me secum perdere laborant.
e mihi, remitte mihi: ne simul perdas me cū iniquitatibus meis,
f a ¶ Illo cursu extenditur pœnitentium, vt quæ peccauerunt obliuioni tradantur ne æternæ memoriæ domini recondatur.
g neq; in æternum reserues mala mihi, quia indignum saluabis [3]
h me, secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te
a ¶ Non vno die, nec pauco tempore, sed omni die, qui enim perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.
i semper omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis [4]
K l virtus cælorum, & tibi est gloria in secula seculorum, Amen.

Rabbanus. c *Et nunc flecto ge.* Genua cordis flectit, ut simplici postulatione deleat, quod paterna pręsumptione peregerat. In similitudinem hominis exterioris interiorem describit.

d *Peccaui domine, peccaui.* Iteratio ɔfitendi vera ē humilitas supplicantis, quasi dicat: Peccaui spiritu, peccaui cogitationibus, peccaui factis, peccaui forinsecus, peccaui in Deū, peccaui in proximū. Nō leui pronuntiatione doloris hęc verba sunt relegenda: sed cū eadem grauitate qua dicta sunt a pre

C cāte: Ne leuiter percurrat animus acer ista, sed cū dolore graui, & patientia tristi: i paucis verbis vim magnæ rei sapiat coarctari. Pęnitens quippe aut tacitus labijs, fletibus indulgentiam silentio deprecet: Aut etiam si loquendū aliquid ex dolore

D dolore contriti pectoris suadetur, paucis loquatur, qa mentis contritio, non oris locutio dominicam pietatem inflectit. *Cor* enim *contritum & humiliatum*, Deus non spreuit. Psal. 50. d.

e *Ne simul perdas.* Non ait, ne damnes me cū iniquitatibus meis. Quod enim damnatur in substantia sua retorquetur. Quod verò perdit, & æternè perditur: id agitur, vt quod habebatur, in nihilum redigatur.

f *Cum iniquitatibus.* Nota iniqtates nullam habere substantiam. Omne quippe peccatum, febris est animę, quæ dum aufertur, in nihilum reuocatur.

g *Quia indignum sal.* Indignos dominus saluat, non pro merito delictorum retributionem impendens, sed propter misericordiæ bonum, veniā superfundēs.

E Dignus.n.est qui saluat indignum, & ex dignitate sua fecit dignum, quem culpabilis vitę tractus faciebat indignum.

h *Secundum magnam misericordiam.* Qui secundū magnam misericordiā se quęrit saluari, non temporalis, sed ęternę vitæ salutē inquirit. Equidem misericordiā pertinere ad hanc vitam ęstimo temporalem: magnam autem misericordiam, remunerationi concurrere sempiternæ.

i *Omnibus diebus vitæ meæ.* Prudens expectator ęternę salutis, non pauco tēpore, sed omni tempore vitę suę Deū laudat. Deus in diebus vitę laudatur, in diebus autē mortis nō potest laudari: Sic itaque qui delictorū morti subditus iacet iniquitatibus inuolutus, Deū laudare nō potest. *Non est enim speciosa laus in ore peccatoris.* Eccl. 15. b. Conuersus vero cū fuerit tāquā de morte trāslatus ad vitā, illico laudis officio dignus inuenit, consorsque superioribus virtutib. iudicatur, dum illum laudat in terris quem ille quoque glorificauit in supernis.

K *Omnis virtus cælorum.* Cherubim, seraphim, throni, & dominationes, archangeli, sedes, virtutes, angeli, ministri: atq; multa sunt officia quæ fortasse aut nos in libris posita sacris non possumus inuenire, aut humanis celata sensibus inquirere non valemus.

F l *Gloria in secula seculorum.* Est gloria tēporalis: de qua: *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, cum multiplicata fuerit do. eius.* Gloria duplex. Psal. 48. d. Est & alia gloria sempiterna. Sit gloria domini in seculum, cui & humana creatura & angelica famulantur, Amen.

BEATI

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et nunc flecto. *Hic consequenter petit misericordiam. primo reuerenter di.* Et nūc flecto genua cordis mei. *quia genua corporis flectere nō poterat, impeditus compedibus ferri: secundo instanter ibi:*
2 Peto rogans te domine *Petitionem suā pluries & multipliciter replicādo: tertio cōfidenter præsumens de diuina misericordia, ibi*
3 Quia indignū saluabis me secundum magna misericordiam tuā. *Et promittens emendari, ibi:* Et laudabo te semper. *Et sic terminat orationem dicens:*
4 Quoniam te laudat omnis virtus cęlorum. *i. omnes ordines angelorum, & tibi est gloria in secula seculorum, Amen.*

Finit Expositio Orationis regis Manasses.

A

BEATI HIERONYMI ad Domnionem & Rogatianum in Esdram, & Nehemiam prologus.

VTrum difficilius sit facere quod poscitis, an negare, necdũ statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententię est: & magnitudo oneris imposita ita ceruices premit, vt antè sub fasce ruendum, sit quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant. Et interdum contra se conscientia repugnante, publicè lacerant quę occultè legunt, intantum vt clamare compellar, & dicere: † Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quòd

† Psal.119.a.

B semper scribitis atq; rescribitis, vt Esdrę librum, & Esther vobis de Hebręo transferã, quasi non habeatis Gręca & Latina volumina, aut quicquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendũ sit. Frustra autem (vt ait quidam) niti, neque aliud fatigando nisi odium quęrere, extremę dementię est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti, librum non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis, vitetisq́; eorum supercilium, qui iudicare tantũ de alijs, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrũ sunt, quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar, admonentes, vt Hebræa nomina (quorum grandis in hoc volumine copia est) distinctè, per & interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse

C librum nisi emendatio librariorum diligentia conseruetur. Nec quenquam moueat ꝙ vnus à nobis liber editus est, nec apocryphorum tertij et quarti libri somnijs delectetur, quia & apud Hebręos Esdrę, Nehemięq́; sermones in vnum volumen coarctantur, & quę non habentur apud illos, nec de vigintiquatuor senibus sunt, procul sunt abijciẽda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorũ exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat, nec potest vtiq; verum asseri, quod diuersum est, mit-

D tite eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento, quę apud septuaginta interpretes non habentur. velut illud † quoniã Nazaręus vocabitur, & ex Aegypto vocaui filium meum: & videbunt in quem compunxerunt: multaq́; alia, quę latiori operi reseruamus. Et quęrite ab eo vbi scripta sunt. Cumq́; proferre nõ potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus sum, ęquissimum est. Edidi aliquid, quod non habetur in Gręco, aut aliter habetur quàm à me versum est. Quid interpretem laniant? Interrogent Hebręos, et ipsis autoribus translationi meę vel arrogẽt, vel derogent fidem. Porrò aliud est, si clausis (quod dicitur) oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Gręcorum studium &

† Matt.2.d. Osee.11.a. Zach.12.c.

E beneuolentiam, qui post septuaginta translatores iam Christi euangelio coruscante, Iudęos & Hebionitas legis veteris interpretes Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiose legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, ecclesiis dedicarunt. Quantò magis Latini grati esse deberent, ꝙ exultantem cernerent Gręciam à se aliquid mutuari? Primum enim magnorum sumptuum est, & infinitę difficultatis, exemplaria posse habere omnia, deinde etiam qui habuerint, & Hebręi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Gręcos accidit, vt interdũ scripturę sensum relinquens, vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autẽ qui Hebręę linguę saltem paruam habemus scientiam, & Latinus nobis vtcunq; sermo

F non deest, de alijs magis possumus iudicare, & ea quę ipsi intelligimus in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibilet, victorq́; Sinon incendia iactet, nunquam meũ iuuante Christo silebit eloquium, etiam pręcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt, qui nolunt abijciant: euentilent apices, literas calumnientur. Magis vestra charitate prouocabor ad studium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

ESDRÆ LIBER PRIMVS.

CAP. I.

a Christi. ¶ Christus quoque ait. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi & psalmis, & prophetis de me.

a IN † anno primo Cyri regis Persarū, vt 1

CAP. I.

A a IN anno primo Cyri. ✠ Athanasius. Esdras iste sacerdos & lector cum esset, reditum filiorū Israel ex Persia in Ierusalē exposuit, in primo libro tradit quomodo cura reditus fuerit in manu Iesu filij Iosedech, & Esdræ, & Zorobabel, & Neemiæ, Eunuchi Iudæi. Occasionem verò reditus hanc ponit. Tres milites regem custodientes, quorū vnus erat Zorobabel, circa quæstionem quandā contendebant. B Facta promissione, vt qui vinceret quicquid vellet peteret. Hāc, quia dixerat Zorobabel, victor euasit. Cum autem iussus esset petere quod vellet, petijt vt Israelis captiuitas solueretur, & Ierusalem reædificaretur, atque ita vt petijt, factum est. Dimissa est captiuitas: Etenim tempus iræ Dei, sexaginta, scilicet anni, tunc adimpletum erat.

In Synop. lib. 12.

†1. Paral. 36. d. 2. Esd. 2. a. Esa. 45. a. Iere. 25. c. & 29. c.

Antiq. Iud. lib. 11. c. 1.

✠ Iosephus. Primo autem anno regni Cyri, qui fuit transmigrationis nostræ Babylonicæ septuagesimus, miseratus est Deus captiuitatem, & calamitatem ærumnosi C illius populi, & sicut illis per Hieremiam prophetam ante dirutam vrbem predixerat, quod postquam seruierint Nabuchodonosor eiusque posteris per annos septuaginta, rursum eos restituturus esset in patriam, & ædificato templo redituri essent ad fœlicitatem pristinam, ita eis omnia præstitit. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit vt ille in hunc modum per vniuersam Asiam scriberet. Hæc dicit rex Cyrus, &c. D

Beda. Sicut Cyrus destructo Chaldæorum imperio populum Dei liberauit, & in patriam remisit, & templum incensum Ierosolymis reædificari præcepit, & hoc edictum etiam per literas manifestauit, ita Christus destructo diaboli regno, electos suos qui erant dispersi ab eius tyrannide, in ecclesiam congregauit, quę in presenti iustificata ex fide pacem habet ad Deum per ipsum, & ad visionem perpetuę pacis festinat. Ierusalem quippe visio pacis dicitur. Templum quoque incensum restaurari facit, cum illos qui insidijs diaboli fidem perdiderant, ad salutem reducens, habitatione sua dignos efficit, scripturas etiam sacras & sanctas per vniuersum mundum mittit, quibus fidem sui nominis & spem salutis cunctis qui ad regnum suum pertinent, id est, electis, predicat. E F

Et

Incipit Postilla venerabilis magistri Nicolai de Lyra in Librum Esdræ, & primo Prologus eiusdem.

ERit sacerdos super solio suo, Zachar. 6. Secundum quod in libris precedentibus dictum est, Deus sub ratione absoluta subiectum est in tota sacra scriptura, sub rationibus autem contractis subiectum est in partialibus libris, sicut corpus mobile absolute sumptū, subiectum est in tota philosophia naturali, corpus vero mobile animatum subiectum est in libro de anima, & in alijs libris sequentib. ad ipsum. Et eodem modo Deus sub ratione gubernantis populum Israel subiectum est in libro Iudicum, & alijs libris historialibus sequentib. vario tamē modo secundum variationem huius regiminis. Deus.n. hunc populum post ingressum terrę promissionis triplici modo gubernauit. Primo per iudices, & sic de eo agitur in libro Iudicum. Secundo per reges, & sic tractatur de eo in libris Regum & Paralipomenon. Tertio per sacerdotes, scilicet, a reditu captiuitatis Babylonicę vsque ad Christum. Expeditis autem duob. primis modis, tertium prę manib. hēmus, quia liber Esdrę incipit a reditu captiuitatis Babylonicę, a quo incepit regimen sacerdotum, cū sub Deo principali rectore, de quo regimine dicitur verbū preassumptum, *Erit sacerdos, &c.* In quo quidē verbo primo tangit regentium habilitas, cū dicitur. Sacerdos, idest, sacerdotes. Eo modo loquendi quo dr̄ Exod. 8. f. *Venit musca grauissima.* idest, multitudo muscarū. Ad cuius intellectum sciendum, quod secundum Philosophū primo politicorū qui sunt vigentes intellectu, scientia, & prudētia illi sunt apti ad regendū, quia sciunt se & alios dirigere in fine bonū. Talis autē debet esse cōditio sacerdotū, prout dicitur Malac. 2. b. *Labia sacerdotis scientiā, & legem requirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est.* Sicut angelica natura superior est humana, & ideo homines per angelos reguntur, sic sacerdotes qui sunt quasi mediatores inter Deum & populum, ex hoc.n. hēnt aptitudinem ad regendum. Secundo in verbo proposito tangitur huius regiminis autoritas cum dicitur. Super solio suo, sedere enim super solium propriū est habentis autoritatem discernendi, iudicandi, ac et corrigendi. Hanc aūt autoritatē habuerunt sacerdotes a reditu captiuitatis Babylonicæ & citra, ut dictū est, de qua potest dici quod scribit Esa. 16. b. *Præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate.* Reditus autem de captiuitate Babylonica factus fuit ex diuina misericordia, & fuit preparatio ad hoc, quòd populus per sacerdotes gubernaretur, vt patet per prædicta: & sic huius regiminis solium fuit in misericordia preparatū. Et bene subditur: Et sedebit super illud in veritate: quia a reditu captiuitatis Babylonicę quo tempore prefuerunt sacerdotes, nō legitur populus Israel ita declinasse a veritate fidei sicut ante: quia temporibus Iudicum & Reg. multoties maior pars populi, imo quasi totus populus declinabat ad idololatriam, propter quam inducta fuit captiuitas Babylonica, vt patuit per predicta: sed a reditu captiuitatis Babylonicę pauci leguntur a veritate latrię declinasse, vt pote tempore Machabęorum aliqui ex ambitione, & aliqui ex Antiochi nobilis persecutione: & multi ex contrario pro veritate fidei leguntur mortem acerbissimam tolerasse ad gloriā Dei, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Populi regimen triplex.

CAP. I.

IN anno primo Cyri, &c. *Liber iste a quo incipit regimen sacerdotum, vt dictū est, cum sibi annexis, potest sic diuidi, quia primo tangitur huius regiminis processus. secundò incidens casus, qui est duplex. In vno habetur exemplum constantiæ contra Aman: In altero exemplum patientiæ. in libris Esther & Iob. Libros autem Tobiæ & Iudith, & Machabæorum, licet sint historiales, tamen intendo eos ad præsens pertransire, quia nō sunt de canone apud Iudæos nec apud Christianos: imò de ipsis dicit Hieron. in prologo Galeato, qui est prologus super libros Regum, quod inter apocrypha cantantur, & in prologo Iudith dicit, quòd autoritas eorum non est efficax ad probandum aliquid quod in contentionem vel dubium venit, & ideo expositioni eorum non intendo insistere, donec cum Dei adiutorio & vita comite super omnes libros canonicos scripserim. Si autem dominus vitā mihi concesserit, super istos libros & alios qui communiter ponuntur in Biblijs, quamuis non sint de canone, scribere potero domino concedente. Liber autem iste diuiditur in tres partes: quia primò agitur de reductione populi sub Iesu filio Iosedech, secundo de instructione reducti per Esdram legis doctorem. 7. c. tertiò de reædificatione muri per Nehemiam ducem, ibi, Verba Nehemiæ, & isti tres fuerunt sacerdotes, vt ex sequentibus apparebit. De secundo autem loco Esdræ non intendo ad præsens me intromittere ratione iam dicta. s. quia non est de canone. Circa primum primò describitur reditus populi. secūdo fundatio templi. c. 3. Circa primum primò describitur licentia data. secundo numeratur turba licentiata. c. 2. Circa primum præmittitur confessio maiestatis. secundo subditur concessio libertatis, ibi: Quis ex vobis. tertiò completio voluntatis ibi: Et surrexerunt. quartò collatio pietatis, ibi: Rex quoque Cyrus. Circa primum primò ponitur quædam præambula. secundo concessio ipsa ibi: Hæc dicit Cyrus. Primum præambulum est: quia notatur tempus cum dicitur;*

Diuisio.

2 In anno primo &c. *Ad maiorem aūt intellectum eorum quæ dicuntur in hoc libro, & alijs de isto Cyro, & maximè cuius sit dicti a me super Luc. c. 2. ponenda est hic origo & promotio huius Cyri. Secundū* ✠ enim

MORALITER.

1 *In anno primo Cyri, &c.* Cyrus iste figuram gessit nr̄i Saluatoris, quia sicut iste Cyrus relaxauit captiuitatem Iudæorū, sic Saluator noster captiuitatem patrum in limbo detentorum, Psal. 67. d. *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, &c.* Et propter hanc figuram iste Cyrus vocatur Christus, Esa. 45. a. *Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius ap. dex. &c.*

† Et

A compleretur verbum domini ex ore Ieremiæ, [1]

a ¶Agnita potestate & prouidentia Dei Israel, etiam Christus dicit: A me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hæc loquor.

† Ier.25.c. † suscitauit dominus spiritum Cyri regis Per- [2]

a ¶Christus scripturas sanctas per vniuersum mundum misit.

sarum, & traduxit vocem in vniuerso re- [3] †

gno suo etiam per scripturam dicens: Hæc [4]

dicit

a ¶Quia tunc nullum aduersarium habebat, vel destructo Chaldæorum imperio nullum posse sibi resistere credidit. sic quoque Christus ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. D

[5] dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna

†

a ¶Deum Israel Deum cœli confitetur, & etiam omnia regna terræ eum in potestate habere, & cui vult dare posse agnoscit.

terræ dedit mihi dominus Deus cœli, &

ipse

NICOLAVS DE LYRA.

Historia Cyri de eius ortu, natiuitate & educatione.

enim quod habetur in Scholastica historia, Astyages rex Medorũ, & Persarum vidit in somnis de ventre filiæ suę egredi vitem totã Asiam occupantem. & cum significatũ huius quæreret a coniectoribus, responderunt quod significabat puerum ex ea nasciturum in tota Asia regnaturum, & ipsum Astyagem de regno expulsurum. Quod timens, Darium consobrinum suum adoptauit in filium, quia filium non habebat, sed filiam vnam, quam dedit cuidam militi simplici, ne puer natus de ea magnorum amicorum potentia vallaretur. Et cum hoc ad maiorem securitatem cum dicta filia esset grauida, fecit tẽpus partus ipsius explorari, & puerum natum ad se apportari, quem dedit cuidã de suis principib. occidendum, sed ille timens ne regnum ad matrem pueri deueniret, non fecit, sed puerum in nemore exposuit, ad quem ex diuina prouidentia (quæ solet adesse quando deficit humana) venit quædam canicula lactans puerum ipsum, a feris & auibus defendendo, quẽ pastor regis inuenit, & vxori suæ tradidit nutriendum, qui cum creuisset, ab aliis pueris factus est rex eorum, & rebelles sibi grauiter affligebat, intantum ꝗ patres puerorum conquesti sunt regi: ad quem cum adduceretur, constanter & intrepide dixit hæc se fecisse tanquam rex eorum. Rex ergo admirans pueri constantiam, in eo quædam signa sui generis agnouit: & a pastore veritatem requirens, ipsum esse nepotem suũ inuenit: veruntamen erga eum placatus fuit, credens quòd somnium suum B *impletum esset in regno puerorum: & eum alendum tradidit illi principi cui prius eum tradiderat, occidendum. filium autem eius clam occidi fecit, eo quod fuerat inobediens ori eius. Quod tamen illum principem non latuit. Postea vero per tempus magnum rex exercitum tradidit illi principi ad domandos aduersarios, & ipse in Media resedit. Ille autem princeps memor occisionis filii sui suasit exercitui, vt Cyrum regem Persarum eligeret, vocans eum Cyrum, idest, hæredem, qui prius Spertaticus, idest, catulus vocabatur, eo quod canicula lactauerat eum. Quod factum audiens Astiages, collegit exercitum, vt pugnaret contra Cyrum: & in primo congressu præualuit, sed postea a Cyro deuictus fuit. Veruntamen Cyrus magis se exhibuit ei nepotem quàm victorem, nam regnum Hyrcanorum sibi dimisit, & Dario auunculo suo regnum Medorum, ita quòd post eorum mortẽ totum deueniret ad manum suam. Postea vero Cyrus & Darius eius auunculus obsederũt Babyloniam, qua capta, & occiso Balthasar rege, Darius regnauit in Babylone duobus annis, quo mortuo totum regnum deuenit ad manum Cyri, & sic fuit monarcha: & in primo anno huius monarchiæ dedit licentiam filiis Israel redeundi in Iudæam, & ædificandi templum, secundum quod dicitur hic.* In anno primo Cyri regis Persarum. C *id est, anno primo quo monarchiam transtulit ad Persas, quia licet regnum Medorum esset honorabilius, tamen caput monarchiæ posuit in Perside, eo quòd ibi primo regnauerat: & quia Persæ ipsum sublimauerant in regnum.*

1 Compleretur verbum dñi ex ore Ieremiæ. *Iere.25.cap.* Cumq; impleti fuerint lxx. anni, visitabo super regem Babylonis, &c. *Et similiter.29.c.* Cum cœperint impleri in Babylone lxx. anni visitabo vos, & suscitabo super vos verbũ meũ bonum, vt reducam vos ad locum istum. *Dicunt autem Hebræi, quòd isti lxx. anni sunt accipiendi a tempore destructionis templi per Nabuchodonosor, & fuerunt impleti sexto anno Darii, in quo completum fuit templum. Sed hoc est falsum, quia secundum omnes historiographos alios fuerunt multo plures anni. Supponunt etiam, quòd Cyrus regnauerit tantum 11. annis, qui tamen regnauit 30. secundum historiographos Persarum. Iosephus autem dicit, quòd isti septuaginta anni inceperunt a destructione templi prædicta, & terminati fuerunt anno primo monarchiæ Cyri. Secundum vero expositores Latinos isti septuaginta anni communiter incipiunt a destructione ciuitatis, & termĩantur in anno primo Cyri, sed computantur secundum Chronic.as, ad quam computationem sequitur Mardochæum fuisse 259. annorum, quando fuit exaltatus ab Assuero rege, vt declarabitur in principio libri Esther, vbi propriè habet locũ: ideo non intendo sequi computationem eorum, quia non videtur possibile Mardochæum tandiu vixisse, & dato quòd vixisset: tamen tunc facere non potuisset illa quæ de eo scribuntur in libro Esther, qui tamen inter libros sacræ scripturæ canonicos computatur. Ibi enim scribitur, quòd regebat reginæ domum, & regis palatium, & regni negotia disponebat. Ra. Salo. dicit, quòd isti lxx. anni incipiunt a transmigratione Iechoniæ, & terminantur in primo anno Cyri: quia tunc dedit licẽtiam populo redeundi de captiuitate dicens, quòd a transmigratione vsque ad destructionem ciuitatis fuerunt sedecim anni, & inde vsque ad primum Cyri annum, quinquaginta duo qui simul iuncti faciunt septuaginta annos, vt patet. Sed quantum ad primum numerum dicit manifestè contra textum 4. lib. Regum. vbi dicitur 24. cap. quòd Sedechias immediatè regnauit post Iechoniam, qui alio nomine dictus est Ioachin, et fuit filius Ioacim, qui similiter alio nomine dictus fuit Iechonias, vt plenius habetur Matth. primo: & ibidem, scilicet, quarti Regum vigesimo secundo cap. dicitur, quòd tantum regnauit vndecim annis, & sic ab eius numero deficiunt septem anni. Propter quod videtur mihi, quòd isti septuaginta anni incipiunt ab octauo anno Ioacim patris Iechoniæ siue Ioachin. Tunc enim captus fuit per Nabuchodonosor & factus sibi tributarius, & nobiles de Ierusalem obsides ducti in Babylonem,* E *inter quos Daniel & socii eius fuisse dicuntur. propter quod extunc incepit transmigratio Babylonis, licet magis completa fuerit tempore Iechoniæ filii eius, et adhuc perfectius in captiuatione Sedeciæ destructa ciuitate, & terminantur in quarto anno Cyri, quod sic ostenditur, quia Ioacim regnauit 11. annis. 4. Regum 24. & ideo incipiendo ab eius anno octauo inclusiuè habentur de regno eius quatuor anni, & de tempore Sedeciæ decem integri. Nam vndecimo anno quarto mense fuit captus & exoculatus, & ductus in Babylonem. 4. Reg. 25. propter quod ille annus computandus est inter annos destructionis ciuitatis, quia maior pars eius fuit sub destructione. aliter vnus annus bis computaretur, scilicet in tempore Sedeciæ, & in tempore destructionis. & inde. 52. vsque ad Cyrum, qui licet primo anno suæ monarchiæ dedit licentiam populo redeundi in Iudæam, vt hic dicitur, tamen Iudæi ex longa mansione in terra Babylonis vxores acceperant & prolem procreauerant. & ibidem possessiones acquisierant, propter quod ad dispositionem de rebus & familiis manserant in terra Babylonis primo anno Cyri, & secundo, & tertio venerunt in Ierusalem, vt dicitur in Scholastica historia, & anno sequenti posuerunt fundamenta templi. 1. Esdræ. 3. Isti anni simul iuncti sunt septuaginta, qui Danielis. 9. dicũtur septuaginta anni desolationis Ierusalem, qui tunc propriè fuerũt completi, quia fundato templo fecerunt Iudæi festum magnum & gaudium. 1. Esdræ. 3.* F

2 Suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarum. *id est, voluntatem.*

3 Et traduxit vocem in omni regno suo etiã per scripturã dicens. *quia ea quæ sequuntur de deitatis confessione, et de redeundi concessione, fecit publicare verbo & scripto.*

4 Hæc dicit Cyrus rex Persarum. *Positis præambulis hic consequenter ponitur confessio deitatis.*

5 Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cœli. *id est, multa diuina virtute, quia eius imperium nõ se extendit ad omnia regna terræ, confitetur tamen se hæc obtinuisse diuina virtute. hoc autem confessus fuit, quia sibi fuit notificata Esaiæ prophetia quadragesimoquinto, vbi dicitur,* Hæc dicit domin' Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante eum gentes, & dorsa regum vertam, &c. *quæ multo tempore fuit prænuntiata ante tempus Cyri.*

Et

MORALITER.

† *Et traduxit vocem in vniuerso regno suo etiam.* quia Christus apostolos & septuaginta duos discipulos misit ad prædicandum, & euangelistas mouit ad scribendum pro informatione & salute omnium Gentium.

Omnia

† *Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cœli.* Et hoc modo Matthæi vltimo. d. dicit Christus, *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Cyrus autem potestatem habuit in terra tantum, quia figura deficit a perfectione rei figuratæ, sicut vmbra deficit a veritate.

a *Et ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum &c.* Bed. Domus vel templũ Dei in scripturis sanctis vnusquisq; doctorum & tota simul ecclesia solet appellari, quia in cordibus se credẽtiũ & sperantium, diligentiumq; habitare cõsueuit. unde, *Si quis diligit me sermones meos seruat, & pater meus diliget eum. & ad eum veniemus &c.* vnde & ipse Apostolus ait, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et alibi, *Christus verò in domo sua tanquã filius, quæ domus sumus nos &c.* In figuram huius domus, vel templi spiritualis Salomon fecit templum in Ierusalem domino. Interpretatur enim pacificus, figurans eũ de quo dr: *Multiplicabitur, eius imperium, & pacis non erit finis.* de quo Apostolus ait: *Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis, & pacem his qui prope, &c.* Quòd verò templum septẽ annis ædificauit, octauo autẽ consummauit & dedicauit, significat quòd toto tẽpore huius seculi (quod septem diebus circumit) ecclesiã dominus collectis ad ędificium cœleste fidelibus construit, & in vita futura apparente resurrectionis gloria ad integrum perficit, & in gaudium vitæ immortalis in ęterna visionis suę claritate sustollit, quia enim ipse octaua die, id est, post septimã sabbathi resurrexit, rectè octonario numero tempus etiam nostræ resurrectionis exprimitur. Quod autem æuo sequente quædam templi ędificia uetustate soluí cœperũt, sed instantia regum & sacerdotum instaurata sunt, significat quotidianos erratus fidelium de quibus dicitur: *Septies cadit iustus, & resurgit.* qui quotidiana temporum solertia per excẽpla vel hortamenta præcedentium iustorũ, quasi per sacerdotũ & regum Dei corrigunt industriã. Reges.n. & sacerdotes oẽs perfecti vocantur, cum sint membra summi regis & sacerdotis: & se bene regere, & corpora sua viuentem hostiã Deo exhibere didicerint. Quia postea crescentib. malis templum idolorum sordibus prophanatũ, & tandem a Chaldæis destructum & incẽsum est, significat grauiores lapsus eorum, q per confessionẽ rectæ fidei & sacrm baptismi ecclesiæ mẽbris adunati denuo fraude dæmonum a statu fidei deiecti, & vitiorum flãma sunt combusti. Quia dirupto tẽplo, & vrbe Ierusalem ciues eius in Babylonẽ transmigrati, sed post septuaginta annos acta pnia ad patriam (dño miserante) remissi. rursus templum & vrbem sanctã grandi labore restaurarunt, significat eos qui decepti a diabolo, non solum fidei sinceritatem & integritatẽ boni operis perdunt, sed etiã per acerbitatem scelerum Gentilibus & Publicanis similantur. vnde: *Sit tibi ethnicus & publicanus.* Quorũ tñ aliqui per diuinam gratiam resipiscentes ad ecclesiam reuertuntur, cum illustratione sancti spiritus compuncti, præcepta Dei quę reliquerant denuo, audiunt & custodiũt. Septẽ namq; sũt dona spũsancti. Decẽ verò præceptis summa diuinæ legis cõprehenditur, & decies septem septuaginta sunt. Vnde bene qui per oĩa peruersa in Babyloniã fuerant captiuati, post septuaginta annos liberant, & domũ Dei & ciuitatẽ sanctã reędificant, quia nonnunquam qui per peccata sua a communione ecclesię separati infidelium numero copulabãtur, rursus per donum spiritussancti bona opera exercent, & sic consortium fidelium domus, scilicet, & ciuitatis Dei de qua fuerant eiecti, recipiunt.

Prærf. 2. in lib. Ezræ. Ioan. 11. c. 1. Cor. 1. c. Heb. 1. b. 2. Par. 6. d. Esa. 45. a. Esa. 9. b. Ephe. 2. d. Idem ibidem. Prou. 24. b. Matt. 18. e.

a ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Quis b est in vobis de vniuerso populo eius? Sit c dominus Deus illius cum ipso. Ascendat Ierusalem quæ est in Iudæa, & ædificet † domum domini Dei Israel, ipse est Deus d qui est in Ierusalem. Et omnes reliqui * adiuuẽt in cunctis locis vbicunq; habitabãt:

a ¶ Qui non est corporeus nec loco comprehensus. b ¶ Sine me nihil potestis fa. ¶ Aliter nemo potest de confusione peccatorum ad opera virtutum, id est, de seruitio Babylonis ad libertatem patriæ transire.
a ¶ Id est in confessione, vt qui per obliuionem Dei captiuantur a Chaldæis id est, dæmonibus per confessionem diuinæ pietatis ad visionem pacis & lucis redeant.
a ¶ Diuites scilicet qui prædicare non possunt.
a ¶ Vel in Chaldæa scilicet, vel alibi metu Chaldæorum dispersi

Notandum enim, quòd eadem pœnitentium ad ecclesiã reuersionem, & domus domini post incẽdiũ reædificata, & ciuitas restaurata, & populus post captiuitatẽ in patriam remissus, & vasa sancta relata denunciant. Sed quia Esdras de his omnibus explicat, libet de volumine eius aliqua spirituali sẽsu exponere, quo clarius fiat qualiter his qui per negligẽtiã vel errorem perierant, sit ad pœnitentiam redeundũ, quanta Dei gratia, quanto ipsorum conatu admissorum poscenda vel impetranda venia, quomodo pœnitentes cum eis q nuper ad fidem venerant, eandem Christi domum ędificent, & pariter in futuro dedicationis illius solennia expectent.

Idem ibidem. Iudæi.

b *Quis est in vobis.* Be. Magna in his verbis fides regis, magna claret pietas. Fides quidem, quia populum Israel præ cęteris Dei esse intellexit. Pietas, quia nullo excepto omnes qui vellent liberos in patriam redire, permisit. Fides, quòd eundem Deum & habitare in cœlis, & esse in Ierusalem, & cũ singulis reuertentibus ascendere posse confessus est, patet enim q non corporeum & loco comprehensibilem, sed spiritum & vbicunque præsentem credidit, quem ita Ierosolymis, & in templo habere locum confessus est, vt simul cum cœli regno pręsidere non dubitaret: ita in cœlis regnare credidit, vt cum suis fidelibus esset in terra, eorumque animos & manus ad salutaria dirigeret opera.

Lib. 1. in Esram c. 1. Cyri fides & pietas.

c *Ascendat in Ie.* Bed. Qui peccant vel secularia curãt in imo sunt, qui Deo placere desiderant, ad cęlestia suspirẽt, omnes pompas mundi & illecebras ęterno ũ amore transcendant, & ædificent domum Deo in Iudæa, in confessione. s. suę iniquitatis & diuinæ miserationis præparent corda sua quæ Deus habitare & illustrare dignetur, & proximos ad idem inuitare verbis & exemplis nitantur.

d *Et omnes.* Notanda distinctio verborũ, quia oĩbus a captiuitate solutis dedit rex facultatẽ, vt quicũque ad templum ædificandum, dño duce, ascenderet, non tñ omnes ascendere iussit, sed quos donata libertate alibi habitare delectaret, ascendentibus auxiliari quęque de loco suo præcepit, data, scilicet, eis in necessitate tam lõgi itineris pecunia vel pecoribus. alia quoque illis dona dare & commendare desiderauit, quæ in templo dñi pro memoria mittentium offerrent. Omnes ergo de captiuitate liberati sunt, omnes pietatis affectibus dediti. Sed perfectiores ad ædificandũ templũ domino ascen-

Idem ibidem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ipse præcepit mihi vt ędificarem ei domũ in Ier. *quia in eadem prophetia subditur*: Ipse ædificabit ciuitatem meam, &c aptiuitatem meam dimittet, &c.

2 Quis est in vo. *Hic consequenter ponitur concessio libertatis, scilicet, a seruitute omnibus qui voluerunt in Ierusalem redire, et hoc est quod dicitur.* Quis est in vo. de vni. populo eius. *populum enim Israel reputabat populum Dei cœli, quia in illo populo fuerat uerus cultus ipsius.*

3 Ascen. in Ierusalẽm quæ est in Iudęa & ędific. *q. d. quilibet de populo illo debet hoc facere, tum ex desiderio libertatis, quã omnes appetunt, etiam bruta animalia secundum modum suum, vñ bestiæ & auiculæ reclusæ quantumcumque habeant splẽdide ad comedendum, ꝑpetunt tamen libertatem satietati. si qua uia pateat euadendi. Tũ ex uoluntate cultus ipsius deitatis qui exercendus est in Ierusalem, unde subditur.*

4 Ipse est De. qui est in Ie. *est autem ubique æqualiter per essentiam, & præsentiam, & potentiã, sed per specialem cultum fuit in Ierusalem, quia ad hoc elegit ciuitatem illam, ut habetur 3. Reg. et 1. Para li. & 2.*

5 Et omnes reliqui. *scilicet de populo illo qui nolunt recedere, qa aliqui fuerunt ibi retenti amore uxorum & filiorum ibidẽ genitorum, & bonorum acquisitorum.*

Adiuuent

MORALITER.

1 *Et ipse præcepit mihi, ut ædificarẽ ei domum in Ierusalem.* Deus enim pater homini Christo pręcepit, ut ędificaret ecclesiã ex lapidibus uiuis. id est, Christo credentibus ex omnibus gentibus congregatam.

† *Aedificet domum domini Dei Israel.* Per istos intelliguntur apostoli & alii credententes primi, qui moribus & doctrina ędificauerunt ecclesiam Dei.

5 *Et omnes reliqui adiuuent.* per istos intelliguntur conuersi de Gentilibus qui adiuuerunt in ędificatione ecclesię, sicut patet de beato Luca & aliis pluribus a principio conuersis ex gẽtibus, & postea de Ambrosio & Augustino, & aliis pluribus doctoribus.

† Et

no ascenderunt, cæteri adiuuerunt. Oēs.n.electi de potestate tenebrarum eruti, ad libertatē ptinent filiorū Dei & gloriæ oēs societati sanctæ ciuitatis, i. ecclesiæ annumerati lætantur. sed tm̄ perfectorū est in ædificatione eiusdem ecclesiæ et alijs prædicando laborare, qui ab Apostolo duplici honore donantur, sicut angelus Danieli dicit: *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Quia erudi tores multorum cū magis auditores ad cœlestia diligēda instituūt, minus pro terrenis curā gerūt, imò acquisita pro spe ęternorū relinquunt. Vñ necesse est, vt ad prędicandū subsistāt diuites, q prędicare nequeunt inopię eorū subuenire, vt sic pdicationis possint esse participes. Vnde Ioānes: *Nos ergo debemus huiusmodi suscipere, vt cooperatores simus veritatis &c.*

1.Tim.5.c. Dan.13.b. † cum ec † 3.Esd.2.d. 3.Ioan.3.b.

a ¶Ad prædicandum. b ¶De quacunque scilicet professione.

a adiuuent eum viri de loco suo. Argento, & auro, & substantia, & pecoribus, † excepto quòd voluntarie offerunt in tem- (1, 2)

a ¶Quia debili animo & inerti iacent, vel suæ vel fraternæ dilectionis & salutis curam non habent.

b plo Dei quod est in Ierusalem. Et surrexerunt principes pa- (3)

c trum de Iuda, & Beniamin, & sacerdotes, & Leuitæ, omnis cu

a ¶Per scripturas admonendo & gratiam infundendo.

d ius suscitauit Deus spiritum, vt ascenderet ad ædificandum

a ¶Diuites gaudia perpetuæ remunerationis expectantes.

templum domini, quod erat in Ierusalem. Vniuersiq; qui erāt (4)

¶Prædicatorum. a ¶Naturali ingenio præclaris, fixis, eloquentia niridis.

e in circumitu adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis &

f aureis, in substantia & iumentis, in supellectili, exeeptis his

a ¶Fideles.

quæ sponte obtulerant. † Rex quoq; Cyrus protulit vasa tem- (5)

a ¶Quilibet immundus spiritus qui fideles de ecclesia rapit & priuat gaudio æternæ pacis.

pli domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, &

a ¶Iungendo consortio reproborum qui sunt templum & ciuitas diaboli capitis scilicet, omnium malorum angelorum & hominum.

g posuerat ea in templo Dei sui. Protulit autem ea Cyrus rex

a *Adiuuent &c.* Qui tēporalibus abundant, nō solum pauperibus Christi necessaria debent ministrare, sed & bona quæ possunt pro se libenter operari, vt vtroque cōmodo in templo Dei quod est ecclesia, partem mereantur habere.

b *Et sur.* Cyrus oīa præcepit, imò pmisit in Ierusalē ascendere & ædificare domum dñi, sed tantum de Iuda, & Beniamin, & tribu Leui ascendere voluerūt. Nā decē tribus sub Ieroboā rege à tēplo Dei & cultu pietatis sunt alienatæ: & ideo a regibus Assyriorū fuerunt captiuatæ, nec vnquā omnes, vt perhibent in patriā venisse. Sed Iudas, & Beniamin, & tribus Leuitica, ad quā templi ministeriū pertinebat, quāuis peccata decem tribuū imitarentur, nunquā habitationē vrbis & templi ceremonias deserebāt. Vñ & vltimæ a Chaldæis sunt captæ, & primæ Persis regnantib. redire permissæ, quia scilicet, de tribu Iuda & Leuitica ortus est dñs noster. Tribus quoque Beniamin illis se religiosa fide coniunxit maximè quia Ierusalem in eius sorte fuit: & ideo collatæ misericordiæ particeps esse meruit.

Idem ibidem.

c *Princi.* Principum.n.patrū, idest, magñorum est opere & doctrina errantium mentes in studio boni operis ædificare. Scribę docti in regno cœlorum, qui merita sensusq; auditorum solerter examinantes diiudicare norunt quem in quo gradu ministerij ecclesiastici promoueant.

Idem ibidem.

d *Vt as.* Quotidianis profectibus velut quibusdam gradib. ascendit ad summam virtutum, quæ sunt in æternæ pacis visione. Primi gradus sunt propriam vitā corrigere. Secūdi de proximorum erratibus laborare. Supremi post opera bona, & doctrinam gaudia perpetuæ remunerationis expectare.

Idem ibidem. Gradus virtutum.

e *Adiu.ma.e.* Manus ædificātium socij, q ædificare nequeunt datis pecunijs adiuuant cum seculares prædicatoribus liberos suos vel familiā domino educandam committūt, vt quod per se nequeunt, per eos qui possūt, domino suæ deuotionis munus offerant.

f *Et iumentis.* Bed. Idest, tardioribus, sed ad leue iugum euangelij portandū mansuetis. Daut ēt pecora, humiles, s. spiritu & mites, q de substantia sua quasi de lacte, & lana gratis pauperibus tribuunt. Dant & substantiam & supellectilē variā cum multifariis operum floribus, insignes viros vel fœminas, parentes vel domesticos doctoribus commendant, per quos dño consecrent & proficiant in ædificium domus domini. Sunt.n. pleriq; naturali dono casti, patientes, modesti, liberales, iustitię & sapientię amatores, orationibus & eleemosynis (sicut Cornelius) instātes, & legē non hñtes, quę legis sunt, faciunt. Hi cū sanctis prædicatorib. in Chr̄o renascituri, vel in fide confirmandi offerant, quasi supellex varia ad ædificandam domum dñi principib. patrum tribuuntur.

Act.10 a.

g *Protu.au.* Bed. Diuersa vasorū species fideliū personas diuersas vel orones significat. In Apocalypsi legitur viginti-quatuor seniores hr̄e phialas aureas plenas odoramētorum quæ sunt orationes sanctorū. Phialæ enim sunt vasa patula & lucida, & significant simplicium corda, quę nihil subdolę cogitationis habent, sed ea quæ in corde tenent, pura proferunt

Idem ibidem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Adiuuent. *de bonis suis ad ædificationem templi per munera adhoc oblata, & ēt redeuntes, vt possint melius redire & prospere agere. Secūdū Hebræos variatur hic textus & expositio. & hæc est litera:* Et omnem reliquum. *s. de Iudæis qui non potest ascendere Ierusalem propter paupertatem: quia non habet expensas pro via, vel debilitatem, quia non pōt peditare, vellet tamen ire si posset.* Adiuuent eum uiri de loco suo. *idest, vicini eius, etiam Gentiles prouidendo de expensis & vehiculo, ita præcepit Cyrus.*

2 Excepto quod uoluntarie offe. &c. *qa multi Gentiles audientes virtutē Dei Israel, obtulerunt multa munera ad ædificandum templū in Ierusalē, quod fuerat destructum exemplo regis animati ad hoc.*

3 Et surrexerunt principes patrum. *Hic consequunter describit impletio voluntatis ipsius Cyri a Deo inspirati, cū dicitur:* Et surrex. principes patrū de Iuda & Beniamin & sacerdotes & Leuitę. *Istæ.n. tres tribus scilicet Iuda, Beniamin, & Leui, fuerūt vltimo captiuatę per Nabuchodonosor regem Babylonis: & primo reductæ sunt de captiuitate, nec tantum peccauerunt quātū aliæ quæ captiuatæ fuerūt per reges Assyriorū, nec ex his redierunt de captiuitate nisi aliquæ reliquiæ, quæ euaserant manus regū Assyriorum: & coniūxerat se tribus tribubus prædictis tempore Iosiæ, vt habetur. 2. Parali. 14. & fuerunt simul captiuatæ per Nabuchodonosor, & simul redierunt, qui voluerunt redire.*

4 Vniuersiq; qui erāt in circumitu adiuue. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo de Iudęis remanentibus in Babylone. Alio modo de Gentilibus adiuuantibus impotentes de præcepto Cyri, vt prędictū est.*

5 Rex quoq; Cyrus. *Hic cōsequenter describitur collatio pietatis: quia Cyrus fecit restitui vasa quæ fuerant apportata de tēplo domini. Audierat enim, q dominus fuerat offensus cōtra Balthasar regē Babylonis eo q ea applicuerat vsibus humanis, bibendo in eis ipse & sui milites & vxores: vt habetur Dan. 5. propter quod Balthasar nocte sequenti interfectus est.*

Per

MORALITER.

3 *Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, & sacerdotes & Leuitæ, &c.* Isti sunt Apostoli & credentes primi, qui promptè ac viriliter executi fuerunt opus ecclesiæ Dei.

4 *Vniuer.qui &c.* Isti sunt conuersi de gentibus in scientiis Philosophicis edocti, qui illas scientias conuerterunt ad ædificium ecclesiæ Christi.

5 *Rex quoque, &c.* Per Nabuchodonosor, qui sedens in angustia interpretat̃, diabolus qui secū portat ignem suum significat̃. Per vasa vero quæ tulerat, homines significant̃, quos ad idololatriā & alia peccata induxerat, q per Chr̄m ad gratiam reducuntur. Moraliter autē per Cyrum Christus significatur, sicut prius per domum dñi ædificandam intelligitur mens humana. 1. Cor. 3. d. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Hęc autem domus ædificatur in Ierusalem, idest, in quiete voluntatis bonę. Lucę 2. b. *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hoībus bonæ volunt.* Ad hanc ędificationem inducit Cyrus noster, s. Iesus Christus, per vocem, idest, p internam inspirationem, in qua loquitur mentib. humanis, & per scripturam, i. per doctores & prędicatores ad informationē populi sacram scripturam exponentes. Per vasa vero a Nabuchodonosor ablata de domo domini possunt intelligi dona spiritus sancti, quę diabolus aufert de mente hominis, qui templum est diuinitatis, qñ eam inducit ad casum peccati mortalis. Sed Cyrus noster, idest, Christus ea remittit, cum a peccato mortali ad gratiam resurgere facit, & tunc laborat sic resurgens ad ędificationem ecclesię per exercitium virtutis a domino restitutę.

runt lingua. Talibus ergo aromata.s.acceptabiles Deo orationes inesse referuntur. Cultri quibus vtebantur ad incidendos vel diuidendos rõne congrua artus victimarũ, vt oibus ratione distinctis pars in altari consumeretur, pars sacerdotibus, pars Leuitis pars offerentib. daretur, illos significant, q discretionem habent, qui perfecte norunt discernere de sacrificio salutari, quod est Christus, quæ omnibus sint dicenda, quæ perfectioribus, quæ humanæ cognitionis modum excedentia igni spiritussancti tribuenda. Scyphi aurei qui maiori sapientiæ splendore rutilant. Argentei vero qui docendi venustate rutili quæ norunt planius exponunt. Quos distinguens Apostolus ait: *Aliis per spiritum datur sermo sapientiæ, aliis sermo scientiæ secundum eundem spiritum.* Quod autem numerus vasorum, & specialiter singulorum, & in summa generaliter omnium memoratur, significat: quia dominus summam electorum suorum non solum eorum qui in fidei mundicia perseuerant, sed etiam eorum qui resipiscendo ad fidem redeunt, in libro æternæ memoriæ scriptam continet. in quorum figura apte subditur. *Et annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ, & hic est nume. &c.* ✱ Chr. Idest, Zorobabeli, secundum Hebræos, quo nomine eum Assyrij vocabant, qui interpretatur, gaudium in tribulatione & angustia. Per istum autem Zorobabelem dimissi sunt omnes filij Israel.

† thesaurarij. † Sesbasar † vel polubra aurea. 1. Cor. 12. a.

Persarum per manum Mithridatis † filij Gabazar, & annumerauit ea † Sassabasar principi Iudę, & hic est numerus eorum: † phialę aureę triginta, phialæ argenteæ mille, cultri vigintinouem: scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi quadringenti decem, vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea quinque millia quadringenta. Vniuersa tulit Sassabasar, cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

a ¶ Iudas confessio annumeratur.
b ¶ Qui sacrificium quod est Christus discrete diuidere nouerunt, & intelligere.
a ¶ Corda sanctorum simplicia & lucida.
¶ Qui feruente charitate solem solatia debriari.

Hoc fit, cum Christus qui est hæres vniuersorum quos ad salutem prędestinauit, de potestate sathanæ eruit, & ecclesiæ sacerdotibus reconciliandos per pœnitentiam offert. b *Et hic est.* Quia nouit dominus numerũ electorum, nec perit aliqua de quibus eius confitentibus nomini eius magno, & terribili. *Et hic est numerus.* Quia nullus de prædestinatis perire in perpetuum potest. Si quando enim in Babylonem, id est, confusionẽ peccatorum adducuntur, diuina prouisione per societatem iustorum ad pacem ecclesiæ reducuntur. Vasa autem quę exercitus Chaldęorum capta Ierusalem fregisse, fractaq; in Babyloniam transtulisse perhibetur, illos exprimunt qui ita a diabolo capiuntur, vt priusquam pœniteant, perennem rapiant ad pœnam.

Beda libr. 1. in Ezram c. 1.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Per ma. Mith. fi. *In Heb. habetur:* Per manum Mithridatis thesaurarij. *erat enim thesaurarius regis, vt dicit Iosephus, & ibidem dicitur 2. Esdræ 2. c.*
2 Et annun. ea. *idest, sub certo numero & pondere tradidit.*
3 Sassabasar prin. Iud. *Dicunt Hebræi, quòd iste fuit Daniel. Sed litera sequens videtur contradicere, quia subditur:* Vniuersa tulit Sassabasar cum his, qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem. *Daniel autem non legitur redijsse de Babylone in Ierusalem, sed magis dicitur sepultus in Babylone: remansit enim ibi ad consolationem Iudæorum remanentium, quia fuit in magna potestate apud reges. vnde & tertio anno Cyri facta est sibi decima visio, vt habetur Dan. 10. & anno primo Cyri data fuit licentia Iudæis redeundi, vt habetur suprà 1. cap. Et ideo aliter dicitur, quòd fuit Zorobabel. Vnde & infrà habetur, quòd fuit binominis. Qui tamen vult tenere dictum Hebræorum, potest dicere, quòd licet Daniel de Babylone non redierit in Ierusalem, tamen de profectione redeuntium & de portatione vasorum disposuit, & ideo sibi primo tradita fuerunt.*
4 Cultri vi. *Erant cultelli magni ad diuidendum hostias.*
5 Scyp. au. tr. *In Heb. habetur:* Bacini aurei. *In bacinis argenteis recipiebatur sanguis hostiarum, sed in bacinis aureis portabatur intra sanctumsanctorum in die expiationis.*
6 Omnia va. au. &c. *Numerus autem partium singularum simul iunctus non ascendit tantum, quia illa quæ erant pretiosiora, fuerunt numerata per partes, in numero vero illo totali fuerunt inclusa multa alia quæ non erant tanti valoris.*

CAP. II.

a *Hi sunt &c.* Iudeæ sci. non Babyloniæ. Ad hanc enim pertinebant etiam de captiuorum stirpe in Babylonia nati. Toto enim animo Iudæã & Ierusalem suspirabant, quorum figuram gerit dux eorum Zorobabel, qui nomine ipso se ortum in Babylone demonstrat, sed intentione & opere ciuem Ierusalem. Altiori sensu filij ecclesię filij sunt patrię cęlestis, non solum qui ecclesię sacramentis iam sunt imbuti, sed etiam qui foris, id est, inter impios aliquando aberrantes diuina electione ante secula præordinati ad uitam diuinę gratiæ ministerijs sunt consecrandi.

✱ Comestor. Ascensuri in Ierusalem uel in Iudeam, alios hortabantur, sed paucos inuenerunt qui assentirent eis. Et propterea tam in exhortatione, quam in apparatu tres annos compleuerunt. Igitur in anno tertio Cyri regressi sunt sub Zorobabel duce, & Iesu magno sacerdotes, adhortantibus eos Zacharia propheta, & Haggæo iuuene.

Beda vbi sup.

b *Et re. sunt in Ie.* Cum enim liberati de potestate Sathanę, q a fide errauerant cum eis qui nuper fidem didicerunt, in Ierusalem optatę pacis, & in Iudæam confessionis vel laudationis redierint, mox quisque ciuitatem suã repetens ingreditur, idest, custodiam & operationem virtutum, quam diuina dignatio, secundum mensuram fidei largitur, deuotus exequitur. Bene autẽ cum dixisset generaliter reuersos in Iudæã & Ierusalem, subiecit. *Vnusquisque in ci. suam.* quia sic singuli in suis ciuitatibus commorabantur, vt generaliter omnes ad Iudam & Ierusalem pertinerent. Designat ergo Ierusalem vniuersalem ecclesię statum & ciuitates ad eam pertinentes singulas fidelium virtutes, in quibus ab incursibus dęmonum muniuntur. Possunt etiam per ciuitates in quibus commorabantur qui de captiuitate in Ierusalem & Iudeam venerant, diuersæ per orbem ecclesiæ accipi: ex quibus vna catholica perficitur, in quibus quicunque conuersantur singuli se filios catholicæ ecclesiæ quasi ciues Ierusalem profitentur. Vtebantur autem ante alios Zorobabel & Iesu ducibus, quorum vnus de regia, alter de sacerdotali prosapia erat, qui vnam veri

CAP. II.

a Hi sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonẽ, & reuersi sunt in Ie-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

Diuisio.

1 Hi sunt autem pro. *Hic consequenter numeratur turba reuocata. & primo ponitur eorum summa, secundo describitur eorum substantia, ibi.* Equi eorum. *Circa primũ primò ponitur numerus popularium, secundò sacerdotum, ibi.* Sacerdotes. *tertiò proselytorum siue incertorum, ibi,* Et hi qui ascenderunt. *quartò colligitur numerus omnium, ibi,* Omnis multitudo. *Circa primum dicitur.* Hi sunt autem prouinciæ filij. *id est Iudææ prouinciæ, cuius filii dicuntur Iudæi, licet fuissent inde in captiuitatem ducti.*

Vnus-

MORALITER.

1 *Hi sunt autem prouincię fi.* Mystice vero prouincia ista est militans ecclesia, eius autem filii sunt credentes populi, qui per peccatum erant in captiuitatem deducti, sed per Christi gratiam sunt reuersi.

Qui

a rusalem & Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suã, qui venerunt cum 1 2 Zorobabel. Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsam, b Mesphar, Beguai, Reheum, Baana. Numerus virorum populi Israel, Filij Pharos, duo milia centũ septuaginta duo. Filij Sephatia trecen- 3 ti septuaginta duo. Filij Arrea septingenti septuagintaquinque. Filij Phahat moab filiorũ Iosuæ Ioab duo milia octingenti duodecim. Filii Aelam mille ducenti quinquaginta quatuor. Filij Zethua, nongenti quadraginta quinque. Filij Zachai, septingenti sexaginta Filij Bani sexcenti quadraginta duo. Filij Bebai, sexcenti viginti tres. Filij Azgad, mille ducenti vigintiduo. Filij Adonicam, sexcenti sexaginta sex Filij Beguai, duo milia quinquaginta sex. Filij Adin, quadringenti quinquaginta quatuor. Filij Ater qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. Filij Besai, ¶Vel Atem. trecenti viginti tres. Filij Iora, centũ duodecim. Filij Hasum, ducenti vigintitres. Filij Gebbar, ¶Alias nonaginta. nongentiquinque. Filii Bethlehem centum vigintitres. Viri Netupha, ¶Alias Nepte. quinquagintasex. Viri Anathoth, centum viginti octo. Filij Azmaueth, quadraginta duo. Filii Cariathiarim, Cephira & Beroth, septinginti quadraginta tres. Filij Rama, & Gabaa, sexcenti viginti vnus. Viri Machimas, cẽtum vigintiduo. Viri Bethel & Hai, ducenti vigintitres Filij Nebo, quinquagintaduo. Filij Megbis, centum quinquagintasex. Filij Aelam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor. Filij Harim, trecenti viginti. Filij Lodhadid & Ono, ¶Alias sexcenti. septingenti vigintiquinque. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque Filij Senaa, tria milia sexcenti triginta. Sacerdotes 4 Filij ¶Alias Idaia. Iadaia in domo Iosue, nongenti septuagintatres. Filij Emmer, mille quinquaginta duo. Filii Phethur, mille ducenti quadraginta septem. Filii Harim, mille decem & septem. Leuitæ, Filii Iosue & Ced- 5 miel filiorum ¶Alias Odema. Odouiæ, septuagintaquatuor. ¶Alias tres. Cantores, Filii Asaph, 6 centum vigintiocto. Filii ianitorum, filii Sellum, filii Ater, filij Ter- 7 mon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai, vniuersi centum trigintanouem. c Nathinæi, filij ¶Alias Siaa. Sina, ¶Alias Osai. filij Hasupha, filii Tabbaoth, filii Ceros, filii 8 Ceros, ¶Alias Siaa. filii Siaa, filii Phadon, filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub, ¶Alias Agaba vel Abaga. filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan, filii Gaddel, filii Gaher, filii ¶Alias Rahaia. Raaia, filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam, filii ¶Alias Aga. Aza, filii Phasea, filii Besee, filii Asena, filii Munim, filii Nephusim, filii Bacbuc, filii Hacupha, ¶Alias Azur. filii Harhur, ¶Vel O. filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa, filii Bercos, filii Sisara, filii Thema, filii Nasia, filii Hatipha, filii seruorum Salomo- 9 nis, ¶Alias Ph. filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharuda, filii Iala, filii Dercon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Hatil, filii Phocereth qui erant de Asebaim, d filii Ami. Omnes Nathinæi, & filii seruorum Salomonis tre-

A veri regis, & summi sacerdotis personam gerebant. Ipse solus est per quem ad salutem venimus. vñ. *Nemo ve. ad pat. me. ni. &c.* (Io. 14. a.) qui singulos electorum vel per seipsum occulta inspiratione vel per prædicatores aperta erudi tione de confusione præsentis vitæ ad visionẽ pacis & confessionem diuinæ laudis, quasi ad Iudæã & Ierusalẽ de Babylone colligit. Visio autẽ pacis & cõfessio in pręsenti inchoatur, & in futuro perficitur.

B (Ibidem.) a *Vnusquisque in ciuitatem.* Bed. Ideo vigilanter scriptura distinxit de qua generatione captiuorum soluti in patriã redierint, vt ex eo admoneremur quanta certitudine summã electorũ suorũ in libro vitæ dominus cõscribat & velut in albo cæli consignet quot animas q; que fideliũ vel verbo vel exemplo cõuerteret, pro quibus certa mercede remuneret.

(Ibidem.) b *Numerus &c.* Bed. Populum Israel tribũ Iuda & Beniamin dicit, & quicunque de alijs tribubus Assyriorum quondam C euaserat manus sed cum his qui fuerant a Babylonijs captiuati.

D ti. Deniq; notandũ, quia in ipsa serie catalogi, & magis vbi idem catalogus in secunda parte libri. I. verbis Nehemiæ reperitur, quindecim fere ciuitatũ nomina inferuntur, quæ (nisi fallor) in Iuda tantum & Beniamin inueniũtur, vnde verisimile est populũ Israel hoc loco de ipsis maxime tribubus vna cũ sacerdotibus & Leuitis qui inter eos sortem habuerant, debere intelligi.

(Ibidem.) c *Nathinæi, fi.* Be. Nathinæi E qui post sacerdotes, Leuitas cantores, & ianitores in ordine describuntur, ipsi tunc fuere qui nunc in ecclesia sub diaconi vocantur, obedientes officijs Leuitarum, & oblationes in templo suscipientes, a populo.

(Ibidem.) d *Omnes na.* Bed. Hoc loco etiam secundum literã gratia Dei ostenditur, qua etiã in veteri testamento Gentiles ad salutem recipiebantur, dum exposito catalogo eorũ quos veraciter ad populum Dei pertinere cõstabat, adiũcti sunt, qui vtrum ex Israel F an

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vnus. in ci. *quia vnusquisq; naturaliter diligit locũ natiuitatis suæ.*

2 Qui uene. cum Zo &c. *Nomina istorũ exprimuntur, quia fuerũt personæ notabiles & principale: alij autem comprehenduntur sub nominibus patrum vel ciuitatum vnde fuerant. cum subditur.*

3 Filii Pharos duo mi. *Circa quod sciendum, quod aliqua nomina hic exprimuntur, de quibus certum est qd sunt nomina ciuitatum sicut dicitur infra, Filii Bethlehem, et filii Cariathiarim, et filii Ierico, et similia, et aliqua de quib. certũ est quod sunt nomina patrũ, vt cum dicitur infra Cantores filii Asaph, et filii Sellũ et Nathinæi, et filii Sobai, et consimilia, multa vero nomina, hic exprimuntur a quib. filii dicuntur, de quib. nominibus non habetur certitudo, vtrũ sint nomina patrũ vel ciuitatũ, qa nec doctores Hebraici nec Latini hoc determinauerũt.* Sacer-

4 Sacerdotes *Hic consequẽter ponitur numerus Leuitarum, et inchoatur a sacerdotib. qui erant principales in tribu Leui, cũ dicitur.* Sacerdotes, filij Iadaia in domo Iosue. *nomina sunt patrum.*

5 Le. fi. *Isti iuuabãt sacerdotes eis ministrãdo in oblationib. sacrificiorum.* 6 Cantores filij Asaph. *Isti cantabant diuinas laudes, quando offerebantur libamina sacrificiorum.*

7 Filij iani. *qui custodiebant portas atrii sacerdotũ ad quatuor partes orbis.*

8 Nathinæi. *Isti portabãt ligna et aquas ad locum diuini cultus.*

9 Fi. ser. Sa. *serui Salomonis dicũtur illi qui fuerunt deputati ad custodia ædificiorum templi, et ad reparandum ea quæ essent reparãda, et isti dicuntur filii eorum, quia descenderũt ab ipsis, licet per multas generationes.* Et

MORALITER

2 *Qui venerunt, &c.* per Zorobabel qui fuit dux redeuntiũ Iudęorũ, significatur B. Petrus pastor ouium, & apostolus Iudæorũ, sicut dicitur Gal. 2. b. *Qui operatus est Petro in apostolatum circuncisionis &c.* Et ideo p hic numeratos Iudæos signantur credentes de Iudæa p B. Petri prædicationem, de quib. dicitur Act. 2. b. *Stans autem Petrus cum, vndecim eleuauit vocem suam & locutus est eis, Viri Iudæi, &c.* Sequitur infr. *Qui* † *ergo*

A an ex proselytis essent, ignorabatur, eorúq; simul inter filios Israel numerus exponitur, & si.n.lõga separatione patrum suorũ a templo vel populo Dei quomodo ad eum pertinerent indicare nequierant, qui tñ data generali licẽtia de captiuitate ascenderant, vt socij recipiebantur, gaudebant etenim cæteri Israelitæ eos ob amorem communis fidei & religionis habere quasi fratres & notos, & si in origine carnis minus cognoscebant eos.

Allegorice. Allegorice autem inter pœnitentes qui liberati a captiuitate vitiorum ad ædificandam vel in se vel in alijs domum domini ascendunt, sunt nonnulli qui plurimis grauioribus peccatis astricti, B qui a Deo ab omni actu pietatis & castitatis videtur alienati, vt nihili prorsus bonitatis & religionis quam a doctoribus acceperant, in eis remansisse videatur, nec possunt indicare vtrum ex Israel.i. ex sancta ecclesia fuerint generati, quia tales peccãdo facti sunt quasi nũquam pertinuerint ad spiritũsanctum, pœnitendo tñ corriguntur & cõuertuntur, vt numerus corũ inter veros Israelitas in quib. dolus nõ est, cõscribatur in celis.

Io.1.g. a *Et de fi.sacer.* Bed. Eadẽ cautela filij transmigrationis erga sacerdotes agunt, qua erga populum. Curabat.n vt distin- Ibidem. C cte patesceret qui vere ad populum Israel vel ad genus sacerdotale pertinerent, qui aut suspecti, aut certa proselytorum.i.aduenarum essent stirpe procreati. Sacerdotes ergo D suspectos ab altaris mouerunt officio, vsq; dum certius corũ origo claresceret, sed nihilominus in societate transmigrantium vnanimi secum pace seruauerunt.

Mystice. Mystice autem quęrunt filij sacerdotum de captiuitate Babylonica, ascendentes scripturam genealogiæ suæ, nec inuenientes de sacerdotio eijciuntur cum ministri altaris in tanta flagitia vel nefanda dogmata decidunt, vt & si pœnitendo ad salutem animæ redeãt, non tamen digni sunt E qui ad sacrum gradum restituantur. Et si enim inter fideles vitam expectent æternam, non tamen scripturam gradus sui, quem repetere nequeunt inter perfectos sacerdotes inueniunt.

Hi erant autores templi qui reficiebant sarta tecta, si forte fuissent vexata, & restaurabãt de sacra pecunia

centi nonagintaduo. Et hi qui ascẽderũt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, & Adõ, & Emer, & non potuerunt indicare [1] *vel de.* domum patrum suorum, & semen suum vtrum ex Israel essent, filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcẽti quinquaginta duo. a Et de filijs sacerdotum, filij Hobia filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorẽ, & vocatus est nomine eorum. Hi quęsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. † Et dixit Athersatha eis, [2] vt non comederent de sancto [3] sanctorũ, donec surgeret sacerdos † [4] doctus atque perfectus. *a Multitudinis credentium erat cor vnum, &c.* *Quamuis tantus exercitus, tam diuersi g adus tam diuersæ conditionis.* b Omnis multitudo quasi vir vnus, [5] quadraginta duo [6] milia trecenti sexaginta, exceptis seruis eorum [7] & ancillis, qui erãt septem milia trecenti triginta septem. *In popu o. a Q; psa mos dulci modulamine resonabant quod Leuitæ in templo inter quotidiana sacrificia faciebant, quod etiam plures de plebe sus in locis fecisse credibile est.* c Et in ipsis cantores [8] & cantatrices ducenti. Equi [9] eorum septingenti trigintasex

† in Vrim Thummim vide Exod.28.c.

b *Omnis mul. & cætera* Bed. Hi eos significant qui profectu emendatioris vitæ vitia superare, & virtutum culmen ascendere satagunt, nondum tamẽ sibi ad prouidendam viam regularis vitę sufficiunt, sed eorum qui in Christo præcesserunt industria coercentur & diriguntur.

Beda vbi sup. F c *Et in ip.* Mystice in templo vel populo Dei sunt cantores, qui maiore animi dulcedine cælestia mandata custodiunt, & au-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et hi qui ascende. *Hic consequenter ponitur numerus proselytorum, et, licet proselyti proprie loquendo dicantur qui de Gentilitate cõuersi sunt ad Iudaismum, tñ hic large dicuntur proselyti qui non potuerunt sufficienter indicare certitudinem suæ genealogiæ, & ideo dubiũ erat de aliquib. eorum, vtrũ essent de filiis Israel a principio, vel non, non tamen fuerũt eiecti de populo Israel, quia fides nõ negabat et Gentilib. volentib. conuerti, sed de filijs sacerdotũ illi qui non poterant inuenire certitudinem genealogiæ suæ, et quod essent de sacerdotali genere, fuerunt eiecti de sacerdotio, non tamen de communi statu fidelium, vnde & in nouo testamento non omnis qui recipitur ad fidẽ recipiendus est ad ordinum promotionem. Ex hoc etiam loco habetur argumentum, qd nullus permittẽdus est celebrare, nisi fidẽ faciat de sua ordinatione.*

2 Et dixit Ather. *Iste est Nehemias vt dicunt Heb. et hoc idem expresse habetur infra Nehemiæ 8.cap. & vocatus est Athersatha, qui secundum proprietatẽ Hebraici sermonis interpretatur relaxatus, quia per sapientes Heb. fuit licitum bibere vinum Gentilium, eo quod erat pincerna regis Gentilis, vt habetur infra Neh.1. quod tamen de communi cursu erat Iudæis illicitum, vt dicunt Hebræi, propter quod Daniel & socii eius noluerunt bibere de vino, vñ bibebat rex ne contaminarẽtur, vt habetur Dan.1.*

3 Vt non co.de sanct. *Idest, de cibis solis sacerdotibus concessis, cuiusmodi erant panes propositionis et hostiæ pro peccato et delicto, secũdum illud Oseæ.3.b.* Peccata populi mei comedent, &c.

4 Donec surgeret sa.do.&c. *qui sciret inuenire veritatẽ huius genealogiæ tunc ignotæ, prout dicitur communiter ab expositorib. nostris In Heb. habetur,* Donec surgeret sacerdos ad Vrim & Thummim *quod significat, ad doctrinam & perfectionem seu veritatem, & idem Hebraicum ponitur Exod.28.* Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, *& sicut dictum fuit ibidem ista doctrina & veritas erat quidam fulgor procedens ex lapidibus rationalis, qui designabat Deum placatum, & sic impleri in effectu quod sacerdos petebat, vt dicit Iosephus libro antiquitatum. Dicit etiã quod iste fulgor cessauit per ducentos annos antequã scriberet librum illum, quẽ scripsit tempore Titi et Vespasiani, et secundum hoc communiter est, est dicendum, quod post reditum captiuitatis Babylonicæ surrexit sacerdos doctus et perfectus modo prædicto, scilicet habens signũ placationis diuinæ, et signum acceptationis suæ petitionis in lapidibus rationalis, quia a consummatione tẽpli secundi vsque ad destructionem eius per Titum & Vespasianum fluxerunt anni.ccccxx. secundũ Heb. et multo plures secundum Latinos. Quo autem tempore surrexit talis sacerdos post reditum captiuitatis Babylonicæ, non habetur ex scriptura determinate. Rab.Sa. dicit, quod doctrina et veritas rationalis erat nomẽ dei tetragrammaton inclusum sub lapidib. rationalis, virtute cuius manifestabatur veritas de interrogatis ipsi sacerdoti quando consulebat dominum. Dicit etiam, quod talis manifestatio nunquã fuit tempore secũdi templi, & sic post reditũ captiuitatis Babylonicæ non surrexit sacerdos doctus nõ prædicto, & secundum hoc cum dicitur,* Donec surge. sacer.doctus atque perfectus. *ly donec, nõ importat tempus determinatum, sed magis signat idẽ quod nunquam, sicut dicitur, talis non pœnituit de peccatis suis, donec vixit, i. numquã, quia post mortem non potuit pœnitere. secundum vero expositionem Iosephi prædictam, ly donec, importat tempus finitum post quod surrexit sacerdos doctus, licet non sit determinate, scriptum.*

4 Omnis multitudo, &c. *Hic consequenter colligitur totalis numerus multitudinis, cum dicitur:* Omnis multitudo quasi vir vnus. *i. vnius propositi & voluntatis ad ædificationem templi.*

6 Quadraginta duo. *Considerandũ autẽ est hic, quod si coniungantur numeri partiales, supra habiti, non ascendunt tantũ, sed deficiunt decẽ millia & plus, & ideo non videtur verum quod hic concluditur. Ad quod respondet Ra.Sa. dicens: qđ illi qui numerati sunt supra per partes, fuerũt de tribus tribubus tantum, scilicet, Iuda, Beniamin, & Leui, vt satis patet ex prædictis, sed cũ eis redierũt aliqui de alijs tribubus vt dictũ est supra.1.c. & illi coniuncti cum his, faciunt hunc numerum.*

7 Exce.ser.co.& anc. *qui non numerantur in prædicta summa: quia serui & ancillæ non sunt de numero ciuium.*

8 Et i ip.can. *Redibant enim de captiuitate ad terram suã cum lætitia magna, & ideo statuerunt aliquos cantores & cantatrices in via.*

9 Equi eo.septingen.sex. *Hic consequenter numeratur redeuntium substantia. Et patet litera vsque ibi.* Cum

MORALITER.

† *ergo receperũt sermones eius, baptizati sunt, et appositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia.* Et Act.4.a. *Multi eorum qui audierant verbum, s. Petri, crediderunt, & factus est numerus virorum quinque milia.* Inter numeratos aũt hic de Babylone redeũtes, aliqui dicuntur sacerdotes, & aliqui Leuitę, & aliqui cantores, & aliqui Nathinęi, & aliqui populares, & per istos signãtur diuersi status credẽtiũ in ecclesia sub regimine Petri & aliorũ apostolorũ, & sub regimine summi põtificis locũ B. Petri tenentis, & episcoporũ, qui sunt successores apostolorum secundum quod dicitur in decretis di.21. in nouo testamen.

† *Hi quæsierunt scripturam genea.suæ, &c.* Per hoc autem ostẽditur,

& auditorib.suis crebris exhortationib.custodienda cõmittunt. Bñ aũt cantoribus cantatrices iungunt̃ pp sexũ.s. fęmineũ,in quo plurimę reperiunt̃ psonę, quę nõ solũ videndo, sed etiam prædicando corda proximorum ad laudem sui creatoris accendunt, & quasi suauitate suæ vocis adiuuant ędificantes templum.

a .*Muli eo.*Bed.Mulus ex asino & equa gignitur, mula ex equo & asina.Inter hoĩes q de captiuitate ascẽderãt ẽt aĩalia quib. adiuuabantur, describuntur. Et eorum sicut hominũ numerus designatur, quia sunt multi in ecclesia vel sensu tardiores,vel ẽt carnales, qui tñ magistris spiritualibus deuotẽ obtẽperant, & ad portãda onera fraternę necessitatis dorsum mentis

a Muli eorũ ducẽti quadragintaquinq; Cameli eorũ quadringẽti trigintaquinq; Asini eorũ,sex millia septingẽti viginti.

a ¶Vita eminentioribus, b ¶Qui pro aliis sollicit. sunt. ¶Præcepta legis transcendentes.

Et de principibus patrũ cũ ĩgrederent̃ tẽplum dñi qđ est in 1 b Ierusalẽ,spõte obtulerunt in domũ Dei,ad extruẽdã eã in lo

a ¶Hæc e mensura humanæ perfectionis.

c co suo. Scdm vires suas dederunt impensas operis, auri † so d

a ¶Claritatis sapientiæ. b ¶Nitidi eloquii. Eloquia domini eloquia casta.

lidos quadraginta millia, & mille, argẽti mnas qnq; millia.

a ¶ Opera virtutis vulgi mores transcendentia, & sacratis Deo cordibus digna.

¶Sacerdotes qui induuntur iustitiam.

e & vestes sacerdotales cẽtum. Habitauerunt ergo sacerdotes & Leuitæ de populo,& cantores,& ianitores,& nathinæi in f vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.

hostibus idololatrię seruientibus dilexerũt.Quos.n. libertas & copia in patria negligentes fecit cœlestiũ mãdatorũ, eos seruitus & inopia in peregrinatione ad obsequiũ creatoris adduxit. Humanũ.n.corpus opibus & libertate soluit̃,ærumnis quoq; & paupertate ad semetipsum colligit̃. Qđ ergo in populo illo semel factũ est,hoc in oibus pœnitentib. quotidie fieri solet, dũ qui per negligentiã in laqueos diaboli ceciderunt, p industriã pœnitentiæ resurgũt, & qui virtutũ operib. a diabolo nudati de ecclesia recesserũt,ad cõionẽ illius maiorib. uirtutibus exercitati redeunt. Quo.n.grauius se errasse meminerũt, eo ardentius bonis operibus insistunt.

† drachmas

e *Habita.er.sa.&c.*Leuita a Chaldęis captiuatus ciuitatem recipit, cum diaconus virtutẽ perfectionis quam a diabolo seductus perdiderat,domino donante reintegrat. In Babylone vero natus ciuitatẽ in Iudæam veniens ingreditur, cũ regeneratus in Christo & bene institutus in ecclesia acceptũ semel diaconatũ regulariter custodit. Sicut.n.ille p Christi grãm quasi de Chaldæa serui tute liberatus est, ita hic per executionẽ bonorũ, in quibus prædecessores eiusdem gradus conuersati sunt,velut ad mœnia propriæ virtutis vel ciuitatis ascendunt.

inclinant,& cum cæteris electis de confusione diabolicę captiuitatis erepti,ad supernę ciuitatis mœnia tendunt, quorũ etiam numerus memoria Dei integer conseruatur. vnde, *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Et alibi, *Hoĩes & iu.sal.domine.*

Psal.138.c. Ibid.35.b.

b *spon.obtulerunt &c.* Be. Magnæ deuotionis indiciũ est, nõ debitas tñ oblationes,i.lege præceptas, sed ẽt non secundũ præceptum, sed sm consilium donaria sponte dño offerre. Lege pceptum est, *Diliges dñm Deum tuũ,& proximum tuũ sicut te ipsũ,&c.* huiusmodi. Voluntaria verò oblatio est. *Si vis perfectus esse,vade & vende oĩa quæ habes,& da pauperibus.* Sicut apostolus de virginibus.*Præceptũ dñi non habeo,consiliũ aũt do.* Recte ergo principes patrum ad construendã domũ Dei sponte offerunt, quia quo amplius quique etiã a licitis abstinent, eo efficacius ecclesiam Dei ędificant,cum qui exempla perfectionis eorum agnoscunt,tanto magis committere illicita formidant, quanto eos nec licitis vti considerant.

Deu.6.a. Matt. 22.d. Ibid. 19.c. 1.Cor.7.c.

c *Sec.vi.*Hęc est.n.mensura perfectionis, pro posse suo quęque p domino laborare, & statũ ecclesię primo in se, deinde in proximis confirmare.Qui taliter conuersantur, rectè principes patrũ vocantur,qa in perfectione vitę & doctrinę illis qui in ecclesia per sollicitudinis studium patres vocãtur, altius viuendo principantur.

Ibidem.

d *Au.so.* Bed. Aurum & argentum & vestes sacerdotales, principes patrũ secundum vires suas in impensas operũ templi offerunt,cum viri sancti quicquid sapientię, eloquentię,& actionis bonæ percipiunt, bene viuẽdo in ędificationẽ fidelium conferunt.Certum est põdus auri & argenti,certus numerus sacerdotalium vestium, vt sciamus dominũ cogitationes,& sermones,& actus nosse & digne remunerare.

Nota.

Notãdum vero,quantum populo Dei captiuitas profuit. Qui enim sm Ieremiam quatuor millia sexcẽti captiuati sunt,inter hostes multiplicati quinquaginta fere millia viri in patriã redierunt,& q pauperes & serui fuerant,auro,argẽto,vestibus,& seruis locupletati reuertuntur, & qui propter multitudinẽ falsorũ Deorũ patriã perdiderunt, nunc vnius veri Dei fide gaudentes repatriant,ipsam ẽt fidem unanimi deuotione colentes, vt qui pro diuersitate religionis,diuerso nomine Iuda & Israel vocabantur, nunc vnitate pietatis antiquo vocabulo omnes Israel vocãtur. Cultum nãque pietatis quę in terra sãcta prophetis reclinantibus & exempla iustitię demonstrantibus spreuerunt, nunc in terra aliena hostibus

f *Vniuer.Isra.*Be. Vniuersũ Israel, non decem tribus tantum dicit, quæ quondã vocabantur Israel ad distinctionẽ duarũ quæ vocabant̃ Iuda,sed oẽs gñaliter redeuntes,siue de Iuda & Beniamin,siue de alijs tribubus. Nã decẽ tribubus in Assyrios translatis,& Samaritis in terrã eorũ substitutis, qcunque remãserant reliquerũt,& fregerũt simulacra & integro corde dño seruire,& i tẽplo sacrificare cęperũt,sicut scriptũ est in Paralip.His ergo q residui cũ tribu Iuda & Beniamin, qb.sociati fuerãt,captiuati sũt,simulq; reuersi in pñam & in ciuitates suas,quas vacuas cũ agris & villis repererũt. Nõ.n. eas cũ ipsi in Babylone seruirẽt, sicut nec duarũ tribuũ terras, qsq̃ colonus intrarat. Celebrauit.n.terra sabbatha sua cũ ctis dieb.desolationis. Maior aũt pars decẽ tribuũ captiuata ab Assyrijs vltra mõtes Medorũ nunq̃ redijt, nec si rediret, ciuitates suas ĩgredi posset,quas possedent Samaritę. de qb. sibi pmittũt Iudæi,q. regnãte Chro suo cũ cæteris suæ gẽtis hoĩbus tũc in Iudæam reuersuri, & in toto orbe regnaturi.

Allegoricè.

Allegoricè.Sacerdotes,Leuitæ,cantores, ianitores,& nathinęi,oisq; Israel in ciuitatib.suis habitãt,cum ministri altaris & doctores & plebs Chriana in suis gradib. Deo fideliter seruiunt, siue q eodẽ gradu aliqñ vitijs sordidato vel pdito, per pniam correpti sunt,siue qui nuper de regno diaboli ad ecclesiã venientes bonum sibi gradum acquisierunt. Suas enim ciuitates introierunt Leuitę vel filij Israel, non solum q erãt captiuati amiserant,sed ẽt qui de captiuis geniti ad ipsas se paterna successione ptinere didicerant. Quicunq; verò ita captiuati sunt,ut nunquã reuersi alijs fundos suos possidendos reliquerunt, illos significant, qui sic peccando ab ecclesia discedunt,ut nunquam resipiscant, & alijs promissa sibi pręmia relinquant. unde, *Memor esto vnde excideris, & age pniam,& prima opera fac,sin aũt venio tibi, & mouebo cãdelabrum tuũ,&c.*& alibi:*Tene quod habes,vt nemo accipiat coronam tuã.*

Apoc.2.b. Ibi.3.c.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA. 1 *Cum ingre.tem.do.*i.locum vbi fuerat templum Domini.Cætera patent in litera.

MORALITER.

† ditur, q nullus recipi debet ad ministerium officij sacerdotalis, nisi doceat de sua ordinatione, aliter posset ex hoc magnum periculum euenire.

CAP. III.

Beda ibi. cap.3.

a *Iamq; ven.mẽ.sep.* Qui apud nos October præ cęteris legali obseruatione solennis,in quo etiam celebrata est dedicatio tẽpli. Congruè ergo cum primo ciuitates suas intrassent; et mansiones sibi prouidissent, mox in Ierusalẽ confluxerunt, et altare construxerunt, et eo tem-

CAPVT III.

a Iamque venerat mẽsis septimus,& 1 erant filij Israel in ciuitatibus suis.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

1 Iamq; ve. *Hic cõsequenter describitur tẽpli reædificatio. cuius primo describitur fundatio. Secundo operis intermissio, c.3. Tertio eius* tio eiusdẽ resumptio,ca.5. *Quarto consummatio, c.6. Circa primum primo altare sub diuo erigitur.Secundo tẽplum fundatur. ibi.* Porro aũt. *Tertio fundationis solẽnitas celebratur,ibi.*Fundato igitur.*Circa pri-*

Diuisio.

MORALITER.

1 *Iamque ve.* Per septenariũ numerum significatur aduẽtus septiformis gratia sancti spiritus in apostolis, alijsq; discipulis,vt habetur Act.2.

 † Con-

tempore quo tēplum cum altari & omnib.vasis olim cōsecratū est,& quo ad diē ɔsecratiōis annuatim venire solebāt.

Mystice. Mysticè. Septimus mensis grām spū.sancti signat. In hoc mense post captiuitatē de ciuitatib. nostris in Ierusalem cōuenimus,cū ablatas sordes vitiorū post inchoationē bonorū operum maiore eiusdem spiritus gratia illuminamur, & in amore supernæ pacis, quę in vera vnitate est, accēdimur. Ierusalē enim visio pacis dicitur.

a Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem,& surrexit 1 † Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel & fratres eius. Et ędificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent in 2 eo holocaustomata, sicut scriptū est ī lege Moysi viri Dei. Collocauerunt aūt altare Dei † super bases suas deterrētibus eos p circūitum po 3 4 pulis terrarū,& obtulerūt sup illud holocaustū dño mane & vespe. Fe 5

a ¶ Christus scilicet rex noster. a ¶ Vt primi magistri. a ¶ Quia sine eo nō placent. b ¶ Mundo omnino abrenunciantes, & Christum sequentes. ¶ Per omnia viriliter & fortiter agentes. a ¶ Quia inceptas Deo deuotis, statim obsistit contradictio nefandorum vel spirituum, vel ordinum. a ¶ Non quorum conuersatio in cœlis est. b ¶ Tamen præcepit insistentes.

a *Et sur.Io.* De tribu sacerdotali, quæ significat Christū verum sacerdotem,qui in sanguine suo nos a peccatis lauit, & assistit nunc vultui Dei pro nobis.

b *Et fra.eius sa.* De quibus dr̄, *Ite,nuntiate fratribus meis.* Hi sūt in ecclesia altiores,& Christo familiarius inhærentes,ecclesiam ædificant. Toti etiam dicitur ecclesiæ: *Vos autem genus electum,re.sa.* Sunt enim electi membra summi sacerdotis, corpora sua offerentes hostiam viuam.

c *Et ædi.* Bed. Magna ꝓuisione primo altare ædificauerunt, vt quia templū nondum erat fundatū,haberent tñ vbi sacrificantes deuotionē suæ mentis ostenderēt. Quod & nos hodie spiritualiter facimus, cum añ omnia in corde nr̄o fidem dñicæ incarnationis & passionis collocamus, & auditoribus tradimus. vnde: *Non iudicaui me scire inter vos,nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* In hoc altari holocausta nostra.i.cogitationes & opera perfecta offerimus. Ita.n.vota actionū nostrarum Deo prī placent,si sacris Christi participamus,si virtute spiritussancti quasi igne altaris incendimur. Holocaustum nanq; totum incensum dr̄,quo nomine sacrificia vocabantur, quorū nihil cedebat in humanos vsus,sed totū Deo dabatur,summo igne consummebatur. Quibus vita fideliū exprimitur, q nihil propriū quęrunt,sed omne quo viuunt in famulatū Dei expēdunt. Non solū voluntatem corporis & animæ pro domino calcare:sed ipsam animam pro ipso ponere gaudent,cū apostolis dicentes, *Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te,&c.* Quibus respōdetur, *Oēs qui reliquerint domum, aut fratrem,aut sororem,&c.* Holocaustū in altari Dei offerendū est,qa nisi in fide Christi acceptū esse non pōt. Multi.n.philosophi propria reliquerunt,& mundam ac pauperē uitam agentes,holocaustū facere uidebantur, sed hoc in altari Dei non fecerunt,quia uoluptates reliquerunt,sed Christum apud patrem aduocatum non habuerunt.

d *Bases su.* Be. Corda.s.electorum ad suscipiēda fidei sacra præceptis magistrorū quasi ferramentis fabrorum ꝑparata. Bene autē vnum altare, sed plures sunt bases quæ hoc portant,quia vnus Deus,vna fides,sed multa fideliū corda,vna veritatis regula instituta quasi in æqualē sinum collecta cōi deuotione cœlestium sacramentorū onus portant. Qui autē minus instructis,nec vitia deferentibus fidei sacramenta cōmittit,quasi altare dñi in terra sine basibus ponit, quia terrenis adhuc mentibus quæ sunt cœlestia tradit. vnde, *Neq; accendunt lucernā,& ponunt eā sub modio,sed super can.&c.* Sicut enim Christus altare vocatur, quia ab iniquitatibus emendat,& dat,& vota orōnum prī cōmendat.sic & lucerna,qa in testa humanitatis lumē posuit diuinitatis. Supponunt aūt bases altari,& lucernę cādelabrū, cū fideles corda & corpora ad exercēdū opādo qđ credūt,humili intētione submittūt.

e *Et obtule.* Be. Mane & vespere offerimus holocaustū domino super altare eius,cum stabilita in corde nostro fide ipsius integra deuotione bonis actibus operam damus, & hoc mane & vespere, cùm scilicet meminim† initia salutifera intentionis ab illo accepisse, & non nisi per auxilium grǣ eius inchoata perficerę. Et ideo illi vota grārum in omnibus ardenti desiderio piæ cōuersationis offerimus. Item mane holocaustum facimus,cum pro accepto lumine spiritualis scientiæ Deo vicem bene viuendi impendimus. Vespere vero,cum pro requie sempiterna quam in illo post opera bona speramus,incessabili studio flagramus. Pōt etiā ad literam rectè accipi,nos mane & vespere offerre holocaustum,cum ita Deo placere omni tempore curamus,vt diluculo surgentes non prius ad agenda humanæ fragilitatis necessaria procedamus,quā in igne diuinæ charitatis inflāmati deuotis nos orationibus domino commendemus. Vnde, *Mane oratio mea præueniet te.* Similiter completis diei operib. non ante demus somnum oculis nostris,quam locum domino in nobis orationum instantia consecremus. Iuxta illud, *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum tuarum sacrificium vespertinum.*

† in locum suum.

f *Feceruntq;.* Be. Qui de Babylone in Ierusalē ascēderunt,ardentes implere omnia mandata domini hanc solennitatem celebrare cupiebāt singulis diebus septimanæ quę lex ꝑcepe rit, implētes quę nos spūaliter implere ɔuenit. Egressi enim sumus de Aegypto ꝑ sanguinē agni, vt veniamus ad terrā ꝓmissionis cū sacro dominicę passionis baptizati, graue iugū pręuaricationis abiecimus,vt in libertatē glorię filiorum Dei adoptati regni cælestis hęredes simus. Manebamus aūt in tabernaculis ꝑ desertū longo tēpore euntes, donec veniremus ad patriā,cū in baptismo renūtiantes Sathanæ,quasi regi Aegypti.i.tenebrarū, & oībus pōpis atq; operibus seculi,velut peregrinos viatores in mundo alterius vitæ, quam à dño speramus,ciues nos esse ꝓmittimus. In memoria huius spei ꝓmissionis septimo mēse debemus in tabernaculis manere,& illustrante nos septiformi grā spiritussancti tota die mundū velut arētē & extraneū deserere,& fixa intētione ad immarcessibilia paradisi gaudia ꝑperare,& hoc septē dieb.ī toto pñtis vitę tpe quę tot dieb. uoluitur. Singulis quoque dieb.huius hebdomadis holocaustum facere dēmus,& opus diei in die suo,oblationē.s.totā incensam, in his quę ꝓpriè ad diuinum seruitiū pertinent,vt orōnes,& ieiunia,opus uerò diei in die suo i illis quę ad fraternę dilectionis obsequiū attinent,ut esurienti panem, sitienti potum, & huiusmodi ministrare. hęc nobis solennia tabernaculorum mysticè celebranda Paulus insinuabat, cum inter prędicandum scenofactoriæ arti uacabat. faciebat enim scenomata, ut peregrinum

Mtt. 28.c. 1 Pet.2.b Vbi sup. 1.Cor.2.a. Holocaustum Matt.19.d. Ibidem. 1.Ioh.1.a. Vbi sup. Ephe.4.a. Matth.5.b. Ps.87.c. Ibi.140.a. Act.16.a.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ ea primum dicitur: Iamq; venerat mensis septi. *Qui apud Hebræos vocatur Tisri,& partim correspondet Septembri nostro, & partim Octobri.sicut dictum fuit plenius Gen.7.& Exod.12.*

1 Cōgreg.est,&c.vir vnus. *idest, vnius voluntatis & propositi ad erectionem altaris & fundationis templi. Ideo subditur:*

2 Et æd.al.&c.*s.holocaustorū quod erat sub diuo, vt patet ex præcedentibus.Exo.27.& 3.Reg.8.& 2.Paralipom.4.*

3 Deter.&c. *i.Gentilibus quos rex Assyriorum Sennacherib miserat ad habitandum Samariam et ciuitates per circuitum,quia timebāt ne filij Israel ad prosperitatem venientes,eos eijcerent de terra.*

4 Et ob.su.il.do.ma.&c. *Idest,iuge sacrificium, in quo offerebatur vnus agnus immediate post ortum solis, & alius ante occasum.*

5 Fe.&c. *Quę incipiebat.15.die mēsis septimi,et durabat per 7.dies.*

Et

MORALITER.

1 *Congre.est er.po.&c.* Per quod significatur quòd maxima & perfectissima congregatio & vnio per spiritumsanctum efficitur,qui nexus amborum.s.patris & filij nominatur.

† *Et sur.Io.fili.Ios.&c.* Per quos significantur apostoli, & alij primi credentes in Christo.

2 *Et ædificauerunt alt.do.* Quia post dationem spiritus sancti, apostolis in signo visibili cœpit eucharistia offerri, & credentibus ministrari.

3 *Deterrentibus eos &c.* quia principes Iudæorum in Ierusalē & Iudæa multas molestias apostolis alijsq; credentibus intulerunt,& postea per orbem principes Romanorum,conantes destruere Christi nomen,& credentes in ipsum.

4 *Et ob.su.&c.* Nam in fide Christi in eucharistia contenti cęperūt orare mane & vespere. Vnde ibidem dicitur, quòd Petrus & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam,a qua incipit vespera. nam agnus paschalis qui Exo.12.immolari præcipitur,ad vesperam ab hora nona & deinceps poterat immolari,

5 *Fecerunt so.ta.* Quæ celebrat in memoriā peregrinationis filiorū Israel per desertū,qui tunc in tabernaculis habitabant, & hanc solennitatē spiritualiter celebrant,qui morib.& vita se peregrinos esse profitentur in hoc mundo,vbi nō est,nisi quidam transitus ad terram viuentium fidelib. promissam.

† Dede-

a ceruntque solennitatem tabernaculorum sicut scriptum est, & 1
b holocaustum diebus singulis † per ordinem secundum præcep- 2
tum, opus Dei in die suo, & post hæc holocaustum iuge, tam 3
c in calendis, quam in vniuersis solennitatibus domini; quæ erant 4 5

a ¶ Q exceptis generalibus mandatis sponte Deo offerimus, de quibus non præcipiendo, sed consulendo dicitur. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, &c. Et alibi suadendo. Qui potest capere capiat, &c.

consecratæ, & in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domi-

a ¶ Spiritualis, scilicet, illustrationis.

d no. A primo die mensis septimi cęperūt offerre holocaustum domino. 6

a ¶ Principes patrum. ¶ Vt promptius operarentur.
b Virtutum, s. exemplá, vel scripturas, quibus non confortati lacescant. c ¶ Prædicatoribus lapidum cæsoribus.

e Porro templū Dei necdū fundatū erat. Dederūt autē pecunias latomis, 7
f & cæmentarijs, cibū quoque & potum, & oleum Sidonijs Tyrijsque, 8 9 10

a ¶ Qui cæmenta faciant ad conglutinandos lapides. ¶ Notanda pia populi solertia, de necessarijs suis vel materias emunt, vel operarios conducunt.
b ¶ Tyrus & Sydon nobilissimæ Phœnicis vrbes, Libano monti vicinæ.

grinū se esse doceret, & eos quos erudiebat, peregrinari in hac vita, in futuro autem patriam sperare, vnde. *Dum sumus in corpore peregrinamur a domino.* Et alibi. *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed fut. inqui.*

2. Cor. 5. b. Heb. 23. c.

a *Solennitatem tabernaculorum.* Quę Græce scenophegia i. fixio tabernaculorum dicitur, quę incipit. 15. die mēsis septimi, & durat septem diebus, in quibus præcepit dns populum in tabernaculis habitare, & quotidie legē scrutātes holocausta dño offerre, quia quōdā in tabernaculis. s. morabātur in solitudine pdicāte legē Mosi, & crebro sibi Deo apparēte diu expectātes promissam requiē, ne vnquā. s. tanti beneficij gratia in obliuionē veniret.

b *Per or.* Quia quicquid inordinate geritur, meritum perfectionis amittit, quia honor regis iudiclum diligit. Quæ. n. in honorē summi regis agimus certi, necesse est discretione iudicij, quando vel quantum sint agenda, distinguamus.

c *In calendis, quam in vniuer. &c.* s. initijs mensium in ortu lunæ, a quo semper Hebræi menses incipiebant, nullos mēses exceptis lunarib. habentes, vnde pro calendis Græci melius neomenias. i. nouilunia vocāt. Si autem menses pp dies 30. quib. implētur, significāt plenitudinem operum lucis, qn in fide sanctę trinitatis decalogi pcepta perficimus, quid exordia mensiū, in quib. luna, vt denuo luceat, nuper a sole dicit accēdi: nisi initia designāt bonę operationis, quę donāte cōditoris gratia, quasi solis iustitiæ psentia pcipimus. Ob cuius significantiā diuinę illustrationis sine qua nihil boni inchoare vel pficere valeamus, Deus oēs calēdas. i. exordia mensiū celebrari præcepit, vñ. *Canite initio mensis tuba in insigni die solēnitatis vestræ.* Bñ autē dicitur, quia peracta festiuitate tabernaculorū filij trāsmigrationis faciebāt holocaustum iuge, &c. Quia postq animus semel huic mūdo pfecte abrenūtiauerit oportet vt totum se impendat obsequio diuinæ voluntatis.

Psal. 80. a.

d *Apri. di.* Ab exordio diuinæ. s. inspirationis, qua humana cōsciētia immutat, & voluptatib. neglectis, ī ea sola quę dñi sunt, inardescit, sicut apostoli q spiritu sācto inflāmati, quasi holocaustū facti, oībus linguis pdicabāt magnalia Dei. Hinc apud Hebræos septimus mēsis nouus annus vocatur, quia per spiritūsanctū fidelib. datur, vt nouū charitatis impleant mādatū, & cāticū nouū in ædificatione domus Dei reddāt.

Act. 2. b.

Nota. Notādū aūt, q mense septimo congregatus est populus in Ierusalē, & cōgregatis omnib. Iosue & Zorobabel cū fratribus suis altare ędificasse, & a primo die septimi mēsis holocaustū obtulisse referunt, vñ colligit hoc altare ex lapidib. impolitis citissime cōpositū, nō sicut olim de ligno fabrefactū, & ęreis laminis coopertū. Nō. n. aliter ēt plurima fabricātiū turba instāte potuit vna die incipi & pfici, & ad offerendum holocaustum præparari. In libro. n. Machabæorum de lapidibus factum dicitur. *Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud quod prius fuit.*

1. Mac. 4. f.

Notandū q initiū quintæ ætatis sicut quatuor pcedentiū oblatis dño holocaustis cōsecratur. In prima. n. protomartyr Abel primus oīum electorū de primogenitis ouiū Deo holocaustū obtulit, & ingresū nascētis seculi primo hostijs pecorū, tādē proprio cruore dedicauit. Secūdæ ætatis ortū Noe oblatis Deo holocaustis de his q fuerāt in arca, cōsecrauit. Tertiā ætatē Melchisedech & Abrahā, hic ī pane & vino, ille pprio filio oblato sacrarūt. Quartā ętatē Dauid dño cōsecrauit, ędificato altari in area Hornā Iebusæi, & oblatis Deo holocaustis, quib. eum quem populum numerādo offenderat placaret, vbi Abrahā perhibetur filium obtulisse, & post ædificato a Salomone tēplo altare holocaustorum constat esse locatū. Quintæ nūc ætatis exordium Iosue & Zorobabel ædificato ibidem altari, & oblatis Deo holocaustis, mox excusso captiuitatis iugo obtulerūt, & postea iugi holocausto dnm sibi placauerūt. Hæc oīa in figura pcessę runt eius, qui in sexta ætate hostia suæ carnis totum mūdum redemit.

e *Dederūt.* Be. Qui de captiuitate liberati Ierosolymā venerāt, facere templū disposuerūt & postea fecerūt: sed prius posito altari quotidianis holocaustis dño se cōmendauerūt, vt digne ipsū tēplū ędificare mererent. Qui ergo alios vult docere, pri9 seipsū doceat, ne ab Apostolo audiat: *Qui ergo aliū doces, teipsum no doces.* vnde; *Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne forte, &c.* Recte ergo trāsmigrationis filij non alia sacrificia q holocausta. i. totas incēsas oblationes Deo obtulisse referunt, quia necesse est, vt totū se bñ viuēdo, & a licitis ēt cōtinēdo creatori mancipet, q male viuentes cupit ab illicitis docendo conpescere.

Ibidem. Roma. 2. c. 1. Cor. 9. d.

Pōt ēt dici, q ædificato altari holocausta offerāt Deo, sed nōdū tēplū ędificāt, q nuper cōuersi mox in diligēdo Deū toto corde ardescūt, vt iā inter pfectos numerari queāt, etsi nōdū bona cupiūt, operādi vel pficiendi tēpus, vel facultatē accipiūt, vt Abrahā iā fide perfectus erat, cum nondū perfecisset opera. Vñ. *Credidit Abrahā Deo, et reputatū est ei ad iustitiā.* Cum vero filiū super altare obtulit, quasi tēplo cōstructo pfectiora Deo holocausta reddidit. Singuli. n. actus vel gressus piæ deuotionis ordines sunt lapidum politorum, quibus in corde nostro dilectam Deo habitationem construamus.

Genes. 15. b.

Fundatio tēpli illos significat, qui nuper cōuersi locū præparāt dño in se, vnde. *Mēbra vestra tēplū sunt spiritussancti, &c.*

1. Cor. 6. d.

f *Latomis.* Mystice. Be. Latomi sunt in cōstructrione dom9 Dei, q corda proximorū docendo vel increpando instruūt, quos dū firmiter inter alios cōsistere docēt, quasi quādrādo aptant. Quocunq;. n. verteris quadratū, stabit, & electorum mēs dum inter aduersa vel prospera manet immota, quadratā sibi inesse virtutis figuram monstrat, vñ arca Noe de lignis quadratis facta describitur. Nā eandem ecclesiā (quam templum de lapide factum, & arca de lignis compacta) figurat, & tabernaculū de cortinis & tabulis compositum.

Mystice. Gen. 6. c.

g *Cæmētariis.* Cæmētarij sunt pdicatores, qui dū eos quos bonis operib. instituūt, copula charitatis adinuicē nectunt, quasi quadratos politosq; lapides, ne ordinē cōpositionis reserāt cęmēti infusione cōiūgūt, dicētes. *Ante oīa autē mutuā in nobis & continuam charitatem habentes, &c.* Inde Paulus. *Super omnia autem, habete charitatem, quod est vinculum perfectionis.*

1. Petr. 4. a. Col. 3. d.

h *Sidoniis Ty.* Sidonij quoq; & Tyrij pdicatores repræsentāt qui hoīes in gloria quōdā seculi sublimes & cādidos securi sermonis Dei, de statu primæ cōuersationis deiiciūt, vt salubriter prostratos, & quasi ab humore corruptiuo ingeniti sensus excoctos, ab oī vitiorū fortitudine corrigant, & in ornatū vel in munimētū ecclesię exigūt. Vñ in Ps. qui inscribitur ī cōsummatione tabernaculi. *Vox domini cōfringētis cedros.* *Sidoniis Tyrijsq;* Dāt principes patrū, Iosue. s. & Zorobabel & frēs Sidonijs & Tyrijs cibū, potū, & oleū, vt deferāt ligna cedrina de Libano ad mare Ioppē, cū doctorib. vt pdicare valeāt spiritualia charismata, q in Chro pcesserunt, ęmulanda com-

Psal. 28. b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et holo. die. sin. *secundum quod præcipitur Nu. 29.*
2 Et post hæc holo. iuge. *Qd nunquam intermittebatur pro alijs sacrificijs.* 3 Tam in calen. *i. neomenijs, quæ celebrantur in principiis mensium.* 4 Quam in vni. solen. *s. paschæ pētecostes, tubarū, expiationis, & tabernaculorū.* 5 A primo die men. &c. *Quia tunc primo fuit erectū altare holocaustorū, añ cuius erectionē non poterant talia offerre.* 6 Porro templum. *Hic cōsequēter agitur de tēpli fundatione. Et primo quātum ad materiæ præparationem, cum dicitur.* 7 Dederunt au. pecun. latomis. *Qui dolabāt lapides* 8 Et cęment. *Qui componebant lapides in muro cum cæmento.* 9 Cibum quoque & potum & ol. *Sicut fecerat Salomō Hirā regi Tyri pro lignis habendis et deducendis per mare ad ędificationem prioris templi, vt habetur 3. Reg. 5.*

MORALITER.

† *Dederunt au. pecu. lato. cib. m quoq; &c.* Isti vero qui fecerūt hoc, fuerūt Zorobabel & alij principes patrum, per quos significati fuerunt apostoli, vt dictū est sup. c. 1. Per hoc igitur quod q dederūt pecunias, cibū, potum, & oleum pro templi ædificatione, significatū fuit q apostoli quicquid hēbant & hēre poterāt, expositūri erāt pro spirituali ędificio ecclesię sicut scribit Mat. 19. d. *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, etc*

commendant. Vel cũ Christus q in Iosue & Zorobabel signatur, verbi sui dona spiritualia partitur, quib. intus illustrati fortiores efficiantur ad debellandum supernorũ iactantiam & stultam sapientiam, vñ. *Parasti in conspectu meo mẽsam aduersus eos q tribulãt me. Impinguasti in oleo caput meũ, & calix meus inebrians, &c.* Dantur ergo pecuniæ latomis, cæmentarijs, & lignorum cæsoribus cibus, potus, & oleum vt ad ædificãdũ domũ Dei materiã præparent cum prędicatorib. diuinit⁹ gratia virtutũ copia cõfertur, quib. adiuti ad corrigenda prauorũ corda, & perceptioni bonorũ aptãda sufficiũt. Sydonijs venatorib. qui vagos sensus retib. fidei Christo capiũt, vñ. *Faciam vos fieri pis. ho.* Idem sunt angustiati, quia pressuram in mũdo hẽnt, quamuis confidentes, quia dominus vicit mundum.

(Psal. 22. d. — Matth. 4. c. — Ioan. 16. g.)

a ¶ Hæc est ciuitas maritima .60. fere milibus a Ierusalem remota.

a vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppẽ, iuxta quod pręceperat rex Cyrus rex Persarum eis. 1 b c Anno aũt secundo aduentus eorũ ad tẽplum Dei in Ierusalem mense secundo, cęperunt zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalẽ, 2 d e & cõstituerunt Leuitas a viginti annis & supra, vt vrgerent opus dñi. 3 f g Stetitq; Iosue & filij eius, & frẽs eius, Cedmihel & filij eius, & filij Iuda, quasi vir vnus, vt instarent sup eos qui faciebãt opus in tẽplo Dei, 4 filij Henadad, & filij eorum & frẽs eorũ Leuitæ. h Fundato igit a cæmentarijs tẽplo dñi, 5 i steterũt sacerdotes ĩ ornatu suo cũ tubis, & Leuitæ filij 6

a *Vt de. li.* Deferũt ligna excisa in mare, non mergenda, sed p illud Ioppen quę interpretatur pulchritudo, perferẽda, cũ doctores auditorib. ad fidem vocatis tẽtationes occursuras, sed fide superãdas prænuntiãt, vt prius vitiorũ vel prauorũ hoĩum feri fructus tollantur, & sic ad pulchra uirtutum mœnia portumq; pueniatur, velut prius diabolo draconi. s. regi omniũ quæ sunt in aquis. i. impiorum, qui in mari. i. seculi pturbationib. conuersantur renũtiemus, post ad pulchritudinẽ fidei veniamus, qua sanctã trinitatem & vnam deitatem, qua dispẽsationem incarnationis Christi, ecclesiæ vnitatem, peccatorũ remissionem, & carnis resurrectionem confiteamur, vñ Petrus in hac ciuitate Thabitam suscitauit, quia in huius perfectione fidei & generalis ecclesiæ per baptismа a morte peccatorũ suscitamur, & cum post baptismа mortem peccati incurrimus, per eandem pęnitẽdo reuiuiscimus, & p reconciliationem sacerdotum ecclesiæ aggregamur.

(B — Act. 9. f.)

b *Ioppen.* vñ. s. per terram ad opus templi deferretur, sicut in prima templi structura factum est, sed Salomõ regali potentia a rege Hiram quæ voluit, facile obtinuit. hi, autẽ de captiuitate redeũtes & regni potentiã non hẽntes cũcta emebãt.

c *Anno au.* Be. Cũ supra dicatur, quod septimo mense venerunt in Ierusalẽ, hic vero q, anno secundo aduentus eorum mense secundo opus tẽpli inchoauerũt, patet, quia septẽ mẽsib. lapides, cæmentũ, ligna, & cætera necessaria parauerunt, octauo autem incipiente mense operari cęperunt. Sex enim erant menses anni primi, & septimus sequentis.

(Beda vbi supra)

Mystice autem septimus ad sabbatum pertinet, in quo dñs cõditor mũdi ab operibus suis, vel Christus post passionem in sepulchro requieuit. Octo ad primã sabbathi, in quo resurrexit. Septẽ ad spẽ nostri sabbathi post mortẽ. Octo respiciũt ad gaudiũ nostræ perpetuæ beatitudinis. Quia ergo omnis electorũ operatio, qui sunt domus Dei per gratiam spiritus incipit, & pficitur, omnis respectu & intentione futurę quietis & immortalitatis peragitur, recte structores templi a septimo mẽse oblatis Deo holocaustis sumptus ædificationi parari icipiũt, quib. septem mẽsib. peractis, octauo aggrediũtur opus, nec alius in præparatione tanti operis ponitur numerus, quã ille qui septiformẽ gratiam spiritus qua operantes adiuuamur, vel quietẽ animarũ, aut resurrectionẽ corporum, quam bene operantes speramus, denuntiat.

(Mystice.)

d *In Ier.* Locũ. s. templi quo tẽplum ædificare cupiebant. Falluntur. n. Iudæi qui dicunt nunquam parietes templi, sed solum tectum a Chaldæis fuisse subuersũ, cum pateat Esdram filium transmigrationis templum fecisse a fundamentis.

(C)

e *Et om. qui.* Magna deuotio totius populi, gaudebãt. n. se de captiuitate rediisse, & quãtum supbę ciuitatis flagitia horrebant, tñ Ierusalem videre cupiebãt decorem, quãtum phana abominabãtur, tñ templum Dei restaurari conabantur. Sic nõ solum episcopi & presbyteri plebẽ fidelium. i. Dei domũ debent ædificare, sed ẽt populus de captiuitate vitiorum ad visionẽ verę pacis vocatus, ministeriũ verbi abhis q docere nouerunt, dẽt eligere, q. s. ministri verbi. i. Leuitæ a viginti annis & supra constituũtur, quia tales sunt ad prædicandum cõstituti & præferendi, qui decalogum non solum faciendo auditorib. ostendant, sed etiã puritatem & integritatem cordis in conspectu Dei intemeratam custodiant.

(D)

f *A vigi. an.* Non est dubitandũ ibi statũ ecclesię per spiritũ sumere profectũ, vbi & pręsules gradũ, suũ rite custodientes populo magistros veritatis regulariter ordinãt, & ipse populus ne a docẽdo cessent diligẽter audiẽdo, & obtẽperãdo cõpellũt. Sed socordia nrõrum tẽporũ maiores simul & minores lędit, hos a pdicãdo verbũ, illos ab audiẽdo, vtrosq; a faciẽdo ppediẽs, q minus pensamus quãta sit acerbitas demoniacæ captiuitatis de qua eruti sumus, vel quãta solẽnitas ad q vocamur supernę Ierusalẽ matris oĩum nostrum, cuius iã pignus accepimus. Sed intueamur eximia patrũ opera, quo amplius de animi nostri pusillanimitate confundamur.

(E)

Notãdũ & vero crebrius memorãdũ, quantũ boni malũ captiuitatis attulit, de qua eruti tãta oẽs intentione, qnãta nunquam antea cælestibus obsequijs instãt. Sed & hodie multis qui in pace negligenter vixerant, subito errasse & peccasse profuit, dũ post casum pęnitendo erecti vigilãtius Deo seruiũt, & qui pigri innocẽtia stabãt & desides, post accidentẽ ruinã admoniti sunt solertius cõtra hostis insidias accincti, vt qui nec propriã vitã curãdo offenderant, post ẽt fraternæ salutis curã gerãt. Oẽs ergo de captiuitate redeũtes curã tẽpli restaurãdi hẽnt, sed maxime Leuitæ & filii Iuda, propter sacerdotalem simul & regiã ecclesiæ dignitatem, qua præcipue templum ædificant, quia oẽs qui corda fidelium docendo vel bñ viuendo instituũt, ad corpus ueri regis & sacerdotis. i. Christi pertinent, uñ & autores operis Iesus de sacerdotali tribu, Zorobabel uero de tribu regia orti sunt.

(Nota)

g *Stetitq; Io.* Nõ filius Iosedec. s. sed unus de Leuitis a. 20. an. & sup. cõstitutis ad regẽdũ opus, de q b. fuit Cedmihel & filij Enad. q. pariter iniũcto operi cũ filiis & fratrib. curã adhibuerũt. Supra ẽt in catalogo ppli hi post sacerdotes primi Leuitarũ memorant, uñ colligitur eos principes Leuitarũ illius tẽporis fuisse. Bñ filij Iuda ĩ medio Leuitarũ ponũt, simul in staurãdo tẽplo dãtes operã, et pp eũdẽ pietatis consensum quasi unũ fecisse dñr, hic ẽ. n. imitãd⁹ ordo uirtutis ut ecclĩã oẽs dicati Deo grad⁹ et cõis deuotio ppli p se qsq; ædificet.

h *Fũdato ig.* Mystice. Fũdato a cæmẽtarijs tẽplo dñi stãt sacerdotes ĩ ornatu suo cũ tubis, dũ puersis ab errore peccatorib. et fũdata ĩ eis fide et dilectione Chri, cõgaudẽt ecclesiarum magistri et seip sos solertius bonis operib. ornãtes, tubis doctrinę salutaris insonãt, vt exẽplo uirtutũ et suasione uerborũ adiuuẽt bona cępta eorũ, q nup pęnitẽdo ad grãm Chri cõuenere vel alios docẽdo cõuertere. Stãt et Leuitæ, ut laudẽt Deũ ĩ cymbalis, cũ secũdi ordinis ministri ad informationẽ neophitorũ pijs actib. suo cõditori seruiũt, et hoc in mutuę charitatis dulcedine. Cymbala. n. q se ut resonent, inuicẽ tãgũt opa charitatis exprimũt, q b. se sancti alterutrũ excitãt ĩ laudẽ. Laudãt ẽt p manũ Dauid regis, cũ opa Chri quę p carnẽ gessit, diligẽter attẽdũt & imitãtur, quantũ possunt.

(Mystice. — F)

i *Steterunt sa. in or.* Magna omniũ personarũ deuotio ostenditur

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ad ma. Iop. *Ioppe. n. est portus supra mare mediterraneum, ad quẽ ducebantur ligna per mare: & inde ducebantur in Ierusalem per terram in vehiculis, qui portus est propinquior Ierusalem. Secundo quantum ad fundationem, cum dicitur.*

2 Anno au. se. &c. cæpe. Zoro. fi. Sala. *insistere fundationi tẽpli.*

3 Et con. Le. *Tempore. n. quo portabatur tabernaculum de loco ad locũ, in quo erat labor magnus, Leuitæ incipiebant exerceri in operibus a viginti quinq; annis & supra, & in tricesimo anno instituebãtur ministre, qui erãt ad hoc apti, prout habetur Nu. 4. & 8. sed quia pro isto tempore non habebant talia portare, accipiebantur Leuitæ in minori ætate, videlicet a vicesimo anno & supra, & etiam ratione necessitatis, quia pauciores erant, quam ante.*

4 Vt vrgerent opus domi. *stando super operarios & solicitando eos, ne opus fieret negligenter.*

5 Fundato igitur. *Hic consequenter agitur de solennitate ratione fundationis templi, cum dicitur,* Fundato igitur a cæmenta. templo. *ita quod murus erat aliquantulum super terram eleuatus.*

6 Steterunt sacerd. in ornatu suo. *i. in vestibus sacerdotalibus*

Vt

A ditur, cum fundato templo oẽs iuxta gradum suũ misericordiam dñi laudant. Sacerdotes quidẽ sanctis vestibus ornati, sicut adhuc stante tẽplo cõsueuerant tubis psonãtes, & cor populi ad suauitatem supernæ laudis accedentes: Leuitæ in cymbalis bñ sonantibus hymnos dño cõcinentes: populus cõmuni clamore Deũ laudando affectũ cordis ostendens. a *Et cõ. in hym.* In organis. s. q̃ ipse fecit, vel psalmis quos ĩstituit, vel quia Dauid in collocatiõe arcæ principẽ fecit ad cõfitendum dño, Asaph & frẽs eius, vt verba dierum testantur, de quo rursum dicitur, quia filij eius sub manu ipsius erant prophetantes iuxta regem. Meritò hic cũ filij Asaph laudarent & confiterẽtur domino per manum Dauid, iuxta dispositionem eius hoc fecisse intelligendi sunt.

1. Paral. 15. & 16.

B b *Flebant.* s. cernentes quantũ pauperies illius tẽporis a magnifica quondam Salomonis potentia, qua prius templum fundatũ est, distaret: & prius tẽplum pro suis scelerib. nouerant esse destructum, cuius nec magnitudinẽ nec decorem æquiparare valebant. Quòd. n. propheta dicit: *Magna erit gloria domus istius nouissimæ magis quàm primæ.* Nõ ad magnitudinẽ vel ornatũ domus, sed ad rẽ ipsam ptinet, quia maioris miraculi & euidentioris virtutis Dei erat, q̃ paucæ captiuorum

Bed. vbi sup.

Aggæi 2. b.

Templorum diuersitas.

Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum p manus Dauid regis Israel. Et[1] concinebant in hym nis & confessione dño quoniam bonus: quoniã in æternum misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudãdo dominum, eo quòd fundatum esset templum domini. Plurimi etiam de sacerdotibus, & Leuitis, & principes patrum & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum flebãt voce magna, & multi[2] vociferantes in lætitia, eleuabant vocem, nec poterat quisquã agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. Commistim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebãt procul.

D rum reliquiæ inimicis & resistentib. tantum opus perfecerunt, quàm q̃ rex opulẽtissimus nullum oino aduersarium habens cum adiutorio Tyri regis dilectissimi prout voluit, fecit. Item maior gloria nouissimæ domus quam primæ, q̃a in priori domo cultores veteris testamenti legum & prophetarum scripturã populis prædicabant. In secunda Christus & apostoli gratiã noui testamenti, & regni cęlestis introitum nuntiant.

Beda. Flebant in ædificatione templi spiritualis fletus simul & lætitia principibus nascitur. Gaudent enim doctores in salute pœnitentium, sed lugẽt, quia vnquam pœnitenda commiserunt. Exultant ipsi de salute qui pœnitentia a morte animæ surrexerunt, lugent, quia peccando perdiderũt. Letantur neophyti gratia redemptoris se collectos esse. Dolent, cum humano genere in primo se perijsse parente, & quasi corrupto ab hostib. Dei templo. s. statu corporis & animę immortalis in Babylonem, id est, in confusionem præsentis exilij transmigrasse. Sed quia crescentibus bonorum profectibus crescit inuidia malorũ, nec inter augmenta piorum desunt tentamenta prauorum, qui vel bonum ficte ostendendo, vel aperte malum ingerendo, sanctos lædere conentur, rectè subiungit.

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt laudarent Deum per manus Dauid regis Israel, &c. *Id est, cantantes canticum ab ipso Dauid f. ctum, & ad hoc ordinatum.* Plurimi etiam de sacer. & Leu. *sequitur.*

2 Flebant vo. ma. *Memores gloriæ tẽpli quod destructum erat, respectu cuius istud secundũ quasi nihil erat. Sed contra hoc videtur esse, quod dicitur Aggæi 2. b.* Magna erit gloria domus huius nouissimæ magis quã primę. *Dicendum q̃ propheta nõ dixit, est de pñti, sed erit, de futuro, qd fuit impletum qñ Christus sua pñtia illam ornauit, qñ ibi oblatus fuit, & quando ibi prædicauit. Et quòd hęc sit intentio prophetæ, patet, per hoc quod dicitur ibidem:* Adhuc vnum modicum, &c. *Sequitur.* Et veniet desideratus cunctis gentibus, *id est, Christus, implendo domum istam gloria.*

CAP. IIII.

Li. 11. ant. c. 2.

C a AVdie. au. ho. ✱ Ioseph. Dum templi fundamenta iaciunt, & in hoc ædificando toti sunt, finitimæ gentes præcipuè Cuthæi, quibus olim in Perside ac Media traductis Salmanasar Assyriorum rex in Samaria, Israelitis inde sublatis, nouas sedes dederat, rogabant Satrapas, & eos quibus cõmẽdata erat hæc ædificatio, vt Iudæos impedirẽt quo minus vrbem ac templum instaurare valeant. Illi vero pecunijs etiã corrupti vendiderunt Cutheis suam circa demandatum officiũ cessationem & negligentiam, Cyro nesciẽte, vtpote in alia distracto negotia, qui demũ Massagetico bello perijt. Be. Hostes Iudæ & Beniamin Samaritas dicit, quos captiuatis decẽ tribubus rex Assyriorum de diuersis gentium populis in ciuitates eorum, & terras transtulit, qui postea acceptam Dei legem ex parte seruabant, nec minus simulacris, quibus & ante seruiebãt. Hi quia veros Dei cultores abominabantur, pollicentur auxilium operis, vt in societatem recepti possent inferre dispẽdiũ. Hi ergo falsos fratres, i. hæreticos & malos catholicos exprimunt, q̃ hostes Iudę. i. cõfessionis & laudis, quas ecclesia per fidẽ rectã & operationẽ rectã, & dignam offert, & Beniamin .i. filij dexteræ, dũ eos qui se audiũt, separant a fidelibus, qui ad dexteram iudicis benedictionẽ & regnum æternum percepturi sunt. Dicunt ergo. b *Aedifi. vo.* Cum affectant hæretici autoritatem sibi prædicandi

Bed. lib. 1. expos. alleg. in Esd. c. 4.

F

CAP. IIII.

a ¶Samaritæ scilicet hæretici mali. b ¶Laudis & confessionis. c ¶Catholici. ¶Populi ad dexteram lesturi.

AVdierunt autem hostes Iudæ, & Beniamin,[1] a ¶Ecclesiam instruendo verbo vel exemplo. quia filij captiuitatis ædificarent templum[2] domino Deo Israel. Et accedentes ad[3] Zorobabel, & ad principes patrum dixerunt eis: ¶Habeamus aqnam præd candi autoritatem. Ædificemus vobiscum: quia[4][5]

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

AVdie. au. ho. Iu. *Hic consequenter agit de operis intermissione. Circa qd primo ponitur ædificantium accusatio. Secundo regis responsio, ibi:* Verbum misit rex. *Tertio mandati executio ibi:* Et abierunt. *Circa primum primo describitur accusationis occasio. Secundo ipsa accusatio, ibi:* In regno autem Assueri. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Aud. au. host. &c. *Isti erant Gentiles qui de Assyrijs missi fuerãt ad inhabitandum Samariam, quæ fuerat caput regni decem tribuum, & alias ciuitates in circumitu. Et quia inhabitabant terram Iudæis concessam à Deo, ideo erant eis odiosi, & econuerso.*

2 Quia fi. cap. *Iudæi qui de captiuitate reuersi erant.*

3 Et acced. ad Zorob. &c. *qui erat princeps inter illos.*

4 Aedi. vo. *Hoc dicebant malitiosè, vt impedirent opus, secundum quod dicit Ra. Sa.*

5 Quia ita, &c. *4. Reg. 17. dicitur q̃ Gentiles qui de Assyrijs venerunt ad inhabitandũ Samariã et alias ciuitates in circuitu, fuerũt pro magna parte deuastati à leonibus, et fuit suggestũ regi Assyriorum, q̃ hoc acciderat, eo q̃ populus ille ignorabat legitima Dei terræ illius, pp quod habito cõsilio misit vnum de sacerdotib. captiuis, vt doceret eos, colere dominum, tamen cum hoc colebant idola, vt ibidem habetur.* A dic-

MORALITER.

1 *Audierunt &c.* Per istos q volueruͣt se iungere cũ filijs Israel in ædificatione tẽpli, non ad promotionẽ operis, sed magis ad impedimẽtũ, pseudoapostoli & Christiani ficti figurati fuerũt, vt Torquatus, & cõsimiles fidelib. se cõiũgentes, vt p hoc posset fideles accusare, & eis efficacius nocere. † Sed

candi inter catholicos tribui, ꝑmittentes se candē cum eis rectæ fidei & operationis tenere castitatē, vt accepta ptāte docendi i medio boni seminis, a quo Paulus spermologus. i. seminiuerbius cognomē accepit, zizania interserāt. Intrauerunt, n. terrā filiorū Israel non a Iosue introducti, non Ierosolymorū imperio subditi, sed a rege pſ do, ab hoste, s. populi Dei in terrā eius adducti, nō vt dño, sed regi aduersario seruiunt. Sic hæretici & falsi catholici cū pacē ecclesię viuēdo peruersè vel docendo impugnarent, a Ierosolymorum regno sunt extranei, & ad Gentiliū forte magis ptinent quorū seruiunt idolis, nec Iesu Chro duce, sed diabolo (quē significat rex Assur) sanctæ ecclesiæ fines introeūt. Sic Simō Magus baptismū in ecclesia non ꝑ sua salute accepit, sed vt secreta ecclesię familiarius discuteret qđ exitu monstrau. t cum ecclesiam quam i persona ficti fratris nequiuit, in aperti persona hostis acerrime impugnauit.

Act. 17. d. — † vel non vestra, sed nostra interest. — Act. 8. c.

qui integra mente domino ædificare. i. ad voluntatem eius faciendam & gloriam quærendam omnium quos pōt animos & ora conuertere, quærit.

d *Conduxerunt*. Bed. Notāda distinctio verborū, q̄a cōsiliatios dicit dato pretio cōductos cōtra operatores tēpli, vt destruerētur cōsiliū eorum, sed nō cōsiliū destructū, vel opus est intermissū, donec scripta Artaxerxis est epistola accusationis, ipso iubēte ꝓhibuerūt eos in brachio & robore, tūc. n. itermissū est opus, & non fiebat vsq; ad annū scđm Darij regis Persarū. vñ colligit̄ q̄a toto tpe Cyri ope incepto, quamuis segnius iusto instabant. Illo aūt mortuo nō cō filijs prauis impediti, sed aperta impugnatione ab opere sunt repulsi. Nō. n. audebāt hostes Cyro viuente qui opus fieri iusserat, aperte obluctando, quamuis occulte suggerendo vel consiliando edictis illius contraire.

Consilii contra operarios tēpli qđ exe cutioni datū est.

ita vt vos quærimus Deum vestrū. Ecce nos immolauimus

a ¶ immunutis, scilicet, quia non renuntiant idolis, quæ enim conuentio Christi ad Belial.

victimas à diebus Asorhaddan regis Assur, qui adduxit nos [1] huc. Et dixit eis zorobabel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israel: a [2] Non est nobis & vobis, vt ædificemus domum Deo nostro, [3] sed nosipsi soli ædificabimus dño Deo nostro, b sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarū. † Factum est igitur,

a ¶ bene dicitur populus terræ qui operarios virtutis turbare, & opus cœleste tentat impedire.

c vt populus impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos [4] ædificando. d Conduxerunt quoque aduersus eos cōsiliatores, [5] vt destruerent consilium eorum oībus diebus Cyri regis Persarū, [6] & vsq; ad regnū Darij regis Persarū. e In regno [7] autē Assueri (ipse est Artaxerxes) i principio regni ei⁹ scri-

a *Nō est no.* Nō est hęreticorū ędificare ecclesiā a qua sunt alieni, sed tantū eorū qui Chro vero regi & sacerdoti adhęrentes, principes patrum vocari meruerunt, & pro pia cura quam habent erga eos qui Christum videre desiderant.

b *Factū est au.* Be. Quoties hęretici nō solū in ciuitatibus, sed ēt in ꝓuincijs puerse docēdo vel ēt sęuiēdo dogma cōfessionis verę impediebāt, vtinā nesciremus. Nā vt de magistro gentiū sileamus, q̄ biēnio vinctus in Cęsarea ob ꝑsecutionē Iudęorū ab ędificādo domū Dei lingua cōpescuit hęreticorū insidijs. Athanasius pluribus ꝓfugus annis. Ambro. in sua ciuitate obsessus. Hilarius in exiliū relegatus. Eusebius martyriū passus, plures in Aphrica episcopi linguis cęsis a ꝓuincia sua eiecti, alij diuersis pęnis vexati vel interēpti domum Dei, q̄ ędificauerant populis terrę. i. hominibus sua quęrētibus, nō quę Iesu Chri prophananda dimisere, donec tēpore diuinitus prouiso sapientibus architectis reędificandæ post captiuitatem eiusdem domus copia suppeteret.

Ibidem.

c *Populi Iu.* Populū Iuda. i. cōfitentē & glorificantē: dicit eū qui

Mystice aūt hęretici ꝑ opportunitate tēporis in cōsilijs malignorū dogmatū nūc acerbiorē gladiorū pugnā insequunt̄, aliqñ suffragio Gētiliū principū eā vexare nō verent̄: Impediūt manus populi Iudęę, cū ecclesiā in mēbris infirmioribus ab opibus pię ꝓfessionis retardant, destruere nitunt̄ cōsiliū opandi, cū et animos ab intentione bonę actionis reuocare laborāt. Accusant eos apud reges, eū principū terrenorum contra ecclesiam presidia acquirunt, quod quantum noceat fidei, tempore Arrianę perfidię luce clarius innotuit.

Mystice.

e *In re. au. Assu.* Be. Hūc Artaxerxē (q̄ epistolā accusationis a Samaritis suscipiēs, vetuit Ierusalē & tēplū cōstrui) Iosephus putat esse Cābisem filiū Cyri, q̄ post prem triginta annis imperio functū, octo annis regnauit, & post eū duo magi vno anno regnātes, Dariū filium Hystaspis habuere regni successore, cuius scđo anno quo tēplum ædificare permisit, dixit apud Zachariā angelus ꝑ populo interueniēs: *Dñe exercituū vsquequo no misereberis Ierusalē, & vrbiū Iuda quibus iratus es? Iste iā septuagesimus annus est, &c.* Assuerus aūt cui pariter epistola accusationis dr missa, ideo fortasse an aliqđ rescripsit aut respon-

Artaxer. — Zach. 1. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 A dieb. Asor. &c. *Iste fuit filius Sennacherib, qui interfecto patre, successit ei in regno, vt habetur 4. Reg. 19. & tēpore eius fuit missus sacerdos prædictus.* 2 Non est no. &c. *s. communis hæc ædificatio templi, quia nolebant habere consortium idololatrarum.*

3 Sed nosipsi soli, &c. *Vt hētur sup. c. 1. Quis est in vobis de vniuerso populo eius, sit Deus cū eo, ascendat Ierusalē quæ est in Iudæa, & ædificet domū dñi Dei Israel. Ex quo patet, qđ licentia Cyri se extēdebat ad populum Israel tantum, & sic se excusauerunt bene & rationabiliter, tamen Samaritani inceperunt eos impedire manifestè, quod prius intendebant facere malitiosè, & occultè. Ideo subditur.*

4 Et tur. eos in ædi. *Faciendo eis insultus qñ poterant, & non solū impediebant per seipsos, sed etiam per alios qui locum regis Persarum tenebant in terra illa, eam regendo & recipiendo tributa, quos corrupeRunt Samaritani pecunia. Ideo subditur.*

5 Cōduxerunt. *Dicit Iosephus, q̄ circa bella occupatus hoc impedimentum ignorabat. Ra. Sa. verò dicit q̄ ēt ipso sciente factum est, quod qualiter intelligendum sit, postea videbitur, interm. issum. n. fuit opus.*

6 Vsq; ad re. *In cuius anno sexto completa est domus domini, vt habetur infra 6. c.* 7 In regno. *Posita occasione accusationis, scilicet eo quòd Iudæi repulerunt Samaritanos a tēpli ædificatione, hic consequenter ponitur ipsa accusatio. Et primo agitur de accusantib. personis. Scđo subditur forma accusationis, ibi:* Hoc est exēplar. *Circa primū dicitur,* In regno, &c. *Dicit Iosep. in 11. antiquitatū l. et expositores nostri coiter, quòd iste Assuerus fuit Cābyses filius Cyri, & iste idem vocatur hic Artaxerxes, propter quod subditur coiter in biblijs nostris.* Ipse est Ar. *hoc tñ non est in Heb. nec est de textu, sed ab aliquo doctore fuit appositū per modum glossæ, ratione dictā, et postea insertum est textui per imperitiam scriptorum. Secundum verò Ra. Salo. iste Assuerus non fuit idem cum Artaxerxe, sed ei successit, ita q̄ secundum cum Artaxerxes hic positus, idem est quod Cyrus, & vocatus est Cyrus, nomine proprio, Artaxerxes verò nomine cōi regni Persarum, sicut reges Romanorum noīe regni vocabantur Cæsares, & tñ cū hoc hēbant noīa propria, sicut Iulius, Augustus, Tyberius, & sic de alijs, tñ iste Ra. Sa. Dan. 11. inter Cyrū & Assuerum ponit Cambysem filiū Cyri, quia videtur magis consonū scripturis, vt dicetur plenius super Esther & Dan. & iste Cambyses impediuit ædificationē templi. Iste aūt Assuerus non fuit filius Cyri, & in hoc conuenit cū Iosepho et aliis s. quòd opus tēpli fuit impeditū ab illo qui immediatè successit Cyro, differt tñ in hoc quòd dicitur hic, q̄ non fuit filius Cyri. Itē in hoc quòd dicitur q̄ iste fuit Assuerus, qui accepit Esther vxorem. Iosephus autē inter Cambysem & filiū Cyri & Assuerū qui accepit Esther vxorē ponit quatuor reges sibi succedentes, s. duos magos sine sapiētes, qui p annū regnauerunt vnus post alium defuncto Cambyse, & Darium filium Hystaspis, & Xerxem eius filium, cui successit Assuerus, qui accepit Esther vxorem quem nominat Artaxerxem. Aliqui autem historiographi adhuc plures ponunt intermedios, quid autem circa hoc sit magis verisimile, dicetur plenius super librum Esther domino concedente. Sciendum tamen, quòd isti reges Persarum in diuersis locis in Biblia, & in historiis inueniuntur nominati pluribus & diuersis nominibus, propter quod idem rex videtur aliquando esse plures.*

Diuisio.

Scripsit

MORALITER.

3 *Sed nos ipsi so. &c.* Per hoc significatur, quod fideles societatē talium malignè insidiantium debēt solicitè præcauere. † *Sicut præcepit no. &c.* Per quem significatur Christus, vt dictum est sup. 1. ca. Ipse verò dixit suis discipulis, Matth. 10. b. *Cauete autem ab hominibus.* scilicet malignis.

7 *In reg. au. Assu. &c.* Domus dñi spiritualiter ædificatur per morum & fidei prædicationē, & ideo per Artaxerxem, qui ad instigationem Samaritanorum impediuit ædificationē templi, significatur prælatus qui ad instantiam curatorum & clericorum impedit indebitè prædicationem verbi Dei, & consilium bonorum in auditu confessionum, & nomen Artaxersis ad hoc congruit. interpretatur enim lumine silenter tentatus, talem enim prelatum ad hoc faciendum inducunt curati & clerici quibusdam rationibus apparentib. sub specie boni. vnde subditur:

spondérit tacetur, quia eodẽ anno quo regnare cœpit decedens, Artaxerxi apicẽ regnãdi, & hic curandi reliquit, vel cõtemporaneus erat Artaxerxi, sed quasi minoris potentiæ illũ hæc tractare & decernere permisit.

Ibidem c.5. Beda. Artaxerxes cui suadetur & suasus præcepit, ne Ierusalem ædificetur, quemlibet Gẽtiliũ principũ ecclesiæ inimicũ persecutorẽ signat, vel diabolũ omnium bonorũ aduersariũ. Iudæi qui accusant apud regem viros ecclesiasticos. Samaritani qui accusant hæreticos. Vñ cõgrua sibi voce Ierusalem ciuitatẽ rebellem & pessimam vocant, talem enim iudicant catholicam vnitatem quam impugnant. Reuera autem rebellis est, & muros parietesque fidei rectæ lapidibus testimoniorũ cœlestium aduersus tela impugnantium cõponit, de quibus dicit Esaias. *Et occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.* Nõ est autem pessima dicẽda, nisi ab illis qui ab optima electione propriæ sñiæ prorsus sunt auersi. Interque notãdum, quod eo tempore populus Dei Iudæorũ cœpit nõie censeri, quo ex tribu Iuda maxime fuerũt hi qui de captiuitate ascẽdentes Ierosolymæ vrbis mœnia, & templũ restaurauerũt, & euacuatã habitatore prouinciã, denuo superatis hostibus q proxima tenebant loca, possederunt.

Allegorice. † Lxx. in pace vel, in verbis pacificis. † & Cheeneth. Esa. 60. d.

a *Lesio.* Quia nequeũt sufferre, qui regnũ diaboli conant im pugnare, timẽt bella concitari in ecclesia, ne hęreses & fallacię eorum cum dogmate Gẽtiliũ debellentur duce illo q ait, *Non veni pacem mittere, sed gladiũ.* Et iterum. *Ignem veni mittere in terram, &c.* gladium. s. verbi Dei quo aduersarios sternat, ignem charitatis, quo suorum corda accendens omnia contrarię sectæ arma, & scuta comburat.

† & Cheeneth. Matth. 16. d. Luc. 12. f. † contẽptum

pserunt accusationẽ aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. Et in diebus Artaxerxis scripsit † Beselam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum ad Artaxerxem regem Persarum. Epistola autem accusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syro. Reũ Beel Teem, & Samsai scriba scripserunt epistolam vnam de Ierusalem Artaxerxi regi huiuscemodi: Reum Beel Teem & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonij, Susanechæi, Dieui, & Aelamitæ, & cæteri de gentibus, quas transtulit Asenaphar magnus, & gloriosus, & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus transflumen† in pace (hoc est exemplar epistolæ quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi serui tui viri qui sunt transfluuium, † salutem dicunt. Notum sit regi, quia Iudæi qui ascenderunt a te ad nos venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam, quam ædificant extruentes muros eius & parietes componentes. Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & vectigal & annuos redditus non dabunt, & vsque ad reges hæc noxa perueniet a Nos autẽ memores salis qđ in palatio comedimus, & quia † læsiones re-

a Salin palatio comedunt Samaritani, cum hæretici saporẽ mundanę sapientiæ & philosophiæ eum suauitate rethoricæ & versutia dialecticæ insinuunt.

Quoniam

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Scripsit Beselam.* Et dicunt expositores nostri communiter, quod est nomen proprium hominis. Hebræi autem dicunt, quod est nomen commune cum præpositione adiuncta secundum modum linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ, & signat in pace, quia ista epistola scripta contra Iudęos scripta fuit silẽter & occulte, ne ab ipsis perciperetur, & mitteretur per nuntios ad Cyrum cui scribebatur, secũdum Ra. Sa. & sic effectum non haberet epistola illa.

2 *Mithridates & Ta.* Nomen est proprium hominis Gẽtilis, qui prœerat Samaritanis, de cuius voluntate & scitu fuit illa epistola facta.

3 *Ad Arta.* i. ad Cyrum secundum Ra. Sa. in hoc loco, licet aliter alibi dicere videatur, vt dictum est, secundum Iosephũ vero & alios ad Cambysem filium Cyri, qui Artaxerxes vocatus est nomine regni.

4 *Episto. aut.* literis Syriacis.

5 *Et le. ser. Sy.* i. idiomate Syriaco. Hoc legiť aut dr̃, quia aliquando contingit qđ epistola scripta literis vnius idiomatis legitur sermonib. alterius linguæ, sicut cũ aliquis sñiam Hebraicę scripturæ pronuntiat in Latino, ista vero epistola eodẽ idiomate scribebať & legebatur, quia illi quib. mittebať, erant de lingua illa, similiter Iudæi contra quos mittebatur sciebant linguam illã, quia diu fuerunt in regno Babyloniæ

Beel 6 *Reum Be.* Expositores nostri dicunt communiter, qđ sunt tria nomina propria trium hominum scribentium hanc epistolam, sed hoc dictum procedit ex ignorantia Syriaci seu Chaldaici sermonis, est. n. eadem lingua Chaldaica & Syriaca, vt dicit Hier. in prologo galeato, igitur secundũ proprietatem illius linguæ prima dictio. s. Reum est nomen propriũ hominis, aliæ duæ sequentes. s. Beel Teẽ, sunt nomina appellatiua sui officij expressiua. Beel. n. dñm signat vel magistrũ, Teẽ vero ratiocinationẽ. Ratiocinatio vero vno mõ signat computum, alio mõ signat prolocutionem verborum. Est igitur sensus, quod est Reum erat dominus vel magister cõputi, quia illi qui colligebãt tributa, & redditus pro rege ei rationem reddebant, vel erat dominus seu magister in proponendo mandata regis & negotia Samaritanorũ populo, vel forte vtrunque ad suum spectabat officium.

7 *Et Samsai scriba.* Iste. n. epistolã scripsit, & Reũ eã dictauit, & Mithridates Tabeel eã fieri pcepit, qui erat dux transflumẽ. 8 *Quas tran. Ase.* Aliqui libri, hñt *Samanasar* & male, quia in Hebręo hẽtur. *Asenaphar.* & iste fuit Asor haddam filius Sẽnacherib, vt patet ex prin. c. Sicut. n. supra dictum est, leones vastauerunt magnam partem populi, quem Salmanasar miserat ad habitandum ciuitates Samariæ, propter qđ iste Assorhaddam misit alios loco ipsorũ, & cum eis vnum de sacerdotibus captiuis qui doceret eos colere dominum.

9 *Trans flu. in pa.* Hebręi sic habent. *Trans flumen & Cheeneth.* & est Cheeneth nomen regionis, vt dicunt.

10 *Hoc est exem.* Hic consequenter ponitur forma accusationis cum dicit. *Artaxer. reg.* Sequitur. *Iudæi qui ascende. a te ad nos.* Istud concordat dicto Ra. Sa. videlicet quod iste Artaxerxes fuit Cyrus, vt prædictum est, qui a isti Iudæi fuerũt missi in Ierusalem ab isto Cyro & non a filio eius, vt patet ex prædictis ca. 1. & bene dicitur.

11 *Ascende.* quia Ierusalem est in altiori situ quam Babylonia.

12 *Ciuita. rebel. & pes.* Quod. n. rebellauerit regi Babylonis tẽpore Ioacim & tempore Sedecię, patet ex 4. Reg. 24. & 25.

13 *Extruen. mu. eius.* In hoc falso eos accusabant, quia non reędificabant ciuitatem, sed tantummodo templum.

14 *Tribu. & vecti.* Dicitur autem tributum a tribuo is, & est illud propriæ quod dabatur hominibus missis ex parte regis ad custodiam terrę pro stipendiis ipsorum. Vectigal dicitur a veho vehis, & est propriæ pedagium quod soluitur dominis de his quę vehuntur per terram vel flumina vel mare. Annui redditus, sunt illa quę soluũtur singulis annis de possessinibus, vt de agris & domibus.

Tributum. Vectigal. Annui redditus.

15 *Nos aut. memo. sa.* idest ciborum sale conditorum, & per hoc insinuant alia beneficia quæ a rege receperant, a parte totum designantes, quia tunc inter eos currebat talis modus loquendi. In Hebræo sic habetur. Et nunc ecõtra destructio palatii quod destruere volumus. i. contrarium beneficiis prędictis est palatium. i. domus Dei, quę in pluribus locis veteris testamanti palatiũ vocatur in Hebræo, & ideo ipsum destruere intẽdimus propter bonum regis, cui obligati sumus ex beneficijs receptis.

16 *Et quia læ. reg.* s. subtrahendo tributa, vt dictum est, & mouendo contra eum seditiones consequenter.

Et Vide

MORALITER.

16 *Quia læsi.* Tales enim allegant autoritatem prelatorũ ex hoc diminui, quod non est verum, nam dicti prędicatores petunt super hoc humiliter gratiam prelatorum, & ipsi dẽnt benigne cõcedere, nã hoc cedit ad alleuiationem oneris sui & suorũ salutem subditorum. Allegant et aliquando prędicti diminutionem temporalis boni, ideo subditur.

† Pos-

a *Quoniam ur.* Ipsi hostes iterũ de ciuitate domini confitentur, q̃a si ædificata fuerit post captiuitatem, & muri de lapidibus viuis, i. animab. sanctis contra mundi superbiam erecti, tributũ nefandæ seruitutis ciues eius, i. electi malignis spiritibus vltra peccando non dabunt, imo tenebrarum principib. ędificatio pietatis nocebit, quia quotidie per lauacrũ regenerationis regno diaboli plures auferuntur, qui in seruitium eius originali peccato corrupti generantur, qui non hosti indebitum, sed conditori iustum seruitutis tributum reddunt, annuos redditus primitiarum, & decimarum suarum idest, inchoationem & perfectionem, bonorum Deo a quo acceperant bene viuendo & gratias agendo referunt.

b *Trans flu.* Euphratem scilicet, intra quem Syria est, qui baptismum significat, quia vnus est de quatuor fluminibus Paradisi, qui totum orbem irrigant, sicut quatuor euangelistæ ab vno fonte vitæ idest, Christo inspirati, consona voce cunctis gentibus lauacrum salutis pdicant, vel quia Euphrates frugifer interpretatur, qđ cõgruit sacramẽto, quo orbis ablutus & sanctificatus fructũ animarum, tricesimum, sexagesimũ, & centesimũ Deo gignit.

Mystice. c *Verbum misit rex ad Reum B elteem.* Quærit rex Persarũ qui interpretatur tẽtantes possessionẽ trans fluuium, cum antiquus hostis excitatis tentationum in cursib. ecclesiæ fines irrumpere, & eos qui sacro fonte redẽpti sunt, subiugare conatur. Iuuãt eum Samaritæ, cũ hęretici impugnãtes ecclesiam pro regno diaboli militãt, & dolentes dicunt, quia si ciuitas ędificata fuerit & muri instaurati per fidẽ. s. & operationem rectam, ille trans fluuium, i. in cordib. eorũ qui baptizati sũt, possessionem non hẽbit. Intelligunt. n. etiam qui fidẽ rectã non intelligunt, quod eandem mentem lux & tenebræ simul iniquitas & iustitia, Christus & Belial possidere nequeunt. Patet sensus literæ & allegorice, quia prophanus, id est, hostis, antiquus libentissime tauet eis, qui ecclesiam persequuntur, & prohibent ædificari.

Allegorice.

d *Habitato. Sama.* Habitant hostes Ierosolymorum in Samaria, quæ interpretatur custodia, non quod pręcepta fidei & veritatis custodiant, qui visioni veræ pacis obstinate, repugnant, sed quia custodiam virtutum penes se manere iactant, cum aduersus mœnia pacis per hęresim pugnant.

e *Ita, ut exem.* Beda. Patet ordo historię, quod hostes populi Dei primo opus sanctum persequendo impediebant, deinde consilium rectæ intentionis eorum prauis consilijs dissipare tentabant, nec oĩno ab opere retrahere volebant, priusquam regali auxilio fulti autoritate publica obsisterẽt, quorum notanda in accusando fraudulentia, qua eos qui domũ Dei ædificabant, ciuitatem contra regnum ędificare q̃rebantur, & præcipiente rege, ne ciuitas ędificaretur, mox arrepta autoritate ne templum ædificaretur, restiterunt, cũ nihil de constructione templi detulissent, & rex tãtum prohibuisset construi ciuitatem.

---

gis videre nefas ducimus, idcirco misimus & nuntiauimus regi, [1] vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & inuenies scriptum in commentarijs, & scies quoniam urbs illa vrbs rebellis est, [3] & nocens regibus, & prouincijs, & bella concitantur in ea ex dieb. [4] antiquis, quamobrem & ciuitas illa destructa est. Nuntiamus nos regi, quoniã si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsi instaurati, pos[6]sessionem trans fluuium non habebis. Verbum misit rex ad Reũ Beelteem, [7] & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in cõsilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trãs fluuium, salutem dicẽs & pa[8]cem. Accusationem quam misistis ad nos, manifeste lecta est corã me, & a me præceptũ est, & recẽsuerunt, inuenerũtque, quoniam ciuitas illa a diebus antiquis aduersũ reges rebellat, & seditiones & prælia concitantur in ea. Nam & reges fortissimi fuerũt in Ierusalẽ, [9] qui & dominati sunt omni regioni, quæ trans fluuium est. [10] Tributũ [11] quoque, & vectigal, & redditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiam. Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa nõ ædificetur, donec si [12] forte a me iussum fuerit. Videte, ne negligẽter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges. Itaq; exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum & Samsai scriba, & consiliarijs eorum. Et abierunt festini in Ierusalẽ ad Iudæos, & prohibuerunt eos [13] in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus domini in [14] Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij re[15][16]gis persarum.

Interlinear glosses: a Diabolo, vel cuilibet principi Christianorum inimico. — a Ecclesia magni regis ciuitas. — a Hæreticis scilicet & hostibus veritatis. — b Non veni pacem mittere sed gladium. — a Persecutione hæreticorum & Gentilium. — a Per fidem & operationem. — b De lapidibus viuis. — In Baptizatis scilicet.

Margin: Beda vbi sup. — & defectionem facientes fuerunt. — Pro vice illa — socios & inf. — Selam & Cheeth. — Epistol. — ponite edictum.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vide. ne. du.* quia essemus ingrati.
2 *Vt re. in li. hist. pa.* i. regum qui præcesserunt te.
3 *Et scies quoniam, &c. re.* vt expositum est supra.
4 *Et noc. re. & pro.* quia tẽpore Dauid & Salomonis plura regna fuerunt ei subiecta, vt patet. 2. Reg. 8. & 3. Reg. 4.
5 *Quam ob. & ci. il. de.* s. propter rebellionem contra regẽ Nabuchodonosor, vt habetur. 4. Reg. 60.
6 *Possess. tr. flu. non ha.* s. vltra Euphraten, qui erat medius inter regnum Persidis & regionem Iudæorum.
7 *Verb. mi.* Hic consequenter ponitur regis responsio. Et patet litera ex supradictis vsque ibi.
8 *Salu dic.* Hebrei sic habent. *Et cæteris trans fluuium Selam & Cheeneth.* Et dicunt quod sunt nomina regionum trans fluuium existẽtium, in quibus habitabant aliqui de transmissis a regibus Assyriorum ad inhabitandum terram illam. Cætera patent ex prædictis vsque ibi.
9 *Nam & re. for. f. in Ieru.* Vt patet de Dauid & Salomone, Iosaphat & pluribus aliis.
10 *Et do. sunt.* Hoc habetur 3. Reg. de Salomone, quod eius dominium se extendebat a flumine magno Euphrate vsque ad riuum Aegypti.
11 *Tributum qu.* Accipiebant ab omnibus illis prouincijs.
12 *Prohibeatis viros illos vt vrbs, &c.* Ex quo patet, quod si iste Artaxerxes fuit Cyrus, non retractauit dictũ suum, quia non dederat licentiam reædificandi ciuitatem, sed solum tẽplũ, vt habetur sup. c. 1. nec istud retractauit.
13 *Et abie. fest.* Hic consequenter ponitur operis inhibitio, cum dicitur.
14 *Et prohib. &c. robore.* i. cum virtute exercitus, cui Iudęi non poterant resistere. Ideo subditur.
15 *Tunc intermis.* Et sic patet quod plus fecerint Samaritani quam rex mandasset, quia prohibuerunt reædificationẽ templi quam rex non prohibuerat. Et sic verificatur dictum Iosephi. s. quod ignorante Cyro temporib. suis fuit impedita reædificatio templi, scienter tamen inhibuit reædificationem ciuitatis, vt dicit Ra. Sa. sub cuius prætextu impedita fuit ędificatio templi.
16 *Et non fie. &c. Da. re.* secundum Iosephum iste fuit Darius Histaspis qui fuit amicus Zorobabel & fauorabilis Iudæis, sicut patet ex sequentibus. Et hoc maxime fuit, vt dicit Iosephus, quia antequam promoueretur ad regnum, fecit votũ, quod si contingeret eum ad regnum promoueri, faceret tẽplum ædificari, & ibi vasa deferri. Secundum vero Ra. Sa. iste Darius fuit filius Assueri & Esther reginę, & sic fuit fauorabilis Iudæis ratione matris suæ quæ fuit Iudęa.

Iosephus.

CAP.

MORALITER.

6 *Possess. trans flu. non.* q. d. Tales prædicatores & confessores trahunt ad se bona debita ecclesię, q̃ non est ita, salua cuiuscunq; dicentis reuerẽtia, sed magis oppositum, nam in prædicationib. publice, & in confessionib. secrete fideles admonẽt reddere fideliter debita suis curatis & aliis ecclesię ministris, pp quod pręlati talibus rationibus friuolis non debẽt credere, & animarum fructum pro talibus impedire.

Prophe-

CAP. V.

A a Prophetauer. Be. In libris eorum plenius scriptum est, qui bus verbis socordiam eorum redarguerint, qui neglige tiores erāt erga opus tēpli, vel promisso Dei auxilio ad operandū accenderint, qua etiā deuotione ad exhortationem eorum Zorobabel, Iosue, & omnis populus se ad operandum accinxerint. Aggeus enim ita incipit: In anno secundo Darij regis ī vno die mēsis pręfati, factum est verbum domini ī manu Aggei prophetę, dicens. *Dic ad Zorobabel filium Salathiel, & ad Iesum filium Iosedec, &c.* Et paulo post *Et suscitauit dominus spiritum Zorobabel filii Salathiel ducis Iuda, et spiritum Iesu filii Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo, & ingressi sunt, & faciebāt opus in domo domini, etc.* Zacharias aūt sic incipit. In mense octauo in anno secūdo Darij regis, factum est verbum dñi ad Zachariam filium Barachiæ, filium Ado prophetam, &c. Ex quo apparet quomodo Esdras Zachariā filium Ado nominet, quia. s. nepos illius fuit qui propheta nobilis fuisse intelligit', cuius Zacharias in prophetis eximius iure filius diceretur. Inter q̄ notandum quāti spiritus isti prophetiæ fuerint, vt contra tanti regis edictū & Samaritanos & oēs gentes per circumitum ædificationē tēpli impedientes iuberent templum extrui. Zorobabel quoque & Iesus, & populus qui cū eis erat, non minoris fuisse fidei probantur, qui prophetas iubentes magis audierunt quā prohibentis regis imperium.

Beda lib. 2. alle. expos. in Esram. c. 6.

Aggæi. 1. a.

Ibidem. d.

Zacha. 1. a.

B

b Zorobabel. Ortus in Babylone, vel magister Babylonis, quia ibi iuxta historiā natus est, cū esset de stirpe Dauid in Bethlehem

C

Iehē nati. Hic signat Christum, qui vt mundū a confusione errorū liberaret, in Babylone. i. in cōfusione mundi oriri & conuersari dignatus est. Qui et recte Babylonis magister dr, non q, ea quę Babylonis. i. mundi sunt doceat, sed quos Babyloniorum iugo pressos inuenit, ad gratiā libertatis erudit, & eruditos ad patriam cęlestem perducit. Cuius pater ē Salathiel. .i. peritio mea, Deus, q. s. in psal mo dicit. *Pete a me, et dabo tibi gentes hęreditatē tuā, &c.* vnusquisque etiā cum Deum inuocans non aliud quęrit quam ipsum, potest eū Salathiel vocare.

D

Psal. 2. b.

c *Et Io.* Bed. Iosue vel Iesus interpretatur saluator. Iosedec dominus iustus, hic quidē sicut filius Nū Christum significat, vterque enim populum in terram promissionis, ille de longo incolatu eremi, hic de longiore captiuitatis seruitio introdux. t. Sic verus Iesus electos suos ab omnibus malis eruens, ad superni regni promissa gaudia inducit, qui est filius Iosedec. i. domini iusti, de quo dicitur. *Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, &c.*

Vbi supra.

E

Psal. 12. a.

d *In ipso.* Be. Patet literæ textus, quia confortati verbis prophetarum, optimates Iudæorū non potuerunt hostium infestationib. a sancto opere prępediri, a quo quiescētibus adhuc prophetis timore hostiū cessauerant, sicut nunc in ecclesia geritur, dū hi qui malignorum spirituum, vel hominum insidijs retardati, tardiores aliqn̄ ad opus bonum fuerūt, repēte verbis doctorū vel diuinarū scripturarū correpti, nullis tētationū machinis possūt vinci, vel a pposito intētiōis reuocari

e *Ad quod respondimus.* Videtur q hoc scripsit psens affuisse, cū Esdras dicatur scripsisse, qui nō tunc Ierosolymis fuisse, sed

Beda vbi sup

F

CAP. V.

a Prophetauerunt autem Aggæus propheta & zacharias filius Ado, prophetantes ad Iudæos qui erāt in Iuda & Ierusalem, in nomine Dei Israel. [1] [2] [3]

b c Tūc surrexerunt zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & cæperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cū eis prophetæ Dei [†] [4]

d adiuuātes eos. In ipso autem tempore venit ad eos I hathanai, qui erat dux transflumē, & Starbuzanai, &† cōsiliarij eorū, sicq; dixerūt eis. quis dedit vobis† consilium vt domum hanc [5] [6]

e ædificaretis, & muros eius instauraretis? Ad quod respondimus [7]

† socii & infr.
† vel præceptum.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

Propheta. Hic consequenter describitur operis resumptio. Circa hoc primo opus resumit'. Scdo hoc inquiritur, ibi. *In ipso autem tempore.* Tertio negotiū ad regē deducitur, ibi. *Placuitque.* Circa primū sciendum, quod Iudęi resumpserunt opus absq; licentia Darij duplici de causa. Vna fuit, quia cōfidebant de eius fauore propter amicitiam cum Zorobabel secundum Iosephum, vel ratione matris suæ Esther secundum Ra. Sa. Alia causa fuit, quia Aggęus & Zacharias prophetę denuntiabant eis in nomine domini, quod secure opus resumerent, & quod a Persis impedimentum non haberent, & sic anno secundo Darii opus prius intermissum resumpserunt. Et hoc est quod dicitur.

Diuisio.

1 *Prophe. au. Agg. pro. & Zac.* Quorum prophetiæ habentur in lib. 12. prohetarum.

2 *Filius Ad.* Sic dēt scribi. s. p vnum. d. i. nepos Ado, quia fuit filius Barachiæ filij Ado, vt hētur in principio pphetiæ suę.

3 *Proph. ad Iud.* Modo prædicto, & licet inter habitātes Ierusalem & terrā in circumitu essent aliqui de tribu Beniamin & de tribu Leui, & alijs tribubus, vt dictum est, sup. 2. ca. tamen omnes sunt denominati Iudęi a tribu Iudæ post reditum captiuitatis Babylonicę. Tum quia Zorobabel dux redeuntium fuit de tribu Iuda, & sic erat principalior. Tū quia illa tribus fuit ad ædificationem templi feruentior.

4 *Et cum eis prophetæ Dei, &c.* Excitando populum ad opus.

5 *In ipso. au. tem.* Hic consequenter de opere resumpto requiritur a duce qui tenebat locum regis in terra illa cū dicitur.

6 *Quis dedit uo. con.* q. d. tantum opus nouum non deberet fieri sine licentia regis, quia templum ędificabatur ad modum fortalitij & turris, vnde in terris subiectis non permittūtur fortalitia construi sine voluntate dominorum.

7 *Ad quod respond.* Ex hoc videtur, quod Esdras qui scripsit librum istum, tunc esset in Ierusalem, quia connumerat se alijs, sed postea rediit ad Persidem, vt plures secum adduceret de Iudęis, secundum quod habetur, infra 7. cap. Potest etiam dici quod tunc existēs in Babylone connumerat se illis qui erant in Ierusalem, sicut Paulus apostolus associat se illis, qui in die iudicij reperientur viui. 1. Thes. 4. d. dicens. *Nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aere.*

Quæ

MORALITER.

1 *Prophetaue. au.* Per istos duos loquētes ex inspiratione diuina significantur prędicatores veritatis euangelicæ, quib. a deo datur sapientia et eloquētia. Luc. 21. c. *Ego enim dabo uobis os & sapientiā, cui non poterunt resistere et cōtradicere omnes aduersarii uestri.* Et interpretatio nominū dictis prædicatorib. congruit. Aggæus. n. interpretatur festiuus. Zacharias autem, memor domini, pdicatores autem prędicti fideles inducūt ad habendū Dei iugē memoriam, vt per hoc peruenire valeant ad sanctorūt festiuitatem. Per binariū autem istorum prophetarū significatur, qđ prædicatores euangelij charitate debēt esse adinuicē cōbinati. vñ Gre. super illud Lu. 10. a. *Misit illos binos, & binos ante faciem suam, &c.* Binos ergo discipulos in prædicationem dominus mittit, vt p hoc nobis tacitus innuat, qđ qui charitatem erga alterum non hēt, prædicationis officium nullatenus suscipere debet.

3 *Prophe. addu.* r. reędificatione templi, vnde subditur.

† *Tunc surrexerunt Zorobabel, &c.* Per quod significatur, quod prędicatores euangelici debent inducere populū ad reędificationem ecclesię, qđ consistit in morib. et fide, & quia non solum debent ad hoc inducere verbo, sed ēt vitę exemplo, ideo subditur.

4 *Et cum eis proph. eos adiuuantes, &c.* In moralib. enim magis valent facta quam verba.

6 *Quis dedit uo. con.* Per istos significantur illi qui quęrunt occasionem impediēdi ad prędicationē uerbi diuini, sed tamen non possunt adsistente adiutorio spiritussancti, iō subditur.

sed multo post regnãte Artaxerxe illuc uenisse reperie. Aut ergo tunc uere ibi fuit, et facto tẽplo Babyloniã rediit, ut plures de filiis Israel in Ierusalẽ reduceret, aut se aedificantibus iungit, quasi suum sit qđ erga fratres agitur, uel qđ ipsi agũt, sicut Apostolus ait. *Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini non praeueniemus, &c.* (1. Thes. 4. d.)

ta aũt uolũtate utriusq; regis diligẽter ut opus citius pficeretur, adiuuit. Quę omnia illis cõueniunt, qui in Gẽtilitate cõstituti puersatiõnẽ ecclesię ipsam repẽte obstupescere, deinde rõnẽ religionis audire et discere studẽt, & tãdẽ cognoscẽtes q hoc a Deo caeli & terrę, q solus uere est Deus originẽ sumpsit sacrificijs eius communicant, & aedificium iuuare laetantur.

eis q̃ essent nomina hoĩum auctorum aedificationis illius. Oculus autem Dei eorũ factus est super senes Iudęorum, & non potuerũt inhibere eos. † Placuitq; vt res ad Darium referretur, & tunc satisfacerent aduersus accusatiõnẽ illam. Exemplar epistolae quam misit Tathanai dux regionis trãs flumẽ & Starbuzanai, & cõsiliatores eius Apharsachaei, qui erãt trans flumẽ, ad Dariũ regẽ, sermo quẽ miserant ei, sic scriptus erat. Dario regi pax omnis. Notum sit regi isse nos ad Iudaeã prouinciã ad domũ Dei magni, quae aedificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus, opusq; illud † diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis. Quis dedit vobis potestatẽ, vt domũ hanc ędificaretis, & muros hos instauraretis? Sed & nomina eorũ quaesiuimus ab eis, vt nuntiaremus tibi scripsimusq; nomina eorũ virorũ qui sunt principes in eis. Huiuscemodi autẽ sermonẽ responderunt nobis, dicentes. Nos sumus serui Dei coeli & terrae, & aedificamus tẽplum qđ erat extructum añ hos annos multos, quodq; rex Israel magnus aedificauerat & extruxerat. Postquã autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum cęli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis chaldęi, domũ quoque hanc destruxit, & populũ eius trãstulit in Babylonem. Anno aũt primo Cyri regis Babylonis, rex Cyrus proposuit edictum, vt domus Dei aedificaretur. Nã & vasa templi Dei aurea & argentea, q̃ Nabuchodonosor tulerat de templo qđ erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de tẽplo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principẽ cõstituit Dixitque ei Haec vasa tolle, & vade, & pone ea in templo quod est in Ierusalẽ, & domus Dei aedificetur in loco suo. Tũc itaque Sassabasar ille venit, & posuit fundamenta templi Dei Ierusalem, & ex eo tẽpore vsque nũc aedificatur & necdum completum est: Nunc ergo si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quae est in Babylone, vtrum nam a Cyro rege iussum fuerit, vt aedificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

(Marginal: †Donec. † responderet per epistolam ad haec. † festinanter. † in domo thesaurorum.)

a *Exemplar epi.* Multũ dissimilis est hęc epistola illi quam Reũ Beelthẽem, & Samsai scripserunt, Artaxerxi. Illa enim accusatione Ierosolymitarum, haec laude non solũ gentis, sed & Dei omnipotentis plena est, illa insidijs, hęc amicabilibus literis scripta, quia illa a Samaritanis hostibus Iudęorum hec a duce regionis transfluuium, id est inferioris Syrię et Phoenicis, & a sociis eius, qui nullas contra Iudęos inimicitias domesticas habuere, sed tantum regis a quo potestatem acceperant, voluntatem exequi curabant. Samaritę, qui primam scribentes epistolam animos regis aduersus structores templi accenderunt hęreticis comparantur, qui ecclesiam intantum fęda peste commaculant, vt etiã exosam Gentilib. reddant, eorũq; furorem excitant aduersus illam. Dux aũt Syriae qui regem de opere Dei nõ operando instigat, sed cõsultando interrogat, eos signat qui adhuc in Gẽtilitate positi, nec se credituros abnegant, si vera & iustã esse hanc diuinitatis scripturam intelligãt. Deniq; audiẽs a senibus Iudęorum cũ rõnes redderẽt nos sumus serui Dei cęli & terrae, & c. aedificãtes noluit impedire, sed implicite aio quaerit vtrũ Cyrus tẽplũ ędificari iusserit, & Darius hoc velit. Agnita

b *Lapide impoli.* nouo. s. quem impolitum reperierunt, sed poliendo aedificio aptauerunt. Nã & si veterũ lapidum, qui secundum Ieremiam dispersi fuerant in capite omnium platearum aliqui remanserunt, lapides noui erant poliendi, ex quibus opus templi posset impleri. Quod mystice, videmus in ecclesia fieri, cum non solum de his qui poenitendo resipiscunt, sed etiam de illis qui nuper ad fidem vocati institutione magistrorum quasi norma opificum compositi, & in aedificio congruo ordine sunt locati, aedificantur. De veteribus quoque & nouis lapidibus, id est, dudum positis & impolitis templum aedificatur, cum de vtroque populo Iudaeo. s. & Gẽtili, vna Christi ecclesia colligitur. Alter. n. iam dudum cognitione & obseruantia legis velut politus erat. Alter idololatriae mãcipatus nulla spiritualiũ architectorũ industria, nullo pietatis cultu deformitatẽ agrestis & terrenę mẽtis exuerat. (Marginal: Idem ibid. Thre. 4. a. Mystice.)

c *Et ligna ponuntur in parietibus, opus, &c.* Bed. Ligna quę ad ornamentum vel munimentum tẽpli ponuntur, eandem sanctorũ vitam in ornatu ecclesię quam & lapides designãt, de quibus dicitur. *Exultabunt omnia ligna syluarum, &c.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quae essent no. ho. aucto. etc.* Hoc. n. quaesierat dux trãsflumẽ & socii eius, vt habetur inf. & hoc rationabiliter, quia si res esset culpabilis, magis essent puniendi principales quam alii.
2 *Oculus au. Dei.* i. respectus misericordię diuinae & adiutorii.
3 *Factus su. sen. Iu.* eos cõfortãdo & roborãdo in ędificatione.
4 *Et nõ po. inhi.* quia nullus põt resistere volũtati diuinę. Licet aũt praedicti venissent ad inhibendum opus, tamen dominus mutauit eorum voluntatẽ, secundum qđ scribitur Prou. 21. a. *Cor regis in manu domini, quocunque voluerit, uertet illud.*
5 *Placuitq;* Hic cõsequenter negotiũ ad regẽ refert. Circa q sciẽdũ, q isti nõ ihibuerũt aedificationẽ, sed regi significauerũt eã, vt habita eius volũtate eã inhiberet vel pmitteret, vñ nõ accusauerũt falso Iudaeos, sicut alii fecerãt vt dictũ est pced. c. sed simpliciter factũ nũtiauerũt, & hoc est qđ dr. *Placuitq; etc.* tanquã ad superiorẽ. 6 *Et tunc, etc.* quae posita est ca. praeced. quia si placeret regi aedificatio pdicta, accusatio nõ esset in aliquo cõtra istos. Caetera patẽt vsq; ibi. 7 *Quae aedifi. la. impo.* quia non fiebant ibi sculpturae imaginum.
8 *Et li. po. etc.* i. trabes ex transuerso domus, ad tenendũ vnũ parietem cum alio, & ad sustentandum solarium desuper, & quia parietes templi interius erant operti tabulis ligneis sicut fuerat in templo Salomonis.
9 *Interrogaui, ergo. se. il.* i. principales illius operis.
10 *Nos sumus serui, etc.* quia illud opus fiebat ad cultum eius.
11 *Et aedifi. tem. etc.* quia quadringẽtis & decem annis steterat anquã destrueretur per Nabuchodonosor, vt dicũt Hebraei.
12 *Quodq; rex Isra. ma.* s. Salomõ, vt legitur 3. Reg. 6. ca. qui fuit valde magnus in potẽtia, & diuitijs, & gloria, vt hr 3. Reg. 4.
13 *Postquam autem, etc.* suis idololatrijs & aliis nequitijs, vt habetur. 4. Reg. in pluribus locis.
14 *Tradidit eos in ma. &c.* ita quod fuerunt debellati & destructi magis diuina virtute, quam humana propter sua peccata
15 *Rex Cyrus.* a Deo celi inspiratus.
16 *Proposuit edictum, etc.* secundum quod habetur sup. 1. c. Cetera patent ex dictis ibidem vsque ibi.
17 *Tunc itaq; &c.* Ex quo patet quod dictum est sup. 1. ca. q iste Sassabasar fuit Zorobabel, quia iste fundauit domũ istã, secundum quod dicitur Zach. 4. ca. *Manus Zorobabel fund. do. istam, & manus eius perfi. eam.*
18 *Et necdum completum est.* propter hostes impedientes.
19 *Nunc ergo, &c.* ex hoc patet, quod isti non habebant volũtatem impediendi opus, sed magis promouendi, dũ tamen placeret regi, sicut patebit per effectum c. se.

CAP.

CAP. VI.

A a TVnc Darius. Beda. Iosephus nomen loci in quo hæ Cyri litteræ sunt inuentæ, ita posuit, & inuentus est in Egbathanis constructa urbe in regione Mediæ codex. Porro alia translatio sic habet. In Egbathana in ædificio tutissimo regionis Medorum, unde uidetur, quod nomen Medena non aliud quã Mediam significat.

Ibidem c. 7 — *thesaurorũ.

b *Vt ponant fundamenta.* Beda. Non est nobis exponendum, quia neque in priori templi ædificatione, neque in posteriori aliquid harum mensurarum, vel huiusmodi operis inuenitur, unde colligitur Cyrum hoc de suo sensu ꝓtulisse, & mensuram vel ordinem †temporis, vt sibi uidebatur congruum annotasse. Siquidem templũ (vt verba dierũ narrant) in mensura prima, idest intra muros interiores habebat 60. cubitos longitudinis, 20. latitudinis, & altitudinis, ut Regum historia scribit, vsque ad cœnaculum cubitos 30. deinde alios 30. usque ad cœnaculum superius quousque altitudo porticuum ascendebat, ut Iosephus testatur, deinde 60. vsque ad summum tecti. i. simul 120. vt verba dierum docent. Quomodo autem dicit ordines ponendos de lapidibus impolitis tres, & sic de lignis nouis, cum omne templum fuerit interius cedro uestitum? Nisi forte moris Persarum erat, sic templa facere uariato opere, ut tantum lapidum ordines essent per parietes, & quartus de lignis fabrefactis, & hoc quoque in templo Ierosolymorum fieri debere putauit. An forte de atrio sacerdotum intelligendum est eum dixisse, quod circa templum in gyro factum tres ordines habuerat lapidum politorum, & quartum lignorum cedrinorum, eratque astantib. usque ad pectus altum. Aut de porticu domus domini quæ erat ante faciem templi, de qua scriptura cum palatium a Salomonis fabricaretur, ita memorat. *Fecit atrium maius rotundum triũ ordinum, de lapide bus sectis, & vnius ordinis dolata cedro, necnon & in atrio domus domini interiori, & in porticu domus.*

† vel taleque scriptum erat in eo memoriale. †operis. †marmoreis 2. Par. 3. a. † vel substantia. B. C. D. 3. Re. 7. b. In ps. 125.

✠ Chrys. Per hanc gentem docebatur uniuersus orbis terræ, dum & abducerentur, & rursus reducerentur. Ipse. n. reditus fuit loco præconis. Eorum. n. fama ubique peruolabat, Dei in eos benignitatem manifestam omnib. efficiens, quod. s. erant magna, & reuera omni opinione maiora quæ in eos erant facta miracula. Ipse. n. Cyrus qui eos tenebat, ipsos dimisit, eum nullus cum rogasset, sed Deus mentem illius mollisset, nec solum eos dimisit, sed etiam affecit donis, & muneribus.

c *Reddantur.* Darius per fectas litteras autoritate sua confirmat compescens omnes Iudæorum aduersarios, & templum in loco suo ædificari iubet, &c.

d *Nunc ergo.* Significat Artaxerxes, qui domum Dei, & ciuitatem ædificari uetat, eos qui constructioni ecclesię sanctę motis persecutionib. contra dicũt, inter quas ecclesia maxime martyrum uictoria floruit. Darius autem piam illorum regũ deuotionem, qui agnita fidei Christianæ pietate non resistere, sed suis decretis eam adiuuare curabant, e quibus multi interdictis persecutionibus priorum, scipsos cum subiectis populis eiusdem fidei sacramentis consecrari uoluerunt, quibus bene conuenit quod Darius adiungit. *Sed a me præceptum est, quod &c.* Quis enim explicare ualeat, quantum Ecclesia liberalitate Regum adiuta sit, & locupletata?

†paries. Beda vbi sup. E

e *Vt de arca.* Beda. De arca regis ad opus Dei sumptus tribuunt, cũ ex familia secularium principũ aliq. ipsis faueutibus ad

Ibidem F

CAP. VI.

TVnc Darius rex ꝑcepit & recēsuerũt [1] in bibliotheca librorũ, q̃ erãt repositi in Babylone, & inuētũ est ĩ Egbathanis, qđ est castrũ in Medena [2][3] ꝓuincia, volumen vnũ, † talisq; scriptus in eo erat cõmentarius. Anno [4] primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit, vt domus Dei q̃ est in Ierusalē, ædificaret̃ in loco, vbi b immolẽt hostias, & ut ponãt fundaměta supportãtia altitudinẽ cubitorũ sexaginta, & latitudinẽ cubitorũ sexaginta, ordines de lapidib. †impolitis tres, & † sic ordines de lignis nouis. Sũptus ãt de domo regis dabunt̃. Sed & vasa tẽpli Dei aurea, & argẽtea q̃ Nabuchodonosor tulerat c de tẽplo Ierusalē, & attulerat ea in Babylonẽ reddãt, & referant̃ in templũ Ierusalem in locum suum, q̃ & posita d sunt in templo Dei. Nunc ergo Thathanai dux regionis q̃ est trãs flumen, Starbuzanai, & cõsiliarii vři Apharsachæi q̃ estis trãs flumẽ, ꝓcul recedite ab illis, & dimittite fieri tẽplũ Dei illud a duce Iudęorũ, & a seniorib. eorũ, & domum Dei illã ędificẽt ĩ loco suo. Sed & a me ꝓceptum est, q̃d oporteat fieri a ꝑsbyteris Iudæorum illis, ut ędificet̃ domus Dei s. vt de † arca regis. i. de tributis, q̃ dant̃ de e regione trãs flumẽ, studiose sumptus dent̃ uiris illis, ne

[5] [6] [7] [8] [9] [10] [11]

a ¶ Babylonium. s. quo ea Nabuchodonosor posuerat.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VI.

1 TVnc Darius. *Hic consequenter describitur templi consummatio. Circa quod primo ponitur regis concessio: secundo diligens executio, ib.: Igitur Thathanai. Circa primum Darius in sua epistola prima decretum Cyri recitat, secundo recitatũ confirmat, ibi.* Nunc ergo. *tertio pœnam impedientium determinat, ibi.* A me ergo. *Circa primum dicitur.*

Diuisio

2 Et recensuerunt. *Non est hic nomen ciuitatis, sed prouinciæ, vel potius totius regni, sicut Francia aliquando dicitur totum regnum in quo sunt multæ prouinciæ, unde subditur.*

3 Et inuentum est in Egba. *Istud castrum ædificauit Arphaxat rex Medorum, ut habetur Iudith.1*

4 Talisque scriptus in eo. *i. regium decretum.*

5 Et ut po. fun. *& secundum hoc istud templum secundum non fuit ita altum de medietate, sicut fuit templum Salomonis, quod habuit centum, & viginti cubitos in altitudine, ut habetur 2. Par. 3. & idem dicit Iosephus.*

6 Et lat. *Credo quod hic accipitur latitudo pro longitudine, ut dicatur latitudo latus magis protensum, tanta enim fuit longitudo templi Salomonis, scilicet 60. cubitorum. Si enim acciperetur hic proprie latitudo, sequeretur quod hoc templum secundum fuisset latius in triplo quam templum Salomonis, cuius latitudo fuit 20. cubitorum tantum, ut habetur 3. Re. 6. aliqui dicunt, quod Cyrus protulit, ut litera sonat ex suo spiritu, quia sic ædificabant templa Persarum, tamen non fuit sic factum, sed ad similitudinem templi prioris a Salomone facti. Sed hoc non est verisimile, quia in principio huius libri dicitur.* Suscitauit Deus spiritum Cyri regis Persarum, &c. *& ideo non est verisimile, quod spiritu proprio mensuras templi disposuerat ad similitudinem templorum idololatriæ, sed verisimilius est, quod ante collocutionem habuit cum sapientibus iudæorum, & secundum eorum consilium templum fieri disposuit, & præcepit.*

7 Ordines de lap. *Virum autem isti tres ordines essent secũdum altitudinem muri, vel secundum eius spissitudinem nõ habetur, uidetur tamen magis secundum spissitudinem ex hoc quod subditur.*

8 Et sic or. de li. &c. *in Hebræo habetur,* Et ordo de lignis nouis. *Parietes. n. templi exterius erant de lapidibus, sed interius erant operti tabulis ligneis, sicut & in templo Salomonis.*

9 Nunc ergo. *Hic consequenter ponitur decreti recitati confirmatio, ideo subditur.*

10 Procul rece. *i. nullum nocumentum inferte, sed magis, adiutorium, unde subditur.*

11 Vt de arca re. &c. *i. de tributis quæ dantur de regione, &c.*

✠Et

MORALITER.

1 *Tunc Darius.* Per Darium regem conuenienter significari potest summus pontifex, ad quem spectat uniuersalis ecclesiæ regimen. Per hoc igitur quod ad determinationem negotii Darius bibliothecam recenseri fecit, & reuolui, significatur quod summus pontifex in determinatione negotiorum fidem, vel mores tangentium per se, & per alios ad hoc idoneos debet inuestigare, quid de hoc sentiãt sacræ scripturæ, & secundum hoc negotia terminare, sicut Darius post dictam disquisitionem præcepit diligenter exequi domus Dei ædificationem.

11 *Vt de arca regis.* Nam in piis operibus summus pontifex & etiam alii prælati non solum debent esse fauorabiles verbis, sed etiam temporalibus auxiliis prout possunt.

A impediatur opus. Quod si necesse fuerit, & uitulos, & agnos, & hædos in holocaustum Deo cæli frumentum, sal, vinum, & b oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo † querimonia. Et c offerant oblationes Deo cæli, orentque pro uita regis, & filio- d rum eius. A me ergo positum est decretum, vt oĩs homo qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius † publice- e tur. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extẽderit manum suam, ut repugnet, & dissipet domum Dei illam quæ est in Ierusalem. f Ego Darius statui decretũ, quod studiose impleri uolo. Igitur Thathanai dux regionis trans flumen, & Starbuzanai, & consiliarii eius, secundum quod præceperat Darius Rex, sic g diligenter executi sunt. Seniores autem Iudæorum ædifica- h bant, & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetę, & Zachariæ filii Ado, & ædificauerunt, & construxerunt iu- i bente Deo Israel, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe re-

a ¶ Qui post Darium regnauit, cuius tempore Esdras de Babylonia Ierusalem ascendit.

ad fidem Christi ueniunt, qui velut in arca regis erant, cum regalium arcanorum conscii essent. Sed dantur presbyteris, & senioribus Iudæorum in sumptus operis templi, dum magistris, & ecclesiæ erudiendi membris ac iuuandi committuntur. Qualis fuit Cassiodorus quondam Senator, repente ecclesię doctor, qui dũ in expositione psalmorũ diligenter attendit, quid Ambrosius, quid Hilarius, quid Augustinus, quid Cyrillus quid Ioãnes, quid cæteri sancti dixerunt, edoctum se a senioribus Iudęorũ. i. confitentiũ, & laudantium Deum probauit.

a *Vitulos, & agnos.* Beda. Hæc animalia quæ munda sunt, & frumentum, & sal, & uinum, & oleum, quæ secundum legem offerũtur, in significatione bonorum hominum, vel operum perfectorum, vel charismatum spiritualium sæpe ponuntur, quæ nunc iubente rege in holocaustum Deo cæli offeruntur cum fauentibus mundi principibus res sanctæ ecclesiæ crescunt, subditique eis populi in unam veritatis fidem Christo consecrandi aggregantur, & quicquid boni naturalis quisque diuinitus habuerit, quicquid a viris ecclesiæ salubre didicerit, totum in diuinum cultum impendit.

b *Secundum ritum.* Quia tunc tantum uota offerentium accepta erunt, cum secundum catholicæ pacis ritum offeruntur, quæ autem Gentili superstitione, vel hæretica permista sunt, bona non sunt.

c *Orentque* secundum illud Apostoli. *Obsecro ergo primo omniũ fieri obsecrationes, & orationes postulationes, gratiarumque actiones omnibus, pro hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt.*

d *A me er.* Grauissima pœna uoluit eum puniri qui decretũ mutaret, damno. s. omnium quæ h. beret, & animæ suæ, quam etiam ligno confixus longo cruciatu amitteret.

Mystice autem opera nostra lignis comparantur, bona fructiferis, praua autem salicibus, & incendio dignis, tollitur que lignum de domo eius, qui holocaustis domini contradicit, & erigitur, & ipse in eo configitur, cum opera eorum qui paci ecclesiæ repugnant omnib. manifeste, quam sint inutilia, & peruersa patescunt, & ipsi in eis non uitæ gaudiũ, sed mortis laqueum acquisiisse probantur. Domus quoque talium publicatur. i. publico censu proscribitur, cum corpora eorũ cum quib. in hac uita remanserunt, in resurrectione perpetuo puniendà tormento sæuis exactoribus, immundis spiritibus in potestate, traduntur.

e *Deus autem.* Decretum suum diuinæ potentiæ confirmari desiderat, & ipse ut homo temporali regno præditus propter domus Dei publica lege omnia quæ potest facit. Quod nunc quoque in ecclesia geritur, cum terrenæ potestates ad fidem conuersæ pro statu ecclesiæ publica edicta proponũt & hanc domino iuuante, & inimicos debellante placidam pacem semper habere cupiunt.

f *Ego Darius statui.* Ioseph. Hæc cum Darius in Cyri commentariis inuenisset rescripsit Sisini, & collegis eius hoc modo. Rex Darius Sisini, & magistris equitum, & Sarabazani, cæterisque magistratibus, Salutem. Mitto ad uos exempla epistolæ Cyri, quam in ipsius cõmentariis inueni, uoloque, ut omnia fiant quemadmodum ĩ ea continentur. Valete.

g *Seniores.* Nunc quoque confluentibus ad fidem populis, & aliquando his qui foris sunt fauentibus, seniores Iudæorum. i. qui magisterio digni sunt ecclesiã quotidie verbo, & exemplo ædificant, & prosperantur, quia etsi diabolus impugnet, inuenit tamen sermo Dei in quibus vincat, & fugatis aduersariis, muros ueritatis extruat.

h *Iuxta pro.* Prædixerant. n quia si ædificando templo insisterent, mox donante domino, & opus ipsum complerent, & bonis omnibus abundarent.

Beda. Nemo quod Aggæus dicit sub Dario rege iacta esse templi fundamenta, æstimet contrariũ huic historiæ in qua scriptum est, secundo anno Cyri regis fundatum esse a cæmentariis templum, multum laudante Deum, & congaudente populo. Tunc. n. ipsius templi fundatio descripta est, i. domus interioris, cuius mensuras specialiter Re. & Par. historia refert. Nunc autem cum ędificatione domus, & porticuum, & gazophylaciorum, quę domum undique ambiebant, fundata dicunt ędificia, quorum in Par. ita fit mentio. *Fecit & atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica quæ texit ęre.* In qua. s. basilica templo circumposita populus ad orandum consistebat & custodes, ac ianitores templi per uices die, ac nocte exultabant, sicut Par. docet. Hęc aliqñ gñaliter cum ipso templo annumerantur (ut in euangelio) vbi docente in templo domino, mulierem in adulterio dephensam adduxerunt Pharisæi, & Scribæ, q̃ nullo mõ nisi in aliquas porticus tẽpli introducere potuerunt. Aliqñ separatim sub noĩe gazophilaciorũ, vel exedrarũ, vel porticuũ, vel atriorum, vñ. *Qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri.*

i *Et Artaxerxe.* Quæritur, quõ iubente Artaxerxe dicatur domus constructa, cum statim subiungitur eam regnante adhuc

Margin: †terror. — Ibid. — 1. Tim. 2. a — Mystice — L. 11. Antiqu. cap. 4 — †sterquilinium fieri propter hoc — Beda vbi sup. — Io. 8. a — Psal. 133

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et offerant oblationes Deo, &c. *Ex quo patet, quod iste rex habebat fidem unius ueri dei, nec tenebatur ad legem Mosaicam, cum esset Gentilis, ut frequenter dictum est, sufficiebat. n. Gentilibus ad salutem credere unum Deum prouidentem salutis hominum per modum sibi congruum, & in hoc articulo prouidentiæ continetur totum Christi mysterium implicite.*

2 A me ergo. *Hic consequenter taxatur pœna impedientium ædificationem templi, cum dicitur.*

3 Vt omnis homo qui hanc mu. ius. *ponendo impedimentum.*

4 Tollatur lignum, &c. *ad faciendũ patibulũ in quo suspẽdatur.*

5 Domus autem eius. *i. bona ipsius fisco regio applicentur.*

6 Deus autem qui habitare, &c. *Hoc dixit rex deuotus rogans Deum cæli, vt per omnipotentiam suam, & iustitiam puniat impedientes dictam ædificationem, si aliqui tales surgerent quos non posset punire, eo quod non essent sub sua potestate.*

7 Igitur Thathanai. *Hic consequenter describitur mandati regis executio, & primo circa hoc describitur consummatio templi, secundo dedicatio consummati, ibi.* Fuerunt autem. *Circa primum, primo ponitur diligent a Gentilium qui erant serui regis, ideo subditur.*

8 Secundum quod præceperat. *Et sic patet per effectum quod dictum est supra. s. quod isti non habebant uoluntatem impediendi opus Dei, sed magis promouendi declarata circa hoc regis uoluntate, secundo ponitur executio operis per Iudæos, cum dicitur.*

9 Seniores autem Iud. ædi. *Populum inducendo ad opus.*

10 Iuxta prop. Aggæi. *Qui prædixerat opus nõ impediri a Persis.*

11 Iubente Deo. *Per Aggæum, & Zachariam prophetas suos.*

12 Et iubente Cyro. *vt habetur sup. 1. cap.*

13 Et Dario. *ut patet in isto c.*

14 Et Artaxerxe. *Dicit aũt Rab. Sal. q̃ iste Artaxerxes idem est quod*

Margin: Diuisio

MORALITER.

2 *A me ergo positum est, &c.* Per quod intelligitur, quod impedientes ędificationem ecclesię incurrunt damnationem ęternam, unde & in literis Papalibus dicitur: *Nulli ergo omnino homini liceat, &c.* Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnem omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursurum.

7 *Igitur Thathanai dux.* Per istos designantur illi qui facta super eos manu dñi de impeditorib. ædificationũ ecclesię fiunt adiutores ędificantiũ ipsam, & hęc est mutatio dexterę excelsi.

gibus Persarum, & compleuerũt domum Dei ¹ istam, vsque ad diẽ tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis. Fecerũt au² tem filii Israel, sacerdotes, & Leuitę, & reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio, & obtulerunt in dedica† tione domus Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim iuxta numerum tribuum Israel. Et statuerunt

A adhuc Dario fuisse completam, & dedicatam, nisi forte credendum est etiam Artaxerxem misso auro, & argento iussisse, vbi si quis minus in ædificio, vel ornatu templi, vel vasorum esset completum, perficeretur. Nam Esdra illuc properante, scriptũ est, quod idem rex cũ principib. vel cõsiliariis suis plurimũ auri, & argenti, & uasorum miserit ad tẽplũ.

a *Mensis Adar.* Beda. Cuius tertia die domus cõpleta est. Ipse est Martius, quem scriptura duodecimũ iuxta cursum lunę solet appellare. nec vacat a mysterio, quod domus Dñi, quæ septimo mense in ædificio altaris cœpta est, duodecimo mense est perfecta. Cœpta est. n. in initio mensis septimi, quia omne bonum quod facimus præueniente gratia spiritus sancti incipimus, & eadem comitante perficimus. Completa est autem duodecimo mense, ob significantiam perfectionis, quæ hoc numero continetur, maxime propter summam Apostolorũ, in quorum fide, & doctrina perficitur ecclesia. Item duodenarius perfectionẽ fidei, & operationis significat, quia siue tria per quatuor, siue quatuor per tria multiplices 12. consummabis. Tria autem ad fidem propter confessionem sanctæ trinitatis referuntur quatuor ad opus bonum, propter quatuor principales uirtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & iustitiam, B de quib. dicitur. *Sobrietatem. n. & prudentiam docet, & uirtutem, quibus vtilius nihil est in uita hominis.* Recte ergo domus domini septimo mense inchoata, duodecimo perfecta est, & dedicata, quia mens electorum gratia spiritus sancti illustratur, vt ad perfectionem bonæ operationis perueniat cum fide sanctę trinitatis, sicque lætabunda dedicationem retributionis expectat. Et quoniam hæc retributio futuræ solennitatis in tempore vniuersalis resurrectionis, & in uisione trinitatis perficitur, recte domus domini non solum duodecimo mense tertia eius die completa memoratur, quia. n. dominus die tertia resurrexit, resurrectio nostra potest triduano numero signari, de qua dicitur. *In die tertia suscitabit nos.* Cœpta est autem ædificatio templi anno primo Cyri regis, & consummata sexto anno Darii, qui sunt anni secũdum Chronicam 45. Cyrus. n. regnauit annis 30 post quẽ Cambyses filius ei' octo, qui in hoc uolumine, sicut Iosephus autumat Artaxerxes vocatur, post quem magi qui illum interfecerunt anno vno, post quos Darius vsque ad consummationem, & dedicationem templi anni sex, qui sunt anni quadragintaquinq; Quæritur autem quomodo responderunt Iudæi. *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, &c.* Sed si historiam Iosephi legimus, quæ post consummationem, & dedicationem templi tres annos addit, in quibus peribola. i. circumposita templo munitionum constructio, & quædam alia q̃ remanserunt perfecta sunt, uidebimus, quia recte in ædificatione templi 46. annorum potuerit summa computari, in qb. eminentiora cuncta fuere completa. Beda. Templum vero quanquam electam animam significat propter inhabitantẽ C in se spiritum Christi, & ecclesiam totam, i. congregationẽ omnium electorum angelorum, & hominum etiam ipsum corpus Christi de virgine natũ exprimit sine peccato in mũdo conuersatum, morte solutum, & die tertia suscitatũ. Cui specialiter aptatur quod 46. annis ædificatum dicitur. Aiũt. n. Physici, q. hoc dictum numero corpus humanum in utero a tpe conceptionis vsque ad perfecta membrorum liniamenta crescat. Et decebat vt domus q̃ corpus dñicum signabat, eo annorum numero in Ierusalem conderetur, quo corpus dñi in vtero virginis erat creandum. Virgo. n. Ierusalẽ. i. ciuitas regis magni, & uisio illius pacis nominatur, de qua dicitur. *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Sicut etiam illud. *Ostium autem lateris medii in parte erat domus domini dextra, & per cocl eam ascendebatur in superius cœnaculum,* & a superiore in tertium specialiter corpus Christi figurauit, de quo dicitur. *Vnus militum lancea latus eius aperuit, &c.* Ostium lateris medii in parte erat domus dextra, idest ab Orientali angulo lateris meridiani incipiens, & interiora eiusdem lateris occulto itinere paulatim ad altiora cœnaculorum perducens, quia Christus ianuam nobis salutis in dextro latere suo uoluit aperiri, per cuius sacrata abluti, & sanctificati introeamus altiorem aulam regni cælestis. Ascendimus enim per ostium medii lateris in superius cœnaculum, quando per aquam baptismi, & poculum dominici calicis consecrati, ab hac terrestri consecratione ad cælestium animarum uitam peruenimus. A superiore quoque in tertium penetramus, cum beatitudinem animarum etiam corporum immortalium perceptione cumulamus.

b *Fecerunt autem.* Merito gaudent filii transmigrationis, qui captiuitatem euaserunt, & domum Dei ædificare meruerũt & q̃ ili deuoti Deo famuli in dedicatione domus eius hostias & quasi fraternitatis amatores pro peccato totius Israel vbi E cunque essent rogantes eis Deum fieri propitium, & eos uel inter hostes custodire, uel ad patriam reuocare. Recte autẽ dedicatur templum a sacerdotibus, & Leuitis, & reliquis filiorum transmigrationis in gaudio, quia correptis peccatoribus fit gaudium in cælo coram angelis Dei, & magistris, qui pro eorum salute laborauerunt, & omnibus qui de cõfusione pctõrũ ad uirtutũ arcẽ, terram. f. promissionis mẽte, & ope trãsmigrarũt. Sacerdotes ergo, & Leuitę, & ois populus in dedicatione restauratę domus gaudent, quia oẽs ordines ecclesiæ reconciliatis per pęnitentiam peccatorib. gaudent.

c *Et obtulerunt.* Offerunt in dedicatione hostias, cum pro errantium conuersione Deo gratias agunt, cum multi conspecta deuotione eorum, ad maiora se uirtutum opera accingunt, ne sint segniores eis in operãdo, quib. innocentiores fuerunt minus peccando. Multi etiam qui in fide præcesserunt, feruentiora nouitiorum studia æmulantur.

d *Hircos capra.* Hirci in hac uita offeruntur pro peccato, cũ electi Deo supplicant, ut liberentur a peccatis: offeruntur in futuro, cum gratias agunt qui liberati sunt, ideoque *misericordias domini in æternum cantabunt.* quia semper miseros se fuisse, & dono eius liberatos esse memorabunt.

e *Pro peccato.* Pro peccato etiam totius Israel offerunt, quia oportet sic eos qui nobiscum sunt, nobis fauere, sic illorum bona imitando nostra facere, ut etiam pro statu totius ecclesiæ dominum deprecemur. Vnde in oratione dominica nemo sibi specialiter aliquid petit, sed omnibus qui eundem patrem habent in cælis. Item ædificato templo dedicatio sequitur, cum completa in fine seculi summa electorum perueniet ad gratiam cœlestium præmiorum, in qua hostię F offeruntur, de quibus eadem domus, idest Ecclesia post captiuitatem mortalis erumnæ reædificata per gloriam immortalitatis dicit. *Dirupisti domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Et quia offeruntur non solum pro donis virtutũ, sed & pro mundanis sordibus uitiorum, bene post uitulos, arietes, & agnos hirci pro peccato totius Israel offeruntur, gratia. n. de qua virtutum beneficia confert, etiam scelera aufert. Nec in domo Dei habet Pelagius locum, qui se suosque persuadebat libertate arbitrii, vel liberari a malis, uel confirmari posse in bonis.

f *Et statuerunt.* Ordo poscebat, ut domo Dei ædificata mox

Sap. 8. b
Osee 6. a
Io. 2. a.
Ibidem.
Luc. 15 b
Psal. 88. a
Ioan. 6. b
Psal. 115. b
Pelagius hæreticus.

NICOLAVS DE LYRA.

quod Darius, sed uocatus est Darius nomine proprio. Artaxerxes autẽ nomine communi regio, quia secundum ipsum omnes reges Persarum vocabantur Artaxerxes, sicut & omnes reges Aegypti Pharaones, & Romani Cæsares. Iosephus vero dicit, quod iste Artaxerxes fuit filius Darii, vocat tamen Xerxem, quia licet tempore patris templum fuerit completum, ut habetur in hoc capitulo, tamen aliqua quæ pertinebant ad ornatum templi iam ædificati, & aliqua ædificia circa templum tẽpore suo fuerunt facta.

1 Et compleuerunt domum Dei istam usque ad diem tertium mensis Adar. *Qui est duodecimus mensis apud Hebræos, et partim correspondet Martio nostro, et partim Februario, quia primus mẽsis eorum semper incipit a propinquiori lunatione æquinoctio vernali, quod est 12. die Martii siue sit ante æquinoctium, siue post, siue in ipso æquinoctio.* 2 Fecerunt autem. *Hic consequenter describitur templi ædificati dedicatio, & patet litera usque ibi.*

✱ Sicut

MORALITER.

2 *Fecerunt autem filii Israel, &c.* Sequitur.
† *Et obtulerunt in dedicatio.* Post ædificationem. n. fidelium per ueritatis prædicationem debent applicari ad opus bonum, & hec applicatio est quædam dedicatio, debent etiam offerri in gaudio, quia sacrificia coacta non placent Deo.

sacerdotes, & Leuitæ qui in ea ministrarent, ordinarentur. Quod obseruandum est his qui magnifice monasteria construunt, ut in his doctores instituant, qui ad opera Dei populum hortentur, non ibi suis uoluptatib. seruiant.

a *Sacerdotes.* Beda. Quod dicit sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in uicib. suis constitutos, uices hebdomadarum significat, in quibus oīs cœtus utriusque gradus, per 24. partes erat distributus, ita ut unusquisq; ordo vice suæ hebdomadis per 8. dies. s. a sabbatho vsq; ad sabbathum in templo ministraret, & post 24. hebdomadas a templi liber officiis curam propriæ rei ageret, ut uerba dierū narrāt, nam & in circumitu interioris sacrarii iam fecerāt porticus templi, in quarum ianuis per uices obseruabant Leuitæ, sicut ibi dicitur. Quod uero ait, *sicut scriptum est in libro Moysi.* non ad uices Leuitarum, sed ad opera Dei pertinet. Moyses. n. scripsit, quid sacerdotes, quid Leuitæ in domo Dei operarentur. Vices vero Leuitarum, & ordines sacerdotū per sortes 24. non Moyses, sed Dauid rex cum prophetis, sacerdotibus, & Leuitis sui temporis descripsit. Et nunc quoque ædificata, & dedicata ecclesia per regenerationem nouorum in fide populorum, statui decet sacerdotes, & Leuitas in ordinibus suis, & uicibus suis, qui sunt super opera Dei, ut non solum sacramentis fidei inniteetur populi, sed exemplis, & eruditione præcedentium iustorum ad agenda quæ Dei sunt, accingantur, & hoc non pro captu humani ingenii, sed sicut scriptum est in libro Moysi, cui consonat illud euangelii. *Euntes docete omnes gentes bap. &c.* docentes eos seruare omnia mandata Dei. Non. n. audientes nostra propria, sed ea q legis, & euangelii sunt, mandata docere debemus, si ad præmia domini una cum eis peruenire curamus.

b *Fecerunt autem fi.* Ideo specialiter ædificata, & dedicata domo domini celebratio paschæ memoratur, cum nulli dubium esset, tum religiosos pascha suo tempore celebrare, ut mystice insinuaretur hanc esse summam perfectionis, cum præteritis omnibus mundi illecebris tota semper intentione mentis alterius uitæ meditantur ingressum. Pascha. n. transitus interpretatur, quia filii Israel in eo per immolationem agni de Aegyptiaca seruitute ad libertatem transierunt, uel ipse agnus. i. Christus pro nobis immolatus transiuit ex hoc mundo ad patrem, quod imitamur cum ab infimis uoluptatibus ad cælestia quærenda transimus, & uere perficimus, cū a carnis ergastulo soluti cæleste regnum intramus.

Beda. Quare de pascha post ædificatam domum refertur cum prædictum sit, quod a primo die aduentus eorum in Ierusalem in cunctis solennitatib. domini legitimas hostias, & holocausta offerrent, nisi ut innueretur q. ędificationē templi eadem qua inceperunt mentis deuotione compleuerūt. Ibi. n. prædictum est, quia congregatus est populus quasi uir unus, & surrexit Iosue, & fratres eius, & ędificauerunt altare ut immolarent in eo holocausta, & nunc dedicato templo instante anno 45. eadem pietas religionis omnium mentib. inesse memoratur, cum dicitur purificatos fuisse sacerdotes, & Leuitas, quasi unum omnes mundos ad immolādum pascha. Quæ. n. in hac uita maior potest esse perfectio, quā mūdæ multitudinis unitas, multa. n. sacerdotum, multa Leuitarum erant milia, sed oēs purificati, & mundi ad celebrandū pascha corde uno, & aīa una, nec dispar in populo unitas, cū dicitur ad immolandum pascha uniuersis filiis transmigrationis, & fratrib. suis sacerdotibus, & ibi statim infertur. *Et comederunt filii Israel, &c.* Omnib. ergo immolatum est pascha, omnes comederunt, non solum qui reuersi fuerant de captiuitate, sed & omnes qui alicubi antea constituti separauerunt se eo tempore ad eos. Quod etiā de proselytis intelligi potest, qui natura Gentiles in ritu eorum conuersi sunt circuncisione, & hostiis purificati vt digni essent participatione sacramenti salutaris. Nusquam alias (ni fallor) ex quo egressi de Aegypto tantæ deuotionis cum sacerdotibus, & Leuitis magistris. s. suis fuisse reperiuntur. Sed hæc deuotio castigatione diuina facta est, quia pro peccatis hostibus traditi, sed pęnitentia & confessione liberati sunt Deo melius seruituri. Videmus quoque illos qui templum corporis sui peccando pphanauerunt, & per hoc a diabolo captiuati sunt per pœnitentiam rediisse. qui. s. mansionem in se dño repararet.

Notandum. n. quod Salomon prius templum maxima pace regni breui tempore, & nullo contradicente perfecit. Destructum autem propter peccata filii transmigrationis magna compunctione cordis longo insistentes labori, & sæpe ab inimicis retardati, tandem diuinitus adiuti restaurarunt. Facile est. n. quemquam conuersum diabolo renuntiare, vnum & verum Deum confiteri, & percipere sacra Christi, hisque initiatum in remissione omnium peccatorum templum eius effici, & acceptam uitæ innocentiā comitante eius gratia seruare. Sed multi laboris est, si quis accepta fidei sacra peccando contemnit pristinam recipere dignitatem, quia iterū baptizari non potest, sed longo pniæ labore pctm̄ abluendum est, cuius ablutioni ipsa consuetudo uitiorū quasi inimica Samaritanorum turba repugnat, tāto ad supandū difficilior, quāto diutius terrā cordis virtute vacuā possedit.

c *Et fecerunt so.* Beda. potest in hoc loco celebratio paschæ ad resurrectionem referri, ut ædificatio templi præsentem ecclesiæ statum significet, dedicatio uitam futuram, quæ in animarum cum de corpore exierint, lætitia agitur, immolatio paschæ gloriam resurrectionis, cum electi immaculati carne agni non in sacramento credentes, sed in re ipsa, & ueritate reficiuntur. Vnde hoc in pascha omnes quasi unus affuisse perhibentur, quia tunc veraciter *agnus Dei qui tollit peccata mundi.* vnde Ioannes. *Sanguis Iesu Christi Dei mundat nos ab omni peccato.* Tunc vera erit vnitas, cum fuerit Deus omnia in omnibus, & azymorum solennitas in lætitia, cum nullo remanente fermento malitiæ, & nequitiæ omnes in ueritate, & sinceritate cordis diuinæ visioni adhęrebunt, non in septem dieb. labentis seculi, sed in vna die perennis vitæ in atriis domini, quæ melior est super ratione tanti operis ponitur numerus, quam ille cui septiformem gratiam spiritus qua operantes adiuuamur, & requiem aīarū, aut resurrectionem corporum quam bene operantes speramus, denuntiat.

d *Septem diebus.* Quia per omne seculi tempus in sinceritate, & veritate, imo in omnib. bonorum uictimis, & holocaustis uita ducenda est, quia Christus paschali tempore transitorie mortē gustauit, sed æterna resurrectionis uirtute deuicit.

e *In lætitia.* Hæc est. n. maxima nunc in futuro iustorū lætitia, pfectū esse opus iustitiæ, uel ecclesię, conuersis ēt Gentilib. qui olim resistebant ad adiuuandum eius statum: i. confirmandam Chriane religionis pacem per mundum.

Marginalia: Vbi sup. cap. 8 — † Leu. 23. c — 2. Par. 16 — Mat. ult. d — Vbi sup. — Vbi sup. — 1. Io. 1. e

a sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis, super opera Dei in Ierusalem, † sicut scriptum est in libro Moysi. [1] [2] b Fecerunt autem filii Israel transmigrationis pascha quartadecima die mensis primi. [3] Purificati. n. fuerāt sacerdotes, & Leuitę quasi unus omnes mundi [4] ad immolandum pascha uniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi. Et cōmederunt (a ¶ Non in fermento ueteri.) filii Israel qui reuersi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separauerant (a ¶ Qui. s. inquinationibus seruiunt.) a coinquinatione gentium (a ¶ Sunt & gentes cœli, qui. s. ab eis separati in vnitate, & castitate domino seruiunt, eiusque solennia sincero corde celebrant.) terræ ad eos, vt quærerent dominum Deum Israel. c Et fecerunt solennitatem azymorum (a ¶ In azymis since. & ve.) d septem dieb. e in lætitia, † qm̄ lætificauerat eos dn̄s, & cōuerterat [5] cor regis Assur ad eos vt manus eorum adiuuaret in opere domus Dn̄i Dei Israel.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sicut scriptum est. *Hoc non refertur ad ordines sacerdotum, & vices Leuitarum, quos Dauid instituit, ut habetur 1. Par. sed ad officia sacerdotum, & Leuitarum, de quibus habetur Leu. 24.*

2 Fecerunt autem filii Israel. *i. filii Israel qui uenerant de transmigratione.*

3 Pascha quartadecima. *Secundum quod præcipitur Exo. 12.*

4 Quasi unus. *i. totaliter, & perfecte.*

5 Et conuerterat cor. *Licet. n. principaliter diceretur, rex Persarum, eo quod ibi erat translata monarchia, tamen dicitur hic rex Assur, quia regnum Assyriorum erat sub eo, sicut rex Franciæ dicitur rex Nauarræ.*

CAP.

MORALITER.

† 1 *Fecerunt au. filii tran.* Per quod designatur, quod post trāsmigrationem de uitiis ad uirtutes, & non ante, debent recipere fideles sacramentum eucharistię.

† *Et fece. so. Azy.* Omne tempus per septem dierum circulum reuoluitur. Per hoc ergo, quod fecerunt solennitatem azymorum diebus septem, significatur, quod fideles omni tempore uiuere debent in azymis sinceritatis, & ueritatis.

CAP. VII.

Post hæc autem. Beda. Hucusque reditus populi de Babylone in Ierusalem, & relatio uasorum, dedicatio templi, & celebratio solennitatum, & dedicatio canticorum domini, quæ in terra aliena non poterant cantari, sub Zorobabel, & Iosue describuntur, quę omnia humanę saluationis in Chro continent formam, cum hi qui cũ peccato originali ĩ mũdum uenerant, sacramentis fidei purificati saluantur, vel qui peccãdo fidem corrumpunt, pœnitendo resipiscunt & vtrique per eũdem saluatorem verum regem, & sacerdotẽ verum pascha celebrantes de mundo ad patrem, de morte transeunt ad uitã. Sed quia tẽplo incẽso, vrbe subuersa, scripturæ quoque fuerunt perustæ, & has miserãte dño reparari oportebat, vt q ædificia eruta restaurarent, haberent vnde ipsi moniti intus discerent restaurari, vnde sequitur.

a *Post hæc.* Beda. Hunc Artaxerxem sub quo Esdras de Babylonia Ierosolymam ascendit, Iosephus putat esse Xerxen filium Darii, qui post illum regnauit, sed chronicorũ libri successorem eiusdem Xerxis. Regnauit autẽ Darius sub quo ædificatum est templum, annos 36. post quẽ Xerxes annos 20. post quem Arthabanus menses 7. quos chronographi ꝓ anno posuere. post hunc Artaxerxes annis 40.

b *Et ipse scriba velox.* ✠ Irenæus. In ea captiuitate populi q̃ facta a Nabuchodonosor, corruptis scripturis, & post septuaginta annos Iudęis descendentib. in regionem suam & post deinde temporib. Artaxerxis Persarum regis, inspirauit Deꝰ Esdrę sacerdoti tribus Leui prętcritorum prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legẽ, quæ data est per Moysen.

✠ Tertul. Hierosolymis Babylonica expugnatione deletis, omne instrumentum Iudaicæ literaturæ per Esdram cõstat restauratum.

✠ Aug. Hoc tempore Esdras Dei sacerdos combustam a Chaldæis in archiuis templi, restituit legem. Nempe qui eodem Spiritu quo antea scripta fuerat, plenus fuit.

✠ Euseb. Fuit Ezras eruditissimus legis diuinæ, & clarus omnium Iudæorum magister qui de ea captiuitate regressi in Iudæam, affirmaturque diuinas scripturas memoriter cõdidisse, & ut Samaritanis non miscerentur, litteras Iudaicas commutasse.

Beda. Scriba uelox in lege Moysi appellatur Esdras, quia Esdras legem Moysi quæ consumpta erat, refecit, & etiam (vt communis maiorum fama est) omnem sacræ scripturæ seriem, quam ignis absumpserat prout uidebatur legentibus sufficere, scripsit, & nonnulla (vt referunt) quæ opportuna putabat, adiecit, de quibus est, & illud. Et non surrexit ꝓpheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciẽ, &c. Quæ uerba dicere uon potuit, nisi q. diu post Moysen uixit. Et in lib. Samuelis olim in Israel sic loquebatur vnusquisq; vadens cõsulere Deũ Venite, eamus ad uidentem. Qui. n. propheta hodie dicitur, olim uocabatur uidens. Nonnulla autẽ integra uolumina, q̃ quondam in populo Israel habebantur, intacta reliquit, ideo eorum nihil aliud, q̃ nominis memoria habetur, vt est illud in libro Numerorũ, vnde dicitur in libro bellorum domini, & in Iosue. Nonne hoc scriptum est in libro iustorum. In Reg quoque, & Par. voluminibus memorantur libri historici prophetarum, Ahiæ, Sylonitis, & Semeiæ, Abdo, & Nathan, Isaiæ quoque, & Iehu filii Anani. i. qui librum Regum Israel scripsisse dicitur, & multa alia quorũ nulla dicunt hodie posse reperiri vestigia. Ferunt quoque pro certo Hebræi, quod leuiores literas excogitauit sub nominib. earum, quas ante habuerant, quibus uelocissime tantam librorum copiam quæ consumpta erat, reficeret. Ideo nõ solũ scriba, sed et uelox noiatur. Priores aũt literæ remã serunt apud Samaritas, quib. illos quinque libros Mosi, quos solos de scriptura sancta receperant, scribere solebant.

c *Et ascenderunt.* Beda. Notandum quod in capite huius libri scriptum est, quod ad permissionem Cyri ascenderunt de Babylone Zorobabel, & Iosue, & de filiis Iuda, & Beniamin cum sacerdotibus, & Leuitis omnes quorum suscitauit Deus spiritum, de quibus additum est, quod essent de captiuitate, quam trãstulit Nabuchodonosor in Babylonem. Hic autem sub Esdra duce nulla Iudæ, & Beniamin, vel Nabuchodonosor, sed tantum filiorum Israel, & sacerdotum, & Leuitarum, qui cum illo ascenderunt, mentio est. Vnde uidetur q illi de Iuda, & Beniamin fuerunt, quos Nabuchodonosor captiuauit. Hi aũt de decẽ tribub. qui specialiter post diuisionem Israel vocabantur, quos Assyriorum reges lõge ante captiuauerant, & ultra montes Medorũ fecerunt habitare. Tunc ergo duę trib. maxima ex parte redierunt, & templum graui labore restaurauerũt. Decem autem tribus quæ minorẽ religionis curam habuerũt, qa destructo Chaldæorum

Marginalia: Ubi sup. c. 9. — L. 3. cap. 25 — L. de habitu muliebri. — L. 2. de mir. sac. sc. c. 33 — Chron. — Esdras scriba uelox. — Deu. 34. d — 1. Re. 9. b — Nu. 21. c — Iosue 10. c — 3. Re. 11. g — 2. Par. 9. g — 3. Re. 16 — Ibid.

CAP. VII.

Post hæc autem verba in Regno Artaxerxis regis Persarum Esdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ, filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob, filii Amariæ, filii Azariæ, filii Maraioth, filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio. Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Mosi quam dominus Deus dedit Israel. Et dedit ei rex secundum manum Domini Dei eius bonam super eum, omnem petitionem eius. Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de nathinæis in Ierusalem, anno septimo Artaxerxis regis, & uenerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est annus septi-

a ¶ Computata generatione usq. ad Aaron legitimus sacerdos computabatur.

a ¶ Prolepsis, nam in sequentibus quomodo uenerint, & exercitum congregauerunt plenius scribitur.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VII.

POst hæc autem. *Postquam superius actum est de populi reductione, hic consequenter agitur de eius instructione per Esdram sacerdotem, ipse. n. Esdras primo venit de Babylone cum Zorobabel, & Iosue, sed postea rediit, ut aliquos de illis qui remanserant secum adduceret, & gratias a rege impetraret, primo igitur sub ipso describitur ordinatio templi, secũdo informatio populi, c. 9. Circa primum primo describitur ipsius Esdræ legatio, quia fuit missus a rege tanquam legatus a latere, secundo legationis executio, c. 8. prima in tres, quia primo describitur legati conditio, secundo legationis forma. sine explicatio, ibi.* Hoc est autem exemplar. *tertio gratiarum actio, ibi:* Benedictus dominus. *Circa primum dicitur.* 1 Post hæc autem. *Dicit autẽ Ra. Sa. quod iste fuit Darius, ut dictum est c. præc. & fuit istud anno 7. regni eius. s. anno immediate sequenti post consummationem templi, q̃ facta fuit an. 6. regni eius, Iosephus vero dicit, quod iste fuit filius Darii, quem uocat Xerxem, ut dictum est c. præc.* 2 Esdras filius Saraiæ. *in hoc ostenditur conditio legati quantum ad genus, quia descendit de Aaron, multi tamen intermedii hic omittuntur, qui ponuntur 1. Par. 5.* 3 Et ipse scriba uelox. *Quia legem combustam a Chaldæis reparauit, & quia nouas literas inuenit, quib. uerba Hebraica expeditius, & melius scribuntur, & sic ostenditur eius conditio quãtum ad scientiam.* 4 Et dedit ei rex, *i. petitiones suas concessit.* 5 Secundum manum domini. *Quia hoc factum est magis ex Dei bonitate, quam Esdræ idoneitate.* 6 Et ascenderunt de filiis Israel. *Quia Ierusalem est in altiori situ, quam regio Babylonis, unde recesserunt.*

Marginalia: Diuisio

MORALITER.

1 *Post hæc.* Artaxerxes lumen in silentio tentans interpretatur, ideo per ipsum Iesus Christus significatur, de quo dicit Luc. 2. c. *Lumen ad reuelationem gentium, &c.* Ipse etiam est rex regum, sicut de Artaxerxe dicitur infra, in hoc c. Ipse etiam tentat, non ut aliquid sibi de nouo innotescat, sed aliis. Tentat etiam in silentio, quia tentatus ab eo ignorat quod ab eo tentetur, nisi sibi diuinitus reueletur, igitur per regnum Artaxerxis ecclesia quæ regnum Christi dicitur, bene signãt.

2 *Esdras filius Saraiæ.* Per Esdram qui adiutor interpretatur bonus doctor, vel prædicator significatur, vnde 1. Cor. 3. ca. Paulus doctor gentium, & prædicator dicit de se, & sibi similibus. *Dei adiutores sumus.* Igitur in regno Artaxerxis Esdras tanquam legatus a rege mittitur, cum ad docendum populum doctor, vel prædicator a Christo, vel eius uicario destinatur. Cuius autem conditionis esse debeat, subditur.

3 *Et ipse scriba uelox.* In lege. s. domini. i. studiosus debet esse in scripturis veteris, ac noui testamenti, ideo sequitur.

rum imperio libere sub regibus Persarum viuebant,cū tem A plum ædificatum,& compressam esse Samaritanorum inuidiam compererint,tandem aliqui ex eis redierunt,plures ibidem resederunt,quorum progenies vsq.hodie in eisdem partib.detineri,& seruire genti Persarum perhibetur. Sicut autem Zorobabel,& Iesus Christum signant,q captiuitatē humani gnīs sua gratia relaxat,& suā in nobis domum sanctificando, & possidendo ædificat. Sic Esdras Sacerdos, & uelox scriba eundem qui non venit soluere legem sed adimplere, figurat, qui ideo scriba legis, vel scriba velox in lege Moysi potuit vocari, qa ipse Moysi legem per angelū dedit,ipse prophetas veritatem docuit, ipse electorum mentes ad intelligendam,& faciendam patris voluntatem accēdit. Vnde hoc testamentum quod disponam domui Israel post dies illos,dicit dominus,dando leges meas in mente eorum,&c. *Et lingua mea calamus scribæ*. Lingua.n.prophetæ calamus erat uelocis scribæ,quia quæ dominus illam sine mora tpis intus docebat, hoc ipse per officium linguæ foris temporaliter declarabat. Esdras quoque interpretatur adiutor,quia solus Christus populum suum a tribulationibus liberat, de confusione uitiorum ad pacem virtutum proficientibus meritorum gradib. inducit,unde. *Auxilium meum a domino,&c.* Ad hoc sicut Esdras partem populi non minimam de captiuitate Ierosolymam reduxit, & pecuniam , ac vasa sancta in gloriam templi,& populum ab vxorib.alienigenis pontificali autoritate purgauit,ita Christus in carne apparens confusionem mundi libera confusione vitiorum intrauit vt nos secum rediens ab omni confusione liberatos ad tranquillitatem supernæ pacis induceret,cuius pac.s pignus in præsenti accipimus,secundum illud. *Pacem relinquo uobis,pacem meam do uobis*. i. temporalem uitam peregrinantibus relinquo , perpetuam ad cælestem patriam peruenientibus do.

Mat.5.b. — Psal.44.a — Psal.120.a — Ioa.14.d

a *Quia in primo*. Beda. Prima die mensis cœpit ascendere de Babylone,& quinto cum filiis trāsmigrationis,& primo die C mensis peruenit in Ierusalem . Primordium.n.mēsis in quo luna nouam a sole lumen mutuari creditur,nouam domi cælestis initiū significat,& bene prima die mensis primi ascendit Esdras de Babylone cum eis,quos a captiuitate saluabat, quia principium sanctæ conuersationis , in quo Sathanæ, & regno eius abrenuntiamus, illustratio fit diuinæ pietatis in nobis.Primo quoque die mensis quinti peruenit in Ierusalē, quia & hoc non nostri libertatis arbitrii,sed inspiratione supernæ lucis fit,ut audito euangelio ecclesiæ membris incorporemur. Pulcherq;,& salubris in ecclesia mos, & doctrina patrum inoleuit,vt & his qui catechizantur,quatuor Euangeliorum sacramentum explanetur,& recitetur in exordio. Item prima die mensis quinti uenit,cum his qui liberati erāt ab hostibus in Ierusalem,quia dum completis quatuor euangeliorum præceptis cælestæ regnum ingredimur , quasi nouum D mensis initium celebramus, quia nouæ iam lucis gaudia in sole iustitiæ cernimus,velut post quatuor menses iucidæ actionis,quos in via pergimus,quintum mensem perpetuæ remunerationis in luce patriæ cælestis agimus.

Beda.Primo mense cœpit Esdras ascendere de Babylono & quinto cum filiis trāsmigrationis uenit in Ierusalē.Quatuor.n. menses iter de Babylonia in Ierusalē cōplet: quia per quatuor libros euāgelij fidē,& sacramēta ueritatis discimus,quib.de captiuitate diaboli B domino duce erepti ad libertatem filiorum Dei ascendimus, & in eisdē libris præcepta continentur operum, quorum quasi gressibus quotidianis ad superna promissa ueniamus.

†statutis

a mus regis. Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone,& in primo die mensis quinti venit in Ierusalē, b c iuxta manum Dei sui bonam super se. ¹ Esdras autem parauit cor suum,² ut inuestigaret legem domini,³ & faceret,⁴ & doceret in Israel ⁵ præceptum,⁶ & iudicium.⁷ Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ Sacerdoti scribę erudito in sermonibus,& pręceptis domini,& †ceremoniis eius in Israel. d ⁸ Artaxerxes rex regum ⁹ Esdræ sacerdoti,scribæ legis Dei cæli doctissimo,salutem. e f A me decretum est,¹⁰ ut cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius,& de Leuitis ire in Ierusalem,tecum vadat.

a ¶ Adiutor. a ¶ Quam flamma consumpserat. b ¶ Cœpit facere,& docere. a ¶ Doctrina. ¶ Exemplo. ¶ Orator. a ¶ Ad distinctionem.scilicet illorum qui de omnibus mortuis,aut certe de nullis instituta nouerat.

b *Iuxta manum Dei*. Confirmatus.s.grā,& protectione diuina,qua prospere cœpta perficeret. Sic & Christus, qa Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi , manus quoque Dei sup eius humanitate fuit,qa in passione exaltatus, & ad mœnia supnę ciuitatis ascendit, & fidelib. suis iter patefecit.

2.Cor.5.d

c *Esdras autem parauit*. Magna uirtus hois parare cor suum ad obsequium diuinæ voluntatis,& dicere posse.*Paratum cor meū Deus,paratum cor meum*.

Psal.56.b

Beda. Christus quoque parauit cor suum, ut inuestigaret legem domini, quia talem sibi hominem suscipere diuinitus præuidit,qui non solum sine peccato, sed etiam plenus esset gratia,& veritate,qui nulla sibi repugnante lege pcti,legem Dei absq.vlla mentis,vel carnis contradictione seruet, unde. *in capite libri scriptum est de me,&c*. Item dominus inuestigauit legem Dei, quia abiectis Pharisæorum traditionibus scripturam sanctam mystice intelligere docuit,& decreta euangelii,quæ attulit magis perfecta,& Deo accepta,quā ea quæ per Moysen præmiserat,ostēdit.Vnde.*Audistis,quia dictum est antiquis.Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum.Ego autem dico uobis:Diligite inimicos uestros,&c.*

Ibidem. — Psal.39.b — Lucæ 6.d — F

d *Artaxerxes rex*. Artaxerxes qui deuota mente templum,& sacerdotes domini ueneratur,eique famulabatur. Christianos principes,sicut Darius significat.Nec mirum si successores Cyri qui templum, & ciuitatem fecerunt ædificari , qui seruos eius,ac legem dilexerunt, atque iuuerunt, Christianos reges figurant, cum ipse dominus per prophetam Cyrum significare filium suum dixit,& eius nomine illum honorificauerit,dicens. *Hæc dicit dominus Christo meo Cyro*.

Esa.45.a

e *A me decretum*. Quia ad regem peruenerat fama diuinæ virtutis,per quam ille incensam a Chaldæis legem(eisdem quib.prius propriis sermonib.quamuis alio literarum charactere)nouauerit.

Beda vbi supra.

f *Vt cuicunque*. Omnib.licentiam eundi tribuit,nullum ire compellit. Christiani principes nullum cogētes,ne sit incerta voluntas fidei,omnib.quib.placuerit in regno suo Christum colere permittunt.

Et septem

NICOLAVS DE LYRA.

1 Esdras autem parauit cor suum. *i.totam attentionem suam posuit*.
2 Vt inuestigaret legem domini,&c. *Eam reparando*.
3 Et faceret. *Eam opere adimplendo*.
4 Et doceret in Israel. *Hic est debitus processus doctoris,sicut Iesus cœpit facere,& docere,vt habetur Act.1.a.*
5 Præceptum,& iudicium . Hoc est autem exemplar epistolæ edicti,&c. *Quantum ad moralia*.
6 Et iudicium. *Quantum ad iudicialia.Dicit autem Ra.Sa.Magistri dixerunt, quod iste Esdras ipse est Malachias, qui in duodecim prophetis ultimus ponitur*.
7 Hoc est autem. *Hic consequenter describitur legationis forma, cum subditur*.
8 Artaxerxes rex. *Quia plures reges habebat sub se , & in hoc apparet delegantis autoritas*.
9 Esdræ sac.scr. *in quo apparet legati idoneitas*.
10 Vt cui pla. *i.nullum coegit ad redeundum,sed oēs licentiauit*.

MORALITER.

1 *Esdras autem parauit cor suum,&c*. Scilicet quærendo eius sanum intellectum.
3 *Et faceret,& doceret*. Doctor,n.& prædicator non solū debent docere verbis,sed etiam factis, & exemplo Christi, de quo dicitur Act.1.a. *cœpit Iesus facere,& docere*.
8 *Artaxerxes rex*. Per hoc.n.quod iste rex dedit Esdræ multas,& magnas gratias,& priuilegia,significatur quod rex regum Iesus Christus doctorib.& prædicatorib.uerbo,& exēplo dat gratias spiritus sancti,& charismata.

† *Et*

A facie.n.regis, & septem consiliatorum missus es, vt uisites Iudæam, & Ierusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua, & vt feras argẽtum, & aurum, quod rex, & cõsiliatores eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est, & omne argentum, & aurum quodcunque inueneris in uniuersa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui Dei sui, quæ est in Ierusalẽ, libere accipe, & studiose eme de hac pecunia uitulos, arietes, agnos, & sacrificia, & libamina eorũ, & offer ea sup altare tẽpli Dei uestri, qđ est in Ierusalem. Sed & si quid tibi, & fratrib. tuis placuerit, de reliquo argento, & auro, ut faciatis, iuxta uoluntatẽ Dei vestri facite. Vasa quoque quę dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem. Sed & cætera quib. opus fuerit in domo Dei tui, quantumcunq. necesse est, vt expendas, dabis de thesauro, & de fisco regis, & a me. Ego Artaxerxes rex statui, atq. decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, q sunt trans flumen, ut quodcunque petierit a uobis Esdras sacerdos scriba legis Dei cæli, absque mora detis vsque ad argenti talenta centum, & usque ad frumenti coros centum, & vsque ad uini batos centum & usque ad batos olei centum, sal uero absque mensura. Omne quod ad ritum Dei cæli per-

a ¶ Nonsolum in lingua, quia cœpit Iesus fa. & do.

a ¶ Nota nonnullos sacerdotes in Babylonia cum residuis populi remansisse.

a ¶ Hac de causa data est pecunia.

a ¶ Quæ, scilicet, de frugibus terræ offerebantur, ut panis, & simila, & spicæ.

a ¶ Electorum corda.

a *Et septem consiliatorum.* In libro Esther legitur moris fuisse Persarum regib. ut in cunctis agendis, vel discernendis 7. cõsilio vterẽtur. Septem consiliariis utuntur fideles cũ in oib. quæ faciunt pcepta diuinæ scripturæ sequuntur. De qua dr. *Eloquia dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatũ terræ purgatum septuplum.* i. sancta illustratione septiformis spiritus perfectum.

Psa. 11.b

b *Missus es.* Mittitur Esdras a facie regis, & septem cõsiliatorum eius, vt visitet Indiã, & Ierusalem, & conuersi ad fidem principes seculi, & scripturatum persuasionibus roborati, Christũ ad saluandam ecclesiam & congregandam de gentibus quotidiano auxilio, quod Esdræ nomen significat, uenire desiderant, dicẽtes. *Domine Deus uirtutũ con. respice de cælo ui. & uisi. istam, &c.*

Psal. 79.b

c *Quæ est in.* Mirum quod inuenitur uerbum in epistola Artaxerxis quo prophetæ solẽt uti, cum dicit legem Dei esse in manu serui illius, scriptũ est .n. Factum ẽ verbum in manu Aggæi prophetæ. Et dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Elię. & testificatus est dominus in Israel, & in Iuda per manus omnium prophetarum, quia. s. prophetæ non minus operando, quam loquendo quę Dei sunt prædicabant.

Aggæi 1.a 3. Re. 17.e 4. Re. 17.b

Christus legẽ in manu habuit, quia eam quõdam p Moysen prout voluit, statuit, & nunc eãdem per semetipsum immutans ad perfectiora transtulit.

d *Et ut feras.* Notanda fides, & sapientia regis, & consiliatorum eius qui dona sua magis per illum qui legem Dei in manu habebat. i. opere complebat offerenda esse intellexerũt.

e *Cuius in Ierus.* Beda. Fideliter, & docte cum in Ierusalem habere tabernaculum dicit, quem supra dixerat Deum cæli, tabernaculo.n. in itinere utimur, & Deus cæli tabernaculum habet in Ierusalem, qa qui æternã sedem in cælis hẽt, ipse cum peregrinantibus in hac ecclesia sanctis ad tempus morari dignatur, unde. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* Et quia Esdras nõ solũ pdicatorum, quorum unus erat, sed ẽt Christi, ad cuius membra ptinebat, typum gesserit, quasi p illum dona offerimus, cum in oib. opitulatione indigem⁹, vt bona q̃ agimus, Deo patri accepta sint. *Nemo.n. inquit. venit ad prẽ nisi p me.* & de illo Ioãnes. *Ipse est ppitiatio p pctis nris.*

Vbi sup. Apoc. 21.a Ioan. 14.a 1. Io. 2.a

f *Et omne argentũ.* De hac pecunia fideles in ecclesia sua bona opera clarere cupiunt, ut per hoc patrem cum sanctis habeant, & aliis ipsorum exemplis proficiant. Nam quasi de argento, & auro nostro sacrificia, libamina, & hostiæ ad offerẽdum domino comparantur, cum uisa operum nostrorũ claritate proximi conuertuntur ad officium pietatis, quo & ipsi bene uiuendo domino consecrantur. Sunt autem quædã sanctorum clarissimæ uirtutes, quæ non omnibus in exempla operis possunt ostendi, sed tantu ad glorificandam Dei gratiam recitari, ut est illud quod Daniel, & Ieremias pueri prophetauerunt, quod Ioannes nõdum natus, quod Cornelius cum domo sua nondum baptizatus, spiritumsanctũ accepit, & innumera miracula instar argenti in domo domini Nec tantum ex hoc argento, uel auro oblationes quæ super altare ponuntur, emi possunt, quia talia cum audimus, mirari quidem uelut diuina demus, sed quasi possibilia imitari non ualemus.

Virtutes singulares Dan. 13.e Iere. 1.b Luc 1.e Act. 10.a

g *Vasa quoque.* Verus Esdras uasa misericordię quę sibi traduntur ab hominib. in conspectu patris in supernam Ierusalem tradidit, de quib. dicitur. *Quomodo poterit quisquam intrare ĩ domũ fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?* Fortis. n. erat rex Babylonis i. diabolus, sed uinctus, & ligat⁹ a domino, ea quæ iniuste possidebat uasa, idest electorum corda amisit, neque auferenti, & ad supernam ciuitatem cuius erant propria reducenti contradicere potuit.

Mat. 3.d

h *Et à me.* Principes Christiani subiectis suis imperant, ut quicquid petierit Christus pontifex noster, absq; mora tribuant, nihil omnino retractantes, dent aurum in confessione ueræ fidei, frumentum in ostensione bonę operationis, uinum in feruore dilectionis, oleum in hilaritate misericordiæ, & hæc omnia sub centenario numero sacerdoti magno, & scribæ legis Dei cæli dari iubentur. i. Christo qui cęlestia nobis mandata a patre deferens cęlestia obedientib. in domo patris præmia promisit. Centenarius. n. qui in computo digitorum a lęua transit in dexteram, ea quæ in dextra iudicis. i. uita æterna sunt, gaudia designat. Talentum autem triplicis mensuræ traditur. Minimum, librarum 50. medium, librarum 62. summum, librarum 120. Corus 30. modii: batos, q & ephi decima pars cori. i. tres modii.

Mensura triplex.

i *Sal vero.* Beda. Sal sapientiam significat, & inde communi locutione hebetes, insulsi vocantur. Sed interest cuiusmodi sit sal. nam & dominus per legem omni sacrificio sal offerri præcepit, & in euangelio dicit. *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.* Nec tamen frustrą Dauid in ualle Salinarum Idumæos percussisse legitur, quia. s. sal cęlestis sapientię quo initiantur catechumeni in cunctis operum nostrorum sacrificiis offerre iubemur. Salinam uero uallĩũ cum incolis suis percutit Dauid, quia infirmam, & mundanam sapiam cum sectatorib. suis Chrs destruit, unde bene præcipitur sal absq. mensura tribui diligenter in domo Dei cæli, quia necesse ẽ, ut quicquid sapientiæ quis habet, totum hoc in obsequium Dei exhibeat. Recolẽdum uero q superius dixerũt Samaritani scribẽtes ad alterũ Artaxerxẽ, qa memores salis q in palatio comederãt, tolerare nõ poterãt tẽplũ, & ciuitatẽ Dei ẽ utilitatẽ eius ædificari. Hic aũt Artaxerxes iubet oib. arcæ publicæ custodib. ut inter cætera sal inquantum opus sit, tribuant in domo Dei. Ibi. n. cognoscitur quod hæretici ad impugnãdam ecclesiam fraudulento humanę sapientię gustu aĩantur, hic aũt quod conuersi ad fidem sapientes ipsam per disci-

Ezec. 45.d Leu. 2.d Mat. 9.g 2. Re. 8.d 1. Esd. 4.c

NICOLAVS DE LYRA.

1 A facie.n.regis. *i. a præsentia eius, & ordinatione.*
2 Et septem. *Scientium leges, & iura maiorum, ut habetur in libro Esther, & semper assistebant regi, ne aliquid indecens faceret ex defectu consilii.* 3 In lege. *i. quam habes in promptu, ut patet ex prædictis.* 4 Vt feras. *Ex dono regis, & ex donis principum, & etiam popularium, siue sint gentiles, quoniam audita uirtute Dei multi Gentilium miserunt munera ad templum, siue Iudæis, & plures de illis noluerunt recedere de Babylone, detenti uxorum suarum, & filiorũ, & bonorum temporalium amore, tamen miserunt munera.* 5 Et sacrificia. *Quæ fiebant de animalibus, uel aridis.*
6 Et libamina. *Quæ fiebant de liquidis. s. uino, & oleo.* 7 Dabis de thesauro. *Id. s. de pecunia iam collecta, & colligenda a populo habitante trans flumen per ministros regis ad hoc statutos quib. rex præcepit, ut alia expedirent Esdræ sacerdoti, ideo subditur.* Decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, &c.
8 Et usque ad frumenti. *Corus continet 30. modios, & est tertia pars oneris unius cameli.* 9 Et usque ad batos. *Batus est mensura continens quinquaginta sextarios Hebraicos secundum Isidorum 16. Etymo. sunt tamen valde parui, ut dixi diffusius 3. Regum 7. capitul.*
10 Sal uero absque men. *quia in omni sacrificio ponebatur sal.*

disciplinam secularis sapientiæ adiuuant, dum per aduersarios expugnant.

a *Vobis quoq.* Hoc priuilegio ostenditur, quod cætera plebs filiorum Israel ad patriam perueniens tributa regis pendebat, quod discreta prouisione rex fecisse cognoscitur, ut q diuino seruitio superant, occupatia suo famulatu essent liberi, & q in terra nihil proprium possidebat, sed ex decimis populi uiuebant, nemo ex eis tributum exigeret. His omnib. probatur non solum dilexisse, sed etiã optime didicisse quæ diuinæ serui tutis poscerent cultus.

b *Tu autem.* Bed. Repetit rex quæ supra dixerat, & ueritatem quam cognouit iterato sermone confirmat. Supra. n. ait in manu Esdræ esse, quia lex Dei sapientia est, unde. *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loq iu. lex Dei eius in corde ip.* Et iustus in manu sua legem Dei, & sapientiam habet, dum in omnib. quæ agit, & loquitur memor esse diuinæ uoluntatis ostendit. Mystice autem Dominus noster habet sapientiam in manu sua, *ipse est. n. Dei uirtus, & Dei sapientia*, Constituit iudices, i. præsides ecclesiarum, qui secundum uoluntatem eius iudicent omnia, & indoctis per orbem fidem prædicent, & omnis q decreta contemnit legis illius, uel præsenti pœna, uel futura iuxta modũ peccati sui punietur. In his Artaxerxes expressit, qd futuris temporibus Christianis deuotionis haberent, quidue erga fidem ueritatis agerent reges. Possumus Esdræ personã etiam ad quemlibet doctorem ecclesiæ referre, quibus sæpe reges, & principes literas pro statu fidelium miserunt.

c *Et ego con.* Sic quisque ad alios congregãdos idoneus per doctrinam suam efficitur, ebrius per gratiam Dei contra omnia quæ sanctum opus impediunt, mente roboratur.

Ibid. — Psal. 36. f — Mystice 1. Cor. 1 — † cito fiet iudicium.

tinet tribuatur diligenter in domo Dei cæli, ne forte irascatur contra[1] regnum regis, & filiorum eius. a Vobis quoque notum facimus de uniuersis sacerdotibus, & Leuitis, cantoribus, & ianitoribus nathinæis, & ministris domus Dei huius, ut uectigal,[2] & tributum,[3] & annonas[4] non b habeatis[5] potestatem imponendi super eos. Tu autem Esdras secũdum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tuã, constitue iudices,[6] & præsides ut iudicẽt omni populo qui est trans flumen his uidelicet qui nouerũt legem Dei tui, sed & imperitos docete libere. Et omnis[7] qui non fecerit legem[8] Dei tui, & legem regis diligenter, †iudicium[9] erit de eo, siue in mortem,[10] siue in exilium,[11] siue in condemnationem substantiæ eius, uel[12] certe in carcerẽ Et dixit Esdras scriba. Benedictus[13] dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit[14] hoc in corde regis, ut glorificaret[15] domum domini, quæ est in Ierusalem, & in me inclinauit misericordiam suã, coram rege, & consiliatoribus eius, & uniuersis principibus regis po- c tentibus. Et ego confortatus[16] manu domini Dei mei quæ erat in me, congregaui[17] de Israel principes qui ascenderant[18] mecum.

a ¶ Patienter exprimit Artaxerxes quid reges temporibus Christianis haberent deuotionis, quidue erga fidem ueritatis omnibus agerent.

a ¶ Esdras accepta epistola in Dei laudem prorumpit. ¶Non est dubitandum dicta regis sancta esse, & mystica quæ propheta ei diuinitus inspirata confirmat, a quo etiam domum Dei glorificatam manifestat.

a ¶ Potestate, scilicet, qua omnia operatur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne forte. *Sciebat. n. quod potentia regni sui dependebat a uoluntate Dei.*
2 Ut uectigal. *i. censum de rebus quæ portantur.*
3 Et tributum. *Quod a personis capitaneis soluitur.*
4 Et annonas. *i. uictum qui custodibus terræ præbebatur.*
5 Non habeatis. *Personæ. n. deseruientes cultui diuino, & uacantes studio, debent esse a talibus immunes.*
6 Constitue iudices. *i. si aliqui sint insufficientes ad iudicandum, amoue eos, & institue alios sufficientiores.*
7 Et omnis. *Quantum ad Iudæos qui ad ipsam tenebantur.*
8 Et legem. *i. mandatum eius quod habet uim legis, quantum ad Gentiles, & Iudæos, quia utrique erunt ei subiecti.*
9 Iudicium erit de eo. *i. punitio.*
10 Siue in mortem. *s. corporalem.*
11 Siue in exilium. *quod est mors ciuilis.*
12 Siue in con. *quia secundum quantitatem delicti debet pœna mensurari.*
13 Benedictus dominus. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio, & in aliquibus libris præmittitur. Et dixit Esdras scriba, sed non est in Hebræo, nec est de textu, sed subintelligitur, propter quod aliqui doctores apposuerunt in libris suis per modum glossæ, & postea textui insertum fuit per imperitiam scriptorum, sicut & in pluribus aliis locis simile factum est.*
14 Qui dedit. *Totum. n. beneficium a rege impetratum a Deo attribuit tanquam gratus.*
15 Ut glorificaret. *Magnis munerib. & priuilegiis concessis ibidem ministrantibus, ut patet per prædicta.*
16 Et ego confortatus. *i. eius directione.*
17 Congregaui de Is. *i. capitaneos, uel principales domorum.*
18 Qui ascenderant mecum. *Ut tractarent ad inuicem de pertinentibus ad meum processum.*

MORALITER.

16 *Et ego confor.* Scilicet in Ierusalem, uerba sunt Esdræ per quæ significatur, quod bonus doctor, uel prædicator congregat multitudinem fidelium in unitatem fidei charitate formatæ, quam secum ducit ad requiem Ierusalem supernæ.

CAP. VIII.

a *HI sunt ergo principes.* ✠ Comestor. porro Esdras inuenit grãm in oculis Artaxerxis, & petiuit ab eo licentiã ascendẽdi in Ierusalem, ut in lege, quam reparauerat populum suũ erudiret. Dedit ergo ei licentiam redeundi, & tradidit ei epistolã ad principes suos trans flumẽ, & ad custodes arcæ publicæ. Beda.

a HI sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum,[1] qui ascenderunt mecum in Regno Artaxerxis Regis de Babylone. De filiis Phinees,[2] Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. de filiis Dauid, Hattus.[3]

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Diuisio.

HI sunt ergo. *Hic consequenter describitur legationis executio, quæ consistit in recessu de Babylone, et accessu ad Ierusalem. Circa quod primo ponitur populi proficiscentis numeratio, secundo ipsa profectio, ibi:* Et prædicaui ibi ieiunium. *Prima in duas, quia primo ponitur numeratio proficisci uolentium generaliter, secundo Leuitarum specialiter, ibi:* Quæsiuique in populo. *Circa primum legatur litera sicut iacet, excepto quod sequitur.*
2 De filiis Phinees. *Dicunt hic expositores nostri communiter, quod iste non potest intelligi Phinees, qui fuit filius Eleazari filii Aaron. Similiter cum subditur.*
3 De filiis Itha. Daniel. De filiis Da. *Idest, descendentibus ab* ✠ *Itha-*

MORALITER.

1 *Hi sunt ergo.* Per istos hic enumeratos quos Esdras per se, & alios induxit ad hoc, quod exirent de Babylone, & Casphiæ locis, & cum eo irent in Ierusalem quorum numerus est magnus ut patet in textu discurrendo, signatur magnus fructus aiarum quem facit bonus doctor, uel prædicator inducẽdo populos ad hoc quod exeant de seruitute peccati, quæ per seruitutem Babylonicam significatur, eo quod Babylon confusio interptatur, & pro opa bona ueniant in Ierusalem allegoricã quæ est militãs ecclesia, ut numero, & merito fit de ipsa, & sic tãdẽ perueniãt in Ierusalẽ anagogicã, quæ est triumphans ecclesia, de qua dr Gal. 4. d. *illa quæ sursum est Ierusalem libera est quæ est mater nostra.* † *Et*

A Beda. Diligenter principes qui secum de Babylone ascẽderunt, enumerat; & genealogiã eorum explicat, numerum quoq; illorum adiungit, qui ad mille quadringentos, & quadraginta peruenit; innuens, quia nomina eorũ qui de confusione mundi ascẽdũt, in libro vitæ scripta sunt, sed doctores, id est, principes familiarum populi Dei, quãtũ animarum Domino acquirũt, tantum augmẽta perpetuæ remunerationis accipiunt. Vnde seruo dicenti: *Mna tua decem mnas acquisiuit.* Respondetur: B *Et tu esto super decem ciuitates*, id est, ex eorum vita quos docuisti, gloriosior eris in regno Dei.

Beda lib. 1. Alleg. expos. in Esdrã c. 10. — Lucæ 19. c. — Ibidem.

a *Congregaui autem.* Beda. Nomen hoc loci non alibi me legisse memini, Cum vero in sequentibus scriptum sit; *Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua decima die mensis primi*, videtur quòd & Ahaua fluuius C sit, & alter huius in eum decurrat in quo confinio Esdras exercitum congregauit. Iosephus autem Euphratem ponit; vnde videtur Ahaua esse aliquis riuus Euphratis. Opportune antequam tantum iter inciperet, copiam sibi ministrorum domus Dei prouidit, per quos Ierosolymam veniens, quæ in templi vsus necessaria sunt, perficeret.

Ibidem. Mare Caspiũ.

b *Et misi eos ad Eddo.* Beda. Mare Caspium secundum Orosium sub Aquilonis plaga ab Oceano oritur, cuius vtraq; circa D Oceani littora loca deserta, incultaq; habẽtur; inde Meridiẽ versus per longas angustias tenditur, donec p magna spacia dilatatũ montis radicibus terminetur; habet ab Oriẽte vsq; ad Oceanũ Hyrcanorũ, & Scytharum gentes plurimas, propter terrarũ infusionem infæcundam late oberrantes. Ab Occidente gentes habet multas, sed generaliter regio plurima Albania vlterior sub mari, & mõte Caspio Amazonum nuncupatur. Vbi notandum, quòd E cũ historici Caspiam scribant, Esdras Casphiã nominat. Hebræi enim, p. literam non habentes pro ea in nominibus Grecis, vel barbaris, f, vtuntur, vt Fetrus, Filatus, In Casphiam ergo filij Israel per captiuitatem Assyriorum, vel Chaldeorũ peruenisse probantur, dum illuc mittit Esdras, vt adducantur ministri domus Domini; Leuitæ, scilicet, & Nathinæi, quos Iosephus sacros seruos nominat. Et notandum, quòd multum libera pace quamuis inter exteros viuebant, qui statim tantam copiam destinare valebant. Nam 258. viros electos in illa expeditione fuisse catalogus eorum ostendit; quibus adiunctis Esdras in exercitu suo mille septingentorum prope virorum summam habuisse reperitur.

De filiis Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta. De filiis Phahathmoab, Elioenai filius Zarehe, & cum eo ducenti viri. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel: & cum eo trecenti viri. De filiis Adan, Abed filius Ionathan: & cum eo quinquaginta viri. De filiis Alam, Isaias filius Athaliæ: & cum eo septuaginta viri. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta viri. De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel: & cum eo ducenti decem & octo viri. De filiis Selomith, filius Iosphiæ; & cum eo centum sexaginta viri. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo viginti octo viri. De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo centum & decem viri. De filiis Adonicam, qui erant nouissimi, & hæc nomina eorũ, Eliphelet, & Iehiel: & Samaias, & cum eis sexaginta viri. De filiis Begui, Vthai, & Zachur: & cum eis septuaginta viri. a Cõgregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus. quæsiuique in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. 1 Itaque misi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes, & Ioiarib, & Elnathan sapientes. b Et misi eos ad Eddo, qui est primus in 2 Casphiæ loco. Et posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo, & ad fratres eius Nathinæos, in loco Casphiæ: vt adducerent nobis ministros domus Dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi, filii Leui, filii Israel, & Sarabiam, & filios eius, & fratres eius decem & octo: & Hasabiam, & cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque † eius, & filios eius viginti. Et de Nathinæis, quos dederat Dauid, & principes ad ministeria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti. Omnes hi suis nominibus

† eorum. F

Et

NICOLAVS DE LYRA.

Ithamar non potest intelligi Ithamar qui fuit filius Aaron: quia infra eodem capite dicitur, quòd de filiis Leui non fuerunt aliqui inuenti in populo illo, qui tunc erat cum Esdra. Phinees autem filius Eleazari, & Ithamar filius Aaron, fuerunt de tribu Leui: & ideo dicunt quòd isti fuerunt alii similium nominum. Sed quicquid sit de principali dicto, scilicet, quod fuerint de tribu Aaron, vel de aliis tribubus habentes nomina similia, ratio tamen inducta non valet: immo contrariatur textui quem pro se allegant, quia ibi sic loquitur Esdras: Quæsiuique in populo, & in sacerdotibus de filijs Leui, & non inueni. *Ex quo patet, quod cum Esdra erant aliqui populares, siue laici, qui erant de tribu Iuda, & Beniamin: & aliqui sacerdotes de tribu Aaron, & quod subditur:* De filijs Leui non inueni. *Intelligendum est de simplicibus Leuitis, prout Leuitæ contra Aaronitas distinguuntur, prout dictum fuit plenius Numer. 4. Leuitæ enim dupliciter dicuntur. Vno modo generaliter omnes illi qui sunt de tribu Leui: & sic sacerdotes dicuntur Leuitæ. Alio modo specialiter, prout Leuitæ distinguuntur contra sacerdotes, & sic sacerdotes dicuntur Aaronitæ: alii autem dicuntur simplices Leuitæ, & de istis non fuerunt tunc aliqui inuenti in populo, qui tamen necessarii sunt in cultu Dei ad ministrandum sacerdotibus.*

Leuitæ dupliciter.

1 Quæsiuique in populo. *Hic ponitur numeratio simplicium Leuitarum specialiter: quia de istis non fuerunt aliqui inuenti in illo populo, vt dictum est: & ideo Esdras misit nuntios ad quærendum aliquos de istis, vnde subditur.*

2 Et misi eos ad Eddo. *Dicunt autem expositores nostri communiter, quòd misit nuntios ad Iudæos, qui erant vltra montes Caspios, quos transtulerant Theglathphalnasar, & Salmanasar reges Assyriorum de regno decem tribuum, vt habetur quarto Regum. Sed hoc potest improbari per textum secundi Paralipomenon 11. capit. vbi dicitur, quòd sacerdotes, & Leuitæ qui erant in vniuerso regno Israel dimisso Ieroboam qui colebat vitulos aureos, venerunt ad Roboam regem Iudæ, & extunc in regno suo manserunt vsque ad transmigrationem quæ facta est per Nabuchodonosor. Ex quo patet, quòd non fuerunt captiuati cum decem tribubus; & ideo frustra misisset illuc nuntios Esdras ad quærendum Leuitas. Item potest improbari per textum in hoc libro; quia capitulo præcedenti dicitur, quòd Esdras cum pluribus aliis recessit de Babylone ad eundum versus Ierusalem septimo anno regis Artaxerxis primo die primi mensis, & venerunt vsque ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, vt habetur in hoc cap. & ibi manserunt tribus diebus, & postea miserunt nuntios ad quærendum Leuitas, quibus adductis 12. die mensis eiusdem recesserunt de fluuio Ahaua, vt habetur infra isto cap. & sic missio nuntiorum pro Leuitis, & eorum præparatio, vt venirent, ad Esdram, & aduentus ipsorum ad eum, totum hoc fuit factum in spacio octo dierum, & propter hoc locus Casphiæ, vnde fuerunt adducti; non poterat esse multum longe a flumine Ahaua, vbi erat Esdras cum sua comitiua, & ideo dicit hic Rab. Salo. quòd Casphia est nomen loci in regione Babylonis, vbi multi de Leuitis, & Nathinæis manebant, qui non ascenderant cum Zorobabel, & Iosue filio Iosedech, loca vero ad quæ decem tribus fuerunt captiuatæ, multum valde distant a Babylone; propter quod in tam paruo tempore nuntii non potuissent illuc ire, & redire. Vnde dicunt Hebræi, quòd nulli redierunt de illa captiuitate; sed Iudæi qui sunt dispersi per orbem in Europa, & Aphrica, sunt de tribubus Iudæ, & Beniamin, & Leui, exceptis paucis qui de captiuitate decem tribuum fugiendo, euadentes coniunxerunt se regno Iudæ, & in captiuitate Babylonica fuerunt captiuati cum tribus tribubus prædictis, & cum eis redierunt qui voluerunt redire, sicut dictum est supra 1. capit. Cætera patent ex dictis.*

Et

vocabantur. Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro: & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ. Erubui enim petere a rege auxilium, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi; Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate, & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum. Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum nostrum pro hoc, & † euenit nobis prospere. Et separaui de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Hasabiam, & cum eis de fratribus eorum decem. Appendique eis argentum, & aurum, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex, & consiliatores eius, & principes eius: vniuersusque Israel eorum qui inuenti fuerant. Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, & auri centum talenta, & crateres aureos viginti, qui habebant † solidos millenos, & vasa æris fulgentis optimi duo pulchra, vt aurum. Et dixi eis: Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentum, & aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrum vestrorum. Vigilate, & custodite: donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Ierusalem in thesaurum domus Domini. Susceperunt autem sacerdotes, & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum Dei nostri. Promouimus ergo a flumine Ahaua

a *Et prædicaui ibi ieiunium*. Beda. Datur nobis exemplum ieiunandi, & orãdi, cum aliquid magnę virtutis incipere volumus: & quia nunquam fallitur fide in Dñm spes, neq; fieri potest, vt quod iustum a pio auxiliatore per cõtinentiam, & orationem cũ fide quærimus, & nõ impetremus. Sed notandum, quia ieiunium præmittitur, & oratio sequitur. Primo enim ait: *Et prædicaui ibi ieiunium, &c.* Deinde subiunxit; *Et peteremus viam rectam nobis.* & in conclusione sententiæ; *Ieiunauimus autem, & rogauimus de. &c.* Oportet enim, vt quicunque ad prædicandum misericordiam Domini ingreditur; primo se continentius viuendo dignum exaudiri præbeat, & sic oret, nec prospere euentura, quæ postulat, dubitet.

b *Appendique eis argentum, & aurum, & vasa consecrata*. Beda. Per argentum, & aurum, & vasa quæ de Babylone Ierosolymam mittuntur, animæ significantur quæ de confusione mundi ad Dominum conuertuntur. Vnde bene sacerdotibus vasa commendat custos Esdras, qui Ierosolymam perferãt ea; quia per sacerdotes lauantur in baptismo, & consecrantur Domino quicunque ad consortiũ Ecclesiæ pertingere desiderant; & per eos reconciliantur pœnitendo, qui ab Ecclesia recesserant peccando, & in seruitium diaboli, quasi in captiuitatem Babylonij regis in peccatis perseuerando deciderant. Bene autem sunt duodecim sacerdotes, quibus hæc cura committitur, propter duodecim Apostolos, per quorum doctrinam Ecclesia primo fundata est: & per successores eorum vsque ad finem ædificanda est.

Capit. Alleg. exposition Esdrarum.

† drachmas millenas.

Ibidem. BEDA. Distat inter hæc vasa, quæ Esdras cum sacerdotibus Ierosolymam offert, & ea quæ Zorobabel, & Iesus obtulisse referuntur: quia illa de Templo Domini translata sunt in Babylonem, & post relata in Ierusalem: hæc in Babylonia facta, sed deuotionis gratia Ierosolymam missa a rege, vel principibus Persarum, vel etiam a populo Israel, qui in illis partibus morabatur. Illa ergo vasa significant eos, qui post acceptam notitiam, & sacramenta fidei post inchoata virtutum opera decepti a Diabolo rapiuntur in confusionem eorum, sed Christi gratia reuocantur ad salutem, hic autem illos qui cum peccato primæ transgressionis, nati per lauacrum regenerationis sacerdotum ministerio expiati, Ecclesiæ filijs aggregantur.

c *Vos sancti Domini estis.* Oportet Doctores Ecclesię nunquã obliuisci sanctimoniæ: quia a Domino sunt consecrati p Spiritumsanctum, in die redemptionis, ad quam suscipiendam etiam auditores instituant, vt qui iam Domino oblati sunt per rudimenta fidei, etiam per eorum qui in fide præcesserunt exempla, & monita magis cõfirmentur, & supernæ ciuitatis introitu digni efficiantur.

Officium Doctorum.

d *Vigilate, & custodite.* Vigilandum est sacerdotibus, ne qua de sibi creditis animabus, id est, vasis Domini pereat: sed integro numero ad sanctæ virtutis ædificia perducantur.

-& imperium eius.

† Placatus est nobis.

e *Donec appendatis*. Eos, scilicet, quos superna dispositio vobis commisit, tales instruendo, & docendo exhibeatis, qui irreprehensibiles inueniantur, & apti thesauro aulæ cœlestis, id est, sedibus æternæ pacis, & lucis, & hoc non iudicio quorumlibet qui falli possunt, sed Apostolorum, & eorum qui cũ Domino sunt iudicaturi. Hi enim merito sunt principes sacerdotum, & Leuitarum, & duces familiarum Israel, id est, virorum, vel animarum Deum videntium intelligunt, de quibus dicitur: *Constitues eos principes super omnem terram,* & alibi: *Nobilis in portis vir eius.*

Psal. 44.

Prouerb. 31. c

Ibidem.

f *Promouimus*. Beda. Omnia sunt plena mysterijs. Supra enim legitur, q prima die mensis primi cęperunt ascendere de Babylone: nunc dicitur quod decima die eiusdem mẽsis promouerunt a flumine Ahaua. Primo ergo die mẽsis de portis Babyloniæ exierunt, sed vsque ad duodecimum diem iuxta memoratum flumen expectabant, donec Leuitæ, & Nathinæi, de Chasphia venerũt, & seipsos ob pericula longi itineris diutius ieiunando, & orando Dño commendarent. Et nos ergo cũ nouos Ecclesię populos diabolo renũtiare, & verũ Deũ credere, & pfiteri docemus, quasi primi mẽsis initio de Babylone cũ pecunia dño cõsecrãda egredimur, qa principiũ eis nouæ cõuersionis tradim⁹, quos crepros

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et prædicaui. *Hic consequenter describitur populi numerati profectio, & primo describitur huius profectionis debita dispositio. secũdo executio, ibi:* Promouimus ergo. *Debita aũt dispositio ad proficiscendũ per viã periculosam, primo fuit per ieiuniũ, & orationem, vt impetraret directionem diuinã, & hoc est quod dicitur:* Et prædicaui ibi ieiunium. *id est, solenniter omnib. imposui, cuius causa subditur.*

2 Erubui enim petere. *Sed videtur q in hoc peccauerit exponendo se, & comitiuã suã periculis propter erubescentiam. Ad quod dicendum, q hoc non fecit propter erubescentiam propriæ personæ, sed quia hoc reuerti poterat in opprobrium diuinæ potentiæ, quia rex Gentilis posset credere, & dicere, quod Deus Iudæorum non esset potens ad eos defendendum, & ideo non peccauit Esdras hoc faciendo, propter honorem diuinum. Secundo fuit dispositio profectionis in hoc, quod pretiosa quæ portanda erant in Ierusalem, fuerunt tradita sacerdotibus ad defendendum. Et hoc est quod dicitur.*

3 Et separaui de principibus. *Id est, de principalibus, & valentioribus eorum.*

4 Appendique. *Id est, sub certo pondere, & numero tradidi. Cætera patent in litera.*

5 Promouimus ergo. *Hic consequenter describitur profectionis executio, vbi primo tangitur terminus a quo, cum dicitur:* Promouimus ergo a flumine. *& terminus ad quem, ibi:* Vt pergeremus in Ierusalem. *& modus proficiscendi, ibi.* Et

MORALITER.

1 *Et prædicaui*. Per istum vero fluuium intelligitur fluxus lachrymarum corporalium, vel mentalium, vel et vtrarũq;, quæ debent esse in vera contritione, & cõfessione, & qm ad verã contritionẽ, & confessionẽ seq debet satisfactio: io iuxta dictum fluuiũ ieiuniũ prædicatur, quod est vnũ de operibus satisfactionis, & p ipsum alia satisfactionis opera designãtur.

3 *Et separaui*. Sequitur.

4 *Appendique*. Per quod ostẽditur, q Ecclesiæ thesauri maxime spirituales hoibus literatis, & fidelib. sunt cõmẽdandi. Sed

A ptos a diabolo ad cęleste regnũ ducimus. Vnde idẽ mẽsis nouorũ, vel nouarũ frugum dr̃. In ipso.n. pro eadem significatione nouæ cõuersationis patres de Aegypto sunt educti. Cũ autem nouę vitę auditoribus symbolũ fidei tradimus, quod per 12. Apostolos ordinatum est, & totidem sententijs comprehẽsum, quasi duodecim diebus in prima mansione consistimus, & sic cœptum ad terram promissionis iter aggredimur: quia post acceptam fidei notitiam, virtutum eis viam qua ad vitam perueniatur, ingrediẽdã esse monstramus; quibus diebus Esdras cum filiis transmigrationis, ieiunijs, & orationibus, & congregationi Leuitarũ, & Nathinæorum deditus erat, quia cum nouos fidei Apostolos acquirimus, maxime studendum est virtutibus, quibus nos Domino familiarius commendemus, B & eis quos erudimus, exemplũ boni operis prębeamus, fratrum quoque cohortem religiosam nobis in auxilium vocamus, qua adiuti animas fidelium ad societatem electorum, & arcem vitæ perfectionis quasi vasa sancta ad Templum Domini efficacius transferamus.

Beda vbi sup. a *Et mansi.* Tres dies manentur in Ierusalem, qui sunt tres virtutes, Fides, Spes, & Charitas: has oportet doctores primo in se ostendere, & sic eos quos docuerint, & eisdem virtutibus instituerint præcedentibus in Chri- C sto patribus probãdos offerre. Cum enim Ecclesia eos quos catechizamus, in fide, & actione probos inuenerit, quasi quę offerimus in templum per manum sacerdotum appendens, puri metalli. & perfecti põderis reperit, quod in hac Ecclesia per electos quotidie in credentium vita examinãda agitur, q̃ in superna Ierusalem in eis qui intrare merẽtur, perfectius cõpletur. In hac enim vita Doctores quasi triduo manentes in Ierusalem, quarto die argentum, & aurũ quod obtulerãt, appendendum sacerdotibus offerunt: cum se fide fortes, spe sublimes, deuotione feruẽtes exhibent; & auditores p confessionem rectę fidei, quasi argentum probatum clarescere, per puritatem sensus immolati; quasi primum aurum fulgescere per susceptionem spiritualium charismatum, quasi vasa consecrata præminere demonstrant. In superna quoque patria cum pro fide, spe, & charitate post etiam pro illis quos docuerunt, gratiam remunerationis accipiũt; quasi post gaudium triduanæ mansionis in Ierusalem ob donaria, & vasa pretiosa quæ obtulerunt, amplius honorantur.

duodecimo die mensis primi, vt pergeremus Ierusalem. Et manus Dei nostri fuit super 1 nos, & liberauit nos de manu inimici, & insidiatoris in via, & venimus Ierusalem, & 2 a mansimus ibi tribus diebus. Die autem quar 3 ta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Vriæ sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, & cum eis Iozabel filius Iosue, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ iuxta numerum, & pondus omnium. b Descriptumq; est c omne pondus in tempore illo. Sed & qui ve- 4 nerant de captiuitate filii transmigrationis, d obtulerunt holocaustomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonagintasex, agnos septuagintaseptem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum Domino. Dederunt autem edicta 5 regis satrapis, qui erant de conspectu regis,

a ¶Honorificauerunt autoritate regia qua Esdras sublimatus erat.

e & ducibus transflumen, & eleuauerunt po- 6 pulum, & domum Dei.

D b *Descriptumque.* Beda. Hoc fit cum Doctores studiose vitã examinant subditorum, quantum, & singuli ad fidẽ, vel operationem profecerunt, vt iuxta modum suę capacitatis ordinent eos per competentes gradus in domo Dñi. Si autẽ præpositus p ignauiã torpet, vitamque subditorum, aut ignorat, aut nosse dissimulat: internus arbiter qui numerum credẽtium, pondusq; singulorum in trutina sui examinis conseruat, *Reddet vnicuique secundum opera sua.* (Rom. 2. a) Potest etiam dici, quia peruenientibus prælatis ad supernam Ierusalem, describatur cum eis quos instruxerant, illo tempore omne opus bonæ actionis in libro vitæ, & digna in cœlis donetur retributione.

c *Sed & qui venerant.* Beda. Magna deuotio, & religio ostẽditur, cum peruenientes ad tem- E plum primo omnium holocausta offerunt, non tantum pro seipsis, sed etiam pro omni Israel, id est, pro eis qui iam domum reuersi fuerant, & pro eis qui adhuc exulabant.

Mystice. Mystice autem illi veraciter, & perfecte captiuitatem diaboli, qua peccando tenebantur, pœnitendo euaserunt, qui se fixa intentione diuino seruitio subdunt, qui totos se ab infimis abstractos, flamma cœlestis desiderii accendunt. Hoc est enim holocausta, id est, tota incensa sacrificia Domino offerre, nihil nisi eius voluntatem in om- F nibus cogitare, vel facere.

d *Obtulerunt holocaustomata Deo, &c.* Non tantum pro se. Perfectæ mentis indicium est, cum quis pro omni Israel immolat, id est, pro generali fidelium sospitate, quasi vnitatis, & fraternitatis memor supernæ pietati supplicans.

Mystice. e *Et eleuauerunt populum.* August. Ornando variis donariis, quæ rex, & consiliarii, & principes eius miserant, ministros quoque, & sacerdotes illius ab omnibus angustijs liberando.

Mystice Populus, & templum Dei vnam, & eandem Ecclesiæ figuram tenent, quam leuat Esdras, & filij transmigrationis ablatis de Babylone sacris vasis, cum prędicatores aggregantes ei iuuante Domino nouos credentium populos, honorabilem eam omnibus, & terribilem exhibent. Idem cum eos quos exemplis in bona cõuersatione instituere, vel verbi vsque ad cœlestium perceptionem præmiorum promouent, vel prouehunt, leuant populum in domũ Dei, quia magnum, & manentibus in superna patria, & peregrinantibus adhuc in terra electis gaudium faciunt.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et manus Dei nostri. *Id est, eius virtus nos dirigens, & protegens.*

2 Et mansimus ibi tribus diebus. *Vt quiete prahabita cum maiori deliberatione traderentur pretiosa quæ erant deportanda. ideo subditur.*

3 Die autem quarta appensum. *Id est, sub certo pondere, & numero traditum.*

4 Sed & qui venerant. *Obtulerunt holocaustomata, in quo apparet deuotio illorum qui venerunt.*

5 Dederunt autem edicta regis satrapis. *Id est, epistolam eius, siue decretum supra dictum, quod erat in fauorem Iudæorum, ideo subditur.*

6 Et eleuauerunt. *Quia populus Israel fuit in maiori honore, quàm ante: & ministri templi fuerunt a tributo liberati, & templum muneribus regis honoratum, vt patet ex dictis.*

CAP.

MORALITER.

4 *Sed & qui venerant de captiuitate filii transmigrationis.* Per quod ostenditur, quod illi qui de captiuitate diaboli exeunt; & de vitiis ad virtutes transeunt, offerre debent holocaustomata Domino, id est, corpus, & animam applicare totaliter obsequio diuino.

CAP. IX.

a †Ostquam autem hæc 1 cõpleta sunt, accesse- 2 a ¶Qui.s.venerant cum Esdra. runt ad me principes, dicentes: Nõ est sepa- b ratus populus Israel, & sacerdotes, & Leuitæ a populis terrarũ, & de abominationibus eorũ, Chananæi, videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, Iebuzæi, & Ammonitarũ, & Moabitarũ, & Aegyptiorum, & Amorrhæorum. Tulerunt enim de a ¶Hæreses, philosophicas sectas. filiabus eorum sibi, & filiis suis vxores, & a ¶Catholicæ veritatis, & puræ actionis. commiscuerunt semen sanctum, cum populis terrarum. Manus etiam principum, 3 & magistratuum fuit in transgressione hac prima. Cumque audissem sermonem istum, 4 a ¶Lugubri habitu dolorem cordis significans, vt, scilicet, velocius animos omnium ad pœnitentiam prouocarem. ¶Quibus opera significantur. b ¶Vel euulsi. c scidi pallium meum, & tunicam, & euelli ca- 5 6

CAP. IX.

A a Postquam autem hæc completa sunt. * Iosephus. (Lib. 11. Anti. cap. 5.) Cum ita pius sacerdos lachrymatur cũ eo cętu qui ad eum conuenerãt mixtus ex viris, & mulieribus, & pueris, accessit eo quidã primarius Ierosolymita, nomine Achonius, confitens se peccasse qui alienigenas vxores duxerit; suasitque ei, vt omnes adiuret, vt vxores cum nata ex eis prole abijcerent. Et si quis legi parere nollet, in eum animaduerteret. Qui secutus viri consilium exegit super hac re iureiurandum a principibus Leuitarum, & sacerdotum, & tribuum Israeliticarum.

(Beda lib 2. Alleg. expos. in Esdrã c. 12) Beda. Hæc autem transgressio in Malachia propheta manifeste descripta, & prophetica B autoritate redarguta est: quia, scilicet, de captiuitate reuersi, tam principes, & sacerdotes, & Leuitæ, quàm reliquus populus abiecerunt vxores Israeliticas, quæ paupertate, & labore vię, & sexus fragilitate confectæ, infirmatæ, & deformatæ erant, & alienigenas ætate florentes, vel pulchriores, vel potentum, & diuitum filias duxerunt. Quod nõ de his qui tunc cum Esdra venerant, sed de illis intelligendũ est, qui cum Zorobabel, & Iesu iamdudum de captiuitate ascenderant. Non enim poterant qui cum Esdra venerant, tam cito tanti ducis cõtemnere doctrinã; vt necdũ quinq; mẽsibus in patria demorati vxores suas reliquerint, & externas acceperint, de quorũ numero intelligunt fuisse principes, q hoc facinus ad Esdrã referẽtes corrigere curarunt. Notãdum, q ea quæ principes peccauerunt, & plebẽ sibi cõmissam peccare fecerunt, principes corrigere satagunt, sed q a p se nequeunt, referunt causam ad principẽ, id est, Archiepiscopum, cuius autoritate expietur flagitium.

C Mystice aũt vxores alienigenæ, hæreses, & superstitiosas philosophorum sectas significãt, quæ cum in Ecclesiã incaute admittunt, semẽ sanctũ Catholicæ veritatis, & purę actionis errore contaminãt. Peccata quoq; oĩa qbus ethnici polluuntur, dum Christiani nõ erubescũt imitari, quasi per vxores alienigenas degenerant a semine verbi Dei, quo fuerant generati, secundum illud: *Voluntarie genuit nos uerbo veri, &c.* (Iaco. 1. c.) & quasi prophanam de filiabus exterorum sobolem procreãt, D dum illecebras errantium sequuntur, peruersos ex eis actus ad cunctorum notitiam proferunt.

b *Non est se.* Notandũ est q abductio Israel in captiuitatẽ, id est, decem tribubus, in differẽtes pristino noĩe duę tribus, id est, Iudas, & Beniamin appellãtur Israel. Populus ergo Israel non hic ad distinctionẽ Iudæ, & Beniamin decẽ tribus dicũtur, (†3. Esdr. 8. a) sed ad distinctionẽ populorum terrarũ gñaliter populus Dei intelligitur, qui dignitatem cœlestis nominis terrenorum societate polluit. Vnde in Malachia (Malach. 2. c) quẽ Esdrã putãt Hebræi: *Transgressus est Iudas, & abominatio facta est in Israel, & Ierusalem, &c.* vbi Iudã dicens, manifeste primę trãsgressionis populũ in hoc pollutum significat. Quod vero E addit: *Disperdat Dominus magistrũ, & discipulum, &c.* (Ibidem.) principes, & populũ pollutos ostendit, & a consortio sanctorũ eradicãdos esse, nisi pœnituerint. Et quod adiungit: *Offerentes munus Domino exercituum.* admonet eos incassum Domino offerre, qui seipsos peccando non timent diabolo subdere, *Non est sepa.* Miranda fides principum, & populi de captiuitate eruti, q se semẽ sanctũ, alias gentes vocant populos terrarũ: vt significent se quãuis de terra creatos in cęlis habitare, dũ præ cæteris in Deũ cœli credunt, & cœlestia ab illo beneficia consequi sperant: vnde merito dolent sanctificationem suam abominationibus gentium esse inquinatam, & quod grauius est, principes qui corrigere debuerant, primos errasse fatentur.

c *Scidi pallium.* Beda. (Ibidem.) Per vestimẽta solẽt opera designari, quibus induimur ad gloriã si mũda, vel ignominiã si immũda. Per pilos capitis cogitationes, q̃ de occulta cordis radice velut de internis cerebri radicib. oriunt, q̃ si rectæ sunt, debent cõseruari; si aũt reprobæ, abscindi. Vnde de Samuele q F sanctus erat futurus ait genetrix; *Et nouacula non ascendet super caput eius.* (1. Reg. 1. b) Et Apostolis inquit Dñs. *Capillus de capite vestro non peribit.* (Matt. 10. d) Quia omnes sanctorum cogitationes in æterna memoria sunt apud Deum. Peccator vero, vt mundari possit ab iniquitatibus suis, reprobas cogitationes, origines, scilicet, malorum operc abijciat, necesse est. Vnde leprosus in Leuitico (Leuit. 14. b)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

(Diuisio.) a Postquam autem. *Hic consequenter describitur informatio populi per Esdrã sacerdotem. Circa quod primo ponitur populi transgressio. secundo eiusdem correctio, c. 10. Circa primum primo ponitur transgressionis manifestatio. secundo pœnitentiæ lamentatio, ibi:* Cumque audissem. *Circa primum sciendum, q filij Israel qui de Babylone venerant cum Zorobabel, & Iosue, videntes q vxores suæ de populo Israel essent deturpatæ, & confractæ ex labore itineris, & alijs miseriis quas sustinuerant in via, cum venissent in Iudæam, contempserũt eas, & pro magna parte abiecerunt, accipientes sibi vxores alienigenas contra præceptum legis Deuteron. 7. eo q erat occasio idololatriæ: quia Salomon sapientissimus per vxores alienigenas fuit ad idololatriam tractus, & hæc transgressio fuit denuntiata Esdræ sacerdoti per illos qui venerant cum eo. & hoc est quod dicitur.*

2 Accesserunt ad me principes dicẽtes: Nõ est separatus. Et *patet litera ex dictis. Sciendum tamen, quòd illi qui de nouo venerãt cum Esdra, non erant participes transgressionis illius; quia adhuc non fuerant tandiu in terra Israel, quod accepissent ibi vxores alienigenas, & filios procreassent.*

3 Manus etiam. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo q ly* prima, *sit adiectiuum transgressionis; ita quòd ista transgressio fuerit prima, in qua populus Israel peccauit post reditum de captiuitate, ita quòd minores populi primo peccauerunt in hoc, & ex consequenti maiores. Alio modo, quòd ly* prima, *sit adiectiuum huius dictionis manus, & sic est sensus, quòd principes, & maiores primo peccauerunt in hac transgressione, & consequenter minores.*

4 Cumque audissem. *Hic consequenter describitur dictæ transgressionis lamentatio, & secundo Dei deprecatio, ibi:* Et in sacrificio vespertino. *Circa primum dicitur.*

5 Scidi pal. *Hic erat modus Hebręorũ scindere vestes sic puenit e magna tristitia.* 6 Et euel. ca. &c. *In signũ magni doloris, et penitẽtię,* † Et

MORALITER.

1 *Postquam aũt.* Circa quod sciendũ, q sicut plenius dixi in expositione literali, filij Israel qui de Babylone venerunt in Ierusalẽ, vidẽtes q vxores suæ ex itinere, & alijs afflictionib. erãt deturpatæ, eas cõtẽpserunt, & in magna parte eiecerũt, accipiẽtes vxores alienigenas cõtra pceptũ Dñi 7. cap. Deuter. Israel vidẽs Deũ interpretatur, & iõ per filios Israel clerici, & specialiter Theologi significãtur; per vxores sciẽtiæ, vel scripturæ designant; sed p vxores legitimas sacrę scripturæ sunt intelligendæ. Sap. 8 a. *Hanc amaui, & quæsiui mihi sponsam assumere.* Hoc n. bonus Theologus dẽt dicere. Sed q a sacræ scripturæ carẽt ornamentis rhetoricę, iõ deformes aliqũ videntur: vnde dicit Hiero. de seipso: Itaq; miser ego lecturus Tulliũ Plato sumebatur in manibus. Siquidẽ in memetipsum reuersus, pphetas legere cœpissem, sermo horrebat incultus: tñ in hoc erat a diabolo deceptus, vnde subdit; *Dum me ita serpẽs antiquus illuderet, &c.* Per vxores aũt alienigenas quas videbãt pulchriores, intelligẽdæ sunt scripturæ Gẽtiliũ philosophorũ: quas Theologi multi cõtemptis scripturis noui, ac veteris testamẽti carius amplexãtur, & specialiter doctrinã Auerrois pessimis erroribus plenã, quã cũ maiori pódere, & diligẽtiori quotatione quod dictu horrẽdũ est, allegãt, q̃ doctrinã Domini Nostri Iesu Christi, & Apostolorũ eius.

4 *Cumq; audissem ser. istũ, scidi palliũ.* In signũ doloris magni, † &

tico recepta ſanitate inter purificationes alias oēs pilos carnis ſuæ radere præcipitur, vt ſic expiatus hoſtijs caſtra ingredi mereatur, quia tunc demũ a vitijs perfecte mũdamur, cũ ēt cogitatus noxios expellimus. Barba quoq; virilis ſexus, & ætatis index, virtutem ſolet ſignificare. Scidit ergo pallium, & tunicam pontifex, vt ſubditos minus pfecta opera habere ſignaret; & quæ a ſua ſoliditate, per pœnitentiam ſcindi, & in meliorem habitum neceſſe eſſet renouari. Vellit capillos capitis, vt cogitationes prauas de corde extirpent, & naſcituris vtilibus locum dent. Vellit, & pilos barbæ; vt in ipſis quas habere viderentur, virtutibus humiliarentur, & parua eſſe, aut nulla examine æterni arbitrij meminiſſent, quæ vitijs permiſta eſſent. Sedit mœrens, vt per lamenta pœnitentiæ veniam promerendam eſſe doceret.

a *Conuenerunt.* Nota, quantum exempla Doctorum iuuāt. nihil ſcribitur Eſdras locutus eſſe, ſed tantum audito ſcelere lachrymaſſe, & turbam ad ſe fidelium non vociferando, ſed lachrymādo traxiſſe. *Conuenerunt.* Magna mutatio rerum perfidia principum, multi luxuriā ſecuti, reducti ſunt magno principe mœrente, & quid peccatoribus agendum eſſet innuente; conueniunt ad eum omnes qui timent verbum Dei, quo trāſgreſſores puniendos eſſe minat̃.

Idem vbi ſup. Typice.

b *Sciſſo pallio.* Beda. Typice q; ſciſſo indumento curuat genua, & expandit manus ad Deũ, & fuſis precibus, ac lachrymis plurimorum mētes ad pœnitentiam cõuertit, Chriſtum oſtendit

a ¶Cogitationes mentis. b ¶Quæ virilis ſexus, & ætatis indicium eſt: & ideo ponitur in deſignatione virtutum. c ¶Docens per lamenta pœnitentiæ veniam eſſe impetrandam.

pillos capitis mei, & barbæ, & ſedi mœrens[1] Conuenerunt[2] autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Iſraël, pro tranſgreſſione eorum, qui de captiuitate venerant: & ego ſedebam

¶Eleuatio manuum in ſacrifi. veſperti.

triſtis vſque ad ſacrificium veſpertinum. Et in ſacrificio[3] veſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio[4], & tunica, curuaui genua mea[5], & expandi manus meas ad Dominum

a ¶Chriſti carne, in Cruce ſcilicet.

a ¶Chriſtus quoque pro nobis orauit, dicens: Deus tu ſcis inſipientiam meam, & de. mea. a. te non ſunt abſc.

Deum meum, & dixi. Deus meus confundor[6], & erubeſco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates[7] noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta[8] noſtra creuerunt vſque ad cœlum a diebus patrum noſtrorum[9]. Sed & noſipſi peccauimus grauiter vſque ad diem hanc, & in iniquitatibus[10] noſtris traditi ſumus ipſi, & reges noſtri, & ſacerdotes noſtri

a ¶Rectorum. ſ. tenebrarum harum. b ¶Spiritualem. c ¶Peccati.

in manum regum terrarum, & in gladium[11], & in captiuitatē[12],

a ¶Quia ſpiritualis lupus rapit, & diſpergit oues. ¶Interioris. b ¶Scilicet apparet.

in rapinam[13], & confuſionem[14] vultus, ſicut & die hac[15]. Et nunc quaſi parum[16], & ad momentum facta eſt deprecatio noſtra apud Dominum Deum noſtrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ[17], & daretur † paxillus in loco ſancto eius[18], & illuminaret oculos noſtros Deus noſter, & daret nobis vitam modicam[19] in ſeruitute noſtra, quia ſerui ſumus, & in ſeruitute no[20]-

¶Diabolica.

oſtendit qui pro peccatis noſtris ante paſſionē, & in ipſa orauit: quiq; extenſis in cruce manibus, indumētum carnis ſuæ vulneribus ſcindi, & mortificari voluit. Vnde: *Mortuus eſt propter peccata noſtra, &c.* Quod apte in tpe ſacrificij veſpertini factum eſt. Vel quia Dñs in fine ſęculi ſacrificium ſuæ carnis, & ſanguinis obtulit patri, & nobis in pane, & vino offerre pcepit. Vel quia ad finē veniēte ſacrificio legali ſua nos paſſione liberauit, & a populis terrarum ſeparans cœleſtes fecit, & ſibi caſtos corde, & corpore pręcepit adhærere. Ipſa quoque eius oratio, qua ſe iuſtum populo peccatori ſociat, dicens: *Deus meus, &c.* Humilitati redēptoris congruit, qui in ſimilitudine carnis peccati; vt peccatum tolleret, apparuit, Vnde: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti, &c.* Item: *Deus tu ſcis inſipientiam meam, &c.* Non quia delicta in ſe, vel inſipientiam poſſit habere, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio; ſed cauſam eorum quos ſaluare venerat a ſe ſuſcipiēs, etiam ea quæ illorum fragilitati veraciter conueniebant, miſericorditer in ſe transferre dignatus eſt.

1. Cor. 15. a

Pſal. 21. Ibid. 68.

1. Cor. 1. d

† clauus

c *Curuaui genua, &c.* Parauit ſe per cõpunctionē cordis, & affectionē corporis, vt dignus efficeretur auditu ſupernę pietatis, & in hęc verba orationis prorumpit. Curuat aũt genua, expādit manus, & fundit preces in tēpore ſacrificij veſpertini, ſciēs eē gratius, quod fit in ſpiritu humilitatis, & in animo cõtrito, quàm quod carnibus, & ſanguine pecudum offertur.

a Quia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſedi mœrens. *Sicut Iob tonſo capite ſedit in terra, lamentabatur autem iſte peccata aliorum, tanquam ſua: quia erat membrum illius populi, ſicut & Daniel 9. cap. confitetur peccata populi Iſrael, tanquam ipſorum particeps, licet eſſet innocens.*

2 Conuenerunt autem. *Scilicet, ad conſolandum quantum poterat fieri bono modo.*

3 Et in ſacrificio. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Eſdræ deprecatio, in qua primum dicitur:* Et in ſa. veſ. *ex quo patet, quòd per totam diem fuerat in gemitu, & luctu.*

4 Et ſciſſo pallio. *In ſignum humiliationis.*

5 Curuaui genua mea. *In ſignum deuotionis.*

6 Deus meus conf. &c. *Scilicet, ad deprecādum, cuius cauſa ſubditur.*

7 Quoniam iniquitates. *Et eodem modo dicitur Luc. 18. de publicano, qui ex confuſione peccatorum ſuorum non audebat oculos ad cœlum leuare.*

8 Et delicta noſtra cre. *Hyperbole eſt, ad deſignandum multitudinem, et magnitudinem peccatorum patrum præcedentiũ; ideo ſubditur.*

9 A diebus patrum noſtrorum. *Prout habetur 4. Regum, quòd tempore Manaſſe regis Iudæ, & Sedeciæ, & plurium aliorum multiplicata fuerunt peccata valde.*

10 Et in iniquitatibus. *In manibus regis Aegypti, & regis Babylonis, & Aſſyriorum, vt patet in pluribus locis 4. Reg.*

11 In gladium. *Quia multi de populo fuerunt gladiati.*

12 Et in captiuitatem. *Quia plures fuerunt in captiuitatē ducti.*

13 In rapinam. *Quia bonis ſuis fuerunt ſpoliati.*

14 Et in confuſio. *Quia fuerũt multipliciter deriſi, & vituperati.*

15 Sicut & die hac. *Licet enim eſſent reuerſi de captiuitate, tamen ſuſtinebant multa opprobria a gentibus, quæ erant in circuitu, vt habetur infra Neemiæ 2. cap. Illi etiam qui remanſerant in Babylone a Gentilibus multa opprobria ſuſtinebant.*

16 Et nunc quaſi parum, & ad momentum facta eſt deprecatio. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo, vt ly* parum, *referatur ad ipſos deprecantes, quaſi dicat, licet modicum deprecati fuerimus Dñm, tanquā parum deuoti, tamen exaudiuit nos in aliquo. Alio modo ad rē pro qua fiebat deprecatio, ſcilicet, populi liberatione, quæ facta erat in tribus tribubus tātum, ſcilicet, Iudæ, Beniamin, & Leui. vnde ſubditur.*

17 Vt dimitterentur nobis reliquiæ. *Ita quòd populus non eſt totaliter deletus, licet demeruiſſet.*

18 Et daretur paxillus in loco ſancto eius. *Id eſt, aliqua fixio, & ſtabilitas in Ieruſalem.*

19 Et daret nobis vitam mo. *Id eſt, paucis concederetur vita: quia plures fuerunt mortui de populo, quàm reſidui.*

20 In ſeruitute noſtra. *Licet enim ſacerdotes, & miniſtri eſſent liberi a tributo regis, vt habetur ſupra ſeptimo capite, tamen populus communis non erat liber.*

1 Et

MORALITER.

† & ſunt verba Eſdrę, p quē ſignificatur prelatus ſuperior, q pōt remediũ adhibere. Et ſicut Eſdras ab afflictione ſui, & dolore non ceſſauit, donec remedium apparuit per eiectionem mulierum alienigenarum, ita q non eſſent dominæ, ſed tantummodo ancillæ, ſic per prælatũ ſuperiorem debēt ſcripturæ philoſophorũ alienigenæ deiici a tanta autoritate, ita q apud Theologos ſolũmodo maneāt, inquantũ poſſunt ſubſeruire ſacrę ſcripturę diuinitus reuelatæ. Nam ancillam dominari, & dominam ancillari magna abuſio eſt. propter quod illi qui ſcripturas philoſophicas erroribus plenas ſacris ſcripturis præponunt modo prędicto, enormiter abutuntur.

a *Quia dereliquimus mandata tua, &c.* ✠ August. Hoc est præceptum Domini tam in veteri quàm in nouo testamento, vt nō nisi vni⁹ religionis, & fidei cōiugia sibi maneāt copulata. ✠ Tertull. Fideles gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse cōstat, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis ex literis Apostoli dicentis: *Cum eiusmodi nec cibum sumendum.* ✠ Hierony. Pleræque Apostoli cōtemnentes iussionē, iunguntur Gentilibus, & templa Christi idolis prostituūt. Loquar quod me Apostolus docuit. Non illas iustitiæ esse, sed iniquitatis: nō lucis, sed tenebrarum: nō Christi, sed Belial: nō templa Dei viuētis, sed fana, & idola mortuorū. Vis apertius discere, qđ Christianæ omnino non liceat ethnico nubere? Audi Apostolum. *Mulier si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino*, id est, Christiano. Abraham adiurat seruū suum in femore suo, hoc est, in Christo qui de semine eius erat nasciturus, vt filio suo Isaac alienigenam nō adducat vxorem. Et Esdras offensam Dei huiuscemodi vxorū repudiatione compescit. ✠ Ambros. Caue Christiane, gētilem, vel Iudæam, vel alienigenam hoc est hæreticam, & omnem alienā a fide tua, vxorem accersas ib. Si idola colat, si Christum neget, quomodo potest diligere pudicitiā, quæ prima coniugij gratia est? Primum in coniugio religio quæritur. ✠ Concil. Chalcedon. Neque copulari debet nuptura hæretico, aut Iudæo, vel pagano, nisi forte promittat ad orthodoxam fidem se per personæ orthodoxæ copulam transferre. Si quis hāc definitionem sanctæ synodi trāsgressus fuerit, correptioni canonicę subiacebit. ✠ Sexta Synodus. Non licet virum orthodoxum cum muliere hęretica coniūgi, neque orthodoxā cum viro hæretico copulari. Sed & si quid eiusmodi ab vllo ex omnibus factū apparuerit, irritas nuptias existimare, & nefarium cōiugium dissolui. Neque enim ea que non sunt miscenda, misceri, neque ouem cum lupo, nec peccatorum sortem cum Christi parte coniungi oportet. ✠ Concil. Elibert. Hæreticis qui errant ab Ecclesia Catholica, nec ipsas dandas puellas Catholicas, sed neque Iudæis, neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla possit esse societas fidelis cum infideli.

(Margin: Li. de adult. coniug. c. 21. — L. 2. ad vxo. — 1. Cor. 5. — Lib. 1. aduer. Iouin. — 1. Cor 7. — Genes. 24. — Li. 7 cap. 1. ad Cor. — Cap. 14. — Can. 72. — Can. 16.)

stra non dereliquit nos Deus noster, & inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarum, vt daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis spem in Iuda, & in Ierusalem. Et nunc quid dicemus Domine Deus noster post hæc? Quia dereliquimus mandata tua, quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens: Terra ad quam vos ingredimini, vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum cæterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris, & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum, & confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habebitis filios vestros vsque in sæculum: & post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem, sicut est hodie: vt non conuerteremur: & irrita faceremus mandata tua: neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es nobis vsque ad consumptionem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? Domine Deus Israel, iustus es tu: quoniam non derelicti sumus, qui saluaremur, sicut hac die. Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest corā te super hoc.

(Interlinear: a ¶Condescendens nobis. — a ¶Spiritualem. — a ¶Ecclesiam. b ¶Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo. — ¶Vitæ æternæ. — ¶Vt opere, scilicet, adimplerentur. — a ¶Viuentium, vel Ecclesiæ, vel cui usque animæ. b ¶Imitatores, vel bona opera. — a ¶Cum populis abominationum istarum. — a ¶id est, deletionem. — a ¶in operibus tuis. ¶Nos autem iniqui. — ¶Qui omnia vices.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et extrueret solitudines. *Id est, templum ad solitudinem prius redactum.*

2 Et daret nobis spem. *Accipiendi ab eo plura beneficia ex præteritis iam collatis. Alio modo exponitur quod supra dictum est.* Et nunc quasi ad parum, &c. *Ita quod ly* parum, *referatur ad Deū, vt sit sensus: Licet Deum deprecati fuerimus, tamē in modico exauditi sumus, non propter defectū diuinæ liberalitatis, sed propter impedimentum nostræ iniquitatis. Cætera quæ sequuntur exponantur, sicut prius.*

3 Et nunc quid dicemus Domine Deus noster post hæc? *Hic consequenter Esdras confitetur peccata præsentium, dicens:* Et nunc quid dicemus Domine Deus noster. *quasi dicat, non habemus frontem deprecandi te.*

4 Quia dereliquimus mandata tua, quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum. *Scilicet, Mosi, & Aaron, quia Moses accipiebat mandata a Deo, & Aaron proponebat ea populo, vt habetur Exod. 4.*

5 Terra ad quam vos ingredimini, vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum. *Propter multiplicationem idololatriæ, & aliorum vitiorum execrabilium perpetratorum per Gentiles ibidem habitantes.*

6 Ab ore vsque ad os in coinquinatione sua. *Id est, abundanter nimis, sicut 4. Reg. 21. dicitur quòd Manasses effudit sanguinem innoxium multum nimis, & impleuit Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os.*

7 Nunc ergo filias vestras ne detis filijs eorum, & filias eorum ne accipiatis filijs vestris. *Istud præceptum habetur Deut. 7.*

8 Et non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æter. *Quia secundum diuinā iustitiā poterant interfici, & iō filii Israel non debebant cum eis facere fœdera perpetua: licet possent dare inducias ad tempus in aliquo casu, vt dictū fuit super librū Iosue. Et istud mandatum transgressi fuerunt illi qui redierāt de captiuitate, contrahendo connubia cum Gentilibus, cum quibus erat eis prohibitū; & illicitum post gratiam eis factam a Deo, quæ reduxerat eos de captiuitate: & hoc est quod dicitur:* Et post omnia, &c. *& subditur.*

9 Quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem. *Et ex hac ingratitudine multum aggrauabatur peccatum eorum. ideo subditur.*

10 Nunquid iratus es nobis vsque ad consummationem. *Id est, totalem populi deletionem, quasi dicat, hoc demeruimus, nisi ex tua liberalitate saluemur, vnde subditur.*

11 Ecce coram te sumus in delicto nostro. *Tibi, & hominibus manifesto.*

12 Non enim stari potest coram te super hoc. *Ad tegendum palliandum, seu defendendum.*

CAP.

CAP. X.

A a *Sic ergo orante Esdra, & implorante Deum, & flente.* Sequitur. b *Fleuit populus.* qui, scilicet peccauerant pœnitentiam agentes, vel q. in castitate permanserant de casu fratrũ dolentes. Multũ vero conturbati ad preces, & lamenta sui pontificis ostenduntur, cum etiã mulieres, & pueri interfuisse narrantur. Potest aũt ea discretione factum intelligi, quòd prius innocentes, & recti ad eum confluxerunt, cum ait: *Et conuenerunt ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, &c.* Nunc vero etiam ipsi qui peccauerũt cum vxoribus suis, & liberis, pœnitentiam acturi conuenerunt.

c *De fil. Aelam.* Hũc dicit Iosephus primum fuisse Ierosolymitarũ, q. vt principẽ decet maxima auctoritate mox intẽtionem Esdræ iuuabat, populum secum peccasse confitendo, & pœnitentiam suadendo abiectis vxoribus alienigenis cum liberis suis.

d *Et nunc si est pœnitentia in Israel.* Q. Si populum huius peccati perfecte pœnitet: primo conuersi ad Dñm correctionem promittamus, & veniam postulemus: deinde ad nos reuersi, oẽm peccati radicẽ extirpemus, & fruticem, cęcidis, s. vxoribus cũ oĩ sobole: hoc est. n. veraciter pœnitentiã agere toto corde, & intus ad Dñm conuerti, & omnem foris peccandi materiam ab ipsa origine resecari.

e *Surge.* Decenter docet quomodo sit apud maiores cõsilio agendum, vt. s. quisq; pro suo sensu quod optimum intellexerit, vel intellexisse sibi videbitur, dicat: & tamen ei qui præest locũ discernẽdi relinquat, paratus obtẽperare omnibus, quæ ille secundũ volũtatẽ, & legẽ Dei agẽda decreuerit.

f *Filij Eliasib.* Qui tunc summus sacerdos erat, post Iesum filium Iosedec Ioacim filius eius, & post eum Eliasib filius eius summo sacerdotio functus est.

g *Panem non comedit.* Beda. Exemplũ hinc habẽt sacerdotes, non solum flendi, & orãdi, sed etiam ieiunãdi pro his qui peccauerũt. Beati enim qui propria peccata lugent: quia accepta remissione cõsolantur: sed beatiores q. aliena deflent, vt ne panem quidem, & aquã (quæ abstinentiũ refectio est) contingere velint, neq; domum suam ingredi, vel ascẽdere in lectum strati sui, sed in atrijs domus Dñi orando pernoctant. Ibi enim erat domus sacerdotis, quam vespera superueniente Esdras perhibetur intrasse. Alia vero editio pro cubiculo Iohannam, Pastophoriam Iohannam habet, quo nomine sæpe dicitur porticus, qua templũ vndiq; circundatur, in qua ministri, & custodes tẽpli manebant. Lugent etiam nunc in transgressione eorũ, q. de captiuitate venerant: q. dolent eos qui a peccatis pœnitẽdo erepti sunt, ad ea peccando esse relapsos, & quasi denuo a diabolo captiuatos. De quorum seductoribus quasi de immundarum vxorũ parẽtib. ait Petrus: *Superbia enim vanitates loquentes pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt.* Et paulo post, *Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Iesu Christi his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.*

h *Conuenerunt igitur, &c.* ✠ August. Dimiserunt Israelitæ vxores alienas quicunq; tũc habere potuerũt, p quas [illegible]bat, vt

Marginalia: Beda lib. 2. al leg. expos. Esdram. c. 13. — †2. Esd. 8. g — Sup. eod. 9. a — † Est spes Israel. — † consilium — Beda vbi sup. — † ita vt fessus esset. — 2. Petr. 2. d — Ibid. d. — Li. 1. de adult. coniug. c. 11 — B — C — D — E — F

CAP. X.

S a †Ic ergo orante Esdra, & † implorante [1] Deum, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cętus [2] grandis nimis virorum, & mulierum, puerorumque, & fleuit populus fletu mul[3]to. b Et respondit Sechenias filius Iehiel [4] c de filiis Aelam, & dixit Esdræ: Nos præ[5]uaricati sumus in Deum nostrum, & duximus vxores alienigenas [6] de populis terræ. d Et nunc † si est pœnitentia in Israel super [7] hoc, percutiamus fędus cum Domino Deo nostro, vt proiicia[8]mus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt iuxta † volun[9]tatem Domini, & eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri, secundum legem fiat. e Surge, tuum est discernere, [10] nosque erimus tecum: Confortare, & fac. [11] Surrexit ergo Esdras, [12] & adiurauit principes sacerdotum, & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc. Et iurauerunt. Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohannam f filii Eliasib, & ingressus est illuc. g Panem nõ comedit, & [13] aquã non bibit. Lugebat enim transgressionẽ eorũ qui venerant de captiuitate. Et missa est eorum vox in Iuda, & in Ierusalem [14] omnibus filiis transmigrationis, vt congregarentur in Ierusalem: & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consi[15]lium principum, & seniorum, auferetur vniuersa substãtia eius, [16] h & ipse abiicietur de cętu transmigrationis. Conuenerunt igitur [17]

a ¶ Fletus, scilicet, orationis & lamenta Esdræ.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

Diuisio.

SIc ergo orante Esdra. *Hic consequenter describitur prædictæ transgressionis correctio. Circa quam primo ponitur maiorum confessio, secundo populi citatio, ibi:* Et missa est vox. *tertio correctionis inchoatio, ibi:* Et surrexit Esdras. *quarto consummatio, ibi:* Et consummati sunt. *Circa primum dicitur.*

1 Sic ergo orante Esdra. *s. humiliter, deuote, & perseueranter.*
2 Collectus est ad eum de Isra. cętus grand. *Esdræ cõpatiens.*
3 Et fleuit populus fletu multo. *Non solum ex compassione, sed etiam pro peccati sui cognitione, & contritione.*
4 Et respondit Sechenias. *Qui erat de principalioribus populi.*
5 Et dixit Esdræ. *Nomine suo, & aliorum principalium.*
6 Nos præuaricati sumus. *Accipiendo vxores alienigenas, quæ mentes etiam sapientum emolliunt, & eneruant, & tandem ad idololatriam inclinant, sicut patet in Salomone.*
7 Et nunc si est pœnitentia in Israel super hoc. *Id est, quia pœnitentia est.*
8 Percutiamus fędus cum Dom. *stabile, & absq; retractatione*
9 Vt proijciamus vni. &c. *Vt Dei præceptum impleamus, & occasionem mali a nobis præscindamus.*
10 Surge. *Ad hoc exequendum.*
11 Tuum est discernere. *Quia habes scientiam legis diuinæ.*
12 Nosque erimus tecum. *Quod decreueris exequendo. Cætera patent vsque ibi.*
13 Panem non comedit, &c. *Id est, nullum cibum, & potum accepit, quia nomine panis, & aquæ intelligitur omnis cibus, & potus in sacra scriptura, vt frequenter dictum est.*
14 Et missa est. *Hic consequenter ponitur populi citatio, cum dicitur:* Et missa est vox. *id est, communis citatio.*
15 Et omnis qui non venerit in tribus. *In hoc ponitur contra contumaces pœnæ determinatio, cum subditur.*
16 Auferetur vniuersa substantia eius. *Id est, bona exteriora.*
17 Et ipse abijcietur de cętu. *Per excommunicationem.*

Ipse

MORALITER.

1 *Sic ergo, &c.* In hoc Esdras sacerdos dedit exẽplũ prǽlatis, & curatis Ecclesiæ flendi, & deprecandi Dñm pro subditorũ suorũ transgressione: nã aĩas eorũ, tanquã mater in Christo debet assidue parturire. Et quoniam ex afflictione boni prælati subditi debent ad veram pęnitentiam moueri, sequitur.
Collectus est ad eum de Israel cætus grandis, &c. Sequitur.
3 *Et fleuit populus fletu multo.* Quod autem iste fletus ex vera pœnitentia processerit, ostenditur per hoc quod dicitur.
8 *Percutiamus fæ. cum Domino Deo no. vt proii.* s. alienigenas.
† *Et eos qui de his nati sunt iuxta.* Per vxores alienigenas conuenienter intelligi possunt interiores concupiscentiæ malę, & per filios eorum actus exteriores ex ipsis procedẽtes, quæ omnia a vere pœnitentibus, prout possunt, sunt abijcienda.
† *Et surrexit, &c.* Non. n. a terra voluit surgere, donec populus emẽdationẽ promisit, & ad hoc p iuramẽtũ se astrinxit, non tñ cessauit Esdras a sua † totali afflictione, quia sequitur.
13 *Panem non comedit, & aquam non bibit.* Et in hoc dedit exẽplum Ecclesiæ prælatis, & curatis affligendi se pro subditorum suorum peccatis vsque ad perfectionem emẽdationis.

† corpor.

Et

a omnes viri Iuda, & Beniamin in Ierusalem tribus diebus: ipse b est mensis nonus, vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato, & pluuiis. c Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas: vt adderetis super delictum Israel. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini a populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et respondit vniuersa multitudo, dixitque voce magna: Iuxta verbum tuum ad nos, sic fiat. Veruntamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei vnius, vel duorum (vehementer quippe peccauimus in sermone isto) constituantur principes in vniuersa multitudine, & omnes in ciuitatibus nostris, qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum his seniores per ciuitatem, & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri a nobis super peccato hoc. Igitur Ionathan filius Azahel & Iaazia filius Thecuæ steterunt super hoc, & Mosollam, Sebethai Leuites adiuuerunt eos. Feceruntque sic filii transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua, & d sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem. Et †consummati sunt omnes viri, qui duxerunt vxores alienigenas vsque ad diem primam mensis primi. e Et inuenti sunt de

A vt & ipsi ad alienos seducerentur Deos, nō vt illæ p maritos vero acquirerentur Deo. Nondum.n. tanta gratia Saluatoris illuxerat, & promissis temporalibus veteris testamēti adhuc inhiabat illius populi multitudo. Vnde iusserat Dñs per sanctum Mosen, ne qs alienigenā vxorē duceret. Merito ergo quas duxerant Domino prohibente, Domino iubente dimiserunt.

Lib. 1. aduer. Mar. cap. 1. ※ Tertull. Paulus præscribens, tantum in Domino esse nubendum, ne q̃ fidelis ethnicum matrimonium cōtrahat, legē tuetur creatoris, Allophylorum nuptias vbique prohibentis.

Beda vbi sup. B a *Ipse est.* Bed. Qui ab Hebr. Casleu, a Romanis vocatur Decēber, q est ī medio hyemis, pluuialis, & tempestuosus. Vnde notandum, cum in medio hyeme populus conuenerit, timere a peccato, & a pluuiis memoratur. Cum enim pluuias ipso etiā tempore pluuiarum maiores solito cernerent, reuersi ad conscientiam, peccatis suis hoc imputauerūt, & iram cælestem superuenturam ex ipsa aeris perturbatione timuerūt: ideo nō in priuatis domibus negocia sua agere p̄sumpserunt, sed in platea domus Domini, assumpto penitentiæ, & humilitatis habitu consederunt: hi propter eos qui turbatis elementis, & ventorū frigore, vel inundantia pluuiarū, vel aceruis niuiū, vel ardore siccitatis, vel ēt exitio hominū, vel animaliū desuper ingrauescente, & ipso iudice ēt p aperta iudicia vim suæ iræ minitante, nihil de correctione morū qua placent iudicem, plagamq; euadant impendentem, requirunt: sed fastu sæculi pertractant, qua arte aduersa quæ

† pei fecerunt opus in omnibus viris, id est, in recensendis omnibus iis q, &c.

C exterius propter peccata deseuiunt, aut euitent, aut superēt.
b *Et sedit omnis populus.* Beda. Id est, circa atrium sacerdotum, quo ipsa domus vndique cingebatur, habens circa se ex omni parte per quadrum ædes atriorum amplissimas, in quibus etiam populus, quando pro pluuia opus erat, stare poterat, & videre ea quæ in templi ianuis gerebantur, vel circa templum, habebant enim interiores parietes iuxta terram in columnis factos exteriores solidos.

Ibidem. c *Et surrexit Esdras.* Beda. Hic locus respondet ad hoc quod supra dictū est. *Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohannam fi. El. &c.* Vbi notāda deuotio pōtificis, qui lugens, orans, & ieiunās pro trāsgressione populi in atriis tēpli permansit, nec prius domum suam intrare voluit, q̃ accepto consensu populi toto pœnitentem corde, & conuersum ad Dñm, fide cuius deuotionis, & reliqui principes videntur D fuisse consortes, cum dicitur, & ipsi finita synodo abiisse in domos patrum suorū. Si enim hoc non significat scriptura, quid opus fuit scribere, quod expleto colloquio Esdras, & principes familiarū in domos patrum suorum de septis templi abierunt? Eos enim hoc fecisse nemo est qui nesciat, quid opus fuit addere, & om- E nes per nomina sua, cum & hoc omnibus esset notissimum, nisi quia tales eos voluit intelligi, quorum nomina, & facta merito in memoria tenerentur, ac posteris noscenda traderentur.

d *Et sederunt in die.* Beda. Nota numerum ternarium esse mysticum. Supra dictum est, quòd tribus diebus omnes conueniunt in Ierusalem, & nunc tribus mensibus 10. 11. & 12. castigātur ab vxoribus alienigenis. Tres e- Ternarii numeri mysteria nim sunt virtutes sine quib. nemo saluatur, fides, spes, & charitas. Tertio tpe sæculi veniēs Christus in carne in mūdū, gratiā nobis Euāgelii contulit. Primū namq; tps ante legem in Patriarchis, secundum in prophetis sub lege præmisit, in tertio ipse cum gratia venit, & sua nos passione redimēs, tertia die surrexit. Per cuius gratiam, quia consortio Ecclesiæ copulamur, & a vitiorum illecebris expurgamur, apte transmigrationis filii tribus diebus castigandi venerunt, & in tribus mēsibus castigationem compleuerunt. Iuxta literam quoq; opportune laborauerunt, vt ante initium primi mensis ipsi om- F nes purgarentur, vt pascha, & mēsem ipsum in quo celebrandum erat, munde & sancte celebrarent, & annum munde, & sancte inchoarent, & cōsummarent. Quod etiam nos omnibus annis in quadragesima paschæ oportuit imitari, instante, scilicet, Dñica Resurrectione, *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, vt participes resurrectionis esse valeamus.* 2. Cor. 7. a

e *Et inuenti sunt.* Beda. Aptant Heb. huic loco illud Zachariæ prophetæ: *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem* Cap. 14. Zachar. ii.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipse est mensis nonus. *Qui apud Hebræos correspondet partim Nouembri, & partim Decembri nostro.*
2 Et sedit omnis populus. *Hoc est in atrio quod erat ante tēplū.*
3 Trementes pro peccato. *Timentes ne ratione transgressionis prædictæ veniret super eos diuina vltio grauis.*
4 Et pluuiis. *Quia tempus istud frigidum est, & pluuiosum de communi cursu, & tunc erat plus solito pro peccati sui demerito.*
5 Et surrexit Esdras. *Hic consequenter ponitur transgressionis correctio ad monitionem Esdræ dicentis.*
6 Vos transgressi estis. *Hoc est liquidum, & non potest negari.*
7 Vt adderetis super delictum Israel. *Commissum ante captiuitatem Babylonicam.*
8 Et nunc date confessionem. *Recognoscendo peccatum verbo, & facto, & ideo subditur.*
9 Et separamini a populis terræ. *Ita quòd non habeatis fœdus, & consortium cum idololatris.*
10 Et ab vxoribus alienigenis. *Quæ a Deo vero auertunt, vt prædictum est.*
11 Et respondit vniuersa multitudo: dixitque. *Esdræ consentiendo, tamen petunt dilationem propter importunitatem temporis, & negotii magnitudinem.*
12 Constituantur principes, &c. *Id est, homines sapientes, iusti, & diligētes, qui vadāt de ciuitate in ciuitatē, diligenter inquirendo de transgressoribus, & corrigantur per alienigenarū vxorum eiectionem.*
13 Et sederunt. *Ex quo patet, quòd in disquirendo istud negotium posuerunt mensem integrum.*
14 Et inuenti sunt. *Hic cōsequenter ponitur descriptio illorum, qui duxerunt*

MORALITER.

14 *Et inuenti sunt.* Inter transgressores, istos primo nominat duplici de causa. Prima est, quia peccatum eorum grauius erat, eo quòd sacerdotes, & eorum filii qui tunc succedebant eis in sacerdotio magis tenebantur scire legem, quam cæteri Malach. 2. b. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex eius ore requirent.* Secunda est, quia peccatum istorum causa fuit, & occasio aliis peccandi. Vnde Gregorius in Pastor. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est, vt ad præcipitium grex sequatur,

A *stantem corā angelo domini, & Sathan stabat à dextris eius, vt aduersarét ei.* Et paulo post. *Et Iesus erat indutus vestib. sordidis, & stabat ante faciē angeli. Et respondit angelus, & ait ad eos, qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eū. Ecce abstuli iniquitatē tuam, & indui te mutatoriis. Et dixit, Ponite cidarī mundā super caput eius.* Recte inquiūt stabat Sathan à dextris eius vt aduersaretur, quia vera erat accusatio, ipse enim cum cæteris alienigenā duxit vxorē. Quod autem dicitur, quia Iesus erat indutus vestibus sordidis, tripliciter interpretatur. Vel ob coniugium illicitum vel ob peccata populi, vel propter squalorem captiuitatis. Angelus autē ante cuius faciem stabat Iesus, præcepit cæteris angelis, vt auferrent ab eo vestimēta sordida Quo facto, ait idem angelus: B *Ecce abstuli à te iniquitatem tuam.* Hæc sunt vestimenta sordida, & indui te mutatoriis, id est, Israelitem coniugem. copulaui tibi. Quod autem sequitur: *Poni te cidarim mundam super caput eius*, intelligi volunt sacerdotij dignitatem, quia s. ablatis peccatorum sordibus mundū habuerit sacerdotium. Sed intuēdum, quod non scribit Esdras Iesum alienigenam duxisse vxorem, sed quosdā de filijs, & fratribus suis, &c.

filiis sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas, de filiis Io [1] sue filii Iosedec, & fratres eius, [a] Maasia, & Eliezer, & Iarib, & Godolia. [b] Et dederunt manus suas, vt eiicerent vxores suas, & [2] [3] pro delicto suo arietem de ouib. offerrent. [4] Et de filiis Emmer: Hanani, & Zebedia. Et de filiis Harim, Maasia, & Elia, & Semeia, & Iehiel, & Ozias Et de filiis Pheshur: Elioenai, Maasia, Ismahel, Nathanahel, Iozabed, & Elasa. Et de filiis Leuitarum Iozabed, & Semei, & Celaia: ipse est Calita. Phathaia, Iuda & Eliezer. Et de cātoribus Eliasib, & de ianitoribus Sellū, & Telē, & Vri. Et ex Israel de filiis Pharos, Remeia, & Iezia, & Melchia, & Miamin, & Eliezer, & Melchia, & Banea Et de filis Ælam, Mathania, Zacharias, & Iehiel, & Abdi, & Ierimoth, & Elia. Et de filiis Zethua Elioenai, Eliasib, Mathania, & Ierimuth, & Zabad, & Aziza. Et de filiis Bebai, Iohanā, Hanania, Zabaai, Athalai. Et de filiis Bani, Mosollā, & Melluch, & Adaia, Iasub, & Saal, et Ramoth. Et de filiis Phahathmoab, Edna, et Chalal, Banaias, et Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui, et Manasse. Et de filiis Herem. Eliezer, Iesue, Melchias, Semeias Simeon, Beniamin, Maloch, Samarias. Et de filiis Ason, Mathanai, Mathatha, Zabbad, Elphelet Iermai, Manasse, Semei. De filiis Bani: Maddi, Amram, et Huel, Baneas, et Badaias, Cheliau, Vania, Marimuth, et Eliasib, Mathanias, Mathanai, et Iasi, et Bani, et Bennui, Semei, et Salmias, et Natha, et Adaias, Mechnedebai, sisai, Sarai, Ezrel, et Selemiau, Semeria, Sellū, Amaria, Ioseph. De filiis Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu, et Ioal, et Banaia. Omnes hi acceperūt vxores alienigenas, et fuerunt ex eis mulieres, quæ peperant filios.

a *Et fratres eius.* BE. Cognati, s. nō enim fratres eius germani in carne eatenus viuere, & voluptati operā dare poterant cū cētū anni, & amplius essent trāsacti, ex quo Cyrus regnare incipiens, Iesū, & Zorobabel cū transmigratione Iuda, & Beniamin ad cōstruēdā domum dñi Ierosolymam remisit.

Lib. 2. alleg. expos. in Esdram. c. 14.

b *Et dederunt, &c.* BED. Primo vxores illicitas abijciunt, & sic ꝓ se arietē offerūt, vt ablato scelere, mūdi accederent ad altare. Difficile. n. est huius victimā Deo esse acceptā, q non prius reliquit culpā. ꝓ qua offert. vnde. *Quiescite agere peruerse, dis: bene fa.* Et quia filii, vel fratres fuere summi sacerdotis, q primi peccauerāt, recte in correctionē sceleris arietē de gregib. offerunt, vt significent, quia seipsos, qui ductores populi quasi duces gregis esse videbant, à pristina vita mactare, & purgatos digna pœnitentia Deo p meliorē vitā offerre disposuerāt. *Et dederunt manus suas.* BED. Nota quanta arte pugnādi diabolus fideles impugnat, vt nullū eis tps securū relinquat. Ecce. n. q ab aduersantib. superari non poterant, vincebant hostes publicos ædificato templo domini, & dedicato,

Esa. 1. c.

C

D to, sed vincebantur amore mulierum, ne templa cordiū, vel operū suorum Deo digna seruarent. Cuius rei nostris tēporibus manifeste figura complectur, cū videmus animos fideliū multo periculosius nunc tentari intrinsecus à cōcupiscētia sua abstractos, & illectos, quā quondam tentabantur extrinsecus cum immanis aduersarius cōtra eorum constantiā ferro, & igne sæuiebat. Sed aderit pietas domini, quæ sicut aduersus aperta furentium certamina virtutem patientiæ tribuit, ita nobis contra surripientium laqueos blāditiarum cautelæ custodiam dabit. Denique, & hoc agente industria pontificis, qui timebant dominum cuncti cōpuncti sunt corde, qui peccauerant, & eiecerūt vxores alienigenas, & sic expulsa turpitudine luxuriæ redit decus E castimoniæ, & in ciuitate domini eiecto rudere vitiorum, respersi sunt flores, & aromata virtutum.

Si quis obiiciat nō esse scriptum, quod filios adulterarū, sed ipsas tantum eiecerunt, quamuis supra Sechenia suggerente, & dicente: Percutiamus fœdus cum domino Deo nostro & proiiciamus vniuersas vxores, & eos, qui de eis nati sunt, continuo subditū sit. *Surrexit ergo Esdras, & adiurauit populum, principes sacerdotum, & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc, & iurauerunt.* intelligat, quia si non proiecerunt filios, illa fuit cā quò eos docuerunt renuntiare maternæ infidelitati, & consecratos domino per circuncisionem, & hostiam salutarem fidei suæ, & castitati sociauerunt.

MYSTICE aūt bona opera, quæ intuitu tēporalis cōmodi, vel fauoris, vel delectationis agimus, aut inter mala sunt reputanda, aut ab infima intentione secernenda, & ꝓ cęlesti tantum retributione facienda. Qui. n. ieiunat, orat, & eleemosynā dat, vt videatur, & laudetur ab hominib. talis ꝓles bonæ actionis quasi de immunda genitrice nascitur, & ideo inter eos, qui de Babylone Ierosolymam ascenderunt, partem habere non potest. Qui enim in præsenti mercedē recipit, in futuro carebit, nisi author operis mentem ad meliora conuertens, pro Deo facere cœperit, quod pro laude faciebat inani, & quasi sobolem indigne editam domino consecrans Ierosolymæ ciuem fecerit, vt opus male inchoatum corrigens, dignum faciat perpetua mercede in cœlis.

Mystice. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 De filijs Iosue filij Iosedec, &c. *Iste Iosue erat summus sacerdos, & sic videtur verum, quod dictum est supra videlicet, quod hæc transgressio incepit à maioribus populi. Ad hoc autē aptant aliqui illud Zachar. 3.* Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotē magnū stantem coram angelo, *i. Esdra, qui erat angelus, idest, nuntius missus à latere regis ad populi directionem, & Sathan à dextris, quia uera erat accusatio de peccato transgressionis. Et accipitur hic Iesus pro filiis eius, ut patet ex hoc loco, quia pater quodammodo manet in filiis.*

2 Et dederunt manus suas. *idest, iuramento solenni firmauerunt ne posset retractari.*

3 Vt eijcerent vxores suas, &c. *scilicet, alienigenas.*

4 Et pro delicto suo arietem, &c. *Quia sicut aries est dux gregis ita sacerdotes sunt duces populi communis. Cætera legantur, vt iacet litera. Et licet non dicatur hic, quòd eiecerunt pueros cum uxoribus alienigenis, tenendum tamen est, quòd sic fuit factum, quia sic promiserat Sechemias nomine suo, & aliorum principalium, ut habetur supr. eo. c.* Percutiamus fœ. cum domino Deo nost. vt pro. vni. vx. s. alieni. & eos, qui de his nati sunt.

LIBER NEHEMIHAE, QVI ET ESDRÆ SECVNDVS. DICITVR.

CAPVT I.

a ¶ Consolatoris domini, vel cōsolatoris à domino, missi subaudis.

Verba Nehemiæ filii Helciæ. Et factū est 1

a Qui interpretatur spes eius.

in mense Casleu, anno vicesimo, & ego 2 erā in susis castro. Et venit ad me Ha- 3 4 nani vn⁹ de fratrib. meis, ipse & viri ex 5 Iuda, & interrogaui eos de Iudęis, q̄ re- 6 māserāt, & supererāt de captiuitate, & de Ierusalē. Et dixerunt mihi. Qui remanserunt, & derelicti 7 8

a ¶ Mentis. b ¶ Si videantur in pace esse.

sunt de captiuitate, ibi in ꝓuincia in afflictione magna sunt 9

a ¶ Hostium. b ¶ Qui scilicet, alios munire debuerant. c ¶ Qui dignos debent introducere, indignos ab ecclesia arcere.

& in opprobrio, & murus Ierusalē dissipat⁹ est, & portæ eius 10

NEHEMIHAE, QVI EST *Esdræ secundus.*

CAPVT I.

Lib. 3, expos. alleg. in Esdram, c. 15.

Verba Nehemiæ filii. BED. Nehemias interpretatur cōsolator domini, vel consolator à domino, qui cū renouauerit muros Hierusalem, & populū ab hostibus liberatū in diuinæ legis obseruātia sublimauerit, patet quia nomine, & opere Christum significat, qui ait. *Ego roga. patrem, & alium paracletum da. vo.* (Ioan. 14.b.) De quo Psal. ait. *Aedificans Hierusalē dominus, &c.* (Psal. 146.a.) Significat etiā sanctos prædicatores, quorū ministerio supna nobis consolatio præstatur, vel dū post lapsum peccati spē veniæ, & pollicitationis pęnitētib. pollicent̄ quasi diruta ab hostibus Hierosolymorū męnia restaurauit.

Allegorice. a *Verba Nehe.* BED. Hucusque verba Esdræ, quibus Zorobabel, & Iesu facta describit, deinde sua facta describit. Hic manifeste Christū significauit, quia sacrā scripturā renouauit, captiuos in Hierusalē reduxit, domum dñi maior. b. donis ditauit, & sublimauit, & duces ac prætides trans flumen Euphratem, qui legē Dei nossent, constituit, & filios trāsmigrationis ab vxoribus externis castigauit. Renouauit enim Christus sacram scripturā, quia quam scribæ, & Pharisei ꝑ traditiones fœdauerant, vel iuxta literā tantū intelligi docebant, ipse spirituali sensu plenā ostendit, & nouum testamētū misso sancto spiritu per apostolos, & apostolicos viros describi fecit. Eduxit populum de captiuitate Babylonica, & ī Hierusalē terram promissionis liberatū induxit, quia semel passus in cruce mundū sanguine redemit, & descendens ad inferos veros inde Israelitas ad mœnia supernæ ciuitatis duxit, & gaudia promissę hereditatis eis inclusit, & quotidie fideles à ꝑturbatione mūdi cōgregās, ad cōsortiū ecclesię regnūque perenne cōuocat. Auxit ornatus tēpli, auro, & argēto, & vasis pretiosis, q̄ populus Israel, & principes Persarum per eū miserant, quia in se credentes de vtroq; populo in ecclesiam ducens, claritate fidei, & operis eorū hāc ornare, & glorificare non desistit. Constituit duces, & principes omni populo trans flumen, qui legem Dei noscerēt, & docerēt quia in ecclesia, quæ flumine baptismi abluta est, & flumen Babylonicum, idest, ꝑturbationē seculi fluctuantis fidei synceritate transcendit, apostolos, euangelistas, pastores posuit & rectores. Castigauit filios transmigrationis ab vxorib. alienigenis, quia illos, qui professione fidei mūdo renūtiāt, illecebris mundi seruire prohibuit. Eiecit filios talium matrū de cœtu transmigrationis ab vxoribus alienigenis, ne forte adulti perfidiam sequerentur earum, nō fidē patrum. Opera enim nostra etiam, quæ hominibus bona videntur, si carnalibus delectationibus permista sint, si originem de contagio humani fauoris sumpserint, reprobare docuit, nec conuenire illis, qui mundū perfecte relinquūt & tota mente ad cęlestia transeunt, qui non blandimentis temporalibus eneruari, sed aduersitatibus exerceri, & ad requiem sempiternam gaudent pręparari.

b *In mense Cas.* Mensis Casleu ipse est quē nos Decēbrē uocamus, apud Hebręos nonus, apud nos vltimus. Cuius nomē, qđ spes eius interpretat̄, bn̄ cōgruit votis eius, q̄ ad ruinas sanctę ciuitatis intēdebat erigēdas. Primū enim bonę actionis fundm̄ est spē hēre de auxilio domini ad perficiēdū, quod cupimus. In hoc mense natus est dominus, cuius nomine longe ante figurabatur, quod in eo mēse verus Nehemias diu desideratus ad ędificationē ecclesię esset venturus. (Beda vbi sup.)

c *Erā in Su.* Susis metropolis est Persarū, sed tanta firmitate vt castrū esse videatur, & interpretatur equitatio, vel reuertēs, q̄ fidelib. cōuenienter aptatur, eis maxime, q̄ de captiuitate Ierusalē curam gerunt, i. de salute eorū, qui aliquando ꝑ insidias diaboli de ecclesia rapti pœnitentes denuo per gratiā Dei sunt redacti. Tales enim sunt in reuertente castro. i. in robore mētis reuocatę ab infimis ad desideriū patrię cęlestis, & in equitatu sessorū cordiū, q̄, s. portant sessorē Deum. (Susis.)

d *Qui reman.* BED. Patet literæ sensus. Qui. n. remanserant de captiuitate, etsi ī pace versari videbāt̄, amico eis existēte rege

---

Postilla venerabilis magistri Nicolai de Lyra super librum Nehemiæ, qui est Esdræ secundus.

CAPVT I.

Verba Ne. *Postquā descripta est populi descriptio sub Esdra, hic consequēter describitur reædificatio muri sub Nehemia, q̄ fuit missus tanquā dux à latere regis ad reædificationē ciuitatis. Sciendum tñ, q̄ bis à rege venit in Ierusalē. primo ad ciuitatis reædificationē. secūdo ad malorū in eius absentia subortorū correctionē, c. 13. In aduētu aūt primo ad ciuitatē venit. secūdo veniēs ipsam murauit, c. 3. et tertio muratā clausit portis, & vectib. c. 7. quarto ea clausa septimū mēsem festiuū celebrauit. c. 8. quinto ciuitatē populauit. c. 11. sexto populatā dedicauit. c. 12. Circa primū ostenditur primo proficiscētis volūtas. secundo legationis authoritas. c. 2. Circa primū primo describitur rumor oppressionis Iudæorū in Ierusalē. secundo languor orationis, ibi.* Cumque audissem. *Circa primum notatur persona scribens cum dicitur.* (Diuisio.)

1 Verba Nehe. fil. Hel. *Ab isto enim loco scripsit, quæ sequuntur, vt dicit Rab. Sa. Secundo notatur tempus, cum dicitur.* Et fa. est in men. Cas. *Hic est mensis nonus apud Hebræos secundum vnam computationem, vt videbitur magis infra se. ca.*

2 Anno vicesi. *s. regni Artaxerxis, ī cuius an. 7. missus fuit Esdras, vt dictum est supra Esdræ 7. ad docendum populum. & an. 20. eiusdē missus fuit Nehemias tanquā dux à latere regis ad reædificandā ciuitatem. Tñ secundū Iosephum iste Artaxerxes fuit filius Darii Hystaspis, & vocat eū Xerxem diminutiue. Secundum vero Ra. Sa. fuit filius Assueri, & reginæ Esther, sicut dictum fuit Esdræ 6. & 7. cap.*

3 Et ego. e. in Su. ca. *Licet Susa esset tunc principalis ciuitas regni tñ vocatur hic castrū, quia erat ædificata fortiter hinc, & inde ad modū castri.* 4 Et ve. *Aliqui libri habent.* Et venit ad me Hanani. *Sed ly,* ad me, *non est de textu. Vnde dicit Iosephus, quod Nehemias vidit istos tanquam peregrinos intrantes ciuitatem, & audiuit eos loquentes Heb. & tunc allocutus fuit eos.*

5 Vnus de fratribus meis, &c. *idest, de cognatione mea.*

6 Et interrogaui eos de Iuda. *quibus primo quæsiuit de statu populi sui, & secundo de statu ciuitatis Ierusalem.*

7 Et dixerunt mihi. *respondendo primo de statu populi eo ordine, quo fuerant interrogati.*

8 Qui remanserunt, & derelicti, &c. *scilicet, Iudææ.*

9 In afflictione. *quia Gentiles in regno decem tribuum habitantes multas molestias eis inferebant, & opprobria, vt plenius habetur infr. 4. cap. Secundo respondent de ciuitate.*

10 Et mu. Ieru. dis. *quia à tēpore quo Nabuzardan incendit ciuitatem*

MORALITER.

1 *Verba Nehe.* Per Nehemiā, q̄ cōsolator interpretat̄, & interpretationi consonat res gesta, q̄a missus fuit a latere regis in Iudaā ad cōsolationē filiorū Isrl̄ de captiuitate Babylōica reuersorū ꝑut ex sequētibus apparebit, dñs noster Iesus Christus significat̄, q̄ cōsolator dr̄, Threnorū 1. f. Elongatus est a me cōsolator. Glo. Heb. Iste est rex Messias. Ipse ēt missus fuit à p̄re, q̄ē rex regū ī mūdū ad cōsolationē oīū gentiū.

4 *Et ve. ad me. &c.* Per istos fratres apostoli designant̄, q̄ frēs dñi nr̄i Iesu Christi dr̄, Ps. 21. e. *Narrabo nom. tuū fra. meis.* vt deducit Apostolo. 2. Heb. & Io. 20. d. dixit Marię Magdalenę: *Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascēdo ad patrē meū, et p̄rem vr̄um.*

7 *Et dixerūt mi. qui, &c. afflictione sunt.* Per hoc significat̄ apostolorū cōpassio, ex qua ppl̄i afflictionē seu necessitatē ostēdunt

A rege Perfarum, quibus paulo ante Esdrā cum epistolis missus erat, qui haberet potestatē in regione trans flumen, tamē in magna afflictione mentis erant, & opprobrio hostiū, q,a adhuc sanctę ciuitatis murus erat dissipatus. Tunc autē merito in ecclesia affliguntur, & tristitia seculari cōpungunt sancti, cum quandoque respicientes à peccatis vident proximos adhuc subiicere vitijs, ita vt per negligentiam eorum, qui multis prodesse poterant, quasi per muros vrbis dissipatę diabolus in ecclesia possit introire, quod magis dolendū est, si & ipsi, qui alijs doctrina, & exemplo prodesse debuerant, exemplum mortis viuendo fiunt. hoc est enim portas Ierusalem flammis hostium esse perustas, eos qui bene viuendo, & docēdo dignos, C in ecclesiam electorum introducere indignos in arcē debuerant, auaritię, luxurię, cęterorumque vitiorum incendio perire.

a *Fleui, & luxi.* Si vir sanctus audiēs destructa lignorū, & lapidū ędificia recte lugebat, ieiunabat, & orabat, diu sedēs in tristitia, quanto magis in destructione, & ruina atarū continuis luctibus, & orationibus est insistendum, vt ministrante Deo ad pristinam erigantur sospitatem, qui in opprobrio religionis triumphante inimico iacebant diutina vitiorum sorde squalētes.

b *Obsecro domine, &c.* ✠ CHRYSOST O. Ideo si oraueris, & ieiunaueris, & eleemosynā iuste feceris, complesti pretiū, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est vita tua. Duo ęra minuta vidua misit, in arcam Dei, & prelata est opulentis.

a *incendio vitiorum.*

a cōbustæ sunt igni. [1] Cumque audissem verba huiuscemodi, sedi, et fleui, [2] et luxi diebus multis, et ieiunabā, et orabā ante faciem Dei cæli, [3] et dixi: [4] Quæso domine [5] Deus [6] cæli fortis, magne [7] atq; terribilis, qui custodis pactum, & misericordiā, cum his, qui te diligunt, & custodiunt mandata tua, [8] fiant aures tuę auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationē serui tui, quam ego oro corā te hodie nocte, & die pro filijs Israel seruis tuis, & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus †peccauerunt tibi. [9] Et ego, & domus patris mei peccauimus, [10] vanitate seducti sumus, & non [11] custodiuimus mādatum tuum, † & [12] ceremonias, & [13] iudicia, quæ præcepisti Moysi famulo tuo. [14] Memento verbi, quod mandasti Moysi seruo tuo, dicens: † [15] Cum transgressi fueritis, ego disperdā vos in populos, & [16] si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, & reducā in locum quem elegi, vt habitaret nomē meum ibi. Et ipsi serui tui, & populus tuus, [17] quos redemisti ī fortitudine tua magna, & in manu tua valida b Obsecro domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationē seruorum tuorum, q volunt timere nomen tuum, & [18] dirige seruum tuum hodie, et [19] da ei misericordiam ante virum hunc. [20] Ego enim eram pincerna regis.

† Dan. 9. a. infr. 9. f.
† peccauimus.
† Deu. 30. a. Psal. 136. a.
† statuta.
Homil. de pœniten.

NICOLAVS DE LYRA.

tatem, & muros eius dirupit, non fuerat data licentia reædificandi eā sed solum templum, & pertinentia ad ipsum per Cyrum, & Darium, vt patet ex dictis supra Esdræ, 5. & 6.

1 Cumque audissem. *Hic consequenter ponitur languor orationis In oratione.n.mens eleuatur in Deum, & per consequens quodammodo abstrahitur à corpore, & sic corpus incipit languere, maxime quando oratio fit cum fle u, & ieiunio, & diuturne fit, sicut dicitur hic.*

2 Et luxi diebus multis, &c. *tribus mensibus, vt patebit c. sequen.*

3 Et dixi. *formando orationem meam.*

4 Quæso domine. *omnium per gubernationem.*

5 Deus. *per creationem.*

6 Cæli fortis. *scilicet, empyrei, & per consequens omnium, quæ includuntur intra ipsum.*

7 Atque terribilis. *peccatores puniendo.*

8 Fiant aures tuę. *Loquitur de Deo more humano, quia cum homo exoratus præbet aurem ad audiendum, & conuertit oculos ad videndum, signum est, quòd velit exaudire.*

9 Et ego. & do. patr. mei pec. *Licet enim esset innocens, tamē coniungit se peccatorib. inquantum erat membrum populi peccatoris.*

10 Vanitate seduct. sumus. *idest, idolatria, quæ vanitas est eo, quod idolum nihil est secundum Apostolum. 1. Cor. 8.*

11 Et non custodiuimus mand. tu. *quantū ad moralia pcepta.*

12 Et ceremonias. *quantum ad ceremonialia.*

13 Et iudicia. *quantū ad iudicialia. Ad ista tria genera præceptorū reducu.t oīa precepta legis Mosaicæ, vt patet ex decursu illi⁹ legis.*

14 Memento ver. quod man. Mo. i. dixisti, *Deut, 29. & 30.*

15 Cum. transf. fueri. *Hoc fuerat adimpletum in captiuitate Babylonica, & in captiuitate decem tribuum.*

16 Et si re. ad me. &c. inde con. vos. *Hoc nondū erat adimpletū, licet fuisset inchoatum per Cyrum, & Artaxerxem, vt patet ex supra dictis Esdræ 1. & 8. ideo Nehemias orabat pro completione.*

17 Quos re. in for. *percutiendo Aegyptum multipliciter, & faciēdo mirabilia in mari rubro, & in deserto, & in Iordane fluuio.*

18 Dirige seruum tuum. *idest, meipsum, quia volebat proponere petitionem regi de reædificatione ciuitatis, vt populus dispersus posset ibi securius congregari.*

19 Et da ei misc. ante vi. hunc. *idest, ante Artaxerxem regem.*

20 Ego enim eram, &c. *Hoc additur, &c. ad ostendendum, quod habebat de facili accessum ad ipsum.*

MORALITER.

† *dunt Christo. Mar. 6. e. Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius dicentes, desertus locus est hic, & hora iam præterijt, dimitte illos, vt in proximas villas euntes, & vicos, emant sibi cibos quos manducent.*

1 *Cumque audissem verba huiusmodi.* Per hoc significatur cōpassio Christi super afflictionem, & miseriam populi, pro qua releuanda legitur ieiunasse, orasse, & fleuisse, & alias pęnalitates sustinuisse, sicut fuerat prędictum Esa. 53. *Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.*

CAPVT II.

Cap. 15. alleg. expo. l. Esdrā.

a Factum est autem. B E. Qui scilicet est primus mensis anni secundū Hebręos, in quo semper pascha celebrant, quem nos Aprilē dicimus. Quia ergo supra dixit, quia luxit, ieiunauit, & orauit diebus multis, patet, quia quatuor cōtinuis mēsibus 9. f. 10. & 11. & 12. facte deuotioni

Supra 1. b.

CAPVT II.

a [1] Factū est autē ī mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis, & vinū †

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

1 Factū est aūt in mēse. *Hic cōsequēter describit legatio ipsius Nehemiæ, vbi primo describitur authoritas, q̄ meruit. scdo facultas, quā obtinuit, ibi.* Et dixit regi. *tertio sagacitas qua negotiū suū secrete tenuit, ibi.* Et audierunt. *quarto volūtas, q̄ aperuit, ibi.* Et dixi eis. *Circa primū præmittitur tēpus cū dicitur.* Factū est aūt in mense, &c. *Hic est mensis primus apud Heb. secūdū festa, et incipit à propinquiori lunatione æquinoctio vernali. Nehemias aūt cœperat orare mēse 9. vt prædictū est. Et sic patet, quòd iste mēsis ī quo porrexit vinū, fuit quartus ab illo, ita qd tribus mensib. fuit in oratione, & afflictione an. 20. Artaxerxis. Videt q̄ istud sit falsum, et hoc, q̄ hoc fuerit an. 20. eius, quia istud factū fuit 4. mēse, postquā audiuerat rumores de oppressione*

Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Factū est in mēse.* Cui respondet apud Latinos Martius, sicut declaraui diffuse in post. illis literalib. Gen. 7. & Exo. 12. In isto vero mēse passus fuit Christus, 8. calen. Aprilis passio vero Christi calix appellatur, Io. 18. b. *Calicē quē dedit mihi pater, non vis, ut bibam illum?* Vas aūt calicis non bibitur, sed vinum, quod in eo continetur. ideo subditur.

† *Et uinum erat ante eum.* scilicet, ante regem, qui signat Deū patrem, in cuius conspectu erat passio Christi, nam eā dispo nebat, & acceptabat. Et quoniam Christus per Nehemiam significatus illam passionem acceptabat ex obedientia ad patrem, ideo sequitur.

1 Et

A tioni institit expectans quando posset opportune regi desiderium suum intimare. Erat quidē princeps vinarius, regi poculum porrigebat, officij lætitiæ foris agebat, sed interius lugebat, quia ciuitatē sanctā dirutam, & populum Dei inimicorū opprobrio afflictū meminerat. vñ. *Super flumina Babylonis illic sedimus, &c.* (Psalm. 136.)

struit. Vnde bene Artaxerxes lumen silentio tentans interpretatur. Lumen. n. vitæ dominus est, qui corda fideliū silētio tentat, dū eos aliquando dulcedine gratiæ cælestis illustrat, aliquando pressuris præsentis vitæ obnubilat, vt temporalibus aduersis eruditi, ardētius æterna bona desideret. Memorabilis hic annus quo Ierl'm ædificari permissa ē, & olim prophetia Danielis præsignatus dicēte ad eum angelo. E *Septuaginta hebdomades abbreuiatas cē super populū eius, & super ciuitatē sanctam.* (Dan. 9. f.) Et paulo post: *Ab exitu sermōis vt rūdeatur, & ædificetur Ierusalē vsque ad Christū ducē hebdomades septem, & hebdomadas. 72. erūt.* F Et paulo D

a *Si videtur, &c.* BED. Sicut per Cyrum primū Persarum regē Christus significatur, quia captiuitatē populi Dei soluit, & tēplum instaurari præcepit, ita per successorē eius Artaxerxem, q Ierusalē readificare eadem deuotione mādauit, ipsum accipimus, q ecclesiam per officiū prædicatorū construit. (Vbi sup.) B C

erat ante eum. Et leuaui vinum, & dedi regi, & † eram quasi languidus ante faciē eius. Dixitque mihi rex. Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotū non videā? Non est hoc frustra, sed malum (nescio quid) in corde tuo est. Et timui valde ac nimis, & dixi regi. Rex in æternū viue. Quare nō mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorū† patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? Et ait mihi rex: a Pro qua re postulas? Et oraui Deū cæli, & dixi ad regem. Si videtur regi bonū, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo ea. Dixitq; mihi rex, & regina, quæ sedebat iuxta eum. Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit ante vultum regis, & misit me. Et constitui ei tempus, & dixi regi. Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, vt traducant me donec veniam in Iudæam, & epistolam ad Asaph custodem † saltus regis,

† non eram solitus ferre tristitiā corā eo. † nisi malum cordis. (i. tristitia.) † patrum meorum, & infra. † Pomarij. (Ibidem. g.)

NICOLAVS DE LYRA.

* oppressione populi sui, & erat primus mensis anni Cū igitur rumores prædictos audiuerit an. 20. Artaxerxis, mēse. 9. eiusdē sequitur qd̄ qn̄ porrexit vinū regi, inceperat an. 21. Ad qd̄ dicēdū, qd̄ sicut dictū fuit Gen. 7. & Exod. 12. Cōis est opinio Iudæorū, qd̄ mundus creatus fuit in mense, qui vocatur apud eos Tisri. & partim corrūdet Septēbri nro, & partim Octobri. & dr̄ ille mēsis simpliciter primus apud Heb. & s'm hūc modū cōputandi Casleu est tertius mensis, & Nisan septimus, & cadunt in eodē anno. & isto modo fit hic cōputatio. Veruntñ qa filij Israel egressi sunt de Aegypto mense Nisā iō ex tunc ille mensis ex hoc euentu vocatus est primus, s'm qd̄ dr̄ Exo. 12. Et hoc mō cōputādo Casleu, & Nisan sequēs non fuit in eodē anno, sed Casleu est nonus mensis anni præcedentis, & Nisan sequens est principium anni sequentis. Et hoc mō procedit obiectio inducta, & iō non valet, quia hic accipitur principiū anni prout incipit à Tisri, licet aliquando accipiatur principium anni prout incipit à Nisan. 1 *Et leuaui vinum.* i. scyphū in quo erat vinū. 2 *Et dedi regi.* Quia hoc spectabat ad officiū Nehemiæ, cū esset pincerna regis, vt dictum est c. præce. 3 *Et eram qua. lan. ante.* Ex fletu, ieiunio, & oratione præcedentib. 4 *Quare vultus tuus tristis est.* Hoc dixit rex nō sibi compatiendo, sed magis de eo suspicando, ne meditaretur eum intoxicare, vel aliquē de sibi assistentibus, & (Quo mense mundus creatus.)

& pp hoc esset in facie mutatus ideo sequitur. 5 *Et timui val. ac ni. & dixi regi,* pp istā suspiciōnē regis. 6 *Rex in æter.* q. d. de morte tua nō cogito, sed magis vitā desidero. 7 *Quare non mœ. &c.* In hoc se excusat de apparēte languore, & iō bene subditur. 8 *Et ait mihi rex, pro qua re postu.* q. d. paratus sum concedere, quia voluntate Dei animus regis mutatus fuerat subito de indignatione contra Nehemiā ad eius beneuolentiā, secundum quod dr̄ Prou. 21. a. *Cor regis in manu dñi, quocunq; voluerit inclinabit illud.* 9 *Et oraui Deum.* eo quod sic conuerterat regis animū. 10 *Et dixi ad regem.* Ex verbo eius formando petitionem. 11 *Si vi. re. & c. pl. ser.* sapientib. sibi assistentib. de quorū consilio cuncta faciebat, vt habetur Esd. 1. 12 *Dixitque mihi rex.* Et s'm hoc vr̄, q. illud, q. sequitur. *vsque ad quod tēpus, &c.* sit verbum regis, & reginæ simul. In Hebræo aūt hr̄ sic. *Dixitque mihi rex, & regina sedebat iuxta eū.* Et sic est sensus, quod quando rex loquebatur Nehemiæ regina sedebat iuxta eum, & illud, quod sequitur. 13 *Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & qñ re.* Est verbum solius regis, & huic consonat litera sequens, cū dr̄. *Et placuit ante. vul. re. &c.* Sequitur. 14 *Et dixi.* Hic consequenter ponitur facultas, q̄ obtinuit cū dr̄. 15 *Si regi vi. bo. & c. trans flu.* Scilicet Euphraten. Et sic non solum impetrauit licentiam eundi, sed etiam securum conductum in via. 16 *Et epistolam ad Asaph custodem saltus regis,* idest nemorum regis. Vt

MORALITER.

† 1 *Et le. vi. & dedi. regi.* idest, acceptaui calicem salutaris.
3 *Et eram quasi langui.* In passione enim videbatur Christus fortitudinem amisisse, Esa. 53. a. *Vere languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit.*
4 *Quare vultus tuus tristis est, cum te ægro. non videam?* Aegritudines. n. quæ causantur ex inordinatione humorū, vel defectu naturæ, vel ex malo viuendi regimine non habuerunt locum in Christo, quia non valuissent ad opus redemptiōis tñ in eo fuit tristitia de malo culpæ, non suæ, sed alienæ, vtpote de culpa suorum discipulorum à rectitudine fidei declinantium, quia Petrus inter alios primus ipsum in sua præsentia ter negauit, & de culpa malignorum ipsum innocentem crucifigentium. Similiter in eo fuit tristitia de malo pœnæ mortis sibi imminentis, Matt. 26. d. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Ista tñ tristitia in nullo rationem perturbabat, sed magis per rationē excitabatur in parte sensitiua, vt sic esset meritoria. & humanæ naturæ veritatis ostensiua.
† *Nescio quid malum est in corde tuo.* Licet in corde Christi non fuerit malū culpæ, in eo tñ fuit malū pœnæ, sicut dictum est de tristitia, & illud malum dr Deus pater nescire, quia noluit ipsum amouere, orante Christo, Matth. 26. d. *Pater mi si possibile est, transeat à me calix iste.* Sicut, & fatuis virginib. dicitur, Mat. 25. a. *Amē dico vobis, nescio vos,* eo q. noluit eis apire.
7 *Quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt.* Sicut. n. Nehemias fleuit destructionem primam per Nabuchodonosor factā ita Christus fleuit destructionē secundam per Romanos fiendā, Luc. 19. g. *Videns Iesus ciuitatē sanctā Ierusalem fleuit super illam, &c.* Et adhuc magis dolebat de destructiōe ei⁹ spirituali,

spirituali, cuius reparationē facere desiderabat iō subditur.
11 *Si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iu.* Sic est in Hebræo. Et accipitur hic si, pro quia, quia Christus homo fuit, & est Deo patri valde placens, & dilectus, & sic ab eo missus ad reparationem spiritualis Ierusalem.
12 *Dixitque mihi rex, & regina.* Per hanc reginam pōt intelligi triūphans ecclesia, quæ magis est coniuncta Deo, quam militans, quæ tamen dicitur Dei sponsa, Cant. 4. d. *Hortus cōclusus soror mea sponsa, & cætera.* Illa vero, quæ fiunt in terris, & maxime ad salutem pertinentia, procedunt à Deo mediātibus sanctis angelis, ideo subditur.
13 *Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit ante vultum regis, & mi.* Tempus enim aduentus Christi ad opus nostræ redemptionis, à Deo fuit præordinatum ab æterno, & ab angelis sanctis in tempore, pro quāto sunt executores diuinæ dispensationis.
15 *Si videtur regi bonum epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen.* Duces isti possunt dici angeli sancti administratores eorum, quæ fiunt hic inferius, vbi habitant homines. Et dicitur regio trans flumen, quia descendendo est vltra locum aeris, in quo generantur nubes, & pluuiæ, vnde generantur flumina, propter quod locus iste flumen causaliter potest dici. Epistolæ vero Christi ad hos duces sunt authoritas, & potestas Christo datæ quib. angeli obediebant sibi. iō subditur.
† *Vt traducant me.* scilicet ministerialiter, Matth. 4. b. *Angeli accesserunt, & ministrabant ei.*
16 *Et epistolam ad Asaph custodem saltus regis.* qui interpretatur proficiens, ideo per ipsum significatur spiritussanctus, qui facit nos proficere eo modo loquendi quo dicitur ad Roma. 8. c. *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

Vt

A Et paulo post. *Confirmabit pactum multis hebdomada vna*, & in dimidio hebdomadis deficiet ho.& sacri. Incipiũt ergo hæ hebdomades à 20. anno Artaxerxis, quando ædificandi Ierlm licentiam dedit quo tẽpore, vt Iulius Aphricanus scribit, regni Persarũ. 125. anni fuerãt euoluti, & totidẽ vsq; ad Alexãdrũ magnũ, quãdo Darium occidebat, imperfecti remanebant. Captiuitatis enim Ierusalẽ cẽtesimus octogesimus, & quintus annus erat, & perueniunt vsque ad tempora dominicę passionis, per quam sacrificia legalia finita sunt. Habent. vero singulæ hebdomadæ septenos annos, & fiunt. ccccxc. secundum lunæ, scilicet cursum, ita vt singuli nouo, & insolito more non amplius, quam 12. B menses lunares habeãt. vnde angelus. 70. hebdomades nõ annumeratas, sed abbreuiatas super populum dicit, qui sunt anni solares. 475. de qua tota prophetę sententia plenissime, prout potui, in libro temporum edisserere curaui.

Beda vbi sup. a *Et audierunt.* Contristantur heretici, & omnes ecclesię inimici, quoties electos pro catholica fide, & vel morũ correctione, quib. ecclesię muri renouentur, cõspiciunt laborare. Notanda.n. est animorũ rerumq; diuersitas. Supra quidem dicti sunt, qui de captiuitate remãserant in Iudęa in afflictione magna, & opprobrio fuisse: Nehemias quoque longũ cũ C fletu, & precibus duxisse ieiunium, quia murus Ierusalem dissipatus, & portę combustę. Nũc autem versa vice hostes contristantur, & affliguntur, quia ædificia illius restaurãda, & D ciues ab insultatione hostiũ intelligunt liberandos, vñ. *Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gau.* Ioan. 16. d. Flente aũt mundo, qui gaudebat, tristitia iustorum vertitur in gaudium, cum res ecclesię crescere, & eos, qui peccando errauerunt, pœnitendo redire cognoscunt.

1 vt det mihi ligna, vt tegere possim portas templi, turres, domos, & 2 muros ciuitatis, & domũ, quã ingressus fuero. Et dedit mihi rex iux- 3 ta manum Dei mei bonam mecum. Et veni ad duces regionis trans 4 flumen, dediq; eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum princi- 5 pes militum, & equites. Et audierũt sanaballat Horonites, & Tobias a seruus †Ammanites, & cõtristati sunt afflictione magna, quòd venis- 6 set homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. Et veni Ierusa- † lem, & erã ibi tribus diebus Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecũ, & non indicaui cuiquam, quid Deus dedisset in corde meo, vt facerem in Ierusalem, & iumentũ non erat mecum, nisi animal cui inside- 7 8 bam. Et egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontẽ draco- 9 b nis, & ad portam stercoris. Et considerabam murum Ierusalem dissi- 10 patum, & portas eius cõsumptas igni. Et trãsiui ad portam fontis, & 11 ad aquæductum regis, & non erat locus iumento cui sedebã, vt tran- 12 siret. Et ascendi per torrentem nocte, & cõsiderabam murum, & re- 13 uersus veni ad portam vallis, & redij. Magistratus autem nesciebant, quo abijssem, aut quid ego facerem. Sed & Iudæis, & sacerdotibus, & 14 optimatibus, & magistratibus, & reliquis, qui faciebãt opus, vsque ad 15 id loci nihil indicaueram. Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua 16 c sumus, quia Ierusalem deserta est, & portę eius consumptę sunt igni. 17

†Ammonites.

b *Considerabam murum Ierus.* Diuersa destructæ vrbis loca lustrãdo peruagatur, & singula quomodo debeat reparari, solicite scrutatur. Doctorum quoque spiritualium est sæpius noctu surgere, & solerti indagine statum E ecclesię quiescẽtibus cęteris inspicere, vt vigilãter inquirãt, quo modo ea, quę vitiorũ bellis sordidata, vel deiecta sunt, corrigãnt, & erigant. Murus autẽ Ierusalem dissipatus iacet, & conuersatio fideliũ terrenis, & infirmis sordet affectibus. Portę sunt igni cõsumptę, cum hi, qui aliis introitum vitę pandere debuerant, relicto veritatis magistro communi, cum cęteris ignauia torpent, & temporalibus curis inseruiunt.

c *Quia Ierusalem deserta est.* BED. Plana sunt hęc, & spirituali sensu congrua, quia doctores, imo omnes, qui zelo Dei feruent, in afflictione maxima sunt, quãdiu Ierusalem, idest, visionem pacis, quam nobis Deus reliquit, & commendauit Esa. 60. bellis dissensionum cernunt esse desertam, & portas virtutũ quas iuxta Esaiam laudantes occupare debuerãt, pręualentibus inferorum portis deiectas, & opprobrio habitas. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt det mihi ligna, *gratis*, vt tegere possim portas tur. *idest templi, iuxta quam, scilicet, domum templi intendebat facere turrim ad maiorem templi securitatem.*

2 Et muri ciuitatis. *id est, ad tegendum portas, quas intendo facere in muro ciuitatis.*

3 Et do. quam ingres. fu. *id est, domum quam ædificare intendo pro habitatione mea.*

4 Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecũ. *Idest, directionem eius per suam gratiam.*

5 Et audie. &c. *Hic consequenter describitur Nehemiæ sagacitas, qua potestatem sibi concessam secretam tenuit vsque ad tempus debitum, non potuit tamen celare, quin venisset pro bono filiorum Israel cum esset de eorum gente, & hoc est, quod subditur.* Et audi. Sana. *Isti autem erant aduersarij Iudæorum.*

6 Et ve. Ie. & eram ibi tri. die. *antequam ostenderem ad quid venissem. vnde subditur.* Et non indi. cui. *Sequitur.*

7 Et iu. non e. me. &c. *Alij autẽ, qui erant cũ Nehemia, ibãt peditãdo, ne forte Iudæi, qui erãt in ciuitate, opinarentur quod vellent latẽter exire de nocte, & tradere ciuitatẽ hostib. & se eis ingere in equis.*

8 Et egressus sum per portã vallis, *i. q̃ ducit ad vallẽ Iosaphat.*

9 Nocte. *Quia nolebat, quod alii perciperent quid intenderet, donec possibilitatem reædificandi murum consideraret. ideo subditur.*

10 Et considerabam murum. *scilicet qualiter posset reædificari.* Et portas eius. *qualiter possent de nouo instituti.*

11 Et non erat locus. iu. cui. sedebam. *pp ruinas ibi existẽtes.*

12 Et re. veni. &c. *per quam exieram, vt patet ex prædictis, & sic patet, quod circumiuit totam ciuitatem, ad videndum diligenter qualiter murus posset reædificari.*

13 Magistratus au. *idest Gentiles, qui erãt positi ex parte regis ad custodiam terræ.*

14 Vsque ad id loci. ni. indi. *i. vsque ad illud tempus, ita q̃ accipiatur hic locus pro tẽpore, tenuit enim secretum, quod intẽderet reædificare ciuitatem, donec videret quid esset sibi possibile, ita q̃ nec Iudæis, nec Gẽtilib. qui eũ eduxerãt in via propositũ suum aperuerat.*

15 Et di. e. *Hic consequenter describitur voluntas, quã eis aperuit, quia postquã viderat reædificationem muri possibilẽ, licet difficilẽ, aperuit Iudæis voluntatem, quam habebat de restauratione muri, & gratiã, quam super hoc habebat à rege, inducens eos ad opus, & dicens.*

16 Vos nostis affli. in qua sumus. *Quia Samaritani, & alii Gentiles multas eis molestias inferebant. Cuius causa subditur.*

17 Quia. Ie. de. est. *Et sic aduersarii poterant eam inuadere de facili, tum quia habitatores eius erant pauci, tum quia portæ erant destructæ, & muri in pluribus locis dirupti.*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Vt det mihi ligna, vt tegere possim portas.* Per quæ possunt intelligi spiritussancti dona, quibus Christus texit portas tẽpli, i. protexit ecclesiam, & muros ciuitatis, idest, apostolos, & eorum successores, propter quod è contrario malis prælatis dicitur Eze. 13. a. *Non opposuistis vos murum pro domo domini.*

3 *Et domum, quam ingressus.* Per quã intelligitur virgo beata, quæ spiritussancti charismatibus præ cæteris fuit tecta.

5 *Et audierunt Sa. Ho. &c.* Per istos intelliguntur sacerdotes, scribæ, & Pharisæi, q̃ Christũ, & Apostolos impedire conati sunt in ædificio ciuitatis Dei, quæ est ecclesia, sicut patet ex decursu euangelij.

6 *Et veni Ierusa. &c. tri. die.* Per quos significantur tres anni, secundum illud Eze. 4. b. *Diem pro anno dedi tibi.* quibus Christus prædicauit in Ierusalẽ metropoli Iudææ, & in locis circum adiacentibus.

† *Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecũ, & non. &c.* Et de Christo scribitur Lucæ. 6. *Et erat pernoctans in oratione Dei,* scilicet, pro reparatione ecclesiæ quantum ad muros fidei, & virtutum.

A Venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non † simus vltra opprobrium. Et indicaui eis ma-[1] num Dei mei, quod esset bona mecum, & verba regis, quæ locutus est mihi, & † aio, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt[2] manus eorum in bono. Audierunt autem Sa-[3] naballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & Gosem Arabs, & subsannauerunt nos,[4] & despexerunt, dixeruntque. Quæ est hæc res[5] quam facitis? Nunquid contra regem vos re-[6] bellatis? Et reddidi eis sermonem, dixique ad[7] eos: Deus cœli ipse nos † iuuat, & nos serui eius[8] sumus. Surgamus, & ædificemus. Vobis autem[9] non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalē.[10] D

† dixerunt. † prosperare facit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et indicaui eis manum Dei, &c. *i. directionē eius, & gratiā.*
2 Et confor. sunt ma. e. *quia parati fuerant ponere manū ad opus.*
3 Audierunt autem, &c. *Iste erat princeps Samaritanorum, & alij adiuuabant eum.*
4 Et subsannauerūt nos. *idest, deriserunt. Et dicitur subsannatio. à naso rugato, vel distorto, cū aliquis in deridendo vtitur talib. signis.*
5 Quæ est hæc res, quam faci. *q.d. non est vobis licita. Et subiuitur causa.*
6 Nunquid con. re. vos rebel. *q.d. Etiam apparet manifeste, quod sic, ædificando, scilicet, contra eum fortalitia.*
7 Et reddidi eis sermonem. *rationabiliter respondendo, quia non erat, ita cum hoc fieret de regis licentia.*
8 Dixique ad eos. *scilicet, repellendo eorum malitiam.*
9 Deus cæli ipse nos iuuat. *Et ideo non debemus vos timere.*
10 Vobis autem non est pars. *Quia Samaritani non poterant ostendere ex aliqua scriptura, quæ deseruit memoriæ, quod ipsi, vel patres eorum habuissent ibi partem, nec per consequens habebant ius aliquid reclamandi, & ideo ad ipsos nihil pertinebat de reædificatione ciuitatis, vel eius impedimento.*

MORALITER.

† *Venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus vltra opprobrium.* Verbū est Christi ad suos discipulos ad ædificationē ecclesiæ per prædicationem, & vitam bonā inducentis eos.
6 *Nunquid contra re. vos rebel.* Verba sunt scribarum, & Pharisæorum Christo, & discipulis eius rebellionem imponētiū. Primò contra regē cælestē, imponēdo eis diuinæ legis trāsgressionē, vt patet in pluribus euangelij locis. Secundo contra regem terrenū, dicentes Pilato Luc. 23. a. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dara Cæsari, et dicentem se regem Christum esse.* B
8 *Dixitque ad e. Deus cæ. ipse. n.* propter quod non potuerunt Pharisæi, & scribæ ædificium ecclesiæ impedire, sicut dixit Gamaliel Act. 5. g. *Si vero ex Deo ē hoc opus, nō poteritis dissoluere.*
10 *Vo. au. non est pars, et iu. & me. in Ie.* Hoc dicit Christus quātū ad illos, qui remanserunt in peccatis obstinati, qui sunt exclusi ab ecclesia militante, & et triumphante, de qua dicitur Gal. 4. d. *Illa, quæ sursum est Ierusalem libera est, quæ est mater nr̄a.* E

CAP. III.

Beda lib. 3. exposi. ... [illegible]

Et surrexit Eliasib sac. idest, pōtifex temporis illius filius Ioacim, qui post patrem suum Iesum filiū Iosedec, non paruo tempore pōtificatū tenuit. Et recte restauratio ciuitatis à sacerdote magno & fratribus eius cœpit, vt qui gradu præcesserant, ordinis exemplū fierēt alijs in bonis operibus. Et benè ædificantibus sacerdotibus adiungitur:

CAPVT III.

a Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdo-[1] tes, & ædificauerunt portam gregis. Ipsi † sanctificauerunt[2] eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim † centum[3]

a ¶ Quia sacerdotum est, opera sua sanctificatione speciali præ cæteris digna facere, & instanter agere: vt qui sibi iunguntur, nomen domini in se bene viuendo sanctificent.

† vel instaurauerunt.

Et vsq; ad turrim cen. cu. sanctifi. eam vsq; ad tur. Ana. Aedificant enim sacerdotes in centenario numero cubitorum, cū oēs quos erudiunt, in amore, & desiderio æternorum incendūt. Nam centum, quæ in computo digitorum de lęua transeūt in dexteram, cęlestia bona figurant, quę comparatione terrenorum quasi dextera ad sinistram sunt.

b *Et ædifica.* BEDA. Vetus translatio hēt. Et ædificauerunt portam, & piscinam probaticam, cuius nominis meminit Ioan. dicens *Est autem Ierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Heb. Bethsaida, &c.* Neque aliquid obstat intelligere ipsum locū hic esse designatū, quia nec nomen, probaticæ, multū distat a nomine gregis. Gręce. n. ouis probaton dicit. Meminit huius loci Hiero. in libro locorū, dicēs: Bethsaida piscina est in Ierusalē, q̄ vocatur probatica, & interpretatur à nobis pecualis. Hęc quondā quinque porticus habuit. Ostendunt quoque gemini lacus, quorū vnus hybernis pluuijs impleri solet, alter mirū in modum rubens, quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur. Nā hostias in eo lauari à sacerdotibus solitas ferunt, vnde & nomen accepit. Ex quib. omnibus videtur porta gregis vicina esse piscinæ probaticæ, vt per hanc hostiæ efferantur, & in illa lauentur. C

Ioan. 5. a.

BEDA. Vr̄ iuxta literam ideo primam portā gregis à sacerdotibus ædificatam, vel sanctificatā esse, quòd in vicinia ipsius tēpli fuerit, & ad ipsos proprie ptinuerit. Cōgruere enim videtur, vt ædificatio ciuitatis à tēplo incipiat, quia necesse est, vt constātiam fidei, & dilectionis in Deum ante oīa construamus in nobis, deinde opera pietatis, q̄ ad proximi dilectionē pertineant, addamus. tertio, i. vltimo loco, quę ad generalē hui⁹ vitę prouisionē respiciunt. De quibus Apostolus. *Habentes,* inquit, *victum, & quibus tegamur his contenti simus.* Hoc quoq; probabile vr̄, quod ex eo porta gregis dicatur, quia per eam pecora in templo offerenda introducebantur. Portā. n. gregis in primordio ædificandę ciuitatis Dei sacerdotes ędificant, cū prędicatores ante omnia auditores suos fide veritatis, q̄ per dilectionē operatur, imbuunt, per quā victimas bonorū operū introducāt, & in altari cordis Deo offerāt. Et huius portę ędificiū per centū cubitos extēsum vsq; ad turrim Ananehel, i. gratię Dei sanctificāt, cū ab initio fidei vsq; ad firmitatē bonę actionis, q̄ nō nisi Deo inspirante, & auxiliāte pficitur, sola internę retributionis intentione protēdunt

1. Tim. 6. d.

c *Portam gregis.* Quę, s. respicit Ioppen, & Diospolim, id est, Lyddam, vicinior mari inter cunctas vias Ierusalem, q̄ nunc porta Dauid fertur appellari, & esse prima portarum ad Occi- F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

Diuisio.

Et surrexit. *Descripto aduētu Nehemiæ, hic consequenter describitur ciuitatis reædificatio. & primo describitur hmōi ædificiū, secundo triplex superueniens impedimentū 4. c. Circa primum sciēdū, quòd sicut dictum fuit 3. Reg. 3. c. et 5. Reg. 22. ciuitas Ierusalē fuerat clausa triplici muro. Intra murū interiorē habitabant rex, & sacerdotes. intra secundū prophetæ, & nobiles, intra tertiū, siue exteriorē populus com munis, & artifices. Primo ergo hic agitur de reædificatiōe muri exterioris, scdō muri medij, ibi.* Et ędificauit iuxta cū Azer. *tertio muri interioris ibi.* Sursum autem. *Prima autem diuiditur in sex partes, secundum sex portas Ierusalem quas principales ædificauerunt, & alias portiones muri interpositas, & patebunt partes prosequendo. Circa primum dicitur,*

1 Et

1 Et surrexit Eliasib sacerdos. *Iste fuit filius Iosue filii Ioacim filii Iosedec, vt communius tenetur. Aliqui tamen dicunt, quod fuit frater dicti Ioacim, & successit ei in sacerdotio.*
2 Et ędificauerunt portam gregis. *sic nominatam, eo quod animalia, quæ adducebantur in templo, vt immolarentur, transibant per eam. Vocata est etiam hæc porta negotiatorum, quia negotiatores iuxta eam ponebant stationes mercationum suarum.*
3 Ipsi sanctific. eam. *i. firmauerunt seu præparauerunt. Verbum. n. Hebraicū, qd hic ponitur, æquiuocum est ad sanctificare, & præparare.*
4 Et statuerunt valuas eius. *idest, portas. Et dicitur à voluo vis, quia voluuntur, & reuoluuntur in clausione, & apertione.*
5 Et vsque ad turrim centum cubitorum. *idest, tantum ædificauerunt in muro iuxta portam.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et surrexit Eliasib sa. mag. & fra. eius sa.* In hoc capitulo agitur de ędificatione Ierusalē, in qua fit specialis mētio de sex portis, quę fuerunt in exteriori muro claudēte Ierusalē, per

tur

A Occidentem montis Sion. Huic opinioni consentire vñr verba dierum, vbi scriptum est de Manasse rege Iuda. *Post hoc ædificauit murũ extra ciuitatẽ Dauid ad Occidentẽ Gio in cõualle ab introitu portæ piscium per circuitũ vsque ad Ophel, & exaltauit illum vehementer.*

Typice. Beda vbi sup. TYPICE autem sicut grex significat domini fideles, sic & pisces solent appellari. Vnde: *Pasce oues meas.* Et: *Venite post me, faciã vos fieri piscatores hominum.* De quibus dicitur: *Elegerunt bonos pisces in vasa, malos autem foras misẽ.* &c. Porta ergo piscium ædificatur, cum illis virtutum operibus fideles deseruiũt, quibus intuentes proximos à fluctibus perturbationis, & cõcupiscentiæ mũdialis ereptos, ad tranquillitatem, & pacem vitæ spiritualis introducant. Porta piscium ædificatur in Ierusalem, cũ illi gradus in ecclesia ordinantur, per quos electi à reprobis quasi boni pisces à malis segregati ad consortium perpetuę pacis inferãtur. Meminit huius portę Sophonias, dicens. *Vox clamoris à porta piscium, et vlulatus à secunda.* Secundi aũt muri in eodem climate portã significat distantem à secunda. Temporibus aũt Ezechię duplicatum fuisse murum ciuitatis verba dierum sic ostẽdũt. *Aedificauit quoque agens industrie omnem murum, qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum.*

Ioan. 21. d. Matt. 4. c. Ibidem. Soph. 1. c. 2. Par. 32. a.

Typice. TYPICE autem iste Sophonias vocem clamoris à porta piscĩũ, & vlulatum audiuit à secunda, qa ab hostib. vtramq; deijciendam pręcognouit. Fidẽ enim, & opera doctorũ per quę ab vndis vitę corruptibilis cæteros erui, & in ecclesiam oportebat induci, vidit diaboli insidijs terræ esse sternenda, id est, per appetitũ terrenæ voluptatis cælestib. gaudijs esse priuandos. Bene aũt ab vtraque porta, prima, scilicet, & secunda, interiori, & exteriori, vocẽ clamoris, & vlulatus audiuit, qa exterius opera, & intus corda diabolo impugnãte vidit subuertenda. Sed qa dominus erigit elisos, Nehemias portam

cubitorum sanctificauerunt eã vsque ad turrim Ananehel. Et 1 iuxta eũ ędificauerunt viri Iericho, & iuxta eos ędificauit Zachur filius Amri. Portam autem piscium ædificauerunt filii 2 a Asnaa, & ipsi † texerunt eã, & statuerũt valuas eius, & seras, 3 & vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth fili⁹ Vriæ, filii Ac 4 cus. Et iuxta eũ ædificauit Mosollã filius Barachiæ, filii Mesezabel. Et iuxta eũ ædificauit Sadoch filius Baana. Et iuxta eũ ædificauerunt Thecunei. Optimates aũt eorum nõ supposue 5 b runt colla sua in opere domini Dei sui. Et portã veterem ædi 6 7 ficauerunt Ioiada filius Phasea, & Mosollã filius Besodia, ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes. Et iuxta eos ædificauerunt Melchias Gabaonites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaon, & Maspha, pro duce, qui erat in 8 regione trans flumen. Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex. Et iuxta eũ ædificauit Ananias filius † pigmen-

a ¶Consummauerunt. b ¶Quibus patefactis ciues, vel hostes ingredi, vel egredi possunt. c ¶Ex aduersis. d ¶Quibus arcentur hostes.
a ¶Munimina diligentiæ.

D portam piscium post ruinam narrat instauratam, quia si aliqui prædicatorum peccando corruerint, non deerunt vsq; in finẽ seculi, qui succedentes portas iustitiæ domino adiuuãte fidelibus bene viuendo, & prædicando aperiant.

Beda vbi sup. a *Ipsi texerunt.* Hic versus etiã de cæteris portis, quæ ædificatæ sunt, repetitur, quia necesse est, vt quicũque structuram boni operis inchoauerit, vsq; ad tectũ bonæ perfectionis perducat, & munimina custodiæ solertis, quasi valuas, seras, & vectes statuat. Valuæ enim in portis statuũtur, vt eis congruo tempore patefactis, ciues intrandi, & excundi facultatem habeant. Seræ, & vectes, vt obseratis ianuis hostis intrare non possit. Sic in bonis operibus valuæ sunt apponendæ, vt conciues, i. proximi nostri hæc videntes glorificent patrẽ, qui in cælis est, & ipsi quoque per exẽpla nostra incedere, & mœnia virtutum nobiscũ disciant intrare. Sunt & seræ, & vectes contra insidias, & irruptionẽ hostium apponendæ, vt diligenti vndiq; muniamur industria, ne forte arcẽ uirtutis hostis intromissus expugnet unde. *Frater, qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi vectes vrbium.* Cum ergo vterque populus Iudæorũ, s. et gentium fraterna sibi in Christo charitate consentit, unã ecclesiã, s. ciuitatem Dei ædificant, & sicut uectes urbiũ portas muniunt, ita dogmata ueritatis ecclesias per orbem, quę unam catholicam faciunt, ab infidelium incursione defendunt. Item seras uectesque portę nostrę statuimus, cum pręcauemus ne arcana fidei nostrę porcis, & canibus, i. immundis mentibus prodamus, uel humani gratia fauoris iustitiã nostram faciamus, eosque ad uidenda bona nostra intromittamus, qui plus periculi nobis laudando afferant, quam salutaris adminiculi à nobis uidendo referant.

† contignauerunt. E Matthæ 5. b. † vel Hiriehim, (vt sit nomen propriũ) Prou. 18. c.

b *Et portam veterem.* De qua dicit Ioannes. *Charissimi, non mãdatũ nouum scribo vobis, sed vetus, quod habuistis ab initio.* Mãdatũ vetus

1. Ioan. 2. a. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho. *scilicet, in muro, et sic de alijs intelligendum est.*

2 Portam autem piscium. *Hic agitur de ædificio alterius portæ muri consequentis, quæ sic vocabatur, eo quòd pisces apportati de mari per illam inferebantur, & nunc dicitur porta Dauid, eo quòd sita est in opposito montis Sion, qui vocabatur ciuitas Dauid.*

3 Ipsi texerunt eam. *structura lignea, vt murus desubtus melius seruaretur.*

4 Et iuxta eum ædificauerunt Thecunei. *idest, de Thecua, vnde fuit Amos propheta.*

5 Optimates autem eorum, &c. *idest, principales, & maiores de Thecua.*

6 Non supposuerunt colla sua. *& sic commendantur vulgares magis, quàm sup riores. Et similes sunt isti maiores illis, qui præsidentes alijs imponunt eis onera grauia, & importabilia, & digito suo nolunt ea mouere.*

7 Et portam veterem, &c. *Hæc est tertia pars, & nominatur alibi ista porta, iudiciaria, quia senes in quibus est sapientia, ibi sedebãt ad iudicandum.*

8 Pro duce, qui erat in regione trans flumen. *quia ille ex deuotione voluit aliquid in hoc opere ponere, licet esset Gẽtilis, executionem tamen huius operis commisit Iudæis.*

MORALITER.

quam secundum sensum anagogicum intelligitur Ierusalẽ superna, ad quã intratur per obseruationẽ mandatorũ Dei. Matt. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Propter, qđ illa quę inducuntur ad mãdatorum obseruantiã, portę Ierusalẽ dici possunt. Circa quod sciendũ, quod mãdatorum aliqua sunt negatiua a malo retrahentia, sicut illud. *Non occides*, & cõsimilia. Aliqua vero affirmatiua ad bonũ inducẽtia, sicut illud: *Honora patrẽ tuum, & c.* Igit̃ illa, q̃ retrahunt a malo, & illa, q̃ ad bonũ inducunt, portę supernæ Ierusalẽ dici possunt secundũ illud Psal. 36. *Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculũ seculi.* Retrahentia vero a malo tria sunt spãliter, scilicet, vitii fœtor, iudicij terror, supplicij horror. Primũ significat̃ per portam sterquilinij, secundum per portã iudiciariam, tertium per portam vallis, quia secundum oẽs doctores de hoc loquentes supplicium gehennæ ponitur in pfundis terræ. Inducẽtia autem ad bonũ tria sunt similiter, et accipiunt̃ per oppositum ad tria prædicta. sunt autem hæc tria, decor opis, dulcor fœderis valor muneris. Nã opus virtuosum operantẽ decorat, Deo fœderat, & æternã beatitudinẽ meretur seu comparat. Primũ significatur per portam Dauid, cuius est interpretatio, vultu desiderabilis. Secũ per portã fontis, vel aquarum, nã aquæ gratiæ fœderant Deum cum homine. Tertiũ vero significatur per portam negotiatorum, quia per opera virtutum pro terrenis commutantur celestia, & pro temporalibus æterna, in qua commutatione seu negotiatione nos exercere velit Dominus noster Iesus Christus, qui dicit Luc. 19. b. x. *Negotiamini, dum venio.*

Retrahentia à malo, & inducentia ad bonum.

etus est verbum quod audistis. Porta vero vetus ædificatur in Ierusalem, cum verbum fidei, & dilectionis, quod ab initio ecclesiæ traditum est, vel recuperatur in errantibus, vel in nuper credentibus instituitur.

a *Ad murum.* firmitatem, i. & munimentum perfectæ dilectionis in cordibus electorum, ad quã instructores eius ædificando perueniũt, cũ in operib. charitatis perficiendo dicũt. *Viã mandatorum tuorũ cucurri, &c.* illa, scilicet dilatatione mẽtis illustrate, que, & amicum in Deo, & inimicum diligunt propter Deum.

(Psalm. 118 d.)

struxerunt. Millenarius .n. perfectionem, cubitus operationem, quæ per manus fit, & brachia significat, & illi in muro sanctæ ciuitatis à porta vallis vsque ad portã sterquilinij mille cubitis ædificando perueniunt, q. percepta humilitatis gratia tanta se industria ꝑfectionis bonis operibus mancipãt, vt omnia a se rudera actionis noxiæ inutilis locutionis, & etiam superfluæ cogitationis eijciant.

a tarii, & † dimiserunt Ierusalem vsque ad murum plateæ latioris. Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Ahur princeps vici Ierusalem. Et iuxta eum ædificauit Iedaia filius Aromath contra domum suam. Et iuxta eum ædificauit Hattus filius Asebonіæ. Mediam autem partẽ vici ædificauit Melchias filius Erez, & Asub filius Phethmoab, & turrim furnorum. Et iuxta eos ædificauit Sellum filius Aloes, princeps mediæ partis vici Ierusalem. Ipse, & filiæ eius Et portam vallis ædificauit Annun, & habitatores Zanoe, ipsi ædificauerũt eam, & statuerunt valuas eius, et seras, et vectes. Et mille cubitos in muro vsque ad portam sterquilinii. Et portam sterquilinii ædificauit Melchias filius Rechab princeps † vici Bethacharẽ. Ipse ædificauit eam, et statuit valuas eius, et seras, et vectes. Et portam fontis ædificauit Sellum filius Colozai princeps pagi Maspha, ipse ædificauit eam, et texit, et statuit valuas eius, et seras, et vectes,

(† instaurauerunt. † vici.)

a ¶Perfectam operationem. b ¶Qui scilicet, sordes vitiorum, & corruptæ mentis eijciunt ab aĩa.

a ¶Per quam rapientes pluuiæ abundantia, egeruntur cũctis stercora. ¶Doctores, qui fidem Trinitatis prædicant. b ¶Syloe. ¶Dei patris de quo filius nascitur.

a ¶Vici.

a ¶Firma scr pturæ testimonia, quibus sacramentum dominicæ incarnationis prædicatur.

B b *Et por. val.* BEDA. Vallis Iosaphat, que & Gehennon, idest, vallis Ennon dicebatur ad Orientalẽ plagam ciuitatis est, per quam torrẽs Cedrõ pluuijs, vel niuibus auctus, à Septentrionali in Australẽ plagam defluit. In Occidentali quoq; parte eiusdem ciuitatis vallis Giõ esse legitur in Parali. vbi de Manasse rege dicitur. *Post hæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad occidentem Gion in conualle.* Est autem Gion nomen fontis vbi vnctus est Salomon in regem foris ciuitatem. Siue ergo hanc, siue illam, siue quamlibet ciuitatis vallem Esdras hoc loco significet.

(Vallis Iosaphat. 2. Par. 33. c.)

MYSTICE. Porta vallis ædificatur in Hierusalẽ, cũ imbutis nuper notitia fidei electis, vel reparatis ĩ castitate fidei, q errauerãt à doctorib. veritatis inter alia virtus humilitatis C obseruanda ꝑcipitur, per quam maiore Dei gratia sublimari mereantᷣ. *Deus .n. superbis resistit, humilibus dat gratiam.* vnde. *Cõualles abundabunt frumento.* i. humiles dono supernæ refectiõis.

(Mystice. Beda vbi supr. Iaco. 4. b. Psal. 64. c.)

Et portam vallis. BED. Bene post portam veterem, & murum latioris plateæ ædificatur porta vallis, quia post rudimẽta catholicæ fidei, quæ per dilectionem operatur, necesse est vt humilitas nobis quasi custos virtutum tenenda insinuetur, vt quanto magni sumus, humiliemur in omnibus.

c *Et mille.* BEDA. Ferũt, quia situs vrbis Hierusalẽ, ita molli cliuo contra Orientẽ simul, & Occidentẽ dispositus vergat vt pluuia ibi decidens instar fluuij p orientales portas defluẽs cunctis secũ platearũ sordibus raptis, in valle Iosaphat torrentẽ Cedrõ augeat. Videtᷣ porta sterquilinij illa vacari, per quã sordes, & immunditiæ solent egeri, nec minoris virtutis, & vtilitatis est immunda quæque de ciuitate dñi efferri, quã munda inferri. Portã ergo sterquilinij in Ierusalem ædificant, qui illos in ecclesiæ ministerium ordinant, per quos vitiorũ sordes ab electorũ mentibus expurgentur, & corruptæ mentis homines ab ecclesia arceantur, iuuante eos, & eneruante omnem impuritatẽ imbre gratiæ cœlestis, vt disperdantur de ciuitate dñi omnes, qui operantur iniquitatem. Et quia magnæ perfectionis est, cum quis humilitate adeo ꝑficit, vt erratus suos viuaciter inspicere, & efficaciter valeat expurgare, recte dr, quia qui portam vallis ædificauerunt mille cubitos in muro vsque ad portam sterquilinij cõstruxerunt.

(Psal. 6. c.)

d *Et portã fontis ædificauit Sellũ filius, &c.* BEDA. Narrant scriptores, quòd ab ea fronte montis Sion, quę prerupta rupe Orientalem plagam aspectat, intra muros, & in radicibus collis fons Syloe prorumpit, qui in meridiem fluit, non iugibus aquis; sed incertis horis diebusque ebullit, & per terrarum concaua, & durissimi saxi antra magno sonitu vẽit, quo vno, nec ꝑpetuo vtitur ciuitas. Syloe autem, quod interpretatur missus, vbi cęcus natus illuminatus est, Christum significat, qui à Deo patre ad illuminationem nostrã missus est, cuius fons pater ex quo natus est, intelligi põt. De quo: *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lu.t. vi. lumen.* Porta fontis ædificatᷣ in Ierusalẽ, cũ ordinantur in ecclesia doctores, q fidẽ diuinæ Trinitatis populis predicent, & muri piscinę Syloe, cum firmissima, & inexpugnabilia scripturarũ testimonia, quib. sacramentũ dominicę incarnationis designatur in mente fideliũ disponuntur. Qui, s. muri diuini verbi in hortum regis perueniunt, cũ agnitis dispensationis dominicę mysterijs germina virtutũ summo rege opitulante † ꝑferre cœperimus. Perueniunt vsq; ad gradus, q descendunt de ciuitate Dauid, cũ quis à generali fidelium vita spiritualib. desiderijs ad cęlestia proficere didicerit. Gradus enim, qui de ciuitate Dauid ad inferiora Ierusalẽ descẽdunt, diuinę inspirationis, vel protectionis auxilia sunt, quib. paulatim excitamur, vt ad media regni cœlestis perueniamus. Fecit .n. gradus Dauid, quibus ad ciuitatẽ eius ascendimus, cum diuina nos pietas ordinem docuit virtutũ, quibus cœlestia petimus cum ipsas virtutes exequendi nobis donũ tribuit. vñ. *Ascensiones in corde suo disposuit.* Et paulo post. *Ibunt de virtute ĩ virtutẽ, videbitur Deus deorum in Siõ.* Ad hos ergo gradus structores sanctę ciuitatis post muros piscinę Syloe, & post hortũ regis ędificando perueniunt, cũ post ostensa dominicę incarnationis mysteria, vel sacramenta, quibus cęca à natiuitate Gentilitas absoluta, & illuminata est, post inchoata p fidem germina boni operis doctores sancti diligentius ex tẽpore auditoribus suis profectus virtutũ ostendant, quibus ad visionem conditoris manu fortis, s. & desiderabilis, (quo vocabulo Dauid significatur) ascendant. Quos gradus maxime in humilitate consistere pater Benedictus intelligit, cũ in scala patriarchæ Iacob ostensa angelis per eã ascendentib. & descendentib. iter nostrũ ad cœlestia designatum interpretans

(Syloe fons. Psal. 35. c. † proferre. Psal. 83. b. Ibidem. Gene. 28.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dimiserunt Ierusalem vsque ad murum, &c. *idest, murũ eius extenderunt.*

2 Et portam vallis edificauit Annun. &c. *Hæc est quarta pars sic autem vocabatur, eo quod per eam erat egressus versus vallem Iosaphat, vt dictum est cap. præcedenti.*

3 Et mille cubitos in muro, &c. *iuxta illam portam.*

4 Et portam sterquilinij ędificauit, &c. *Hæc est quinta pars, & vocabatur sic ista porta, eo quòd immunditiæ ciuitatis per illam emitt ebantur in torrentem Cedron tempore pluuiali, ciuitas enim Ierusalem sita est in decliui montis, & ideo aquæ pluuiales descendentes, & secum trahentes immunditias ciuitatis habebant cursum versus illam portam.*

5 Et portam fontis, &c. *Hæc est sexta pars, & nominatur sic porta ista à fonte propinquo, & hæc porta infra eodem cap. vocatur porta aquarum,*

1 Et

pretans, gradus ipsius ecclesiæ incrementis & profectibus bonorum operum, quæ per humilitatem fiunt comparans.

a *De ciui. Dau.* Ciuitas Dauid iuxta literã mons Sion appellatur, qui à meridie positus pro arce vrbi supereminet, & maior pars ciuitatis infra mõtẽ iacet in planicie humilioris collis sita. Vnde in libro regum: *Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid.* Et paulo post: *Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam ciuitatem Dauid.*

e *Et ædific. &c.* Bed. Hucusque primus ciuitatis murus extruitur, hinc mensura secũda .i. muri interioris incipit. Vnde dicitur: *quia plurimi fecerũt vnusquisque contra domum suam ædificauerunt.* Muro .s. interiori domus ciuitatis plurimæ vel vicinæ erant vel iũctæ. Post constructionẽ ergo muri exterioris, sequitur in nostra ciuitate secundi mensura muri, cum post operum & linguæ perfectionem quæ omnibus apparere potest, magis in interioribus mẽtis Deo placere cõtendimus, ne quid in animo cõcipiamus, in quo interni arbitrij oculos offendamus.

a ¶ Quod interpretatur missus hic est Christus ad illuminationem nostram à patre missus. b ¶ Eos scilicet qui opitulante summo rege proferant germina virtutum. c ¶ Auxilia diuinæ inspirationis vel protectionis, vel incrementa bonorum operum quæ per humilitatem fiunt.

& muros piscinæ † Syloe in hortum regis, & vsque ad gradus [1] qui descendunt de ciuitate Dauid. Post eum ædificauit Nehemias filius Asboth princeps dimidiæ † partis vici Bethsur vsq; contra sepulchrum Dauid, & vsque ad piscinam quæ grandi opere constructa est, & vsque ad domum fortium. Post eum [2] ædificauerunt Leuitę Reum filius Benni. Post eos ædificauit Asebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo. Post eum ædificauerunt fratres eorum, Bechui filius Enedad, princeps dimidiæ partis Ceilę. Et ædificauit iuxta eum Azer filius [3] [4] Iosue, princeps Maspha, mensuram secundam, contra ascen- [5]

a ¶ Calesti.

a ¶ Murum secundum, id est, mentis firmum munimentum.

sum † firmissimi anguli. Post eum † in monte ædificauit Ba- [6] ruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo vsque ad [7] portam domus Eliasib sacerdotis magni. Post eum ædificauit Merimuth filius Vriæ, filij Haccus, mensuram secundam à porta domus Eliasib, donec † extenderetur domus Eliasib. Et post eum ædificauerunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis. Post eos ædificauit Beniamin & Asub contra domũ suam. Et post eos ædificauit Azarias filius Maasiæ filij Ananiæ contra domum suam. Post eum ædificauit Benaui filius Hennadad mensuram secundam, à domo Azariæ vsque ad † flexuram, & vsque ad angulum. Post eum ædificauit Phalel filius Ozi, contra flexuram & turrim, quæ eminet de domo regis excelsa, † id est in atrio carceris. Post eum Phadaia filius Pharos Nathinæi autẽ habitabãt in Ophel vsq; cõtra portã aqua- [8]

a ¶ Professione perfectioris vitæ Deo dicati. ¶ Munimine & altitudine virtutum.

b *Ædificauit Nehemias filius Asboth, &c.* Beda. Post portam fontis & muros piscinæ Syloe qui in hortum regis & vsq; ad gradus qui descendunt de ciuitate Dauid perueniũt, etiam vsque contra sepulchrum eius mensura ciuitatis sanctæ protenditur: quia qui fidem sanctę trinitatis prædicat, & dispensationem diuinæ incarnationis & fructificationem Christo adhærentis ecclesię, de qua dicitur: *Hortus conclusus soror mea. &c.* Non eis tantùm gradus bonorum operũ quibus ascendant in cœlum, sed & dominicam passionem debet insinuare, vt per eum qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, se quoque de regione & vmbra mortis ad vitam resurrecturos, & ad regnum cæleste ascensuros cognoscant.

c *Contra se. Dau.* Nota Dauid non in Bethlehem vt quidam putant, sed in Ierusalem esse sepultũ certa ratione mysterij. Sicut enim in Bethlehẽ natus & in regẽ vnctus Christũ ibi dem nasciturũ de suo semine, & à Magis sub persona regis adorandum figurauit, ita in Ierusalem defunctus & sepultus ipsum in eadem ciuitate passurum ac sepeliendum.

d *Ad pisci.* Piscinam scripturam .s. diuinã, quæ sancti spiritus opere confecta, absolutionẽ nobis peccatorum & salutare poculum ministrat, quæ si à dño nobis in vinum .i. in spiritualẽ sensum fuerit cõuersa, gratiori nos suauitate inebriat veritatis, vbi etiã est domus fortium, quia quicũque crebris diuini eloquij fluentis audiendo & operando reficiunt, cõtra oẽs insidias diaboli fortes redduntur. Post sepulchrum ergo Dauid piscina grandi opere cõstructa locat, cui domus fortium contigua est, quia per passionem dñi scripturarum nobis abyssus patefacta est, per quarum affluentiã corda fideliũ roborata, & ciuitas Christi cunctis hostibus inexpugnabilis facta est. Deficientibus enim vel ablatis ab hoste aquis, facilẽ capitur ciuitas, & si hostis antiquus fontem nobis abstulerit verbi Dei, continuò arcem mentis rumpit.

e *Et*

f *Contra ascen. &c.* Hic est Christus qui in fide sua & dilectione Iudæorum populũ adunauit & gẽtium: vnde lapis angularis dicitur. Contra cuius ascensum mẽsura secunda ędificatur, cũ per munditiam piæ cogitationis ad visionem eius tendimus, cum etiã in hac vita retenti crebro visionis eius desideriõ suspiramus. Sequuntur plurimi structorum ordines, qui mensurã secundam ędificasse narrantur: quia maxima ecclesiæ structura est in munimine interioris virtutis, cum, scilicet, omni custodia munimus cor nostrũ, quoniam ex ipso vita procedit. Singula verò ad intelligentiam spiritualem trahere nimis longum est.

g *Nathinæi.* Dñi Gabaonitę, qui in ministerium domus dñi iuxta dispõnẽ Iosue filij Nũ fideli deuotione seruiebãt.

h *In Ophel.* Bed. Turris erat non longè à templo altitudine enormi. Vnde Ophel, id est, tenebrarũ vel nubili nomẽ accepit, qa nubibus caput inserit. Deniq; vbi in Michęa scriptũ est. *Et tu turris gregis nebulosa, benedicit turris Ophel.* Hæc turris in qua parte sit ciuitatis, liber Paralipomenon ostdit, dicens, q̃, *Manasses ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad Occidentem Gion, in conualle ab introitu portæ piscium per circuitũ vsque ad Ophel.* Conueniebat ergo iuxta situm loci, vt ministri templi in vicina templo turre habitarent.

Mysticè autem nathinæi habitant in Ophel .i. in turre nebulosa, qũ hi qui professione pfectioris vitæ dicati sunt Deo, & in munimẽto & altitudine virtutũ actione semp & cogitatione morant, & cõuersatio eorũ in celis est. quos admirãs vulgus ait. *Qui sunt isti qui vt nu. vo. &c.* Item Thecueni habitant in Ophel, cum quique religionis habitu insignes abdita scripturarum de quibus scriptum est. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* id est, mystica scientia in prophetis, illustrato corde penetrant, & assiduè legunt, & meditantur.

i *Contra* Be. Dñm .s. qui quotidie nos misericordię suę gr̃a,

Ciuitas Dauid.

2. Reg. 5. b.

† pomarij iuxta.

Ibidem.

† vel regionis & infra.

† Lxx. armorum. † ascendit … &

† … sceretur

Cant. 4.

† angulum & …

† quæ erat.

Bed. ibi sup. Natiuitatis & sepulturæ Dauid, Christi figura.

Psal. 117. c. Esa. 28. d.

Nathinæi.

Vbi sup.

Mich. 4. c.

2. Par. 33. d.

Mysticè.

Esa. 60. b.

Psal. 17. a.

NICOLAVS DE LYRA.

Et murum piscinæ. id est, cuius aquæ fluunt versus hortum regis. Vel aliter, q̃ ædificauit murum vsque ad hortum regis, & vsque ad gradus qui descendunt de ciuitate Dauid. Arx Sion quæ vocata fuit ciuitas Dauid, erat sita in monte Sion, & de ea per gradus descendebatur ad inferiorem partem ciuitatis.

2 *Et vsq. ad do. for.* Quę vocatur sic, quia ibi mãserunt Agonistæ. vel fortè quia fortes Dauid ibi habitabant, qñ veniebant ad regem, & secundum hoc lyª *vsque ad domum fortium*, intelligitur exclusiuè, quia fortes Dauid cum aliis nobilibus manebant intra secundum murum.

3 *Et ędific. iu.* Hic agitur de reædificatione muri medij, cum subditur.

4 *Mensu. sec.* id est, portionem suam in secundo muro.

5 *Con-*

5 *Contra ascen. fir.* In angulis enim murorũ solet fortior murus ędificari, & desuper turris ad defensionẽ vtriusq; lateris.

6 *Post eum in mon.* quia ædificauit in secunda clausura murũ, qui erat in ascensu montis, eo quòd ciuitas partim erat in monte, & partim in valle, & partim in decliui.

7 *Vsque ad por. do.* Lyª *vsque*, tenetur hic exclusiuè, quia domus summi sacerdotis erat intra murũ interiorem siue tertium, qui erat intermedius inter habitationem sacerdotum & nobilium, quæ claudebatur muro secundo, de quo hic agitur. Cætera patent ex dictis vsque ibi.

8 *Nathi. au. ha. in Oph.* Ophel est nomen turris propinquæ templo, tamen extra murum interiorem claudentem habitationem sacerdotum, & ibi habitabant nathinæi qui ministrabant ligna, & aquas in atrio sacerdotum, vt essent propinqui habitationibus sacerdotum, prout poterat fieri.

1 *Vsque*

ne in ærūnis vitæ labamur pñtis & deficiamus, irrigat. Hanc portam desiderabat Psalmista, dicens: *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desi. ani. mea ad te Deus.* Quæ porta cōgrue ad orientem ponitur, quia dñs qui torrente nos suæ voluptatis ne sitiamus inebriat, ipse nos dono suæ visitationis, ne in tenebris errorum cali gemus, illustrat. vñ: *Visitauit nos oriens ex alto, & illuminare his qui in tenebris, et in vmbra mor. se.* Ipse nos præsidio suæ protectionis ab hoste defendit. vñ sequitur: *Et vsque ad turrim quæ pro.* d̄ qua, scilicet, dr̄: *D duxisti me, quia factus es spes mea turris fortitudinis a facie inim.* Habitāt ergo Nathinæi i Ophel vsq; contra portā aquarū ad Orientē, & turrim quæ præeminet, cū fideles lectionibus sacris dediti diuinę pietatis gratia inebriari, & auxilio ab hoste gaudent defendi. Et quia post præsentia uirtutum dona ad uidendam claritatem domini ascenditur, recte infertur: *Post eum ædifi. The.*

Psal. 41. a. Luc. 1. g. Psal. 60. a. † negotiatorum. † præcepci. † scuti uarij.

a ¶Vnde visitauit nos oriens ex alto. b ¶Christum, qui est turris fortitudinis a facie inimici.

rum ad orientem, & turrim quę prominebat. Post eum ædi-
¶Prædicatores. ¶Buccinatores. ¶Contemplationis.
a ficauerunt Thecueni mēsuram secundam è regione à turre
b magna & eminenti vsque ad murum templi. Surſum autem
c ad portam equorum ædificauerunt sacerdotes, vnusquisque
d cōtra domum suam. Post eos ædificauit Seddo filius Emmer contra domum suam. Et post eum ædificauit Semeia filius Secheniæ custos portæ orientalis. Post eum ædificauit Anania filius Selemiæ, & Anon filius Selo sextus mensurā secundam. Post eum ædificauit Mesollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum. Post eum ædificauit Melchias filius aurificis, vsque ad domum nathinęorum & † scuta vendentium, contra portam † iudicialem, & vsque ad cœnaculum anguli. Et inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt † aurifices & negotiatores.

Interlinear numbers: 1 2 3 4 5 6 7

positione laborandū est, quō in ecclesia cōtra domum suā quisque murū ædificare, & mentem suā aduersus insidias diaboli debeat munire, ne aliunde possit irrumpere, dum quisque corpus suum & mentē forti in Deum fide munierit. Quisque etiā contra domū suam ædificat, si illos qui sibi commissi sunt, diligenti custodia regularis disciplinæ defensat, ne incursu vitiorum, uel persuasione hæreticorum decipiantur. *Ad por. equ.* Equi cum in bono accipiuntur, sicut asini, cameli, & muli, conuersos ad dominū populos Gentilium, vel curas rerum temporalium domino, scilicet animę subiugatas ostendunt.

vel animæ, ianuas intrant ecclesię, vel cū cogitationes quib. de victu suo suorumq; vel vestitu tractāt, ita disponunt ne libertatē mentis, quā ecclesia quærunt, retardent. Vnde bene de operantibus dicitur: *Vnusquisque contra domum suam, & c.* q. sermo crebrius in hac cōstructione repetitur. Neq; in ex-

† areis.

a *A turre.* A turre magna & eminenti usque ad murum templi peruenit structura ciuitatis, cū iusti ab altitudine cōtemplationis, quę mentē in hac vita despectis temporalibus ad cęlestia desideria suspendūt, veraciter in illa vita ad claritatē dominicę incarnationis intuend. in patefacta etiam diuinæ ęternitatis gloria ascendūt. Et qa Thecua buccina vel tuba, Thecueni buccinatores interpretantur, apte dicitur qd Thecueni hoc ędificauerint. Doctorū enim est quorū sonus exit in omnem terram, præsentia Dei dona vel futura in ciuitate eius, idest, fidelibus patefacere.

b *Ad murum templi.* Corpus scilicet Christi: De quo dicitur Io. 2. d. *Soluite templ. hoc, & in tri. d. eb. ex. il.* quod scilicet persecutores in morte soluerant, sed excitatum & ad cęlos exaltatum amatores videre non cessant in gloria.

c *Sursum autem, & c.* Bed. Hanc portam significat Jeremias esse in orientali plaga ciuitatis scribens typice de ecclesia: *Et ædificabitur domino ciuitas a turre Ananael, & paulo post, vsque ad ad torrentem Cedron, & vsque ad anguli portæ orientalis.* Ad portā equorum ędificant sacerdotes, cum sufficientia viuendi exempla pbant eis, q. ad refrenandos lasciuos motus carnis vel

Vbi suprà. Ierem. 31. g.

d *Aedificauerunt sacerdotes.* Sacerdotes uero ciuitatis Dei murum ad portam aquarū ædificant, cum doctores post uocationem Iudęorum ad inducendos in ecclesiam Gentiles uerbum Dei seminando perueniunt.

Bed. d. Longum est de singulis ædificiis uel ædificatoribus mystice disserere, quæ etiā per se peritus lector potest agnoscere. Tantū hoc notandum: quia qui portas & turres ędificant per quas ciues ingrediantur uel inimici arceantur, pphetę sunt, apostoli & euangelistę: p quos nobis forma fidei, & rectę operationis, per quā ecclesiam intremus, ministratur quorūque uerbis aduersarios ueritatis redarguere & repellere discimus. Qui uero reliqua urbis extruunt pastores sūt, & doctores, quos secundo loco posuit Apostolus per quorū industriā usque hodie tanquā per magnos architectos ecclesiæ fides catholica per totū orbem seruatur. Et sicut Nehemias ex ordine cunctos ciuitatis structores enumerans ppetuę memorię commendat, ita consolator nostrę paupertatis Christus omnium, qui ecclesiam in electis ædificant, nomina conscribit in cęlo.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vsque ad mu.* Hic accipitur murus templi large pro muro, qui claudebat habitationē sacerdotū, quia habitatio media non poterat procedere vsq; ad murum templi accipiēdo pprie, imo atriū sacerdotum & habitacula eorum erant inter media.

2 *Sursum autem.* Hic consequenter agitur de reædificatione muri interioris seu tertij, intra quem habitabant sacerdotes, in fine tñ ponitur aliquid de reædificatione muri medij. Circa primū dicitur. *Surs. au. em.* id est, in superiori parte ciuitatis, in qua erat tēplum & habitatio sacerdotum.

Diuisio.

3 *Ad portam equ.* locus erat ad quem homines euntes ad tēplum poterant equitare, sed ex tunc procedebant pedistādo, & ab illo loco incipiebat habitatio sacerdotum, iō sequitur.

4 *Aedificauerunt sacerdotes.* scilicet murum claudentem habitationem ipsorum.

5 *Vnusquisque contra.* ita quod domus eorum ex vna parte iungebantur muro, & ex parte opposita habebant aspectum versus templum.

6 *Post eos ædificauit Seddo filius Emmer.* iste nō habitabat intra murum interiorem, sed extra, veruntamen domus eius ex vna parte iungebatur seu appropinquabat muro interiori, & ideo ibi ædificauit partem suam.

7 *Et intra cęnaculum anguli in por.* non in muro interiori, sed in muro medio, cui iungebatur domus eorum in parte exteriori, quia habitabant in tertia habitatione cum populo cōmuni, vt dictum est supra.

Mystice autem exponendo portas Ierusalem sup. dictas, sciēdum quod Ierusalem in sensu allegorico signat ciuitatē cælestem, secundum quod dicitur Gal. 4. d. *Illa quæ sursum est Ierusalem, liber est quæ est mater nostra.* ad illam autē intratur per obseruantiā mandatorū, teste saluatore Matt. 19 c *Si vis ad vitam ingr. serua mandata.* Mandatorum aūt quædam sunt negatiua a malo retrahentia, vt illud, *Non occides.* Alia affirmatiua ad bonum inducētia, vt illud, *Honora patrem, & c.* Illa igitur quæ a malo retrahūt, & illa quæ ad bonū inducūt, sūt portæ ciuitatis Ierusalē, secundū illud Psal. 36. e. *Declina a malo, & fac bonum, & inhabita, & c.* Retrahētia vero a malo tria sunt specialiter. vitij fętor, iudicij terror, supplicij horror. Primum figuratur per portam sterquilinij, secundum per portam iudiciariam, tertium per portam vallis, quia supplicium gehennæ secundum omnes doctores est in profundis terrę. Inducentia ad bonum sunt tria, similiter per oppositum. s. decor operis, dulcor fęderis, valor muneris, quia opus virtuosum operantem decorat, Deo fęderat, & ęternam beatitudinem meretur seu cōparat. Primum designatur per portā Dauid quī interpretatur vultu desiderabilis. Secundum p portā fontis, seu aquarū, quia aqua gratię fœderat Deū cum homine. Tertiū per portā negotiatorum, quia per opus virtutis commutantur pro terrenis cęlestia, et pro tēporalibus ęterna, ad quę nos perducat qui sine fine viuit, & regnat.

Retrahentia a malo, & inducētia ad bonum.

CAP.

CAP. IIII.

Factum est. ✠ Iosephus. Audientes autem murorum ædificationem accelerari Ammonitæ & Moabitæ, vel Samaritæ, & omnes qui inferiorem Syriam habitabant, molestè ferebant, & meditabantur eis insidias contexere, quatenus voluntatem eorum impedirent: multosque interficiebant Iudæos: ipsum etiam Nehemiam dilacerare quærebant.

Bed. Planè ira hæreticorum est. Hæc sunt verba eorum qui se Samaritanos cognominant, id est custodes legis Dei, cum sint Deo & legibus eius contrarij, tanquam à domo Dauid idest ab vnitate Christi & ecclesiæ per hæreses, & schismata, & mala opera segregati: qui ne sua expugnetur impietas, muros fidei ædificari metuunt. Hæc subsannatio est omnium qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Samaritæ enim ita domino seruiebant, vt diis suis non renuntiarent. Quos hodie imitantur, qui ita Christiani sunt, vt ventrem suũ Deum habeant, aut auaritiã sequantur, quæ est idolorũ seruitus, aut cęteris mundi illecebris mancipati, creaturę magis seruiãt, quã creatori. Tales ergo, sicut hæretici, nolunt ecclesiæ muros innouare, ne crescẽte statu pietatis à sua cogant impietate recedere. Tales solent imbecilles appellare Iudæos, i. cõfessores fidei, & facilè à gentibus superãdos, dũ in quotidiano animarum certamine plus amant vitia quàm virtute victoriæ palmam obtinere. Et quia sunt inter hæreticos, qui etiã pœnitentibus veniam negant, rectè ex eorũ persona subiungitur: *Nunquid ędificare poterunt lapides de aceruis pulueris qui cõbusti sunt?* Aedificantur. n. lapides combusti de aceruis pulueris, cùm hi qui igne persecutionum victi fidem negauerunt, vel vitiorũ delectationibus subiecti, munditiam operis perdiderunt, miserante Deo resipiscunt, & integritatem catholicæ fidei constanti professione recipiant, & ornamenta virtutum moribus emendati consequãtur.

b *Sed & Tob.* Bed. Huius Tobię persona & verba hęreticis conueniunt. Persona quidem: quia patria eius Ammõ de incestu, ebrietate, nocte, & spelunca natus est, & hæreticorum origo de voluptate carnali, & immunditia, de tenebris errorum vel scelerum, de priuatis conciliabulis, & non de publico ecclesię symbolo genita est. Quòd verò idem Tobias, id est, bonus domini non merito & veritate, sed elatione superbię murum dicit à vulpe transiliendum, vulpes hæretici vocantur. secundum illud. *Capite vobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vi.* Quod est, deprehendite & in lucem proferte putridas & dolosas hæreticorum versutias, quibus fructiferas fidelium mentes corrumpere nituntur.

(Marg.: Ioseph. lib. 11 Anti. c. 5. — Beda lib. 3. expo. alleg. in Esdram cap. 19. — Titum 1. d. — Phil. 3. d. — Colos. 3. a. — Rom. 1. c. — vbi supra Gen. 19. g.)

a Et

CAPVT IIII.

1 Factum est autem, cum audisset 2 Sanaballat, quòd ædificaremus murum, 3 iratus est valde: Et motus nimis subsannauit Iudæos, 4 & dixit coram fratribus suis & † frequentia samaritanorum. 5 Quid Iudæi faciunt † imbecilles? 6 Num dimittent eos gentes? 7 Num sacrificabunt, & complebunt in vna die? 8 Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris qui combusti sunt? 9 Sed & Tobias Ammonites † proximus eius ait: 10 Aedificent. 11 Si ascenderit vulpes transiliet murum eorum lapideum. 12 Et dixit Nehemias: 13 Audi Deus noster, 14 quia facti sumus † despectui. Conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. † Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, 15 quia irriserunt ædificantes. Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam, & prouocatum est cor populi ad operandum. 16

a ¶ Confessores fidei.
a ¶ Hæreticorum. s. qui se legem Dei custodire dicunt
a ¶ Gentiles ecclesiæ persecutores.
a ¶ De his scilicet qui igne persecutionis victi, fidem negauerunt, vel vitiorum operibus subiecti munditiam corporis vel operis perdiderunt.
a ¶ Bonus domini, non veritate, sed elatione.
a ¶ Surgens contra assertionem fidei illorum. b ¶ Hæreticus. secundum illud: Capite nobis vulpeculas paruulas. c ¶ Superabit scilicet & pedibus suis cito subiiciet omnem fiduciam doctrinæ eorum, quam velut lapide firmo munitam in Christo esse fundatam gloriantur. d ¶ Munitionem ecclesiæ.
a ¶ Huic imprecationi simile est quod propheta dicit: Conuertetur dolor eius in caput eius.

(Marg.: † exercitu. † imbecilla. † qui erat apud eum. † despectio.)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

F*actum est.* Hic consequenter ponitur triplex impedimentum, quod superuenit Iudæis ædificantibus murum. secundum ponitur 5. cap. tertium 6. cap. Primum impedimentum fuit ab aduersariis eos deridentibus, & inuadentibus, & eis insidiantibus, & subitò eis irruentibus, & ideo Nehemias opponit orationem contra deridentes. secundò defensionẽ contra inuadentes, ibi. *Factum est autem.* tertiò munitionem contra insidiantes, ibi. *Et factum est*, quarto circunspectionẽ contra subito irruentes, ibi. *Et dixi.* Circa primum dicitur.

(Marg.: Diuisio.)

2 *Cum autem Sanabal.* Qui erat primus inter Samaritanos.

3 *Iratus est valde.* De Iudæorum prosperitate.

4 *Et dixit coram, &c.* Iudęos despiciendo.

5 *Quid iu. im. fa.* q. d. non poterunt perficere quod inceperunt, tum quia sunt imbecilles, vt dictum est, tum quia impediunt eos Gentiles, vnde subditur.

6 *Num dim. eos gent.* q. d. nullo modo debent eos dimittere operari pacificè.

7 *Num sa. & comp. in.* Transpositio est actuum. & est sensus. Num complebunt opus suum, & sacrificabunt Deo gratias agendo de operis consummationẽ q. d. non, quia hoc est eis impossibile, vnde sequitur.

8 *Nunquid ædi. po. la.* Quando enim Nabuzardan incendit ciuitatem, vt habetur 3. Reg. vlt. tanta fuit ignis vehemẽtia, quod magna pars lapidum ita fuit adusta, quod resoluebantur quasi in pulueres, & non erant vltra vtiles ad ædificandum.

9 *Sed & Tobias Ammonites proximus.* Quia erant coniuncti per affinitatem.

10 *Ait.* Deridendo eos.

11 *Aedificent.* id est, non curemus de ædificio eorum, quia nihil eis valebit. ideo sequitur.

12 *Si ascen. vul. tran. mu.* id est, ita bassus erit, quod non erit eis ad aliquam defensionem. In Hebræo habetur. *Dissipabit murum eorum.* ita debilis erit quòd non poterit sustinere aliquem impetum.

13 *Et di. Nehemi.* Hoc non est in Hebræo, nec est de textu, sed subintelligitur, & propter hoc aliquis doctorum apposuit per modũ glossæ, quæ postea inserta est textui per ignorantiam scriptorum.

14 *Audi Deus.* Inclinando ad nos tuam clementiam, eripiendo nos de opprobrio & contemptores nostros opprobrio supponendo.

15 *Ne operias iniquitatem eorum.* Dissimulando vindictam.

16 *Et pro. est cor po. ad ope.* tum propter opprobrium iniustẽ illatum, tum quia opus prosperabatur in manibus eorum.

8 Nun- 1 Et

MORALITER.

1 *Factum est autem.* sequitur.

5 *Quid iu. fa. im.* Per istos designantur sacerdotes & scribæ Christũ deridentes in cruce, quæ quidem derisio in suos discipulos redundabat. deridebant aũt eum de imbecillitate, dicentes, *Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas.* Item. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.*

(Marg.: Mat. 15. cap. Mat. 27. cap.)

† *Conuerte opprobrium super caput.* Quod & factum fuit. nam in vindictam opprobrii Christo illati, Deus fecit venire Romanos contra Iudęam, qui destruxerunt templum & ciuitatem, & populũ partim occiderunt, & partim captiuauerunt.

MORA-

a *Et orauimus.* Hoc est vnicum contra hostes ecclesiæ refugium oratio, scilicet, ad Deũ & industria doctorum, qui die noctu que in lege eius meditantes, corda fidelium contra insidias diaboli & militum eius prædicando, cõsolando, & exhortando præmuniant.

b *Humus nimia est.* Beda. Congesta, scilicet, in loco muri, quæ prius exportanda erat, vt fundaméta muri in viua terra ponerentur, quod conuenit euangelicæ domui, cuius structor fodit in altum, elataque terræ congerie fundamenta posuit supra petram, quæ nullo aquarum vel ventorum impetu deiiciuntur. Prius enim de corde nostro egerenda est humus terrenarum concupiscẽtiarum, deinde firmus & inexpugnabilis operis murus super fundamentum fidei construendus. Nam qui super humum & rudera infirmarum cogitationum ædificium sanctæ actionis erigit, fallitur: & pro domo vel ciuitate procella tentationis ingruente, ruinam ædificasse probatur.

c *Dixe. ho.* Hæc in ædificio spirituali agi solent. manet enim indefessus hostis cum satellitibus suis spiritibus, scilicet, immundis & hominibus malignis, qui opera virtutum & fidei nobis incautis impedire & expugnare contendunt, & mentem fidelium mucrone prauæ suggestionis interficere. Sed contra hæc nobis armatura Dei sumenda est, vt possimus resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. (Ephes. 6.)

d *Sta. in lo.* Vt agmine, scilicet armatorũ circundati operatores liberius & securius ædificarent. Dispertiti n. sunt gradus fidelium: alij bonis operibus intus ornantes ecclesiam ædificant, alij armis sacræ lectionis muniti cõtra impugnantes hæreticos vigilant. Hi religiosa deuotione proximos in fidei veritate confortant. illi aduersus diaboli vel vitiorum tela necessarium certamen exercent, & ab ouili dominico insidiantes lupos pastorali solicitudine arcent. (Gradus hominum dispertiti.)

e *A die illa med. &c.* Beda. Notandum, quia non solum media pars iuuenum faciebat opus, & pars media parata erat ad bellum, sed & ijdem iuuenes qui faciebant opus, gladio erant accincti. Tanta enim versutia hostis antiqui, tantus est furor malitiæ eius cõtra ecclesiam, vt non solum prædicatores veritatis, sed & ipse populus Dei semper debeat contra vigilare & quasi in acie stare. Aedificantes enim gladio accinguntur renes, cum hi qui præsunt bonis operibus insistere vel sibi cõmissos curant regulari ratione disponere: hoc enim est viuos lapides in ædificio sanctæ ciuitatis competenter locare, qui fluxa luxuriæ in se acumine verbi Dei satagunt restringere. Nec prætereundum est, quod cum Dauid vel Salomon eandem ciuitatem ędificarent, nihil de armatis structoribus vel aduersariis impugnantibus dicitur, sed destructa propter peccata maiori labore industria reficitur. Similis autem est ędificatio spiritualis, quę in animarum salute geritur: vt in baptismo renati per fidem & confessionem sanctę trinitatis sine labore per gratiã Dei ciuitas (Beda lib. 3. expo. alleg. Ezram c. 20.)

Factum est autem, cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammonitæ, & Azotij, quod obducta esset cicatrix muri Ierusalem, & quòd cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis. Et † congregati sunt omnes pariter, vt venirent, & pugnarent contra Ierusalem, & † molirentur insidias. Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. Dixit autem Iudas: Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murum. Et dixerunt hostes nostri: Nesciant & ignorent, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus. Factum est autem venientibus Iudæis, qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decem vices ex omnibus locis quibus venerant ad nos, statui in loco post murum, † per circumitum populum † in ordinem cum gladiis suis, & lanceis, & arcubus. Et perspexi, atque surrexi, & aio ad optimates & magistratus & ad reliquam partem vulgi, Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris, & vxoribus vestris & domibus vestris. Factum est autem cum audissent inimici nostri nuntiatum esse nobis, dissipauit Deus consilium eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros vnusquisque ad opus suum. Et factum est à die illa me-

(† coniurati. † euellerent eam. † in locis eminentibus. † per familias. † in inferioribus locis.)

a ¶ Tribus Iuda.

a ¶ In spirituali quoque ædificio si apostol. cis armis fuerimus induti, dissipabitur diaboli consilium & angelorum eius qui nos expugnare desiderant.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et congregati sunt omn. pa.* Vt fortius nos inuaderent, & opus cessare facerent.
2 *Et oraui. Deum no.* Primò & principaliter confidendo de eius protectione. quia tamen non debebant omittere de his quę poterant fieri humana prouidentia. ideo subditur. *Et pos. cu. su. mu.*
3 *Dixit aut. Iud.* id est viri de tribu Iuda fracti timore aduersariorum & anxietate laborum.
4 *Debilitata est fortitudo portantis, &c.* id est, portantium onera ad opus.
5 *Et humus nimia est, &c.* Quod exponitur sic ab aliquibus, quod oportebat multam terram amouere & extra portare, vt possent fieri fundamenta.
6 *Et nos non pote. ædif.* scilicet donec ista terra sit amota; qđ est vltra vires nostras. Sed hęc expositio non videtur rationabilis: quia licet muri ciuitatis fuissent in multis locis dirupti, & vehementia ignis adusti: tamen fundamenta quę erant in terra, remanserunt salua. Et ideo aliter exponunt Hebręi. Et humus nimia est: id est arena & calx, quę sunt necessaria ad faciendũ cęmentum requiruntur in magna quãtitate, ita quòd non possumus habere: & per consequens non poterimus ędificare.
7 *Et dixerunt hostes nostri*: & sic imminebat eis difficultas in ędificando ab interiori & exteriori.
8 *Venientibus Iudæis qui habitab.* Id est, Samaritanos in villis campestribus.
9 *Et dicentibus nobis per decem vices, &c.* malitias & insidias Samaritanorum.
10 *Statui in loco post mu.* ad resistendum insultibus eorum. ideo subditur.
11 *Domini magni & terribilis.* in iudiciis.
12 *Mementote.* quomodo pugnauit pro patribus nostris in mari rubro, & alijs locis.
13 *Et pugnate pro fratribus.* moti charitate, & confidentes de diuina protectione.
14 *Et reuer. su. omn. ad mur.* Ex quo patet, quòd timore eorum opus intermiserant, vt se melius ab eis defenderent.
15 *Et factũ est.* Hic ponitur munitio contra insidiantes. cum dicitur. *Et factum est a die.* scilicet qua cognouimus hostes nostros insidiari.

MORALITER.

1 *Et cong. sunt o.* id est, ecclesiam primitiuam, postquam enim principes Iudęorum viderunt, quod à prędicatione nominis Christi non potuerunt apostolos impedire per verba cõminatoria. sicut patet Act. 4. & quinto quęsierunt eos impedire per persecutiones & flagella, prout patet Actuum octauo, & nono.
15 *Et factum est a die.* Per quod significantur fideles ecclesię primitiuę se exercentes in bonis operibus actiuæ vitę.

civitas & domus eius efficiamur, & si post diabolo suadente vel seducente ad peccata relabimur, & virtutum mœnia hostis victor igne vitiorum deiicit, necesse est graviori studio afflictionis vigiliarũ, & artioris vitæ bonorum operum ædificia reparare. Nam expertis vitiorum illecebris difficilius caremus, quàm incognitis. minorisq; laboris est incognitam cavere carnis voluptatem, quàm reijcere cognitam.

a *Et sint vobis vices per noctem & diem.* Beda. Nota quantum studium in operando habuerint, qui etiam nocte in labore perstiterunt, sicut Paulus qui nocte & die operabatur manibus suis, ne quem credẽtiũ, victum quærendo, fatigaret. Nisi fortè ita sibi per vices suc cedebant ad operãdum, vt alij per diẽ laborarent in opere muri, alij contra hostium incursores agerent excubias noctis. Nam & nostræ ciuitatis extructores vtrunque simul faciunt. Ipsi enim qui fideles instruendo ecclesiam ædificant, infideles & etiam contradicentes arguendo ab ecclesia repellunt.

† subaudi onera. — † in custodiis. — 2. Thes. 3. b — † lavandi gratia.

dia pars iuuenum eorum faciebat opus, & media pars parata [1] erat ad bellum, & lanceæ & scuta & arcus & loricæ, & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium in muro & portantium onera & † imponentium, vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Aedificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant [2] buccina iuxta me. Et dixi ad optimates & ad magistratus, [3] & ad reliquam partem vulgi: Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero. In loco quocunque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis, & nosipsi faciamus opus. Et media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec [4] egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo: Vnusquisque [5] cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint [6] a vobis † vices per noctem & diem ad operandum. Ego autem & fratres mei & pueri mei, & custodes qui erant post me, non [7] deponebamus vestimenta nostra. Vnusquisque tantum nudabatur [8] † ad baptismum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et media pars para.* Taliter intenta ad defensionem ædificantium. Ipsi etiam ædificantes erant armati, licet leuius, vt si hostes irruerent, possent aliquo modo se defendere.

2 *Et clan. buc.* tanquam parati ad prælium, vt si hostes appropinquarent, timerent eos inuadere audientes clãgorem buccinæ.

3 *Et dixi.* Hic ponitur circumspectio contra subitò irruentes per populi vnionem ad certum signum tubæ clangentis: quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa. & patet litera vsque ibi.

4 *Ab ascen. aur.* quàm citò possent videre ad operandum.

5 *Donec egre.* id est, appareant, quia ex tunc oportebat quiescere ab opere.

6 *Et sint vo. ad oper.* Non est per hoc intelligendum, quod operarentur de nocte, quia hoc non posset benefieri, vt patet ex dictis. sed aliqui per vices erant ordinati ad vigilandũ de nocte pro custodia ciuitatis, qui irruentibus hostibus possent alios excitare.

7 *Non depon. vest.* Ex quo patet ex eis magna diligentia.

8 *Vnusq. t. nuda. ad ba.* i. ad purificationem, secundum modũ Iudæorum, qui tali purificatione vtebantur, sicut dicitur de Iudith. 12. b. quod baptizabat se in fonte aquæ. secundum alios autem baptismus iste intelligitur ablutio sordium corporalium contractarum ex opere ac etiam sudore.

MORALITER.

1 *Et media pars para. erat ad bel.* Per istos significantur speculatiui istius temporis, qui contra insultus hostium pugnabãt viriliter orationibus deuotis.

† *Vna manu sua faci. opus, & altera, &c.* Per hoc significantur illi, qui sunt in vtraque vita, actiua scilicet & contemplatiua perfecti, cuius perfectionis debent esse pontifices nouæ legis. Greg. in pastorali. Sit præsul actione præcipuus, sit præ aliis contemplatione suspensus. Potest etiam hoc aliter moralizari, vt per hoc quod dicitur, vna manu faciebat opus, exercitium cuiuslibet boni operis intelligatur. & quoniam ex hoc vana gloria solet insurgere. ideo subditur.

† *Et altera tenebat gladi.* scilicet contra vanam gloriam insurgentem. Item notandum, quod tempore Salomonis Ierusalem fuit ædificata pacificè sine armis: sed postquam fuit destructa per Nabuchodonosor fuit reparata tempore Nehemiæ, cum labore magno & armis. Per Salomonem verò qui pacificus interpretatur dominus noster Iesus Christus, qui per suum sanguinem pacificauit ea, quæ in cęlis sunt, & in terris significatur. Per Nabuchodonosor verò qui interpretatur sedens in angustia, diabolus qui secũ semper portat ignem suũ intelligitur, quoniã semper angustiat. Igitur per prædicta significatur, quod ædificium virtutis & gratiæ per Christũ sine labore cõstruitur in baptismo, sed si per suggestionẽ diaboli destruatur, non reparatur sine labore magno.

CAPVT V.

ET factus est clam. ✻ Augustinus. Fames naturalis quidem morbus est, quia natura nobis facta est pœna ex vindicta. Primò huiusmodi quod erat pœna, natura nobis est. Vnde dicit Apostolus: fuimus & nos natura filii iræ, id est, portantes vindictam.

Beda. Desiderabat populus murũ construere, sed impediebatur fame, quam non solũ penuria

In Psal. 37. — pro pretio eorum. — Beda alleg. expos. lib. 3. cap. 21. — † bibamus.

CAPVT V.

ET factus est clamor populi & vxorum eius [1] magnus aduersus fratres suos Iudæos. Et [2] erant qui dicerẽt: Filij nostri & filię nostrę multę sunt nimis. Accipiamus pro pretio eorũ frumentum, & comedamus, & † vi-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

ET factus. Hic ponitur secundum impedimentum proueniens ex vsuris, quibus diuites in populo Iudæorum grauabant inopes. & ideo primò describitur afflictio populi ex egestate. secũdò reprehensio diuitum ex impietate, ibi. *Et iratus sum nimis.* tertiò facta remissio ex communi charitate, ibi. *Et ego & fratres mei.* quartò larga Nehemiæ expensio in hospitalitate, ibi. *A die autem illa.* Circa primum dicitur.

Diuisio.

1 *Et fa. est c.* notabiliter grauati à diuitibus, quia egestate cõpulsi acceperant ab eis ad vsurã, & aliquos de liberis suis eis vendiderant, & adhuc de residuis simile facere volebant, saltem aliqui. ideo subditur.

2 *Et erant qui di.* scilicet, aliqui de popularibus.

MORALITER.

1 *Et factus est clamor populi & vxor.* Allegoricè. Clamor iste figura fuit illius murmuris in primitiua ecclesia, de quo dicitur Act. 6. a. *In diebus illis crescente numero discipulorum factus est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in mini-*

A nuria frugum, sed etiam auaritia principum fecerat, q ab eodem populo maiora, quã reddere poterat, tributa exigebat. Quod quotidie apud nos fieri videmus. Multi. n. in populo Dei diuinis cupiunt obtẽperare mandatis, sed inopia tẽporalium rerũ retardantur, exẽplo eorum, qui habitu religionis prædìti sunt, cũ ipsi ab eis quibus præsunt importabile vectigal secularium rerum exigũt & nihil saluti eorũ, vel verbo, vel exẽplo, vel pietatis opere complẽt, aut cõferunt. Atque vtinã vt aliquis in diebus nostris Nehemias, id est, consolator à domino veniẽs mores nostros compescat, & præcordia nostra ad amorem diuinum accendat, & manus nostras à
B propriis voluptatibus auertens ad cõstruendam Christi conuertat ciuitatẽ.

Clamor populi augetur propter tria. BED. Tribus de causis augetur clamor populi. Quidã fame coacti filios suos ditionibus vẽdere volebant, alij liberis parcentes agros potius, & domos. Nonnulli pro habẽtes liberorum, & agrorũ venditionem, hoc tantũ persuadebãt, vt mutuo sumerẽt pecuniam
C in tributa regis, oppignora is agris, & vineis, donec redeunte fertilitate reddere possent fœneratoribus, quod mutuo accepissent. D

a *Et incr. opti. pt. &c.* BED. Tanquam dux optimus militiæ cælestis, & sapiens architectus ciuitatis Dei, quod optimates facere voluit, & magistratus populi se prius fecisse declarauit eleemosynam, scilicet, pauperibus dare, nihilque ab eis quærere, nisi custodiam legis, & ædificationem ciuitatis. In hac autem lectione non oportet nos allegoriam quærere, sed literæ textum diligenter operãdo seruare, vt scilicet, exceptis quotidianis eleemosynarũ fructibus vbi generalis fames ingruerit, quæ possumus,
E egentibus præbeamus, & quæ à subditis quasi iure solebamus exigere tributa, dimittamus, vt dimittat nobis pater debita nostra. *Vbi supra.*

b *Et dixerunt, &c.* ✠ AMBROS. Boni patres, qui statuerunt pignora debitorum esse reddenda, boni etiam fœneratores, qui rẽsponderunt, quod & pignora redderent, & pecuniam non requirerẽt, quã dedissent.
F

[1]amus. Et erant, qui dicerent: Agros nostros, & vineas, & [2]domos nostras * opponamus, & accipiamus frumentum in fame. [3]Et alij dicebant: Mutuo sumamus pecunias in tributa re[4]gis, [5]demusque agros nostros, & vineas. Et nunc, sicut carnes [6]fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt, & sicut filij eorum, [7]ita, & filij nostri. [8]Ecce nos subiugamus filios nostros, & filias [9]nostras in seruitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros, & vineas nostras alii possident. [10]Et iratus sum nimis, cum audissem clamorem eorum secundum verba hæc, [11]cogitauitque cor meum mecum. a [12]Et increpaui optimates, & magistratus, & dixi eis. [13]Vsurasne singuli à fratribus vestris exigitis? [14]Et congregaui aduersum eos concionem magnam, & dixi eis. [15]Nos, vt scitis, redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram. [16]Et vos igitur, † vendetis fratres vestros, & † redimemus eos? [17]Et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent. Dixique ad eos. Non est bona res, quam facitis. Quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? [18]Et ego, & [19]fratres mei, & pueri mei commodauimus plurimis pecuniam, & frumentum. [20]Non repetamus in commune istud. Æs alienũ concedamus, quod debetur nobis. [21]Reddite * eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliueta sua, & domos suas. [22]Quin potius, & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis. b [23]Et dixerunt. Reddemus, & nihil ab eis

pignori. † *vendetis.* † *vendentur nobis.* † *Relinquamus* quod *vsuram hinc.* * *quæso.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et erant, qui dicerent.* Hæc est secunda querela.
2 *Agros nostros, &c. oppon.* s. venditioni, vel impignorationi.
3 *Et alij dicebant.* Hæc est tertia querela.
4 *Mutuo sumamus pecunias.* idest, ad vsuram.
5 *Demusque agros nostros.* vendendo, vel impignorãdo. Sicut Aegyptij tpe famis vẽdiderũt terras suas regi, vt hr Ge. 47.
6 *Et nunc si.* Idest, sicut diuites de populo nostro liberi sunt, sic & nos debemus esse, filij nostri, sicut & filij sui, cũ sumus de eadẽ lege. hoc inducitur pro rõne, q melius erat vẽdere, vel impignorare terras, & possessiones regi Gentili, q filios, & filias subijcere seruituti. Aliter hoc exponit, & melius, vt vr, q a Zorobabel, Esdras, & Nehemias, vt plures possent secũ adducere de Babylone, promiserant libertatẽ, & psperitatẽ, iõ aliqui eoru in afflictione positi querelãdo dicebant. *Et nunc, sicut car. fra. no.* i. Iudæorum, qui remanserunt in Babylone sunt in afflictione, & labore. 7 *Sic carnes nostra sunt.* Hic in consimili afflictione, vel maiori. 8 *Et sicut filii eorum.* sunt subiecti seruituti, *ita, & fil. nostri.* ideo subditur.
9 *Ecce nos subiuga. fil.* Et sic non sumus melioris conditionis, quam ipsi, sed in aliquibus peioris.
10 *Et ira. sum ni.* Hic ponitur reprehensio diuitum propter oppressionem pauperum prædictam, cum dicitur. *Et irat. sum ni.* Verbum est Nehemiæ irati, non ira, quæ est per vitiũ sed per zelum. 11 *Cum au. cla. eo. se. ver.* Quæ sonabant displicere eis, quòd de Babylone redijssent.
12 *Cogita. cor me.* ita quod non impetuose, sed ex modestia, & deliberatione processit ad reprehensionem diuitum.
13 *Vsuras ne singuli à frat.* Quasi diceret hoc est manifestũ, et tamen hoc est valde malum, & lege prohibitum Deute. 23.
14 *Et congreg aui aduersum eos concionem.* Vt erubescerent renuere correctionem meam rationabilem.
15 *Nos, vt scitis red. mimus fratres.* Licet enim illi, qui erant in Babylone redijssent sine redemptione, tamen Zorobabel, Esdras, & Nehemias aliquos Iudæos redemerant, qui fuerant venditi Gentilibus extra potestatem regis Babylonis.
16 *Et vos igitur vendite fratres vestros, & redimemus eos.* Quos emistis in seruos contra legem.
17 *Et siluerunt nec inuenerunt quid responderent.* Non habentes responsionem rationabilem.
18 *Ne exprobretur nobis à Genti bus inimicis nost.* scilicet, quòd non timetis dominum, nec legem eius seruatis.
19 *Et ego, & fra.* Hic consequenter ponitur remissio facta pauperibus ex communi charitate, & incipit Nehemias à se ipso dicens. *Et ego, & fratres mei* Et sequitur.
20 *Non repe. in commune istud.* idest, communiter consentiamus, vt ista non repetantur.
21 *Reddite eis hodie agr.* venditos, vel impignoratos.
22 *Quin pot. us.* vt solueretur regi pro tributo terræ.
23 *Date pro il.* quia sunt, ita pauperes, quòd non habent vnde soluant, soli enim sacerdotes, & ministri erant immunes ab hoc tributo, vt habetur supra Esdræ 7.

MORALITER.

in ministerio quotidiano viduæ eorum. Sed sicut per Nehemiam qui consolator interpretatur, clamor populi fuit pacificatus vt in textu dicitur consequenter, sic per spiritũ sanctũ, q est verus cõsolator, murmur credẽtiũ in ecclesia primitiua fuit quietatus. Nã per eius inspirationẽ 7. diaconi fuerunt ordinati, & constituti ad opus ministerij quotidiani, q pacifice negotiũ tractauerunt. Moraliter autẽ clamore populi murũ Ierusalẽ ædificare cupiẽtis, sed per potẽtiores eiusdẽ populi in temporalibus grauabantur, & sic in opere murorũ impediebant, significatur affectio religiosorũ pauperũ in ædificio spirituali ecclesiæ laborare desiderãtiũ, sed ab aliquib. potentib. tẽporaliter affligunt, & sic ab ædificationis opere impediunt. Et vtinã veniat Nehemias, i. cõsolator missus à rege cælesti, qui tale remediũ apponat, q dicti religiosi quiete valeant viuere, & in opere muri virtutũ efficacius laborare.

a *Insuper excussi sinum meum, & dixi. Sic excutiat Deus omnem, & cætera.* Huic sententiæ terribilis clausula imponitur. Quicunque enim pauperibus misericordiam non impendit, vel ab eis qui non habet velut iuste exigit, de domo sua excutitur, i. de cœtu Ecclesiæ, in qua putabat se perpetuo manere, & de laboribus, scilicet in fructibus bonorum operum, in quibus se laudabiliter laborasse putabat, nil prorsus laboris recipiet. Labores enim sine pietate non possunt apud Deum fructuosi esse.

b *Et dixit uniuersa multitudo, Amen.* Quantum Nehemiæ obiurgatio, vel imprecatio corda omnium mouerit, ostenditur. audita enim contestatione respondentes, amen. & Deum collaudantes fecerunt quæ iusserat. In quo patet, quia non timore, sed amore dicta eius susceperunt.

c *Per annos duodecim.* Beda. Hoc exponit Apostolus, dicens. *Quia statuit dominus eos qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere, ego autem nullo horum usus sum.* Duodecim autē annis Nehemias cum fratribus suis ita in ducatu uiuebāt, ut annonas quæ ducibus debebantur, non comederet, insinuans euangelicum opus esse in regimine plebis, opus recto ris notabiliter circa ecclesiam exercere, & a subditis commodum terrenum non quærere.

(margin: toram meam (vel vestimentum meum)) (margin: †dominati sūt populo.) (margin: † In omnibus vinum in abūdantia, quantum sat fuisset per decem dies. LXX. & inter duodecim dies in omnibus uinum in multitudine) (margin: 1. Cor. 9. c)

quæremus, sicque faciemus, ut loqueris. Et uocaui sacerdotes, [1] a & adiuraui eos, vt facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi † sinum meum, & dixi. [2] Sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleuerit verbum istud de domo sua, & de laboribus suis, Sic excutiatur, & vacuus fiat. b Et dixit vniuersa multitudo, Amen. Et laudauerunt Deum. Fecit ergo populus, sicut erat dictum. A die autem illa qua præceperat rex mihi, ut essem dux in terra Iuda, [3] ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimumsecundum Artaxerxis regis, c per annos duodecim, [4] ego & fratres mei annonas [5] quæ ducibus debebantur, [6] non comedimus. [7] Duces autem primi qui fuerant ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, vino, & pecunia, quotidie siclos quadraginta. Sed & ministri eorum † depresserant populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei. Quin potius in opere muri ædificaui, [8] & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudæi quoque & magistratus, [9] centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos [10] de gentibus quæ in circumitu nostro sunt, in mensa mea erant. [11] Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus, arietes sex electi, exceptis uolatilibus, & † inter dies decem vina diuersa, [12] & alia multa tribuebam. Insuper, & annonas ducatus mei non quæsiui. Valde. n. erat attenuatus populus. [13] Memento mei Deus [14] meus in bonum, secundum omnia quæ feci populo huic. [15]

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vocaui. *Quia erant gubernatores populi a tempore reditus captiuitatis Babylonicæ, vt dictum fuit supra in principio Esdræ: vt sic verbum istud esset firmum.*

2 Insuper exc. *Sicut enim prophetæ aliquando vtebantur sensibilibus signis, ut prophetiæ eorum essent magis notæ, sicut Esaias iuit nudus, & discalceatus, vt habetur Esa. 20. c. & Ieremias posuit catenas ligneas in collo suo, Iere. 28. c. in signum quod populus Israel sic duceretur in captiuitatem, sic Nehemias excussit sinum suum, orando quod sic euacuaretur bonis suis, & eiiceretur de communitate populi quicunque non consentiret verbo, & facto in huiusmodi remissione.*

3 A die au. *Hic consequenter describitur Nehemiæ expensio in hospitalitate, quia ne populus grauaretur, multa dimisit ab eo petere quæ sibi tanquam duci debebantur, & illos qui ex parte regis veniebant, recipiebat, & sustentabat de proprio suo, quia a communitate populi debebant sustentari. & hoc est quod dicitur.*

4 Per annos. *Quibus supple, fuit dux missus a rege Artaxerxe.*

5 Annonas. *id est, victum.*

6 Quæ ducebantur de. *A populo Iudæorum ratione officii.*

7 Non co. *Immo talia quietaui, ne populus nimis grauaretur, sicut fuerat tempore aliorum ducum.*

8 Quin po. in o. *Etiam manu propria, licet essem in statu ducis, vt per hoc populus incitaretur ad operandum. & hæc est forma boni pastoris, vt det aliis exemplum boni operis.*

9 Iud. q. & ma. *id est, aliqui de Iudæis, quibus debebantur expensæ a populo ratione communis status, vel officii, & similiter Gentiles qui erant ad custodiam terræ, quibus populus debebat de expensis prouidere, quorum numerus ascendebat ad centum quinquaginta viros.*

10 Et qui ve. ad. *s. a Samaritanis, Philisthæis, & aliis gentibus quæ erant in circumitu Ierusalem pro aliquibus negotiis.*

11 In men. mea. *Ne populus grauaretur de expensis eorum.*

12 Et in. di. de. vi. *Tantum enim expendebatur in domo eius de vino, quod in decem diebus euacuabantur aliqua dolia, & oportebat accipere alia.*

13 Et alia. mul. *Quæ populus communis debebat soluere, ad eius subleuationem.*

14 Mement. mei Deus meus in bonum. *gratiæ, & gloriæ.*

15 Secundum om. quæ fe. *Propter amorem tuum, & charitatem fraternam.*

CAPVT VI.

F *Actum est autem,* ✻ Comestor. Post impedimenta hostium, & famis, sequitur tertium impedimentum quo principes trans Humē q. inuidebāt ei, corruperunt muneribus quosdā seniores q. erant in Ierusalem, vt eum morti traderent. Quod cū muniret, varijs cum

CAP. VI.

Factum est autem, cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, [1] quod ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua incorruptio (vsque ad tēpus autem illud valuas nō posueram in portis) miserūt Sanaballat, & [2]

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

Factum est. *Hic ponitur tertium impedimentum proueniens circa personam Nehemiæ, qua impedita impediretur totus populus per consequens ab opere. & primo ponitur impedimentū sibi proueniens ex parte Gentilium. secundo ex parte Iudæorum, ibi:* Et ingressus sum. *Prima in duas, quia primo ponitur impedimentum simulationis, secundo comminationis, ibi:* Et misit ad me. *Primum autem impedimentum quod quærebant Gentiles, erat quod simulabant se velle facere confœderationem cum Nehemia, & sub hoc prætextu educere eum de ciuitate, & sic eum proditorie occidere, vt sic alii Iudæi cessarent ab opere. & hoc est quod dicitur.*

(margin: Diui in.)

2 Miserunt Sanab. & To. *Scilicet, extra ciuitatem.* & per fœd. *scilicet, amicitiæ.*

1 In

A eum terrebãt rumoribus,ut sic ab opere cessarent,dicẽtes: Multi coniurauerunt aduersum te, vade & abscondere ab eis. Rursumque aiebant. Delatum est ad regem, quod velis rebellare,& facere te regem in Iudaea. Noli exasperare dominum tuum. Cumq; multa confingerent in hunc modũ, non praeualuerunt,quia manus Domini erat cum eo. Sequitur.

a Tobias,& Gossem Arabs ad me,dicẽtes. Veni,& percutiamus † [1] foedus pariter in † uitulis in campo † vno [2]. Ipsi autem cogitabant,ut facerent mihi malum. Misi ergo ad eos nuntios,dicens. [3] Opus grande ego facio, & non possum descendere, ne forte [4] negligatur * cum venero,& descendero ad vos. Miserunt autem ad me secundum uerbum hoc per quatuor uices, & respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit ad me Sanaballat [5] iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat * in manu sua scriptam hoc modo. In gentibus auditum est [6],& Gossem dixit [7], quod tu [8] & Iudaei [9] cogitetis rebellare [10], & propterea aedifices murum [11], & leuare te velis super eos [12] regem,propter quam causam,& prophetas posueris [13] qui praedicent de te in Ierusalem,dicentes. Rex in Iudaea est. Auditurus est rex verba haec [14], idcirco nunc veni [15], vt ineamus consilium pariter [16]. Et misi ad eos dicens. Non est factum secundum verba haec quae tu loqueris. De corde enim tuo tu componis haec. Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quod cessarent manus nostrae ab opere,& quiesceremus. Quam ob b causam magis confortaui manus meas. Et ingressus sum [17] domum Samaiae filii Dalaiae, filii Metabeel † secreto. Qui ait [18] †Tractemus [19] nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas aedis; quia uenturi sunt, ut interficiant te, &

Beda lib. 3. alleg. expos. in Esdram, c. 23.

a *Veni & p.* Beda. Hostes sanctae ciuitatis persuadebant Nehemiae in campestria descendere, & foedus pacis secum inire, mactatis simul uitulis in testimonium compacti foederis, sed ille ne

*apertam.

B opus Religiosum negligatur in montanis perseuerat. Sic & haeretici, & catholici falsi uolunt cum ueris catholicis pacis consortium habere, non ut ipsi ad arcem catholicae fidei, & operationis ascendant, sed ut eos potius quos in culmine

C virtutum commorantes aspiciunt, ad infima operum, vel prauorum dogmatum descendere cogant. Bene autem in campo uno uolunt cum Nehemia

† & ipse clausus. LXX. & ipse retentus.

D mia pactum inire, quia in eadem libertate latioris uitae quã sequuntur omnes consequenter resolui desiderant. Bene idem pactum cum eo in uitulis pariter mactatis uolunt inire, quia falsi fratres orationis suae, vel actionis Deo hostias una cum veris catholicis gestiunt offerre vt ueri fideles crediti, per uictimã cõmunionis ueros catholicos corrũpere possint. Sed Nehemias personam fidelium doctorũ tenens,nec ad prophanos descendere,nec eorũ hostiis inquinari cõsentit, sed inceptis virtutum operibus deuotus persistit, &

E quo acrius terrere nituntur, eo magis bene operando ipsis terribilis efficit, vnde in sequentib. dicitur. *Omnes autẽ hi terre.no.&c.* Similiter ergo nos in spirituali structura, quia uersutus hostis semper manus nostras tentat impedire, curemus eas sẽper diuino auxilio confortare.

b *Et ingressus.* Pulsatus ĩsidiis hostiũ Nehemias domũ Samariae quasi amici,& fratris igreditur

† viculis. † Ono.

*opus.

† Conueniamus ad domũ.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 In vitulis. *Quando enim fiebat foedus amicitiae,occidebatur vnũ animal,vel plura,in signum, quòd illi qui percutiebant foedus ad inuicem,essent digni morte si vellent contra foedus venire. In Hebraeo habetur* Bachephirim, *i. in viculis,vbi nos corrupte legimus vitulis. Secundum alios Chephirim est nomen proprium regionis extra Ierusalem,vt dicit Rab. Sal.*

2 In cam.vn. *In Hebraeo habetur:* In campo Ono. *& est nomen loci determinati in regione praedicta. & credo quòd litera nostra corrupta est per scriptores ex similitudine istarum duarum dictionum.*

3 Mi.er.ad eos. *Declinando periculum sagaciter, & excusando me veraciter, dicens.*

4 Opus gran.ego. *Quia per absentiam principalis,& praeceptoris talia negliguntur.*

5 Et mi.ad me. *Hic ponitur secundum impedimentum quod fuit comminationis. quia videntes quod non poterant opus impedire per Nehemiae occisionem, inceperunt ei comminari de rebellione apparenti contra regem,vt sic territus dimitteret opus. & hoc est quod subditur.*

6 In gent.au.est. *i. fama communi diuulgatum,istud erat scriptum in litera sibi missa,& ea quae sequuntur.*

7 Et Gos.di. *Iste erat de principalibus inter Gentiles: & propter hoc dictum eius scriptum erat in epistola.*

8 Quod tu,&c. *Principaliter.*

9 Et Iudaei. *Tibi adhaerentes consequenter.*

10 Cogitetis rebellare,&c. *Contra regem.*

11 Et propterea aedifices murum. *Ad vestram defensionem.*

12 Et leuare te velis super. *propria autoritate,& praesumptione.*

13 Propter quam cau.& pro. *Hoc erat manifeste falsum: quia Aggaeus,& Zacharias tunc prophetantes,non prophetabant a Nehemia positi,sed a Deo inspirati, & ordinati, nec prophetabant de regno Nehemiae,sed de templi,& ciuitatis aedificatione.*

14 Auditu.est rex verba. *q. d. ita sunt communia,& diuulgata, quod non poterunt eum latere.*

15 Idcirco nunc veni. *Extra Ierusalem.*

16 Vt ineamus consi.pari. *q. d. volumus tibi contra periculum imminens fideliter consulere. quod tamen erat falsum: quia quaerebant eum occidere.*

17 Et ingressus sum. *Hic consequenter ponitur impedimentum proueniens ex parte Iudaeorum,quod erat periculosius: quia nulla pestis grauior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. & primo circa hoc ponitur impedimentum a falsis prophetis. secundo ab aliis Iudaeis, ibi: Sed & in diebus illis. Circa primum sciendum,quòd aliqui Iudaei fauebant Samaritanis pro muneribus ab eis receptis, & sic quaerebant tradere Nehemiam in manibus eorum,vel saltem terrere eum, fingendo se loqui spiritu prophetico, vt sic opus impediretur. & hoc est quod dicitur:* Et ing.sum do.sa. *credens ipsum esse amicum suum, & fidelem hoc fecit,sed inuenit de facto contrarium.*

Diuisio.

18 Qui ait,&c. *Ad me terrendum.*

19 Tracte.no. *Intendebat enim iste per sua mendacia includere Nehemiam intra templum, tanquam ex timore fugitiuum, & sic populo ab opere recedente, & propriis negotiis intendente, Nehemias suis hostibus traderetur,vel saltem de fuga confusus redderetur.*

12 Et 1 Et

MORALITER.

† *Veni,& percutia.* Per istos qui Nehemiam, & socios eius non potentes impedire ab opere muri per inuasiones apertas: propter quod se conuerterunt ad malitias occultas,vt sic impedirent eos sub specie pacis,& boni, signãtur daemones, qui videntes se sanctos homines impedire non posse per apertas tẽtationes ab opere muri virtutum, per malitias occultas sub specie boni quaerunt hoc impedimentum. Exemplum ad hoc habetur libro de collationibus patrum abbatis Moysi collatione prima de Sancto Ioanne Abbate, quem diabolus sub specie boni ad immoderatum induxit ieiunium; intantum quod per hoc fuit a melioribus actibus impeditus. propter quod diabolus ipsum deridens, cum post talem abstinentiã immoderatam ad refectionem accederet, in figura tetri Aethiopis ad eius genua prouolutus; Indulge, inquit mihi, quod tibi hunc laborem indixi.

3 *Misi ergo ad eos,dicens opus grande.* Per Nehemiam aũt qui

† malit

tur, sed ipsum insidiatorem & hostem inuenit, tãquã externorũ donis & amicitia corruptum. Semper enim electi habẽt foris pugnas, intus timores, nec solũ apostoli, sed & prophetę periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus suspectam vitam agebant.

a *Men. Elul.* Beda. Qui secundum Hebręos sext⁹ est, & apud Romanos Septẽber appellatur. Et recte murus sanctę ciuitatis sexto anni mense completur, vt etiam hoc tempore perfecta fideliũ vel pœnitentię vel innocentię actio designetur. Senario. n. ꝑfectio boni operis designatur. Vel quia Deus sexto die creationem mundi consummauit, & i septimo requieuit. Vel quia nos in sex huius seculi ętatibus bonis operibus desudare, in septima autẽ quæ est in alia vita, sabbathum animarum voluit sperare. Recte etiam vicesimoquinto eiusdẽ mensis die completur, propter quinque sensus corporis, quorum ministerio bona foris operari debemus. Sicut. n. quinarius simplex solet hos sensus significare, ita per seipsum multiplicatus, & a d. 25. perductus eosdẽ maiori pfectione demõstrat. Perficimus ergo muros Ierusalẽ. 25. die mensis sexti, cũ oẽs sensus corporis nostri diligenter diuinis mancipatis ministerijs cœpta virtutum studia ad finem firma perducimus, quæque ad munitionem catholicæ pacis fideliter agere cœperimus, efficaciter iuuante Deo complemus. Bene etiam muri quinquaginta duobus diebus dicunt̃ esse ꝯpleti. Quinquagesimus enim pœnitentię & remissionis est psalmus, in quo de huius ędificatione ciuitatis orãs propheta dicit, *Benigne fac dñe in bona voluntate tua Sion, vt ædi. mu. Ieru.* Quinquagesimo die dominicę resurrectionis spiritus sanctus aduenit, per quem deuotio nobis pœnitendi, & pœnitentibus venia confert̃. Duo autẽ sunt præcepta charitatis, Dei, scilicet, amor, & proximi, quibus data nobis per spiritum sanctũ indulgentia peccatorum pro ęterna vita laborare iubemur. Ideoq; murũ reædificantes ciues quinquaginta duobus diebus restaurant, quia hęc est iustorum in hac vita perfectio, vt quę dereliquerũt pœnitendo, per gratiam diuinæ inspirationis castigent, & deinceps se in Dei & proximi dilectione in bonis operibus adornent.

b *Vniuersæ gentes.* Beda. Qui autem structores sanctæ ciuitatis terrere, volebãt, vt ab opere retardarent, completa constructione timent, & animo concidunt, scientes quòd ædificatio illa Deo autore cępta esset & completa. Sic in ecclesia cum virtutum structura firma surrexerit, timent immundi spiritus, & viribus nostris tentatio eorum repellitur, & ad nostram victoriam proficit. Hæretici quoque & falsi catholici constanti bonorum fide per dilectionem operante, aut corriguntur emendati, aut cauentur manifestati, & ab ecclesia expulsi.

(1. Cor. 11. f. Vbi sup. — Sup. 5. d. — Gen. 2. a. — Ps. 50. b. — Act. 2. g.)

nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi[1]: Num quisquam similis mei fugit[2]? Et quis vt ego, ingredietur templũ, & viuet[3]? Non ingrediar. Et intellexi ꝙ Deus non misisset eũ[4], sed † quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias, & Sanaballat conduxissent eum. Acceperat enim pretium vt territus facerem, & peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi. † Memento mei domine pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorũ talia, sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorum prophetarum qui terrebant me. Completus est autem murus[5] vicesimoquinto die mensis Elul[a][6], quinquaginta duobus diebus[7]. Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes[b] quæ erant in circumitu nostro, & considerent intra semetipsos, & scirent ꝙ a Deo factum esset opus[8] hoc. Sed & in diebus illis[9] multæ optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & Tobia veniebat ad eos. Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius[10], quia gener erat Secheniæ[11] filij Iorei, & Iohannan filius eius acceperat filiam Mosollam filii Barachiæ: Sed & laudabant eum[12] coram me[13], & verba mea nuntiabant ei[14], et Tobias mittebat epistolas, vt terreret me.

(† prophetiam.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dix. *Repellendo eius persuasionem iniquam.*
2 Num quisquam sim. mei fug. *idest, ita confidens de Deo sicut & ego. q. d. non.*
3 Et quis vt ego ingred. tem. & vi. *q. d. si quis tantum confidens de protectione diuina vt ego, fugeret ad templum timore humano, Deus deberet sibi auferre vitam.*
4 Et intellexi quod Deus non mi. *Hoc intellexit Nehemias per reuelationem diuinam, vel per coniecturam humanam.*
5 Comple. est au. mu. *Licet superuenissent multa impedimenta, vt patet ex prædictis.*
6 Vicesimoquinto die men. Elul. *Hic est mensis sextus apud Hebræos, & correspondet partim Augusto, partim Septembri de communi cursu.*
7 Quinquaginta dieb. &c. *In hoc apparet magnus feruor in operando, quod in tam paruo tempore & cum tot impedimentis factum fuit tantum opus. Ideo postea subditur.*
8 Et scirent quod a domino. *Quia non potuissent hoc fecisse in tam paruo tempore, nisi fuissent a Deo adiuti specialiter.*
9 Sed & in diebus illis. *Hic ponitur secundum impedimentum a Iudæis, qui erant confœderati Samaritanis per matrimonia, & sic reuelabant eis Nehemię consilia, & hoc est quod dicitur:* Sen. in dieb. il. mul. opti. Iudę. &c. *in quibus reuelabant facta & dicta Nehemiæ. Cuius causa subditur:*
10 Multi enim erant in Iud. *i. fœdus cum eo initum iuramento.*
11 Quia gener erat Seche. *Iste enim Sechenias erat de maioribus inter Iudæos, & similiter Mosollam, de quo subditur:*
12 Sed & laudabant eum. *scilicet, Tobiam.*
13 Coram me. *ut inducerent me ad exeundum ad ipsum sub prætextu fœderis ineundi, & sic interficeret ibi.*
14 Et verba mea nuntia. ei. &c. *latenter per nuntios & literas.*

CAP.

MORALITER.

† malitiã predictorum cognoscens, verbis eorum non acquieuit, signantur illi, q malitiã dęmonis cognoscẽtes, eius respuunt monitiones, sicut de beato Martino legit̃, ꝙ cũ diabol⁹ sibi apparuisset in forma regis pulcherrimi, diademate & purpura decorati, dicens se esse Christum in mundũ venturũ, sed ei primo volebat apparere sicut sibi ꝑdilecto, vt sic eũ deciperet: tunc Martinus eius malitiã cognoscẽs, dixit: Dominus Iesus Christus non purpuratũ & diademate renitentem se venturum predixit, & tunc diabolus ad hanc vocem confusus recessit, & cellam illam fętore repleuit.

CAP. VII.

a Postquam au. Mystice vbi ecclesiæ murus collectis ad fidem nouis populis, vel correctis his qui errauerant ædificatus fuit, mox ponendæ sunt valuæ regularis disciplinæ, ne diabolus qui quasi leo rugiens circuniit, vsq; in ouile Dei possit irrumpere.

b *Recensui ianito.* Ianitores qui, scilicet, claues regni cælorum perceperunt, vt dignos & humiles suscipiant, superbos vero & indignos ab ingressu supernæ ciuitatis arceant, dicendo. *Non est tibi pars, neque sors in sermone hoc. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.*

c *Non aperia. &c.* ad ca. toto tempore noctis, Ne autem in tenebris hostis irrumpat, aut aliquis ciuiũ incautus exiens, ab hoste captus pereat. Quod etiam tota nocte huius seculi custodes animarum debẽt vigilantes agere, ne illis negligenter agentibus diabolus cohortem fidelium turbans irrumpat, vel quemlibet, perditurus rapiat. Apparente autem sole iustitiæ, & clarescente luce beatitudinis futuræ iam non erit opus claustris cõtinentiæ, quia nec aduersarijs dabitur vltra facultas impugnandi vel tentandi, æterna cum principe suo vltione damnatis. vnde. *Et portæ eius non claudentur per diem, nox non erit illis, &c.*

d *Et posui custo.* Custodes animarum non sunt de neophytis vel de plebe constituẽdi, sed de illis qui a certamine vitiorũ Dei gratia liberati, iã mentem in Ierusalem. i. in visione tranquillæ pacis habent, quorũ conuersatio in cælis est. Alijs enim cõsummato cursu de hac luce subtractis, alii mox subsituuntur, nec vnquã desinit qui pacem ecclesiæ excubando ambiat propter timores nocturnos, secundum illud, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.*

Hæc illi tempori typice conueniunt, quo seminato per apostolos longe lateque Dei verbo totus orbis nouũ fidei germẽ accepit, necdum ecclesiæ ædificatæ, sed tantũ auditu verbi & sacramentis populi adhuc rudes erant imbuti. Ideo cõgregatis non solum optimatibus, sed & vulgo diligenter eorum numerum recẽsere curauit, vt perspecta omnium summa discernere posset, qui in Ierusalem, qui in aliis ciuitatibus habitare, deberent.

e *Vnumquemque contra do.* Sic enim custodia sanctæ ecclesiæ rite perficitur, si quisque ita sollicitudinẽ omniũ fidelium gerat, vt specialiter eis quibus Deo autore prelatus est, curã diligentioris studii impendat.

f *Ciuitas autem, &c.* Iosephus Postquam muri perfectionem acceperunt. Nehemias, & reliqua multitudo, sacrificauerunt Deo pro eorum reædificatione, ac per octo dies sunt epulati. Gentes autẽ quæ Syriam habitabant, audientes perfectam muri constructionẽ grauiter angebantur. Nehemias aũt in ciuitate vidẽs paucos homines habitare, rogauit sacerdotes & leuitas, vt vicos relinquentes ad ciuitatem migrarent, & in ea manerent, fabricans eorum domicilia propriis expensis.

Beda lib. 3. aliãq exp. in Esd. c. 15. Mystice. 1. Pe. 5. c. Act. 8. d. † existerem Apo. 21. g. Philip. 3. d. Psal. 44 d. † palatii ia † genealogię. L. 11 ant. c. 5. g

CAP. VII.

POstquam autem ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & [a] cantores & [b] Leuitas, præcepi Aneni fratri meo, & Ananiæ principi † domus de Ierusalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur) & dixi eis. Non aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis. Cumque adhuc † assisterent, clausæ portæ sunt, & oppilatæ. Et posui custodes de habitatoribus Ierusalem singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus, & vulgus, vt recenserem eos. Et inueni librum † census eorum qui ascenderant primum, & inuentum est scriptum in eo. Isti filij prouinciæ qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem, & in Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerant cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamin, Mardochæus, Belsar, Mespharat, Beggoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel, Filii Pharos, duo milia centum septuaginta duo. Filij Saphatia trecenti septuaginta duo. Filii Area, sexcenti quinquaginta duo. Filii Phethmoab, filiorum Iosue & Ioab, duo milia octingenti decẽ & octo. Filii Aelam mille ducenti quinquaginta quatuor. Filii Zethua octingenti quadraginta quinque. Filii Zachai septingenti sexaginta. Filii Bannui sexcenti

a ¶ Cantores sunt qui dulcedine cælestis patriæ pia voce prædicant.
b ¶ Leuitæ sunt qui ergo ciuitatis obsequium semper vigilant.

Omnis

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

1 POstquam au. *Superius scripta est muri ciuitatis præparatio, hic consequenter describitur eius clausio, et primo describitur ciuitatis clausura, secundo populi summa, ibi.* Deus autem. *Circa primum vero primo describitur positio portarum, cum dr.* Et posui valuas. *secundo serarum & vectium cum dicitur.*

2 Et di. eis. Non ape. por. *ne subito irruerent aduersarii antequam viri bellatores essent plenarie excitati, et per ordinationem custodum, cum dicitur.* Et posui custodes.

3 Et non er. do. edi. *Videtur contrariari ei quod predicitur.* Vnũquemq; con. dom. *Dicendũ q. domus nõ erant ædificatæ ad permanendũ, sed iuxta muros a parte interiori fecerat quadam appenditia & tuguria in quib. poterant manere ad tempus quousq; ciuitas esset interius ædificata, & ideo, q. d. dictum est superius de ædificatione muri exterioris & medii & muri interioris, & domorum sacerdotaliũ & aliquorum aliorum, dicitur hic per anticipationem.*

4 Deus autem de. in cor. meo, &c. *Descripta ciuitatis clausura, hic consequenter describitur populi summa, quod fecit Nehemias ex inspiratione diuina, vt videret qui essent habitaturi in Ierusalem, et qui extra de habitantib. in Ierusalem qui & qualiter deberent ædificare muros interiores et domos ad habitandum, et ista numeratio populi habetur sup. Esd. 2. c. ita quod hic et ibi est idem numerus totius multitudinis, licet in aliquibus varietur secundum partes et secundum nomina numeratorum. Quod factum est, quia plures eorũ erant binominati et hic nominantur vno nomine et alio ibi, et ideo exponatur litera sicut ibi fuit exposita vsque ibi.*

Non

MORALITER.

1 *Postquam autem ædif. &c.* Sequitur.

2 *Non aperiantur portæ Ieru. &c.* Secũdum sensum moralem ciuitas Ierusalẽ signat animam fidelem, in qua regnat verus Dauid Iesus Christus per gratiam. Huius aũt ciuitatis portæ sunt exteriores sensus animi qui non dent aperiri de nocte. i. ad opera mala peragẽda, q̃ sunt opera tenebrarum, vt pote visus non est aperiẽdus ad aspectũ impudicũ, nec auditus ad verba detractionũ, neq; gustus ad gastrimargię vitiũ, neq; tactus ad amplexũ immundum, neq; odoratus ad odorẽ meretricum, nec ad alia pdictos sensus respicientia dẽt aliqualiter aperiri, sed ista sunt posita pro exemplo. Sed portæ pdictæ ad calorem solis sũt aperiendæ. i. ad faciendũ opera charitatis, quę signantur per calorem solis. Aperiendus est. n. visus ad miserias pauperum releuandas, Esa. 58. b. *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Similiter auditus ad exaudiendum clamores afflictorum. Prou. 21. b. *Qui obturat aurẽ suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur.* Exemplum Luc. 16. de diuite epulone, qui clamans ad Abraham, guttam aque non potuit impetrare, eo qd micas panis Lazaro nõ cõcessit. Et sic dicendũ est de apertione aliorũ sensuũ ad actus sibi cõuenientes secũdũ ordinẽ charitatis:

Non

quadragintaocto. Filij Bebai sexcenti viginti octo. Filij Azgad duo millia trecenti vigintiduo. Filij Adonicam, sexcenti sexagintaseptẽ. Filij Beguai duo millia sexagintaseptem. Filij Adin sexcenti quinquagintaquinque. Filij Ater, filij Ezechiæ, nonagintaocto. Filij Asem, trecenti vigintiocto. Filij Besai, trecenti vigintiquatuor. Filij Areph, centum duodecim. Filij Gabaon, nonagintaquinque. Filij Bethelehem, & Nethupha, centum octogintaocto. Viri Anathot, centum vigintiocto. Viri Bethazmoth, quadragintaduo. Viri Cariathiarim, Cephira & Beroth septingenti quadragintatres. Viri Rama, & Nebo, sexcenti vigintiunus. Viri Machmas, cẽtum vigintiduo. Viri Bethel & Chai centum vigintitres. Viri Nebo alterius quinquagintaduo. Filij Aelam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Arem trecenti viginti. Filij Iericho trecenti quadragintaquinque. Filij Lodadin & Ono, septingenti viginti vnus. Filij Senaa, tria millia nongenti triginta. Sacerdotes, Filij Idaia in domo Iesua, nongenti septuaginta tres. Filij Emmer, mille quinquaginta duo, Filij Phessur, mille ducenti quadragintaseptem. Filii Arem, mille decem & septem. Leuitæ, Filij Iosue, & Cedmihel filiorum Oduiæ septuagintaquatuor. Cantores, Filij Asaph, centum quadragintaocto. Ianitores, Filij Selum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Atitha, filij Sobai, centum trigintaocto. Nathinæi, Filij Soa. Filij Asupha, filij Thebaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Agaba, filij Selmon, filij Anan, filij Geddel, filij Gaer, filij Raahia, filii Rasin, filii Nechoda, filij Iezẽ, filii Aza, filii Phasea, filii Besai, filii Munim, filij Nephusim, filii Bechue, filii Acupha, filii Azur, filii Bessuth, filii Maida, filii Arsa, filii Bercos, filii Zizara, filii Thema, filii Nasia, filii Athupha, filii seruorũ Salomonis, Filii Sotal, filii Sopherech, filii Pheruda, filii Iahala, filii Darcon, filii Gedel, filii Saphata, filii Achil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Asbaim filio Ammõ. Oẽs nathinęi, & filii seruorum Salomonis trecẽti nonagintaduo. Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmala Thelarsa: Cherub, Addõ, & Emmer: & nõ potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum vtrum ex Israel essent. Filii Dalaia, filii Tobia: filii Nechoda sexcẽti quadragintaduo. Et de sacerdotibus filii Iobia, filii Accos: filii Berzellai qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditidis vxorẽ & vocatus est noĩe eorũ. Hi quæsierunt scripturam suã † in censu & nõ inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Dixitq; Athersatha eis: vt nõ mãducarẽt de sanctissanctorum: donec staret sacerdos † doctus & eruditus. Omnis multitudo [a] quasi vnus: quadragintaduo millia trecenti sexaginta absq; seruis & ancillis eorũ, qui erãt septẽ millia trecenti trigintaseptem, & inter eos cantores & cantatrices, ducẽti quadragintaquinq; Equi eorum septingenti trigintaseptem: muli eorum: ducenti quadragintaquinque, cameli eorum quadringenti trigintaquinque, asini sex millia septingenti viginti.

a *Omnis multitudo quasi vn. &c.* Iose. Populũ etiam agros colentem decimas fructuũ ad Ierosolymã iussit offerre, vt habentes sacerdotes & Leuitæ alimẽta, ꝑpetua religiõis iura nõ derelinquerẽt. Et hi quidem libẽter sequebantur decreta Nehemiæ. Ciuitatẽ verò exinde cõtigit hominum multitudine compleri. Multa etiam talia bona & laudibus digna cum summa fecisset magnificentia Nehemias, ad senectutem perueniens defunctus est.

† qua series generationis eorum recenseretur.

† in Vrim & Thummim. & vide Exo. 28.c.

CAP. CAP.

Hieron. *Hucusque refertur quid in Commentario scriptum fuerit, & in Nehemiæ historia texitur.*

Nonnulli autem de principibus familiarum [1] dederunt in opus. Athersatha dedit in thesaurum, auri drachmas mille † phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia ducentas. Et quod dedit reliquus populus auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia, & tunicas sacerdotales sexagintaseptem. Habitauerunt autem sacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & reliquum vulgus & nathinæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

† vel crateras

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nonnulli. *vbi exprimuntur munera, quæ dederunt principes in templo domini, quia. 1. Esdræ 2. ponuntur tantum in generali, hic autem ponuntur magis in speciali, & patet litera.*

CAP. VIII.

a ET ve. mensis. Bed. Qui non longè aberat. Cum enim murus esset xxv. die sexti mensis completus v. tantũ dies ad exordium 7. mensis supererant, qui a prima die vsque ad vicesimam secundã totus legitimis cęremonijs consecratus est, quibus ita ritè celebratis, deinde ad disponẽdos vrbis mansores cũ principibus & plebe reuersus est.

Beda li. 3. Expos alle. in Esdram, ca. 21.

1. Esd. 3. a. 3. Esd. 5. c.

b *Congregatusq; omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ &c.* Beda. Notanda deuotio populi & concordia, quasi vir vnus, id est, eadem fide & dilectione ad templum Dei conuenerunt & pontificẽ rogauerunt, vt allato libro mandata legis q̃ agerent, replicarent, vt cum ciuitate ędificata operis quoque Deo placiti structura consurgeret, ne sicut antea propter religionis negligẽtiam, ciuitas periret. Bene autem sexto mense ciuitas extructa, septimo in eam populus ad audiendam legem congregatus est. Sex enim dies in lege sunt operandi, septima quiescendi. & hæc est post bonũ opus accepto domino quies nostra, vt abstinentes ab opere seruili i. peccato, audiendis & implendis mandatis eius operam demus. Vnde in principio mensis septimi statuta est solennitas tubarum, quarum cantu populus inter orationes & hostias ardentius ad legis memoriam excitaretur.

Vbi suprà. Nota deuotionẽ populi.

Mysticè quoq; ædificata ciuitate oportet sequi lectionẽ diuinam, & tubas sonare crebriores, vt populus sacramentis cœlestibus initiatus etiam sacris eloquijs ex tempore solertius qualiter viuere debeat, instruatur.

Mysticè.

c *Ante portam aquarum.* Be. Portam aquarũ reor dici in atrio sacerdotum, quo templũ vndique per quadrum erat circundatũ, maximè ad orientalem plagam tẽpli, vbi erat mare æneũ, ad lauãdas manus pedesq; introeuntium in templum, vbi erãt decẽ luteres ænei ad lauandas hostias, vbi etiã altare holocausti inter quod & templũ lapidatus est Zacharias filius Barachiæ. Non aũt huius atrij portã intrãdi populus hẽbat licentiã, sed tantũ sacerdotes & ministri dñi. Populus aũt extra hãc portã, & maximè in platea, quæ erat ad oriẽtalẽ plagam eius ad audiẽdum vel adorãdum stare solebat. Bene ergo ante portam aquarum collectus est populus tanquam per multitem suum fluentis scripturarum spiritualiter potandus.

Scenophegiæ sub Esdra & Nehemia.

2. Par. 24. f.

CAP. VIII.

a ¶ Quærente scilicet Nehemia prouidere & disponere qui in ciuitate quam ædificauerat, habitare deberent.

ET † venerat mensis septimus scenophegiæ sub Esdra & Nehemia. Filii autem Israel erãt in ciuitatibus suis. Congregatusque omnis populus quasi vir a ¶ Eadem fide & dilectione. vnus, ad plateam, quæ est ante portam aquarum, & dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi, quam pręceperat dominus Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo apertè, in platea quæ erat ante portam aquarum, de mane vsquè ad mediam diem in conspectu virorum, & mulierum, & sapientum. Et aures omnis populi erant erectæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & steterunt iuxta eũ Mathathia, & Semeia, & Ania, & Vria, & Delchia, & Maasia, ad dexteram eius & sinistrã, Phadaia, Misahel, & Melchia, & Asum, & Asephdana, Zacharia,

d *Stetit autem Esdras scriba super gradum.* Vt meminisse huius loci Paralip. vbi dictũ est, *quia stetit Salomon corã altari domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas.* Siquidẽ fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eã in medio basilicæ, habentem quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos in altum, stetitq; super eam. In medio. n. basilicæ, dicit

Beda vbi sup. 2. Par. 6. b.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

ET vene. mensis septimus. *Postquam descripta est ciuitatis muratio & muratæ clausio, hic consequenter describitur populi congregatio ad precãdum dominum, ne propter peccata populi ciuitas iterum vastaretur. Circa quod primo describitur festiua celebratio. secundo transgressionis confessio, ix. c. 3. correctionis firma promissio. ca. x. Circa primum describitur primo celebratio festi tubarum. secundo tabernaculorum, ibi* In die secundo. *Circa primam celebrationem. primo describitur legis lectio. secundo eiusdem interpretatio, ibi,* Dixit autem Nehemias. *Circa primum dicitur.*

1 Et venerat mensis septimus, &c *qui apud Hebræos erat quasi totus festiuus, quia prima die erat festum tubarum, in memoriam liberationis Isaac ab immolatione, & decima die festum expiationis in memoriam diuinæ placationis de fabricatione vituli aurei in deserto, et quintadecima die festum tabernaculorũ, in memoriam qd filii Israel post exitum de Aegypto habitauerunt in tabernaculis in deserto. & istud festum celebrauerunt filij Israel, qui de captiuitate redierant, non tamen prima die mensis septimi, sed quintadecima die, vt videbitur infra sequenti cap.*

Scenophegię sub Esdra & Nehe. &c. *hoc non est in Hebræo, nec est de textu, nec subintelligitur, quia scenophegia idem est quod festum tabernaculorum, quod non fiebat tunc scilicet prima die mensis septimi, sed post, scilicet quintadecima die, quia sic præcipitur Leuitici. 23.*

2 Congregatusque est omnis populus quasi vir vnus. *i. totaliter & perfecte, vel vno animo & voluntate ad festum celebrandum.*

3 Ad plateam quę est ante portam aquarum. *Ista porta nominatur porta fontis supra. 3. c. & in ista porta, non tamen immediate erat atrium, vbi homines orabant & audiebant verbum diuinum, & hoc atrium vocatur hic platea.*

4 Et dixerũt Esdræ scribę, ut afferret librũ legis domi. &c. *Quam reparauerat, vt dictum est supra Esdræ. vij. & ideo eam melius docere poterat.*

5 Et legit in eo aperte, &c. *idest, intelligibiliter declarando ea quę videbantur obscura.*

6 In die prima mensis septimi. *in quo est festum tubarum, vt præcipitur Leuitici. 23.*

7 De mane usque ad mediam diem. *in quo apparet eius sollicitudo populum docendo, & deuotio populi ita diu & attente audiendo. Ideo subditur.*

8 Et aures omnis populi erant erectæ ad librum. &c. *idest, ad audiendum ea quæ legebantur in libro, & aures mentis erant attentæ ad intelligendum.*

9 Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, &c. *Dicitur autem de Salomone, quod fecit super basim æneam ad loquendum populo, vt habetur secundo Paralipom. enon sexto. Sed illam basim & alia metalla portauerunt secum Chaldæi, quando incenderunt templum & ciuitatem, vt habetur. 4. Re. vltimo. Esdras autem non erat ita diues sicut Salomon. & ideo pro gradu æneo fecit gradum ligneum ad loquendum.*

MORALITER.

2 *Congregatusque est omnis populus quasi vir vnus, &c.* Vnde dicitur Actuum quarto. f. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.*

3 *Ad plateam quæ est ante portam aquarum.* idest, lachrymarum compunctionis & deuotionis. tales enim aquæ in congregatione fidelium debent esse.

† *Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine.* Per Esdram qui adiutor interpretatur, doctor vel prędicator euãgelicus designatur. vnde Paulus magnus prædicator & doctor gentium dicit. 1. Cor. 3. b. *Dei enim adiutores sumus.* Et iste debet afferre legem euangelicam, & eam fideli populo prędicare, & eius intellectum fideliter aperire.

Et

citatrij sacerdotũ, cui basilica maior exteriorum atriorũ oĩ parte templi erat circundata, de quib. in eodem lib. scriptũ est, *Fecit et atrium sacerdotum & basilicam grandem, &c.* Sed & Salomõ quasi rex basim fecit æneam. Esdras quasi minoris potentiæ gradũ ligneũ. sicut Salomon vel Moyses altare holocausti fecerunt æneum, & filij trãsmigrationis lapideum. Sed non est putãdũ minus sacramẽtum ligneũ gradũ quàm basim æneam habere. Sicut enim ęs ꝑ diuturnitate perdurandi, vel suauitate sonandi diuinis congruit sacramentis, q̃ nulla sacramentorũ lõgitudine deficiũt, *& in omnem terram exiuit sonus eorũ.* Ita lignum cõgruit eisdẽ propter trophęũ dominicę passionis. *Stetit autẽ Esdras scriba super gradũ ligneum &c.* Be. Stat pontifex in gradu ligneo, quẽ fecit ad loquendum, cum singulari imitatione dominicæ passionis altiorẽ se cęteris facit. vnde meritò fiducialiter prędicat verbũ Dei. Si enim nõ imitatur passionem dñi, nondũ gradum ligneũ, vñ alijs pemineat, ascendit. Vnde necesse est, vt timidus & erubescẽs quæ ipse non fecit, alijs faciẽda prędicet, &c.

Psal. 18. † aperte † mulsum

& Mosollum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Super vniuersum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum, stetit omnis populus, & benedixit Esdras domino Deo magno. Et respondit omnis populus, amen, amen, eleuans manus suas. Et incuruati sunt, & adorauerunt Deum proni in terram. Porrò Iosue, & Baani. & Serabia, Iamin, Accub, Septhai, Odia, Maesia, Celita, Azarias, Iozabed, Anani, Phalaia, Leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis Dei, distinctè & † aperte ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Dixit autẽ Nehemias (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est domino Deo nostro. Nolite lugere, & nolite flere. † Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis. Et dixit eis. Ite, cõmedite pinguia, & bibite † mulsum, & mittite partes eis qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est, & nolite contristari. Gaudiũ etenim domini fortitudo nostra. Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere. Abiit itaque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam, quia intellexerunt verba quæ docuerat eos. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi po-

a ¶Qui enim gradum doctoris accipit, merito vitæ perfectioris, transcendere debet actionem vulgi.

a ¶Diuinitus scilicet collatæ actionis libertatem & audiendi verbi Dei dulcedinem: mulsum enim est vinum melle dulcoratum: vnde & Græce vino melle vocatur.

Cũ præsules quantum honore, tãtum opere subditos antecellunt, ipsi eorum exemplis incitati vitę suæ gradum exequuntur deuoti, & ab eis piè admoniti pro peccatis, vel desiderio patriæ cœlestis lachrymas profundere delectantur. Vnde bene subditur, Flebat enim omnis populus, cum audiret verba legis, &c.

Li. 2. const. c. 21.

a *Ite & comedite & bibite, &c.* ✠ Clemens Ro. de escis dicit Dñs, *Bona terræ comedite. Et, Omnem carnem edite vt olera herbarum, sanguinem autẽ effundetis. Non enim quæ intrant in os coinquinant hominem,* sed quæ exeunt blasphemias inquam, & detractiones, ac si quid est huiusmodi. Quis enim comedit vel bibit sine ipso? Admonet quoque te sapiens Esdras, *Ite,* inquiens, & *comedite pinguedines, & bibite dulcedines, & ne tristemini.*

Li. 11. Ant. c. 5.

✠ Iosephus. Cum audissent recensitã legis iustitiam, ad præsens & in posterum docebantur, de præteritis autem gemebant, recordati quòd si legem custodissent, nihil ex tot malis perpessi fuissent. Præcepit autem Esdras lachrymis abstinere propter festos dies, in quibus minime licet affligi, hortabaturque magis ad epulationes eos conuerti, & facere quæ sunt cõuenientia celebrationi præsenti, pœnitentiam verò & mœstitiã de prioribus peccatis habendam, & obseruandum ne quid in posterum eis simile eueniret.

† Esd. 9. g.

Beda vbi s. p.

Vt infirmiores conscientias proximorũ exemplo piæ actionis, & suauitate deuotæ admonitionis cõfortemus, præcipit, quatenus sicut adipe & pinguedine repleantur, labijsque exultationis laudent nomen domini. Iuxta literam quoque cum infestis diebus post orationem lectionem & psalmorum studia completa carnem reficimus, pauperum & peregrinorum meminisse debemus.

Psal. 62.

b *Nolite contri.* Doctores qui mentes auditorum sacris lectionibus ad lachrymas excitant, & ijdem cõsolantur, dum gaudia secutura promittunt.

c *Quia dies san.* Dũ scilicet verbis dñi audiendis & implendis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et benedixit Esdras dño Deo magno, &c. *Ostendens quòd in principio prædicationis ad impetrandum gratiam Dei debet fieri oratio, non solum a prædicante, sed etiam a toto populo. Ideo subditur,* Et respondit oĩs populus, amen, amen, eleuans manus suas. Et incuruati sunt & adoraue.

2 Populus autem stabat in gra. *inferius quàm Esdras qui præeminebat populo, vt prædictum est.*

3 Dixit aut Neh. *Hic consequenter describitur lectionis interpretatio, cum dicitur.* Dixit au. Nehe. ipse est Athersatha. *Sic enim alio nomine dictus est, cuius ratio dicta fuit suprà Esd. 2. ca.*

4 Et Esdras sa. & scri. *Non est per hoc intelligendum, ꝙ isti omnes simul loquerentur, quia esset magis confusio intellectus audientium quã instructio, nisi forsitan in diuersis locis & diuersis partib. populi sic loquerentur, quòd vnus non impediret alium, quod tñ non videtur verum, quia in principio huius c. dicitur.* Congregatus est oĩs populus quasi vir vnus ad plateã, quæ est ante portam aquarũ. *Ex quo videtur, quòd totus erat congregatus in loco vno. Solus igitur Esdras legẽ legebat, & obscura declarabat, sed alii in hoc ipsum iuuabant, quia sibi adsistentes faciebant silentiũ in populo ipsum reprimentes a luctu & gemitu, quia non erat dies luctus, sed spiritualis lætitiæ.*

5 Flebat enim. *quia percipiebat se legẽ transgressũ fuisse in multis.*

6 Ite co. pin. *i. vinum melle dulcoratũ. Et hoc patet, quod in dieb. festiuis possunt fideles & debent lautius viuere, cum moderamine tamẽ.*

7 Et mit. partes. *idest, exenia.*

8 Eis qui non præ. pa. *i. pauperibus qui non habuerunt, vnde possent sibi sufficienter prouidere.*

9 Et no. con. *cuius ratio subditur.*

10 Gaudium etenim. *i. gaudium spirituale quo debetis in domino gaudere in hac solennitate est consolatio nostra nos fortificans ad bonum. Cætera patent ex dictis.*

11 Et in die. se. *Hic consequenter agitur de celebratione festi tabernaculorum, cuius occasio præmittitur. cum dicitur.*

Et

MORALITER.

1 *Et benedi. Esdras do.* Quia prædicator Dei gratiam postulare debet in principio, non solum per seipsum, sed etiam per populum. Ideo subditur,

Et

† *Et respondit omnis popu. amen.*

6 *Ite & come.* Ex hoc patet, quòd in diebus solennibus licitum est lautius viuere, quàm alijs temporibus. Vel per istã refectionem potest eucharistiæ sumptio designari, quæ in diebus solennibus est potissimè assumenda.

 † *Egredi-*

dis operam damus, in quo die quamuis exterius aduersa patientes, nos in spe gaudere oportet, vnde, Quasi tristes, semper autem gaudentes, &c.

a *Et inuenerunt &c.* ✻ Chrysost. Erat olim hoc festum venerabile, cum iuxta legem fieret, Deiq; iussu, nunc autem non amplius, eo quòd tota illius dignitas sublata est, eò quòd contra Dei mentem celebratur.

Beda. Hæc in Leuitico plenius scripta sunt, & quòd in memoriã fieri iussa sint longi itineris, quo educens dominus populum de Aegypto. xl. annis per desertũ in tabernaculis habitare fecit quotidie illis per Moysen legis præcepta depromens. Iussa est autẽ fieri tabernaculorũ fixio, quę Gręce scenophegia dicit, omnibus annis septem diebus, idest a quintadecima die septimi mensis vsque ad xxij. Huius obseruãtiæ sacr̃m debemus perscrutari, cũ Christus huic festiuitati adesse dignatus est. Cumq; populũ affatus cõfluentẽ sacris dedicauerit verbis. Nostri quoq; patres liberati sunt ab Aegyptiaca seruitute p sanguinẽ agni & adducti p desertũ quadraginta annis in terrã promissionis, cũ p dñi passionẽ liberatus est mundus a seruitio diaboli, & per apostolos primitiua ecclesia cõgregata est, quæ quasi per desertum xl. annis ducta est ad patriam cœlestem, quia quadragenarium ieiuniũ Moysi. & Eliæ, & ipsius dñi imitando continentem vitã duxit, semper æternam sitiens patriã, & ab omnib. mũdi secreta illecebris, in quotidiana diuinæ legis meditatione vigilauit. Nos quoque debemus manere in tabernaculis, exeuntes de tabernaculis nostris. i. seculi voluptatib, relictis, peregrinos nos esse in terra, & patriã habere in cęlis cõfiteri & desiderare eam oĩbus votis, & hoc in die solenni mense 7. i. in luce gaudij cœlestis implente cor nostrũ gratia spiritussancti quę septiformis est. In tabernaculis septem dieb. manere præcipimur, qm̃ omni tẽpore huius vitæ quę septem dieb. agitur, meminisse nos oportet, quia *incolæ sumus in terra, & peregrini sicut patres nostri.*

b *Ligni pulcherrimi, &c.* Quod scilicet Hebræi vocant cedrũ. Frondes verò myrti & obumbraculum sibi affert qui dicere potest, *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco.*

c *Frondes li. pul. & fron. myrti, &c.* Fructus charitatis quę inter omnes virtutes pulcherrima, per quam & Christus lignum crucis pro nostra salute ascẽdit, cui⁹ passionem dum quantũ possumus, imitamur, frondibus profectò ligni pulcherrimi & myrti in mortificationem virtutũ & libidinum protegimur. Magi. n. dño myrrham offerentes docuerunt, quia qui Christi sũt, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigunt.

d *Ramos palmarum.* Bed. Ramos palmarum afferimus, quod est manus victricis ornatus, cũ mentem vitiorum victricem gerimus, & inuictã cunctis hostibus vt stemus *ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus nostris.*

e *Vnusquisque in do.* Be. In domate suo, tecto. s. domorũ, qa in Palæstina non habent culmina in domibus, sed æquales sunt omnium domorum summitates superpositis trabibus & tabulatis. Ita quisque nostrum egressus facit tabernacula in domate, tecto, scilicet domus suæ, cum habitaculum suæ carnis aĩo transcendẽs affectus noxios sedula supernę lucis, & libertatis meditatione calcat. Idem in atrijs nostris facimus, cũ mente ad cęlestia flagrante quasi extra mundũ consistimus, cuius mãsionẽ ocyus relinquere desideramus, & in atrijs domus Dei, qñ & si nondum aulam supernę habitationis licet ingredi, in eius tamen vicinia totã cogitationis nostræ memoriã sedemq; locamus, & in platea portæ aquarũ, cum dilatato corde in via mandatorum Dei, *sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima nostra ad Deum viuũ.* Et in platea portæ Ephraim. i. frugiferi vel crescentis, quãdo in latitudine liberi cordis ita proficimus, vt patefacta nobis a domino porta iustitiæ semper in illo crescamus in salutẽ, & in

puli, sacerdotes, & Leuitæ ad Esdram scribam, vt interpretaretur eis verba legis. † Et inuenerunt scriptum in lege præcepisse dominum in manu Moysi, vt habitent filii Israël in tabernaculis in die solenni mense septimo, vt prædicent & diuulgent vocem in vrbibus suis, & in Ierusalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula, sicut scriptum est: Egressus est omnis populus, & attulerunt. Feceruntque sibi tabernacula, vnusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. Fecit ergo vniuersa ecclesia eorum, qui redierant de captiuitate tabernacula, & habitauerunt in ta-

a ¶Quasi incolæ & peregrini super terram.
a ¶Luce, scilicet, gaudij cœlestis. b ¶Pleni gratia spiritus sancti.
a ¶Nobis quoque egrediendum est de quadam mansione generalium cogitationum ad meditandum altitudinem scripturarum.
b ¶Fructus misericordiæ quibus pauperes recreando nos ab æstu vitiorum obumbremus.
a ¶Id est, cæterarum ornamenta virtutum. b ¶De his omnibus tabernacula facimus, cum bonis delectari operibus, totum animum a mundanis illecebris abstrahimus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in. scri. *Le. 23. g.*
2 Præcepi. do. in ma. *idest, per ipsum Moysen.*
3 Vt hab. &c. *factis de ramis arborũ viridibus & floribus, hoc. n. festũ celebratur in memoriam beneficij diuini, quo fecit habitare filios Israel. 40. annis in tabernaculis in deserto, et absque notabili defectu, secundum q̃ habetur Deut. 2. b.* Nouit dñs iter tuum habitans tecũ. xl. annis, & nihil tibi defuit. *& ad designandum quod Deus de deserto eos educens introduxit in terram fertilem & delectabilem.*
4 In die so. men. *Die. n. quindecimo septimi mensis incipiebat festum istud, & durabat. 7. diebus. s. vsque ad 21. diem mensis inclusiue.*
5 Et fron. li. *i. ramis & foliis copiosi. Consequenter ponit executio huius solennitatis, cum dicitur.*
6 Et egres. est. *istud non refertur ad illud quod prædicitur, In die secundo. quia die secundo mensis 7. audierũt præceptum legis de festo tabernaculorũ et appropinquante die quindecimo mẽsis exierunt ad accipiendum ramos et fecerunt tabernacula secundum legis mandatum. ideo sequitur.*
7 Feceruntq; sibi ta. *i. in tecto domus suæ, domus enim in terra illa habent tecta plana, et ideo fecerunt ibi tabernacula quæ dẽbant esse sub diuo, vnde & in terra ista quando faciunt hoc festum intra domos suas quæ non habent tecta plana, remouent cooperturã domus supra tabernaculum, vt sic sit sub diuo.*
8 Et habitaue. in taber. *s. septem diebus secundum præceptum legis. Leu. 23.*

Non

MORALITER.

† *Egre. in mon.* idest, de vitijs transite ad culmen virtutum.
† *Et af. fron.* idest, opera misericordiæ.
† *Et fron.* i. deuotas meditationes Christi passi, qui est vitæ lignum, & speciosus forma præ filijs hominum.
† *Et fron. myr.* habentes virtutem consiliandi, propter quod designat patientiam in aduersis.
† *Et ra. pal.* Per quos victoria designat. Vnde victoribus antiquitus palma dabatur, & ideo signat victoriam de spiritualibus inimicis, scilicet. diabolo mundo & carne.
5 *Et fron. li.* i. ramis & folijs copiosi, per quos designatur dilatatio charitatis. Psal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*
† *Vt fi. ta.* Ex istis enim fit tabernaculũ spũale, in quo filij Israel. i. boni Christiani debent 7. diebus habitare, idest, toto tempore vitæ suę, totum enim tempus. 7. dieb. reuoluitur, & ideo septenario dierũ totus decursus temporis designatur.

† In

in maioribus bonæ actionis frugibus abundare mereantur.

A a *Septem die.* Scenophegia septē diebus agebať.i.a quintadecima luna mensis septimi vsq; ad vicesimam primam,octauo die.i.22. mensis denuo collecta populi agebať maiori festiuitate insignis. Vñ in Leuit. *A quintadecima die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias septē diebus, die primo & die octauo erit sabbathum. i. requies, &c.* Legit ergo Esdras septē dieb. scenophegiæ populo in libro legis Dei, quia hæc est vera solennitas, vt per dies singulos.i.per oīa bona opera quib. a Deo illustramur, lēgēdis audiendis,faciendisq; eius sermonib. intēto corde vacemus. Incipit aūt hæc solēnitas a 15. die mensis, qñ luna nocte plenissima est, cū oēs.s. mentis nřæ tenebræ clarissimo Christi lumine resoluunť,sequiturq; eā dies octauus sabbathi.i.quietis qđ erit tp̃e resurrectionis in vita futura,cuius gaudio interim in spe subleuamur,tūc in re ipsa pfruemur,cū optata illa collecta oīs sanctorū cœtus angelorū.s.& hoīum in conspectu Dei ↄgregatus, & nunquā segregandus exultauerit.

Leui.23.f.

bernaculis. Non enim fecerant a diebus Iosue filij Nun, taliter filij Israel vsque ad diem illum, & fuit lętitia magna nimis. Legit autem Esdras in libro legis Dei per singulos dies a die a primo vsque ad diem nouissimum, & fecerunt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum.

a ¶ Quod significat sanctorum congregationem in resurrectione.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non enim fece.&c.taliter filij Isra. *Non est intelligendum, quod ista solēnitas fuerit simpliciter maior quam aliqua quæ fuerit intermedio tēpore prædicto, quia temporibus quibus floruit regnum, scilicet tempore Dauid & Salomonis, fuerunt pluries facta tabernaculorum festa solenniora quàm istud, sed ista comparatio accipitur secundum quid, & proportionabiliter, quia tempore intermedio prædicto non legitur quòd populus sic fuisset generaliter congregatus in Ierusalem quasi vir vnus, vt dicitur in principio huius cap. nec quod populus fuerit sic attentus ad audiendum legem. Item secūdum quandam proportionem maius fuit illis, qui de captiuitate redierant, facere tale festū, quàm regibus potentibus & populo existenti in statu potentissimo facere festa multò maiora simpliciter, sicut maius est puero portare quatuor quàm viro robusto decem vel viginti.*

2 Et in die octauo. *pro emendis necessarijs in vsum templi.*

3 Iuxta ri. *qui habetur Leui.23.*

CAP.

C A P. IX.

B a IN die au. ✻ Comestor. Quia audiuerant in lege, Ammonites & Moabites non intrabunt Ecclesiam Dei, separauerunt alienigenas, & in mundationē suā statuerūt in crastinū gñale ieiuniū, vt affligerēt aīas suas hoīes & iumenta, vsq; ad pueros septēnes, & cōuenerūt octies ad audiēdā legem, quater ī die, & quater in nocte. Lectione terminata prosternebatur populus ad orandū, & fiebant preces super eum, & tandem benedictio sacerdotalis.

Li.3.alle.exp. cap.28.

Bed. Notanda correcti populi deuotio. Completa enim rite solennitate, vno tantum intermisso die, mox in ieiunio, & pę C nitentia sponte conuenerunt, vt qđ gerendum audierant, diligenter gererēt, se parando, s.sei pſos mente & copore a consortio eorū, qui a dño alieni sunt, ne per eorū consortium in similia mala re- E ciderent, quę vix post longa tpa euaserant. Nos igiť quicqd in publica synaxi vel auditorio faciēdū cognouimus, mutua inter nos collocutione tractemus, & qualiter singula castigatione cordis vel corporis cōplere valeamus solerter perquiramus. Maximè autē probatur vitæ correctionis industria, cum subditur.

C A P. IX.

a IN diē autem vicesimoquarto mensis huius conuenerunt filij Israel in ieiunio, & in saccis, & humus super eos. Et separatum est semen filiorum Israel, ab omni filio alienigena, & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. b Et consurrexerunt ad standum & legerunt in volumine legis domini Dei sui, quater in die, & quater in nocte confitebantur, & adorabant dominum Deum suum. Surrexerunt autem super gradum Leuitarum, Iosue, & Bani, & Cedmihel, Renni, Sabnia, Abani, Sarebias, Bani, & Chanani, et clamauerunt voce magna ad dominum Deum suum. Et dixerunt Leuitæ Iosue, et Chedmihel, Bonni, Asebia, Serebia, Arebia, Odoia, Sebna, Phataia.

b *Et consurre.* Quis non miretur tantum populum tantam habuisse pietatis, curā, vt quater ī die. idest, mane hora tertia, sexta, & nona, quibus orationi vel psalmodię vacādum erat, auditui legis diuinæ se traderet, quo innonata F

NICOLAVS DE LYRA.

C A P. IX.

Diuisio.

IN die au. *Hic consequenter describitur populi confessio. & primò confessio transgressionis. secundò confessio diuinæ laudis, ibi,* Surrexerunt autem. *Circa primum præmittitur tempus, cum dicitur.*

1 In die.au.vice qua. *Sicut enim dictum est.c.præced. singulis diebus festis tabernaculorum audierunt legē, & sic perceperunt se eā transgressos fuisse iungendo matrimonia cum alienigenis, & ideo transacta die collectæ, quæ fuit 22. dies mensis septimi, in crastino separauerunt semen filiorum Israel ab alienigenis, & 24. die ieiunauerunt induti saccis, & aspersi capita puluere in signū veræ pœnitentiæ & humiliationis, prout dicitur.* Conuene.fi.Isra.in ieiu.

2 Et separa.est se.&c. *hoc iam erat factum die præcedenti. Ideo dicitur,* Et separa.est. *die præterito.*

3 Et steterunt. *separati ab alienigenis die vicesimoquarto.*

4 Et confi.peccata sua. *facto, verbo, & signo.*

5 Quater indie & quater in no.confi. *in quo apparet veritas pœnitentiæ, quia subtrahebant sibi quietem noctis pro magna parte.*

6 Surrexerunt au. *Hic cōsequenter describitur cōfessio diuinæ laudis, ad quam præmittitur exhortatio Leuitarum, cū dicitur.* Surrexe. au. *vt melius populum excitarent ad diuinam laudem. vnde subditur.*

7 Et dixerunt Leuitę, &c. *populum exhortando.*

Sur-

MORALITER.

1 *In die au.vice quar.* Sicut hř ex ca.præcedenti, singulis diebus festis tabernaculorum Esdras legit in libro legis dñi ipsam interpretando, & sic populus qui ad audiēdum erat intentus, vt ibidem dicitur, percepit se in plurib. deliquisse, & specialiter in commistione per matrimonia, cum alijs gentibus, quod prohibitum erat in lege diuina, pp quod egit pœnitentiam in ieiunijs, saccis, & cinere, & segregatione a Gentilibus, vt patet in textu. Per Esdram autem intelligiť prædicator, vt sup.dictū est, ipse verò prædicare debet vitia & virtutes, pęnam & gloriam. ĩõ per auditū suæ prædicationis populus audiens attentè pcepit sua peccata, de quib. debet pœnitentiam agere in ieiunio quantum ad parcitatē victus, & in saccis, quantum ad austeritatem vestitus, & humus super eos, quantum ad humiliationem sui status & gestus.

2 *Et separatum est semen filiorum Israel ab omni alieni.* per quod significatur, quod verè pœnitens elongare se debet quantū potest a peccatoribus. Quia dicitur Prou.13.d. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum, similis erit.* Et Psal.17.d. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.*

4 *Et confi.pecca.* cum humilitate magna.

5 *Quater in die & quater in nocte confi. & lauda.* Quaternarius est primus numerus quadratus, quia resultat ex ductu binarij in seipsum semel. bis duo namq; quatuor sūt, & ideo signat stabilitatem, sicut in quātitate continua corpus quadratum in quolibet suo latere stabiliter sedet. propter quod Philosophus 1. Ethic. comparat tetragono virtuosum. per hoc igitur quod dicitur hic quater in nocte, & quater in die cōfitebantur & laudabant, significatur quòd vera confessio peccatorum, & vera confessio diuinarum laudum, habent annexam quadraturam stabilem virtutum.

Et

uata in Deū mẽ te purior & deuotior ad prædicandū eius misericordiam rediret, & in nocte qualiter exclusa torpore somni ad confitendum peccata & veniā postulandam exurgeret. Vnde, vt reor, mos in ecclesia pulcherrimus inoleuit, vt per singulas diuinæ psalmodiæ horas lectio de veteri & nouo testamento cūctis audientibus dicatur, & sic apostolicis & propheticis confirmati verbis, ad instantiā orationis genua flectant, & nocturnis horis, cum a cæteris laborib. cessatur diuinis lectionib. aures liberius commodantur.

Lectionū maturi in illiū occasio.

† Gen. 11. d. Ibid. 17. a. † Exo. 3. g. † Exo. 14. g † Exo. 13. d. † Exo. 19. a. † ingrederentur. † statuta

Surgite, benedicite domino Deo nostro ab æterno vsq; in æternum. Et benedicant nomini gloriæ tuę excelso, in omni benedictione & laude. a Et dixit Esdras: Tu ipse domine solus tu fecisti cęlū, & cęlū cœlorū, & oēm exercitum eorum, terram & vniuersa quæ in ea sunt, maria, & omnia quæ in eis sunt. Et tu viuificas omnia hæc, & exercitus cœli te adorat. † Tu ipse domine Deus qui elegisti Abram, & eduxisti eū de igne Chaldæorum, & posuisti nomen eius Abraham, & inuenisti cor eius fidele coram te, & percussisti cum eo fœdus, vt dares ei terrā Chananæi, Hethæi, Heuæi, & Amorrhæi, & Pheresæi, & Iebusæi, & Gergesæi, vt dares semini eius, & implesti verba tua, quoniam iustus es. † Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Aegypto, clamoremq; eorum audisti super mare rubrum, & dedisti signa & portenta in Pharaone, & in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ illius. Cognouisti enim quia superbè egerant contra eos, & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die; & mare diuisisti ante eos, & transierunt, per medium maris in sicco. † Persecutores autem eorum proiecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas, † & in columna nubis ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem, vt appareret eis via per quam † ingrediebantur. b † Ad montem quoq; Sinai descendisti, & locutus es cum eis de cœlo, & dedisti eis iudicia recta, & legem veritatis, cęremonias & præcepta bona. Et sabbathum sanctificatum tuum ostendisti eis, & mandata, & † cæremonias, & legem præcepisti eis in manu Moysi serui tui. Panem quoque de cœlo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti eis sitientibus. Et

a *Et dixit Esd.* Vsque ad finem orationis vel cōfessionis eius, qđ suprà dictum est, quia confitebantur peccata sua, & peccata patrum suorū, plenius Esdra deprecāte qualiter factum sit, ostenditur.

b *Ad montem quoque Sinai, &c.* ✻ Chrysost. Qū Iudæi de Aegyptiorū dñatione & tyrānide sunt liberati, & effugientes manus Pharaonis ad eremum perrexerūt intraturi terrā Chananęorū repletā idolorū cultibus, adorantiū ligna & lapides, legē acceperunt, vt cū fuissent ingressi nō acciperent filias eorū i matrimonio, neque connubia mutuò iūgerent, neq; cōuiuia sociarent, ne per societatē mutuam auerterent illos a mandatis domini, & deprauarent mores eorum.

Hom. 16 ex var. in Matt. locis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Surgite, bene. do. Deo nostro. *corde & ore.*
2 Et benedi. *Hic consequenter ponitur laudis diuinæ confessio, et secundo diuinæ misericordiæ imploratio, ibi,* Nunc itaque domine. *Circa primum ponitur dicta confessio Leuitis præcinentib. et alijs audientibus, & tacite Deum laudantibus. in qua quidem confessione primo cognoscitur diuinum beneficium, quod est generale respectu omnium, & secundo multiplex beneficium speciale collatum populo Israel, ibi,* Tu ipse domine. *Primum beneficium duplex est, Vnum est creationis, quod notatur cum dicitur.*

Diuisio.

3 Tu ipse do. so. f. *es creator, præmittitur tamē in aliquibus libris.*
4 Et di. Esd. *sed non est in Hebræo, nec est de textu, quia non est verbum solius Esdræ, sed etiam aliorum confitentium Deum creatorem omnium cælestium & terrestrium, ideo subditur.*
5 Tu te. cę. *scilicet, sydereum.*
6 Et cœ. cę. *i. cælum empyreum quod est supremum.*
7 Et om. exer. eo. *idest, stellas & luminaria, quæ dicuntur exercitus cæli syderei, & angelos qui sunt exercitus cæli empyrei.*
8 Terram. *quæ est infimum elementum, & per hoc intelligitur creatio corporum mediorum inter terram & cælum. Secundum beneficium est gubernationis, quod notatur cum dicitur.*
9 Et tu viui. om. hęc. *quia omnes creaturæ per diuinam gubernationem ad actus suos mouentur, qui motus etiam in creaturis inanimatis dicitur quædam vita, vt habetur. viii. Physicorum.*
10 Et exer. cęli te ado. *Quia angeli q sunt exercitus cæli empyrei adorant Deū adoratione proprie dicta. Similiter exercitus cæli syderei. i. stellæ & luminaria cum adorant adoratione large dicta, inquantum in eorum illuminationib. relucet Dei bonitas & sapientia, & ex hoc mouentur creaturæ rationales ad adorandum eum adoratione proprie dicta. Ex hoc autem loco surrexit quidam error Iudæorum, dicentium Deum esse corporeum & esse in loco determinato. s. in occidente, eo quod stellæ mouentur ab oriente versus occidentem. q. adorando Deū ibi dem existentē. Sed hæc ratio friuola est, quia eadem ratione diceretur esse in oriente, quia stellæ mouentur ab occidente in orientem in hemispherio nobis opposito. Et etiam dictus error manifeste est cōtra dictū Ier. xxiiii. d.* Cęlum & terram ego impleo, dicit dñs. *dictum tamen hoc ita est absurdum, quod non indiget alia improbatione. ideo breuiter pertranseo.*

Error Iudaicus.

11 Tu ipse do. *Hic cōsequenter ponitur confessio multiplicis beneficii filiis Israel specialiter collati, & exprimendo beneficiorū multitudinem & magnitudinem, interponit populi ingratitudinem, vt opposita iuxta se posita magis elucescant, vt magis apparebit prosequendo. Primo ergo ponitur beneficium electionis, quo Deus populum Israel sibi tanquam peculiarem elegit in Abraham, cum dicitur,* Tu ipse do. qui ele. &c: *Sic enim vocabatur, quando dominus ipsum elegit & vocauit, vt habetur Gen. xii.*
12 Et edu. eum de igne Chal. *quia secundum Hebræos proiectus fuit in ignem de præcepto Nemroth, propter fidem vnius veri Dei, & inde diuinitus saluatus, prout dictum fuit plenius Ge. xi.*

Diuisio.

13 Et po. no. e. Abra. *idest, patrem multitudinis fidelium, sicut habetur Ge. xvii.*
14 Et inue. cor e. fi. *quia pro amore tuo paratus fuit etiam filium suum dilectissimum immolare vt habetur Ge. xxii.*
15 Et percu. cum eo fędus, &c. *vt habetur Gene. xv.*
16 Et imple. ver. *Hic consequenter exprimitur beneficium liberationis Israel de Aegypto, cum dicitur,* Et imple. ver. *quia tempore famis fecit populum Israel descendere in Aegyptum, vt habetur Gene. 64. vt ibidem ad tempus saluaretur per ipsum Ioseph.*

Exo. 13. d.

17 Et vidi. affli. pa. *quia mortuo Ioseph populus Israel fuit ibi multipliciter afflictus, vt habe. Exo. i. & capitulis sequētibus vsque ad xii.*
18 Clamo. eo. audi. su ma. ru. *Aegyptios submergens & filios Israel saluans, vt habetur Exo. xiiii.*
19 Et de di. sign. a. *mare diuidendo.*
20 Et porten. *Pharaonem & eius exercitum submergendo.*
21 Cognoui. enim, &c. *iniuste filios Israel opprimendo.*
22 Et in colum. nub. du. eo. *vt habetur Exo. xiiii.*
23 Ad montem quoq; Sinai. *Hic consequenter describitur beneficiū dationis legis cū dicit,* Ad mon. &c. *in signo visibili. Exo. xix.*
24 Et locu. es cum e. &c. *Exo. xx.*
25 Et dedi. eis iudi. re. *quantum ad præcepta iudicialia.*
26 Et legem ve. *quantum ad moralia.*
27 Cęremonias. *quantum ad cęremonialia.*
28 Et præcepta. *quantum ad cætera mandata quæ ad prædicta reducuntur.*
29 Panem quoque de cœlo dedisti eis. *Hic consequenter ponitur beneficium nutritionis in deserto, quia dedit eis mana de cælo, vt habetur Exo. xvi.*
30 Et aquam de pe. eduxisti, &c. *vt habetur Exodi. xvii. & Nume. xx.*
31 Et dixisti eis vt ingrederentur & possi. terram. *vt habetur Nume. xiii.*

a *Et dedisti eis regna, etc.* ✻ Prosper. Interfectiones quidem regum & gentium ad uersantium populo Dei ita,vt narrantur, impletæ sunt, sed quia propheticus est textus historiæ, non carent figuris scriptorum nominum qualitates,vt per interpretationē, significationē cognoscat Ecclesia, quorum maxime, hostium cæde soluetur. Interpretatur nempe Sehon tentatio colorum, & Amorthæi iterpretantur amaricantes. Cum itaque tentatio colorum non sit nisi mendacium, quod vt facilius obrepat, colorem sibi, veritatis adsumūt, quid mirum si amaricantes mendacis regis simulatione ducuntur? Quoniā & ipse diabolus mēdacij pater, transfigurat se in angelum lucis.

b *Prouoc. &c.* ✻ Lactantius. Esdras propheta, qui fuit Cyri temporibus, a quo Iudei sunt restituti, sic loquitur. *Desciuerunt a te & abiecerūt legem tuam post cor suum, et prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, ut reuerterentur abs te.* Propter has ergo illorum impietates, abdicauit eos in perpetuū: itaq; alijs prophetas mittere ad illos. Sed filiū suum primogenitū, delabi iussit e cælo,vt religionē sanctā transferret ad gētes. ✻ Con-

In psal.134.a. — † cum rebellione. — † Exo.32.a. — † Exod.13.d. — † Deu.29.a — † non timuerunt. — L.4.cap.11.

dixisti eis, vt ingrederentur & possiderent terram, super quam leuasti manum tuam, vt traderes eis. Ipsi vero & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & non audierunt mandata tua, & noluerunt audire, et non sunt recordati mirabilium tuorum, et quæ feceras eis. Et indurauerunt ceruices suas, et dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutem suam † quasi per contentionem. Tu autem Deus propitius, clemens, et misericors, longanimis, et multæ miserationis, non dereliquisti eos. Et quidem cum fecissent sibi vitulum conflatilem, et dixissent. † Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Aegypto, feceruntque blasphemias magnas. Tu autem in misericordiis multis non dimisisti eos in deserto. † Columna nubis non recessit ab eis, per diem, vt duceret eos in viam, et columna ignis per noctem, vt est ostenderet eis iter; per quod ingrederentur. Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos, et manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, et aquam dedisti eis in siti. † Quadraginta annis pauisti eos in deserto, nihilque eis defuit. Vestimenta eorum non inueterauerunt, et pedes eorum non † sunt attriti. Et dedisti eis regna, et populos, et partitus es eis sortes. Et possederunt terrā Sehon, et terrā regis Esebō, et terrā Og regis Basan Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cæli, et adduxisti eos ad terrā de qua dixeras patrib. eorum, vt ingrederentur et possiderent. Et venerunt filii & possederunt terram. Et humiliasti corā eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent eis sicut placebat illis. Cęperunt itaque vrbes munitas, & humum pinguem, & possederunt domos plenas cūctis bonis, cisternas ab eis fabricatas, vineas, & olíueta, & ligna pomifera multa. Et comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt deliciis in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiā, & recesserunt a te, & proiecerunt legem tuā post terga sua. Et prophe-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Super quam leuasti manum tuam.* iurando Abrahæ, quod semē eius possideret illam terram, Gen.22.c. vbi dicitur. *Per metipsum iuraui dicit dominus, &c.*
2 *Ipsi uero.* Hic interponitur populi Israel ingratitudo de beneficiis acceptis cum dicitur.
3 *Superbe egerunt, &c.* mandata Dei transgrediendo.
4 *Et indurauerunt ceruices suas & non audie. &c.* per obstinationem in peccato.
5 *Et non sunt recordati mira. tuorum quæ fece.* Aegyptum multipliciter percutiendo, & filios Israel mirabiliter liberando, ut patet in diuisione rubri maris, & in pluribus aliis, & tamen frequenter insurgebant ad murmurandum contra Mosem & Deum, sicut patet Exod.14. & 16. & in multis aliis locis.
6 *Tu autē Deus propitius & clemens, &c.* ex tua bonitate eos supportasti, cum tamen essent exterminatione digni, specialiter propter hoc quod subditur.
7 *Et quidem cum fecissent sibi uitulum, & cætera.* vt habetur Exodo 32.
8 *Feceruntque blasphemias magnas, &c.* vitulum Deum nominando, & ei tanquam Deo immolando, & sic blasphemauerunt verbo & facto.
9 *Non di. eos in deserto, &c.* Absq; tua benigna protectione & gubernatione, ideo subditur.
10 *Columna nubis non recessit ab eis.* propter dictas blasphemias & de ista columna nubis & ignis vtrum fuerit vna vel duplex, dictum fuit plenius Exod.13.
11 *Et man. tuum non pro.* ingratos pane cęlesti pascēdo, ut habetur Exod.16.
12 *Et aquam de.* Exod.15. aquas dulcorādo. Et 17. aquas de petra educendo.
13 *Vestimenta eorum non inue. &c. & pe. eo. non sunt attriti.* id est læsi vel lassati ex itinere. Sciendum tamen quod istud beneficium non potest intelligi de omnibus generaliter quia scribitur Num.11.a. Interea ortum est murmur populi quasi dolentium præ labore, scilicet itineris. Propter quod dicēdum, quod sicut manna erat cibus valde sapidus bonis, secūdum quod dicitur Sap.16.c. *Panem paratum dedisti eis, omne delectamentum in se habentem, &c.* & tamen erat insipidus malis, secundum quod dicebant Numeri.11.b. *Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man.* Ita dicendum est hic, quod vestimenta bonorum non sunt vetustate consumpta, nec pedes eorum ex itinere lassati, sed tantum malorum.
14 *Et possederunt terram.* Hic consequenter recolitur būficiū introductionis in terram bonam, & fertilem. Et primo quā tum ad terram quæ erat vltra Iordanē, in qua habitauerunt duæ trib. & dimidia, cum dicitur. *Et possederunt terram, &c.* vt habetur Nu.21. Secundo quantum ad terram, citra Iordanē, quæ proprie dicitur terra promissionis, cum dicitur.
15 *Et adduxisti eos ad terrā de qua dixeras patribus eorum.* scilicet Abrahæ, Isaac, et Iacob.
16 *Et humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos, &c.* immittendo eis tantum terrorem, quod non poterant se defendere, vt habetur Iosu.2.b.
17 *Et reges eorum.* s. triginta vnum, quos debellauit Iosue, vt habetur Ios.12. Cætera patent in litera.
18 *Et comederunt, & saturati sunt, &c.* Hic consequenter interponitur ingratitudo populi Israel de beneficiis acceptis. *Et comederun et saturati sunt, & impinguati sunt & et abundauerunt deliciis, &c.* Et sequitur.
19 *Prouocauerunt autem te ad iracundiam.* multipliciter te offendendo.
20 *Et recesserunt a te, et proiecerunt legem tuam, etc.* p idololatriā
21 *Et prophetas tuos occiderunt.* sicut patet.4. Regum in pluribus locis specialiter. 21. ubi dicitur de Manasse, quod sanguinem innoxium fudit multum nimis.

Et

a *Conuersique sunt & clamauerunt ad te. Tu autem de cælo exaudisti, & liberasti eos, &c.* ✠ Euthymius. Qui terrena atque humilia votis nō experunt, sed celestia atque sublimia, tametsi lingua silent, mente tamen ac spiritu palam clamāt, & eorum clamor quam facillime peruenit ad aures Domini, vnde etiam exaudiuntur, & ab omni tentatione eripiuntur, ac miseria, vel quia ab omni aduersitate a Deo liberantur, vel quia fortitudine atque constantia omnem afflictionis impetum superāt, quæ res etiam liberatio dicit. b *Ecce nosipsi hodie serui sumus, & terra quā dedisti patribus nostris, ut comederent panem eius, & quæ bona sunt eius, &c.* te-

tas tuos occiderunt, qui contestabantur eos vt reuerterentur ad te, feceruntque † blasphemias grandes. Et dedisti eos in manum hostiū suorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cęlo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum. Cumque requieuissent, reuersi sunt vt facerent malum in conspectu tuo, & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. Conuersique sunt & clamauerunt ad te. Tu autem de cælo exaudisti, & liberasti eos in misericordijs tuis multis temporibus, & contestatus es eos, vt reuerterentur ad legem tuam. Ipsi vero superbe egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo & viuet in eis. Et dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerunt, nec audierunt. Et protraxisti super eos annos multos, & contestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum, & nō audierunt, & tradidisti eos in manum populorum terrarū. In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionē, nec dereliquisti eos, quoniam Deus miserationum, & clemens es tu. Nunc itaq; Deus noster magne, fortis, & terribilis, custodiens pactum, & misericordiam, ne auertas a facie tua omnem laborem qui inuenit nos, reges nostros, principes nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populum tuum a diebus regis Assur vsq; ad diem hanc. Et tu iustus es in omnibus quæ venerunt super nos, quia veritatem fecisti nobis: nos autem impie egimus. Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & testimonia tua, quæ testificatus es in eis. Et ipsi in regnis suis bonis, & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latissima & pingui, quam tradideras in conspectu eorum, nō seruierunt tibi, nec reuersi sunt a studiis suis pessimis. Ecce nosipsi hodie serui sumus, & terra quam dedisti patribus nostris, vt comederent † panem eius, & quæ bona sunt eius, & nosipsi serui sumus in ea. Et fruges eius multiplicantur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominatur, & iumētis nostris secundū volūtatē suā, & ī tribulatione magna sumus:

✠ Augustinus. Prima seruitutis causa peccatum est: vt homo homini conditionis vinculo subderetur, quod non, nisi Deo iudicante, apud quem non est iniquitas, & nouit diuersas pęnas, meritis distribuere delinquentium. ✠ Ambrosius. Deus non seruos, & liberos, sed omnes ingenuos condidit. Hoc autem mundi iniquitate factum est, vt dum alter alterius fines inuadit, tunc captiuos ducit ingenuos. Denique peccati causa Chā audiuit, *Maledictus puer, Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis.* Cham ergo propter stultitiam, quia risit, nuditatem patris stulte, seruus est appellatus.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et dedisti eos in manu hostium suorum.* Illud refertur ad tempus Iudicum, quia post mortem Iosue populo ad idololatriā declinante frequenter fuit traditus in manibus hostium, vt patet ex decursu libri Iudicum.
2 *Et in tempore tribu.suæ cla.ad te. &c.* afflictione eis intellectū dante.
3 *Et se.miserationes tu.* quamuis essent indigni.
4 *Dedisti eis saluatores.* idest, iudices, qui liberabant eos de manibus hostium, vt patet ex decursu libri Iudicum. Vnde dicitur Iud.2.c. *Cumque dominus iudices suscitaret in diebus, eorum, flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium.*
5 *Cumque requie.* ab afflictione hostium.
6 *Reuersi sunt, vt facerent malum.* mortuo iudice.
7 *Et dereliquisti eos in ma.inimicorum.* s. donec liberaretur paliū iudicem succedentem, sicut patet ex decursu libri Iudicum.
8 *Conuersique sunt & cla.ad te.* tempore Samuelis.
9 *Et liberasti eos.* de manibus Philisthinorū Samuele pro eis orante, vt habetur. 1. Reg.7.c.
10 *Et contestatus es eos, vt reuer.ad legem tuam.* per Samuelē Dauid, & alios prophetas.
11 *Ipsi vero superbe egerunt, & non audierunt man.* quia regnum Israel tempore Ieroboam recessit a cultu Dei, colendo vitulos aureos, vt habetur. 3. Reg.xii.
12 *Et dederunt humerum recedentem.* quia post regnum Israel, regnum Iuda declinauit ad idololatriam.
13 *Et protraxisti super eos annos multos.* differendo pęnæ inflictionem.
14 *Et contestatus es eos.* vt non excusarent se per ignorantiam.
15 *Et non audierunt.* obstinati per suam malitiam.
16 *Et tradidisti eos in manu populorū terrarum.* quia regnū Israel fuit traditum in manibus regum Assyriorum. s. Theglatphalnasar & Salmanasar, vt habetur. 3. Re.17.& 18.& regnum Iuda in manu regis Babylonis, vt habetur. 3. Reg.60.
17 *In misericor.au.tuis.* quia multi de regno Iudę remanserūt viui, quorū aliqui fuerunt ducti in Babylonē, & aliqui remanserūt in terra Iuda sub Godolia, vt habetur. 4 Re.vlt. & quia illi q erāt in Babylone captiui a Cyro rege, habuerūt licētiā redeundi, vt habetur sup. 1. Esd 1.& a rege Artaxerxe Esd.vii.
18 *Nunc itaque.* Hic vltimo ponitur diuinę misericordię imploratio, maxime quantū ad illos qui redierant de captiuitate: cū dr. *Nūc itaque domine.* per generalē oīum gubernationē.
19 *Deus.* per creationem.
20 *Noster.* per cultum specialem.
21 *Magne.* per infinitatem.
22 *Fortis.* per omnipotentiam.
23 *Et terribilis.* per iustitiam.
24 *Custodiens pactum.* per veritatem.
25 *Et misericordiam.* per pietatem.
26 *Ne auertas a facie tua omnē laborem qui inuenit nos, &c.* vt pro labore concedas nobis quietem, & pro seruitute libertatem.
27 *A diebus regis Assur vsque in diem hanc. Et tu iustus in omnibus quæ venerunt super nos, quia veritatem fecisti nobis, nos au.* q̄a reges Assyriorum post captiuitatem decem tribuum cęperūt molestare regnum Iuda tempore Sennacherib, vt habet. 3. Re.
18 Et tandem captiuatū fuit regnum Iuda per Nabuchodonosor regem Babylonis: cuius captiuitatis adhuc remanebat effectus seruitutis, vnde sequitur postea.
28 *Ecce nosipsi.* quia licet sacerdotes essent a tributo liberi & ministri templi, vt habetur Es.7. non tamen alij.
29 *Et fru.eius mul.* quia de eis reddebatur certa summa regi.
30 *Et corpo.no.domi.& iu.* quia faciebant coruetas regi de personis suis & animalibus.

CAP.

CAP. X.

Beda lib. 3. alleg. expo. cap. 19.

a Super omnibus ergo his. Ostendit quanta deuotione omnes personę eorũ nouum post festa scenophegiæ conuentũ fecerint, vt. s. tota se intentione a scelerum contagijs expurgatos diuino fœderi cõiũgerẽt, & fœderis sancti cõditionem sermone firmarẽt & scripto, & sic ab impiorũ consortio separati, securiores replerent opus, quod dudum cęperant, id est, vt congruos vrbis ciues de numero impiorum instituerent.

b *Signatores*. Alia translatio. *Nehemias, qui Athersatha fertur, erat enim dionymos.* vnde singulariter subiũgitur filius Achelai, quod superius apertius dicitur. *Dixit autẽ Nehemias, & ipse est Athersatha.*

c *Per diem sabbathi vt vendant, non accipiemus ab eis in sabbat. &c.*

L. contra Adim. c. 22.

※ Augustin. De seruili obseruatione sabbathi, & de vindicta temporalis mortis, iam multa dicta sunt. Sicut enim tempore charitatis bonitas, sic tempore timoris seueritas Dei maxime commendatur. Et cum adhuc non oporteret ante aduẽtũ Domini nudare populo legitimarum sacramenta figurarum, non inuitabantur significata intelligere, sed iussa cogebantur implere.

Bed. Nobis quoque sabbathum spirituale semper agẽdum est, semper a seruili opere, idest, a peccato feriandum, semper vacandum, & videndum, quoniã dominus ipse est Deus vt post tale sabbathũ liberati a peccatis conscientiæ perueniamus ad sabbatum futuræ gloriæ; Sed quęrũt populi terræ nostrum prophanare sabbathum, venalia inferendo in die sanctificato, quoniam immundi spiritus mũditiam cordis nostri maculare nituntur, & ingerere illecebras vitiorum, accepto pretio nostri consensus, quo diem maximæ sanctificationis inquinent, id est, lucem piæ actionis uel cogitationis erroribus obnubilent. Sed nos huiusmodi mercatum claussis muris nostræ vrbis, id est, custodia uitæ perfectioris prorsus vitare debemus.

L. alle. expos. cap. 30.

Cuncta quæ in hoc capi. continentur, ad curam domus domini, & ministrorum, ac ministeriorum eius pertinent, optimusq; ordo est religiosæ cõuersationis, & nobis spiritualiter imitandus. Primo enim ab inquinatione gẽtium se castigauerunt, dein de obseruatione sabbathi, quæ inter prima legis eminet, sanctificati sunt, & de cætero omnem curã agendi ad obsequium cultus diuini conuertunt. Primo die a malis emundari necesse est, deinde bonis actibus adornari.

CAP. X.

Super omnibus ergo his nosipsi percutimus † fœdus, & scribimus, & signãt: Principes nostri, Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri. Signatores autẽ fuerunt Nehemias, Athersatha, filius Achelai, & Sedechias, Saraias, Azaria, Ieremias, Phessur, Amarias, Melchias, Hattus, Sebenia, Melluch, Marem, Merimuth, Obdias, Daniel, Gẽthon, Baruch, Mosollã, Abia, Miamin, Mazia, Belga, Semeia: hi sacerdotes. Porro Leuitę, Iosue filius Azarię. Bennui, de filiis Enadad, Cedmihel, & fratres eorum Sechenia, Odeuia, Celita, Phalaia, Anan, Micha, Rohob, Asebia, Zachur, Serebia, Sabania, Odia, Bani, Baninu. Capita populi Pheros, Phetmoab, Ælam, Zethu, Bani, Bonni, Azgad, Bebai, Adonai, Beggoai, Adin, Ater, Ezechia, Azur, Odeuia, Asum, Besai, Areph, Anathot, Nebai, Mechphia, Mosollam, Azir, Mesizabel, Sadoch, Ieddua, Phelthia, Anã, Ania, Ose, Anania, Asub, Aloes, Phaleã, Sobech, Reum, Asebna, Madsia, Ethaia, Hanan, Anan, Mellucharem, Baana, & reliqui de populo: Sacerdotes, Leuitę, ianitores, & cantores, nathinęi. Et omnes qui se separauerunt de populis terrarum ad legẽ Dei, vxores eorum, filii eorũ & filiæ eorum, omnes qui poterant sapere spondentes pro fratribus suis, optimates eorũ, & qui veniebant ad pollicendũ & iurandũ, vt ambularẽt in lege domini quam dederat in manu Moysi serui sui; vt facerent & custodirent vniuersa mãdata domini Dei nostri; & iudicia eius, & † cæremonias eius, & vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris: Populi quoque terræ qui importat venalia, et omnia ad vsum per diem sabbathi, vt vendant, non accipie-

† fidelitatem, vel firmitatẽ.

† statuta.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

Super om. ergo his. Hic incipit capitulum secundum signationem Hieronymi & Hebræorum, ubi primo describitur forma correctionis, & promissio, circa quod modus promittendi præmittitur, secundo declaratur quid promittitur ibi. *Sacerdotes.* Circa primum dicitur.

1 *Super om. er.* s. peccatis prædictis simpliciter uitandis.

2 *Nosipsi percu.* idest nos simpliciter obligamus, & scribimus hanc obligationem ad maiorem certitudinem.

3 *Et signant.* scilicet hanc obligationem sigillis suis.

4 *Principes no.* quia erant principales capitanei in populo, & in eis uirtualiter consistebat reliqua multitudo, propter quod illa obligatio se extendebat ad omnes.

5 *Signato. autem fuerunt Nehemias, Ather.* quia fuit binomius, ut supra dictum est c. 8. & cũ eo nominantur aliqui de principibus, & de Leuitis, & sacerdotibus, qui erant principales in populo, & ideo signauerunt obligationem pro se & tota multitudine.

6 *Sacerdotes.* Hic consequenter ostenditur quid sacerdotes & principales populi nomine suo & omnium aliorum promiserunt domino, quia primo promiserunt obseruationem legis generaliter, ideo subditur.

7 *Vt ambu. in le.* Et sequitur.

8 *Et custo. vni. man.* quantum ad moralia.

9 *Et iudi. eius.* quantum ad præcepta iudicilia.

10 *Et cęre.* quantum ad cęremonialia. Et sub istis trib. continentur omnia legis præcepta, vt ostensum fuit Exo. 2. ca. Secundo ostenditur quid promiserunt specialiter. s. præseruationem a commistione cum Gentilib. a quib. se separauerũt ut dictum est supra, & hoc notatur cum dicitur. *Et vt non. d. fi.* Secundo promiserunt in speciali obseruantiam sabbathi, quod notatur cum dicitur. *Populi quoque.* & subditur.

11 *Non ac. ab eis in sab.* Hoc est in alijs diebus festiuis, in quibus debebant cessare ab operibus, ut in paschate, pentecoste, & consimilibus.

MORALITER.

5 *Signatores au.* scilicet scripturæ dictę in fine precedentis capituli.

† *Fuerunt Nehemias Athersatha filius Achilai, &c.* Per hãc scripturam potest lex euangelica conueniẽter significari, hanc enim scripturam signauit spiritussanctus, primo sua reuelatione dictando, Secundo uero signauit eã Christus in cordibus apostolorum eam scribendo, sicut fuerat prædictũ Ier. 31. c. *Ecce dies veniũt, dicit dominus, et feriam domui Israel et domui Iuda fœdus nouũ, non secundum pactum quod pepigi cum patrib. vestris.* Ex quo patet q. loquitur de lege noua. Et sequitur ibi. *Dabo legem meam in viscerib. eorum, et in corde eorũ scribam eã, &c.* Tertio signauerũt eã euangelistæ in uolumine scribẽdo ad memoriã futuram. Quarto signauerũt eã apostoli aliq; discipuli

A mus ab eis in sabbatho, & in die sanctificato, [1] Et dimittemus annum septimum. Et exactionem [2] vniuersæ manus. Et statuemus super nos [3] præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri ad panes [4] propositionis, [5] & ad sacrificium sempiternum, [6] & in holocaustum sempiternum, in sabbathis, [7] in calendis, [8] in solennitatibus, [9] & in sanctificatis [10], & pro peccato, vt exoretur pro Israel, & in omnem vsum domus Dei nostri. Sortes [11] ergo misimus super oblationem lignorum, inter [12] sacerdotes & Leuitas, & populum [13], vt inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora † a temporibus anni vsque ad annum, B vt arderent super altare domini Dei nostri, sicut scriptum [14] est in lege Mosi. Et vt afferremus [15] primogenita [16] terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo domini, [17] primitiua filiorum nostrorum, & peco- [18] rum nostrorum, sicut scriptum est in lege, & D primitiua boum nostrorum, & ouium nostrarum, vt offerrentur in domo Dei nostri sacerdotibus, qui ministrant in domo Dei nostri. Et primitias † ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vinde- [19] miæ quoque & olei; afferemus sacerdotibus ad [20] † gazophylacium Dei nostri, & decimam par- [21] tem terræ nostræ Leuitis. Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domo thesauri. Ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel, & filij Leui primitias frumenti, E [22] & vini, & olei. Et ibi erunt vasa domini sancti- [23] ficata, & sacerdotes; & cantores, & ianitores, [24] & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri.

† determinata annuatim.

† pastarum nostrarum.

† cubicula domus, & infra.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dimit. an. *sine cultura & seminatione, & etiã sine collectione, quia domini camporum non poterant habere ibi aliquid quasi propriũ vt habetur Leu. 25. sed illud quod ex decidentibus granis crescebat de dono Dei erat commune dominis, pauperibus, & bestijs.*

2 Et exactionem vniuer. *vt habetur Leu. 25. quia septimo anno debebant debita remittere pauperibus Iudæis, qui non poterant soluere, & seruos Hebræos, vt habetur Deut. 15. Tertio promiserunt specialiter cultus debiti continuationem, quod notatur cum dicitur.*

3 Et statuemus super nos præcepta vt demus. *s. singuli capita mei*, ter. par. si. per an. *i. quolibet anno.*

4 Ad opus do. *Et quia sit illud opus, ostenditur cum dicitur.*

5 Ad panes pro. *qui ponebantur noui quolibet sabbatho.*

C 6 Et ad sa. sem. *i. iuge sacrificium, quod fiebat omni die mane, et vespere.*

7 Et in ho. sem. in sab. *quia ratione solennitatis diei fiebant sacrificia specialia.*

8 In calen. *idest, in nouiluniis.*

9 In so. *lege statutis. s. paschate, pentecoste, & similibus.*

10 Et in san. *i. in dieb. qui non erant statuti ex lege, sed ex aliquo diuino beneficio postea facto, sicut solennitas sortiũ, quam Esther & Mardochæus statuerunt, vt habetur Esther vlt. & quia ad cultum tẽpli requirebatur ordo debitus ministrorum, ideo subditur.*

11 Sortes ergo mi. *quib. nutriebatur ignis continue in altari holocaustorum, cuius nutritio pertinebat ad sacerdotum officiũ, vt habetur Leu. 6. Apportatio lignorum ad officium nathinæorum, vt habetur Ios. 9. & solutio pertinebat ad populum, ideo subditur.*

12 Inter sa. & Leui. *sub quibus intelliguntur nathinæi.*

13 Et popu. *ita quod per sortes fuit ordinatum, qualiter sacerdotes per hebdomadas et dies nutrirent illum ignem per vices sibi succedentes, & similiter de officio Leuitarum et nathinæorum, et eodem modo de solutione per populum.*

14 Sicut scri. est in Le. *Leu. 6.*

15 Et vt af. pri. *Primogenita proprie dicebantur primo nata de aĩalib. et hominibus quæ fuerũt Deo obligata a tempore quo percussit primogenita Aegyptiorum. Primitiua autem proprie dicebantur illa quæ de animalib. & terre nascentibus sacerdotibus debebantur. s. l. pars, tamen magis deuoti addentes dabant 60. minus vero deuoti subtrahentes dabant 40. aliquando tamen accipiuntur primogenita pro primitiuis seu primitiis sicut hic.*

16 Primoge. ter. no. *et similiter primitiua pro primogenitis, cum subditur.*

17 Et pri. fi. no. *quæ redimebantur. 5. siclis.*

18 Et pe. no. *de quib. primogenita animaliũ immolatitiorum immolabantur domino. Primogenita vero animalium non immolatitiorum, redimebantur, excepto primogenito asini, qđ mutabatur oue loco eius immolanda, et primogenito canis, quod interficiebatur, prout dictum fuit diffusius Exo. 13.*

F 19 Affere. sa. ad ga. *i. ad locum vbi talia reponebantur, pro victu sacerdotum.*

20 Et de. pa. ter. no. *i. fructuum terræ nostræ.*

21 Leui. *ad eorũ sustentationem, tamen isti Leuitæ de istis decimis a populo receptis dabant partem decimam summo sacerdoti, io subditur.* Et Le. offer. de par. deci.

22 Et ibi. e. va. do. *i. ad ministerium templi necessaria.*

23 Et sa. *idest, ministri debiti.*

24 Et non dimit. *sine debito cultu.*

Et

MORALITER.

† scipuli per orbẽ p̃dicando & miraculis confirmãdo. Quinto signauerũt eã martyres pro cõfessione actoris euangelij cõstãtissime moriendo. Sexto signauerunt eam doctores sacri, ipsam cõtra hæreticos defendẽdo. Septimo signauerunt eam x signãt religiosi profitendo. Nã vltra alios fideles in sua professione promittũt seruare euangelica consilia, saltẽ aliqua. Et sic lex euãgelica sic septiformiter signata, designatur Apo. 5. dicit Io. *Vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus & foris, & signatum sigillis septem.*

CAP. XI.

L. 3. alle. exposi. in Esdram cap. 31.

a HAbitauerunt autem. Beda. Nunc cõpleta est dispositio, quæ mox facta ciuitate inchoata erat, sed vsq; ad hoc tempus terminari nequibat, nondum recensito populo, vel expletis solennitatibus septimi mensis qui scilicet, in ciuitate sancta, qui in alijs habitarent.

Mystice. Mystice autẽ principes ecclesię, quantum culmine potẽtię plebẽ

CAP. XI.

a HABITAVERVNT autem [1] principes populi in Ierusalem.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XI.

Diuisio. 1 HAbitauc. au. Postquam descripta est ciuitatis muratio, & murata; clausio, hic cõsequẽter describitur eius populatio, quia ciuitas magna erat respectu populi ibi habitare volẽtis, iõ necessariũ fuit ordinare qui habitarẽt in Ierusalẽ, & qui in ciuitatibus alijs. Circa quod primo describitur hæc ordinatio in gñali, secũdo magis in speciali ibi. *De fi. Iu.* Circa primũ sciẽdũ, q̧ Gẽtiles q̧ habitabant circa Ierusalẽ inuidia * moti

MORALITER.

1 *Habi. au. prin. po.* Sicut patet ex prędictis. Gentiles in circuitu Iudæę habitãtes valde dolebãt de reędificatione Ierusalẽ quæ q̃ erat metropolis, & q̃rebãt ei⁹ subuersionẽ, nõ sic ãt erat de alijs Iudęę locis, pp q̧ periculosius erat habitare in Ierusalẽ † quam

transcendunt, tantū debent vitæ meritis transcendere. Reliquæ enim ciuitates Israel deuotam plebis conuersatione significant. Habitatio vero Ierosolymorum eorū actus specialiter significat, qui iam superato certamine vitiorū, liberata mente visioni supernæ pacis appropinquant, vñ. *Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.* Vnde etiam consequenter decima pars plebis in Ierusalē habitationem sortitur, reliquæ vero decem resident in vrbibus suis, quia perfectorū est id est, eorum qui præcepta decalogi ad integrum in dilectione Dei & proximi custodiunt, cælestibus secretis mente proximare, & pacem summæ beatitudinis inter turbines vitę labentis imitari, cum in illis qui generalia Dei mādata seruant, pateat ianua ad vitam æternam. Tales enim quasi in ciuitatibus a domino sibi traditis morantur, quia in custodia diuinæ legis contra insidias diaboli sese muniūt. De his vero qui omnino mundo renunciant, & dominum sequuntur, & velut in arce Ierusalem & proximi templo & arce testamenti inhabitant, quia gratiæ conditoris sublimius appropiant, benedicit vniuersus populus, quia non eis humanæ prouidentiæ electione, sed prouentu sortis contigit habitatio sanctæ ciuitatis, sicut & cæterarum possessio ciuitatū tempore Iosue data est filiis Israel, quia & parua parui, & magna magni non sui libertate vel industria arbitrii, sed occulti iudicis & largitoris munere percipiunt.

a *Et in Ierusalem.* Beda. His verbis ostenditur, quod vniuersus Israel, idest, decem trib. in vrbibus suis habitabant, in quibus etiā sacerdotes & Leuitę decretam sibi ex lege portionē tenebant. De tribu autē Iuda & Beniamin, quoscunque sors elegit, habitabāt in Ierusalē simul, & sacerdotali & Leuitica tribu. Tribus.n. Beniamin ibi antiquitus manebat. Tribus autem Iuda a temporibus Dauid, cum ipse etiam eam totius regni metropolim fecit, quibus etiam tribus Leui addita est, ex quo illuc arca Dei adducta & templum & altare cōstructum est. In sequentibus enim huius libri inuenies, quia de his tantum tribubus habitatores Ierusalem computat, quorum omnium etiam summā accepit vel annectit, quorum expleto cata logo adiungit, in quibus vrbibus cætera pars earundem decem tribuum habitauerit. Nam sequitur. *De filiis Iuda ha. in Ca.*

Bed. Iudas interpretatur cōfitens vel confessio. Beniamin, filius dexteræ. Leui, additus vel assumptus. Quorum omniū tribus partim in Ierusalē, partim in subiectis ciuitatib. a Deo sibi datis habitant, quia multi & diuersi sunt profectus fideliū pro quib. & multæ māsiones in cęlis. Alii generalia Dei præcepta seruari cōtenti sunt. Non occidere, s. nō adulterari, nō furtum facere, & huiusmodi. Alii nituntur apprehēdere arcē perfectæ vitæ, sed quisque pro sua vocatione gratiā sui cōditoris laudat & cōfitetur, & sunt filii regni quod est in dextera Dei, & ab illo assumuntur in vitam, cum eorum qui sunt in agro vnus assumetur, & alter relinquetur.

Psal. 86. a. · Infrà eod. · Vbi supra. · Exo. 20. b. · Matt. 24. d.

1 Reliqua vero plebs misit sortem, vt tolleret vnam partem de decem qui habitaturi essent in Ierusalem ciuitate sancta, nouem vero partes in ciuitatibus. 2 Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant, vt habitarent in Ierusalem. Hi sunt itaque principes prouinciæ qui habitauerunt in Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda. 3 Habitauit autem vnusquisque in possessione sua in vrbibus suis Israel, 4 sacerdotes, Leuitæ, nathinæi, & filii seruorum Salomonis. a Et in Ierusalem habitauerunt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin. 5 De filiis Iuda Athaias filius Aziam, filii Zachariæ, filii Amariæ, filii Saphatiæ, filii Malalehel. De filiis Phares; Ismaasia, Filius Baruch; Filius Coloza; Filius

a ¶ Sublimem vitam electorum quam imitando sequi non possumus, congaudendo & venerando nostram facere debemus.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* moti inferebant habitatorib. eius multas molestias, vt patet ex præcedētib. & ideo pauci volebāt ibi remanere, ꝓpter quod oportuit de hoc per sortes ordinare, & hoc in tribub. Iuda, Beniamin, & Leui. de istis.n. tribub. tenebantur ibi aliqui habitare ad defensionē eius, ne ab hostib. muri iterū destruerentur, quia ciuitas Ierusalem erat partim in sorte Iudæ, & partim in sorte Beniamin, vt dictū fuit Ios. 15. & 18. & quia tēplum erat ibi, cui debāt ministrare trib. Leui. De istis ergo tribub. fuerūt aliqui fortes & magnanimi, qui spōte se obtulerunt ad habitādum in Ierusalem, & hoc est quod dicitur. *Hitaue. au. prin.* idest principales in fortitudine & magnanimitate. Quod autem subditur. *Optimates absque sorte in medio populi habitabant.* non est in Hebræo, nec est de textu, sed per modum glossæ fuit appositum, & postea per imperitiā scriptorum textui insertum. Inter reliquas vero de trib. tribub. prædictis, qui non obtulerunt se sponte ad habitādum in Ierusalem ordinatum fuit per sortes, quod decima pars regni Iudę in Ierusalem habitaret, nouē autem partes in reliquis ciuitatibus, & hoc est quod dicitur.

Diuisio.

1 *Reliqua vero.* Quod autem sequitur. *Decima pars populi eligatur, vt habitaret in Ierusalem, quia vrbs vacua erat,* non est in Hebræo, sed appositum fuit per modum glossæ, & postea insertum est textui, sicut de alio prædictum est.

2 *Benedixit autem.* imprecando eis bona, eo quod sponte se offerebant periculis pro ciuitate sancta.

3 *Habitauit autem vnus.* quia illi qui erant de regno Israel, qui captiuatis alijs per Salmanasar euaserant, & tñ postea cum regno Iudæ captiuati fuerant per Nabuchodonosor, & cum eis redierant de licentia Cyri, prout dictum fuit Esd. nō fuit coacti per sortes habitare in Ierusalem, sed dimissi sunt ire ad possessiones suas pro sua voluntate, tum quia erant pauci, tum quia non sic tenebantur ad custodiam ciuitatis Ierusalem, sicut illi de tribubus prædictis, vt patet ex prædictis.

4 *Sacerdotes, Leui.* Qui descenderunt de Gentilibus, vt dictū fuit supra Esdræ. 2. De omnibus istis illi qui non erāt necessarii pro ministerio templi & custodia ciuitatis, fuerunt dimissi in vrbibus aliis.

5 *De fil is Iuda.* Hic describit ordinatio prædicta magis in speciali, & primo quātū ad habitantes in Ierusalē, secundo quātū ad habitantes in aliis ciuitatib. ibi. *Et reliqui & Israel.* Circa primū ponuntur nōia principalium & summa omnium, tamen per partes, & primo quantū ad illos de tribu Iuda, cum dr. *De filiis Iuda Athaias filius Aza, &c.* Et patet litera. Secundo quantum ad illos de tribu Beniamin, cum dicitur. *Hi sunt autem filii Beniamin, &c.* Et patet litera vsque ibi. Sen-

MORALITER.

† quam in aliis ciuitatib. & villis, & tamen magis necessariū erat, quod essent ibi plures & fortiores habitatores q possēt eam defendere contra impugnatores. Ad habitandū aūt ibi aliqui de populo sponte se obtulerunt, & illi dicuntur in textu principes & optimates, & de ipsis dr ibidē, quod populus eis bñdixit. Sed quoniam isti nō erant in numero sufficienti pro custodia ciuitatis, ideo de reliquo populo p sortes fuit ordinatum, quod decima pars in Ierusalem habitaret. Igitur p Ierusalem sic impugnatā significari potest quælibet ecclesia, vel ciuitas vel respublica iniuste impugnata. Illi vero q spōte se offerunt ad eiu. defensionem, dicuntur principes. i. domini suarum passionum, quia timore periculi corporalis non retrahuntur a bono virtutis: nec p consequens superantur a passionibus alijs: quia sicut dicit Augustinus non est consentaneū rationi, vt qui metu non frangitur, concupiscentia frangi dicatur, etiā optimates, idest, optimi de populo: quia sequuntur dictamen rationis rectè, quę vt dicit Philosophus, semper ad optima deprecatur. Illis etiā benedicit populus, quia benedicti sunt a Deo et hominibus. Per hoc autē quod aliorū decima pars compulsa fuit per sortes ad habitandum in Ierusalē pro eius defensione, ostenditur, quod pro defensione ecclesię iusta vel ciuitatis seu reipublicę compellendi sunt aliqui, si sit necesse, quia tamen talis defensio est opus virtutis, ideo significatur per decimam partem, quę signat perfectionem.

A Azia, filius Adaia, filius Ioarib, filius zachariæ, filius Silonites. Omnes hi filij Phares qui habitauerunt in Ierusalem quadringenti sexaginta † nouem viri fortes. Hi sunt autē filii Beniamin. Sellum filius Mosollā, filius Ioed, filius Phadaia, filius Golaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia. Et post eum Gabbai, Sellai, nongenti vigintiocto. Et † Iohel filius Zechri præpositus eorum, & Iudas filius Sennua super ciuitatem [1] secundus. Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Ioachin, Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoch, filius Meraioth, filius Achitob, principes domus Dei, & fratres eorum facientes opera templi octingenti viginti duo.

B Et Adaia filius Ieroam filius Pheleia, filius Amsi filius zachariæ, filius Phessur, filius Melchiæ, & fratres eius principes patrum ducenti quadragintaduo, & Amassai filius Azrihel, filius Azi, filius Mosollamoth, filius Emmer, & fratres eorum potentes nimis centum vigintiocto. Et præpositus eorum Zibdihel filius† potentium. [2] Et de Leuitis, [3] Sebenia filius Asob, filius Azaricam, filius Asabia, filius Boni, [4] & Sabathai, & Iozabeth, super omnia opera quæ [5] erant forinsecus in domo Dei a principibus [6] Leuitarum. Et Mathania filius Micha, filius zebedei, filius Asaph princeps ad laudandum & ad [7] confitendum in oratione, & Bechecias, secundus de fratribus eius, & Abda, filius Samuha,

C filius Galal filius Idithun. Omnes Leuitæ in ciuitate sancta ducenti octogintaquatuor. Et ianitores Accub, Telmon, & fratres eorum,

D qui custodiebant ostia centum septuagintaduo.

[8] Et reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in posses[9]sione sua, & nathinæi qui habitabant in Ophel, [10] & Siaha, & Gaspha. De nathinæis, & episcopis Leuitarum in Ierusalem, Azzi filius Banni, fi[11]lius Asabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph cantores in ministerio domus Dei. [12] Præceptum quippe regis super eos erat, & † ordo in cantoribus per dies singulos, & Phathaia filius Mesezebel, de filiis zara, filii Iuda in ma[13]nu regis, iuxta omne verbum populi, & in do[14]mibus per omnes regiones eorum. De filiis Iuda habitauerunt in Cariatharbe, & in † filiabus eius, & in Dibon, & in filiabus eius, & in Capseel, et in viculis eius, & in Iesue, & in Moláda, & in Bethphaleth, & in Asersual, & in Bersabee, & in filiabus eius, & in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius, & in Remmon & in Sara, & in Ierimuth, zonoa, Odollam, & in villis earum, Lachis & regionibus eius, Azecha, et

E

a ¶ Quæ est ad austrinam plagam scilicet terminus tribus Iudæ.

[15] in filiabus eius. Et manserunt in Bersabee vsque

a ¶ Quæ est ad aquilonem terminus Iudæ iuxta Ierusalem ad Orientem.

[16] ad vallem Ennon. Filii autem Beniamin Ageba Mechmas et Hai, & Bethel, & filiabus eius, Anothot, Nob, Anana, & Asor, Rama, Gethai, [17] Madid, & Seboin, Neballath, Lod, & Ono valle

a ¶ Significat quod in cohabitatione filiorum Iudæ et Beniamin Leuitæ sortem extra decretum legis acceperunt.

[18] artificum, & de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin.

F

CAP.

Marginalia: † Odo. — † Ioel. — † Hagedolim. — † constitutum .i. cibus constitutus & quotidianus cantoribus. — † i. viculis & infra.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sennua super ciuitatem.* scilicet ab illo qui erat principalis in ciuitate. Tertio quantum ad illos de tribu Leui, cum dicit. *Et de sacerdotib. Adaia filius Ioarib, &c.* Et patet litera vsque ibi:

2 *Et præpo. eo.* i. principalis super eos & ordinator.

3 *Zabdihel filius potentium.* In Hebræo habetur, *magnorum*, quia erat de parentibus potentibus, & magnis.

4 *Et de Leuitis, &c.* simplicibus qui ministrabant sacerdotibus *Sebenia, &c.* Sequitur.

5 *Et Iosabeth super omnia opera quæ erant* Quia de his quæ erant intra templum intromittebant se sacerdotes.

6 *A principibus.* fuit supple iste Iozabeth ad prædicta destinatus.

7 *Et Mathania filius Micha, &c. princeps ad laudandum & confitendum in oratione, & Bechecia secundus de fra.* quia erat præceptor.

8 *Et reliqui ex Israel sacerdotes.* Hic describitur prædicta ordinatio in speciali, quantum ad habitantes extra Ierusalem. Et patet litera vsque ibi:

9 *Qui habi.* Non est nomen turris quæ propinqua erat templo, vt dictum est supra c. 3. sed est nomen villæ extra Ierusalem, sicut enim de sacerdotibus & Leuitis aliqui habitabant in Ierusalem, & aliqui extra, sic & de nathinæis.

10 *Et epi. in Ie. Azi.* in Hebræo habetur: *Et præpositus Leuitarum, &c.* quia soli sacerdotes erant pontifices seu episcopi proprie loquendo, habentes tamen super se vnum tantum summum pontifices, & ideo quod iste Azzi dicitur hic episcopus Leuitarum, hoc extenso nomine inquantum eis præerat tāquā præpositus, Episcopus enim dicitur ab ἐπὶ quod est supra, & σκοπός intentio, quasi alius supra intendens.

11 *De filiis Asaph.* præceptum quippe regis. s. Dauid.

12 *Super eos.* quia ordinauerat cantores de filiis Asaph, vt habetur. 1. Paralip. xxv.

13 *Iuxta om. ver.* quia populus disposuerat per sortes, qui habitarent in Ierusalem, & qui extra. Ra Sa. exponit hoc de rege Dario, qui ordinauerat, vt dicit quod necessaria administrarentur per singulos dies cantoribus de sumptu suo, & per quem deberet hoc fieri subiungitur, cum dicitur: *Et Phathaia filius Mesezebel, de filiis Zara.* id est, Zaræ filii Iuda: quia genuit Phares & Zaram de Thamar. Matth. 1. *In ma. regis.* i. secundum ordinaitonem Darii regis. *Iuxta. om. ver.* id est, secundum omnem rem exhibendam populo, ad hoc enim erat ordinatus iste Mesezebel, vt quicquid de sumptu regis erat administrandum populo, per manum eius fieret, & videtur melior ista expositio.

14 *Et in do. per.* Hic incipit versus secundum Hebræos vbi sic habetur: *Et in villis campestribus de filijs Iuda, &c.* Hic consequēter ostenditur quæ loca inhabitauerunt filii Iuda extra Ierusalem, & patet litera vsque ibi:

15 *Et man. in Ber.* Bersabee autem est in termino sortis Iudæ versus austrum, vallis autem Ennon in termino eiusdem, sortis versus aquilonem: & per hoc intelligitur quod habitauerunt in locis intermediis.

16 *Filii au. Ber.* Hic agitur de locis extra Ierusalem habitatis a filiis Beniamin, & patet litera vsque ibi.

17 *Et Ono val.* sic nominata fuit, eo quod a principio manebant ibi artifices.

18 *Et de Leuitis por.* i. de tribu Leui aliqui manebant extra Ierusalem in vtraque sorte. s. in sorte Iudæ & in sorte Beniamin: quia non habebant sortem sibi propriam assignatam.

De

CAP.

CAP. XII.

a *HI sunt au.* Bed. Hic princ pes sacerdotum vna cũ fratrib. suis.i.minoribus sacerdotib. & Leuitis describuntur, qui cũ Zorobabel & Iesu filio Iosedech de captiuitate Babylonica ascẽderunt: quib. explicatis adiunguntur, & illi qui extunc in principatum sacerdotum sibimet inuicem vsque ad initiũ regni Macedonũ successerũt. Sequitur enim: *Iosue ge.* Iedda verò qui illis vltimus ponitur, scribit Iosephus tempore Alexandri magni principẽ fuisse sacerdotum, occurrentemque ei cum fratrib. suis humiliter & honorificè susceptum: quem ipse Iaddum nominat, & dicit esse patrem Oniæ sacerdotis magni, de quo in libro Machabæorũ scribitur, nõ quòd huius conditor libri Nehemias ad illa vsque tempora viuere in carne potuerit: sed quia infantiam eius nouit, qui longo tempore post mortem eius ad sacerdotium peruenerit. Nam in fine huius libri filiorum Ioiada filii Heliab mentio est, quòd vnus ex eis gener fuerit Sanaballat Honoritis, cuius quidem generi nomen tacetur, sed quia Ioiada auus est Ieddæ, constat generum de quo sermo est patrem eiusdem Ieddæ aut patruum fuisse, ideoque illum superstite adhuc Nehemia nasci potuisse.

b *In diebus, &c.* ✣ Chrysost. Cæterum tribus sola honorata sacerdotio a negotijs ad victum pertinentib. liberata erat, neque colebant agros, neque tractabant opificia, neq; præterea huius generis quicquam exercebant.

Beda. Descripta est successio principũ sacerdotum & Leuitarum, qui illis tẽpe fuerunt, vt scire possimus, quia congregato in Ierusalem ciuiũ numero copioso, sacerdotũ quoq; & Leuitarum cœtus fuerit egregius, qui ad ministeriũ templi & altaris ad confitendum & laudandum Deum ad custodiam quoq; eiusdẽ templi & ciuitatis, & ad plebem erudiendam sufficerent. Nec sine mysterij sacratioris intelligentia factum est, quòd reædificata ciuitas tantam ciuium copiam in omni gradu & ordine meruit, quãtã perd disse non legitur. Sic enim sæpe ecclesia ex detrimentis maiora recipit incrementa, cum vt sæpe per incuriã lapso in peccatum plures exemplo eius territi ad pœnitendum in castitate fidei cautiores fiunt. Sæpe ijdem qui peccauerunt maiores post actam pœnitentiam bonorum operum fructus ferunt. sæpe ab hereticis vastata ecclesia, post quam industria doctorum catholicorum lucem veritatis recepit, plures ad cognoscendam, & tuendam, rationem veritatis filios procreauit. Nunquam enim Athanasius, Ambrosius, Hilarius, Augustinus, & cæteri tales, tot & tam magnificos tractatus conderent, si non contra fidem rectam fuisset multifarius hæreticorum error obortus. Sed dũ heretici mẽdacium testimonijs scripturarũ astruere nitebantur, coacti sunt patres illos earunde scripturarũ autoritate refellere, & eas quomodo rectè intelligãtur disserere. Vñ nos eorũ scripta

Vbi suprà. † Iesue. 1.Mach.10. Orat.4. cont. Iud. Lib.3. alleg. expos. in Esram, ca.32.

CAP. XII.

1 HI sunt autem sacerdotes & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue. 2 Saraia, Ieremias, Esdras, Amaria, Melluch, Hattus, Sechenias, Reũ, Merimuth, Addo, Genthom, Abia, Miamin, Madia, Belga, Semeia, & Ioarib; & Idaia, Sellum: Amoch, Elceia, Adaia. 3 Illi principes sacerdotũ & fratres eorum in diebus Iosue. 4 Porro Leuitæ, † Iesua, Bennui, Cedmihel, Sarabia, Iuda, Mathanias, super hymnos ipsi & fratres eorũ, 5 & Bechecia, atq; Ethani, & fratres eorũ, vnusquisq; in officio suo. 6 Iosue autẽ genuit Ioacim, 7 & Ioacim genuit Eliasib, 8 & Eliasib genuit Ioiada, 9 & Ioiada genuit Ionathã, 10 & Ionathã genuit Iedda. 11 In dieb. autẽ Ioacim erãt sacerdotes & principes familiarũ 12 Saraia, Maaria,

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XII.

Diuisio.

1 HI sunt au. *Postquam descripta est ciuitatis Ierusalem populatio, hic consequenter & vltimo describitur eiusdem dedicatio. Circa quam primo ponuntur quædam præambula, secundo dedicatio ipsa, ibi:* In dedicatione aũt. *tertio quædam ad ipsam sequentia, ibi:* Recesserunt quoque. *Circa primum sciendum, q̃ ista dedicatio erat principaliter agenda per sacerdotes & Leuitas, & ideo describitur hoc a principio reditus captiuitatis Babylonicæ, vsq; ad tempus dedicationis, & etiã vltra, & primo ponuntur illi qui fuerunt tempore Iosue, qui cum Zorobabel ascenderunt d. Babylone, cum dicitur.*

2 Iosue Sa Ie. *Iste Esdras fuit ille, qui scripsit librum Esdræ, qui a primo venit Ierusalẽ cum Zorobabel, sed postea redijt ad regẽ vt plures Iudæos secum adduceret, & a rege ampliores gratias impetrauit.*

3 Illi principes sacerdotum, & fratres eorum in dieb. Iosue. Porrò Leuitę, Iesua, Bennui. *idest, principales, ideo expressè sunt nominati.*

4 Et fra. eorum. *Isti erant minus principales sacerdotes: ideo sub nomine communi exprimuntur. Et eodem modo dicendum est de Leuitis & eorum fratribus, qui fuerunt tempore Iosue. de quibus subditur:* Porrò Leuitę Iesua. *subditur.*

5 Iosue au. *Hic consequenter describitur genealogia summorũ pontificum a Iosue vsq; ad Iaddum, qui fuit summus sacerdos tẽpore Alexandri magni, cum dicitur:* Iosue au. *Iste alibi nominatur Iesus filius Iosedec. Iosedec enim summus sacerdos ductus fuit in captiuitate Babylonicam, vt habetur 1. Paralip. ca. vlt. et Iesus eius filius post captiuitatem Babylonicam fuit primus qui functus est summo sacerdotio.*

6 Genuit. *Iste autem vocatur Eliachim, Iudith 4. & sub eo dicitur illa historia fuisse.*

7 Et Ioa.ge. *& iste fuit summus sacerdos circa finẽ vitæ ipsius Nehemiæ, vt habetur in seq. cap.*

8 Et Eliab genuit. *Hic vocatur Iudas a Iosepho Iudaicæ antiquitatis. 11. lib.*

9 Et Ioiada genuit Ionathan. *Hunc Iosephus nominat Iohannan ibidem.*

10 Et Ionathan genuit Ied. *quem Iosephus nominat Iaddum, vt suprà. De isto dicit Iosephus quod cum Alexander iratus contra Ierusalem veniret ad destruendã ipsam, et quod Iaddus rudierat ei per nuntios, quòd viuente Dario non poterat frangere iuramentum quod habebat cũ ipso, dns sibi in somnis apparuit dicens, quod non timeret, sed portas aperiret & obuiaret Alexandro indutus ornamentis pontificalibus. & similiter alii sacerdotes in vestibus albis, quem cum vidisset Alexander venientem sibi obuiam, descendit de equo faciens sibi reuerentiam, & tunc principes Alexandri mirati sunt credentes mentem eius ludificatam propter quod Parmenius Alexandro familiaris quæsiuit ab eo, cur hoc fecisset: & respondit, quòd cum essem adhuc in Macedonia, & cogitarem quomodo Asiam mihi subiugarem, apparuit mihi Deus in tali effigie & dixit, quod securè tantum negotium inciperem, et quòd ipse duce complerem propter quod Deum qui mihi apparuerat in homine veneratus sum, tenens firmiter quod sicut præcepit, ipse promissum adimpleret.*

11 In die.au.Ioa. *Hic consequenter agitur de sacerdotibus qui fuerunt tempore Ioacim fil. Iesue, cum dicitur.*

11 Sacerd.& prin.fa. *scilicet sacerdotalium.* Saraia Maaria, etc.

MORALITER.

1 *Hi sunt autem sacerdotes & Leuitæ qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, Iosue, Saraia Ieremias, &c.* Genealogia sequentium nõ poni tur hic nisi ratione dedicationis muri Ierusalem, quæ per sacerdotes & Leuitas erat principaliter agenda. Et quoniam dedicatio est applicatio ad diuina, ideo per hoc significatur, quod homines laici per sacerdotes & alios ecclesiæ ministros ad diuina sunt applicandi per exempla sanctæ vitę, & per verba sanę doctrinæ.

pra relegentes, quasi ad portas & vestibula ciuitatis ac tẽpli custodes vigilantiores, quasi ad officiũ altaris & hostiarũ domini copiosiores accipimus ministros, quia p illorũ sermones ad custodiã fidei & bonæ actionis, & ad seruiendũ intẽtius cõspectui diuinæ maiestatis erudimur. Põt etiam hoc de persecutione Gentilium, qua ecclesia sæpe concussa est, mysticè accipi, quæ occisione martyrũ videbatur funditus esse deleta, sed eis in occulto coronatis, melius construebatur, quorum etiam post mortem clarescentibus miraculis, maior ad confessionem fidei populus confluebat, donec ipse apex mundani imperii Christi iugo collum subdidit, vt status sanctæ ciuitatis. i. ecclesię diu a regibus & principibus impugnatus, eorundem adiuuaretur & propagaretur instantia, sicut Ierusalem reges Chaldæorum qui interpretãtur feroces, vel quasi dæmonia subuertetũt, sed reges Persarum qui interpretantur tentati, amica prouisione restaurant, & debito honore exaltant.

Mysticè. † vsque ad regnum.

a *In dedicatione autem muri Ierusa. &c.*

✻ Comestor. Post aliquod tempus cõgregati sunt in Ierusalem ad dedicationem muri, & ascenderunt sacerdotes, & leuitæ, & cãtores cum musicis instrumentis, & psallentes incedebant per murum, Esdras vero præcedebat, Nehemias & optimates cũ eo super alterã partem muri incedebant psallentes, reliqua vero multitudo sequebatur eos super terram & ducebant choros.

Beda. Iam dudum ædificata erat ciuitas, sed nõ decebat eã dedicari, priusqu am habitatorib. aggregatis ministri templo idonei & portis ac vestibulis custodes essent deputati. Facta aũt ciuitas sancta dedicatur, cũ impleto in fine seculi numero electorũ, ecclesia vniuersaliter in cælũ ad visionem conditoris sui introducitur, cuius vitæ desideriis quoties in hac vita sustollimur, quasi de futura nostrę ciuitatis dedicatione lætamur, vñ & bifaria dedicatio pt accipi, interim scilicet in spe desiderãtium & mundantium oculos cordis, quibus Deũ videãt, tunc in re ipsa fruentium diuina visione beatorũ hominum in corporib. spiritualibus inter angelica agmina.

L. 3. aleg. Expos. in Esram capit. 33.

Ieremia, Hanania, Esdra, Mosollam, Amaria, Iohannan, Milico, Ionathan, Sebenia, Ioseph, Harã, Edna, Maraioth, Helci, Adaia, zacharia, Genthon, Mosollam, Abia, zechri, Miamin, & Moadia, Pelti, Belga, sammua, Semeia, Ioanathan, Ioarib, Mathanai, Iadaioa, Azzi, Sellai, Celai, Mochober, Helciæ, Asebia, Idaia, Nathanahel. [1] Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & [2] Ionathan & Ieddoa, [3] scripti principes familiarum & sacerdotes † [4] in regno Darii Persæ. [5] filii Leui principes familiarum [6] scripti in libro verborũ dierũ, & [7] vsq; ad dies Ionathã filii Eliasib. [8] Et principes Leuitarum [9] Hasebia, Serebia, & Iesue filius Cedmihel, & fratres eorum per vices suas, vt laudarent & confiterentur iuxta præceptum Dauid viri Dei, & [10] obseruarent æque per ordinem. Mathania, & Bechecia, & Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas: hi in diebus Ioacim filii Iosuæ, filii Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque. a [11] In dedicatione autem muri Ierusalem [12] requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalem: & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & b in cymbalis, psalteriis, & citharis. c Congregati sunt autem filii cantorum, & de cãpestribus circa Ierusalem, & de villis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionib⁹ Geba & Asmaueth:

a ¶ Spirituales, scilicet, assumptos in sortem regni. ¶ Quia mittet filius hominis angelos suos, & congregabit electos a quatuor ventis.

a ¶ Cælestem. ¶ In æterna. s. perceptione vitæ in uicem congaudentes & gratias agentes ei cuius dono illam ciuitatem intrare meruerunt.

b *Et in cymbalis.* Cymbala, psalteria, & citharæ, possunt corpora iustorum iam tũc immortalia intelligi, in quib. suauissimos sonos domino sunt reddituri. In præsenti quoque vita Leuitę congregantur in Ierusalem, cum memoria supernæ pacis fideles accẽsi, totam in ea mentis suæ delectationẽ collocant, & de ea quam se percepturos sperãt, æternam in cęlis hæreditatem, etsi nondum intuendo, saltem desiderando lætantur, secundum illud. *Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini, &c.* Faciunt enim dedicationem in cantico gratiarum actione, cum lætantes in domino quicquid aduersi vel prosperi occurrerit excipiũt, faciunt in cymbalis, psalteriis, & citharis, cum gratos operum sonos, ad aures Dei ascendere faciunt, & corda proximorum ad amorem eius accendũt, &c.

Psal. 31. c.

c *Filij cant.* Imitatores. s. eorum qui deuota & hilari mente dño familiari, & verbum eius aliis pdicãdo cantare studuerũt. Qui sibi villas faciunt in circuitu Ierusalem, cum in vicinia

Beda vbi sup.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *in aliquib. libris ponuntur ista nomina in genitiuo casu, et sic construuntur cum eo quod præponitur, et principes familiarum, quarũ supple scilicet, Saraiæ Maariæ, & sic de aliis.*

1 Leuitę &c. *Hic agitur de his qui fuerunt sub aliis summis sacerdotibus sequent. b. prædictum Ioacim, et hoc est quod dicitur.* Leu. in die. *iste supra nomiuatus est Ionathan.*

2 Et Ied. *Iste sup. nominatus est Iedda, quia nomina Hebraica frequẽter variantur in principio vel in fine vel in vtroque, sicut & Latina, vt frequenter dictum est supra.*

3 Scripti princi. fa. *per nomina sua in libris genealogiarum suarum, licet non sint hic expressa.*

4 In regno Da. *idest, Dario regnante, qui est de genere Persarũ, sub quo consummatum fuit templum, vt habetur sup. Esd. 6.*

5 Filii Leui. *Hic reuertitur scriptura ad describendum Leuitas qui fuerunt tempore Ioacim, quia supra descripserat sacerdotes sui temporis, dicit ergo.* Filij Leui *scilicet qui sequuntur.*

6 Principes fa. scri. *scilicet* 1. *Paral. 25. non quia isti qui sequũtur, sint ibi scripti in proprijs personis, sed in patribus suis: & quia ordines Leuitarum ibi sunt descripti. ad quos isti restituti sunt temporibus illis post reditum captiuitatis.*

7 Et vsq; ad dies. *quia isti vel saltẽ aliqui eorũ vixerunt vsque ad tẽpus quo Ionathã fuit summus sacerdos. & dicitur filius Eliasib, idest nepos: quia filius Ioiadæ filii Eliasib, vt patet ex dictis, sup. eo. cap.*

8 Et prin. Leui. *idest, principales inter eos sunt isti.*

9 Hasebia, Serebia. *vt habetur* 1. *Par. 25.*

10 Et obserua. ęque. *idest, sibi succedentes per vices secundum ordinationem David. Cætera patent ex dictis.*

11 In de. au. *Præambulo descripto, hic consequenter describitur ciuitatis dedicatio. Circa quam primo ponitur præparatio populi. secundo dedicatio muri, ibi:* Ascendere autem feci. *tertio oblatio sacrificii, ibi:* Steteruntque. *Circa primum dicitur.*

12 Requisierunt Leuitas de omnibus. *vt solennius fieret dedicatio. Et patet litera vsque ibi.*

MORALITER.

11 *In dedicatione muri, &c.* Secundũ moralem sensum per Ierusalem fidelis anima designat, vt superius dictũ est frequenter. Murus aũt est clausura virtutũ, qui murus dedicatur qñ virtutum actus ad Deũ applicant, hoc aũt fit per hoc, q apud ipsum meritorij efficiuntur, & hoc est, cum a charitate imperantur, & ex charitate exercẽtur, sine qua nihil est meritoriũ vitę æternę. 1. Co. 13. a. *Si habuero oẽm fidem, ita vt montes transferam, charitatẽ aũt non habuero, nihil sum. Et si distribuero, in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meũ, ita vt ardeam: charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est, &c.* In dedicatione verò muri fuerũt duo laudantiũ chori, per quos signantur vires duplicis partis animæ, s. intellectiuę, & sensitiuę, quę pro beneficiis a Deo collatis debẽt ad eius laudem insurgere, sm illud Psal. 83. a. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Vel per duos choros significari possunt duo genera virtutum, scilicet intellectualium, & moralium.

cinia supernæ patriæ sublimi corde habitant, dicentes *Nostra autem conuersatio in cælis est*. faciunt autem easdem uillas in campestribus circa Ierusalem, cum tãto magis se in Deũ dilatato corde humiliant, quanto suauius sublimitatis gloriam gustando contingunt. Qui omnes & nunc profectibus operum uirium ad cælestem patriam congregantur, & in ipso tempore dedicationis, idest perpetuæ remunerationis ibidem pariter uniuntur.

Phil. 3. d

dicando, arguendo, excommunicando eliminant.

d *Et de filiis sacerdotum, &c.* in hac uita filii sacerdotum in dedicatione ciuitatis Dei tubis canunt, qui ad memoriam patriæ cælestis corda auditorum prædicando succendunt.

e *In uasis cantici Dauid.* Quia non suo sensu, uel desideriis innituntur, sed patrum, & prophetarum uitam, & doctrinã per omnia sequentes uerbo prædicationis insistunt.

quoniam uillas ædificauerunt sibi cantores in circumitu Ierusalem. Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum. Ascendere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexterãm super murum ad portam sterquilinii. Et iuit post eos Osaias, & media pars principum Iuda, & Azarias, Esdras, & Mosollam, Iuda, & Beniamĩ, & semeia, & Ieremia. Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias filius Ionathã, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius zechur, filius Asaph, & fratres eius Semeia, & Azarel Malalai, Galalai, Maai, Nathanehel, & Iuda, & Anani, in vasis cantici Dauid viri Dei, & Esdras scriba ante eos in porta fontis. Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid, in ascensu muri super domum Dauid, & vsq; ad portam aquarum ad Orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, &

a ¶ Iudæorum, scilicet & gentium Deum in superna patria laudantium, quod etiam in hac vita quotidie geritur.

a ¶ Quia iu[illegible] iam æternam recte conuersando, & in præsenti tenent, & in futuro peruenient.

a ¶ Manu fortis, & aspectu desiderabilis.

a ¶ Quæ est omnes nũi, qui gratia conditoris impleatur, & ab ipso habitantur.

¶ Deo.

a ¶ Vt alter alteram incitaret

a *Et mundati.* Beda. Iussus omnino ordo, ut doctores qui populũ mundare desiderant prius mundentur, castigent corpus, & serui tuti subiiciant, ne forte aliis prædicantes reprobi inueniantur. Mundati sunt autem sacerdotes & Leuitæ orationibus, & uictimarum oblationibus, & continẽdo ab vxoribus. Mundauerũt autem populum eandem continentiam prędicando. Mundauerunt portas, & murum, cum tubis, & canticis psalmorum comitante populo circumeundo, & expleto circumitu uictimas prò statu ciuium, & ciuitatis offerendo. Sed & nũc quoque qui ecclesiæ præsunt in spirituale ministeriũ a domino assumpti, quo maiorem dedicationis nostræ, quæ ĩ resurrectione nostra futura est, memoriam gerunt, eo magis seipsos, & sibi commissos mundare, & sanctificare contendũt, ne quis forte non habens vestẽ nuptialem, a communi sanctæ ciuitatis iucunditate eiiciatur, & uinctis manibus, & pedibus in tenebras exteriores mittatur.

1. Cor. 9. d

Matt. 22. b

f *Et Esdras scriba.* Quia in omnibus quæ agunt uerba sanctę scripturæ præ oculis habent, quibus ducibus ad ingressum uitæ æternæ perueniant, ut inebrientur ab vbertate domus Dei, & torrente uoluptatis eius, apud quem est fons uitæ, & cętera.

Psal. 35. b Vbi sup.

g *Et contra eos ascenderunt in gradibus.* BEDA. Cum ciuitas ędificaretur dictum est, quia qui portam fontis ędificauerunt, ipsi mensuram sui operis vsque ad gradus qui descendunt de ciuitate Dei perduxerunt. Ibi ergo descensio graduum de ciuitate, hic cum dedicatur ciuitas, ascensio nominatur, & sicut etiam ibi cum hoste certamen gerebatur, hic deuicto hoste lętitia celebratur, quia sancti qui in pręsenti humiliãtur, sub potenti manu Dei in futuro exaltabuntur, qui nunc muros Ecclesię in terra de viuis lapidibus, idest, sanctis animabus in afflictione, & periculis, & uigiliis multis ędificant, tunc completo ędificio, & ad cælum leuato gaudentes ad contemplandam Dei claritatem ascendunt.

b *Principes Iuda.* i. confessionis, vel laudis perfectiores sunt ecclesiæ doctores, qui in dedicatione ciuitatis super murum ascendunt, quia in tempore tribulationis generalem ecclesiæ conuersationem altius uiuẽdo transcendisse probantur. De his. n. dicitur. *Super muros tuos Ie. const. cu. & c.* iure ergo qui nunc muris ecclesię tanquam uigiles præsunt, tunc quoque eisdem gloria remunerationis præeminebunt.

Esa. 62. c

c *Et statui duos choros.* Vel spurcitiam peccatorum in præsenti de ecclesia correctius uiuendo, & errantes corrigendo expurgent, & in futuro qui corrigi noluerunt, iudiciaria potestate de ciuitate domini, i. in ingressu patriæ cælestis expellant. Vel chori laudantium ad dexteram euntes super murum ad portam sterquilinii ascendunt, dum eos dignos laude prædicãt, qui omnem immunditiam de ecclesia præ-

& contra eos, & cætera. Non contrarietate, scilicet, distantię, sed occursu consonantię, quia electi in hac uita sese ad amorem Dei accendunt, & in illa perfectius eum in sua inuicem beatitudine congaudentes, absque tædio laudãt sicut Seraphim alter ad alteram clamantes, sanctam trinitatem socia exultatione concelebrant. h *Super domum Dauid.* Beda. Ascendunt filii sacerdotum super domum Dauid cum prædicatores, uel martyres, sicut nunc generalem uitam iustorum in ministerio verbi, vel agone martyrum trãseunt, ita tunc generalia eorum pręmia sublimioris dono remunerationis antecedunt. Vnde. *Quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.* Quantos. n. unusquisque

Luc. 19. c

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitæ. *Primo.*

2 Et mundauerunt populum. *secundo sicut scriptum est Ecc. 33. a.* Ab immundo quis mundabitur? *Quia debitus ordo est, vt mundans alium prius mundet seipsum, ista autem mundatio sacerdotũ fiebat per ieiunia, & per continentiam ab uxoribus, & per aspersionem aquæ lustrationis. Emundatio vero populi per aspersionem aquæ lustrationis tantum, Leuitarum autem medio modo, quia Leuitæ faciliori ritu mundantur quam sacerdotes, ut habetur 2 Par. 29. & populus, quam Leuitæ.* 3 Et portas, & murum. *s. mundauerunt immunditias amouendo, & aquam lustrationis aspergendo.*

4 Ascendere autem feci. *Hic consequenter describitur dedicatio muri, & per consequens ciuitatis quæ muro claudebatur.* Ascendere autem feci. *uerba sunt Neemiæ.* 5 Et statui duos choros laudantium ma. *Dicunt aliqui expositores, quod isti duo chori sic diuidebantur, quod unus ibat super murum circumeundo ciuitatẽ, alius super terram iuxta murum exterius. Sed hoc non uidetur verum quia infra de secundo choro dicitur, quod media pars populi erat supra murum, & per hoc intelligendum est, quod vterque chorus laudantium, qui erat de sacerdotibus, & Leuitis ibat supra murum, & vna pars populi erat cum eis super murum, & alia super terram, sic igitur primo loquitur de primo choro, cum dicitur.*

6 Et ierunt ad dextram super murum. *s. illi, de primo choro.*

7 Et iuit post eos Osaias. *qui erat principalior.*

8 Et media pars principum Iuda. *& alia medietas fuit cum secundo choro.*

9 Et de filiis sacerdotum in tubis. *canentes, quia hoc spectabat ad eorum officium. Sequitur.*

10 In vasis cantici Dauid. *i. in instrumentis musicis, secundum quod ordinauerat Dauid 1. Paral. 25. Instrumenta. n. cu. usitet. a. is vocantur vasa in Hebræo.*

11 Et usque ad portam aquarum ad Orientem *i. ad portam Orientalem templi, quia in illa parte erat ingressus ad templum, & eius atrium, quod intendebant intrare ad sacrificia immolanda.*

12 Et chorus secundus gratias referentium. *ipsi Deo de reædificatione muri.*

13 Ibat ex aduerso, &c. *i. per oppositam partem muri circumeundo, quousque venirent obuiam aliis in ingressu templi.*

✲ Et

MORALITER.

6 *Et ierunt ad dexteram super murum ad portam.* Sequitur postea.

12 *Et chorus secundus, &c.* Per hoc significatur, quod Deus est laudandus in prosperis quæ signantur per dexteram, & in aduersis quę per sinistram Ps. 38. 2. *Benedicam dominum in omni tempore.* i. prosperitatis, & aduersitatis.

A quisque verbo, vel exemplo erudit ad vitam, pro tantis tunc in perceptione uitæ gloriosius honorificabitur. Supueniūt quoque sacerdotes vsque ad portam aquarum, ad Orientem, quando hi qui in hac uita, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderant uenire, & apparere ante faciem Dei ad effectū desiderii pertingunt, ortumque solis iustitię sine occasu uidere merentur.

a *Et super tur. fur.* Beda. Longum est de singulis portis, vel turribus specialiter disserere, tātum dixisse sufficiat, quia qui portas B turres, & murū ciuitatis magno labore, erumna, fame, frigore, & vigiliis multis, repugnāte indefesso hoste & insidiante perfecerunt, tunc repulsi, & cōfuso hoste per eiusdem ciuitatis portas, turres, & ędificia deambulātes, in canticis, hymnis, & psalteriis, cymbalis, citharis, & in tubis, gratiarum actione, vna cum magistris operis, & legis Dei lætātur, quod etiā in spirituali ædificio fieri nulli dubium est, cum instanti tempore ultimæ retributionis quasi diu desiderata dedicatione ciuitatis, Dei fideles pro operibus præmia consequentur æterna, qn veluti Nehemias, Esdras, cęterique sacerdotes, & Leuitæ suos singuli operarios producentes, cuncti fidelium populorum magistri quos domino acquisierunt, ad mœnia patriæ cælestis ducunt. Tunc inter alia etiam super turrim furnorum, in cuius pridem structura desudabant, Nehemias cum choro laudantium incedit, cum magistri veritatis de fidelibus eorum quos docuere præmiis lętantur. Sunt omnes furnacei qui in abdito coquuntur, internā mentis fidelium deuotionem charitatis igne confirmatam significant, vnde & in sacrificium domini iubentur offerri, quid per furnos in quibus iidem panes coquuntur, nisi illorum corda, quæ flamma intimi amoris semper ardent, & uirtutum facta, vel verba solent procreare, figurantur? De quibus bene dicitur. *Deus cuius est ignis in Sion, & caminus eius in Ierusalem.* Ipsi quoque de se dicunt. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis. &c.* Reproborū vero corda igne scelerum ardent, unā *Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum.* Structores ergo sanctæ ciuitatis inter alia turrim furnorum ædificant, cū doctores auditorum suorum corda in fide, & opere instruunt, vt accendantur ad maiora dona spiritus percipienda, & nouas quotidie uirtutū dapes in gaudiū populi Dei proferēdas. Gaudentes vero, & laudem dño canentes super turrim furnorum in die dedicationis Ierusalem incedunt, cum in tpe futuræ retributionis de illorū quos docuere gloria congaudent. Furni ergo sunt corda electorum, in quibus charitas Dei diffunditur per spūsanctū qui datus est illis. Turris aūt furnorū sublimitas & custodia qua eadē corda ne a malignis spiritib. possint lędi, ne flāma uirtutū elatiōis vēto flecti valeat vel turbari, circūspecta sp est necesse cautela, & solicitudine muniri. b *Steteruntque duo.* Beda. Perambulatis mœnib. &

Vbi sup. Esa. 31. d Luc. 24. c Osee 7. b Ro. 5. a Ibid.

ego post eum, & media pars populi super [1]

a ¶ Sublimitatem, scilicet, & custodiam operum.

murum, & super turrim furnorum, & vsq; [2]

a ¶ Cordium flamma spiritussancti ardentium.

ad murū latissimum, & sup portā Ephraī, [3][4] & sup portā antiq, & sup portā piscium, & turrim Ananehel, & turrim Emath, & vsq; ad portā gregis. Et steterunt in por- [5][6]

a ¶ Firmo corde.

b ¶ De utroque s. populo connexi in unam modulationem diuinæ laudis, vel de angelis, & hominib. facti, quia erunt homines æquales angelis Dei.

ta custodiæ Steteruntq; duo chori laudā [7] tium in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum mecum. Et sacerdotes Elia [8] chim, Maasia, Miamin, Michæa, Elioenai, Zacharia, & Anania in tubis. & Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azi, & Iohannan, & Melchia, & Elan, & Ezer. Et clare cecinerunt cātores, & Iezraia ppositus Et immo [9]

a ¶ Perpetuæ scilicet lucis, de qua Zach. 14. Et erit dies vna quæ nota est domino, non dies, neque nox, idest, a labentium remota consuetudine.

b ¶ Quia in suis singuli mansionibus recepti, in perpetua conditoris visione perseuerant, & eius laudes consona uoce concelebrant.

lauerūt in die illa uictimas magnas, & lętati sunt Deus. n. lætificauerat eos lętitia magna. Sed & vxores eorum, & liberi gauisi sunt, & audita est lætitia illa Ierusalem procul. Recensuerunt quoque in die illa [10]

D portis ciuitatis in carmine lætitiæ, & organis musicorum, redeunt ad templum domini ut ibi quoque stantes laudem domino consonantibus tubis referant, & oblatis victimis uota dedicationis impleant. Ipsam autem futuræ vitæ patriam domus domini, sicut & ciuitas domini significat, sicut & psens ecclesia domus Dei appellatur, & ciuitas, sed distat, quæ ædificia ciuitatis in carminibus gratiarum, & organis ascendisse laudantes, in domo autem Dei stantes laudasse, & clare cecinisse perhibentur. Ascendunt. n. electi mœnia ciuitatis quæ fecerunt, cum gaudio supernæ patriæ, quæ bene operando meruerunt introeunt. Fecerunt dispertitam portarum, graduum, & ædificiorum celsitudinē, cum introeuntes in domum patris multarum ibi mansionum distantiam pro diuersis meritis contemplantur. In hac vita ascendunt in ciuitate domini iusti cum hymnis dedicationis, qñ in memoriam futurę remuneratio nis toto corde inhiantes in bonis operibus quotidie proficiunt, secundum illud. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle. &c.* & *Beati immaculati in via, &c.* Sic. n. acceptam cordis, & operis innocentiam tenent, vt semper ad altiora crescere contendant. Sunt autem in domo domini, cum laudibus, qui in ipso operum profectu indefessi perseuerant, iuxta illud Eliæ, *Viuit dominus in cuius conspectu sto.* idest, in cuius implenda uoluntate infatigabili mente permaneo.

c *Et clare cecinerunt.* *Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Vota mea domino reddam in atriis domus domini, in consp. o. p. in me. tui Ierusalem.* Hoc fit cum in cęlesti patria omnium sanctorum multitudine congregata eas pro quibus in præsenti gemimus, quasque gratiarum actione quotidiano desiderio sitimus, laudes efferimus.

d *Deus. n. læ.* Beda. Hæc ad dedicationem sanctæ ciuitatis Ierusalem, scilicet, cælestis pertinēt, in qua Deus est rex, qui sua præsentia ciues lætificat, lætitia magna geritur, vnde. *Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* ad distinctionem, scilicet, humani gaudii, quod paruum gaudium, & transitorium, & ideo parui pendendum. Potest hæc dedicatio in hac uita quibusdam electis cœpta intelligi, qui purificato cordis oculo futura ecclesiæ gaudia partim contemplantur, sicut Esaias, Ezechiel, Daniel, & alii prophetæ, & apostoli, qui glorificatum in monte dominum uiderunt, qui quo altius supernæ ciuitatis edita ingrediebātur, eo clarius laudes domini canere, & victimas bonorum operum maximas immolare curabant.

e *Sed & vxores.* Quia tempore resurrectionis non solum qui prædicando, vel fortiter operando ecclesiam ædificarunt, F fructum laboris percipiunt, sed etiam infirmiores eiusdem fidei consortes, eadem uitæ perceptione lætantur. *Benedixit n. dominus pusillis cum maioribus.*

f *Recensuerunt quoque.* Beda. Gaudentibus cunctis de ædificatione,

Psal. 83. b Psal. 118. 4. Re. 3. b Psal. 115. b Luc. 2. b Mat. 17. a Psal. 113. d Vbi sup.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et media pars populi super murum. *quia medietas principum fuit ibi, qui præerant populo, & etiam una pars populi erat cum eis, & alia pars gradiebatur super terram modo supradicto.*

2 Et super turrim furnorū. *sic uocatam, quia prope erāt furni.*

3 Et vsque ad murum latissimum. *quia ibi machinæ ab extra possent facilius percutere, & ideo ibi fuit factus murus spissior.*

4 Et super por. *Ista est una de sex portis supra nominatis, c. 3. & vocatur sic, quia habebat aspectum ad sortem Ephraim. Illę. n. sex portæ uel saltem plures earum pluribus nominibus nominantur, ut ibidē dictum fuit.*

5 Et usque ad por. gre. *supple uenerunt, illa. n. erat prope tēplū, sic nominata, quia animalia immolanda in templo per illam adducebant.* Et

6 Et steterunt in porta custodiæ. *quæ erat iuxta atrium templi.* 7 Steteruntque, &c. *Hic consequenter ponitur immolatio sacrificii in qua erat consummatio dedicationis, in qua quidem immolatione aliqui de sacerdotibus, et Leuitis cantabant, quod notatur cum dicitur.* Steteruntque duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & dimi. &c. 8 Et sacerdotes Eliachim. *iste est qui supra nominatus est Ioacim, & alii intendebant immolationi, unde subditur.*

9 Et immolauerunt in Dei, &c. Deus enim lætificauerat eos lætitia magna. *eo quod murus esset ædificatus, & dedicatus ad securitatem populi, & restitutionem cultus diuini.* 10 Recensuerunt quoque. *Hic ponuntur sequentia ad dedicationem, uidelicet ordinatio de uictu Sacerdotum, & Leuitarum quantum ad eius* colle-

MORALITER.

9 *Et immolauerunt in die illa victimas.* Per hanc oblationē signatur oblatio eucharistiæ, quæ dr victimæ in plurali, quia figurata fuit per omnes uictimas ueteris testamenti, sicut vnū pfectū per multa imperfecta. De hac oblatione dicitur in Ps. 49. c. *Immola Deo sacrificium laudis.* Dicitur. n. eucharistia sacrificium laudis, eo quod offertur cum laudibus diuinis.

catione,& dedicatione ciuitatis, instanter procuratum est, A ut cultus in ea religionis qui in ceremoniis maxime per doctrinam,& officia sacerdotum, Leuitarum,cantorum, ianitorumque erat exequendus,seruaretur,& cresceret. Ideo statuti sunt uiri strenui, qui collatam a populo pecuniã diligenter in ærarium Christi colligerent, & custodirẽt in usum ministeriorum templi,& altaris. Primitias quoque frugum, & decimas, & uinum ad libamina quę ad templũ deferebantur,sedula cura conseruarent, ut.s.abundante copia eorum quæ essent domino offerẽda,vel ex quibus ministri domini uiuerent,ipsi libentius in Ierusalẽ manerent, a quibus populus doceretur,& sanctificaretur. Dominus quoque statuit eos qui euangeliũ annuntiant, de euangelio uiuere. B Væ autem Sacerdotibus,& ministris,qui gradus sui sumptus delectantur a populo sumere,sed nihil pro eius salute laborare, nec aliqd sacri ducatus recte uiuendo præbere, non de suauitate regni cœlestis quippiam dulce prædicando canere,nec ianuas supernæ ciuitatis aperire, sed peruerse agẽdo occludere probantur, quorum operib. non populus laudando Deum lætatur,sed affligitur. Notandum sane, quod Iudas q in ædificatione ciuitatis desperans loquebatur. *Debilitat, i. est fortitudo portantis, & humus nimia est, &c.* D iam nunc fortitudinem mentis,& corporis receperat ad exportandam humum,q̃ impediebat ædificandum murũ qui ceciderat,& ad supandas hostiũ insidias q̃ imminebãt. Merito ergo lætatur in sacerdotibus, & Leuitis, cantoribus, & ianitorib. quorum labore, & exhortatione tantę afflictionis piculũ euasit, & tãtæ ꝓsperitatis gloriã inuenit. Et tu ergo si humo uitiorũ cor tuum grauari, ne in eo ciuitatem diuinæ habitationis dignã ædificare valeas, si te ab expurgandis vitiorũ ruderib. ab ędificandis virtutum mœnib. hostẽ malignum retrahere perspexeris audi consolationem,& cõsilia sacerdotum, & lectionem diuinarum scripturarum,sic.n.habitaculum pectoris tui(expulsis dæmonũ insidiis.) Deus uictor quasi ciuitatem suam sanctificaturus, & mansionem apud te facturus ingreditur hac de cã populus sacerdotes,& Leuitas,& cæteros sctõrum ministros in Ierusalem habitare uoluit,ut lætaretᷣ in bonis eorum operib. quorum instantia populus correctus, & ciuitas extructa, cum magna laude, & lætitia erat dedicata. E

†super donata

‡ad coaceruãdum in ea ex agris ciuitatum partes legis sacerdotibus,& Leuitis

1.Cor.9.c

sup.6.a

viros sup gazophylacia thesauri, ad†libamina,& ad primitias,& ad Decimas, vt‡introferrẽt per eos principes ciuitatis in decore grãrũ actiones sacerdotes, & Leuitas,q.a lętificatus ẽ Iuda in sacerdotib.& Leuitis astãtib. Et custodierũt obseruationẽ Dei sui, & obseruationẽ expiationis,& cãtores, & ianitores iuxta ꝓ ceptũ Dauid, & Salomonis filii eius, q.a ĩ dieb. Dauid, & Asaph ab exordio erãt principes constituti cãtorum in carmine laudãtium,& cõfitẽtium Deo. Et oĩs Israel in dieb Zorobabel,& in diebus Nehemiæ dabãt partes cantorib. & ianitorib. per dies singulos,& sanctificabãt Leuitas,& Leuitę sctĩficabant filios Aaron. [1] [2] [3] [4] [5] [6] [7] [8] [9] [10] [11]

¶Vt qui euangelium annuntiant de euangelio uiuant.

a ¶Quasi sanctis Dei dabant decimas. b ¶Tanquam maioribus decimã un sua um decimam partem offerendo.

NICOLAVS DE LYRA.

collectionem,& conseruationem,vt possent intendere diuino cultui,et de his quæ essent Deo offerenda,& hoc est quod dicitur. Recensuerunt quoque in die illa,&c. *completa dedicatione.*

1 Viros. *fideles.*
2 Super gazophylacia. *i.repositoria.*
3 Ad Libamin. *q̃ erant de liquidis Deo offerẽda,vt uino,& oleo.*
4 Et ad primitias. *quæ sacerdotibus debebantur.*
5 Et ad decimas. *quæ Leuitis soluebantur.*
6 Vt introferrent. *s.in domum domini.*
7 Sacerdotes,& Leuitas. *ut ibi possent manere,& uiuere.*
8 Quia læ.est Iu.in sa.& Le. *eo quod bene diligentes officia sua fecerant.*

Et

9 Et obseruationem expiationis. *emundandos seipsum,populum,portas,& murum,ut patet ex supradictis. Cætera patet usq; ibi.*
10 Et sanctificabant Leuitas. *s.populares Leuitis decimas soluendo.* F
11 Et Leuitæ sanctificabant filios Aaron. *de decimis sibi datis decimas eis soluendo,qui.n.soluit decimas alteri,in hoc designat se imperfectum,& alterum perfectum,retinens sibi nouem partes,& dãdo decimam alteri,quæ signat perfectionem,eo quod denarius est numerus perfectus,propter quod & numeri sequentes sunt replicationes denarii,& eius partium,sicut 11.sunt 10.& unum,& 12.sunt 10.& 2.& sic consequenter,ut habetur 3.Physi.& propter hoc Apostolus ad Hebræos ostendit Melchisedech fuisse maiorem ipso Abraham,qui decimas dedit Melchisedech,Gen.14.*

Beda lib.3. alleg. expos. in Esdram,c.33.

IN *die autem illo lectum &c.* Hi quia de incestu nati sũt, hęreticos exprimunt, a quorũ autores cũ doctrinam patrum de qua eruditi sũt, male intelligendo corrumpunt, quasi filiæ Loth semine paterno furtim, & in tenebris, & non legitime utuntur. Ideoque eorũ proles, i.sectatores nũquã in ecclesia Dei

CAPVT XIII.

IN die autem illo lectum est in volumine Moysi, [1] audiente populo. Et inuentum est scriptum in eo, [2] quod non debeant introire Ammonites,& Moabites in ecclesiam Dei usque in æternum, eo quod non oc †

a ¶Nisi dabimus,s.tales esse.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

1 IN die autem illo. *Hæc est secunda pars principalis huius libri in qua agitur de secundo aduentu Nehemiæ in Ierusalem,quia cõpleto ducatu suo 12.annorum in quibus intendit murationi ciuitatis, & ædificationi,& restitutioni diuini cultus,& aliorum quæ erant ad bonum populi sui,rediit ad Regem Artaxerxem 32.anno regni eius,a quo missus fuerat primo in Ierusalem anno 20.regni sui,ut habetur supra capitul.2.quia rex sibi constituerat tempus redeundi,ut ibidem habetur,sed postea circa finem vitæ suæ rogauit regem,ut rediret Ierusalem ad corrigendum aliqua mala quæ pullulauerant in absentia sua, & ut ibi cum suis patribus sepeliretur. Pullulauerant autem in sua absentia quatuor mala specialiter,primum est admissio illiciti,secundum destructio cultus diuini,quod ponitur ibi.* Et intellexi malum. *tertium uiolatio sabbathi,ibi:* In diebus illis,&c. *quartum commissio seminis extranei,ibi.* Sed & in diebus illis. *primum malum fuit, eo quod Eliasib summus sacerdos permisit uasa Tobiæ Amanitis,in quibus erat thesaurus suus,reponi in gazophylacio domus Dei,quod erat deputatum rebus sacris,& hoc malum fecit,eo quod erat affinitate cõiunctus Tobiæ per nepotem suum; & ideo in principio huius capituli fit mentio de commixtione talis matrimonii, quod sit illicita, cum dicitur.*

Mala quatuor Iudæorũ in absentia Nehemiæ.

1 In die autem illo lectum est. *hoc non refertur ad tempus immediate sequens,sed ad præcedentia,quia iam ista separatio erat facta vt habetur sup.c.10*
2 Et inuentum est scriptum. *s.Deut.23.quod non debeant introire Ammonites,& Moabites in ecclesiam Dei,quod tripliciter fuit ibi expositum.Vno modo quod Ammonites,& Moabites non possent ingredi atrium,vbi adorabant hões mundi. Alio modo,ut si quis eẽnt cõuersi ad Iudaismum,non tñ possent promoueri ad dignitates, q̃ respiciunt regimen populi,ut quod essent decani,centuriones,et huiusmodi.* Tertio

MORALITER.

1 *In die au.il.lectum est in uo.Moysi.audi.po.Et inuen.est scrip.in eo. quod non debeant intro.Ammon.& Moa.in ecc.Dei, &c.* Per istos significantur hæretici,& schismatici, qui repellendi sunt ab ecclesia Dei.

† Eo

† *Eo quod non occur.si.Is.cum pa. & aqu.* Tales.n.non occurrunt populo Dei cum spũalib.alimentis nomine panis,& aquæ significatis,eo q in sacra scriptura nomine panis, & aquæ oĩs cibus,& potus signatur,unde 4.Re.6.dicitur. *Appone eis panem,& aquam.* Sequitur ibidẽ. *Et apposita est eis magna* cibo-

Dei partem habere possunt. Si qui.n.corriguntur, iam non sunt filii talium matrum. Occurrerunt autem filiis Israel egredientib.de Aegypto cum pane,& aqua. Sic bene & in ca tholica pace viuentes in solatium verbi Dei conferunt eis, qui nuper a seruitio peccatorum per aquam baptismi,& fluctus maris eruti anhelant ad libertatem patriæ cælestis. Quod fecit Berzellai Galaadites, qui fugienti David, & exercitui eius a facie Absalom cum alimentis occurrit, quo eos refocillando aduersus nouã tyrannidem redderet fortiores. Illos signãs,q dispersam ab hæreticis ecclesiã subsidiis verbi cælestis confortant & ad debellandũ eorum insaniam animant. Sed dum hæretici neophytos suis prauitatib. & ostensis aliorum exemplis vel verbis malignis perdere nituntur, quasi de incestu nati populum Israel egressum de Aegypto armis suis,& Balaam qui interpretat' vanitas populi, consiliis, & maledictis impugnat nefandis, sed Deus maledictionem Balaam in benedictionem populi sui cõuertit,& cum ab armis inimicorum muniuit.

2.Re.19.

currerint filiis Israel cum pane,& aqua,& † conduxerunt aduersum eos Balaam ad maledicendum eis, & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem cum audissent legem separauerunt omnem alienigenam ab Israel. Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat positus in gazophylacio domus Dei nostri,& proximus Tobiæ. Fecit ergo ibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini,& olei, partes Leuitarum,& cantorum,& ianitorum,& † primitias sacerdotales. In omnibus his nõ fui in Ierusalem, quia anno tricesimosecundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem. Et in fine dierum rogaui regem,& veni in Ierusalem. Et intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei, & malum mihi visum est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio, præcepique & emundauerunt gazophylacium. Et retuli ibi vasa domus Dei, † sacrificium, & thus. Et cognoui, quod

(Interlinear: a Verbi Dei. — a Vanitatem populi — b Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. — a De duabus.s.gentibus anathematizandis.)

a *Factum est autem,&c.* Quia necesse est nos auditui ueritatis intendere, vbi cum ab vno quolibet vitio lectione diuina, p hibemur, continuo etiam quicquid uitii sordidatis in nobis dep hendimus, ab actione nostra,& conscientia repellamus.

b *In omnibus his.* Hæc sententia qua se dicit Nehemias in Ierusalem non fuisse, non ad ea quæ supra hucusque narrauerat, sed tantum ad præsentem locum pertinere uidetur. Superiora.n.cum ciuitas ædificata est, gesta vel dicta videntur quando Nehemias adhuc Ierosolymis morabatur. Quibus strenue completis, redijt ad regem, quo absente fecit sibi Eliasib grande gazophylacium in quo reponerentur ea quę vel in ministerium domus domini vel in vsus ministrorum necessaria erant, qui etiam quędam illicita in gazophylacio & in domo domini ponere non timuit, quæ reuersus Nehemias mox extirpauit.

c *Et proieci uasa do.Tobię.* Qui supradictus ẽ seruus Ammonites inimicus populi Dei, unde male egit Eliasib, qui huic tam etsi propinquo sibi i uestibulo domus dñi thesaurum fecit eiectis uasis domus Dei, & cæteris quæ poscebat usus ministerii. *Quę.n.participatio iustitię cũ iniquitate? Quis consensus templi Dei cum idolis?* Quæ communicatio hæreticis, & schismaticis cum ortodoxis, & pacificis filiis Dei? *Et proieci.* Beda. Tu quoque quicquid inter fideles infidelitatis, & immunditiæ reperetis, continuo proiice foris,& mundatis cordib. credentium quæ sũt gazophylacia dñi cum virtutũ fuerint plena diuitiis, vasa domini inferantur. i.ipsa corda quæ paulo ante uasa erroris fuerant per culpam, per correctionem vasa domini fiant,& ibi sacrificium fit bonæ operationis,& thus bonæ orationis, vbi prius erat spelunca latronum. Illi quoque vasa Tobiæ Ammonitis de gazophylacio templi eiiciunt, vasa domus Dei,& thus reponunt qui excommunicatis hæreticis, vel falsis catholicis ab ecclesia expulsis, in eorũ gradus Christo famulaturos surrogant, qui fidelib. ei actib. & orationib. deseruiant. Comparandum sane hoc factũ Nehemiæ est zelo Christi, qui inueniens in templo Dei vendẽtes,& ementes fecit flagellum de resticulis,& cunctos foras proiecit. Sicut.n.Nehemias in cęteris, ita & in hoc eius psonam præsentauit.

Margin: †Nu.22 — 2.Cor.6.d — †oblationes — †oblationes — Io.2.c

In

NICOLAVS DE LYRA.

Tertio modo, quod Iudæi cum istis populis non possent contrahere matrimonia, vt ibidem diffusius fuit declaratum, & isto tertio modo hic accipitur. Ideo subditur.

1 Factum est autem cum audissent legem, sep. omnem al. ab Isr. *quod fuit factum ante, ut dictum est, sed hic repetitur propter casum qui subditur.*

2 Et super hoc erat Eliasib sacer. *s.culpabilis, ideo subditur.*

3 Et pro. To. *i. amicus per matrimonium nepotis sui, qui erat gener Sanaballat, vt habetur inf. eo.c. & sic per consequens erat amicus Tobiæ, cui Sanaballat erat magna familiaritate coniunctus, vt dictum est sup.4.c. ad quod secutum est malum quod subditur.*

4 Fecit ergo ibi gazophylacium grande. *s.in domo Dei.*

5 Et ibi erant ante eum. *i.illa quæ erant consecrata ad diuinum cultum, quæ fuerunt inde amota, vt ibi vasa Tobiæ ponerentur, cuius causa subditur.*

6 In omnibus his non fui in Ierusalem. *verbum est Nehemiæ, quia si fuisset præsens, hoc non permisisset, propter quod sequitur.*

7 Et proie. va.&c. de gazoph. *vbi reponebantur Deo sacrata.*

8 Præce.& emun. ga. *quod erat contaminatum ex repositione uasorum hominis Gentilis, & aduersarii Iudæorũ, ut patet ex supradictis.*

9 Et retuli ibi vasa domus Dei. *quæ inde fuerunt ablata, in quibus reponebantur Deo sacrata.*

10 Et cognoui. *Hic consequenter describitur correctio scdi mali, scz destructionis cultus diuini, eo quod ministris templi non dabantur*

MORALITER.

ciborum præparatio.

† *Et conduxe aduer. eos Balaam ad male d.* per Balaam qui turbãs gentem interpretatur, princeps hæreticus, vel schismaticus significatur, quem excitant schismatici, uel hæretici ad turbandum populum Dei, sicut patet de Iuliano apostata, & Theodorico rege hæretico.

4 *Fecit ergo,&c.* Ad intellectum sequentium sciendum, quod Nehemias murata ciuitate Ierusalem,& dedicata, rediit ad regem Persarum, sicut promiserat, sed circa finem dierum suorum rediit in Ierusalem de licentia regis, ut sciret statum ciuitatis, & ut sepeliretur cum patrib. suis,& inuenit quædam mala in absentia sua facta, ideo subditur.

6 *In omnib. his non fui in Ier.* sed in suo reditu correxit illa. Per hoc autem significatur, quod absentia boni principis de terra sua, & boni prælati de sua Ecclesia, frequenter sunt occasiones malorum in illis pullulantium, sicut præsentia gubernatoris est causa salutis nauis, & eius absentia periclitationis, vt dicitur 2.Physicorum. Per hoc autem quod Nehemias rediens in Ierusalem mala quæ pullulauerant, diligenter correxit, ostenditur quod princeps bonus rediens in terram suam,& bonus prælatus ad suam ecclesiam, debent esse diligentes de malorum extirpatione, quæ pullulauerãt absentiæ suæ tempore. Primum autem malum quod absente Nehemia pullulauit fuit de admissione illiciti. Nam Eliasib præpositus domus domini in gazophylacio quod erat factum ad res sacras ponendum quas pro parte amouit Eliasib & uasa Tobiæ Gentilis,& Iudæorum persecutoris, ut patet ex supradictis ibidem conseruanda recepit, quod fieri non debebat. Igitur per istum Eliasib significatur malus prælatus, qui insufficientes,& indignos promouet in ecclesia,& dignos inde repellit.

7 *Et proiecit uasa Tobiæ foras.* Verba sunt Nehemiæ, per quem significatur prælatus superior bonus qui debet esse solicitus de corrigendis defectibus eorum, & de eorum ecclesiis in statum debitum reformandis.

10 *Et cognoui, quod partes Leuit. non fuiss. eis datæ.* Hic ponitur

a *In diebus illis.* Chryſ. Sabbathi obſeruatio magnas vtilitates contulit populo. Mites.n. atque humanos alterum ad alterum reddidit, prouidentiam Dei, atque creationem rerum docuit, caſtigauit paulisper, & a malignitate ſemouit, ac ſpiritalibus rebus attentiores effecit. Nam quãdo lex de ſabbatho dabatur, ſi ſcriptum fuiſſet. Bona quidem in ſabbatho faciatis, mala vero non faciatis, non cõſeruaſſent legem Iudæi. quo circa neceſſe fuit ab omnib. eodem modo compeſcere. Nihil.n. in die ſabbathi faciatis, neque tamen ſic detineri potuerunt. Beda. Sex dieb. operari per legem quæ neceſſaria ſunt, in ſeptima iubemur quieſcere, quia omnes electi in hoc ſeculo quod ſex ætatibus agitur, debent pro æterna requie laborare, in die autem futura quaſi ſeptima requiem a domino ſperare. Tropologice autem, i. moraliter agunt ſabbathum domino ſacra tum, cum ab huius mundi curis ad tempus ſeparati orationibus vacant, & cæleſtium rerum contemplationi purificatam mentem ſuſpendunt. Nam cum ea quæ carnis cura iure flagitat gerimus, quaſi in ſex diebus quæ neceſſaria ſunt, laboramus. Quia ergo illis quibus propter hoc ſeculum indigemus, occupamur, ſabbatiſmus vero orationum, & deuotionis noſtræ in qua vacamus a temporalibus, vt æternitatis gaudia dulcius guſtemus recte diei ſeptimo aſsignatur, quia futuræ vitæ quietem, & beatæ laudis imitatur. Sed diem ſabbathi alienigenæ quærunt prophanare, cum terrenæ cogitationes nos in tempore orationis importune conturbant, & memoria, vel delectatione temporalium rerum ab intimo amore retrahunt. Imponunt aſinis vinum, vuas, & ficus, & omne onus, & inferunt in Ieruſalem, cum oblectamentis carnalibus ſtultos animi motus onerantes, quietem cordis Deo dicatam violare conantur, ſed his improbarum cogitationum tumultib. ne ſabbathum noſtrum inquietent, contradicit Nehemias, cum diſtricta ſolertia iuuante domino inutiles de corde noſtro, & ineptas phãtaſias tempore orationis excludimus. Conteſtatur.n. eos, vt in die qua vendere liceat huiuſmodi cõmercia uendant, cum hunc ſuis cogitationibus deuota Deo anima modum imponit, ut in tempore orationis a tranſeuntium rerum curis abſtineãt nec tamen aliis temporalib. vbi opportunitas dictauerit ab his quæ ad victum, & veſtitum pertinent, prorſus intuitum auertant ſed congruo moderamine diſpenſent.

b *Inferentes piſces, & omnia, &c.* Piſcis bonus, eſt pia fides, qui a dominõ petit ſerpentem infidelitatis non accipit. Piſcis autem malus, infirma cogitatio quæ ſe curis huius mundi vltra modum immergit, quam nobis Tyrii, i. coanguſtati quærunt in ſabbatho vendere, cum immundi ſpiritus, quietem noſtræ cogitationis importune profundis ſeculi curis obruere tentant. Sed pro tali mercatu Nehemias optimates obiurgat Iuda, & caſtigat, dum diuina inſpiratio eos, qui profeſsioni pietatis ſeruire conantur, ab huiuſmodi cogitationibus purgat.

Hemil. 40. in Matth. Exo. 23. b — Beda lib 3. alleg. exp. c. 36. — Tropo. — Beda vbi ſ.

partes Leuitarum non fuiſſent eis datæ, & fugiſſet vnuſquiſque in regionem ſuam, de Leuitis, & cantoribus, & de his qui miniſtrabant, & egi cauſam aduerſum magiſtratus, & dixi Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis. Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini, & olei in horrea. Et † conſtituimus ſuper horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoch ſcribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Anan filium Zachur, filium Mathaniæ, quoniam fideles comprobati ſunt, & ipſis creditæ ſunt partes fratrum ſuorum. Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miſerationes meas quas feci in domo Dei mei, & in † ceremoniis eius. a In diebus illis uidi in Iuda calcantes torcularia in ſabbatho, portantes aceruos, & onerantes ſuper aſinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ieruſalem in die ſabbathi. Et conteſtatus ſum eos, ut in die ¶ qua uendere liceret, uenderent. Et Tyrii habitauerunt in ea b inferentes piſces, & omnia venalia. Et vendebant in ſabbathis

¶Cum oportet huic. ſ. ſeculo, neceſſaria prouidere.

† poſui theſaurarios ſuper theſauros

† vel obſeruationibus

Factum

NICOLAVS DE LYRA.

tur neceſſaria, ſed ſubtrahebantur, & hoc eſt quod dicitur. Et cognoui quoniam partes Leuitarum ſibi debitæ pro miniſterio templi.

1 Non fuiſſent eis datæ. *Quia Eliaſib ſummus ſacerdos, partim motus ex Tobiæ Gentilis monitione, partim propter cupiditatem talia ſibi retinebat.*

2 Et fugiſſet vnuſquiſque in regionem ſuam. *quærens ſibi victum extra Ieruſalem.*

3 Et egi cauſam aduerſum magiſtratus. *i. ſummum ſacerdotem, & alios principales ſibi aſſiſtentes.*

4 Et dixi, quare dereliquimus domum Dei? *aſſociauit ſe illis in crimine, quamuis eſſet innocens, ut melius inclinaret eos ad correctionem.*

5 Et congregaui eos. *ſcilicet Leuitas, & miniſtros qui receſſerant.*

6 Et feci ſtare in ſtationibus ſuis, &c. *Id eſt, in officiis templi.*

7 Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, &c. *ad ſuſtentationem eorum.*

8 Et conſtituimus ſuper. *i. homines fideles ad cuſtodiendum talia, & ad miniſtrandum miniſtris templi.*

9 Memento mei Deus meus pro hoc. *hoc dixit Nehemias, quia talia faciebat non propter humanum fauorem, ſed propter honorem diuinum.*

10 In diebus illis. *Hic conſequenter ponitur correctio tertii mali, uidelicet uiolationis ſabbathi, in quo Iudæi faciebant opera ſeruilia, quod notatur cum dicitur.*

11 Vidi in Iuda, &c. *quia cum Gentilibus faciebant contractus emptionis, & venditionis, quod notatur cum dicitur.*

12 Et Tyrii. *qui erant Gentiles.* Habitauerunt in ea inferentes piſces, & omnia venalia.

Et — Et

MORALITER.

cleſiis in ſtatum debitum reformandis.

10 *Et cognoui, quod partes Leuitarum nõ fuiſſent eis datæ.* Hic ponitur ſecundum malum, quod contigit per magiſtratus tẽpli, quia non dederunt Leuitis partes bonorum eis debitas, vnde debebant uiuere, propter quod compulſi fuerunt de templo recedere ad alia loca, vbi ſibi poterant commodum reperire, & per hoc diuinus cultus fuit multum diminutus. Per iſtos autem magiſtratus templi ſignantur mali prælati, qui bona eccleſiæ debita pauperibus, clericis, & pauperibus aliis conſumunt in pompis, & in carnalibus amicis, & illud per Nehemiam, i. prælatum ſuperiorem debet corrigi, & in ſtatum debitum reformari.

3 *Et egi cauſam aduerſum magiſtratus.* Hic ponitur remedium per Nehemiam qui fecit apportari decimas ad locum debitum in Ieruſalem, & conſtituit homines fideles qui diſtribuerent Leuitis fideliter ſuas partes, & ſic reformatus fuit cultus diuinus.

10 *In diebus illis uidi in iuda calcantes torcularia.* Hic ponitur tertium malum, quod contigit in abſentia Nehemiæ. ſ. de ſabbathi uiolatione. Nam in illo Iudæi faciebant opera ſeruilia. Tyrij etiam qui Gentiles erant, inferebant piſces, & alia venalia, quæ uendebant Iudæis, ſed Nehemias appoſuit remedium, per hoc quod fecit claudi portas Ieruſalem, præcipiens quod non aperirentur uſque poſt ſabbathum.

Moraliter. Ieruſalem eſt fidelis anima, vt frequenter dictum eſt ſupra, obſeruatio vero ſabbathi eſt quies animæ in Deo. Hæc autem quies impeditur, & uiolatur per tumultum negotiorum exteriorum, quorum phantaſiæ, & imaginationes intrant ad animam per ſenſus exteriores, qui ſunt portæ moralis Ieruſalem, igitur iſtæ portæ ſunt claudendæ, ne per eas intret aliqu d, quod quietem debitam animæ in Deo valeat perturbare.

A a *Factum est autem*. Conscientia nostra si uitiis purgata Deo habitatore gaudet, uocari potest Ierusalē, cuius portæ sunt corporei sensus, per quos quę foris aguntur ad notitiam nostræ mentis quasi intrando pertingunt, quas in die sabbathi claudere iubemur, ut cum Deo vacare in psalmis, & orationibus quærimus, q. c quid exterius agitur ab animo propulsemus, solumque iudicem in occulto libera mente precemur, & laudemus, & quia B nemo repēte fit summus, sed longo conuersationis sanctæ profectu debet quis ad hanc perfectionem, & pacem mētis gratia duce peruenire, ideo merito sequit. b *Dixi quoque Leuitis ut mundarentur, &c.* Mundari eos a quotidiano operis exercitio necesse est, qui portas sensuum ab incursu turbulentæ cogitationis custodire cupiunt. Qui cupit diem sabbathi sanctificare, i. otium orationis, psalmodiæ, lectionis sanctæ, & lachrymarum sibi utilem facere, necesse est, ut mundetur eius conscientia multa solertia, vt intentionem bonæ actio- C nis consummare ualeat. Quod etiam allegorico sensu de doctoribus fidelium recte potest accipi. Quicunque. n. portas ecclesiæ, fidem. s. & opera auditorum per quæ sola in ecclesiā intratur, a contagio hæreticorum uitiorumque pulsantium gestiunt obseruare, oportet vt prius mentem suam, & actus purificent ab omni errorum labe. D

c *Sed & in dieb. illis*. In ecclesia vxores alienigenas ducunt, qui delectationib. scelerum quæ propriæ sunt Gentiliū, conscientiam polluunt & filii qui ex his nati sūt nesciunt loqui Iudaice, cum opera quæ ex mente vitiata prodeunt, nihil in se pię professionis ostēdunt sed Gentilem potius stultitiam, quam Ecclesiasticam castitatē sonant. Azotus. n. quę Hebraice dicitur Esdod, ignis verborum, vel vberū. Ideoq; tropologice Azotice loquuntur filii vxorum E alienigenarum, cum opera per lasciuiam procreata vltionē æternæ combustionis expectant, vnde merito talium genitores a Nehemia non solum obiurgati, & maledicti, sed & quidā sunt cæsi, quia necesse est errantes a doctoribus veritatis acrius coerceri, vt ab vbere ignis vltoris ad vbera diuinę laudationis trāsferantur. Heretici quoque, cū Gentilis prophetię Dialecticę, & Rethoricę studiis amplius q̄ ecclesiasticę simplicitati operā impendunt, nihil mirum si auditores eorum iuxta linguam populi, & populi loquūtur, scripturas quidē sanctas ore vol- F uentes,

Beda ib. *Allegorice.* *Beda lib. 1. cap. 37*

filiis Iuda, & Ierusalem. Et [1] obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis. Quæ est hæc res mala, quam vos facitis, & prophanatis diem sabbathi? [2] Nunquid non hæc fecerunt patres nostri? Et adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel, violando sabbathum. a [3] Factum est itaque † cum quieuissent portæ Ierusalem die sabbathi, [4] dixi, & clauserunt ianuas, & præcepi, vt non aperirent eas vsque post sabbathum. Et de pueris meis constitui super portas, ut nullus inferret onus in die sabbathi. [5] Et manserunt negociatores, & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem semel, & bis, [6] & contestatus sum eos, & dixi eis. Quare manetis ex aduerso muri? [7] Si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabbatho. b Dixi quoque Leuitis, vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem sabbathi. Et pro hoc ergo, memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. c [8] Sed & in diebus illis [9] uidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. [10] Et filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, [11] & nesciebant loqui Iudaice, & loquebantur iuxta linguam † populi, & populi. [12] Et obiurgaui eos, [13] & maledixi. [14] Et cecidi ex ipsis viros, [15] & decaluaui eos, [16] & adiuraui in Deo, vt non darent filias suas

† cum inumbrassent portæ (idest, cum peruenissent vmbræ vesper tinæ ad portas, &c.)

† vel, cuiuslibet populi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et obiurgaui optimates Iuda. *qui populum regebant, eo quod talia permittebant.*

2 Nunquid non hæc fecerunt patres nostri. *q. d. sic, & propter hoc fuerunt in captiuitatem ducti, & ciuitas ista destructa est. propter hoc Nehemias apposuit remedium, ideo sequitur.*

3 Factum est itaque cum quieuissent portę. *in Hebræo habetur. Et factum est cum inumbrassent portę. i. quia dies aduesperascebat, & tunc incipit sabbathum, & in idem redit, quia tunc portæ debent quiescere ab ingressu mercantium. ideo sequitur.*

4 Dixi. *s. claudite ianuas, ita quod mercatores non possint intrare ciuitatem ad exercēdum talem mercationem in die sabbathi, tamen non fuerunt omnino correcti per hoc, ideo sequitur.*

5 Et manserunt negotiatores, & vendentes, &c. *ad quos exibant Iudæi ementes ab eis.*

6 Et contestatus sum eos. *eis comminando, ideo sequitur.*

7 Si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos. *ad incarcerandum, & flagellandum. Cætera patent.*

8 Sed & in diebus illis. *Hic ponitur correctio quarti mali, quod erat commistio se aliis extranei, contra præceptum legis. Deuter. 7. & hoc est quod dicitur.*

9 Vidi Iudęos ducentes vxores Azotidas. *istæ erant de filiabus Philisthiorum.*

10 Et filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, *sicut matres eos docebant.*

11 Et nesciebant loqui Iudaice. *nisi valde corrupte, quia matres plus loquuntur cum pueris suis quam patres.*

12 Et obiurgaui eos. *s. patres, eos acriter redarguendo.*

13 Et maledixi. *malum eis imprecando nisi talia corrigerent.*

14 Et cecidi ex ipsis uiros. *Flagellando aliquos propter eorum obstinationem.*

15 Et decaluaui eos. *per capillos trahendo, uel quia fecit radi capita eorum, & barbas, quod tunc temporis magna erat confusio.*

16 Et adiuraui in Deo, ut non darent filias. *i. feci eos iurare, cuius causa subditur.*

Nun-

MORALITER.

8 *Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas*. Hic ponitur quartum malum in absentia Nehemiæ perpetratū. Licet. n. ante p Esdram mulieres alienigenę fuissent de populo Israel eiectæ, vt dictum est sup. 10. c. Esdræ, tamen ipso defuncto, & absente Nehemia, plures Iudęorum redierunt ad uomitum, accipientes sibi vxores alienigenas, sed Nehemias remedium adhibuit, eos acriter obiurgando, & maledicendo, & aliquos eorum cędendo, & capillos euellendo, eos per dominum adiurando, quod a talib. abstinerent. Per Iudęos vero recidiuantes in contrahendo matrimonia cum alienigenis mulierib. signātur pęnitentes de vitiis carnalib. qui tamen postea Deo permittente, & diabolo procurante ad uomitum reuertuntur pristinis se uitiis implicantes, & isti sunt obiurgandi per asperam correptionem illorum ad quorum spectat officium, sunt etiam maledicendi, per hoc quod mala pœnę superuentura eis prędicenda, si in talibus perseuerant. Sunt etiam cædendi corporaliter, & affligendi per illos, ad quorum spectat officium si fuerint obstinati.

Memento

uentes, sed Gentili sensu interpretantes.

A a *Igitur mundaui eos*. Beda. Aptus per omnia finis, & condignus ędificio sanctæ ciuitatis, & templi domini, ut emūdatis ciuibus alienæ a Deo pollutionis ordines sacerdotum, & Leuitarum in ministerio suo rite custodiantur, ut instituti regulariter magistri ecclesiæ castigatū ab omni peccato populum decætero in bono permanere, & crescere sēper exhortentur.

b *Et in oblatione lignorum in temporib. constitutis, & in primitiis.* Inter cætera populus ligna offert ad ignem altaris nutriendum, cum opera uirtutum diuina consecratione digna operantur. Ardent ligna, & offert ad ignē altaris nutriendum, cum opera uirtutum diuina consecratione digna operantur. Ardent ligna & consumuntur in altari holocaustorū, cum in cordibus electorum opera iustitiæ flamma charitatis perficiuntur.

c *Memento mei Deus in bonum.* Merito talis conditor, & dedicator ciuitatis post multos deuotionis labores memoriç se creatoris, & largitoris omnium bonorū commendat.

filiis eorum, & non acciperent dē filiab eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens. Nunqd non in huiusce modi re peccauit Salomon rex Israel? Et certe in gentib. multis non erat rex similis ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel. Et ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. Nunquid † & nos inobedientes faciemus omne malum grande, vt præuaricemus in Deo nostro, & ducamus vxores peregrinas? De filiis autem Ioiada filii Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites quem fugaui a me. Recordare domine Deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotiū iusque sacerdotale, & Leuiticum. a Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis, & constitui ordines sacerdotum, & Leuitarum, vnumquemque in ministerio suo, b & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiis. c Memento mei Deus meus in bonum, Amen.

† & vobis obedimus, & ... , Amen.

B

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquid non in huiusce modi, &c. Salomon, *qui erat sapientissimus.*
2 Certe in gentibus multis non erat rex similis ei. *i. sapientia, diuitiis, & gloria, vt habetur 3. Reg. 3.*
3 Et dilectus Deo suo erat. *quod patet ex hoc, quod sibi apparuit in Gabaon, vt habetur 3. Reg. 3.*
4 Et posuit eum Deus regem. *quia non debebatur ei regnum ratione primogenituræ, sed ex diuina ordinatione, ut habetur primi Paralip. cap. 28.*
C 5 Et ipsum ergo duxerunt, &c. *ut habetur 3. Re. 11*
6 Nunquid & nos inobedientes faciemus, &c. *q. d. manifestum est quod sic, si duxerimus mulieres alienigenas, cum multum deficiamus a sapientia Salomonis, & eius perfectione.*
7 De filiis autem Ioiada. *quis autem fuerit ille filius Ioiadę, non exprimitur hic.*
8 Quem fugaui a me. *propter malitiam suam.*
9 Recordare domine Deus meus aduersum eos. *enormiter & grauiter puniendo ad terrorem aliorum.*
10 Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis. *s. mulierib. separando.*
11 Et constitui ordines sacerdotum & Leuitarum. *sicut disposuit Dauid rex 1. Par. 24. & 24.*
12 Et in oblatione lignorum. *i. in compositione lignorum ad nutriendum ignem iugiter in altari holocaustorum, quod debebat fieri a sacerdotibus per vices sibi succedendo.* F
13 Memento mei Deus. *post omnia opera bona prædicta fideliter, & deuote se suo creatori recommendat. Cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

MORALITER.

13 *Memento mei Deus meus in bonum.* Per hoc significatur qd' bonus prælatus ex debita correctione malorum, remunerationem bonorum consequitur supernorum.

Sequentes tertium, & quartum Esdræ libros, utcunque de canone non sunt, expositores ordinarii intactos reliquerunt, qui propterea dicuntur tertius, & quartus. quia apud Græcos, & Latinos superior liber Esdræ, ut dicit Hieronymus in prologo, diuidebatur in duos libros.

LIBER ESDRÆ TERTIVS, QVI INTER APOCRYPHA PONITVR.

CAPVT I.

a † ET fecit Iosias pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit phase, quartadecima luna primi mensis, statuens sacerdotes p vices dierum stolis amictos, in templo domini. Et dixit Leuitis

Com. in 4. Reg. ca. 23

† 4. Re. 13. c 2. Par. 35. a

CAP. I.

a *ET fecit Iosias pascha, &c.* ANGELOMVS. Iosias facto phase anno decimooctauo regni sui, purgauit terram, & templum, & eiecit figuras idolorum, quomodo ad Eucharistiam accessuri purgare debent terram, idest, corpus ab inquinamentis sordium, & templum, idest, animā quæ Dei templum esse debet, & eicere a corde figuras idolorum, id est, turpes imaginationes rerum immundarum, ut seruire possimus Deo uiuenti, sicque ei gratum pascha celebremus. *non utique in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & ueritatis.*

Incipit postilla uenerabilis Magistri Nicolai de Lyra super tertium librum Esdræ.

CAP. I.

1 ET fecit Iosias pascha. Liber iste qui dicitur Esdræ tertius, uidetur magis ab alio doctore nescio quo cōscriptus, & ex pluribus collectus. Nam hic describuntur plura quę in primo Esdrę ualde sufficienter sunt descripta. Non est autem uerisimile quod ipse tot repetiuerit in alio libro sine necessitate, imo etiam cum nulla, aut parua utilitate. Nec est argumentum contra hoc de libro Paralip. in quo multa scribuntur quæ habentur in libris Regum. Nec similiter de secundo Macha. in quo repetuntur multa quæ sunt in primo scripta, nam alius scripsit librum Paralip. & alius libros Reg. & idem fuit de primo, & secundo Mach. sicut satis patuit ibidem, & ideo liber iste dicitur a doctoribus apocryphus, vt patet in prima parte summæ S. Th. de Aq. q. x art. 6. circa primum argumentū, pp qđ liber iste inter alios nō canonicos qui

A sacris, seruis Israel, vt sanctificarent se Domino, in positione sanctæ arcæ Domini, in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid Rex. Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos, & tribus vestras, secundum scripturam Dauid Regis Israel, & secundum magnificentiam B Salomonis filii eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram, eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel. Immolate pascha & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum domini a quod datum est Moysi Et donauit Iosias in plebem quæ inuenta est, ouium, agnorum, & hædorum, & caprarum triginta milia, vitulos tria milia. Hæc de [1] regalibus data sunt secundum promissionem populo, & sacerdotibus in pascha, oues numero [2] duo milia, ac uituli centum. Et Iechonias [3] & Semeias & Nathanael fratres, & Hasabias & Oziel, & Coraba in phase, oues quin- C que milia, vitulos quingentos. Et cum hæc [4] fierent eleganter, & steterunt Sacerdotes, & Leuitæ habentes azyma per tribus. Et secundum partes principatus patrum, in conspectu populi offerebant Domino, secundum ea quæ in libro Moysi scripta sunt. Et assauerunt phase igni, prout oportebat, & hostias D [5] coxerunt in emolis, & in ollis cum beneuolencia. Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe, & post hæc parauerunt sibi & Sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipes vsque dum finita esset hora, & Leuitæ parauerunt sibi & fratribus suis filiis Aaron. Et sacri cantores filii Asaph erant per ordinem, secundum præceptum Dauid, & Asaph: & Zacharias; & Ieddimus qui erat a rege; & ostia- E rii per singulas ianuas; ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam. Fratres enim eorum parauerunt illis. Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini. In die [6] illa egerunt phase; & offerebant hostias su- [7] per Domini sacrificium secundum præceptum Regis Iosiæ. Et egerunt filii Israel qui inuenti sunt in tempore illo; phase, et diem festum azymorum per dies septem. Et non est celebratum phase tale in Israel; a temporibus Samuel prophetæ: et omnes Reges Israel non celebrauerunt tale pascha, quale egit Iosias, et Sacerdotes, et Leuitæ; et Iudæi, F et omnis Israel, qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis: Octauodecimo an- [8] no regnante Iosia celebratum est phase. Et directa sunt opera Iosiæ in conspectu Do- [9] mini sui in corde pleno metuentia, et quæ circa illum quidem conscripta sunt in pri- [10] stinis temporibus de eis qui peccauerunt, quique

Lib. 10. Anti. cap. 5.

a *Et donauit Iosias, &c.* Ios. Causa huius festiuitatis hæc, ut omnia secundum leges, & antiquam traditionem paternæ sollennitatis efficerentur, & quæ prius perperam obseruata erant in melius reformarentur.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

qui ponuntur in Biblia minoris videtur autoritatis, & ideo ad ipsum exponendum vltimo misi manum, tamen de illis, quæ alibi scribuntur, & hic repetuntur, intendo breuiter transire, & ad loca remittere, vbi a me diffusius exponuntur. Igitur liber iste in tres partes diuiditur. Nã autor primo quædam alibi scripta repetit, secundo quæ propria sunt huius libri subiungit. c. 3. tertio ad repetendum scripta alibi redit c. 5. ibi. Instante autem. *prima adhuc in tres, nam primo repetit quędam captiuitatem Babylonicam præcedentia secundo quædam ipsam concomitantia, ibi.* Qui usque ad iracundiam. *tertio quædam subsequentia c. 1. prima adhuc in tres, quia primo tempore Iosiæ describitur paschalis celebratio, secundo Iosię mors, & tumulatio, ibi.* Et post omnem actum. *tertio filiorum eius successio, ibi.* Et assumentes. *prima adhuc in duas, quia primo ponitur debita præparatio, secundo paschæ celebratio, ibi.* Et hæc cum fierent. *Sententia primæ partis patet ex dictis 2. Par. 36. exceptis quæ sequuntur.*

Diuisio.

1 Hæc de regalibus data sunt secundum promissionem. *Istud non refertur ad domum Iosiæ, ut litera uidetur prætendere, sed intelligitur de domo ducum regis, secũdum quod exprimitur 2. Par. 35* Duces quoque eius sponte quod vouerant, obtulerunt tam populo quam sacerdotibus, & Leuitis. *& non exprimitur ibi, quid, vel quantum dederunt, hic autem exprimitur, cum dicitur.* Hæc. *supple quæ sequuntur.* De rega. da. sunt. *i. de bonis ducum regalium, secundum promissionem Deo factam propter quod dicitur in lib. Para. Quod vouerant, obtulerunt, quia uotum est promissio facta Deo.*

2 Oues numero duo, &c. *quod non erat in libro Paralipomenon expressum.*

3 Iechonias, &c. *iste 1. Par. 35. uocatur Chononias, & est idem nomen in Hebræo, sicut in Latino Nicolaus, & Colaus, & Colinus, & Coletus. Sciendum autem quod hic in sequentibus quę repetuntur de aliis libris nomina personarum variantur, & plura, vel pauciora hic, et ibi ponuntur, et numeri personarum, vel animalium maiores, vel minores hic quam ibi, & econuerso, quæ omnia, & similia breuiter sic soluuntur. Primo de nominibus, nam multi erant binomii, vel trimonii, ut patuit in pluribus locis veteris, & noui testamenti, & sic idem homo frequenter scribitur sub uno nomine in uno libro, & sub alio nomine in altero. Similiter de pluralitate personarum, quia quando plures concurrunt ad vnum actum, aliqui tacentur in uno libro, qui in alio exprimũtur, & econuerso. similiter de numeris dicendum, quod minor numerus includitur in maiori, propter quod quãdo minor numerus scribitur in uno loco aliter quam in alio, non est aliqua falsitas nisi minor scriberetur cum præcisione maioris, & relatus ad idem simpliciter, quod non est in proposito, & sic patet, quod dictæ uariationes non arguunt aliquam in scriptura falsitatem.*

Nominum, & numeri variatio conso[...].

4 Et hæc cum fierent. *Hic consequenter describitur paschæ celebratio, & patet sententia ex dictis 2. Par. 35. exceptis quæ sequuntur*

5 In emolis. *i. in ollis æneis.*

6 Et offerebant hostias. *s. pacificas ad quas non tenebantur.*

7 Super domini sacrificium. *quod erat consuetum fieri.*

8 Et directa sunt opera Iosiæ. *Hoc non est in Par. sed immediate subditur bellum Pharaonis contra ipsum.*

9 In corde pleno metu. *i. Dei metum indicantia.* 10 De eis qui peccauerunt, &c. *isti potissime fuerunt Amon pater Iosiæ, & Manasses auus eius, sicut patet 4. Reg. & 2. Par.*

Ie- Et

que irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel. † Et post omnem actum hunc Iosiæ, ascendit Pharao rex Aegypti veniens in Charcamis ab itinere super Euphratem, & exiit illi obuiam Iosias. & misit rex Aegypti ad Iosiam, dicens: Quid mihi, & tibi est rex Iudæ? Nō sum missus a Domino, vt pugnem contra te, Super Euphraten enim bellum meum est. Festinans descende. Et non est reuersus Iosias super currum, sed expugnare eum conabatur, nō attēdens verbum prophetæ ex ore Domini, sed cōstituit ad eum bellum in campo Mageddo, Et descenderunt principes ad regem Iosiam. Et dixit rex pueris suis: Amouete me a prælio. Infirmatus sum enim valde, & statim amouerunt eum pueri ipsius de acie. Et ascēdit super currum secundarium suum, et perueniens Ierosolymam vita functus est, et sepultus est in paterno sepulchro. Et in tota Iudæa lugebant Iosiā, et qui præsidebant cum vxoribus, lamentabant eum vsque in hunc diem, et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel. Hæc autem præscripta sunt in libro historiarum regum Iudæ, & singula gesta actus Iosiæ, & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini, quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt in libro regum Israel, & Iudæ. † Et assumentes qui erant ex gente Iechoniam filium Iosiæ; constituerunt regem p o Iosia patre suo, cum esset annorum trigintatrium, & regnauit super Israel mensibus tribus. Et amouit eum rex Aegypti ne regnaret in Ierosolymis. Et mulctauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum. Et constituit rex Aegypti Ioacim fratrem ipsius regem Iudæ, & Ierusalem: & alligauit magistratus Ioacim, & Zaracelem fratrem suum, & apprehendens reduxit in Aegyptum. Annorum erat Ioacim vigintiquinque cum regnare cœpisset in terra Iuda, & Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in † areolo vinculo perduxit in Babyloniam, & sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia. Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptum est in libro temporum regum. Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Cum autem constitutus est rex erat annorum decem, & octo. Regnauit autem menses tres, & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini. Et post annum mittens Nabuchodonosor transmigrauit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini, & constituit Sedeciam regem Iuda, & Ierusalem cum esset annorum viginti vnius. Regnauit autem annis vndecim. Et fecit malum in conspectu Domini, & non est veritus a verbis quæ dicta sunt ab Ieremia † Propheta ex ore Domini, & adiuratus a rege Nabuchodonosor periurans discessit, & indurata ceruice sua, & corde suo transgressus est legitima Domini Dei Israel. Et duces populi Domini multa inique

Marginalia: † 4. Reg. 23. f; 2. Paral. 36. c — In. 14. c. Ezec. — In Psal. 1. — † 4. Reg. 23. f; 2. Paral. 36. a — † areo — † Ierem. 2.

2 *Et non est reuer. &c.* ✠ Hieron. Iosias vir sanctus nō solum peccatorē populum suum suis virtutibus non saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est.
✠ Idem. Iudæi hūc psalmi versum. Quęcūque faciet prospe- rabuntur dictum esse existimāt de Iosia, quod solus inter propha nos reges nō abierit in consilio impiorū, sed sequutus sit legē Dei. Verum, hoc nō solū de Iosia, sed de nullo sanctorum accipi potest, nisi forte in futuro sæculo.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et post omnem actum. *Hic describitur Iosiæ mors, & eius tumulatio, & patet sententia ex dictis. 2. Paralipom. 35. in fi. cap. hoc excepto.*

2 Non attendens verbum prophetæ ex ore Domini. *Ex hoc loco videtur quod Pharao misit ad Iosiam vnum de prophetis Domini, quod non dicitur in lib. Paralip. vel ipse Pharao dicitur hic propheta; nam malis aliquando conceditur actus prophetandi, sicut patet de Balaam Numeri 24.*

3 Et assumentes qui erant ex gente Iecho. *Hic consequenter describitur filiorum Iosiæ successio. & patet sententia ex dictis. 2. Paralipom. 36. & 4. Reg. 23. & 24. & 25. in quibus hæc materia diffuse tractatur, exceptis his quæ sequuntur.* Et assumentes qui erant, &c. *Iste vocatur Ioachaz. 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 36. ad quod potest dici quod erat binomius.*

4 Constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum trigintatriū. Et regnauit super Israel. *4. Reg. & 2. Paralip. dicitur, quod erat annorum 23. vnde videtur hic numerus falsificatus per scriptores, vnum 10. vel denarium addentes. Vel oportet dicere, quod ibi taceantur 10. anni qui hic exprimuntur, & sic vtrumque esset verum: quia minor numerus includitur in maiori, sicut prædictum est.*

5 Et alliga. magistratus Ioacim. *Fratrem prædicti Ioachaz, non in vinculis, sed iuramento; vt fideliter redderet tributum regi Aegypti, qui constituit eum regem Iudæ pro Ioachaz fratre suo, vt patet 4. Reg. & 2. Paralip. ideo subditur de regno eius.* Annorum erat vigintiquinque Ioacim, cum regnare cœpisset, &c.

6 Et Zaracelem fratrem eius. *Et habetur in aliquibus Biblijs; Et Zachariam fratrem suum, id est, ipsum Ioachaz, qui nominatur hic Zacharias.*

7 Apprehendens reduxit in Aegyptum. *Catenis ligatum, sicut patet 2. Paralip. 36. & 4. Reg. 23.*

8 Post hunc autem Nabuchodonosor, &c. *Quia fugiebat exercitum Chaldæorum quantum poterat.*

9 Et alligans eum in areolo vinculo. *Est autem area spatium in quo teruntur blada, inde dicitur areola diminutiuum, & est paruum spatium in quo aliquis ligatus cum catenis potest procedere. & non vltra, & illa catena dicitur areolum vinculum. sic autem fuit de isto dispositum, vt hoc modo in Babylonem duceretur, sed in via mutato consilio remissus fuit in Ierusalem, & ibi interfectus, & cadauer eius proiectum extra portas ciuitatis, sicut prædixerat Ieremias 22. c.*

10 Nam, &c. *Id est, idololatria; sicut per oppositum latria dicitur religiositas.*

11 Et regnauit Ioachin. *Sic debet iste scribi per, n, in fine.*

A que gesserunt, & impie egerunt super omnes immunditias gentium, & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Ierosolymis. Et misit Deus patrum ipsorum per Angelum 1 suum reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo. Ipsi vero subsannabant in Angelis ipsius, & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis eius. Qui vs- 2 que ad iracundiam concitatus est super gentem suam propter irreligiositatem suam, & præce- 3 pit ascendere reges Chaldæorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circumitu san- B cti Templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti, sed omnes traditi sunt in manus ipsorum, & omnia D sacra vasa Domini, & regales apothecas resumentes tulerunt in Babyloniam, & incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ierusalem, & turres eius incenderunt i- 4 gne. Et consummauerunt omnia honorifi- 5 ca eius, & ad nihilum redegerunt, & reliquos a gladio duxerunt in Babylonem. Et erant serui illius vsque dum regnarent Persæ, in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ, quousque † benigne ageret terra sabbatha sua. † bene Omni tempore desertionis suæ sabbathiza- E uit in applicatione annorum septuaginta septem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et misit Deus patrum ipsorum per Angelum suũ. *i. Ieremiam, qui dicitur hic Angelus, id est, Dei nũtius: & similiter alii prophetæ. ideo subditur:* Subsannabãt in Angelis suis, & qua die lo.
2 Qui vsque ad iracundiam. *Hic consequenter autor repetit concomitantia captiuitatem. & patet sententia ex dictis 4. Regum 25. & 2. Paralip. 36. exceptis quæ sequuntur.*
3 Et præcepit ascendere reges Chaldæorum. *Hoc potest dupliciter exponi. Vno modo referendo ad Iudæos: & sic est sensus, quod per sua peccata meruerunt, quòd Deus præciperet Chaldæos ascendere ad destructionem ciuitatis, & populi. Præceperunt, id est, præcemeruerunt. Alio modo, vt referatur ad Deum, de quo præmitt tur;* Qui vsq; ad iracundiam, *in singulari, ad designandum vnitatem essentiæ. & subditur:* Præceperunt, *in plurali, ad denotandum in Deo pluralitatem personarum, sicut Gen. 1. c.* Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, &c.
4 Et consummauerunt omnia. *Id est, exterminauerunt.*
5 Et reliquos a gla.du.in Baby. *Id est, illos qui gladium euaserant, in Babylonem duxerunt.*

CAP. II.

C a Regnante Cyro, &c. ❈ Cyril. Age, res Cyri gestas ad Christi mysterium traducamus. Cyrus patre Cambyse rege Persarum, qui omnes fere ætatis suæ homines pietate anteibat, matreque Mandanne Astyagi filia regis Medorum ortus est, id est, diuersis parentibus natus, cum aliud sit genus Persarum, aliud Medorum. Et Christus matrem sacram Virginem, cum naturã humanam haberet, obtinuit, patrẽ autem habuit neminem, præter eum qui alterius omnino naturæ est, & omne creatum mirum in modum excellit. Cyrus innumeras gentes cõuicit, cunctasque sibi ciuitates subegit, thesauros abditos, arcanaq; secretorum obtinuit, Israelemq; longa seruitute redemit. Emmanuel quoq; cunctorũ qui sub cœlo sunt, imperiũ tenuit. Omnis ciuitas eum veluti Saluatorem suũ libenti animo excepit; genus humanũ a diabolo liberum reddidit: in inferos profectus, thesauros abditos, arcanaque secretorũ exhausit, portas æreas generose contriuit, iis qui vinculis tenebantur, dixit: *Exite continuo, & cæt.* Cyrus cum pecuniam dedisset Ierosolymitanum Templum instaurare præcepit. Emmanuel Ecclesiã suam veluti Ciuitatem sanctissimam, celeberrimamque construxit; & gentilem insolentem velut Babylonem funditus sustulit. Cyro Deus ait, *Vocaui te nomine meo.* (Isa. 44.) Emmanuel certe Dominus appellatur, quã quam humanam naturam assumpserit, & cæt.

(In 14. c. Gen.)

❈ Lactantius. Iudæi oppugnati a rege Babylonio captique, diuturnum seruitium pertulerant, donec septuagesimo post anno eos Cyrus maior terris, ac sedibus suis redderet; qui per idem tempus in Persas suscepit imperium, quo Romæ Tarquinius Superbus. (Lib. 4. cap. 5.)

CAP. II.

a †Regnante Cyro rege Persarum in cõsummatione verbi Domini in ore Ieremiæ, suscitauit Dñs spiritũ Cyri regis Persarum, & prædicauit in toto regno suo simul per scripturã, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Me cõstituit regẽ orbi terrarum Dominus Israel, Dñs excelsus, & significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalẽ, quæ est in Iudęa. Si quis est ex genere vestro, Dñs ipsius ascendat cum eo in Ierusalem. Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui sunt in loco ipso, in auro, & argẽto, in dationibus cum equis, & iumentis, cumq; aliis quæ secũdum vota apponuntur in ædẽ Dñi quæ est in Ierusalẽ. Et stantes principes tribuũ, pagorũ, & Iudęę ex tribu Beniamin, & sacerdotes, & Leuitę quos excitauit Dominus ascendere, & ædificare domum Domini quæ est in Ierusalem, & qui erant in circumitu eorum: adiu-

(† 2. Par. 36. d. 2. Esdræ 1. a) F

a In

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 Regnante Cyro rege Persarum in cõsummatione verbi Domini in ore Ieremiæ. *Hic consequenter autor repetit facta captiuitatem consequentia. & diuiditur in duas partes. quia primo ponitur prosperitas de captiuitate redeuntium. secundo aduersitas ipsorum ædificantium, ibi:* In Artaxerxis. *Sententia primæ partis patet ex dictis 1. Esdræ 1. exceptis quæ sequuntur.* (Diuisio.)
Salmanasaro præsidi I i. *Id est, Zorobabel aliter sic nominato, qui fuit princeps redeuntium de captiuitate.*
Athiscæ argenteæ triginta. *Id est, scyphi argentei.*
Et

Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in. *Id est, sibi tradita, vel expedita.*
In Artaxerxis autem re. Persarum tempori. *Hic cõsequẽter ponitur aduersitas ædificantiũ. Redeuntes. n. de captiuitate cœperunt reædificare templũ, sed fuerunt impediti per Samaritanos. & patet sententia partis huius ex dictis 1. Esdræ 4. cap. exceptis quæ sequuntur.*
In Artaxerxis autem regis Persarum. *Iste fuit Cambyses filius Cyri, qui vocabatur Cambyses nomine proprio, & Artaxerxes nomine regio, sicut Imperatores Romani Cæsares, & cum hoc nomine proprio, vt Iulius, Tyberius, & huiusmodi.*
Rathimus ab accidentibus. *Scribebat enim chronicas, in quibus continebantur contingentia suo tempore.*
Et

A uerunt in omni auro, & argento eius, & iumentis, & votis compluribus: multi quorum sensus excitatus est. † Et Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, quæ transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalem, & consecrauit ea idolo suo, & proferens ea Cyrus rex Persarum tradidit Mithridatho, qui erat super thesauros ipsius. per hunc autem tradita sunt Salmanasaro præsidi Iudææ. Horum autem hic numerus. Libatoria argentea, duo milia quadringenta: athiscę argenteæ triginta, phialæ aureæ triginta, item argenteæ duo milia quadringentæ, & alia vasa mille. Omnia autem vasa aurea, & argentea quinque milia octingenta sexaginta. Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ierosolymam. B a In Artaxerxis autē regis Persarum temporibus scripserunt ei de his qui inhabitabant in Iudæa, & Ierusalem Balsamus, & Mithridathus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius scriba, & reliqui inhabitantes in Samaria, & cęteris locis subiectam epistolam regi Artaxerxi. Domine pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, 1 & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria, & Phęnice. Et nunc notum sit Domino regi, quoniam Iudæi qui C ascenderunt a vobis ad nos, venientes in Ierusalem, ciuitatem refugam, & pessimā: ædificant furnos eius, & statuunt muros, & templum suscitant: quod si ciuitas ista, & D muri isti consummati fuerint, non tantum tributa nō sustinebunt pendere, sed ēt regibus resistent. Et quia id agitur circa templum recte haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum, sed notum facere Domino regi: vt si videbitur rex, quæratur in 2 libris patrum tuorum, & inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies, quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges, & ciuitates concutiens, & Iudæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno: ob quam causam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notum facimus Domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Cœlesyriam, & Phœnicen. E Tunc scripsit rex Rathimo qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria, & Phœnice ea quæ subiecta sunt. Legi epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuentum est: quoniam ciuitas illa est ab æuo regibus resistens, & homines refugæ, & prælia in ea efficientes. & reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & 3 tributa exigentes a Cœlesyria, & Phœnice. Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & † prohibere ne quid vltra hæc fiat, sed nec procedant in plurimum, ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his, quæ a rege Artaxerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius scriba, 4 & qui cum his constituti erat iungentes, festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu, & F turba, & agmine, cœperuntque ædificantes 5 prohibere. Et vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsque secundo anno regni Darii regis Persarum.

†1. Esdr. 1.c

a *In Artaxerxis autem regis, &c.* Beda. Hic est Cambyses impius, & maleuolus prędicti Cyri pij, & beneuoli filius, qui patri mortuo succedens, templi instaurationē prohibuit, a quibusdam Iudæorum æmulis prouocatus.

In Chronic. ✻ Eusebius. Cyrus Hebręorum captiuitate laxata, quinquaginta ferme hominū milia regredi fecit in Iudæam, qui constructo altari, templi fundamēta iecerunt. Sed cum a vicinis gentilibus fabricatio impediretur, imperfectum opus vsq; ad Darium permansit, solo altari cōsistente. Prophetabant Aggæus, & Zacharias, quo tempore Iesus filius Iosedech, & Zorobabel regij generis filius Salathiel clari habentur, qui & principes fuerunt eorum, qui regressi sunt in Iudæam.

L. 11. Ant. c. 3. ✻ Ioseph. Cambyse filio Cyri principatum suscipiente, qui in Assyria, & Phœnice, & Ammonitide, & Moabitide, & Samaria morabantur, miserūt epistolam hæc continētem; Domine, serui tui Rathimus, &c.

† prouiden.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Sabel. scrib. & re. *Iste scribebat acta curiæ.*

2 Et inue. in adm. sc. de his. *id est, in libris in quibus scribuntur memorialia pro tempore futuro.*

3 Nunc er. præc. prohi. ho. il. ędi. *i. conuocare populum ad eius ædificationem.*

4 Et qui cum his con. er. iu. *id est, currus præparantes ad agendum iter, vel, iungentes se ad inuicem.*

5 Et va. ab æd. *Videtur hæc litera corrupta per scriptores, quæ deberet esse talis,* Vaca. ad ædi. tem. *Vel sic fiet constructio:* Vac. *id est, illi qui prius erant intenti ad ædificationem templi, vacabant ab opere illo vsque ad annum secundum Darij.*

CAP. III.

A a Rex Darius, & cætera. Li.11.Ante.3 ※ Iosephus. Post magorum interitum, qui defuncto Cambyse, principatum Persarum tenuerunt, hi qui septem Domini nuncupabātur apud Persas, filium Histaspis Darium, regem ordinauerūt. B Qui dum priuatus esset, Deum orauit, si fieret rex, omnia Dei vasa, quāta essent Babylonie ad templum Ierosolymitanum mittere se promisit. Contigit autem eodem tēpore proficisci Zorobabel ducem captiuorū Iudeorum ab Ierosolymis ad Darium, qui regi quondam amicus extiterat. C Vnde corporis eius custos cum alijs duobus dignus iudicatus, quem sperauerat honore potitus est. Primo

CAP. III.

Rex Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ, & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo ab India vsque Aethiopiam, centum vigintiseptem prouinciis. Et cum manducassent, & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri: Dicamus vnusquisque nostrum sermonem qui præcellat: & cuiuscunque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo freno, & cidarim byssinam, & torquem circa collum, & secundo loco sedebit a Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darii vocabitur. Tunc scribentes singuli suum verbum †signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darii regis, & dixerunt: Cumque surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra, & quodcunque iudicauerit rex e tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria, sicut scriptum est. Vnus scripsit, Forte est vinum. Alius scripsit: Fortior est rex. Tertius scripsit: †Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. Et cum surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit. Et mittens vocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos, & sederunt in concilio, & lecta sunt scripta coram ipsis, & dixit: Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati

† significauerunt

† Fortius

D mo vero imperij sui anno, Darius summo apparatu, cœnam exhibuit amicis, & cætera. Rex Darius ad cubiculum veniens, paucum noctis requiescens, & expergefactus, quod noctis restabat reliquum E insomne protraxit: sermonemque ad tres corporis custodes conuertit, promisitque summo honore fulciendum, qui eius interrogationi sapienter respondere voluisset. Cum igitur dona illis promisisset, primum interrogauit, Vtrum fortius sit vinum: secundo, Vtrum rex: tertio, Vtrum mulieres, aut his omnibus magis fortior sit F veritas? Has cum illis proposuisset quæstiones, requieuit.

a Et

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

a Rex Darius. *Repetitis eis quæ sunt alibi scripta hic consequenter ponuntur quæ sunt huius libri propria quæ consistunt circa solutionem vnius quæstionis, cuius primo ponitur occasio. Secūdo eius propositio, & triplex opinio, ibi.* Tunc scribentes. *Tertio opinionum examinatio, ibi;* Et mittens. *Quarto vnius approbatio, & remuneratio, ibi:* Et omnes populi. *Circa primum dicitur:* Rex Dar. *secundum Latinos, & Græcos iste fuit filius Hystaspis: secundum Hebræos vero ipse fuit filius Assueri, & Esther reginæ, secundum quod dixi plenius in princip. libri Esther, & 1. Esdræ 4. & Dan. 9. vbi secutus sum in hoc dictum Hebræorum, tanquam verius iudicio meo.*

Diuisio.

2 Om. ver. su. *id est, seruientibus in domo sua.*

3 Et omnibus magistratibus Me. *Istis reddebatur ratio de tributis, & obuentionibus regni.*

4 Et omnibus purpura. *id est, nobilibus genere, quibus licitum erat purpura vestiri pro sua nobilitate.*

5 Et prætoribus. *Qui causas iudicabant in palatio.*

6 Et consulibus. *Qui erant de stricto consilio.*

7 Et præfectibus. *id est, balinis, & præpositis in regni partibus diuersis.*

8 Ab India. *Ex hoc videtur, ꝙ iste fuit filius Assueri, vt dicunt Iudæi. Nam Assuerus in principio libri Esther dicitur regnasse ab India vsque ad Aethiopiam super 127. prouincias. & isto modo dimisit regnum filio suo. Cætera patent vsque ibi.*

9 Et dor. *scilicet modicum.*

10 Et ex. fact. est. *ita ꝙ volebat vigilare, & ex hoc custodes corporis sui habuerunt occasionem proponendi inter se quæstionem ad faciendum regi solatium, & ex hoc patet prudentia regis, qui magis volebat transire tempus in aliquo vtili, quàm in ludis inhonestis, aut nullius vtilitatis.*

21 Dica. vnus. nostrum sermonem. *De eadem quæstione, vt patet ex sequentibus.*

12 Qui præcellat. *id est, prout melius sciuerit. Nam dictum cuiuslibet trium non poterat esse excellens simpliciter, sed vnius tantum. Cætera patent vsque ibi.*

13 Purpura cooperiri, &c. *id est, vestiri.*

14 Et in auro bibere, &c. *id est, in scypho aureo.*

15 Et super aurum dormire, &c. *id est, super lectum panno auri phrygiato ornatum.*

16 Et currum aureo freno. *id est, fræno deaurato.*

17 Et cidarim byssinam. *id est, mitram, vel cucufam de bysso, quæ est species lini candidissimi.*

18 Et torquem circa collum, &c. *Talibus enim vtebantur tantū excellentes viri ratione generis, vel sapiētiæ, seu alterius excellētiæ.*

19 Et secundo loco, &c. *id est, in secunda mensa.*

20 Sedebit a Dario, &c. *Et hoc concessit rex per scriptum, vt patet circa medium. 4. cap.*

21 Tunc scribentes, &c. *Hic consequenter ponitur quæstionis propositio. & circa eam triplex opinio. Fuit autem quæstio de fortitudine: quid inter alia sit fortius, vt patet ex sequentibus. Sic ergo dicitur:* Tunc scribentes singuli, &c. *In singulis schedulis.*

22 Signauerunt, &c. *Sigillis proprijs ne fieret ibi aliqua mutatio, & vt manifeste appareret, cuius esset qualibet schedula.*

23 Et posuerunt subtus ceruical Darij regis, &c. *Quando post vigiliam redijt ad dormiendum. Cætera patent vsque ibi.*

24 Ipsi dabitur victoria. *id est, victoriæ præmia in parte præcedenti expressa. Cætera patent.*

25 Et mittens. *Hic consequenter ponitur dictarum opinionum examinatio. Et primo examinatores vocantur. Et patet litera vsque ibi.*

1 Indica

a Et cœpit prior,&c. * Cyrill. Primus adolescens qui dedit vino aduersus omnes potentiam,carnalium voluptatum feruori donauit victoriam.
* Ambr. Fit nōnunquam grauior tumultus, quia vino mens peruertitur ebriosi, & nō meminit regis, vel magistratus, vt scriptū est. Et omnia aperte facit loqui, & non meminerunt cum biberint,amicitiæ, nec fraternæ necessitudinis. Sed non multo post sumunt gladios: & cū a vino mersi fuerint, & surrexerint,non meminerunt quæ gesserint. Habet ergo etiam dignam mercedem tumultus. Præterea citharam, psalteria,tympana,quæ cognouimus conuiuijs frequenter adhiberi, vt vino, & cantu excitentur libidines; Plerique etiam Persico more mulieres dignas temulentorum consortio induci iubēt, &c. Non immerito ergo væ illis qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conueniebat Deo laudes referre; & vacare orationi. Merito væ, qui salutem relinquis, mortem eligis.

In collecta. Li. de Elia, & ieiuni.c.15.

sunt,& introierunt. Et dixit illis:Indicate nobis de his quæ scripta sunt. a Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini,& dixit: Viri, quàm præualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud. Seducit mentes. Itemque regis, & orphani facit mentem vanam. Item serui,ac liberi,pauperis,ac diuitis,& omnem mentem conuertit in securitatem,& iucunditatem,& non meminit omnem tristitiam, & debitum, & omnia præcordia facit honesta,& non meminit regem,nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt cum biberunt amicitiam,nec fraternitatem:sed non multum post sumunt gladios, & cum a vino merserint,& surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. O viri num præcellit vinum? Quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Indi.&c.quæ scr.su. *Id est, rationes dictorum vestrorum: nam scripserant tantummodo conclusiones, sicut scriptæ sunt. Secundo, rationes cuiuslibet opinionis explicantur. Et primo primæ. cum dicitur:* Et cœpit prior. *Secundo secundæ,in prin.c.4.Tertio tertiæ,ibi:*Tertius,&c. *Circa primum dicitur.*
2 Vi.præ.vi. *q.d.valde multum.Ideo subditur.*
3 Om.ho.qui bi.il. *Quod probatur per id quod subditur.*
4 Se.me. *Si enim potetur vltra mensurā, aufert rationis vsum quæ est superior vis hominis,& per cōsequens præualet oīb.inferiorib.aliis.*
5 Itemq; re.& or.fa.men.v. *Id est, facit cogitare maiora satis, quàm homo possit,& sic iactare se inaniter,& vane.*
6 Item ser.ac li. *hoc additur,vt nullus status hominum excludatur.*
7 Con.in se.& iu. *Homines enim bene potati non timent aliquem aduersarium,& habent cor iucundum:quia dant obliuioni omnem tristitiæ causam. Ideo subditur.*
8 Et non me. *Obliuisci facit.*
9 Om.tri.& de. *Quo quis est obligatus.*
10 Et om.præ.fa.ho. *Quia facit de seipso opinari magna.*
11 Et non me.re. *Quia tunc non timet eorum potentiam.*
12 Et om.per. *Sicut aliquando bene potatus dicit: Ego non darem hoc pro mille libris, quod non valet aliquando vnam. vel, Ego magis vellem perdere mille libras, quàm hoc,vel illud,quod tamen non habet aliquando valorem viginti solidorum.*
13 Et non me.cum bi.a. *pristinam.*
14 Nec fra. *Id est, consanguinitatem,vel affinitatem.*
15 Sed non mu.post. *id est,ex parua occasione.*
16 Su.gla. *contra seinuicem.*
17 Et cum a vi.emer. *id est,ebrietate soluta.*
18 Non me.quæ gesse. *propter ligationem memoriæ,& si recordentur,hoc tamen est imperfecte.*
19 O viri num præc. *q.d.immo præcellit.*
20 Quis sic co.fa. *id est,sic facit cogitare? Et est hypallage,sicut illud, Perflauit fistula buccas.*

9 Om.

CAP. IIII.

a ET inchoauit seq. &c. * Cyrill. Secundus autem qui hoc dedit regi, ænigmatice significauit mundanam plus posse gloriam. Et duo quidem adolescentes ferūt imaginem corporis compositi ex materia, & forma. Et alter quidem cupiditati, alter vero iræ tribuit victoriam. Est enim ira res tyrannica.
* Irenæus. Ad vtilitatem gētilium, terrenum regnū positum est a Deo, non a diabolo, qui nunquam omnino quietus est, immo q nec ipsas quidem gentes vult in tranquillo agere, vt timentes regnum humanum,nō se alterutrum homines vice piscium consumant, sed per legum positiones repercutiant multiplicem gentilium iniustitiam. Et secūdum hoc,ministri Dei sūt in hoc ipsum seruientes potestates, quæ sunt a Deo ordinatæ. Manifestum est, quoniam mentitur diabolus,dicens: *Mihi tradita sunt regna, & cui volo, do ea.* Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu, & reges constituuntur, apti his qui in illo tempore ab ipsis regātur. Quidam enim illorū ad correctionem, & vtilitatem subiectorū dantur, & conseruationem iustitiæ, quidam autem ad timorem, & pœnam, & increpationem, & cætera.

In collecta. Lib.5.cap.24.

CAP. IIII.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis. O viri num præcellunt homines, qui terrā, & mare obtinent,& omnia quæ in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit,& dominatur eorum,& oē quodcunq; dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad †bellatores,vadunt & demoliunt mōtes,& muros,& turres.Iugulant,& iugulāt,& regis verbum nō p̄tereunt. Nam si vicerint,afferunt regi oīa q̄cunq; prædati fuerint.Similiter,& alii oēs,& quotquot nō militāt,nec pugnāt,sed colunt terrā, rursum cum fuerint metētes,afferunt tributa regi. Et ipse vnus solus si dixerit,occidite,occidunt:dixerit remittite,remittunt:dixerit percutite,percutiunt:dixerit, exterminate,exterminant:dixerit ædificate,ædificant:dixerit excidite,excidunt:dixerit plantate,plantant,& oīs plebs,& virtutes eū obaudiūt, & super hoc ipse recumbit,& bibit, & dormit,

† bellandum

a Tertius

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

1 ET inch. *Hic explicantur motiua secundæ opinionis,cum dicitur.*
2 O vi.num præ.ho. *cæteris creaturis in terra,& mari existētibus.q.d.sic.vnde Gene.1.c.dicitur de hoīe:* Et præsit piscibus maris & volatilibus cœli,& bestijs terræ,vniuersæque creaturæ.
3 Rex au.su.om.præ. *Quia dominatur hominibus,& per consequens alus quæ sunt hominibus subiecta.*
4 Et si mi.il.ad bell. *id est,ad principes belli.*
5 Vadunt. *Cum eis ad pericula mortis.*
6 Et de.mon. *Id est,castra in montibus sita,muros suffodiendo,& deijciendo.Cætera patent vsque ibi.*
7 Et ipse vnus sol. *Qui dominatur omnibus, tam bellatoribus, quàm agricolis.*
8 Si dixerit. *Bellatoribus.*
9 Occidite,occidunt. *Deuictos: Cætera patent vsque ibi.*
10 Dixerit ædifi. *Fabris lapidum,& lignorum.*
11 Dixerit plantate. *Agricolis.*
12 Et omnis plebs. *Quantum ad minores homines.*
13 Et virtutes. *Quantum ad maiores.*
14 Eum obau. *Eius exequendo mandata.*
15 Et su.hoc ipse recum.& bi. *Splendide.*
16 Et dor. *Pacifice,& quiete:sicut 3.Reg.20.dicitur,q Benadad rex Syriæ bibebat in vmbraculo suo, exercitu suo ad prælium misso.*

7 Et

1 Hi

a Tertius qui dixerat de mul.&c.

* Cyrillus. Tertius Zorobabel, per mulierē quidem ostēdit virtutum finem esse charitatem in Deum, & in proximum. Per veritatem vero finem cognitionum, siue eorū quæ sunt principiū, nēpe Deū.

Lib 18. ciuit. cap. 36.

* Augustin. Esdras in eo prophetasse intelligēdus est, quod inter iuuenes quosdam orta quæstione, quid amplius valeret in rebus? cū reges, vnus dixisset; alter vinū; tertius mulieres, quę plerumque regibus imperarēt; idem tamē tertius veritatē super omnia demonstrauit esse victricem. Cōsulto autē Euangelio Christum cognoscimus esse veritatem.

Hi autē custodiunt in circuitu eū, & nō possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri quomodo non præcellit rex q̄ sic diffamatur? Et tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus, & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui. Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum p̄cellit. Quis est ergo qui dominatur eorum? Nōne mulieres genuerunt regē, & oēm populum qui dominatur mari, & terrę, & ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit? Et ipsæ faciunt stolas oīum hoīum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari a mulieribus. Si congregauerint aurum, & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnam bono habitu, & bona specie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam magis alliciunt q̄ aurum, & argentum, & omnem rem pretiosam. Homo patrem suum relinquit, qui enutriuit illum, & suā regionē, & ad mulierem se coniungit. Et cum muliere remittit aīam, & neq; patrē meminit, neq; matrē, neq; regionem. Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne doletis? Et accipit homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare, & flumina, & leonem videt, & in tenebris ingreditur, & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. Et iterum diligit homo vxorem suam magis, q̄ patrem, aut matrem. Et multi dementes facti sunt propter vxores suas, & serui facti sunt propter illas, & multi perierunt, & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres. Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua, quoniam omnes regiones verentur tangere eum. b Videbam tamen Apemen

b Videbam Apemen, & cætera.

Epist. 7.

Ambr. Multos iuuenes q. emerunt sibi puellas formæ elegantioris, quarum amore capti tur pi seruitio sese dederunt. Videbatur Apeme cōcubina Darii sedens ad dexteram eius, auferens de capite eius diadema, & suo imponēs vertici, palmis faciem eius sinistra manu verberans, &c. Sed q̄d ista magno allegamus ambitu, &c.

Homil. 66. in Ioan.

* Chrysost. Qui meretricibus dat, ridiculus, & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuē voluptatē, vel nullam potius. Muliebre enim genus temerarium est, & inferno eius similatur cupiditas; tunc cessat

b Vide-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Hi autē cu.in cir. *Ne aliquis accedere possit ad sibi nocendum.*
2 Et non po.ire sin. *Ad ea loca sua sine regis licentia.*
3 Sed in di.ob.su.ei. *i.obedientes, quod dixit exequendo.*
4 Viri, &c. sic di. *i.cuius fama in potestate, dignitate, & consimilibus sic diffunditur, sicut de Christo dicitur Mat. 9.* Diffamauerunt eum per totam illam terram.
5 Tertius. *Hic ponitur motiua tertiæ opinionis, q̄ habet duas partes, & primo confirmatur prima. secūdo secūda, ibi;* Et inchoauit. *Prima vero pars dupliciter cōfirmatur. Primo ronibus. Secūdo exēplis, ibi;* Et nunc credite mihi. *Circa primū primo ponitur nomē illius q tenuit tertiā opinionē, cū dicitur;* Ter.qui di.de mu.& veri.hic est Zo. *Licet.n. Iudæus esset natione, tñ erat vnus de custodientibus corpus regis, q erat Gentilis, & sicut dicūt Hebræi, hoc fecit Esther huius regis mater quæ erat Iudæa natione, vt patet Esther 2. Ideo promouit Iudæos quantū potuit, vt patet de Mardochæo. Et idē dicunt de Zorobabel, & Nehemia qui fuit regis pincerna. Latini vero dicunt, q fuit familiaris isti Dario, antequam promoueretur ad regnum, qui nec erat de semine regio, & ideo promotus in regem fecit eum corporis sui custodem.*

Diuisio.

6 Cœpit loqui. *Pro suæ opinionis confirmatione. Et primo remouet aliorum sententiam, dicens.*
7 Viri.non ma.rex, & mul.ho. *i.non præcellit rex ratione sui, nec ratione populi sibi subiecti, sicut dixerat secundus.*
8 Nec vinum præcellit. *Sicut dixerat primus.*
9 Quis est ergo. *Hic consequenter prosequitur suum propositum, dicens;* Quis est er, qui do.eo. *i.regis populi, & vini.*
10 Nonne mul.ge.& om.po. *q.d.manifeste patet q sic, & sic p̄cellunt, quia causa potior est suo effectu. Licet autem mulier in generatione prolis habeat rationem passiui ministrando materiā; tamen in alio se habet in ratione actiui.s.materiam præparando, & cōceptū fœtū fouendo, & nutriendo ante partū, & post, & sic repellitur dictū secundi.*
11 Et ipsæ educauerunt. *Modo prædicto.*
12 Eos qui plantauerunt vi.ex qui.vi. *Et sic repellitur dictum primi; quia quod præcellit maiori, præcellit, & minori, sic est in proposito. Nam educando vinearum plantatores, mulieres sunt maiores, & eadem ratione plantatores vinearum ipso vino.*
13 Et ipsæ faciunt stol.om.ho. *i.vestes, & ornamenta in quibus homines gloriantur. mulieres enim in terra illa faciunt talia artificia.*
14 Et nō pos.homi.sep.a mu. *s.corde, licet aliquando separentur corpore. Inclinatio namque naturalis est in viro ad amorem mulieris, quæ non potest totaliter aboleri, quod declarat per effectum, dicens.*
15 Si cōgregauerint aurum, & argentum, & oēm rem spe. *Quæ nata sunt animum hominis allicere.*
16 Et viderint mulierem, &c. *i.honestam, & pulchram.*
17 Omnia hæc in eam. *i.eam attente respiciunt.*
18 Et aperto ore. *i.capti eius pulchritudine.*
19 Conspiciunt. *Tanquā attoniti, & mirātes eius pulchritudinē.*
20 Et eam mag.al. *Hoc dupliciter potest exponi. Vno modo, quòd sit ibi hypallage, i.eos allicit ipsa mulier. & sic quod sequitur.*
21 Mag.q̄ au. *Est nominatiui casus. Alio modo sine tali figura.* Et eā al. *i.nituntur ad se trahere; & sic quod sequitur;* Mag.q̄ au. *est accusatiui casus. & hoc probatur per hoc q sequitur.* Et om.r.pr.
22 Homo pa. *Hic consequenter declarat propositum per parentes, qui sunt maxime diligendi, & per terram natiuam ad quam quilibet naturaliter afficitur; & tamen istis vxorum dilectio præponatur. Et patet vsque ibi.*
23 Et ad mu.se con. *s.seipsum per matrimonium.*
24 Et cum mu.re.ani.su. *Aliunde ipsam retrahendo, & in vxore totaliter ponendo per dilectionem. Ex quo concludit.*
25 Et hinc opor. vos sci.qm̄ mu.do.ve. *& per consequens multo magis dominum aliorum; loquebatur enim regi, & magnatib. suis.*
26 Non.do. *Quod potest exponi dupliciter; Vno modo negatiue. q.d. non; quia voluntarie eis seruitis. Alio modo affirmatiue. q.d. eis estis subiecti mauis gradibus vestris.*
27 Et ac. *Hic consequenter declarat intentum ex magnis periculis, quibus homo se exponit pro amore vxoris, cum dicitur.*
28 Et acci.ho.gla.su. *i.arma sua.*
29 Et va.in vi.fa.fur. *Ad deprædandum transeuntes, cui imminet periculum mortis a viatoribus se defendentibus, & a publica iustitia.*
30 Et ma.na. *vbi ē mortis periculū a fluctib. maris, et ab aduersariis*
31 Et leo vi. *Per quem intelliguntur etiam aliæ bestiæ terribiles.*
32 Et in te.ing. *Vbi lubricum, & casum periculosum patitur.*
33 Et cum fur.fe.&c.ama.su. *i.vxori suæ omnib. rebus prædilectæ.*
34 Affert. *q.d.omnia pericula prædicta subiit, vt satisfaciat vxori eius, & gratiam habeat.*
35 Et ite.di. *Repetitio ē eius q sup.dictū est ad maiorē expressionē.*
36 Et mul.de.fa.sunt pro vx.su. *Ex amore nimis excessiuo. Vnde Salomon sapientissimus sic fuit infatuatus. Per hoc autem repellitur illud quod dixit primus de vino, q seducit mentem; quia ebrietas aufert vsum rationis tantum ad horam, amentia vero per longum tempus, & aliquando vsque ad mortem. 3. Reg. 11.*
37 Et ser.fa.su. pro. il. *Quia pugnantes pro defensione vxorum, capti sunt in bello, & sic subditi seruitu*ti.
38 Et mul.pe.& iu.su. *Vnde Abraham timuit interfici pro Sara. Genes. 13. & similiter Isaac. Genes. 26.*
39 Et pec.pro.mu. *Sicut patet de Adam, Dauid, & Salomone, qui fuerunt maximi.*
40 Et nunc. *Hic consequenter declarat propositum per exemplum. Et patet litera vsque ibi,*

17 Omnia 1 Se-

cessat, cum omnibus rebus amantem spoliauit; immo nec tunc quidem, sed magis conuiciatur, & insultat iacenti, eumque maiorem in modum ridet, & tot eum malis circumuenit, quæ nullo pacto narrari possent.

Dialog. 6. de Trin. a *Et veritas magna est, & fortior, &c.* ✻ Cyril. Audi quomodo sapiens Esdras scribat: Omnis terra veritatem inuocat, & cœlum eam benedicit, & omnia opera commouentur, ac tremunt. Quoniam & beatus Dauid clamat de Deo, qui omnibus præsidet, *Qui respicit terram, & facit eam tremere.*

Lib. 1. cont. Iulian. ✻ Idem. Orpheus Deum incircunscriptũ significare voluit, quod vniuersum cõplectatur, atque adeo fines maris trementibus montibus, & toto mundo. Sic enim inquit scriptura diuinitus inspirata: *Omnis terra veritatem inuocat, & cœlum eam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt.*

✻ Maximus.

filiam Bezacis mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad[1] dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi,[2] & palmis cædebat regem de sinistra manu. Et super hæc aperto[3] ore intuebatur eam, & si arriserit ei, ridet: nam si indignata fuerit ei,[4] blanditur: donec reconcilietur in gratiam.[5] O viri, cur non sunt fortiores mulieres?[6] Magna est terra, & excelsum est cœlum,[7] quæ ista agunt. Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum.[8] Et inchoauit loqui de veritate.[9] O viri, nonne fortes sunt mulieres?[10] Magna est terra, & excelsum est cœlum,[11] & velox cursus Solis[12] conuertit in gyro cœlum in locum suum in vna die.[13] Nonne magnificus est qui hæc facit?[14][15] Et veritas magna, & fortior præ omnibus[a] Omnis terra veritatem inuocat,[16] cęlum etiam ipsam benedicit,[17] & omnia opera mouentur,[18] & tremunt eam,[19] & nõ est cum ea quicquam iniquum.[20] Vinum iniquum, iniquus rex,[21] iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum: & iniqua illorum omnia opera,[22] & non est in ipsis veritas, Et in sua iniquitate peribunt,[23] † & veritas manet, & inualescit in æternum,[24] & viuit,[25] & obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personas,[26] neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus,[27] iniustis, ac malignis: & omnes benignantur[28] in operibus eius.[29] Et non est in iudicio eius iniquum; sed fortitudo,[30] & regnum,[31] & potestas,[32]

Centurie 3. locorũ œcon. cap. 30. ✻ Maximus. Animus qui prætulit virtutem, & cognitionem, maluitque animam affectionum praua seruitute priuatam esse, ait: *Præpotentes sunt mulieres, & super omnia vincit veritas.* Mulieres quidem appellans virtutes deificas: ex quibus constat erga Deum, & in sese vnifica dilectio. Veritatem autem dixit solam, & vnicã eorum quæ sunt causam, & principium, regnũ, potẽtiam, & gloriam: ex qua, & per quam omnia facta sunt, & fiunt, ac vt fiant, ab ea, & per quã tenentur, illustrisque nomine qui Deum diligunt nullum studiũ, ac motum prætermittunt.

Dial. 1. adu. Pel. ✻ Hieronym. Veritas laborare potest, vinci non potest.

Apolo. ad Constan. ✻ ATHANASIVS. Veritas tibi in consilio adsit, quæ regum, & in primis Christianorum tutela est, cum ea vos regna administrare tutissimũ est, cũ dicat sacra scriptura: *Misericordia, & veritas,* Prou 20.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sedentem iuxta regem. *Id est, in nobiliori loco; quia dextera pars est melior, & fortior.*

2 Et auferentem diadema, &c. & impo. sib. *Per hoc insinuantem se rege digniorem.*

3 Et palmis cædebat. *Tanquam sibi subditum, & seruum.*

4 Et super hæc aperto. *Sicut homo stupidus, & sic eius amore captus, vt non auderet sibi in aliquo contradicere, propter quod adhuc subditur.*

5 Et si arriserit ei, ridet. *Ita quod ad mutationem vultus mulieris, mutabitur vultus, & animus regis, sicut seruus lætatur, quando dominus suus sibi ostendit vultum bonum, & tristatur quando sibi prætendit durum: propter quod concluditur.*

6 O viri, cur non sunt fortiores. *q.d. patet quòd sic; quia si verum est hoc de rege, multo fortius de alys hominibus sibi subiectis communiter loquendo.*

7 Magna est terra, & excelsum, &c. *Scilicet, quæ sunt in his inferioribus: nam per motum cœli educuntur ad actum formæ, quæ sunt in potentia materiæ, quæ materia pro maiori parte est terra. nam corpora mista sunt a Domino de terra. Hoc autem interserit hic Zorobabel quasi quoddam principium ad probandum, secundam partem suæ opinionis. s. de veritate. Nam ad hoc incipit, vt videbitur.*

8 Et tunc rex, & purpurati. *Mirantes eius sapientiam, & eloquentiam, & etiam constantiam, ostendendo subiectionem regis, & magnatorum respectu suarum vxorum coram eis: probabile, tamen est quod ille rex de quo loquitur hic Zorobabel, non erat ille Darius, sed alius qui præcesserat. nam inter Cyrum, & Darium fuerunt alii reges.*

9 Et inchoauit. *Hic consequenter Zorobabel declarat secundam partem suæ sententiæ. E primo continuat se ad præcedentia.*

10 O viri, nonne fortes. *q.d. patet ex dictis, quod sic, sed adhuc veritas est fortior. Ad cuius ostensionem dicitur.*

11 Magna est terra, & excelsum. *Sicut patet ad sensum.*

12 Et velox cursus. *Cuius probatio subditur, cum dicitur.*

13 Conuertit in gyro, &c. in v.d. *s. naturali. in qua per motum primi mobilis reuoluitur Sol a puncto Orientis ad eundem punctum. & sic est hic hypallage, quia Sol non reuoluit cælum, sed econuerso, sicut,* [..]g in Buco. *Perflauit fistula buccas.*

14 Nonne magnificus. *Id est, magnæ potentiæ.*

15 Qui hæc facit. *q.d. manifeste patet, quòd sic. Hoc tamen facit intelligentia mouens orbem, cuius virtutem in infinitum excedit virtus primæ veritatis, quæ est ipse Deus. ideo subditur.*

16 Et veritas, &c. om. ter. ve. *Id est, omnes homines habitantes in terra, dubia, & obscura quærunt manifestari per infallibilem veritatem, quam omnes homines ex quodam instinctu naturali ponunt in Deo: licet diuersi diuersis attribuerint deitatem.*

17 Cœlum etiam ipsam benedicit. *Id est, Angeli qui sunt ciues cælestes ipsam laudant.*

18 Et omnia opera. *Id est, omnia creata.*

19 Mouentur, & tremunt eam. *Id est, sibi obediunt.*

20 Et non est in ea quicquam iniquum. *Nam est prima regula æquitatis.*

21 Iniquus rex. *Multi enim reges, mulieres, & homines fecerunt iniquitates, accipiendo iniquitatem pro crimine enormi: & sic est hic hyperbole, sicut cum dicitur:* Omnes de ciuitate vadunt ad tale spectaculum, *id est, multi. Si autem accipiatur iniquitas pro peccato quocunque, sic generaliter omnes dicuntur iniqui, excepto homine Christo, & Beata Virgine, de quibus non loquebatur Zorobabel.*

22 Et iniqua illorum omnia opera. *Inquantum sunt ab ipsis tantum. Nam quicquid est bonitatis in operibus humanis, Deo est attribuendum. Quicquid autem est ibi defectus procedit ex defectibilitate liberi arbitrii Osee 13. c.* Perditio tua ex te Israel, ex me tantummodo auxilium tuum. *ideo subditur.*

23 In sua iniquitate peribunt. *Scilicet illi qui peribunt.*

24 Et veritas manet, & inualescit in æternum. *Non est intelligendum, quòd veritas prima in se inualescat proficiendo. Nam in se minui non potest, nec augeri, sed tantum in effectibus suis.*

25 Et viuit. *Nam est vita per essentiam.*

26 Nec est apud eam accipere personas, &c. *Nam iniustitia non habet locum in ea.*

27 Sed quæ iusta sunt facit. *Ipsos iuste puniendo, & multo fortius iustis eos præmiando.*

28 Et omnes benignantur. *Id est, benigne tractantur.*

29 In operibus eius. *Quia iusti præmiantur vltra meritum, & iniusti puniuntur citra condignum.*

30 Sed fortitudo. *Stabilitatis.*

31 Et regnum. *Dominationis.*

32 Et potestas. *Cui non potest resisti in effectibus suis.*

15 Qui

1. Et

veritas, regi custodia est, & circundabit in iustitia thronum eius. Hanc cum Zorobabel ille sapiens cæteris anteferret, victoriam retulit, acclamatumq; est ab vniuerso populo: Magna res veritas & præualet omnibus.

Epist. ad Pompeium contra ep. Steph.

✠ Cyprianus. Consuetudo impedire non debet, quo minus veritas præualeat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes quia apud Esdram veritas vicit, sicut scriptum est: *Veritas manet, & inualescit in æternum & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum.*

a *Et omnes populi clamauerunt.*

Homil. 1. in Matt. op. imp.

✠ Chrysost. Ministris regis Darij de propositis quæstionibus certantibus, ventum est vsque ad sententiam regis, quo residente cum principibus suis ad iudicandum, contenderunt tres singuli pro sua sententia. Verba contentionis eorum qui vult scire legat Esdram Prophetam. Tamé vicit Zorobabel, & iudicio Darij, & omnium principum eius pronunciatum est, Omnibus fortior est veritas.

b *Pete a me quod vis, &c.* ✠ Chrysost. Cum id cerneret ad eum Darius rex cum iuramento, *Pete a me quod vis*, vsq; ad dimidiũ regni mei, respondit Zorobabel: Ego non peto regnũ tuum, sed ipse vtere eo in æternum. Sed hoc peto, quod cœpit pater vester Cyrus rex ante vos, vt dimittatis captiuitatem filiorum Israel redire in sua; Darius concessit.

Ibidem.

c *Memor esto voti, &c.* ✠ Comestor. Postulauit Zorobabel fieri templi reædificationem, & vasa Domini remitti in Ierusalem. Et gauisus est rex, nam idipsum meminit se vouisse.

✠ Beda. De voto Darij dicitur communiter, quod cum videret Zorobabel reuersum ab Ierusalem in Persas propter impeditum ædificium, vouit quod si aliquando contingeret ipsum in regem eligi, ipse perficeret idem ædificium, immo

& maiestas omnium æuorum[1] Benedictus[2] Deus veritatis. Et desiit loquendo. a Et omnes[3] populi clamauerunt, & dixerunt: Magna est veritas, & præualet. b Tunc rex[4] ait illi: Pete[5] si quid vis amplius, quam quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundum quod inuentus es sapientior pximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Tũc ait[6] c regi: Memor esto[7] voti tui quod vouisti, ædificare Ierusalem in die qua[8] regnum accepisti, & omnia vasa[9] quæ accepta[10] sunt ex Ierusalem remittere,[11] quæ separauit[12] Cyrus quando mactauit[13] Babyloniam, & voluit[14] remittere ea ibi: Et tu voluisti[15] ædificare templum quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa a Chaldæis. Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto,[16] hoc est maiestas quod a te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cęli ex ore tuo. Tunc[17] surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit[18] epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent[19] eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem. Et omnibus[20] præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina a Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem. Et scripsit omnibus[21] Iudæis qui ascendebant a regno in Iudæam, pro libertate, omnem potẽtem,[22] & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum, & omnem[23] regionem quam obtinuerant esse immunem[24] eis: & Idumæi relinquant[25] castella quæ obtinent Iudæorum, & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum ædificaretur, & super[26] sacrarium holocaustomata[27] hostilare quotidie, sicut habent[28] præceptum, alia talenta decem[29] offerre per singulos annos, & omnibus[30] qui procedunt a Babylonia condere ciuitatem, vt esset libertas tam ipsis quàm

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et maiestas. i. æuorum[?] habet dura[?] ionum: & sic per maiestatem intelligi videtur æternitas, quæ in vno simplici numero continet virtualiter omnem durationem. Et concluditur.

2 Benedictus. i. Deus qui est ipsa veritas; sicut dicitur Deus maiestatis, vel bonitatis; quia ipse est ipsa maiestas, & bonitas.

3 Et omnes po. Hic consequenter ponitur tertiæ opinionis approbatio, cum dicitur; Et omnes pop. Per hoc non reprobauerunt eius dictum de fortitudine mulierum, sed magis approbauerunt; quia dixerat veritatem mulierum fortitudini præualere.

4 Tunc rex. Hic consequenter ponitur ipsius Zorobabel remuneratio. Circa quod primo describitur regis liberalitas, cum dicitur.

5 Pete, &c. vis am. s. præter præmia superius expressa 3. c. & ex hoc loco patet, quod non solum fuerunt promissa verbo, sed etiam scripto. Cætera patent ex dictis.

6 Tunc ait. Hic secundo ponitur Zorobabel fidelitas, qui solum petiit id quod pertinebat ad diuini cultus augmentum. Circa quod sic proceditur; quia primo ponitur Zorobabel petitio. Secundo petitionis concessio, ibi; Tunc surgens. tertio concessionis executio, ibi; Et cum proces. Circa primum dicitur; Tunc ait regi. ipse Zorobabel.

7 Memor esto vo. Ex hoc videtur quod non solũ vouerat reædificare templũ, sed & cũ hoc agere ad reædificationẽ ciuitatis circa templum.

8 In die qua. post patrem secundũ opinionẽ Hebræorum. Nam quando aliquis sic de nouo coronatur, consuetum est quod gratias faciat maxime ad honorem Dei. & huius voti conscius erat Zorobabel, qui erat de domo regia per reginam Esther, vt supra dictum est. secundum alios vero iste Darius erat vnus de septem magis qui habebant prouidere de rege, & volentes prouidere de se ipsis magis, quàm de aliis, condixerunt adinuicem, quod ille cuius equus primo hinniret, cũ in crastino conuenirent ad electionis locum regnaret, quod contigit de equo Darii, & sic regnauit.

9 Et omnia vasa. Ad Dei cultum pertinentia.

10 Quæ accepta. A Nabuchodonosor rege Babylonis.

11 Remittere. Ad locum suum.

12 Quæ separauit Cyrus. Ab alia præda.

13 Quando mactauit. i. interfecit Balthasar regem, & habitatores Babylonis pro magna parte.

14 Et voluit. Primo anno regni sui, & aliqua tunc remisit, vt habetur 1. Esdr. 1. cap. & residua per istum Darium fuerunt remissa, sicut & pluribus vicibus fuerunt de Ierusalem exportata. & per partes primo tempore Ioacim filij Iosiæ, vt habetur Daniel. 1. Secundo tempore Ioachin filii eius 4. Reg. 24. Tertio tempore Sedeciæ. 4. Reg. 25.

15 Et tu voluisti ædifi. 4. Reg. dicitur, quod Nabuzardan, & Chaldæi hoc fecerunt. Dicendum, quod Idumæi erant in illo exercitu, & quoniam odiebant Iudæos, sicut Esau pater eorũ oderat Iacob patrẽ Iudæorũ; ideo incitauerũt Nabuzardã ad hoc faciẽdũ propter quod dicitur hic hoc fecisse.

16 Et quod peto. i. signum tuæ maiestatis. Vel aliter; & iungatur litera sic; Et quod peto a te, hoc est maie. i. honor diuinus. ideo subditur; Postulo, vt facias.

17 Tunc surgens Darius. Hic consequenter ponitur petitionis concessio, cum dicitur: Tunc surgens Darius rex, osculatus est il. In signum amicitiæ, & concessionis petitorum, ideo subditur.

18 Et scripsit epistolas. Regalium negotiorum.

19 Vt deducerent eum. s. secure per omnia loca intermedia vsque in Ierusalem.

20 Et omnibus præfectis. Nam per loca ista deducenda erant ligna cedrina in Ierusalem, partim per mare, & partim per terram.

21 Et scripsit omnibus. A seruitute, ita quòd a dominis non impedirentur in Iudæam ire. ideo subditur.

22 Omnem potentem, & magistratum præfe. Ponendo aliquod impedimentum.

23 Et omnem re. Iudæi venientes in Iudæam a tempore Cyri.

24 Esse immunem eis. A tributo.

25 Et Idumæi relinquant. Nam Iudæis in Babylonem ductis Idumæi occupauerunt castra Iudææ, quæ erant propinqua Idumææ. Cætera patent vsque ibi.

26 Et super sacra. Alias sanctuarium, i. altare holocaustorum.

27 Holocaustomata. id est, offerre. Et dicitur ab hostia, & immolare. vbi habent alii vstilare.

28 Quotidie sicut habent. Scilicet in lege Moysi, in qua præcipitur Exod. 20. quotidie vnum agnum mane, & alterum vespere in holocaustum offerri.

29 Talenta decem. s. ad hoc faciendum. Cætera patent vsque ibi.

30 Et omnibus qui procedunt a Babylonia. Præcedere debent alios in honore.

Scripsit

imò totam vrbem. Et hoc vouerat coram Zorobabele amico suo conquerente.

a *Benedixit regem cæli, &c.* ✠ Chrysostomus. Exiens Zorobabel gratias egit Deo dicens: Benedictus es Deus & pater veritatis, quod sapientiam hanc in os meum misisti. Et ideo inuentus est rectè secundum prouidentiam Dei nominatus Zorobabel, i. hic doctor Babyloniæ. Quæ autem maior doctrina est, quam ostendere veritatem dominatricem omnium rerum? Et impletum est in eo, quod fuerat scriptū: *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato* *dato tuo, &c.* Super omnes docentes me intellexi. Super seniores intellexi.

Hom. 1. in Matth. op. imp.

Psal n. 118.

Cent. 3. cap. 28.

Maximus. Beatus qui cognouit Deum in nobis peragere omnem operationem, & speculationem, virtutem, cognitionem, victoriam, sapientiam, bonitatem, ac veritatem, nobis nihil omnino conferentibus, præter solum affectū volentem, quæ bona sunt. Quo prælibus magnus zorobabel inquit: *Benedict. es, &c.* Reuera gratus fermus omnia Deo referebat, vt potè qui dederat omnia, a quo sapientiam acceperat, prædicans illum vt patrum Dominum, &c.

filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui pcedunt. [1] scripsit autem & quātitatem, [2] & sacram stolam iussit dari in qua deseruirent, [3] & Leuitis scripsit dare præcepta vsque in diem qua consummabitur domus, [4] & Ierusalem extructur, [5] & omnibus custodientibus ciuitatem scripsit dari eis sortes [6] & stipendia. [7] Et dimisit omnia vasa quæcunque separauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcunque dixit Cyrus & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem. [8] Et cum processisset ille adolescens [9] eleuans faciem in Ierusalem, [10] benedixit regem cęli, & dixit: [11] Abs te est victoria, [12] & abs te est sapientia [13] & claritas. [14] Et ego seruus tuus sum. Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor domine Deus patrum nostrorum. [15] Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniā. [16] Et venit, & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerūt in Babylonia, & benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, vt ascenderent & ædificarent Ierusalem & templum vbi nominatum est nomē eius in ipso, & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Scripsit autem & quanti.* dictæ pecuniæ vt ad literam regis expeditè solueretur.
2 *Et sacram stolam iussit dari.* sacerdotibus.
3 *In qua deseruirent.* ad diuinum cultum, scilicet, dicta pecunia & stola, sicut dicitur de scypho quod in mensa deseruit vino.
4 *Et Leuitis scripsit.* scilicet, instandi operibus templi & ciuitatis vsque ad consummationem.
5 *Et omnibus custodientibus.* Ierusalem ab hostibus irruentib.
6 *Scripsit dari eis sortes.* id est, loca determinata ad habitādū.
7 *Et stipendia.* ad victum & vestitum. Cetera patet ex dictis.
8 *Et cum process.* Hic consequenter describitur cōcessionis executio. Et primo quantum ad Zorobabel. Secundo quantum ad eius comitiuam, cap. 5. Circa primum dicitur: *Et cum pro.* Zorobabel recedens à rege de terra Persidis.
9 *Ille adolescens.* tamen secundum veritatem Zorobabel filius Salathiel de quo videtur hic scriptura loqui, secundum maiorem computationem habebat tunc quadraginta annos & amplius. nam à primo anno Cyri fuit dux eorum qui de Babylone redierunt in Iudæam vt patet 1. Esdræ 2. cap. secundum vero minorem computationem, Cyrus post monarchiam acceptam regnauit quatuor annis & post eum filius eius Cambyses octo, & post illum Assuerus quatuordecim, cui successit iste Darius. & Zorobabel anno primo Cyri videtur fuisse annorum 20. vel circiter, quando Cyrus dedit licentiam redeundi, qui simul iuncti, sunt anni quadraginta sex, propter quod & plura alia iste liber sicut dixi a principio videtur esse multum apocryphus.
10 *Eleuans faciem in Ierusalem.* i. versus Ierusalem. sic enim orabant Iudęi extra Ierusalem positi, sicut patet de Da. 6. ca.
11 *Bene. re. cę. &c.* Agendo gratias sibi.
12 *Abs te.* id est, à te.
13 *Est vi. &c.* Quam habui de alijs duobus socijs meis.
14 *Et abs te est sapientia.* Quā dixi de mulieribus & veritate.
15 *Et claritas.* id est, honor, quo Darius honorauit me.
16 *Et ego seruus tuus sum.* Paratus ad tuum obsequium.
17 *Et accepit epist.* regis prædictas, quę erant de quatuor. Primo de securo transitu per terras vsque in Ierusalem. Secundo de lignis habendis de Libano pro templi & ciuitatis ędificio. videtur tamen quod ista gratia quantum ad edificium ciuitatis fuit posita in effectu per Nehemiam. Nehemię 1. Tertiò de libertate concessa Iudęis à seruitute & tributo. Quarto de pecuniis à rege concessis pro ędificatione templi & sacrificiis, vt patet ex prędictis.
18 *Et profectus est.* de Perside.
19 *In Babyloniam.* id est, in Babylonię regionem, in qua remanserant multi Iudęi, quando Zorobabel & eius socij primo venerunt in Iudęam tempore Cyri, vt dictum fuit 1. Esdrę 1. capit.
20 *Et ven t & nuntiauit.* id est, Iudęis commorantibus in regione Babylonis.
21 *Et benedixerunt Deum.* pro gratijs Zorobabel concessis.
22 *Quoniam dedit illis remissionem.* A seruitute.
23 *Et refrigerium.* A tributo.
24 *Vt ascenderent & ædi. Ier.* de quo habebant magnum desiderium. gratia enim primo facta a Cyro, per Cambysem eius filium fuerat reuocata, sicut patet satis per primum Esdrę cap. 4. propter quod Iudęi qui remanserant in regno Babylonię & Persidis, in Iudęam venire non poterant sine nouo priuilegio.

CAPVT V.

Post hæc autem lecti sunt, vt ascend. &c. ✠ Comestorum. Scripsit principibus suis Darius per epistolam trans flumen, vt nullatenus impedirent Iudęos, sed de sumptibus regis iuuarent eos, dantes eis per singulos dies hostias, similam, vinum & sal: vt offerant ea Deo cęli, & orent pro vita regis, & filiorum eius.

a Sacerdo-

CAPVT V.

POst hæc autem lecti sunt, vt ascēderēt [1] principes pagorū per domos & tribus [2] suas, & vxores illorū & filij & filiæ eorum, & serui & ancillę ipsorum, & pecora illorū. Et Darius rex misit vna cū [3] eis equites mille, donec deducerēt eos in Ierusalē cum pace, & cum musicis, [4]

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

POst hæc autem. Hic describitur recessus Zorobabel quantum ad eius comitiuam. Et primo in generali, cum dicitur.
1 *Post hæc autem.* id est, collecti siue congregati. Legere enim in vna significatione idem est quod colligere. vnde versus. Fur aurum, virgo flores mare nautaque, libros Clericus, æquiuocè singula quisque legit.
2 *Vt ascender. principes pag.* id est, prouinciarum siue villarum.
3 *Et Darius rex mi. vn. cum eis equi.* vt possent procedere securè.
4 *Et cum mu.* Ex gaudio libertatis, & pro alleuiatione laboris in itinere.

A & cum tympanis, & tibijs: & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cũ eis. Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus & in partem principatus ipsorum Sacerdotum: filij Phinees, filij Aaron: Iesus, filius Iosedec, Ioacim, filius zorobabel, filij salathiel de domo Dauid, & progenies Phares, de tribu autem Iuda qui locutus est Dario regi Persarum sermones mirificos, in secundo anno regni ipsius mense Nisan primo. Sunt autem hi qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & † reuersi sunt in Ierusalem. Et requisiuit partem Iudææ vnusquisque in ciuitatem suã, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores, E imeo, Emmanio, Mar-B docheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Emonia, vnus de principibus eorum, & numerus a Gentilibus eorum, ex præpositis eorum. Filij Phares, duo millia cẽtum septuaginta duo. Filij Ares, tria millia quinquagintaseptem. Filij Phæmo, centum quadragintaduo. In filijs Iesu & Ioabes, mille trecentiduo. Filij Demu, duo millia quadringẽti septuaginta Filij Choraba, ducenti qnque Filij Banica, centum sexagintaocto. Filij Bebech, quadringentitres. Filij Archad, quadringenti vigintiseptem. Filij Chan, trigintaseptem. Filij Zoroar, duo millia sexagintaseptem. Filij Adinu, quadringenti, sexagintavnus. Filii Aderectis, centum octo. Filij Ciaso & Zelas, centumseptem. Filij Azoroc, quadringẽti trigintanouem Filij Iedarbone, centum trigintaduo. Filij Ananiæ, centum triginta. Filij Asoni, nonaginta Filij Masar, quadringenti vigintiduo. Filij Zabarus, nonaginta quinque. Filij Sepolemon, centum vigintitres. Filij Nepopas, qnquagintaquinque. Filii Hechanatus, centum quinquaginta octo. Filii Cebethamus, centum trigintaduo. Filii Cicarpa-C tros qui Enocadies & Modie: quadringenti vigintitres. Qui ex Gramas & Gabea, centum D vigintivnus, qui ex Bessolon & Ceagge, sexagintaquinque. Qui ex Bastaro, centum vigintiduo. Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque. Filii Liptis, centum quinquagintaquinque. Filii Labonnim, trecenti quinquagintaseptem. Filii Sichem, trecenti septuaginta. Filii Suadon & Chomus trecenti septuagintaocto: Filii Ericus, duo millia centum quadragintaquinque. Filii Anaas, trecẽti septuaginta. Sacerdotes. Filii Ieddus, filii Euther, filii Eliasib, trecẽtiseptuagintaduo Filii Emerus, ducenti qnquagintaduo. Filii Faiurii, trecenti qnquagintaseptẽ Filii Carec, ducenti vigintiseptẽ. Leuitæ: Filii Iesu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias septuagintaquatuor Oĩs numerus a duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexagintaduo. Filii & filiæ & vxores, oĩs cõputatio, quadraginta millia ducenti quadragintaduo. Filii sacerdotum q psallebant ĩ templo. Filii Asaph, centum vigintiocto. Ostiarij verò filij Esmenni, filij Azer, filij Amon, filij Accuba, Topa, filij Tobi, omnes centum trigintanouem. Sacerdotes seruientes in templo. Filij Sel, filij Guspha, filij Tobloch, filij Cariæ, filij Su, filij Heliu, filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Cãna, filij Geddu, filij An, filij Radin, filij Desanon, filij Nechoba, filij Caseba, filij Gaze, filii Ozui, filii sinone, filij Attre, filij Hastem, F filij

Margin: 1 (Et hæc); 2 (mo.); 3 (Sunt autem); 4 (quos transmi-); † reuersus est.; 5 (Et requisiuit); 6 (qui venerunt); 7 (Nehemias); 8 (& numerus); 9 (a Gentilibus); 10 (Filij Phares); 11 (filiæ & vxores); 12 (lia ducenti).

In c. Esd. c. a Sacerdotes, &c. ✠ Bed. Post catalogum principum inserit catalogum dignitatum & officiorum, vt sacerdotum, leuitarum, nathinæorum, cantorum, & ianitorum iuxta ordinem suum & gradum. Ideo autem scriptura tam vigilanter distinxit quot de quauis generatione captiuorum patriam soluti redierint, vt ex eo E admoneremur qua certitudine Dominus summam electorum suorũ in libro vitæ describat, & velut in albo cæli consignet quot animas quique, fidelium vel prædicando, vel bonorum exempla operum monstrando, ab errore conuerterint, pro quibus singulis certa mercede illos qui conuerterent, remuneret. ☙ Can-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et hæc sunt nom. *Hic consequenter describitur comitiua Zorobabel in speciali. Et primo quantum ad personas hominũ. Secũdo quantum ad numerum animalium, ibi.* Cameli. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur hominum numeratio. Secundo aliquorum distinctio, ibi.* Hi sunt filij. *Prima adhuc in tres, quia primo ponuntur comitiuæ duces. Secundo vulgares, ibi.* Sunt autem hi. *Tertio sacerdotes, ibi.* Filij sacerdotum. *Circa primum sciendum quod sicut dicit Iosephus 11. lib. antiquitatũ. Zorobabel existẽs in Iudæa audita coronatione Darii, iuit ad eum vt impetraret perfici templum, cuius constructio fuerat impedita per Cambysem Cyri filium, vt habetur 1. Esd. 4. & infra repetitur eo. ca. Et factus fuit corporis sui custos per modum supradictum. Et secundo anno Darii impetrauit intentũ per modũ predictũ. Duxit autẽ secũ filiũ suũ, de quo fit hic mentio, et Iesum filiũ Iosedec sacerdotẽ magnũ qui habebat negotiũ cordi sicut & Zorobabel. Et isti tres adduxerũt tunc populum in hoc capitulo numeratum, præter eos quos ante adduxerant tempore Cyri Et sic patet sententia primæ partis hoc excepto.* (Diuisio.; Iosephus.)

2 Men. i. *qui primus est in mẽsibus anni. Exo. 12. Sed hoc est intelligẽdum quantũ ad solẽnitates quæ fiunt apud Hebræos per circulum anni. sed quantũ ad alia negotia primus mẽsis anni dicitur Tisri apud eos, qui correspondet Septẽbri nostro: sicut dixi plenius Gen. 7. et Exo. 12.*

3 Sunt autem. *Hic consequenter ponitur numeratio vulgarium. Et patet sententia, quia solum ponuntur hic nomina hominũ et numerum eorum, exceptis paucis quæ exponuntur.*

4 Quos trã. filios eorũ quos transmigrauit. *Nã vltimo ducti in Babylonẽ fuerũt captiuati cũ Sedecia rege, a quo tempore vsq; ad secũdũ annũ Darii, qui dedit hanc licentiã redeundi in Iudæam, fluxerũt 70. anni secũdũ minorẽ cõputationẽ, et adhuc plures secũdũ illã quã secutus sum iudicio meo tamẽ veriorẽ. Esth. 1. et Dan. 9. et sic pauci aut nulli de trãsmigratis remãserũt viui, vñ et Zorobabel dux istorũ fuit natus in Babylonia, & pp hoc sic nominatus Zorobabel. i. s mẽ Babylonis*

5 Et re. iu. *Iungatur sic litera.* Et re. iu. *Ad faciẽdũ Deo oblationẽ.*

6 Vnus. in ci. su. *scilicet, de Ierusalem oblatione sua facta.*

7 Et re. par. Iu. *s. illam in qua non erat hæreditas patrum suorum. Alii sic habẽt* Et requisiuit partẽ Iudææ. *Et tũc exponitur affirmatiue vz illã in qua erat hæreditas patrũ suorũ. Et continuetur litera.* Vnusq. in ciuitatem suam. *vt supra.* Qui venerunt. *Sequitur.*

8 Et numerus. *eorum separatus.*

9 A Gentilibus. *Babyloniam habitantibus.*

10 Ex præposit. eo. *id est, factus est per præpositos Iudæorum.*

11 Omnis cõp. *hoc additur, quia in hoc numero aliqui includũtur, quorum nomina et numerus particularis non exprimuntur cũ prædictis.*

12 Filij sac. *Hic consequenter ponitur numeratio quantũ ad sacer-* ✠ dotes

A filii Asiana, filii Manei, filii Nasisim, filii Accusu, filii Agista, filii Azui, filii Fauon, filii Phasalon, filii Meedda, filii Phusa, filii Caree, filii Barcus, filii Saree, filii Coesi, filii Nasith, filii Agisti, filii Pedon, Salomon, filii eius, filii Asophot, filii Phazida, filii Celi, filii Dedon, filii Gaddahel, filii Sephegi, filii Aggia, filii Sachareth, filii Sabbathem, filii Caroneth, filii Malsith, filii Ame, filii Sasus, filii Addus, filii Suba, filii Eura, filii Rahotis, filii Phasphat, filii Malmon. 1 Omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octogintaduo. 2 Hi sunt filii qui ascenderunt a Chermel, & Thersa, principes eorum, Carmelam, & Careth: & non poterant edicere ciuitates suas, & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel. Filii Dalari, filii Thubal, filii Nechodaici, ex sacerdotibus qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti filii Obia, filii Achisos, filii Addin: B qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu, & vocati sunt nomine eius. 3 Et horum quæsita est generis scriptura in pedatura, & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias, & Astharas ne participentur sancta, 4 donec exurgat pontifex doctus in ostensionem, & veritatem. 5 Omnis autem Israel erat, exceptis seruis, & ancillis, quadraginta milia, trecenti quadraginta. 6 Serui horum, & ancillæ, septem milia trecenti triginta septem. a Cantores, & cantatrices, ducenti sexagintaquinque. Cameli, quadringenti trigintaquinque. Equi septem milia trigintasex. Muli, ducenta milia quadragintaquinque. 7 Sub- C iugalia quinque milia vigintiquinque. 8 Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Ierusalem innouare, & suscitare templum in loco suo secundum suam D virtutem, & dari in templum thesaurum operum sacrum, auri minas duodecim milia, & minas argenti quinque milia, & stolas sacerdotales centum. Et habitauerunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem, & in regione, & sacri cantores, & ostiarii, & omnis Israel in regionibus suis.

a *Cantores, & cant. &c.* ✠ Beda. Bene cantoribus etiam cantatrices iunguntur propter sexus & vocum diuersitatem, quę corda audientium ad Dei laudem accendant.

b *Instan-*

9 b Instante autem septimo mense, cumque essent filii Israel vnusquisque in suis rebus, conuenerunt 10 oẽs vnanimes in atrium, quod erat ante ianuam orientalem. Et stantes Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare, vt offerrent super illud holocaustomata, secundum quod in libro Moysi hominis Dei 11 scripta sunt. Et conuenerunt ibi ex aliis nationi- 12 bus terræ, & erexerunt sa- 13 crarium in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant hostias, & holo- 14 caustomata Dño matutina. Et egerunt scenophegia, & diem solemnem, sicut præceptum est in lege, & sacrificia quotidie, sicut oportebat, & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathorum, & neomeniarum, & dierum solemnium omnium sanctificatorum. Et quotquot vouebant Domino a neomenia septimi mensis, cœperunt 15 hostias offerre Deo, & templum Dñi nondum erat ædificatum. Et dederunt pecuniã lapidariis, 16 & fabris, & potum, & pabula cum gaudio. Et de- F derunt carra Sidoniis, & Tyriis, vt trãsueherent 17 illis de Libano trabes cedrinas, & facerẽt rates in

bb *Instante autem septimo mense, &c.* ✠ IOSEPHVS. Cum septimus uenisset mensis ex quo de Babylone egressi sũt, mittens Iesus princeps Sacerdotum, & Zorobabel iudex, cunctos ex prouincia Ierosolymis congregauit. Qui sine dilatione construxerunt altare, in loco quo prius ædificatum fuerat, & legitimas super ipsum hostias obtulerunt secundum legem Moysi. E Dumque hæc facerent, gentes offendebantur uicinę, quæ eis odiosæ erant. Celebrauerunt autem eo tempore dies tabernaculorum, quemadmodum legislator Moses præceperat. Li.11.Ant.c.3

Aedi-

NICOLAVS DE LYRA.

dotes, et Leuitas in diuersis officijs ministrãtes. Et patet litera vsq. ibi.

1 Omnes sac. ser. *i. in sacro ministerio.*

Diuisio. 2 Hi sunt filij. *Hic ponitur quorundam ab aliis distinctio, et primo vulgarium qui nescierunt ostendere radicem generis sui, propter quod ignotum fuit vtrum essent de genere Israel, vel non, iuncti sunt tamen populo Israel, sicut & Gentiles, qui conuertebantur ad Iudaismum. Secundo sacerdotum qui non potuerunt inuenire genealogiam suam, nec per consequens ostendere quod essent de sacerdotali genere, & sic prohibiti sunt comedere panes propositionis, quibus licitum erat uti tantum sacerdotib. Et patet sententia ex dictis exceptis quæ sequuntur.*

3 Et horum quæsita est. *i. inuestigatio genealogiæ, & dicitur a peda pedæ, quod significat idem quod vestigium.*

4 Donec ex. &c. *qui sciat super hoc ueritatem dicere per scripturam, vel spiritum prophetiæ.*

5 Om. au. Is er. 12. *milia, & cæ. ly* 12. milia. *non est de textu, sed insertum est per imperitiam scriptorum, quia contradicit ei quod subditur.*

6 Quadragin. *hic ponitur numerus animalium. Et patet his exceptis.* 7 Subiugal. *per quæ intelliguntur asini & boues, hic non expressi, & sunt iugo, & oneribus deputandi.*

8 Dum ve. &c. *i. in locum vbi fuerat templum, quia nondum erat readificatum, sed postea anno sexto Darii fuit consummatum, vt habetur 1. Esd. 6. cap.*

Instan.

9 Instan. aut. *postquam posita sunt huius libri propria, hic reuertitur auctor ad repetendum quæ sunt alibi scripta. Et primo quæ contigerunt sub Zorobabel duce. Secundo sub Esdra sacerdote, cap. 8. prima in tres, quia primo repetitur fundationis templi inchoatio. Secundo impedimenti procuratio, ibi.* Et audierunt. *Tertio operis resumptio, c. 6. Circa primum primo ponitur altaris holocausti erectio. Et patet sententia ex dictis 1. Esdrę 3. exceptis quæ sequuntur,* Inst. au. se. men. *Hoc non refertur ad istud quod dictum est in parte precedenti, quod fuit tempore Darii, sed refertur ad tempus Cyri, quando Iudæi primo redeuntes de Babylone venerunt in Ierusalem, vt patebit in litera sequenti.*

10 In atrium quod. *i. quæ prius fuerat, quia nondum erat reædificata.* 11 Et conue. ibi ex aliis nationib. *quia plures de Iudæis qui euaserant Chaldæos in destructione Ierusalem, & fugerant in Aegyptum, & in aliis locis circa Iudæam, audito reditu illorum qui uenerant de Babylone, venerunt ad eos.*

12 Et erexerunt sacrari. *i. altare holocausti.*

13 Omnes gentes. *i. Iudæi qui redierunt de multis gentibus.*

14 Et egerunt scen. *i. festum tabernaculorum, quod celebratur septimo mense.*

15 Et templum. *Hic repetitur templi fundatio. Et patet litera ex dictis 1. Esdræ 3. bis exceptis.*

16 Et dederunt. *idest, currus ad trahendum ligna vsque ad mare.*

17 Et facerent. *Ligna sunt coniuncta ad inuicem fortiter, quæ du-*

Ioppe portu, secũdum decretum, quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum, [1] Et in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem mense secundo, inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnes, qui aduenerant de captiuitate in Ierusalem, & fundauerunt templum Dei, nouilunio secundi [2] mẽsis secũdi anni, cum venissent in Iudæã, & Ierusalẽ. Et statuerunt Leuitas à viginti annis super opera dñi, & stetit Iesus, & filius eius, & fratres, [3] omnes Leuitæ cõspirãtes, & executores legis facientes opera in domo domini. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis, & Leuitæ filij Asaph habentes cymbala, collaudantes dominum, & benedicentes se-[4]cundum Dauid regẽ Israel. Et cantabant canticum dño, quoniam dulcedo eius, & honor in secula super omnem Israel. Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes dominum in suscitatione domus dñi. Et venerunt ex sacerdotibus, & Leuitis, & præsidentibus secundũ pagos senioribus, qui viderant pristinam domũ, & ad huius ædificationem cũ clamore, & plãctu magno, & multi cum tubis, & gaudio magno, intantũ vt populus non audiret tubas pp planctum populi, turba. n. erat tubis canens magnifice, ita vt longe audiretur [5] Et audierunt inimici tribus Iudæ, & Beniamin, & venerunt scire, quæ esset vox tu-[a]barum. Et cognouerunt, qm̃ qui erant ex captiuitate, ædificant templum dño Deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, & Iesum, & præpositos pagorum, dixerunt eis: Ædificabimus vna vobiscum. Similiter enim audiuimus dñm nostrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Assyriorum, qui transmigrauit nos huc. [6] Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, principes pagorum Israel. Non est nobis, & vobis ædificare domum Dei nostri. Nos enim soli ædificabimus domino† Israel, secundum ea, quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. [7] Gentes autem terræ incubantes his, qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis, & insidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare, [8] & aggressuras exercentes impedierunt ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, [9] & pertraxerunt structuram per biennium vsque ad Darij regnum.

A a *Aedificabimus vna vobiscum, &c.* ✠ Iosephus. (Lib. 11. Ant. cap. 3.) Cum clangores tubarum audissent Samaritę, odium erga tribum Iuda & Beniamin habentes, concurrebant, causam tubæ volentes agnoscere. Videntesq; quod captiui Iudęi à Babylone redeuntes templum reædificassent, petierunt B vt ipsis quoque permitteretur, vna cum eis tẽplum renouare. Nam non colimus, dicebant, minus ab illis Deum, quoniam & religionis cupidi ex illo tempore sumus, ex quo nos hic Salmanasar Assyrius rex ex Chutia & Media migrauit. Zorobabel & princeps sacerdotum Iesus responderunt C impossibile D esse eis communicare: adorare vero si vellent, licere: & hoc solum illis esse commune, & omnib' venientibus ad templum, adorare Deum.

✠ Cyrillus Alex. (Collectan. Mixt. Cent. 4. cap. 75. & 78.) Zorobabel est mens actiua, Iesus autem cõtemplatiua, principes familiarũ sunt potestates animæ. Ad eos accedunt dæmones vo-E lentes simul ędificare domũ domini. Dolo se enim affectibus sese insinuant, tanquã simul cum eis prompto animo id agerẽt, vt perdito mediocritatis æquilibrio, ferantur ad aliud eis gratũ. Sed Zorobabel & Iesus repulerunt illos, bene scientes qđ eorũ admissio totã destruit ædificationẽ. F

† Deo.

NICOLAVS DE LYRA.

cuntur per mare sicut naues.

1 *Secundum decret.* Ex hoc patet quod dictum est, scilicet quod hæc referuntur ad tempus Cyri.

2 *Et fun. tem. Dei nou.* Id est in principio secundi mensis. Nam Hebræi faciunt menses secundum lunationes.

3 *Et fra. om. Leui. con.* id est, vno spiritu & voluntate ad opus Dei aspirantes.

4 *Et bene. sec. Dau.* Id est, secundum psalmos ab eo compositos.

5 *Et aud. inim. tri.* Hic consequenter ponitur operis impedimentum. Et patet sententia ex dictis 1. Esdræ 4. exceptis quæ sequuntur.

6 *A diebus Asbazareth.* 1. Esdræ vocatur Assor haddam.

7 *Gen. au. ter. inc.* id est, vigilanter insidiantes ad opus impediendum.

8 *Et aggressuras exercentes.* id est, insultus præparantes. & dicitur ab aggredior.

9 *Et prot. stru. per bien. &c.* Istud non potest sic intelligi, quòd à tempore huius impedimenti fuerit tantum biennium vsq; ad Darij regnum. Nam secundum minorem computationem fuerunt ibi viginti duo anni. & ideo istud biennium intelligitur de impedimento operis per insultus Samaritanorum, ita quod Iudæi parum poterãt operari, & interim procurabant Samaritani ad mandatum regis, opus totaliter impediri, quod est factum in fine illius biennij, & durauit vsque ad secundum annum Darij.

CAPVT VI.

[1] IN secundo autem anno regni Darij, prophetauit [2] Aggæus, & Zacharias, filius Addin prophetæ apud Iudæam, & Ierl̃m, in nomine Dei Israel super eos. [b] Tũc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerunt ædificare domum domini, quæ est in Ierusalem, cum adessent eis prophetę domini, & adiuuarent eos. [3] In illo tpe venit ad illos

CAP. VI. a *IN secundo, &c.* ✠ Iosephus. (Lib. 11. Ant. cap. 3.) Hęc faciebant anno à reditu Iudęorum secundo, mense secundo, quando iactis templi fundamentis, prima die Decembris cœperunt superstruere, proposueruntque operi curando quotquot Leuitarum vigesimum annũ attigerant, & Iesum cum filiis ac fratribus.

b *Tunc stans Zorobabel, &c.* (Collectan.) ✠ Cyrillus. Zorobabel nouus qui per veterem fuit figuratus, est Iesus Christus, qui fuit conceptus in ☞ confusione

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

1 IN *secundo anno.* Hic consequenter describitur operis resumptio. Et secundo resumptionis confirmatio, ibi: *In ipso tempore venit.* Prima pars patet ex dictis 1. Esdræ 5. cap. hoc excepto.

2 *Zachari. fi. Add. prophetæ.* 1. Esdræ 5. cap. dicitur: *filius Addo.* & est idem nomen variatum in fine: sicut frequenter fit in nominibus proprijs in Gallico & Latino.

3 *In illo temp. venit ad illos.* Hic consequenter ponitur resumptionis cõfirmatio. Circa quã primo ponitur ædificantiũ interrogatio & rñsio. Secundo rñsionis ad regem relatio, ibi: *Exemplum epistolæ.* Tertio regis responsio, ibi: *Tunc Darius rex.* Sententia primæ & secũdæ partis patet ex dictis 1. Esdr. 5. c.

Tunc Da-

A confusione nostræ naturæ. Et genitus quidem est homo perfectus, qui non fuit nobiscum captiuus, neque attractus ad confusionem animi motuum ac perturbationum. Peccatum, inquit, non fecit, inter nos autem captiuus est natus, & cum nobis iniquis est reputatus. Ipse est qui verbo & facto vicit totum mundum, & verè liberat eos qui ipsi parent, & à tenebris reducit ad lumen, B & à vitio ad virtutem, & à morte ad vitam, & à terra in cęlum. Ipse est sapiens ædificator templi ratione præditi, quod à nostris conflagrat affectibus & perturbationibus. Qui construxit non manufactum templū adsumptionis, in quo etiam habitauit.

Sisennes subregulus Syriæ, & phænicis, & Satrabuzanes, et sodales eius, & dixerunt eis: Quo pręcipiente vobis domū hanc ędificatis, & tectū istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores, qui hęc ędificant? Et habuerunt gratiam visionē facta super eos, qui erāt ex captiuitate à domino seniores Iudæorum, & non sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur. Exēplum epistolæ, quā miserunt Dario: Sisennes subregulus syriæ, & Phœnicis, & (1) Satrabuzanes, & sodales eius, in Syria, & Phœnice præsides regi Dario salutē. Omnia nota sint domino regi, quod cum aduenissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Ierusalem, inuenimus ædificātes domum Dei magnam, & tēplū (2) ex lapidib. politis, (3) & magnis, (4) & pretiosis materiis in parietibus, & opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria, quam diligentissime perfici. (5) Tunc interrogauimus seniores, dicentes: Quo permitten- (6) C te vobis ædificatis domum istam, & opera hæc (7) fundatis? Ideo autem intertogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines, & præpositos, & nominum scripturam præpositorum postulauimus illos. At illi responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui domini, qui fecit cælum, & terram, & ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel magno, & fortissimo, & consummata est. Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, & peccauerunt in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum, & domum istam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare, & illa

D sacra vasa aurea, & argentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de domo, quæ est in Ierusalem, et consecrauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo, quod erat in Babylonia, et tradita sunt zorobabel, & Salmanasaro subregulo. Et præceptum est eis, vt offerrent hæc vasa, & reponerent in templo, quod erat in Ierusalē, & ipsum templum Dei ædificare in loco suo. Tunc salmanasarus subiecit fundamenta domus domini, quæ est in Ierusalem, & exinde vsque nunc ædificatur, & non accepit consummationem. Nunc ergo si iudicatur à te O rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis, quæ sunt in Babylonia, & si inuentum fuerit consilio Cyri regis cœptam esse structuram domus domini quæ est in Ierusalem, & iudicatur à domino rege nostro, scribat de his nobis. Tunc Darius rex pręcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus est in E Ecbatanis oppido, quod est in Media regione locus vnus in quo scripta erant ista: Anno primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit domum domini, quæ est in Ierusalem ædificare, vbi incēdebant igni assiduo, cuius altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorū sexaginta, quadratū lapidibus politis tribus, & mœniano ligneo eiusdem regionis, & mœniano vno nouo, & impendia dari de domo Cyri regis, & sacra vasa domus domini, tam aurea, quam argentea, quæ extulit Nabuchodonosor in domum domini, q̄ est in Ierusalem, vbi erant posita, vt ponantur illic. Et præcepit curam agere sisennem subregulū Syriæ, & Phænicis, & satrabuzanē, & sodales e- F ius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice p̄sides, vt abstinerent se ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum ædificare, & prospexi, vt adiuuent eos, qui sunt ex captiuitate Iudæorum, donec consummetur templum ædis domini, & à vexatione tributorum Cœlesyrię, & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium domini zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos. Similiter autem, & frumentum, & sal, & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes, qui sunt in Ierusalem dictauerint consumi quotidie sine vlla dilatione, vt offerantur libationes summo Deo pro rege, & pueris eius, & orent pro ipsorū vita. Et denuntietur, vt quicunq; trāsgressi fuerint aliquid

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc Da. rex. *Hic ponitur regis responsio confirmans operis resumptionem, & inducens ad cōsummationem. Circa quam primo ponitur regis responsio. Secundo diligens executio, cap. 7. Sententia primæ partis patet ex dictis 1. Esdræ 6. exceptis quæ sequuntur.* [Diuisio.]

2 Lapidibus politis tribus. *id est, tribus ordinibus lapidum.*

3 Et mœniano lign. *id est, ordine vno ligneo, sic enim fuit in templo Salomonis, quòd parietes erant exterius de lapidibus, & interius de tabulis cedrinis. Dicitur autē mœnianum à mœnia pluralis numeri, quæ propriè signant clausuram ciuitatis, sed tractum est hoc nomen ad signandum quamcunque clausuram. Et eodem modo mœnianum.*

4 Et mœniano vno nouo. *Expositio est literæ præcedentis sic:* Et, pro. i. mœ. vn. no. *i. facto de lignis quæ non fuerūt alias in opere. Quod autem dicitur hic,* de la. po. *videtur contradicere ei quod dicitur 1. Esdræ 6. a.* Ordines de lapidibus impolitis tres. *Ad quod potest dici, quod lapides isti dicuntur hic politi, eo quòd erant dolat.: ibi vero dicuntur impoliti, eo quod non erant operti laminis aureis: in quibus erant figuræ Cherubim & palmarum. sicut erant tabulæ quæ operiebant interiorem partem parietum templi.*

5 Quæ ext. Nab. *id est, extra Ierusalem tulit in Babylonem.*

6 Et præc. ipse Cyrus, *vt patet ex litera præcedenti & sequenti.*

7 Curam ag. *Vtrum autem isti sint yidem homines numero qui tēpore Cyri & Darij fuerunt in isto officio. dubium est. quod autē fuerint ijdē, videtur per hoc quod hic tempore Cyri & suprà eo. c. & infrà in principio sequentis capituli pro tempore Darii ponuntur eadē ipsorū nomina. Nec videtur impossibilitas ex longitudine temporis. nā à tempore*

A quid ex his quæ scripta sunt aut spreuerint, accipiatur lignum de suis propriis & suspendantur, & bona ipsorum regi ascribantur. Propterea & dominus cuius nomen inuocatum est ibi, exterminet omnem regem & gentem, qui manum suam D extenderit prohibere, aut malè tractare domum domini illam quæ est in Ierusalem. Ego Darius rex decreui quàm diligentissime secundū hæc fieri.

NICOLAVS DE LYRA.

pore Cyri vsque ad secundum annum Darij secundum vnā computationem fluxerunt tantum vigintiquatuor anni, per tantum vero tempus bene contingit aliquando eosdem homines permanere in eodem officio. Quod autem fuerint diuersi homines, videtur ex mutatione regum ad quorū mutationem solent officiales mutari. Darius autem fuit quartus rex Persarum à Cyro secundum Hebræos: secundum alios vero multo plures reges fuerunt inter Cyrum & Darium. Nec est impossibile, quod diuersi homines eiusdem nominis sint in eisdem officiis regalibus diuersis temporibus & sub diuersis regibus.

CAPVT VII.

Tunc Sisenn. &c. ✱ Iosephus. Igitur Sisinnius, & qui cum eo erant, regis voluntatem cognoscentes per epistolam, de reliquo competentia faciebant, & instabant sacris operibus, adiuuantes seniores Iudæorum, & procedebat summo studio templi constructio, prædicentibus Aggæo & Zacharia secundum mandata Dei, & cum voluntate Cyri & Darij regum ædificatum est templum septē annis, &c.

Lib. 11. Antiq. cap. 3.

CAPVT VII.

Tunc Sisēnes sub 1 regulus Cœlesyriæ, & Phenicis & Satrabuzanes, & sodales obsecuti his quæ à Dario rege erāt decreta, insistebāt sacrosanctis B operibus diligentissime coo- 2 perantes cum senioribus Iudæorum principibus Syriæ, & prosperata sunt sacrosancta opera prophetātibus Aggæo & Zacharia prophetis: Et consummauerunt omnia per præceptum domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Da- 3 rij, & Artaxerxis regis Persarum. Et consummata est domus nostra vsque ad tertiam & vicesimam diem mensis Adar sexto anno Darij regis. Et fecerunt filii Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, C & cæteri qui erant ex captiuitate qui appositi sunt, secundum ea quæ scripta sunt in libro Moysi. Et obtulerant in dedicationem templi domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, & hædos pro peccatis vniuersi Israel duodecim, secundum numerum tribuum Israel. Et steterunt sacerdotes & Leuitæ amicti stolis per tribus super opera domini Dei Israel, secundum librum Moysi 4 & ostiarii per singulas ianuas. Et egerunt filii E Israel cum his qui erant ex captiuitate, illud phase quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ. Omnes filii captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt. Et immolauerunt phase vniuersi filii captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus & sibimetipsis. Et manducauerunt filii Israel qui erant 5 ex captiuitate omnes qui † remanserant ab 6 omnibus exercitationibus gentiū terræ quærentes dominum, & celebrauerunt diem festum azymorum, septem diebus epulantes in conspectu domini, quoniam conuertit consilium regis Assyriorum in eos, cōfortare manus eorum ad opera domini Dei Israel. F

† recesserant.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Tunc Sisenn. subre. Hic consequenter ponitur regiæ cōcessionis executio. Et patet sentētia ex dictis 1. Esd. 6. post medium capituli exceptis quæ sequuntur.

2 *Coop. cum se. Iu. princ.* i. Iudeę quę est in Syria. & isti principes erant Zorobabel dux populi Iudęorum, & Iesus filius Iosedec princeps sacerdotum. Quod autem Iudęa sit quedā regio Syrię, patet per hoc, quod descriptio populi facta tempore natiuitatis Christi in Iudęa facta fuit à prēside Syrię Cyrino, vt habetur Luc. 2.

3 *Et ex cons. Cy.* secundum Hebręos Darius & Artaxerxes fuerunt idem homo, nominatus Darius nomine proprio, & Artaxerxes nomine cōmuni regio. sicut dicitur, Tyberius Cęsar, & Augustus Cęsar. quia reges Romani communi nomine Cęsares appellantur. secundum vero Latinos & Gręcos & etiam scriptorem huius secundi libri, quem non recipiunt Hebręi, fuerunt reges diuersi.

4 *Et ege. fi. Is.* dicuntur autem hic filii Israęl illi qui redierūt de transmigratis ante destructionem ciuitatis cum rege Iechonia. Dicuntur autem ex captiuitate illi qui redierunt de de captiuatis cum Sedechia rege destructa ciuitate.

5 *Qui remans. ab omnib. execrationi.* id est, idololatriis.

6 *Gentium ter.* A quibus erant separati per reditum in Iudęam.

CAPVT VIII.

Et post hunc, &c. ✱ Beda. Hic Artaxerxes qui deuotissima mente pro suo modulo templū ac Dei sacerdotes veneratur, eisq; promptum defert famulatū, Christianos principes, sicut & pręcessor eius significat. ✱ Chrysostomus. Non fuit extructa Ierusalem sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomento longimano. Post descensum enim Iudęorum à captiuitate, rursum ascendit Cambyses Cyri filius; deinde duo magi, post hos Darius Hystaspe filius

In 1. lib. Esdr. cap. 5.

Orat. 2. adu. Iudæos.

CAPVT VIII.

Et † post hunc regnāte Artaxerxe Persarū 1 2 rege, accessit Esdras filius Azariæ, filii Helciæ, filii † Solome, filii Sadoc, filii Achitob, filii Ameri filii Azahel, filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazari, filii Aaron primi sacerdotis. Hic Esdras ascendit de Babylonia cū esset scriba, &

† 1. Esdr. 7. a

† Salome.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Et post, &c. Hic consequenter repetuntur facta sub Esdra sacerdote alibi scripta. & primo describitur eius de Babylonia recessus, secundo in Ierusalem aduentus, ibi. *Et factus fuisset.* Circa primum primo describitur status Esdr. 2. gratia sibi facta à rege, ibi. *Rex Artaxerxes.* Sententia primę partis patet ex dictis 1. Esdr. 7. his exceptis.

1 *Post hunc scilicet.* Darium. 2 *Regnante Artaxerxe Persarū.* Ex hoc patet quod dictum est, scilicet quod secundum autorem huius libri Darius & Artaxerxes fuerunt reges diuersi. secundum opinionem vero Hebręorum qui dicunt esse eundem. Potest dici quod ly *post hunc*, non notat personarū diuersitatem sed eiusdem mutationis notabilē renouationē sicut de Saule dicitur 1. Reg. 10. b. Mutaberis in virū alium. Darius autem in gratia facta populo Iudęorū tēpore Esdrę sacerdotis fuit notabiliter renouatus ad bonum Iudęorum, & sic scribitur hic quasi alius. & isto modo loquendi vtitur frequenter liber Apoc. sicut ibidem dixi in pluribus locis.

1 *Et aedi-*

A lius, deinceps Xerxes Darij filius, post hunc Artabanes, post Artabanem, Artaxerxes longimanus imperauit Persidi. Et hic regnum obtineret, anno vigesimo regni illi[9], Nehemias reuersus ciuitatẽ īstaurauit. Et hæc Esdras accuratissime descripsit.

In Chronicis. ⁂ EVSEB. Clemens in primo stromate, ita scribit: Perseuerauit captiuitas annis 70. vsque ad sm annum Darij filij Hydaspis, qui Persis, Assyrijs, & Aegypto regnauit, sub quo Aggæus, & Zacharias, & vnus de duodecim, qui vocat' Angelus (Malachias) ꝓphetauerũt, sacerdotioq; functus est Iesus filius Iosedech.

⁂ IDEM. Nehemias Hebræus, minister vinarius Artaxerxis, cõcedẽte sibi Dño suo, xx. eius anno de Babylone venit in Iudæã, & xxxij. anno, muros, vrbẽq; restituit. Scribit Esdras opus fuisse cõpletũ sub pontifice B Ioade, filio Ioasib, cui successit Ioannes filius suus, qui tẽporibus Alexandri Macedonis fuit.

ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à dño Deo Israel, docere, & facere. Et de 1 dit ei rex gloriã, quòd inuenisset gratiã in omni dignitate, & desiderio in conspectu eius. Et ascẽderũt simul cum ipso ex filijs Israel, & sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cãtorib[9] tẽpli, & ostiariis, & seruis tẽpli in Ierusalem. Anno septimo regnãte Artaxerxe in quinto mense, hic annus septimus est regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mensis, venerunt Ierosolymam † iuxta præceptum illius, secundũ ꝓsperitatem itineris à dño ipsorũ datã eis. In his enim Esdras magnã disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ essent ex lege dñi, & ꝓceptis, & docendo vniuersum Israel omnem iustitiã, & iudicium. Accedentes autem, qui scribebãt scripta Artaxerxis regis, tradiderunt scriptum, quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdram sacerdotem, & lectorem legis dñi, cuius exemplum subiectum est. Rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, & lecto- 2 ri legis dñi, salutem. Humanior ego iudicãs ĩ beneficiis ꝓcepi eis, qui desiderant ex gente Iudæorum sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt in regno meo comitari tecum in Ierusalem. Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiscantur, sicut placuit mihi, & septem amicis meis consiliariis, vt visitent ea, quæ aguntur secundum Iudæam, & Ierusalem, obseruantes sicut habes in lege dñi, & ferãt munera dño Deo Israel, q̃ voui ego, & amici Ierusalem, & omne aurum, & argentum, qđ inuentum fuerit in regione Babyloniæ, dño in Ierusalem cum illo, qđ est donatum ꝓ ipsa C gente ĩ templo dñi eorum, quod est in Ierusalem, vt colligatur hoc aurum, & argentum, & tauros, & arietes, & agnos, & hędos, & quæ his sunt congruentia, vt offerant hostias dño super altare dñi ipsorum, quod est in Ierusalem. Et omnia quæcunque volueris cum fratribus tuis facere auro, & argento, perfice pro voluntate tua, secundum præceptum dñi Dei tui, & sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus domini Dei tui, quæ est in Ierl'm, & cætera quæcunque tibi subuenerint D ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio, cum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice secundum voluntatem dñi. Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ, & Phœnicis vt quæcunque scripserit Esdras sacerdos, & lector legis dñi, diligenter detur ei vsq; ad argenti talenta centum, similiter, & auri, & vsq; ad frumenti modios centũ, & vini amphoras centum, & alia quæcunque abundant sine taxatione. Omnia secundum legẽ Dei fient Deo altissimo, ne forte exurgat ira in re- 3 gno regis, & filij, & filiorũ eius. Vobis aũt dicitur vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquã potestatem obijcere eis quicquam. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei constitue iudices, & arbitros in tota Syria, & Phœnice, & omnes, qui legem Dei tui non nouerunt doce, vt quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ multatione, vel abdu- E 4 ctione. Et dixit Esdras scriba. Benedictus dñs patrũ nostrorũ, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum suam, quæ est in Ierusalẽ, & me honorificauit in conspectu regis, & † consiliariorum, & amicorum, & purpuratorum eius. Et ego constans animo factus sum secundum opitulationẽ dñi Dei mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum. Et hi sunt prępositi secundum patrias suas, & principatus portionales, eorum qui mecũ ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. Et ex filiis Phares Gersomus. Ex filiis siemarith, † Amenus Filiorũ Dauid Accus filius Scecilıæ. Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centũ quinquaginta. Ex filiis ductoris Moabilionis, † Zaraei, & cũ ipso viri ducẽti quinquaginta. Ex filiis Zachues, Iechonias, † zechoeli, & cum ipso viri ducenti quinquaginta. Ex filiis, † Sala, Maasias, Gotholiæ, & cum ipso viri septuaginta. Ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta. Ex filiis Iob, Abdias Icheli, & cum ipso viri du- F centi duodecim. Ex filiis † Baniæ Salimoth, filius Iosaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta. Ex filiis Beer, † zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo. Ex filiis Ezead, Johannes Eccetam, & cum ipso viri centũ decẽ. Ex filiis Adonicam, ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum: Eliphalã, filius Gebel, & Semeias, 5 & cum ipso viri septuaginta. Et congregauit,

† secundum. † consiliatori. † Amel is. † Zarati. † Iezeli. † Achari. † Banniæ.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dedit ei rex gloriam. *idest. honorem coram multis. Est enim gloria honor exhibitus alicui in præsentia multorum.*

2 Rex Artaxerxes. *Hic ponitur gratia regis Esdræ facta, & diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huius gratiæ descriptio, secundo ipsius Esdræ gratiarum actio, ibi.* Et dixit Esdras. *Sententia primæ partis patet ex dictis 1. Esdræ 7. hoc excepto.*

Diuisio.

3 Nullum tributum. *idest, exactio, vel graue præceptum.*

4 Et dixit. *Hic consequenter ponitur ipsius Esdræ gratiarum actio, & consequenter populi cum Esdra redeuntis in Ierusalem enumeratio ibi.* Et hi sunt præpositi, &c. *& patet sententia ex dictis 1. Esd. 8. exceptis, quæ sequuntur.*

5 Et congregauit. *Esdræ viij. dicitur Hauua: erat enim binomius.*

A eos ad fluuiū, qui dicitur Thia, & metati illic fui[1]mus triduo, & recognoui eos. Et ex filijs sacerdotū, & Leuitarū nō inueni illic. Et misi ad Eleazarū, & Ecceló, & Masinam, & Malobā, & Enaathan, & Samea, & Ioribū, Nathan, Enuagan, Zachariā, & Mosollamum, ipsos ductores peritos. Et dixi eis, vt venirent ad Loddeū, qui erat apud locū gazophylacij. Et mandaui eis, vt dicerent Loddeo, & fratribus eius, & illis, qui erant in gazophylacio, vt mitteret nobis eos, qui sacerdotio fungerent̃ in domo domini Dei nostri. Et adduxerunt nobis secūdum manū validā domini Dei nostri viros peritos, ex filijs Moholi, filij Leui, filij Israel, Sebebiā, & filios, & fratres, qui erant decem, & octo Asbiā, & † Amin ex filiis filiorū[2] Chananæi, & filii eorum viri viginti. Et ex his, qui tēplo seruiebāt, quos dedit Dauid, & ipsi prīcipes ad operationē Leuitis templo seruientium, ducēti viginti. †Omniū nomīa significata sunt in scripturis. a Et voui illic ieiuniū iuuenibus in conspectu Dei, vt quęrerē ab eo bonū iter nobis, et qui nobiscū erant, ex filiis, & pecoribus propter insidias. Erubui enim petere à rege pedites, & equites in comitatu tutelæ gratia cōtra aduersarios nostros. Diximus .n. regi qm̄ virtus dñi erit cū eis, qui inquirunt eū in omni affectu. Et iterū deprecati sumus dñm Deum nr̃m secundum hęc quē, & propitium habuimus, & b cōpotes facti sumus Deo nostro. Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus tēpli viros duodecim, & sedebiā, & †Asamiā, & cū eis ex fratrib. eorum viros decem. Et appendi eis argentum, & aurū & vasa sacerdotalia domus dñi Dei nr̃i, quę donauerat rex, & consiliarii eius, & principes, & omnis Israel. Et cū appendissem, tradidi argenti talenta centū qnquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centū, & vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono ęramento splendentia, duodecī, auri speciem red[3]dentia. Et dixi eis: Et vos sancti estis dño, & vasa sunt sancta, & aurum, & argentum votum est dño Deo prum nr̃orū. Vigilate, & custodite donec tradatis ex plebis pposit̃is, & sacerdotib. & Leuitis, & principib. ciuitatum Israel in Ierl̃m, ī [4] pastoforio domus Dei nostri. Et hi, qui suscepe runt sacerdotes, & Leuitæ, aurum, & argentum & vasa ītulerunt in Ierl̃m in templum dñi. Et pmouimus à fluuio Thia die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Ierl̃m. Et cū [5] factus fuisset tertius dies, quarta āt die pōderatum aurum, & argentum, traditum est ī domo dñi Dei nr̃i, Marimoth filio Iori sacerdoti, & cū [6] ipso erat Eleazar filius Phinees, et erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ, ad numerum, & ad pondus vniuersa. Et scriptum est pōdus ipsorum eàdē hora. Qui autē venerunt ex c captiuitate, obtulerūt sacrificium dño Deo Isrl̃, tauros duodecim p oī Israel, arietes octogintasex, agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecī, oīa in sacrificium dñi. Et relegerunt pcepta regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis, & honorificauerunt gentem, & templum dñi. Et cōsummatis his, ac[7]cesserunt ad me pposit̃i, dicentes. [8] Non segregauerunt genus Israel, & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, & alienigenæ gentes, & nationes terræ immūditias suas à Cha[9]nanæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Iebuzæis, & Moabitis, & Ægyptiis, & Idumæis. Coniuncti enim sunt filiabus eorum, et ipsi, et filii eorum, et commistum est semen sanctum alienigenis gētib. terræ, et participes erāt præpositi, et magistratus iniquitatis huius, ab ini[10]tio ipsius regni. Et mox, vt audiui d [11] ista conscidi vestimenta, et sacram tunicam, et [12] lacerans capillos capitis, et barbā, sedi dolēs, et mœstus. Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo dñi Dei Israel, ad me lugen-

In 1. Esd. c. 8. a *Et voui, &c et.* ❊ BEDA. Diligentius intuendum, quod ieiunium præmittitur, vt sic oratio subsequatur. Primo nāq; ait. *Et voui illic ieiunium, ut affli. &c.*

b *Et separaui.* ❊ IDEM. B Sæpius dictum est † Antium. quod argētū, & aurum, & vasa, quæ de Babylone Ierosolymā mittebātur, animas designarēt, quæ de confu- † Omnia. sione, & erroribus mūdi huius conuerterentur ad Dominum. Vnde apte hæc vasa sacerdotibus cōmendat Esdras, qui ea Ierosolymā perferant, quia per sacerdotū necesse est manus diluātur in baptismo, & cōsecrent̃ Dño, quicūque ad consortium sanctæ ecclesiæ pertingere desiderant. Qui

† Asannam. C

c *Qui autē venerūt ex ca. etc.* ❊ BEDA. Magna deuotio corū, & religio ondit̃, qui dū venerant à E captiuitate, peruenientes ad tēplū, & altare Dñi primo obtulerūt holocausta non tm̄ p se, sed & p oī Israel, hoc est, & pro eis, qui iādudū reuersi fuerant, & p illis, q adhuc extorres prīæ durabāt, vt oia authoris sui misedia protegeret.

In 1. Esd. c. 9. d *Et mox, ut audiui, etc.* ❊ BE. Esdras intimū cordis dolorē ondens, scidit vestimētū, euellit pilos capitis, & barbā, sedet mœrens, vt tali dehonestamento corporis, & indumēto, cū mœrore vult°, F velocius omniū aios ad penitētiā, vel sui, vel fraterni reatus excitet.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et metati illic.* i. tentoria posuimus. 2 *Ex filiis fil.* Propriū nomen est cuiusdā Iudæi, ita q non est adiectiuū, & commune quo denominant̃ illi, q erāt de tribu Chā filij Noe. 3 *Et uos sancti.* i. deputati ad seruiēdū dño, & hoc ēt modo res inanimatæ, quæ applicantur diuino cultui dicuntur sanctæ.
4 *In past.* Est autē pastoforium thalamus deputatus ad comedendū extra atriū sacerdotum, & dr̃ quasi foris positum. in talibus. n. thalamis comedebant coram domino illi, qui offerebāt hostias pacificas, quarū vna pars cedebat in vsum eorum. 5 *Et cū.* Hic consequenter describit̃ quid factū est in Ierl̃m in aduentu Esdrę, & diuidit̃ in duas partes, qa primo describit̃ oblationū regis, & principū, & aliorū traditio. scd̃o alienigenarū separatio, ibi: *Et consummatis.* Sñia primæ partis patet ex dictis j. Esdrę 8 hoc excepto. 6 *Et cum.* Iste non ē Phinees filius Eli mortuus. n. fuit longe ante j. Re. 4.
7 *Et cons.* Hi consequēter describit̃ ppl̃i Israel ab alienigenis separatio. Circa q̄ sic pcedit̃, quia primo ponitur cōmistiōis denūtiatio. 2 Esdræ lamētatio, ibi: *Et mox, ut audiui.* 3. dicta sequestratio, ibi: *Et cū adorando,* Sñia primæ partis patet ex dictis j. Esd. 6 his exceptis. 8 *Accesserūt.* s. filiorū Israel. 9 *Immūditias.* qa mulieres alienigenę docebāt filios suos idololatrare, & ad hoc ēt inducebāt maritos suos. 10 *Ab initio.* hoc est dictū, q istud malū incepit à potētiorib. populi sm̄, qd̄ dr̄ 1. Esd. 9 a. Manus principū, & mr̃atuum fuit in transgressione hac prima. illa. n. quæ sunt in hoc libro, qui apocryphus est dubia demōstrāda sunt p illa, q̄ sunt in 1. Esdræ, qui liber est de canone. 11 *Et mox.* Hic ɔñr ponit̃ ipsius Esd. lamentatio p populi pctō, & patet sñia ex dictis 1. Esdr. 9. exceptis, quæ sequuntur. 12 *Et sacram.* s. sacerdotalem, quæ dicitur sacra, quia

a *Confusus sum,&c.* A ✠ Chryſ. Vna ſolaq; purgatio peccatorib. reliqua eſt poſt pctã, videlicet, vt ſua cõmiſſa cõfiteant. Tu verò mihi cõſidera & iuſti virtutem, & Iudæorũ ĩprobitatẽ. Nã ille quidẽ nullius mali ſibi ꝯſci⁹, ſeipſũ multa cũ auſteritate dãnat, dicẽs: Peccata noſtra multiplicata ſunt ſup capita noſtra. (Oratio 1. adu. Iudæos.) b *Et*

tem ſuper iniquitatem iſtam; & ſedebam triſtis vſque ad ſacrificium veſpertinum. Et cõſurgens a ieiunio, conſciſſa habens veſtimenta, & ſacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad dominum, dicebam: Domine, cõfuſus ſum & reueritus ſum ante faciem tuã. Peccata enim noſtra multiplicata ſunt ſuper capita noſtra, & iniquitates noſtræ exaltatæ ſunt vſque ad cælũ, quoniam a temporibus patrum noſtrorum ſumus in magno peccato vſque in hunc diem. Et propter peccata noſtra, & patrum noſtrorum ſumus traditi cum fratribus noſtris, & cum ſacerdotibus noſtris, & regibus terræ in gladium & captiuitatem & deprædationem cum confuſione, vſque in hodiernum diem. Et nunc quantum eſt hoc quod contigit nobis, miſericordia abs te domine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen in locum ſanctificationis tuæ, detegere luminare noſtrum in domo domini Dei noſtri, dare nobis cibum in omni tẽpore ſeruitutis noſtræ. Et cum ſeruiremus non fuimus derelicti a domino Deo noſtro, ſed conſtituit nos in grã, ponens nobis reges Perſarum dare cibum, & clarificare tẽplum dñi Dei noſtri & ædificare deſerta Sion; dare nobis ſtabilitatẽ in Iudæa & Ieruſalẽ. Et nunc quid dicimus habentes hæc dñe? Tranſgreſſi enim ſumus præcepta tua, quæ dediſti in manus puerorũ tuorum prophetarũ, dicens: Quoniam terra in qua † introiſtis poſſidere hæreditatẽ eius, terra polluta eſt coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleuerunt eã totam immunditia ſua. Et nunc filias veſtras nõ coniunge tis filiis eorũ, & filias eorum non accipietis filiis veſtris: & nõ inquiretis pacem habere cum illis omni tẽpore, vt inualeſcentes mãducetis optima terræ & hæreditatẽ diſtribuatis filiis veſtris vſq; in æuum. Et q̃ cõtingunt nobis oĩa fiunt ꝑpter opera noſtra maligna, & magna peccata noſtra. Et dediſti nobis talẽ radicẽ, & rurſum reuerſi ſum⁹ trãſgredi legitima tua, vti cõmiſceremur immunditiæ alienigenarum gentium terræ huius. Nonne iraſceris nobis ꝑdere nos, quoadusque nõ relinquatur radix & nomẽ noſtrum? Domine Deus Iſrael verax es, derelicta eſt enim radix vſque in hodiernum diem. Ecce nunc ſumus in conſpectu tuo in iniquitatibus noſtris. Non eſt enim adhuc ſtare ante te in his. Et cum adorando confiteretur Eſdras flens, humi proſtratus ante tẽplum, congregati ſunt ante eum ex Ieruſalẽ turba magna valde: viri mulieres, & iuuenes & iuuenculæ: Fletus enim erat magnus in ipſa multitudine. Et cum clamaſſet Iechonias Ieheli ex filiis Iſrael dixit Eſdræ: Nos in dominum peccauimus, quod collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ: Et nunc es ſup omnem Iſrael In his ergo ſit iuſiurandum a domino, expellere oẽs vxores noſtras, quæ ex alienigenis ſunt cum filiis earum. ſicut tibi decretum eſt a maioribus ſcđm legẽ dñi exurgẽs explica: ad te enim ſpectat † negotium, & nos tecum ſumus. Viriliter fac: Et exurgẽs Eſdras adiurauit principes ſacerdotum & Leuitas, & omnẽ Iſrael facere ſecundum hæc, & iurauerunt.

† incidiſtis.

b *Et quæ contingũt nobis, &c.* ✠ Aug. Hoĩes plerunq; apertẽ, plerumq; occultẽ luunt ꝑ ſuis factis diuinitus pœnas, ſiue illic vita, ſiue poſt mortem q̃uis nullus hoĩum agat rectè, niſi diui no adiuuetᷣ auxilio. ✠ Idem. Si nunc omne peccatũ maniſeſte plecteretur pena, nihil vltimo iudicio reſeruari putaretur: Rurſus ſi nullum peccatũ puniret apertè diuinitas, nulla eſſe prouidentia diuina crederetur. (Li. 1. de ciuit. c. 1. Lib. 1. ca. 8. ciuit.)

NICOLAVS DE LYRA.

quia fuit diuino cultui deputata.
1 Ingeniculans & extendens, &c. *id eſt, genua mea flectens.*
2 Et nunc quantum 1. *Eſdr. 9. b. dicitur.* Et nunc ad parũ, &c. *& exponatur hoc ſicut illud.*
3 Vſque in. *id eſt, in ſeculum, vt habetur* 1. *Eſdræ.* 9.
4 Et rurſum reuerſi. *hoc non habetur* 1. *Eſd.* 9. *vbi ſic habetur.* Et dediſtis nobis ſalutẽ ſicut eſt hodie, vt non reuerteremur, etc. *ſ. ad priſtina vitia, ſed quia populus reuertens fecit contrariũ, ideo hoc exprimit hic cũ dr.* Et rurſũ re. etc. *et patet litera ex dictis,* 1. *Eſd.* 9.
5 Et cum ad. *Hic cõſequẽter ponitur Iſrael ab alienigenis ſequeſtratio. Circa quod primo deſcribitur populi cõgreſſus, ſecundo preparatio actus.* 9. *c. ibi.* Et cõſederũt. *Prima in duas, quia primo ponitur cõſenſus principum, ſecundo vulgarium, in principio* 9. *ca. Sententia primæ partis patet ex dictis* 1 *Eſd.* 10. *exceptis, quæ ſequuntur.*
6 Et cum clamaſſet, *ad faciendum ſilentium, vt melius audiretur.*
7 Dixit. *hæc eſt vera litera, vt patet ex* 1. *Eſd.* 9. *propter quod aliqui libri male habent hic, Eſdras.*
8 Et nunc. *ſcilicet, peccatum hoc et pœnitentia de hoc peccato, vt habetur* 1. *Eſd.* 10.
9 Adiurauit. *Iſrael & omnem Iſrael, ponitur per anticipationẽ. Nam hoc factum fuit poſtea, vt patebit c. ſeq.*

CAP. IX.

CAPVT IX.

a *Et exurgens Eſdras, &c.* ✠ Ioſephus. Suſcipiens ſacramenta, ſtatim egreſſus a templo in habitaculum Ioannis filii Eliaſib, & nihil penitus illo die propter mœrorem comedens, ibidem commoratus eſt. Facta autẽ prædicatione, iubet omnes q̃ ex captiuitate ꝓredie- (Li. 11 Ant. cap. 5.)

Et exurgens Eſdras ab ante atrium templi, abijt in paſtoforium Ionahthæ filij Naſabi, & hoſpitatus illic non guſtauit panem, nec aquam bibit, ſuper iniquitatem multitudinis. Et facta eſt prædicatio in omni Iudæa & in Ieruſalẽ omnibus qui erant ex captiuitate in Ieruſalẽ congregati, vt quicunque non occurrerit biduo † ac triduo diei ſecundum iudicium aſſidentium ſeniorum, tollerentur facultates ſuæ, & ipſe alienus iudicaretᷣ a multitudine

† vel

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

1 Et exurgẽs. *Hic conſequẽter ponitur conſenſus popularium, & patet ſententia ex dictis.* 1. *Eſdræ* 10. *exceptis quæ ſequuntur.*
2 Et facta eſt. *id eſt, publica denuntiatio.*

Vſque-

rediérāt, ad Hierosolymam colligi, & hos qui non occurrissēt, alienari à multitudine, & substantias eorum auferri decernens, secundum iudicia seniorum.

a *Et determinatum est de viris, qui habeba t vxores alienigenas, vsque ad neomeniam primi mensis, &c.*

✣ Beda. Surrexit Esdras & adiurauit principes, vt facerent secundum verbum hoc, & iurauerunt. Intelligas, quia si non proiecerunt hos filii transmigrationis liberos quos sibi mulieres alienigenæ pepererant, illa fuerit causa, quod eos abrenunciare maternæ infidelitati docuerunt, & consecratos domino per circuncisionem & hostiam salutarem, suæ fidei & castitatis consortes esse fecerunt.

b *Et dimiserunt eas cum filijs, &c.*

✣ Ambrosius. Nouus accitus es ad sacerdotium? Doce plebem, vt non ex alienigenis, sed ex domibus Christianis, coniugij quæratur copula, &c. Nihil grauius, quàm copulari alienigenæ, vbi & libidinis & discordiæ incentiua, & sacrilegii flagitia cōflantur. Nam cum

In 1. Esdræ. cap. vlt.

†Liomasias. † Limaerus.

Epist. 70. † Emetis.

† Calenius.

† Benthis.

captiuitatis. Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. Hic mēsis est nonus, dies mēsis vicesimus. Et sedit omnis multitudo in area templi, tremētes propter hyemē præsentē. Et exurgēs Esdras dixit illis: Vos iniquè fecistis collocātes vobis ī matrimoniū vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel, & nunc date cōfessionē & magnificentiā dño Deo patrū nostrorū, & perficite volūtatē ipsius, & discedite à gētibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit oīs multitudo, & dixerunt voce magna: Sicut dixisti, faciemus. Sed qm̄ multitudo magna est, & tempus hybernum, & nō possumus insubsidiati stare, & hoc opus nō est nobis vnius diei, neq; bidui, multū enim in his peccauimus, stent ꝑpositi multitudinis, & oēs, qui nobiscum inhabitāt, & quotquot hn̄t vxores apud se alienigenas, & assistāt accepto tēpore ex oī loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluāt irā dn̄i negotij huius. [1] Ionathas autē filius Ezeli, & Osias Techā susceperunt scd̄m hæc, & † Bosoramus, & Leuis, & Sabbatheus: simul cooperati sunt cum illis. Et steterunt secundum hæc oīa vniuersi, qui erāt ex captiuitate. Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum scd̄m nomina, & cōsederunt nouilunio mēsis decimi examinare negotium istud. [2] Et [a] determinatū est de viris, qui habebāt vxores alienigenas, vsq; ad neomeniā primi mensis, & inuēti sunt ex sacerdotibus ꝑmisti, qui habebant vxores alienigenas. Ex filiis Iesu, filii Iosedec & fratrib. eius, Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus, & iniecerūt manus, vt expel[3]lerēt vxores suas, & ad litādum in exorationē arietē ꝓ ignorātia sua. [4] [5] Et ex filiis Sēmeri: Māseas, & Esses, & Ieelech, Azarias. Et ex filiis Fosere, † Limosias, † Hismaenis & Nathaneæ Iussio, Reddus, & Talsas. Et ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, et Calitas, et Facteas, et Coluas, et Elionas Et ex sacris cantoribus, Eliasib, Zaccarus Et ex Ostiariis Salumus, et Tolbanes, et ex Israel, ex filiis Foro, Osi, et Remias, et Geddias, et Melchias, et Michelus et Eleazarus, et Iāmebias et Bānas Et ex filiis Iolamā, Chamas et zacharias, et † Iezrel, et Ioddi, et Erimoth, et Helias. Et ex filiis Zathoin, Eliadas et Liasum, Zochias, et Larimoth, et Zabdis, et Tebedias. Et ex filiis zebes, Iohānes, et Amanias: et zabdias et † Emēs. Et ex filiis Bāni, Olamus et Malluchus, et Ieddeus, et Iasub et Asabus et Ierimoth. Et ex filiis Addin, Naathus, et Moosias, et † Caleus et Raanas, Maaseas, Mathathias et Beseel et Bonnus et Manasses. Et ex filiis Nuae, Noneas et Aseas et Melchias, et Sameas et Simō, Bēiamin; et Malchus, et Marras. Et ex filiis Asom; Carianeus Mathathias, et Bānus et Eliphalach et Manasses et Semei. Et ex filiis † Bāni, Ieremias, et Moodias, et Abram, et Iohel, et Baneas; et Pelias: et Ionas: & Marimoth: et Eliasib, et Mathaneus: et Eliasis: et Orisas. et Dielus: et Semedius; et Zābris: et Ioseph. Et ex filiis Nobei: Idelus: et Mathathias: et Sabad: et zecheda: Sedmi: et Iessei: Baneas. Oēs [b] isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas: et † dimiserunt eas cum filiis. Et inhabitauerunt sacerdotes et Leuitæ: et qui erant ex Israel in Ierusalem: et in tota vna regione: nouilunio mensis septimi. Et erāt filii Israel

cum ipsum coniugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugiū dici, vbi non est fidei concordia? Cum oratio cōmunis esse debeat, quomodo inter dispares deuotione, potest esse coniugii communis charitas? Sæpe plerique capti amore fœminarum fidem suam prodiderunt, vt patrum populus in Beelphegor. Samson parum fida expertus est alienigenæ vxoris prima connubia.

✣ Idem. Si Esdras dimitti fecit vxores aut viros infideles, vt propitius fieret Deus, nec oratus esset si alias ex genere suo acciperent: quanto magis si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si voluerit nubere legis suæ viro? Illud enim non debet imputari matrimonium, quod extra legem Dei est: sed cum post cognoscit & dolet se deliquisse, se emendat, vt veniam mereatur. Si autem ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium.

CAP.

† Iosoramus.

Num. 25.

In 1. Corin. cap. 7.

† Ezrelus.

† dimiserunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vsquequo soluant iram domini negotij huius.* id est, pacificent per debitam satisfactionem.

2 *Et consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud.* Hic consequenter describitur sequestrationis actus, & diuiditur in duas partes, quia primò describitur hæc sequestratio. secundò populi segregati & purificati legalis instructio, ibi: *Et inhabitauerunt.* Sententia primæ partis patet ex dictis 1. Esdræ 10. post medium capituli vsque in finem, exceptis, quæ sequuntur.

3 *Et iniecerunt manus, vt expellerent vxores suas.* id est, iunxerunt eas inuicem ad confirmationem propositi.

4 *Et ad litandum*, id est, sacrificandum.

5 *In exorationem arietem per ignorantia sua.* Tempore namque sacrificij cantabant Leuitæ pro ignorantia sua, diu namque fuerunt in captiuitate inter Gentiles, vbi non erant exercitati in lege: & sic multi simplices ignorabant illicitum esse sibi cum mulieribus alienigenis matrimonium contrahere.

6 *Inhabitauerunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui erant ex Israel, &c.* Hic consequenter ponitur populi Israel ab alienigenis mulieribus separati instructio, & patet sententia ex dictis Nehemiæ 8. exceptis, quæ sequuntur.

I Ab

A Israel in commemorationibus suis. Et cōgregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ sacræ. Et dixerunt Esdræ pontifici, & lectori, vt afferret legem Moysi, quæ tradita est à domino Deo Israel. Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum, à viro vsq; ad mulierē, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portā templi, à prima luce vsque ad vesperam, corā viris, & mulieribus Et dederunt omnes sensum ad legem. Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod fabricatum erat. Et steterunt ad eum Mathathias, & samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram, & ad sinistram, Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & zacharias Et assumpsit Esdras librum corā omni multitudine, præsidebat B enim in gloria in conspectu omniū. Et cū absoluisset legem, omnes erecti steterunt, & benedixit Esdras dominum Deū altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt dominū: Iesus, D & Bananeus, & Sarebias, & Iaddimus, & Accubus, & Sabbatheus, & Calitheus, & Azarias, & Ioradus, & Ananias, & Phileas Leuitæ, qui docebant legem domini, & in multitudine legebant legem domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem. Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, dicens, Dies hic sanctus est domino. Et omnes flebant cum audissent legem. Et dixit Esdras: Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his, qui non habent. Sanctus est enim hic dies domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes: Dies hic sanctus est. Nolite E mœsti esse. Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his, qui non habebant, vt epulentur. Magnifice enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum domini Dei Israel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ab Oriente portæ sacræ. *Nehemiæ 8. vocatur porta aquarū, & porta fontis 3.c. hic aūt dicitur porta sacra, quia per eam patebat ingressus ad atriū sacerdotum, & templum, quæ dicebantur loca sacra.*

2 Et cum. *id est, aperuisset librum legis, vt patet Nehemiæ 9.*

3 Et in multitudine legebant. *id est, interpretabantur vulgarizando simplicibus, vt patet Nehemiæ 8.*

4 Dies hic. *id est, deputatus ad diuinas laudes, & obsequia. Cui est honor, & gloria in secula seculorum, Amen.*

LIBER ESDRAE QVARTVS.

QVI INTER APOCRYPHA PONITVR.

CAPVT I.

a LIBER Esdræ prophetæ secundus, filij Sarei, filii Azarei, filij Helchiæ, filii Sadaniæ, filij sadoch, filii Achitob, filii Phinees, filii Eli, filii Ameriæ, filii Aziei, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziæ, filii Borith, filii Abisei, filii Phinees, filii Eleazar filii Aaron, ex tribu Leui, q̃ fuit captiuus in regione Medorum in regno Artaxerxis regis Persarum. Et b factum est verbum domini ad me; dicens, Vade, & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates quas in me admiserunt, vt nuntient filiis filiorum, quia peccata parentum ipsorum in illis creuerunt. Obliti enim mei sacrificauerūt diis alienis. Nonne ego eduxi eos de terra Aegypti, de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt. Tu autem excute comam capitis tui, & proiice omnia mala super illos, quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti, Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi. Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in Oriente prouinciarum duarum populos Tyri, & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. Tu verò loquere ad eos dicens: Hæc dicit dominus. Nempe ego vos per mare transmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui. Ducem vo-

CAP. I.

a *Liber Esdræ, &c.* ✠ AMBROS. Ambrosius Horōtiano. Quæsisti à me vtrum anima celestis videatur esse substantię? Non enim aut sanguinem, aut ignē, aut neruorū harmoniam animam putas, vt vulgus philosophorū interpretatur, vel certe, vt Aristoteles acri ingenio, entelechiā, ex quo cōponeres, & velut fingeres animæ substantiam. De quo tibi Esdræ librum legendū suadeo, qui & illas philosophorum C nugas despexerit, & abditiore prudentia, quā collegerat ex reuelatione, perstrinxit eas substantię esse superioris. — *Epist. 21.*

✠ EVSEB. Ezras sacerdos apud Hebręos insignis agnoscitur Olympiadis octauæ, anno secundo, cuius ætate pontifex maximus habitus est Eliasib, filius Iachim, filij Iesu, filij Iosedech. Fuit autem Ezras eruditissimus legis diuinę, & clarus omnium Iudæorum Iudæorum magister, qui de captiuitate regressi fuerant in Iudæam, affirmaturq; diuinas scripturas memoriter cōdidisse, & vt Samaritanis non miscerētur, literas Iudaicas commutasse. — *In Chronicis.*

b *Vade, & nuntia populo meo facinora ipsorū, &c.* ✠ BASILIVS. Vitiū dissimulatum morbus est in animo oblitescens, & subputris, qui etiam proptera incurabilis efficitur. F Quemadmodum igitur nullo modo bene meritum de nobis illum diceremus, qui quæ pestifera essent, ea in corpore nobis includeret, sed cum dolorifico cruciatu ea in apertum extraheret, ita nimirū peccatum occultare nihil aliud est, quàm ægrum sua sponte ad mortem ruentem impellere. Stimulus enim peccati mors est. Nemo sit ergo, qui aut peccato alterius latebras quærat, ne pro amore, quem fratri debet, exitium illi conciliet. — *Libr. regularū fusius disp. interrog. 46.*

a Nonne

a *Nonne ego.* ✠ BASILIO Dei erga nos clemētia. Cum istis expostulat dominus ius allegans suum, & causificās, vt vel luculētis argumētis cōuictos plectat ꝓ cuiusque merito. Generatiōis aūt duæ ī nobis sūt spēs. Vna, qua cōformamur Deo, quæ operibus perficit, & dogmatū susceptione, quēadmodum Paulus ꝑ euāgeliū gignebat eos, q fide exciderant, ad pietatē. Est autē altera, nēpe introitus ad hāc vitā. Sed enim vtrāque hāc obiicit, & exprobrat Iudæis, ꝙ ex nihilo conditi, ad imaginē ipsius Dei facti sit. Hoc enim est genitos esse.

In 1. c. Isaiæ.

b *Oblationem cum.* ✠ TERTVLLIANVS. Sacrificiorū onera, & oblationū negotiosas scrupulositates nemo reprehēdat, quasi Deus talia sibi proprie deside-

Lib. 2. adu. Mar. c. 13.

bis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem: lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis. Vos autem mei obliti estis, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis, & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc vsq; murmurastis. Vbi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nonne in deserto cum esuriretis proclamastis ad me dicentes, vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? Melius nobis fuerat seruire Aegyptijs, quam mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panem angelorum manducastis. Nonne cum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus, foliis arborum vos texi. Diuisi vobis terras pingues, Chananæos, & Pherezæos, & Philisthæos à facie vestra proieci. Quid faciam vobis adhuc dicit dominus? Hæc dicit dominus omnipotens: In deserto cum essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum, non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen. Quid tibi faciam Iacob? Noluisti obedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, vt custodiant legitima mea. Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me misericordiam, non miserebor, quando inuocabitis me, ego nō exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. Non quasi me dereliquistis, sed a vosipsos, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Nonne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos suos, vt essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? Ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas. Modo autē, quid b faciam vobis? Proijciam vos à facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis, c auertam faciem meam à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias, & circuncisiones repudiaui, ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinē exquirā, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Domus vestra deserta est, proiiciam vos, sicut ventus stipulam, & filij procreationem non faciēt, quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerunt. Tradam domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt, quibus signa non ostendi, facient, quæ præcepi. Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatem eorum. Testor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia, me non videntes oculis carnalibus sed spiritu credentes, quæ dixi. Et nunc frater aspice, quæ gloria, & vide populum venientem ab Oriente, quibus dabo ducatum Abraham, Isaac, & Iacob, & Osee, & Amos, & Micheæ, & Iohel, & Abdiæ, & Ionæ, & Naum, et Abacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & angelus domini vocatus est.

desiderauerit, qtā māifeste exclamat. Quo mihi multitudinē sacrificiorū vrorū? Sed illā Dei industriā sentiat, qua populū pnū ī idololatriā eiusmodi officiis religioni suæ voluit astringere, sibi iubēs fieri, ne simulacris faciēdis delinqret. ✠ IDEM. Qđ non terrenis sacrificiis Deo litādum sit, sed spūalib., ita legim⁹. Cor cōtribulatū hostia ē Dei Et alibi: Sacrificia Deo sacrificiū laudis: Itaq; carnalia sacrificia rēpbata intelligunt. c *Dies enim festos vestros.* ✠ TERTV. Si & creator oīa hæc iam pridē recusauerat, & Apostol⁹ ea iā recusāda ꝓnūciabat, ipsa Apostoli snia cōsētanea decretis Creatoris, pbat ñ aliū Deū ab apostolo pdicatū, quam cuius decreta cupiebat iā agnosci.

Lib. aduer. Iud. c. 5.

Psal. 50.

& 49.

Lib. 1. adu. Mar. c. 20.

Gala. 1. 4. & 5

C A P. II.

a *HAec dicit dominus, &c.* ✠ TERT. Iudęis erat apud Deū grā vbi, & insignis iustitia, & fides originaliū auctorū, vnde illis, & generis magnitudo, & regni sublimitas floruit, & tanta felicitas, vt Dei vocibus quibus edocebantur, de ꝓmerendo Deo, & non offendendo premonerentur. Sed quanta dereliquerint, deriuantes à disciplina in profanum modum, & si ipsi non confiterentur, probaret hodiernus exitus ipsorū. Dispersi palabundi, & cœli, et soli extorres vagant̄ per orbem, sine homine, sine Deo sine rege, quibus nec aduenarum iure terrā patriā saltē vestigio salutare cōcedit̄. Cū hęc illis sanctæ voces præminarentur, eadem fere semper omnes ingerebant fore, vti sub extimis curriculis sceuli ex oī iā gēte, & populo, & loco, cultores sibi adlegeret Deus multo fideliores, in quos gratiam transferret pleniorem quidem ob disciplinæ auctoris capacitatem. Venit igitur, qui ad reformandam & illuminādam eam venturus à Deo prænunciabatur Christus ille filius Dei.

CAPVT II.

a HÆC dicit dominus: Ego eduxi populum istū de seruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia. Mater quæ eos generauit, dicit illis: Ite filii, quia ego vidua sum, & derelicta. Educaui vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu, & tristitia. Quoniā peccastis coram domino Deo vestro, & quod malum est, coram

a *Quid*

A eo fecistis. Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua sum, & derelicta. Ite filij, & petite à domino misericordiam. Ego autem te pater te stem inuoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum seruare, vt des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem ne generatio eorum fiat. Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur à terra, quoniam spreuerunt sacramentum meum. Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala memora rare quid fecerim Sodomæ, & Gomorrhæ, quorum terra iacet in piceis glebis, & aggeribus cinerum: Sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit dominus omnipotens. Hęc dicit dominus ad Esdrã: Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnũ Ierusalẽ, quod daturus erã Israel Et sumam mihi gloriã illorũ, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis. Lignũ vitæ erit illis in odore vnguenti, & nõ laborabũt neq; fatigabũtur. Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorẽtur. Iã paratum est vobis regnũ. Vigilate. Testare cælũ, & terrã. Cõtriui enim malũ, & creaui bonũ, q a viuo ego dicit dñs. Mater amplectere filios tuos, educa illos cũ lætitia. Sicut colũba cõfirma pedes eorũ, quoniam te elegi dicit dñs. Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam cognoui nomen meum in Israel. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi dicit dñs. Mittã tibi adiutoriũ pueros meos Esaiam, & Ieremiã, ad quorũ consiliũ sanctificaui, & paraui tibi arbores duodecim, grauatas va riis fructib⁹, & totidẽ fontes fluentes lac, & mel, & montes immẽsos septem, habentes rosam, & liliũ, in quibus gau b dio implebo filios tuos. Vi c duã iustifica, pupillo iudica, egẽti da, orphanũ tuere, nudũ vesti, cõfractũ, & debilẽ cura, claudum irridere noli, tutare mãcum, & cęcũ ad visionẽ claritatis meæ admitte. Senẽ, & iuuenem intra muros tuos serua, mortuos vbi inueneris signãs commẽda sepulchro, & dabo tibi primam sessionẽ in resurrectione mea. Pausa, & quiesce populus meus, quia veniet reqes tua: Nutrix bona nutri filios tuos, cõfirma pedes eorũ. Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. Ego .n. eos requiram de numero tuo, noli fatigari. Cũ enim venerit dies pressurę, & angustię alij plorabũt, & tristes erũt, tu autẽ hilaris, & copiosa eris, zelabunt gentes, & nil aduersus te poterũt, dicit dominus: Manus meæ tegẽt te, ne filij tui gehẽnã videant. Iocundare mater cũ filiis tuis, quia ego te eripiã, dicit dñs. Filios tuos dormientes memorare, quoniã ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiã cũ illis faciam, quoniã misericors sum, dicit dominus omnipotẽs. Amplectere natos tuos vsque dum venio, & p̃stem illis misericordiam, quoniã exuberãt fontes mei, & gratia mea non deficiet. Ego Esdras

E præceptum accepi à domino in mõte Oreb, vt irem ad Israel. Ad quos cum venirẽ, reprobauerunt me, & respuerunt mandatum dñi. Ideoq: vobis dico gẽtes, quæ auditis, & intelligitis. Expectate pastorem vrm, requiem æternitatis dabit vobis, quoniam in proximo est ille, q in fine seculi adueniet. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatẽ temporis. Fugite vmbrã seculi huius. Accipite iucunditatẽ gloriæ vestræ. Ego testor palã saluatorem meum, cõmẽdatum donum accipite & iocundamini gratias agentes ei, q vos ad cęlestia regna vocauit. Surgite, & state, & videte numerũ signatorum in cõuiuio dñi. Qui se de vmbra seculi trãstulerunt, splendidas tunicas à domino acceperunt. Respice Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos, qui legẽ domini cõpleuerunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperium dñi, vt sanctificetũ populus tuus, qui vocatus est ab initio. Et Esdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes cãticis collaudabant dominum. Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus, eminentior om

F nibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelum, & dixi. Qui sunt hi dñe? Qui respondens, dixit mihi. Hi sunt, q mortalẽ tunicã deposuerunt, & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei. Modo coronantur, & accipiunt palmas. Et dixi angelo. Ille iuuenis qs est, q eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi. Ipse est filius Dei, quem in seculo confessi sunt. Ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine dñi steterunt. Tunc dixit mihi angelus: Vade, annuntia populo meo qualia, & quanta mirabilia domini Dei vidisti.

In 1. ca. Isaiæ. a *Quid fecerim Sodomæ, &c.* ✠ BASILIVS. Quẽadmodũ Gomorrhæi à se repellebãt, & auersabant Lot iusta decernentẽ, cũ niteretur eorũ manib⁹ eximere à se hospitio exceptos ita Iudæi iustũ iudicem, clamãtes: Crucifige, crucifige. Improbãdum hoc facin⁹ tãto ẽ illorũ flagitijs grauius. Eteni illi qdẽ in hospites nihil q̃ se male meritos grebãt suã exercere flagitiosam libidinẽ, hi aũt coorti sunt aduersus eũ à quo pter oẽm modũ fuerãt bñficijs affecti. Et illi in peregrinos, hi vero i eũ, q in propria venit, fuere cõtumeliosi. Illi i angelos, hi vero in Deum,

Ibidem. b *Viduã iustifica, etc.* ✠ BASI. Hæc persona i multis eorũ, q ad hãc vitã exigũtur, pp sexus infirmitatẽ detrimenta accipit. Patet.n. cuiuis iniurijs, quare opus est, vt sint, q exporrecta auxiliari manu iubeant ei restitui ius debitũ. c *Pupillo iudica.* Nimirũ, quòd tenella hęc ętas facile cõtẽptui pateat, nec admodũ pcliue sit orphanis ad iudiciũ puocare in se iniurios. Iudiciũ igitur pronun- pronũciate p̃m pupillos, q nõ sũt cãæ suæ patronis destituti sunt, quod his deest per ætatẽ, vos ipsi supplete, sic vt cũ beato Iob glorietini: Ego eram pater impotentium.

CAP.

A

CAPVT III.

a ET factũ est in vnoquo que eorũ, sicut Adæ mori, sic his diluuiũ, &c. ✠ AMBROSIVS. Regnabat mors securitate dominationis suę tã in hos, qui ad tempus euadebant, quam in illos, qui etiam hic pęnas dabãt pro malis suis operibus. Omnes enĩ suos esse videbat, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Impune enĩ cedere putantes magis delinquebant, circa hæc tamen peccata prõptiores, quæ mundus quasi licita nutriebat. Quo facto gaudebat Satanas, securus, q̃d causa Adę relictum à Deo hominẽ in possessionem habebat.

In 5.c. ad Ro.

B

b Cor enim malignum baiulans primus Adã trãsgressus, & victus est, sed & omnes, qui de eo nati sunt. ✠ AMBROSIVS. Peccatum Adæ non longe est ab idololatria, præuaricauit enim putans se hominẽ futurum Deum. Aestimauit enim hoc magis profuturũ, quod diabolus suasit, quã quod Deus iussit, in loco Dei diabolum statuens, vnde & subiectus est diabolo.

C

Ibidem.

c Quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impie agentibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos & non significasti. ✠ AMBROSIVS. Quidam in errorem positi dixerunt, Quomodo scit Deus? & si est scientia in altissimo?

In Psal. 72.

CAPVT III.

ANNO tricesimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens. Et cogitationes meæ ascendebant super cor meum, quoniam vidi desertionem Siõ, & abundantiam eorum, qui habitabant in Babylone. Et ventilatus est spiritus meus valde. Et cœpi loqui ad altissimum verba timorata, & dixi: O dominator domine, tu dixisti ab initio quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo, & dedisti Adam corpus mortuum, sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuens coram te, & induxisti eum in paradisum quem plantauerat dextera tua antequam terra aduentaret. Et huic mandasti diligere viam tuam, & præteriuit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus eius, & natæ sunt gentes, & tribus & populi, & cognationes, quarum non est numerus. Et ambulauit vnaquæque gens in voluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua. Iterum autem in tempore induxisti diluuium super inhabitantes seculum, & perdidisti eos. a Et factum est in vnoquoque eorum sicut Adæ mori, sic his diluuium. Dereliquisti autem vnum ex his Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes. Et factum est cum cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, multiplicauerunt filios, & populos, & gentes multas, & cœperunt iterato impietatem facere plus, quam priores. Et factum est cum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his cui nomen erat Abraham. Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam. Et disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei, vt non vnquam derelinqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedisti Iacob, & Esau. Et segregasti tibi Iacob, Esau aũt separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. Et factum est cum educeres semen eius ex Ægypto, adduxisti super montẽ Sina. Et inclinasti cœlos, & statuisti terrã, & cõmouisti orbẽ, & tremere fecisti abyssos, & cõturbasti seculum, & trãsijt gl̃ia tua portas quatuor ignis, & terræmotus, & spiritus, & gelu, vt dares semini Iacob legẽ, & generationi Israel diligentiã. Et nõ abstulisti ab eis b cor malignum, vt faceret lex tua ĩ eis fructum. Cor.n.malignum baiulãs primus Adã trãsgressus, & victus est, sed & oẽs, q̃ de eo nati sũt. Et facta est pmanẽs infirmitas, & lex cũ corde populi cũ malignitate radicis, & discessit, quod bonũ est, & mansit malignũ. Et transierunt tẽpora, & finiti sunt anni, & suscitasti tibi seruũ nomine Dauid, & dixisti ei, ædificare ciuitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus, & oblationes. Et factũ est hoc annis multis, & deliquerunt, qui habitabant ciuitatem, in omnibus facientes, sicut fecit Adã, & oẽs generationes eius. Vtebant.n.& ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatẽ tuã in manibus inimicorũ tuorum. Nunquid meliora faciũt, q̃ habitabãt Babylonẽ? Et pp hoc dominabitur Sion. Factum est cũ venissem huc, & vidissem impietates quarũ non est numerus, & delinquentes multos, vidit aĩa c mea hoc tricesimo anno, & excellit cor meũ, qm̃ vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impie agẽtibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & non significasti. Nihil memini quõ debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon, quã Sion, aut alia gens cognouit te præter Israel? Aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Iacob? Quarum merces non comparuit, neque labor fructificauit. Pertransies enim pertransiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorũ tuorum. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum, qui habitabant in seculo, & non inuenietur nomen tuum, nisi in Israel. Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terram, aut quæ gens sic obseruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua, gentes autem non inuenies.

D

simo? Putant enim non esse in Deo scientiam, quia peccatores abundant prosperis, secularibus. Sed patientia Dei nõ præiudicat veritati, & præscientia eius, & prouidentia hoc ipso amplius probatur, quod in peccato positus successu affluit secularium prosperitatũ. Quod fortior videns, ridet, incautus traducitur, & mouetur.

✠ TERTVLLIANVS. Nobis exercendæ patientię auctoritatem viuæ ac cęlestis disciplinæ diuina dispositio delegat, Deum ipsum ostendens patientiæ exemplum, iam primum, qui florem lucis huius super iustos, & iniustos æqualiter spargit, qui temporum officia, elementorum seruitia, totius geniture tributa dignis simul, & indignis patitur simul occurrere, sustinens ingratissimas nationes opa manuũ suarũ adorantes, nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie insolescentẽ, vt sua sibi patientia detrahat. Plures enim dominum idcirco nõ credunt, quia seculo iratum tan diu nesciunt.

Lib. de patiẽt. cap. 2.

E

F

CAP.

CAPVT IIII.

ET respõdit ad me angelus, qui missus est ad me, cui nomẽ Vriel, & dixit mihi: Excedẽs excessit cor tuũ in seculo hoc, & cõprehẽdere cogitas viã altissimi. Et dixi: Ita dñe meus. Et respondit mihi, & dixit. Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere corã te, de quibus mihi si renũtiaueris vnã ex his, & ego tibi demonstrabo viã, quã desideras videre, & docebo te vnde sit cor malignum. Et dixi, loquere dñe meus. Et dixit ad me: Vade pondera mihi ignis pondus, aut mẽsura mihi flatũ venti, aut reuoca mihi diẽ, quæ præterijt. Et rñdi, & dixi. Quis natorũ poterit facere, vt me interroges de his? Et dixit ad me. Si essem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi? diceres mihi fortassis, in abyssum nõ descẽdi, neq; in infernũ adhuc neque in cælũ vnquã ascendi. Nunc aũt nõ interrogaui te, nisi de igne, & vẽto, & die, per quã transisti, & à quibus separari nõ potes, & nõ respondisti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu quæ tua sunt, tecũ coadolescẽtia nõ potes cognoscere. Et quomodo poterit vas tuũ capere altissimi viã, & iã exterius corrupto seculo intelligere corruptionẽ euidentẽ in facie mea? Et dixi illi: Melius erat nos non esse, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re. Et respondit ad me, & dixit: Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi, & cogitauerunt cogitationẽ, & dixerunt: Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt recedat coram nobis, & faciamus nobis alias syluas. Et similiter fluctus maris, & ipsi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt Venite ascendentes, debellemus syluas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus syluæ in vanum. Venit enim ignis, & cõsumpsit eam. Similiter, & cogitatus fluctuũ maris. stetit enim arena, & prohibuit eos. Si.n. esses iudex horũ, quẽ inciperes iustificare, aut quem condẽnare? Et rñdi, & dixi: Vtique vanã cogitationẽ cogitauerunt. Terra.n. data est syluæ, & mari locus, portare fluctus suos. Et rñdit ad me, & dixit: Bene tu iudicasti. Et quare non iudicasti tibimetipsi? Quẽadmodũ.n. terra syluæ data est, & mare fluctibus suis, sic qui super terrã inhabitãt, quæ sunt super terrã intelligere solũmodo possunt, & qui super cœlos, quæ super altitudinẽ cælorum. Et rñdi, & dixi: Deprecor te dñe, vt mihi detur sensus intelligendi Non.n. volui interrogare de superiorib. tuis, sed de his, quæ pertranseunt per nos quotidie, propter quod Israel datus in opprobrium gentibus quẽ dilexisti populum datus est tribubus impijs, & lex patrum nr̃orum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquã sunt, & pertransiuimus de seculo, vt locustæ, & vita nostra stupor, & pauor. Et nec digni sumus misericordiã cõsequi. Sed quid faciet nomini suo, quod inuocatum est sup nos? Et de his interrogaui, & rñdit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis. Quoniam festinãs festinat seculum pertrãsire, & nõ cupit portare, quæ in futuris temporibus, iustis repromissa sunt, quoniam plenum iniustitia est seculum hoc, & infirmitatib. De quib. autẽ interrogas, dicã: Seminatum est.n. malum, & necdum venit destructio ipsius. Si ergo nõ euersum fuerit, quod seminatũ est, & discesserit locus vbi seminatũ est malũ, nõ veniet vbi semiatũ est bonũ. Quoniam granũ seminis mali seminatũ est ĩ corde Adã ab initio, & quãtũ impietatis generauit vsque nũc, & generat, vsq; cũ veniat area? Æstima autẽ apud te granũ mali seminis quãtũ fructũ impietatis generauit, quoniam secatæ fuerint spicæ quarũ nõ est numerus, quæ magnã aream incipient facere. Et rñdi, & dixi. Quõ, & quoniam hæc? Quare modici, & mali anni nr̃i? Et rñdit ad me, & dixit mihi. Nõ festines tu sup altissimũ. Tu.n. festinas inaniter esse sup ipsum. Nã excessus tuus multus. Nonne de his ĩterrogauerũt aĩæ iustorũ ĩ prõptuarijs suis, dicẽtes. Vsquequo spero sic, & quoniam veniet fructus areæ mercedis nr̃æ? Et respõdit ad ea Ieremiel archãgelus, & dixit: Quoniam impletus fuerit numerus seminũ ĩ vobis, quoniam ĩ statera põderauit seculũ, & mẽsura mẽsurauit tẽpora, & numero numerauit tẽpora, & non cõmouit nec excitauit vsquedum impleat prædicta mensura. Et respõdi, & dixi O dñator dñe, sed & nos oẽs pleni sumus impietate. Et ne forte propter nos nõ impleantur iustorum areæ, propter peccata inhabitantium super terram. Et respondit ad me, & dixit: Vade, & interroga prægnãtem, si quoniam impleuerit no-

---

A CAPVT IIII. a b

a *Et respõdit ad me angelus, et cæter.* ✠ AVGVSTINVS. (Libr. 15. de Trin. c. 13.) Habet Deus nuncios, id est, angelos, vt ab illo edocti per verbum eius, sine corporali sono, nuncient, quod voluerit, ab eo missi ad quos voluerit, totum ab illo audientes, id est, in eius veritate inuenientes, quid sibi faciendũ, quid, quibus, & quando nũciandum sit. ✠ IDEM. (Lib. 9. de Gẽnesi c. 14.) Angeli iussione Dei in ipsa eius, quam sempiterne intuẽtur, incommutabilitate perspecta, B mouentes se per tẽpus, & corpora sibi subdita per tempus, & locum, agilitate mirabili, & iussa quibus moueantur, valent efficere omni animæ viuæ, vt quo eam venire opus est, nesciens adducatur.

b *Cui nomen Vriel, & di. &c.* ✠ AVGVST. (Enchirid. cap. 58.) C Quomodo se habeat beatissima illa societas, quæ ibi sint differentiæ personarũ, vt cũ omnes tanquam generali nomine Angeli nũcupentur, sicut in epistola ad Hebræ. (Heb. 1.) legimus, sint tamen, & illic Archangeli, & vtrum ijdem Archãgeli nominentur Virtutes, & quid inter se distet illa vocabula, quibus vniuersos Apostolus complectitur, (Colos. 1.) ego me ignorare ista profiteor. ✠ GRE. (Hom. 34. in Euang.) D Angelis nõ idcirco propria nomina fortiũtur, ne eorũ personę sine nominibus sciri nõ possint, sed cũ ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos & noia à ministerijs trahũt. Michael namque. Quis vt deus? Gabriel aũt Fortitudo Dei, Raphael dr̃, Medicina Dei.

c *Tu, quæ tua sũt tecũ, &c.* ✠ IRENAE. (Lib. 2. c. 47.) Eorũ, quæ ante pedes sunt (dico aũt, quæ sunt in hac creatura, quæ & cõteruntur à nobis, & vñr, & sunt nobiscum), E multa fugerũt nostram sciẽtiam, & Deo hæc ipsa cõmittimus. Oportet. n. eum præ omnib. præcellere. ✠ IDEM. (Lib. 2. c. 48.) Irrõnabiliter inflati o Gnostici, (audaciter vos inenarrabilia Dei mysteria scire vos dicitis. Quiquidẽ, & do- F minus ipse filius Dei, ipsum iudicij Dei diẽ, & horã concessit scire solum Deũ patrẽ. Si igitur scientiã Dei illius Filius nõ erubuit referre ad patrem, sed dixit, quod verum est, neque nos erubescemus, quæ sunt in quæstionib. maiora secũdũ nos, reseruare Deo. Nemo enim super magistrum est.

a In

Lib. de sacro cultu, parte 2. cap. 31.

a *In inferno promptuaria animarū, matrici assimilata sunt.* ✠ Rabbi meir. Bengaboi. Non est æqualis in Gehēna cruciatus & pœna impiorū, quin vniuscuiusque suppliciū ab alterius supplicio diuersum existit, atque vnius quidē grauius est, quam alterius. Ideoque in Gehēna septē sunt mansiones, quarum frequēs est apud doctores mentio, quibus septē nomina tribuuntur. Septem sunt (inquit R. Iosue) Gehēnę nomina, fouea perditionis, Puteus corruptionis, Puteus mugit*, Strepitus siue tumultus, Lutum cęni, Vmbra mortis, Terra inferior: singulę solitariè & à se inuicem separatæ sunt, quāquam omnes in vniuersū vno Gehennæ nomine cēsentur. Eadem confirmant Liber Iesod Sirim: & R. Bachairi Cōmētarij in Deuteronomij caput trigesimū quartum.

uem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinēre partum in semetipsa. Et dixi: Non potest domine. Et dixit ad me: In inferno promptuaria animarum, matrici assimilata sunt. Quemadmodum enim illa festinat, quæ parit effugere necessitatem partus, sic & hæc festinat reddere ea, quæ commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his, quæ concupiscis videre. Et respondi, & dixi: Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum demonstra mihi, si plus quàm præteritum sit, habet venire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est. Quid pertransiuit scio: quid autem futurum sit, ignoro. Et dixit ad me: Sta super dexteram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti & vidi, & ecce fornax ardens transijt coram me. Et factum est cum transiret flamma, vidi: & ecce superauit fumus. Post hæc transijt coram me nubes plena aquæ, & immisit pluuiam impetu multam. Et cum transisset impetus pluuiæ superauerunt in ea guttæ. Et dixit ad me: Cogita tibi. Sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: sic superabundauit, quæ transiuit mensura. superauerunt autem guttæ & fumus. Et oraui, & dixi: Putas viuo vsque in diebus illis? Vel quid erit in diebus illis? Respondit ad me, & dixit: De signis de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere, de vita autem tua non sum missus dicere tibi: sed nescio.

CAP. V.

In 21. Luc.

a *De signis autem, &c.* ✠ Ambrosius. Hæc signa apud Matthæum euidentius exprimuntur. Tunc (inquit) Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumē, & stellæ cadent. Plurimis enim à religione deficiētibus, clara fides obscurabitur nube perfidiæ, quia mihi sol ille iustitiæ mea fide vel minuitur vel augetur: & pro deuotione credentis vnicuiq; spirituale lumen infunditur. Et quemadmodum menstruis cursoribus Luna, vel terræ opposita, vanescit: sic & sancta ecclesia, cum lumini cælesti vitia carnis obsistunt, fulgorem diuini luminis de Christi radijs non potest mutuari, &c.

CAPVT V.

a De signis autē: ecce dies venient in quibus apprehendentur, qui inhabitant terram in censu multo, & abscondetur veritatis via, & sterilis erit à fide regio, & multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides, & super quam audisti olim: & erit impositio vestigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam desertam. Si autem tibi dederit altissimus viuere, videbis post tertiam tubam, & relucescet subitò sol noctu, & luna ter in die, & de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commouebuntur, & regnabit quem non sperant, qui inhabitabant super terram, & volatilia commigrationem facient, & mare Sodomiticum pisces reijciet, & dabit vocem noctu, quam non nouerant multi. Omnes autem audient vocem eius, & chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabunt, & mulieres menstruatæ parient monstra, & in dulcibus aquis salsæ inuenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt, & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum, & quæretur à multis, & non inuenietur, & multiplicabitur iniustitia & incontinentia super terram. b Et interrogabit regio proximam suā, & dicet: Nunquid per te pertransiit iustitia iustum faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tēpore, & sperabunt homines, & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur vię eorum. Hęc signa dicere tibi permissum est mihi. Et si oraueris iterū, & ploraueris sicut & nūc, & ieiunaueris septē diebus: audies iterato horum maiora. Et euigilaui, & corpus meum horruit valdè, & aīa mea laborauit vt deficeret. Et tenuit me, qui venit angelus, qui loquebat' in me, & cōfortauit me, & statuit me super pedes. Et factū est in nocte secūda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi. vbi eras? Et quare vult' tuus tristis? An nescis qm̄ tibi creditus est Israel in regione trāsmigrationis eorū? Exurge ergo & gusta panem, & non derelinquas nos sicut pastor gregē suū in manibus luporum malignorū. Et dixi ei: Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi, & recessit à me. Et ego ieiunaui

Ser. de Antichristo.

b *Et interrogabit regio proximam.* ✠ Ephrem Syrus. Quis putatis, fratres mei, tunc inuenietur armis fidei ita septus atque munitus, vt immobilis perstās, certum argumentū ex his colligat, adesse iam sanctum vnigeniti Filij Dei, & gloriosum aduentū, cum tribulationem eam ineffabilem super omnem animā vbique fieri viderit, nulla ex parte finem habentem aut requiem, neque in terra, neque in mari: cum viderit omnem mūdum perturbari, omnesque fugientes in speluncis abscondi, & montium occupare cacumina, & alios quidem fame mori, alios verò præ sitis ardore, vt ceram ab igne liquescere, neminemque, qui misereatur adesse? Cum viderit vultus omnes madescere

A ☞ deficere lachrymis: ac præ desiderio sæpe rogare homines. An alicubi sit verbũ Dei super terram, responderiq;. Nusquam. Quis putas dies illos ferre poterit,&c. Vide Hippolytum lib. de cõsummat. seculi, & Lactã. libro 7 capit. 14. 15. 16. 17. 18.

naui diebus septem vlulãs & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus. Et factum est post dies septem, & iterũ cogitationes cordis mei molestę erãt mihi valde. Et resumpsit anima mea spiritum intellectus, & iterum cœpi loq. corá altissimo sermones. Et dixi, Dominator domine ex omni sylua terræ, & omnibus arboribus eius elegisti vineam vnicam, & ex omni terra orbis elegisti tibi foueam vnam, & ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium vnum, & ex omnibus abyssis maris replesti tibi riuum vnum, & ex omnibus ædificatis ciuitatibus sãctificasti tibi metipsi Siõ, & ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnam, & ex omnib. plasmatis pecoribus prouidisti tibi ouem vnam, &
B ex omnibus multiplicatis populis acqsiuisti tibi populum vnum, & ab omnibus probatam legẽ donasti huic quem desiderasti populo. Et nunc domine, vt quid tradidisti vnũ pluribus? Et præparasti super vnam radicem alias? Et disperdidisti vnicum tuum in multis? Et conculcauerũt eum qui contradicebant spõsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant. Et si odiẽs odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari. Et factum est cum locutus essem sermones, & missus est angelus ad me qui ante venerat ad me præterita nocte, & dixit mihi, Audi me & instruam te, & intende mihi, & adijciam coram te. Et dixi, Loquere domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel. An plus dilexisti eum quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum, Non domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per
C omnem horam quærentem apprehendere semitam altissimi, & inuestigare partem iudicij eius. Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Israel? Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdũ venerunt, & collige mihi dispersas guttas, & reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clausa promptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus, Demonstra mihi vocis imaginem, & tunc ostendam tibi laborem quem rogas videre. Et dixi, Dominator domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet? Ego autem insipiẽs, & quomodo potero dicere de his quibus me interrogasti? Et dixit ad me, Quomodo non potes facere vnum de his quæ dicta sunt, sic non poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem quam populo promisi. Et dixi, Sed ecce domine,

D tu prope es his qui in finem sunt. Et quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos? Et dixit ad me, Coronæ assimilabo iudicium meum. Sicut nõ nouissimorum tarditas, sic nec priorũ velocitas. Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt in vnum, vt celerius iudiciũ tuum ostendas? Et rñdit ad me, & dixit, Non potest festinare creatura super creatorẽ, nec sustinere seculũ eos qui in eo creandi sunt in vnum. Et dixi: Quõ dixisti seruo tuo, qm̃ viuificans viuificasti à te creatam creaturam in vnũ, & sustinebat creatura, poterit &
E nũc portare pñtes in vnum. Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eam, Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. Et dixi. Nõ vtiq; poterit, sed secundum tẽpus. Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terrę his qui seminati sunt sup eã per tempus. Quemadmodũ enim infans nõ parit ea quæ senum sunt, sic ego disposui à me creatum seculũ. Et interrogaui, & dixi; Cum iam dederis mihi viã loquar coram te. Nã mater nostra de
F qua dixisti mihi, adhuc iuuenis est, iam senectuti appropinquat. Et respondit ad me, & dixit. Interroga eam quæ parit, & dicet tibi. Dices enim ei: Quare quos peperisti, nunc nõ sunt similes his qui ante te, sed minores statura? Et dicet tibi, & ipsa: Alij sunt qui in iuuentute virtutis nati sunt, & alij qui sub tempore senectutis deficiente matrice nati sunt. Considera ergo & tu. quoniam minori statura estis præ his qui ante vos, & qui post vos minori quam vos, quasi iam senescentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi, Rogo Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, demonstra seruo tuo per quem visites creaturam tuam.

a *Coronæ assimilabo iudicium meum, &c.* ✻ Ambr. Scriptura habitacula animarũ promptuaria nũcupauit, quæ occurrẽs querelę humanæ, eo quod iusti qui præcesserunt, videãtur vsque ad iudicij diem, per plurimũ, scilicet temporis debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait coronæ esse similẽ, illum iudicij diem, in quo sicut nõ nouissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas. Coronæ enim dies expectatur ab omnibus, vt intra eũ diẽ & victi erubescant, & victores palmã adipiscãtur victorię. Illud quoque nõ reliquit occultum, qđ superiores videantur qui ante generati sunt, infirmiores qui postea. Comparauit enim utero mulieris partus huius seculi, quoniam fortiores sunt, qui in virtute iuuentutis nati sunt, infirmiores qui tempore senectutis: deficit enim multitudine gñationis hoc seculũ tanquã vulua generantis, & tanquã senescens creatura robur iuuẽtutis suæ velut marcenti iam uirium suarũ uigore deponit. Ergo dũ expectatur plenitudo temporis: expectant animæ remunerationem debitã: Alias manet pœna, alias gloria, & tamẽ nec illæ interim sine iniuria, nec istæ sine fructu sunt.

Lib. de bono mortis. ca. 10.

☞ CAP.

A

CAP. VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis & antequã starẽt exitus seculi, & antequam spirarent cõuentiones vẽtorum, & antequã sonarent voces tonitruũ, & antequam splenderent nitores coruscationum, & antequã cõfirmarent fundamenta paradisi, & antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarent motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum, & antequam extollerent altitudines aeris, & antequam nominarent mẽsuræ firmamentorum, & antequam æstuarẽt camini in Sion, & antequam inuestigarẽtur pñtes anni, & antequam abalienarentur eorũ qui nũc peccant adinuentiones, & antequam consignati essent qui fidem thesaurizauerunt, tunc cogitaui & facta sunt per me solum & non per alium, & finis per me, & non per alium. Et rñdi, & dixi, Quę erit separatio temporum? Aut qñ prioris finis, & sequentis initiũ? Et dixit ad me. Ab Abraham vsque ad Isaac, qñ nati sunt ab eo Iacob &

B

Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau. Finis.n. huius seculi Esau, & principiũ sequentis Iacob. Hoĩs manus inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere Esdra. Et respondi, & dixi, O dominator domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, oro vt demonstres seruo tuo finem signorum tuorum, quorum partẽ mihi demonstrasti nocte præcedente. Et respondit, & dixit ad me, Surge super pedes tuos, & audi vocẽ plenissimam sonitus. Et erit sicut commotio, nec commouebitur locus, in quo stes super eũ. Ideo cum loquitur tu non expaueas, qm̃ de fine verbum, & fundamentum terræ intelligitur, qm̃ de ipsis sermo tremiscit, & commouetur. scit enim qm̃ finem eorum oportet commutari. Et factũ est cum audissem, surrexi super pedes meos & audiui, & ecce vox loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum, & dixit, Ecce dies veniunt, & erit qñ appropinquare incipiam, vt visitem habitantes in terra, & quando inquirere incipiam ab eis qui iniusti nocuerunt iniustitia sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion, &

C

cũ supersignabitur seculum quod incipiet pertransire, hæc signa faciam. Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul, & anniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor mensium, & viuent, & suscitabũtur. Et subito apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subitò inuenientur vacua, & tuba canet cum sono, cum omnes audierint, subito expauescent. Et erit in illo tẽpore, debellabunt amici amicos, vt inimici, & expauescet terra cum his. Et venæ fontium stabunt,

D

& non decurrent in horis tribus. Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quib. prædixi tibi, ipse saluabitur, & videbit salutare meũ & finem seculi vestri. Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium Delebitur enim malum, & extinguetur dolus. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis. Et factũ est cum loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum ante quẽ stabã, & dixit ad me hæc, Veni tibi ostendere tempus vẽturæ noctis. Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horũ maiora per diẽ quam audiui. Audita est.n. vox tua apud altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti, & propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere, & noli festinare cum priorib. temporibus cogitare vana, & non properes a nouissimis temporibus. Et factum est post hęc & fleui iterum, & similiter ieiunaui septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas quæ dictæ sunt mihi Et factum est in octaua nocte, & cor meum

E

turbabatur iterato in me, & cœpi loqui coram altissimo. Inflãmabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur, & dixi, O dñe, loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens, Fiat cęlũ & terra, et tuum verbum opus perfectum. Et erat tunc spiritus, et tenebræ circunferebantur & silentium, sonus vocis hominis nondũ erat abs te. Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quò appareret opus tuum. Et die secũdo creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei, vt diuideret, & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret. Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ, sex verò partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint coram te ministrãtia seminata a Deo & culta. Verbum n. tuum processit, & opus statim fiebat. Processit.n. subitò fructus multitudinis immensus & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis. Et die tertia hæc facta

F

sunt. Quarta aũt die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem & imperasti eis, vt deseruirent futuro plasmato homini. Quinto autem die dixisti septimæ parti vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia & volatilia & pisces, & ita fiebat. Aqua muta & sine anima quæ Dei nutu iubebantur animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conseruasti duas animas, nomen vni vocasti Enoch, & nomen secũdæ vocasti Leuiathan,

uiathan, & separasti ea ab alterutro. Nō enim poterat septima pars vbi erat aqua congregata capere ea. Et dedisti Enoch vnam partem quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea, vbi sunt mōtes mille, Leuiathan aūt dedisti septimam partem humidam & seruasti eam, vt fiat in deuorationem quibusuis, & quando vis. Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet coram te iumenta & bestias & reptilia, & super his Adam quē constituisti ducem super oībus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quemque elegisti populum. Hæc autem omnia dixi corā te dñe, quia propter nos creasti seculum. Residuas aūt gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & qm saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abūdantiam eorum. Et nunc domine ecce istæ gentes quæ in nihilū deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & deuorare, nos autem populus tuus quem vocasti primogenitum vnigenitum, æmulatorem tuum traditi sumus in manib. eorum. Et si propter nos creatū est seculum, quare non hæreditatem possidemus cum seculo? Vsquequo hæc?

CAP. VI.

a *Quem constituisti ducem, &c.* * Ambrof. Rectè nouissimus homo, quasi totius summa operis, quasi causa mundi, pp quē facta sunt oīa, quasi omniū habitator elemētorum, inter feras viuit, cū piscib. natat, super aues volat, cōuersatur cū angelis, terram inhabitat, cęlo militat, sulcat mare, aere pascitur, cultor soli, viator profundi, piscator in fluctibus, in aere auceps, in cęlo hæres, Christi cohæres. Hęc secūdum industriā. Accipe etiā qd supra hoīs substātiam. Moyses in imo ambulauit mari, in summo Apostoli, Habacuch sine pēnis volauit, Elias in terris vicit, & in cęlo triumphauit.

Enarrat. 1. in Gen. ad Hon. oranciam num.

CAP. VII.

Et factum est, cum finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te. Et dixi, Loquare Deus meus, Et dixit ad me, Mare positū est in spatioso loco, vt esset altum & immensum, erit aūt ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminib⁹. Quis enim volens voluerit ingredi mare & videre eum vel dominari eius, si non transierit angustū, in latitudinem venire qūo poterit? Item aliud Ciuitas est ædificata & posita in loco cāpestri, est aūt plena oīum bonorum. Introitus eius angustus, in pręcipiti positus, vt esset a dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta, semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquā, vt non capiat semita nisi solummodo vestigium hominis. Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatē, si nunquam antepositum periculum pertransierit, qūo accipiet hæreditatem suam? Et dixi, Sic domine. Et dixit ad me, Sic est & Israel pars. Propter eos enim feci seculum, & quando transgressus est Adā constitutiones meas, iudicatum est quod factum est. Et facti sunt introitus huius seculi angusti & dolentes & laboriosi, pauci autem & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti, nā maioris seculi introitus spatiosi & securi, & facientes immortalitatis fructum. Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui viuunt angusta & vana hæc, non poterunt recipere quæ sunt reposita. Nunc ergo tu quare conturbaris, cum sis corruptibilis, & quid moueris tu cum sis mortalis? Et quare nō accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti? Respondi & dixi, Dominator domine, ecce disposuisti lege tua, qm iusti hæreditabunt hac, Impij autem peribunt, iusti autem ferent angusta, sperantes spatiosa. Qui enim impie gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa nō videbūt. Et dixit ad me, Non est iudex super Deum, neq; intelligens super altissimum. Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur quæ anteposita est Dei lex. Mandans enim mandauit Deus venientibus, quando venerunt quid facientes viuerent, & quid obseruantes non punirentur. Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt ei, & constituerūt sibi cogitamē vanitatis, & proposuerūt sibi circūuentiones delictorū, & superdixerūt altissimo nō esse, & vias eius nō cognouerūt, & legē eius spreuerūt, & sponsiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidē nō habuerunt, & opera eius non perfecerunt. Propter hoc Esdra uacua uacuis, & plena plenis. Ecce tēpus ueniet, & erit tēpus qn venīet signa quæ prędixi tibi. Et apparebit sponsa, & apparescens ostēdetur quæ nūc subducit terra, & omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea. Reuelabitur enim filius meus Iesus cū his qui cum eo sunt, & iucūdabūtur qui relicti sunt in annis quadrigētis. Et erit post annos hos & morietur filius meus Christus. Et omnes qui spiramentum habent homines, & conuertetur seculum in antiquum silentiū diebus septē sicut in prioribus iudicijs, ita vt nemo derelinquatur, & erit post dies septē, & excitabitur qđ nondum vigilat seculū, & morietur corruptum. Et reddet terra qui in ea dormiunt, & puluis qui in eo silentio habitant, & promptuaria reddent quæ eis commendatæ sunt animæ. Et reuelabitur altissimus super sedē iudicij, & pertransibunt miseriæ, & longanimitas cōgre-

CAP. VII.

a *Reuelabitur filius Iesus, &c.* * Ambr. Habent hoc merita sanctorum, vt a Deo nōmen accipiāt. Sic Iacob Israel dr̄, qa Deū vidit. Sic Dñs nr̄ Iesus nominatus est antequam natus, cui nō angelus, sed pater nomen imposuit. Reuelabitur enim, inquit, filius meus Iesus cū ijs qui cum eo sunt, & iucundabūtur qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & conuertetur seculum, Vides angelos quæ audierint, non quæ vsurpauerint nunciare.

In cap. 1. Ia.

b *Et reddet terra, &c.* * Ambrosius. Ideo homines frustra preciosa struunt sepulchra, quasi ea animę, & non solius corporis receptacula sint. Animarum autem superiora esse habitacula, scripturę testimonijs valide probatur. Siquidē & in Esdræ libris legimus, Cum venerit iudicij dies, redde-

L. de bono mortis ca. 10.

reddet terra defunctorum corpora, & pulluis reddet eas quæ in tumulis requiescũt reliquias mortuorum. Et promptuaria reddent animas quæ his cõmendatæ sunt, & reuelabit altissimus sup sedem iudicij. Hæ sunt habitationes de quib. dicit Dñs, Multas mansiones esse apud patrem suũ, quas suis, pergens ad patrẽ, discipulis præpararet. Sed Esdræ vsus sũ scriptis, vt cognoscãt gentiles, ea quę in philosophiæ libris mirantur translata de nostris.

gabit. Iudiciũ aũt solũ remanebit, veritas stabit, & fides cõualescet. Et opus subsequetur, & merces ostendet, & iustitiæ vigilabunt, & iniustitiæ non dñabuntur. Et dixi, Primus Abrahã pp Sodomitas orauit, & Moyses pro patrib. qui in deserto peccauerũt, & qui post eũ ꝓ Israel in diebus Achaz & Samuelis, & Dauid ꝓ cõfractione, & Salomõ pro eis qui venerunt in sanctificatione, & Elias ꝓ his qui pluuiã acceperunt, & ꝓ mortuo vt viueret, & Ezechias pro populo in dieb. Sennacherib, & multi pro multis. Si ergo modo qñ corruptibile increuit, & iniustitia multiplicata est, & orauerunt iusti pro impijs, quare & nunc sic nõ erit? Et rñdit ad me, & dixit, Pręsens seculũ non est finis, gloria in eo frequẽs manet, pp hoc orauerũt pro inualidis. Dies.n. iudicij erit finis tpis huius, & initiũ tpis futuri immortalitatis, in quo ptransiuit corruptela, soluta est intemperantia, abscisa est incredulitas, creuit aũt iustitia, orta est veritas. Tunc.n. nemo poterit saluare eum qui perijt, neq; demergere q vicit. Et rñdi & dixi, Hic sermo meus primus & nouissimus, qm melius erat nõ dare terrã Adã, vel cum iã dedisset coercere eũ, vt nõ peccaret. quid.n. pdest hoïbus in psenti viuere in tristitia, & mortuos sperare punitionẽ? O tu qd fecisti Adã? Si.n. tu peccasti nõ est factus solius tuus casus, sed & nr̃i qui ex te aduenimus. Quid.n. pdest nobis si promissum est nobis immortale tps, nos aũt mortalia opa agimus? Et qm prædicta est nobis perennis spes, nos verò pessimi vani facti sumus. Et qm reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis, nos verò mali conuersati sumus. Et qm reposita est gloria altissimi protegere eos qui tarde cõuersati sunt, nos autẽ pessimis vijs ambulauimus. Et qm ostẽdetur paradisus cuius fructus incorruptus perseuerat in quo est securitas & medela, nos verò nõ ingrediemur. In ingratis enim locis conuersati sumus, & qm sup stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiã habuerunt, nr̃æ aũt facies sup tenebras nigræ. Non.n. cogitauimus viuentes, qñ iniquitatẽ faciebamus, ꝙ incipiemus post mortẽ pati. Et rñdit, & dixit, Hoc est cogitamentũ certaminis qd certabit qui sup terrã natus est hõ, vt si victus fuerit patiatur ꝙ dixisti. Si aũt vicerit, recipiet qd dico, qm hęc est vita quã Moyses dixit, cum viueret ad populum, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas. Nõ crediderunt aũt ei, sed nec post eũ prophetis. Sed nec mihi qui locutus sum ad eos, qm non esset tristitia in perditionẽ eorum, sic futurũ est gaudiũ super eos, qbus persuasa est salus. Et rñdi & dixi, Scio dñe, qm vocatus est altissimus misericors in eo ꝙ misereatur his qui nondũ in seculo aduenerunt, & ꝙ misereẽ illis q cõuersationẽ faciũt in lege eius, & lõganimis est, qm longanimitatẽ pstat his qui peccauerunt quasi suis operibus, & munificus est, qm quidẽ donare vult ꝓ exigentijs, & multæ misericordiæ, qm multiplicat magis misericordias his qui pñtes sunt & qui pterierunt, & qui futuri sunt. Si enim nõ multiplicauerit misericordias suas, nõ viuificabit seculum cum his qui inhabitabunt in eo. Et donat, qm si nõ donauerit de bonitate sua, vt alleuientur hi qui iniquitatem fecerunt de suis iniquitatibus, non poterit decies millesima pars uiuificari hoïum. Et iudex si non ignouerit his q curati sunt verbo eius, & deleuerit multitudinẽ contemptionum, non fortassis derelinquerẽtur in innumerabili multitudine nisi pauci valde.

CAP. VIII.

Et rñdit ad me, & dixit, Hoc seculũ fecit altissimus pp multos, futurũ autem pp paucos. Dicam aũt corã te similitudinẽ Esdra. Q̃uo autem interrogabis terrã, & dicet tibi, qm dabit terrã multam magis vnde fiat fictile, paruũ aũt puluerẽ vñ aurum fit, sic & actus pñtis seculi. Multi quidẽ creati sunt, pauci aũt saluabunt. Et respõdi, & dixi, Absorbe ergo animæ sensum, & deuora quod sapit. Cõuenisti enim obaudire & prophetare volens, Nec enim tibi est datũ spatium nisi solummodo viuere. O domine, si nõ pmittes seruo tuo, vt orem corã te, & des nobis semẽ cordi & sensui culturã, vnde fructus fiat, vnde viuere possit oïs corruptus, qui portabit locum hoïs? Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus manuum tuarũ sicut locutus es. Et q̃uo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstans membra, conserua tur in igne & aqua tua creatio, & nouem mẽsibus patitur tua plasmatio tuã creaturã quæ in ea creata est, ipsum aũt ꝙ seruat, & ꝙ seruatur vtraq, seruabunt, seruataq; quãdoq; iterum reddit matrix quæ in ea creuerunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mãmillis præbere lac fructui mãmillarum, vt nutriat id ꝙ plasmatum est vsq; in tẽpus aliqd, & postea disponas eum tuæ misericordiæ. Enutriuisti eum tua iustitia, & erudisti eum in lege tua. Et corripuisti eum tuo intellectu, & mortificabis eum vt tuã creaturã, & viuificabis eum, vt tuũ opus. Si ergo pdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est, tuo iussu facile est ordinari, vt & id qd fiebat seruaret. Et nunc dñe dicam, de oï hoïe tu magis scis, de populo autẽ tuo ob quem doleo, & de hæreditate tua propter quam lugeo, & de Israel pp quem tristis sum, & de Iacob ppter quem doleo, ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis, qm video lapsus nostros qui inhabitamus terram. Sed audiui celeritatem iudicis qui futurus est. Ideo audi vocem meam & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initium verborũ Esdrę priusquã assumeret. Et dixi, Domine qui inhabitas

CAP. VIII.

A a *Cuius oculi eleuati in superna, &c.* ✻ Tertull. Quid si Episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a regula fuerit? Ideo hæreses veritatē videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Nemo sapiens est, nisi fidelis, nemo maior nisi Christianus, nemo autē Christianus, nisi qui ad finem vsque perseuerauerit. Tu vt homo extrinsecus vnū quemque nosti, putas quod vides. Vides autem quousque oculos habes. Sed oculi, inquit, Domini alti. Homo in faciem. Deus in præcordia contemplatur, & ideo cognoscit qui sunt eius.

L. de præscript. c. 3.

a bitas seculum, cuius oculi eleuati in superna & aere, & cuius thronus inæstimabilis, & gloria incomprehensibilis, cui astat exercitus angelorum cum tremore, quorum seruatio in vēto & igni conuertitur, cuius verbum verum & dicta perseuerantia, cuius iussio, & dispositio terribilis, cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit mōtes, & veritas testificatur. Exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim viuo loquar, & dum sapio, respondebo. Nec respicias populi tui delicta, B sed qui tibi in veritate seruiunt. Nec intendas impia gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. Nec cogites qui in conspectu tuo false conuersati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt. Neque volueris perdere qui pecudum mores habuerunt, sed respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt. Nec indigneris eis qui bestijs peiores iudicati sunt, sed diligas eos qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria. Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus, tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. Si enim desideraueris, vt nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitiæ. Iusti enim quibus sunt opera multa reposita, ex proprijs operibus recipient mercedem. Quid est enim homo, vt ei indigneris, aut genus corruptibile, vt ita amarus sis de ipso? In veritate enim nemo de genitis est qui non impie gessit, & de confitentibus qui non deliquit. In hoc enim annuntiabitur iustitia tua & bonitas tua domine, cum misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum. Et rñdit ad me, & dixit, Recte locutus es aliqua, & iuxta sermones tuos sic & fiet. Qm̄ non vere cogitabo super plasma eorū qui peccauerunt an̄ mortem, ante iudicium, ante C perditionem, sed iucundabor super iustorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoque & saluationis & mercedis receptionis. Quomodo ergo locutus sum, sic & est. sicut enim agricola D serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quæ seminata sunt saluantur, sed nec omnia quæ plantata sunt radicabunt, sic & qui in seculo seminati sunt, non omnes saluabuntur. Et respondi, & dixi, Si inueni gratiam, loquar: Quomodo semen agricolæ si non ascenderit aut nō acceperit pluuiā tuā in tēpore, aut sic corruptū fuerit multitudine pluuiæ, sic perit, & similiter homo q̄ manibus tuis plasmat⁹ est, & tu ei imago nominatus, quoniam similatus es ei propter quem omnia plasmasti, & similasti semini agricolę. Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ, tu autē creaturæ tuæ misereris. Et respondit ad me, & dixit, Quæ sunt præsentia, pręsentibus, & quæ futura, futuris. Multum enim tibi restat, vt possis diligere meā creaturā super me, tibi autem frequenter & ipsi proximaui, iniustis autem nunquā. Sed & in hoc mirabilis es corā altissimo, quoniam humiliasti te sicut decet te, & nō iudicasti te, vt inter iustos plurimū glorificeris. Propter E q̄ miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eis qui habitant seculū in nouissimis, q̄a in multa superbia ambulauerunt. Tu autem p̄ te intellige, & de similibus tuis inquire gloriā. Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædificata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia. Radix mali signata est a vobis, infirmitas, & tinea a vobis absconsa est, & in infernum fugit corruptio in obliuione. Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. Noli ergo adijcere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. Nam & ipsi accipientes libertatem, spreuerunt altissimum, & legem eius contempserunt, & vias eius dereliquerunt. Adhuc autem iustos eius conculcauerunt, & F dixerunt in corde suo, non esse Deū, & quidē scientes quoniam moriuntur. Sicut enim vos suscipiēt quæ prædicta sunt, sic eos sitis & cruciatus quæ præparata sunt. Non enim voluit hominē disperdi, sed & ipsi qui creati sunt coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos, & ingrati fuerūt ei qui præparauit eis vitam. Quapropter iudicium meū modo appropinquat. Quæ non omnibus demonstraui nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi, & dixi, Ecce nunc domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quę incipies facere in nouissimis, sed non demonstrasti mihi quo tempore.

CAP. IX.

Et respondit ad me, & dixit, Metiens metire tempus in semetipso, & erit cum videris, quando transierit pars quædam signorum quæ prædicta sunt, tunc tūc intelliges, quoniam ipsum est tempus in quo incipiet altissimus visitare seculum, quod ab eo factum est, & quando videbitur in seculo motio locorum & populorum turbatio, tunc intelliges, quoniam de his erat altissimus locutus, a diebus qui

A qui fuerunt ante ab initio. Sicut enim oẽ qđ factũ est in seculo, initium hẽt pariter & cõsummationẽ, & consummatio est manifesta, sic & altissimi tẽpora initia hñt manifesta in prodigijs, & in virtutibus & cõsummationes in actu & ĩ signis. Et erit oĩs qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua, & per fidem in qua credidistis, relinqueẽ de pdictis periculis, & videbit salutare meũ in terra mea, in finib. meis, qm̃ sanctificaui me a seculo. Et tunc miserebunẽ qui nunc abusi sũt vias meas, & in tormentis cõmorabuntur hi qui eas ꝓiecerunt in contẽptu. Qui n non cognouerũt me viuentes beneficia consecuti, & qui fastidierũt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatẽ. & cum adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt sed spreuerũt, hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse quõ impij cruciabuntur, sed inquire quomodo iusti saluabuntur, & quorum seculum, & propter quos seculum, & quando. Et respondi, & dixi, Olim locutus sum & nunc dico, & postea dicam, quoniam plures sunt qui pereunt, quam qui saluabuntur, sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, & dixit, Qualis ager talia & semina, & quales flores, tales & tincturæ, & qualis operator, talis & creatio, & qualis agricola, talis cultura, qm̃ tempus erat seculi. Et B nunc cum essem parans eis his qui nunc sunt antequam fieret seculum in quo habitarent, & nemo contradixit mihi, Tunc enim quisq; & nunc creator in mundo hoc parato & messe indeficienti, & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum. Et consideraui seculum, & ecce erat periculum propter cogitationes quæ in eo aduenerunt. Et vidi & peperci ei valdẽ, & seruaui mihi acinum de botro & plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est, & seruẽt acinus meus, & plantatio mea, quia cũ multo labore perfeci. Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios, sed non ieiunabis in eis, ibis in campum florum, vbi domus non est ædificata, & manducabis solummodo de floribus campi, et carnẽ non manducabis, et vinum non bibes, sed solummodo flores. Deprecare altissimum sine intermissione, et veniam et loquar tecum. Et profectus sum sicut dixit mihi in campum qui vocatur Ardath, et sedi C ibi in floribus. Et de herbis agri manducaui, et facta est esca earum mihi in saturitatẽ. Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra D fanum, & cor meum iterum turbabatur sicut añ. Et apertum est os meum, & inchoaui dicere coram altissimo, & dixi, O domine te nobis ostẽdẽs, ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur & infructuoso, quando erãt exeuntes de Aegypto, & dicẽs dixisti, Tu Israel audi me, & semen Iacob intende sermonibus meis, Ecce enim ego semino in vobis legem meã, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in eo per seculum. Nam patres nostri accipientes legem non seruauerunt, & legitima tua non custodierunt, & factus est fructus legis non parens. Nec enim poterat quoniam tuus erat, nam qui acceperunt, perierunt, nõ custodientes quod in eis seminatum fuerat. Ecce cõsuetudo est, vt cum acceperit terra semen, vel nauem mare, vel vas aliquod, escam vel potum, cum fuerit exterminatum id in quo seminatum est, vel in quod missum est, simul id quod seminatum vel missum est, vel quæ suscepta sunt exterminantur, & suscepta iam non manent apud nos. Sed nobis sic non factum est. Nos quidem qui legem accepimus peccantes periuimus, & cor nostrum quod suscepit eam, nam lex nõ periit, sed permansit in suo labore. Et cum loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte. Et ecce hæc lugebat & plorabat cum voce magna, & animo do E lebat valde, & vestimenta eius discissa, & cinis super caput eius. Et dimisi cogitatus in quibus eram cogitans, & cõuersus sum ad eam, & dixi ei, Vt quid fles, & quid doles animo? Et dixit ad me, Dimitte me domine meus vt defleam me, & adijciam dolorem, quoniam valde amara sum animo, et humiliata sum valde. Et dixi ei, Quid passa es? Dic mihi. Et dixit ad me, Sterilis fui ego famula tua, et non peperi habens maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas, et per singulos dies et annos triginta hos, deprecor altissimum nocte ac die. Et factum est post triginta annos exaudiuit Deus ancillam tuam, et vidit humilitatem meam, et attendit tribulationi meæ, et dedit mihi filium. Et iucundata sum super eum valde ego et vir meus, et omnes ciues mei, et ho nori F ficabimus valde fortem. Et nutriui eum cum labore multo, et factum est cum creuisset et venisset accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

ET factum est, cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit et mortuus est, et euertimus omnes lumina. Et surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me, et quieui vsque in alium diem vsque nocte. Et factum est cum omnes quieuissent vt me consolarentur, vt quiescerem, et surrexi nocte et fugi, et veni sicut vides in hoc cãpo, & cogito iam nõ reuerti in ciuitatem, sed hic consistere, & neque manducare, neque bibere, sed sine intermissione lugere et ieiunare vsque dum moriar. Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam & dixi, Stulta super omnes mulieres, nõ vides luctum nostrum, et quæ nobis cõtingũt? Quo-

a *Stulta super o. mulieres.* ✠ Amb. Scriptum est in, Oratio. de obitu fratris sui Satyri.

A cõmuni dolore, ꝓpriũ vacare debere. Neq; enim prophetico sermone, vni illi mulieri quæ figurat̃, sed singulis dr̃, cum Ecclesię dictũ vr̃. dicitur ergo ad me, & dicit scriptura cęlestis, Hoccine deces, sic insti tuis Dei plebem? An nescis quia exemplũ tuũ, periculũ cęterorũ est? Stulta inquit, super oẽs mulieres, nõne vides luctum nostrũ, & quæ nobis contigerunt, qm̃ Siõ mater nr̃a oĩum in tristitia cõtristatur, & humilitate humiliata est, &c. Absorbeat igit̃ nostrum dolorem cõis dolor, & acerbitatem pro prij mœroris excludat. Nõ.n. dolere debemus eos quos cernimus libe ratos, neq; enim otiose tam sanctas hoc tp̃e ani mas corporeis vinculis reminiscimur absolutas, &c.

Quoniã Sion mr̃ nr̃a omni tristitia cõtristat̃, & humilitate humiliata est, & luget validissime? Et nunc qm̃ oẽs lugemus & tristes sumus, qm̃ oẽs cõtristati sumus, tu autẽ cõtristaris in vno filio Interroga .n terram & dicet tibi, qm̃ hæc est q̃ dẽat lugere casum tãtorũ sup eum germinãtium. Et ex ipsa ab initio oẽs nati, & alij veniẽt. Et ecce pene oẽs in ꝑditionẽ ambulãt, & exterminiũ fit multitudo eorũ. Et q̃s ergo dẽt lugere magis, ni si hęc q̃ tam magnã multitudinẽ ꝑdidit, q̃ tu quæ ꝓ vno doles? Si ãt dices mihi, qm̃ nõ est plãctus meus sĩis terrę, qm̃ fructum ventris mei ꝑdidi, quẽ cum mœroribus peperi, & cũ do-

B loribus genui, terra aũt scd̃m viã terræ, abijtq; in ea multitudo p̄sens, qũo euenit, & ego tibi dico, Sicut tu cũ labore peperisti, & sic, & terra dat fructum suũ, hoĩ ab initio ei q̃ fecit eã. Nunc ergo retine apud temetipsã dolorẽ tuum, & fortiter fer q̃ tibi contigerunt casus. Si.n. iustificaueris terminũ Dei & cõsiliũ suũ, recipies in tp̃e, & in talib. col laudaberis. Ingredere ergo ĩ ciuitatẽ ad virũ tuũ. Et dixit ad me. Nõ faciã neque ingrediar ciuitatẽ, sed hic moriar. Et apposui adhuc loq̃ ad eã, & dixi, Noli facere hunc sermonẽ, sed cõsenti p̄suadenti. Quot.n. ea sus Sion, Cõsolare ꝑp dolorem Ierusalem. Vides.n. qm̃ sanctificatio nr̃a deserta effecta est, & altare nostrum demolitium est, & tẽplum nr̃m destructum est, & psalterium nr̃m humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nr̃a dissoluta est, & lumẽ cãdela-

C bri nr̃i extinctum est, & arca testamẽti nr̃i direpta est, & sancta nr̃a cõtaminata sunt, & nomen quod inuocatũ est sup nos pene ꝓphanatum est, & liberi nr̃i contumeliã passi sunt, & sacerdotes nr̃i succẽsi sunt, & Leuitæ nr̃i in captiuitatem abierunt, & virgines nr̃æ coinquinatæ sunt, & mulieres nr̃æ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sũt, & paruuli nostri ꝑditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt. Et q̃d omnium maius signaculũ Siõ, qm̃ resignata est de gloria sua. Nã & tradita est ĩ manibus eorum, q̃ nos oderunt. Tu ergo excute tuã tristitiã multam, & depone abs te multitudinẽ dolorum, vt tibi reꝓpitiet̃ fortis, & requiẽ faciet tibi altissim⁹, reqetionẽ laborũ. Et factũ est cum loquebar ad eã, facies eius fulgebat subito & species, coruscus fiebat visus eius, vt esset paues valde ad eã, & cogitarẽ q̃d esset hoc. Et ecce subito emisit sonitum vocis magnũ timore plenũ, vt cõmoueret̃ terra a mulieris sono. Et vidi, & ecce amplius mulier nõ cõparebat mihi, sed ciuitas ędificabat̃ & locus demonstrabat̃ de fundamẽtis magnis, & timui & clamaui voce magna, & dixi: Vbi est Vriel angelus q̃ a principio venit ad me? Qm̃ ipse me fecit venire in multitudine in excessu mẽtis huius. Et factus est finis meus in corruptionẽ, & orõ mea in improperiũ, & cũ essẽ loquẽs ego hęc, ecce venit ad me & vidit me. Et ecce erã positus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat. Et tenuit dexterã meã, & cõfortauit me, & statuit me sup pedes meos. Et dixit mihi, Quid tibi ẽ, & quare cõturbatus est ĩtellectus tuus, & sensus cordis tui, & quare cõturbaris, Et dixi, qm̃ dereliq̃sti me. Et ego q̃d ẽ feci secundũ sermones tuos, & exiui ĩ cãpũ, & ecce vidi & video q̃ nõ possum enarrare. Et dixit ad me, Sta vt vir, & cõmonebo te. Et dixi, Loquere dñe meus tu in me, Noli me derelinquere, vt

E nõ frustra moriar, qm̃ vidi q̃ nõ sciebã, & audio q̃ nõ scio. Aut nunq̃d sensus meus fallit̃, et anima mea supmat? Nũc ergo deprecor te, vt demõstres seruo tuo de excessu hoc. Et respõdit ad me, & dixit, Audi me, & docebo te, et dicam tibi de q̃bus times, qm̃ altissimus reuelauit tibi mysteria multa. Vidit rectã viã tuã, qm̃ sine intermissione cõtristabaris pro populo tuo, & valde lugebas ꝑpter sion. Hic ergo intellectus visionis quæ tibi apparuit ante paululum Quam vidisti lugentem, inchoasti cõ solari eã Nunc autem iã speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari, et qm̃ enarrabat tibi de casu filij sui. Hæc absolutio est, hæc mulier quam vidisti, hæc est Sion, & qm̃ dixi tibi, quã & nunc cõspicies vt ciuitatem ædificatam. Et qm̃ dixi tibi, q̃a sterilis fuit, annis triginta, pp q̃d erant anni.s triginta, qm̃ nõ erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factum est post annos triginta ædificauit Salomõ ciuitatem, & obtulit oblationes, tũc fuit qm̃ peperit sterilis filium. Et q̃d tibi dixit, qm̃ nutriuit eum cum labore, hoc erat habitatio ĩ Ierusalem. Et qm̃ dixit tibi, q̃ filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, & cõtigisset ei casus, hoc e-

F rat, q̃ facta est ruina Ierusalẽ. Et ecce vidisti similitudinem eius, & qm̃ filiũ lugeret, inchoasti cõsolari eã, & de his q̃ cõtigerunt hæc erãt tibi aperienda. Et nunc videt altissimus qm̃ ex aĩo cõtristatus es, et qm̃ ex toto corde pateris ꝓ ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinẽ decoris eius. Propterea enim dixi tibi, vt maneres in cãpo, vbi domus non est ędificata. Sciebam n. ego, qm̃ altissimus incipiebat tibi ostendere hæc, propterea dixi tibi, vt venires in agrum, vbi nõ est fundm̃ ædificij. Nec enim poterat opus ædificij hoĩs sustineri in loco, vbi incipiebatur altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo noli timere, neque expauescat cor tuum, sed ingredere, & vide splendorem, et magnitudinem ædificij, quantum capax est tibi visus oculorum

Ibidem. a *Nunc ergo retine, &c.* * Ambros. Repete sacra scriptura, solatia tua. Iuuat enim tuis præceptis, tuis sententijs immorari. Nũc inquit, retine apud temetipsum dolorem tuũ. Si hoc ad mulierẽ, quanto magis ad sacerdotem? Si de filio, nõ vtiq; absurdum etiam de fratrum amissione talia memorari, quãquam si mihi fuisset filius, nũquam eum amplius dilexissem.

lorũ videre, & post hęc audies quantum capit auditus auriũ tuarũ audire, Tu enim beatus es prę multis, & vocat' es apud altissimũ sicut & pauci. Nocte aũt quæ in crastinũ futura est, manebis hic, & ostẽdet tibi altissimus eas visiones supremorũ quæ faciet altissimus his qui habitant super terram a nouissimis diebus. Et dormiui illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

CAP. XI.

ET vidi somniũ, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erãt duodecim alæ pennarũ & capita tria. Et vidi & ecce expandebat alas suas in omnẽ terrã, & oẽs venti cæli insufflabant in eam, & colligebãtur. Et vidi, et de pẽnis eius nascebant cõtrariæ pẽnæ, & ipsæ fiebãt in pẽnaculis minutis et modicis. Nã capita eius erãt qescentia, & dimidium caput erat maius aliorũ capitũ: sed ipsa qescebat cũ eis. Et vidi & ecce aquila volauit ĩ pennis suis, & regnauit sup terrã, & super eos qui habitant in ea. Et vidi quoniã subiecta erat ei oĩa sub cælo, & nemo illi cõtradicebat, neque vnus de creatura quę est sup terram. Et vidi, & ecce surrexit aquila sup vngues suos, & misit vocẽ pennis suis, dicens, Nolite oẽs simul vigilare, dormite vnusquisq; in loco suo, & p tẽpus vigilate. Capita aũt in nouissimo seruẽtur. Et vidi, & ecce vox nõ exibat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius. Et numeraui contrarias pennas eius, & ecce ipsæ erant octo. Et vidi, & ecce a dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super oẽm terram. Et factum est cum regnaret, venit ei finis & non apparuit locus eius, & sequens exurrexit & regnabat. Ipsa multũ tenuit tempus Et factũ est cum regnaret, & veniebat finis eius, vt non appareret sicut prior, & ecce vox emissa est illi, dicens, Audi tu q̃ tanto tpe tenuisti terram. Hęc annuntio tibi anteq̃ incipias non apparere. Nemo post te tenebit tẽpus tuum, sed nec dimidiũ eius, & leuauit tertia, & tenuit principatũ sicut & priores, & nõ apparuit & ipsa. Et sic cõtingebat & oĩb. alijs sigillatim principatũ gerere, et iterũ nusquã cõparere. Et vidi, et ecce in tpe sequentes pennæ erigebant a dextera parte, vt tenerent et ipsæ principatum, et ex his erãt q̃ tenebãt, sed tñ statim nõ cõparescebãt, nã & aliquæ ex eis erigebãtur, sed nõ tenebãt principatũ. Et vidi post hęc, & ecce nõ cõparuerũt duodecim pennæ, & duo pẽnacula, & nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescẽtia & sex pẽnacula. Et vidi, & ecce sex pennaculis diuisæ sunt duæ, & mãserũt sub capite, qđ est ad dexterã partem. Nam quatuor manserũt in loco suo. Et vidi, & ecce hæ subalares cogitabant se erigere & tenere principatus. Et vidi, & ecce vna erecta est, sed statim nõ cõparuit Et secũdæ velocius q̃ priores nõ cõparuerũt. Et vidi, & ecce duæ q̃ superauerũt apud semetipsas, cogitabãt & ipse regnare. Et in eo cũ cogitarẽt, ecce vnũ quiescẽtiũ capitum q̃ erat medium, euigilabat. Hoc.n.erat duorum capitum maius. Et vidi, qm̃ cõpleta sunt duo capita secũ, & ecce cõuersum est caput cum his q̃ cum eo erãt, & comedit duas subalares q̃ cogitabãt regnare Hoc ãt caput pcõterruit oẽm terrã, & dñabatur in ea his q̃ habitabãt terrã cum labore multo, & potẽtatum tenuit orbis terrarũ sup oẽs alas q̃ fuerunt. Et vidi post hæc, & ecce mediũ caput subito nõ cõparuit, & hoc sicut alæ. Superauerunt autẽ duo capita, q̃ & ipsa siliť regnauerũt sup terrã: & sup eos q̃ habitãt ĩ ea. Et vidi, & ecce deuorauit caput a dextera pte illud qđ a lęua. Et audiui vocẽ dicẽtẽ mihi, Cõspice cõtra te, & cõsidera q̃ vides. Et vidi, & ecce sicut leo cõcitatus de sylua rugiẽs, & vidi, qm̃ emittebat vocẽ hominis ad aquilã. Et dixit, dicẽs, Audi tu & loquar adte, & dicit altissimus tibi, Nõne tu es q̃ superasti de quatuor animalibus q̃ fecerã regnare in seculo meo, & vt p eos veniret finis temporũ eorũ? Et quartus veniens deuicit oĩa talia q̃ trãsierunt, & potẽtatũ tenuit seculũ cum tremore multo, & omnem orbem cũ labore pessimo, & inhabitauit tot tpibus orbẽ terrarũ cum dolo. Et iudicasti terrã nõ cum veritate, Tribulasti.n. mãsuetos, & læsisti qescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum qui fructificabant, & humiliasti muros eorum qui te non nocuerunt. Et ascendit cõtumelia tua ad altissimum, & superbia tua ad fortem. Et respexit altissimus superba tpa, & ecce finita sunt, & scelera eius cõpleta sunt. Propterea non appareas tu aquila & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tuum vanũm, vt refrigerẽt oĩs terra, & reuertatur liberatã de tua vi, & speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII.

ET factum est dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam. Et vidi, & ecce q̃ superauerat caput, & nõ comparuerunt quatuor alæ illæ q̃ ad eum transierunt, & erectæ sunt vt regnarent, & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum. Et vidi, & ecce ipsæ nõ apparebãt, & omne corpus aquilæ incendebat, & expauescebat terra valde. Et ego a tumultu & excessu mentis, & magno timore vigilaui, & dixi spiritui meo, Ecce tu pstitisti mihi hoc, in eo q̃ scrutaris vias altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum aĩo, & spiritu meo inualidus sum valde, & nec modica est in me virtus

virtus a multo timore quo expaui nocte hac. Nunc ergo orabo altissimum, vt me confortet vsq; in finem. Et dixi, Dominator dñe si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum apud te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam, conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissime consoleris aĩam meã. Dignum.n. me habuisti ostendere mihi tpum nouissima. Et dixit ad me, Hæc est interptatio visionis huius. Aqlã quã vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum q̃ visum est in visione a Daniele frẽ tuo. Sed non est illi interptatum, qm̃ ego nunc

A tibi iterptor. Ecce dies veniũt, & exurget regnũ su ꝑ terrá, & erit timor acrior oĩm regnorũ, q̃ fuerũt añ. Regnabũt aũt in ea reges duodecim, vnus post vnũ. Nam secũdus incipiet regnare & ipse tenebit amplius tp̃s ꝑ duodecim. Hęc est interp̃tatio duodecim alarũ quas vidisti. Et q̃ audisti vocẽ q̃ locuta est, nõ de capitib. eius exeuntẽ, sed de medio corporis eius, hæc est interpretatio. Qm̃ post tp̃s regni illius nascent̃ cõtẽtiones nõ modicæ, & periclitabitur vt cadat & nõ cadet tunc, sed iterum cõstituet̃ in suum initiũ. Et qm̃ vidisti subalares octo cohęrẽtes alis eius, hæc est interpretatio. Exurgent in ipso octo reges, quorũ erunt tp̃a leuia, & anni citati, & duo q̃dẽ exipsis pariẽt. Appropinquãte aũt tp̃e medio, quatuor seruabunt̃ in tẽpore, cũ incipiet appropinquare tp̃s eius vt finiat̃. Duæ vero in finẽ seruabunt̃. Et qm̃ vidisti tria capita quiescẽtia, hęc est interpretatio. In nouissimis eius suscitabit altissimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dñabunt̃ terrã, & q̃ habitãt in ea, cũ labore multo sup oẽs qui fuerũt añ hos. Propter hoc ipsi vocati sũt capita aq̃læ. Isti.n. erũt q̃ recapitulabũt impietates eius, & q̃ ꝑficient nouissima eius. Et qm̃ vidisti caput maius nõ apparẽs, hæc est interpretatio eius. Qm̃ vnus ex eis sup lectũ suũ moriet̃, & tñ cum tormẽtis. Nam duo q̃ ꝑseuerauerint, gladius eos comedet. Vnius .n. gladius comedet q̃ cũ eo, sed tñ hic gladio ĩ nouissimis cadet. Et qm̃ vidisti duas subalares traijciẽtes sup caput, qđ est ĩ dextera parte, hæc est iterpretatio. B Hi sũt quos cõseruauit altissimus in finẽ suum hoc est regnũ exile, & turbationis plenũ. Sicut vidisti, & leonẽ, quẽ vidisti de sylua euigilãtẽ, & rugiẽtẽ, & loquẽtẽ ad aquilã, & arguẽtẽ eã, & iniustitias ipsius ꝑ oẽs sermones eius, sicut audisti, hoc est vẽtus quẽ seruauit altissimus in finẽ ad eos, & impietates ipsorũ, & arguet illos, & incutiet coram ipsis

D discerptiones eorũ. Statuet n. eos in iudicio viuos, & erit, cũ arguerit eos, tunc corripiet eos. Nã residuum pp̃lm meũ liberabit cũ miseria, qui saluati sũt sup fines meos, & iucũdabit eos, quoad vsq; veniet finis dies iudicij, de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc somniũ q̃đ vidisti, & hæ interpretationes. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretum hoc: scribe ergo oĩa ista in libro q̃ vidisti, & pone ea in loco abscõdito, & docebis ea sapientes de populo tuo, quorũ corda scis posse capere, et seruare secreta hæc. Tu ãt adhuc sustine hic alios dies septẽ, vt tibi oñdat̃ q̃cq̃d visũ fuerit altissimo oñdere tibi. Et ꝑfectus est a me. Et factũ est, cum audisset oĩs pp̃lus, qm̃ ptrãsierunt septẽ dies, & ego non fuisẽ reuersus in ciuitatẽ, & cõgregauit se oĩs a minimo, vsq; ad maximũ, & venit ad me, & dixerunt mihi, dicẽtes. Quid peccauimus tibi, & q̃d iniuste egimus ĩ te, qm̃ derelinquẽs nos sedisti ĩ loco hoc? Tu.n. nobis superes solus ex oĩb pp̃lis sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portꝰ & nauis saluata a tẽpestate. Aut nõ sufficiunt nobis mala q̃ cõtingunt? Si ergo tu nos derelĩq̃ris, q̃to nobis erat meliꝰ si essemus succẽsi, & nos cum incẽdio Siõ? Nec.n. nos sumus meliores eorum q̃ ibi mortui sunt. Et plorauerunt voce magna. Et rñdi ad eos & dixi. Cõfide Israel, & noli tristari tu domus Iacob. Est.n. memoria vr̃i corã altissimo, & fortis nõ est oblitus vr̃i ĩ tẽtatione. Ego.n. nõ dereliq̃ E vos, neq; excessi a vobis, sed veni ĩ hunc locum, vt depcarer ꝑ desolatione siõ, vt q̃rerẽ mĩam pro humilitate sãctificatiõis vr̃æ. Et nunc ite vnusquisq; vestrum in domum suã, & ego veniã ad vos post dies istos. Et ꝑfectus est populus, sicut dixi ei, in ciuitatẽ. Ego ãt sedi in campo septem dieb. sicut mihi mandauit, & manducabam de floribus solummõ agri, de herbis facta est esca mihi in dieb. illis.

CAP. XIII.

ET factum est post dies septem, & somniaui sõnium nocte. Et ecce de mari vẽtus exurgebat, vt cõturbaret oẽs fluctus eius. Et vidi, & ecce cõualescebat ille hõ cum milib. cæli, & vbi vultum suum uertebat, ut cõsideraret, tremebãt oĩa q̃ sub eo uidebant̃, & ubicunq; exibat uox de ore eius ardescebãt oẽs q̃ audiebãt uoces eius, C sicut quiescit terra qñ senserit ignem. Et uidi post hæc, & ecce congregabat̃ multitudo hoĩum, quorum non erat numerus de quatuor uẽtis cæli, ut debellarent hoĩem qui ascenderat de mari. Et uidi & ecce sibimetipsi sculpserat mõtem magnum & uolauit super eum. Ego ãt q̃siui uidere regionem, uel locum uñ sculptus esset mons, & non potui. Et post hæc uidi, & ecce oẽs qui congregati sunt ad eum, ut expugnarent eum, timebãt ualde, tñ audebãt pugnare. Et ecce, vt uidit impetum multitudinis uenientis non leuauit manum suam, neq; frameã tenebat, neq; aliq̃đ uas bellicosum, nisi solummõ ut uidi, qm̃ emisit de ore suo sicut flatum ignis & de labijs eius spiritus flãmæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tempestates, & cõmista sunt om-

oĩa simul, hic flatus ignis, & spiritus flãmæ, & multitudo tempestatis, & cõcidit sup multitudinem in impetu, q̃ ꝑparata erat, pugnare, & succendit omnes, ut subito nihil uideret̃ de innumerabili multitudine, nisi solummõ puluis, & fumi odor. Et uidi, & extimui. Et post hæc uidi ipsum hoĩem descendentem de mõte, & uocãtem ad se multitudinem aliã pacificã, & accedebat ad eum multus hoĩum F multorum, quorundã gaudentium, quorundã tristãtium, aliqui uero alligati, aliq̃ adducentes ex eis q̃ offerebant̃. Et ægrotaui a multitudine pauoris, & expgefactus sum, & dixi. Tu ab initio demõstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti ut susciperes deprecationem meam, & nunc demõstra mihi adhuc interpretationem sõnij huius. Sicut.n. existimo ĩ sensu meo, vę q̃ derelicti fuerint in dieb. illis, & multo plus, væ his qui non sunt derelicti. Qui.n. non sunt derelicti tristes erãt. Intelligo nunc q̃ sunt reposita in nouissimis dieb. & occurrent eis, sed & his q̃ derelicti sunt. Propter hoc venerunt.n. in pericula magna, & necessitates multas, sicut oñdunt somnia hæc. Attñ facilius est periclitantem venire in hunc, q̃ pertransire sicut nubem

bẽ a seculo, & nunc videre q cõtingunt in nouissimo. Et rñdit ad me, & dixit. Et visionis interpretationem dicã tibi, & de qb. locutus es, adaperiã tibi. Qm̃ de his dixisti, q derelicti sunt, hæc est interptatio. Qui aufert periculum illo tpe, hic se custodiuit. Qui in periculo inciderunt, hi sunt, q hñt opa, & fidẽ ad fortissimũ. Scito ergo qm̃ magis beatificati sũt, q derelicti sup eos q mortui sunt. Hę interpretationes visionis. Quia vidisti virum ascendentẽ de corde maris, ipse est quem conseruat altissimus multis tpib. qui p semetipsum liberabit creaturã suã, & ipse disponet qui derelicti sunt. Et qm̃ vidisti de ore eius exire, vt spiritum, & ignẽ & tempestatẽ, & qm̃ nõ tenebat frameã, neq; vas bellicosum, corrupit. n. impetus eius multitudinem q venerat expugnare eum, hæc est interpretatio. Ecce dies veniunt qñ incipiet altissimus liberare eos qui super terrã sunt, & veniet ĩ excessu mentis sup eos qui inhabitãt terrã. Et alij alios cogitabunt debellare, ciuitas ciuitatẽ, & locus locum, & gẽs aduersus gẽtẽ, & regnum aduersus regnum Et erit cum fiẽt hęc, & cõtingẽt signa q añ oñdi tibi, & tunc reuelabit filius meus, quẽ vidisti vt virũ ascendentẽ. Et erit, qñ audierint oẽs gentes vocem eius, & derelinquet vnusquisq; in regione sua bellũ suum q hẽnt ad alterutrum, & colliget in vnũ multitudo innumerabilis, sicut volẽtes venire & expugnare eum. Ipse aũt stabit sup cacumen montis Sion. Sion ãt veniet & oñdet oĩb. parata & ædificata, sicut vidisti mõtem sculpi sine manib. Ipse arguet q adinuenerunt gentes, impietates eorum has, q tempestati appropinquauerunt, pp mala cogitamenta eorũ & cruciamenta, qb. incipient cruciari, q sunt flammæ, & perdet eos sine labore, p legem q igni assimilata est. Et qm̃ vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificã, hę sunt decem trib. q captiuæ factæ sunt de terra sua, in dieb. Osee regis, quẽ captiuum duxit Salmanasar rex Assyriorum, & trãstulit eos trans flumen, & translati sunt in terram aliam. Ipsi aũt sibi dederunt cõsilium hoc, vt dereq linquerent multitudinẽ gentium, & pficiscerent in vlteriorem regionẽ vbi nunq̃ inhabitauit genus humanũ, vel ibi obseruare legitima sua, q non fuerant seruantes in regione sua. Per introitus aũt angustos fluminis Euphraten introierũt Fecit. n. eis tunc altissimus signa, & statuit venas fluminis vsquequo transirent. Per eam regionẽ erat via multa itineris anni vnius, & dimidij, nã regio illa vocatur Arsareth. Tunc inhabitauerũt ibi vsq; in nouissimo tpe, & nunc iterum cum cęperint venire, iterũ altissimus statuet venas fluminis, vt possint trãsire, pp hęc vidisti multitudinem cum pace. Sed & qui derelicti sunt de populo, hi sunt qui inueniuntur intra terminum meum. Factum erit ergo, qñ incipiet pdere multitudinem earum, q collectæ sunt gentes, proteget eos qui superuenerũt populũ, & tunc oñdet eis multa plurima portẽta. Et dixi ego. Dominator dñe, hoc mihi oñde, pp q vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi. Sicut non potes hæc vel scrutari vel scire q sunt in pfundo maris, sic non poterit quisq̃ super terram videre filium meum, vel eos q cum eo sunt, nisi in tpe diei. Hæc est interpretatio somnij q vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus. Dereliquisti. n. tuam, & circa meam vacasti legem, & quæsisti. Vita. n. tua disposuisti in sapientia, & sensum tuũ vocasti matrem. Et propter hoc ostendi tibi merces apud altissimum. Erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia & mirabilia. Et profectus sum & transii in campum, multum glorificans & laudans altissimum de mirabilibus, quæ per tempus faciebat, & quoniam gubernat ipsum, & sunt in temporibus illata. Et sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIIII.

ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Et ecce vox exiuit contra me de rubo & dixit. Esdra, Esdra. Et dixi. Ecce ego dñe. Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me. Reuelans reuelatus sum super rubum, & locutus Moysi, qñ populus meus seruiebat in Aegypto, & misi eũ, & eduxi populum meum de Aegypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis, & enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finẽ, & præcepi ei dicens Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes, Et nunc tibi dico signa, quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti in corde tuo, repone ea, tu enim recipieris ab oĩbus, conuerteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, vsquequo finiãtur tempora. Qm̃ seculum perdidit iuuentutem suam & tempora appropinquant senescere. Duodecim. n. partib diuisum est seculum, & transierunt eius decima, & dimidium decimæ partis, supersunt aũt eius post medium decimæ partis. Nunc ergo dispone domũ tuã, & corripe populum tuũ, & cõsolare humiles eorum, & renuncia iã corruptelæ, & dimitte abs te mortales cogitationes, & proijce abs te pondera humana & exue te iam ĩfirmã naturã, & repone in vnã partẽ molestissima tibi cogitamẽta, & festina trãsmigrare a temporibus. Quæ enim vidisti nunc cõtigisse mala, iterum horum deteriora facient Quantum. n. inualidum fiet seculum a senectute, tm̃ multiplicabuntur sup inhabitantes mala. Prolongauit. n. se magis veritas, & appropinquauit mẽdacium. Iã. n. festinat venire, q̃ vidisti visionẽ. Et rñdi, & dixi corã te dñe: Ecce n. ego abibo, sicut pcepisti mihi, & corripiam psentẽ populum. Qui aũt iterũ nati fuerint qs cõmonebit? Positũ est ergo seculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine, qm̃ lex tua incensa est, pp qđ nemo scit q a te facta sunt, vel q incipiũt opera. Si. n. inueni in te gratiam, immitte in me spiritũsanctũ, & scribã oẽ qđ factũ est in seculo ab initio quæ erãt in lege tua scripta, vt possint hoĩes inuenire semitam, & q voluerint viuere in nouissimis viuant. Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega po-

A populum, & dices ad eos, vt nō q̄rant te dieb. quadraginta. Tu autē p̄para tibi buxos multos, & accipe tecū sareā, Dabriā, salomiā, Echanum, & Asiel. quinq; hos, qui parati sunt ad scribendū velociter. Et venias huc, & ego accendā in corde tuo lucernā intellectus, q̄ nō extinguet quoad vsq; finiantur q̄ incipies scribere. Et tunc perfectis quædā palā facies, quædam sapientib. absconse trades. In crastinum.n. hac hora incipies scribere. Et profectus sū sicut mihi p̄cepit, & cōgregaui omnem populum, & dixi: Audi Israel verba hæc. Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto, & liberati sunt inde, & acceperunt legē vitæ q̄ non custodierunt, q̄ & vos & post eos transgressi estis, & data est vobis terra in sortē, & terra Siō, & patres vestri, & vos iniquitatē fecistis, & nō seruastis vias quas p̄cepit vobis altissimus, & iustus iudex cum sit, abstulit a vobis in tempore, q̄ donauerat. B Et nūc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrū sunt. Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum viui conseruati eritis, & post mortem misericordiam consequemini. Iudicium. n. post mortem ueniet, quando iterum reuiuiscemus, & tunc iustorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur. Ad me igitur nemo accedat nunc, neque D requirat me usq; dies quadraginta. Et accepi quinque uiros sicut mādauit mihi, & profecti sumus in cāpum, & mānsimus ibi, & factus sum in creastinū. & ecce uox uocauit me dicēs Esdra aperi os tuum, & bibe quo te potauero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebat̄ mihi. Hoc erat plenum sicut aqua, color autē eius ut ignis similis. Et accepi & bibi, & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conseruabatur memoria Et apertum est os meum, & nō est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis, quas non sciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factum est cum compleuissent quadraginta dies, locutus est altissimus dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni & indigni, nouissimos E autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapiētibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, & sapiētię fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

Ecce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ quos immisero in os tuum, dicit dn̄s, & fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt. Ne timeas a cogitationibus aduersum te, nec turbent te incredulitates dicētium, quoniā, oīs incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco dicit dn̄s super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum, propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorū. Propterea dicit dn̄s. Iam nō silebo de impietatibus eorum quæ irreligiose agunt, nec sustinebo in his quę inique exercēt, ecce sanguis innoxius & tristis clamat ad me, & animæ iustorum clamāt perseueranter. Vindicans vindicabo illos dicit dn̄s, & accipiam oēm sanguinem innoxium ex illis ad me. Ecce populus meus q̄uasi grex ad occisionē ducit̄, iā C nō patiar illum habitare in terra Aegypti, sed educam eū in manu potēti & brachio excelso. Et percutiam plaga sicut prius, & corrumpam oēm terram eius. Lugebit Aegyptus & fundamēta eius plaga verberata & castigatione quas inducet ei Deus. Lugebunt cultores operantes terram, q̄m deficiēt semina eorum ab vredine & grandine, & a sydere terribili. Væ seculo, & qui habitant in eo, quia appropinquauit gladius & cōtritio eorū, & exurget gens contra gentē ad pugnam, & rhōphæa in manib. eorum. Erit.n. inconstabilitio hominib & alij alijs inualescētes non curabunt regem suū & principes, viæ gestorum suorum in potentia sua. Concupiscet.n. homo in ciuitatem ire, & non poterit. Propter superbiam.n. eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciēdum domos eorum in gladium ad diripiandas substantias eorum p̄p famem panis & tribulationem multā. Ecce ego cōuoco dicit Deus, oēs reges terrę ad me verēdum qui sunt ab Oriēte & ab austro, ab euro & a libano, ad conuertēdos ad se, & reddere q̄ dederunt illis Sicut faciūt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorum. Hæc dicit dn̄s Deus. Nō parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhomphæa super effundentes sanguinem innoxium super terrā. Exijt ignis ab ira eius, & deuorauit fundamēta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. Vę eis qui peccant & non obseruāt mādata mea, dicit dn̄s. Nō parcam illis. Discedite filij a potestate, nolite contaminare sanctificationem meam, q̄m nouit dn̄s oēs qui delinquunt in illum. Propterea tradidit eos in mortem & in occisionē. Iam.n. venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis. Non. n. liberabit vos Deus p̄p q̄d peccastis in eum. Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente. Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus eorum numerus fertur super terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient carmonij insanientes in ira, & exient vt apri de sylua, & aduenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum. Et post hæc superualescent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos. Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & con-

conuertent pedes suos in fugam, & a territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges ipsorum. Ecce nubes ab Oriente, & a septentrione vsque ad meridianum, & facies earum horrida valde plena iræ & procellæ. Et collident se inuicem, & collident sydus copiosum super terram, & sydus illorum. Et erit sanguis a gladio vsque ad ventrem, & fimus hominis vsque ad substramen cameli. Et erit timor & tremor multus super terram, & horrebunt qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos. Et post hæc mouebuntur nimbi copiosi a meridiano, & Septentrione, & portio alia ab occidente. Et superinualescent venti ab Oriente, & recludent eam & nubem quam suscitauit in ira, & sydus ad faciendam exterritationem ad Orientalem ventum & Occidentem violabitur. Et exaltabuntur nubes magnæ & validæ, plenæ iræ & sydus, vt exterreant omnem terram & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sydus terribile, ignem & grandinem & romphæas volantes, & aquas multas, vt etiam impleãtur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum. Et demolientur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna syluarum, & fœnum pratorum & frumenta eorum. Et transibunt constantes vsque Babylonem, & exterrent eam, conuenient ad ipsam & circumibunt eam, & effundent sydus & omnem iram super eam. Et subibit puluis & fumus vsque in cælum, & omnes in circumitu lugebunt eam, & qui sub ea remanserint seruient his qui exterruerunt. Et tu Asia concors in spem Babylonis & gloria personæ eius, væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum & gloriãdum in amatoribus tuis, qui tecum semper cupierunt fornicari. Odibilem imitata es in omnibus operibus eius & in adinuentionibus eius, propterea dicit Deus. Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem ad deuastandas domos tuas a violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ. Sicut flos siccabitur cum exurget ardor qui emissus est super te, infirmaberis vt paupercula plagata & castigata a mulieribus, vt non possint te suscipere potentes & amatores. Nunquid ego sic zelabo te, dicit dominus, nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percussionem manuum, & diceres super mortem eorum, cum inebriata esses, exorna speciem vultus tui. Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies. Sicut facies electis meis dicit dominus, sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum. Et nati tui in fame interient, & tu romphæa cades, & ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent. Et qui sunt in montibus fame peribunt & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent a fame panis, et siti aquæ. Infelix per maria venies, & rursum accipies mala. Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exterrent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt rursum reuertentes conuersam. Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis, & deuorabunt te & ciuitates tuas, & terram tuam & montes tuos omnes syluas tuas & lignum fructiferũ igni comburent. Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

VÆ tibi Babylon & Asia, væ tibi Aegypte & Syria. Præcingite vos saccis & cilicijs, & plãgite filios vestros & dolete, quoniam appropinquauit cõrritio vestra. Immissus est vobis gladius, & quis est qui auertat illum? Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellet ea? Nũquid repellet aliquis leonẽ esurientẽ in sylua, aut extinguet ignẽ in stipula mox quã cœperit ardere? Nunquid repellet aliquis sagittam a sagittario forti missam? Dñs fortis immittit mala, & quis est qui repellet ea? Exijt ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum? Coruscabit, et quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit? Dominus comminabitur, et quis nõ funditus conteretur a facie ipsius? Terra tremuit & fundamenta eius, mare fluctuat de profundo, et fluctus eius disturbabuntur, et pisces eius a facie domini, & a gloria virtutis eius, quoniã fortis dextera eius quæ arcum tendit, sagittæ eius acutæ quę ab ipso mittuntur, non deficient cũ cœperint mitti in fines terræ. Ecce mittuntur mala, et non reuertentur, donec veniãt super terrã. Ignis succenditur et nõ extinguet, donec consumat fundamenta terræ. Queadmodũ non redit sagitta missa a valido sagittario, sic non reuertentur mala quæ missa fuerint in terrã. Væ mihi, væ mihi, quis me liberabit in illis dieb. Initiũ dolorum et multi gemitus, initiũ famis et multi interitus, initiũ bellorũ et formidabũt potestates, initiũ malorũ et trepidabũt oẽs. In his quid faciã cũ venerint mala? Ecce fames et plaga et tribulatio et angustia, missa sunt flagella in emendatione, & in his oĩbus se cõuertent ab iniquitatib. suis, neq; flagellorũ memores erũt semp. Ecce erit annonæ vilitas super terrã, sicut putẽt sibi esse directam pacẽ, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio. A fame. n. plurimi q̃ inhabitabant terram interiẽt, & gladius perdet cæteros, qui superauerint a fame, & mortui

A mortui sicut stercora proijcientur, & non erit qui cõsoletur eos. Derelinquet.n.terra deserta, & ciuitates eius deijciẽtur. Nõ derelinquetur q colat terrã, & qui seminet eã. Ligna dabũt fructus, & quis vindemiabit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illã? Erit.n. locus magna desertio. Cupiet.n.homo hominẽ videre, vel vocẽ eius audire. Relinquẽtur .n. de ciuitate decem, & duo de agro qui absconderint se in densis nemorib. & scissuris petrarũ, quẽadmodũ dum derelinquuntur in oliueto, & singulis arborib. tres aut quatuor oliuæ, aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquunt ab his q diligẽter vineã scrutant, sic relinquentur in dieb. illis tres aut quatuor scrutantib. domos eorum in rhõphæa. Et relinquet terra deserta, & agri eius inueterabũt, & viæ eius & oẽs semitæ germinabũt spinas, eo q trãsiẽt hoĩes p eã. Lugebũt virgines non hñtes spõsos, lugebunt mulieres non hñtes viros. Lugebũt filiæ earũ nõ hñtes adiutorium sponsi earum. B In bello cõsumẽtur, & viri earum in fame exterẽtur. Audite vero ista & cognoscite ea serui dñi. Ecce verbũ dñi, excipite illud, ne diis credatis de quib. dicit dñs. Ecce appropinquant mala, & non tardãt. Quemadmodum pgnãs cum parit in nono mẽse filium suum appropinquãte hora partus eius añ horas duas vel tres dolores circumeunt ventrẽ eius, & pdeunte infante de vẽtre nõ tardabunt vno puncto, sic nõ morabunt mala ad pdeundum super terrã, & seculum gemet, & dolores circumtenebunt illud, audite verbum plebs mea. Parate vos in pugnã, & in malis sic estote quasi aduenæ terrę. Qui vẽdit, quasi q fugiat, & qui emit quasi q perditurus. Qui mercatur, quasi q fructum nõ capiat, & q ædificat, quasi q non habitaturus. Qui seminat quasi q nõ metet, sic & q vineã putat, quasi qui nõ vindemiaturus: qui nubũt, sic quasi filios non facturi, & q non nubũt, sic quasi vidui, pp qđ q laC borãt sine cã laborant. Fructus n. illorum alienigenæ metẽt, & substãtiã illorũ rapiẽt & domos euertent, & filios eorum captiuabũt, quia in captiuitate & fame generãt natos suos. Et qui negotiantur in rapina, quantũ diu exornant ciuitates & domos suas & possessiones & personas suas, tanto magis adzelabor eos super peccata sua, dicit dñs. Quõ zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonã valde, sic zelabitur iustitia iniquitatẽ cum exornat se & accusat eã in faciẽ cum venerit qui defendat exquirentẽ oẽ peccatum super terrã. Propterea nolite similari ei nec operib. eius, qm adhuc pusillum, & tollet iniquitas a terra, & iustitia regnabit in vos. D Non dicat peccator se non peccasse, qm carbones ignis cõburet sup caput eius, qui dicit nõ peccaui corã Deo & gloria ipsius. Ecce dñs cognoscet oĩa opera hoĩum, & adinuentiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum. Dixit.n. Fiat terra, & facta est. Fiat cęlum, & factum est. Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & nouit numerũ stellarum. Qui scrutatur abyssum & thesauros illarũ. Qui mẽsus est mare & conceptũ eius. Qui cõclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo. Qui extendit cælum quasi camerã, sup aquas fundauit eum. Qui posuit in deserto fontes aquarum, & sup verticẽ montium lacus ad emittẽdum flumina ab eminẽti petra, vt potaret terrã. Qui finxit hoĩem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitã, & intellectũ & spiramen Dei oĩpotentis qui fecit oĩa, & scrutinat oĩa absconsa in abscõsis terrę. Hic nouit adin E uẽtionẽ vestrã, & q cogitatis in cordib. vestris peccãtes & volẽtes occultare peccata vestra. Propter qđ dñs scrutinãdo scrutinauit oĩa opera vestra, & traducet vos oẽs, & vos cõfusi eritis, cum processerint peccata vestra corã hoĩbus, & iniquitates erũt q accusatores stabunt in die illo. Quid facietis, aut quõ abscondetis peccata vestra corã Deo & angelis eius? Ecce iudex Deus. Timete eum. Desinite a peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iã agere eas in sempiterno, & Deus educet vos & liberabit de oĩ tribulatione. Ecce.n. incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapiẽt quosdam ex vobis, & cibabunt idolis occisos, qui consenserint eis erunt illis in derisum, & improperiũ & in conculcationem. Erit.n. locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes dñm. Erũt quasi insani, nemini parcẽtes, ad diripiẽdum & deuastãdum adhuc timentes dñm, quia deuastabunt F & diripiẽt substantias, & de domib. suis eos eijciẽt. Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum q probatur ab igne. Audite dilecti mei dicit dñs. Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos: Ne timeatis nec hæsitetis, qm Deus dux vester est. Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit dñs Deus: ne ppõderent vos peccata vestra, ne superleuent se iniquitates vestræ. Væ qui constringuntur a peccatis suis, & obtegũtur ab iniquitatib suis, queãdmodum ager cõstringitur a sylua & spinis tegitur semita eius p quam nõ transit homo: & excluditur, & mittit ad deuorationẽ ignis.

HIERONYMI AD CHROMATIVM HELIODORVM IN TOBIAM PROLOGVS.

Chromatio & Heliodoro episcopis, Hieronymus presbyter in domino salutem. Mirari non desino exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim, vt librum Chaldæo sermone conscriptum ad Latinum traham, librum vtique Tobiæ: quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ agiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem † Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans, Pharisæorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguę peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui, & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit: hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero me, quod iubere estis dignati, complesse.

† lautis vel Latinorum.

A CAP. I.

Ca.47. a Tobias ex tri. ✣ Concilium Carthag.3. confirmatum in 6. Synodo uniuersali. Placuit vt preter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonice scripture, Genesis, Exodus, Leuiticus, & Daniel, Tobias, &c.

✣ Concilium Florentinum, Decernimus vnum atq; eundem Deũ veteris ac noui testamenti authorem, quoniã eodẽ Spiritu inspirãte, vtriusque testamenti sancti locuti B sunt, quorum libros suscipit & veneratur Ecclesia, qui titulis sequentib. continentur. Quinque Moysi, Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipo. Esdras, Neemias, Tobias, &c.

Epist.1. ✣ Clemens Rom. In vetere testamento scriptum habetur. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Tob.4. * Alexand. primus. Si Trinitas non est, cur Tobias ita dixisse docetur, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis?

Epist.1. * Cyprian. Loquitur in scripturis Spiritus sanctus, & dicit. *Eleemosynis, & fide delicta purgantur.*

Ser. de eleemos. & ser. de orat. dominica. * Idem. Et ideo scriptura diuina instruit dicens. *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna.*

* Ambros. Lecto prophetico libro, qui inscribitur Tobias, quamuis p(l)ene uobis uirtutes sancti Prophetæ scriptura insinuauerit, tamen cõpendiario mihi sermone de eius meritis recensendis, & operibus apud vos vtendum arbitror, vt ea quę scriptura historico more digessit latius, nos strictius comprehendamus.

C L. de Tobia cap.1.

LIBER TOBIAE.

CAP. I.

a ¶ Honos domini.

b ¶ Personam describit aptam negotio.

a TObias ex tribu b, & ciui- 1

a ¶ Inter illos abductos de quibus dicitur. Primo tempore alleuiata e(st) terra Zabulon.

tate Nephthali, quæ est 2

a Rotæ. ¶ Huius mundi rotam superans superiora quærens, inferiora & volubiliora relinquens.

in superioribus Galilææ

D

In Synopsi. * Athana. Tobiæ vocatur hic liber, propterea quod historiã illius habet. Erat autem hic de tribu Nephthalim, &c. Is cum cæcus fieret, erat annorum 58. cum vero visum reciperet 66.

L. exposi. alle. in Tobiam. E * Idem. Tobiæ exordium est. *Liber sermonum Tobiæ, filij Tobiel, filij Annaniel, &c.*

Bed. Liber Tobiæ est in superficie literæ salubris. Maximis enim uitæ moralis exemplis abundat, & monitis. Sed quantum poma folijs, tantum historiæ allegoria præcellit. Maxima enim ecclesiæ continet sacramenta. Ipse enim Tobias populum Israel significat, qui cæteris gentibus idololatriæ deditis, fide recta & operibus Deo seruiebat, vnde. *Cum irent.* Ieroboam namque qui fabricauit ad deceptionem subditorum vitulos aureos, idololatriæ cultores exprimit, quorum complices significantur in subditis. 3.Reg.12.f.

b *Nephthali.* Beda. Latitudo, de qua. *Latum mandatum tuum nimis.* cuius tribus id est, filij populus fidelis, eius ciuitas ecclesia, de qua. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Psal.118.in Matth.15.b. F

Supra

Incipit præfatio venerabilis Magistri Nicolai de Lyra super lib. Tobiæ.

HAec oportuit facere, & illa non omittere. Matt. 23.c. Postquam, auxiliante Deo, scripsi super libros sacre scripture canonicos, incipiẽdo a principio Gen. & procedendo vsque ad finẽ Apoc. de eiusdem confisus auxilio super alios intendo scribere, qui non sunt de canone. s. liber Sapientiæ, Ecclesiasticus, Iudith, Tobias, & libri Machabæorum, secundũ quod Hier. dicit in prologo galeato, qui præmittitur libris Reg. Et idẽ dicit de libro Baruch in eius prologo, & de secundo Esdræ in prologo super Esdram: pp hoc assumpsi verbum Diuisio. propositũ. *Hæc oportuit, &c.* in quo duo possunt notari. Primũ est necessitas operis pcedentis, ibi. *Hæc oportuit facere.* Secundũ est vtilitas operis subsequentis ibi. *Et illa non omittere.* Circa primũ sciendum, quod libri sacræ scripturæ qui canonici nuncupantur, tantæ sunt autoritatis, quod quicquid ibi continetur, verũ tenetur firmiter & indiscusse, & per cõsequens illud quod ex hoc concluditur manifeste. nam sicut in scripturis Philosophicis veritas cognoscitur per reductionem ad prima principia per se nota, sic in scripturis a catholicis doctoribus traditis veritas cognoscitur, quantũ ad ea quæ sunt fide tenenda per reductionem ad scripturas sacræ scripturæ canonicas quæ sunt habitæ reuelatione diuina, cui nullo modo falsum potest subesse, pp qđ intellectus earũ necessarius est ecclesiæ, & iõ de expositione earũ põt dici illud quod scribitur Ecclesia. 24.c. *Hæc omnia liber vitæ.* i. oẽs libri expositi i opere præcedenti continentur in li vitæ. i libro reuelãte veritatis a Deo qui est ipsa vita, Sicut. n. diuina prædestinatio dicitur liber vitæ, sic & hæc scriptura diuinitus reuelata liber vitæ dicitur, tum quia a vita per essentiam procedit, vt dictum est, tum quia ad vitã beatam perducit. Circa secũdũ cõsiderãdum, quod libri qui non sunt de canone, recepti sunt ab ecclesia, ut ad morum informationem in ea legantur: tñ eorum autoritas ad probandum ea quæ in cõtentionem veniunt minus idonea reputantur, vt dicit Hieron. in prologo super lib. Iudi, & in prologo super parabolas Salomonis. pp quod sunt minoris efficaciæ quam libri canonici, & ideo possumus dicere de dño a quo est omne bonũ illud quod scribitur Iu lit. 9. b. Illa post illa cogitasti. Licet. n. in actu cogitãdi diuino non sit prius aut posterius, cum sit vnicus & simplicissimus, tamen in effectibus ab eo præcogitatis est ordo tẽporis & dignitatis, & sic veritas scripta in libris canonicis prior est tẽpore quantũ ad plura, & dignitate quantum ad omnia quam sit illa quę scribitur in non canonicis, vtilis tñ est ad directionem in [illegible]ia morum, vt dictum est, per quam peruenitur ad regnum cælorum: Quod nobis concedat, &c.

Incipit postilla eiusdem super Tobiam.

CAP. I.

1 TObias ex tribu &c. *In exponendo libros qui non sunt de canone intendo tenere temporis ordinem quo scripti sunt, vel quo in eis contenta contigerunt, exceptis libris Sapientiæ & Ecclesia. qui morales sũt, et post historiales ponentur, vltimo vero secũdus Esdræ, qui minoris autoritatis merito reputat. Sic igitur incipio a libro Tobiæ, cuius historia primo contigit. s. anno sexto Ezechiæ regis Iudæ, quia captiuatus fuit Tobias per Salmanasar regem Assyriorum, vt patet inf. eo. ca. qui regnum. 10. tribuum captiuauit ann. 6. Ezechiæ, vt habetur.* Diuisio. *4. Reg. 18. Liber igitur iste in duas partes diuiditur, quia primo describitur Tobiæ conuersatio virtuosa, secundo Dei consolatio gratiosa. 4. c: Prima in duas. s. in partem principalem & incidentalem, quæ incipit ibi.* Eadem itaque die. *Prima adhuc in tres, qa primo describit eius virtuosa conuersatio in terra captiuitatis. Secũdo terra natiuitatis ibi.* Cum esset iunior. *Tertio reuertitur autor ad describendum cõuersatione eius virtuosam in terra captiuitatis, ibi.* Igitur per captiuitatem. *Circa primũ describitur pmo genus et locus ipsius, cum dicitur,* Tobias ex tribu & ci. Nephtha. *Est. n. Nephthali nomen & pñpo-cũ ad significandũ vnã tribũ de duodecim trib. filiorum Israel denominatã a Nephthali filio Iacob, & ad significãdũ quandã Galilęe ciuitatẽ sic nominatã, de qua fuit Tobias oriũdus, pp quod dicitur ex tribu & ciuitate Nephthali, & est similis modus loquẽdi, sicut dicit beatus Greg. de beato Benedicto: Fuit vir venerabilis gratia benedictus & nomine.*

Duplex Galilæa. 2 Quę est in superiori. Gali. *Hoc dicitur: quia duplex est Galilæa*

vna

MORALITER.

1 *Tobias ex tri. & ciui. &c.* Per Tobiã qui interpretatur bonus domino, & sic fuit bonus re & nomine, significatur quilibet vir bonus realiter & non apparenter tantum sicut sunt hypocritę. Per Nephthali cuius interpretatio est additamentũ, significatur qđ vere bonus nõ solum querit implere ea quæ sunt necessitatis, sed et superaddere aliqua supererogationis

2 *Quæ est in sup. Gal.* quę interpretatur rota seu volubilis, ideo significat cursum vitę præsentis, in quo de superioribus sũt illi qui non solum præcepta, sed etiam consilia saltem aliqua conantur operari.

Supra

a *Supra Na.* Naason, augurium, huius ciuitas superiora augu ratur, idest contemplatur cælestia.

b *Cum cap.* ✱ Ambros. Fuit viriustus, misericors, hospitalis, & ob virtutes quibus prædītus fuerat, subijt ærumnam captiuitatis quam ferebat humiliter ac patienter, communẽ magis iniuriã, quam priuatam dolens. Nec sibi virtutum suffragia nihil profuisse deplorans, sed magis eam sibi contumeliam minorem peccatorũ suorum pretio illatam arbitratus, &c.

✱ Cyprianus. Donec corruptiuũ istud induat incorruptionẽ & mortale hoc accipiat immortalitatem, quæcunque carnis incommoda sunt nobis cum humano genere communia. Sic cum fœtu sterili terra ieiuna est, neminem fames separat, sic cum irruptione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas vastat.

✱ August. Manet dissimilitudo passorum, etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub eodẽ igne, aurũ rutilat, palea fumat, & sub eadẽ tribula stipulę comminuuntur, frumenta purgantur, nec iõ cum oleo amurca confunditur, quia eodẽ præli pondere exprimitur, ita vna eademq; vis irruẽs bonos probat, purificat, eliquat, malos dãnat, vastat, exterminat, mali detestãtur & blasphemãt, boni precantur & laudant. Pari motu exagitatũ, & exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum. Tantum interest non qualia, sed qualis quisque patiatur.

Tobiæ captiuitas humani generis captiuitatem designat per regem omnium prauorum, i. diabolum, qui nos de patria cælesti in huius exilij vallem deiecit.

c *Ita ut omnia.* Sic populus Israel per doctores diuini verbi eleemosynam non solum rudibus suæ gentis auditoribus, sed gẽtibus ad Iudaismũ venientibus ministrabat. Quicquid enim naturaliter boni habuit quod hostis captiuans non abstulit, hoc suis in exemplum virtutis ostendebat, & portionẽ salutaris scientię tanquam decimam suæ substantiæ aduenis, id est, Gentilibus offerebat.

d *Nihil tñ.* Iã illud apostolicũ gerebat in pectore. *Nolite pueri effici, &c.* Hoc aũt secũdũ illos dictũ est, q incedebãt i mãdatis

A de Tob. c. 1. — Ser. de mor. B — †Et cum — Re. 12. g. — L. 1. de ciui. cap. 6. — C — D — Beda vbi sup. — E — Beda lib. alle. exp. in To. — 1. Cor. 14 d. — F

a ¶Retro enim relinquit viam spatiosam quæ ducit ad mortem.
b Scientiam falsi nominis sinistram & falsam deputat & mundanam philosophiam damnat.

a supra Naason, post viam quæ ducit ad occidẽtẽ, in sinistro[b] 1 2

a ¶Sephet enim literarum interpretatur

b habens ciuitatem Sephet. Cum captus esset in dieb. Salma- 3 4

¶Diaboli. a Superborum. Assyrius enim dirigens interpretatur.

nasar regis Assyriorum in c[a]ptiuitate tamen positus, viam 5

c veritatis non deseruit, ita vt omnia quæ habere poterat, quo- 6

a Iudæis.

tidie concaptiuis fr[a]tribus, qui erant ex eius genere, imper-

a Alias minor. ¶ In oculis suis, vnde. Quanto maior es humilia te in omnibus.

d tiret. †Cumq; esset iu[a]nior omnibus in tribu Nephthali, nihil 7 8

a ¶Gentes. b Idola sub specie sapientiæ deaurata. 9

tñ puerile gessit in opere. Deniq; cũ irent omnes[a] ad vitulos[b] 10

a ¶Princeps idololatriæ, decem enim tribus quæ Israel dicuntur, sub Ieroboam idola venerabantur.
b Populus Israel.
c Secundum illud. Fugite fornicationem idololatria enim fornicatio est, vnde Gentili conuerso vxorem Gentilem licet dimittere, sed non aliam ducere.

aureos quos †Ierob[a]oã rex Israel fecerat, hic solu[b]s fugie[c]bat cõ 11

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *vna est superior, altera inferior. ciuitas vero Nephthali de qua Tobias fuit oriundus, erat in Galilæa superiori.*

1 Supra Naason. *Nomen est ciuitatis, quæ respectu Nephthali declinat ad mare mediterraneum, vt patet in descriptione terræ sanctæ, & sic ciuitas Nephthali est in loco superiori. Alibi vero Naason est nomen proprium principis tribus Iuda. Nu. 7.*

2 Post viam quę ducit ad occi. *In qua parte est mare mediterraneum respectu Nephthali, & maris Galilææ quod est ad Orientẽ respectu ciuitatis Nephthali. Erat autem quædam via communis per quam res portabantur de vno mari ad aliud transiens iuxta Nepthali, et sic dicitur esse post illam viam respectu situs Ierusalem.*

3 In sinistro habens ciuitatem Sephet. *Secũdũ Philosophũ dextrum mundi est Oriens, vnde incipit motus cœli, et Occidẽs sinistrũ. Secundum vero communem modum loquendi, quẽ magis sequitur scriptura sacra, sinistrũ mundi est illud quod est ad sinistrã hominis versa facie ad Orientẽ, & sic pars Aquilonaris est sinistra pars mũdi. Ciuitas vero Sephet est in Aquilonari parte respectu Nephthali, vt patet in descriptione terræ sanctæ, ista vero de tribu Iuda et ciuitate Tobiæ dicuntur hic ad confirmationem veritatis historiæ.*

4 Cum captus esset in diebus Salmanasar, &c. *Ex hoc patet qđ non fuit captiuatus in prima captiuatione filiorum Israel, quã fecit Teglathphalnasar rex Assyriorum. de qua habetur. 4. Reg. 15. sed in secũda quã fecit Salmanasar sexto anno Ezechiæ regis Iuda, vt habetur. 4. Reg. 18. Et sic patet quod hæc historia incepit a sexto anno Ezechię regis Iuda, vt dictũ est supra. Sed quando terminata fuerit, dicunt aliqui quod hoc fuit post destructionem ciuitatis Ierusalem factam p Nabuchodonosor, eo qđ dicit Tobias inf. 13. ca. Ierusalem ciuitas Dei castigauit te dominus, &c. Sed hoc stare nõ põ: quia in fine huius libri dicitur, quod completis annis. 102. sepultus fuit Tobias. Plures aũt anni fluxerunt a sexto anno Ezechiæ vsq; ad dictam destructionem, nam Ezechias regnauit. 29. annis. Tobias autem fuit captiuatus anno eius. 6. & sic de annis Ezechiæ remanent. 34. post captiuitatẽ Tobiæ. Post Ezechiã regnauit Manasses filius eius annis. 55. 4. Reg. 21. & post eũ Iosias filius eius annis. xxxi. post quem regnauit Ioachaz filius eius tribus mensibus, qui computantur in annis patris. post eũ, regnauit frater eius Eliacim. xi. annis. 4. Reg. 24. post eum regnauit Ioachin filius eius tribus mensibus, qui computantur in annis patris, post quẽ regnauit Sedecias. xi. annis ante destructionẽ ciuitatis. 4. Reg. 24. qui anni simul iuncti faciũt annos cxxxi. & ad hos adiungendi sũt anni quos habuit Tobias antequam captiuaretur, quia iã erat ętatis tantę qđ habebat vxorẽ & filium, vt habetur. infra eo. c. Quod autem allegatur in contrarium: Ierusalem ciuitas Dei castigauit te dominus, &c. non valet: quia prophetiæ fuit de futuro, vt videbitur ibidem domino concedente.*

5 In captiuitate, &c. *ad idololatriam declinando: cum tamen inter idololatras habitaret, & sic fideliter se habuit erga Deum, & etiam misericorditer erga proximum. ideo subditur.*

6 Ita ut. *& subditur.*

7 Cumq; esset iu. *Hic cõsequenter describitur virtuosa eius conuersatio in terra natiuitatis, & primo respectu proprię personę. secũdo respectu domus suę, ibi:* Cum vero factus fuisset uir, &c. *Circa primũ dicitur:* Cumq; esset iu. omni tri. Nephtha. *s. psonis notabilibus: quia simpliciter loquendo multi erant iuniores eo in tribu Nephthali.*

8 Nihil tamen pu. *i. dissolutionis & lasciuiæ.*

9 Gessit in ope. *nam in omnibus mature se gerebat & honeste.*

10 Deniq; cum irent. *sicut dicit. iii. Reg. xii. Ieroboã institutus rex super decẽ tribus Israel, timens ne populus rediret ad regnum Iuda, & sic eũ interficeret, si populus iret adorare Deum in Ierusalẽ, fecit duos vitulos aureos, ponẽs eos in duobus locis regni sui, & præcepit populo, vt ibi adorarent in solennitatibus domini, tamen illi qui erãt fideles & deuoti, hoc non faciebant, sed latenter ibant in Ierusalem, de quibus fuit Tobias, ideo subditur.*

11 Hic solus fugi. *hoc dicitur: quia pauci declinabant a dictis vitulis, per talem modum loquendi dicitur, quod rex est solus in domo, quando habet paucos secum.*

Et

MORALITER.

1 *Supra Naason.* quæ interpretatur serpens murmurãs, quia tales suppeditant diabolũ de diuina iustitia murmurantem.

2 *Post viã quæ ducit ad oc.* Hęc est via lata quę ducit ad perditionem, quam post se derelinquunt homines virtuosi.

3 *In sinistro habens ciui. Se.* quæ interpretatur iudiciũ, per sinistrũ vero aduersitas designatur. Bonus autem homo cum in aduersitatem ceciderit, iusto Dei iudicio fieri confitetur, unde subditur.

5 *In captiuita. Denique cum irent. om. ad vi.* Per vitulũ qui est petulãs animal, lasciuia: per aurum vero cupiditas designatur. Ista duo vitia cõmuniter homines sequuntur, sed virtuosus fugit consortia taliũ, & vadit ad templum dominum deprecari & referre sibi gratias de omnibus bonis collatis sibi.

Cum

tis domini sine querela, secūdū illam regulam Tyconij, qua A tanquam de eodem agentes, aliquando propter bonos, oēs laudamus, aliquando propter malos omnes vituperamus, quod est secunda regula.

L. quæst. ex utroque test. quæst. 119. ✠ Augustin. Tanta est prouidentia Domini Dei circa nos, vt errare nos nolens, & legem & exempla bonorum operum daret, quib. modesta & tranquilla agi possit vita cum Dei timore. Qui enim author vitæ est, non vult vtiq; opus suum morti esse obnoxium. Dei ergo famulus sanctus Tobias post legē nobis exemplum datus est, vt quæ legimus quomodo fiant sciamus, B & si tentationes aduenerunt, a Dei timore non recedamus, neque auxilium aliunde quam ab eo speremus memores scriptum esse, Pusillus fui, etenim senui, & nunquā vidi iustum derelictū, nec semen eius quærens panem.

a *Omnia primitiua.* Videtur obloqui, quod prima decimatio cedebat in vsus Leuitarum: secūda in necessariis erogandis quādo visitabatur templum. Sed tertij anni decimas quas tūc consueuerāt facere, concedebant pauperibus. Et iō dicimus omnem illam vel omnes secundas, quia non poterant accedere ad templum timore custodū regis.

Beda ubi sup. Num. 28. Deut. 14. c. Ibidem d.

Omnia primitiua, &c. ✠ Graeci. Primitias & decimas fœtuum, & primitiua habēs dabam illa sacerdotib. filijs Aaron C ministrantib. in Ierusalem. At secundam decimam vendebā, & ibam, & expendebam illam in Ierusalem per singulos annos Et terram dabam quibus conueniebat, sicut præceperat Debbora mater patris mei, quia orphanus relictus sum a patre meo. D

b *Cum vero fa.* Sic populus Israel amplificatus in Aegypto, accepit synagogā ceremonijs legalibus per Moysen institutā. Beda.

1 sortia omnium, & pergebat in Ierusalem ad templum domi-
a Dominum Deum tuum adorabis.
2 a ni, & ibi adorabat dominum Deum Israel. Omnia primiti-
a Naturalia bona. b Alias ceremonias.
3, 4 ua sua & decimas suas fideliter offerens, ita ut in tertio anno
a ¶Gentibus. b Salutarem scientiam.
5, 6 proselytis & aduenis ministraret omnē decimationem. Hęc
a A principio legis.
7 b & his similia secundum legē Dei puerulus obseruabat. Cum
a Synagogam a Moysi contribuli suo constitutam.
8 uero factus fuisset uir accepit Annam uxorem de tribu sua,
a Confitendo, credendo. b Christum. c Imponendum credens.
¶Primogenitum.
9, 10 c genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei. Quem ab
a Filialiter.
infantia timere Deum docuit, & abstinere ab oī peccato.
¶Diaboli. a Synagogæ religione.
11 Igitur cum per captiuitatem deuenisset cum uxore sua & fi-
a Fide Christi.
b Mundum. Niniue enim speciosa interpretatur, & mundus cosmos Græce ab ornatu dicitur.
12 lio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu sua, & cum om-
a Aliis idololatriæ deditis. b Non modo non corpore, sed nec mente pollutus est.
13 d nes ederent ex cibis Gētilium, iste custodiuit animam suam
a Expositio. b Causa meritorum.
14 & nunquam contaminatus est in escis eorum. Et quoniam
a Effectus merces. ¶ Sicut Danieli in Nabuchodonosor & Ioseph in conspectu Pharaonis.
b Qui memor est omnium sperantium in se
15 memor fuit domini in toto corde suo, dedit illi Deus gra-

genuit ex ea filiū, quia cognouit Christum ex suo genere gignendum, vnde *prophetam, susci. vob. &c. De fru: ven. tui po. s se. t.* Cui nomen suum imposuit credendo & confitendo, quia pater de illo dicit. *Ego primogenitum ponam illum, hoc est nomen ipsius Israel.* vnde *Primogenitus meus Israel.*

Deu. 18. d. Psal. 131. b. Psal. 88. e. Exod. 4. f.

c *Quem ab infantia timere, &c.* credendo & confitendo, scilicet E quod nunquam peccatum faceret, sed ipsum timoris domini spiritu impleret.

d *Iste custodiuit animam suam & nunquam contaminatus est, &c.*

✠ Augustinus. Quam laudabilis sit sanctus Tobias, scriptura docemur, cuius deuotionem nec captiuitas minuit, nec oculorum amissio, quo minus Deū benediceret persuasit, neque exhausta substantia a via iustitiæ & veritatis auertit. Necessitas.n. probat iustum, in egestate æquitatē seruare, vera ac perfecta iustitia est. Vnde.n. quorundam deuotio minuitur, inde augmentū fecit dignus laude Tobias. Inopia humiliat virum, & qui humiliatur, inquit, non potest seruari iustitia. Sancti autem Tobiæ erectus ad Deum animus, nec captiuitate fractus est, F nec inopia humiliatus, &c.

Ibidem.

In

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et pergebat ad Ierusalem. *secundum præceptum domini.*

2 Et ibi ado. do. *& non vitulos aureos.*

3 Omnia primi. su *idest, primitias fructuum & animalium quę cedebant in sustentationem sacerdotum.*

4 Et deci. suas. *quæ erāt, vna quæ fiebat singulis annis pro sustentatione Leuitarū, alia quæ fiebat a tertio anno in tertium pro sustentatione pauperum. De vtraque habetur Deu. xiiii. vtramque soluebat Tobias fideliter, ideo subditur.*

5 Ita vt in. *& quia non solum ista bona, sed multa alia faciebat etiam a tempore iuuentutis suæ. ideo subditur.*

6 Hæc & his simi. *Et ponitur hic puerulus pro iuuene: nam talia facere non potuit, antequam haberet vsum rationis.*

7 Cum vero. *Hic cōsequenter describitur virtus Tobiæ respectu domus suę, cū dicit;* Cum vero fa. fuis. vir. *i. potens generare & sciens regere domum suam, quia matrimonium non contraxit motus libidine, sed intentione prolis ad Dei cultum procreandæ.*

8 Accepit Annam vxo. *Hoc enim fuit præceptum Nu. vl. maxime quādo mulier succedebat in hęreditate paterna, ne si contraheret cum viro alterius tribus, hæreditas sua ad tribum aliā transiret, & sic sortes confunderentur.*

9 Genuitque ex ea. *valde sibi similem in corpore, vt habetur, infra 7. c. & etiam nomine. ideo subditur:* Nomen su. impo. *& etiam mente. ideo subditur.*

10 Quem ab infan. ti. Deum. *propter quod in virtute firmior fuit, secundum illud Prouer. 22. a. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. & sic repræsentabat personam patris per omnia.*

11 Igitur. *Hic reuertitur autor ad describendā virtutē Tobię in terra captiuitatis: & primo quantū ad exercitium pietatis, secūdo patiētia in aduersis, ibi:* Post multum. *Circa primū dicitur:* Igitur dum per capti. deue. &c. *Ex quo patet quod dictum est, supra ipsū fuisse tantæ ætatis, quando fuit captiuatus, quod vxorem & filium habebat.*

12 Et cum om. *i. multi valde de Iudæis captiuatis: & est hyperbole.*

13 Ederent de cibis Genti. *Iudæis in lege prohibitis: sicut sunt carnes porcinæ, & huiusmodi.*

14 Iste custodiuit animam sua, &c. *ab eis abstinendo secundum legem.*

15 Dedit illi Deus gratiam. *propter iustitiam suam, sicut* Ioseph *in conspectu regis Pharaonis. Gen. xli. et Danieli sociisque eius in conspectu regis Babylonis, Daniel. 2.*

Et

MORALITER.

7 *Cum vero.* Vir dicitur a uirtute, & ideo quilibet uir efficitur, qn̄ in uirtutibus moralibus cōuenienter excitatur, & tūc est dispositus ad accipiendum uxorē. s. sapientiam, de qua dicitur: Sap. viij. a. *Hāc mihi q̄ sui sponsam assumerem, & amator factus sum formæ illius.* qa sicut dicit Philosophus. 7. Physicorū. sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens: qa sedatis passionibus p̄ uirtutes morales est homo dispositus ad capiendum speculatiuas ueritates.

9 *Genuitq; ex ea filium, &c.* tunc.n. sapiens ex sua sapientia gignit filiū, quando facit discipulum doctum, & ei nomē suū imponit, quando ipsum ad docendum aptum reddit: quæ quidem aptitudo nō est sine timore diuino. ideo subditur.

10 *Quem ab infan. time. &c. & omnes ede. de cib. Gen.* Moraliter. De cibis Gentilium edere, est doctrinam infidelium accipere, a qua uir bonus solicite se custodiuit.

15 *Dedit illi Deus gra. in con. Sal.* Per Salmanasar q̄ interpretatur

a *In conspectu Sal.* Non obloquitur, q. alibi dr̃ Salmanasar, q̃ & Sēnacherib, erat enim binomius, vel generaliter omnes reges Medorum sic vocabantur, sicut Aegyptij Pharaones.

b *Cum autem*, Sic populus Dei per LXX. interpretes scientiã diuinæ legis, quæ in decalogo continet̃, gentibus cõmisit, vt liberaret à fame verbi Dei. sub chirographo dedit, id est, sub conditione reddendi, cum ille diues esset, vel qui dederat, repeteret. Acceperũt gentes verbum Dei, & quasi negotiando exercent, etiam post Christi aduentũ, cũ spirituale intellectũ requirũt. reddunt fœneratori, cum credētes Iudæos in fine seculi suscipiunt, & salvandis Christi sacramenta committunt, & scripturæ arcana pandunt.

Beda ubi supr.

L. de To. c. 23. c *Sub Chirographo dedit illi, &c.* ✠ AMBROS. Diabolus Euam decepit, vt supplantaret virum, obligaret hæreditatem. Quid fœneratores faciunt? Decipiunt defœneratos, obligant fideiussores. Sed non Tobias pignus, quæsiuit, aut fideiussorē poposcit. Currēdum est igitur, vt fideiussorē requiras, vt eũ suis nominibus adstringas? Ecce paratur alter inimicus. Nã cũ non habueris vnde debitũ soluas, ille pro te teneb tur. Inueneris in eo circumuentor, & fallax, qui amicum deceperis. Ille nudabitur, ille pro te in vincula ducetur.

d *Sepult.* peccatorum, vt nec memoria in illis remaneret. tali sepultura voluerunt patres nostri honorari iuxta sepulturam Christi. Vnde Iacob in Iudæa se voluit sepeliri, & Ioseph de ossibus suis mandauit.

Ge. 49. d. Ibid. 50. d.

e *Denique cum.* Bene Sēnacherib de Iudæa fugit, diabolus. n. veram cōfessionem ptimescit, & ante faciē eius nō subsistit.

L. de Tob. c. 1. f *At vbi.* ✠ AMB. Tobias accepit edictũ ne quē ex filijs captiuitatis mortuũ sepulturę daret. At ille interdictō nō reuocabat, sed magis incitabatur, ne deserere officiũ pietatis mortis metu videret. Erat enim misericordiæ pretium mortis pœna. Talis flagitij dephēsus re°, vix tandem per amicum potuit direpto patrimonio egenus, & exul restitui suis.

Diabolus populũ Dei per idololatriam spirituali morte perimere voluit, & certas opes virtutum auferre, nec valuit, q a i co erant multi sancti, q eius vitæ prouideret ac saluti. Fugit autē cũ filio, & vxore, q a nec fidem dominice incarnationis, nec statum synagoge deseruit, quod in Machabęorum agonibus luce clarius claruit. Occiso rege à suis filijs omnia sunt restituta Tobiæ, quia superato sæpius à sceleribus su s diabolo, qui velut pessimam prolem genuit, redibant prospera populo Dei quib. adhuc alternationib. ecclesiæ statũ fluctuare videmus.

Beda ubi supr.

---

a tiam in conspectu Salmanasar regis, & dedit ei potestatem quocunq; vellet ire, habens libertatem quæcunq. facere voluisset. Pergebat ergo ad omnes, qui erãt in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Cum autem venisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege habuisset decem talenta argenti, & cum multa turba generis suis Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multũ vero temporis mortuo Salmanasar rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in cõspectu suo, Tobias quotidie pergebat p omnē cognationē suam, & consolabatur eos. Diuidebatque vnicuiq; prout poterat de facultatibus suis. Esurientes alebat, nudisque vestiméta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat. Denique cum reuersus esset rex Sennacherib fugiēs à Iudæa plagam, quam circa eum Deus fecerat, propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At vbi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tolli omnem substantiam eius. Tobias verò

(Interlinear glosses: a ¶Sicut Nabucho. Ieremiæ. — a Per doctores, qui solicite circumibant gregem, ciuitatem vnde. Noah iustus animas iumentorum suorum. — a ¶Regum. — b ¶Decalogum diuini verbi. — a ¶Gabelus secundum actionem: non secundum nominis interpretationem significat gentes. — b ¶Omnes enim ex vno patre sumus creatore Deo a Deo facture. — a ¶Conditione restituendi. — b ¶Diuinam legem. — a ¶Ne in captiuitate deficerent. — a ¶Tam corpore, quam mente. — b ¶Tam corporis, quam mentis. — a ¶in peccato. — b ¶A diabolo. — a ¶Inimicus populi Dei. — a ¶Membris quibusdam amissis, & in Iudæa dimissis. — a ¶Ab iniquis. — b ¶Diabolo. — a ¶Per satellites suæ iniquitatis. — b ¶Virtutes.)

d *Sepult.* &c. Post

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et dedit ei po.* sicut Nabuzardan fecit Ieremię de pręcepto regis Babylonis, Ieremiæ. 40.

2 *Pergebat ergo.* magis volens habitare in terra aliena ad cõfirmandũ captiuos in bono, quam redire ad propria, & maxime, quia tunc regnum decem tribuum erat occupatum à Gentilibus idololatris, quos illic transtulerat Salmanasar, vt habetur 4. Regum 17.

3 *Cum autem perue.* Circumibat enim ciuitates, in quibus erant Iudæi captiui, vt eos consolaretur.

4 *Et ex fa. re.* Rex enim non solum honorauit eum dono libertatis, sed etiam pecuniæ.

5 *Gabelum egen. &c.* plus cæteris contribulibus suis. 6 *Sub chirogra.* i. sub conditione restituendi, si possibilitas afforet.

7 *Post multum.* Hic cõsequēter describit̃ virtus Tobiæ quãtũ ad exercitiũ patiētię & primo ab extraneis. scdo à ppinquis c. 2. Circa primũ pmittit̃ occasio persecutionis Tobię cũ dr̃. Mortuo

8 *Mortuo Salmanas.* qui habebat eum in honore.

9 *Cum reg. Sen.* qui regnum Iuda multipliciter inuasit. 4. Regum 18.

10 *Et fil. Isra.* idest, illos qui captiui erant in regno suo, quos Tobias consolabatur non solum verbis, sed etiam munerib. & alijs modis, ideo subdit̃. *To. au. per.* & subditur causa odij Sennacherib contra filios Israel, cum dicitur.

11 *Deni. cum re. es.* Nam angelus dñi vna nocte percussit in exercitu suo 185. millia bellatorum, & sic compulsus fuit fugere cum paucis ad terram suam, vt habetur 4. Regum 19.

12 *Propter blasphe.* contra Deũ multiplicē, vt habetur ibidē.

13 *To. se. cor. eo.* cum periculo non solum rerum, sed etiam personę suę, ex quo factum eius apparet magis commendabile, & sequitur exercitium suę patientię, cum dicitur.

14 *At vbi nuntiatum est regi.* factum Tobię circa sepulturam mortuorum. *Iussit eum occi. &c.*

15 *Tobias. ve. &c. su. nu.* id est, omnibus bonis spoliatus. Latuit

---

MORALITER.

tur angustiatus, significat̃ rex noster, q cũ sit pax nostra tñ i cruce fuit angustiatus, & ab eo honorat̃ vir bonus à quo hēt decē talenta, i. obseruationem decem præceptorum decalogi, quæ est valde pretiosa. & eam dat sub chirographo, idest sacra scriptura, Gabelo qui iterpretatur vallis festinãs Deo, propter quod significat humilem, & deuotum, & talis à bono doctore recipit practicum documentum legis.

7 *Post multum ve. tem.* p Sennacherib, q filios Israel habebat exosos, significat̃ quilibet tyrannus, qui cõiter odit viros bonos, propter quod eos persequitur in reb. & corporibus, sed vir

vir bonus, qui per Tobiam significatur studet eos cõsolari. propter quod tyrãnus iubet eũ in reb. & corpore affligi. sed aliquando tyrannus Dei iudicio à suis interficitur, & sic vir bonus de suis persecutionibus expeditur, secundum illud Pro. 11. b. *Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.* Aliter põt exponi, vt per Sēnacherib diabolus significet̃, qui bonos suis tentationibus acrius persequitur, eos quantũ põt gratuitis spoliando, & in naturalibus vulnerãdo, sed bonus prælatus, siue doctor studet spoliatos vestibus virtutum vestire, & occisos peccato mortali per pœnitentiam sepelire. Sicut enim baptismus, eo quòd operit, vel delet peccatum sepultura dicitur Ro. 6. a. *Consepulti sumus in illo per baptismum, &c.* ita pœnitentia potest dici.

a *Post dies vero, & cæt.* ✣ GRAECI. Et nô transierunt dies quinquaginta quinque, vsquequo occiderût eũ duo filij eius, & fugerunt in môtes Ararat, & regnauit Sarchedonus filius eius pro eo. Et constituit Achiacarum Anahel filium fratris mei super omnẽ computationem patris sui, & super omnem gubernationem. Et orauit Achiacarus pro me, & veni in Niniue. Achiacarus autem erat pincerna, & ab annulo, & gubernator, & à rationibus. Et constituit eum Sarchedonus secundò, erat autem patruelis meus.

a ¶Fide Christi de eodem populo nascituri. b ¶Institutione synagogæ. c ¶Doctores sancti.

cũ filio suo, & vxore fugiens nudus latuit, quia multi diligebant eum. Post dies verò quadraginta quinque occiderunt

a Diabolum. b ¶Scelerata proles pessima. c ¶Populus Dei. d ¶Pacem.

regem filij ipsius. Et reuersus est Tobias ad domum suam

a ¶Virtutum, vel temporalium bonorum.

omnisque facultas eius restituta est illi.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Latuit. *& subditur causa cũ dicitur.* Quia mul. di. eum. *propter quod ipsum celabant in tali casu. Et quoniam Deus in tentatione facit prouentum, ideo subditur regis occisio, de qua habetur. 4. Re. 19. & Tobiæ liberatio, cum dicitur.* Et reuer. est Tobias.

CAP. II.

a Post hæc. ✣ Græci. Cum autẽ redij in domũ meam & restituta est mihi Anna vxor mea, & Tobias filius meus. In Pẽtecoste, quod est festũ sanctum septẽ hebdomaderum, factum est prandium bonum mihi. Et accubui, vt manducarem, & vidi cibaria multa, & dixi filio meo, &c.

L. de To. c. 1

✣ AMBRO. Iterum in his versabatur officijs, & si quid alimenti foret, peregrinũ cũ quo cibum sumeret, quærebat. Itaque cũ appositis sibi edendi subsidijs misso filio quæreret consortem conuiuij, dum conuiua accersitur, nunciati insepulti corporis reliquijs, cibum deserens, nec putauit prius, vt ipse cibũ sumeret, cũ in publico corpus iaceret examime. Hoc illi quotidianũ opus & magnũ quidẽ. Nã si viuentes operire nudos lex præcepit, quãtomagis debemus operire defunctos? Si viãtes ad hospitia in domũ deducere solemus, quãtomagis illũ terrã prætectos vnde iam non reuertuntur? Ego enim inquit Iob, super omnem infirmum fleui. Quis infirmior defuncto, de quo dicit Scriptura: Super mortuum plora? Nihil hoc officio præstantius, ei conferre, qui tibi iam non possit reddere, vindicare à volatilibus, vindicare à bestijs consortem naturæ. Feræ hanc humanitatem defunctis corporibus detulisse produntur, homines denegabunt?

Amos 4. c. 1. Ma. d.

Qui in lumine est, à vitijs feriatur. vnde *Reliquiæ cogitationis diẽ fe. a. ti.* Et alibi: *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus*. Non enim debemus nos in pericula præcipitare, vel Deum tentare, dum ratione possumus agere. vnde. *Si persecuti fuerint vos, &c.* Et alibi. *Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.* Et Paulus in sporta demissus est per murum. Et Iesus fugit in Aegyptum, & ibi erat vsque ad obitum Herodis.

Psal. 75. b. Ibi. 45. b. Deu. 6. c. Matt. 10. c. Ioan. 8. g. 2. Cor. 11. g. Matth. 2. c.

POst hæc vero cum esset dies festus domini, 1

a ¶Spirituale quo mens reficitur, vel corporale quo corpus in seruitio Dei sustentatur. nemo enim. &c. Ioh.

& factum esset prandiũ bonum in domo

a ¶Non vult solus buccellam suam comedere. vnde Iob: Si comedi buccellam meam solus.

Tobiæ dixit filio suo: Vade, & adduc ali- 2 3

a ¶Maxime autem domesticos fidei. b ¶Non eos, qui tantum corpus occiderunt. ¶Tam spiritualiter, quam corporaliter. vnde, Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. ¶Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem. Vere pauper est, qui filiorum more timet. vnde: Beatus vir, qui timet dominum.

quos de tribu nr̃a timentes Deum, vt epulentur nobiscum. 4

Cũque abijsset, reuersus nuntiauit ei vnũ ex filijs Israel iugu- 5

latum iacere in platea. Statimque exiliens de accubitu suo, 6

a ¶Ciborum animæ cibo corporis præferens.

relinquens prandium suum ieiunus peruenit ad corpus. Tol- 7

lensque illud portauit ad domum suam occulte, vt dum sol occubuisset, caute sepeliret eum. Cumque occultasset corpus

a ¶Proximi. ¶Fuerunt mihi lacrymæ, Psal. de ac. n. b ¶Tyranni. ¶Reddens, quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari.

manducauit panem cum luctu, & tremore, memorans illũ 8 9

sermonem, quem dixit dominus per Amos prophetã. † Dies 10

festi vestri conuertentur in lamentationem, & luctum. Cum

a ¶Quia mortuis occumbit sol iustitiæ. b ¶Sepultum more peccati ostendit.

verò sol occubuisset abijt, & sepeliuit eum. Arguebãt autem 11

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT II.

1 POst hæc ve. *Postquam author descripsit Tobiæ patientiã ab extraneis, hic consequenter idem facit à propinquis, qui Tobiã de bono opere increpabãt. Et diuiditur in duas partes, quia primo fit hoc à sua cognatione, secundo à propria vxore, ibi:* Anna vero. *Prima adhuc in duas secundũ duplicẽ causam, quia cognati sui eum iniuste increpabant. secunda ponitur ibi.* Contigit autem. *Prima adhuc ĩ duas quia primo ponitur operatio Tobiæ sancti, secundo cognatorũ suorum increpatio iniusta, ibi.* Arguebat autem: *Circa primũ dicitur.* Post hæc ve. *Ex hoc patet, quòd in diebus festiuis licitum est viuere lautius & magis delicate, propter reuerentiam festi, non tamen propter gulam secundum quod dicitur Nehemiæ, 8. c.* Ite & comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi, quia dies sanctus domini est.

2 Dixit fi. suo, &c. *vt exerceretur in pietatis officio.*

3 Vade, & adduc aliquos, &c. *eos curialiter inuitãdo, vt sic tolleretur ab eis verecundia petendi.*

4 De tribu nostra, &c. *quia magis tenemur propinquis, dũ tamẽ sint boni, ideo subditur.* Timentes dominum, &c. *subditur.*

5 Nuntiauit, &c. iacer. in pla. &c. *tanquam cadauer vile.*

6 Statimque exiliens de accu. &c. *Ex quo patet feruor Tobiæ circa pietatis opera.*

7 Tollens illud por. &c. *vt sic opus pietatis impediret, & offensam regis euaderet.*

8 Mãducauit panẽ cum luctu, &c. *ex iniusta propinqui morte.*

9 Et tremore, &c. *ne forte factum suum scisitaretur à rege.*

10 Memorãs illum sermonẽ quem dixit dominus p Amos. prophetam, &c. 8. c. Dies festi vestri conuer. in luctum, & lamentatio, &c. *Dies enim festus aliquando ratione aduersitatis fit dies luctus propter casum superuenientem, sicut contigit tempore Tobiæ. Prophetauit autem Amos tẽpore Oziæ regis Iuda, vt patet in principio suæ prophetiæ. Tobias vero captiuatus fuit sexto anno Ezechiæ, vt dictum est cap. præcedẽ. qui fuit quartus rex ab Ozia rege, & sic Tobias prophetiam Amos scire potuit, & tenere memoriter.*

11 Arguebant autem eum omnes proximi, &c. *Hic consequẽter ponitur amicorum Tobiæ increpatio iniusta, cum dicitur.* Arguebant autem eum omnes proximi sui dicentes: Iã huius, &c. *& dicitur omnes, quia proximi eius tam cognatione, quàm vicinitate eum arguebant.*

Et vix

MORALITER.

1 *Post hæc vero.* Domus Tobiæ, idest, boni prælati, est ecclesia, in qua diebus festis fit bonum prandium de pabulo sacræ scripturæ, & sacramento eucharistiæ, ad cuius participationem studet bonus prælatus fideles conuocare, & si audiat aliquem iugulatum morte culpæ, festinat ipsum per veram pœnitentiam sepelire,

Con-

a *Sed Tobias plus timens Deū, &c.* BACHIARIVS. Nonne beatus Tobias veniā misericordiæ cęlestis emeruit, mortuis in captiuitate fratribus tribuens sepulturā. Credo lapsis sub mūdialis principis dñatione suadens insinuansq; penitentiā. Et nos ergo secūdum, quod meretur corpus illius, contegamus.

✠ AVGVS. Tobias in tentatione robustus, & fortis inuentus est, ostendens plus in Dei timore vigilandum, quia si necessitas ad Dei auxilium nos impellit, quantomagis securitas?

✠ IDEM. Non sunt contemnenda corpora defunctorum, maxime iustorum, & fidelium, quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera, sanctus vsus est Spiritus. Si enim paterna vestis, & annulus, charus est posteris, quanto erga parētes maior extitit affectus, nullomodo ipsa spernenda sunt corpora, quæ multo familiarius atque coniunctius, quam quælibet indumēta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum, vel adiutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Vnde, & antiquorum iustorum funera officio sa pietate curata sunt, exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa, ipsique dum viuerent, de sepeliendis, vel auferendis corporibus suis, filiis mādauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos, Deum promeruisse, teste angelo, commendatur.

b *Contigit.* Bed. Nemo miretur si aliquādo bonū typice malum, mala bonū significent. Si enim hoc nō liceret, nunquā nigro atramento, sed sp auro lucido nomen Dei scriberetur, quia Deus lux est. Sed si nomen diaboli calculo cādido scribas nihilominus tenebras significat. Cęcatus ergo Tobias populum Israel significat. *Cæcitas enim ex parte contigit in Israel.* Fatigatus à sepultura est cæcatus. Qui enim infatigabilis in bonis operibus perstitit, fidei lumen non amittit. Ita spiritualiter fatigatus dormit, qui vigilare, stare, viriliter agere, & confortari negligit. Cui dicitur. *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis.*

c *Et ex ni. hi.* ✠ AMBROS. Tam sancto functus officio Propheta, dum requiescit iuxta parietem aulæ, cadente de passerum nido stercore, albugine cæcitatem incidit, nec conquestus ingemuit, nec dixit: Hæc merces laborum meorum? fraudari magis se doluit obsequiorum, quàm oculorum munere, nec cæcitatem pœnam, sed impedimentum putabat.

†aduersus. Bed. vbi sup. Hirundines propter leuem volatum, superbiam leuitatemque significant, quarum immunditia quibus dominatur excæcat. Nido hirundineo suppositus dormit, qui leuitati lasciuiæ, ac superbiæ se incautus subijcit. Hæc cæcitas populo Israel imminente domini aduentu in carne maxime præualuit, cum Romanæ seruitutis iugo laboraret, & diuinę legis pręcepta male viuendo violaret.

d *Sed immobi.* Quia à domo Dei incipit iudicium. Vnde: *A sanctuario meo incipite.* Qui non corripitur nō est filius, *Qui parcit virgæ, odit filium.* Paulus tanquam puer colaphizatur, ne tanquam iuuenis extollatur.

e *Insultabant re.* Bed. Erāt in populo, q temere miserijs populi insultarent, scilicet, q antiqua felicitate patrū, qui Deo similiter

(Marginalia: Ex. de reci. lapsis. — L. q. vtriusque te. q. 119. — L. de ci. cap. 13. — Gen. 23. 25. 48. 49. — L. allegori. expo. in To. — Rom. 11. c. — Ephes. 5. d. — L. de Tob. c. 2. — 1. Pe. 4. d. — Eze. 9. c. — Prou. 13. d. — 1 Corin. 12 b. — Ibidem.)

---

eum omnes proximi sui, dicentes: Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterū sepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum, quàm regem rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. Contigit autē, vt quadam die fatigatus à sepultura veniens in domum suam iactasset se iuxta parietem, & obdormisset, & ex nido hirundinum dormiēti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretq; cæcus. Hanc autem tentationem ideo permisit dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus† contra Deū, q plaga cæcitatis† euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permāsit, agens gratias Deo de omnibus diebus vitæ suæ. Nam sicut beato Iob insultabant reges, ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes. Vbi est spes

(Interlinear glosses: ¶Carne amici nominis, non hominis inimici animæ, nulla enim pestis animæ efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. — ¶Qui potest corpus, & animam perde. in ge. — ¶Qui corpus tantum. — ¶Festinanter, occulte. — ¶Vt nec abhumanitatis officio cessaret, nec regem indiscrete offenderet. — ¶Sicut de Iob dicitur: In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. — ¶Cum tentaretur. — ¶Filiali. vnde: Timete do. o. f. e. — ¶Iob: Sit nomen domini bene. sicut d p. i. f. est. — ¶Tota vita iustorum dies est vnde, in diebus Eliæ. Mortuus est Iob plenus dierum. — ¶Baldath, Sophar, & Eliphaz. — ¶Carne. — Omnes, qui pie volunt viuere in Christo. pa. opprobria. — Nusquam. — Remuneratio, vel vtilitas spei.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vix effug. mor. imperium. *idest, mortem super te imperatam, vt dictum est supra.*
2 Sed Tobias plus ti. Deum. *qui corpus, & animam potest mittere in gehennam.*
3 Quam regem. *qui super corpus tantum habet potestatem.*
4 Rapiebat cor. occisorum, &c. *exercens pietatis opera.*
5 Contigit au. *Hic ponitur causa increpationis secunda. & secundo increpatio ipsa ibi.* Nam sicut beato Iob. *Circa primum sciendum, quod causa huius increpationis fuit cæcitas superueniens Tobiæ quàm eius cognati attribuebant eius demeritis falso. sic ergo dicitur:* Contigit autem, &c. *patet litera vsque ibi:*
6 Fieretque cęcus. *Hoc non videt fuisse ex naturali stercoris virtute, maxime cū nō ceciderit super eius oculos apertos, sed clausos, sed ex ordinatione Dei, q actor est mali pœnę, vt sic Tobias posteris esset exemplar patientiæ. ideo subditur.*
7 Hanc autem tentationem, &c. *quæ fuit ad Tobiæ probationem, ideo subditur postea.*
8 Non est contristatus contra Deum, quòd plaga cęci. *& patet litera.*
9 Nam sicut beato Iob insultabant reges, &c. *Hic consequēter describitur increpatio iniusta cum dicitur.* Nā sicut beato Iob insultabant reges, *idest, eius amici, qui erant potentes, propter quod hic reges dicuntur, & forte reges fuerunt ad literam. Nam antiquitus in qualibet ciuitate erat vnus rex, vt patet Iosue.* 12.
10 Ita isti parentes, & cognati eius irridebant vitā eius, &c. *per quod innuitur, quòd irridebant eum quasi singulis diebus.*
11 Dicentes, vbi est spes tua, &c. *ex quo videtur, quòd isti remunerationem boni, & mali credebant esse tantum in vita præsenti, sicut & amici Iob, vt ibidem fuit diffuse declaratum. Et quia hoc est erroneum. ideo Tobias increpabat eos, dicens.*

Nolite

MORALITER.

5 *Contigit autem, &c.* Per hirundinē, quę est auis hincinde volatilis, significant fortunę bona, q reputanda sunt, vt stercora, & hęc excęcant oculos etiam sapientum, sicut dr Deut. 16. d. *Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.* patiētia vero Tobię in plaga cęcitatis, & suę derisionis etiam ab amicis, exemplum est patientię cunctis fidelibus in aduersis.

similiter seruiebant iam carceret: quos idem populus p docto A res, & electos suos corrigebat, seq; ad implorādā Dei clemē tiā pro æterna vita conuertebat Tobias cęcus, & verbū Dei pdicans reprobos, & electos significat, sicut Iacob cū angelo luctans factus est claud⁹, & benedictus. (Gene. 32. f.) In claudicatione suæ gentis infidelitatem, in benedictione signi ficans fidem. Tobias vero vir sanctus rursus, & increpat[5] à charitate nō cessat. († infra 8. a.) vnde: prædicator egregius B *Charitas patiens est, benigna est, &c.* (1. Cor. 13. b.)

a *Videte ne furtiuus, &c.* ✱ AMB. Ne quid furtiuum domum suam intraret, cauebat, sed victum mercede coniugis leuabat.

✱ AVGV. Melius est pauperē, & insufficiētem esse, nullique ex dato placere, quam aliquem lædere furto vel fraude. (Libr. de cōsti. vir. & vir. cap. 18.) Qui enim C aliena quomodolibet iniuste pręripit, ipse si bi regni cœlestis aditum claudit. († perierunt.) vnde, & dicit. *Neque fures, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* (1. Cor. 6.)

✱ GRAEC. Vxor mea Anna seruiebat in mulierib. & mit- D tebat dominis. Et retribuerunt ei, & ipsi mercedem, addentes etiam hædum. Cum autem venisset ad me, cœpit balare. Et dixi ei. Vnde hedulus? Num furtiuus est? Ipsa autē dixit, Dono datus est mihi supra mercedem. Et non credebam illi, & dicebam reddei illum dominis, & erubescebam ad eam.

b *Manifeste vana facta est, &c.* ✱ CYPRIA. (Ser. de mortal.) E Tobias post opera magnifica, cæcitatem luminum passus, benedicens Deum in aduersis, per corporis sui cladem creuit ad laudem, quē vxor deprauare tentauit, d. Vbi sunt iustitiæ tuæ? Ecce, quæ pateris. Et ille circa timorē Dei stabilis, ad omnem tolerantiam armatus tentationi vxoris dolore non cessit, sed Deum patientia maiore promeruit. F

a ¶Quasi mercenarius. Mali enim, aut vt serui Deo timore seruiunt, aut vti mercenarij mercedem quærunt, ideo beatitudinem, quæ est ipse Deus nunquam recipient.

tua pro qua eleemosynas faciebas, & sepulturas? Tobias verò increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui: quoniam filij 1 2

a ¶Sancti esse debemus similes patribus.

b ¶Futuram inquirimus, pro illa fideles sumus.

c ¶Non hanc. ¶Per gratiam, gratia autem Dei vita æterna.

d ¶Perseuerantibus, non incipientibus, vltima semper est expectanda dies hominis. vnde, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

sanctorum sumus, & uitam illā expectamus; quā Deus daturus est eis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna 3 4

a ¶Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. Et, Qui non laborat, non manducet.

vero vxor eius ibat ad textrinum opus quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem cōsequi poterat, deferebat. Vnde factum est, vt hædum caprarum accipiens detulisset domi. Cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit: Vi- 5

a ¶Vir vxorem corrigit, ratio sensualitatem.

dete ne forte furtiuus sit. Reddite eum dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contin- 6 gere. Ad hæc vxor eius irata respondit. Manifeste fa- 7 8

a ¶Ratio futura quærit, & inuisibilia, Eua nostra econtra.

b ¶Fructus eleemosynarum.

cta est vana spes tua, & eleemosynæ tuæ modo † ap- 9

a ¶Perisse paruerunt.

paruerunt. Atque his, & aliis huiuscemodi verbis exprobrabat ei.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Nolite, ita loqui, &c.* In verbis enim erroneis nulli debet deferri.

2 *Quoniam filii sanctorum sumus, &c.* idest, Abraham, Isaac, & Iacob, qui per fidem expectabant in futuro æternam remunerationem, secundum quod declarat Apostolus Hebræo. vndecimo. diffuse. ideo subditur.

3 *Et vitam illam expectamus, &c.* scilicet per fidem, sicut & patres nostri.

4 *Anna vero.* Hic consequenter increpatur Tobias à ꝓpria vxore sua, quod tanto grauius est quāto vxor est viro magis coniuncta, & etiam subiecta. & primo circa hoc ponitur increpationis occasio, cum dicitur: *Anna vero. &c.* extra domū suam, nam propter cæcitatem viri eius, & eleemosynas pcedentes nō habebat facultatem vnde posset habere materiā ad hoc opus exercēdū in propria domo. Cætera patent vsque ibi.

5 *Videte ne for. &c.* Vr̄, q̄ male fecerit hoc q̄rendo, quia cū Anna diu fuerat, & eius fidelitatem multipliciter ꝓbauerat pp quod non debuit habere suspitionem de ipsa, nec per cōsequens dicere, & alia verba. Ad hoc dicendū est, q̄d bene locutus est. quia pauper erat, vt dictū est, pp quod cibaria delicata non consueuerat hēre in domo sua, manebat ēt inter infideles pronos ad furta, pp q̄ rōnabiliter timuit, ne fur aliq̄s vendidisset vxori pro pretio minori, & illa ducta paupertate, & indiscretione muliebri, non inquisiuisset diligētia sufficienti vnde venditor habuisset. iō dixit vxori, vt diligētius inquireret, & hoc sonāt eius verba cū dicit. *Videte ne for. fur.* i. diligentius inquirite. Vxor autem eius sic accepit, ac si dubitaret de sua fidelitate. iō sequit̄ increpatio viri iniusta, cū dr̄.

6 *Ad hæc vxor eius irata.* irrationabiliter, vt patet per dicta.

7 *Respondit, &c.* iniuriose. 8 *Manifeste facta est v. s. spes tua.* vitæ futuræ. quia non solum perdidisti lumen corporis, sed ēt mentis, & conscientiæ bonæ. 9 *Et eleemosynæ tuæ appa.* scilicet, fictæ, & vanæ tanquam ex hypocrisi facta. Et quia pluribus modis aliis eum molestabat, ideo subditur. *Atque his, & aliis huius. verbis exprobrabat ei.*

CAP.

MORALITER.

4 *Anna vero vxor.* Secundum Aug. super Ge. ratio vir, & sēsualitas femina vocatur, q̄ circa victum, & sensibilia versat̄ sicut Anna circa opus textrinū ad habendū victum. Sed q̄a sensualitas frequenter deficit, nisi corrigatur ratione, iō rō debet inquirere, ne forte circa sensualitatis opus aliquod inconueniens contingat, sicut Tobias ab Anna inquisiuit, sed sicut illa dure portauit, sic sensualitas frequenter rebellat rationi. & sicut Tobias ad orationem recurrit, sic ratio ad optima deprecatur.

CAP. III.

A

In Psalm. 118.

a *Tunc To.* ✠ HILAR. Meminerimus primum, quia Deus vniuersorum Dominus est, iustum esse, & iudicia eius recta esse. Cur enim in suos iniquus sit? Cur in eos quos ipse genuit, iniustus sit? Bonitatis suæ immēsitas nō finit istud de eo existimare. Genuit nos nō ad iniuriam genuit nos nō ad originis nostræ, & naturę dolorem. Si quid est, quod patimur, ex iudicio suæ bonitatis accidit. Sequitur.

Exod. 20. a. B

b *Vel parentum.* Reddet Deus peccata patrum vsque in tertiā, & quartam generationem, his qui eū oderunt, & similes malis patribus sunt.

Bed. lib. all. expo. in Tob.

c *Vt Sara.* BEDA. Turbam nationum signat cuius doctores cuncti vitam tantum huius seculi, quod septem diebus euoluitur, nouerant æternā nesciebant. Ideo à diabolo rapti quasi idololatriæ mancipati, donec venit Christus verus

C

CAPVT III.

a ¶Iustus in principio est accu. sui. Qui celat, vulnera nutrit. nos quoque in omnibus, quæ patimur, Deum iustum, & misericordem esse fateamur. vnde Misericordia, & iudicium can. t. d.

a TVnc Tobias īgemuit, & cæpit orare cū lachrymis dicens. Iustus es domine, & oīa iudicia tua † iusta sunt, & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & iudicium. Et nunc domine me-

a ¶Quia sumo ¶In futuro. b ¶Q parce mihi, ego non parco.

mor esto mei, & ne vīdictā sumas de peccatis meis, neq;

a ¶Quia ego reminiscor.

b reminiscaris delicta mea, vel parētū meorum. Quoniam

a ¶Sicut debuimus. b ¶Ideo à te iusto iud ce. c Hostium prædam.

nō obedimus pceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionē, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in † improperiū omnib. nationibus, in quibus dispersisti nos

a ¶Exilium. b ¶Corporis, vel animæ. a ¶Gentibus. ¶Tu, non illi. b ¶Peccatores. a Super nos.

Et nunc dn̄e magna iudicia tua, quia non egimus secundū præcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te.

a De virtute in virtutem. b ¶Et si coram hominibus. a Quæ exuperat omnem sensum. Quæ omnibus iusta. b Non meam. ¶Quæ non mea voluntas, seu tua sit. c ¶Vrgentibus Aegyptijs filij Israel clamant ad dominum.

Et nunc domine secundū voluntatem tuam fac mecū, & pcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi magis mori, quam viuere.

a Angelis. b ¶In sinu, in quiete animæ Abrahæ cuius ipse pater, sicut, & fide. c ¶Cupio dissolui, & esse tecum, ne malitia maiorum mutet cor meum.

a Qua Tobias orauit, & illa orauit.

c Eadem itaque die contigit, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum,

D

rus sponsus, qui eam sibi in fide desponsauit, hoste superato, sicut Sathan alligato diabolo præsente, & cooperante angelo in quo saluatoris diuinitas, sicut in Tobia signatur humanitas. Nec mirandum, quòd duas personas angeli, scilicet & hominis, Vnam Christi figurare personam dicimus, quia in expositionibus Patrum legimus vnam eius esse personā in Isaac, & ariete figuratam, qui in humanitate occiditur, vt ouis, in diuinitate permanet impassibilis cum patre, sicut Isaac cum Abraham domum reuertitur incolumis. Si enim aries Christi humanitatem, homo signat diuinitatem, cur non aptius homo humanitatem angelus deitatem? In superiori enim mentis nostræ debemus orare. vnde Christus in mōte, Daniel in cœnaculo orat, & Eliseus habet cœnacula, & Christus in cœnaculo pascha celebrat.

† vera.

E † opprobrij.

F

Amplius

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT III.

1 *TVnc To.* Postquam descriptum est circa Tobiam patientiæ exercitium, hic consequenter describitur eius remedium, s. in incursu ad Deum per orationem deuotā. ideo dr̄. *Tunc To.* non ex impatientia, sed vxoris malitia, q̄ horrebat, vt propriam, cū vir, & vxor sint quasi vna psona.
2 *Et cœ. or.* feruenter, & deuote. ideo subditur.
3 *Cum lach.* mentis, & corporis, & in oratione sua, vt sit magis exaudibilis. primo diuinam iustitiam confitetur, di.
4 *Iustus es domine, &c.* nam regula est veritatis.
5 *Et omnia.* pœnas inferendo.
6 *Iusta.* alias vera sunt propter peccati demerita.
7 *Et omnes.* in omnib. operib. tuis relucet misericordia, & iustitia. nā oē bonū à Deo collatum procedit ex diuina bonitate, quæ est principium, & fons misericordiæ, & sic apparet ibi misericordia, similiter iustitia, quia facit omnia secundū ordinem decentissimū. Malum aūt pœnale cuius Deus est autor infertur cōiter pro demerito, & sic relucet ibi iustitia. Et quia semper punit citra condignū, iō relucet ibi misericordia. Et qm̄ oratio humiliātis se nubes penetrat, Ecc. 35. c. iō consequēter confitetur propria, & parētū suorū peccata di. *Neq; reminiscaris, etc.* & cōsequenter ea magis explicat di.
8 *Quoniam non obedimus præceptis tuis, & cætera.* ea transgrediendo.
9 *Ideo traditi sumus, &c.* iuste.
10 *In direptionem, &c.* quantum ad corpora propria.
11 *Et captiuitatem, &c.* quantum ad bona temporalia.
12 *Et mortem, &c.* quia multi de filiis Israel iugulabantur, vt dictum est supra.
13 *Et in fabulam, &c.* quia Gentiles inter quos erant captiui frequenter inter se confabulabantur de filiorum Israel miseria, & captiuitate.
14 *Et in improperium omnibus nationibus in quibus disper.* quia multa conuitia eis inferebantur. consequenter repetit huius causam, attribuendo Deo iustitiam dicens.
15 *Et nunc domine magna iudicia tua, &c.* idest quia nullus potest ea arguere.
16 *Quia non egimus secundum præcepta tua.* Licet autem ipse innocens esset, tamen cōnumerat se peccatoribus, eo quòd erat de eorum populo, & natione.
17 *Et non ambulauimus synceriter coram te, &c.* q. d. & si in aliquibus impleuimus mandata tua quantum ad substantiam operis, non tamen recta intentione.
18 *Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum, &c.* Licet enim vellet cito mori, ne experiretur amplius cognatorū suorum, & vxoris suę malitiam, & populi Israel afflictionem, tamen sapienter, & discrete præponit in omnibus diuinam voluntatem.
19 *Expedit enim mihi magis mori, quā viuere.* Hoc enim non dicit tædio acediæ, sed tædio infirmitatis humanæ. quod si est peccatum non est, nisi veniale, & hoc bene contingit viris pfectis. Pro. 24. b. *Septies in die cadit iustus, & resurget.*
20 *Ead. di.* Hæc est pars incidentalis, in qua primo ponit incidentis narratio. secundo narrationis ratio, ibi. *In illo tēpore.* Prima in duas. nam incidens fuit exercitium patientiæ Sarę filiæ Raguelis, cuius primo ponitur iniustum improperium secundo sanctum refugium, ibi. *Ad hanc vocem.* Circa primū dicitur. *Eadem itaque,* scilicet orationis Tobiæ.
21 *Vt Sara.* qui erat de Iudęis captiuatis, in alia tamen ciuitate, quam Tobias.

Et ipsa

MORALITER.

1 *Tunc To.* Sequitur.
20 *Eadem ita.* per Saram, quæ interpretatur principissa, significat anima, & per eius ancillam caro, quæ debet aīæ subijci sed in multis caro spiritui dn̄at, & sic Sara ab ancilla turpiter increpatur. vnde dicit Ber. O homo cur animam tuam vilipendis, & carnem tuam præponis, dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est. Et sicut pro remedio quærendo Sara ascendit superius cubiculum ibi orans deuote dominum, sic anima in Deum per sacram meditationem & orationem deuotius eleuatur.

A a *Amplius ex te non videamus, &c.* ✠ Græci. Non intelligis, quod suffocaueris viros tuos: Iā septē viros habuisti, & vnius eorū nō es nominata. Quid nos flagellas pro eis? Si mortui sūt vade cū illis, ne videamus ex te filiū aut filiam in eternum. Hęc audiēs, tristata est valde, vt suffocaret. Et dixit. Vna siquidē sum patri meo, si fecero hoc, improperium ipsi est, & senectutem eius deducā cum dolore in infernum.

Ho. 26. ad Heb.

✠ Chrysost. Hoc est improperium Christi quod sustinuit Moses, a dicente sibi, Nūquid interimere me vis, sicut interfecisti B Aegyptum? quando quisquam a domesticis, & ab his quibus beneficium præstitit sustinet improperiū.

b *Cum com.* Nomen plenitudinis in bono solet accipi, vnde. *Vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium &c. Et impleti sunt dies purgationis Mariæ. Et de Moyse ad finem vsque cōpleuit.*

Matt. 14. c. Daniel. 6. c. 4 Reg. 4. f. Mar. 14. b. Gal. 4. a. Lucæ. 2. c.

c *Nunquam cum ludentibus, &c.*

Hom. 1. in Matth. opi. imp.

✠ Chrysostomus. Puella non sit leuis, non iocosa, non cantatrix, non turpium verborum amatrix, sicut solent plerumque quæ talia libenter aut loquuntur, aut audiunt. Si quidem im- C pudentiores sunt, libēter loquuntur, si autem tē verecūdiores, & loqui talia erubescunt, tamen dele- D ctantur audire. Nō super virū oculos suos efferat, nec infigat aspectū. Hęc enim sūt documēta mulieris meretricis, sicut ait Salomon, Fornicatio mulieris in extollentia oculorū eius.

Eccl. 26.

✠ Idem. Audistis o mulieres, malę mulieris pessimos actus. & bonæ gloriosos triumphos, Illius ergo facinora calcate, huius vero exēpla sectamini, hāc vero imitamini, vt cū sanctarum feminarum cursum & vestigia cōsecutæ fueritis, in earū consortio pari gratia annumerari mereamini, gaudētes & letantes sēper cum Christo Iesu.

Ho. 15. ex diuersis in Matth. locis.

✠ Aug. Quis tam sit absurdus, qui audet affirmare in huius mortalitatis ærūnis, vnumquemque sanctorum qui hāc duxerit vitam, nullas hēntē lacrymas, & dolores cum potius quanto quisq; est sanctior, & desiderij sācti plenior, tāto sit eius i orādo fletus vberior? An nō est vox ciuitatis supernæ Ierusalē, q dicit, Factæ sūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte? Et, lauabo p singulas noctes lectū meū &c. Et gemitus meus non est abscōditus a te.

L. 20. de ciuit. c. 17. E

& ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine As- 1 2 3

a ¶Desertor, proprium nomen dæmonis.

modæus occiderat eos mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens. a Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram, 4 interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, 5 6 sicut etiam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perre- 7

a ¶Mentis. b ¶In prosperitate enim & aduersitate ad sanctam trinitatem preces debemus dirigere.

xit in superius cubiculum domus suæ. tribus diebus, & tribus 8

a ¶Sola oratione pinguescit quam maties corporis pascit. lachryma cogit, hæc vngit, illa pungit. b Oratio Deum lenit.

noctibus non manducauit neque bibit, sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto im-

a ¶Infidelitatis. b ¶Ex aduentu filij. Lumine sanctæ trinitatis implemur vt orationem compleamus.

b properio liberaret eam. Factum est autem die tertia cum com 9 pleret orationem, benedicens dominum, dixit: Benedictum 10

a Non recens. b Quos debemus imitari, quorum amamur meritis. c Simile. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.

est nomen tuum Deus patrum nostrorū, qui cum iratus fueris 11

a Non dimittit Deus peccata nisi in tribulatione & cordis contritione: vnde. Cor contritum & humiliatum Deus non despicit.

misericordiam facies, & in tēpore tribulationis peccata dimit 12 13

a Non alijs. b Corde, ore, & opere. c Ne aliud a te. d ¶Mentis que tibi soli placet. e Quia inueni cor meum, vt orarem te.

tis his qui inuocant te. Ad te domine faciem meam conuer- 14

a Non ad idola, non ad mea merita. b Interiores, de quibus dicitur. Laua oculos tuos & vide & alibi. Oculi tui columbarum.

to, ad te, oculos meos dirigo. peto domine, vt de vinculo im- 15 16 properij huius absoluas me, aut certe desuper terram eripias 17 18

a Quia. b Nolui cognoscere thorum in delicto.

me. Tu scis domine, quia nunquam cōcupiui virum, & mūdā 19 20

a Carnis.

c seruaui animā meam ab oī concupiscentia. Nunquam cū lu- 21

Missus F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ipsa a.* quod improperium tanto erat grauius quanto fiebat a persona subiecta & vili.

2 *Quoniam tradita fuerat septem viris. &c.*

3 *Et demonium no. &c. occide. e s.* Tum quia infideles & idololatrę, vt dicunt aliqui, vel si erant de filiis Israel, non tamen de cognatione Sarę, & ad eā accedebāt moti sola voluptatis libidine, vt habetur infra. 21. cap. propter quod non decebat eos puellam tantę sanctitatis polluere, & quia reseruabatur virgo filio Tobię.

4 *Amplius &c. non videamus filium.* duo turpia sibi falso improperabat, scilicet opprobrium sterilitatis, quod tunc erat valde magnum, & occisionem suorum maritorum: & tertio occisionis suę desiderium. ideo subditur.

5 *Nunquid & occidere me vis, sicut etiam occidi.* quasi dicat: patet quod sic.

6 *Ad hanc vocem.* Hic consequenter ponitur deuote Saræ remedium. s. per orationis studium, cum dicitur: *Ad hac vocem.* absque dura responsione.

7 *Perrexit in supe. cu.* quod erat orationi congruum ratione solitudinis, & eleuationis.

8 *Et tribus &c. non manducauit.* nihil omnino sumendo vt dicunt aliqui: quia feruor orationis & eius prolixitas inducūt obliuionem potus & cibi, ideo subditur: Sed in oratione persistens Aliter etiam exponitur, quia modicum interrupit orationem, & in illa interruptione modicā sumpsit refectionem, & si dicitur hic, non comedisse, & in oratione persetisse, quia quod modicum est, quasi nihil reputatur, vt dicitur. 4. Physicorum, Vnde, & de homine modicum comedente dicitur, quod nihil comedit vulgari sermone.

9 *Factum est, &c. dum compleret oratio.* melior est. n. finis orationis: q̄ principium. Ecclesia. 7. b. pp qđ assurrexit eius animus ad laudandum Deum, di.

10 *Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, &c.* qui es verus Deus, non sic autem dii Gentilium.

11 *Qui cum iratus fueris, &c.* puniendo.

12 *Misericordiam facies, &c.* consolando.

13 *Et in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te, &c.* quia penę sunt quędam peccatorum medicinę.

14 *Ad te domine, &c. con.* Id est, simul verto. per qđ innuitur, quod intelligitur hęc conuersio de duplici facie. s. & mentis & corporis Iudęi. n. in captiuitatē ducti orabāt versa facie corporis versus Ierusalē vbi specialiter habitabat Deus: quia adhuc stabat templum vbi colebatur, vt dictum est supra. 1. c. Dan. etiam 6. c. dicitur quod in cęnaculo domus suę orabat apertis fenestris contra Ierusalem.

15 *Ad te oc.* mentis & corporis.

16 *Dirigo.* cum obtinendi fiducia.

17 *Peto domine, vt de vinculo improperii huius absoluos.* nam erat valde, graue.

18 *Aut certe de super terram eripias me, &c.* hoc dupliciter exponitur: Vno modo, quia loquitur ex infirmitate humana, sicut dictum est de Tobia. Alio modo, quia sic loquitur, timens ne si ista sibi frequenter irrogarentur, per impatientiā frangeretur, & melius esset sibi morte preoccupari quā ab innocentia mutari, sicut Sapien. 4. dicitur. b. *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. raptus est enim ne malitia mutaret animum eius.*

19 *Tu scis do. &c. vi.* inordinate.

20 *Et mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia, &c.* hoc non dicit iactanter, sed magis grat anter sciens hoc se habuisse ex diuino munere, & sic iusti legūtur bona sua corā Deo humiliter recoluisse sicut dixit Ezechias. 4. Re. 20. a. *Domine memento quomodo ambulauerim in veritatem coram te, &c.*

21 *Num. cum.* dissolute & inhoneste.

Mis. me.

a ¶Quia risus dolori miscebitur. b ¶Mentis.

A dentibus miscui me, neq; cum his, qui in leuitate [1] ambulant participem me præbui. Virum autem [2] cum timore tuo, non cum libidine mea consen- [3] [4] si suscipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi [5] forsitan mihi non digni fuerunt, quia forsitan [6] [7] viro alij conseruasti me. Non est enim in homi- [8] [9] nis potestate consilium tuum. Hoc autem pro [10] [11] certo habet omnis, qui colit te, quod vita eius [12] si in probatione fuerit coronabitur, si autem in [13] tribulatione fuerit, & liberabitur, & si in † cor- [14] ruptione fuerit ad misericordiam tuam venire [15] licebit. Non enim delectaris in perditionibus [16]

a ¶De vitio in vitium. b ¶Non consensi. c ¶Vt tibi frustram faciam. a Timens maledictionem sterilitatis. b ¶Carnis. a ¶Nihil temere diffiniamus, quæ nobis dubia sunt, Deo diffinienda reseruemus. a ¶Quod verum est. b ¶Intactam. c ¶Quod nescio, quid horum sit, tu nosti. a ¶Vnde: Quis consiliarius eius fuit. a ¶Peritiierit. b ¶Qui legitime certauerit coronabitur. Et: Qui perseuerauerit sal e. a ¶A te ne deficiat. a Misericorditer enim corripis, qui flagellas omnem filium quem recipis. a ¶Quem creasti, perdere non vis. b Tribulationibus.

† vetus exemplar legis correptione.

B

nostris, quia post tempestatem tranquillum fa- [17] [18] cis, & post lachrymationem, & fletum, gaudium, [19] & exultationem infundis. Sit nomen tuum [20] [21] Deus Israel benedictum in secula. In illo tempo- [22] [23] re exauditæ sunt preces amborum in conspe- ctu gloriæ summi Dei, & missus est angelus domini sanct[us] Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore recitatæ sunt orationes in conspectu domini.

a Quod à nobis. b Corporis, vel animi, vel vtriusque. vnde, post tenebras spero lucem. a Beati, qui lugent quoniam ipsi conso a. a Cui omnia debemus. b Sine fine. a Impletæ. b Tobiæ, & Saræ. a In beneplacito. a Christus. a Medicina Dei. a Ab angelis.

D

a Missus est ang. Raphael medicina Dei. missus est dñs in mundū, q. de seipso ait. Non est opus valētib. medicus, sed q male hēt. q. & populū Iudaicū à tenebris perfidiæ, & Gētile liberaret, ab idololatriæ seruitute, de quo. Vocabitur magni consilii angelus.

Matth. 9. b

Esa. 9. b.

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Miscui me. *me inhærendo.*
2 Virum au. cum ti. *id est, amore prolis ad cultum tuum educandā.*
3 Non cum li. *id est, libidine motā.*
4 Consen. *parentibus meis hoc volentibus.*
5 Suscipe. *in coniugium.*
6 Et aut ego in. *pro peccatis occultis meis.*
7 Aut illi forsitan mihi non digni fuerunt. *hoc dicit, quia de indignitate aliorum nolebat temere iudicare.*
8 Quia for. vi. alio con. me. *in mea virginitate.*
9 Non est e. in h. p. c. t. *q. d. de causa huius rei cognita tibi soli non possumus certitudinaliter aliquid scire.*
10 Hoc autem pro. *fidei certitudine.*
11 Omnis, qui colit te, &c. *pure, & deuote.*
12 Quod vita, &c. *in camino tribulationis, sicut aurum in fornace vbi purgatur, & melioratur.*
13 Coronabitur, &c. *corona cælestis gloriæ.*
14 Et si in c. *peccans ex ignorantia, vel infirmitate.*
15 Ad mi. tuam ve. *peccata enim huiusmodi magis sunt remissibilia, quam illa, quæ procedunt ex certa malitia.*
16 Non enim. *sed in emendationibus nostris per flagella: ideo subditur.*
17 Quia post. *tribulationum.*
18 Tran. fa. *conferendo pacis donum.*
19 Et post. *præsentis miseriæ.*
20 Gau. & ex. *per donum gratiæ, & gloriæ.*
21 Sit nomen tuum Deus Israel benedictum. *ideo, in omnibus benedicatur.*
22 In secula. *i. vsq; in æternū. nā æternitas, quæ est tota simul, non pōt à nobis comprehendi, nisi per comparationem ad tēpus infinitum.*
23 In illo tempore exauditæ sunt preces, &c. *Hic consequenter ponitur dictæ narrationis ratio. s. post factum Tobiæ cuius oratio, et Saræ habuerunt similitudinem ex parte causæ, & ex modo deprecandi, vt patet per prædicta. fuerunt etiam eodem tempore coram Deo recitatæ, & ab eo exauditæ. propter quod missus est idem nuntius, scilicet Raphael angelus ad exequendum circa eos effectum bonitatis diuinæ, & hoc est, quod dicitur. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum, & c. patet litera.*

MORALITER.

† 23 *In illo temp.* Sequitur, *Missus est.* MYSTICE. Per Raphaelem intelligi potest dominus noster IESVS Christus, q dicitur magni consilij angelus. Esa. 9. b. secundum translationē Lxx. & venit in hunc mundum ad curandum in vtroque sexu genus humanum.

L. de opere, et eleemos.

C

CAP. IIII.

a IGitur cū. ✠ CYP. Preuaricator, & proditor pater es, nisi filijs tuis fideliter cōsulas, nisi cōseruādis eis religiosa, & vera pietate prospicias Qui studes terreno magis, q̄ cœlesti patrimonio, filios tuos diabolo, magis cōmendare, quam Christo, bis delinquis & quòd non preparas filijs tuis Dei patris auxilium, & quòd doces filios patrimonium plus amare, quā Christū. Esto potius liberis tuis pater talis qualis Tobias extitit, Da vtilia, & salutaria præcepta pignoribus, qualia ille dedit, manda filiis tuis, quod & ille filio mandauit, dicens. *Et nunc fili, mando tibi, serui Deo in veritate.* Sequitur. b *Corpus meum se.* Corpora sepeliendo. q. sacrosanctum depositū terræ commendamus quæ reddenda glorificanda in resurrectione credimus.

† 13. q. 2. 8. c. Hebron.

b

CAP. IIII.

IGitur cum Tobias putaret orationem [1] suam exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, dixitq; [2] ei: Audi fili mi verba oris mei, & ea in [3] corde tuo quasi fundamētum cōstrue. † Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, [4] & honorem habebis matri omnibus diebus vitæ eius. [5] [6]

a ¶Qui me debes imitari. a Intelligentia. b ¶Religionis. a ¶Nemo vnquam carnem suam odio habuit. a ¶Honora pa. t. & ma. &c. & qui male. pa. vel ma. m. mo.

F

✠HEBRAEI. Cū mortu[us] fuero, sepeli me honorifice, & honorē habebis matri tuæ, & non deseres eā cunctis diebus vitæ

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

1 IGitur cum. *Descripta conuersatione Tobiæ virtuosa, hic consequenter describitur eius consolatio gratiosa, q̄ quidē fecit Deus per angelū filij sui ductorē in terrā Medorū, q reuertēs attulit diuitias ad releuandū parētū suorū, paupertatem, & medicinā ad curandū patris sui cæcitatē. Sic ergo proceditur, qa primo ponitur filii missio. secūdo eiusdē reuersio. x. c. prima in duas, quia primo Tobias mittit filium suū. secundo filius exequitur patris imperiū c. 7. prima adhuc in duas, quia primo pater filium instruit, secundo legationē ei iniungit, ibi.* In dico ēt tibi. *Circa filiū instructionē primo excitat eius attentionē, di.*
2 Au. fi. m. ver. *nō tm auribus corporis, sed ēt mentis, ideo sequitur.*
3 Et ea in cor. *scilicet ædificij spiritualis, vt ex eo consurgat multiplicatio bonæ operationis. Consequenter subdit illam instructionē, quia pater non solum debet filio nutrimentum, sed etiam documentum, & primo instruit filium de reuerentia parentum, vt ex sensibilibus, & magis notis procedat ad intelligibilia, & minus nota, di.*
4 Cum ac. Deus. *mortē enim suā putabat propinquā, vt dictū est.*
5 Corpus meum se. *secundum enim fidem nostram corpora fidelium resurgent ad vitam immortalem, propter quod sancti patres de sepulturis habuerunt rationabiliter curam bonam.*
6 Et hono. ha. ma. *non solum eam reuerendo, sed etiam necessaria ministrando in vita, & in morte, in qua indiget sepultura. ideo subditur.* Cum autem ipsa compleuerit, &c. *subditur.*

MORALITER. 1 *Igi. cū.* Sensus literæ sequētis in qua Tobias instruit filium suum est simpliciter moralis, ideo pertranseo.

tæ eius, neque rebellis eris verbis eius, aut mœrore afficias vitam eius, sed recordare fili mi, quantæ tribulationes trāsierint super eā, & super te, cū esses in vtero eius, qua ꝑpter sepelies quoq; eam iuxta me honorifice in sepulchro vno.

✻ CYRIL. Alex. nulla res excellentior est, quam pietatē filiorum obseruātiamque in suos parentes. Scientque præterea, quam periculosum sit, eos probris lacessere, si quando fortasse ob imbecillitatē naturæ ab honestate discederet. Sed quòd parentes res sanctissima inter omnes nationes habeatur, lex quoque diuina plane docebit, quæ cū iussisset Deū vnum ex toto corde diligere, hoc etiā addidit. *Honora patrem tuū, & matrem tuam, vt bene sit tibi, sisque longæuus super terram.* Parētes enim imaginē Dei quodāmodo gerunt, vnde inquit: Memēto qā per eos natus es. Ac rursus: *Qui oculum patris deriserit, & senectutem matris non honorauerit, ex faucibus terræ corui eum euellant.* Quod autē maledictis, per petuisq; suppliciis se obnoxiū fecerit, qui honore maximo parentes suos prosequi neglexerit, Chāmes gestæ facillime declarant.

✻ AMB. Nō possum saluo pietatis iure odisse patrem, cui debeo, quòd creatus sū, nec matrem longo decem mensium fastidio pij fetus onera portantem, cui in absolutione plus periculi, in delatione plus tædij est.

✻ IDEM. Tu matri debes pudoris iniuriā, virginitatis dispēdiū, partus periculū, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui miseræ in ipsis votorū fructibus maius periculum est, & cum ediderit, quod optauit, partu absoluitur non timore. Nonne pro his obsequia saltem oporteret rependi?

a *Ex substantia tua, &c.* ✻ AMB. Malū est fœnus quo quærūt vsuræ. Aliud fœnus iure execrabile, dare in vsura pecuniam qđ lex ꝓhibet. Tobias hoc refugiebat, qui monebat filium suum, ne preceptum Domini preteriret, vt ex substātia sua eleemosynā faceret, non pecuniam fœneraret. nō auerteret faciē suam ab vllo paupere. Hæc, q monet, cōdēnat vsuras fenoris, ex quo multi qstū fecerūt, quē sancti prohibuerunt. Da pecuniā si habes, prosit alij, quæ tibi ociosa est. Da quasi nō recepturus, vt lucro cedat si reddita fuerit. Iustus est enim, qui miseretur, & cōmodat. Qui facit misericordiam, fœnerat proximo.

b *Quo. po. &c.* ✻ AM. Corinthijs indicitur vt nō plus tribuāt, q̄ possunt, ne plꝰ forte offerentes coacti, nō voluntarij, grauati viderentur sine mercede futuri, quia qui coactus aliqđ facit mercedem non habet. Si tantum quis det quātum vult, aut pōt, acceptum est. Iudicio enim videtur hoc facere, ac per hoc tantum det, quantum potest, & vult aius, vt rei huius possit habere mercedem.

c *Quo. ele. &c.* ✻ AM. Ora, sine intermissione, ieiuna freqūter, & da eleemosynā, quoniam eleemosyna à morte liberat, & purgat omnem sordē, & squalorem.

✻ IDEM. Quæ nobis salus esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostra, cum scriptura dicat Ieiunium, & eleemosyna à morte liberat? Qui sunt ergo hi præceptores noui, qui meritum excludant ieiunij?

✻ IDEM.

Margin: L. 4. in Ge. — † iuxta. — † Prou. 3. b. — † Luc. 14. c. — Exod. 20. — Deut. 6. — † impertire. — Prouer. 30. — † qui faciunt. — Genes. 9. — † Octo. 14. in psal. us. — In. c. 2. Luc. — L. de Tob. c. 2 — Psa. 111. — Eccl. 29. — In cap. 8 secū. de Cor. † boni. — † De pe. dist. c. miror. — L. ad virgi. de. uo. c. 3. — Epist. 82.

---

a ¶Q ne sis ingratus maternis laboribus. ei redde te, qui cum dolore dedit te.

Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit pro[a] pter te in vtero suo. Cum autem, & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelies eam † circa me. Omnibus autem diebus vitæ[1] tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquādo peccato con[2]sentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. † Ex substantia[3][4] tua fac eleemosynam, † & noli auertere faciem tuam ab vllo[5] paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini.[6] Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum[7][8] libenter, † impertiri stude. Præmium enim † bonum thesaurizas tibi in die necessitatis, † quoniā eleemosyna ab omni pec[9][10][11]cato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.[12] Fiducia magna erit corā summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorē tuam nunquam patiaris crimen scire.[13] superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis per-[14][15][16][17]

a ¶In bono. — c ¶Simul viuunt, sancti simul sepeliuntur quorum eadem in vita fides, & eadem in morte requies. — q ¶Non dicit noctibus, quia tota vita iustorum dies est. — a ¶Vel dominum charitatem Dei, spem, fidem. — b ¶Non dicam facias. — a ¶Quod est flouere, vel tacere cum possis arguere. — b ¶Non de rapina. — a ¶Misericordiam, quæ prius est in mente, quam in opere. vnde: Qui miseretur, & commodat. — b ¶Debes enim diligere proximum tuum. ¶Omni petenti te tribue, secundum facultatem, non ex tristitia, aut necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus. — c ¶Vnde. Visitans speciem tuam non peccabis. — a ¶Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. — b ¶Date, & dabitur vobis. — a ¶Beati enim misericordes quoniam ipsi mise con. — a ¶Voluntas à Deo pensatur non dati quantitas. — a ¶Vnde, Thesaurizate vobis the. in cæ. — a ¶Iudicij, vbi nemo sufficiet si misericordia deficiet. — b ¶Vnde. Absconde eleemosynam in sinu pau. — a ¶Aeterna. — b ¶Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. & alibi, peccata tua eleemosynis redime. item Sicut aqua extinguit ig. i. e. p. — c ¶Inferni. — a ¶Et si non coram hominibus. — ¶Caue. — a ¶Mentis, & corporis. — a ¶Expositio. — b ¶Luxuriæ. — c ¶Nedum facere. — a ¶Non veniat mihi pes superbiæ. — b ¶Mente. — c ¶Nedum facto. — a ¶Et si aliquando sit non regnet. — b ¶Ibi ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem. — c ¶Mentis, vel corporis hominis, vel angeli. — ¶Non veniat mihi pes superbiæ.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnibus. *Hic consequenter instruit eū de obedientia ad Deum, dicens,* Omnibus autem diebus vi. *per verā fidem, & dilectionē.*

2 Et caue ne aliquando pec. *licet enim secundum Augu. non sit in potestate nostra, quibus visis tangamur, tamen est in potestate nostra ea respuere, vel acceptare.*

3 Et prætermit. præce. *ea transgrediendo.*

4 Ex substantia. *Hic tertio ipsum instruit de misericordia ad proximum, dicens.* Ex substantia tua fac. *& non de aliena.*

5 Et non auer. faciem tuā ab vllo paup. *q. d. si non potes exhibere manum, exhibeas tamen animum, & compassionis signum, nam de huiusmodi impossibilitate nullus se potest excusare.*

6 Ita enim fiet, vt nec à te a. fa. *propter qđ dicit Saluator Lu. 6. f.* Date, & dabitur vobis. *& quoniam eleemosyna est discrete facienda, scilicet, secundum possibilitatem facientis, ideo subditur.*

7 Quo. po. ita esto. *quia sic non est eleemosyna facienda, vt recipiētibus sit remissio per abundantiam, vel sufficientiam, facientibus autē tribulatio per indigentiam, vt habetur 2. Corint. 8. nisi quando ꝑpter Christum vult esse pauper, vt cum quis religionem ingreditur, vt sic pauper Christum pauperem perfectius sequatur.*

8 Etiam exiguum li. *nam in hoc magis pensatur affectus, quā census, propter quod Saluator plus reputauit duo minuta à paupere vidua oblata, quam diuitum munera magna. Mar. 12. et subditur ratio faciēdi eleemosynam, cum dicitur.*

9 Præmium enim bonum ti. *tibi prouidendo.*

10 In die necessitatis. *i. mortis, quia sicut dicit Augustinus, Sola misericordia comes est defunctorum, & in die iudicij generalis, quia tunc, & iudex dicet,* Venite benedicti patris mei, percipite paratū vobis regnum, *& subditur:* Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. *Matth. 25. c. ideo subditur.*

11 Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à mort. *scilicet, gehennæ.*

12 Liberat. *est enim inter alia misericordiæ opera valde satisfactoria. Dan. 4. e.* Peccata tua eleemosynis redime. *Cætera patent.*

13 Attende tibi. *Hic quarto instruit filium de innocentia de seipso dicens,* Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, *s. corporali, & spirituali. quæ est idololatria, & sub fornicatione corporali intelligit adulterium, & omne carnis peccatum, ideo subditur:* Et præter vxorem tuam nunquam patiaris, &c. *Consequenter eum instruit de humilitate vera dicens.* Diuisio.

14 Superbiam nunquam in tuo sen. *idest, in tuo corde.*

15 Aut in tuo. *idest in exteriori signo, vel opere.*

16 Domina. permittas. *nō dicitur euenire, quia impossibile est qn insurgant elationes aliquæ, sed tunc dominantur, qn quis impetum earum sequens secundum eas operatur, quod potest ab homine caueri.*

17 In ipsa enim initium sump. *Nam primum peccatum angeli fuit superbia, ex quo secutum est peccatum hominis per tentationem dæmonis. Gene. 3.*

9 Præmium

Qui-

A ✠ Idem. Qui miseretur, cor suum mundat. Quid est mundare animum, nisi sordem mentis abluere? Eleemosyna à morte liberat.

In cap. 6. Luc. Epist. ad Antoniam.

✠ Cyprian. Non vtique ab illa morte, quam semel Christi sanguis extixit, & à qua nos salutaris baptismi, & redēptoris nr̄i gratia liberauit, sed ab ea quæ p delicta postmodū serpit.

lib. 3. Offic. c. 1. a *Quicunque tibi, &c.*

✠ Ambrosius. Ipsa lex domini hanc formam tenendā docet, vt nihil alteri detrahas, tui commodi seruandi gratia, cum dicit: Non trāsferas terminos antiquos, quos statuerunt patres tui: cum vitulum errantē fratris tui reducendum præcipit: cum furem mori iubet: cum vetat mercenarium debita mercede fraudari: cum pecuniam sine vsuris reddendam censet.

Exod. 23. Deut. 22.

B b *Quod ab alio, &c.*

Hom. 13. ad pop. Antioc.

✠ Chrysostomus. Christus post multas illas beatitudines dicebat: *Quæ vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite ipsis.* Non est opus multis sermonibus aut legibus, voluntas tua sit lex. Vis beneficia capere? confer beneficium alteri. Vis misericordiam consequi? miserere proximi? Vis laudari? lauda alium. Vis amari? ama. Vis partibus primis potiri? Cede illas priꝰ alteri. Tu sis iudex, tu sis vitæ tuæ legislator. Et rursum. Quod odisti, alii ne facias. Per hoc quidē à malo quidē fidem inducit,

C per illud autē virtutis operationem. Odisti cōtumeliā pati? Ne alium afficias contumelia. Odio habes falli? Neque tu fallas alium.

a ¶ Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane, qui meruit operādo nō mereatur expectādo.

a ditio. Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarii apud te omnino non 1

a ¶ Quod tibi non vis, alij ne feceris.

b remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquan- 2

a ¶ Frange e.p. ¶ Beatus qui intel. super ege. & pau. ¶ Eleemosynam tri ue vt operibus misericordiæ etiam inimti peccata sepeliantur, in multis enim offendimus omnes. vide Iob: Non comedi bucc. m. so. b ¶ Qui reddere non possunt.

do alteri facias. Panem tuum cum esurientibus, & egenis co- 3

a ¶ Cum videris nudum operi eum. ¶ Non de rapina. b ¶ Qui indigent. c ¶ Verbi tui. d ¶ Qui lætificat cor hominis.

c mede, & de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum & vi- 4

a ¶ Nemo est qui viuat & non peccet. b ¶ Nolite margaritas ponere ante porcos, & sanctum noli dare canibus. c ¶ Non conuiueris cum peccatoribus, quia à conuictu mores conformantur.

num tuum super sepulturam iusti cōstitue, & noli ex eo man-

a ¶ Impio ne dederis.

ducare & bibere cum peccatoribus. Consilium semper à sa- 5

a ¶ Non à stulto in quo non est. b ¶ Omnia fac cum consilio. c ¶ Qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit. d ¶ Cogitationibus, verbis, operibus.

piente perquire. Omni tempore benedic Deum, & pete ab 6

a ¶ Actiones, affectiones & cogitationes. b ¶ Ad se. c ¶ Non in mundo. d ¶ Firmiter.

eo, vt vias tuas dirigat: & omnia consilia tua in ipso perma- 7 8

d neant. Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta ar- 9 genti, dum infantulus esses, Gabelo in Rages ciuitate Me- 10 11 dorum, & chirographum eius apud me habeo. Et ideo per- 12 13 quire quomodo ad eum peruenias, & recipies ab eo suprà 14 memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum 15

a ¶ In hoc mundo.

suum. Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam geri- 16 17

a ¶ In futuro. b ¶ Timor d mini est recedere à malo vel à peccato. vnde. Timeas Deum & recedas à malis. ¶ Beatus qui time. dominum.

mus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & 18 19 20

a ¶ Declina à malo. b ¶ Fac bonum.

recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. 21

D c *Panem tuum & vinum, &c.* ✠ Ambrof. Est & illa prophetica, vt supra sepulturam iustorum quædam ponamus, quæ lector, agnoscis, infidelis intelligere non debet: non quo cibus imperetur aut potus, sed sacræ oblationis veneranda cōmunio reueletur.

lib. 7. in Luc.

Parte 3. pastor. admon. 21.

✠ Gregorius. Panem suum & vinum peccatoribus præbēt, qui iniquis subsidia pro eo quod iniqui sunt impendūt. Vnde & nōnullis huius mūdi diuites cum fame crucient Christi pauperes, effusis largitatibus nutriunt histriones. Qui verò indigenti etiam peccatori, panem suum, non quia peccator, sed qa

E homo est, tribuit, nō peccatorem, sed iustum pauperem nutrit, qa in illo nō culpā, sed naturā diligit.

d *Indico etiā tibi, &c.*

Epist. 70.

✠ Ambrof. Ille est supplantator, qui vsurarum captat emolumenta. Itaq; vir Christianus si hēt, det pecuniam quasi non recepturꝰ, aut certè sorte quam dedit recepturus. Quid. n. durius, quàm vt des pecuniam tuam nō habēti, & ipse duplum exigas? Exemplo nobis sit Tobias, qui nūquā requisiuit pecuniam quam dederat, nisi extremo vitæ suæ tempore, magis ne fraudaret hęredē, quàm vt depositam pecuniā recuperaret. Populi sæpe conciderunt fœnore, & ea publici exitij causa extitit.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quicunque tibi aliquid operatus.* Hic quintò instruit filium de iustitia ad operarium dicens: *Quicunq; tibi aliquid ope.* quia tales vt communiter sunt pauperes, de labore suo quotidianum victum acquirentes: & ideo lex quæ ferenda est secundum id quod accidit, vt in pluribus præcepit, Leu. 19. quod merces talium non retineatur vsque in mane diei sequentis.

2 *Quod ab alio.* hoc enim est de iure naturali.

3 *Panem tuum cum esu.* beneficia enim collata talibus, qui non possunt retribuere, sunt apud Deum meritoria.

4 *Panem tuum.* Hic sexto instruit filium de pietate ad defunctos dicens: *Panem tuum & vi. tu. su. sc.* ex hoc aliqui accipientes occasionem errandi solebant super sepulchra parentum defunctorum cibaria ponere, quasi mortui cibis corporalibus indigerent, quod improbat Aug. in sermone de cathedra sancti Petri. Alij vero magna festa in morte parentū faciebant ad ostentationem, & inde depauperabantur. hoc non intelligit hic Tobias, sed quod in morte iustorum pascendi sunt pauperes pro animabus eorum. Et ad excludendum infideles subdit. *Et noli ex eo man.* sequitur.

5 *Consilium.* Hic septimo filium instruit de prudentia consilium in dubiis requirendo, dicens. *Consi. semp. à sap.* in illa re de qua consilium quæritur.

6 *Perquire.* id est, perfectè require, & non superficialiter tantum. nā cuilibet experto in sua scientia credendum est. & quia cōsilium hominis non est omnino solidum, ideo docet recurrere ad diuinum dicens.

7 *Omni tempore.* scilicet, prosperitatis & aduersitatis.

8 *Benedic Deum.* ipsum laudando.

9 *Et pete ab eo.* in agendis.

10 *Et omnia consilia tua in ipso permaneant.* quia non debet homo quærere consilium nisi de bonis agendis, & malis fugiēdis, & omne tale consilium est secundum Deum.

11 *Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem.* Postquam Tobias filium suum de moribus instruxit, hic consequenter pro debito repetendo sibi legationem iniungit, dicēs: *Indico etiam tibi.* Erat enim necessitas indicandi, eo quod credebat mortem suam appropinquare, vt prædictum est, vt sic debitum ante mortem eius redderetur. Et quia filius illud debitum ignorabat, ideo subditur.

12 *Dedisse me decem talenta argenti, dum infantulus esses.* id est, non haberes adhuc vsum debitum rationis.

13 *Gabelo in Rages ciuitate Medorum.* sicut dictum est suprà tertio capite.

14 *Et chirographum eius.* id est, literam obligatoriam de restitutione.

15 *Apud me habeo.* Per quam debitum poterit reuocari. Cętera patent vsque ibi.

16 *Noli timere fili mi.* laborem itineris, & paupertatem, & subdit rationem dicens.

17 *Pauperem quidem vitam gerimus.* in præsenti seculo.

18 *Sed multa bona habebimus.* in prætérito.

19 *Si timuerimus Deum.* timore filiali.

20 *Et recesserimus ab omni peccato.* mortali, nam omne veniale non possumus omnino vitare.

21 *Et fecerimus bene.* istæ sunt duæ partes iustitiæ, scilicet, declinare à malo, & facere bona.

CAP. V.

A a *Tunc respondit.* ✻ August. In ea re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit contra Dñm Deum ipsius. Neque enim debet irasci pater qui sic ei præponitur Deus. Vbi enim hoc iubet pater quod cõtra Dominum non sit, sic audiẽdus est quomodo Deus quia obedire patri iussit Deus. Benedixit Deus filios Ionadab, propter obediẽtiam, eosque obiecit inobedienti populo suo, exprobrãs, quia cum filij Ionadab obedientes essent patri suo, illi non obedirent Deo suo.

B ✻ Hebræi. Et respondens Tobias patri suo, ait: Omnia quæcunque præcepisti mihi, pater mi, faciam. Nũc ergo pater mi, da mihi consilium, quomodo possim accipere pecuniã de manu Gabeli. Nam ille non cognoscit me, nec ego cognosco illum. Quod signũ referam ei, vt ille mihi tradat pecuniam? Respondit Tobeus. Hoc est signum

C de quo illi dices, quod marsupium suum mihi dedit, & ego dixi, accipe de manu mea. Sunt aũt hodie uiginti anni quãdo tradidi argentum in manum eius.

D b *Tunc egressus Tobias, &c.* ✻ August. Quod Angeli visibiliter, & tractabiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant, & poterant, vt hominibus congruerent sui ministerij quadam humanitate fecerunt.

In Psal. 70. — Exo. 20. — Iere. 35. — Lib. 13. de ciui. c. 22

CAP. V.

a ¶Datur nobis exemplum, vt sanctis patribus obediamus, vnde: Honora patrem tuum.

a TVnc respondit Tobias patri suo, & dixit: [1] Omnia [2] quæcunque præcepisti mihi, faciam, pater: [3] Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro. Quod signum dabo ei? Sed neque viam per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit: [4] Chirographum quidẽ illius apud me habeo, [5] quod dum illi ostenderis, statim restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede b sua, dum adhuc viuo, vt recipiat eam. [6] Tunc egressus Tobias [7] inuenit iuuenem [8] splendidum, [9] stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans quòd Angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit: [10] c Vnde te habemus bone iuuenis? [11] At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui

a ¶Angeli enim apud sanctos manent.

respondit: [12] Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & [13] mansi

a ¶Boni enim æquales Angelis, & cohæredes, & conciues futuri sunt.

apud Gabelum fratrem nostrum qui moratur in Rages ciuitate Me-

a ¶Ciuitas sanctorum in monte, peccatorum in valle posita. b ¶Nihil sine consilio patris agendum decreuit.

dorum, quæ posita est in mõnte Ecbatanis: Cui Tobias, ait: Sustine me d obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo. Tunc ingressus Tobias

a ¶Quia cito occurrebat quod volebat, vel quia subito.

indicauit vniuersa hæc patri suo. [14] Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. [15] Ingressus itaque salutauit eum, & dixit: Gau-

a ¶Populus Iudæorum.

dium tibi sit semper. Et ait Tobias: [16] Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Cui ait iuuenis: [17] Forti

✻ Dionysius Areop. Viri diuina sapientia repleti humanas quoque formas illas cęlestes substantias describunt, quod mente vigeant homines, videndique vires habeant ad superna tendentes, sublimique ore, & erecto sunt statu, & per naturam ad imperandum idonei.

E c *Ex filijs Israel.* Erat enim ex numero angelorũ, qui sunt filij Israel quia semper vident Deum facie ad faciem, & sępe mittuntur in custodia filiorum Israel, id est, videntium Deũ. vnde. *Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.*

d *Tunc in.* Beda. Apparuit Angelus Tobiæ, & socium se prębuit, & filius Dei hominem assumF psit, & visibiliter cum hominib. conuersatus humanum genus saluauit. Introduxit Tobias angelum ad patrem, &c. & dominus

Cælest. hier. cap. 15 — Deu. 32. a — Lib. exp. alle. in Tob.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

1 TVnc respondit. *Postquam pater instruxit filium, hic consequenter exequitur filius patris imperium, et diuiditur in tres partes, quia primo describitur itineris apparatus, secundo ponitur iuuenis recessus, ibi.* Tunc paratis omnibus. *tertio viæ progressus, in principio capituli sexti, Circa primum primo ductor itineris inquiri præcipitur, secundo quæsitus inuenitur, ibi.* Tunc egressus. *tertio inuentus examinatur, ibi.* Dixit itaque. *Circa primum primo ponitur obedientis filii responsio dicentis.*

Diuisio.

2 Omnia quæ præ. mi. *cum diligentia. Consequenter petit edoceri de via dicens.*

3 Quo. au. pe. hanc re. ig. *Nam debitorem, & etiam uiam ignorabat, ideo subditur.* Ille me. ne. *Et subditur instructio patris de vtroque. s. de modo repetendi, et de via per ductorem conuenientem, & primo de signo dando debitori, cum dicitur.*

4 Chirog. qui. il. *quod est signum manifestum debiti.*

5 Quod dum il. osten. sta. re. *de fidelitate .n. Gabeli confidebat, & si negare vellet, per chirographum arctari poterat, secundo instruit eum de modo eundi per uiam. s. per ductorem fidelem cum subditur.* Sed perge nunc, &c. *& patet litera.*

6 Tunc egr. To. *Hic consequenter ductor quæsitus inuenitur, cum dicitur.*

7 Inuenit iuu. *i. angelum in specie iuuenis apparentem.*

8 Splendidum. *Id est, in facie valde pulchrum.*

9 Et stãtem præ. & quasi, &c. *Apparitiones .n. angelicæ in corporibus assumptis fiunt secundum proprietates legationum ad quas angeli mittuntur, & quia iste mittebatur a Deo ad ducendum filium Tobiæ per viam, ideo apparebat tanquam dispositus, ad itinerandum.*

10 Vnde te habemus bone iuuenis. *i. de qua gente es tu? quia nolebat habere ductorem Gentilem, sed Israelitam.*

11 At ille respondit, &c. *verum dixit, quamuis non esset homo. Nam illa quæ ab angelis inter homines fiunt, sunt figuratiua, sicut comestio eorum fruitionem glorię signat, vnde inf. 12. c. dicit angelus iste.* Cum essem vobiscum per voluntatem Dei, videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu qui ab hominibus videri non potest vtor, *& eodem modo locutio eius, qua dicit se esse ex filiis Israel signat coniunctionem charitatis, qua sancti angeli coniuncti sunt fidelibus deuotis. Cætera patent vsque ibi.*

12 Et omnia. *Per hoc designatur eius promptitudo ad exequendũ mandata Dei circa homines ad Dei gloriam, & electorum salutem, secũdũ quod dicitur Heb. 1. d.* Omnes administratorii spiritus sunt in ministerium missi, propter eos qui capiunt hæreditatem salutis. 13 Et ma. apud Gabelum fratrem nostrum qui mo. *nam angeli sancti libenter morantur cum iustis. Cætera patent vsque ibi.* 14 Super quæ ad. pa. quod. *ita cito inuentus fuisset ductor aptus.* 15 Ingres. ita. *Hic consequenter ductor inuentus examinatur, præmittitur tamen salutatio senioris Tobiæ, & eius responsio cum dicitur.* 16 Qui. gau. mi. erit. *hoc non dixit ex impatientia suæ cæcitatis, sed contẽnens gaudium præsentis uitæ, & sperans gaudium futuræ.* 17 Forti animo. *in patientia perseuerando.*

MORALITER.

1 *Tunc egressus, &c.* Per hoc autem quod angelus apparuit Tobiæ in humana specie, & se exhibuit comitem viæ fuæ splendidum, & iucundum, signatur mystice gratiosa societas, vel potius gloriosa, quæ erit hominum, & angelorum, cum ad eorum societatem in animabus simul, & corporib. assumẽtur. Per hoc autem, quod hanc associetatem significauit angelus Tobię seniori designatur, quod hoc fuit promissum patribus veteris testamenti, vnde promissum fuit Abrahæ Gen. 15. quod semen suum futurum esset sicut stellæ cæli.

Tunc

A dominus per miracula quę in carne fecit populo Iudeorum, ex quo carnē susceperat, ostendit: quia est filius & angelus .i. nuntius paternę voluntatis, cui et gaudiū perpetuæ salutis pdicauit, dicens: *Pœnitentiam agite, appropinqua. enim reg. cælo.* & desperantibus de lumine cęlesti: *Ego sum*, inquit, *lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.*

Math. 3. a. — Ioan. 8. b.

D minum verum erat. Erat enim de angelis videntibus Deū: & erat Azarias, adiutor: & filius Ananiæ, id est gloriæ Dei. c *Ex magno genere es tu, &c.* ✠ Hebræi. Ecce tu mi frater, es de cognatione bona, & nobili, & tu quoq; cognouisti Hananeelē, & Nathan duos filios magni Selomith, qui mecum ibant in Ierusalem, cum habitaremus in terra Israel, & adorabant mecum ibi, nec vnquam errauerunt post deos alienos huius terræ sicut aberrauerunt fratres nostri. Nunc itaque mi frater, vade in pace cum filio meo, atque salui redeatis adiuuante Deo. Dabo autem tibi pro mercede singulis dieb. drachmā vnam, & præterea victum sicut filio meo. Et si reduxerit vos dominus in pace, adiiciam adhuc super mercede tua.

a ¶ Appropinquabit enim regnum cœlorum.

animo esto, in proximo est vt à Deo cureris. Dixit itaque illi Tobias: Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? Et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus: Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarii an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat? b Sed ne forte solicitum te reddam, ego sum c Azarias Ananiæ magni filius. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris, quod voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam & sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Tobias ait: Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum. d Tunc paratis omnibus quæ erant ¶ Necessaria. in via portanda, fecit Tobias vale patri suo, & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cumque profecti essent, cœpit mater a ¶ Mulieris impatientia: affectio materna. eius flere & dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Nunquam fuisset ipsa pecunia pro qua misisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum. a ¶ In domino confidit cui commisit eum. Dixitque ei Tobias: Noli flere. saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim, quod angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponit omnia quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur a ¶ Suscepta consolatione. ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere & tacuit.

Beda ibidem. a *Et dixit ei angelus.* Beda. Promittit angelus Tobiæ ducere filium suum in ciuitatem Medorū & reducere. Promittit Christus Iudęis credentibus quamuis plures sint cęcati, quia incarnationis suę sacramēta gentibus aperiat, & in fine temporum populo Iudeorum latius pandat. B Comitāte & cooperante diuinitatis suæ fide, deductus ad Medos dicit: *Alias oues habeo quæ nō sunt ex hoc ouili.* (Ioan. 10. c.) De reducendo dicit Apostolus: *Donec plenitudo gentium intrauerit, & sic omnis Israel saluus fieret.* (Rom. 11.) Interrogāte angelum Tobia vnde esset. b *Ego sum inquit Azarias Ana. ma. fi.* (Beda ibidem.) Azarias adiutor. Ananias gloria Dei. Christus quoque fidelibus suis indicat, quia ipse est de quo dicitur: *Adiutor meus & liberator meus es tu domine, ne moreris.* (Psal. 69. b.) *Et vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à patre.* (Ioan. 1. b.)

d. *Tunc paratis.* Bed. (Beda vbi sup.) Apparente domino in carne, parata sunt omnia, quæ ad redēptionem nostram necessaria erant, & quibus ecclesiæ fides & vita nutriatur, & firmetur, donec huius seculi via finiatur, id est, virtutes eius, doctrina, tentatio, passio, resurrectio, ascensio, spiritus sancti missio, fides credentium, persecutio infideliū, his in Iudea peractis, mediator Dei & hominum per apostolos Iudæis contribulibus suis, & gentibus gaudia supernæ salutis & pacis prædicauit, & his qui accipere & credere volebant per seipsum donauit: & sic ad salutem gentium per apostolos peruenit. E

C ✠ Comestor. Figuratè respondet, quoniā Azarias adiutor Dei interpretatur, quod angelis cōpetit, qui sunt administratorij spiritus. Quasi diceret. Ex filiis Israel ego sum, Azarias Ananiæ magni filius, quod totū secūdū interpretationē nominum F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *In proximo.* ad hoc enim erat missus à Deo, & ideo certitudinaliter sciebat hoc esse futurum. Cętera patent vsq; ibi.
2 *Ego ducam, et reducam eum ad te.* hoc enim futurum esse sciebat ex diuina reuelatione.
3 *Indica mihi.* In vna enim tribu Israel plures domus, decem enim tribus erant captiuatæ, ideo Tobias quærit de vtroque scilicet tribu & domo.
4 *Genus quæ.* q.d. non est tibi curandum de genere illius qui debet filium tuum ducere pro mercede, sed de eius aptitudine, & fidelitate, quæ conditiones sunt in me.
5 *Sed ne forte solicitum te reddam:* id est, dubium.
6 *Ego sum Aza. Ana. mag.* verum dixit angelus, quia sicut dictum est, locutio eius erat figuratiua. Azarias autem interpretatur adiutor Dei, angeli verò sunt adiutores Dei, inquātum per eorum ministerium electi diriguntur in salutem, & hoc modo dicit Apostolus 1. Cor. 3. b. de se & alis prædicatoribus. *Dei adiutores sumus.* Ananias vero interpretatur gratia Dei, cuius filii sunt angeli, eo modo quo dicuntur filii gloriæ, quæ est gratia consummata. Non tamen sic intellexit Tobias, sed quod esset homo filius cuiusdam viri notabilis de tribubus Israel, qui sic vocaretur. Nec in hoc angelus eum decepit, quia Tobias melius habuit intentum suum, scilicet, filii sui ductorem bonum, quàm si esset homo de genere quantumcunque magno. Cętera patent in litera.
7 *Tunc paratis.* Hic consequenter describitur Tobiæ iunioris recessus cum ductur.
8 *Fecit Tobias vale patri suo.* non enim decens erat, quod ab eis recederet absque salutatione. & sequitur matris fletus ex materna pietate.
9 *Baculum se. no.* id est, sustentamentum, filii enim senibus parentibus debent ministerium reuerentiæ & prouisionis necessariæ si indigeant.
10 *Nunquam fu. pe. ista.* hoc dicit materno affectu mota.
11 *Vt diuitias computaremus.* id est, reputaremus nos habere.
12 *Hoc quod videbamus.* id est, sensu percipiebamus ipsum esse nobiscum. Pater enim cum esset cęcus, non poterat eum videre: poterat tamen ipsum tangere & audire, & sic duplici sensu præsentiam eius cognoscere, quod hic dicitur videre quantum est ex parte patris. Visus enim propter sui nobilitatem aliquando accipitur pro aliis sensibus, sicut dicitur Exod. 20. c. *Populus autem videbat voces.* hic enim accipitur videre, pro audire.
13 *Saluus per fi. no.* ad terminū ad quē mittitur. Cętera patēt.

CAP.

MORALITER.

7 *Tunc paratis omnibus, &c.* Hæc fuerunt, chirographus, cassidile, & baculus. Per chirographum qui dicitur à χείρ quod est manus, & γράφω scribo, significatur sacra scriptura, quæ in manu operis est habeda, propter quod dicitur Rom. 2. b. *Nō auditores legis, sed factores iusti sunt apud Deum.* Per cassidile quod est repositorium necessariorum, significatur humilitatis virtus, quæ est custos aliarum virtutum, & donorum. Per baculum vero signum crucis in corde credendo & ore confitendo, ista vero sunt necessaria peregrinantibus in hac vita.
8 *Fecit Tobias, &c.* Per hoc significat, qđ in principio cuiuslibet operis boni Deus qui est pater noster per creationē & beata virgo q̄ est mater nr̄a per pietatē, dn̄t deuotè salutari.

MORA-

CAPVT VI.

Profectus est. ✠ Basilius. Canis quidē expers rationis est, sensionem tamē obtinet parē prope dixerim rōni. Quæ namque seculi sapientes per prolixum uitæ totius otiū desidentes, uix tādē inuenerūt, argumētationē (inquā) rationūq; nexus, in iis sese offert canis eruditum à natura. Nam cum feræ uestigia inuestigat, si inuenerit ea pluribus sese findētia modis, diuortia uiarum singulatim, ubi sagaci odoratu perlustrauit, vocem propè syllogisticam elicit hoc pacto. Fera quā persequor, aut hac, aut illa, aut ista diuertit parte. At qui non hac, aut illac: restat ergo illam isthac abiisse via: atque ita falsa tollendo, verum inuenire solet. Memoria verò beneficiorum animantis huiusce, gratiæque reddendæ, quem beneficiorum immemorem non pudore asperserit? Iam quidem & interfectis à latronibus in solitudine dominis, complures à cadaueribus canes non recessisse, sed ibidem expirasse memoriæ traditur. Nonnullos etiam cede adhuc recente, duces illis fuisse qui latrones inquirerent, & ad pœnam maleficos rapi fecerunt.

✠ Ambros. Quid de canibus loquar, quibus insitum est natura quadam referre gratiam, & solicitas excubias pro dominorum salute prætendere? Vnde ad immemores beneficij, & desides clamat scriptura: *Canes muti, nescientes latrare.* Sunt. n. canes qui nouerint latrare pro dñis, nouerint sua tecta defendere. Vnde & tu disce vocem tuam exercere pro Christo, quando ouili ecclesiæ incursant lupi graues. Talis canis viator & comes angeli est, quem Raphael in libro prophetico non otiose sibi & Tobiæ filio adiungendum putauit, &c.

Beda. Domino veniente ad gentes saluandas prędicatores vestigia eius sunt secuti, quia quod iussit, impleuerunt. vnde: *Euntes docete omnes gentes, &c.* Domum quoque Cornelij ipse Deus primò per se impleuit spiritu sancto, & sic Petrus aqua perfudit. Canes vocantur prædicatores, quia Dei domū & eius substantiam & oues spirituales à furibus & bestialibus spiritibus & hæreticis defendunt.

b *Mansit prima.* ✠ August. Est enim Christus piscis ille, qui ad Tobiam ascendit de flumine viuus, cuius iecore per passionem assato, fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis afflatus est cecus, & illuminatus est mundus.

✠ Optatus. Christus intelligitur per piscem, qui in lectione patriarchæ legitur in Tigride flumine præhēsus, cuius fel & iecur tulit Tobias, ad tutelam fęminę Saræ, & ad illuminationē Tobiæ non videntis. Eiusdem piscis visceribus Asmodeus dæmon à Sara puella fugatus est (quæ intelligitur ecclesia) & cęcitas à Tobia exclusa est. Hic est piscis qui in baptismate per inuocationem fontalibus vndis inseritur, vt quæ aqua fuerat, à pisce etiam piscina vocitetur.

Beda. Dominicæ passionis sacramentū manifestè significatur, piscis. n. qui Tobiam deuorare cupiens angelo docente occisus est, diabolū significat, qui dū in redemptore nostro carnem appetiit, captus est potētia diuinitatis. Tigris est fluuius qui rapidissimo cursu à tigri uelocissima bestia sic nominat, decursum nostræ mortalitatis significat, in quo piscis immanis latebat, cū diabolus humani generis inuisibilis seductor mortis habebat imperia. Māsit Tobias iuxta Tigris fluēta: quia dominus mundo apparēs inter mortales vitam duxit: sed eum peccati vnda non infudit, nec in eo princeps mundi veniens quicquam habuit.

c *Exiuit.* Beda. Christus mortem cui nil debebat accepit, vt pedes. s. suos. i. mēbra sua à contagione peccati & mortis ablueret. Occurrit piscis eū deuorare cupiēs, & domino in cruce passo diabolus, quo † mouente crucifixus erat, aduenit, querens si quid peccati in eo inuenisset.

d *Quem expa.* Christus imminēte mortis articulo cœpit pauere & tædere, non diabolū, sed mortem, quæ inuidia diaboli intrauit in orbem naturali carnis fragilitate perhorrescens. vnde: *Pater transfer calicem hunc à me.*

e *Apprehēde.* Apprehēdit Christus diabolū qui eum capere in cruce voluit, & moriendo vicit. Apprehendit ergo branchiā, vt caput nequissimū à corpore potentiæ suæ dextera separaret. i. nequitiā antiqui hostis ab his quos sibi corpus fecerat, auferret, & hos corpori suo. i. ecclesiæ inferret. Branchiam enim habet piscis in confinio capitis & corporis, est autem Christus caput ecclesiæ, quę est corpus eius, & diabolus caput iniquorum, qui sunt corpus eius.

f *Quod cum fe.* Quia cū dñs nequitiā diaboli manifestaret, mo litus est adhuc electis suis psecutionē cōmouere: hi. n. sunt pedes eius p quos ambulat in terra qui sup oīa regnat in celo.

g *Exentera hunc pi.* Dñs piscem exenterauit, cū nequitiā diaboli latius sanctis aperuit, & quasi arcana insidiarū eius reserauit. Reposuit sibi cor eius, quia calliditatē eius in scripturis indicauit, de quo dicit. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ:* & alibi. *Num ignoramus astutias eius.* Fel quoq; reposuit, quia quanto malitiæ furore contra genus humanū sęuiat, ad cautelę studiū scribi & conseruari voluit. Iecur reposuit, quia maligna eius cōsilia aduersum nos per doctores veritatis insinuauit. Aiunt. n. Physici, q a calore & occulta virtute iecoris excoquantur & degerantur cibi. Cū vero quę agere disponimus sedula cogitatione, quo ordine sint agēda requirim⁹, quasi acceptos in stomacho cibos ardore iecoris excoquim⁹.

h *Sunt enim hæc necessaria.* Astutia diaboli & nequitia cognita nobis ad medelam proficiunt, quanto enim ea certius exploramus, tanto certius declinamus.

i *Assauit car. &c.* ✠ Aug. Illiciunt dęmones ad inhabitādū p creaturas, quas nō ipsi, sed Deus cōdidit, delectabilib. p sua diuersitate diuersis, non vt aīalia cibis, sed vt spiritus signis, quę cuiusq; delectationi congruunt per varia genera lapidū, herbarum

Marginalia: Homil. 9. Hexam. — Lib. 6. Hexa. — Isai 56. — Lib. allegor. exp. in Tob. — Mat. vlt. d. — Act. 10. — Ser. 4. de SS. Petro & Paulo. — Lib. 3. aduers. Parm. — Bed. vbi sup. — † monente. — Mar. 14. d. — Ibidem. — Bed. ibidem. — Gen. 3. a — 2. Cor. 2. c — Lib. 21. ciui. cap. 6.

CAPVT VI.

Profectus est autē Tobias, & canis secutus est eū, & māsit prima māsione iuxta fluuiū Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorādū eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna dicens: domine inuadit me. Et dixit ei angelus. Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Quod cū fecisset, assauit car-

a ¶ Prædicatores, vnde: Famem patientur vt canes, circumibunt ciuitatem.

a ¶ Decursum mortalitatis.

a ¶ Dominus potentiam diaboli comminuens paulum traduxit confidenter: eruens illos de potestate tenebrarum, quos ante lucis præsciuit & prædestinauit.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

Diuisio. Profectus est. Descripto recessu iunioris Tobiæ, hic consequenter describitur processus suæ viæ, & primo ponitur illud quod circa eum factum est in via, secundo in termino viæ. 7. c. Circa primū describitur duplex beneficium Tobiæ exhibitum, quia primo à deuoratione piscis eripitur, secundo de ducenda vxore instruitur, ibi *Et dixit ei.* Prima adhuc in duas, quia primo ponitur eripiendi modus, secundo ereptionis fructus, ibi. *Tunc dixit.* Circa primum dicitur.

1 *Profectus est.* vt patris imperium adimpleret.

2 *Et canis secutus est eum.* sicut cōiter accidere solet, istud tamē ponitur hic ad maiorem expressionē veritatis historicè.

3 *Et mansit prima.* id est. prima dieta & hospitatione.

4 *Iuxta fluuium.* qui est vnus de quatuor fluminibus Paradisi. Gen. 2. 5 *Et exiuit.* de domo vbi hospitatus erat cū angelo. 6 *Vt lauaret pedes.* ad recreandū cōtra laborē itineris.

7 *Et ecce piscis immanis.* i. magnus diuina prouidentia missus.

8 *Exi. ad. de* sic enim ei videbatur eo quod aperto ore veniebat contra eum. 9 *Appre. branch. eius.* i. pennulam quæ est inter caput & corpus, quod & fecit obediēs suo doctori quāuis horrendum uideretur sibi. 10 *Tunc dixit ei an.* Hic consequenter describitur sequens fructus, qui duplex est. s. protectio cibi, & et medicinæ, & patet litera vsque ibi. 11 *Assauit carnem.* non totas, sed illas quæ poterant comedi recētes. Cæteras

MORALITER.

1 *Profectus est.* Sequitur. 5 *Et exiuit, &c.* Per qd significatur quod ambulantes ad patriam per huius vitæ viam, debēt frequenter lauare conscientias suas per veram & purā cōfessionem, sed quoniam diabolus hoc nititur impedire, sequitur. 7 *Et ecce piscis immanis,* id est, crudelis, ppter quod per ipsum diabolus significat, trahitur autē in siccū & exenteratur, cū eius dolositas aperit, per cor aūt ipsius astutia, per fel nequitia, per iecur appetētia quę semp tēdit ad malū significatur.

† *Necessaria ad medicamenta vtiliter.* quia quanto melius cognoscuntur, tanto facilius euitantur, propter quod sunt in cassidili memoriæ reponenda.

Et di-

herbarum,lignorum,animalium, carminum,rituum.

A Beda. Quicquid sibi ex hoc pisce assumpserit, significat eos qui audito Dei verbo malũt inter mẽbra sui deceptoris putrida & mortua residere, q̃ in corpus Christi venire. Assauit carnes, quia quos carnales inuenit spiritus sancti igne spirituales ac fortiores reddidit, qui super apostolos in ignis visione descendit. Tantos dominus de Iudęa collegit ad fidẽ quanti sufficerent ad exemplum viuendi

B vel ad ministerium prædicandi, donec in gentibus ecclesiæ fundamenta locarentur.

a *Et oportet.* Raguel populum gentium signat, quem dominus per prædicatores suos visitare,& de eius stirpe sponsam sibi ecclesiam assumere dignatus est, quam bene significat Sara vxoris Abrahæ æquiuoca, quæ genuit Isaac filium suum promissionis,id est,liberum ecclesiæ populũ. Raguel interpretatur, pastus eius Deus vel amicus, qui, scilicet, dicere possit: *Dominus pascet me,& nihil mihi deerit*,& qui audire dignus sit: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos.*

Beda ubi supr. — Beda ubi supr. — †Psal.31.a. — D — Psal.22.a. — Ioan.15.b.

a ¶ Sale sapientiæ: ¶ Id est,apostolos de quibus dicitur:Vos estis sal terræ.

nes eius, & secum sustulerunt in via, cætera salierunt quæ sufficerent [1] eis quousque peruenirent in Rages ciuitatem Medorum. Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens angelus, dixit ei: Cordis eius particulam si super carbones [2] ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro siue [3] à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad vngendos ocu- [4] los in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Et dixit ei Tobias: Vbi vis [5] vt maneamus? Respondensque angelus ait: Est hic Raguel nomine, [6] vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum neque fœminam † vllam habet aliam præter eam. Tibi [7]

a debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem. Tunc respondit Tobias,& dixit: Audio, quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos. Timeo ergo ne fortè & hæc mihi eueniant, & cum sim vnicus parentibus meis, deponam [8]

b senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tunc angelus Raphael [9] dixit ei: Audi me,& ostendam tibi qui sunt,quibus præualere potest dę- [10] monium. Hi nàque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se,& à sua [11] mente excludãt,& suę libidini ita vacent, sicut † equus & mulus quibus [12] non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem [13] cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto [14] ab ea,& nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autẽ nocte in- [15] censo iecore piscis fugabitur dæmoniũ. Secunda verò nocte in copu- [16] [17]

(Interlinear glosses: a ¶ Tobias & angelus,homo & Deus. — a ¶ Adutiam cordis intellectam & ardore spiritus crematam. — a ¶ Effugat. — ¶ Forti. — ¶ Debili. — a ¶ Pater ad filium:Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. — a ¶ Non carnaliter,ne obloquatur ei quod infra dicet virginem.)

b *Tunc angelus Raphael, &c.*

✻ Hebræi. Time dominum, & memor esto illius, Recordare quoque mandata patris tui quod præcepit tibi, vt ducas vxorem de cognatione patris tui. Nunc itaque audi me, & noli solicitus esse de dæmone. Ego enim scio quod accepturus sis eam hac nocte in vxorẽ: Et cum ingressus fueris in cu-

E biculum ad eã, accipies cor piscis, & facies ex eo fumum subter vestimenta eius,& cum dæmon odorem eius senserit, fugiet, & non reuertetur vnquã ad eam.

† vllum.

✻ Cyprianus. Matrimonium cum gentilibus non iungendũ, apud Tobiam: Vxorem accipe ex semine parentum tuorum, & noli sumere alienam, &c.

lib.3.ad Quir.c.61.

✻ Ambr.

F

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cætera salierunt.* pro residuo itineris. Cætera patẽt vsq; ibi.
2 *Cordis eius part. si super carb. po. &c. extricat.* id est expellit.
3 *Omne genus dæmoniorum.* Circa quod sciendũ,quod si dæmones haberẽt corpora sibi nãliter vnita,sicut dixit Apuleius,q̄ dęmones sunt aĩalia corpore aerea, tp̄e æterna, aĩo passiua, nõ esset impossibile,q̄ res corporales in eis facerent impressionẽ rõne corporũ,sed quia ſm fidẽ nostrã & ẽt Philosophorũ doctrinã,sunt substãtiæ simpliciter ĩtellectuales:ideo corporalis creatura põt in eis facere aliquã impressionẽ, pp qđ fumus iste nõ expulit dęmonẽ,sed figurauit eius expulsionẽ, quia sicut dictũ est, facta angeli circa Tobiã fuerũt in multis figuralia.Et ideo fumus ille ex igne procedẽs significauit virtutẽ orationis Tobiæ iunioris,& Saræ, cuius merito angelus Raphael expulit dęmonẽ à Sara.vnde nõ dr̃ infra 7.q̄ fumus ille dęmonẽ expulerit,sed q̄ angelus Raphael ipsum apprẽhẽdit & religauit in superioribus Aegypti.Quod aũt aliqñ dęmones ab obsessis corporibus recedũt ad deportationẽ aliquorũ lapidũ, & herbarũ & pronuntiationẽ carminũ & huiusmodi,nõ fit virtute taliũ, sed dęmones hoc fingunt volũtariè,vt teneant homines in errore.Tñ res sensibiles possunt aliquã dispositionẽ facere in corpore humano, pp quam est minus dispositũ ad patiẽdũ à dęmone,sicut dictũ fuit plenius 1.Re.16. de recessu dæmonis à Saule ipso Dauid citharizãte.

Dæmones an sint animalia.

4 *Et fel valet, &c.* non.n.est incõueniẽs qđ vna res corporalis habeat effectũ sup aliã corporalẽ, sicut sensibiliter videmus.
5 *Et dixit ei.* Hic consequenter Tobias instruitur de ducenda vxore, vbi primo ponitur angeli monitio, cum dicitur.
6 *Est hic Raguel nomine.* id est,nominatus in diuitijs & virtute.
7 *Tibi debetur, &c.* per acceptionẽ filiæ suæ, quã solã hẽt hæredẽ,scđo ponit Tobię excusatio,& hęc duplex,vna rõne periculi mortis sibi imminentis, alia ratione tristitiæ superuenientis parentibus senibus si hoc contingeret:quam parentũ tristitiã videbatur magis formidare q̃ propriã mortẽ,dicens.
8 *Deponã sene.illo.* timebat.n.ne si post patris cęcitatẽ contingeret in seipso deperire parẽtũ posteritatem,quod omnibus parentibus est summè tristabile,eius parentes tantam incurrerent tristitiã, quod per impatientiã frangerentur,& sic nõ solum corporaliter, sed etiam spiritualiter morerentur.
9 *Tunc angelus.* Hic consequẽter ponit angeli responsio. per quã primò assecuratur Tobias de acceptione vxoris, cũ dr.
10 *Audi me*, diligenter & attentè. 11 *Et ostendã tibi qui sunt.* propter suum demeritum. 12 *Hi nãque qui.&c. ha.d.s.e.* quia non contrahunt matrimonium amore prolis educandæ ad cultum Dei, sed vt satisfaciant suæ libidini,secundo docetur de modo accedendi ad vxorem, cum dicitur. 13 *Tu aũt cũ acceperis eã.* per verba de præsenti in vxorem. 14 *Ingressus cubiculũ.* quia concubitus carnalis etiam coniugalis impedit feruorem & efficaciam orationis,vnde dicit Apostolus 1.Corin.7.a.de redditione debiti coniugalis: *Nolite fraudare inuicẽ, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi*, delectatio enim venerea absorbet vsum rationis. 15 *Ipsa aũt nocte.* id est,prima nocte,qua intrabis cubiculũ. 16 *Incenso iecore, &c.* per modum superius dictum. Sciendum tamen q̄ supra dixit,cordis eius particulam, &c. ex quo etiam patet quod dictum est.s.quòd incensio ista non habebat virtutem fugandi dæmonem quantũ est de se. 17 *Secunda verò,&c.admitteris.* id est, concedetur tibi copulatio cum vxore, sicut & sanctis patriarchis,non tamen pro tunc carnalem copulam exercebis, sed postea, erat enim casus specialis propter quem iste fuit prohibitus à tali copula per tres noctes, s. vt per studiũ orationis cũ uxore mererẽtur liberari à dęmonis potestate.

Tertia

MORALITER.

5 *Et dixit ei.* Per Raguelẽ qui pastor Dei interpretatur, bonus prælatus significatur, & hic habet filiã maritandã.s.ecclesiam vacantẽ q̄ per cõsiliũ Christi qui angelus est magni consilij, Tobiæ.1. viro bono rõne scientiæ & vitæ in coniugiũ debet tradi, cum bonis ad eã pertinẽtibus, & ipse dẽt eam accipere in timor e domini & amore prolis spiritualis procreandę: & sic à dæmone non læduntur. Illi vero qui ecclesias accipiũt, non vt Deo seruiant in timore,sed vt ex bonis ecclesiæ carnaliter viuant & pomposè, à diabolo per peccata mortalia suffocantur,& in inferno cum diuite epulone sepeliuntur,et sic apparet moralitas huius cap.5. et etiam 6.

A ✠ Ambros. Orationum solicitudinē diuinæ electionis proposito nō resolui, vno testimonio euidēter probato, vt cętera studio breuitatis omittam. In libro Tobiæ ad Tobiā eius filium Raphael angelus dixit: *Memor esto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere vxorem de genere patris tui. Et nunc audi me frater, noli computare dæmonium illud, &c.* Quamuis ergo quod statuit Deus, nulla possit ratione non fieri, studia tñ non tolluntur orandi: D nec per electionis propositum, liberi arbitrij deuotio relaxatur, cū implendæ volūtatis Dei ita sit præordinatus effectus, vt per laborem operum, per instantiā supplicationum, per exercitia virtutum, fiant incremēta meritorum: & qui bona gesserint, non solum secundum propositum Dei, sed etiam secundum sua merita coronentur.

Lib. 1. de vocat. gentium cap. 10.

latione sanctorum patriarcharū admitteris. Tertia verò no- 1 cte benedictionem consequeris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Translacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis, quàm libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris. 2 3 4 5

a ¶ Forte erant constitutæ benedictiones ad hoc, vel à sacerdota dicendæ, vel ab aliis. b ¶ Post modum.

a ¶ Quia nondum interuenerat carnalis coniunctio.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tertia ve. no. bene. *id est, mereberis multiplicationē sanæ prolis.*

2 Transacta autem tertia nocte. *id est, quarta.*

3 Accipies virginem, &c. *matrimonium consummando.*

4 Cum timore, &c. *quod exponitur cum subditur.*

5 Amore filiorum. *ad cultum Dei procreandorum.*

3 Acci-

CAPVT VII.

a ¶ Doctores verbi.
b ¶ Populum Gentilem quem dominus per doctores adiit.
c ¶ Populus quem non cogno. ser. mi. in audito auris obediuit mihi.

a INgressi sunt autem ad Raguelē, & suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensq; Tobiā Raguel, dixit Annæ vxori suæ: Quàm similis est iuuenis iste consobrino meo. Et cum hæc dixisset, ait: Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthali sumus ex captiuitate Niniue. Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt, nouimus. Cumq; multa bona loqueretur de eo. Dixit angelus ad Raguelem: Tobias de quo interrogas, pater istius est. Et misit se Raguel, & cū lachrymis osculatus est eum. & plorans supra collum eius dixit: Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Et Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachrymatę sunt. Post quā aūt locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuiū. Cumque hortaretur eos discūbere ad prandiū, Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo, neque bibam: nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiā tuā. Quo b audito verbo Raguel expauit, sciens quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam, & timere cœpit, ne fortè & huic similiter contingeret. Et cum nutaret, & non daret petenti vllū responsum, dixit ei angelus: Noli timere eā dare isti, quoniā huic timenti Deum debetur coniux filia tua: propterea alius non potuit habere illam. Tūc dixit Raguel: Non dubito, quod Deus preces 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

a ¶ Ex his, scilicet, quos Niniuitæ captiuauerant.

a ¶ Gentilis populus. b ¶ Vniuersis doctoribus.

¶ Christo.

a ¶ Non alij. b ¶ Qui non recte docebant.

a ¶ Confirmatus in fide.

CAPVT VII.

B a *INgressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ: Quam similis est iuuenis iste consobrino meo. Et cum, &c.*

✠ Hebr. Factum est cum audisset Tobias omnia verba ista, colligata est anima eius cum anima Saræ, ingressique Egbathanas in domum Raguelis, inuenerunt eum iuxta portam domus eius. Et cum salutassent eum pacifice, ille pacificè respōdit eis.

C ✠ Comestor. Notandum quod in sacra scriptura quinque dicuntur Annæ. Mater Samuelis, vxor Tobiæ senioris, vxor Raguelis, mater beatæ Mariæ virginis, & Anna prophetissa.

Beda vbi sup. b *Quo audito verbo Raguel expauit, sciens quid euenerit illis septem viris, qui ingressi sunt ad eam, &c.* Audiens populus E gentium verbum fidei, & admonitus ab apostolis, vt de filio pe sua Christo daret vxorem, non sine certa exploratione potuit nouæ fidei iura suscipere: quia olim multos doctores habuit, qui omnes quasi septenario numero comprehensi, hanc tantum vitam nouerant: de æterna nihil certum dicebant: & ideo sine spe vitæ immortalis æternæ mortis rapuit eos interitus, docen- F te autem intrinsecus veritate & foris per doctorum ora sonante tandem intellexit, quod iustum est, vt qui stulta dicerent, stultè perirent.

Deus

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VII.

Diuisio. INgressi sunt. Hic consequenter describitur beneficium Tobiæ collatum in termino viæ. & primo quantum ad terminum viæ propriæ. secundo angelicæ cap. 9 non enim Tobias processit vltra domum Raguelis, sed angelus processit vsq; ad Gabelum. Circa primum describitur primo matrimonij contractus, secundo ad vxorem accessus, cap. 8. prima diuiditur in quatuor partes, quia primo describitur mutua recognitio, secundo vxoris petitio, ibi: *Cumque hortaretur.* tertio filiæ concessio ibi. *Tunc dixit Raguel.* quarto ratificatio, ibi; *Et apprehendens.* Circa primum dicitur.

1 *Ingressi, &c.* pro petendo hospitio.

2 *Et suscepit.* Nam antiqui ad hospitalitatis gratiam erant proni, vt patet de Abraham & Loth, Gen. 18. & 19.

3 *Quam similis est iuue.* id est, Tobiæ seniori, cui filius erat valde similis corpore & mente, & ēt nomine, vt dictū supra c. 1.

4 *Ex tribu Nephthali*, scilicet, de qua etiam erat Raguel.

5 *Ex captiuitate Niniue*, quia Iudæi captiui erant per diuersas ciuitates dispersi. Cætera patent vsque ibi.

6 *Et misit se.* ad amplexandum & osculandum Tobiam ex amore, & lachrymandum ex pietate, eo quod erat de eius cognatione.

7 Quia

7 *Quia boni.* q. d. degenerares, nisi bonus esses, & benedictione dignus.

8 *Et Anna vxor.* nō dicit hic quod amplexatæ vel osculatæ fuerint ipsum, quia non sic decet mulieres facere sicut viros.

9 *Postquam autem.* Hic consequenter describitur vxoris petitio, & patet litera vsque ibi.

10 *Hic ego hodie non man.* sic enim erat edoctus ab angelo, licet non sit suprascriptum, vt ante cibum & potum fieret matrimonium, vt sic melius & sanctius contraheretur.

11 *Et cum nutaret.* id est, hæsitaret de responsione danda, quia graue erat ei denegare, eo quod esset filius optimi viri, vt dictum est, & etiam cōcedere propter casus præcedentes.

12 *Dixit autem ange.* ipsum assecurando de concessione.

13 *Quoniam huic timenti, &c.* ex ordinatione diuina.

14 *Propterea alius non po.* Nā ordinatio Dei nō pōt frustrari.

15 *Tunc dixit Raguel.* Hic consequenter describitur filiæ concessio, & primo ponitur concessionis ratio, cum dicitur.

16 *Non dubito, &c.* id est, firmiter credo.

17 *Quod Deus preces.* id est, exaudierit, nam preces semper exaudiuntur, quando fiunt piè, perseueranter & pro se, & similiter si fiant pro alio, si non sit impedimentum in eo. Sic autem erat in proposito, nam oratio Raguelis erat pia & perseuerans pro filia sua, quæ sancta erat & deuota.

1 Et credo

A & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo, quoniam ideo fecit vos venire ad me, 1 vt & ista coniungeretur cognationi suæ, se- 2

a Prædicentis: Propheta m suscitabit dominus vobis ex fratribus vestris.

cundum legem Moysi. Et nunc noli dubium

a ¶Deus enim operatur in nobis, vt operemur.

gerere, quòd tibi eam tradam. Et apprehendés 3

a ¶Ecclesiæ.

dexteram filiæ suæ, dexteræ Tobiæ tradidit, 4

a ¶ Omnium fidelium, qui per hos patres significantur.

a dicés: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, &

a *Deus Abraham.* Sicut in baptismo abrenuntiamus diabolo, & omnib. operib. eius B & in patrem, & in filium, & in spiri-

D ipse coniungat vos, impleatque benedictio- 5 nem suam in vobis. Et

in spiritum sanctum nos credere confitemur, & symbolum nostræ fidei quasi chartam accipimus.

accepta charta fecerunt conscriptionem con- 6 iugii. Et post hæc epulati sunt benedicentes Deum. Vocauitque Raguel ad se Annam vxorem 7 suam, & præcepit ei, vt præpararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam suam, 8 & lachrymata est. Dixitque ei: Forti animo e- 9 sto filia mea: Dominus cæli det tibi gaudium 10 E 11 pro tædio, quod perpessa es.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Credo quoniã ideo, &c. *qui disponit omnia suauiter, Sap. 8. a.*

2 Vt & ista con. co. su. *Nu. 36. vbi præcipitur, quod filię Salphaad non possent contrahere matrimoniũ, nisi cũ viris suæ cognationis, eo* ꝙ *succedebant in hæreditate patris, & sic fuit de ista Sara, quæ fuit hæres Raguelis, vt supra dictu est c. 6.* ꝙ *nullam habebat prolem, & subditur concessio petitionis, cum dicitur.* Et nunc noli du. ge. *Sequitur.*

3 Et appre. *Hic consequenter describitur concessionis ratificatio, & primo per matrimonij cõtractum cum dicitur.* Et appre. dexte. fi. *de consensu eius.*

4 Dexterę Tobiæ tra. *similiter consentientis in eam tanquam in vxorem, quia mutuus consensus in matrimonio requiritur. Cætera patent. Secundo ponitur ratificatio per scriptum, cum dicitur.*

5 Et accepta char. fe. con. *Hic erat modus antiquitus, quòd ĩ vna parte chartæ scribebatur dos, & in alia parte chartæ donum propter nuptias, & inter duas scripturas fiebant signa, per quorum mediũ scindebatur illa charta, & dabatur vna pars viro, & altera mulieri.*

6 Et post hæc epula. sunt. *in principio comestionis, & in fine, sicut facere solent personæ deuotæ.*

7 Et præcepit ei, vt præ. alte. cu. *scilicet, à suo, & à cubiculo septem virorum, qui mortui fuerant, post quorum mortem Sara iacebat in cubiculo parentum, in altero tamen lecto.*

8 Et lachrymata est. *ex pietate, & timore, ne sicut cæteris contingeret Tobiæ.*

9 Forti animo esto. *confidens de domino.*

10 Dominus cæli det tibi gaudium. *de viro isto.*

11 Pro tædio, quod perpessa es. *ex morte aliorum.*

CAP. VIII.

a Postquam verò cen. Beda. Introductus Tobias ad cubiculum protulit, & cæ. Deus accepturus ecclesiam de gentibus in desponsationis initio iubet eam abrenuntiare diabolo, & omnibus pompis eius, & confiteri fidem sanctę Trinitatis in remissionem peccatorum, quod est intima piscis viscera viuis cremare carbonibus.

Beda lib. alle. expo. in Tob.

b *Raphael.* ⁜ TERTVL. Nihil Satanę in seruos Dei licebit, nisi permiserit dominus, vt aut ipsum destruat per fidem electorũ in tentatione victricem, aut homines eius fuisse traducat, qui defecerint ad illum. Habes exẽplũ Iob, cui diabolus nullã potuit incutere tentationẽ, nisi a Deo accepisset potestatẽ. Sic, & in Apostolos facultatem tentationis postulauit, non habens eam, nisi ex permissu. Nec in porcorũ gregem C diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de Deo impetrasset, tantum abest, vt in oues Dei habeat. Beda.

Li. de fuga in persecu. ca. 2.

CAPVT VIII.

a Postquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam. Recordatus 1 itaque Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partẽ iecoris, po- 2 3

a Spiritussanctus de quibus dicitur Habes carbones ignis sedebis super eos, hi superiunt tibi in adiutorium, & alibi: Carbones ignis congeres super caput eius.

suitque super carbones viuos. Tunc 4 b Raphael angelus apprehendit dęmo 5 c nium, & religauit eum in deserto superioris Ægypti. Tunc † hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara exurge, & 6 7 deprecemur Deum hodie, cras, & secundum cras, quia 8 istis tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio. Filii quippe sancto- 9 rum sumus, & non possumus, ita coniungi, sicut gentes, 10 quæ ignorant Deum. Surgentes autem pariter, instanterq; 11

⁜ BEDA. Dæmon quatenus permissus potest vexare homines, & fugari ab illis. Vtitur enim Deus malis spiritibus ad probationem quorundã, vt Iob, & Tobię, ad emendationẽ, vt Magdalenæ, conseruationem, vt Pauli, cum datus est stimulus carnis angelus Satanæ ad correptionem, & Corinthij per Paulũ excõmunicati, ad damnationẽ, vt Achab, Antiochi, Herodis, & cæ. BED. Quia post abrenuntiationem diaboli, post confessionẽ veræ fidei sequitur peccatorum remissio, F per aquam baptismi expulso diabolo, diabolũ ligauit, quia fidelium læsione cessando compescuit, quos etiã aliquando tẽtare ad probationẽ permittitur, superare tamen prohibet. c *Religauit.* Desertũ, & Aegyptus corda infideliũ significãt, q̃ à Deo deserta, quia eius habitatione indigna, & iuxta interpretationẽ Aegypti pfidię suę tenebris obscurata. Merito autem,

In 1. Re. c. 16.

Beda vbi sup.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

a Postquam. Descripto mrimonij cõtractu, hic pñr describitur accessus ad cõiugẽ, vbi quatuor ponunt̃ p ordinẽ. primũ est dæmonis expulsio, cũ dr̃. 2 *Protulit de cassi. suo.* i. pera ad modũ retis facta, qua pastores, & aucupes solẽt vti. & dr̃ à casse. i. rete. 3 *Partem ieco.* sup. vero 6. c. dixit angelus. *Cordis eius particulam si super carbones ponas, &c.* ex quo vr̃, ꝙ Tobias posuit super carbones partẽ cordis, & partẽ iecoris, vna prius exprimebat̃ videlicet 6. c. Altera vero hic exprimitur, incẽsio. n. illa figuratiua fuit oronis. vt dictũ est sup. 6. c. cũ orone vero Tobię cõcurrit oro Sarę, & sic p duas particulas figurabant̃. 4 *Tunc Rapha. ar.* ne Tobiæ posset inferre nocumẽtũ. 5 *Et reli. illud in.* vbi nõ est habitatio hominũ, p qd̃ patet, qd̃ dæmones deuicti aliqñ per sanctos angelos arcent̃ ab impugnatione hominũ, & subdit̃ oro cõiugũ, q̃ fuit dictę expulsionis meritoria cũ dr̃. 6 *Sara exur. & depre. de.* vt deuotius possimus Deũ exorare. 7 *Quia his tribus no. Deo. iun.* i. iungi debemus p deuotionẽ, & orationem, antequam procedamus ad actum coniugalẽ. 8 *Tertia autem transact. no.* ipsũ consummando. 9 *Filij quippe sancto. su.* id est, colentium verum Deum. 10 *Et non possumus,* id est, debemus. 11 *Ita coniungi, sicut gentes.* id est, idololatræ.

Diuisio.

Orabant

MORALITER.

1 *Postquam verò.* Sequitur. 4 *Tunc Rapha.* Per desertũ, qui est locus infructuosus, significantur homines in bonis opib. steriles. Aegyptus aũt tenebra interpretatur. igitur per desertũ Aegypti significant̃ homines steriles in bonis, & obtenebrati in peccatis, in quib. manet diabolus, religatus tñ, quia non pot eis nocere, quantum vellet, & posset si dimitteret̃ propriæ potestati, sed solũ quantum permittit manus Dei. † *Tunc hortatus est virg. Tobias, &c.* Per hoc significaur, quod sacerdos curatus debet ecclesiam suam tanquam sponsam ad diuinum cultum inducere, & ipsa, id est, populus suus debet ei assentire, vt sic in hoc confirmentur populus, & sacerdos, secundum verò sensum literalem docentur Christiani qualiter debeant coniugio suo vti.

Et sa-

autē & qui à Deo deserit à dæmonio replet. Angelus verò dæmonē, qui Tobiā occidere volebat, in deserto ligauit, qui cohibitū à fidelibus, qui sunt mēbra Chri diabolū in infidelibus tātum dñari permittit, in quibus tū tenet eū ligatum, quia nec ipsos tantum lædere permittitur quantum nititur. crassi gratia supernę dilectionis referti. vñ: *Sicut adipe & pi.re.* c *Duas quoque.* Beda. Apostolus gētiū eos qui ad fidē venerant, de stirpe sua tales esse docuit, quos pro excellētia virtutis tētaret inuidus hostis, & tētatos nō vinceret, sed victores & martyres faceret. Eos quoq; occidi fecit quos carnē suā p Chro crucifige- re docuit cū vitiis & concupiscentiis. Horum occisione epulas parauit, quia vita, profectus, passio, & corona sāctorū multis lætitiam tribuunt. qui epulas ex eis quorum reficiūtur exemplis accipiunt.

Beda vbi sup. a *Et fa. est.* Cātus pullorum sonus est prædicatorū: q post tenebras errorū diē lucis annūtiāt futurū. Erant in gētibus qui dubitarēt an dominus verè vicisset antiquum hostē, & ideo fidē nominis eius obruere, atque abscōdere satius æstimarent: sed postmodū agnita veritatis luce, quasi aurora præ eunte, & crebrescente cātu pullorū. i. voce prædicatorū, veraciter Chrm hoste superato ipsum esse sanctę ecclesiæ cognouerūt. b *Benedicimus te do. de.* Bed. Lętatur Raguel de vita Tobiæ & coniunctione filiæ suę: & benedicēs Deum occidit duas vaccas & quatuor arietes. Parat epulas omnibus amicis & vicinis suis. Lętatur populus gentiū de fide Christi, & deuotione suæ gētis in fide domini proficiē tis, vt etiam de ipsis doctores fierent, qui postmodū martyres existerent, hi vaccæ sunt quia iugum euangelij portauerunt, & qui portarent pdicando, genuerunt. Arietes sunt tāquā duces & patres populorū. vñ: *Afferte do. fi. arie.* Sūt crassi

orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis. Dixitque Tobias: domine [1] ¶ Vel mystice ad literam. Deus patrū nostrorum benedicant te cęli & terra, mareq; & fontes, & [2,3,4] flumina, & omnes creaturæ tuæ, quę in eis sunt. Tu fecisti Adam de li- [5,6] mo terræ, dedistiq; ei adiutoriū Euā. Et nunc domine tu scis, quia non [7] luxuriæ causa accipio sororē meā coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuū in secula seculorum Dixit itaq; Sara: Miserere nobis domine, miserere nobis. Et consenescamus am- a ¶ Prædicatorum. a bo pariter sani. Et factū est circa pullorū cātum accersiri iussit Raguel [8] seruos suos, & abierunt cum eo pariter, vt foderent sepulchrū. Dicebat enim: Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & cæteris aliis septem viris, qui sunt ingressi ad eā. Cumq; parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorem suā, dixit ei: Mitte vnā ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliā eum antequā illucescat dies At illa misit vnā ex ancillis suis. [9] Quæ ingressa cubiculum, reperit eos saluos & icolumes, secum pariter [10] dormientes. Et reuersa nuntiauit bonum nuntium. Et benedixerunt [11] b Deum, Raguel videlicet & Anna vxor eius, & dixerunt, Benedicimus [12] te domine Deus Israel, quia non contigit nobis quemadmodum puta [13] bamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à no [14,15] bis inimicum psequentē nos. Misertus es autē duobus vnicis. Fac eos [16] dñe plenius benedicere te; & sacrificiū tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis [17] offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es Deus solus in vni- [18] uersa terra. Statimq; præcepit seruis suis Raguel, vt replerent terra fos- [19] sam quam fecerant priusquam elucesceret. Vxori autem suæ dixit, vt [20] instrueret conuiuium, & præpararet oīa quæ in cibos erant iter agenti [21] c d bus necessaria. Duas quoque pingues vaccas & quatuor arietes occidi e f fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis cunctisque amicis. † Et ad- [22] iurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud se. De [23] a ¶ Vnde Zachæus: Dimidium bonorum meorum do pauperibus. omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quæ superaret post obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret.

d *Quatuor arie.* quia sancti doctores & martyres quatuor libros euangelij fide & opere conseruant, prudentia, iustitia, fortitudine, tēperantia muniūtur, & quatuor partib⁹ mundi instruūt ecclesiam Dei. e *Occidi fe.* quia alij sponte mortificant corpora sua, vt sint hostia viua, alij inter manus fidelium subeunt martyria, per arma iustitię à dextris & à sinistris, id est, in prosperis & in aduersis hostem vincentes antiquum. f *Et adiura. Reg.* Beda. Adiuramus Christum vt maneat nobiscum, donec per fectionem quietis per spiritussancti gratiam consequamur, qua requiescamus & à peccatis in corpore, & à prauis cogitationibus in mente.

Ibid. 61. b. Ibidem. Gal. 5. d. 2. Cor. 6. b. † infra 9. b Ibidem. Psal. 28. a.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Orabant ambo simul, vt sanitas, &c.* per totalem expulsionem dæmonis.
2 *Dixitque Tobias.* orando deuotè.
3 *Domine Deus patrum nostrorum.* qui verus est Deus & non dij Gentilium.
4 *Benedicant te cæli & terra.* Et per hoc intelliguntur creaturæ mediæ.
5 *Et omnes creaturæ, &c.* tam intellectuales, cuiusmodi sunt angeli & homines, quibus propriè competit Deum laudare, quam intellectu carentes, quæ dicuntur benedicere Deum, eo qđ intellectualibus creaturis sunt materia laudandi Deū.
6 *Et fecisti Adam de limo terræ.* Gen. 1.
7 *Dedisti ei adiut. Euam.* ad prolis procreationē ad quā requiritur vis actiua in masculo, & passiua in fœmina. Cætera patet.
8 *Et factum est circa pullorum.* Hæc est pars secunda, in qua ponitur tumuli præparatio ad ponendum Tobiam secretè, si ei sicut alij contigisset, & patet litera vsque ibi.
9 *At illa misit vn. ex an. suis.* ad sciendum statum filiæ suæ & Tobiæ.
10 *Reperit eos saluos, &c.* per signa vitæ manifesta.
11 *Secum pariter dormientes.* Post laborem orationis.
12 *Et benedixerunt Deum.* Hic consequenter describitur Ragueli & Annæ gratiarum actio, cum dicitur.
13 *Benedicimus te domine Deus Israel.* licet enim secundum veritatem Deus esset omnium, erat tamen Deus Israel specialiter per legem ab eo receptam & specialem cultum.
14 *Quia non contigit nobis quemadmo. put.* id est, timebamus.
15 *Et exclusisti.* in viris filiæ nostræ.
16 *Misertus es autem duobus vnicis.* erat enim Sara vnica, & similiter Tobias vnicus parentibus suis, vt patet ex prædictis.
17 *Fac eos domine, &c.* per augmentum virtutis & gratiæ.
18 *Et sacrificium laudis.* Alia vero sacrificia non poterant extra Ierusalem offerri.
19 *Vt cognoscat vniuersitas gentium.* inter quas erant filij Israel captiuati.
20 *Quia tu es Deus solus.* scilicet, verus. Cætera patent.
21 *Vxori autem.* Hæc est quarta pars huius cap. in qua ponitur nuptiarum celebratio. cum dicitur. *Vxo. &c. in. con.* per familiam suam, ipsa tamen disponente. & patet litera vsque ibi.
22 *Et adiurauit Raguel.* id est, ad iurandum induxit.
23 *Vt duas hebdomadas.* vt sic in aspectu filiæ & viri sui gauderet, & de regimine suo eos doceret, Cætera patent.

CAP.

MORALITER.

8 *Et factum est.* Per hoc signatur, q, bonus prælatus, qui per Raguelem designatur, dēt esse sollicitus inquirere diligenter circa sacerdotes & eorum parochias, quomodo se habeant, & si inueniatur scandalum, remedium adhibere, si autem status saluti serus, in domino congaudere.

MORA-

CAP. IX.

A a Tunc vocauit, &c. ✠ Augustinus. Celauerat angelus nomen, dicēs, Azarias sū, & non dixerat, Ego sum Raphael angelus. Celauit i primo noie dignitatē, ne faceret locatori terrorē. Si enim dixisset: Ego sum angelus, nō esset Tobie mercenarius. Seruata est nominis, vt postremo magnitudo clarefceret dignitatis. Vide te chariffimi q̃tū sit eleemosyne meritū, angelum meruit habere operariū. ✠ Ambrosius. Si minorem putas eū, qui mittitur, eo a quo mittitur, disce quod & minor maiorē misit, & maiores ad minores missi sūt. Nam & Tobias Raphael archāgelum misit, & angelus ad Balaā missus est, & Dei filius ad Iudæos. Sequitur, Tamen

Serm 228. de temp.

Li. 5. de fide, cap. 4.

CAPVT IX.

a ¶Fideles qui membra Christi sunt.

Tvnc vocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixitq; ei: Azaria frater, peto, vt auscultes verba mea. Si meipsum tradam tibi seruum, & non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tamen obsecro te, vt assumas tibi animalia siue seruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum, reddasq; ei chirographū suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas. Scis enim ipse, quoniam numerat pater meus dies, & si tardauero vna die plus, contristabitur anima eius. Et certè vides, quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere non possum. Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguel, & duos camelos, in Rages ciuitatē Medorum perrexit, & inueniens Gabelum † dedit ei chirographum suum, & recepit omnem pecuniam. Indicauitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt, fecitq; eum secū venire ad nuptias. Cumque ingressus esset domū Raguel, inuenit Tobiam discumbentē, & exiliens, osculati sunt seinuicem. Et fleuit Gabelus, benedixitq; Deum & dixit, benedicat te dominus Deus Israel, † quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deum, & eleemosynas facientis. Et dicatur benedictio super vxorem tuam, & super parentes vestros, & videatis filios vestros, & filios filiorum vestrorum vsque in tertiam & quartam generationem, & sit semen vestrum benedictum à Deo Israel, qui regnat in secula seculorum. Cumq; omnes dixissent amen, accesserunt ad conuiuium. Sed & cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

a ¶Prius. ¶Tantum. a ¶Non dignam mercedem tibi reddidero. b ¶Non sunt condignæ passiones huius, &c. a ¶Christi & ecclesiæ, in quibus fecit Christus de aqua vinum nouum, id est, in lege occidit spiritualem intellectum. a ¶Pro quadratu animæ, vel quatuor virtutum stabilitate. b ¶Prædicatores de gentibus per quos alij colliguntur. ¶Eorum quibus prædicauit. vnde Apostolus, Seruum omnium me feci. c ¶Qui tarcinæ infirmitatis onera charitate subditi portant, tales adiuuante Raphael perducunt Gabelum ad nuptias Tobiæ, cum ad vnitatem ecclesiæ nouos populos Christo opitulante prædicatores adducunt. a ¶Fidei obedientiam. b ¶Christo. a ¶Christi & ecclesiæ. a ¶Christum cum ecclesia conuiuantem. b ¶Vnde osculetur me osculo oris sui. a ¶Occurrunt fideles de gentibus Christo, occurrit Christus eis, sine quo nihil possumus agere. b ¶Præ gaudio. a ¶Carnale, vel opus vel imitatores.

b Tanquam hospitio. Isidor. Aliquos de credentibus seruientes sibi q̃bus prædicandi commisit officiū ad colligendas gentes, quæ nondū fidei mysterium susceperūt, sed tamē famam audierūt & talentum verbi, qd fama dicerunt, per fidei obedientiam reddant. Nouus quotidie populus in ecclesia colligit, potest tamē specialiter intelligi, qui literā legis Lxx. iterpretes acceperunt, & ideo fidem citius susceperunt.

c Et fleuit Gabelus, &c. ✠ Augustinus. Hoc est benedicere Deum, sic viuere, vt per mores cuiusque bndicatur Deus. Nā qui bndicit dño lingua, & factis maledicit, nō in ecclesijs benedicit domino. Lingua propè omnes benedicūt, sed non omnes factis.

Beda vbi sup. † reddidit. In Psal. 25. † supra 7. b.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

Tvnc vocauit. Postquā descriptum est illud quod actū est circa Tobiā in termino viæ suæ, hic cōsequenter describitur qd actum est pro eo in termino viæ angelicæ: nam vltra processit ad recuperandū debitum a Gabelo. Et diuiditur in tres partes: quia primo circa hoc ponitur humilis Tobiæ deprecatio. secūdo angeli cōdescensio, ibi: Tūc Rapha. Tertio fraterna congratulatio, ibi: Cumque ingressus esset. Circa primum dicitur.

Diuisio.

1 Tunc vocauit, &c. vt iret ad recuperandum debitum.
2 Si meipsum. humiliter loquitur, & gratanter, vt impetret ab eo nouum beneficium.
3 Tamen obsecro te. idest, seruos ad eundum tecum aptos.
4 Et vadas. sed hoc videtur contradicere supradictis 2. c. vbi dicit, quod Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum audiuit, improperiū ab vna ex ancillis patris: & sic uidetur, qd Raguel & Gabelus manerent in eadē ciuitate: propter quod non oportebat angelum assumere seruos & animalia, vt iret ad Gabelum quasi ad multum distantem locum. Ad quod potest dici, quod duæ erant ciuitates distantes in regno Medorum eodem nomine nominatæ. Sicut in regno Franciæ sūt plures villę distantes, quę tamen eodem nomine nominantur, & in vna manebat Raguel, & in alia Gabelus. Vel aliter potest dici, quod p nomen ciuitatis Rages non solum intelligitur ipsa ciuitas, sed etiā totum territoriū illi subiacens ciuitati, quod est aliquando satis magnū, sicut patet de territorio Ianuensi. & in ciuitate manebat Raguel, in loco vero territorii satis distante Gabelus. Et subditur ratio petitionis.
5 Scis enim ipse quoniam nu. pater meus. in quibus perfici potest iter nostrum.
6 Et si tar. plus contri. timens de morte mea vel infirmitate, & subditur alia ratio sumpta ex parte Raguelis, cum subditur.
7 Et certe vides. & parte litera.
8 Tunc Ra. as. Hic consequenter describitur angeli condescensio, cum dicitur. Tūc as. qua. vt iret honestius in specie hominis apparēs.
9 Et duos camelos. vnum pro se, & alium pro Gabelo secum adducendo, cætera patent.
10 Cumque ingressus. Hic consequenter describitur fraterna congratulatio, cum dicitur: Cumque ingres. es. do. Ra. scilicet Gabelus veniens cum angelo.
11 Inuenit Tobiam. in conuiuio nuptiarum suarum.
12 Exiliens. scilicet, Tobias.
13 Osculati sunt seinuicem. in signum amicitiæ.
14 Et fleuit Gabelus. ex pietate.
15 Benedixitq; Deum. de bonis collatis Tobiæ.
16 Et dixit: bene. te. idest, multiplicet te in bonis spiritualibus & temporalibus.
17 Quia filius es optimi. quantum ad seipsum.
18 Et iusti. erga proximum.
19 Et timentis Deum. eius offensam cauendo.
20 Et eleemosynas, &c. miseriam pauperum releuando.
21 Et di. be. su. vxo. tu. propter fœcunditatem eius in prole, & morum honestatem.
22 Et super. p. v. propter bonitatem vestram, dicitur enim communiter de bonis filiis & filiabus, benedicatur pater, qui genuit, et mater, quæ portauit.
23 Et vi. desiderant enim parentes videre multiplicationem sui seminis in longinquum.
24 Et sit, &c. ipsū multiplicādo ī spiritualibus bonis & tēporalibus.
25 Cumq; omni. di. amen. optando huius impletionem.
26 Accesserunt ad conuiuium. nuptiale.
27 Sed & cum ti. & non cum dissolutionibus & ebrietatibus, quæ a multis in talibus solent fieri indecenter.

Tunc CAP.

MORALITER.

1 Vocauit. per hoc q̃ angelus ad preces deuotas Tobię iuit ad repetendum debitū Gabeli, qd erat ibi a patre impositū, nec tamen bono modo facere poterat, significatur, q̃ sacerdos curatus habens onus ecclesiæ impositum sibi quod est graue satis, rogare debet hoīes literatos & bonos, qui per angelum significantur, vt iuuent eum in onere sibi imposito, inducendo populum suum ad solutionē 10. talentorum, per quam significatur impletio decem mandatorum, vt veniat deuote ad nuptiale conuiuium, quod in ecclesia celebratur.

CAP. X.

A a Cum verò. ✠ Hebr. Porrò Tobę & vxor eius cóputabāt dies & noctes, dolebātq; ꝙ filium dimisissēt flētes, & sese affligētes ꝓp ipsum. Tobæus tñ cōsolabatur Annam, &c.

Homil. 10 in epist. 1. ad Timoth. ✠ Chryso. Magnū hēmus ꝓtio sumq; depositū filios, igeti illos feruemus cura, atque oīa faciamus, ne fur id nobis astutus auferat. At verò núc ꝗ penitus facimus. Nā vt fundus qdē sit optimus, cūcta moliuntur, eūq; fideli viro magno cū studio tradimus, & agasonē, mulionē, pecuratorē, ac dispēsatorem, qui nobis magna beneuolentia teneat, inquirimus: Ceterū qd nobis omnium charissimū est, omo negligimus: neque curam quo pacto filiū nrm fideli cupiā viro ꝑmittamus, &c.

C Lib. 1. de fide, cap. 3. ✠ Ambros. Nesciunt materna viscera patientiam. Matrem considerate, matrem cogitate.

✠ Idem.

CAP. X.

a ¶In ecclesia de gentibus. b ¶Christus.

Vm verò moras faceret Tobias causa nuptiarū,

a ¶Qui de Iudæis singillatim credunt dolent, quod Chr. ... tardat redire ad reliquias Israel.

sollicitus erat pater eius Tobias, dicēs: Putas quare moratur fili9 meus, aut quare detētus est ibi? Putasne Gabelus mortuus est, & nemo reddit illi pecuniam? Cœpit autem contristari nimis ipse, & Anna vxor eius cum eo, & cęperunt ambo simul flere, eo quòd die statuto minime reuerteretur filius eorum ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat, Heu heu fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum

a ¶Solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ.

nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitę nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus

a ¶Beatus Tobias cæcitate sua designat infideles fide fideles.

dimittere ire a nobis. Cui dicebat Tobias: Tace & noli turbari, sanus b est filius noster, satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circunspiciebat, & circumibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, vt c procul videret eum (si fieri posset) venientem. At verò Raguel dicebat ad generum suum: Mane hic, & ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait: Ego noui quia pater meus, & mater mea modo dies computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis. Cumq; verbis multis rogaret Raguel Tobiā, & ille cum nulla ratione d vellet audire, tradidit ei Saram & dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & pecunia multa, & saluum atq; gaudētem dimisit eum a se, dicens: Angelus domini sanctus sit in itinere vestro; perducatq; vos incolumes, & inueniatis omnia recte circa parentes vestros: & videant oculi mei filios vestros † priusquam moriar. Et apprehendentes parentes filiam suam osculati sunt eam, & dimiserunt ire, monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

† antè.

✠ Idem. Scimus, quia mater D ꝓ filiis se offert periculo. Matris sapiētis cōsilio, mris obediamus imperio. Sequit. Luc. 7. Luc.

b Satis fi. &c. s. q. de Iudæis credunt se, suosque cōsolant, credētes, ꝙ reuertat ad eos dñs, & omnis Israel saluus fiat. fidelis enim est Deus, qui hoc ꝓmisit. Rom. 11. d.

c At verò Rag. Cum plenitudo gentiū intrauerit, nemo phibere pōt, qn dominus salutē Israel tribuat, & cęcitatē eius, q ex parte cōtigit, respiciat. Recordatus est enim diuina clementia: qm̄ tristitia magna & continua dolor est Iudæis credentib. pro fratribus infidelibus. Beda li. alle. exposit. in Tob.

E

d Tradidit, Remittuntur in fine doctores ecclesiæ ad Christū, cum ipsa ecclesia virtutum diuitijs plena ad fidem illustrandam, bonorūq; operum substantia ditandam Iudæorum gentem, ex qua Dei filius sumpsit carnem. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. X.

Diuisio. Cvm verò. Descripto superius itineris Tobiæ progressu, hic cōsequenter agitur de ipsius regressu. Cuius primo describitur ordinatio. secundò ordinati prosecutio. 11. cap. ter. io diuini secreti reuelatio. 12. cap. Prima in duas: quia primo ponitur regressus Tobiæ motiua ratio. secundo eiusdem debita dispositio, ibi: Cumq; verbis. Motiua ratio regressus Tobiæ iunioris erat tristitia parentum de mora eius, quæ primo declaratur. secundo allegatur, ibi: At verò Ra. Circa primum primo ponitur querulatio patris, cum dicitur.

1 Cum verò. ibi, scil. cet, in domo Ragulis, pro nuptiis.

2 Solicitus erat. moræ causam ignorans.

3 Putas qua. mo. homini enim solicito & ignoranti causam rei de qua solicitatur, occurrunt multæ cogitationes de variis causis possibilibus, quæ tamen vt in pluribus non sunt veræ.

4 Aut qua. de. timebat ne forte aliquid mali fecisset, vnde detentus fuisset, vel infirmitatem incurrisset, vel quòd Gabelus mortuus fuisset, & sic esset negotium impeditum.

5 Et cœp &c. computauerunt enim dietas itineris eundo et redeundo, & sic dixerant, tali die poteritis huc reuerti, quod tamen non fuit factum propter celebrationem nuptiarum.

6 Flebat igitur. Hic consequenter describitur in speciali lamentatio matris, & patet litera vsq; ibi.

7 Lu. ocu. quia pater iam erat cæcus, & mater ex fletu & senectute disponebatur ad cæcitatem.

8 Ba. se. nam sicut infirmus baculo sustentatur, sic parentes in senectute debent à filiis sustentari.

9 Sola. v. n. multū n. cōsolari parentes ex pñtia bonorum filiorum.

10 Spem po. erant n. senes. & Tobias erat eis vnicus, vt sup. dictū est: & iō nō hñt posteritatis spem hēbant, nisi per ipsum, ideo concludit Om-

11 Oia si. in te. i. cum oia illa non habeamus, nisi p tuam personā.

12 Te non de. quia maius bonum non est exponendum periculis pro recuperatione minoris boni, cuiusmodi erat debitum Gabeli.

13 Cui di. ipsam consolando, in quo apparet eius magna perfectio qui positus in afflictione pro filio, pro cæcitate, pro senectute, et etiam paupertate, nihilominus tamen consolabatur eam.

14 Satis fi. est. hoc enim firmiter tenebat propter verba, quæ ab angelo in specie viri apparente audierat. Cætera patent.

15 At verò. Hic cōsequenter ponit dictæ rōnis allegatio, & hoc pp verba Raguelis ipsū amplius detinere volentis, et patet litera vsq; ibi.

16 Ego no. Hoc enim sciebat per certitudinē affectus parentem ad seipsum, quam experientia multiplici certitudinaliter cognouerat.

17 Cumq; ver. Hic cōsequenter describit recessus debita dispositio, per hoc ꝙ Raguel tradidit Tobiæ filiā suam secū ducendā, & partem bonorum suorum pro statu Tobiæ contingentē, & patet litera vsq; ibi.

18 In pu. & pu. idest, in seruis & ancillis, qui sic in scriptura sacra frequenter nominantur.

19 Dimisit eum a se. vt recederet liberè, dicens.

10 Angelus do. san. qui dirigit viam & actus iustorum.

21 Et apprehendentes par. fi. vt verba, quæ recedens ab eis audiret, in corde ipsius arctius impressa remanerent.

22 Mo. ea. ho. so. nam vir & vxor sunt quasi vna persona, & ideo sicut vir tenetur honorare parentes proprios, ita & eius vxor.

23 Diligere. tanquam vnam personam secum.

24 Regere fa. nā in domo aliqua sunt agēda, quæ magis decet fieri per mulieres quā p viros, & etiā quia viri circa exteriores occupationes sunt magis intēti, vt circa mercationes, agriculturā & huiusmodi.

25 Et seipsam irreprehensibilem. per castitatem coniugalem, et per prudentem & honestam conuersationem.

CAP.

MORALITER.

1 *Cum verò.* per statum parentum Tobiæ ex eius mora significantur mystice suspiria sanctorum patrum de mora Christi venturi in mundum.

Cui di.

13 *Cui di. To.* per quod significatur consolatio prophetarū eius aduentum firmiter prædicantium.

21 *Et appre.* huius lræ sēsus literalis est simpliciter moralis.

CAP. XI.

A a CVmque reuerterentur. ✠ Hebrae. Abijt ergo Tobias læto & hilari corde, benedixitque dominũ eo quod lætificasset eum, & fecisset cum eo mirabilia multa, & miserationes insignes, & proficiscens peruenit ad AcKrim ciuitatem, quæ est e regione Niniue. Sequitur.

b *Præcedamus.* Bed. Postquam illuminatus, est populus gentiũ, præcedit diuina gratia ad illuminandam cæcitatem Iudæorum, vt in libris suis cognoscãt Christum verum hominem & verũ Deum, & sic tandẽ quasi viso angelo & filio suo quos diu non viderant, multum gaudeant, tandẽ, scilicet, se ecclesiæ de gentibus congregatæ mysteriorum communione cõiungant. (Beda vbi sup.)

B

c *Anna autem.* ✠ Ambros. Nonne quando aliquem desideramus, & speramus adfore, co dirigimus oculos, vnde speramus esse venturum? Itaq; contenti diu quotidiana expectatione deficimus. Sic Anna circumspiciens in uiam solicitis aduentum filij explorabat excubijs. Sic Dauid propheta currente altero post alterum, qui nunciaret, positis in turre exploratoribus interrogare de salute filij pater sedulus gestiebat. Sic teneræ vxor ætatis de specula litorali, indefessa expectatione coniugis præstolatur aduentum, vt quamcunque nauim viderit, illic putet cõiugẽ nauigare, metuatq; ne vidẽdi gr̃a dilecti anteuertat, nec ipsa possit prima dicere. Video te, marite, sicut Anna dixit ad filium. (Octon. 11. in Psal. 119.) (2. Reg. 8.)

C

CAP. XI.

a CVmq; reuerterentur, puenerũt ad Charan, quæ [1] est in medio itinere contra Niniuem, vndecimo [2] die. Dixitq; angelus. Tobia frater, scis quẽadmo [3] dum reliquisti patrem tuum. si placet itaq; tibi, [4] b præcedamus, & lẽtu gradu sequãtur iter nostrũ familiæ simul cum coniuge tua & cũ animalib. Cũq; hoc placuisset, vt irẽt, dixitq; Raphael ad Tobiã. Tolle tecum ex felle piscis, erit enim necessarium. Tulit itaque c Tobias ex felle illo, & abierunt. Anna autẽ sedebat secus viam quoti- † die in supercilio mõtis, vnde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodẽ loco† specularetur aduentũ eius, & vidit a longe, & illico cognouit venientẽ filium suũ, currensq; nuntiauit viro suo, dicens. Ecce venit filius tuus. Dixitq; Raphael ad Tobiã. At vbi introieris domum [5] tuã, statim adora dominum Deũ tuũ, & gratias agens ei, accede ad patrem tuũ & osculare eum. Statimq; lini super oculos eius ex felle isto piscis quod portas tecum. Scias enim quoniam mox aperientur oculi [6] eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aspectu tuo gaudebit. Túc [7]

a ¶Quia salutis donum prænuntiat, & sic dominus corda illuminat.
b ¶Doctores ecclesiæ, qui hæreticos quasi lupos summi pastoris ouili fugant.

præcucurrit canis, qui simul fuerat in via, & quasi nuntius adueniens

a Cauda finis corporis perfectionem significat, vel mercedem, quæ in fine tribuitur.

d blandimento suæ caudæ gaudebat. Et exurgens cæcus pater eius cœ- [8]

a ¶Assensu. b ¶Ei qui veritatis lumen cognouit. ¶Christo.

e pit offendis pedibus currere: & data manu puero, occurrit obuiam fi- [9] [10] lio suo. Et suscipiens osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt

a ¶Quia sero. b ¶Quia credunt in Christo.

flere præ gaudio. Cumque adorassent Deum, & gratias egissent con- [11] f sederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis liniuit oculos patris sui. [12] [13]

a Iudæorum populus postquam amarissimam antiqui hostis malitiam cognouerit, amissam recipiet lucem.

g Et sustinuit quasi dimidiã fere horam, & cœpit albugo ex oculis eius, [14]

liũ. *Video te fili*, amodo libentius moriar. Mortis videlicet dolorem exoptati conspectus suauitate non sentiens. D

d *Blandimento.* Bed. Canis gaudebat dum tecta dominorũ diu inuisa reuiserẽt. Gaudẽt doctores, cũ de effectu sui operis cũ Iudæã a dño recolligendã intelligẽt. Gaudẽt de premio vitę æternę, & cũctis eodem præmio corda exhilaranda prædicunt, & statim aduenturam, gratiam sancti spiritus edũt. (Beda vbi sup.)

c *Exurgens.* Audito a doctoribus verbo salutis exurgit populus Iudęorum de perfidiæ suæ cæcitate longa, & amore currit ad dominũ, sed offendẽs gressibus operum, donec renatus instructus in Christo, fidei & operationis lumen percipiat. († præstolaretur.) E

f *Tunc su.* Beda. Dominus credẽtibus aperte reuelat quanta sit antiq. hostis malitia, qui ipsum in passione deuorare gestiuit, sed per hoc occisus mẽbra sua, id est, eos quos ante tenebat, amisit.

g *Albugo.* Beda. Habet adhuc populus Iudæorum velamen ante faciem cordis, ut nõ intelligat gratiã Christi. Hẽt albuginẽ, quia cãdidus, & iustus sibi videtur quasi membrana oui, quia cęcitatem sustinet mẽtis sub specie stultissima Chri adhuc nasciturj Iudæos liberaturi, & imperiũ magnũ daturi. Cum aũt velamen ablatũ fuerit, agnoscẽt quia Christus iã venit & immundũ sanguine redemit, vñ sequit, q̃a visu recepto glorificabãt Deũ Tobias cũ vxore sua. (Ibidem.)

Albugo. Albugo designat stultitiam populi sibi placentis habẽtis zelũ Dei, sed non secundum scientiam, de quib. dicitur, (Beda vbi sup.)

Stant

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XI.

1 CVmq; *Descripta dispositione ad regressum, hic consequenter describitur ipse regressus, et primo quantum ad duos pcedentes. secundo quantũ ad alios subsequentes ibi.* Ingressa est etiã. *Prima adhuc in tres, quia primo describitur Raphaelis, et Tobiæ reuersio: secũdo ponitur parentum obuiatio, ibi.* Et exurgens. *tertio beneficii collatio, ibi.* Tunc su. *Circa primum sciendũ, quod oẽs de comitiua Tobiæ iunioris simul recesserunt de domo Raguelis, sed non omnes venerũt simul ad Tobiã seniorem, nam Raphael et Tobias in via dimiserunt alios, vt citius venirẽt ad Tobiam seniorem ex rationabili causa, vt videbitur literam exponendo, quæ licet sit in pluribus plana, aliqua tamen exponentur breuiter discurrendo.* (Diuisio.)

2 Vndeci. die. *hoc non potest intelligi a principio itineris, nã Tobias fuit per duas hebdomadas in domo Raguelis, vt dictum est sup. 8. c. propter quod intelligitur a recessu de domo Raguelis.*

3 Scis quemad. *s. pauperem & cæcum & ignominiosum, non decet, quod in tali statu ab vxore tua & familia de domo diuite & honorabili venientibus sic inueniatur.*

Si

4 Si pla. ita. *scilicet, ad amouendum istos defectus, ex hoc, quod bonũ est honestatem sui status et generis conseruare, aliter angelus hoc non docuisset. Cætera patent vsque ibi.*

5 At vbi in. *ex hoc loco habetur exemplum, quod homines de negotiationibus, seu peregrinationib. reuertentes prius debent gratias agere de diuina protectione, quã se ponant ad narrandum rumores et trufas.*

6 Mox ape. *i. cito. s. post, quasi per dimidiã horam, vt habetur infra.*

7 Tũc præ. *gaudens, quod reuertebatur ad locũ vbi fuerat nutritus.*

8 Et exur. *Hic consequenter subditur parentum obuiatio, cũ dicitur.*

9 Cępit offen. *nam præ gaudio festinabat occurrere filio suo.*

10 Et data manu. &c. *dirigenti gressus eius.*

11 Cum ad Deum. *gratias agendo de conseruatione filii in via.*

12 Consed. *ad quærendũ de suo statu, de progressu eius & regressu. sicut enim redeuntes de negotiatione, aut peregrinatione prius debẽt Deum adorare quam rumores referre, vt dictum est, sic amici suos suscipientes dẽnt prius Deo gratias agere, quam de talibus interrogare.*

13 Tunc sum. *Hic consequenter describitur beneficii collatio, scilicet, Tobię senioris illuminatio, cum dicitur.*

14 Et cœ. &c. quasi men. *id est, pellicula.*

MORALITER.

4 *Si placet.* per hoc moraliter significatur, quod debilib. spiritu parcendum est, de grauioribus imponendis.

† *Anna.* per hoc mystice significatur, qđ synagoga per legis peritos inquirebat in scripturis aduentus Christi signa, quousq; vidit impletũ per Apostolos, qui fuerunt de Iudæa, & per eos gaudenter nuntiauit.

Tunc

13 *Tunc sumens.* Per hãc linitionem significatur chrismatis inunctio, quando Iudæus aliquis baptizatur a fideli, & tunc exit albugo de oculis mentalibus baptizati, quando velamẽ quod est super oculos Iudæorũ aufertur ab eo per illuminationẽ fidei Christianæ, vnde & ab oculis Pauli exierũt albugines tanquam squamæ & ad hanc illuminationem sequitur laus diuina.

Suam iustitiam volentes constituere iustitiæ Dei non sunt subiecti. Pupilla enim nigra videt, alba tenebrosa est, & qui sibi sapiẽtes videntur & dicunt. Nũquid & nos sumus cæci? in eis veritas non est, qui aũt fragilitatis & ignorantiæ conscii dicunt, domine Deus illumina tenebras meas, a domino illuminãtur.

a *Dicebatque Tobias; Benedico te domine, &c.* ✠ Ambros. Non humanæ, sed diuinæ virtutis insignia sunt, cæcis perpetuę noctis tenebras aperire, defessorumque oculorum vulnera infusa luce sanare. Hæc ante Euãgelium vel rara, vel nulla. Receperit licet Tobias oculos, vnus est in exemplũ, & tamen angeli fuit illa medicina, non hominis.

✠ Chrysostom. Gratias nõ minus agere Deo debemus pro beneficiis, quam afflictionibus, quoniam præparatum est seculum aliud, in quo secundum meritũ huic quidem improbitatis, huic vero virtutis prẽmia reddere debet. Propterea tolerat hunc affligi, illum vero del tijs in dies affluere.

b *Ingressa est.* ✠ Hæ b. Egressi Tobæus & Anna vxor eius in occursũ Saræ filiæ Raguelis, nurus suæ, lætati sunt cũ ea gaudio magno. Bñdixit autẽ eam Tobeus, & ait. Benedicta tu filia mea a dño, & bñdictus dominus, qui duxit te ad nos in gaudio. Lætatiq; sunt gaudio magno ipsi & cuncti Iudei, qui erant in Niniue, super illa magna misericordia, quã fecerat dominus cum Tobæo, & filio eius, & dederunt Tobiæ munera multa & pretiosa.

Lucem gratiæ spiritualis, quæ septiformis est, significat. Post septem dies illuminationis, ingreditur vxor, quia postquam Iudæa per fidem illuminata fuerit, postquam gratiam spiritusancti acceperit, ingredietur ad eam ecclesia, vt fit vnum ouile & vnus pastor, & fit domus Christi vna, vno lapide angulari firmata.

a ¶In quo spes significatur, quia nondum viuit & animatum est, sed speratur, si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Euangelica quoque pagabola sub nomine panis & pisci & oui tres summas uirtutes exprimit, charitatem, scilicet, fidem spem.

quasi membrana oui egredi. Quã apprehendes Tobias traxit ab oculis eius, statimq; visũ recepit. Et glorificabãt Deũ ipse videlicet & vxor eius, & oẽs, qui sciebãt eũ. Dicebatq; Tobias. Bñdico te domine Deus Israel, quia tu castigasti me & tu saluasti me. Et ecce ego video Tobiã filium meum. Ingressa est ẽt post septem dies Sara vxor filii eius, & oĩs familia, & pecora sana & cameli, & pecunia multa vxoris, sed & illa pecunia quam receperat a Gabelo. Et narrauit parẽtibus suis omnia bñficia Dei, quę fecisset circa eũ per hominem, qui eũ duxerat. Veneruntq; Achior, & Nabath consobrini Tobiæ gaudentes ad Tobiã, & congratulantes ei de oĩbus bonis, quæ circa illum ostenderat Deus. Et per septem dies epulantes omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

a ¶Diuersę fidelium personæ. a ¶Virtutes ecclesiæ. a ¶Sancta scripturarum quam Iudæi gentibus commiserat. a ¶Vnde. Lætamini gentes cum plebe eius. a ¶In spiritualibus donis & uirtutibus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Oui egredi. &c. *ex quo patet, quod eius cæcitas non erat ex corruptione oculorum, sed ex operimento macularum, nec est inconueniens, quod hæc curatio fuerit ex virtute fellis, cum illa macula fuerit res corporalis, vt dictum est sup. 6. c. & sequitur gratiarum actio, primo communiter cum dicitur.* Et glorifi. De. *secundo specialiter cũ subditur.*
2 Dicebatque Tobias. *idest, laudo toto corde.*
3 Quia tu castigasti. *sicut filiũ dilectũ. Prouer. 3. b.* Quem enim diligit dominus corripit, & quasi pater in filio cõplacet sibi.
4 Ingres. *Hic consequenter describitur aduentus sequentiũ, scilicet vxoris, familiæ, & animalium cum dicitur.*
5 Post sep. *ab ingressu Tobiæ iunioris ad patrẽ suũ, et patet litt.*
6 Veneruntq;. *vbi describitur congratulatio amicorũ, cætera patent vsque ibi.*
7 Et per sep. di. *non in comessationibus & ebrietatibus, sed in Dei timore & gratiarum actione de bonis exhibitis Tobiæ.*

CAP. XII.

a *TVnc vocauit, &c.* ✠ Aug. Beatus Tobias, qui panem suũ nouerat frãgere esurienti, mercedẽ celerẽ mercenario præparat laborãti. Fili, inquit, dimittamus istũ hominẽ, adijciẽtes ad mercedẽ placitã, quia nobis multa opere suo contulit bona. Et filius relato tractatu alloquitur patrem, Pater nunquid nam isti tam benedicto operario merces tantum placita debet pẽsari, cuius bonus ducatus nõ potest æstimari? Parum illi honoris reddemus, si eius meritis mensurã figamus. Primo iter quasi cæleste carpẽs, & mihi & tibi parauit necessariũ de pisce collyrium. Me deduxit. Argentũ recepit. Saram mihi vxorem desponsauit. Oculorũ tuorũ maculas albugine detractã curauit, & totam domũ nostrã illuminauit, &c. Iste talis ductor, atq; prouisor, medicus atque custos, mediæ substantiæ quam ipse mecum pertulit, accipiat portionem, qui mihi ducatu suo tantam præbuit pietatem. Placet bono patri sapientis filij responsio.

✠ Ambrosius. Sanctus Tobias mercenario sciuit soluendam esse mercedem, dimidium vsque obtulit, meritoque pro mercenario angelum inuenit. Et tu vnde scis ne forte iustum aliquẽ mercede fraudes, punisue infirmũ? Qui scis, an angelus in eo sit? Neque enim dubitare debes, quod in mercenario possit esse angelus, cum ipse Christus possit, qui in minimo esse consueuit. Redde ergo mercenario mercedem suam, &c.

CAP. XII.

TVNC vocauit ad se Tobias, filiũ suum, dixitque ei, quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Respõdens Tobias, dixit patri suo: Pater quã mercedẽ dabimus ei, aut quid dignũ poterit esse beneficijs eius? Me duxit & reduxit sanũ, pecuniã a Gabelo ipse recepit, vxorẽ ipse me habere fecit, & dæmoniũ ipse ab ea cõpescuit, gaudiũ parẽtibus eius fecit, meipsum a deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eũ repleti sumus. quid illi ad hęc poterimus dignũ dare? Sed peto

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

TVnc vocauit. *Postquã descripta est circa Tobiã bonorum collatio, hic cõsequenter describitur secretorum Dei reuelatio. & primo respectu præteritorum: secundo respectu futurorum, c. 13. Prima in duas: quia primo ponit huius reuelationis occasio, secũdo ipsius reuelatio, ibi:* Tũc di. cis *Occasio vero huius reuelationis fuit retributio mercedis quam pater & filius angelo facere voluerunt, credentes ipsũ hominem esse. Circa quam retributionem primo ponitur patris & filij ad inuicem collatio, cum dicitur.*
1 Tunc vocauit. *ad conferendum de mercede sui ductoris.*
2 Pater quam. *q. d. non habemus aliquid sufficiens ad retribuendũ sibi, & ad hoc allegat octo beneficia per ductorẽ suum ei collata, dicẽs.*
3 Me duxit. *& patet ex prędictis litera. secundo subditur huius rogatio cum dicitur.*

MORALITER.

1 *Tunc vocauit, &c.* per hoc autem, qđ pater & filius medietatẽ omnium bonorũ dare voluerunt angelo, docemur esse grati de beneficiis acceptis. Per hoc autẽ, quod angelus nihil accepit, sed eos ad Dei laudẽ induxit, significatur, quod doctor bonus vel prędicator, qui per angelum significatur, eo quod est nuntius verbi Dei, non debet prædicare pp quęstum, sed propter gloriam Dei & salutẽ animarũ, & peracta prędicatione reuerti ad contemplationis otium, sicut dixit angelus.

Rom. 10. 3. Reg. 22. In c. 7. Luc. vel, sanasti. Hom. 1. ad pop. Ant. Beda vbi sup. Ser. 226. de te. Libr. de Tob. cap. 13. Diuisio.

te pater mi, vt roges eum si forte dignabitur medietatem de [1] omnibus, quę illata sunt sibi assumere. Et vocātes eum pater, scilicet, & filius, tulerūt eum in partem, & rogare cœperūt, vt dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerāt ac-

(a ¶Acceptabiliter recipere. b ¶A quo omnia.)

ceptam habere. Tunc dixit eis occulte: [2] Bñdicite Deo cœli, [3]

(a ¶In exemplum alijs. b ¶Laudate. c ¶Bene gentibus.)

& coram oībus viuentib. confitemini ei, quia fecit vobiscū [4] [5]

(a ¶Mysteria tegenda, opera domini prædicanda.)

a misericordiam suā. Etenim sacramentum regis abscondere [6]

(¶Vel honorificatum.)

bonum est, opa autē Dei reuelare & cōfiteri honorificū est. [7] [8] [9]

(a ¶In sinu pauperis abscondita.)

b Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quàm [10]

(a ¶In sinu pauperis, b ¶Animæ.)

thesauros auri recōdere, qm̄ eleemosyna a morte liberat, & [11] ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiā,

(a ¶Qui diligit iniquitatem odit animam suam.)

& vitā æternā. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt aīæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem. et non [12]

c abscōdā a vobis occultum sermonē. Qn̄ orabas cum lachry- [13] mis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prādium tuū, et mortuos abscōdebas p diem in domo tua, & nocte sepelie-

(a ¶Quæ accepta est cum his operibus misericordiæ.)

bas eos, ego obtuli orōnem tuam domino. Et quia acceptus [14]

(a ¶Corrigit filium Deus quem recipit, quis enim filius quem non corripit pater.)

d eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Et nunc misit [15] me dominus, vt curarem te, et Saram vxorem filij tui a dæ- [16] monio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus vnus ex [17] [18]

A a *Etenim sacramentum, &c.* ✠ Ambros. *In corde meo abscondi eloquia tua, &c.* Propterea ergo mysterium regis bonum est abscondere. Peccat. n. Deo, qui commissa sibi mysteria putauerit indignis esse vulganda: Periculum itaque est non solum falsa dicere, sed etiā uera, si quis ea insinuet quibus non oportet. [Orat. 2. in Psal. 118.]

✠ Hieronym. Filij Dei custodienda præcepta sunt, huius voluntati parendū. Et hoc est quod in Tobiæ libro scribitur. *Mysterium regis abscondere bonum est.* Et præcipue monet ne tractemus, quare Deus vnūquodque præceperit, sed quodcunque, viderit esse mādatum, hoc pia mens hominis implere festinet. [In c. 8. Eccl.]

b *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna.*

B ✠ Ciprianus. Sermo non habens fructum, promereri Deum non potest, q nulla est operatione fęcundus. Et ideo scriptura diuina instruit, dicens. [Lib. de orat. Dominica.]

Bona est oratio, &c. Nā qui in die iudicij præmium pro operibus & eleemosynis redditurus est, hodie quoque ad orationem cum operatione venienti benignus auditor est. Sic Cornelij orationes & eleemosynæ ascenderunt, coram Deo. Cito orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum merita nostri operis imponunt.

✠ Ambros. Et si grauia deliquimus, magnū medicum inuenimus, magnam medicinā gratię eius accepimus. Magna enim medicina tollit peccata magna. Hēmus plura subsidia quib. peccata nostra redimamus. Pecuniam habes? Redime peccatū tuum. Non venalis est dominus, sed tu ipse venalis es, redime te operibus tuis. Vilis pecunia, sed pretiosa est mi- C sericordia. *Eleemosyna*, inquit, *a peccato liberat*. Et alibi. *Redemptio viri, diuitiæ eius*. Et in euangelio. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* [Lib. de Elia cap. 20.]

D [Prou. 13. Luc. 16.]

c *Quando orabas cum lachrymis, &c.* ✠ Aug. Gaudet angelus de cogitata mercede, qui missus fuerat gratis facere pietatē. Defunctos, inquit, sepelire nō timuisti, ascēderunt ad dominum opera tua, quia relicto prandio reddidisti mortuum sepulturæ. Ego domino medullata intuli sacrificia pro venerabili sepultura, ego directus sum operarius fori cælestis. Mortuum sepelistis, & mortis aculeum nō timuistis. Ipse sepultus p vobis voce tacita proclamauit. [Ser. 226 de temp.]

✠ Bernardus. Credimus angelos sanctos astare orantibus, offerre Deo preces & vota hominum, vbi tamen sine ira & disceptatione leuari puras manus perspexerint. [Ser. 7. in Cāt.] E

✠ August. Dicuntur angeli orationes nostras offerre Deo, non quia Deum doceant, sed quia eius volūtatem super his consulunt, & quod Deo iubēte completum esse cognouerunt, hoc nobis euidenter vel latenter reportent. Vnde ait. Cū orastis, orationem vestram obtuli Deo. De excelso igitur cælorum habitaculo, ad consulendos, visitandos, & adiuuandum nos attrahit superæminens charitas angelos. [Li. 2. Med. c. 3.]

d *Et nunc.* Beda. Rediturus in cælum angelus apertius quis sit & quare venerit, & quo reuersurus sit, exponit, & Christus eidem populo latius proficienti conditionem suā patefecit, ostendens, quod ipse in patre, & pater in filio sit. Angelus redit ad Deum, Tobias remanet apud patrē, & Christus a fide- F libus suis intelligitur diuinitate patri ęqualis, humanitate hominibus consubstantialis. [Ioan. 14. b.]

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed peto te pater mi, &c. *medietas enim alia erat eis pro victu & vestitu suo, & familiæ necessaria.*

2 Tunc di. *Hic consequenter describitur reuelatio veritatis ignotæ. Circa quam angelus præmittit quandam præfationem, secundo subdit suam reuelationem, ibi.* Manifesto. *Cir. a primum dicitur.* Tunc dixit, *scilicet, angelus.*

3 Occulte. *quia traxerant eum ad partem, vt dictum est.*

4 Benedicite Deum. *licet. n. sit Deus totius creaturæ, dicitur tamen specialiter Deus cęli, quam ibi relucet gloria sua modo speciali.*

5 Et coram. *tanquam de beneficiis eius grati.*

6 Etenim sacramentum. *id est, secretum.*

7 Regis. *scilicet, terreni.*

8 Abscon. *non enim posset bene regere regnum suum, si reuelaretur communiter secretum suum.*

9 Op. a. d. *quia cedit ad honorē Dei & bonum illorum qui reuelant, vt ad laudandum Deum alios inuitent, propter quod vbi non apparet Dei laudatio, sed magis derisio, hic non est agendū, sicut in infidelibus obstinatis, propter quod dicit saluator, Mat. 7. a.* Nolite sanctum dare canibus, nec mar. &c.

10 Bona est. *nam per ieiunium sanantur pestes corporis, per orationem vero pestes mentis.*

11 Et ele. *nam ipsa est satisfactoria pro peccatis, vt dictū est supra, & per consequens introductoria ad regnum gloriæ cælestis, thesauri vero non valent nisi ad prouisionem vitæ præsentis, quam etiam frequenter abbreuiant, nam multi iugulantur pro thesauris suis. Cætera patent ex dictis.* [Diuisio.]

12 Manifesto. *Hic consequenter angelus absconditam aperit veritatem, & primo quantum ad beneficia quæ fecit Tobiæ & Saræ, secundo quantum ad ea quæ gessit in humana effigie, ibi.* Dixitq; eis. *Circa primum primo recitat Tobiæ meritum, di.*

13 Quando orabas. *Et patet ex dictis sup. 1. & 2.*

14 Ego ob. *nam angeli sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui capiunt hæreditatem salutis, Heb. 1. d. Sciendū tamen quod angeli non offerunt orationes iustorum coram domino ad aliquid sibi manifestandum, nam omnia sunt nuda et aperta oculis eius etiam antequam fiant, sed ad cōsulendum super hoc diuinū consilium, quid propter hoc sit agendū circa iustos, vnde & propter hoc fuit missus a Deo ad illuminandum Tobiam, vt postea subditur.*

15 Neces. fu. *i. fuit vtile tibi per meritum & aliis per exemplū, & sic dicitur in principio Porphyrii. Cum sit necessariū Crisoari. i. vtile.*

16 Et nunc. *propter tuum & Saræ meritum, vt dictum est supra tertio capite.*

17 Ego enim. *nominantur. n. angeli in scriptura secundum conuenientiam ad officia propter quæ mittuntur, vnde* Es. *6. c. Angelus missus ad purgādū labia Esaię vocatur Seraph, quamuis non esset de ordine Seraphico, & sic angelus iste vocatur Raphael, id est, medicus vel medicina Dei: quia missus fuit ad sanandum Tobiam.*

18 Vnus ex sep. *non accipitur hic astare prout distinguit angelos adsistentes a ministrantibus: nā Raphael nō est de superioribus ordinibus, qui nō mittuntur ad hęc inferiora, propter quod dicuntur adsistentes Deo, sed de inferioribus, qui mittūtur propter quod ministrātes dicuntur. Raphael autem fuit missus ad curandum Tobiam & liberandum Sarā, sed hic accipitur astare pro esse præsentem Deo per apertā*

Ma- visionem

A

a ¶Septenarius vniuersitatem designat, quia totus mundus septenario numero agitur, vel pro septiformi spiritu quo omnes boni replentur.
b ¶Seruire parati, quocunque famus missi. Deus enim est vbique.

septem qui astamus ante dominum. Cumque hæc 1
a ¶Timore. b ¶Humiliati.
audissent turbati sunt, & trementes ceciderunt 2
¶Non retro vt mali.
super terram in faciem suam. Dixitque eis angelus. Pax vobis, nolite timere. Et enim cum essem vobiscum per voluntatem Dei eram, ipsum benedicite, & cantate illi, videbar qui- 3 4 5 6 7
a ¶Necessitate quasi comedebam, vt familiarior essem vobis non necessitate. Meus enim cibus est panis, qui de cælo descendit.
dem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videri 8

a ¶Expleto negotio.
9 non potest, vtor. Tempus est ergo, vt reuertar ad eum, qui me misit, vos autem benedicite
a ¶Non me.
Deum, & enarrate omnia mirabilia eius, ipsum
a ¶Quia mirabilis in sanctis suis. b ¶Ex lætitia.
10 benedicite & cantate illi. Et cum hæc dixisset ab aspectu eorum ablatus est, & vltra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas 11
a ¶Trinitati gratias agentes.
12 tres in faciem, benedixerunt Deum. Et exurgen-
a ¶Vtilitati proximorum, studentes.
13 tes narrauerunt omnia mirabilia eius.

D

NICOLAVS DE LYRA.

B

visionem & fruitionem: & hoc conuenit angelis, et omnibus sanctis, qui semper vident patrem, qui in cælis est, quod autem hic dicitur: Vnus ex sep. *accipitur numerus determinatus pro indeterminato, scilicet pro vniuersitate angelorum, nam sicut dicit Greg. homil. 25. Quoniam omne tempus septem diebus comprehenditur, recte septenario numero vniuersitas designatur, quæ in angelis est valde magna. Dan. 7.* Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia, &c.

1 Cumque hæc au. *idest, admirati sunt & stupefacti ex diuina condescensione circa ipsos.*

2 Et tre. ce. *nam stupor & admiratio reddunt hominem trementem, & stare non potentem.*

3 Dixitque ang. *Hic consequenter reuelat veritatem occultam de his, quæ fecerat in humana effigie. Primo tamen consolatur eos di.*

4 Pax vobis nolite timere. *q. d. non veni propter malum vestrum, sed bonum.*

5 Etenim cum essem vobiscum. *communicans vt homo.*

5 Per voluntatem. *Eram enim ab eo missus ad hoc, propter quod sunt illi gratiæ principaliter agendæ, ideo subditur:* Ipsum bene. &c.

7 Videbar, &c. *in comestione n. & potatione primo est cibi & potus sumptio, secundo cibi sumpti & potus in ventrem traiectio, & ista fiunt per motum localem: propter quod possunt fieri ab angelis in corpore assumpto: quia natura corporalis obedit angelis quantum ad localem motum, tertio in comestione & potatione est cibi attracti conuersio per virtutem nutritiuam, quod non potest esse in angelis, quia non habent corpora sibi naturaliter vnita, nec per consequens nutribilia, ideo subditur.*

E

8 Sed ego ci. inui. &c. vtor. *idest, reficior, & hunc cibum inuisibilem & potum vocat Dei claram visionem & fruitionem adiunctam.*

9 Tempus est, &c. me mi. *perfecta mea legatione, non est per hoc intelligendum, quod angeli a Deo missi, a Deo recedant: quia semper intra Deum cernunt cum sit vbique præsens, sed hanc reuersionem vocat disparitionem, ideo sequitur.*

10 Et cum, &c. ab. est. *quia perfecerat suam legationem.*

11 Tunc prostrati per ho. tres. *propter tria beneficia, scilicet illuminationis Tobiæ, directionis filij sui, & liberationis Saræ a dæmonio.*

12 Et exurgens, &c. *a gratiarum actione.*

13 Narrauerunt omnia. *ad manifestandum Dei bonitatem, sicut eis dixerat angelus.*

MORALITER.

9 *Tempus est ergo, vt reuertar ad eum qui me misit.* vt in contemplatione hauriat quod iterum populis effundat, ideo subditur. *Vos autem benedicite Deum.*

C

CAP. XIII.

Beda libr. all. expos. in Tobiam.

a APeriens autem. Confessus est veritatem & misericordiam docens beneficia Dei semper prædicare, & flagella timere. Repletusque spiritu prophetiæ, de superna Ierusalem multa decantat. Populusque Iudeorum in fine seculi conuersus multos doctores habebit, & prophetas, qui mentes proximorum ad superna desideria accendunt, cælestis patriæ gaudia prædicando.

1. Re. 2. a. Sap. 16. b.

In Psal. 1.

b *Quoniam tu flagellas, &c.*

*Amb. In tribulatione diligere Deum debemus, nec recedere ab eo, quoniam & lætitiæ tribulatio sæpe succedit, & lætitia tribulationi. Denique qui tribulatione non frangitur, & legem sequitur, beatus est.

Lib. de prouiden. Dei.

*Chrysostomus. Magnum reuera & excellens, pressura est ad probandum virum, atque ad docendam patientiæ virtutem, atque ideo flagellorum modi varii sunt, alius quidem morbo perpetuo probatur, alius grauissima inopia, vi atque iniuria alius, hunc iuges atque perpetuæ liberorum, propinquorumque; orbitates excruciant, hicque

CAP. XIII.

a b

1 APeriens autem Tobias senior os suum, be-
a ¶Canticum Tobiæ senioris.
nedixit dominum, & dixit. Magnus es do-
a Et regni eius non erit finis.
mine in æternum, & in omnia secula regnum tuum, quoniam tu flagellas & saluas, de- 2
a ¶Dominus mortificat & viuificat: de. ad in. & re.
ducis ad inferos & reducis, & non est, qui 3 4 5
a ¶Qui vbique est. b ¶Videntes Deum.
effugiat manum tuam. Confitemini domino filij Israel, & in 6
a ¶In exemplum alijs.
conspectu gentium laudate eum, quoniam ideo dispersi vos inter gentes, quæ ignorant eum vt vos enarretis mirabilia eius, & 7 8
a ¶Sunt dii multi & domini multi, sed vnus omnipotens.
faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter
a ¶Iuste.
eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse sal- 9 10
a ¶Non propter merita nostra. b ¶Admirantes.
uabit nos propter misericordiam suam. Aspicite ergo, quæ fe- 11 12
a ¶Non tamen securi, Beati omnes qui timent dominum. b Nos vos. Ipse enim est, qui operatur in vobis.
cit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi, regemque 13 14 15 16

F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

1 APeriens. *Hic consequenter describitur reuelatio diuini secreti quoniam ad futura per donum prophetiæ datum Tobiæ, ad quod disponit eleuatio mentis per orationem, propter quod primo ponitur Tobiæ oratio, secundo futuri reuelatio, ibi:* Ierusalem ciui. Dei. *Circa primum dicitur.* Aperiens au. os su. *ad Deum manifeste laudandum, & primo commendat eius potestatem & æternitatem, di.* Magnus est do.

Diuisio.

2 Qm tu fla. *quoniam parte a Deo iuste inflicta, sunt quædam medicinæ.*

3 Deducis ad inferos. *idest, ad pœnam per tuam iustitiam.*

4 Et reducis, *per tuam misericordiam.*

5 Et non est qui effu. ma. *Nam exiens de manu suæ misericordiæ incidit in manum suæ iustitiæ, consequenter inducit alios ad Dei laudem, di.*

6 Confite. do. fi. Is. *quia corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, Rom. 10. c.*

7 Et in con. gen. *vt non timeatis neque erubescatis laudem eius coram infidelibus, & subditur ratio.*

8 Quoniam ideo dis. *licet enim Deus suos Israel propter peccata sua dispersit inter gentes, ut sic non remaneret dedecus culpæ sine decore iustitiæ, tamen ex hoc elicuit aliud bonum. s. quod Iudæi in cultu Dei firmi narrabant mirabilia, quæ fecit Deus populo Israel in exitu de Aegypto, in transitu maris rubri, & etiam in deserto & consimilibus, quibus auditis multi Gentiles relicta idololatria conuertebantur ad vnum verum Deum.*

9 Ipse castigauit nos. *puniendo.*

10 Et ipse sa. *inter gentes nos custodiendo, secundum quod dicitur Thren. 4. d.* In vmbra tua viuentes in gentibus.

11 Aspicite ergo. *diligenter considerando.*

12 Quæ fecit. *per suam iustitiam & misericordiam.*

13 Et cum timore. *cordis.*

14 Et tremore. *corporis, quia fortis motus animæ redundat ad corpus.*

15 Confitemini illi. *quod sit misericors et iustus.*

16 Regemque, *omnia in eius gloriam faciendo, cætera patent vsque ibi.*

Quo-

MORALITER.

1 *Aperiens autem Tobias senior os suum benedixit dominum, etc.* Hic ponitur eius oratio, cuius literalis sensus est simpliciter moralis.

Hic

A hicque ab omnibus abiicitur, nulliusque rei dignus æstimatur, atque alius aliter affligitur.

Lib. de exhortat. martyrii. cap 11.

a *Ego aut m in terra captiuitatis, &c.* ✠ Cyprian. Daniel Deo deuotus & Spiritusancto plenus, exclamat. Nihil colo ego, nisi dominũ Deũ meum. Tobias quoq; sub regali licet ac tyrannica seruitute, sensu tamen ac spiritu liber, confessionem suam Deo seruat, & virtutem maiestatem quo diuinam sublimiter prædicat, dicens. *Ego in terra captiuitatis meæ confiteor illi, et ostendo virtutem eius in natione peccatrice.*

Præterea exemplaria legunt Confitemini.

B

CAP.

seculorum exaltate in operibus vestris. Ego autem in terra captiuitatis meæ cõfitebor illi, quoniam ostẽdit maiestatem suam in gentẽ peccatricem. Cõuertimini itaque peccatores, & facite iustitiã coram Deo, credentes, quod faciat vobiscũ misericordiam suã. Ego autem 1 & anima mea in eo lætabimur. 2 3 Benedicite dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ & cõfitemini illi. 4 Ierusalem ciuitas Dei castigauit te dominus 5 in operibus manuum tuarum. 6 Confitere domino 7 in bonis tuis, & benedic Deum seculorum, 8 vt 9 reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet 10 ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorum. 11 Luce splendida fulgebis, & om 12 nes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes D 13 adorabunt te dominum, & terram tuam in sanctificationẽ habebunt. Nomen enim magnum 14 inuocabunt in te. Maledicti erunt, qui contem-15 pserint te, & condemnati erunt omnes, qui blasphemauerint te, benedictiq; erunt, qui ædificauerint te. Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniã omnes benedicentur, & congregabuntur ad dominum. Beati omnes qui diligunt te. 16 & qui gaudent super pace tua. Anima mea be-17 nedic dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam a cunctis tribulationibus eius 18 dominus Deus noster. Beatus ero si fuerint E reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem 19 Ierusalem. Portæ Ierusalem ex sapphiro & † smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circumitus murorum. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur, & 20 per vicos eius Alleluya cantabitur. Benedictus dominus, qui exaltauit eam, vt sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen.

Glossæ interlineares: a ¶ Quicquid vos faciatis. ¶ Mihi. ¶ A peccato. a ¶ Declina a malo & fac bonum. a ¶ Ratio. a Sensualitas. ¶ Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. a ¶ Non est speciosa laus in ore peccatoris. b ¶ In conscientia. a ¶ Dicentes. b ¶ In qua visio pacis. a ¶ Non occidit. a ¶ Quod eius sunt, non tua. a ¶ Quod destructum erat per peccatum. b ¶ Templum Dei sanctum est quod estis vos. a ¶ Diaboli, vnde. Captiuam duxit captiuitatem. b ¶ In futuro. c ¶ Sine fine. a ¶ Fulgebunt iusti sicut sol. a ¶ Sancti finita terrenitate. b ¶ Honorabunt. c ¶ Qui remotæ erant in regione peccati. a ¶ Viuentium. a ¶ Magni Dei. a ¶ E contra. b ¶ Ite maledicti in ignem æternum. c ¶ In mundo. a ¶ In æternum. a ¶ Virtutibus. b ¶ Saluatis. a ¶ Qui ante dispersi. a ¶ Quicquid faciant alij. a ¶ Ecclesiam, quæ est supra montem posita. a ¶ Merces operum, vel aliqui imitatores eorum, vel naturalium filiorum. a ¶ Idest, sancti, qui introducunt ad cælestem Ierusalem. b ¶ Cælesti conuersatione. a ¶ Fidei virore. b ¶ Beati qui habi. in domo tua do. in secula seculorum lauda. te. a ¶ Muri circumeuntes, idest, sanctam ecclesiam munientes sunt lapides pretiosi, lapides viui, qui in Zacharia voluuntur super terram. a ¶ In domo patris mei mansi multæ sunt. ¶ Qui dilatati sunt charitate, sunt in ædificio lapides mundi a malo, & condidi in bono. a ¶ Per diuersos conuentus fidelium. b ¶ Lauda e nomen domini. a ¶ Cui omnia ascribenda. b ¶ Non homo.

NICOLAVS DE LYRA.

C

1 *Ego autem.* secundum hominem interiorem.

1 *Et anima mea.* secundum sensualitatem, & accipitur hic anima pro parte sensitiua, sicut Gen. 1. *Factus est homo in animam viuentem.*

3 *In eo lætabimur.* quia motus rationis interior, quę est homo redundat in partem sensitiuam quam mouet, sicut intelligẽtia sphæram. 3. de Anima.

4 *Ierusalem ci. Dei.* Oratione præmissa, quæ disponit ad ꝓphetiam, hic cõsequenter ponitur donum prophetiæ cõcessum Tobiæ, per quod primo prophetat de Ierusalem historica, secundo de mystica, ibi. *Anima mea.* Circa primum dicitur. *Ierusalem ciuitas Dei.* ad eius cultum electa. 2. Par. 5.

Diuisio.

5 *Castigauit.* loquitur de futuro per modũ præteriti propter certitudinem prophetiæ, non. n. fuit Ierusalẽ destructa Tobia viuente, vt ostensum est supr. i. c.

6 *In operibus ma. tu.* idest, propter opera tua mala.

7 *Confitere domino in annis, &c.* iuste viuendo.

8 *Et benedic. Deum.* deuote deprecando.

9 *Vt re. in te ta.* i. templum quod fuit inchoatum tẽpore Cyri, vt patet 1. Esd. 3. & consummatũ tempore Darii 1. Esd. 6.

10 *Et re. ad te. om. ca.* quod fuit tunc impletum, quia omnes captiuati de Ierusalem habuerunt redeundi licentiam, vt patet 1. Esd. 1.

11 *Lu. splen. ful.* hoc fuit principaliter impletum, qñ Christus, qui est lux mundi, fuit ibidem oblatus, ꝑ quod sanctus Simeon tunc exclamauit, Luc. 2. c. *Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis, &c.*

F

12 *Et om. fi. ter. ado.* quia ex oĩbus mundi partibus veniebant aliqui adorare in Ierusalẽ in dieb. solennibus, vt hẽtur Act. 2.

13 *Et ter. tuam in san.* vnde terra illa vocatur terra sancta.

14 *Male erunt qui con.* sicut patet de Antiocho, qui posuit idolum in templo Ierosolymitano, vt habetur 1. Machab. 1.

15 *Benedi. erunt qui ædi.* sicut patet de Zorobabel & Iesu filio Iosedec, & alijs ædificatorib. tẽpli, & Nehemia & socijs eius ciuitatem reædificantibus. Cætera patent ex dictis.

16 *Anima mea benedic Dominum.* Hic consequenter prophetat de Ierusalem mystica, quæ est triũphans ecclesia, sicut Es. 14. propheta loquens de rege Babylonis transit ad loquẽdum de superbia & eiectione dæmonis, vt ibidem fuit ostensum, dicit igitur: *Anima mea benedic do.* propter tantum beneficium.

17 *Quoniã liberauit Ierus. &c.* Hoc non potest intelligi de Ierusalem terrena, quæ adhuc est in manibus infidelium, nec de Ierusalem mystica prout accipitur pro militante ecclesia, quæ erit in tribulationibus vsque ad mundi terminum, & ideo intelligitur de Ierusalem superna, vbi nulla tribulatio habet locum: ideo subditur.

18 *Beatus ero si fue. re.* quia non tantum desiderabat propriam beatitudinem, sed etiam seminis sui.

19 *Portæ Ierusalem ex sa.* Per hoc ædificiũ ex lapidib. pretiosis intelliguntur merita virtutum, quib. electi habebunt ingressum ad distinctas mãsiones cælestis Ierusalẽ secundũ distinctiones meritorũ.

20 *Et per vi.* id est, laudatio Dei, secũdũ illud Psal. *Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.*

Psal. 83.

CAP.

MORALITER.

4 *Ierusalem ciuitas Dei.* Hic ponitur prophetia Tobiæ de destructione Ierusalẽ futura per Nabuchodonosor, & de eius reædificatione p Nehemiam, in quo significatur, qđ ædificia virtutum per malos homines destruuntur, & per bonos reparantur, & consequenter ponitur eius prophetia de Ierusalem superna, ibi. *Ani-*

16 *Anima mea.* In qua ruinæ angelorum reparantur per assumptionem electorum ad ordines angelorum.

18 *Beatus ero si fuerint.* qui consistit in clara Dei visione & eius fruitione.

† *Ex lapi. pre.* Per hoc significantur merita sanctorum quibus merentur in cælesti Ierusalem collocari.

CAPVT XIIII.

a ET consummati.

✻ Heb. In illo tẽpore, scripsit Tobias omnes sermones istos cũ gaudio, &c.

✻ Graeci. Et cessauit confiteri Tobias. Et erat annorũ 58. quãdo perdidit visum. Et post annos octo respiciebat, & faciebat eleemosynas, &c. Sequitur.

b *Et postquam illuminatus est Tobias, &c.* quadragenarius numerus laboriosus est, ieiunii & abstinẽtiae. Nos autẽ omnes huius vitae labores debemus sustinere, cum Dei & proximi dilectione, & sic fructificabimus,

c *Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculorum amisit, &c.* Sacratũ numerum quinquagenariũ transierat nec ad sexagenarium, qui perfectionem, propter senariũ, in quo oĩa, facta sunt significat, peruenerat.

d *In hora autem mortis suae vocauit ad se Tobiam*, Tobias, id est, doctores Iudaeorum, qui de hoc mundo exituri propinquis suis annunciant, quia mundus ad finem appropinquat, & futurę vitae bona in proximo futura.

Beda vbi sup.

e *Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua, & filiis & filiorum, &c.* Hoc quotidie facit Christus cũ malis relictis ad bonorum corda illustranda conuertitur, quos inuenerit in senectute bona, quia in bonis operibus diu studuerunt, alios autem praeterit, qui diu viuentes nec cõsilio sunt maturi, nec canicie bonae actionis venerandi, sed peccatorum onere incurui, vnde Esa. *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit*, qui. s. diu viuens animi leuitatẽ non deserit.

Beda vbi sup.

CAP. XIIII.

a Verba consummationis in bono solent accipi. Consummantur sermones bonorum consummantur malorum.

ET consummati sunt sermones Tobiae. Et postquã illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta

a ¶ Vt videas filios filiorum tuorum pacem super Israel. b ¶ In bono vide. Completi sunt dies Mariae.

duobus, & vidit filios nepotũ suorũ. Completis

a ¶ Qui numerus perfectus est transit a 'ena in decatem.

b ¶ Corpora sanctorum in pace sepulta sunt.

itaque annis centum duobus, sepultus est hono

¶ Quasi mortuus mundo vixit Deo. a ¶ Quae speciosa dicitur, mundum significat, qui & speciosus. vnde Graece, cosmos ab ornatu dicitur. b In numero perfecto & secreto.

rifice in Niniue. Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculo-

a Recepto lumine.

rum amisit, sexagenarius vero recepit. Reliquum vero vitae suae in gau-

a ¶ Semper crescens de virtute in virtutem. b ¶ Ad dominum.

dio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. In hora

a Septiformi spiritu repletos. b ¶ Per gratiam Dei renatos. c ¶ Fortes malignos vincentes.

aũt mortis suae vocauit ad se Tobiã filiũ suum, & septem iuuenes filios suos nepotes, dixitque eis, prope erit interitus Niniue. Non enim

a ¶ Viuentium.

excidit verbum domini, & fratres nostri, qui dispersi sunt a terra Israel,

a ¶ Prius. b Multi nlij desertae.

reuertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quae in ea incensa est, iterum reaedificabitur, ibique reuertentur omnes timentes Deum. Et relinquent gentes idola sua, & venient

a ¶ Ecclesiam.

in Ierusalem & inhabitabunt in ea, & gaudebunt in ea, omnes † reges

a ¶ Ideist. tenentitatis.

terrae adorantes Deum Israel. Audite ergo filij mei patrem vestrum.

a ¶ Ceu saleretis alios.

† seruite domino in veritate, & inquirite, vt faciatis, quae placita sunt illi. Et filijs vestris mandate, vt faciant iustitias & eleemosynã, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate & in

a ¶ In mundo, qui transibit & concupiscentia.

tota virtute sua. Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hic, sed quacunque die sepelieritis matrem vestram † circa me in vno sepul-

a ¶ Intentiorem cordis. b ¶ Ac n utis desideria tenera.

chro, ex eo dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc, video enim quia

a ¶ Transgressio mandatorum Dei, qua ipsius orbis exterminatio & totius humani generis terminabatur.

iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris suae, Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua, & filijs & filiorum filiis, & reuersus est ad soceros suos. Inuenitque eos incolumes in sene-

a ¶ Ad caelestia deducens. b ¶ A seculi dilectione. c ¶ Ad perpetuae lucis contemplationem dirigens.

ctute bona, & curam eorum gessit. Et ipse clausit oculos eorum, &

☞ Se-

† gentes.

† Ios. 24. c.

† iuxta.

– filiorum filiis, vetera exempla non habent hoc.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

ET consum. *Hic cõsequenter ponitur prophetia Tobię tẽpore mortis suę. Et diuiditur in tres partes, quia primo circa decursus vitae Tobiae senioris ponit breuis epilogatio. Secundo prophetalis exhortatio.* In hora autẽ. *tertia filialis obtemperatio, ibi:* Factum est autẽ. *Prima pars patet vsq; ibi.* 2 Reliquum vero vitae. *spirituali in Deum ordinato.* Et cum bo.pro. *scilicet, fidelis, qui habet charitatem amne 2. an: quia sicut procedebat in aetate, sic proficiebat in charitate, ideo subditur.* 3 Perrexit in pa. *scilicet, ad limbum patrum sanctorum aduentum Christi expectantium.* 4 In hora au.mor. *Hic consequenter describitur prophetalis exhortatio cum dicitur.* In hora au. mor. *vt verba, quę de psenti vitę recedens diceret in cordibus filii sui ac nepotũ arctius impressa remanerent.* 5 Dixitq; eis. *prophetice.* 6 Prope erit in. *Ionas enim propheta prius denuntiauerat Niniue subuersionẽ, sed quoniã ad verbum eius egerunt penitentiam: ideo subuersio illa fuit dilata, postea vero Niniuitę reuersi ad vitia cõsueta, pp quod destructionẽ eius iterũ dixit dominus per Naum prophetã, quae destructio facta est per Chaldaeos, & hãc destructionis appropinquationẽ praedixit hic Tobias. Postea vero debellatis Chaldęis p Cyrũ regem Persarũ filius eius Cambyses, qui & Nabu. dictus est viuente adhuc patre cępit regnare super regnũ Assyriorum in ciuitate Niniue, vt habetur Iudith. 1. ex quo patet, quod haec ciuitas fuerat interim reędificata.* 7 Non e.exci.ver. *s. quando est pphetia praedestinationis, quae semper impletur: qa denuntiat futurũ prout est, in dispositione diuina, quae est immutabilis, & talis fuit prophetia Naũ & Tobię de subuersione Niniue. Quãdo vero est prophetia cõminationis, q denũtiat aliquid futurum; prout est in causis secundis, scilicet, in meritis & demeritis hominum non semper impletur: eo quod merita & demerita hominũ mutantur, & talis fuit prophetia Ionae, quae dixit:* Adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur. *hoc enim exigebant Niniuitarum peccata: quibus poenitentibus illa subuersio tunc non fuit subsecuta.* 8 Et fr.no.&c. *quia omnes, q captiuati fuerũt in Babylone, habuerũt redeundi licentia, & multi de regno Israel, q adhuc erãt in regno Medorũ & Persarũ redierũt, de illis vero, q erãt vltra mõtes Caspbios dicũt Iudęi, quod nulli redierunt.* 9 Omnis au.defer. ter. *hominibus, & animalibus.* 10 Et do.Dei, &c.r. *per Zorobabel & alios de captiuitate Babylonica redeũtes.* 11 Ibi re.o.ti. *Illi. n. qui noluerũt reuerti de Babylone, ibi fuerũt detenti, filiorũ quos genuerãt, et possessionũ quas acquisierant amore. sicut dictũ fuit Esdra. 1.* 12 Et r.c. *qa plures de Gentilibus relictis idolis suis venerũt in Ierusalẽ cũ redeũtibus de Babylone; ista tñ prophetia per praedicationẽ apostolorũ multo perfectius fuit impleta, & de hac vr̃ Tobias principaliter loqui, ideo subditur.* 13 Et g.&c.r.t. *quibus multi reges gentiũ in ecclesia iugo Christi submittentes colla sua, & plenius implebitur in fine mũdi, quãdo post persecutionẽ Antichristi omnes generaliter cõuertentur ad Christũ, q est rex omniũ fideliũ nomine Israelis designatorũ. Cętera patẽt ex dictis.* 14 Fa.est.au. *Hic consequenter describitur finalis obtẽperatio, cũ dicitur.* 15 Post o.&c.ex Ni. *sicut pręceperat ei parens vsque ibi.* 16 Et cu.e.g. *nã erant parentes sui ratione vxoris suę, quę cũ eo erat vna caro.* 17 Et ip.cl.o. *Mos enim tũc erat & adhuc est in pluribus terris, q oculi mortuorũ claudũtur p amicos propinquos, p hoc signãtes, quod obdormiãt in domino. Cętera patẽt vsq; ibi*

Diuisio.

MORALITER.

† *Et consummati.* loquendo de consummatione gloriae.

† *Et postquã il.* Numerus quadragenarius significat penitentiã & vitę sanctitatem, eo quod Moses, & Elias, & Christus legũtur ieiunasse quadraginta dieb. & quadraginta noctib. Per hoc ergo, qđ Tobias post suã illuminationẽ vixit annis 40. signatur, q si aliquis propria fragilitate vel diaboli procuratione priuatus fuerit lumine gratiae & iterũ illuminatus diuino munere, dẽt de caetero in pnĩa & sanctitate viuere, & sic dies suos feliciter, consummare, quod nobis cõcedat, &c.

a *Sepelierunt.* Sepultura Tobiæ finem mundi designat, quo dominus noster cum corpore suo, quod est ecclesia in requiem intrat angelis de societate hominum congratulantibus, & singulos per diuersas mansiones pro meritorum qualitate collocantibus.

a ¶ De qua dicitur: Tu hæreditabis in omnibus gentibus.

omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit, & uiditq; quintā gñationē filiosq; filiorū suorum. Et completis annis nonaginta & nouem in timore dñi cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit; ita vt accepti essent tam Deo quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

a ¶ Vnde: Et videas filios filiorum tuorum pax sup Is.

a ¶ Vna generatio per totum orbem quærentium Deum de qua dicitur. Generatio re bene. b ¶ Quæ vita melior, quæ conuersatio sanctior, quam in gloria Dei manere perpetuo.

a ¶ Angelis quorum numero sumus sociandi, & in perpetuum superna societate copulandi.

a ¶ Beati mites, quoniam ipsi possidebunt ter. Et: Credo videra bona domini in terra viuentium.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum gau. se. *propter finem eius optimū. Cætera patent vsq; ibi.*
2 Vt ac. es. *sicut dicitur de beato Sebastiano. Decebat enim, vt quem Deus tanta perfuderat gratia ab omnibus amaretur, & hoc cedit ad honorem Dei qui dat gratiam, & gloriam. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

PROLOGVS HIERONYMI In Librum Iudith.

APud Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur, cuius autoritas ad roboranda illa quę in contentionē veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicęna in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, imò exactioni, & sepositis occupationibus quibus vehementer arctabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui, sola ea quę intelligentia integra in verbis Chaldęis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam pręconijs declarate. Hanc enim non solum feminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator virtutem talem ei tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

Quæstio. Regum Assyriorum, & Medorum supputatio.

RAB. Quæritur quo tempore quibusve regibus historia Iudith fuerit. ob hoc præcipuè, quia reges qui ibi erant notati Arphaxat & Nabuchodonosor, apud historias Assyriorum & Medorū in ordine regum non reperiuntur. Apud Assyrios enim rex primus magni nominis Ninus fuit, qui in regione Assyriorum Ninum condidit, quam Niniuē vocant Hebræi, hic post gentes plurimas Zoroastem Bactrianorum regem, qui primus magicas inuenisse artes dicitur bello cecidit, & ipse decessit. Cui succedens vxor Semiramis totius Asiæ regna tenuit, Babylonïam instaurauit, caputq; Assyrij regni instituit, quod diu inconcussa potentia stetit. Sed cum Arbactus qui & Zarbates pręfectus Medorum natione Meditis Sardanapalum regem suum Babyloniæ interfecit, regni nomen & summam in Medos transtulit. Ita Nini & Babylonis regnum in Medos translatum, quando apud Latinos Prochas pater Amulij & Numitoris, auus autem Rheæ Syluiæ matris Romuli regnare cępit. Partem autem regni tenuere Chaldęi, qui Babyloniam contra Medos sibi vendicauerūt: cuius potestas apud Medos, proprietas fuit apud Chaldæos. Chaldæi autem propter antiquam vrbis dignitatem non illam suam, sed se illius maluerunt dicere: vnde Nabuc. & cęteri vsque ad Cyrum quamuis viribus potētes & nomine clari legantur, in numero regum non habentur illustrium. Eo autem tempore quo Azarias qui & Ozias, super duas tribus in Ierusalē regnabat, & Ieroboam filius Ioas super x. tribus in Samaria. regnum Assyriorum per Arbactum est destructum atque ad Medos translatum, & interim sine principibus res agebatur. vsque ad Deiocum regē Medorum, qui & Bathanam condidit ciuitatem. In medio autem tempore Chaldæi præualebant. Deniq; Theglathphalnasar & Salmanasar & Sennacherib reges Assyriorum ij sdem temporibus Iudæos vastauerunt atque captiuauerūt antequam Deiocus apud Medos regnaret, postea autē Nabuc. Ierosolymam vastauit. Inuenimus tamen inter Arbactum & Deiocum aliquorum regum Medorum introducta in chronicis nomina, vbi refertur post Arbactum 28. annis regnātem Sosarmum annis triginta in Medis regnasse: post eum Medirnum annis xl. cui successit Calduceas annis 32. illi Deiocus 54. post eum regnauit Phraortes annis 20. deinde Cyaxares siue Diocles annis 33. qui moriens imperium Astyagi dedit, quem Cyrus rex Persarum ipsius ex filia nepos regno priuauit, ac regnum Medorum in Persas transtulit, qui Babyloniam vastauit, occidēs Balthasar abnepotem Nabuc. regis Babylonis, iuuāte Dario (vt testatur Iosephus) propinquo suo Astyagi filio annos ætatis 64. habente. His regum successionibus cognitis diligens lector facilius indagabit, cui prędictorum regum maximè conueniat ordo narrationis. Sed Eusebius in chronicis suis asserit Cambysem filium Cyri, qui post patrem 30. annis regnantem 8. annis in Perside regnauit ab Hebræis Nabuc. vocari, sub quo Iudith historia scripta sit. Sed quia ista historia dicit Arphaxat regē Medorum non inuenio, quomodo, regnum Assyriorum a Medis vastatum atque destructum rursus ipsis Medis præualuerit, si Cambyses Nabuc. intelligitur. nisi fortè dicatur quòd Cambyses qui gentes finitimas impugnasse, & Aegyptum superasse dicitur, cum regnum Assyriorum atq; Persarum vnum esset, aliquem regē nomine Arphaxat in Media repugnantem vicerit, atque suo imperio subiugauerit.

LIBER

CAPVT I.

Arphaxat. * Athanas. Liber Iudith vocatur iste liber ob eam causam quod historiam de Iudith continet, quomodo per illam Deus filios & populum Israel ab Holopherne impugnatos & obsessos saluauerit: Holophernem verò percusserit.

* Origen. Cum recitatur talis aliqua diuinarum voluminū lectio, in qua non videatur aliquid obscurum, simplices libēter accipiūt, vt est libellus Hester, aut Iudith, vel etiā Tobiæ, aut mandata Sapientiæ.

* Idem. Quid ergo illam magnificā, & omnium fœminarum nobilissimam memorem Iudith? Quę iam perditis penè rebus non dubitauit sola succurrere, seque suūq; caput immanissimi Holofernis neci sola subiicere, & processit ad bellū, non in armis, neq; in equis bellicis, aut subsidijs militaribus freta, sed virtute animi, & confidentia fidei, consilio simul & audacia hostem peremit, & quam viri perdiderant, fœmina reddidit libertatem patriæ.

* Eufeb. Cambysem aiunt ab Hebræis & Nabuchodonosor vocari, sub quo Iudith historia conscribitur.

* August. Cyrus rex Persarum quinquaginta millia hominum Iudęorum ad instaurandum templum regredi fecit ex captiuitate. A quibus prima tantum cœpta fundamenta, & altare constructum est. Incursantibus aūt hostibus nequaquam progredi ędificando valuerunt, dilatumque opus est vsque ad Darium. Per idem tēpus etiam illa sunt gesta, quæ conscripta sunt in libro Iudith.

* Idem. Totus canō scripturarū his libris continet, quinq; Moyseos, & vno libro Iesu Naue, vno Iudicum & Iob, Tobias, & Hester, & Iudith, &c.

* Iunilius. In quibus libris diuina continetur historia? In septemdecim. Geneseos, Exod. Leuit. Num. &c. adiungunt plures, Paralip. Iob, Esdrę, Iudith. Hester, Machabæorum 2.

* Alex. primus. Si Trinitas non est, cur etiā Iudith orando dixit: Domine domine Deꝰ omnium virtutum, respice in orationem meam?

* Philo Iud. Ioa Kin filius Iesu summi pontificis, Iudith gesta conscripsit, & anniuersariam liberationis memoriam quorannis agendam instituit.

Rabanus. Mysticè: per Arphaxat superbi exprimuntur, quorum conatus & labor qui per vastum tumoris & elationis agitur facilè in potestatem Nabuchod. id est, diaboli cadit. ipse est enim rex super omnes filios superbiæ.

b *Quam appellauit.* Quæ Mediæ prouinciæ metropolis est, quam Deiocus Medorum rex condidit, sed Arphaxat mirabiliter amplificauit, sicut Daniel propheta, secundum Iosephum sub Dario rege in eadem ciuitate Mediæ mausoleum valde præclarum constructum mira arte posuit, quòd quacunque die cernitur eadem constructum putatur, quia sic pulchritudo noua & materia solida. Ibi vsque hodie reges Persarum atque Medorum sepeliuntur, & cui hæc cura committitur sacerdos Iudæus est.

c *In glo.* Hi in curribus, & hi in equis, &c. Sed Deus currum Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: ergo qui gloriatur in domino glorietur.

In Synopsi. — *Hom. 27. in Num.* — *Hom. 9. in li. Iudicum.* — *In Chronic.* — *Lib. 18. ciuit. cap. 26.* — *Li. 2. de doct. Christ. ca. 8.* — *Li. 1. de part. diuinę legis, cap. 3.* — *Epist. 1.* — *Li. de temp.*

LIBER IVDITH.

CAPVT I.

a ¶ Superbi. b ¶ Quo tempore historia Iudith prænotatur. c ¶ Superbi enim super omnes esse cupiunt.

ARphaxat itaq; rex Medorum subiugauerat multas gētes imperio suo: & ipse ędificauit ciuitatē potētissimā, quā appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius in altitudine cubitorū septuaginta, & in latitudine cubitorū triginta. Turres verò eius posuit in altitudine cubitorum centum. Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuitque portas eius in altitudine turrium. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.

a ¶ Amplificauit, Deiocus enim condidit. a ¶ Fortitudo. a ¶ Stabilibus omne enim quadrarum est stabile. b ¶ Pulchritudo in longitudine. Lxx. enim omne quadratum stabile, vt fortis, vt pulchra, vt inexpugnabilis esset. a ¶ Magnitudo. a ¶ Ex hoc opere. a ¶ Non verè: quia solus Deus est sicut solus bonus. b ¶ Nos Dei à quo omnis potestas.

In Cam-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. I.

ARphaxat itaque. *Post historias Susannæ, Belis, et draconis quæ contigerunt captiuitatis tempore, vt sup. dictum est sequitur historia libri Iudith, quæ contigit tempore Cambysis filij Cyri secundum historiographos, & lectores nostros, de quo constat quòd regnauit post patrem, & per consequens post captiuitatis Babylonicæ relaxationem. nam Cyrus dedit licentiam Hebræis redeundi. in hoc igitur lib. describitur liberatio Israel a persecutione Holofernis. Et diuiditur in tres partes: nam primo describitur huius persecutionis occasio. secūdo ipsa persecutio. ca. 5. tertio populi liberatio cap. 8. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur occasio persecutionis multarum gentium generaliter. secundo filiorum Israel specialiter 3. cap. Circa primum ponitur duplex occasio. secunda ibi.* Tunc exaltatum est. *Circa primum sciendum, quod regnum Assyriorum incepit ab antiquo Belo, cuius filius Ninus condidit Niniuem ciuitatem magnam ex nomine suo appellans eam, & hoc imperium durauit vsque ad Sardanapalum inclusiuè, quem interfecit Arbatus præfectus Medorum, & regnauit pro eo, & transtulit regnum ad Medos. & sic permansit vsque ad Astyagem, ex cuius filia ortus fuit Cyrus rex Persarum, qui iuuante Dario auunculo suo vicit Balthasar regem Babylonis. Dan. 5. & mortuo Dario tenuit monarchiam, cui successit Cambyses filius eius, qui alio nomine dictus est Nabuc. secundus, quia sicut primus templum destruxit sic iste reædificationem eius impediuit, vt dictum est 1. Esd. 4. hic autem Cambyses adhuc viuente patre regnauit super Assyrios in Niniue, post mortem vero patris voluit monarchiam tenere, sed ecōtra quidam Medus Arphaxat nomine voluit apud Medos regnare, propter quod inter ipsum & Cambysem dissensio fuit orta, quæ fuit sequentium occasio prima. Circa quam primo ponitur huius Arphaxat eleuatio. secundo eius debellatio. ibi:* Anno igitur xij. *Circa primum dicitur.*

1 Arphaxat itaque. *volens regnare per violentiam.*
2 Subiugare mul. gen. *per bellatores sibi adhærentes.*
3 Et ipse ædi. *ad munimentum sui contra Cambysem.*
4 Quam appel. *quod nomen interpretatur solenne mandatum, eo quod ad eius ædificium gentes sibi subiectas compulit per solenne mandatum, & quia fecit eam metropolim, & sic ex ea deriuabantur mandata regis ad alia loca.*
5 Ex lapidibus quadratis. *ad ciuitatis fortitudinem.*
6 Et sectis. *ad eius pulchritudinem.*
7 In altitudine cubitorum. *in quo apparet fortitudo ciuitatis maxima.*
8 Turres verò eius. *quæ erant disposita per murum.*
9 Posuit in al. *& sic excedebant altitudinem murorum triginta cubitis.*
10 Per quadrum vero. *Erant autem istæ turres quadratæ ad angulos æquales, & vltra murum ciuitatis protendebantur extra per spatium viginti pedum, & tantum ex opposito intra murum.*
11 Posuitq; por. eius. *idest, ciuitatis.*
12 In alti. tur. *idest, iuxta turrium altitudinem. Ex vtraque enim parte cuiuslibet portæ erant turres ædificatæ altiores cæteris turribus, ad facilius prohibendum accessum ad portas.*
13 Et gloriabatur quasi potens. *singulariter.*
14 In potentia exer. sui. *idest, bellatorum suorum.*
15 Et in glo. *idest, curruum suorum; nam antiquitus in curribus pugnabant, vt habetur in libris Iosue, Iudicum, & etiam Regum.*

Anno

MORALITER.

1 *Arphaxat itaque rex.* Per istum qui multas gentes superauerat, & ciuitatem fortem ædificauerat, & de hoc gloriabatur hoc attribuens propriæ potestati: propter quod debellatus fuit a Nabuchodonosor rege, sicut subditur:

Non Dei. Sunt enim quadrigæ Dei, de quibus Can. 6. d. Anima mea turbauit me propter quadrigas Aminadab, & alibi. Quadrigæ Salomonis 3. Reg. 10. d. a ¶ Quem alij Cambysem putant, diabolus.

drigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnauit in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxat, & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau circa Euphraten, & Tigrim, & Iadason in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est, & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano, & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam, in campo magno Esdrelon, & ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem vsque Ierusalem, & omnem terram Iesse quousque perueniatur ad terminos Aethiopiæ. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor, rex Assyriorum, qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum suum quod defenderet se de omnibus regionibus his.

a ¶ Dæmonum. Assyria enim dirigens vel coarguens. b ¶ Fortis armatus custodit atrium. ¶ Turbam malignorum spirituum. ¶ a Nec fideles quietos esse patitur. a Nuntios. b ¶ Infecto negotio. a ¶ Malignus hostis licet superatus ab incepta malitia non desistit sed iterum bellum intendit & totum furoris sui effundit tumultum. a ¶ Filiorum superbiæ. b ¶ Amator est potentiæ & gloriæ.

a *In cam. ma.* Nominibus locorum notantur regiones gentium. Sicut enim cosmographi scribunt, a flumine Indo qui est ab Oriente vsque Tigrim qui ab occasu hæ regiones sunt, Arachosia, Parthia, Assyria, Persia, & Media, & montuosæ, & asperæ. A septentrione habent Caucasum montem. A meridie mare rubrum & sinum Persicum. In medio sui flumina præcipua Idaspem & Ardinum. In his enim sunt gentes xxij. sed generaliter dicitur Parthia. sæpe & Media a Tigri vsque Euphratem. Mesopotamia est incipiens a septentrione inter montem Taurum & Caucasum: cui a meridie succedit Babylonia, deinde Chaldea, nouissime Arabia, quæ inter Persicum & Arabicum, angusto terræ tractu orientem versus extendit. In his sunt gentes xxij. Sicque factum est, vt duo potentissima regna inter se condigentia plurimas gentes ex confinijs compareret, & demum victorias ad Chaldæos, vel Assyrios concesserint.

b *Tunc exal.* Cum diabolus perditorum multitudinem suæ voluntati subijcit, eleuatur cor eius, propriæ illud assignans virtuti, non diuinæ permissioni, & eo magis ardescit ad plurimorum perditorum destructionem quo se videt quibusdam præualere per prauam suggestionem. vnde sequitur.

c *Et misit ad.* Diabolus per diuersas prouincias legatos mittit cum turba malignorum spirituum ad seducendas gentes per totum orbem dispergit, nec parcit dignitati, nec honori, omnes ad gehennam trahere cupit, & tacere filios perditionis, fideles quoque esse securos non patitur: qui per Ierusalem & Iordanis nomen significantur, nec satis est ei ethnicos absorbere, nisi etiam Christianos possit deuorare. vnde Iob. *Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.* Et iterum: *Escæ eius electæ.* sed quamuis multos superet a multis contemnitur. vnde: *Omnes vno ani. contrad. &c.*

d *Tunc indignatus Nabuch.* Diabolus propria superbia excæcatus, dum det sibi imperium totius orbis, contendens vt abstractos a cultu pietatis consortes suos faciat impietatis, qui de potentia regni exultans, ait: *Ascendam in cælum, & ponam sedem meam in Aquilonem, & similis ero al.* Et in Euangelio: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

Iob. 40. c. Abac. 1. d. Esa. 14 d. Matt. 4. d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Anno igitur. *Hic consequenter describitur huius Arphaxat debellatio, cum dicit:* Anno igitur duod. regni sui Nabu. *Hic annus duodecimus non refertur ad tempus regni Arphaxat, sed ad tempus regni Cambysis, qui dicitur hic Nabuchodonosor ratione supradicta, sicut patebit in principio c. 2. Sed contra hoc videtur, quia Cambyses regnauit tantum octo annis, sicut dixi supra in epistola Ieremiæ & in Daniele, & pluribus alijs locis, Dicendum quod ibi numerantur tantum anni, quib. regnauit post mortem patris, hic autem incipit numeratio a tempore quo cœpit regnare super Assyrios in Niniue viuente adhuc patre.*

2 Pugnauit contra Arphaxat. *idest, totaliter debellauit.*

3 In campo. *& sic erat locus aptus ad capiendum tantos exercitus.*

4 Circa Euphra. *i. iuxta: & sicut Tobiæ vlt. dicitur: Sed quacunque die sepelieris matrem, circa me, idest, iuxta me.*

5 In campo. *Erat autem iste quidam regulus, in cuius terra conuenerunt duo reges magni ad pugnandum.*

Diuisio. 6 Tunc exal. *Hic consequenter ponitur generalis persecutionis occasio secunda. & secundo subditur persecutio ipsa c. 2. Circa primum dicitur:* Tunc exal. est re. *ex illa notabili victoria.*

7 Et cor. eius ele. *in superbiam: propter quod voluit dilatare suam potentiam, ideo subditur.*

8 Et mi. *quæ est metropolis Syriæ. Es. 6. b.* Caput Syriæ Damascus.

9 Et Libano, & ad gentes. *qui est in confinio terræ sanctæ, &c.*

10 Quousque per. *qui sunt in occidentalis parte. volebat enim dilatare suam monarchiam ab Oriente vsque ad Occidentem.*

11 Ad hos om. mi. *vt se subijcerent illi voluntarie.*

12 Qui omnes vno. *nolentes ei subijci. Sed contra hoc videtur quod habetur 1. Es. 4. quod habitantes in Samaria, erant nati de regno Assyriorum, & obedientes illi regi, hic autem inter ciuitates rebellantes ponit Samaria. Propter hoc & multa alia quæ non videntur scripturis canonicis bene consonare, liber iste apud Hebræos habetur tanquam omnino apocryphus. Potest tamen ad hoc dici, quod Samaria aliquando accipitur stricte pro ciuitate illa quæ fuit metropolis in regno decem tribuum, & locis ei propinquis, in quibus habitabant Gentiles e... aliquando magis large pro toto regno decem tribuum, eo quod illa ciuitas erat metropolis, & sic accipitur hic: quia in partibus a ciuitate remotis redierunt aliqui fugitiui de Israel ibidem habitantes, scilicet in Samaria extenso nomine dicta.*

13 Remi. eos. *muneribus, & tributis.* 14 Tunc. *quia præ superbia putabant omnes gentes illas eius obedire mandatis sine contradictione.*

15 Iurauit per thronum. *ad maiorem assertionem.*

16 Quod defen. *minus dicendo plus signat.* Quod defenderet se. *i. inuaderet omnes regiones illas & est quædam figura quæ liptote vocatur*

Et

MORALITER.

1 *Anno igi. duo.* Significatur quod qui plures tentationes diaboli superauit, & etiam ædificium bonorum operum fecit, de quibus tamen instigante diabolo per superbiam intumescit, & sic a diabolo quod per Nabuchodonosor significatur debellatur, & sic victoria qua tentationes diaboli prius superauerat vertitur in luctum, sicut dicitur 2. Reg. 19. a. *Et versa est victoria in die illa in luctum.* vnde dicit Bernar. sup Missus est. Quid dicis virgo superba? Expedit tibi magis virginem non esse, quam de virginitate insolescere. Et Lucæ viii. c. dicit saluator de Pharisæo de suis opibus gloriante, & Publicano sua peccata confitente: *Descendit hic iustificatus ab illo.* idest, publicanus, magis quam Pharisæus.

6 *Tunc exaltat. est re.* Quia diabolus magis gloriatur de deiectione vnius qui multa fecerat bona, quam multorum medio criter viuentium. Vnde refert Grego. 3 dialogorum, quod quidam Iudæus de partibus Campaniæ ibat Romam, qui ad Fundanum clivum perueniens & nox superueniret, intrauit quoddam templum Apollinis, non habens locum alium ad declinandum, qui pertimescens licet fidem Christi non haberet, signo tamen crucis se muniuit. media vero nocte pugil iacens vidit turbam malorum spirituum vni principali obsequentium. Et cum inquireret quid mali singuli fecissent, vnus in medio prosilit, dicens se Andream Fundanæ ciuitatis episcopum de quadam sanctimoniali in suo episcopatu manente intantum tentasse, quod de ipsa turpia cogitaret, & vespere præcedenti ad hoc eum induxisse, quod blandiens eam in tergo palma percusserat: & tunc ille malignus qui præerat incepit eum laudare, & dicere quod perficeret quod inceperat, nam ex hoc inter ceteros palmam victoriæ obtineret.

8 *Et mi. ad omnes qui.* Quia quando malignus spiritus aliquem sanctitatis excellentiæ deiecit, sperat multos alios sibi subijcere. propter quod de ipso dicitur Iob. xl. c. *Absorbebit fluuium & non mirabatur. & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.*

12 *Qui omnes vno animo.* Multi. n. sunt boni qui resistunt demoni, & possunt omnes dici per figuram hyperbolæ. sicut aliquando dicitur, tota ciuitas vadit ad tale spectaculum, ad designandum multitudinem euntium, licet aliquando non sit quinta vel sexta pars ciuitatis.

A

CAPVT II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vicesima & secunda die mensis primi factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se. Vocauitque omnes maiores natu, omnesque duces & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui. Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ, & dixit ei. Egredere aduersus omne regnum occidentis, & contra eos præcipue qui contempserunt imperium meũ. † Non parcet oculus tuus vlli regno, oẽmq; vrbem munitam subiugabis mihi. Tunc Holofernes vocauit duces, & magistratus, virtutis Assyriorum, & dinumerauit viros in expeditione, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites, & sagittarios duodecim millia. Omnemque expeditionem suam fecit perire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiose boum quoque armenta, gregesque ouium, quorum non erat numerus. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. Aurum verò & argẽtum de domo regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse & omnis exercitus, cum quadrigis & equitibus & sagittarijs, qui cooperuerũt faciem terræ sicut locustę. Cũq; ptransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt a sinistro Ciliciæ, ascenditq; omnia castella eorum, & obtinuit omne munitionẽ. Effregit aũt ciuita-

a ¶Sententia.
a ¶Dæmones qui minoribus præsunt, in quibus confidit & quibus secreta committit.
a Secretum. ¶ Aperuit.
a ¶Tam bonos quàm malos.
b ¶Super pectus tuum gradieris & terram comedes.
a ¶Omnes enim dæmones sunt potentiæ amatores.
a ¶Quia persecutionem magnam excitabit in amicos Antichristus in vniuersum mundo. ¶ Erit enim tunc persecutio, qualis nec ante fuit nec erit.
a ¶Plerosque qui firmitatem fidei & virtutum excellentiam habere videntur.
a ¶Virtutum excellentiam.

CAPVT II. ANno tertio. Sequitur. b Tunc Holofer. Holofernes ille principes gẽtium, qui ecclesiam persecuti sunt significat, aut Antichristum perditionis filium, in quem totus Sathanas introibit, vt faciat quæ non fecerunt patres sui, & Deum patrũ suorum nõ reputabit, qui aduersus omnia regna consurget, & veniet in multitudine magna, vt cõterat & interficiat: & tabernaculum suũ super mõtem inclytum & sanctũ ponat, vbi diuinitus cõtritus corruet. hæc est bestia cui iuxta Apocal. draco virtutem suam, & potentiam dabit, vt omnes adorent draconem, qui bestiæ talem dedit potestatem. c Cum pertran. Rabanus. Per diuersas prouincias, & nomina locorum, quę in historia continentur, personarũ distinctiones & graduũ, & dignitatũ designantur, ex quibus diabolus vendicat sibi aliquã partẽ, nec pugnæ formidat difficultatem, sed grãdis potẽtię grandẽ certat efficere ruinã. Pra-

Ezec. 9. b. Dan. 11. g. Apoc. 13. a.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

ANno tertiodecimo. Positis occasionib. persecutionis gentium multarũ. hic consequenter describit psecutio ipsarum. Et diuidit in duas partes, quia primo ponit hęc persecutio. secundo multorum humiliatio. ca. 3. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur dispositio exercitus. secundo ipsius progressus, ibi: *Et profectus est* Prima adhuc in duas: qa primo ponit præceptum regis. secundo obediẽtia ducis, ibi: *Tunc Holofernes*. Circa primam notatur tempus, cum dicitur. 1 *Anno tertio*. ex hoc patet verum qđ prædictũ est. s. q anus 12. erat regni Nabuchodonosor, nã anno 12. habuit victoriã, ex qua eleuatus misit nuntios ad dilatãdum suam potentiam, quibus repulsis posuit se anno 13. ad hoc obtinendum per violentiam. 2 *Vicesima &c.* qui est Martius apud Hebræos. sicut plenius declaraui Gen. 7. & Exo. 12. finis aũt huius mẽsis in quo est principiũ veris, est tempus aptum ad disponendum de bellis, maxime in terris calidis, cuiusmodi sunt prænominatæ. 3 *Factum est ver.* i. diuulgatum. 4 *Vt defen.* Exponatur vt supra. 5 *Vocauitq; ad se.* vt melius fieret psecutio negotij inchoati de corũ ɔsensu. 6 *Et ha. cũ.* i. secretum. 7 *Consilij sui.* tractando cum eis de hoc quod cogitauerat. Cetera patent vsq; ibi: 8 *Vocauit Nab.* vt rex ad custodiam regni remaneret, & Holofernes ad eius dilatationẽ procederet. 9 *Egredere ad om.* Omnes enim terræ supradictæ erant ad plagam occidentalem respectu regni Assyriorum. 10 *Et con. eos præ.* Licet enim oẽs renuissent dare tributum, aliqui tamen fecerant specialem contemptum, eijciendo nũtios Nabuchodonosor sine honore, vt prædictum est, s. cum vituperio, quia minus dicendo plus signat.

11 *Tunc Holofernes vo.* Hic consequenter ponitur obedientia ducis, cum dicitur: *Tunc Holo. vo. du.* idest, illos qui essent necessarij ad regimen exercitus sub eo.
12 *Et dinume. vi. in expe.* pro tanto negotio necessarios.
13 *Centum viginti.* Nam in peditibus consistit robur exercitus, vt dicit Vegetius lib. de re militari.
14 *Et equites.* Equites enim tunc pugnabant sagittando, & maxime in aggressu belli, sicut modo faciunt Tartari habitantes in partibus illis.
15 *Omnemque exped t.* idest, illos qui prouidebant necessaria exercitui. ideo subditur.
16 *Cum his.* Nam in castris magis timenda est fames quàm gladius vt dicit Vegetius lib. de re militari.
17 *Frumen. ex om.* idest, ex locis Syriæ magis abundantibus.
18 *In tran. suo pa.* i. deduci ad loca per quæ debebat transire.
19 *Aurum vero & arg.* ad soluendum bellatorum stipendia.
20 *Et profectus est.* Descripto exercitus apparatu, hic consequenter describitur eius progressus, cum dicitur: *Et profectus est ipse & omnis ex. &c.* portantibus tentoria, machinas, & alia exercitus necessaria.
21 *Qui cooperuerunt.* Hyperbole est ad exprimendum magnam populi multitudinem.
22 *Cumq; pertransisset fines.* vbi erat inuadendum.
23 *Ascenditque om.* ita quòd fortitudo situs non poterat eos defendere contra eum.
24 *Effregit aũt.* i. famosissimam noĩe *Melothi.* ad quã conueniebant mercatores de diuersis partibus orbis, & sic eius famã deportabant ad partes remotas. Aliqui libri hñt, opimatissimam. i. optimam: & redit in eãdem sniam: ex hoc enim quòd erat optima frequentabatur a mercatoribus diuersis.

Tunc ... Et

MORALITER.

1 *Anno tertiodecimo Nabuchodonosor*. Sequitur.
5 *Vocauitq; omnes.* Secundum quod dicit Dionys. naturalia remãserunt in dæmonibus integra, pp quod inter eos sunt aliqui maiores alijs sub vno principe tenebrarum, qui figuratur per Nabuchodonosor vt prędictum est, qui alios incitat ad malefaciendũ. & similiter alij faciunt sibi subiectis, sicut dictum est capitulo precedenti.
† *Boum quoque*. Per ista significantur illa de quibus dęmones vtuntur ad homines sibi subijciendum.
23 *Ascenditq; om.* Per quæ significantur doctores & prelati, qui debent alijs esse loca refugij, quos diabolus quærit principaliter subuertere.
24 *Effregit aũt ciuitatem opi.* idest, famosissimam, per quam † intelligi

a *Prædauitq; om.* Scientiæ vtilitatem auferens, & cetera quibus seruire debuerant Deo, & in vsum seruitij sui conuertens resistentes occidit in ore gladij, quia quos flectere ad colendum nequit, corporaliter occidit.

✻ August. Nō sufficit mortalis eloquētia iustorum omnium orationes eximias atque triumphos grauidas referre virtutes, quas omnipotēs Deus dedit eis quibus solet conferre victoriam, qui viros ac fœminas vigere permisit, qui & flammam camini refrigerio dispersit, & insidiosos exercitus capite sublato nudauit. Nam cum Holofernes ille filiorū Israel, imo sui capitis inimicus, exterarum gentiū sibi ius vēdicaret, atq; obsidione, armis, ignibus quoq; pugnaret, necnō & multarū gētiū cāpos cum messibus oneratos, in cinerem psecēret, humana cōuerteret: Iudith sanctissima (cuius precibus paruit celū) orationis arte arma victricia fabricauit, quibus aduersa confringeret, & pauescentes viros fœmina vindicaret.

† fortasse legēdum inopinatissimam vel potius opulentissimam.

ciuitatem † opinatissimam Melothi, prędauitq; omnes filios Tharsis & filios Ismahel, qui erant cōtra faciem deserti, & ad austrum terræ Chellon. Et transiuit Euphratem, & venit in Mesopotamiam, & fregit omnes ciuitates excelsas, quæ erant ibi a torrente Mābræ vsquequo perueniatur ad mare, & occupauit terminos eius a Cilicia vsque ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum. Abduxitq; omnes filios Madian, & pdauit oēm locupletationem eorum oēsq; resistentes sibi occidit in ore gladij. Et post hoc descendit in cāpos Damasci in diebus messis, & succendit oīa sata, omnesque arbores, & vineas fecit incidi, et cecidit timor illius sup omnes inhabitātes terrā.

a ¶ Ipsos enim pastores astutia sua frangit qui præsunt dominico gregi. a ¶ Scientiæ virtutem. b ¶ Acquiescere nolentes. c ¶ Fœmina corporali. a ¶ Facile deficiēs vincuntur. a ¶ Flamma inuidiæ. b ¶ Vtile. c ¶ Iucundum. ¶ De quibus exijt qui seminat seminare semen suum. d ¶ Fructuosum. e ¶ Gladio persecutionis. a ¶ Ideo. b ¶ Subito. c ¶ Carnales terrena amantes alij enim his visis per propinquum redemptoris aduentum expectant letabūdi, qui peregrini & hospites sunt super terrā. ¶ Vel super inhabitantes terrā.

b *Descendit in campos.* Damascus potus sanguinis interpretat, in qua principes gentiū exprimuntur, qui sitiunt sanguinē fidelium: maxime in tempore messis, id est, in cōsummatione seculi debacchāte per latitudinem orbis furore Antichristi.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et filios Isma. *antiqui libri habent*: Et filios Ismahel, &c. *& est verior litera, quia Agareni descendentes ab Ismahele habitabant tunc in deserto.*

2 Et transiuit Euphraten. *Qui est vnus de quatuor fluminibus Paradisi, Gen. 2.*

3 Vsquequo perueniatur. *scilicet, mediterraneum.*

4 Abduxit om. *i. homines Madian tās ad augmentū sui exercitus.*

5 Et post hoc. *vt magis posset habitatoribus nocere. Ideo subditur.* Et succendit omnia sata, omnesque arbores, &c.

6 Et cecidit timor. *propter crebras illius victorias, & crudelitates magnas.*

MORALITER.

† intelligi pōt Ierusalē ab antiquis tēporibus famosissima. a qua catholicos eiecit: & ibi Saracenos collocauit, *& succendit oīa sata, & omnes arbores, &c.* Per incendiū satorū tollitur sementis, & per cōsequēs spes renouationis bādorū, & per abscisionē arborū & uinearum, spes renouationis fructuum & vinorū & ideo per hęc significatur spes renouationis ad gratiam gratiā post lapsum in culpā. Et hoc maxime quęrit diabolus, scilicet vt inducat peccantes ad desperationē: quia tunc peccant sine freno, quia iam quasi vnū pedem habēt in inferno, Prou. xviii. a. Impius cū in profundum venerit peccatorū, cōtemnit, & sequitur eum ignominia. Pro nihilo namque habet peccare: & sic eū sequitur ignominia gehennæ.

CAP. III.

Tunc. Potentes seculi & voluptatū amatores, qui principē mūdi student reconciliare sibi, vt mortis periculum & voluptatis detrimentū euadere possint. De qbus dicitur: *Qui vult esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituitur.* In hic enim solicitudo huius seculi, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & fructum non facit, hi enim secundum nomina harū prouinciarum superbia extolluntur, vanitatem sequūtur, terram duabus vijs ingrediuntur, & cœtum lugentium vel luxuriæ suæ pœnas luentium in inferno sociabūtur, vbi ad calorem nimium transibunt ab aquis niuium, *& vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur.*

✻ *Memores*

CAP. III.

Tunc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium ac prouinciarum, reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Lybiæ atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt: Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ dāna patiamur. Omnis ciuitas nostra, omnisq; possessio; omnes montes, & colles, & cāpi, & armēta boū, gregesq; ouiū, & caprarū equorūq; & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in cōspectu tuo sūt. Sint omnia sub lege tua. Nos etiam & filii nostri serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro sicut placuerit tibi. Tunc descendit Holofernes de montibus cum equitibus i virtute magna & obtinuit oēm ciuitatem munitā, & omnem inhabitantem

a ¶ Elationis. b ¶ Sublimis. a ¶ Vana. b ¶ Venientes, vel intrantes. c ¶ Coetus luctus vel vomitus eius. a ¶ Nobis in delicijs mundi. a ¶ Diabolo. b ¶ Principi tenebrarum harum. ¶ Antichristo. a ¶ Voluntate. ¶ Vtere vt placeat. ¶ Naturales, vel imitatores, vel opera. a ¶ Qui tui pacifici. a ¶ Non repugnantibus. ¶ Parate iumento. a ¶ In apertum opus. a ¶ Consilio superbiæ. b ¶ Turba persecutorum. c ¶ Vt putant sibi. a ¶ Caio. b ¶ Carnalem terram inimicum.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

Diuisio.

1 Tunc mis. *Hic consequenter describitur multarum gentiū humiliatio. Et secūdo subdit Holofernis dura dominatio, ibi.* Tūc descendit. *Circa primum dicitur.* Tunc mi. legatos. *Ad euadēdū maiora mala, & ideo sequitur.*

2 Melius est e. *idest, minus malum, quod comparatum ad maius habet rationem boni & eligibilis.*

3 Vt vi. ser. Na. rc. *i. maiora damna sustineamus, quā sit seruitus, quia seruitus est mors ciuilis, quę est mors secundum quid tantum, & quod est minus malum quam mors corporalis, quę est mors simpliciter.*

4 Omnis ci. *i. omnia exteriora bona, & etiam propria corpora ponimus in obedientia tua.*

5 Tunc des. *Hic consequenter describitur Holofernis dura dominatio. Et patet litera exceptis aliquibus quę transcurrentur.*

MORALITER.

1 *Tunc mi.* Per istos significantūr pusillanimes, qui timore perdēdi tēporalia bona cōsentiūt diabolo ad faciendū mala, reputātes temporalia bona esse meliora sub seruitio diaboli, quam æterna sub obsequio Dei. Ideo sequitur.

2 *Melius est e.* scilicet in bonis temporalibus.

3 *Seruiamus Nabuchodonos.* idest, diabolo.

5 *Omnis ci.* Nā q dominat personis dñatur tēporalib. bonis.

tem terram. De vniuersis autem vrbibus assumpsit tibi auxiliarios viros fortes & electos ad bellum. Tantusque metus prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores, principes & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tympanis & tibijs. Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex: vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potentia subiugari. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemque Mesopotamiam; venit ad Idumæos in terram Gabaa & Septopoli: accepitque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

a ¶Tollentes ingenio, corporis virtutibus præcellentes. a ¶Contra sanctos. b ¶Ideo. a ¶Accedentes. a ¶Quorum ruina facilior. b ¶Sequentibus. a ¶Vocabulis quæ viderentur nulla &c. a Munitiones latebras simulationis, qua se impune peccare fingebant. a ¶Antichristo. b ¶Diabolus. a ¶Vult enim solus coli & adorari. vnde & Christo dixit: Hæc omnia dabo tibi si cadens adoraueris me. a ¶Superbos. b ¶Vanitatem vetustatis sequentes. a ¶Arrogantiam. b ¶Terrenos. a ¶Contra eos qui decalogum sub fide trinitatis debent implere. a ¶Sequentes.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Assumpsit sibi au. *Ad reintegrandum numerum eorum, qui de suo exercitu mortui erãt, & etiam ad fortificãdum suum exercitum.*
2 Exirent in obuiam. *In signum reuerentiæ.*
3 Excipientes eum. *in plurali. In signum multiplicis victoriæ.*
4 Et lampadibus. *idest, luminaribus.*
5 Ducentes. *In signum lætitiæ quamuis esset magis ficta quam vera.*
6 Nec ista tamen facien. *Ad impetrandum eius beniuolentiam.*
7 Ferocitatem eius pectoris. *ad plenum.*
8 Nam &. *Muros interrumpẽdo, postquam fuerat receptus pacifice.*
9 Et lucos. *In quibus vacabant idololatriæ, & subditur ratio cum dicitur.* Præ-
10 Præceperat enim. *Volebat enim sibi diuinũ honorẽ arripere nimia eleuatus superbia, propter qđ Dei iudicio iusto perdidit regnũ pro se & posteritate sua. Ille enim qui sibi successit secundum Latinos fuit Darius filius Hystaspis alienus a genere regio, secũdũ Heb. vero fuit Assuerus qui similiter secundum eos non fuit de stirpe regia, quod dictum in superioribus sum secutus.*
11 Pertransiens autẽ. *Erat enim Syria in pluribus dominis diuisa.*
12 Et sedit ibi. *idest, mansit, sicut Deut. 1.* Sedistis in Cadesbarne tempore multo. *idest mansistis.*
13 Per triginta. *Plures enim turmæ sui exercitus dispersæ fuerant ad capiendum & spoliandum parua loca & fortalitia, in quibus non erat necesse totum exercitum conuenire.*

MORALITER.

† *De vni. au.* nam quando diabolus aliquos homines superauit, illos ad subuertendum alios secum assumit.
6 *Nec ista fa.* Nam submittentes se diabolicæ seruituti grauiora sustinent, quam quãdo erant sub seruitute Dei, nõ solum spiritualia, sed etiã corporalia. vnus enim apostata de religione non solũ sustinet excommunicationem & aculeũ conscientiæ pungentem, sed etiam corporalem pœnã maiorem quam in religione: sicut expertum est per plurium confessionem.

CAP. IIII.

Tunc audientes hæc filij Israel, qui habitabant in terra Iuda timuerũt valde a facie eius. Tremor etiam & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem & templo domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum. Et miserunt in omnem Samariam per circuitum, vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium. Et muris circundederunt vicos suos, &

a ¶Tempore persecutionis. a ¶Israelitæ Deum videntes. a ¶Confessionis. a ¶Instantia. b ¶Corporis. a ¶Animi. a ¶Spirituales. b ¶Ecclesiæ quæ est templum Dei. a ¶Gentibus. a ¶Prædicauerunt. b ¶In omnes illos qui cultu diuino debent. Samaria enim custos interpretatur. a ¶Ne alicubi securitas esset. b ¶Quicunque pater ecclesiæ. Iericho enim interpretatur luna, quæ ecclesiam significat. a ¶Admonitionibus. b ¶Quosdam custodiunt. ¶Robustos viros & studio virtutum excelsos. ¶Fidei virtutum. a ¶Greges sibi commissos.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

Tunc audi. *Postquam descripta est occasio persecutionis gentiũ pluriũ generaliter, hic consequenter ponitur occasio persequendi filios Israel specialiter, quę fuit: quia filii Israel sicut ceteri eum nõ solum non receperunt, sed magis ad resistendũ se præparauerunt. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur huius resistentiæ causa. Secundo summi sacerdotis circa resistentiam diligentia, ibi:* Sacerdos etiam. *Circa primũ dicitur:* Tunc autem. *s. ferocitates Holofernis.*
2 Qui habitab. *Illi enim qui redierant de captiuitate Babylonica habitabant in Ierusalem & circa.*
3 Timuerunt. *Propter magnitudinẽ & fortitudinem sui exercitus.*
4 Ne hoc. *Plus enim timebant de destructione diuini cultus, quam de proprijs corporibus. Videtur tamen ea quę dicuntur hic esse falsa; quia Cambyses qui dicitur hic Nabuchodonosor vt prædictum est, mandauit opus tẽpli inchoatum dimitti, vt habetur 1. Esdræ 4. ita quod templũ nõ fuit reędificatũ nisi vsque ad appodiationẽ hominis sup terrã, vsque ad secũdũ annum Darii in quo fuit opus resumptum, vt habetur 1. Esdrę v. & Aggei 1. ca. qđ fuit postea per xl. annos & amplius. Similiter ciuitas Ierusalẽ non fuit reędificata vsque ad aduentum Nehemiæ. quod fuit etiam postea: & ideo non videtur hoc verum qđ dicitur de templo & ciuitate Ierusalem. Similiter 1. Esdræ 4. dicitur, quod filii Israel ad mandatum regis dimiserunt ędificia templi. propter quod nõ videtur probabile, qđ auderent eius exercitui resistere. propter quod Heb. non recipiunt hunc librũ, nec habẽt apud eos. Potest tñ ad hoc dici, quod licet tẽplum non esset reædificatum, nec etiam ciuitas Ierusalẽ: tamen Iudęi de captiuitate Babylonica reuertentes, erexerũt ibi altare holocausti ad immolandũ domino mane & vespere, fundauerãt etiã templum, & erexerunt murum super terram vsque ad appodiationẽ hominis, vt habetur 1. Esd. 3. ex hoc vocatur hic tẽplũ domini, eo qđ fiebant ibi oblationes Deo cæli. Similiter licet muri ciuitatis Ierusalẽ non essent reædificati, nec ẽt ędificia interius: communiter tamẽ erant ibi facta aliqua habitacula p sacerdotibus & ministris & aliis volentib. ibi habitare ex deuotione: & hoc vocatur Ierusalẽ. & licet populus reuersus de Babylone cessasset ędificare templũ ad Cambysis regis mãdatũ: tñ magis voluit se mortis exponere periculo, quã quod destrueretur diuinus cultus ab eis resumptus. Et simile legit in lib. Machab. de Natathia et filiis eius, q licet vellẽt seruire Antiocho regi tñ sibi restiterunt, eo q volebat destruere cultũ Dei, & similiter Iosephus li. de Iudaico bello refert, q populus habitãs ĩ Iudęa magis elegit mori q̃ q in tẽplo poneretur statua imperatoris Caij.* 5 Et misẽ. *Hic nõ accipitur Samaria pro ciuitate metropoli & locis sibi propinqs, in qbus habitabãt Gentiles de regno Assyriorũ, sed pro partibus remotis in regno decẽ tribuum, in quibus habitabãt aliqui Iudęi sicut dictũ fuit supra 1. cap.* 6 Et præoc. *vt facilius impedirent transitum aduersariorum.* 7 Et muris circundederunt vi. *idest, loca immunita.* Et con-

MORALITER.

1 *Tunc.* Per quos significantur boni catholici, qui magis timẽt de bonis spiritualib. amittẽdis quam de corporalib. seu de tẽporalibus, ideo subditur. † *Tremor etiam.* ideo sequitur.
6 *Et præoccup.* Per quos signãtur angeli & viri sancti ad quorũ refugiũt auxiliũ. 7 *Et muris.* muniẽdo se clausuris virtutũ.

a ¶Scientiam scripturarum vnde fideles viuunt.

A congregauerunt frumenta in præparationem 1

¶ Christus sacerdos magnus, qui dicit. Ego sum resurrec. & vita. Eliachim enim Dei resurrectio.

pugnæ. sacerdos † etiam Eliachim scripsit ad 2 3 † enim.
vniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est

a ¶ Qui est contra delectationem mundi, quæ ad defectionem ducit. Dothain enim defectio interpretatur.

contra faciem campi magni iuxta Dothain,
& vniuersos, per quos viæ transitus esse poterat,

a ¶Sublimitates ingeniorum. b ¶ In hæc enim diabolus ecclesiam impugnat.

rat, vt obtinerent ascensus montium per quos
via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent

¶Subtile.

rent vbi angustum iter esse poterat inter mon-

¶Admoniti.

tes. Et fecerunt filii Israel, secundum quod constituerat eis sacerdos domini Eliachim. Et 4

a ¶Intentione cordis. ¶Vnanimis. b ¶ Multum enim ualet deprecatio iusti assidua.

clamauit omnis populus ad dominum instātia

a ¶In ieiunijs.

B magna, & humiliauerunt animas suas in ieiu- 5

a ¶Sensualitates ab illicitis desiderijs castigantes.

nijs & orationibus, ipsi & mulieres eorum. Et

a ¶Doctores cum populo pœnitentiam agentes. b ¶ Innocentes preces in conspectu domini.

induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes 6
prostrauerunt contra faciem templi domini,

a ¶Seipsos qui hostiam immolant Deo. b Compunctione pœnitentiæ. c ¶Stic.

& altare domini operuerunt cilicio. Et clama- 7

¶Corde, ore, & opere. a ¶Qui solus saluare potest. b ¶ Quod charitatis unanimitate petitur cito impetratur.

uerunt ad dominum Deum Israel vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum,

a ¶A Deo cuius permissione fit. b ¶Diaboli. c ¶ Innocentes simplices.

a ¶Debiles subditi per diuersa uitia. b ¶Ecclesiæ.

& vxores eorum in diuisionem, & ciuitates 8

a ¶ Qui sancti esse uidebantur.

eorum in exterminium, & sancta eorum in 9

a ¶Peccatorum.

C pollutionem, & fierent in opprobrium genti- 10

a ¶Christus. b ¶Secundum ordinem Melchisedech. c ¶Super omnes.

11 bus. Tunc Eliachim sacerdos domini magnus D

a ¶Per se & per nuntios suos. b ¶Deum uidentes.

12 circumiuit omnem Israel, allocutusque est

a ¶Confidite exaudita sunt orationes uestræ.

13 eos dicens. Scitote, quoniam exaudiet dominus

a Assidue. b Actione.

nus preces vestras, si manentes permanseritis

a Finis, non pugna coronat. b Vt placeatis domino.

in ieiunijs & orationibus in conspectu domi-

14 ni. † Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalech confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando

a *Memores estote.* Per exempla sanctorum corroborat, vnde Iob. Instauras testes contra me, & Paulus ad Hebræos fidei virtutem laudās patrum copiosa induxit exempla, qui fide vicerunt regna, operati sunt iustitiam.

† Exo. 17. d. Iob 12. c.

Heb. 11. f.

a Prostrati.

sed precibus sanctis orando deiecit. Sic erunt Gal. 5. d.

a Qui perseuerauerit usque in finem saluus erit.

E vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis. Ad hanc igitur ex-

a Prædicatorum Christi. b Fideles.

† hortationem eius deprecantes dominum,

a In oratione confortati. b Bene placentes.

permanebant in conspectu domini. Ita vt

Sacerdotes.

etiam qui offerebant domino holocausta præ-

15 cincti cilicijs offerrent sacrificia domino, & erat cinis super capita eo-

Memoria flagillitatis.

a Memes.

b *Holocausta.* Carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigentes, vitam suam Deo dedicantes hostiam laudis ore & animo offerentes.

☞ CAP.

a Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. b Vnanimes in oratione.

rum. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum vt visitaret populum suum Israel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et congre. *Vt de ipsis viuere possent in obsidione, non.n. hēbant exercitum qui contra aduersarios exire posset in campum.*

2 Sacer. etiam. *Hic consequenter describitur circa resistentiā hanc summi sacerdotis diligentia, et primo scripto, secundo verbo, ibi.* Tunc Eliachim. *Circa primum dicitur.* Sacer. etiam. *Aliqui dicūt, quod isti fuit sūmus sacerdos, et successit Iesu filio Iosedec, sed hoc nō potest stare cum precedentibus. s. quod hæc historia contigerit tempore Cambysis, vt communiter tenetur a doctoribus, quia Iesus filius Iosedec cū primis rediit de Babylone, vt habetur 1. Esd. 2. Et fuit summus sacerdos toto tempore Cambysis et vsque ad tempus Darij, sub quo consummatū est secundum templū, vt patet Zacharię 3. et ideo oportet dicere, quod iste* Eliachim *fuit idem cum dicto Iesu, et fuit binomius, sicut & multi alii, vel quod iste Eliachim fuit alius sacerdos sub summo sacerdote cō stitutus ad hæc agenda, vel quod historia Iudith non contigit tempore Cambysis, sed per magnum tempus postea, et huic consonat quod ipse dicitur summus sacerdos in se. eo. ca. Primum autem videtur melius, & magis consonum præcedentibus.*

3 Scripsit ad vniuersos. *Vt obtineret ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, quia sicut dictū est supra, plus timebant de destructione cultus diuini, quam de propriis corporibus.*

4 Et clamauit omnis populus. *Fecit enim primo quod potuit secundum viam humanam ne tentaret Deum, et residuum quod facere, non poterat, Deo precibus commendabat.*

5 Et humiliauerunt animas suas, *& non tantum corpora, nam sicut dicitur* Eccl. 35. c. Oratio humiliantis se nubes penetrabit.

6 Infantes prostrauerunt contra faciem. *Vt respiceret ad eorū innocentiam.* F

7 Et altare domini operuerunt cilicio. *Sicut aliquando ostium ecclesię obstruitur spinis in signum afflictionis.*

8 Et vxores eorum in diui. *per raptorum violentiam.*

9 Et sancta eorum. *idest, loca diuini cultus.*

10 In pollutionem. *exercendo ibi per Gentiles idololatriā, sicut factum fuit postea tempore Antiochi illustris.*

11 Tunc Eliachim. *Hic consequenter ponitur huius Eliachim diligentia verbo & facto, cum dicitur.*

12 Circumiuit omnem Israel. *vt ex præsentia sua & verbo proprio magis excitaret populum, quam solo scripto.*

13 Scitote, quoniam exaudiet. *nam oratio quæ est pia pro se & perseuerant, semper exauditur.*

14 Memores estote. *hec historia habetur Exodi. 17. cap. vbi dicitur: Cumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel: si autem paululum remisisset, superabat Amalech, subditur ibidem.* Et factum est. *vt nō lassarentur manus eius vsque ad occasum solis: fugauitque Iosue Amalech & popolum eius in ore gladij. Cætera patent vsque ibi:*

15 Offerebant domino hol. *& hoc exterius in signū afflictionis & humiliationis. Sacrificiū autem ecclesiæ quod est eucharistia, nō est licitum offerre nisi in debitis vestimentis propter reuerentiam sacramēti: sacrificium vero veteris legis quod erat tantum figurale, non erat tantę reuerentiæ. Cætera patent.*

☞ CAP.

MORALITER.

1 *Et congre. frum.* id est, Christi & apostolorum verba, quæ multum valent contra dæmonum iacula. Prou. 30. a. *Omnis sermo domini ignitus clypeus est sperantibus in se.*

2 *Sacerdos etiam.* Prelatus enim debet roborare subditos in hac pugna scriptis, & verbis, etiam alijs modis, ideo subditur postea.

Sacer-

11 *Sacerdos domini magnus, &c.* & subditur effectus cum dr.

† *Ad hāc igitur exhortationem.* Nam per orationem deuotam demones debellantur. Vn̄ dicit Ioannes os aureum. Quis nō hostem orando deuicit? Orationib. Danielis visa panduntur, sopiuntur flammæ, feræ hebetescūt, cadunt hostes, inimici vincuntur. Quanto.n. purior frequentiorque fuerit celebrata oratio, tanto celerius erit de hoste vindicta.

A

CAPVT V.

a NVntiatumque est Holoferni, &c. sequitur infra.

b *Tunc Achi. dux, &c.* quasi princeps hæreticorum quilibet idololatriæ deditus, qui de diuinis operibus & miraculis cognouit quæ sæpe alijs dicit, quamuis fidẽ catholicam pfecte non didicerit, & Christi baptismate renatus non sit. Vel per Achior hæretici designantur, qui licet per omnia viã veritatis nõ teneant, tamen in do-

B

ctrina sua multa vera prædicant, quæ nostræ fidei concordant. Hi cõtra ecclesiam catholicam pugnant, sed ratione superati veritatem omnino non celant, hęretici enim bona malis permiscẽt, quia si semper mala dicerent, latere non possent; sicut qui veneni poculũ porrigit, labrum calicis melle tingit, vt quod dulce est, primo sentiatur, ne quod mortiferum est, timeatur. Aliquando tamen correcti saluantur, sicut Achior videns victoriam Iudith consociatus, populo Dei

C

† Inf. 11. b. † Gen. 11. d. † Gen. 11. e. Gen. 46. a.

CAP. V.

a NVntiatumq; est Holoferni principi (¶Spirituali.) militiæ Assyriorũ, qđ filij Israel (¶Fideles.) prępararent se ad resistendum, ac mon(a ¶Malis.)tium itinera cõclusissẽt, & furore nimio exarsit in iracundia magna. (a Fidenti animo omnem superbiam detestatur per quam maxime aduersarii irrumperet ...) Vo(a ¶Qui turbidi & inconsiderati.)cauitq; oẽs principes Moab (b ¶Qui sine lege.) & duces Ammõ, & dixit eis. (¶ Quærunt hæc persecutores adinuicem qui sint, quantæ constantiæ.) Dicite mihi, quis sit populus iste qui montana obsidet, aut quæ & quales, & quantæ sint ciuitates (a ¶Munitiones fidei.) eorum, quæ ẽt sit uirtus (¶ Quam potens.) eorum, aut quæ sit multitudo eorũ vel quis rex militiæ illorum, & quare præ omnibus qui habitabant in Oriente (a ¶Luce fidei & scientiæ, quibus principes tenebrarum facilius expugnantur.) isti contempserũt nos, & nõ exierunt in obuiam nobis, vt susciperent nos cum pace. (a ¶Quasi principes hæreticorum.) † Tunc Achior (b Quilibet idololatriæ deditus.) dux omnium filiorum Ammõ respondens, ait. Si digneris audire domine mi, dicã veritatẽ in cõspectu tuo de populo isto qui in montanis (a ¶Populus Dei habitat in montana. Aegyptii in campis.) habitat, & nõ egredietur verbũ falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie Chaldæorũ est. † Hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerũt sequi deos (a ¶Ignem & alios.) patrum suorum, qui erant in terra Chal(¶Gentium.)dæorum. Deserentes itaque ceremonias (a ¶Religionem.) patrum suorum, quæ in multitudine (a ¶Mali sunt in multitudine, boni in vnitate.) deorũ erãt vnũ Deũ cæli coluerunt, q præcepit eis, vt exirent (a Mente & corpore.) inde, & habitarent in Charam. Cumq; operuisset oẽm terram fames (c ¶Verbi Dei.), descenderunt (b ¶In Ierusalem ascenditur, in Aegypto descenditur.) in Aegyptum, illicque per quadringẽtos annos sic multipli(a ¶Multiplicati sunt super numerum.)-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

D

Dei circuncidit carnẽ præputij sui, leprosi quoq; euangelici hæreticos exprimunt, qui dum rectis praua miscerunt, quasi colorem sanum maculis aspergunt.

※ *Tunc Achior dux.* Hieronymus. Sicut Iethro socer Moysi arbor mala, qui vtique in Deum Israel non credebat, dedit consilium Moysi bonum, ita & Achior ad Holophernem aliquid vtile locutus est.

In c. 7. Mat.

※ Augustinus. In libro qui inscribitur Iudith, cum quæreret Holophernes hostis Israelitarum, quæ nam gens illa esset, vtrum aduersus eam bellandum fuisset, sic ei respondit Achior dux Ammonitarum. Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui. Hæc enim progenies est populi Chaldæorum, & antea habitauerunt Mesopotamiam, quia noluerunt sequi Deos patrũ suorum, &c. Vnde manifestum est, domum Thare persecutionem passam fuisse a Chaldæis pro vera pietate, qua vnus & verus ab eis colebatur Deus.

L. 16. ciu. c. 13.

E

F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

NVntiatumq; est, &c. *Postquam descripta est persecutionis filiorum Israel specialis occasio, hic consequenter describitur ipsa persecutio. Circa quam primo ponitur Holofernis inquisitio, secundo Achior respõsio, ibi:* Tũc Achior. *tertio Assyriorum indignatio, ibi:* Et factum est. *Circa primum dicitur:*

1 Nunciatumque est Hol. &c. *per exploratores suos ad hoc missos.*

2 Exarsit in iracundia. *Nam ex superbia credebat quod nullus auderet moueri ad resistendum sibi.*

3 Vocauitque omnes prin. *Isti enim habitabant prope Iudæam, propter quod de statu Iudæorum melius dicere poterant veritatem.*

4 Dicite mihi quis sit. *quantum ad eius originem.*

5 Et quales & quantæ. *Vt audeant confidere de defensione earum*

6 Quæ etiam sit vi. *in corporibus, & audacia in mentibus.*

7 Aut quæ sit mul. *id est, quanta & qualiter armata.*

8 Vel quis rex mi. *id est, quam pouidus & bellicosus.*

9 Qui habitant in Oriente. *id est, si non confidunt in prædictis quæ potest tunc esse causa suæ rebellionis?*

10 Et quare pre omnibus, &c. *Hoc videtur esse contra illud qđ dicitur sup. 2. c. Egredere aduersus omne regnum occidentis. Dicendũ, quod licet omnes terræ supra nominatæ inter quas est Ierusalem & Iudæa, sint in parte Occidentali respectu regni Assyriorũ: tamẽ respectu, totius terræ habitabilis Iudæa & aliæ terræ, quas subiugarerat Holofernes, magis erãt Orienti propinquæ q̃ Occidenti. Nec obstat, quod Ierusalem dicitur in medio terræ habitabilis, nam hoc dicitur, eo quod est in quarto climate, quod est mediũ, climata vero non distinguũtur secundum distantiam ab Oriente in Occidentem, sed secundum distantiam a Meridie in Aquilonem.*

11 Tunc Achior. *Hic cõsequenter ponitur ipsius Achior respõsio. qui primo dat suam responsionẽ, secundo infert intentam conclusionẽ, ibi:* Nũc ergo. *Prima in tres. Nã in respõsione Achior, primo describitur Hebræorum genus, secũdo eorum progressus, ibi:* Cumque operuisset. *Tertio ipsorũ virtus, ibi:* Vbicumq; ingressi sũt. *sicut petierat Holofernes. Circa primum dicitur:* Tunc Achi. &c. fi. am. *Erat enim principalis inter Ammonitas, qui descenderant de Loth nepote Abrahæ, propter quod sciebat historiã Hebræorum ex eodem genere descendentium, & ideo obtulit se ad respondendum.*

12 Populus iste ex proge. *Vt habetur Gen. 11. d. Tulit itaq; Thare Abram filium suum, et Loth filium Aram filii sui, et Sarai nurum suam excitauit, eos de Vr Chaldæorum, &c.*

13 Hic pri. in Meso. ha. *Post exitu de Chaldæa, vt habetur Gen. 11.*

14 Quoniam no. se. Deos pa. *idola colendo.*

15 Et habi. in Char. *Sic enim nominatur hæc ciuitas Act. 7. & Gen. 11. nominatur Aram. Ciuitatum, n. nomina secundum diuersitatem temporum & linguarum varie pronuntiantur.*

16 Cumque operuisset. *Hic consequenter describitur populi progressus, et primo quantum ad descensum in Aegyptum, cum dicitur.* Cumq; operuisset omnem terram fa. &c. *Vt habetur Gen. 67.*

17 Illicque per quadr. *Qui incipiendi sunt a natiuitate Isaac, & terminandi in exitu de Aegypto, vt declaratum fuit Gen. 15.*

18 Sic multipli. sunt, &c. *Vt habetur Exod. 1.*

Cum-

MORALITER.

1 *Nuntiatum; est Holof.* Quando enim diabolos percipit aliquos se præpare ad resistendum sibi, tunc grauius quærit eos inuadere & persequi. Ideo subditur.

4 *Dicite mihi.* Vnde dicit Leo Papa. Non desinit hostis antiquus transfigurans se in angelũ lucis, deceptionum laqueos vbique prætendere, omniũ discutit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi quęrit causas nocendi, vbi quenquam viderit studiosius occupari.

11 *Tunc Achior, &c.* per istũ qui Gentilis erat & multa de † diuinis

A cati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus. † Cumq. grauaret eos rex Aegypti, atque in ædificationibus urbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Deum suum & percussit totam terrã Aegypti plagis variis.

a Pharao. a Vel onc. b Non Dei. c Terrenis operibus. a Corde, & ore. b Non deos. a In ultionem eorum. a Plagis superati.

1 Cumque eiecissent eos Aegyptii a se, & cessasset 2 plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad B suum seruitium reuocare, † fugientibus his, 3 Deus cæli mare aperuit, ita ut hincinde aquæ quasi murus solidarentur. † & isti pede sicco fundum maris perambulãdo trãsirent. In quo loco dum innumerabilis exercit' Aegyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est ut non remaneret, vel unus qui factũ posteris nuntiaret. Egressus 4 etiam mare rubrum, deserta C Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam 5 homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. † illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibẽ 6 dum † & per annos quadraginta annonam de cælo consecuti sunt. Ubicũque ingressi sunt, sine ar- 7 cu, & sagitta, & absque scuto, & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quãdo recessit a cultu domini

a Summus horum omnium. b Rubrum in quo baptisma significatur. a Multitudo uitiorum & dæmonum. a Baptismi. a Beati quorum remissæ sunt iniquitates. a Ante. b In deserto huius mundi homines requieuerunt, non filii hominum. a Legis quæ ad literam erat amara. b Indulcati ligno crucis sanguine Christi spiritualiter intellecti. a Unde, Non enim in arcu meo sperabo. a Impune.

†Exo. 14. c †Exo. 14. g In capitul 32 Ierom. †Exo 16. a †Exo. 15. d †Exo. 16. d

a *In quo loco, &c.* a Hiero. Quanto serior uindicta peccatium est, tanto iustior in similitudinem Pharaonis, qui decem plagis admonitus, non punitus, & in duritia perseuerans, ad extremum rubri maris fluctib. obrutus est.

8 Dei sui. Quotiescunque autem præter ipsum D Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & opprobrium. Quotiescunque autem pœnituerunt se recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi. 9 Denique Chananæum regem, & Iebusæum, & Pheresæum, & Hethæum, & Heuæum, & Ammorrhæum, & omnes potentes in Esebon prostrauerunt, & terras eorum, & ciuitates eorum ipsi possederunt, & usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus 10 enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum recessissent a via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati E sunt prælíis a multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam.

11 Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant, & adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & i- 12 terum possident Ierusalem, ubi sunt sancta sanctorum. 13 Nunc ergo mi domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, & ascendemus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt F sub iugo potentiæ tuæ. Si uero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, † quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium uniuersæ terræ. 14 Et factum est cum cessasset loqui Achior uerba

a A Deo suo. b Captiuitatem. a Occisionem. b Nationibus. c Qui non ex toto abiecit, sed correxit. Iuuandi. Præceptis. a Fecissent. b A terra sua. Per pœnitentiam. Visionem pacis. Vel eorum.

†Inf. 5. d

NICOLAVS DE LYRA

1 *Cumque eiecissent eos.* Hic secundo describitur Hebræorũ progressus, quãtum ad mirabilem exitum de Aegypto, cum dicitur. *Cumque eiecissent eos Aeg.* Timore mortis compulsi, Exod. 12.
2 *Et iterum eos vel. capere.* Et ad suum seruitium reuocare, Exod. 14.
3 *Fug. his, Deus, &c.* Et hoc totum habetur Exo. 14.
4 *Egr. etiam ma. &c.* Sed contrarium uidetur Exo. 15. d. ubi dicitur, *Tulit autem Moyses Israel de mari rubro & egressi sunt in desertum Sur.* Dicendum, quod hic breuiter repetitur historia exitus filiorum Israel de Aegypto, propter quod non exprimuntur hic omnia loca, sed solum notabilia, inter quæ est mons Sinai, ad quem populus tendebat. 5 *In quibus nunquam homo habitare potuit.* Propter locorum sterilitatem, & loquitur hic de habitatione in ciuitate, vel villa, pastores. n. alii q. poterant ibi gregem pascere, sicut legitur de Moyse Ex. 3
6 *Illic fontes amari obdulcati sunt eis.* Ex. 15. Et per annos 40. annonam de cælo consecuti sunt Ex. 16. 7 *Ubicunq.* Hic consequenter describitur Hebræorum uirtus, quæ non erat ex hominib. sed ex protectione diuina, propter quod dicitur *Ubicunque ingr. sunt sine arcu. &c.* Licet. n. pugnauerint cũ Amalec in armis, & cum aliis septem gentib. quas expulerunt de terra promissionis, tamen non habuerunt victoriam per arma, sed uirtute diuina, unde & Amalec precib. Moysi fuit debellatus, ut dictum est c. præc. & in pugna Iosue contra reges Chanaam lapides grandinis interfecerunt aduersarios, & sol stetit immobilis spatio unius diei. Ios. 10. 8 *Quotiescunque autem præter ip. Deum, &c.* ista patent ex decursu libri Iudicum, & 4. Reg. 9 *Denique Chana. re. &c.* ut patet Iosue 12. 10 *Nam & ante hos an. cum re. a via quam dede. il. Deus.* s. tempore transmigrationis Ioacim, & captiuitatis factæ sub Sedechia exterminati sunt præliis per reges Assyriorum, & Aegypti, ut patet 4 Reg. & plurimi eorum captiui abducti sunt. Primo per Teglathphalnasar. 3. Reg. 15. Secundo per Salmanasar. 4. Reg. 17. & hoc quãtum ad regnum Israel, quãtum uero ad regnum Iuda per regem Babylonis, primo tẽpore Ioacim filii Iosiæ, secundo tempore Ioachin filii eius, 3. Reg. 25.
11 *Nuper autem reuer. ad do. &c.* s. tempore Cyri, qui dedit populo licentiam redeundi.
12 *Et ascenderunt montana hæc omnia, & iterum.* i. Iudæã quæ est montuosa. 13 *Nunc ergo mi domine perquire.* Narrata iudæorum historia, hic consequenter Achior concludit intentum dicens. *Nunc ergo.* ad hoc. n. prædicta narrauerat, ut Holofernes sciret non se posse filios Israel capere, nisi per offensam Dei sui. Et patet litera.
14 *Et factum est cum cess. s.* postquam posita est Achior rñsio hic

MORALITER.

diuinis beneficiis Israel collatis narrauit, quorum sensus mystici in locis suis positi sunt, ex quibus in fine conclusit consilium contra filios Israel. s. qualiter possent faciliter debellari, significantur hæretici, qui ex uerbis Christi student catholicos impugnare, sicut Iulianus apostata ex hoc, quod Christus dicit Luc. 24. f. Nisi quis renuntiauerit omnib. quæ possidet, non potest meus esse discipulus, facultates, & patrimonia Christianorum auferebat & sic auaritiam suam ex euangelii testimonio colorabat, & similiter hæretici errorem suum student sacræ scripturæ testimoniis colorare.

a ¶Qui fastu mundi superbiunt, præconia veritatis audire non possunt, & prædicatoribus cum cæteris fidelibus mortem minantur.

hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum, Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitib. eius homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnę? vt ergo agnoscat Achior, quoniam fallit nos, ascendamus in mõtana, & cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum gladio transuerberabitur, vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

a ¶Cuius temeritatis. b ¶Fideles. a ¶Diabolo. b ¶Dæmoniis, vitiis, quibuslibet malis. a ¶Non enim uident fidei scutum, galeam spei, & gladium verbi Dei. ¶Pugnandi. ¶Putat fallere. ¶Non cœli.

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

hic consequenter ponitur Assyriorum indignatio, & primo quantum ad duces exercitus, secundo quantum ad principem eius seq. cap. Circa primum dicitur. Et fact. est cum cessas. loqui. &c. *irati sunt omnes magnates Holofernis, ex fine suæ narrationis, in qua concluserat eos non posse propria uirtute iudæos debellare, & patet sententia vsque ibi*

1 Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos. *i. falsis verbis decipere nos intendit.*

2 Vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor de. terræ est. *non dicunt Deus cœli, sed terræ, uidentur. n. illius erroris fuisse, qui dicebant diuinam prouidentiam ad cælestia se tantum extendere, secundum quod dicitur Iob 22. c.* Circa cardines cœli perambulat nec cõsiderat. *hoc autem nomen Deus impositum fuit a prouidentia rerum, & gubernatione, & ideo deum terræ dicebant, cuius regnum ad pura terrena se extendit, intentio uero regis Nabuchodonosor, & sui exercitus erat omnem terram suo subiugare dominio, ut dictum est sup. c. 2. propter quod a suis denominabatur Deus terræ.*

CAP. VI.

FActum est cum cessasset loq, indignatus Holofernes vehementer dixit ad Achior, Qm prophetasti nobis, dicens, q gens Israel defendatur a Deo suo, vt ostendam tibi quoniam non est Deus nisi Nabuchodonosor, cum percusserimus eos omnes, sicut hominem unum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet, & probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit uniuersę terrę. Tuncque gladius militiæ meæ transiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis ultra, donec extermineris cum illis. Porro autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat uultus tuus, & pallor qui faciem tuam obtinuit abscedat a te, si verba mea hæc putas impleri non posse. Vt autem noueris quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis, vt dum dignas mei gladii pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas. Tunc Holofernes pręcepit seruis suis, ut comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Israel. Et accipientes eum serui Holofernis, profecti sunt per campestria, sed cum appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularii. Illi autem diuertentes a latere montis ligauerunt Achior ad arborem manibus, & pedibus, & sic vinctum de restibus dimiserunt eum, & reuersi sunt ad Dominum suum. Porro filii Israel descendentes de Bethulia uenerunt ad eum. Quem soluentes ad Bethuliam duxerunt, atque in medium populi illum statuentes, percunctati sunt, quid rerum esset, quod il-

a ¶Turbæ perituræ præcones veritatis adiungere student, perditos enim putant quos consortio suo separant, & fidelibus Christi associant, vnde, Tu discipulus eius sis, nos autem Moysi. ¶Persecutionibus fidei. a ¶Quemlibet confessorem Christi, præconem veritatis. a ¶Separatum a se. c ¶Quos perdendos putant. a ¶Cupiunt enim tales per illicita desideria trahere ad viam latam, quæ ducit ad mortem. a ¶Prædicatoris testimonia scripturarum contra iaculantes. a ¶Quia militem Christi quem seducere non possunt, crucis, ac passionis eius socium faciunt. a ¶Non correcti, sed peiores augmento scelerum. b ¶Pristinum errorem.

CAP. VI

a Porro filii Israel descendentes de Bethulia uenerunt. Filii doctores Ecclesiæ ad arborem ligatũ soluunt, cum cathecumenos suos, nec persecutorum rabiem, nec mortem pertimescere docent.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

Diuisio.

FActum est. *Hic consequenter describitur indignatio Holofernis, & primo verbis iniuriosis, secundo factis ibi,* Tunc Holofernes *Circa primum patet litera usque ibi.*

1 Tuncque gladius mi. *Ex quo uidetur, quod intendebat eum interficere pluribus plagis, & cruciatibus, ut exprimitur inf. eo. c. Tunc & ipsum Achior diuersis iubebat interire suppliciis, ideo non dicit militis, sed militiæ, quia intendebat eum militum ludibrio exponere*

2 Porro autem si proph. tuam veram exi. *Non fuit mirum si Achior tunc timuit, tum quia inter eos erat, sicut agnus inter lupos, tũ licet quia firmiter teneret Deum Hebræos posse defendere, tamen non sciebat si eum offendissent, vel non, propter quod hoc inquirere consuluerat. Cætera patent.*

3 Tunc Holof. *Hic consequenter ostenditur eius indignatio factis, & primo Achior Heb. tradendo, secundo eos crudeliter inuadendo, sicut dixerat indignatus, secunda incipit cap. 7. Prima diuiditur in tres, quia primo describitur Achior traditio, secundo traditi disquisitio, ibi. porro filii Israel, tertio disquisiti consolatio, ibi.* Cumque uniuersa. *prima pars patet usque ibi.*

4 Exierunt contra eos fundib. *& dicuntur a funda, & bala Græce, quod est proiectio Latine, quia cum funda proiiciunt lapides quorum ictus graues sunt, maxime quando descendunt a superiori parte.*

5 Illi autem diuerten. a latere montis ligaue. Achior ad arborem manibus. *volentes se expedire de Achior, cum tali tamen securitate, quod non posset manus Hebræorum effugere.*

6 Porro filii Israel descendentes de Bet. *Hic consequenter describitur traditi disquisitio, cum subditur.*

7 In medium pop. *Mirabantur. n. de tali ligatione ipsius, tanquã de re insolita.*

In

MORALITER.

1 *Factum est autem cum cessass. loq. & c.* Per hoc quod iste dicens ueritatem incurrit superborum indignationem, significantur illi qui arguunt obstinatos, quia nõ sequitur inde correctio, sed contra eos indignatio, unde dicit Iohannes os aureum, incurrit odium, qui arguit criminosos. Prælatus tamẽ qui tenetur ex officio corrigere, nõ debet propter hoc a correctione cessare.

2 *Porro filii Israel. & c. descendentes de Bethulia ue.* Per istos qui descenderunt ad soluendum Achior vincula, significantur prædicatores, & confessores, qui ex fraterna charitate condescendunt soluere uincula peccatorum, & inter iustos dãt peccatoribus locum, & faciunt eis de sacramento eucharistiæ nobile conuiuium,

cent. Quasi ad arborem ligatum soluunt cum a formidine crucis mētem pauidam eruunt, & ad patiendum instruunt, hoc āt melius fit si (exēplo Oziæ, & Charmin qui confortantes Achior preces deuotas cum omni populo domino effuderunt) magistri ecclesiæ cum cęteris fidelibus auditores suos domino commendauerint deuotis precibus vt eius dono habeatur, quod humana infirmitas non meretur.

a *In diebus illis, & cæt.* ✻ Comestor. Miserāt quidem de Ierusalem duos principes sacerdotum in Bethuliam, & principem Oziam de tribu Simeō, Cumque exposuisset eis Achior quare transmissus esset ab Holopherne ad eos, recepit eum Ozias in domum suam.

lum uinctum Assyrii reliquissent. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmin, qui & Gothoniel. In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia quę locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus, & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum, & quemadmodum ipse Holofernes iratus, iussérit eum Israelitis hac de causá tradi, vt dum vinceret filios Israel tūc etiam ipsum Achior diuersis iubeat interire suppliciis, ꝓpter hoc quod dixisset Deus cęli defensor eorum est. Cumq; Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem †adorans dñm, & cōi lamentatione, & fletu vnanimes preces suas domino effuderūt,

a ¶ Qui omnia fecisti, omnia potes. b Ne dissimules peccata eorum.

dicentes, Domine Deus cæli, & terræ, intuere

a ¶ Qui humilia respicis.

superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciē sāctorum tuorum attende, & oñde

a ¶ Mentis, quæ tibi sola placet.

a ¶ Confidentes. b ¶ Non de se.

quoniā non derelinquis præsumentes de te, &

a ¶ Qui gloriatur, in domino glorietur.

præsumentes de se, & de sua uirtute gloriantes humilias. Finito itaque fletu, & per totam diem,

a ¶ Confidentes orationem suam esse exauditam.

oratione populorum completa, consolati sunt Achior, dicentes, Deus patrum nostrorum, cu-

a ¶ Remunerator. b ¶ Qui meruisti.

ius tu uirtutē prædicasti, ipse tibi hanc dabit vi-

a ¶ Quam ipsi tuum.

cissitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. Cum uero Dominus Deus noster dederit

a ¶ Interemptis hostibus,

hanc libertatem seruis suis, sit & tecū Deus in medio nostri, ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum. Tunc Ozias finito consilio suscepit eū in domum suam, & fecit ei cęnā magnam. Et uocatis omnibus presbyteris, sicut expleto ieiunio, refecerunt, postea vero conuocatus omnis populus, per totam noctem intra ecclesiā orauerunt, petentes auxilium a Deo Israel.

a Ecce quam bonum, & quam iuc hab. fra. in vnū

b Domus mea domus orationis uocabitur.

a Maledictus homo, qui confidit in homine, &c.

b *Et fecit ei cœnam ma.* Cœnam magnam ex pleto ieiunio facit, qui animam diu languidam, & pane verbi domini indigam, Euangelica doctrina, & dapibus virtutum reficit. Huic conuiuio aduocantur omnes presbyteri, vt eorum exhortationibus, & exemplis corroborentur neophyti ad fidē accipiendam, uel conseruandam.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In diebus illis. *Hoc interponitur, quia coram eis principaliter adductus fuit Achior, & subditur Achior responsio, cum dicitur,* Dixit Achior omnia. *Et patet litera vsque ibi.*
2 Propter hoc, &c. Deus. *Non.n. credebant Dei cæli prouidentiam ad hac inferiora se extendere, ut prædictum est, nec per consequēs eius defensionem.*
3 Cumque Ach. un. *Hic consequenter describitur interrogati, uel disquisiti consolatio, & primo per orationem deuotam, cum dicitur.*
4 Om. po. ce. in fa. *Humiliter, & deuote deprecantes, vt Deus liberaret eos cum ipso Achior de manib. Holofernis.* 5 Resp. ad no. hu. *Quia non confidimus de nostris meritis, vel virtute, sed de tua bonitate.* 6 Et fac. san. tu. at. *s. Abraham, Isaac, Iacob, & aliorum sanctorum patrum, ut eorum meritis liberemur.*
7 Oratione po. com. *in fine orationis diuinitus confortati, Nam melior est finis orationis, quam principium. Eccl. 7. b*
8 Deus pa. no. &c. uir. præd. *Assyriis nuntiando.*
9 Ipse. *remunerator.*
10 Tibi hanc da. vic. &c. *hoc dixerunt confidentes de diuino auxilio.* 11 Cum uero. *Hic secundo consolantur Achior, & cum ipsis habitationem liberam offerendo dicentes,* Cum uero Dominus Deus noster dederit hanc lib. seruis suis. *i. nos liberauerit de manibus Holofernis.* 12 Sit & tec. De. &c. *i. accipias ritum, & legem nostram, uel non accipias, nō. n. Gentil. s tenebantur ad legem Mosaicam, sed sufficiebat eis ad salutem credere unum Deum remuneratorem bonorum, sm consilium uoluntatis suæ, secundum quod dicitur He. 11. b.* Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. *& in hoc articuli fidei implicite continentur, talis autem erat Achior, quamuis esset Gentilis, ut satis patet ex dictis.* 13 Tunc Ozias inito consilio. *Hic tertio consolantur Achior, cœnam ei honorabilem faciendo, cum dicitur,* Tunc Ozias qui princeps erat populi. *vt prædictum est.* 14 Suscepit eum in domum suam. *Quæ erat honorabilior cæteris.*
15 Et voc. om. pres. *Vt cœna esset magis honorabilis.* 16 Refecerunt. *s. Achior, & seipsos ad naturæ sustentationem.* 17 Postea vero conuocatus omnis populus. *a sacerdotib.* 18 Intra ecclesiam orauerunt. *Licet. n. esset unicum templum in Ierusalem, in quo licitum erat offerri sacrificium, tamen in singulis ciuitatib. erant synagogæ, in quibus conueniebat populus ad orandum, & audiendum Dei verbum.*

CAP. VII.

a ¶ Mysticus.

Holofernes autē altera die

a ¶ Complicibus.

præcepit exercitibus suis,

¶ Ecclesiam quæ est domus Dei.

vt ascenderent contra Bethuliam. Erāt autē pedites bellatorum centum uiginti milia, & equites viginti duo millia, prętor pręparationes uirorum illorum, quos occupauerat captiuitas, & adducti fuerant de prouinciis, & vrbibus uniuersæ iuuentutis. Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicem, qui respicit super Dothain a loco, qui dicitur Belma, vsque ad Celmon, qui

¶ Fideles.

est contra Esdrelon. Filii autem Israel, ut

a ¶ Humiliter orantes.

viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram mittentes cinerem super

a ¶ Memoriam fragilitatis habentes. vnde Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Holofernes autem altera die. *Hic consequenter describitur Holofernis indignatio populum Israel crudeliter persequēdo: ubi primo ponitur superba oppugnatio vrbis, secundo dura coarctatio sitis, ibi.* Porro Holofernes. *tertio pauida obiurgatio plebis, ibi.* Tūc ad Oziam. *quarto indiscreta conuentio ducis, ibi.* Et cum fatigati. *Circa primum dicitur.*

1 Holofernes autem alte. die, &c. *i. in crastino traditionis Achior, ut citius impleret crudelitatem quam prædixerat.*
2 Præcepit exercitibus suis. *Vt ostenderet magnitudinem suę potestatis. Cætera patent vsque ibi.*
3 Et venerunt per crep. mo. *i. concauitatem ipsius præcipitem.*
4 Filij autem Israel vt vi. multi. *tantam, & sic armatam.*
5 Prostrauer. se super terram. *humiliter, & deuote petentes di-*

MORALITER 1 *Holof. au. &c.* Per hoc quod iste totum exercitum congregauit ad filios Israel inuadendum, eo quod sibi

CAP. VII.

capita sua, vnanimiter orantes, vt Deus Israel misericordiam suã ondè ret super populum suum. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die, & nocte. Porro Holofernes dum circuimit p gyrum, reperit quod fons qui influebat in aquæductum illorum, a parte australi, extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum. Erant tamen non longe a muris fontes ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillãdum potius quam ad potandum. Sed filii Ammon, & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes, Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti. Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aq̃ ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatẽ suam quam putant in montibus positam superari non posse. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram omnibus satellitibus eius, & constituit p gyrum centenarios per singulos fontes. Cumque ista custodia per dies uiginti fuisset expleta defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus inhabitantibus Bethuliam, ita ut non esset itra ciuitatem vnde satiarentur, vel vna die, qm̃ ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. Tunc ad Oziam congregati omnes viri fœminæque, iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce dixerunt, Iudicet Deus inter nos, & te, qm̃ fecisti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum, & ideo non est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna. Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis. Melius est enim ut captiui benedicamus dominum uiuentes, quam moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum viderimus vxores nostras, & infantes nostros mori

Interlinear glosses: Virtutum studia. — a Mentis penetralia, ne hostis aditum inueniat per quem delectationes carnales noxiæ cogitationis inducat. — a Assidue. b Prosperitate. c Aduersitate. d Quærens quem deuoret. — a Viuus b Abundabat. — a Calore spiritussancti. — a Dogmata philosophorum quæ scientiæ, & honestatis aliquod conferunt solatium. — a Iniqui. b Turbidi populii. c Exleges.

a *Incidi præce.* Aug. Squalebat ciuitas obsidione barbaræ feritatis, ita, vt vniuersa lãguebant, ut in manib. hostium, iã tradi commodius iudicarent quam pernicioſæ famis populatione vexari. (Ser. 118. de tem.) Idem. Cum igitur Bethuliæ mœnia Holophernes hostili obsidione calcaret, & auertens tractus aquarũ prima idieceret certamina sicci tatem, Iudith flens sui coniugis fœdera acerbo dissidio ruptã lugubri lamẽ tatione seruabat. Quæ vt reperit captiuãdę ciuitatis inducias postulatas, mox ei priuatũ dolorem cōge minauit ciuitatis communis dolor. (Ser. 119. de temp.)

B Doctrinam Euangelii quam ex fonte viuo procedentẽ doctores spiritussancti gratia illuminati per oris sui fistulam in ciuitatem Ecclesiæ introducunt, hanc persecutores fidelium prohibendo, & mortem minando auferunt, ut potius spiritualis indigentia occidat. Erant

b *Erant tā. non longe a muris fon.* sicut I libro Regũ Philisthiim fabros ferrarios auferunt, ne faciant Hebræis, aut lanceam, aut gladium. Et descendit omnis Israel ad Philisthiĩ vt exacuerent vomerem, & ligonem, & securim, & sarculum. hoc .n. maxime diabolus studet, ut doctrinæ fluenta & uirtutũ arma auferat, & sic ne quitiam suam in interitum seruorum Dei velociter expleat, hinc principes gentium, & Iulianus apostata non solum diuinam, sed & humanam Christianis inter dicunt philosophiam. (1. Re. 13. d)

c *Tunc ad O. cong.* carnales, qui dicunt *Do. do. cor autẽ eorum longe est a me.* Sunt.n. in sagena domini, & boni, & mali pisces vsque ad litus futuri iudicii qui præsentis uitæ incommoda grauiter ferentes malunt præsentibus uti delitiis, quam cœlestia bona sibi in futuro reseruari, qui magistros suos importunis querimoniis affligunt, & sibi ad luxum seculi assentire cogunt, vnde sequitur. Et (Mat. 7. c; Isa. 29.)

NICOLAVS DE LYRA.

uinum auxilium.

1 Et assumentes arma sua bellica, &c. *ne omittentes quod facere poterant humana via, Deum tentare viderentur.*

2 Porro Holof. *Hic consequenter ponitur dura coartatio sitis, cũ dicitur,* Porro Holof. dum cir. p. gyrum aquæd. illo. *i. existentium in Bethulia.*

3 A parte aust. extra ci. di. *s. cursum suum. Erat. n. fons ille extra ciuitatem, ex quo per aquæductum fluebat aqua intra ciuitatem.*

4 Et incidi præc. aqua duc. *vt aqua decliuaret alibi.*

5 Ex quibus furtim vid. hau. aquam. *propter timorem Assyriorum existentium in obsidione.*

6 Sed filii Am. & Mo. *Isti. n. odiebant Iudæos, vt patet ex libris Iudicum, & Regum, ideo dederunt contra eos consilium.*

7 Filii Israel non in lan. nec in sag. conf. *q. d. non habent arma nec exercitum præliandi, propter quod non venient contra nos in campum, & ideo si ponentur custodes fontium, morientur siti, vel ad se reddendum erunt compulsi.* Et

8 Et plac. hæc ver. coram. Holo. *quia uidebantur sibi utilia esse. Cætera patent vsque ibi.*

9 Ita vt non esset intra ciu. vnde. *si quilibet biberet pro sua voluntate, veruntamen poterant aquæ sufficere per quinque dies positis in arcta necessitate, propter quod talis terminus fuit positus, ut habetur infra.*

10 Tunc ad Oziam. simul. *Hic consequenter ponitur querulosa murmuratio plebis dicentis ad Oziam principem ciuitatis.*

11 Iudicet dominus inter nos, & te quo. *multitudo. n. afflicta siti uolebat, quod ciuitas redderetur, quod Ozias, & sacerdotes impediebant, propter quod multitudo Oziam principem ad diuinum iudicium aduocabat, imputans superbiæ defensionem ciuitatis, ideo subditur.* 12 Et propter hoc. *i. propter talem rebellionem.*

13 Vendidit nos. *i. totaliter tradidit subtrahendo nobis suum auxilium, ideo concluditur ciuitatis traditio, cum dicitur,* Et nunc congregare uniuersos. *& subditur huius traditionis ratio cum dicitur.*

14 Melius est. n. vt capti ben. do. *i. minus malum, quod comparatum ad maius habet rationem boni.* Con-

MORALITER.

sibi resistebant, significatur quod diabolus vltimum de potentia facit ad debellandum illos, qui student sibi resistere vigorose.

2 *Porro Holofernes dum circuimit per gyrum, &c.* Per fontem qui influebat aquæductum in Bethulia, significatur Christus q̃ fons est gratiæ, a quo aquæductus gratiæ fluit in ecclesia, hunc autem fontem diabolus non potest tangere, sed gratiæ fluxum prout recipitur in hominibus frequenter intercidit per peccatum mortale.

5 *Erant tamen longe a muris fontes.* per quos significantur sacræ scripturæ, quarum potu refocillantur existentes in cordis amaritudine, propter quod diabolus nititur eos ab hoc potu simpliciter arcere, vt sic valeat eos superare.

10 *Tunc ad Oziam congregati omnes viri fœminæque.* Per istos significantur querulosi de defectu victualium, & potissime religiosi, qui non sunt contenti de his quæ ministrantur sibi, & eorum querimonia aliquando superiorem inducit ad concedendum aliqua inconuenientia per quæ læditur ordinis disciplina. Vnde dicit Gregorius, in Moralibus. Pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, vt sæpe pro malo gregis etiam veri boni delinquat vita pastoris.

ante oculos nostros: Contestamur hodie cęlum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis: Et cum hæc dixissent, factus est fletus, & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes, †Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Tu qui pius es, miserere nostri, in tuo flagello uindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te, vt non dicant inter gentes, vbi est Deus eorum? Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias infusus lachrymis, dixit, Aequo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus a Domino misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque dieb. non venerit adiutorum, faciemus hæc verba quæ locuti estis.

Psal. 105. a

¶Populi.

a Et cum fatigati his clamor. & his f. etib. lassa

¶Pastor mercenarius, qui dimittit oues, & fugit.

¶Temporale auxilium.

a ¶Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

tis fil. lass. &c. Et hos quinque dies. &c. Quinque dies, quinque sensus corporis, quibus præsés vita ducitur, qua si quinque dierũ inducias doctor iners expetit, qui corpora le vitium solatium auditorib. indiscrete promittit, quasi in ptãte sua sit summi datoris magnificentia, cum magis tps tribuendi & modus in dantis q̃ accipientis potestate cõsistat, si. n. præsentis vitæ negatur solatium subditos deserunt, vt cedentes persecutionibus corporale deuitent supplicium, Hanc conuentionem nostra Iudith. i. ecclesia respuit, & contemnit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Contestamur hodie ce. & ter. &c. *i. contra te, & sacerdotes adducimus in testimonium, quod inique agitis nisi tradatis ciuitatem, cum sit minus malum.*

2 Qui vlcis. nos. *i. punit secundum peccata nostra. Cætera patent vsque ibi.*

3 Tu qui pius es miserere nostri, &c. vin. ini. nostras. *i. flagella nos quantum tibi placuerit, dum tamen non tradamur in manus infidelium. Et simili modo Dauid praelegit a Deo flagellari quam ab hominib. 2. Reg. ul. istud ultimo dictum videtur processisse a sacerdotibus, & ab aliquib. iustis, magis timentib. de destructione diuini cultus, quam de propriis corporibus.*

4 Et cum fatigati his clamorib. & his fletib. lassati sil. *Hic ultimo ponitur indiscreta conuentio ducit, qui promisit ciuitatem reddere nisi infra quinque dies veniret eis auxilium. Et patet litera ex dictis. Sciendum tamen, quod licet iste Ozias bene fecerit differendo traditionem ciuitatis, & inducendo ad expectationem diuinę misericordię tamen præfigendo terminum quinque dierum male fecit, propter quod de hoc reprehenditur c. seq. ut videbitur.*

CAP. VIII.

a *ET fact. est c.* sequitur.

b *Filia Merari*, idest amaritudinis. Ecclesia enim per amaritudinem, & tribulationem ad futuræ uitæ gaudia generatur, vbi Dominum laudabit in æternum. Quod enim 15. generatione progenita narratur, significat quod Ecclesia per hebdoadem legis, & ogdoadem Euangelii de Patriarchis, & Apostolis est edita, & ad cælestem gratiam ascensura, vnde hic numerus graduum in psalterio ponitur futuræ ad cælos ascensionis figuratiuus, quo sancti venientes merito dicunt. *Ecce nunc benedicite Domino. Et*

CAP. VIII.

ET factum est, cum audisset hæc verba Iudith vidua, quę erat filia Merari filii Idox, filij Ioseph, filij Ozię, filij Elai, filij Iãnor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathanię, filij Salathiel, filij Simeõ, filij Ruben, & vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ, instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit ęstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa mora-

a ¶Ecclesia, interpretatur enim confitens, vel laudans.

a ¶Ecclesia mundi illecebris destinata, fidem sanctæ trinitatis habens, & operum perfectionem.

¶In arce mentis.

a ¶Firmam custodiam, vt non per diuersa desideria deflueret.

b ¶Congregationibus mundis.

c *Et uir eius fuit Man.* ✠ Tertu. Habebunt (polygami) plane Christo quod allegent, speciosum priuilegium, carnis vsquequaq; imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt iam nõ Isaac monagamus pr noster, nec Ioannes Christi spado, nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla sanctorum solent ethnici iudices destinari. Exurget regina Carthaginis, & decernet in Christianas. Manasses interprętatur obliuiosus, vel necessitas, cui Iudith cõiugio copulata quasi decalogo legis, vel ritib. Gentiliũ obnoxia. Sed veniẽte Chro, & luce euãgelii clarescẽte in mun-

I. de Mono. c 17.

Psal. 133.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VIII.

ET factum est. *Postquam descripta est filiorum Israel persecutio, hic consequenter describitur eorum liberatio, quę facta est per manum Iudith quæ interfecit Holofernem. Et ideo sic proceditur, quia primo ponitur ipsius Iudith multiplex uirtus, Secundo Holofernis casus, c. x. ibi.* Cumque intrasset. *Tertio fuga sui exercitus, c. 14. prima diuiditur in tres, quia primo Iudith inducit populũ ad spem diuinę miserationis. Secundo se munit armis orationis. c. 9. Tertio se exponit periculo mortis, c. x. prima in duas, quia primo describitur eius conuersatio uirtuosa. Secundo eius locutio gratiosa, ibi.* Hæc itaque cum audisset. *Circa primum præmittitur eius linea parentalis, cum dicitur.*

Diuisio.

2 Quæ erat filia Merari, filii Idox, *quod facit ad commendationem Iudith, nam isti fuerunt nobiles genere, & moribus nobiliores, a quibus Iudith, non degenerauit, sed in melius profecit. secũdo subditur status eius coniugalis, cum dicitur.*

3 Et uir eius fuit Manasses. *Tertio status vidualis, cum dicitur.*

4 Erat autem Iudith. *Ex quo patet eius continentia, quia cum adhuc esset satis iuuenis, transire tamen noluit ad secunda uota.*

5 Et in superioribus domus suæ. *ut sic aspectus hominum, & colloquia melius declinaret, & liberius orationi uacaret. Et*

MORALITER.

† 1 *Et factum est, &c. Iu.* per quam significatur Ecclesia quæ tempore magnæ tribulationis uidua videtur, eo quod eius sponsus ab ignorantibus eam dicitur ad tempus deseruisse. ideo subditur.

2 *Filia Merari.* i. amaritudinis. Ecclesia nanque tribulationis tempore bene dicitur filia amaritudinis, sicut magnus peccator filius iniquitatis.

mundo, omnis illa obseruantia cessit, & quasi vilis collectio messis velociter transiit, vnde Apostolus, *vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Omnes.n.filii Dei estis per fidem in Christo Iesu.* Et ad Romanos ait. *Mortificati estis legi per corpus Christi Iesu, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit.* Et uir Manasses, Christus Ecclesiæ sponsus. Bene Manasses dicitur, quia nos facit obliuisci calamitatis pristinæ per consolationem vitæ futuræ. Hic in tempore messis hordeaceæ, i. collectionis plebis Iudaicæ, cum mitteret apostolos suos prædicare, & manipulos credentium congregare, venit æstus persecutionis super caput eius. i. super diuinitatem eius. *Caput.n. Christi Deus.* Inde.n. maxime scãdalizabantur iudæi, quod dicebat se eẽ filium Dei, vnde. *Facis teipsum Deum.* Et alibi. *Quia filiũ Dei se fecit.* Passus est Iesus in gẽte sua, & sepultus in horto. Huius sponsa ablato sponso, ieiunio, & orationi operam dat vsq. ad consummationem seculi, nec erroribus hæreticis dignatur pollui. Cui vir suus reliquit diuitias spiritualis sapientiæ, & uirtutis, & familiam.i. gentium multitudinem aggregauit.

a *Et habens super lumbos.* Amb. Discas maturæ viduitatis affectum, & formam ipsam sequere scripturarum. Iudith a diebus viri sui quibus ille defunctus est, vestem iucunditatis deposuit, mæroris assumpsit, per omnes dies intenta ieiunio, sabbatho tantum, & dominica, sacrarumque temporib. feriarum non refectioni indulgens, sed religioni deferens. hoc est.n. *Siue manducatis, siue bibatis, in nomine domini Iesu Christi agẽda esse omnia,* vt etiam ipsa refectio corporalis sacro religionis cultui deferatur.

Aug. ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit, ieiunium cor facit cõtribulatum, & humiliatum, quod Deus non spernit, ieiunium cõcupiscentię nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verum lumen accendit, &c.

Clemẽ. Ro. Moses, & Elias ieiunauerunt per quadraginta dies, & Daniel hebdomadas dierum treis *panem cupidi atum nõ comedit, nec caro, neque uinum in os eius intrauit.* Niniuitę quoque cum per tres dies, & noctes ieiunassent, iræ Dei periculum effugerunt. Esther, Mardochæus, Iudith, impiorum insultationem, id est, Holofernis & Aman ieiunio declinauerunt.

Qui per continentiam vitæ, & mortificationem voluptatũ carnem suam crucifigit cum vitiis, & concupiscentiis, vt futuræ solennitati, & sabbatho animo se præparet, vbi pro præsenti tribulatione cum sanctis angelis plenum gaudium susciperet.

b *Cui uir suus reliquerat diuitias multas.* Ex veteris legis, & ex philosophiæ instructione moralisque disciplinæ, multiplices opes ad Christum ueniens attulit ecclesia, vnde & Paulus se ad pedes Gamaliel nutritum gloriatur, Et Moyses omni sapientia Aegyptiorum eruditus legitur.

c *Non est iste ser.* Cum afflicti sumus, nec tempus, nec modum præscribere domino debemus, sed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. Vnde quidam patrum in oratione sua dixisse legitur. *Fili Dei fili Dei, sicut scis, & sicut vis, miserere mei.* Regnum tantum Dei quærere debemus, & omnia adiicientur, præsens vita sit fidelibus in vsu, futura in fructu. Sit res temporalis in itinere, desideretur æterna in peruentione.

Amb. Qui dominum deprecatur, non uelut præscripta prę cipue tempora præstoletur, nec ut sciens in obsecrationib. Domini tempus esse aliquod, sed semper in ipsis sit.

Chrys. Ne cadamus igitur in tribulationib. sed in omnibus agamus gratias, vt aliquid magni lucremur, vt apud Deum inueniamur probabiles, qui tribulationes permittit, ipsarum lucrum Paulus nouit, propterea dicit, *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes vero nõ confundit.*

Gal.3.d. Ro.7.a. 1.Cor.11.a. Io.10.f. Ibid.19.b. l.de uiduis. Serm.230. de temp. l.5. consti. apo. ca.21. Gal.5.d. Act.22.a. Ibi.7.e. Mat.6.d. Oct.19. in ps. 119. Ho. 61. ad po. Ant.

1 a batur, & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus uitæ suæ præter sabbatha & neomenias & festa do-
b mus Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui uir suus reli-2 querat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum, & gregibus ouium plenas. Et erat hæc in om-nibus famosissima, quoniam timebat dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Hæc itaque cum au-3 disset, quoniam Ozias promisisset, quod transacto quinto die traderet ciuitatem Assyriis, misit ad presbyteros Chabri, & Charmin. Et venerunt ad illam, & dixit illis. Quod est hoc ver-4 bum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatẽ Assyriis, si intra quinque dies nõ venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos 5 qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam c prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & † in arbitrium vestrum diem constituistis ei? Sed quia patiens 6

a ¶ Vnde. Pulchra es, & decora filia Ierusalem.
a ¶ Prædicatorum. b ¶ Innocentium obedientium. c ¶ Bonis.
a ¶ In timore domini. Vnde, Mulier timens Deum laudabitur, & laudent eam in portis eius opera. De hoc timore dicit Esa. Timor domini ipse est thesaurus eius.
a ¶ In omni specie mala abstinete uos.

Missus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. *Ad repressionem concupiscentiæ carnalis, parcitas enim victus, & asperitas vesti us, sunt custodes castitatis.*

2 Erat autem eleganti aspectu. *Ex hoc patet virtus suæ castitatis, quia nec pulchritudo corporis, nec copia diuitiarum quæ sunt fomẽta libidinis, pertraxerunt eam ad secundas nuptias. Cætera patent.*

3 Hæc itaque. *Hic consequenter ponitur eius locutio gratiosa, Et primo ponitur huius locutionis actus. Secundo ipsius effectus, ibi.* Et dixerunt illi. *Circa primum uerbo suo redarguitur dicta conuentio, quæ primo repetitur, cum dicitur.* Hæc itaque. *Secundo pro sacerdotibus mittitur cum dicitur,* Misit ad presb. *quod autem non iuit ad eos, nõ fuit ex defectu humilitatis, sed ex zelo castitatis, & honestatis viduælis, quo refugiebat per vicos discurrere, & in palam coram hominibus apparere.*

Diuisio.

4 Quod est hoc uer. *Ex hoc videtur, quod non erat ibi, quia loquitur de eo quasi de absente, verum tamen superuenit antequam inde recederent sacerdotes, ut patet inf. eo. c. potest etiam dici, quod a principio fuit ibi, uerumtamen Iudith direxit sermonem ad sacerdotes, quasi magis culpabiles, nam ex illo consensu sequebatur destructio diuini cultus ut statim dicetur, pro quo sacerdotes debebant zelare plus, quam principes.*

5 Et qui estis. *Ad intellectum huius sciendum, quod ex captione illius ciuitatis patebat uia ad Ierusalem, & per consequens destructio diuini cultus, propter quod debebant ciuitatem illam quamdiu possent, defendere, etiam in maxima afflictione, nisi super hoc haberent mandatũ domini per verbum prophetæ, sicut Ieremias consulebat Sedechiæ redditionem ciuitatis regi Babylonis. Sic autem non erat in proposito, propter quod peccauerunt præfigentes redditionis terminum. Sic autem dicatur, quod Christiani aliquando sine peccato sic præfigunt terminum redditionis alicuius castri Saracenis. Dicendum, quod non est simile, nã ex hoc non sequitur generalis cessatio sacrificii ecclesiæ quod offerri potest vbique, sacrificium vero veteris legis offerri non poterat extra Ierusalem, nisi ex speciali dispensatione diuina, sicut legitur Elias in monte Carmeli sacrificasse. 3. Re 18. g. propter quod in præfixione prædicta erat quædam tentatio diuina inquantum volebant per hoc experiri effectum, auxilii diuini, ideo subdit.* Non est iste sermo qui mi. pro uo. 6 Sed quia pa. dominus est. *Hic secundo uerbum Iudith inducit ad pœnitentiam salutarem allegando primo Dei patientiam, cum dicitur.* Sed quia pa. do. est, &c.

i.Cor.10.d.

Non

MORALITER.

2 *Erat.n. eleganti.* Nam ecclesia non habet maculam neque rugam, ut dicitur Eph. 5. *Cui uir suus reliquerat diuitias multas.* Christus.n. ecclesię sponsus dedit ei dona spiritussancti, quæ sunt ualde pretiosa.

3 *Hæc itaque cum au. &c.* Ecclesia namque reprobat condescensionem irrationabilem superioris pro querela irrationabili subditorum, & similiter querelas eorum, & hortatur superiores ad constantiam, & inferiores ad debitam patientiam, & presbyteros ad instructionem populi, & confortationem.

Hæc

In

a Quia omnia nouit.
dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus. Non enim quasi homo sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas nostras & in spiritu, † constituti humiliato seruientes illi dicamus flentes domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam, ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum qui dereliquerunt Deũ suum & adorauerunt deos alienos, pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus præter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, & humiliabit omnes gentes quæcunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore, Dominus Deus noster. Et nunc fratres quoniam uos qui estis presbyteri in populo Dei, & ex uobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, ut memores sint quia tẽtati sunt patres nostri, ut probarentur si vere colerent Deum suum. Memores esse debent quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes tra̅nsierunt fideles. Illi autem qui tentationes suas non susceperunt cum timore domini & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt. Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris, hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini, quibus quasi serui corripimur ad emendationẽ & non ad perditionem nostrã euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri, omnia quę locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis dominum, quoniã mulier sancta es, & timens Deum. Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis, ita quod facere dispo-

Marginal: contriti, & — pro quo

Interlinear glosses:
a Quæ pondera uocis habent quæ impetrant, non supplicant.
a Qui se exaltat, humiliabitur, &c. b Non modo corpora nostra.
a In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur domine a te.
a Vnde, Fiat voluntas tua, non mea.
a Vnde, Ego sum dominus, & non est alter.
a Longanimiter. Vnde, Expecta dominum, viriliter age.
a Vindicando.
a Omnium nostrum vnus est pater in cælis. vnde, Patrem nolite vobis vocare super terram.
a Rationem redditurі de ouibus.
b A desperatione, qui modo obliti.
a Exhortationem & consolationem.
a Fortia facta patrum, documenta sunt filiorum.
b A Deo. vnde, Tentauit Deus Abraham.
a Quorum imitatores esse debemus, ut Abrahæ Isaac.
a Qui, scilicet speculatores & doctores.
a Vnde, Transiuimus per ignem, & aquam. b Sicut exemplo bonorum admonet, ita exemplo malorum terret.
a Diabolo. b Corporalibus, & spiritualibus. Quia videmini hæc facientes in Domino quærere vlt onem.
Hæc est via ueritatis, vt in flagellis animas nostras humiliemus, & patientiam habere studeamus.
a Secundum illud in iuste egimus, iniquitatem fecimus.
a Quam meremur.
Deus non uult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.
a Omnia sic cum consilio.

a *Et dixerunt*. Quæcunque loquitur ecclesia in confessione fidei in doctrina religionis, laudabilia, & irreprehensibilia sũt a hæc singulos fideles orando præmonet, si quisque sicut probauit verum esse quod docet, ita operib. implet, vnde subditur.
b *Et dixit illis Iudith*. Iudith. i. ecclesia cõmendat presbyteris portam. i. castrorum Dei solicitam custodiam, vt peruigili, & solerti cura cõtra hostium insidias semp parati assistant, & orationibus muniti.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non enim quasi homo sic Deus comminabitur. *Quod homo comminatur statim implere conatur inquantum potest, Deus autem aliquando comminatur quod inferre non intendit, sicut Ionæ 3. h. dicitur, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, quod tamẽ Deus non intendebat facere, quia præuidebat pænitentiam Niniuitarum ex qua parceret eis. Et hoc est, quia tales comminationes proferuntur non secundum ordinem diuinæ præscientiæ quæ immutabilis est, sed secundum exigentiam demeritorum, quæ est mutabilis, & sic fuit in Niniuitis.*

2 Et ideo hu. illi an. no. *& non tantum corpora.*

3 Vt secun. volun. suam. sic fac. nob. *Confidebat. n. Iudith, quod ex humiliatione populi negotium uerteretur in oppositum, sicut dictum est de liberatione Niniuitarum, Et huius confidentiæ causa subditur, cum dicitur.*

4 Quoniam non su. se. pec. pa. &c. qui deli. Deum. *per multiplicem idololatriam, ut patet 4. Reg. & 2. Par. A reditu uero captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Israel idololatrasse, nisi aliqui pauci tempore Antiochi Epiphanis, & ad hoc inducti t. more mortis.*

5 Et nunc fratres quoniam. *Hic consequenter Iudith inducit populum ad confidentiam, & hoc per sacerdotes, qui erant populi doctores. Ideo dicit.*

6 Ex uobis pendet anima illorum. *quantum ad firmitatem in bono.*

7 Corda eorum erigite, ut memores. *Ad confidendum de diuina uirtute.*

8 Vt me. sint, quia te. sunt pa. no. vt prob. *i. vt eorum patientia declaretur add meritum ipsorum, & exemplum aliorum, et inducit ad hoc exemplum Abraham, qui tentatus fuit in filii immolatione, & Isaac, qui ad eandem immolationem se obtulit uoluntarie ut declaratũ fuit Gen. 22. & Iacob qui fugiens persecutionem Esau iuit in Mesopotamiam Syriæ.*

9 Illi autem qui ten. suas non sus. &c. exter. sunt ab exter. *Num. 11. ubi dicitur, quod ignis deuorauit extremam partem castrorum propter murmur populi contra dominum.*

10 Et a serpentib. p. *Nu. 21.*

11 Et nos ergo non vl. nos. *retorquendo pænas quas sustinemus in Deum, murmurando contra ipsum, hoc etiam dicit, quia forsitan, in populo erant aliqui tam mali, quod ex impatientia contra Deum uolebant traditionem ciuitatis Bethuliæ, vt sic per consequens destrueretur diuinus cultus in Ierusalem, quasi in ultionem contra Deum de pænis, quas permittebat populo iudaico inferri.*

12 Sed reputantes, &c. *q. d. reputare debemus quia peccata nostra maiorem exigunt pænam, & per consequens quod sunt nobis inflicta ad tempus, ut per hoc castigati euadamus pænam æternam. Ideo subditur.*

13 Quasi serui domini qui corripimur ad emendation. *Sequitur.*

14 Et dixe. *Hic ponitur locutionis Iudith gratiosæ affectus, nam ei consenserunt principes, & presbyteri tanquam manifestæ veritatis, ideo dicitur,* Et dixe. &c. Nunc ergo. *Ex uerbis. n. eius sanctis conceperunt gratiam Dei in ea esse, & eius oratio nem acceptabilem Deo fore, ideo respondit Iudith.*

15 Sicut quod potui loqui, Dei esse cog. *i. procedere ex eius bonitate.*

16 Ita quod fa. dis. *Non accipitur probatio pro acceptione experimenti alicuius statim cognoscendi, quia postea sequitur.* Nolo ut scri. *sed accipitur hic probatio pro expectatione effectus futuri. q. d. si sequatur effectus ad librationem populi, per hoc videbitis quod illud quod cogitaui facere, ex Deo est. Ideo subditur.*

A sui, pbate si ex Deo est, & orate, vt firmum faciat Deus consilium meum. Stabitis uos ad portam nocte ista, & ego exeam cum †Abra mea, & orate, ut sicut dixistis, in diebus quinque respiciat ¶Plebem suam. Dominus populum suum Israel. Vos autem ¶Ne impediatis. nolo, vt scrutemini actum meum, & vsque dum re- [1]

†ancilla

D [2] nuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad dominum Deum nostrum. Et dixit ad eā [3] Ozias princeps Iudę, Vade in pace, & dominus ¶Dux, & adiutor. sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum. [4] Et reuertentes abierunt.

NICOLAVS DE LYRA.

B 1 Et usque dum renun. *effectum.*

2 Nihil aliud fiat. *ut Deus uelit me dirigere.*

3 Vade in pa. *q.d. quod cogitasti facias, nolumus plus inquirere.*

4 Et reuer. *ad domos proprias.*

CAP. IX.

†ascendentibus.

a Quibus absce. Postquā ad presbyteros locuta est, oratorium ingreditur Iudith, quia solicitudo sanctorum post prædicationis obsequium redit ad cordis sui secretum, vt ibi compleat puræ ascensionis incēsum, secundum illud, Cum oraueris intra in cubiculum.

†Gen. 34. d

l. de uiduis

C ✻Amb. Habet vidua bonam commendationis suæ materiā, vt dum virum luget, fleat seculum, & in promptu sint lacrymæ redemptrices, dum penduntur mortuis, viuentibus pro futuræ. Paratus est mœstitudine animi fletus oculorum, misericordiam conciliat, laborem minuit dolorem ableuat, seruat pudorem, nec iam misera sibi uidetur quæ consolationem in lacrymis habet, in quibus sunt charitatis stipendia, pietatis officia. Sed nec fortitudo bonæ uiduę deesse consueuit. Hæc. n. vera est fortitudo, quæ naturæ vsum, sexus infirmitatem mentis deuotione transgreditur, qualis in illa fuit cui

CAP. IX.

a Quib. †abscedentibus Iudith ingressa est [1] [2] oratoriū suum, & induens se cilicio, po[3] ¶Pœnitentiæ. a ¶ Memoriam fragilitatis, & mortis. [4] suit cinerem super caput suū, & psternens se domino, a ¶ Per humilitatis affectum se sperans exaudiri. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. clamabat ad dominum, dicēs, †Domine Deus patris mei [5] b Simeon, qui dedit illi gladium in defensionē alienigenarū, q [6]

E cui nomen Iudith, quæ viros obsidione fractos, pculsos metu tabidos fame, sola potuit a colluuione reuocare, ab hoste defendere. Etenim, vt legimus, cū Holofernes successu multorum terribilis præliorum intra muros innumera uirorum milia coegisset, armatis pauentibus, & de extrema iam sorte tractantibus, extra murum processit, & illo præstantior exercitu quem liberauit, & eo fortior quem fugauit. ✠ Idem. Quam bona oratio cum misericordia, bona oratio quæ ordinem seruat, vt primo a diuinis inchoemus laudibus. Si. n. cum apud hominem agimus, beneuolum volumus iudicem facere, quanto magis cum Dominum nostrum precamur? b Dn̄e Deus. Bene in oratione actum Simeonis commemorat, qui cum fratre Leui stuprum sororis in alienigenas uindicauit. Futurum. n. erat, vt Holofernes qui in Iudith uoluit explere immunditiam libidinis, gladio feriretur ultionis.

l. de instituti. virg. cap. 2

Mat. 6. a

Gen. 34. d

F Respice

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

1 Quibus absc. *Hic consequenter Iudith munit se armis orationis, & quoniam oratio est petitio decentium a Deo, ideo ad petendum primo se disponit, cum dicitur,*

2 Ingressa est orat. *quod erat in superiorib. domus suæ, vt dictum est c. præc.*

3 Et induens se ci. *Licet. n. semper haberet cilicium ad carnem interius, vt dictum est ca. præced. tamen etiam tunc induit se cilicio exterius.*

4 Posuit ci. *& vtrunque fecit ad humiliationem sui, sciens quod oratio humiliantis se nubes penetrat, Eccl. 35. c*

5 Domine Deus. *Hic secundo suam petitionem proponit, in qua primo petit superbos hostes humiliari, Secundo constantiam sibi dari, ibi. Da mihi in animo constantiam. Circa primum ad obtinendum quod petit, tria proponit ex Dei iustitia facta. Primum est occisio Sichimitarum, propter Dinæ filiæ Iacob uiolationem, Gen. 34. & hoc est quod dicitur,* Domine Deus patris mei si. *patriarchæ. Sed contra hoc videtur, quod in principio c. præc. genealogia Iudith reducitur ad Ruben. Propter quod dicunt aliqui, quod ex parte patris fuit de tribu Ruben, vt ibi dicitur, ex parte vero matris ex tribu Simeon, vt dicitur hic. Sed melius videtur dicendum, quod simpliciter fuerit de tribu Simeon ex parte patris, & matris, quia mulieres non debebant coniungi viris alterius tribus, Numer. 26. nec ille Ruben ad quem reducitur genealogia Iudith capit. præcedent. uidetur fuisse Ruben patriarcha, nam ibi dicitur, Filii Simeon, filii Ruben, Gen. vero, 46. & 1. Par. 5. vbi numerantur filii Ruben, non ponitur ibi aliquis qui uocetur Simeon. Item quia plures generationes uidentur fuisse inter Ruben, & Iudith quam ponantur cap. præced. nam a natiuitate Isaac usque ad exitum de Aegypto, fluxerunt anni quadringenti, ut dictum fuit Gene. 15. item ab exitu de Aegypto vsque ad fundationem templi per Salomonem, fluxerunt anni quadringenti octoginta, 3. Regum 6. & inde vsque ad eius destructionem per Nabuchodonosor, fluxerunt anni quadringenti decem, secundum Hebræos, & posset probari per tempora regum qui regnauerunt a tempore Salomonis vsque ad 11. annum Sedechiæ in quo fuit templum destructum, sed propter prolixitatem omitto. Et inde usque ad quartum annum Cyri, in quo fundatum fuit secundum templum fuerunt, 70. anni secundum minorem computationem, & inde 9. usque ad Cambysem, sub quo contigit historia Iudith, vt dictum est supra in princ. huius libri. Anni vero prædicti simul iuncti sunt mille, 368. a quibus oportet subtrahere annos centum, & octo qui fluxerunt a natiuitate Isaac, usque ad natiuitatem Ruben, nam anno 60 Isaac nati sunt Iacob, & Esau, Gen. 35 Esau vero anno quadragesimo ætatis suæ vxores duas accepit, Gen. 26. & per consequens Iacob tunc quadragenarius fuit, qui cito post de uoluntate parentum iuit ab Laban auunculum suum Gen. 27. vbi completis, 7. annis suæ seruitutis accepit Liam uxorem, huius primogenitus fuit Ruben, & sic Iacob uidetur fuisse 48. annorum, vel circiter in natiuitate Ruben, igitur a natiuitate Isaac vsque ad natiuitatem Ruben fluxerunt anni centum octo, vel circiter, quibus subtractis de numero annorum suprapofito remanent anni mille. 270. qui faciunt 30. generationes, & amplius, nam homines illius temporis iam generabant existentes, 40. annorum, & minoris temporis, hoc etiam patet per genealogiam saluatoris Mat. 1. ubi ab Abraham qui genuit Isaac usque ad transmigrationem Babylonis ponuntur generationes 28 & tamen omittuntur ibi tres generationes regum Iuda, ut probat Hi. in hom. & etiam sub nomine Booz ponuntur ibi tres generationes pro una, ut ibidem ostensum fuit, & iterum a transmigratione Babylonis vsque ad tempus Cambysis, sub quo contigit historia Iudith, fluxerunt anni 68. ut patet ex prædictis, qui bene faciunt duas generationes, & sic patet quod iste Ruben ad quem resoluitur genealogia Iudith nō fuit Ruben patriarcha filius Iacob. Propter quod dicendum, quod fuit alius eiusdem nominis de tribu Simeon ad quem resoluitur genealogia Iudith eo quod fuit in illa tribu uir notabilis.*

Diuisio

Declaratio tribus Iudith

6 Qui de. &c. de. a. i. *in defensionem sui ab alienigenis. Et accipit hic*

MORALITER.

1 *Quibus absc. &c.* Per hoc ostenditur quod ecclesia tribulationis tempore debet Deum deuotius exorare, & ieiuniis, & asperitatibus pœnitentiæ se magis solito coram Deo humiliare, vt eius auxilium impetretur.

a *Respice castra.* Sicut luxuriosos luxuriosis comparat, ita nunc superbis superbos, Assyrios, s. Aegyptijs; quia sicut potentia diuina est in illis; ita manifestari potest, & his subuersis, quia idem Dominus, eadem potentia, eadem iustitia.

b *Fac Domine.*

tam pro Ecclesia interpellationem Deo offeret, qui illam exaudiet; quoniam eius mens ad hoc solum fixa est, neque ad sumptuosam curiositatem, neque ad insatietatem se proijcit.

Ser. 229. de temp. ✱ Augustinus. Iudith bellator animus alienum pectus obsedit. Illa abiecta formidine feminarum, victoriam in periculis quærens, nec mortem in piculis timuit, nec ambiguitatem formidauit.

L. 3. Cßti. c. 7 ✱ Clemens Roman. Vidua quæ vult Deo intendere, intus sedens cogitat quæ sunt Domini, die noctuque incessabili ore offerens preces mundas. Vt igitur sapientissima Iudith temperantiæ testimonio commendata, diu noctuque supplicabat pro Israele Deo: sic similis illi vidua continuatam

violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur
¶Dinæ filiæ Iacob.
virginis in confusionem, & dedisti mulieres eorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuisionem ser-
a ¶Filijs Iacob.
uis tuis, qui zelauerunt zelum tuum, subueni quæso te Domine Deus 1
¶Desolatæ. ¶Ordine disposuisti omnia.
meus mihi viduæ. Tu enim fecisti priora, & illa, post illa cogitasti: & 2 3
hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt,
a & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. † Respice castra Assyriorum 4 5
nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es: quando post 6
a ¶Non in Domino.
seruos tuos armati currebant confidentes in quadrigis, & in equitatu
a ¶Vultus autem domini super fa ma.
suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum,
a Vt euadere non possent. ¶Maris.
& tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ o- 7 8
¶Puniantur. ¶Similes illis.
puerunt eos. Sic fiant, & isti Dñe, qui confidunt in multitudine sua, & in
curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis glo- 9
riantur, & nesciunt, quia tu ipse es Deus noster, qui † conteris bella ab 10
a ¶Soli. b ¶Potentiam quam videris dimisisse.
initio, & Dominus nomen est tibi. Erige brachium tuum, sicut ab initio, 11
& allide virtutem eorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracun- 12 13
¶Iactant.
dia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum 14
b nominis tui, & deijcere gladio suo cornu altaris tui. Fac Domine, 15
a ¶Per portam oculorum intret affectio concupiscentiarum. vnde: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c.
vt gladio proprio eius superbia amputetur. Capiatur laqueo o- 16
a ¶Dulcia videantur ei labia mea, s. verba.
culorum suorum in me, & percuties eum ex labijs charitatis meæ. 17

Hoc non dicit delectatione pœnæ, sed amore iustitiæ. Sic prophetæ, quicquid in spiritu iusto iudicio vider futurum, in eodem spiritu prædicût faciêdû: immo per eos ipse prædixit, qui per eos reuelat, atque facit. quale est illud: *Fiat mensa eorum coram ipsis in la. & cæt.* Et percutiet te Deus paries dealbate.

Exo. 14. f *Psal. 68.* *Act. 23. a*

Mystice. Mystice. Omnis hæreticus, vel schismaticus, vel Iudeus, vel paganus, q̃ Ecclesiam verbo, vel exêplo corrumpere voluerit, proprio superbiæ gladio caput iniquæ voluntatis amittit. vnde: *Ipsa conteret caput tuum.* *Genes. 3. c*

† conteris.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

hic defensio pro occisione Sichimitarum pro violenta oppressione Dinæ filiæ Iacob, in qua quidem occisione Simeon fuit principalis, Genes. 34. Potest etiam ibi accipi defensio proprie; quia Gentiles de alijs ciuitatibus propinquis non fuerunt ausi persequi Iacob, & filios eius recedentes, territi a Deo, & ex facto Simeon, & fratrum suorum, Genes. 35.

1 Qui zelauerunt, &c. *Hoc videtur falsum: nam Iacob reprehendit illud factum, tanquam malum, Genes. 34. & similiter Genes. 49. d.* Simeon, & Leui fratres va. iniqui. bel. &c. *vt expositum fuit ibidem. Dicendum, quòd in facto illo duo fuerunt, scilicet, zelus vlciscendi stuprum, & illud fuit licitum, & iustum: quia non habebant iudicem qui vellet factum punire, cuius autor erat princeps ciuitatis, & populus eius fautor, & sic loquitur hic Iudith. Aliud quod fuit ibi, fuit modus vlciscendi, qui fuit malus, & proditorius, inquantum filij Iacob fregerunt pactum habitum cum Sichimitis, & sic reprehendit illud Iacob.*

2 Tu enim. *In creatione mundi.*

3 Et illa post. *Non sic intelligendo, quòd sit prius, & posterius in cogitatione Dei, quæ mensuratur nunc æternitatis: sed in rebus factis, quarum aliæ sunt posteriores alijs.*

4 Respice cast. *Hic allegatur secundum ex vltione diuina factum, quod est submersio Aegyptiorum, cum dicitur:* Respice oculo tuo iustitiæ.

5 Castra Assyriorum. *Ipsa puniendo.*

6 Sicut tunc ca. *Exo. 14.* Respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum, &c.

7 Et tenebræ fa. *Exo. 14 e. Erat nubes tenebrosa ex parte Aegyptiorum, & illuminans noctem ex parte Hebræorum, impediens Aegyptios, ne possent accedere ad Hebræos.*

8 Tenuit pedes eorum Abyssus, & aquæ operue. *id est, maris fundus in eorum submersione.*

9 Et in contis. *id est, fustibus ad pugnandum dispositis.*

10 Et nesciunt, quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio. *id est, ab antiquis temporibus, sicut patet de Amalec contra filios Israel pugnante, Exod. 17. & de Og rege Basan, & Sehon Amorrhæorum, Numeri 21. & de regibus contra Iosue pugnantibus; Iosue 10. Et in pluribus alijs locis.*

11 Erige brachium tuum. *Hic ponitur tertium a Iudith allegatum, s. destructio diuini cultus, cuius obseruatio erat conueniens Deo. Ideo dicit:* Erige brachium tuum. *id est, potentiam tuam.*

12 Sicut ab initio. *id est, ab exitu filiorum Israel de Aegypto, vt prædictum est.*

13 Et allide virtutem eorum in. *id est, prosterne.*

14 Qui promittunt se violare sancta tua. *Sic enim promiserant Nabuchodonosor regi, vt ipse solus nominaretur Deus in terra, vt dictum est supra cap. 3.*

15 Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia. *id est, caput Holofernis, de cuius potestate totus exercitus gloriabatur, & videtur hic prophetice loqui; quia sic factum fuit postea, vt videbitur 13. cap.*

16 Capiatur laqueo. *id est, sic capiatur in aspectu meæ pulchritudinis, quod fiam ei sic familiaris, quod possim eum iugulare.*

17 Et percuties eum ex labijs chari. *id est, ex verbis meis dulcibus, & amorem prætendentibus. Ad intellectum huius, & etiam sequentium sciendum, quòd dicunt aliqui, quòd in Iudith duo fuerunt, scilicet, affectio magna ad liberandum populum de manu Holofernis, & istud fuit licitum, & sanctum. Et aliud quod ex hac affectione secutum est, scilicet, executio huius affectionis, in qua petiuit, & fecit, & dixit aliqua illicita: & sic petiuit ardorem libidinis excitari in Holoferne, & ad hoc ornauit se, & plura mendacia dixit in sequentibus Holoferni, & suis satellitibus. Propter primum tamen commendatur in scriptura, & oratio eius fuit exaudita, & pulchritudo eius diuinitus augmentata, sicut Exod. 1. Obstetrices commendantur de bona affectione quam habuerunt ad seruandum pueros Hebr. non autem de mendacio, quod consequenter ad hoc dixerunt se excusando. alii vero dicunt, quòd non peccauit in oratione prædicta, nec in sui compositione, nec etiam in verbis, quæ videntur mendacia in sequentibus. Dicunt enim, quòd Iudith aliud intendebat, aliud præuidebat, intendebat enim se sic fieri gratam Holoferni, vt cum eo posset esse familiariter ad eius interitum perpetrandum, quod erat licitum, & bonum, cum esset Dei aduersarius, vt patet ex præcedentibus, sed præuidebat amorem illicitum Holofernis circa se; non tamen debebat propter hoc bonum prædictũ dimittere, sicut nec Deus dimittit peccatorẽ punire, licet præuideat ipsum ex hoc deteriorari, sicut patet de Pharaone quẽ præuidebat ex flagellis indurari. Sed hoc non videtur bene dictum; nam eadẽ est intẽtio finis, et eorum quæ sunt ad finem, quãdo apprehẽduntur, vt ad finẽ ordinata, sicut mobile eodem motu mouetur in medium, et terminum. Iudith autem*

An Iudith peccauerit al liciêdo Holofernem, &c.

11 Erige

inten-

A Da mihi in animo constantiam, vt † contemnam illum, & virtutem eius, vt euertam illum. 1

† conteram illum, & in virtute tua vt euertam illum.

a ¶Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Erit enim hoc memoriale nominis tui, † cum 2

† quod

a ¶Fragilis sexus. b ¶Superbum. ¶Qui se exaltat, humiliabitur.

manus fœminæ deiecerit eum. Non enim in multitudine est virtus tua domine, neque in equorum viribus voluntas tua est. 3

a ¶In qua confidit Holofernes. b ¶Fallax equus ad salutem: Et, Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.

a ¶Vnde diabolus, & primus homo cecidit.

Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. 4 B Deus 5

a ¶Sanctorum. b ¶Populorum.

D cœlorum, creator aquarum, & dominus totius

a ¶Nouæ. b ¶Afflictam.

6 creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, &

a ¶Non de viribus meis.

7 de tua misericordia præsumentem. Memento 8

a ¶Promissionis, qui promittit te esse cum filiis tuis. b ¶Quo loquar ad eum.

domine testamenti tui, & da verbum in ore meo,

a ¶Ex quo procedunt verba. b ¶Quum delere vult.

& in corde meo consilium corrobora, vt do-

¶In æternum.

9 mus tua in sanctificatione permaneat, † & om-

† Eccl.36.

a ¶Audito miraculo. ¶Solus.

nes gentes agnoscant, quoniam tu es Deus, & E non est alius præter te.

NICOLAVS DE LYRA.

intendebat mortem Holofernis, tanquam finem intentum, ad quem tendebat pertingere per priuatã familiaritatem cum ipso, & hanc familiaritatem adipisci per ardorem concupiscentiæ Holofernis in ipsam. vnde dicebat, Capiatur laqueo. *propter quod super hoc cadebat intētio Iudith, cum esset de medijs ad finem intentum ordinatis. Et iō concupiscētia Holofernis fuit peccatum, vt ipsi dicunt, & per cōsequens peccatum mortale, & cum sit tale de genere, oportet consequenter cōcedere, quòd petitio Iudith quantum ad hoc, & eius ornatus fuerit mortale peccatū, licet minus graue quàm peccatum Holofernis, propter affectionē adiūctam de populi liberatione. Sed quia hoc nullo modo cōsonat ei quod infra dicitur c. seq. ꝙ eius compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat, & ideo dominus hanc in illa pulchritudinem ampliauit. Ideo per aliam viam potest dici, ꝙ non fuit intentio Iudith Holofernem allicere ad aliquod peccatum, sed intendebat sic apparere gratiosa coram ipso, ꝙ vellet eam vxorem habere, quòd non erat illicitum Holoferni, quamuis Iudith nullo modo vellet sibi in coniugium copulari; sed per hoc intendebat cum ipso talem familiaritatem habere, ꝙ posset ipsum interficere. Nec talis interfectio insidiosa peccatum erat; nam in bello iusto licitum est insidiis vti, sicut patet Iosue 8. vbi de præcepto Domini Iosue posuit insidias post vrbem Hai. bellum autem filiorum Israel contra Holofernem erat iustissimum; quia intendebat totaliter destruere cultum diuinum, vt patet ex supradictis, de verbis autem Iudith vtrum debeat excusari a mendacio, dicetur infra in loco suo.*

1 Da mihi in animo constantiam, vt contem. *Hic cōsequenter Iudith petit constantiam sibi dari. nam inuadere tantum tyrannū, & per mulierem, videbatur valde magnum. Ideo dicit;* Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum, & virtutem eius, vt euertam illum. *i. vt non timeam, nec horream occidere illum.*

2 Erit enim hoc memoriale no. *Cum hoc non poterit imputari virtuti humanæ, sed diuinæ.*

3 Non enim in mul. est virtus tua do. *quia solo nutu potes subuertere omnia.*

4 Nec superbi ab initio. *nam angelos superbiētes deiecit de cœlo.*

5 Deus cœlorum, crea. *Per hoc intelliguntur oēs aliæ creaturæ.*

6 Exaudi me mi. *Afflictionem enim, & miseriam sui populi reputabat suam.*

7 Et de tua mi. præ. *i. confidentem vltra modum muliebrem.*

8 Memento do. te. tui. *i. si pro nobis non parcis, saltem parcas pro tuo cultu, qui viget in nobis.*

9 Omnes gen. agno. quo. tu es Deus, & non. *Per factum sic mirabile, quod non potest fieri, nisi tua virtute.*

CAP. X.

a Factum est autem, cum cessasset clamare ad dominū, surrexit de loco in quo iacuerat prostrata ad dominum. Vocauitque Abram suam, & descendens in domum suam abstulit a se cilicium, † & exuit se vestimentis viduitatis suæ. Et lauit corpus suum, & vnxit se † myrto optimo: & discriminauit crimen capitis sui, & imposuit †

1 2 3 4 5 b 6 7 8

a ¶Lachrymis pœnitentiæ. b ¶Opera carnis.

a ¶Carnis mortificatione. b ¶Idest distinxit solerti discretione singulas cogitationes mentis.

† infra 16. † myrrho

CAP. X.

C a *Factum est, &c.* sequitur. ✠ Ambrosius. Diuturnis igitur mœroribus, & quotidianis roborata ieiunijs sancta Iudith, quæ seculi oblectamenta non quæreret, periculi negligens, mortisque contemptu fortior, vt cōmentitiū strueret dolum, vestem illam iocunditatis, qua viuente viro vestiri solebat, se induit, quasi placitura viro si patriā liberaret. Sed virum alium videbat, cui placere quærebat: illum vtiq; de quo dictum est, Post me venit vir qui ante me factus est. Et bn̄ cōiugales pugnatura resumpsit ornatus, quia monimenta coniugij arma sunt castitatis. Neq; enim vidua aliis aut placere posset, aut vincere. Quid eius sapientiā prædicemus, qd̄ huiusmodi cōmenta est cōsilium, vt dum potentē elicit intemperātia, a se inferiores arceret, occasionē pararet victoriæ, abstinentiæ meritū, pudicitiæ gratiam reseruaret.

I. de viduis.

F ✠ Augustinus. Exorata consurgens abluit aqua corpus suū, imponens sibi ornamentum, pendilias aures diuitias suspēdit, & manibus lapillatos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpureæ vestis gemmato collegit pectore, casto vultu prius dimicatura quàm ferro. Monilium tela pudori semper aduersa, hostem ferire didicerūt. Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed de ciuitate bellatrix procedit sponsa. Nec fuit leuitas ornatus, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur.

Ser. 119. de temp.

b *Abstulit a se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ, &c.* Quia sancta ecclesia aliquando pro peccatis suis, penitentię gerit affectum: sed tamen spe remissionis & futuri præmij exhilarat animum.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

FActum est aūt, &c. *Postquā Iudith se muniuit armis orationis, hic consequenter offert se periculo mortis. Et primò se præparat ornamēto: Scdo sibi prouidet de alimento, ibi;* Imposuit itaq;. *Tertiò se tradit hostium cuneo, ibi;* Factū est autem. *Circa primum dicitur,*

1 Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum. *oratione sua perfecta.*

2 Surrexit. *de Dei adiutorio confisa.*

3 Vocauit Abram suam. *idest, ancillam libertatis, & dicitur ab hac præpositione ab & ara arę: nam antiquitus iuxta aram libertas seruis donabatur.*

4 Et descendens. *de loco orationis suæ, qui erat in superioribus domus suæ, vt dictum est suprà. 8. c.*

5 Abstulit a se ci. *i. vestimenta lugubria.*

6 Et lauit cor. *vt melius reciperet vnguentum. Ideo subditur.*

7 Et vn. se. myrto, *i. vnguēto ex myrrha pro magna parte cōpositio.*

8 Et impo. mi. *i. cucufam, ad sui capitis ornamentum.*

MORALITER.

1 *Factum est au. &c.* Hic post orationem ecclesiæ describitur eius ornatus, quo sponso suo debeat placere, cum dicitur.

6 *Et la. cor. su.* Quod est congregatio fidelium aquis contritionis & deuotionis,

7 *Et vnxit se myr. opt.* i. vnguēto de myrrha optima facto, per quod significatur virtus castitatis, eo quòd conseruat carnē a putrefactione luxuriæ & dissolutionis.

† *Et discri. cri. capi. sui.* Caput ecclesię Christus est: & eius crines sunt ecclesiæ ministri, q. debēt adhærere capiti, & esse discriminati. i. p ordines debitē distincti, & officijs suis intenti.

8 *Et impo. mi. su. ca. su.* Attribuendo Christo quicquid est in ea virtutis & boni.

Voca- Et Vt † Et

a *Vt incomparabili decore.* Quia iustum est, vt qui Dei seruet amore, omnibus habeatur dignus honore. vnde: *Astitit regina a dextris tuis in vesti.de.ci.v.* Psal 44.

b *Abræ suæ.* ✠ August. Pergit Spiritusancto ducta, & singularis ancillæ solatio contenta. Serm 219. de temp.

✠ Idem. Prodijt secura, vnius puellæ comitatu contenta, & hostiũ securis gressibus properauit in castra. Intra muros solicita fuit, secura fuit dum ad timenda peruenit.

Carnalibus, qui si fideliter in præsenti seruierint, poterũt ad verã libertatem peruenire, sicut Abra in fine huius libri memoratur libertatem a domina sua promeruisse. Sæpe enim contingit, vt scientia, & moribus minus perfecti, præsentium rerũ amore allecti, sacramentis communicẽt ecclesiasticis, & spiritualib⁹ magistris, corporalibus seruient solatijs, ad renuntiandũ quæ possident, non sunt idonei. vnde in Euangelio diues qui precepta Dei se custo disse respondit, omnia tamen vendere, & dare pauperibus non consensit. Portat Abra, id est, carnaliũ turba ascopam vini, cum sacramenta, id est, corpus Domini, & sanguinem, & chrismatis vnctionem venerabiliter suscipit.

c *Et panes, & caseum.* Hæc omnia Abra pro dispensatione dominæ suæ obseruat. Iustum est enim, vt qui non nouit moderamina vitæ suæ tenere, non subito fiat rector alienæ.

d *Nihil tamen interrogantes eam, & cæt.*

✠ Ambros. Quanta honestatis authoritas, vt consilium de summis rebus fœmina sibi vendicaret, nec principibus populi committeret? Quãta honestatis authoritas, vt Deum adiutorem præsumeret? Quanta gratia, vt inueniret? Lib. 3. of. c. 13

✠ Chrysost. Si fieri potest, opus religiosi ieiunij, & ipsius corporis, atque animæ afflictionẽ vultus hilaritate velemus; cuius rei exempla etiã secundum historiam præterito tempore legimus præostensa. Nam sanctissima Iudith, cum magno pro populo esset afflicta, post solennitatem triduani ieiunij, capite vncto, & lota facie, ita internæ afflictionis tristitiam texit, vt simulato gaudio lætari hostibus videretur. Homil. 10 ex varijs in Mat. loc.

(a ¶Galeam salutis. b ¶Mentem. c ¶Operibus suis.)
mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ.[1] (a ¶Congressus operum Euangelicis munit præceptis. b ¶Spe futurorum bonorum quæ dabuntur sanctis in dextera parte collocandis.) Induitque sandalia pedibus suis,[2] assumpsitque dextraliola,[3] (a ¶Castitatis. b ¶Signaculum fidei: de quo. Annulo suo subarrauit me. c ¶Cæterorum virtutum.) & lilia,[4] & inaures,[5] & annulos,[6] & omnibus ornamentis suis ornauit se.[7] (a ¶A quo omne bonum. b ¶Gratiæ.) Cui etiam Dominus contulit splendorem,[8] quoniam (a ¶Præsentis vitæ. b ¶Futuræ vitæ.) omnis ista compositio,[9] non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Et ideo Dominus hanc in † illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. Im- (¶Hostem aditura.) posuit itaque Abræ suæ ascopam vini,[10] & vas olei,[11] & † polentam,[12] (a ¶Virorem fidei. Laparem enim dicunt esse cibum oleribus confectum. b ¶Pinguedinem charitatis.) & lapates,[13] & panes, & caseum, & profecta est: Cumq; venissent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam,[14] & presbyteros ciuitatis. Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nihil tamen interrogantes eam,[15] dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum, & iustorum. Et dixerunt qui illic erant, oẽs vna voce: Fiat, fiat. Iudith vero orans Dñm, transiuit per portas, ipsa & Abra eius. Factum est autẽ cum descenderet[16] (a ¶Philosophi gentium, i. curiosi scrutatores humanarum disciplinarum.) mõtẽ circa ortũ diei,[17] occurrerunt ei exploratores Assyriorũ,[18] & (a ¶Tenuerunt eam cum Ecclesia a Iudæis ad gentes transeuntem, dogmatibus suis superare cupiebant.) tẽnuerũt eã, dicẽtes: Vnde venis, aut quo vadis? Quæ respõdit:

† illi † pulmentum

a Consi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et induit se vesti. iu. *Id est, quibus vtebatur ad iucunditatem viro suo viuente.*
2 Induitque san. pe. *id est, calceamenta æstiualia corium desuper non habentia.*
3 Assumpsitque dextra. *id est, ornamenta dextræ partis.*
4 Et lilia. *Ornamenta sunt a capite dependentia ad modũ lilij factũ.*
5 Et inau. *id est, ornamenta aurium, quibus vtuntur mulieres Orientales maxime.*
6 Et annu. *Qui sunt ornamenta digitorum.*
7 Et omnibus or. *Hoc dicitur ad ostendendum, quòd nihil omisit de contingentibus ad decentem ornatum.*
8 Cui etiam Dominus contulit splendorem. *Augendo eius pulchritudinem.*
9 Quoniam omnis, &c. *per modum præcedentis capituli dictum.*
10 Impo. *Hic consequenter sibi prouidet de alimento dicens; Impo. po. &c. asco. id est, vtrem, & est nomen Græcum, ἀσκὸς enim Græce, vter est Latine.*
11 Et vas, &c. *pro condimento potagij.*
12 Et polentam. *id est, cibum de farina factum.*
13 Et lapa. *i. ficus siccas secundum Hag. De talibus enim cibis prouidit: quia nolebat vti cibis Gentilium lege Mosaica prohibitis.*
14 Cumque ve. ad por. ci. *sicut dixerat eis Iudith supra in fine capit. 8.*
15 Nihil ta. inter. eam. *Dixerat enim eis quòd non scrutarentur suum consilium. Cætera patent.*
16 Factum est autem. *Hic consequenter se tradit manibus hostium, cum dicitur.* Factum est au. cum descen. mon. *s. Bethuliæ.*
17 Circa or. diei. *vt videretur fugere e populo ciuitatis ignorante: nam illa hora vigiles vadunt ad dormiendum, & sic fugientes habent tempus magis opportunum.*
18 Occurrerunt ei exploratores Assyriorum. *Qui erant in circumitu ciuitatis, ne aliquis exiens posset effugere manus eorum.*

1 Ideo

MORALITER.

1 *Et indu. se ve. iucun. suæ.* Virtutibus sanctis, quæ disponunt ad iucunditatem patriæ cœlestis. Rom. 13. d. *Induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus.*
2 *Induitque san. pe. su.* Affectiones suas sacris meditationibus muniendo.
3 *Assum. dextra.* Sponsum suum dulciter amplexando.
4 *Lilia.* Gestus, & motus castissimos obseruando.
5 *Inaures.* Eius verba deuote audiendo.
6. *Et annulos.* Eius mãdata operibus adimplẽdo. Nã annuli sunt ornamenta digitorum, quibus manualiter operamur.
7 *Et om. orn. su. orna. se.* Hoc additur, quia nihil est omittendum de spiritualibus ornamentis.
8 *Cui etiam do. cont. splen.* Id est, spiritualem decorem, qui a solo Deo datur.
10 *Impo. itaque Abræ, &c.* Per hoc designatur, quòd Ecclesia non incorporat sibi aliquid de doctrina peruersa.
16 *Factum est autem cum desc. de mon. &c.* Litera sequens aliqua mendacia, & adulatoria videtur cõtinere secundum sensum literalem: sicut dictum fuit in expositione literali. Sensus autem mysticus literali contrarius non videtur bene conueniens, s. vt per perniciosa significetur virtuosa, propter quod talem modum exponendi mystice in præcedentibus euitaui, & ex eadem causa transeo vsque ad 13. cap.

Filia sum Hebræorum. Ideo ego fugi a facie eorum, quoniam ¹ futurum agnoui, quod dentur vobis in deprædationem, pro eo quod contemnentes vos noluerunt vltro tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac de causa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo adi- ² tu possit obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu ^a eius. Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eo quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad Dominum nostrum. Hoc autem scias, quoniã cum steteris in cõspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in cor- ³ ^b de eius. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, an- ⁴ nunciantes eam. Cumque intrasset ante faciem eius, ⁵ statim ca- ⁶ ^c ptus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntque ad eum satellites eius. Quis † contemnat populum Hebræorum, qui tam ⁷ decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare con- ⁸ tra eos debeamus? Videns itaque Iudith Holofernem seden- ⁹ tem in conopæo, quod erat ex purpura, & bysso, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum, & cum in faciem ^d eius intendisset, adorauit eum prosternens se super terram, & ¹⁰ eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente Domino suo.

a ¶Synceritatem religionis.

† non contemnat

a *Considerabant faciem, &c.* ✠ Augus. Huius fœminæ insidiosæ pulchritudinis nouitatem hostilis exercitus vehementer expauit, vt in eius obsequio vires amitterent, arma projicerent, & colla curuarent.

Ser. 118. de temp.

b *Duxeruntque illam, &c.* ✠ August. Deducitur ad prætorium subiectis ordinibus fraus Holofernis, & lugentis victoria ciuitatis. Quam cum videret Holofernes, solutus est sensibus, animam cum capite perditurus. Iacuit enim (dedecus iuuenum) mulieris vultu captiuus, licuit mulieri exarmare iuuenes, & debellare victores, sollicitam defendere ciuitatem, & barbarum subuertere bellatorẽ. Decepit syncera corruptum, pudica peremit adulterum, sobria iugulat ebriosũ. Illa enim tam barbaros animos infidioli vultus sui fraude confuderat, vt eum ligaret multarum arte fabularum, vt redderet inter exercitus victum, & inter arma captiuum.

c *Dixeruntque, &c.* Sub dominatione secularium principum libere manere permiserunt. Sicut Traianus licet in primis Christi Confessores persecutus sit, Plinio secundo admonente, lenioribus decretis edictum suum temperauit. Elius quoque Adrianus per Quadratum discipulum Apostolorum, & Aristidem Atheniensem virum de Christiana religione eruditus ad Munitium Fundanum proconsulem Asiæ epistolam misit, vt nemini liceret Christianum sine criminis obiectione, aut probatione damnare.

Traianus. Elius Adrianus.

d *Adorauit eum prosternens se super terram, & eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente, & cæt.* Non perturbatione timoris, sed obseruatione ordinis. vnde: *Et subditi estote in omni timo. Dom. & Deum timete, regem ho.* Et Apostolus: *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit,* Vnde Elias regem impium Achab adorasse legitur. vnde; Paulus apud Agrippã regem, & Festum præsidem causam suam agens, verba mansueta protulit. Similiter apud Holofernem Iudith de aduentu suo, & Iudæorum casu futuro loquitur, non adulatorie mentiẽdo, sed futura prophetice prædicendó.

1.Pet.2.c Rom.13.a 3.Reg.18. Act.26.a.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ideo ego. *Hæc autem verba Iudith, & sequentia nituntur aliqui verificare duplici via. Vna est per conditionalem subintellectam, vt sit sensus, quòd Hebræi sint in tali dispositione positi, quod tradantur Holoferni, & eius exercitui, nisi cito veniat eis auxilium a Deo. Alia est, vt eius verba mystice, seu prophetice intelligantur de spoliatione, & destructione Iudæorum, quæ futura erant tempore Titi per exercitum Romanorum. Sed prima via non videtur conueniens: nam seq. cap. Iudith affirmat diuinum auxilium ab Hebræis sublatum, & q per diuinam prouidentiam missa erat ad hoc nuntiandum. Similiter nec secunda. Nam Iudith non videtur loqui prophetice de tempore tam longinquo: sed magis historice loqui de casu Heb. imminẽti de propinquo. Item quia præter sensum mysticum, & figuratiuum oportet habere aliquem sensum literalem verum: quia quod nihil est, non potest aliquid figurare. Nec Holofernes turpiter deiectus ab Heb. potest conuenienter dici figura Titi victoriose Iudæos debellantis, & captiuantis: nam figura, & figuratũ, inquantũ huiusmodi correspondent. Propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi, q hæc verba Iudith, & sequentia saltem in pluribus sunt mendacia conficta ad liberationem populi Deum colentis, & ad deiectionem superbi cultum diuinum destruere intendentis: & tale mendacium est officiosum, & per consequẽs non est mortale peccatum, sed veniale tantum, a quo non oportet excusare Iudith: quia nec Apostoli longe perfectiores, & maxime post receptionem Spiritussancti, non dicuntur immunes a peccato veniali. 1. Ioan. 1. d.* Si diximus, quia peccatum nõ habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. *Et Galat. 2. dicit Paulus de Petro, quod erat vere reprehensibilis, scilicet in modo obseruandi legalia.*

2 Et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, &c. *Hoc verificari non potest ad literam, nec verificatio videtur conueniens in sensu mystico, vt prædictum est.*

3 Et eris gratissima in corde eius, &c. *Sciebant enim quòd erat luxuriosus.*

4 Cumque intrasset. *Postquam descripta est superius Hebræorum persecutio, hic consequenter ponitur persequentis deiectio. Et primo quantum ad eius mentem. Secundo quantum ad eius vitam corporalem, in medio cap. 12.* Et factum est quarto die. *Prima in duas. Nã Holofernes primo capitur in Iudith aspectu. Secundo decipitur in eius affatu, 11. cap. Circa primum dicitur:* Cumque intrasset. *s. Iudith.*

5 Ante faciem eius. *scilicet Holofernis.*

6 Statim captus est in suis oculis Holofernes, &c. *i. accensus immoderata concupiscentia eius, veruntamen si concupierit eam pro concubitu fornicario tantum, vel coniugali secundum intentionem Iudith, vt dictum est sup. cap. 9. non habetur clare: nam litera sequens aliquando pro vno sensu, aliquando pro altero videtur sonare, prout in sequentibus apparebit. Quicquid tamen fuerit ex parte Holofernis, intentio Iudith in orando, & se ornando fuit bona, vt dictum est supra excusando eam a peccato mortali. In mendacijs vero sequentibus non oportet eam excusare a peccato veniali, sicut si aliquis quærit placere mulieri propter bonum, si illa exardescat in eius concupiscentiam, non propter hoc eius bona intentio deterioratur, pro quibus tamen non commendatur in scriptura, sed pro affectione bona ad populi sui liberationem, & aduersarii diuini cultus deiectionem, multum in scriptura commendatur, sicut dictum est supra de obstetricibus Hebræorum, capitul. nono.*

7 Vt non. *habendis ad libitum.*

8 Merito pugnare. *Nam pulchritudo mulieris magis allicit, quàm aurum, & argentum.*

9 Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopæo, quod erat ex purpura, & bysso, & auro, & smaragdo, &c. *id est, in cathedra supra quam appensum erat conopæum, ad magnificentiam sedis, & decorem. Est autem conopæum cortina inferius rotunda, & tendens superius in acutum, ideo dicitur conopæum a cono, in quo superius terminatur, secundum alios vero dicitur a Conopo Aegypti oppido, in quo primo fuit inuentum.*

Conopæum.

10 Adorauit eum prosternens se super terram, & eleuauerunt eam serui Holofernis, &c. *Adoratione duliæ, propter reuerentiam magnitudinis, & potestatis suæ, quæ a Deo erat, quamuis Holofernes abuteretur, sicut homines mali communiter abutuntur gratiis a Domino sibi datis.*

CAP.

CAP. XI.

a ET dixit illi Iudith: Sume verba, &c.

Ser. 229. de tem. ※ AVGVSTINVS. Species custodit, quæ blanditur, & ne violenter pudicitia custodita lædatur, Holofernem alloquitur, vt desiderium mane concipiatur. *Ego*, inquit, *ancilla tua, Deum cœli obseruo, & nunc ibo per noctem, & orabo ad Dominum cœli, & cæt.* Non decuit pudicam mentiri; non intelligentibus dixit, perfecit quod actibus promisit. Dum regi alto sermone imaginariis verbis blanditur, bellator animus lasciuia soluitur, in amore armorum torpent vires innumerabiles militum, luxu regifico, nuptiarum pompa nullo nubente construitur, cũcti ebrietate soluuntur. Non delicata matrona pugnauit, sed sopor tibi quẽ ferias præparauit.

L. 2. de virg. ※ AMBROSIVS. Iudith se, vt adultero placeret, ornauit; quæ tamẽ quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram iudicabat. Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni, & pudorem seruauit, & patriã, fortassis, & nos seruãdo religionem, seruabimus etiam castitatem. Quod si Iudith pudicitiam religioni præferre voluisset, perdita patria, etiam pudicitiam perdidisset.

a Missa

CAP. XI.

1 TVnc Holofernes dixit ei. Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo, 2 quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si non contempsisset me, non alleuassem lanceam meam super eum. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illi Iudith: 3 Sume verba ancillæ tuæ, 4 qm̃ si secutus fueris verba ancillæ tuæ, 5 perfectam rem faciet Dominus tecum. 6 Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium, quoniam non solum homines seruient illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. 7 Nuntiatur enim industria animi tui vniuersis gentibus, 8 & indicatum est omni seculo, 9 quoniam tu solus bonus, & potens es in omni regno eius, 10 & disciplina tua omnibus pro- 11 uinciis prædicatur. 12 Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei iusseris euenire. Constat enim Dominum Deum nostrum sic peccatis offensum, 13 vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quod tradat[a] eum pro peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse[b] Deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est. 14 Insuper etiam fames[a] inuasit eos, & ab ariditate[b] aquæ iam inter mortuos computantur. 15 Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant[a] sanguinem eorum, 16 & sancta Domini Dei sui quæ præcepit Deus nõ contingi, in frumento, vino, & oleo, hęc cogitauerunt impendere, & volunt consumere, quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt[a], certũ est ꝙ in ꝑditionẽ dabuntur. 17 Quod ego ancilla tua cognoscens fugi ab illis, 18 & misit me Dñs hęc ipsa nũtiare tibi. Ego enim ancilla tua Deũ co-

a ¶Tempore Titi & Vespasiani. b ¶Morte Christi.

a ¶Sicut Iosephus in eadem obsidione narrat euenisse. b ¶Inopia.

a ¶Hoc quoque tunc factum est.

a ¶Tunc quoque Christiani admoniti in oppidum Pellam trans Iordanem fugerunt.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

1 TVnc Holofernes. *Hic consequenter Holofernes decipitur Iudith affatu, quam primo consolatur dicens:* Aequo animo. *Et subditur ratio.*

2 Quoniam ego. *Ipse dicebat falsum: quia sicut dicitur supra 3. cap. quantumcunque homines sibi subiecti erant, tamen ferocitatem pectoris eius mitigare non poterant, quin eis inferret multa mala. Secundo Iudith interrogatur, cum dicitur;* Nunc au. *Et patet.*

3 Sume verba. *Hic consequenter Iudith respondet ad interrogata. vbi primo ponitur eius responsio. Secundo responsionis approbatio, ibi;* Placuerunt autem. *Circa primum Iudith, vt fallat fallacem, & illudat illusorem, primo magnificat eius potentiam. Secundo approbat eius sententiam, ibi;* Nec hoc latet. *Tertio allegat diuinam prouidentiam, ibi;* Quod ego ancilla. *Circa primum dicit;* Sume verba. *Non solum aure corporis, sed & mentis.*

4 Quoniam si. *Eis assentiendo, & secundum ea faciendo.*

5 Perfectam rem. *i. te faciet pertingere ad intentum.*

6 Viuit. *i. sicut verum est, quòd Nabuchodonosor viuit, & tu similiter; ita vera sunt quæ sequuntur, nec est hoc iuramentum, vt dicunt aliqui; quia non excusaretur Iudith a iuramento falso, quod est peccatum mortale, sed est simplex assertio falsi, ad fallendum fallacem, vt dictum est.*

7 Nuntiatur enim animi tui industria. *id est, prudentia bellica quæ bene est in malis hominibus, & in hoc dicit verum; nam Holofernes erat famosus in armis.*

8 Et indicatum est omni seculo. *id est, multis valde, & est hic hyperbole.*

9 Quoniam tu solus bonus, & potens es in oĩ regno eius, &c. *id est, valde excellens in regis militibus, & hæc bonitas est aliquando in malis hominibus; nam sicut dicitur 5. Metaphys. Bonum ad mala transferimus, sicut dicitur bonus latro, qui vias accommodas adinuenit ad faciendum latrocinia.*

10 Et disciplina tua. *Qua subiecisti multas gentes Nabuchodonosor regi.*

11 Omnibus prouincijs prædicatur. *id est, multis prouincijs.*

12 Nec hoc latet. *Hic consequenter approbat Holofernis sententiam de Achior, quantum ad hoc quòd debeat occidi cum filijs Israel propter offensam Dei contra eos. Et patet litera vsque ibi.*

13 Vt mandauerit per prophetas suos, &c. *Hoc apparet esse falsum ad literam; nam sic Iudith contra mandatum Dei scienter fecisset impediendo traditionem ciuitatis Holoferni, sup. 8. c.*

14 Insuper etiam fames, &c. *Hæc erant vera saltem in parte magna.*

15 Denique hoc ordinauit. *Nota quòd non sequitur hic vt videtur quod dicit; quia per sanguinem, & sanctorum pollutionem intellexit ciuitatis traditionem quam conceperant priori die compleuisse, & sic quantum in eis erat, sanguinem bibissent occisorum & sancta polluissent, quia ipsi fuissent copulati, qui velit inspiciat; cum omnis actio eius ex virtute pendebat, quæ non dicit falsum, vel facit, sed virtualiter oculos falsorum verbis, & per sententiam veritatis intrinsecam claudit, & eruit, ne veritatem considerent. Et sic videtur hic metaphorice, vel rhetorice loqui quod patet. Quomodo enim posset homo sanguinem bibere: quia si crudum sumeret moreretur, & adhuc non videtur posse extinguere sitim, si decoqueret, non valeret potationi. Sed aduersarii ideo, vt dixi, in mysterio verborum fuerunt decepti, eo quòd non considerabant huius rei impossibilitatem, &c. Et superiora qui vellet considerare, forte inueniret quòd nullum vitium quantumcunque minimum fecisset, vel in aliquo defectuosa posset iudicari. Hoc videtur etiam esse falsum; quia bibere sanguinem erat eis maxime prohibitum.*

16 Et san. *Non vocantur hic sancta vasa consecrata ad sacrificandum Domino, seu oblationes, & sacrificia, vt dicunt aliqui: nam talia non erant, nec fiebant extra Ierusalem. Sed sancta dicuntur hic primitiæ, & decimæ quæ debebantur sacerdotibus, & Leuitis: in necessitate tamen poterant comedi ab aliis, sicut Dauid, & viri eius comederunt panes propositionis, & de voluntate summi sacerdotis, vt habetur 1. Regum 21. Et ideo Iudith videtur hic simpliciter falsum dixisse cum subditur; Et volunt consumere quod nec manibus deberent contingere. Et si sancta intelligantur hic vasa sacra, similiter falsum dicit; quia non erant in Bethulia.*

17 Quod ego. *Hic consequenter ad suum propositum allegat diuinam prouidentiam dicens.*

18 Et me misit Dominus. *Quod enim venit ad liberationem populi, fuit a Domino; sed quod ad hoc dixit mendacia, non fuit ab eo, sed a muliebri malitia. Non enim indiget Deus mendaciis hominum ad perficiendum opera sua.*

1 Placue-

A a *Missa sum.* Prima via salutis fuit gentibus, prædicatores Euāgelij grataner recipere, & fidem præbere, & per eorum doctrinam ad agnitionem veritatis venire.

b *Placuerunt.*

Lib.3.off.c.13 ✻ Ambros. Ecce tibi Iudith se offert, mirabilis, quæ formidatū populis virū Holofernē adijt, Assyriorum triumphali septum caterua, quem primo formæ gratia, & vultus decore percussit: deinde sermonis circumscripsit elegantia. Primus triumphus eius, quòd integrum pudorem de tabernaculo hostili reuexit. Secundus, quod fœmina de viro reportauit victoriam, fugauit populos cōsilio suo, horruerūt Persę audaciā eius. Vtriq; (q̄d in illis Pythagoręis duobus miraͦ) nō expauit mortis piculū, sed nec pudoris, quod est grauius bonis feminis; nō vniͦ ictū carnificis, sed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatorū femina, inter victricia arma, secura mortis. Quātū ad mole spectat periculi, moritura processit; quantum ad fidem, dimicatura.

lo, etiam nunc apud te, & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem. Et habebis omnem populum Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit, vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. Placuerunt 1 autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum: Non est 2 3 talis mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes: Benefecit Deus qui misit te ante populum, vt † des illum tu in manibus nostris, & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu 4 in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in 5 vniuersa terra.

† ducas

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio

1 Placuerunt autem. *Hic consequenter ponitur responsionis Iudith approbatio: & primo, verbo: secundo, facto. cap.12. Circa primum dicitur:* Placuerunt autem, &c. *Quia prætendebat Holoferni, & eius exercitui prospera.*

2 Et dicebant alter. *Mirantes eius pulchritudinem, & facietiam.*

3 Non est talis mulier, &c. *Ex hoc videbantur innuere, quòd esset aptissima coniungi suo principi vinculo matrimonij, & hoc idem videntur sonare verba Holofernis, quæ sequuntur.*

4 Si fecerit mihi, &c. *Per hoc enim q consentiebat colere Deum Iudith, videtur q eā cogitabat accipere in coniugem. vnde & subditur.*

5 Et tu in domo, &c. *Sicut Holofernes erat maior post regem.*

CAP. XII.

C a *TVnc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere, &c.*

Lib.3.of.c.13 ✻ Ambrosius. Honestatem secuta est Iudith; & dum eam sequitur, vtilitatem inuenit. Honestatis enim fuit prohibere, ne populus Dei se prophanis dederet, ne ritus patrios, & sacramenta proderet, ne sacras virgines, vidua graues, pudicas matronas, barbaricæ subijceret impuritati, ne obsidionem deditione solueret. Honestatis fuit se malle pro omnibus periclitari, vt omnes eximeret periculo.

Lib.1. offic. cap.14. ✻ Idem. Liquet igitur id quod decorum est, semper esse vtile. Nam & Iudith sancta, decoro contemptu propriæ salutis soluit obsidionis periculum, & publicam honestate propria acquisiuit vtilitatem.

CAP. XII.

¶Holofernes, & principes seculi.

a ¶Ecclesia enim requiescit apud eos qui intelligentiam, & fidem sanam recipiunt in thesauro mentis.

a TVnc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri e- 1 ius, & iussit illic manere eam, & cōstituit quid dare- 2

a ¶De cultu religionis suæ, studient enim ad illecebras carnalium voluptatum adducere & pertrahere.

tur illi de cōuiuio suo. Cui respōdit Iudith, & dixit: Nunc nō potero manducare ex his q̄ mihi præcipis 3 tribui, ne veniat super me offensio. Ex his autē quæ 4

a ¶Principes seculi. b ¶Videtur talibus cultus religionis vilis, & despectus.

mihi detuli, mādúcabo. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, q̄ tecum 5

a ¶Gratiam diuinam sibi celeriter subuenire repromittit.

detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith: Viuit anima tua Dn̄e meus, 6 qm̄ non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quo

a ¶Huius seculi.

præceperat, & petijt dum introiret, vt daretur ei † copia nocte, & ante lu- 7 8

a ¶Non sit vobis vanum surgere ante lucem.

cem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominū. Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut placeret illi, exiret, & introiret ad orandum Deū

a ¶Catholicæ confessionis per fidem, spem & charitatem.

b ¶Fonte lachrymarum, vnde: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis, &c.

suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat 9 se in fontem aquæ. Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Et introiens, mun- 10 da manebat in tabernaculo vsque dum acciperet escam suam in vespere. 11

† fiducia

✻ Holo-

NICOLAVS DE LYRA, CAP. XII.

1 TVnc iussit eam. *Hic consequenter approbatur responsio Iudith per factum, nam Holofernes iussit eam introire ad locum vbi erant sui thesauri, tanquam charissimam sibi, & confidens de ea, tanquam de coniuge propria. ideo subditur.*

2 Et constituit quid da. *Sollicitus de ea, sicut de corpore proprio.*

3 Nunc non. *q.d. excusatam me habeas paruo tempore.*

4 Ne veniat. *Erant enim ibi aliqua cibaria lege prohibita.*

5 Si defecerint. *Ex hac enim sollicitudine circa victum Iudith, apparet amor incensus ad eam.*

6 Viuit anima. *i. sicut verum est, quòd tu viuis, ita verum est quòd ego non consumam hæc cibaria, antequam fecerit Deus, quæ cogitaui. Et in hoc verum dixit. Nam prius interfectus fuit Holofernes per eam, quod facere cogitabat. Holofernes autem intellexit de traditione ciuitatis in manu sua, referens dictum Iudith ad eius verba superiora.*

7 Et petijt dum intro. *i. dum ire inciperet adhuc præsens coram Holoferne.*

8 Vt daretur ei. *vt deuotius Deum exoraret extra infideliū castra.*

9 Et baptizabat se in fontem aquæ, *i. se lauabat ante orationem, secundum modum Iudæorum.*

10 Et introiens. *A consortio Gentilium.*

11 Vsque dum acciperet escam suam. *Ex quo patet, quòd ieiunabat, vt eius oratio esset magis exaudibilis a Deo.*

1 Et

a *Holofernes fecit cœnam seruis suis, &c.* ✠ August. Paratur conuiuium regi, Iudith interesse iubetur. Illa cōsentit vt vincat, accedit ad conuiuium nihil de cibis, aut poculis hostium gustatura, quæ suis vtēsilibus voluit esse contenta. Quāuis ille bellator armorū tam castissimæ fœminæ male sanus attenderet vultum, illa tamen (quare venerat) de eius capite cogitabat: quo sublato, defectis ciuibus subueniret, & multa capita tueretur, defenderet, vindicaret.

Ser. 128. de temp.

✠ Ambrosius. Vinum post diluuium iustus ad tentationem sui reperit. Vtamur ergo temperanter naturali cibo. Vino modico vtere, ait Apostolus, propter frequentes tuas infirmitates. Non ergo propter voluptatem bibendum est, sed propter infirmitatem. Helias ad caput suū collyridā, & vas aquæ reperit, & in virtute escæ illius quadraginta diebus ieiunauit. Patres cum mare transirent pedibus, aquam non vinū bibebant. Daniel & Hebræi pueri patrio cibo, & aquæ potu, ille furorem leonū repressit, isti ardentem ignem innoxio videre tactu circa mēbra sua pasci. Et quid de viris loquar? Iudith luxurioso Holoferni haudquaquam interfuit conuiuio, solo titulo sobrietatis desperatum laceratis viribus reportauit triumphum, patriam obsidione exuit, duc em militiæ suis manibus occidit. Exemplū euidens quod & illum terribilem populis bellatorem virum luxuria sua emolliuit, & hāc fœminam temperantia cibi fortiorem viris fecit. Nō hic in sexu suo victa est natura, sed in cibo suo victa est: & regem superbum suis inclinauit ieiunijs.

Epist. 81. 1. Tim. 5. 3. Reg. 19.

✠ Hieron. Vino sensus hominis euertitur, pedes corruūt, mens vacillat, libido succenditur; Vñ Apost. dicit: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Habet vnusquisq; sententiæ suæ potestatē. Ego Apostolum sequor in vino ebrietatē. Ebrietatem autem, & luxuriam inter carnis opera numerari, nec illa pōt negare, qui eisdē passionibus vincitur.

In 5. ad Gal. Ephes. 5.

b *Et accepit.* Non inquinatur cibis Gentiliū, aut superstitione. Ecclesia n. inter gētes habitās, idololatria nō polluitur; sed his quæ deuotio fidelium per obedientiā præparat, vtitur. vnde: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me patris.*

Ioan. 4. c

a [1] Et factum est in quarto die Holofernes fecit cœnam seruis [2] suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum: Vade, & suade [3] Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. [4] Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum agendo, [5] vt immunis ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: [6] Nō vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, & manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith respondit: [7] Quæ ego sum, vt contradicam Dōmino meo? omne quod erit ante oculos eius bonum, & optimum faciam. Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. [8] [9] Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. [10] Cor autem Holofernis concussum est, erat enim ardens in concupiscentia eius, & dixit ad eam Holofernes: [11] Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam coram me. Et dixit Iudith: [12] Bibam Domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. b Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea, quæ parauerat illi ancilla eius. [13] Et iucundus factus est Holofernes ad illam, [14] bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

a ¶Luce Euangelii coruscante victoria de hoste speratur. a ¶Quæ Vagao hortatur, ad illicitas voluptates pertinent. a ¶Iudith respondit: constantis animi virtutes ostendit. a ¶Deo. ¶Ambigue illusorem illudit. ¶Summo Deo. a ¶Quæ resurgere hortatur a ruina impietatis. b ¶Virtutum operibus. a ¶Aliis sumus odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam. a ¶Spirituales enim virtutes ad carnales concupiscentias, multi reflectunt quas per prædicatores audiunt. a ¶De quo: Nolite inebriari vino in quo est luxuria: Et fel draconum vinum eorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et factum. *Postquam descriptus est Holofernis casus, quantum ad mentem, hic consequenter describitur casus eius, quantum ad vitam corporalem. Circa quod primo ponitur dispositio, secundo Holofernis iugulatio. cap. 13. Dispositio vero ad mortem Holofernis fuit ardor libidinis, & ex eo sequens sopor ebrietatis, & hoc notatur cum dicitur:* Et factum est quarto die ab egressu Iudith de ciuitate Bethuliæ.

2 Holofernes fecit cenam. *Quasi pro nuptiis Iudith, cui intendebat sequenti nocte copulari, ideo subditur.*

3 Vade, & su. Hebræam illam, vt sponte cōsen. habita. mecum: *per concubitum carnalem.*

4 Fœdum est enim. *id est, probrosum.*

5 Si fœmina irrideat virum. *id est, quòd fuerit per aliquod tempus in sua potestate absque carnali copula.*

6 Non vereatur bona puella intrare ad Dominum meum. *Inuitat eam primo ad cibum, & potum, vt inde deducatur ad carnalem concubitum.*

7 Quæ ego sum, vt cum Domi. meo? *Quasi dicat, non decet quòd ego contradicam vllo modo.*

8 Hoc mihi erit optimum. *Videbat enim per hoc appropinquare tempus opportunum ad interficiendum ipsum.*

9 Et surrexit, & or. se ve. suis. *sicut sponsa coram sponso.*

10 Cor au. Holo. con. est. *nimio ardore libidinis commotum est: nam etsi volebat eam cognoscere, tanquam vxorem, non tamen mouebatur ad hoc amore prolis, sed ardore libidinis.*

11 Bibe nūc, & accumbe in iucunditate: qm̄ in. gra. co. me: *Ex hoc videtur q̄ reputabat eam, tanquam sponsam sibi gratissimam.*

12 Bi. Domine, quoniam magnificata est anima mea. *Ex hoc, q̄ videbatur appropinquare hora liberationis populi sui.*

13 Et iucundus factus Holo. ad eam. *credēs eius frui amplexibus.*

14 Bibitque vinum multum nimis. *ex ardore namque libidinis iam amiserat discretionem cauendi sibi ab excessu vini.*

CAP. XIII.

a *Vt autem se. &c.* ✠ Chrysost. Dum lætitia vultus ieiunium texit, de hoste triumphum victoriæ reportauit. Similiter Hester sanctissima dum tota facie, & capite vncto, post triduanum ieiunium, Aman populi sui inimicū immanissimum interemit.

Homil. 10. ex varijs in Mat. loc.

b *In lecto nimia, &c.* Nefandæ securitatis, quia se impune peccare confidit. vnde: *Impius cū in profundū peccatorū venerit, contēnit.* a Caput

Prou. 18. a

CAP. XIII.

a V[1]T autem sero factum est, festinauerunt [2] serui illius ad hospitia sua, & conclusit [3] Vagao ostia cubiculi, & abijt. Erant autem omnes fatigati a vino. Eratque Iudith sola in cubiculo. † Porro Holofernes b iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.

a ¶Id est, luxuria. ¶De quo, Nolite inebriari.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

Diuisio.

1 VT autem sero factum est. *Præmissa dispositione ad interfectionem Holofernis, hic consequenter describitur eius iugulatio, & secundo iugulationis manifestatio, ibi:* Et dixit. *Circa primū dicitur.*

2 Festinauerunt serui. *i. tentoria, vt ibi requiescerent, & dormirent: nam omnes a vino fatigati erant, vt subditur postea.*

3 Et con. Vagao ostia cu. *Holoferne in lecto suo posito, & dormiēte.* 1 Dixit

MORALITER.

1 *Vt autem sero factum est.* Sequitur.

† *Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebriet. &c.* Per quam significatur illa ebrietas, de qua dr̄ Apoc. 17. b. *Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum.* Tyrannus enim qui membrum est diaboli, inebriatur de sanguine innocentum, aliquos realiter occidendo, & aliquos interpretatiue, scilicet bona, de quibus debent viuere violenter auferendo.

a *Caput Holo.* Recordationem confecti belli sollicite iubet memorari. vnde: *Sobrii estote, & vig. &c.*

1 Pet. 5. b — L. 3. de viduis.

✻ Ambros. Inebriatis vino viris, & somno sepultis, abstulit vidua gladium, exeruit manum, bellatoris abscidit caput, per medias hostiũ acies intemerata ꝓcessit. Aduertatis igit, quantum nocere mulieribus possit ebrietas, quando viros vina soluunt, vt vincantur a fœminis. Nam si Iudith bibisset, dormisset cum adultero, sed quia non bibit, haud difficile ebrios exercitus vnius sobrietas, & vincere potuit, & eludere.

† protegas

Lib. de Elia, & Ieiun. c. 9. — † Conforta

✻ Idem. Ideo potentes vinum prohibentur bibere, ne cum biberint, obliuiscantur sapientiam. Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militiæ regis Assyriorum se tradere gestiebant, sed non bibebat fœmina Iudith, ieiunans omnibus diebus viduitatis suæ. His armis munita processit, & omnem Assyriorum circumuenit exercitum. Sobrij vigore consilij abstulit Holofernis caput, seruauit pudicitiam, victoriam reportauit. Hæc enim succincta ieiunio, in castris prætendebat alienis; ille sepultus iacebat, vt ictum vulneris sentire non posset. Itaque vnius mulieris ieiunium innumeros strauit exercitus Assyriorum.

Prou. 31.

✻ August.

✻ August. Constructo thalamo concitatur ad ducẽ pronum amore, victum somno, elisum virum in strato, bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum, post teneritudinẽ fusi, hebeni capulum quærit. Mucro matronã nõ terruit, sed armauit, quę ita pugnauit. Coruscus ensis caput abstulit hosti, persoluitur, in patrijs mœnibus victoria suspenditur.

Ser. 229. de temp.

✻ IDEM. Post pusillum exiuit foras, quasi ad orationem secundum consuetudinem. Ecce castitas. Orationis fauore castitas pudorem proprium seruauit intactum, & quietum, decepitq; alienum.

Ser. 228.

b *Venerunt.* Introitum regni Christum, scilicet, qui dicit: *Ego sum ostium, & via, per me si quis introibit sal. & cat. & pas. in.* Et alibi: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*

Ioan. 10. b — Matt. 11. d

c *Custodi.* Id est doctoribus, qui verbo, & exemplo Ecclesiam muniunt, & ad vitam æternam introducunt, de quibus dicitur: *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes.* Vel angelicis spiritibus, qui nobis in custodiam missi, malignos spiritus excludunt.

Esa. 62. b

d *Aperite.* i. deuotionẽ cordis. vnde dicitur; Qui hẽt aures audiendi audiat quid spi. di. ec. secundum illud; *Beatus qui causam suam loquitur in aure audientis.* Dominus virtutẽ populo suo dabit

Apoc. 1. b — Eccl. 25. b

a ¶Ecclesia. b ¶Vnicuique fidelium. c ¶Ostiorum, s. custodiam, s. catholicæ fidei obseruantiam commisit.

Dixitque Iudith puellæ suæ, vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret. **1**

a ¶Animo constanti. b ¶Supernum auxilium. c ¶Interiorum.

Stetitque Iudith ante lectum, orãs cum lachrymis, & labiorum

a ¶Intima deuotione cordis. b ¶Infirmam confidentem in te. c ¶Videntium te. d ¶Velociter exaudi me.

motu in silentio, dicens: Confirma me Domine Deus Israel, & respice **2**

a ¶In qua necesse est. b ¶Ecclesiam.

in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti Ierusalem **3**

a Ab imo vitiorum. b In te.

ciuitatem tuam † erigas, & hoc quod credens per te posse fieri cogi-

a Deliberatione animi. b Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. c Praui cordis duritiam quæ errorem gerunt vanæ securitatis.

taui, perficiam. Et cum hæc dixisset, accessit ad columnam quæ erat ad

a Malitiam iniquæ intentionis. b Aperiendo aliis.

caput lectuli eius, & pugionem eius qui in ea ligatus pendebat, exol- **4**

a Elationem superbæ mentis.

uit. Cumque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, &

ait: † Confirma me Domine Deus Israel in hac hora, & percussit bis **5**

a Contumaciam iniquæ actionis. b Occasionem proteruæ tentationis. c Detegendo alijs. d Quod est rete muscarum, i. insidiæ dolosæ cogitationis quibus simplices, & incautos decipit.

in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopæum eius a

a Inimicum infirmum ostendit, & debilem, vt sciant eum milites Christi posse superare.

columnis, & euoluit corpus eius truncum. Et post pusillum exiuit, & **6**

a Adepta victoria. b Auditoribus suis. c Memoriam cordis.

tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit, vt mitteret illud in pe-

a Sponsa, & adolescentula.

ram suam. Et exierunt duæ secundum consuetudinem suam, quasi ad **7**

orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem venerunt ad por- **8** **9**

Ecclesia. a Castrorum ecclesiæ. b Suffragijs vestris.

tam ciuitatis. Et dixit Iudith a longe custodibus murorum. Aperite **10** **11**

a ¶Cœli. vnde: Aperite mihi portas. b ¶In membris. ¶Qui est caput.

portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Et fa-

a ¶Doctrinam. b ¶Ecclesiæ. c ¶Maiores.

ctum est cum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciui- **12**

a ¶Audiendam. b ¶Plebe. c ¶Maiores, id est, Doctores.

tatis, & occurrerunt ad eam oẽs a minimo vsq; ad maximũ, quoniam **13**

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitque Iudith puellæ suæ, vt. *Ne forte aliquis superueniret. Exierat enim modicum de cubiculo Holofernis ad dicendum hoc ancillæ suæ: nam ante erat sola in cubiculo, vt dicitur in litera.*

2 Confirma me Domine Deus Israel, & re. in hac ho. ad opera ma. *nã in tali facto solet cor, & maxime mulieris expauescere.*

3 Vt sicut. *Sicut enim per prophetas prædixit eam propter peccata destruendam, ita etiam promisit per eos post pœnitentiam populi reædificandam; vt patet in Esaia, Ieremia, Zacharia, & pluribus aliis prophetis.*

4 Et pugionem eius. *id est, ensem, & dicitur a pungendo.*

5 Et percussit bis in cer. eius. *i. in collũ ad amputãdũ ceruicem.*

6 Et euoluit corpus eius trun. *i. de lecto voluit ad terrã, vt habetur infra 14. vt cum quis intraret, statim videret eum decapitatum.*

7 Et exierunt duæ secundum consuetudinem suam. *Quasi ad orationem, & propter hoc vigiles Assyriorum non fecerunt circa eas aliquam perscrutationem secundum mandatum Holofernis, qui dederat eis hanc libertatem, vt habetur cap. præced.*

8 Et transierunt castra. *Assyriorũ liberè propter dictam causam.*

9 Et gyran. vallem ve. &c. *Vt venirent ad portam Bethuliæ a castris Assyriorum remotiorem.*

10 Et dixit Iudith a longe custo. *Hic consequenter ponitur mortis Holofernis manifestatio, & primo populo fideli. secundo Achior Gentili, ibi;* Porro Achior vocatus venit. *Prima in duas: nã primo ponitur dicta manifestatio. secũdo Iudith benedictio ibi;* Vniuersi autẽ adorantes. *Prima adhuc in duas: nã primo fit manifestatio murorum custodibus. secundo aliis ciuibus, ibi:* Illa autem ascendens. *Circa primum dicitur,* Et dixit Iudith a longe custodibus murorum. *Iam enim sic erat elongata ab Assyriis, quòd nõ poterat audiri ab eis.*

Diuisio.

11 Aperite portas; quoniam nobiscum est Deus qui fecit virtu. *Per hoc autem insinuauit mortem Holofernis.*

12 Vocauerunt presbyteros ci. *Vt honorificentius Iudith reciperetur.*

13 Quoniam sperabant eam iam non esse ventu. *Spes proprie non est, nisi de bono; hic autem accipitur de malo. & ideo accipitur valde improprie, scilicet pro timore valde probabili, de morte eius violenta, atque ipsius retentione.*

8 Et — 1 Con-

MORALITER.

† Et talem occidit Iudith, id est, Ecclesia, quando propter mala sua per excommunicationem separat eam a fidelium cœtu. Et sicut in Holofernis occisione fuit bina percussio, sic in excommunicatione debet esse bina monitio. Potest autẽ aliter exponi, vt per Holofernem significetur Hæresiarcha, qui ebrius est pestifera doctrina. de qua dicitur Deuter. 32. c. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* & interpretatio consonat. Holofernes enim interpretatur infirmitas discessionis: talis enim infirmatur ex discessione a vera fide, & talis debet ab Ecclesia excommunicari.

dabit, cũ quo scilicet, apicem cælestis regni, ascendit, vnde. *Nemo ascendit in cælum nisi qui de.de cæ.*
a *Illa autem as.* Ad cælestia dogmata sermonẽ conuertens, & ad laudandũ Deum pro beneficiis suis auditores attollens.
b *Et interfeci.* De quo. *Ipsa conteret, caput etc.* Et in euãgelio. *Dabo vobis potestatem, calcandi super serpẽtes & scorpiones & super omnes virtutes inimici.*
c *Et ecce.* Scito te quãta sit malignitas, quãta fraus inimici nostri, quanta pietate a nobis superatus sit, quos dominus illęsos ab omni fraude & erroris contaminatione custodit, vt his inspectis conditori & redẽptori nostro gratias agatis. vnde. *Sobrii esto te & vi.* Et. *Timeo ne sicut serpens seduxit Euã astutia sua, ita et sensus nostri corrumpantur.* Et item. *Confortamini in domino & in*

Io.3.b. Gen.3.c. Luc.10.c. 1.Petr.5.b. 2.Cor.11.a. Ephes.6.b.

a Tribulationibus oppressam. b Piam cordis intentionem vniuersis errorum tenebras expellentem.

sperabant eam iam non esse venturam. Et accedentes luminaria † congyrauerunt circa eam vniuersi. Illa autem ascendẽs in eminentiorem

a Vnde Audi Israel & tace. b Attenti. c A strepitu mundi.

locum, iussit fieri silentium. Cumq; omnes tacuissent, dixit Iudith. Lau

a Non me non hominem.

date dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, & in

a Vnde Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.

me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam quam promisit domui

a Feminæ. b Diabolum.

Israel, & interfecit in manu mea hostem populi sui, in hac nocte. Et

a Hostis. b Mentem.

proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis dicens. Ecce caput

a Domum in qua confidebat.

Holofernis principis militiæ Assyriorum. Et ecce conopæum illius in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi & per manum fœminæ percussit illum dominus Deus noster. Viuit autem ipse dominus quoniam custodiuit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me † vobis, gauden-

a Non mea. b Euasi manus hostis.

tem in victoria sua, in euasione mea, in liberatione vestra. † Cõfitemini

a Vnanimiter. b Solus. c Effectus misericordiæ.

illi omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Vniuersi autem adorantes dominum, dixerunt ad eam. Benedixit te do-

a Contriuit inimicum & satellites eius.

minus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

a Cuius fides & confessio in toto orbe obtinet palmam.

Porro Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam. Benedicta es tu filia

a Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.

a domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus dominus qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationẽ generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectũ Dei nostri. † Et dixit omnis populus, fiat, fiat. Porro Achior vocatus venit Et dixit Iudith. Deus Israel cui tu testimonium dedisti, quod vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorũ incidit in

a Huius seculi.

hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel cõtẽpsit, & tibi interitum minabatur dicens, † cum captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suam super terram & † æstuauit ani-

in poten. vir. eius. & induite vos armatura Dei.
d *Quia hodie nomen tuum, etc.* Laus ecclesiæ non recedet de ore hominum, qui memores sunt studij & operũ eius quæ per dilectionẽ Dei & proximi præsentes tribulationes secura sustinet, fide plena & spe firma, attendens eminẽtiam cęlestiũ premiorum, vbi sociabitur beatitudini angelorum.
e *Videns autem Achior.* Per Achior principẽ Ammonitarũ, pagani vel heretici designantur, qui vidẽtes ecclesię fidem hostium superasse ferocitatẽ nimio pauore concutiũtur & superbiam suã humiliantes ecclesiã venerantur, et sequaces suos errorẽ relinquere et fide lib. sese sociare hortãtur. vnde Esaias. *Venient ad te curui filii eorum qui te humiliauerunt, et adorabunt vestigia pedum tuorũ omnes qui detrahebant tibi.*

CAP.

† Congregauerunt. † ad vos. † Psal. 105.a. 106.a. 117. 135.a. † supra 10.b. inf. 15.d. Esai. 60.c. † Infra 5.d. & 6.a. † hæsitauit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Congyrauc. *nam ex omni parte nitebantur sibi appropinquare.*
2 Illa autem. etc. *Hic consequenter manifestatur mors Holofernis ciuibus cum dicitur.* Illa ascendens in eminentiorem loc. *vt posset ab omnibus videri.*
3 Iussit fieri silenti. *vt melius posset audiri, et incepit a diuinis laudibus loqui dicens.*
4 Laudate dominum Deum nostrum, &c. *id est, nos positos in tanta necessitate.*
5 Et in me. *idest, per me instrumentaliter.*
6 Adimpleuit, &c. *promisit.n. per prophetas, sicut patet in pluribus locis, populũ Israel ab hostib. liberare, si tamen colerent eũ vere.*
7 Et proferens. *ad declarationẽ veritatis. Et ne aliqua suspicio oriretur, quod Holofernes seu aliquis alius tetigisset eam inhoneste, ideo subditur.*
8 Viuit. *idest, sicut verum est quod ipse est vita per essentiam, ita verum est quod sequitur.*
9 Quoniam custo. *Et patet litera. Et finaliter pro tãtis beneficiis inuitat omnes ad confessionem diuinæ laudis, dicens.*
10 Confitemini illi omnes, etc. Vniuersi autem. *Hic cõsequenter ponitur ipsius Iudith benedictio seu commẽdatio, et primo a plebe cum dicitur.* Vniuersi autem adoran. *secũdum ipsius Iudith verbũ.* Dixe-
11 Dixerunt ad eam. *id est, benedicendam te reddidit ab omnibus.*
12 Quia per te ad nihilum redegit. *Mortuo namque principe reputabant exercitum eius iam periisse, Secundo benedicitur seu commẽdatur a principe, cum dicitur.*
13 Porro Ozias. *& patet.*
14 Benedictus dominus, etc. *Et per hoc intelligũtur alia corpora media, & creaturæ in eis existentes.*
15 Qui te direxit. *sua bonitate.*
16 In uulne. *quod est supra constantiam mulieris.*
17 Vt non recedat. *quod videmus adimpletum, nam ad eius laudẽ per vniuersalem ecclesiam recolitur hoc factum.*
18 Non peper. ani. tuę. *id est, vitæ tuæ eam periculis exponendo.*
19 Porro Achior. *Hic cõsequenter vltimo manifestatur mors Holofernis Achior Gentili cum dicitur.* Porro Achior vocatus venit. *Non.n. consilium Hebræorũ audebat ingredi nisi specialiter vocatus, quia non erat adhuc incorporatus illi populo.*
20 Deus Israel, etc. *vt habetur sup. c. 5. Cætera patent ex dictis.*
21 Videns autem Achior ca. Holo. anguft. *idest, præ nimia admiratione de tanto facto per manum fœminæ.*
22 Cecidit in. &c. *Passiones enim vehementes & subitæ faciũt magnam transmutationem in corpore, & sic frequenter faciunt cadere.*
23 Et æstuauit anima. *i. passa fuit exinanitionem.* Postea

MORALITER.

19 *Porro Achior.* Per istum qui Gentilis erat populus gentiũ designatur, qui videns miracula pdicationẽ fidei cõfirmãtia reliqt cultũ idololatrię, & adhæsit firmiter fidei orthodoxę.

A ma eius. Postea vero quam resumpto spiritu [1] recreatus est, procidit ad pedes eius, & adora- [2] uit eam & dixit. Benedicta tu a Deo tuo in [3] omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni D gente quæ audierit nomen tuum, & magnificabitur super te Deus Israel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Postea, *transeunte dicta passione.* 2 Procidit ad pe.&c. *reverentiam exhibendo.* 3 Benedicta tu a Deo tuo in omni. *ab omnibus habitantibus in tabernaculis Hebræorum, & a Iacob descendentium.*

CAP. XIIII.

Ser.228.de temp. a Dixit autem Iudith, &c. ※ Aug. Iacet inclusum cadauer, & iam foris est caput. Cum palmifera castitate Iudith ad ciues, solicite festinat, nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationem ante ire fuerat concessum. Iam recipit attonita ciuitas tantæ victricis reditus B triumphales, iã luctus conuertũtur in gaudiũ iã portæ plenissima securitate panduntur, iam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostili †tabernaculis. bus castris tremor erat & fuga, Iudith in ciuitate cum securis secura. Vbi enim assiduis precibus pulsatur cælum, potentia semper calcatur armorũ. Ecce gloriosæ fœminæ castitatẽ seruauit oratio, & hostẽ seruare non potuit multitudo. Lugentem ciuitatẽ vna fœmina voluit vindicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire.

Li.de viduis. C b *Cumq; cognoueritis eos fugere.* * Ambrosius. Nec dexteræ tan-

CAP. XIIII.

Docet ecclesia filios suos qualiter persequantur hostem spiritualem.

a *Aperite contritam esse hostis superbiam.*

Dixit autẽ Iudith ad oẽm populũ Audite me fratres: Suspẽ- [1, 2] *b Doctrinam euangelij qua muniuntur credentes.* *b Intellexerit.* *c Sol.s.diuinæ placationis & solatii serenitas.* dite caput hoc sup muros nostros, & erit cũ exierit sol, ac [3] *a Scutum fidei, loricam iustitiæ, & galeam salutis, gladium spiritus quod est verbum Dei.* [4] cipiat vnusquisq; arma sua, & exite cũ impetu, nõ vt descendatis deorsum [5] sed quasi impetũ faciẽtes. Tũc exploratores, necesse erit vt fugiãt, [6] ad principẽ suũ excitandũ ad pugnã. Cũq; duces eorũ cõcurrerint ad [7, 8] tabernaculũ Holofernis, & inuenerint eũ truncũ in suo sanguine vo- [9] b lutatũ, decidet sup eos timor. Cumq; cognoueritis fugere eos, ite post eos securi, quoniã dñs conteret eos sub pedib. vestris. Tunc Achior vi- [10] dẽs virtutẽ quã fecit Deus Israel, relicto Gentilitatis ritu credidit Deo, [11] & circũcidit carnẽ præputii sui, & appositus est ad populum Israel, & [12] oĩs successio generis eius vsq; in hodiernum diem. Mox aũt vt ortus [13, 14] *a Sicut iuit imperatum.* est dies, suspenderũt sup muros caput Holofernis, accepitque vnusquisq; [15] vir arma sua, & egressi sunt cum grãdi strepitu & vlulatu. Quod [16, 17] *a Ecclesiæ confidentiam contra se.* *b Principes persecutorum,* *c Ad templa idolorum.* *d Auxilium petentes.* videntes exploratores ad tabernaculũ Holofernis cucurrerũt. Porro hi qui in tabernaculo erãt, veniẽtes & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia inquietudinẽ arte moliebantur, vt nõ ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes euigilaret. Nullus. n. audebat [18] †cubiculũ virtutis Assyriorũ pulsando aut intrando aperire. Sed cũ ve- [19] *a Primi persecutores.* *b Gentilium.* nisset duces eius ac tribuni & vniuersi maiores exercitus regis Assyrio- [20] *a Sacerdotibus idolorum.* *b Qui audebãt, quibus est permissa licentia.* *c Opprobriose.* rũ, dixerunt cubiculariis. Intrãte & excitate illũ, quoniã egressi mures [21] *a Pristino timore.* c de cauernis suis ausi sunt prouocare nos ad bellũ. Tunc ingressus Va- [22] gao cubiculũ eius, stetit ante cortinã, & plausum fecit manibus suis, su- [23] spicabatur enim illum cum Iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam vidensque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum [24] fletu, & scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculum Iudith non [25, 26] inuenit eam. Et exiliuit foras ad populũ, & dixit. Vna mulier Hebræa †

Pro- tãtum opus Iudith, sed maiora trophæa sapientiæ. Nã manu, solũ Holofernem vicisset consilio autem omniũ hostiũ vicit exercitũ. Suspenso enim Holofernis capite, quod virorũ consilio non potuit excogitari, suorũ erexit animos, hostiũ fregit, suos pudore excitãs E hostes quoque terrore percellẽs, eo quod cæsi sunt & fatigati. Ita vnius viduæ tẽperantia non solũ naturã suam vicit, sed quod est amplius, fecit viros etiam fortiores.

c *Tunc ingres.* Duces persecutorũ deos suos contra ecclesiam poscentes auxilium inueniunt eos propria fœditate †prælium. spurcissimos & oĩ virtute destitutos, vnde fuge se commẽdãtes relinquũt ea in quibus tẽporaliter confidebãt. *Non est enim prudẽtia, nõ est sapientia nec consilium contra Deum,* vnde Hierem. ait. *Non fugiet velox & non saluabitur fortis. &c.* Hier.36 b. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

1 Dixit, &c. *Postquam descriptus est Holofernis occubitus, hic consequẽter describitur fuga sui exercitus et diuiditur in tres partes, nã primo ponitur fugiẽdi rõ secundo fugẽtiũ deuastatio c.15. tertio diuina laudatio c.16. Circa primũ Iudith primo populũ instruit, secũdo populus ei obedit ibi.* Mox aũt. *tertio exercitus ad Holofernẽ recurrit, ibi.* Qđ videtes. *Circa primu primo ponit instructio dicta, secũdo interponit ipsius Achior cõuersio deuota, ibi.* Tũc Achior. *Circa primũ dicit Iudith,* 2 Suspẽdite. *in signũ exultationis et victoriæ iã habitæ partim in re et partim in spe.* 3 Et erit. *i. in primo ortu suo.* 4 Accipiat, &c. *confidẽtes de victoria plena Dei adiutorio habẽda.* 5 Et exi. &c. *quasi iã certi de cõsecutione victoriæ.* 6 Nõ vt de. *s. paulatim et timide.* 7 Tũc explo. *sine cuius voluntate exercitus nõ dẽt cõmittere. Nã sicut dicit lib. de Iudaico bello. Nõ solũ bellare, sed et vincere sine duce apud Romanos erat vituperabile.* 8 Cũq; du. c. *q præsint distinctis acieb.* 9 Cõcurre. &c. de. s. eo. ti. *ex casu principis inopinato, et ẽt immissus a Deo, vñ vt hic saltem quãtum ad aliquid prophetice loqui.* 10 Tunc. *Hic cõsequẽter interponit Achior cõuersio deuota cũ dicitur.* 11 Videns. *i. effectum diuinæ virtutis per manũ mulieris.* 12 Relicto Gen. *legẽ eius suscipiendo.* 13 Et circũ. *i. circũcidi fecit.* 14 Mox. *Conuersione Achior interposita hic ponitur obedientia populi ad Iudith verba, cum dr.* 15 Suspẽde. *in signum victoriæ cois exultationis.* 16 Et egres. *ad aduersarios deterrendũ.* 17 Qđ vi. *Hic consequẽter ponitur ad Holofernẽ recursus, et secundo declaratur eius interitus ibi.* Tũc ingres. *Circa primũ patet lit. vsq; ibi.* 18 Nullus en. &c. *i. principis militiæ, in quo virtualiter consistit robur exercitus, sicut virtus corporis naturalis in corde. Propter q dicit Vegetius in lib. de re militari, q sicut cor est in medio corporis, sic princeps dẽt in medio exercitus collocari.* 19 Sed cũ. *præsidentes aciebus.* 20 Ac tribu. *q in vna acie præsunt mille bellatorib.* 21 Dixerũt. *qui familiarius possunt ingredi cubicula magnorũ.* 22 Quoniã egressi. *Modus est superborũ de aliis cõtẽptibiliter loqui.* 23 Tunc in. *Hic cõsequẽter declaratur Holofernis interitus et patet litera vsq; ibi.* 24 Exclama. vo. *pro domini sui interitu.* 25 Et exiliuit. *ad populũ expectãte Holofernis mandatum.* 26 Et dixit. *iam secundo* ※ *militiæ*

MORALITER.

1 *Dixit.* Post occisionẽ Holofernis Iudith ad destructionẽ sui exercitus populũ inuitauit, significãs q ecclesia nõ solũ tyrãnũ uel hæresiarchã dẽt excõmunicationis gladio ferire, sed ẽt ei adhærẽtes prout põt exstirpare. † *Vna mulier.* Hebræa trãsiẽs interpretatur, pp qđ ecclesia militans quæ est in uia trãseundi ad patriã bene Mulier Hebræa nominatur: & ipsa p suam prædicationẽ facit domui diaboli confusionẽ. Potest hoc ẽt exponi de uirgine Maria ex Hebræis nata, quæ diabolum confodit, eius caput conterendo, sicut prædictũ fuerat Genes. 3. cap. *Ipsa conte. caput, &c.*

A fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Quod dum audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt om- 1 nes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tre- 2 mor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum. D

NICOLAVS DE LYRA.

* militiæ principē. Vñ & Abimelech vulneratus a muliere fecit se interfici per armigerū suū, ne diceretur in eius opprobriū, φ mulier interfecisset eum. Iudicum 9. 1 Sciderunt &c. *in signum doloris*. 2 Et turbati sunt. *propter quod non providerunt sibi de aliqua defensione, nam turbati minus prævident, vt dicitur in elenchis.*

CAP. XV.

a CVmq; om nis e. &c. * Aug. Armis stupētibus cunei densantur, præpostero ordine Hebræi triumphant. Sequitur bellum, vino fusi, soluti somno, in certamen nec clamore prouocante consurgunt, teguntur armis coruscantibus montes. Quid alienigena fremis? qd bella componis? Quid aciē paras, habens quem in cubiculo quæras? Omnem variū furoris impetū retine, tantum vobis reliquimus ducem, agnoscēdam partem habemus in porta pendentem. Tantam anim⁹ de Deo suscepit largitatem, quantā credulitas sibi potuit vendicare. b *Videntes itaque, &c.* Gedeon contra Madianitas pugnaturus, non hastam, non clypeum, sed tubas & lāpades tulit, præfiguratis euangelii præconib. quibus nō est colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed cōtra spiritualia nequitiæ in cælestibus &c. & pugnant prædicationis voce & miraculorū fulgore. c *Omnis itaque* Ad prædicationē verbi Dei ex singulis gētibus & prouincijs probatæ personæ & viribus accinctæ ad militiā dñi veniunt. vnde Esa. *Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, &c.*

Ser. 116. de tempor. — B — C — † monilibus. — Iudicum 6. c. — † cupiebant. — † conuallium. — Ephes. 6. b. Ibid. c. — E — Esai. 49. d. — F

CAP. XV.

1 CVmque omnis exercitus decollatū Holofernem audisset, fugit mēs & cōsiliū ab eis, & solo tremore & 2 metu agitati fugæ præsidiū sumūt, ita vt nullus lo- 3 queretur cū proximo suo, sed inclinato capite, re- 4 lictis omnibus euadere † festinabāt Hebræos, quos 5 armatos super se venire audierant, fugientes per 6 vias cāporū & semitas † colliū. Videntes itaque filij Israel fugientes secuti sunt illos, descēderūtq; clangentes tubis, & vlulan- 7 8 tes post ipsos. Et quoniā Assyrij nō adunati, in fugā ibant præcipites, fi- † lij autem Israel vno agmine persequētes, debilitabāt omnes quos inuenire potuissent. Misitque Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones 9 Israel. Omnis itaq; regio omnisq; vrbs electa iuuētutē armatā misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extre- 10 mitatē finium suorū. Reliqui autē qui erant in Bethulia, ingressi sunt ca- 11 stra Assyriorū, & prædā quā fugiētes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. Hi vero qui victores reuersi sunt ad Bethuliā, omnia 12 quæ erant illorū abstulerūt secū, ita vt nō esset numerus in pecoribus, & 13 iumentis & vniuersis † mobilibus eorū, vt a minimo vsq; ad maximū omnes diuites fierent de prædationibus eorum. Ioachim autem summus 14 pontifex de Ierusalē venit in Bethuliā, cū vniuersis presbyteris suis, vt 15 videret Iudith. Quæ cum exisset ad illū, benedixerunt illam omnes vna 16 17 voce dicētes: Tu gloria Ierusalē, tu lætitia Israel, tu honorificētia populi 18 19

[Interlinear glosses:] a ¶Prædicatores. b Ecclesiæ cedentes. c Euangelicis. d Valida intentione. — a Fugientes. b Impiorum diuersi sunt errores. c Indiscreti. — a Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. — a Robur domini. s. strenuitas prædicatorum, qui fide confortat per verbum euangelij incitant omnes contra hostes religionis. — a Non debet miles Christi otiosus esse, hoste intra patriam manente. — a Conuersationis, cogitationis, locutionis, actionis. — a Quæ Moyses de Aegypto vult educere. Pharao retinere. — a Iesus vel resurrectio domini, qui dicit. Ego sum resurrectio & vita. — a Secundum ordinem Melchisedech. b Descendit de cælis. c In vterum virginis quæ est domus Dei vnde carnem assumpsit. d Discipulis quos elegit. — a ¶Probaret ecclesiæ fidem & dilectionem. b Deuotionem mentis operationem demonstrans. c Dominus benedicit ecclesiam cum gratiarum vbertate replet, & omnibus laudabilem exhibet, vnde. Surrexerunt filij eius & beatissimam prædicaue runt. & virgines laudauerunt eam.

Per

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XV.

1 CVmque omnis, &c. *Postquam descripta est fugiendi rō, hic consequenter ponitur fugientiū deuastatio, et secūdo Iudith benedictio, ibi.* Ioachim autem. *Prima in duas, quia primo ponitur fugientiū persecutio in personis, secundo in rebus possessis, ibi.* Reliqui autem. *Circa primum patet litera vsque ibi.*
2 Ita. *de aliqua defensione seu præsidio.*
3 Sed. *cum magna confusione.*
4 Relictis. *quæ poterāt impedire fugā eorū, vt fugerent expeditius.*
5 Per vias. *fugientes enim de prælio per diuersas vias fugiunt.*
6 Videntes. *sicut præceperat Iudith.*
7 Clangentes. *tanquam victores.*
8 Et vlu. *ad insecutionem mutuo se exhortantes.*
9 Misitque. *per quas poterant transire fugientes.*
10 Et per se. *transire enim vltra non erat eis tutum.*
11 Reliqui. *Hic consequenter ponitur persecutio Assyriorum in reb. possessis, & patet litera vsque ibi.*
12 Omnia. *id est, Assyriorum.*
13 Abstulerunt. *nam illi qui remanserunt in Bethulia, non abstulerant omnia, sed pauca respectiue, nam vix per 30. dies fuerunt omnia collecta, vt habetur inf. eod. cap.*
14 Ioachim. *Hic consequenter ponitur Iudith benedictio, & primo spiritualis, secundo temporalis, ibi.* Per dies autem. *Circa primū dicitur.* Ioachim autem. *Iste sup. 4. c. vocatur Eliachim, et forte est idē nomen, nam sicut nomina Latina variantur aliquādo in fine, vt Guilielmus et Guillerus, sunt vnum nomen variatum in fine, aliqñ vero in Principio, sicut Nicolaus, et Colinus et Coletus variatum in principio & idem videtur de Eliachim et Ioachim, quid autem mihi videatur de hoc pontifice, dixi sup. c. 4.*
15 Vt videret. *propter famam suæ virtutis.*
16 Benedixerunt. *imprecantes sibi bona spiritualia pro virtutis suæ fama, ideo subditur.*
17 Tu gloria Ie. *nam diuinum cultum qui erat in Ierusalem, de quo summe gloriabantur Iudæi, conseruauerat interficiendo Holofernē qui ipsum destruere intendebat, ut patet ex supradictis tertio capite et 4. d.*
18 Tu lætitia Israel. *effectiue.*
19 Tu honorificentia. *similiter. nam interficiendo Holofernem dederat populo Israel honoris & lætitiæ materiam.*

Ab- Ideo

MORALITER.

1 *Cumq;.* Cognita Holofernis decapitatione exercitus eius fugit, & similiter exterminato heresiarcha eius secta deficere incipit. Et subditur modus cum dicitur.
† *Quoniam.* Dicitur enim in ecclesiastica historia, qd oriente hæresi aliq eius sectatores diuidebantur in modos plures, catholici vero erant in vna regula fidei se tenentes, & sic hæresibus præualuit fides.
14 *Ioachim.* per hoc autē quod iste benedixit Iudith, significatur quod Christus pontifex summus benedictionem suæ gratiæ largitur ecclesiæ suæ, & omnibus personis in ea existentibus, qui contra diabolum fortiter præliantur.

a Per dies autem. Qui vniuersum presentis vitæ tempus significant, quo populus Dei de hoste triumphans spiritualiter expoliat vnde de ecclesia dicitur. Confidit in ea cor viri sui, et spo. non indigebit. b Porro au. Sic populus Dei ab Aegypto recedens, ipsam spoliauit, vnde tabernaculum construxit, Sic reges

† supra 10. b. & 13. d. Prou. 31. b.

a Contra principem mundi. b A domino. c Syncceritatem fidei vnde. Despondi vos vni viro virginem castam, &c.

nostri, quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum eo quod castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris, ideo & manus domini confortauit te, & ideo eris benedicta in æternum. † Et dixit omnis populus, fiat fiat. Per dies autē triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israel. Porro autem vniuersa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro & argento, & vestibus, gemmis, & omni supellectili, & illi tradita sunt omnia a populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus & virginibus, & iuuenibus in organis & citharis,

a Christum. b Hæreticorum corruptionem. a Filij ecclesiæ, tam maiores quam minores. a Omnes enim fideles quicquid hosti rapiunt, ad ecclesiæ laudem & decorem referunt. a Sapientiæ. b Eloquentiæ. a Operibus iustitiæ. b Virtutum. c Ornamento variarum disciplinarum. a Omnia membra Christi. b Hoc perficietur in fine mundi, quando plenarie exultabunt sancti triumphato principe mundi. c Voce iubilationis. a Concordi iubilationi pro triumpho suo.

ges iusti sub testamento veteri quæ hostibus abstulerūt in ministerio templi consecrauerunt. c Iuuenibus. Quia tūc neq; nubent neque nubentur, qui resurgēt oēs in virū perfectū in mēsurā ętatis plenitudinis christi, vnde in resurrectione domini iuuenis coopertus stola candida angelus apparuit.

Matt. 22. c. Matt. 16. a.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ideo & manus, *scilicet propter virtutem castitatis et munditiæ.*
2 Et ideo. *benedictione gloriæ.*
3 Et dixit. *ad confirmationem dictæ benedictionis.*
4 Per dies. *Hic consequenter ponitur benedictio Iudith temporalis, quæ in scriptura frequenter accipitur pro multiplicatione bonorū temporalium, unde Gen. 30. d. dixit Iacob ad Laban.* Modicū habuisti antequā venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitque tibi dominus ad introitum meum, *& hoc modo populus Iudith benedixit, nā omnes diuitias Holofernis sibi dedit, et patet litera.*

CAP. XVI.

a Iam secula: Beati qui habitant in domo tua domine. b Confidens & laudans.

Tunc cantauit canticū hoc domino Iudit, dicens: Incipite domino in tympanis, cantate domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius. Dominus conterens bella, dominus nomen est illi. Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum. Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suę, cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles. Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædā, & virgines in captiuitatem. Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in † manus fœminæ, & confodit eum. Non enim

a Mortificationis carnis. a Spiritualium bonorum vel labiorum. a Bon operis. b Corde. c Mente. a Vnde. Confidite, ego vici mundum. b Poters in prælio. Soli. Ecclesiam. a Quotidie paulatim, in fine perfecte liberabit. Nationum. a Per se & per suos, de quo. Virga furoris mei Assur. i. diabolus. b Superbie. a Frigore infidelitatis. b Vel virtutis. a Exercitus. b Persecutionibus. c Prædicatores ad horam inundantes. a Superbia. b Humiles. a Ira, libidine. b Possessiones ecclesiæ. c Fide & opere robustos. a Persecutionis. b Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. a Pudicas animas. b Vitiorum, scilicet. a Ecclesiæ. b Lignas ancillis suis.

† manu uel manibus.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

1 Tunc cantauit. *Aduersarii deiectione et fidelis populi liberatione descripta, hic consequenter ponitur ronę prędictorū laudatio diuina. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur ipsius Iudith decantatio, secundo populi et ipsius oblatio, ibi.* Et factū est post hæc. *tertio Iudith felix consummatio, ibi.* Et Iudith magni. *Canticū vero Iudith in duas partes diuiditur, nā primo ponitur excitatio mentis, secundo ratio laudis, ibi.* Venit Assur, *Circa primū dicit Iudith excitās se & alios ad diuinam laudem.*

Diuisio.

2 Incipite. *Varia namque instrumenta musicalia et etiā harmonia mentem excitant ad diuersa. Aliquæ. n. harmoniæ excitant ad audaciam, quibus vtuntur homines in bellis, et aliquæ ad lasciuiam quib. vtuntur in choreis, et aliquę ad deuotionem, quibus vtuntur in officiis ecclesiasticis, et hoc modo dixit Iudith.* Incipi. *Est autē instrumentū musicum tympanum quo mulieres vtebātur, et hoc modo Maria soror Mosi sumpsit tympanum ad excitandū se & alias mulieres ad Deum laudandum dicendo.* Cantemus domino, &c. Exod. 15.
3 Modulamini. *propter nouam materiam laudandi Deum.*
4 Exultate. *corde.*
5 Et inuocate nomen eius. *corde.*
6 Dominus conterens. *contra suum populum excitata, vt patet in Pharaone Exod. 17. & in Amalec Exod. 17. et in regibus Chananęorum, lib. Iosue quasi per totum.*
7 Qui posuit castra sua, *i. Angelorum custodiam, vnde Gen. 32. dixit Iacob de angelis sibi obuiantibus.* Castra Dei sunt hæc.
8 Venit Assur. *Hic consequenter ponitur ratio laudis, & primo ex aduersariorum deiectione, cum dicitur.* Venit Assur, &c. *idest, princeps mil. tiæ & exercitus Assyriorum.*
9 In multitudine fortitudinis suæ. *totaliter confidens.*
10 Cuius multitudo obturauit torrentes. *idest, siccauit ex potu animalium & hominum.*
11 Dixit se incensurum fines meos. *idest, terram Iudææ.*
12 Et iuuenes meos. *populi mei.*
13 Occisurum gladio. *De hoc enim & alijs malis Holofernes se iactauit, sed non adimpleuit. ideo sequitur.*
14 Dominus autem omni. *cui nullus potest resistere.*
15 Nocuit eum. *occidendo eum per manum fœminæ, quod fuit valde confusibile, vt dictum est supra c. 14.*
16 Non enim cecidit, &c. *Holofernes.*

Et ... A iuue-

MORALITER.

1 *Tunc cantauit.* Gratiarum actio de suo processu ad populi sui liberationem per Holofernis interfectionem, per quod significatur quod ecclesia de beneficijs sibi collatis a domino debet ei reddere gratiarum actionem.

Porro

a Robore carnis. Sagacitas humani ingenij, aut fortitudo terreni imperij.

cecidit potens eorum a iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, se Iudith filia Merari in specie faciei suæ

¶Confessionis. a ¶Amaritudinis. b Alacritate ... c Noui hominis.

dissoluit eum. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento

a Baptismo. b Actu veteris hominis pro quo ... eum deseruit.

lætitiæ in exultatione filiorum Israel. Vnxit faciem suam vnguento, colligauit

a ¶Vnde Lætetur in perpetuum. b ¶Vt exhilaret faciem eius in oleo læti. c Chrismatis.

uit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum. Sandalia

a Fluentes motus cogitationum. b Diuino timore & firma spe. c In dumenta pedum, quibus præparati calceati tur in præparationem ...

eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam

a Virtutum. b Voluptatem.

eius, amputauit pugione ceruicem eius. Horruerunt Persæ constantiam eius

a Tentantes.

& Medi audaciam eius. Tunc vlulauerunt castra Assyriorum quando apparuerunt

a ¶Mentientes. b Potestatem. c Ecclesiæ. d Persecutores. e Dirigentium.

humiles mei arescentes in siti. Filij puellarum compunxerunt eos

a Fideles. b Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. c Ecclesiarum. d Sagittis scripturarum.

& sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio a facie domini

a Debiles. b Gladio verbi. c Dominus potens in prælio, qui dat fortitudinem plebi suæ.

Dei mei. Hymnum cantemus domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro. Adonai domine Deus magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem

a Nouum testamentum, quod nouum, quia Deum incarnatum nulla ætas corporeis oculis antea aspexit. b Non idolis, sed prædicando alijs.

superare nemo potest. Tibi seruiat omnis creatura tua, quia dixisti & facta

a ¶Sed per humilitatem & subiectionem placare. b ¶Patet. c Per filium.

sunt, misisti spiritum tuum & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ. Mon

a ¶Verbo domini cæli firmati sunt. b Sanctum. c Iussioni. d Superbia persecutorum.

tes a fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescent ante

a Iniquis consilijs. b ¶Ne possint implere quod cœperant. c Subditis. Aquæ multæ populi multi. d Durities qua se insuperabilem putabat.

faciem tuam. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia. Væ genti insurgenti super genus meum. Dominus enim omnipotens vindicabit in

a Aduentum in iudicio. b Cultores Dei, hæc est generatio quærentium. c Sicut negligentes minorantur. d ¶Vel præ omnibus. e Perpetuum. Generationi prauæ & peruersæ. De quo, venient hæc omnia super generationem istam.

a Cui nemo resistit. b Iniquitatem.

eis, in die iudicij visitauit illos. Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum

a Quando dabit vnicuique secundum opera. b In virga. c Exterius & interius. ¶ Qui non extinguetur. d Qui non morientur.

ut urantur, & sentiant usque in sempiternum. Et factum est posthæc, omnis

a Post mortem Holofernis, fugam hostis, & cætera supradicta.

populus post victoriam venit in Ierusalem adorare dominum, & mox ut pu

a Supernam.

rificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & uota, & repromissiones suas

a Ab omni labe peccati. b Seipsos quos vouerant domino.

a *Exiit enim.* Vnde Esaiæ. *Confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius, quia dominabitur tui qui te fecit, dominus exercituum nomen eius.* (Esa. 54. b) † veste.

b *Horruerunt.* Notare debet lector, vtrum opinio vera sit, quod Cambyses filius Cyri a plerisque iste Nabuchodonosor dictus sit, qui Persis, Medis, & Assyrijs imperauit.

c *Adonai do.* Vnum de decem nominibus apud Hebræos significans, quod dominus creaturæ dominetur. Et notandum, quod vbicunque bis ponitur dominus, primum nomen tetragrammaton est, & proprie ad Deum pertinet, & iesta bile dicitur, secundum commune, quod conuenit hominibus. Et bene Adonai dominus filius Dei dicitur, qui Deus & homo dominus & Deus, qui omnibus dominetur vel ab omnibus timeatur. (Psal. 32. b. & 148. a) †yrannorum

d *In carnes.* Quas amauerunt, de quibus nascitur fetor vermium. Caro & sanguis vermes creat, quia delectatio carnalis, cui fal continentiæ non resistit, pœnam æternam generat luxuriosis. vnde, *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* (Esa. vlt. g.)

e *Et factum.* Adepta victoria de hostibus suis, quisque electus ab omni labe purga-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *A iuuenibus.* qui solent facere probitates.
2 *Nec filij Titan percusserunt eum.* i. gigantis, & ponitur hic singulare pro plurali, idest, gigantum, sicut Exod. 8. f. *Venit musca gra.* idest, multitudo.
3 *Sed Iudith filia Merari.* dissoluit eum per ardorem concupiscentiæ in eam per modum superius dictum 9. c. & 10.
4 *Exuit enim.* sicut dictum est supra in prin. x. c.
5 *Et induit se vestimento lætitiæ.* idest, quo vtebatur marito suo viuente.
6 *In exultatione filiorum Israel.* quasi dicat, non fecit hoc ad dissolutionem, sed ad populi sui liberationem.
7 *Vnxit faciem suam vnguento.* idest lachryma arboris aromaticæ, quæ facit ad decorem vultus, & suauem odorem.
8 *Colligauit cincinnos suos mitra.* id est, capillorum suorum floccellos ad decipiendum illum, non quod intenderet inducere eum ad mortale peccatum, sed vt desideraret eam habere vxorem, & per hoc Iudith haberet ad eum familiarem accessum, per quem eum occidere posset, vt dictum est supra c. 9 & 10.
9 *Sandalia eius rapuerunt oculos eius.* Quia per respectum intrauit concupiscentia animum. Cætera patent ex supradictis.
10 *Horruerunt Persæ constantiam eius.* Quia nullus erat in eis qui auderet se sibi opponere ad certamen singulare.
11 *Tunc vlulauerunt castra Assyriorum.* Hic secundo resumitur ratio diuinæ laudis ex filiorum Israel exultatione, cum dicitur. *Tunc vlulauerunt castra Assyriorum.* vt habetur supra in fi. cap. 14.
12 *Quando apparuerunt humiles mei arescentes in siti.* Venientes super Assyrios armati.
13 *Perierunt in prælio a facie, &c.* q. d. Hæc victoria soli Deo est attribuenda.
14 *Hymnum nouum cantemus.* Hic tertio sumitur ratio diuinæ laudis ex eius virtute & magnificentia cum dicitur.
15 *Adonai domine.* Duo sunt nomina idem significantia, primum Hebraicum, secundum Latinum, & fit hæc duplicatio ad maiorem expressionem dominationis diuinæ.
16 *Et præclarus in virtute tua.* Quia *lucem habitat inaccessibilem*, 1. Tim.
17 *Montes a fundamentis mouebuntur cum aquis.* imminente aduentu tuo ad iudicium.
18 *Petræ sicut cera liquescent.* per ignem conflagrationis præcedentem aduentum iudicis.
19 *Qui autem timent te, magni erunt, &c.* Quia tecum erunt in gloria.
20 *Væ insurgenti super genus meum.* iniuste.
21 *Dominus enim omnipotens vindicabit in eis.* inferendo pœnam æternam. ideo subditur.
22 *Vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.* Sicut prophetauit Esaias in fine libri sui.
23 *Et factum est post hæc.* Hic consequenter describitur ipsius Iudith & populi oblatio, & primo populi, cum dicitur.
24 *Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare dominum.* reddendo sibi gratias de tanto beneficio.
25 *Et mox vt purificati sunt.* aqua lustrationis secundum formam quæ habetur Num. xix.
26 *Obtulerunt omnes holocausta, & vota & repromissiones suas.* idest, sacrificia totaliter incensa ad honorem diuinum, secundo ponitur oblatio Iudith, cum dicitur.

A gatus, properat in supernam Dei ciuitatem, vbi vera visio pacis, ubi reddit vota sua conditori.

a *Et Iudith magna facta est, &c.* * Amb. Nec his eleuata successibus, cui vtique gaudere & exultare licebat iure victoriæ viduitatis reliquit officium, sed contemptis omnibus qui eius nuptias ambiebant, vestē iocunditatis deposuit, viduitatis resumpsit, nec triumphorū suorum amauit ornatus, illos existimans esse meliores quibus vitia corporis, quam quibus hostiū arma vincuntur.

b *Erat autem, &c.* * Aug. Nō sufficit mortalis eloquētia auctorū omnium rationes eximias atq; triūphos grauidasq; referre virtutes, quas omnipotēs Deus dedit eis quibus solet cōferre victoriā, q. viros ac fœminas vigere permittit, qui & fœminā camini refrigerio dispersit, & inuidiosos exercitus capite sublato nudauit. Gesta martyrū & confessorum quam colit ecclesia vita & morib. glo-

gloriosa. vnde. *Constituite diem solemnem, in frequentationibus.* i. frequenter, vsque ad cornu. i. gratiam communicationis corporis & sanguinis domini, nec antea liceat recedere a viuis.

c *Centum quinque &c.* Pro æterna beatitudine centenarius numerus a læua transit in dexteram.

Li. de viduis. | †veteres exēp. legunt in consecrationē domino. | Ser. 213. de temp.

a ¶Ecclesia. b ¶Obtulit. c ¶Quæ sunt vasa in honorem. ¶Animas fraude diaboli deceptas quæ illi ereptæ in vsum vertentur ecclesiæ.

Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis quæ dedit illi populus, 1

a ¶Fraudes quas anathematizat mater ecclesia & damnat.

& conopæum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in † anathema obliuionis.

a ¶Posuit. b ¶Hæc spe in futuro ipsa re.

Erat autem populus iucundus secundum faciem 2

a ¶Sicut decet sanctus. b ¶Cogitationis, locutionis, operationis, vel fidei, spei, & charitatis: quibus gaudent sancti in incolatu huius mundi.

sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est

a ¶Peracto iudicio. b ¶Percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

cum Iudith. Post dies autem illos vnusquisque rediit in sua. Et Iudith 3

a ¶Cœlesti Ierusalem. b ¶Fulgebunt iusti sicut sol in re.

magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. 4 5

a ¶Vnde. LXX. sunt reginæ & octoginta concubinæ vna columba mea. b ¶De qua despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. c ¶Corruptionem voluptatis & castitatis.

Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virum om 6 7

a ¶Mundus eis crucifixus & obliuioni traditus.

nibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat au- 8

a ¶Passionis resurrectionis, ascensionis. b ¶Sub æstu tribulationis c ¶Mundo.

tem diebus festis procedens cum magna gloria. Mansit autē in domo

a ¶Prioris erroris Quo relicto statim emerserunt molestiæ tribulationis. b Vnde centenarius numerus a læua transit in dexteram. c Legi Moysi, quæ est in quinque libris contenta.

viri sui annos centum quinque, & dimisit Abram suam liberam: &

a Corporaliter conditione humani generis. b Sepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. c Mundo mortua in baptismo, vbi commorimur Christo, vt resurgamus cum Christo. d Sepelierunt Stephanum viri timorati & fecerunt planctum magnum super eum.

defuncta est, ac sepulta cum viro suo in Bethulia, luxitque illam om-

a Vnde: Quis separabit nos a charitate Christi.

nis populus diebus septem. In omni autem spatio vitæ eius non fuit 9

a Temporalem. b In æternum quando omnino aufugiet dolor & gemitus: & cum Christo regnabimus in æternum.

qui perturbaret Israel: & post mortem eius annis multis. Dies autem 10

a Tradi or bus quorum vnus dicebat: Peregrinus sum sicut omnes patres mei.

victoriæ huius festiuitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum

a Confessoribus Christi. b Qui per baptismum inimici potestatem abstulerunt. c Dum durat præsens seculum.

accipitur: & colitur a Iudæis ex illo tempore vsq; in præsentem diem.

d *Abram suam.* Abram carnalium conuersationē, quæ semper timore obnoxia est in libertatē gratiæ & ad securitatē charitatis ducēdo & exhortando perducit, vt non timore, sed amore seruiat.

e *Luxitque illam omnis populus dieb. septem.* Electi Dei per omne tempus, quod septē diebus euoluitur, propter peregrinationem præsentis ecclesiæ, in dolore, & gemitu non affliguntur ex desperatione, sed futuræ vitæ recordatione, iuxta illud. *Fleuimus, dum recordaremur Sion.* Psal. 136.

BEA-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Porro Iudith, &c. obtulit in anathema. *s. sacerdotibus, vt de cætero nullus vteretur eis, seu seruarentur in loco cultus diuini ad memoriam beneficii diuini.*

2 Erat autem, &c. *Hoc additur ad ostendendum, quod hæc iucunditas non erat dissolutionis, sed magis deuotionis. Cætera patent.*

3 Et Iudith magna facta est. *Hæc est vltima pars huius libri, in qua ponitur ipsius Iudith felix cōsūmatio, cū dicitur:* Et Iudith magna facta est. *(alias magnificata) in bonis spiritualibus & temporalibus.*

4 Et præclarior erat. *in vita & fama.*

5 Vniuersæ terræ Israel. *scilicet mulieribus.*

6 Erat etiam virtuti. *idest, constantiæ qua deiecerat Holofernem.*

7 Castitas adiuncta. *scilicet, vidualis, ideo subditur:* Ita ut non cognosceret virum, &c.

8 Erat autem diebus festis, &c. *idest, in decenti apparatu & bonorum comitiua. Cætera patent vsque ibi.*

9 In omni. *Hoc additur ad ostendendum, quod bonum pacis in populo redundauit per longum tempus ex meritis ipsius.*

10 Dies autem uictoriæ huius festiuitatis. *Colitur ad laudem Dei, cuius virtute facta fuit hoc victoria. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

MORALITER.

1 *Porrò Iudith vniuersa vasa, & c. obtulit.* i. Deo dedicauit. Dicitur enim anathema ab ana, quod est sursum, & thesis quod est positio. Nam illa quæ Deo dedicabantur, ab vsu hominum separabantur. Per hoc autem docemur attribuere Deo victoriam cum de mundo, carne, vel diabolo triumphamus primæ Corint. decimoquinto g. *Deo autem gratias ago qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum dominum nostrum: cui est honor & gloria, in secula seculorum, Amen.*

BEATI HIERONYMI IN LIBRVM ESTHER PROLOGVS INCIPIT.

Librum Esther varijs translatoribus constat esse vitiatum, quem ego de archiuis Hebræorum releuans, verbum è verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata laciniosis hincinde verborum finibus trahit, addens ea quę ex tempore dici poterant et audiri, sicut solitum est scholaribus disciplinis sumpto themate excogitare, quibus verbis vti potuit qui iniuriam passus est, vel ille qui iniuriam fecit. Vos autem O Paula & Eustochium, quoniam & Bibliothecas Hebręorum studuistis intrare: & interpretum certamina comprobastis: tenentes Hesther Hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspicite, vt possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebręo habetur, historiam Hebraicam Latinę linguę tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes, minas hominū penitus non timemus: quoniam Deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placere desiderant, & secundum Apostolum qui eiusmodi sunt, serui Christi esse non possunt. Rursum in libro Esther alphabetum ex minio vsq; ad teth literam fecimus diuersis in locis, volentes, scilicet, septuaginta interpretum ordinem per hęc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum ordinem prosequi etiam in septuaginta editione maluimus.

CAPVT I.

a *In diebus Assueri, &c.* ✠ Philo.Iud. IoaKim pontifex successit patri annis 48. vsque ad 12. annum magni Artaxerxis Assueri: qui gesta Esther conscripsit, & memoriā phurim i nstituit, hortante illū per lr̄as Mardochęo, qui decem & octo annis ætatem Isaac superanit.

Li. de temporibus:

* Euseb Artaxerxes III. Persarum rex, qui cognominatus est Memnon, Darij & Parisatidis filius regnauit annis 40. Sub hoc rege mihi vr̄ historia quæ in Esther libro continet̄, expleta: ipse quippe est qui ab Hebręis Assuerus, & a lxx. interpre. Artaxerxes vocat̄.

Chton. olymp. 94.

† infrà 8. c. & 16. a.

* Athanasius. Liber Esther vocatur hic liber, propterea quod historiam de Esther complectitur, quomodo per illam Deus vniuersam Iudæorum gentem iam iam perituram seruauerit: & Aman qui excidium illius insidiosè machinabatur, percusserit. Gesta sunt autem ista in Susis.

In Synopsi.

* Iosephus. Defuncto Xerxe, regnū ad eius filiū Cyrū (quē Græci Artaxerxē vocāt) cōtigit trāsferr. Quo regēte Persarū imperiū, periclitata est tota gēs Iudæorum cū mulierib. & filijs deperire. Cū Artaxerxes regnū accepisset, & ordinasset ab Iuda vsq; ab Aethyopiā cētū & vigintiseptē Satrapas, tertio imperij sui anno, amicos suos, & gentes Persis subiectas, cū ducibus earum magnificè pauit, sicut regē oportuit, qui diuitiarum ostentationem per cētum & octoginta dies parauerat. Raban. Liber Esther quē Hebr. inter hagiographa numerant, Christi & ecclesiæ continet sacramenta. Esther. n. in typo ecclesiæ populum liberat de periculo, & interfecto Aman qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij & diem celebrem conuertit in posteros. Historiam Esther tempore Assueri fuisse non dubitamus, sed q̄s fuerit Assuerus ignoramus. Iosephus tamē memorat eum fuisse Cyrum Xerxis filium, qui post Darium patrem Persidis rexit imperiū. Hunc Cyrum dixit Artaxerxem apud Græcos vocari, qui Longimanus cognominatus regnauit 40. annis. Sed non videt̄ Esther eo tempore fuisse. Fortè enim Esdras non præterijsset eam: qui de his quæ (captiuis in Ierusalem redeuntibus de Babylone) gesta sunt texit historiam. Eusebius verò in chronicis suis arbitratur hunc esse Artaxerxem qui cognominatur Memnon

Lib. 11. Antiq. cap. 6.

LIBER ESTHER INCIPIT.

CAP. I.

a In † diebus Assueri q̄ regnauit ab India vsq; ad Æthiopiā super cētum viginti septē pro-

a ¶ Quæ paruæ erant.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. I.

IN diebus Assueri. *Postquam descriptus est progressus populi de captiuitate Babylonica reducti sub Esdra & Nehemia, hic consequenter describitur incidens casus, videlicet Iudaici populi in periculo positi liberatio per reginam Esther. Et circa hoc primò ponitur ipsius Esther promotio; secundo populi sui liberatio 3. cap. Circa primum sciendum, quod sicut in naturalibus corruptio vnius est generatio alterius, ita suo modo ad eiectionem Vasthi reginæ secuta est sublimatio Esther, & ideo primo ponitur ipsius Vasthi deiectio. secundo Esther promotio cap. 2. Occasio verò deiectionis Vasthi fuit regale conuiuium: ad quod ipsa renuit intrare, ideo primò describitur huius conuiuij magnificentia. secundo Vasthi reginæ inobedientia, ibi:* Itaque die septimo. *Circa primum primo ponitur triplex preambulum, secundo ipsum conuiuium, ibi:* Cumque implerentur. *Primū preambulum est qui fuit autor huius cōuiuii, quod notatur cū dicitur:* In diebus Assueri. *De hoc autem Assuero varie loquuntur expositores. Dicunt enim expositores nostri communiter, q̄ iste Assuerus fuit octauus* ✠ *rex Persarum*

Diuisio.

MORALITER.

† *In diebus Assueri.* Illū ordinem quem tenui sacrā scripturā exponendo literaliter, intēdo tenere mystice exponendo. s. primo libros canonicos, & postea non canonicos, si tamen vita comes posuerit domino cōcedente, propter q̄d post expositionē Nehemię mysticā ad librum Esther me couerto. Igitur per regem Assuerū Christus significatur, primo ratione interpretationis. Nā Assuerus interpretatur beatus: Christus autē non solum beatus est, sed etiam sanctorum aliorū beatitudo. Secundo ratione regiæ dignitatis, quia Christus non solum est rex sed etiam rex regum, & dominus dominantium, vt dicitur Apocal. b. 19.

Mennon, Darij & Pharastidis filium, hic ab Hebræis Assuerus à LXX. interpretibus Artaxerxes vocatur, qui regnauit post Dariũ patruũ cognomento Nochũ annis quadraginta. a *Susan ciuitas, &c.* Susan metropolis est in Perside, quam asserit historici Mēnonis fratrem constituisse, & a Susi fluuio nomen accepisse. Ibi est regia domus Cyri lapide candido, & vario columnis aureis, & lacunaribus gemmisque distincta: cœli continens simulacrum, stellis micātibus insignitum, & incredibilia multa. Ibi Assuerus conuiuiũ maximum diuitijs, & copiosum delicijs celebrauit. Virtus namque sacri eloquij sic aliquando transacta narrat, vt ventura exprimat, sic factorem approbat, vt ei in ministerio contradicat, sic gesta damnat, vt hæc mysticè gerenda suadeat.

b *Tertio igitur anno.* Tempore, scilicet, istius seculi incarnationis suæ sacramentum patefecit, & spirituales epulas prædicationis, & corporis, & sanguinis sui abundantissime ministrauit. Primum tempus ante legem, Secundum sub lege. Tertium sub gratia.

c *Grande conuiuium cunctis principibus. Simile est regnum cælorũ homini regi qui fecit nuptias fil. suo.* Et alibi: *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.* Huius cõuiuij historia põpam diuitiarũ, & luxum regis ostendit, sed Christi spirituales delicias quas vnicuique dispensat, al legoricè significat. Christus enim est ille ditissimus rex, qui vxors suæ, i. ecclesiæ precibus exoratus, Iudæos, idest confessores suos de manu inimicorum liberat, atque ipsos iuste condemnat. Neque enim necesse est, vt si aliquorum bona Christum significant

Matth. 22. a. — Luc. 14. b.

† Ducibus Euphrathæ is vel principibus maioribus.

† gloris decoris magnitudinis suæ.

a uincias, quando sedit in solio regni sui, 1 Susan ciuitas regni e- 2 b ius exordium fuit. 3 Tertio igitur anno imperij sui fecerat c grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum † inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, † ac † magnitudinem atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, 4 centum videlicet & octoginta diebus. 5 Cumq; imple-

a ¶Assuerus scilicet, qui Christum ostendit nomine & dignitate, interpretatur enim atrium meum, vel ostium. Christus autem dicit: Ego sum ostium, per me, &c.

a ¶Apostolis vnde: Pueri nunquid pulmentarium habetis. Et alibi. Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse communicauit eisdem. b ¶Quos neque mors, neque vita separata charitate Christi.

a ¶Prælatis. b ¶Ecclesiarum.

a ¶In beneplacito suo.

b ¶Scientiæ & sapientiæ quæ ducunt ad regnum beatitudinis.

a ¶Ostentionem.

a ¶Propter æternam vitam, quia centenarius perfectus est numerus, & a leua transit in dexteram.

Tertio

NICOLAVS DE LYRA.

rex Persarũ post Cyrum, omissis tñ duobus Magis, qui post Cambysem dicuntur regnasse septē mensibus tantum. Sed istud no videtur verũ: quia Cyrus post monarchiam adeptam regnauit 12. annis secundũ minorē computationem. Cābyses filius eius octo. Darius Hystaspis 36. Xerxes filius Darij 20. Artaxerxes 40. Xerxes secūdus duobus mensib. Sogdianus mēsib. 7. Darius Nochus 19. cui successit iste Assuerus, vt dicit. Si autem isti anni prædicti simul coniungāntur faciunt annos 135. quibus si adiungātur 70. anni captiuitatis Babylonicæ, habēt 200. & 5. ann. Igitur cũ Mardochæus captiuatus fuerit cum Iechonia rege Iuda, vt habetur infra c. 11. oportet consequenter dicere secundum istā uiā, quod Mardochæus primo anno regni Assueri fuerit 205. annorũ ad minus: & cum hoc oportet addere annos quos habebat, quando fuit in captiuitatē ductus, qui fuerunt ad minus decem vel circiter & 11. anni qbus regnauit Sedechias, et annos qbus regnauit Assuerus ante exaltationē Mardochæi qui fuerunt 12. Non est aũt verisimile qd tantũ vixerit: quia iam ante per multos annos dixerat Dauid: Si autē in potētatibus octoginta anni, & amplius eorũ labor & dolor: & dato quod tantũ vixisset, non tamen esset tunc tantæ fortitudinis qd posset facere illa quæ infra scribũtur de ipso, videlicet quod ita magnifice equitaret per ciuitatem, & domum Esther regeret, ac etiā negocia regni, cũ esset secundus a rege: vt habetur infra 10. cap. Secundum Iosephũ vero li. 11. antiquitatis Iudaicæ iste Assuerus fuit quartus rex Persarũ a Cyro, dimissis tamen duobus magis vt prædictum est, & vocat eũ Artaxerxem: & secūdũ hoc Mardochæus in principio regni Assueri fuit 100. & 56. annorũ, vt patet per prædicta: quia supponitur ꝙ ad minus habuit decē annos antequam captiuaretur, & 70. tēpore captiuitatis & 12. tēpore Cyri & 8. de tempore Cambysis & 36. de tēpore Darii Hystaspis & 20. de tēpore Xerxis filij Darij, q simul iuncti faciunt annos 156. & sic adhuc nõ est verisimile quod tantũ vixerit, & dato qd vixerit, non verisimile quod fuerit tūc tātæ fortitudinis, quod facere potuerit ea quæ prædicta sunt de eo, maxime cum nõ fuerint facta in principio regni Assueri, sed per magnũ tempus postea, quia tertio anno regni sui abiecit Vasthi: vt habetur infra eo. c. & 7. anno regni sui accepit Esther: vt patebit infra 2. ca. & adhuc post fa facta fuerunt ea quæ dicta sunt de Mardochæo. Et ideo saluo meliori iudicio videtur ꝙ Rabbi Salomon verisimilius dicat, scilicet, ꝙ iste Assuerus immediate successit Cyro in regnũ, quamuis nõ esset de semine regio: vt dictũ est supra Esdræ 4. & secūdum hoc Mardochæus in principio regni huius Assueri fuit nonaginta duorum annorum: vt patet ꝑ prædicta, sed ista Rab. Sal. Dan. 11. inter Cyrum & Assuerum ponit Cambysem filium Cyri regnasse, & cogitur ad hoc eo quod ibidem dicitur: Adhuc tres reges stabūt in Perside, & quartus ditabit opibus nimiis: & iste secūdũ ipsũ & alios Hebræos fuit Darius filius Assueri & Esther. Cũ igitur secūdũ ipsũ & oēs alios expositores Cyrus sit primus: oportet quod inter Cyrũ & Assuerum ponatur vnus alius aliter nõ essent quatuor, sed tantũ tres; & sic cum Cambyses regnauerit octo annis, Mardochæus in principio regni Assueri fuit centũ annorũ vel forte minus: qa ī principio vel ī fine alicuius regis dimidius annus & aliquando minus pro vno anno computatur. Et hoc vltimo dictũ verisimilius mihi videtur: & secundũ hoc ille qui ædificationē templi impediuit, non fuit Cyrus, sed Cambyses filius eius, in ætate vero centũ annorũ homines bene complexionati & sobrii possunt adhuc multa agere & pati. Secundum præambulum est de loco, vbi factum fuit istud regale conuiuium, quod notatur cum dicitur.

1 Quando sedit in solio regni sui. *idest, quando fuit confirmatus in regno.*

2 Susan ciuitas regni eius exordium fuit. *Quia fecit eā metropolim totius imperii sui. Tertium præambulum est de tempore huius conuiuii: quod notatur cum dicitur.*

3 Tertio igitur anno imperii sui fecerat grande conuiuiũ, *vt teneret eos in amore & in subiectione, cũ viderent eius magnificentiam & potentiā, ideo subditur.* Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, &c.

4 Centum videlicet & octoginta diebus. *Aliqui dicunt hic, q tantũ durauit primũ conuiuium, quod fuit in quadam mirabili domo habente columnas argenteas, & testitudinē ad similitudinē cæli, gemmis lucentibus ornatā, vt dicitur in Scholastica historia. Secūdũ autē conuiuium fuit in vestibulo horti, quod durauit septem diebus. Sed nõ est verisimile, quod homines notabiles vacarent tanto tempore, & maxime multum remoti a terris quas debebant custodire, & ideo videtur probabilius, quod centũ octoginta dies referantur ad tempus præparationis: qa apparatus tanti conuiuii durantis septem diebus, & pro tanta multitudine hominum non potuit esse paruo tempore: & secundum hoc non fuit nisi vnum festũ ipsius regis, quod fuit in vestibulo horti.*

5 Cumque implerentur, &c. *Positis præambulis ad conuiuiũ, hic cõsequenter ponitur eius executio, cum dicitur:* Cumq; im. di. cõ. *id est, venissent dies in quibus debebat esse conuiuiũ, secūdũ vero opinionē illam quæ dicit duo fuisse conuiuia sic exponitur.* Cumq; implerentur dies conuiuij, *idest transissent centum octoginta dies primi conuiuii quod fecerat principibus & nobilibus.*

Inuitauit

MORALITER.

1 *Quando sedit in solio regni sui.* Licet autem Christus inquantũ Deus sit æternus, non tamen fuit rex vel dominus ab æterno, sed quando creaturā habuit subiectā, inter creaturas autem angelica prior est saltem dignitate, & sic in sanctis angelis cœpit regnare, ideo subditur.

2 *Susan ciuitas regni eius exordium fuit.* Susan enim gaudiũ vel lætitia interpretatẽ. De ciuitate vero superna in qua ciues sunt angeli dicit, Psal. 86. Sicut lætātiũ omniũ habitatio est in te.

3 *Tertio igitur anno imperii sui.* per tertium annũ cõuenienter intelligitur tēpus tertium quod est tempus gratiæ, quia successit tempori naturæ & tempori legis Mosaicæ.

3 *Fecerat grande conuiuium.* quia tunc instituit eucharistiæ sacramentum.

† *Cunctis principibus &c.* idest, apostolis, de quibus dicitur Psal. 44. d. *Constitues eos principes super omnem terram.* Et fidelibus aliis in diuersis ecclesiæ gradibus constitutis.

† *Vt ostenderet diuitias, &c.* Tunc. n. ostendit fidelibus suis cibum preciosissimum, quo reficiuntur angeli gloriosi in specie propria: fideles aũt in hoc sacramento sub specie aliena.

Inuitauit

cant, eorum quoq; mala ipsi scilicet Christo conueniat. Moyses.n. in multis Christum significauit, sed non in hoc quod ad aquas contradictionis dubitauit. Sed nec Aarō in factura vituli. Nec Salomō in sorde libidinis. Sic Assuerus in isto iudicio vt in liberali conuiuio Christum signat, sicut Esaias in Cyro rege Persarum Christum signat, de quo postea subiunxit. *Accinxi te & non cognouisti me, &c.* Si enim reges iniqui in malefactis diabolum significant, cur non reges iusti, in benefactis Christū demonstrāt? Nabuchodonosor iussit populos audita symphoniarū & musicorum voce prostratos statuā adorare. Et diabolus seculari dulcedine gen' humanū inflectit a mentis rectitudine ad sequendam auaritiā quæ est simulacrorū seruitus. a *Dies conui.* Magnatum vel primitiuorū fidelium primi refecti sunt, secundum illud. *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* In circuncisionis sacramento dominicæ resurrectionis, & no. test. & verę circuncisionis, & octo sunt beatitudines, ad quas istud cōuiuiū perducit, quod fit tantum diebus, mali autem conuiuabuntur in noctibus. Et

Nu.20.b. Exo.32.a. 3 Re.11.a. Esa.45.a. Dan.3.a. †argenteis. Colo.3.a. Matth.15.e.

b *Et pendebant.* Byssus mortificationem carnis signat. Purpura sanguinē martyrij. Columnæ marmoreæ, firmitatem doctorum. Bñ ergo dicitur quod tentoria diuersi coloris byssinis & purpureis funib. per circulos eburneos in columnis marmoreis suspendebantur, qa decor ecclesiæ in sapiētię meditatione & in virtutū ascensione per carnis mortificationem & castitatem cum martyrij dignitate in doctoribus debet effulgere, & ipsorum verbo & exemplo ad alios rum notitiam perueniire, vt ab his instructi & cōfortati aulam paradisi mereantur introire. c *Et columnis marmoreis fulciebantur.* id est, doctoribus de quibus dicitur. *Ego confirmaui columnas eius.* Et alibi. *Columnas fecit argenteas, reclinatorium aureum.* d *Super paui.* Smaragdus a nimia viriditate sui sic vocatur. Parium genus marmoris cādidissimum. Per virorem enim fidei & candorem castitatis construitur fundamētum humilitatis. *Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et. *Qui se humiliat exaltabitur.* Et alibi. *Discite a me, quia mitis sum, &c.* Vinum

†Palatij regis. taulea albi coloris, & charpasini id est, auri coloris. Psal 74.a. Can.3.d. Matt.5.a. Lucæ 16.c. Matt.11.d.

a Per apostolos, vnde. Ecce conuertimur ad gentes. b Etiam gentes.

a rentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan a maximo vsque ad minimū, & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti † & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. Et pendebant ex omni parte † tentoria aerei coloris, & charpasini, ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis atque purpureis, qui † eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei & argentei, super pauimentum smaragdino, & pario stratum lapide disposi- ti erant, quod mira varietate pictura decorabat. Bibe-

a Quæ est ciuitas gentium, & per Sinecdochen gens significatur. b Toto tempore huius vitæ quæ septem diebus agitur. a In præsenti ecclesia, in qua nos fide & operibus ad iocundandam paradisum præparamus, in qua verbi Dei dapibus electi satiantur. b ¶ Horti æternæ iocunditatis, vbi consitæ arbores fructiferæ, id est, sancti meritis præclari. a Christi enim regis nostri dono ibi sancti fruuntur regno perpetuo. ¶ Operibus. a Specialis ornatus. b Cælestis conuersationis. c Sapientiæ charpasinus color auro similiatur. d Cælestis contemplationis. a Vnde in Can. Lectulus noster floridus, id est quies contemplationis, in qua quiescunt sancti. b Propter sapientiam. c Propter eloquentiam. d Humilitatem prælatorum qui minoribus præparant lectum. a Virore fidei. b Candore castitatis. a Astitit regina a dextris tuis in vestitu deau. b Virtutum. c ¶ Picturam fecit Deus non homo.

NICOLAVS DE LYLA.

1 Inuitauit omnem populum. *Ad secundum conuiuiū quod fuit septem dierum tantum, sed prima expositio videtur, melior. s. quod fuerit tantum vnum conuiuium in quo fuerint principes & nobiles, & et ciues de ciuitate Susan, licet essent disiuncte situati secundum decentiam statuum suorum, vnde infra dicitur quod die septimo cōuiuii rex mandauit Vasthi reginæ, vt ostenderet cunctis populis & principibus illius pulchritudinem. Consequenter ostenditur huius conuiuii magnificentia ex multis, cum dicitur.*

2 A maximo vsque ad mini. *In quo patet magnificentia huius cōuiuii quantum ad inuitatorum multitudinem.*

3 Et iussit. *Hic consequenter ostenditur celebritas conuiuii ex apparatu & nobilitate loci, cum dicitur.* Et iussit, &c. in vesti. & hor. & nemoris *.i. loci nemorosi, quia erant ibi multæ arbores virides & ramosæ foliis, & floribus decoratæ.*

4 Quod regio cultu. *idest, prout decet magnificentiam regiam.*

5 Et manu. *idest opere.*

6 Consitum erat. *scilicet arboribus fructiferis & aromaticis. Dicitur in Scholastica historia, quod ibi erat vitis cuius stipites erant argētei, palmites vero aurei, & botri ex gemmis auro insertis. Accepta aūt videtur ista historia de historia Alexandri magni, vbi sunt multa parum habentia de apparentia veritatis.*

7 Et pendebant. *vt ibi comederent inuitati secundum modum illius regni.*

8 Aerei coloris. *idest, albi.*

9 Et charpasini. *idest, aurei.*

10 Ac hyacinthini. *qui est color similis colori cælesti.*

11 Sustentata. *idest, extensa.*

12 Funibus. *idest, de bysso factis, quæ est species lini candidissimi.*

13 Qui eburneis. *in Hebræo habetur.* Rotis argenteis. *Non enim videtur, quod de ebore possent rotæ vel circuli fieri, qui essent tantæ magnitudinis, quod tentoria illa possunt desuper extendi, cum ebur sit de dente elephant. s. Accipiuntur tamen hic rotæ & circuli pro circuli medietate, quia illa super quæ extendebantur tentoria habebant figuram semicirculi.*

14 Et columnis. *scilicet, illi semicirculi ex vtraque parte.*

15 Lectuli quoque. *idest, sedilia pro conuiuantibus ad modum lectulorum facta.*

16 Aurei & argen. *quia erat coopertа pannis auri Phrygiatis & huiusmodi.*

17 Super pa. *Non est intelligendum, quod istud pauimentum esset in horto vbi erant arbores plantatæ, sed in lateribus horti vbi erant vestibula facta, quæ gallice dicuntur galieres.*

18 Smaragdino. *Duæ sunt species marmoris diuersorum colorū ad decorem pauimenti, sicut palatium regis Parisiis de albo & nigro marmore paratum est.*

19 Bibebant. *Hic consequēter ostenditur magnificentia cōuiuij ex modo seruiendi valde sumptuoso & abundanti, cū dicitur:* Bibebant autem qui inuitati. *idest, scyphis ad potum ordinatis, ita quod ponitur contentum pro continente.* Et aliis

MORALITER.

1 *Inuitauit omnem populum.* Quia vult omnes homines saluos fieri, & per consequens ad hoc sacramentum admitti.

† *Septem diebus.* idest, toto tempore quod septenario dierum reuoluitur.

† *In vestibulo hor.* id est, ecclesiæ militantis, de qua dicit' Can. 4. d. *Hortus conclusus soror mea sponsa.*

† *Et nemoris.* Dicitur autem ecclesia nemus, nam in ea sunt multæ bonæ personæ tanquam arbores fructiferæ per sanctam vitam, & aromaticæ per bonam famam.

4 *Quod regio cultu.* idest, diuino.

6 *Consitum erat.* Nam ipse est cultor ecclesiæ principalis.

7 *Et pendebant ex omni parte tentoria,* idest, sanctorum angelorum præsidia, sicut tentoria prohibent pluuias & caumata.

9 *Aerei coloris,* per triplicem colorem hic positum, signatur ternarius hierarchiarū, & in qualibet hierarchia tres ordines angelorū, quia tamen eorū stabilitas est a Deo trino & vno, iō huiusmodi tentoria sustentari dicuntur funib. circulis, & columnis, idest, trib personis, quæ sunt columnæ oēm creaturam sustentantes, aliter. n. statim in nihilum redigeretur. Sunt etiā circuli omnem perfectionem eminentissime cōtinentes, sunt & funes vniuersi partes adinuicē connectentes.

15 *Lectuli quoque aurei & argentei super pauimentum.* i. sedilia pro conuiuantibus ad modum lectulorum disposita, secundum sensum literalem. Moraliter vero per hæc sedilia signatur quies conscientiæ, in qua sedere debent percipientes sacramētum eucharistię. Dicuntur aūt aurei & argētei, quia per aurū charitas, & per argentū munditia designantur, p quas cōscientię quietatur

19 *Bibebant, &c.* quia virtus eucharistiæ fugitur in vi amoris.

bant autem qui inuitati erant aureis poculis, & alijs atque alijs vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat. Itaque die septimo cum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mauman & Bazatha & Harbona & Bagatha & Abgatha, & Zethar & Charchas, septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant, vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cun-

a Spirituales conuiuæ. b Euangelicis uerbis spirituali sapientia conditis. a Legis & apostolorum & prophetarum. b Spirituales delitiæ quibus saginantur animæ. c Verbi Dei cælestis gratiæ. d Non paruitate nostra. a Diuidens singulis prout vult. b Abundanter tribuit & non improperat. a Scripturarum. b Doctores. c Maioribus ecclesiæ, qui dant in tempore tritici mensuram. a Plebs Iudaica quæ regnare videbatur cum in cultu unius Dei præeminebat cæterisgentibus. a Refectionem legis. b Sanctarum animarum. a Nobis secundum opinionem. a Copiosam sancti spiritus gratiam, quæ apostoli potati sunt. b In apostolis. c Spiritussancti musto de quo dicitur Tu autem seruasti bonum uinum usque adhuc. a Prædicatoribus repletis septiformis spiritus gratia qui se castrauerunt propter regnum cælorum. a Verbum Dei. b Iudaicam plebem. c Ad conuiuium spirituale. a Honore religionis.

a *Vinum*. secundum illud: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, &c.* Alij datur sermo scientiæ, alij sapientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum.

Rom. 5. a. 1. Cor. 12. a.

b *Nolentes cogeret ad bibendum, &c.* Nemo cogit spirituale donum accipere, filios vult Deus, nõ seruos, voluntatem vult, non necessitatem, secundum illud. *Qui potest capere capiat*. Item. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*. Et. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, &c.*

Matth. 19. b. Ibidem. Ibidem.

c *Vnusquisque quod vellet, &c.* secundum velocitatem & capacitatem & vtilitatem singulorum. Sic enim temperanda est prædicatio, vt in omnibus vtilis fiat, nulli noceat, & inter omnium vitia quasi gladius anceps transeat. Sic per superbiam rescindens auferat, ut non augeat timiditatem. Sic otiosis & torpentibus sollicitudinem operis imponẽs, vt inquietis & curiosis non augeat importunam actionẽ, & sic de cæteris.

d *In palatio, vbi rex Assuerus, &c.* Ierusalem vbi templum & sancta sanctorũ, vel in sanctę scripturæ meditatione in qua diuinitas potentiæ suæ tribuit notitiam.

* Iosephus. Regina quoque mulierum cõuiuium in aula collegit. Quam rex principibus volens ostendere, ad conuiuium iussit accedere, cunctas mulieres pulchritudine præcellentem. Quæ pro legum Persarum custodia, prohibentium ab extraneis alienas coniuges videri, non accessit ad regem. Cumque sæpius eunuchos ad eam mitteret inuitantes, nihilominus suum denegans permansit aduentum.

L. 11. ant. ca. 6.

* August. Possunt coniuges per charitatem seruire inuicem, sed mulierem nõ permittit Apostolus dominari in virum. Hoc enim viro potius Dei sententia detulit, & maritum habere dominum meruit mulier, non natura, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa.

L. 11. de Gen. ad lit. c. 34.

e *Vt ostenderet, &c.* Vbi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et aliis, &c. *quia secundum varietatem ferculorum vasa mutabantur.*
2 Vinum quoque, ut magnificentia, etc. *sine quo non potest esse conuiuium solenne.*
3 Abundans, & præcipuum. *in quo ostenditur bonitas & abundantia vini.*
4 Nec erat qui nolentes, &c. *quia nolebat rex quod in aula sua aliquis vteretur modo incomposito et irrationabili aliquorum barbarorum, qui conuiuantes nimis importune inducebant homines ad bibendum, vñ talis modus venit in Normania, quæ est pars Galliæ a barbaris habitantibus prope polum arcticum, qui terram illam accipientes eam populauerunt.*
5 Vasthi quoque. *Hic quarto describitur magnificentia cõuiuij ex modo ordinandi quia mulieres comedebant segregatæ a viris, et hoc rationabiliter. Primo, quia mulieres sunt debilioris cõplexionis quã viri, et minoris potus & cibi, & ideo ordinatius comedebant per se quam cum viris. Secundo quia consuetudo erat apud Persas, quod cõiuges maxime nobilium non dabant se aspectibus aliorum virorum, & ideo talis segregatio mulierum a viris in prandio faciebat ad naturæ ordinationem, & ad morum honestatem.*
6 Itaque die sep. etc. *Hic cõsequenter describitur reginæ inobedientia, et secundo contra eam sententia, ibi:* Vnde iratus rex. *Circa primum dicitur.* Die septimo. *Dicunt hic aliqui Hebræi, quod erat dies sabbathi, qui vocatur septimus, & quod iusto Dei iudicio permissũ est Vasthi illo die regem ostendere, vt sic puniretur de hoc, quod dieb. sabbathorum faciebat mulieres Hebræas contra legẽ laborare, sed hoc de nulla scriptura autentica autoritatem habet, nec Iosephus dicit, & id melius exponitur.* Die septimo cum. *scilicet conuiuij.*
7 Cum rex esset hilarior, et post nimiam potationẽ. *Translatio ista videtur in hoc notare regẽ de ebrietate, quod non est bene verisimile, quia quantum ad omnes alios ordinauerat de potus sobrietate, vt patet ex dictis. s. quod nullus cogeretur ad bibẽdum, & propter hoc in Hebræo sic habetur:* In die septimo cum esset melius cor regis ex vino, *id est, iucundius.*
8 Præcepit Mauman, etc. *ita quod ibi notatur rex de excessiuo potu, quia vinum etiam sobrie potatum bene lætificat cor.*
9 Septem eunuchis. *i. ministris mensæ suæ adsistentibus, qui dicuntur eunuchi non per abscisionem genitalium, sed propter continentiam castitatis & honestatem morum.*
10 Vt introducerent reginam Vasthi. *vt sic magnificentiã suã ostenderet, non solum in propria persona, sed etiam in sibi per matrimonium coniunctã.*

Itaque Quæ

MORALITER.

† *Vinum quo.* per quod sanguis Christi pretiosissimus designatur, qui nobis in hoc sacramento sub specie vini datur.
5 *Vasthi.* per istam intelligitur synagoga, nã interpretatur diffinitio consummata, finis autẽ synagogę consummatus fuit in Christi passione, nã ex tũc legalia fuerunt mortua, & post publicationem euangelii mortifera: tempore tamen inter medio a Iudęis poterant obseruari, ideo subditur.
† *Fecit con.* in oblatione sacrificiorum. Et dicitur conuiuiũ fęminarum, ad designandum eius defectum, sicut sexus fęmineus est defectiuus.
† *In pala.* in templo quo dabantur diuina responsa ante passionis Christi tempora.
6 *Itaque die septimo, &c.* Per diẽ septimum intelligitur hebdomada septima post Pascha, post quã festũ Pentecostes celebratur. Tunc. n. rex noster Iesus Christus hilarem se ostendit, quia dona spiritussancti discipulis in signo visibili dedit.
7 *Et post nimiam.* id est, spiritusancto, nõ in se quia a principio conceptionis habuit plenitudinem gratiæ, sed in corpore suo mystico, nam propter receptionem spiritussancti eius discipuli putabantur pleni musto, vt habetur Act. ii.
8 *Præcepit Mauman & Bazatha, &c.* p istos signantur apostoli aliique discipuli, quibus præcepit Christus vocare populos & principaliter synagogã ad conuiuium noui testamenti, propter qđ Paulus & Barnabas dixerunt Iudęis Act. xiii. g. *Vobis oportebat primũ loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Deus.* Et hæc repulsio signatur per hoc quod subditur.

A *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium &c.* Gal. 4. a.

Tunc enim Dei filius incarnat⁹ legis mysteria quib. ante fideles pauerat, abūdantiori gratia manifestauit.

a *Quæ renuit.* Non solum legatos despiciēs sed & regis imperium, vñ in euangelio. Senior. n. filius a patre rogatus ad conuiuium noluit introire, & qui ad cœnam vocati alijs rebus occupati noluerūt venire iuxta indignationē patris familias, reiecti sunt & alij loco illorum constituti.

b *Respōditque Manuchan audiente rege atque principibus. Non solum regē læsit re. &c.*

B Hic nouissimus in ordine septē sapientū numeratus, sententiam promulgat & Paulum apostolum significat qui dicit. *Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus.* Et contradicentibus Iudæis & zelo repletis ait. *Quia vos indignos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes.* 1. Cor. 15. b. Act. 13. g.

* Aug. In cæteris omnibus (o mulieres), ancillæ estote virorum vestrorū, subditę ad obsequiū Nulla sit in vobis proteruitas, nulla superbia, non contumeliosa ceruix, nō aliqua inobediētia, prorsus tanquam ancillæ seruite. L. 50. hom. ho. 49.

C

*scientes tempora. †coram omnibus scientibus legem & iudicium Matth. 21. a. - primi, &

†duceretur ante se. † vel propter hoc multus cōtemptus erit, & ita.

†vel vt omnes viri dominentur in domib. suis.

a ¶Nationibus. b ¶Regibus nobilioribus.

ctis populis & principibus eius pulchritudinem. Erat enim pul-

a ¶Prærogatiua patrum scientia legis & prophetarum.

a chra valde. Quæ renuit, & ad regis imperium quod per eunu- 1

a ¶Saluator noster, de quo dicitur. Concupiscet rex decorem tuum.

chos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex & nimio 2

a ¶Doctores, spiritu gratiæ septiformis præcellentes. b ¶Recta fide & operatione.

furore succensus, interrogauit sapientes qui ex more regio ci 3

semper aderant † & illorum faciebat consilio scientium leges 4

a ¶Prophetarum.

ac iura maiorum. Erant autem primi & proximi Charsena, & Sethar, & Admatha, & Tharsis, & Mares, & Marsana & Ma-

a ¶Prædicatores gentium.

nuchan, septem duces Persarum atque Medorum, qui vide- 5

a ¶Voluntatem. b ¶In regno ecclesiæ vel cœli.

bant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant, cui 6 sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperiū

b quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. Respondit- 7

¶Quasi publica res agitur.

que Manuchan audiente rege atque principibus: Non solum 8

¶Subditos. a ¶Prædicatores.

regem læsit regina Vasthi, sed omnes populos & principes, qui 9

a ¶Ecclesijs.

sunt in cunctis prouincijs regis Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant: Rex Assuerus iussit, vt regina Vasthi † intraret ad eum, & illa noluit: Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum paruipendent imperia maritorum. † Vnde regis iusta est indignatio. Si ergo tibi placet egrediatus edictum a facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vl- 10

a ¶Synagoga, quæ contempsit. b ¶Quasi sponsa in cubili. c ¶Qui regnabat cum rege.

tra regina Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius al-

a ¶Ecclesia de gentibus. b ¶Fide & deuotione de qua dicitur, Astitit regina a dextris tuis.

c ¶In omnem terram exiuit sonus eorum.

tera quæ melior est illa accipiat. Et hoc in omne (quod latis-

a ¶Ecclesiarum.

simum est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, vt cun-

a ¶Subditæ plebes. b ¶Apostolorum. c ¶Successorum. d ¶Prælatis.

ctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis

a ¶Scilicet obedientiæ. b ¶Cum apostolis.

suis honorem. Placuit consilium eius regi, & principibus, Fe-

a ¶Pauli. b ¶Per prædicatores. c ¶Admonitiones correptiones.

citque rex iuxta consilium Manuchan, & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere

a ¶Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia Dei.

poterat diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores, in domibus suis, & hoc per cunctos populos diuulgari.

* Amb. Paulus non solū habitū humilē habere debere mulierem, verumetiā auctoritatem ei denegandam, & subijciendam præcipit viro, vt sub habitu quā obsequijs sub potestate sit viri, ex quo trahit originē. Præterea quoque virum mulieri, quod primus creatus est, inferior sit mulier, quia post virum, & ex viro creata est. Adijcit & aliud, quia diabolus nō virum seduxit, sed mulierem. Vir autem per mulierem deceptus est, ac per hoc nulla est concedenda audacia est, sed esse debet in humilitate, quia per illa mors introiuit in mundū. 1. ad Tim. 2. 1. Cor. 14. E, b 5. Gen. 1. 2. 3.

* Hier. In coniugio venerabili atq; immaculato apostolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur in primis viro auctoritas sua, tota que a te discat domus quantū illi honoris debeat. Tu illum dominum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demōstra, tanto ipsa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris. Caput enim, vt ait Apost. mulieris est vir, nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quam ex capitis dignitate. Vnde idem alibi dicit. *Mulieres, subditæ estote viris.* Ep. ad celan. 1. Cor. 11. Coloss. 3. F

* Amb.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ renuit & ad, &c. *& sic ista translatio notat reginā de contemptu qui est grauis culpa. dicit autē Iosephus li. xi. antiquitatis Iudaicæ, quod non fecit hoc ex contemptu, sed propter honestam cōsuetudinē Persarum, qua coniuges maxime nobilium non se dabant aspectibus aliorum virorum, & litera Hebraica non notat eam de aliquo cōtemptu, vbi sic habetur & non plus: Et renuit reginā Vasthi venire secundum verbum regis in manu eunuchorum, id est, per eunuchos.*

2 Vnde iratus rex & ni. *Hic consequenter ponitur sententia cōtra reginā de qua primo quæritur. & secūdo respōdetur, ibi:* Respondit-que. *Circa primum dicitur:* Vnde ira. *non tantū propter factū quantū propter principes & populos adsistentes: quia quamquā regina ex verecundia & honestate muliebri fuisset mota, tñ principes & populi adsistentes possent statim cogitare quod ex contemptus fecisset, quia verbum regis in hoc casu debebat consuetudini præualere.*

Inter-

3 Interrogauit sapien. *vt non præcipitanter aliquid ageret de capite suo.*

4 Qui ex more regio. *vt nunquam esset sine bono & magno consilio. Cætera patent vsque ibi:*

5 Qui videbant. *quia communiter ei aderant, vt dictum est.*

6 Et primi post eum re. *in consilijs & in mensis & in alijs locis honorificis.*

7 Respondit q;. *Hic ponitur responsio. vbi primo tangitur reginæ culpa.*

8 Non solum re. *ex facto suo, scilicet suspicionem contemptus regis principibus & populi ingerendo.*

9 Sed & omnes popu. *quia occasione huius facti qđ vbique diuulgabitur, multo magis cōtemnent aliæ mulieres viros suos: secundo exprimitur sententia per modum tamen consilij cū dicitur;* Si tibi placet.

10 Vt nequaquam vltra regina Va. *sed sit simpliciter repudiata. Cætera patent in litera.*

CAP.

MORALITER.

1 *Quæ renuit.* & propter contemptum prædicationis apostolo-

lorum Iesus Christus rex regum synagogam pro maiori parte in incredulitate dimisit.

A

ADDITIO.

In principio ca. 1. Esther vbi dicit postil. *In diebus Assueri*. Postquam descriptus est progressus populi, &c.

Expositio doctorum nostrorum dicentium, quod Assuerus iste fuerit octauus rex Persarum post Cyrum, omissis duobus regibus qui tantum septem mensibus regnauerunt, posset bene sustineri tanquam vera non obstante impugnatione postillatoris, cuius fundamentum in hoc loco est inualidum. Fundatur enim impugnatio sua in hoc, quod Mardochæus captiuatus fuerat cum Iechonia rege Iuda, & hoc credit probare per illud quod dicitur infra. ii. c. *Erat vir Iudæus in Susis ciuitate vocabulo Mardochæus filius Iair, filii Semei, filii Cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda transtulerat Nabuchodonosor &c.* Præsupponit enim quod relatiuum qui, contentum in hoc dicto, quod translatus fuerat, necessario referat ad Mardochæum, & sic deducit quod Mardochæus fuisset ducentorum annorum & plus in primo anno regni Assueri, quod est inconueniens. Sed recte attendenti literam præsuppositum suum non valet. Nam prædictum relatiuum posset referri plene ad Cis pro auum Mardochæi non autem ad Mardochæum, & secundum istum intellectum consequenter conceditur quod Cis ductus fuit in transmigrationem cum Iechonia, non autem Mardochæus pronepos suus, & sic non oportet concedere secundum istam expositionem, quod Mardochæus esset tot annorum quando fuisset exaltatus per Assuerum, vt postillator intendit, quia forte per magnum tempus post transmigrationem Mardochæus fuit natus in Susan vel alibi. Quod autem relatiuum prædictum posset referri ad Cis pro auum Mardochæi, patet per exemplum, nam si quis diceret quod Dauid fuit filius Iesse, filij Obed filij Booz, qui contraxerat cum Ruth Moabitide talis narratio non esset reputanda falsa, cum illud vltimum relatiuum contentum in illo dicto, qui contraxerat, posset referri ad suum immediatum antecedens, scilicet, Booz: non autem ad Dauid, nec ad alios. & similiter potest intelligi relatio illa in proposito. Ex quibus sequitur, quod opinio communis nostrorum expositorum non est respuenda propter inconuenientiam, quam allegat postillator de ætate Mardochei, &c. D

CAP. II.

B **His itaque.** * Iosephus. Placuit ergo, vt Vasthi abijceretur, & honor eius aliæ mulieri præberetur. At ille coniugis amore detentus, grauiter eius disiunctionem ferebat & conciliari quidem propter legem non poterat, tristis tamen in solicitudinib. permanebat. Quem videntes amici mœrore confectum, persuadebant vt memoriam quidem vxoris & amorem nihil pro futurum deponeret: & quæreret per vniuersam terram virgines decoras, ex quib. pulchriorem haberet vxorem. Extingui n. prioris sic posse cupidinem aiebat C alia introducta, & desiderium paulatim a muliere proiecta subtractum, ad cohabitantem posse conuerti. * Augu-

Marginalia: Lib. 1. ant. c. 6. — † & eius quod contra est decretum fuerat. — † vel ornatum muliebrem, & infra.

CAP. II.

a His itaque gestis postquam regis Assueri [1] indignatio deferbuerat recordatus est [2] [3] Vasthi, quæ fecisset † vel quæ passa esset, dixe- [4] runtque pueri regis ac ministri ei[5]. Quæ- [6] rant regi puellæ virgines, ac speciosæ, & mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines, & adducant eas ad ciuitatem Susan, & traducant eas in domum feminarum, sub manu Ægei eu- † nuchi, qui est præpositus & custos mulierum regiarum, & acci- [7] piant † mundum muliebrem, & cætera ad vsus necessaria. Et [8]

Interlinear glosses: a Contemnens regem. b Repudiationem. c Consolantes regem. a Noue. ... b A corruptione diaboli. a ... Ecce ego mitto vos. b Diligenter. a Virtutibus & operibus. b Verbo & exemplo. c Non potest ciuitas abscondi supra montem po. d In qua regnabat Assuerus. a Sponsarum regis magni. a A Deo. b Victum & cultum animarum.

* Augustinus. Non est ad quod exhortemur eos qui reconciliari timent coniugibus adulteris pœnitendo sanatis, nisi ad custodiendam continentiam. Quoniam mulier alligata, quamdiu sine mœchas siue castus vir eius viuit, mœchatur si alteri nupserit, & vir alligatus quamdiu siue mœcha, siue casta vxor eius viuit, mœchatur si alteram duxerit. Hæc que alligatio quandoquidem non soluitur, etiam si per repudium coniux casto corpore separetur, multo minus soluitur, si non separata mœchetur. Ac per hoc non eam soluit nisi mors coniugis, non in adulterium conuenti, sed de corpore exeuntis. He-

Marginalia: E Li. 2. de adul. coniugijs. c. 13. * ipsius — & cætera ad vsus necessaria. F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 **His itaque.** *Postquam descripta est reginæ Vasthi deiectio, hic consequenter ponitur ipsius Esther exaltatio. & hoc in quatuor sibi gradatim succedentibus. quia primo alijs virginibus regijs sociatur. secundo mundus muliebris ei acceleratur, ibi:* Quæ placuit ei. *tertio regi desponsatur, ibi:* Ducta est itaque. *quarto in amore regis firmatur, ibi:* Cumque & secundo quærerentur. *Circa primum ponitur primo consultatio generalis. secundo circa Esther executio specialis, ibi:* Erat vir Iudæus. *Circa primum sciendum, quod sicut dicit Iosephus lib. xi. antiquitatis Iudaicæ, sedata passione iræ & turbationis in Assuero de facto prædicto Vasthi reginæ, cœpit recolere eius pulchritudinem & amorem quem habuerant adinuicem, & dolere de hoc quod abiecerat eam, maximè quia eam reuocare non poterat propter edictum irreuocabile quod super hoc dederat, & per totum regnum suum publicauerat, propter quod amici sui videntes eum continuè anxiari, suaserunt ei vt virgines pulcherrimas faceret ad se adduci, & illam quæ inter eas magis sibi placeret vxorem assumeret, & sic amor sequentis dolorem mitigaret præcedentis, & hoc est quod dicitur.*

2 Postquam re. *id est passio iræ & turbationis transierat, quia aliter iudicat homo in passione positus & extra passionem.*

3 Recor. *sic est in Hebræo & in libris correctis, quia tanta passione Assuerus recordatus fuit pulchritudinis ipsius Vasthi, & amoris qui fuerat inter ipsos.*

4 Quæ fe. *conferendo pœnam quam ei inflixerat, & factum quod ipsa fecerat: videbatur sibi quod culpa a pœna excessisset rationibus supradictis, quia fecerat honestate & verecundia muliebri, propter quod anxiebatur, eam reuocare non audens, ne principes regni contra se prouocaret ex fractione edicti irreuocabilis, & ne a toto populo propter vnam mulierem reputaretur mutabilis tanquam effœminatus & mollis, & per consequens regno priuaretur, maxime cum non esset de semine regio secundum dictum Ra. Sa. c. præcedenti.*

5 Dixeruntque pueri regis ac ministri eius. *id est, familiares & intrinseci volentes occurrere eius desolationi.*

6 Quærantur re. *Et patet litera vsque ibi:*

7 Et accipiant. *id est, illud quod pertinet ad cultum & ornatum, & dicitur a mundo das, quia aliqua mundant carnes mulierum sicut balnea, pigmenta, & consimilia, & aliqua etiam decorant exterius per sui munditiam & decorem, sicut vestes, & ornamenta de auro & argento, & lapidibus pretiosis facta.*

8 Et quæcunque. *id est, super omnes.* Ocu-

Marginalia: Diuisio. — Iosephus.

MORALITER.

1 *His itaque gestis, &c.* Sequitur:

6 *Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ, & mittantur qui considerent, &c.* Quamuis autem qualibet persona perseuerans in integritate fidei virgo dicatur, & Dei sponsa, tamen ecclesia ex personis talibus cogregata dicitur sponsa Dei prædilecta. & hoc significatur Cant. 7. c. cum dicitur: *Sexaginta sunt reginæ, & octuaginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba, mea perfecta mea.* Igitur per singulas virgines quæsitas pro rege, significantur singulæ fideles personæ, sed per Esther quæ fuit præelecta, signatur ecclesia, & per nuntios ad quærendum missos apostoli & prædicatores alij. Pot. etiam per Esther virgo Maria designari & per nuntios angeli eam visitantes, & specialiter Gabriel angelus ad eam specialiter destinatus Lucæ 1.

† *Et traducant eas in domum fœminarum sub manu Ægei eunuchi qui est præpositus & custos mulierum regiarum.* i. sub disciplina spiritus sancti, a quo custodiuntur dictæ virgines & vnguntur chrismatibus, & varijs virtutibus adornantur.

* Hebræi. Fuit Vasthi filia Balthasar, & quia inobediens fuit regi iugulata est nuda in sabbatho. Sed quare nuda, & in sabbatho? Eo quod voluit illa in sabbatho mulieres Hebræas nudas adigere contra legem Domini ad labores.

† patrui. LXX. fratris patris.

Repudiata Iudæa diuersi ex diuersis partibus mundi ad societatem regiæ dignitatis per prædicatores verbū Dei administrantes adducuntur, & sub manu Aegi qui interpretatur festinus, & custos est regiarum mulierū traduntur, idest, committūtur pastoribus, quibus fidelium animarū custodia datur, vt eis verbo & exemplo ministrēt quicquid ad cultum pietatis necessarium vident. Quicunque autem fide recta & conscientia pura regi altissimo placuerit, ad ipsum ingredietur, repudiata Vasthi.

† mutauit ipsum & puellas eius. i. mutauit partes ipsius & puellarū in bonum finē vt gratiā reciperet ei, ipsa aute n erat in domo mulierū

† vt cognosceret pa cē. i. sciret. vt valeret & se haberet.

a *Qui fuit.* Esther dicitur absconsa, Edissa, misericordiam consecuta hæc est gentiū ecclesia quæ in abscondito cordis nutriens castitatem fidei & misericordiam, gratiam coram oculis domini inuenit, repudiata synagoga qui in Osee vocabatur absque misericordia. Hanc nutriuit Mardochæus spiritualis, & adoptat in filiam qui est doctor gentium in fide & veritate, & est de stirpe Iemini, hoc est de stirpe Beniamin.

¶ Quia multi vocati, pauci electi. a ¶ Vna, non multæ, & Multitudinis cre. e. cor vnum.

quæcunq; inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro [1] Vasthi. Placuit sermo Regi, & ita vt suggesserāt, iussit fieri. Erat [2] [3] vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochęus, filius Iair: [4]

a ¶ Persecutor ecclesiæ factus.

filii Semei, filii cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de [5] [6] [7]

a ¶ Spiritali. b ¶ Præparatus captiuitati spiritali ieconias enim propterea domini interpretatur. c ¶ Diabolus.

Ierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, qui fuit nutritius filiæ

a ¶ Confusionis. b ¶ Magister. c ¶ Ecclesiæ.

a ¶ Christi, qui dicit. Nunciabo tu. tra meis. b ¶ Absconsa. Nesciat enim sinistra quid fa. dex. tua.

† fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther, & vtrumque parentem amiserat, pulchra nimis & decora facie.

a ¶ Errorem & superstitionem Gentilem ¶ Pulchra es & decora filia Ierusalem.

a ¶ Per uerbum euangelii ad salutem generauit æternam. unde. Filioli mei quos iterum parturio.

Mortuisque patre eius, ac matre Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam. Cumq; percrebruisset regis imperium, & iuxta mandatū illius multæ virgines pulchræ adducerentur Susan, &

a Castis parentibus.

b Ægeo traderentur eunucho, Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fœminarum. Quæ [8] [9] placuit ei & inuenit gratiā in conspectu illius. Et præcepit eunucho vt accelararet mundum muliebrem: & traderet ei par- [10] [11]

a ¶ San am doctrinam scripturarum, & uitam æternam & honestam.

c tes suas, & septem puellas † speciosissimas de domo regis,

a ¶ Sponsam. b Adolescentulas. c ¶ Donis uirtutum. d ¶ Verbo & exemplo.

& † tam ipsam quā pedissequas eius ornaret, atq; excoleret.

a Ecclesia de gentibus. b Doctores qui dicunt obliuiscere po. tu.

d Quæ noluit ei indicare populum & patriam suam. Mardochæus enim patruus eius præceperat ei, vt de hac re omnino [12]

a Sollicite exquirendo fidem & operatione in commissæ plebis. b Assidue, unde. Apostolus. Solicitudo omnium ecclesiarum, & quis infir. & ego non infir. c Ante regulam rectæ fidei. d Cælestis Ierusalem.

reticeret Qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus [13]

a Animæ.

in qua electæ virgines seruabantur. † curam agens salutis Esther, & scire uolens quid ei accideret. Cum autem venisset tē-

a Tanquam sponsę. b Cælestem.

pus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regē, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant,

b *Esther.* * Ioseph. Cū verò congregatæ multę fuissent, inuenta est quędā puella in Babylonia ambobus orbata parentibus, quę apud auunculum nomine Mardochęū nutriebatur. Is enim erat ex tribu Beniamin. Omnesque primas Iudeorum Esther (hoc enim nomen ei erat) pulchritudine superabat, & gratia vultus sui respicientium magis delectabat aspectum. Quæ tradita cuidā eunucho pro diligētia cuncta rerū prouidentia fruebatur, affluentia aromatū, odore & largitate vnguentorum quibus corpora vnguntur irrigabatur. & his fruebantur per menses sex, numero quadringentæ.

L. 11. an c. 6.

† d enas. i. conuenientes ad ministrandū ei.

Hic Nabuchodonosor spiritualis & rex confusionis a naturali lege & cultu vnius Dei in confusionem idololatrię transtulit, sed pietas diuina ad viam veritatis per prędicatores reuocauit.

c *Et septem puel. &c.* idest; fideles animas spiritussancti gratia regeneratas atq; dedicatas, quę eius sequuntur vestigia, fide, doctrina, & operatione, de quibus dicitur: *Adolescentulę dilexerunt te nim.*

d *Quæ no.* Quia peccatorum labe & sordibus idololatrię per baptismum mundata, opprobrium pristinę iniquitatis non sustinuit vltrà.

Esther ... Ingre-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Oculis regis placuerit, &c. *oculis scilicet exterioribus pp pulchritudinem & oculis mentis propter delectationem in ea inuentam. & consimilibus:*

2 Ipsa regnet pro Vasthi, &c. *vt sic dolor præcedens detur obliuioni.*

3 Placuit sermo regi, &c. *quia videbatur sibi hoc esse ad suam consolationem.*

4 Et ita ut suggesserant iussit fieri. *mandādo statim executioni.*

5 Erat vir Iudæus. *Hic cōsequenter ponitur specialis executio circa Esther, cū dicitur.* Erat vir Iudęus in Susan ciu. *Dicit Iosephus qđ tūc manebat in Babylonia, sed adducta Esther ad Susan illuc se trāstulit amore Esther quam diligebat vt filiam, & sic scriptura loquitur hic pro tempore quo se transtulerat apud Susan.*

6 De stirpe Iemini. *& sic patet quod fuit de stirpe Saul primi regis Israel.*

7 Qui transla. *de qua translatione habetur. 4. Regum. 24. Cætera patent vsque ibi.*

8 Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est, &c. *scilicet Aegeo eunucho.*

9 Quæ placuit ei. *Hic consequenter describitur promotio Esther quantum, ad accelerationem ornatus muliebris, cum dicitur:*

10 Et inuenit gratiam, &c. *& hoc factū est ex diuina ordinatione vt cito promoueretur ad regiam dignitatem, & sic liberaret populum Israel a periculo sibi imminente de propinquo.*

11 Et traderet ei partes suas, &c. *idest, illa quæ ad victum, & vestitum, & ornatum pertinebant.*

12 Quæ noluit ei indicare pop. *de præcepto Mardochæi, q. a Iudæi tunc erant captiui & serui: & si hoc sciretur forsitan posset tanquam ignobilis repudiari, quamuis secundum veritatem esset de genere regali, vt dictum est.*

13 Qui deambulabat quotidie, &c. *sollicitus inquirere de bono ipsius Esther.*

Qui ... Mensis

a *Ingredien.* Quæcunq; anima certat ad thalamū Chri properare, condignū a suis doctorib. accipit ornamentū, & quo magis se deuotā ad agnitionē fidei, & exercitiū operis præparat, eo amplius a doctorib. instruitur, vt de competentium numero sanctæ trinitatis integram fidem, & confessionē ad perceptionē baptismi & vnctionē chrismatis, vt cœlesti sponso veraciter iungatur, accedat.

b *Atque inde.* Qui se ab ecclesia per vitiorum sordes separauerit, meritò in secundas ædes retruditur, vbi concubinę regis morantur, quia sanę fidei casus descēsum honoris meret, nec habet vltra potestatem ad regem redire, nisi superna gratia vilitatus in pristinę statum dignitatis restituatur.

c *Euoluto autem.* Id est, transactis quinque ætatibus mundi, quibus patrum propago processerat, instabat sexta ætas veniente redemptore, in qua gentium multitudo per euangelium vocanda erat.

d *Quæ non quæsiuit muliebrem, &c.* ✠ Hieronymus. Ioseph qui in egestate, & in diuitijs dedit experimenta virtutum, nonne post Pharaonem, sic Deo carus fuit, vt super omnes patriarchas duarum tribuum pater fieret? Daniel & tres pueri sic præerant Babyloniæ opibus, & sic erant inter principes ciuitatis, vt habitu Nabuchodonosor, Deo mente seruirent. Mardochęus & Hester inter purpuram, sericum, & gēmas, superbiā humilitate vicerun, tantiq; fuere meriti, vt captiui victorib. imperarent. Hæc illuc tendit oratio, vt ostendam iuuenem meum (Nebridium) coniunctionem sanguinis regalis, & affluentiā diuitiarum, atq; insignia potestatis materiā habuisse virtutū.

Marginal notes: *ad ornatum pertinens* — Epist. ad Saluinam. — † veniebant — † Esther

mensis duodecimus vertebatur[1], ita duntaxat vt sex mensibus[2] ole'o vngerentur myrthino, & alijs sex[3] quibusdam pigmentis[4] & aro'matibus vterentur. Ingredientesque ad regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, a'ccipiebant, & † vt eis placuerat compositæ de triclinio' fœminarum ad regis cubiculum transibant. Et quæ intrauerat ve'spere, egrediebatur[5] mane: atque inde in secundas ædes deducebatur, quæ sub manu Susanazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat[6], nec habebant potestatem ad regem vltra redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire iussisset ex nomine. Euoluto autem tempore per ordinem, instabat die's[7] quo Esther filia Abihail † fratris Mardo'chæi, quā sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare' ad regem. Quæ non quæsiuit[8] muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Aegeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. † Erat enim formo'sa valde, & incredibili pulchritudine, omniumque oculis[9] gratiosa & amabilis videbatur. Ducta est[10] itaque ad cubiculum regis Assueri, mense decimo qui vocatur Tebeth, septimo' anno regni eius, & adamauit ea'm rex plus quā oēs mulieres, habuitq; grām & misericordiā corā eo super omnes mulieres, posuit diadema regni in capite eius Fecitq; eā regnare loco Vasthi Et iussit cōuiuiū præparari permagnificū cūctis principib. & seruis suis, pro coniunctione & nuptijs Esther, & dedit[11] requiē vniuersis

Interlinear glosses: a Nomine fidei, & pinguedine dilectionis. — Bonorum operum. a Virtutum. b In baptismum. — a A Doctoribus prius. — a Trinitatis fidei. — a Quia post occasum vitiorum, exurgit fulgor virtutum. — a Sexta ætas venit vbi plenitudo temporis. b Ecclesia de gentibus. — a Doctorum & præcipue Pauli. b Vt supra. — a Per baptismum. b Quia plus credidit doctoribus quam sibi, Quæ vtilia sunt melius nouit medicus, quam infirmus. — a Circumdata varietate virtutum. — a Benignitatis anno sept. formi gratia spiritussancti repleto. — a Ecclesiam. b Christus. c Nationes. d Virtutem. — a Remissionem peccatorum. b Consortem sibi regni fecit. — a In mente. b Assistit regina a dextris tuis. c Synagogæ quæ regem spernendo & crucifigendo regni dignitatem amisit. — a Conuiuium spirituale gaudium in toto orbe vbi epulæ spirituales, vbi mysteria corporis & sanguinis domini. — a Ecclesiæ. b Venite ad me omnes qui laboratis &c. c Deposito onere peccatorum.

c *Tebeth.* apud Hebreos: *codimos*, apud Græcos: Ianuarius est apud Latinos. In quo dominus incarnatus octauo die circuncisus a Magis adoratus, & mysticis muneribus est honoratus, in quo etiam a Iohanne baptizatus esse prædicatur.

f *Fecit eam reg. &c.* ✠ Iose. Veniente ad regē Hester, delectatus est, & in amorē incidens puellę, legitimè eam duxit vxorem, & nuptias celebrauit imperij sui anno duodecimo, mense qui dicitur Adar. Destinauit autem per omnes gentes eos, qui Aggari dicūtur, præcipiens eis, pro eis nuptijs festa celebrare. Ipse autem Persas, & primos gentiū pascebat per totum mensem pro nuptijs suis. Quam cū introduxisset ad aulā, corona eam induit, habitauitque cum eo Hester, minimè ei prodens ex qua esset natione. Transiens autem & auunculus eius a Babylone ad Persicam Susim, & habitans illic singulis diebus in palatio commorabatur, requirens qualiter puella conuersaretur, quam tanquam filiam diligebat

Cum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Mensis duodecimus vertebatur. *scilicet antequam aliqua de virginibus adductis ad regis cubiculum duceretur, quia primis.*

2 Sex mensibus o. *Id est, lachryma fluente de tali arbore, quæ habebat virtutem mundificandi carnem.*

3 Et alijs sex. *scilicet mensibus.*

4 Quibusdam pigmentis *quæ faciunt carnem mulieris suauem et redolentem, ad reprimendum fœtores qui in mulieribus solent esse, omnia ista fiebant de consilio medicorum regis, vt sic maiorem delectationem inueniret in eis, vel saltem in aliqua earum, & sic manu delectatio superueniens dolorem abijceret præcedentem.*

5 Et quę intrauerat, &c. *vt sic de pluribus vna tanquam delectabilior & amabilior eligeretur, & tanquam regina coronaretur.*

6 Qui concubinis regis pręsidebat. *de victu & de vestitu conuenienti eis prouidendo. tamen verisimile est, quòd istæ quæ admissæ fuerant ad cubiculum regis, erant non vxores: dicebantur tamē cōcubinæ, quæ, scilicet, non erant principales vxores, sicut & de Abrahā legitur quòd Sara dicitur propria & principalis eius vxor: aliæ aūt dicuntur concubinæ, vt habetur Gen. 25. omnes tamen erant eius vxores.*

7 Instabat dies. *debebat intrare ad regis cubiculum secundum modum & ordinem superius positum.*

8 Quæ non quæsi. *sicut aliæ, ponens se totaliter quantum ad hoc in eunuchi dispositione.*

9 Omniumq; oculis. *decorem enim corporis decor gratiæ & virtutis mirabiliter augmentabat.*

10 Ducta est itaque. *Hic consequenter agitur de desponsatione & coronatione Esther, & patet litera vsque ibi.*

11 Et dedit. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo, quod mandauit vniuersis prouincijs, vt durantibus nuptijs Esther, cessarent ab operib. seruilibus. Alio modo, quod dedit eis requiem a solutione tributi pro illo anno, vel saltem pro parte anni: & hoc est magis probabile, quia cessatio ab operibus tanto tempore non esset gratiosa, sed magis damnabilis & onerosa.*

Ac do-

MORALITER.

10 *Ducta.* Hoc mysticè fuit impletum in ascensione Christi. tunc enim ecclesiam iustorum secum duxit ad cœlestia, vel in assumptione virginis gloriosæ, quando fuit super angelos exaltata.

† Ac

a *Cumq; & ſecundo.* Non ſufficit Chriſto primitiuam ſibi ſociare eccleſiam, ſed per prædicatores de gentibus multitudinē acquiſiuit copioſam. vnde *Alias oues habeo quæ non &c. & alias op.me ad.* (Ioan. 10.c.)

b *Duo eunuchi regis.* († regiam)
* Ioſephus. Inſidiantibus regi Bagatheo & Theodeſito Barthani eunuchis, ſeruus alterius eunuchorum gñe Iudeus, cum intellexiſſet inſidias reginę auunculo indicauit. Mardochęus autem per Heſter manifeſtans inſidiatores prodidit regi. Turbatus aūt rex, veritatem inueniens, eunuchos quidē crucifixit: Mardochæo autem tunc nihil pręſtitit, quamuis ſalutis eius nuntius extitiſſet, nomen eius annalium monumentis inſeri præcepit, & in palatio eum permanere, vt amicus regis neceſſarius exiſteret. Poſ-
(Li. 11. an. c. 6. † Mardochęi. † Infra 6. a. & 12. a.)

Poſſunt in duobus eunuchis ſchiſmatici & hæretici notari, qui fraudis & malitiæ venenum corde geſtantes contra veritatem conſiliantur, vt eam credentibus auferant, & Chriſtum, id eſt fidem Chriſti in ipſis fidelibus interficiāt, ſed eorum iniquitatem ſancti doctores manifeſtant, vt innocentes ſaluentur, & illi iuſta vltione puniantur.

c *Hiſtorijs & annalibus traditum coram reg. &c.* Duobus teſtamentis in quibus ſcriptum eſt quæ iuſtis præmia, quæ iniuſtis debeantur ſupplicia. vnde: *Ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.* (Matt. 25. d.) Et in Ezech. *Iuſtitia iuſti ſuper eum: & impietas impii erit ſuper eum.* (Ezec. 18 c.)

a ¶Spiritualia. b ¶Dedit dona hominibus.
1 prouincijs, ac dona largitus eſt iuxta magnificētiā † principale. 2 Cumq; & ſecundo quærerentur virgines & cōgregarent
a Doctores qui conuocant gentes ad introitum fidei & ſacramentum baptiſmi. Quia ſancta eccleſia nihil agit per arrogantiam vnde: Omnis gloria filiæ regis ab In. Et alibi. Gloria mea teſtimonium conſcientiæ meæ.
3 Mardochæus manebat ad ianuam regis, necdum prodiderat Eſther patriam & populum ſuum iuxta mādatū eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obſeruabat Eſther, & ita cuncta
a ¶Quo eam primis eccleſiæ rudimentis inſtruebat.
faciebat, vt eo tempore, ſolita erat quo eam paruulá nutriebat. 4 Eo igitur tēpore, quo Mardochæus ad regis ianuam mo
a ¶Scribæ & Phariſæi clauem ſcientiæ habentes, nec intus euntes, nec alios intrare permittentes. ¶ Caſtrati ſine robore animi.
rabatur, † irati ſunt Bagathan & Thares, 5 duo eunuchi regis
a ¶Quaſi principes doctrinæ.
6 qui ianitores erant, & in primo palatij limine præſidebāt, vo-
a ¶Colegerunt pontifices & Phariſei conſilium. b ¶Chriſtum.
7 lueruntq; inſurgere in regem & occidere eum. 8 Quod Mar-
a ¶Ordinem prædicatorum. b ¶Fidelibus.
dochæū nō latuit. Statimq; nūtiauit reginæ Eſther, & illa regi, ex noīe Mardochæi qui ad ſe rē detulerat. 9 Quæſitum eſt & inuētū, & appēſus eſt vterq; eorū in patibulo. Et iuſſit rex vt in libro memoriali ſcriberet, vt ꝓ vita ſua aliquid repenſaret ei Mādatumque eſt hiſtorijs, & annalib. traditum corā rege. 10 †

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ac dona. *principibus ſuis ſicut ſolet fieri in talibus feſtis.*
2 Cumque. *Hic conſequenter agitur de cōfirmatione amoris ipſius regis ad Eſther reginam, quod fuit ex hoc, ꝙ conſeruauit ſibi vitā ſuā denuntiando inſidias quæ ſibi parabantur, & hoc a Deo factum eſt, ne gratia quam Eſther apud regem inuenerat minueretur, eo quod patriā ſuam & populū noluerat indicare, & hoc eſt quod dicitur:* Cumque. *videlicet poſt coronationem Eſther ſimulando quod rex aliā ſibi præponere vellet, eo quod patriam & genus perdere non vellet, & ſic moueretur ad indicandum. ideo ſubditur:*
3 Necdum pro. *ſcilicet, Mardochæi, cuius mandatum pro nulla re volebat præterire.*
4 Eo igi. *quo virgines ſic adducebantur, & quo Mardochæus ſollicitus pro Eſther ad portam regis morabatur.*
5 Irati ſunt. *occulte tamen machinantes in eius mortē. Cauſa tamē huius machinationis nō exprimitur hic, nec in aliqua gloſſa Hebraica vel Latina quam viderim, ſed frequenter inuentum eſt, quod ſerui regum machinantur in mortem eorum.*
6 Qui ianito. *ꝓ tota iſta litera nō eſt plus ī Hebręo.* Cuſtodes ſupellectilis. *Et ratio huius diuerſitatis eſt: quia dictio Hebraica quæ hic ponitur, æquiuoca eſt ad limen & ſupellectilem. tranſlatio tamen noſtra ſequitur primam ſignificationem, Hebræi autem ſequuntur aliam, cui magis concordat litera ſequens, cum dicitur.*
7 Volueruntque inſurgere in regem & occidere eū. *Ianitores enim palatii non ſunt tantæ poteſtatis quod per arma regē poſſint occidere, cū habeant cuſtodes corporis ſui, nec ſic intrant ad interiora quod poſſint ſibi venenū propinare, ſed illi qui ſunt cuſtodes ſupellectilis aureæ & argenteæ, in qua ſeruitur regi poſſunt faciliter hoc facere, cuiuſmodi erant iſti, vt dicunt Hebræi:*
8 Quod mar. *Dicit autem Ioſephus quod hoc ſciuit per quendā Hebræū, qui erat famulus valde familiaris vnius illorum eunuchorū. Ra. Sa. vero dicit quod hoc ſciuit, quia corā Mardochæo in idiomate Thar ſenſi de regis intoxicatione loquebantur, credens quod Mardochæus illud idioma penitus ignoraret.*
9 Queſi. *quod ita erat ſecundum veritatem.*
10 Man. *quia ꝑter hiſtorias communes vbi ſcribebātur facta notabilia, quilibet rex pro tempore ſuo faciebat ſcribi vnū librum in quo facta ſui temporis ponebantur, & hoc ad memoriam futurorum, quia ex factis præteritis diriguntur homines in agendis de futuro.*

MORALITER.

1 *Ac dona.* Chriſtus enim rex noſter eccleſiam ſecū ducēs ad cœleſtia, dedit ſuis fidelibus, abundanter ſpiritusſancti dona. Pſal. 57. ſecundum tranſlationem LXX. *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.*
4 *Eo igi.* Per duos eunuchos qui voluerunt regē interficere, ſignificati fuerunt Phariſæi & Saducæi, qui poſt aſcenſionē Chriſti quæſierūt ipſum in membris ſuis occidere, & nomē eius penitus delere, vt patet Act. 8. & alijs eiuſdem libri plurib. locis. Per Mardochæū aūt qui ſalutis Eſther gerebat curā poteſt Petrus apoſtolus intelligi, qui curā ſuſcepit eccleſiæ Chriſti, & denuntiauit eccleſiæ malitiam Phariſæorū & Saducęorum nomen Chriſti delere quærentium, vt ſupra hoc donum exoraret. vnde, Act. 8. d. de Petro & Ioanne: *Dimiſſi autem venerunt ad ſuos, & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes ſacerdotum & ſeniores dixiſſent, qui cum audiſſent vnanimiter leuauerunt vocem ſuam ad dominum, &c.*
† *Et annal.* per quod ſignificatur quod merita iſtorum non dantur obliuioni, ſed regiſtrantur coram rege cœleſti, vt remunerentur tempore competenti.

CAP. III.

a *Poſt hæc rex.* * Come. Poſtquam Saul deleuerat Amalecitas, preter Agag regem, hunc Samuel occidit. Vnde Aman veteri motus odio, excogitauit delere Iudęos, qui deleuerant Amalecitas.
* Ioſeph. Hoc tpe Amā Amadathi filium gñe Amalecitam, tā, ad regē introeuntē, peregrini & Perſæ ſalutabāt: nam hūc ei honorē Xerxes ab oībus iuſſerat exhiberi. Mardochęū verò propter ſapientiam & patrias leges non adorantem Aman cuſtodiri fecit, interrogans ex quo genere eſſet, Sequitur, &c.
b *Aman filium.* Potētes ſeculi qui beneficijs diuina poteſtate collatis

CAP. III.

a ¶Chriſtus. b ¶Temporaliter. c ¶Iniquitas interpretatur.
1 POſt hęc rex Aſsuerus exaltauit Amā, filiū Amadathi, qui erat de 2

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

1 POſt hæc. Deſcripta ipſius Eſther promotione, hic conſequenter agitur de populi ſui liberatione. & primo ponitur contra populū iniqua machinatio. ſecūdo mira populi liberatio. 4. ca. Circa primū primo ponitur machinationis occaſio. ſecundo ipſa machinatio. ibi, *Quod cum audiſ.* tertiò machinationis executio, ibi: *Dixit Aman regi.* Occaſio autē machinationis contra Iudæos fuit, eo quod Mardochæus nolebat adorare Aman ſicut & cæteri, & hoc eſt quod dicitur. *Poſt hæc.* regni ſui faciens a ſe ſecundum.
2 *Qui.* iſte fuit ex Amalec, vt habet̄ 1. Reg. 15. quē Samuel * occidit,

MORALITER.

1 *Poſt hæc rex Aſſue. &c.* Poſt perſecutionē Iudæorum ſecuta eſt pſecutio principum Romanorū, qui multū conati fuerunt nomē Chri delere & Chriſtianos interficere. Igit̄ per † Aman

stirpe Agag, & posuit solum eius super omnes principes quos habebat. Cūctique serui regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman. Sic enim

a ¶ Prædicatores euangelij.

a præceperat eis imperator: solus Mardochæus non flectebat 1

a ¶ Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. b ¶ Adulatores.

genu, neque adorabat eum. Cui dixerūt pueri regis qui ad fores palatij residebant: Cur præter cæteros non obseruas mandata regis? Cumque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nuntiauerunt Aman, scire cupientes vtrum perseueraret in sententia. † Dixerat enim eis se esse Iudæum. Quod 2 cum audisset Aman, & experimento probasset, quòd b Mardochæus non sibi flecteret genu, nec se adoraret, iratus

a ¶ Idest habuit. b ¶ In vno tantum. c ¶ Sed in omnes Iudeos.

est valde: & pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus suas: audierat enim quòd esset gentis Iudeæ, magisque

a ¶ Omnem plebem catholicam.

que voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri per-

a ¶ Vltimo tempore quando erit persecutio qualis non fuit.

dere nationem. Mense primo cuius vocabulum est Ni- 3 san, anno duodecimo regni Assueri † 4 missa est sors † 5 in vr- c

A ☞ collatis abutentes, quos consortes hūc naturę dedignant̄ habere cōsortes gratiæ, & honorem & reuerentiam quā soli Deo debuerunt, in sese transferre contendunt. Eos autē qui consentire nolunt odijs & cruciatibus persequuntur, sed iusto Dei iudicio in insidijs suis capiuntur iniqui. Vnde dicitur: *Iustus de angustia liberatur, & traditur impius pro eo.* Potest per Aman (quē Iosephus de stirpe Amalec esse commemorat) Iudęorū populus figurari, qui prophetas occiderunt, & dominū prophetarum & apostolos eius, generis nobilitatem propter incredulitatem & duritiam cordis perdentes, qui per Esaiam principes Sodomorū & populus Gomorrhæ dicuntur. Vnde Ezech. *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua* B *Cethæa.*

[Marginal notes: Prou. 11. a. — † præsidebant — Esaiæ 1. c. — Ezec. 16. a.]

a *Solus Mardochæus non flectebat, &c.*

✼ Chrysostomus. Gloriam aliter assequi nō licet, nisi gloriā fugiendo. Nā donec eā quidē sectemur, nos fugit: cū aūt eā fugimus, nos ipsa sequitur. Si vis esse gloriosus noli gloriā concupiscere. Si vis esse sublimis, ne te sublimē facias. ut alioqui quidē honores non quęrentem omnes honorant, ambientem vero aspernantur. Solet. n. humanū genus esse quodammō contentiosum & peruicax. Gloriā itaque contemnamus: sic enim humiles esse poterimus, vel potius alti. Noli temet ipsū extollere, & ab alijs extolleris. Qui semetipsum extollit, ab altero non extollitur. Magnum est elationis malū: stultum esse melius est, quam insolentem.

[Marginal notes: Hom. 39. ad pop. Ant. — † inf. 9. f.]

b *Iratus est valde & pro nihilo du. &c.* Bernardus. O ambitio, ambientium crux, quomodo omnes torquens, omnibus places? Nihil acerbius cruciat, nihil molestius inquietat: nihil tū apud miseros mortales celebrius negotijs eius. An C non limina Apostolorum plus iam ambitio, quàm deuotio terit? D

[Marginal note: Li. 1. de cōsid.]

✼ Innocentius Tertius. Ambitiosus semper est pauidus, semper attentus ne quid dicat vel faciat, quod in oculis hominum valeat displicere. Humilitatem simulat, honestatē mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatē ostendit, subsequitur & obsequitur, cūctos honorat, vniuersis inclinat, frequētat curias, visitat optimates, assurgit & amplexatur, applaudit, & adulatur, bene nouit illud poeticū: Et si nullus erit puluis, tamē excutit vllū. Prōptus & feruidus vbi placere se cognouerit, remissus & tepid⁹ vbi putauerit displicere. Grauē intra se sustinet pugnam difficilemq; cōflictū, dum iniquitas pulsat animū, & ambitio continet manum, & quod E illa suggerit faciēdū, hæc fieri non permittit. Colludunt tamen ad inuicē mater & filia, iniquitas et ambitio: nā mater in aperto subsistit, & filia in occulto nō resistit. Sed esto quod sublimetur in altū, statim curæ succrescunt, solicitudines cumulantur, vigilię producunt̄, natura corrūpit̄, spiritus infirmatur. Corrumpit̄ somnus, amittit̄ appetitus, debilitat̄ virtus, attenuat̄ corpus, & sic in seipso deficiēs nō dimidiat dies suos, sed miserabilē vitā miserabiliori fine cōcludit. Verū est illud poeticū: In se magna ruūt, summisque negatū est stare diu. Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant. Verius autem illud propheticum: *Vidi impium super exaltatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat.*

[Marginal notes: Lib. 2. de contemptu mundi c. 26. — † quæ dicitur goral. i. sors. — Cap. 26. — Psal. 36.]

c *Mis. est sors.* qui ad sortem domini pertinent occiduntur, F quos significat ille hircus qui secundum sortem domini in lege occidebatur.

☞ Tu-

NICOLAVS DE LYRA.

* occidit, vt ibidem dr̄, & ideo iste Aman habebat exosos Iudæos, quia Saul rex Israel vastauit regnum Agag, interficiens Amalecitas viros & mulieres & paruulos, vt habetur 1. Reg. 15. Sed contra hoc vr̄ quod dicitur inf. 15. Aman filius Amadathi animo & gente Maced. Ad quod dn̄t aliqui, q̄ idem est populus Amalecitarum & Macedonū, sed hoc non vr̄ verum, quia Macedonia est quædā regio in Græcia s̄m oēs historiographos, terra verò Amalecitarum est inter Aegyptum & terram promissionis, & prope terram Edom. primò enim occurrerunt filijs Israel ad pugnandum contra eos in deserto, vt habetur Exod. 17. & istæ terræ sunt valde distantes, Et ideo aliter dicitur & melius, q̄ Aman dr̄ animo & gente Macedo per similitudinem, quia Macedones iam rebellabant imperio Persarum. Et Alexander Macedo ab eis abstulit monarchiam, eam transferens ad Græcos, vt habetur primi Machab. 1.

1 *Solus Mardochæus non flectebat genu neque adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatij residebant: Cur præter cæteros, &c.* quia ex superbia sua volebat sibi arripere honorem diuinum faciens se adorare tanquā Deum, vt dicit hic glossa Hebraica, & hoc erat sibi illicitum.

Quod

2 *Quod cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardochæus nō sibi flecteret genu, nec se adoraret, iratus est valde: & pro nihilo duxit in vnum Mardochæum, &c.* Hic consequenter ponitur ipsa machinatio, & non solum contra Mardochæum, sed occasione eius contra totum populum Iudaicum, maxime quia cum iam habebat odiosam interfectionem Agag, de cuius stirpe erat, vt prædictum est, & destructionē Amalecitarum per Iudæos tempore Saulis regis. & patet litera ex dictis vsque ibi.

3 *Mense primo cuius vocabulum est Nisan, &c.* apud Hebręos, & correspondet partim Martio, & partim Aprili: quia incipit a propinquiori lunatione æquinoctio vernali, siue ante æquinoctiū, siue post: sicut plenius dictum fuit Exo. 2.

4 *Anno duodecimo regni Assueri, &c.* ex quo patet quod dictū est, sup. in principio huius libri, scilicet, quod Mardochæus in principio regni Assueri non fuit eleuatus nec fecit ea quæ sequuntur, sed per magnū tempus postea, scilicet per duodecim annos ad minus.

5 *Missa est sors in vrn. &c.* Iste enim Aman sortilegus erat, & ideo per modum superstitiosum posuit sortes, ad videndū quo mense machinatio sua de interfectione Iudæorum deberet habere effectum.

Quæ

MORALITER.

† Aman qui interpretatur iniquitas, potest Nero nequissimus intelligi, quem rex regū exaltauit ad sublimitatem imperij Rom. Nam omnis potestas a Deo est, Prouerb. 8. b, *Per me reges regnant.* Et propter dignitatem imperij venerabantur Neronem populi Romanis subiecti. Per Mardochęum autem qui coram Aman noluit genua flectere, significatur Petrus apostolus, & quicunq; successor eius bonus, imo etiam quilibet eius Christianus qui sacrilegis principū mandatis noluerunt obedire, propter quod dicti sacrilegi persecuti sunt grauiter ecclesiam, excitata tamen fuit prima persecutio per Neronem.

† *Nunciauerunt Aman, scire cupientes, &c.* Per istos nuntiatores signantur accusatores Christianorum apud impios imperatores.

Et

A

a ¶ Persecutoribus fidelium.

nam, quæ Hebraice dicitur phur coram Aman, 1

¶ Confessorum fidei. 2

quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici: Et exiuit mensis duodecimus, 3

a ¶ Iudaicus populus.

qui vocatur adar. Dixitque Aman regi Assue- 4

a ¶ Christianus. b ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum.

ro: † Est populus per omnes prouincias regni 5

† infra 13. f.

a ¶ Vnde Petrus electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ.
b ¶ Nouo testamento: vnde: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut ego dilexi vos.

tui dispersus, & à se mutuò separatus, nouis 6 vtens legibus & ceremo-

a ¶ Legem veterem.

niis, insuper & regis scita 7

a ¶ Opinione Iudæorum, qui contemnunt legem quæ occidit, sequitur, spiritum qui viuificat.
b ¶ Quem nihil latet.

contemnes. Et optime nosti, quòd non expediat re- 8 9 10

a ¶ Contra te.

gno tuo, vt † insolescat per 11 12

a ¶ Peccandi.

licentiam: si tibi placet, de 13

a ¶ Id est, perfectam obseruantiam legalium obseruationum.

cerne vt pereat, & decem 14

a ¶ Iusto pondere.

milia talentorum † appen-

a ¶ Scribis & Pharisæis. b ¶ Id est, thesauri sapientiæ & scientiæ Dei.

dã arcariis gazæ tuæ. Tulit 15

b ¶ Potestate & operatione.

ergo rex annulum, quo vtebatur de manu sua, & dedit

a Tulit ergo. Sicut Aman epistolas dirigens, regis signaculo eas munire conatur: vt facilius votum expleatur, sic Iudæi libros diuinæ legis in quibus est signaculũ summi regis, id est, gratia spiritussãcti ad comprehendendã hæresim suam assumunt in testimonium, reprobãtes societatem gentium & Christi euangelium, quasi diuinis perceptis contrarium.

B

† dimittat eo.

† argenti appendam mani... facienti opus, vt adducant in thesau... regis.

CAP.

a ¶ Opinione Iudæorum.

C

a ¶ Permisit.

& dedit eum Aman filio Amadathi de proge- D

† visum.

a ¶ Verorum confessorum.

nie Agag hosti Iudæorum, dixitque ad eum:

a ¶ Sacrificium & oblationem noluisti, &c. Et non accipis de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos.

Argentum quod tu polliceris, tuum sit: de po-

a ¶ Sicut diabolo dictum est: Omnia quæ habet in manu tua sunt.

pulo age quod tibi placet: Vocatiq; sunt scribæ regis mense primo nisan tertiadecima die eiusdem mensis, & scriptum est vt iusserat Aman ad omnes satrapas regis, & † iudices prouinciarum diuersarumque gentium, vt quæque gens legere poterat & audire pro varietate linguarum ex nomine regis Assueri, & literæ signatæ † ipsius annulo missæ sunt per-

† duces.

† regis.

a ¶ Sicut Paulus accepit epistolas à principibus Iudæorum, vt quoscunque inueniret viros ac mulieres vinctos perduceret in Ierusalem.

cursores regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent atque delerent omnes Iudæos à puero vsque ad senem, paruulos & mulieres vno die, hoc est tertiodecimo die mensis duodecimi qui vocatur adar, & bona eorum diriperent. 16 Summa autem epistolarum hæc fuit, vt 17 omnes prouinciæ scirent & pararent se ad prædictam diem. Festinabantque cursores qui missi erant, regis imperium explere. Sta- 18 timque in † Susis pependit edictum, rege & 19

E

† Susan.

a ¶ Vnde. Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.

20 Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis qui in vrbe erant, flentibus.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quæ*, scilicet, sors.

2 *Hebraicè dicitur*. non est per hoc intelligendũ, quòd phur sit nomen Hebraicum, sed est Persicum, vnde in Hebræo habetur *phur* quod est *goral*: ita, quod goral est nomen Hebraicum & significat sortem: & ponitur pro expositione nominis Persici. Quod ergo dicitur hic, *quæ Hebra. dicitur phur*. intelligendum est in libro Hebraico sic scribitur, quamuis sit Persicum. Sed tamen statim ibidem per hoc nomen goral, quod est Hebraicum, exponitur.

3 *Et exiuit*. id est, cecidit fors super 12. mensem, qui apud Hebræos adar vocatur, & correspondet partim Martio & partim Februario. Postea misit sortem quo die illius mensis deberet hoc fieri, & cecidit sors super 13. diem: & his dictis patet litera hoc excepto: *Missa est sors*, id est, in vas ad hoc deputatum secundum illius sortilegij modum, sed quis fuerit ille modus magis in particulari, non habetur ex textu nec ex glossa, nec est necessarium ad veritatem historiæ.

4 *Dixitque*. Hic consequenter describitur machinationis executio, quia post sortilegium statim Aman incepit procurare erga regem occisionem Iudæorum.

5 *Est popu*. quia licet aliqui cum Zorobabel & Esdra rediissent in Ierusalem, tamen multi remanserant dispersi per regnum, amore vxorum quas acceperant, & filiorum quos in terra illa genuerant, & possessionum quas acquisierant, vt dictum fuit Esdræ 1.

6 *Nouis*. quia colebant vnum Deum, cum tamen ante legem datam & etiam ante Abraham gentes communiter colerent pluralitatem deorum, quod adhuc fiebat communiter in regno Assueri.

7 *Insuper*. id est, edicta.

8 *Contem*. q. d. sic potest esse origo rebellionis & contemptionis in regno tuo.

9 *Et optime*. hoc dixit adulando regi, vt magis inclinaret ad credendum sibi.

10 *Quod non expe*. cuius bonum in pace omnino consistit.

11 *Vt insolescat*. id est, malitia crescat.

12 *Per licentiam*. id est, per regis dissimulationem.

13 *Si tibi pla*. q. d. licet hoc sit regno tuo vtile, tamen dependet ex tua voluntate.

14 *Et decem mi*. id est, thesaurarijs tuis pro tributo quod reddant tibi, ne per mortem eorum diminuatur in aliquo prouentus regni tui.

15 *Tulit ergo rex*. antiquitus enim annulis potentum signabantur literæ eorum, & ad hoc erat ibi signum expressum, ad hoc ergo tradidit sibi, vt scriberet literas, & sigillaret pro vt sibi placeret de interfectione Iudæorum, & patet litera ex dictis vsque ibi.

16 *Summa autem*, id est, sententia in breui.

17 *Vt omnes prouin*. armis, & talibus ad interfectionẽ Iudæorum, quia omnibus dabatur licentia hoc faciendi, & bona eorum diripiendi, ad quod multi erant inclinati.

18 *Statim. in Susis pepen*. quod fecit Aman ne rex mutaret consilium.

19 *Rege & Aman cele. con*. quasi pro regno fuisset ordinatum optimum negocium.

20 *Cunctis Iudæis, qui in vr. erant flen*. secundum quod dicitur Ioan. 16.d. *Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.*

Ad maiorem intellectum huius cap. & aliquorum sequentium quæritur hic, vtrum adoratio, quæ est per genuum flexionem sit soli Deo exhibenda. Et arguitur primò quod sic, per hoc, qđ Mardochæus noluit hoc modo adorare Aman, cuius causa in persona eius habetur infra 13. d. vbi dicitur: *Libenter enim pro salute Israelis etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui ne honorem Dei mei transferrem in hominẽ, & quenquã adorarem excepto Deo meo.* Nec in hoc Mardochæus reprobatur, sed magis à scriptura sacra & doctoribus commendatur. Item Apoc. 22. dicit beatus Ioannes: *Cumq; audissem, cecidi, vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat, & dixit mihi: Vide ne feceris*, & sequitur: *Deum adora*: ex quo videtur, quòd adoratio per genu flexionem sit soli Deo exhibenda. In cõtrarium videtur per illud quod habetur 1. Reg. 25. vbi dicitur quod Abigail adorauit Dauid, de qua ibidem dicitur. *Et procidit coram Dauid super faciem suam: & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius*, quod non potuit fieri sine genuũ flexione, ergo non exhibetur homini excellenti illicitè, quia alias Dauid sanctus hoc non sustinuisset sibi fieri, nec Abigail hoc fecisset, quæ sancta erat, & tenetur communiter à doctoribus in spiritu prophetico tunc cum Dauid loquuta fuisse.

14 Et

CAP.

MORALITER.

† *Et lit.* Per hunc annulum significatur imperialis potestas à Deo data, sicut prædictum est, qua Nero & alij sibi similes abusi fuerunt in Christianorum persecutione.

NICOLAVS DE LYRA.

A Ad qõnẽ istã dicendũ, ꝙ adoratio manifeste ordinatur ad reuerẽtiã illius, qui adoratur. reuerẽtia aũt referẽda est alicui pp excellẽtiã suæ virtutis, & ideo vbi est singularis excellẽtia, ibi debetur singularis adoratio. talis aũt est excellẽtia diuina, q̃ est infinita, & iõ dẽtur sibi singularis adoratio, quæ à doctorib. vocatur adoratio latriæ soli deo debitæ, & exhibendæ. Veruntamen quia excellentia diuina cõicatur excellẽtib. creaturis. non tñ vniuoce, sed participatiue, & diminutiue, inde est quod aliqua adoratio refertur creaturis excellentib. sicut angelis sanctis, & personis in dignitatib. constitutis, quæ vocatur adoratio duliæ. De prima vero adoratione est hic qõ. Circa quod sciendũ, quod licet adoratio principaliter consistat in actu interiori mentis Deũ reuerentis, habet tñ ex cõsequẽti aliquẽ actũ seu aliquod obsequii exterius, quod est signũ actus interioris, sicut actus fidei primo, & principaliter consistit in actu interiori mẽtis primæ veritati pp se assentientis, sed ario tñ cõsistit in actu exteriori cõfessionis, qui ẽt in casu est necessarius ad salutẽ, scđm quod dicitur Ro. x. b. Corde. n. creditur ad iustitiã, ore aũt fit cõfessio ad salutẽ. Etiã in hoc doctores Hebræi, & Latini cõueniũt: quod sit aliqua reuerentia seu seruitus exterior vna, vel plures soli Deo exhibẽda seu exhibendæ, sed ꝓcedendo vlterius in particulari quæ sit illa, vel illa, varie dicitur. Dixerunt. n. Hebræi, quod genuũ flexio vnius, vel duorũ est hmõi hoc accipientes ex dicto Mardochæi in ꝑallegato c. & hoc in parte sequuti sunt eos aliqui Christiani, dicẽtes, B quod licet corã personis excellentib. licite possit vnũ genu flecti, tamen corã solo deo duo genua sunt flectẽda, sed hoc dictũ videtur nimis durũ, quia non solũ Gẽtiles, sed ẽt Christiani reuerendo personas excellentes vtuntur genu flexione nõ solũ vnius, sed amborũ, & iõ hoc esset cõdẽnare Christianos saltẽ ĩ magna parte. Itẽ hoc videtur esse cõtra scripturã sacrã, vt tactũ est ĩ arguẽdo de Abigail, & Dauid. Itẽ 4. Re. 3 expressi⁹ hẽtur de Abdia, q fuit sanctus, & propheta, de quo. Qui cũ venisset curuauit genua contra Eliã, & precatus est eũ, quod non fecisset nec Elias permisisset, si flexio vnius genu, vel amborũ esset prædicto mõ illicita, & ideo dicendũ, quod non est illicita ratione ꝑdicta, vel rationibus prædictis, & maxime, quia ecclesia sciens vbique talẽ adorandi modũ, nõ ꝑdicat contrariũ, sed semper quasi cõcedẽs hoc esse licitũ. Ad cuius pleniorẽ intellectũ cõsiderãdũ, quod aliqua de diuinis honoribus tracta sunt ad creaturas excellentes, partim timore, & partim adulatione, & partim nimia humilitate, non tñ sunt eis exhibita tanquã deo sed sicut creaturis eius excellẽtiã participãtib. rõne sanctitatis seu dignitatis, seu alterius excellentiæ, de quib. est genuũ flexio, & licet hmõi primo fuerint ex malo motiuo, vel saltẽ minus bono introducta, tamẽ ex quo consuetudo inualuit, exhibẽtur licite creaturis excellentib. dũ tñ non sit intentio exhibentis talia hominib. illis sicut deo exhibere, nec recipientis hoc modo recipere, & sic per intentionem exhibentis, & recipientis tollitur proprietas actus interioris latriæ, per cõsuetudinẽ D vero introductã actus exterior obseruatur, remanet tamẽ aliqua seruitus soli deo exhibẽdã, quæ est actus exterior latriæ, & signũ actus interioris. s. oblatio sacrificij, quæ in nulla lege exhibet alicui, nisi ei qui pro deo habet, & hæc videt sentẽtia Aug. de ciuit. dei 10. lib. 4. c. vbi dicit sic: Multa deniq; de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferũtur humanis siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera, ita tñ vt quibus ea deferuntur homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi, si autẽ eis multũ additur adorãdo, &c. & sequitur, quis verò sacrificandũ censuit, nisi ei quẽ Deũ, aut sciuit, aut putauit, aut finxit? q. d. nullus. Ad argumẽta dicẽdũ. Ad primũ dicũt aliqui, quod Mardochæus nõ renuit flectere genua corã Aman, eo ꝙ illicitũ esset absolutè. sed propter abusum ipsius Aman, qui ex hoc in superbiã eleuabat, sed hoc non videt valere, quia homines mali, quamdiu tolerantur a deo in statu excellenti, sunt honorandi. vnde & Dauid sanctus, Saulẽ pessimũ ipsum persequentem adorauit, vt habetur 1. Reg. 24. Similiter Iudith quæ inter mulieres sanctas computatur, adorauit Holofernem pessimũ genuũ flexione, secũdũ quod habetur Iudith 10. d. Adorauit eũ prosternẽs se super terrã, & leuauerũt eã serui Holofernis iubẽte dño suo. propter quod apostolus Petrus 1. Pet. 2. c. dicit. Serui subditi estote in omni timore dñi, nõ tãtum bonis & modestis, E sed ẽt discholis. hęc est enim gratia. Amã verò erat in potestate constitutus. s. à rege secũdus: vt supra dictũ est. propter quod rõne status & officij erat adorandus. propter quod aliter dicendũ est, quod aliquid de se licitũ rõne alicuius circunstantiæ fit illicitũ. sicut dare eleemosynam mulieri paupercule licitũ est & meritoriũ, si tñ fiat intentione pertrahendi eã ad luxuriã, illicitũ est. sic in proposito. licet adoratio per genu flexionẽ licitè impendatur excellentibus creaturis, tñ redditur illicitè per malã intentionẽ exhibentis, si hanc exhibeat quasi Deo, vel ex parte recipientis si exigat isto modo. sicut legitur de Nabuc. rege Assyriorũ Iudith 4. quod præcepit Holoferni vt oẽs Deos terræ exterminaret, vt ipse solus Deus diceretur. & hoc modo quærebat adorari Amã, vt dicũt Hebræi, & habitũ est cap. ꝑced. qa per tales excellẽtias machinabat obtinere regnũ, vt habetur 1. 16. Ad secũdũ dicẽdũ, quod argm̃ est magis ad oppositũ, quia de apostolis tenet ecclesia, quod post confirmationem spiritussancti in die Pentecostes non peccauerũt mortaliter. propter quod Ioannes tũc non peccauit, & maximè qa eleuatus erat in contẽplatione ad videndũ secreta cælestia, peccasset aũt mortaliter si honorẽ soli deo exhibendũ angelo exhibuisset. Nec põt dici, quod deũ solũ in angelo sibi apparente loquentẽ adorauerit, qa hoc angelus non prohibuisset. prohibitio ergo angeli non fuit ad ostendendũ illã adorationem esse illicitã, sed ad ostendendum excellentiã quam natura humana consequuta est per filiũ Dei eã sibi in vnitate suppositi assumentem, secundum quod exponit beatus Greg. homil. 5. Euangeliorum.

ADDITIO I.

In cap. 3. vbi dicit in postil. Quia ex superbia sua volebat sibi accipere honorẽ diuinum faciens se adorari tanquã Deũ. C Dicere qđ Aman faciebat se adorari tãquã deũ, vt dicit glo. Heb. vr̃ irrationabiliter dictũ. nã hoc esset cõtra regiũ honorẽ, cõe est. n. apud oẽs ẽt idololatras, æstimare deũ verũ seu quẽ putant vel fingunt deũ esse super oẽs homines, ẽt reges vel principes. vnde si Aman honorẽ diuinũ vsurpasset, sequeretur ex hoc qđ honorẽ maiorẽ q̃ regiũ sibi vendicaret. qđ ex timore regis hoc nõ auderet attentare, ẽt si diuinũ amorẽ postponeret. ideo prædicta glo. non tenetur vt autentica ab Hebræis. sed ad reddẽdũ causam quare Mardochæus nõ flectebat genua corã Aman, sicut alij serui regis, sunt apud eos duæ opiniones. Vna est qđ Amã portabat ad collũ qđdã idolũ, & ex hoc Mardochæus renuebat adorare Amã, ne videret idolũ adorare. Alia opinio est, quod cũ Mardochęus esset de stirpe Saulis primi regis Israel, vt hr̃ suprà in postilla capit. 2. qui quidem Saul vastauit Amalecitas & cepit regem Agag, quem occidit Samuel, vt hr̃ 1. Reg. 15. qua rõne vt hr̃ in postil. suprà Aman habebat exosos Iudæos: ideo pari rõne intelligendũ est qđ Mardochæus habebat exosum Amã tanquã descendentẽ ab Agag & Amalec: cuius inimicitiæ habere memoriã ita vt non traderet obliuioni ꝑcepit Deus filijs Israel Deut. 25. vnde Mardochæus tanquã verax nedũ volebat adorare ipsum Aman. sed nec ẽt ostẽdere sibi signa alicuius amicitiæ ad illũ. esset. n. contra illud quod in corde gerebat ex mãdato Dei. Et hæc opinio vr̃ magis consona literę. Legit. n. infrà cap. 5. de Mardochæo, qđ non solum non assurgebat ante ipsum Amã, sed nec mouebat de loco sessionis suę: cõstat aũt qđ surgere corã aliquo vel moueri de loco pp reuerẽtiã alicuius, nõ est adoratio quę nõ dẽt hominibus fieri. ex quo patet quod ex aliã causa Mardochæus hoc cauebat. Quod aũt hr̃ 13. cap. vbi dr̃: *Ne honorẽ Dei mei transferam ad hominẽ, &c.* nõ est tenendũ tanquã autenticũ & in scriptura canonica contentum, non enim habetur ab Hebræis de isto libro nisi tantum vsque ad 10. cap. inclusiuè, &c.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postilla: Nouis vtens legibus. Non solum propter culturam vnius Dei dicebantur Iudæi vti nouis legibus, sed propter circuncisionem & obseruantiam sabbati & abstinentiam à cibis immundis & multa huiusmodi, quibus Gentiles non vtebantur, &c. F

ADDITIO III.

In eodem cap. 3. vbi dicitur in postil. Tamen ex quo consuetudo inualuit exhibentur licitè creaturis excellentibus. Cõsuetudo adorãdi creaturas per genu flexionẽ nõ vr̃ aliqđ facere ad propositũ qõnis motę per postil. nã antequã aliqua consuetudo de hoc esset, talis adoratio aut erat licita de iure diuino, aut nõ. Si erat licita, sic talis cõsuetudo ad hæc nihil operaret, si aũt erat illicita ꝑ cõsuetudinẽ cõtrariã nõ fierẽt licita: nulla. n. cõsuetudo vim obtinere posset ꝯ legẽ diuinã, vt in prima secũdæ q. 97. art. 3 in rñsione ad primum argm̃. Vnde circa hoc vr̃ aliter dicẽdum. s. quod adoratio exterior est signum significans interiorem adorationem, non naturaliter, sed ad placitum. sicut loquutiones significãt conceptus interiores ad placitũ institutiũ. Iõ nõ est incõueniẽs, qđ in diuersis tpibus seu in varijs regionib⁹ diuersa sint signa adorationis interioris tã latriæ q̃ duliæ, sicut & diuersæ loquutiones. vnde licet apud antiquos ve. te. soluere calciamenta de pedibus pertinebat ad reuerẽtiã loci sancti, vt hr̃ Exod. 3. & Ios. 5. tñ apud nos talis reuerentia non hr̃, vt patet per cõem vsum ecclesiæ. & similiter põt dici de adoratione corporali. Replica. Burg. ẽt circa tertiũ cap. satis cõpetentẽ ponit additionẽ. Sed hoc in ea vr̃ dubiũ quod dicit Aman descendisse ab Amalech, quia infrà c. 45. dr̃: *Aman aĩo & gente Macedo.* nõ igitur Amalecites, quia Macedonia regnũ est Gręcię: & fuit primũ & propriũ regnũ Alexãdri magni, vnde dñr Saxones traxisse originẽ vnde scribit quidã, Saxo velut credo patria fuit, antè Macedo. Cętera quę notat Burg. de genu flexionę nõ sunt magni ponderis, in hmõi. n. reuerentię signis intentio facientis distinguit an pertineant ad latriã, duliã vel hyperduliã, quo. n. ad genuflexiones dulia vr̃ habere potiores modos q̃ latria, nã plerumq; corã papa, regibus & principibus flectunt genua: vbi corã sacramento Eucharistiæ vix fit inclinatio, nemo tamen vt puto æstimabit aliquem ex eis creatorem & non potius creaturã, & duliam eis exhibendã.

CAP.

A

CAP. IIII.

a Quæ cũ audisset, etc. Sequitur.

b Vsque ad fores. Sic magister ecclesiæ intercessione reginæ, de qua dicitur. Astitit regina à de. tu. & cæt. quę partim peregrinatur in mundo, & partim regnat cum dño, à rege omniũ seculorũ desiderat exaudiri.

B

c Non enim. Nullus cũ corruptione pręsentis vitæ potest aulam cælestem intrare, sed ante obitum suum debet quisque corporis castigatione, & cordis compũctione regni pulsare introitum, vt post lętabundus supernum intret palatium. Si quis quęrat quomodo rex iustissimus tormenta inferat innocentibus, sciat hoc non esse ex voto malitiæ, sed ex summi consilij nutu procedere. Sapientia enim vincit malitiam, attingit à fine vsque ad finem fortiter. & di. omnia

C

Psal.44.c. Sap.7.d. Ibid.8.a. Psal.113.b.

CAP. IIII.

a ¶Id est, nece eorum Iudæorum. b ¶Ministri ecclesiæ.

1 Quę cũ audisset Mardo-

a ¶Discrete perscrutans opera sua ne in aliquo d splicat Deo.

2 chæus scidit vestiméta

a ¶Scilicet lacrymosa compunctione cordis, ieiunijs, & eleemosynis.

3 sua, & ĩdutus est sacco,

a ¶Recordationem humanę fragilitatis, vñ Cinis es, & ĩ cinerẽ reuer. b ¶Menti.

spargens cinerẽ capiti,

a ¶Latitudinis communis ecclesiæ, quæ dicit: In tribula. di. a. mihi.

& ĩ platea medię ciuita

a ¶Valida intentione cordis.

4 tis voce mágna clãabat

a ¶Compunctionem.

ostendens amaritudinẽ

a ¶Anima eius in amaritudine est.

ãnĩ sui, & hoc eiulatu †

a ¶Ad conspectum diuinæ maiestatis.

5 b vsq; ad fores palatii gra

c diens. Non.n. erat licitũ † indutum sacco aulã regis intrare. In omnibus

a ¶Ecclesijs. b ¶Fidelium conuentibus.

quoq; prouinciis, oppi-

6 dis, ac locis, ad quę cru-

a ¶Lex.

dele regis dógma pue-

7 nerat, plãctus ĩgẽs erat

8 apud Iudæos, ieiunium

9 vlulatus, & flet⁹, sacco,

& cĩere multis ꝑ strato

10 vtentib. Ingressæ sunt autem puellæ Esther, & Eunuchi, nũciauerũtq;

11 ei. Quod audiẽs cõster-

a ¶Nuptialem.

12 nata est, & vestẽ misit,

a ¶Pallio laudis pro spiritu mœroris.

vt ablato sacco ĩdueret

a ¶Rachel plorans filios suos noluit consolari, quia non sunt.

13 eum: Quã accipere noluit. Accitoq; Athach Eunucho * quẽ rex ministrũ ei dederat, ꝑcepit vt iret ad Mardochæũ,

14 & disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusque Athach iuit ad Mardochæum, & inuenit eum

a ¶Fortem in aduersis. b ¶In latitudine. c ¶Ecclesiæ.

stantem in platea ciuitatis ante ostium palatii, qui indicauit ei omnia, quæ acciderant, quomodo Aman promisisset, vt in thesauros re-

15 gis pro Iudæorum nece inferret argentum, exemplar quoque edicti, quod pendebat in † Su-

a ¶Ecclesiæ.

sis, dedit ei, vt reginæ ostenderet, & moneret

a ¶Introducit me rex. b ¶Regum.

eam, vt intraret ad regem, & † deprecaretur eũ pro populo suo. Regressus Athach nuntiauit Esther omnia, quæ Mardochæus dixerat. Quæ respondit ei, & iussit, vt diceret Mardochæo:

a ¶Qui seruiunt ei in timore, & exultabunt cum tremore.

Omnes serui regis, & cunctæ, quæ sub ditione

a ¶Singulæ ecclesiæ. b ¶Qui fortior, vnde audacior.

16 eius sunt norunt prouinciæ, quod siue uir, siue

a ¶Debilior, vnde submissior. b ¶Ante tempus. c ¶Cælestem.

mulier non vocatus interius atrium regis in-

a ¶Non habens vestem nuptialem.

trauerit, † absque vlla cunctatione statim in-

a ¶Spiritualiter. b ¶Signum miserantis potentiæ.

17 terficiatur, nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad re-

D

nia fu. Omnia quæcunque voluit fecit in cælo, & in omnibus abyssis. Cuius iusto iudicio agitur, vt fideles in manu persequutorũ tradantur, vel ad purgationẽ, vel ad correptionem, vel ad meritorum augmentationẽ. sic Iob Satanę traditur, Paulus ab angelo Satanę colaphizatur. Rursumque

* regis.

E † Susan.

† quæreret faciem eius.

† vna eius lex est, vt.

F

pro signo clementiæ.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

Quæ cum audisset, &c. Postquam descripta est contra populum Iudaicum Aman machinatio, hic consequenter describitur eiusdem populi liberatio; quæ facta est per petitionẽ reginæ Esther. Circa quod sic proceditur, quia primo ponitur petitionis dispositio præuia. secundo petitio ipsa capitulo 5. Circa primum primo ponitur Mardochæi lamentatio. secundo reginæ monitio, ibi. Egressusque Athach. tertio communis oratio, ibi. Rursumque. Circa primum dicitur.

Diuisio.

1 Quæ cum au. scilicet condemnationem Iudæorum prædictam per edicti publicationem, vt prædictum est.

2 Scidit vestimenta, &c. in signum doloris.

3 Et indutus est sacco, &c. in signum humiliationis.

4 Voce magna clama: propter innocentiũ condemnationem.

5 Vsque ad fo. quia non poterat aulam ingredi in habitu tã vili, quod erat statutum ad magnificentiam regalem.

6 Ad quæ. cru. re. idest, sententia, vel edictum.

7 Planctus ingens erat. Ad ostendendũ animi amaritudinẽ.

8 Ieiunium. ad carnis afflictionem.

9 Vlulatus, & fle. ad impetrandum Dei propitiationem.

10 Ingressæ sunt. s. ad ipsam Esther, quę habitabat in cõclaui, nec ita exibat ad rumores audiendos, sicut domicellæ eius, & ministri.

11 Quod audiens, &c. ex insolitæ rei auditu.

12 Et vestem mi. vt Mardochæus honestius incederet, & aulam regiam ingredi posset.

13 Quam accipere noluit. Quia adhuc non venerat tempus cõsolationis, propter quod Esther misit ministrum, sibi familiarem ad Mardochæum, vt sciret causam suæ desolationis.

14 Egressusque est. Hic consequenter ponitur reginæ monitio prima, & postea secunda, ibi. Quod cum audisset. Circa primum ponitur monitio reginæ, vt oraret pro populo suo in periculo posito, & patet litera vsque ibi.

15 Exemplar. idest copiã, quia exemplar proprie est primũ originale. Secundo hic ponitur Esther excusatio, cum dicit. Quæ respond. Sequitur. 16 Quod siue vir, &c. absque vl. cunctati. idest, mora. 17 Interficiatur. Istud edictum de consilio Aman fuerat positum, ne machinatio eius de morte Iudæorum reuocaretur per aliquem informantem regem ad cõtrarium.

MORALITER.

1 Quæ cũ. Per Mardocheum significatur bonus prælatus, qui corporale periculũ, vel spirituale cognoscẽs populi sui, seipsum affligit opib. penitẽtiæ ad ꝓuocãdũ misericordiã Dei.

† Et hoc eiulatu vsque. i. ad respectum diuinę maiestatis per pęnitentiam, & orationem appropinquare cupiens.

† Nõ enim, &c. Per quã significatur palatium cæleste, quod nullus ingredi potest indutus sacco mortalitatis humanę.

11 Quod audiens. Nã ecclesia audiens afflictionẽ boni prælati debet merito turbari, & mittere sibi vestẽ, procurãdo sibi suis orationib. diuinã consolationẽ, sicut ecclesia procurauit Petri liberationẽ Act. 12. De hac aũt veste dr̃ Isaiæ 61.a. Induit me dominus ve. &c. Sed quia bonus prælatus cito reuertit ad fletũ propter aliquorũ populi sui peccatũ. ideo dicitur.

13 Quam accipere. Per hoc autem, qđ Esther de accessũ ad regẽ ad precandũ pro liberatione populi primo se excusauit postea vero consensit, significatur, quod triũphans ecclesia & virgo beata videntes, quòd nõ sit tempus liberationis populi fidelis ab afflictione, nam aliquando non expedit, & ꝓ tunc cessant orare, sed postea tempore competenti faciunt.

a Rursumque. Orant pro se inuicem Mardocheus, & Esther.i. magistri, & discipuli sicut Paulus pro discipulis orat, & p se orari obsecrat, vt in Actib. apostolorum ab ecclesia fiebat oratio sine intermissione pro Petro.

b Non comedatis, etc. ✲ AMBROSI. Hester quoque pulchrior facta est ieiunio. Dominus enim gratiam sobrię mentis augebat. Omne genus suum, idest, totum populum Iudeorum à persecutionis acerbitate liberauit, ita vt regem sibi faceret esse subiectum, non libidinis amore flammatum, sed cęlesti miseratione cōuersum, ita vt & pœna retorqueretur in impium, & honor sacris redderetur altaribus. Itaque illa, quę triduo ieiunauit continuo, & corpus suū aqua lauit, plus placuit, & vindictam retulit. Haman autem dum se regali iactat conuiuio, inter ipsa vina pœnam suę ebrietatis exoluit. Est ergo ieiunium recōciliationis sacrificiū, virtutis incrementū, quod fecit etiam fœminas fortiores augmento gratię.

L. de Elia, & ieiun. cap. 9. † non vocata. † infra 13. e.

a ¶Aetatis huius vitæ.

gem intrare potero, quæ triginta iam diebus non sum vocata ad eū? Quod cū audisset Mardochæus, rursū mādauit Esther

a ¶Ne quæras, quæ tua sunt, sed quæ Iesu Christi. b ¶Interiori.

dicens. Ne putes, quod animā tuā tantū liberes, quia in domo

a ¶Summi. b ¶Non intercedas pro nobis.

regis es præ cunctis Iudæis si enim nunc silueris, per aliā oc-

a ¶Quia filiorum curam non habes. b ¶Vnde: Obliuisceris po. & do. pa. t.

casionē liberabuntur Iudæi, & tu, & domus patris tui peribi-

a ¶Pauci, vel nulli. b ¶Quia ideo rex te reginam fecit, vt nobis in persecutione auxiliareris.

tis, & quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris? Rursumq; Esther hæc Mardochæo verba mandauit. Vade, & congrega omnes Iudæos quos in † Susis

a ¶Ieiunium commendat. ¶Panem desiderij. ¶In fide sanctæ Trinitatis contra prospera, & aduersa.
b ¶Vinum voluptatis. c ¶Quibus fuit filius hominis in corde terræ.

repereris, & orate pro me. Nō comedatis, & nō bibatis tribus

a ¶Ecclesia. b ¶Animabus fidelium humilibus abiectis in oculis suis.

diebus ac tribus noctibus, & ego cū ancillulis meis similiter

a ¶Per continentiam munita.

ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens

a ¶Non digna. b ¶Animam meam porto in manibus meis.

† inuocata, tradensque me morti, & periculo. † Iuit itaq; Mardochæus, & fecit omnia; quæ Esther præceperat.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ triginta. Hēbat enim rex plures alias vxores, vt dictū est, & forte in illo tpe alijs vtebatur, tū ad reddendū es debitū, tū quia alternis vti delectabile est, vt dicitur 2. Mach. 15. *sola tñ Esther erat regina, sicut filia Pharaonis inter vxores Salomon.*
2 Quod cum au. Hic ponitur secunda monitio, cum dicitur.
3 Ne putes, &c. a sententia contra Iudęos data, per hoc, qd tu es regina.
4 Si enim nunc, &c. de vita tua tantum cogitans.
5 Per aliā oc. qa Deus hēt multos modos seruos suos liberā
6 Et tu, et do. diuina iustitia, eo q, ppřm tuū neglexeris. (di.
7 Et quis no. &c. vt in ta. i. in afflictione populi tui, vt p te liberaret. q. d. à principio tuę pmotionis nullus hoc cognouit, sed mō p effectū patet, qa à Deo facta est tua promotio ad regnum, vt liberes populum tuum.
8 Rursumque. Hic consequenter ponitur oratio cōis, quia Esther obediens Mardocheo voluit se periculo exponere pro populo suo, tamen petiit, vt pro ipsa, & negocio fieret cōis Iudęorum oratio, vt sic securius procederet in facto suo.
9 Non comedatis, neque. Non est intelligendum, q, tanto tēpore abstinuerint ab omni cibo, & potu, quia talis abstinentia esset indiscreta, sed quia semel in die naturali tantū comederūt, & modicū, s. ad sustētationē naturę tñ. illud aūt quod est modicū quasi nihil reputatur, vt habet 2. Physico.
10 Et tunc ingre. confisa de dictis orationibus, & ieiunijs.
11 Contra le. faciens inuoca. idest, non vocata.
12 Tradensque me. i. exponens me periculo mortis, quia non erat certa de euētu futuro, q̄uis cōsideret de diuino auxilio.

MORALITER.

11 Tradensque me. Licet. n. ecclesia triūphans, & beata virgo sint extra mortalitatis statum, tamen dicuntur tradere se morti, quando periculū mortis eius accipiunt cordi ad amouendū per suam interpellationē apud iudicem Deum, sicut bonus aduocatus illi pro quo aduocat, aliqñ dicit pro sua consolatione, ego super me accipio periculum causę tuę.
8 Rursumque Esther. Per hoc aūt, qđ Esther regina mandauit Iudæis, quod essent in afflictione, & oratione deuota, significatur, quòd ecclesia triumphās, vel virgo beata volunt sibi deuotos facere talia, vt orantes pro ipsis regem cæli velociùs exaudiantur, per hoc, quòd illi pro quibus volunt orare ad impetrationem gratiæ disponuntur.

CAPVT V.

a Die aūt ter. &c. ✲ CHRIS. fuit quædam mulier Hebræa, Hester erat ipsi nomen, hæc vniuersum Iudæorum populum internetione delendum sic eripuit. post quam Persarum rex oēs passim Iudæos interimi iussit, & nullus erat, qui contra mā illius obsistere posset, pristinum vestitū exuta, & sacco amicta, & cinerē substrata, diuinæ clementię supplicabat, vt secum ad regem ingrederetur & talia orans verba ad ipsum dabat. Grata Domine, fac verba mea, & da sermonem ornatum in os meum, &c.

Homil. 2. a. popul. Ant.

CAPVT V.

a ¶Tempore gratiæ, vel post incarnationem, post passionem, & resurrectionem.
b ¶Baptismo. c ¶Ecclesia. d ¶Fide spe, & charitate, & alijs virtutibus, quibus induta regi dignius societur.

Die autem tertio induta est Esther regalibus

a ¶Fortiter.

vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ,

a ¶Operationum præsentis vitæ, quæ spectat ad solium superni regis, qui pijs precibus annuit.

quod erat interius contra basilicam regis. At ille sedebat super solium suum, in consistorio palatij contra

Vir

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

Diuisio.

Die autem, &c. *Præposita debita dispositione hic consequenter agitur de petitionis ppositione, quæ duplex est. Prima petitio est ad regis animum inclinādum. Secunda ad populum Iudaicum liberandum cap. 7. Prima in tres quia primo ponitur Esther postulatio. secundo subditur Aman machinatio, ibi.* Egressus est itaque. *tertio machinationis frustratio, sequenti ca. Circa primum dicitur.*
1 Die autem. *scilicet post prædictas orationes, & ieiunia.*
2 Induta est. *deposita veste lugubri, qua fuerat vsa tempore orationis, & ieiunij.*
3 Et stetit in atrio. *confidens de Dei subsidio.*
4 Cōtra ba. *i. aulā regiā, & dicit* βασιλεὺς, *quod est rex in Græco.* Pla-

MORALITER.

1 Die autem. Per diem tertium significatur tempus gratię, quod est post duo tēpora, s. tempus naturę, & tempus legis Mosaicę. tunc. n. ecclesia de Gentibus collecta ornata fuit documentis cęlestibus, & sacris, & beata virgo, quę signatur per Esther in assumptione sua fuit ornata dotibus gloriosis.
3 Et stetit in. Nam ecclesia stetit per constantiā in aduersis, & virgo gloriosa stetit per potentiam in cęlestib. eminētijs,

MORA.

a *Virgam auream.* Regiminis potētiam vel passionis crucē, per quam acquisiuit potestatem, de qua dicitur; *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Et alibi: *Propter quod exalta. illum. & dedit illi nomen quod est super omne nomen.*

Mat. vlt. d. Philip. 2. b.

b *Vocate.* Ambro. Quid Hester regina, nonne vt populum suum periculo erueret, (quod erat decorum atque honestum) morti se obtulit, nec immitis regis trepidauit furorem? Ipse quoque rex Persarum ferox atque tumido corde, tamen decorum iudicauit indici insidiarum quæ sibi paratæ forent, gratiam repræsentare, populumque liberū à seruitute eripere, eruere neci, nec parcere neci eius qui tā indecora suasisset? Denique quem secundum à se, ac præcipuum inter omnes amicos haberet, cruci tradidit, quod dehonestatum se eius fraudulentis consiliis animaduertisset. Concordat volun tas reginæ inuitantis & regis iubentis, sed vē illi qui indignus accedit, qui licet inuitatus venit, suis tamen obstantibus meritis lætitiam conuiuij non habebit. Intrabit ergo rex & videbit discubentes, & non vestitum ueste nuptiali proijciet in tenebras exteriores. vnde: *Insidijs suis capientur iniqui.*

L. 3. off. c. 15.

c *Si inueni in conspectu.* Dilatio petendi nō deputatur segnitiei, sed patientiæ. Nō enim in præsenti sed in futuro bonis & malis retribuet merces: Cras enim pro futuro ponitur. vnde: *Nolite soliciti esse de crastino.* & Iacob in Genes. ait: *Apparebit mihi cras iustitia mea.* Et de agno dicitur. *Non remanebit ex eo quicquam vsque mane.* Cū iudicium venerit reuelabitur quasi veste quisquam ad cōuiuium intrauerit.

Prou. 11. a. Mat. 6. d. Gen. 30. c.

a Zares

---

ostium domus. Cumq; a vidisset * Esther reginam stantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu. quæ accedens osculata est summitatem virgæ eius. Dixitque ad eam rex: quid vis Esther regina? Quæ est petitio tua? Etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit: Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium quod paraui. Statimque rex: vocate inquit cito Aman, vt Esther obediat voluntati. b Venerunt itaque rex & Aman ad conuiuium quod eis regina parauerat, Dixitq; ei rex postquam † vinum biberat abundanter: Quid petis vt detur tibi, & pro qua re postulas? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. cui respondit Esther: Petitio mea, & preces sunt istæ: Si inueni in conc spectu regis gratiam, & si regi placet, vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem: veniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem meā. Egressus est itaque illo die Aman lætus & alacer. Cumque vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis

* rex. † in conuiuio vini.

a ¶ Vt fideles videat & singulorum opera diiudicet. b ¶ Non titubantem in aduersis. a ¶ Qui omnia scrutatur. b ¶ Monstrauit. a ¶ Omni deuotione implens. a ¶ Q. Petite & accipietis, quærite & inue pul. & a. vo. a ¶ Non tantum amicos sed inimicos inuitat. b ¶ Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos. a ¶ Prædicationis largitatem, vbi panis qui confortat, & vinum quod lætificat cor hominis. a ¶ Fidei deuotionem qua delectatur Deus. a ¶ Conuiuij quo reficit Deus. a ¶ In futuro. a ¶ Nesciens quid pareret ventura dies.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Placuit ocu. eius.* Tum quia esset omnium oculis amabilis & gratiosa, vt habetur supra 2. cap. magis tamen in oculis regis, cui erat matrimonialiter coniuncta. Tum quia gratiositas eius augmentata fuit tunc ex speciali gratia Dei, sicut dicitur de Iudith cap. 5.

2 *Et extendit contra eam virgam, &c.* in signum benignitatis & amicitiæ.

3 *Qua accedens,* liberata à periculo.

4 *Osculata est summitatem virgæ.* id est, sceptri regii in signum reuerentiæ.

5 *Quæ est pe. tu.* q. d. paratus sum eam implere, quod ostendit sequens litera. *Et si dimidiam partem, &c.*

6 *Obsecro vt venias ad me.* Ideo inuitauit eum ad conuiuiū, vt magis inclinaret ad se regis animum, sciebat enim quod deliciæ mulierum emolliunt virilem animum.

7 *Et Aman te.* dicit Ra. Sa. quod ideo solum Aman cum rege inuitauit ad hoc, quod alii principes magis mouerentur inuidia & odio contra ipsum, videntes quod sicut habebat erga regem gratiam singularem, ita crederent eum reginæ familiarem, & sic postea pro eo non starent, sed magis de eius deiectione gauderent. Et licet in hoc forsitan non bene fecerit, tamen commendatur de facti intentione, quia faciebat hoc ad deiectionem superbi, & liberationem innocentis populi, & Iudith de mendaciis quæ dixit Holoferni non cōmendatur, sed de intentione liberationis populi sui. personæ enim bonæ magnatum & aliorum qui prodesse possunt, ex magno zelo ad populum suum aliquando mouentur ad aliquid illicitum, vt patet in exemplis prædictis. & patet litera vsque ibi.

8 *Veniat rex.* Inuitauit enim eos ad conuiuium simul rationibus iam dictis scilicet, vt rex magis ad petitionem eius inclinaretur, & Aman magis odiosus principibus eius redderetur, factū est etiam hoc diuina dispositione, vt interim Mardochæus eleuari, & Aman cadere inciperet, vt patet cap. 2.

9 *Egressus.* Hic ponitur consequenter machinatio Aman, quę orta fuit ex elatione Aman ex reginę inuitatione. & hoc notatur cum dicitur; *Egressus est itaque illo die Aman, &c. læ. & ala.* de ostensa sibi reginæ amicitia & familiaritate.

10 *Cumque vidisset Mard.* Sequitur. *Indign. est u.* quia secundum philosophum 2. rhetoricæ, paruipensio est causa iræ. reputauit autem se paruipensum vltra modum eo quod vidit Mardochæum non solum ipsum non adorasse, sed nec etiam sibi assurrexisse,

I Et

MORALITER.

† *Cumque vidisset.* Ecclesia namque cęlesti regi placuit propter eius constantiam, & virgo beata propter plenam corporis & animæ gloriam.

2 *Et extendit contra eam.* Nam vtriq; contulit charitatis diffusionem.

6 *Obsecro vt venias.* Per hoc quod significatur eucharistię sacramētum in ecclesia militāte, & fruitio gloriosa in ecclesia triumphante: Ad vtrunq; vocatur rex cęlestis, quia delectatur in deuotorum cōicatione & in beatorum fruitione. Et similiter Aman vocatur, per quē conuenienter Iulianus apostata designatur, qa sicut ille fuit persecutor synagogæ, sic iste ecclesiæ, fuit et Christianus, & subdiaconus ordinatus. & sic ad conuiuium ecclesiæ militantis fuit vocatus secundum actum, & per consequens ad conuiuium ecclesię triumphantis, sed in potentia tantum.

9 *Egressus est.* Per egressum à conuiuio significatur eius recessus à Christianorum consortio, & quia tunc ascendit ad Romanum imperium ideo dicitur, lætus & alacer, tamen propter impetum & temporale gaudium.

10 *Cumq; vidisset.* Per istum Mardochæum qui reuerentiā ipsi Aman non exhibuit, significatur beatus Basilius episcopus, qui mandatis Iuliani apostatæ sacrilegis noluit obedire, propter quod iratus Iulianus comminatus fuit ei, quod eius ciuitatem & populum destrueret, quando de bello Persidis rediret, sicut Aman quærebat suspendere Mardochæum, & populum perdere Iudæorum.

A suæ, indignatus est valde, & dissimulata ira reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos suos & Zares vxorem suam, & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum filiorumque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset. Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege præter me, apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem antes fores regias. Responderuntque ei Zares vxor eius & cæteri amici: Iube parari excelsam trabem habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane regi vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium. Placuitque ei consilium, & iussit excelsam † parari crucem. D

a ¶ Satellites mini tri sceierum.

a *Zares vxorem.* i. familiaritas peccadi. Vel ad literã, vxores regũ & principum in persecutione fidelium cõsenserunt.

† præparari.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dissimulata. *quia non poterat eum punire sine regis licentia.*

2 Conuocauit ad. *ad tractandum de punitione Mardochæi quam summè desiderabat: quod patet ex hoc, quòd diuitias suas, prolem numerosam, honores sibi impensos à rege & regina pro nihilo computabat quamdiu Mardochæus viuebat: & patet litera vsque ibi.* B

3 Iube pa. excel. *vt magis appareat vindicta de ipso habita.*

4 Et dic mane regi. *q. d. statim concedet tibi.*

5 Et sic ibis cum. *quia passiones iræ licet incipiant à tristitia, terminantur tamen in delectatione habita vindicta, vt patet per Philosophum 2. rhetoricæ & 4. Ethicorum.*

6 Placuitque ei consilium. *quia erat iuxta suum desiderium.*

CAPVT VI.

e ¶ Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel,

NOctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri historias & annales priorum temporum. Quæ cum illo præsente legerentur, ventum est ad illum locum vbi scriptum erat, quomodo nunciasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium. Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac premii Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri: Nihil omnino mercedis accepit. Statimq; rex, quis est inquit, in atrio? Aman quippe † interius atriũ domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardocheũ affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum. Responderunt pueri: Aman stat in atrio. Dixitq; rex: Ingrediatur. Cumq; esset ingressus, ait illi: quid debet fieri viro, quem rex honorare desiderat? Cogitans Aman in corde suo, & reputans, quòd nullum alium rex nisi se vellet honorare, respondit: Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis, & imponi super equum † qui de sella re-

a ¶ Qui quotidie seruiunt, qui cupiunt dissolui & esse cum Christo.

CAPVT VI.

NOctem illam duxit rex insomnem, &c. In se mobilis permanens cursus temporum & actus omnium contemplatur, & nulla eũ latet cogitatio cui omnia præsentia. vnde Apostolus. *Non est in illo, est & fuit, sed est in illo semper est.* (1. Cor. 1. d.)

b *Ventum est.* Gesta Mardochæi memorantur corã rege, quia bona opera sanctorũ doctorum nunquã obliuioni tradent, sed in memoria æterna erit iustus. (Psal. 111. b.) C

✻ Iosephus. Deus spem malignam Aman deridebat, & accidẽtium preuidẽs, de futuris delectabat. Nã regi somnum per illam noctem abstulit. Qui nolens in otio vigilias perdere, sed ad gubernationẽ sui principatus habere, scribam iussit ferentẽ prędecessorũ suorum, & suorum factorum monumẽta relegere. (L. 11. Antiq. cap. 6.) E

✻ Iustinus martyr. Vetus est dictum illud sapientis cuiusdam. Nisi magistratꝰ ac subditi philosophentur, non fore fortunatas ciuitates.

✻ Iose-

a Festina F

† exterius.

† quem exquirat rex.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

NOctem illam. *Hic consequenter describitur frustratio dictę machinationis, & primò ponitur huius frustrationis occasio, secundò facti executio, ibi:* Statimque rex. *Circa primum dicitur.* (Diuisio.)

1 Noctem. *quod à Deo factum est, vt mors Mardochæi disposita in crastino impediretur.*

2 Iussitque sibi. *quia sicut dicit Iosephus, vigiliam illam nolebat transire in ocio, sed expendere in aliquo vtili pro regno suo: & ideo fecit coram se legi facta præterita regni sui, quia memoria præteritorum dirigit in agendis respectu futurorum.*

3 Ventum est. *quòd ordinatione diuina factum est, vt Mardocheus iustus remuneraretur, Aman autem superbus confunderetur. Cætera patent vsque ibi.*

4 Nihil omnino. *Quia licet rex fecisset eum commorare, in palatio suo à tempore illo quo nuntiauit sibi paratas insidias, hoc tamen erat quasi mercedem expectando.*

5 Statimque rex. *Hic consequenter ponitur facti executio. Circa quod primò ponitur consultatio. secundò Mardochæi exaltatio, ibi:* Dixitq; ei rex. *Circa primũ dicitur:* Statimq; rex quis est. *Prius. n. quæsierat à ministris suis, quæ hora esset tẽporis, vt dicit Iosephus, & rñdẽtibus seruis suis quiã dies illucescebat, quæsiuit qui de suis cõsiliarijs venerat vt de pmio Mardochæi conferret; quia eũ pmiare desiderabat.*

6 Responderunt pueri. *id est, regis ministri.*

7 Aman stat. *quia valde mane venerat, vt appensionem Mardochæi impetraret. Sed communiter dicitur, quòd surrectio matutina non est bona fortuna, quod contigit in proposito.*

8 Cogitans. *quia modus superbi est æstimare, quòd nullus nisi ipse debeat honorari.*

9 Homo quem rex. *quibus nulli licet vti nisi regi.*

10 Et imponi. *id est, quem nullus equitauit nisi rex.*

MORALITER.

1 *Noctem illam.* Sicut dictum est suprà, per regem istũ Deus significatur qui est rex regum. licet autem Deus secundum veritatem nunquam dormiat, tamen secundũ loquendi humanum dicitur dormire, quando mala punire dissimulat, & bona remunerare, & quando contrarium facit puniendo mala, vel remunerando bona, tunc dicitur euigilare. Tunc autem ipsius Aman iusta punitio & Mardochæi remuneratio imminebat de propinquo, ideo dicitur noctem illam duxisse insomnem.

2 *Iussitq; sibi, &c.* Tunc enim merita Mardochæi & demerita Aman præterita coram Deo fuerunt per sanctos angelos recitata sicut de meritis Tobiæ & Saræ dicit Tobiæ 3. d. *In illo tempore exauditæ sunt preces amborum, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu domini recitatæ.*

9 *Homo quem.* scilicet, cælestis.

9 *Homo qu.* scilicet, in futuro vbi erit verus honor. vnde dicit Greg. homil. 8. Si culmen veri honoris quæritis, ad cęleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia una ascribi festinate.

10 *Debet indui.* i. præsenti vita debet ornari virtutibus moralibus & theologicis.

10 *Et imponi.* id est, debet habere corpus totaliter obediens spiritui & subiectum.

a *Festina.* Magistri ecclesię omniũ virtutũ cultu & decore sapientiæ illustrati honorant diademate regiæ dignitatis tãquam mẽbra summi regis. Ascendunt super equum regium. i. super populũ fidelium in quorum cordibus residet rex angelorum. vnde Abacuc propheta *ascendens super equos tuos, & equitatus tuus sanitas.* His Aman specialis hostis populi Dei, licet etiam inuitus præbet obsequium, cum persecutores ecclesię coguntur eidem ecclesiæ reddere testimoniũ, non valentes occultare quod manifestum est.

b *Tulit itaque.* Hæc mutatio dexteræ excelsi, qui sic videbat̃ gloriosior intra alios apparet vilior & inferior, secũdũ illud: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Similiter Esaias ait: *Conuertetur libanus in Chermel, & Chermel in saltum reputabitur.* Sic synagogæ cõpressa est superbia, ecclesiæ humilitas exaltata. Sic persecutores fidei ad nihilũ sunt redacti: confessores Christi in toto orbe exaltati. Caput in caudam, & cauda in caput versa est: *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur.* (Luc. 14. c)

c *Adhuc illis loquentibus, &c.* Iosephus. Dum hæc ad inuicem loquerentur, venerunt Esther eunuchi, Haman vrgentes ad cœnam. Sabuchadar verò vnus ex eunuchis, videns crucem fixam in domo Haman, quam Mardochæo parauerat, consuluit aliquem seruorum, cuius causa eam parasset: & audiens quod reginæ auunculo, tunc quidem tacuit.

gis est, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis † incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur quemcunq; rex voluerit honorare. Dixitq; ei rex: Festina, & † sumpta stola & equo, fac ita vt locutus es, Mardochæo Iudæo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquam de his quæ locutus es, prætermittas. Tulit itaque Aman stolam & equum, indutumq. Mardochæum in platea ciuitatis, & impositũ equo præcedebat atque clamabat: Hoc honore indignus est quemcunque rex voluerit honorare. Reuersusq. est Mardochæus ad ianuam palatij, & Aman festinauit ire in domũ suam lugens & operto capite, narrauitq. Zares vxori suæ & amicis omnia quę euenissent sibi. Cui responderunt sapientes quos secum habebat in consilio, & vxor eius. Si de semine Iudæorũ est Mardochæus ante quẽ cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis, & citò eum ad conuiuium, quod regina parauerat, pergere compulerunt.

† ducat eum & clament.
† sumpto vestimento & insta.
† clamabat clamabunt.
a ¶ Sæpe enim seculares conuersi veritatem intelligunt & confitentur.
¶ Veterum.
¶ In quo Deus impugnat.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ac. re.* ex quibus satis patet, quòd aspirabat ad regnum.
2 *Dixit ei rex.* Hic consequenter ponitur ipsius Mardochęi exaltatio, & per consequens Aman confutatio, cum dicitur.
3 *Festina.* absque aliqua retardatione.
4 *Et sum stol.* id est, veste regia & equo regio. de diademate autem regio tacuit, quia non videbatur sibi conuenienter dictum, quòd alius à rege portaret diadema regium. quod autem infra 8. cap. dicitur quòd Mardochæus portabat coronam auream: illa tamen non erat similis coronæ regiæ.
5 *Fac vt loq.* quia tu es primus inter principes regni mei, & sic patet exaltatio Mardochæi, & per consequens confutatio Aman. Ideo sequitur.
6 *Et Am. fe. &c.* sicut solent homines confusi incedere.
7 *Si de semine Iud.* Dicit hic glo. Hebraica quòd sapientes illi qui erant de consilio Aman, viderant libros legis Moysi, quia aliqui Iudæi captiui iam transtulerant eos in linguam Persicam, & ibi viderant, quòd Hebræi comparantur stellis cæli & terræ pulueri, vt habetur Genes. 13. & 15. & ideo dixerunt, quando incipiunt cadere deducuntur ad nihilum quasi puluis, & quando incipiunt pręualere, ascendunt sicut cęli stellæ & ideo subditur.
8 *Non po. ei.* & patet litera.

MORALITER.

1 *Et ac. re. diade.* id est, in mente sua, quæ caput est hominis, debet habere iugem memoriam coronę cęlestis, pro cuius acquisitione debet continuè laborare.
† *Et pri. de re.* i. vnus de angelis hominum custodibus, sicut Gen. 1. a. dicitur. *Et factũ est vespere & mane dies vnus.* i. primus.
† *Et per pla.* scilicet, cęlestis.
† *Clamet & dicat.* cum ipsum ad gloriam introducet.
† *Sic honorabitur quem.c.* cęlestis.
† *Voluerit honorare.* Et sic factũ fuit beato Basilio, per Mardochæum significato, & cuilibet bono prælato.

CAPVT VII.

Ntrauit itaq; rex & Aman, vt biberẽt cũ regina. Dixitq; ei rex etiam secũda die † postquã vino incaluerat: Quæ est petitio tua Esther vt detur tibi, & quid vis tibi fieri? Etiam si dimidiã partẽ regni mei petieris, impetrabis. Ad quẽ illa respondit: si inueni gratiã in oculis tuis o rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo &

† in conuiuio uini. Hebraismus est aut cõuiuium uini nihil aliud significat quam conuiuium vt paulo post de loco cõuiuij.

CAPVT VII.

a *Intrauitque rex, & Aman, &c.* Sequit̃ b *Sec. die con. &c.* Sed vbi Esther petitionem suam aperuit, damnatus ad pœnam secessit. In euangelio enim prãdium & cœna morantur. Prandium præsens tempus ecclesiæ designat, cœna autem æternum & vltimum conuiuium. Vnde malis separatis in perpetuum lætantur boni. Aman namque quia vestem dignam conuiuio non habuit, extra proijci meruit.

Intrauit

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Diuisio.

Ntrauit itaque rex. Hic consequenter ponitur secunda petitio Esther reginæ ad populi liberationem. Circa quam primò ponitur aduersarij condemnatio. secundò populi liberatio in principio 8. cap. Prima in duas, quia primò ponitur ipsius Esther iusta petitio. secũdò ipsius Aman iusta cõdemnatio, ibi. *Rex autem.* Circa primum dicitur.
2 *Dixitque ei rex.* scilicet reginæ Esther.
3 *Postquam vi.* id est, alacrior factus est.
4 *Quæ est.* Ex voluntate adimplendi voluit eius petitionem præuenire.
5 *Dona mihi animam.* i. vitam meam, quia interfecto populo Iudaico secũdum Aman machinationem, vt habetur suprà 3. c. reputabat statim se morituram, cũ esset de eodẽ populo. Et

MORALITER.

1 *Intrauit itaq;.* Deus qui per regẽ, & peccator qui per Amã significantur, intrant ad conuiuiũ eucharistię, sed tñ dissimodè, quia Deus intrat vt cõuiuiũ faciens, peccator aũt vt abutens & indignè sumẽs, quia *iudicium sibi manducat & bibit.* Sequitur petitio Esther, per quã significat̃ ecclesia, cũ dicit̃.
5 *Dona mihi.* Sic autem petiuit ecclesia beati Basilij ad eius monitionem, scilicet vt liberaretur cum populo à morte sibi comminata per Iulianum apostatam. Et missus fuit sanctus Mercurius ad interficiendum Iulianum, sicut Aman de mandato regis suspensus fuit in patibulo quod parauerat Mardochęo, & vtinam sic accidat omnibus malum machinantibus aduersus innocentes, ut impleatur illud Psal. 9. c. *In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.*

A a *Intrauit in.* Rege in hortum properante .i. secum electos ad delicias paradisi inuitante reginam pro salute sua depre-cari cōtendit, sed tempus opportunum non habuit. Serò.n. quæruntur salutis remedia, cum mortis imminent pericula. vnde Salomon: *Tunc innocabunt, & non exaudiam eos: mane consurgent, & non inuenient.*

Prou. 1. d.

b *Et statim.* Deprecatio Aman oppressio dicitur, quia in die iudicij iniquorum oratio irritatio est. vnde: *Cum iudicatur, exeat cōdemnatus, &c.* Tunc oppressio qua humiles opprimebant, ipsis improperabitur.

Psal. 108. a.

c *Harbona.* Doctores legis significat, qui scelera & dolos Iudæorum prodixerunt. vnde Moyses: *Noui quod post mortē meam iniquè agetis, & declinabitis de via, quam ostendi vobis.* Et in euangelio: *Est qui accusat vos Moyses in quo speratis.*

B

Deut. 31. g.

Ioan. 5. g.

d *In domo Aman.* Iniquos tumultuantes contra Christū, significat Aman & eius ecclesiam persequentes. Christus autem in lege erat eis promissus. lex itaque quæ ad custodiam vitæ data est ipsis in mortem versa est, per quam Christum delere, & eius cōfessores interficere moliebantur: & qui per legem innoxios opprimere volebant. ipsa accusante iusti iudicij acceperunt sententiam. Qui in lege peccauerunt, per legem vindicabuntur.

C D

Roma. 2. b.

✠ Iosephus. Hinc mihi contingit mirari nomen Dei, & sapientiam, & iustitiam eius agnoscere: quòd non solum maleuolētiam Haman quem puniuit, sed quod excogitata contra alium tormenta in eum conuertit, & cæteros hoc sentire permisit, quoniam qui contra alium quædam molitus fuerit, hæc in se primum parata cognoscat. Itaque Haman honore, quem à rege perceperat, supra modum abusus huiusmodi cruce confixus est.

11. Antiq. cap. 6.

E F

populum meum pro quo obsecro. † Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atq; vtinam in seruos & famulas venderemur: † esset tolerabile malum, & gemens tacerem. [1] Nunc autē hostis noster est; [2] cuius crudelitas redundat in regem. [3] Respondensque rex Assuerus, ait: Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? Dixitque Esther: Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. [4] Quod ille audiens, illico obstupuit, [5] vultum regis ac reginæ ferre non sustinens. [6] Rex autem iratus surrexit, & de † loco conuiuij intra-[a] uit in hortum † arboribus consitum. Aman quoque surrexit vt rogaret Esther reginam pro anima sua: intellexit enim à rege sibi paratum malum. † Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, [7] reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: [8] Etiam reginam vult opprimere me præsente in domo mea. † Necdum verbum

a ¶ Conuiuij & pudor.secundum illud Induantur confusione & reuereantur qui volunt mihi mala.

[b] de ore regis exierat: [9] & statim operuerunt faciem eius. Dixitque [c] Harbona vnus de eunuchis qui stabant in ministerio regis: [10] En

a ¶ Qui fodit foueam incidit in eam, qui voluit lapidem reuertetur ad eum.

lignum quod parauerat Mardochæo qui locutus est pro rege,

a ¶ Quinquagesimo die post immolationem agni data est lex in monte Syna.

[d] stat in domo Aman habens altitudinis quinquaginta cubitos.

a ¶ Conuertetur dolor eius in caput eius, &c.

Cui dixit rex: [11] Appendite eum in eo. Suspensus est itaque Aman [12] in patibulo, quod parauerat Mardochæo, & regis ira quieuit.

CAP.

† tacuissem quanquam hostis non satisfaceret damno regis.

† conuiuio vini. i. de ipso conuiuio.

† Rex autem cum.

† palatij & infra.

† Venditi.

† vbi hęc dixit rex operuerunt faciē ipsius Aman.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et gemens tac.* si de honore regio deberem transferri ad statum ancillarem, & in hoc indicauit populum suum de quo supra tacuerat vsque ad tempus opportunum.

2 *Nunc autem.* quia nobis interfectis non ad vltimum iuuabitur vitæ eius. vnde in persona regis dicitur infra 16. de ipso Aman. *Nam Mardochæus cuius fide & beneficijs viuimus, & consortem regni nostri Esther cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem: hoc cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, &c.* Ra. Sa. aliter exponit hoc. Cuius crudelitas redundat in regem, id est, in damnum regis, quasi consuluisset vendere Iudæos in seruitutem populo alterius regni, rex inde habuisset magnam pecuniam in thesauris suis reponendam, quam non posset habere de cadaueribus mortuorum. Vel si consuluisset Iudæos occupare in operibus seruilibus regis, haberet rex inde magnam vtilitatem, sicut rex Aegypti de seruitute Iudæorum ciuitates & castra regis ædificantium, vt habetur Exod. 1. a. & sic patet quod consilium Aman non fuit vtile regi, sed damnosum. prima tamen expositio videtur rationabilior.

3 *Respondensque rex.* Hic consequenter ponitur ipsius Aman condemnatio. & patet litera vsque ibi. Quod

4 *Quod ille, &c.* conscius propriæ malitię quam non poterat operire.

5 *Vultum re. ac re. fer. &c.* pręnimia confusione.

6 *Rex autem.* nolens dare sententiam donec aliquantulum transiret commotio irę.

7 *Reperit Aman.* Dicit hic Ra. Sa. quod angelus impulit eum, vt sic rex rediens magis moueretur cōtra eum. Potest tamen dici quod ex nimia stupefactione, & timore non poterat se sustentare, & sic corruit.

8 *Etiam reg. vul. oppri.* id est strangulare.

9 *Et statim ope. fa. eius.* tanquam condemnati ad mortem, quia tunc erat talis modus, & adhuc est in aliquibus regnis, quod pro aliquibus criminibus condemnatis ad mortem velantur oculi quodam bendello.

10 *En lignum.* Ille enim eunuchus fuerat de illis qui iuerant ad vocandum ipsum Aman ad reginę conuiuium, vt habetur in fin. cap. pręceden. & tunc vidit illud lignum in atrio Aman sibi factum.

11 *Appendite eum.* & sic super eum reuersa est sua machinatio, secundum quod scribitur Prouerb. 26. d. *Qui fodit foueam, incidit in eam.*

12 *Et regis ira.* quia facta vindicta ira quiescit, cum sit appetitus vindictę.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 7. vbi dicitur in postilla. *Dona mihi animam meam.* In hoc quod dicit Esther. *Dona mihi animam meam, &c.* indicauit se esse de populo Iudæorum de quo tacuerat, vnde statim sequitur, quia *venundati sumus ego & populus meus*, q.d. Ille hostis non solum voluit emere Iudæos. sed etiam me quæ sum de eadem gente, cū totam gentem indifferenter emerit. Item vbi nos habemus. *Nunc autem hostis noster est cuius crudelitas redundat in regem:* In Hebræo habetur; *Non enim hostis valet in damnum regis.* & est sensus, quod hostis ille scilicet Aman de quo intendebat, non erat tanti valoris sicut damnum quod regi inferebat destruendo totam illam gentem sibi subiectam simul cum regina. Quod autem dicitur, quod Aman insidiabatur regi interfectis Iudæis, ad quod allegatur illud quod dicitur infra 16. cap. non habet autoritatem in scriptura. nam quod in hoc libro continetur post 10. cap. non est de libris canonicis, nec recipitur ab Hebræis.

CAPVT VIII.

Die illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman, aduersarij Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciē regis. Cōfessa est enim ei Esther, † quod esset patruus suus. Tulit itaque rex annulum suum, quem ab Aman recipi iusserat; & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. Nec his contenta, procidit ad pedes regis, fleuitq; & locuta est ad eum, orauitq. vt malitiā Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri. At ille ex more † sceptrū aureum ptēndit manu, quo signum clementiæ monstrabatur Illaque consurgens stetit ante eum, & ait: Si placet regi, & si inueni gratiā in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro vt nouis epistolis veteres Aman * literæ insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necē & interfectionē populi mei? Respondítq rex Assuerus Esther reginæ & Mardochæo Iudæo: Domum Amā cōcessi Esther reginæ, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis sicut vobis placet ex regis nomine, signantes literas annulo meo. Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erāt, nemo auderet contradicere. Accitisq. scribis & librariis regis, erat autem tps tertij mēsis, qui appellatur Siban, vicesima & tertia illius die, scriptæ sunt epistolæ vt Mardochæus voluerat ad Iudæos & ad principes, † procuratoresque & iudices, qui centū viginti-

Interlinear glosses: a ¶ Rex verus. b ¶ Ecclesiæ. — ¶ Pater spiritualis. a ¶ Signaculum fidei, quod recipere noluerunt. — a ¶ Iudæis & persecutoribus fidei. — a ¶ Sicut dictum est de Iudæis, ita potest generaliter de omnibus persecutoribus ecclesiæ accipi. — b ¶ Ecclesia. c ¶ Prædicatoris. — a ¶ Custodiendam. — a ¶ Pietatis suæ impendit clementiam. — a ¶ Euangelicis documentis. b ¶ Omnes sectæ veterum errorum. — a ¶ Antiqui hostis. — a ¶ Qui apud Hebræos Siban, apud Græcos Theen, apud Latinos Maius nominatur.

Marginal notes: † quid ipsa ei esset. — Luc. 11. e. — ~ ex more. † virgam auream. — Prou. 13. d. — Matt. 21. d. — ~ quo signum clementiæ monstrabatur — * filii Amadathi Agagitæ — † & duces & principes prouinciarum.

CAPVT VIII. a Die illo. Tenet Esther domum Aman hostis Iudæorum, cum ecclesia possidet mundum, quē possederat diabolus hostis Christianorum. vnde: *Cū fortis armatus custo. atrium suum, &c.* Ingreditur ante faciē regis Mardochæus, cum quotidie sanctorū animæ de incolatu pręsentis vitę ingrediuntur ad cōtemplationem diuinæ maiestatis.

b *Domum Aman.* Dignitatem & honorem quem Iudæi scientia legis & prophetarum & cultu religionis habuerūt. vnde in prouerbiis: *Custoditur iusto substantia peccantis.* Et in Euangel. *Auferetur à vobis regnum. & dabitur gen. fa. fruct. eius.*

c *Tulitq; rex.* Laudantes & prędicātes instātiam magistrorum à domino pro gratia gratiam accipiunt in conspectu cōditoris omnium. vnde: *Nutriuit corda fidelium.*

d *Tradidit Mardoc.* Prædicatoribus gentium vt & sibi hærerent, & gentibus ministrarent.

e *Procidit ad pe. &c.* Quia sancta ecclesia pro ereptione filiorum suorum quotidie Deum omnipotentem per fidem & mysteria incarnationis exorat, vt hostiū comprimatur audacia, & fidelium liberetur innocentia.

f *Obsecro vt.* Quia euangelica doctrina, quę Christi nomine in toto orbe prædicatur, spiritussancti signaculo confirmata declaratur, cuius dono repleti ipsi prædicatores permanserunt insuperabiles & hostium suorum gloriosi triumphatores.

g *Accitisque, &c.* Quia euangelij doctrina ita condita est per scriptores noui testamenti domino mediante, vt sanctæ trinitatis fides plenissime in ea contineretur, & totius decalogi summa perfectio in duobus præceptis charitatis demōstraretur.

h *Qui cen.* in quibus totus mundus signatur. Nam denarius numerus per duodenarium multiplicatus cxx. facit, quibus, septenarius sociatus totius summæ plenitudinem concludit. ita decalogi custodia apostolica traditione per totum orbem diffusa, septiformis spiritus gratia in cordibus fidelium infunditur vel est consummata.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Die illo, Postquam descripta est ipsius Aman condemnatio, hic consequenter describitur innocentis populi liberatio. Circa quam sic proceditur: quia primò ponitur correctio præcogitatæ malitiæ. secundò vindicatio effrenatæ audaciæ cap. 9. tertiò remuneratio perpetratæ iustitiæ cap. 10. Circa primum præmittitur Mardochæi exaltatio. secundò malitiæ hostilis correctio, ibi: *Nec his contenta.* tertiò ex hoc surgens noua exultatio, ibi: *Mardochæus autem.* Circa primum dicitur.

2 *Dedit rex Assuc.* id est, omnes ipsius facultates.

3 *Et Mardochæus.* tanquam sibi familiaris & amabilis: Tum quia vitam eius seruauerat vt patet ex pręcedentibus. Tum quia reginę patruus erat.

4 *Tulitq; rex an.* eum à dignitate pristina degradando, quia tunc magni homines in dignitatibus constituti talibus annulis vtebantur.

5 *Et tradidit Mar.* ipsum loco eius promouendo.

6 *Nec his conten.* Hic consequenter describitur correctio malitię excogitatę per Aman contra Iudęos. Circa quā primò ponitur humilis reginę petitio, cum dicitur. *Procidit ad pedes regis.* & pia, cum dr̄ *Fleuitq;* & rationabilis, cum subdit. *Orauit vt malitiam Aman Agagitæ, &c.* & patet litera.

7 *Respondítque rex.* Hic consequenter ponitur regis concessio, cum subditur.

8 *Scribite ergo, &c.* pro eorum salute.

9 *Signantes literas.* vt nullus audeat contradicere.

10 *Accitisq; scri.* Hic cōsequēter describit̄ dictę cōcessionis accelerata executio, quia periculum erat in mora, & hoc est quod dr̄. *Accitisque scribis*, qui habebant dictandi officium.

11 *Et librariis.* id est scriptoribus.

12 *Erat autem.* & sic duo menses fluxerunt à tempore quo literę contra Iudęos impetratę per Aman missę fuerant, quia primo mense posuit Aman sortem quo mense & quo die Iudęi debebant interfici, & statim illę literę fuerunt impetratę & missę, vt habetur supra 3. cap.

MORALITER.

1 *Die illo.* per hoc autem fuit figurata concessio vrbis Romanę facta ecclesię in qua regnauerat Iulianus apostata figuratus per Aman, & plures alii persecutores, & Christiani.

3 *Et Mardochæus.* sicut dictū est suprà per Mardochæū intelligitur beatus Petrus, & eadē ratione per eū potest intelligi quilibet bonus plātus de salute ecclesię solicitus. Multi verò boni prælati propter atrocitatē persecutionis fugerant de ecclesiis suis ante baptismū Cōstantini, sed ipso baptizato apertę fuērūt ecclesię, & reuersi fuerunt plāti fugitiui, vt in ecclesiis suis ministrarent ante faciē regis cęlestis, qđ figuratum fuit per ingressum Mardochęi ante faciem regis.

4 *Tulit itaque.* Hoc autem mysticè fuit impletum, quando diuina ordinatione sublata fuit à principibus terrenis potestas inuestiendi episcopos & abbates per baculum & annulum, & remansit prælatis ecclesiæ tantum.

† *Esther au.* Per quod designatur, quod nullus instituendus est prælatus, nisi per ecclesiam Esther nomine figuratam. *Orauitque vt malitiam Aman & machinationes eius, &c.*

† *Iuberet irritas fie.* quòd rex noster Iesus Christus mysticè fecit, quando per Constantinum statuta contra Christianos facta per Neronem & alios persecutores Christianorum irritauit, inhibēs sub pœna ne aliqua fieret iniuria Christianis.

A feptem prouinciis ab India vfque ad Æthiopiam, præfidebant, † prouinciæ atque prouin-

a ¶ Primi enim doctores in his linguis loquebantur. Vnde: Audiuimus eos loquentes variis linguis magnalia Dei.

ciæ, populo & populo, iuxta linguas & literas [1] fuas, & Iudæis prout legere poterant & audire. Ipfæque epiftolæ quæ ex regis nomine mittebantur, annulo ipfius obfignatæ funt & mif-

a ¶ Prædicatores fummi regis curfores.

fæ per † veredarios, qui per omnes prouincias difcurrentes, veteres literas nouis nuntiis præ-

a ¶ Prædicatoribus. b ¶ Cæli & terræ. c ¶ Adducentes in vnitatem fidei.

uenirent. Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per fingulas ciuitates, & in vnum

¶ Spiritu, non carne.

a ¶ Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. b ¶ Fortes in fide.

præciperent congregari, vt ftarent pro ani-

a ¶ Saluandis. b ¶ Iudæos qui funt in fynagoga fathanæ, paganos, hæreticos, dæmones.

mabus fuis, & † omnes inimicos fuos cum

a ¶ Voluptatibus eorum. ¶ Operibus.

coniugibus ac liberis, & vniuerfis domibus

a ¶ Ambitione feculari.

interficerent atque deleret. [2] Et conftituta eft per omnes prouincias * vna vltionis

a ¶ Quia trinitatis fidem in lodia decem manda torum fignificat.

dies, ideft, tertiadecima die

a ¶ Nouiffimæ ætatis feculi. vnde: Nos fumus in quos fines feculorum deuenerunt. b ¶ id eft, menfis Martij.

menfis duodecimi Adar. [3] Summaque epiftolæ fuit, vt in omnibus terris ac popu-

a ¶ Cæleftis.

lis qui regis Affueri imperio

B a *Interficerent, &c.* Ne malis germinis pullularent rediuiua plantaria. Similiter feptem gentes qui habitabant in terra promiffionis dominus interfici iuffit, & poft modum Amalechitas omnimodè deleri, vt omnem occafionem fcandali auferret eis. vnde Dauid ait: *In matutino interficiebam, &c.*

C

† id eft fingulis prouinciis & populis fingulis.

† curfores equitantes equos, equitantes velociffima animalia, mulos ex equabus genitus & infra.

† exercitum populi & prouinciarũ qui opprimerent eos.

* regis Affueri.

Pfal. 100.b.

a ¶ Domine in tua ditione cuncta funt pofita, & non eft qui tuæ poffit refiftere voluntati.

D rio fubiacebat, notum fieret, paratos effe Iudæos ad capiẽdam vindictam de hoftibus fuis. Egref-

¶ Vel præ.

[4] fique funt veredarij celeres, † nuntia perferen-

a ¶ Cæleftis. b ¶ Eminens, fuperbiam mundi fpernens.

[5] tes, & edictum regis pependit in † Sufis. Mardochæus [6]

b *In Su. &c.* In fuperbia mundi debellanda. Nam Sufis equitatio vel euertens interpretatur. vnde faluator ait: *Confidite, ego vici mundum.*

a ¶ De contemplatione ad actionem.

[7] autem de palatio & de confpectu regis egrediens, ful-

a ¶ A fuperno rege datis. b ¶ Quia celeftem gratiam expectant.

[8] gebat veftibus regiis, hyacinthinis videlicet

¶ Feriniis. a ¶ Dignitatis æternæ, quam per fapientiam acquirunt.

& ærinis, coronam auream * portans in capi-

a Mente. b ¶ Regia dignitate quam meruerunt purpurati fanguine.

te, & amictus ferico pallio atque purpureo.

a ¶ Gloriofa dicta funt de te ciuitas Dei. b ¶ Actione. c ¶ Contemplatione. d ¶ Veris.

[9] Omnifq; ciuitas exultauit atque lętata eft. Iu-

a ¶ Lætitiæ. ¶ Cognitio fidei. b ¶ Oculis mentis. c ¶ In fe.

[10] dæis autem noua lux oriri uifa eft, gaudium, [11]

a ¶ Ad alios. b ¶ Solemnitatis.

[12] honor, & tripudium. Apud omnes populos,

a ¶ Chrifti.

vrbes atque prouincias quocunque regis † præ-

a ¶ Euangelica. b ¶ Per prædicatores. c ¶ Exultate Deo adiutori noftro. d ¶ Spirituales.

cepta veniebant mira exultatio, epulæ atque

a ¶ Prædicatio publica. b ¶ Reliquiæ cogitationum diem feftum agent tibi. c ¶ Vt nihil fiat feruilis operis. d ¶ Pagani & Iudæi.

conuiuia & feftus dies, intantum vt plures al-

a ¶ Gentilis fuperftitionis. b ¶ Chriftianæ.

terius † gentis & † fectæ eorum religioni & ce-

a ¶ Vifa Chrifti potentia & fanctorum conftantia. ¶ Sicut in paffione Andreæ, Vincentij, Cypriani & aliorum.

remoniis iungerentur. Grandis enim cunctos

a ¶ Vnde: Timeat eum omnis terra.

Iudaici nominis terror inuaferat.

F

† uerbum regis.

† Sufan.

• de palatio & Ioan. 16.g.

* magnam.

• noua. E

† iuffa.

† generis. † Iudæos fe facerent. i. ritũ Iudæorum affumebant.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iuxta lin. & lite.* imperium enim Affueri ita erat diffufum, quod in diuerfis prouincijs non folum erãt idiomata diuerfa, fed etiam in aliquibus locis varijs literis vtebantur.

2 *Et conftituta.* & fic patet quod eadem dies quæ per fortem ipfius Aman erat deputata ad interfectionem Iudæorum, per diuinam prouidentiam ordinata eft ad contrarium, fcilicet ad interfectionem fuorum inimicorum.

3 *Summaq; epiftolæ.* i. fententia in breui & in groffo: quia proceffus & verba literæ regalis hic non ponuntur, fed inferius 16. cap. fecundum opinionem aliquorum.

4 *Egreffiq;* id eft nuntii fic dicti à veho vehis, quia portant nuntium vel mandatum.

5 *Et edictum regis.* de correctione malitiæ Aman.

6 *Pependit in Su.* vbi tunc erat fedes regis, vt patet prædi 1. c.

7 *Mardochæus au.* Hic confequenter defcribitur ex prædictis orta lętitia: quia fic dicitur Prou. 29. a. *In multiplicatione iuftorũ lætabitur vulgus, cũ aũt impii fumpferunt principatũ, &c.* & ideo ficut exaltatio Aman impii fuit bonis cã triftitiæ, ita exaltatio Mardochæi p quã fuit multiplicatus in bonis tẽpalibus & honore, fuit cã lætitiæ. & hoc eft quod dr: *Mardoch. au. de pala. & de confpe. re. egredi.* ad ftatum ciuitatis difponendum.

8 *Fulgebat veftibus.* In fignũ poteftatis fibi datæ & dignitatis.

9 *Omnifque ciui.* pro depreffione impij, & exaltatione iufti.

10 *Iudæis au. no. lux.* Quia prius erant in tenebris triftitiæ.

11 *Gaudium.* honor de reginæ promotione, quæ erat de eodem genere. 12 *Et tripudium.* id eft, geftus exterior lætus procedens ex interiori lætitia, intantum vt plures alterius gentis & fectæ eorum religioni & ceremoniis iungerentur, credentes quòd haberent Deum celi protectorem, qui tam fubitò & mirabili modo hoftem eorum deiecerat, & eos fubleuauerat.

MORALITER.

7 *Mardochæus au.* Per hoc fignificatur, q, prelatus fraterna charitate motus aliqñ de cõtẽplatione dẽt egredi & tranfire ad actionẽ pro falute populi fui: & tunc dẽt fulgere veftibus virtutũ & corona dignitatis, & amiciri pallio honeftatis.

9 *Omnifq; ciuitas.* In promotione namque boni prælati dẽt populus lętari, Prou. 29. a. *In multiplicatione iuftorum lætabitur vulgus, cum autem impii fumpferint principatum, gemet populus.*

CAPVT IX.

a ¶ Quando Dei filius incarnatus eft, & euangelij prædicatio toto orbe diffufa eft.

I Gitur duodecimi menfis, quem Adar vocari iam ante diximus,

a ¶ Quando lux fidei & bonorum operum prædicatione euangelij ecclefia declaratur.

tertiadecima die, † quando cunctis

a ¶ Veris confefforibus. b ¶ A perfecutoribus. c ¶ Corporalis & fpiritualis.

ctis Iudæis interfectio parabatur, & hoftes

a ¶ Vel infidiabantur. b ¶ Prædicationi. c ¶ Qui videbantur inferiores.

eorum inhiabant fanguini, verfa vice fupe-

a ¶ In quibus dominus fortis & potens. ¶ Accepta gloria. b ¶ Subiicientes eos fibi qui fe voiebant fubiicere.

riores Iudæi effe cœperunt, & fe de aduerfa-

a ¶ In vnitate fidei.

riis vindicare. Congregatique funt per fin-

† qua peruenit uerbum regis, & decretum per quod fperabant fe Iudæis dominaturos inimici ipforum.

NICOLAVS DE LYRA.

I Gitur duodecimi menfis. Hic confequenter defcribitur vindicatio effrenatæ audaciæ, q̃a multi per diuerfas partes orbis vidẽtes vel audiẽtes literas quas Aman miferat ex noĩe regis, condixerant adinuicẽ, q, Iudæos interficerent, & bona eorũ diriperẽt, fed per literas reuocatorias per Mardochæum impetratas mãdatũ eft per totũ imperiũ, quòd q; Iudęi de fuis aduerfariis vindictã acciperet: & quod iudices, duces, & præfecti prouinciarũ in hoc eis affifterẽt. fic ergo procedit, q̃a primo ponĩt hmõi vindicatio. fecũdo erga Deũ gratiarũ actio, ibi. *Dies aũt tertiufdec.* Circa primũ primo ponitur vindicatio generalis, fecũdo fpecialis, ibi. *Quid vltrà poftulas.* Circa primũ primo ponĩt vindicatio generalis per totũ imperiũ Affueri, & patet litera ex prædictis vfque ibi.

MORALITER.

I *Igitur duo.* In hoc c. defcribitur interfectio duplex aduerfariorum populi Iudaici, per quod figurata fuit duplex interfectio aduerfariorũ populi Chriftiani. Prima fuit tempore Ca-

CAP. IX.

A a *Et plurimum pos.co.* Quia doctorum actio laudabilis, & potentia virtutum, honorem, & reuerentiam tribuit multitudini fidelium, vnde in Actib. apostolorum. *Fiebant prodigia, & signa multa*, vnde legit. alibi. *Fiebat.n.omni aīæ timor.* &c. *Nemo audebat se coniungere illis, & magnificabat eos populus.*

Act.5.b. Ibid.1.g. Ibid.5.c.

b *Itaque percusserunt Iu.* Non solum alios operarios iniquitatis, qui perseuerant in peccatis, nec curant percipere remissionē peccatorum, spiritussancti diuina sententia dānandos iudicat, sed etiam carnales Iudæos decalogi transgressores crucis Christi reatū, quē ex perfidia contraxerunt, in inferni cruciatibus censuros.

c *Quorum ista sunt nomina.* Horū nominū interpretationes non multo opere exquirimus, nec allegoriæ seruire cogimur. Typus enim in parte est, non in toto. Si enim in toto est typus, non est historia. Historicum oportet rei gestæ veram seriē exponere, nec citra subsistere, nec vltra procedere. Allegoricū interpretē egregias partes in spirituali sensu conuenientes eligere.

d *Cui illa.* ✠ AVGVST. Officia vindictæ possunt implere boni bono animo, quomodo lex, quomodo iudex, officia vero misericordiæ mali implere nō possunt.

✠ IDEM. Magni, & sancti viri nonnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus vtilis metus incuteretur, & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset si viuerent. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus Inde est, quod Helias multos morte affecit, & propria manu, & igne diuinit⁹ impetrato, cū & alij multi magni, & diuini viri eodē Spiritu cōsulētes rebus humanis non temere fecerūt. Nā, & verbis Apostol. Petri Ananias, & vxor eius, exanimes ceciderūt, nec resuscitati sūt, sed sepulti. Paulus quēdam peccatorem tradidit Sathanæ *in interitum carnis, vt anima salua esset.* Et si nolunt hic mortem intelligere (fortasse enim incertum est) quamlibet vindictam per Satanam factam ab Apostolo fateantur, quòd non eā odio, sed amore fecisset, manifestat illud adiectum. *Vt anima salua sit.*

Li.1.quæst. euang c.10. Li.de ser. Domini in monte c.38. 4.Reg.1. 3.Reg.18. Act.5. 1.Cor.5.

✠ IDEM. Petunt iusti vindictā de inimicis duobus modis, & hoc causa charitatis, vt scilicet, qui ad vitam æternam prædestinati sunt, conuertantur à malo ad bonum, qui verò præsciēte Deo damnandi sunt, moriantur, & peccare desistant, vt per hoc minorem pœnam in inferno habeant. Petunt autem de reprobis vindictā, quia optant venire diem iudicij extremi & resurrectionē suorum corporum præstolantur.

Serm 11.de Sanctis.

Esther, quæ cū tanta constantia hostes suos extirpare contēdit, fidelium atque sollertiā ecclesiæ exprimit, quæ hostes suos pacifica mente persequitur, & sine fine Deo subiicere conatur. vnde. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, etc.* Primum quingentos, deinde trecentos viros occidit, eos, scilicet, qui non curant remissionem peccati sui accipere, & qui fidem sanctæ Trinitatis non adorant, operibus bonis perpetua morte dignos ostendit.

Psal.17.f.

---

gulas ciuitates, & oppida, & loca, vt extenderet manū cōtra inimicos, & persecutores suos. Nullusq; ausus est resistere, eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. Nam, & prouinciarum † iudices, & duces, & procuratores, omnisq; dignitas, quæ singulis locis, & operib⁹ præerat, extollebāt Iudæos timore Mardochæi, quem principem esse palatij, & plurimum posse cognouerant. Fama quoq; nominis ei⁹ [1] crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos reddentes eis, quod sibi parauerant facere, intantū vt etiā in † Susis quingentos viros interficerēt, extra decē filios Amā [2] Agagitæ hostis Iudęorum, quorū ista sunt nomina, Pharsandatha, & Delphon, & Esphata, & Phoratha, & Adalia, & Aridatha, & Phermestha, & Arisai, & Aridai, & Iezatha, quos cū [3] occidissent, prædas de eorum substantijs agere noluerunt, statimque numerus eorum, q occisi erāt, in † Susis ad regem relatus est. [4] Qui dixit reginæ. In vrbe † Susis interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Amā. Quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouincijs? Quid vltra postulas? [5] Et quid vis, vt fieri iubeam? Cui illa respōdit. Si regi placet detur potestas Iudæis, vt sicut hodie fecerunt in Susis, sic & faciant cras, & decem filij Aman in patibulis suspendant. [6] Præcepitque rex, vt ita fieret. Statimque in Susis pependit edictum, & decem Aman filij suspensi sunt. Congregatis Iudæis decimaquarta die mensis Adar interfecti sunt in Susis trecenti viri, nec eorum ab illis direpta substantia est, sed & per omnes prouincias, quæ ditioni regis subiacebant, [7]

† Susan. † principes, & principes magni, & duces.

Interlinear glosses: a ¶Spirituales ecclesias. b ¶Suburbana. c ¶Firmamentum, vel latibula. d ¶Eleuatis manibus Moysi vincitur Amalec. e ¶Voce. ¶Facto. a ¶Inimicorum. b ¶Deo, qui mirabilis est in sanctis suis. a ¶Spirituales. b ¶Vitiis, miraculis. a ¶Adorabunt eum omnes reges terræ, &c. a ¶Reges Tharsis, &c. a ¶Signis, & prodigiis. a ¶Vnde. Annuntiaui, & locutus sum multi sunt super hu. a ¶Spirituali. a ¶Vt quidam ad bonum conuersi desinerent esse, quod fuerant, & obstinati eius perirent. ¶Nullus electorum nequitiam malorum, aut actus imitari dignatur. a ¶Qui non curant remissionem spiritussancti. b ¶Carnales Iudæos transgressores decalogi pro crucifixione Christi et [illegible]. ¶Qui tantum exercuerunt in Susis. a ¶Fiat voluntas tua, non mea. ¶Simile ait Abraham: Quia semel cœpi, loquar ad dominum meum. a ¶Vitiorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fama quoque, &c. *scilicet, propter regiminis bonitatē, & imperij prosperitatem à tēpore quo fuerat Mardochæus positus loco Amā.*
2 Extra decem filios Aman Agagitæ, &c. *i. præter ipsos.*
3 Quorum ista sunt no. *Isti specialiter nominantur, quia erant principales aduersarij Iudæorū. vnde dicit hic glossa Heb. quòd isti filij Amā hic nominati fuerunt cū illis Samaritanis, qui scripserunt accusationē contra filios transmigrationis ad impediendū templi ædificationē, imponentes eis falso, quòd sub prætexta templi ædificabant ciuitatem, vt dictum fuit Esdr.4. & hoc factum fuit tēpore Cyri secundum Hebræos & iterum renouatum tēpore Assueri, quia dicta inhibitio iterum fuit renouata tempore Assueri, quē dicunt Heb. filium fuisse Cyri, et illud impedimentum fuit factum de consilio filiorum Aman, patre eorū hoc procurante, & accipitur ista glossa de quodam libro Hebraico, qui intitulatur seder bolam, id est, ordo seculi.*

4 Prædas de eo. sub. *ad ostendendum, quòd non erant moti cupiditate auaritiæ, sed zelo iustitiæ, & ne regem offenderent, quia bona talium sic ex dispositione regis interfectorum fisco regio applicari debant.*
5 Quid vl. *Hic ponitur vindicatio specialiter, scilicet, in vrbe Susis tantum, quia ibi fuerat machinatio facta Aman contra Iudæos, & ideo facta est ibi maior vindicatio, scilicet, duobus diebus, & hoc est, quod dicitur.* Quid vltra po. *quod donaret eis sum facere, & ideo regina magis fuit ausa vltra petere, dicens.* Detur potestas Iudæis, &c.
6 Et decem filij Aman, &c. *qui fuerant occisi in die præterita, vt sic iustitia vniformis fieret in patre, & filiis, & patet litera vsq; ibi.*
7 Sed & per omnes, &c. *Illud refertur ad vindicationem diei præcedentis, quia in ciuitate Susa tantum habuerunt Iudæi licentiam interficiendi aduersarios duobus diebus, scilicet, tertiadecima, & decimaquarta duodecimi mensis. In aliis autem ciuitatibus, & villis vno die tantum, scilicet, tertiadecima die eiusdem mensis.*

MORALITER.

roli magni. secunda tpe Godfridi de Bullione. sicut in eorum gestis scribitur diffuse. Per decem filios Amā suspēsos in patibulis, figurata fuit damnatio malitiam eius imitantiū in gehennæ pœnis. Per interfectionem autem quingentorū virorum significatur mactatio quinque sensuum, quantū ad illicitos motus eorum. Per hoc autem quòd Iudæi occisorū bona noluerunt prædari, significatur, q Christiani pugnantes contra infideles & etiam in quolibet bello iusto, moueri non debent pp lucrū tpale, sed zelo fidei & amore iustitiæ.

a *Intantum.* Omnes, A qui quinque sensibus corporeis legem carnaliter suscipiunt, & cum per septiformē spiritussancti gratiam specialiter plena, & perfecta sit, spiritualiter intelligere respuunt, quasi duobus diebus vincunt atq; prosternuntur.

b *Dies autē.* Notandum, quòd quidā Iudęorū tertiadecima die interficiūt, & decimaquarta desinunt & solennitatem agūt quidā per duos dies, idest, tertiamdecimā, & decimamquartam diem eiusdem mēsis occidūt, quintadecima solenniter quiescunt, quia quidā sanctorum post completos labores quibus Deo bene credēdo, et bene viuēdo seruiunt modo ante tempus iudicij in animabus sabbathū ęternę quietis B habent. Alij vsque ad vltimum resurrectionis diē in carne perdurātes superatis hostibus vniuersis subito immutati, quietē animarū, & corporū percipiūt. vnde Apostolus. *Mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* Deinde nos, qui viuimus, qui residui sumus, *resurgemus cum illis obuiā Christo in aera, &c.* Nā quartadecima, qui bis septem cōtinet quietem animarum perfectam significat, quintadecima vero septenarium & octonarium cōplectens animarū, & corporum quietem signi C ficat.

1. Thes. 4. d.

c *Et*

pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus suis atq; persecutoribus, in- a tātum, vt septuagintaquinq; milia occisorum implerētur,

a ¶Falsa doctrina, aut operatione iniqua.

& nullus de substantiis eorū b quicquam contingeret. Dies 1 autem tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes

a ¶Qui perfectam quietem significat animarum.

interfectionis fuit, & decimaquarta die cædere desie-

a ¶Laborare inuicem adepta victor a.

rūnt, quem constituerunt esse

a ¶Quia amplius non erit luctus, & do.

solennem, vt in eo omni de-

a ¶Cœlesti refectioni. vnde. In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis.

inceps tēpore vacarent epulis, gaudio atque cōuiuiis. At hi, qui in vrbe Susis cædem

a ¶Quasi perdurantes, & certantes viui vitam æternam expectantes.

exercuerant, tertiodecimo, et quartodecimo eiusdem men-

a ¶Spiritualium hostium, & corporalium. b ¶Qui significat corporis & animæ quietem. Septenarius enim sabbatum, id est, requiem significat animarum, & octonarius corporum resurrectionem, & quietem, & immortalitatem.

sis die in cæde versati, quin- † todecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt so-

a ¶Quia amplius non erit luctus.
b ¶De torrente voluptatis tuæ potabis eos.

lēmnem epularum atque lętitiæ. Hi vero Iudæi, qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum, & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mit-

a ¶Quia charitas facit omnia communia, & omnium erat, quod singulorum.

tant sibi mutuo partes epu-

a ¶Idest, scriptis hæc credenda commendauit, & mandata, vel futura.

larū, & ciborū. Scripsit itaq; 2 Mardochæus omnia hæc, & literis cōprehēsa D 3 misit ad Iudæos, qui in omnib. regis prouin-

a ¶Iudaico populo.

ciis morabanī, tam in vicino positis, quam

a ¶Gentibus.

procul, vt quartādecimam, & quintamdeci-

a ¶Suscipiendos crederent.

mam diē Adar mensis pro festis susciperent,

a ¶Ne aliqua obliuione solennitatis futuræ deleatur.

& reuertēte semper anno solenni celebrarēt

a ¶Vlti sunt Deo vlciscente.

honore. Quia in ipsis dieb. se vlti sunt Iudæi

a ¶Tristitia vestra vertetur in gaudium. b ¶Ibant gaudentes à cōspectu concilij.

de inimicis suis, & luctus atq; tristitia ī hilari-

a ¶Spe enim salui facti sumus. b ¶In spe.

tatem gaudiumq; conuersi sunt, essentq; isti

a ¶Homo quidam fecit cœnam. & vo. mu. b ¶Interim.

dies epularum atque lætitiæ, & mitterēt sibi i-

a ¶In expectatione communis resurrectionis, & refectionis.
b ¶Necessitatibus sanctorum communicantes.

uicem ciborū partes, & pauperib. munuscula largirentur: susceperuntque Iudæi in solennē ritum cuncta, quæ eo tpe facere cœperant,

a ¶Ordo prædicatorum.

& quæ Mardochæus literis facienda mādauerat. Aman enim filius Amadathi stirpis Agag

a ¶Hostis Ecclesiæ.

4 a ¶Voto. b ¶Facto. c ¶Verecū. d ¶Nō subito, sed ex deliberatiōe faciēdo.

hostis, & aduersarius, & Iudæorum cogitauit E

a ¶Tam corpore, quam mente. b ¶De mundo.

contra eos malū, vt occideret atq. deleret. Et misit phur, qd̄ nostra lingua vertitī sortē. Et postea īgressa est Esther ad regē, obsecrās, vt cōat eius literis regis irriti fierēt, et malū, q̄ cōtra Iudæos co-

a ¶In insidiis suis capientur iniqui.

gitauerat reuerteret ī caput eius. Deniq; & ipm, &

a ¶Cruciandos, per crucem Christi, dixerit.

filios eius affixerūt cruci,

c *Et misit phur, &c.* Sors in vrnam missa dispositionem cuiuslibet rei in hominis mēte significat, cuius prouentū non humanarū, sed diuinarum regit arbitrium. vnde Salomon. *Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur.*

a *Isti*

†significat sortem.

Prou. 16. d.

5 atque ex illo tpe dies isti appellati sunt Phurim id est, sortium, eo quod Phur, idest, sors in vrnam missa fuerit. † Et cuncta, quæ gesta sunt epistolæ, idest, libri huius volumine contine 6 tur, quæque sustinuerunt, & † quæ deinceps im 7 8 mutata sunt, susceperunt Iudæi super se, & se 9 men suum, & super cunctos, qui religioni eo F rum

† Idcirco propter omnia verba epistolę huius.
† viderunt, sta tuerunt, &c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dies aūt, &c. *Hic consequēter ponitur erga Deum gratiarū actio, in hoc, q̄ dies 14. in qua Iudæi, q erant extra ciuitatē Susis, quieuerūt ab interfectione aduersariorū, & dies 15. eiusdē mēsis in qua Iudæi, q erāt in Susis, quieuerūt ab huiusmodi occisione, constitutæ sunt solēnes apud Iudæos vniuersos, vt essēt memores beneficii diuini his dieb⁹ eis dati. & primò ponitur harū dierū solēnizatio, & secūdò huius solēnizatiōis cōfirmatio, ibi:* Scripsit itaq; Mar. *sententia primæ partis patet ex dictis.* 2 Scripsit itaq;. *Hic cōsequēter ponitur dictæ solēnizationis cōfirmatio, & hoc dupliciter: primò per Mardochæi literas à Iudæis receptas. secūdò p literas Esther & Mardochæi simul scriptas, ibi* Scripserūtq; Esther *Circa primū dicit:* Scripsit itaq. Mar. omnia hæc. *In hoc libro cōscripta quē librū scripsit Mardochæus.*

3 Misit ad Iu. &c. *vt omnes clarius cognoscerēt diuinū beneficium eis collatū, vel potius diuina beneficia, prout cōtinetur in serie huius libri, vt quartamdecimā & quintamdecimā diē pro festis susciperēt, tanquam ex dictis beneficiis grati. Cætera patent ex dictis vsque ibi.*

4 Aman filius Ama. *Hic in breuibus ponitur sententia, & processus totius huius libri, s. de ipsius Aman machinatione, & de frustratione per reginam Esther. A quo aūt iste processus in breui sit hic positus, dicendum, q̄ à Mardochæo, qui hunc librum scripsit, & per modum cuiusmodā recapitulationis prædictorū hic inseruit. vel ab Esdra, q hunc librum cum aliis reparauit. dubium est aut apud aliquos. Videtur tamen probabilius, quòd à Mardochæo. vnde subditur conclusio.*

5 Atq; ex illo, &c. *non est ab aliquo facto Iudæorum quo mense, et quo die deberet eē, sed ipsius Aman, q misit sortē de interfectione Iudæorū, & sic fuerunt ibi duæ sortes. pria de mense, & secunda de die, vt habetur, suprà 3. c. & propter hoc appellati sūt dies sortiū in plurali. & hoc ex facto diuinæ prouidentiæ, quę sortem illam ordinatam ad malum Iudæorum, conuertit in bonum ipsorum.*

6 Quęque sustinuerunt. *in persecutione Aman.*

7 Et quę dein. immu. su. *per procurationē Esther, & Mardochæi.*

8 Susceperunt Iud. sup. se, & sem. su. *quia parentes possunt obligare filios etiam futuros ad ea, quæ spectant ad commune bonum.*

9 Et super cunctos, qui religioni eor. vol. cop. *idest, ad Iudaismum conuerti. Cætera patent ex dictis.*

Scripse

MORALITER.

† *Quintodecimo aūt die percutere, &c.* Per hoc aūt ostenditur, quod de victoria corporali, & multo magis de spirituali grę Deo sunt reddendę tanquā victori principali. Deut. 8. d. *Ne dixeris in corde tuo. Fortitudo mea, & robur manus meæ hæc omnia mihi præstiterunt, sed recordaberis domini Dei tui, quia ipse tibi vires præbuerit, vt impleret pactum suum super, quod iurauit patribus tuis, sicut præsens indicat dies.*

A eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat hos duos dies absque solennitate transigere, quos scriptura testatur, & † certa expetunt tempora annis sibi [a] iugiter succedentibus. Isti sunt dies quos nulla vnquã delebit obliuio. Et per singulas [a] [b] generationes cunctæ [a] [b] in toto orbe prouinciæ [c] celebrabunt, nec est vlla ciuitas [a] in qua dies phurim, id est, [a] sortium non obseruentur à Iudæis, & ab eorum [a] progenie, † quæ his ceremonijs [b] obligata est. Scripseruntque Esther regina filia Abihail, & [1]

†cætera.

a *Isti sunt dies.* Quia quies animarũ, & resurrectio corporũ merito firmiter à fidelibus custoditur, & celebratur, vel, quia quietis animarum, & resurrectionis corporum merito oseriatio à fidelibus custoditur, & celebratur.

a ¶Temporum successiones. b ¶Vel multæ.
a ¶Per singulas generationes. b ¶Ecclesiæ.
c ¶Celebritatem futuram præsignantes.
a ¶Ecclesia, vel anima Deo dicata.
a ¶Veris.
a ¶Successoribus. ¶Imitatoribus. b ¶Propria sponsione, & professione.
¶Monentes. a ¶Ecclesia.

† indesinenter fiet commemoratio eorum.

D Mardochæus Iudæus etiã secundam epistolam [2] vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum. Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centũ m viginti septem prouincijs regis [3] Assueri versabantur, vt haberent pacem, & su[4][5]sciperent veritatem obseruantes dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent, sicut constituerant Mardochæus, & Esther. Et illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo [6] ieiunia atque clamores, & sortium dies, & om[7][8]nia, quæ libri huius, qui vocatur Esther historia continentur.

¶Doctores. a ¶Admonentes, vel adiutores.
¶Vt supra.
a ¶Fraternam charitatem, ne per schismata diuidantur.
a ¶Euangelicam, non salutatem hæreticam.
a ¶Filij quos gignunt verbo Dei. Vnde: Filioli mei quos iterum parturio, &c.
a ¶Ieiunia corporalia, & spiritualia. b ¶Orationum prædicationum.
c ¶Victoriæ futuræ.
a ¶Diuini testamentorum.

F †& sermo Esther firmauit verba sortium istarum, & scriptum est in libro.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Scripse. Est. re. fi. Abi. & Mar.* Hic consequenter ponitur cõfirmatio dictæ solennizationis, secunda ad mandatum Esther, & Mardochæi simul. Sciendum tamen, quod istud mãdatum differt à primo, & quia vt dicunt Hebræi, Esther, & Mardochæus petiuerunt, quod liber iste à sapientibus Iudæorum reciperetur in numero librorum sacrorum, præmiserunt tamen huic petitioni obseruationem dictæ solennizationis, eã iterando ad maiorẽ assertionẽ, & hoc est, quod dr.
2 *Vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum.* id est, cõfirmaretur.
3 *Vt haberent pacem.* i. pacifice habitarent inter Gẽtiles, nec insolescerent confidẽtes de potẽtia Esther, & Mardochæi.
4 *Et suscip. rent verit. tem.* scilicet, huius libri inter sacros codices. 5 *Obseruantes dies sortium.* Hic repetitur solẽnitas illorum dierum ad maiorem assertionem.
6 *Ieiunia atque clamores.* idest, quòd tunc haberent memoriã quomodo de afflictionibus paratis sibi ab Aman fuerant his diebus liberati, & vlterius repetit de receptione huius libri cum dicitur.
7 *Et omnia, quæ huius libri, &c.* construatur sic litera. Et oïa, q̃ ĩ historia hui⁹ libri cõtinent, supple inter libros reciperẽt.
8 *Qui voca. Esther.* Idest, qui liber ab ipsa Esther intitulatur, licet Mardochæus ipsum scripserit.

ADDITIO.

In c. 9. vbi dr in postil. *ieiunia, & cla.* Hoc quod dicitur. *Ieiunia, & clamores.* exponitr ab Hebræis, & ex ordinatione Esther, & Mardochæi, sicut obseruandi erant dies sortium ad notitiam solennem, vt dictum est, ita obseruarent ieiunia, & clamores, & clamores, sic, scilicet, quòd ante illam solennitatem ieiunarent, & se affligerent, in memoriam ieiuniorum Esther, & Iudæorum, quæ illo tempore fuerunt facta. Quæ quidem ieiunia obseruant vsque in præsentem diem, sicut & solennitates prædictas, &c.

CAPVT X.

C [a] Rex verò Assuerus [1] omnem terrã, & [2] cunctas maris in[a]sulas [b] fecit tributarias, cuius [3] fortitudo, & imperiũ, & di[4][5]gnitas atq; sublimitas, qua [6][7] exaltauit Mardochæũ, scri[8]pta sunt in libris Medorum atque Persarum, [9] & quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit, & magnus inter † Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorũ, quærens bona populo suo, & loquens ea, quę ad pacem seminis sui pertinerent.

CAP. X.

Dan. 2. e. a *Rex vero Assuerus*, Christus, qui excisus de mõte sine manib. creuit in montẽ magnum, & impleuit totũ mũdũ historialiter eñi non omnẽ terram tributariam fecit, q͂a nec habuit.

CONCIL.

a ¶Reges Tharsis, & insularum of.
b ¶Vnde: Reddite, quæ sunt Dei, Deo, & quæ sunt Cæs. Cæs.
a ¶Coram fidelibus, & infidelibus.
b ¶Ordinem prædicatorum.
a ¶In memoria omnium nationum.
a ¶Verus Iudæus, non in manifesto in carne, sed in absondito, in spiritu.
a ¶Oratus, & acceptus. b ¶Christianorum.
a ¶Aeterna. b ¶Quem regit.
a ¶In hoc seculo, & futuro. quam speciosi pedes euan. pa. euan. bo. Et alibi. Rogate, quæ ad pacem sunt Ierusalem. b ¶Filiorum spiritualium.

F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. X.

1 Rex vero Assuerus. Hic vltimo ponitur remuneratio pro opere iustitiæ, quam fecerat Assuerus Aman, & eius filios suspendendo, & Mardochæum exaltando, quia pp hoc Deus eius dilatauit imperium, quod notatur cũ dr.
2 *Om. ter.* locutio est hyperbolica, quia multæ terræ, & insulæ non fuerunt sibi subiectæ, sicut dicitur tota ciuitas vadit ad tale spectaculum, licet magna pars, vel maior non vadat.
3 *Cuius fortitudo.* contra hostes.
4 *Et imperium.* quantum ad ciues.
5 *Et dignitas.* scilicet, imperialis, & regia.
6 *Atque sublimitas*, quia multos reges habuit sub ditiõe sua
7 *Quia exa'. Mar.* q͂a p pdictã sublimitatẽ potuit hoc facere.
8 *Scripta sunt in li. Medo.* in quibus acta Assueri diligentius conscripta sunt, quam in hoc libro.
9 *Et quomodo Mardochæus.* vt sic memoria bonitatis eius nõ solum apud Iudæos, sed etiam apud Gentiles futuris temporibus remaneret. Cætera autem, quæ sequuntur non intendo exponere. Tum quia satis apparet eorum sentẽtia ex prædictis. Tum quia non sunt in Hebræo, nec de scriptura canonica, sed magis videntur à Iosepho, & alijs scriptoribus conficta, & postea editioni vulgate inserta, secundum quod dicit Hieronymus in prologo huius libri, di. Addens ea, quę ex tempore dici poterant, & audiri, sicut solitum est scholaribus

MORALITER.

† 1 *Rex vero Assuerus.* Per regem Assuerum significatr dñs noster Iesus Christus, sicut dictum est supra, qui subiugauit sibi omnem terram per fidem. nam aliqui de omni terra iugo fidei Christianæ submiserunt colla sua, vt sit ibi distributio pro generib. singulorũ, cum dr. *Omnem terram.* sicut dr. Omne animal fuit in arca Noe. Circa vero finẽ mundi oẽs generaliter supponentr iugo fidei. sicut dicunt doctores nostri, & tunc in omnib. gentib. *erit Deus vnus, & nomen eius vnũ*, Zach. 14. & tunc erit distributio pro singulis generũ, cũ dr, omnem terram.
7 *Qui exal. Mar.* Per istũ Mardochæũ quem rex Assuerus exaltauit, & fecit à se secũdum, significatur pontifex summus quem Christus exaltauit super totum populum Christianũ, faciens ipsum sibi vicarium.
† *Quæ. bo. po. su.* per hoc oñditur, quod studium summi põtificis verti debet ad quærendum bonum populi Christiani. Et similiter alij prelati sub ipso, quilibet in sua prouincia, vel diœcesi intendere dẽt ad honorẽ, & gloriã domini nostri Iesu Christi, cui est honor, & gloria in secula seculorũ. Amen.

MORA-

NICOLAVS DE LYRA.

A scholarib. disciplinis sumpto themate, i. materia aliqua, vel casu breui excogitare, quibus verbis vti potuit, qui iniuriam passus est, querimoniam mouendo, vel ille, qui iniuriam fecit, s. se defendendo. Et hoc modo videtur fecisse Iosephus quia vidit in hoc libro summam in breui literarũ missarũ ab Aman contra Iudæos, & summam reuocationis per Esther impetratæ, et habetur sup. c. 3. & 8. & ideo excogitauit, sicut homo literatus, & eloquens qualiter Aman potuit decẽter describere machinationem suam colorando apparenti bonitate, & quomodo Mardocheus reuocatorias literas potuit decenter dictare honore regis seruato, ita quod nõ notaretur de irrationabili mutabilitate. Quod patet ex hoc, q̃ forma literarum reuocatoriarum, quæ habetur infra 16. ca. acceptæ sunt de verbo ad verbum de Iosepho, libro antiquitatum 11. in quo describit historiam Esther. & idem probabiliter videtur de aliis hic sequẽtibus, quod fuerunt p̃dicto mõ excogitata, & scripta, & postea editioni vulgatæ inserta ad Dei laudẽ, cui est honor, & gl̃ia in secula seculorũ. Amẽ.

D Ioseph. 11. Anti. c. 6.

Postilla venera. Nico. de Lyra super librum Esther finis.

Sess. 4. ✠ CONCIL. TRIDENTINVM. Si q̃s libros ipsos (Genesis, &c. Iudith, Esther, Daniel, & cæt.) integros, cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata latina editione habẽtur, pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciẽs, & prudẽs contẽpserit, anathema sit.

B -dixitque Mardochæus & ca. vsque ad fin. c.

Epist. ad Iulium Africanum. ✠ ORIGENES. In libro Esther, neque Mardochæi, neque Esther preces, quę legentes possunt ædificare, habentur apud Hebræos, sed neque epistolę, neque quæ ab Aman scripta est de euersione gẽtis Iudeorum, neque Mardochęi ex nomine regis Artaxerxis gẽtem a morte liberans. Apud septuaginta autem, & Theodotionẽ ea sunt, &c. Vide ergo ne imprudẽtes, & inscientes abrogemus exẽplaria, quæ habentur passim in ecclesijs. Et legem statuamus fraternitati, vt deponant quidem sacros, qui apud eos feruntur libros assententur autem Hebræis, & persuadeãt, vt nos puris impertiant, & qui nihil habeant figmẽti. An non prouidẽtia in sanctis Scripturis dedit omnibus Christi ecclesijs ædificationem? Non curam gessit eorum, qui empti sunt pretio, pro quibus Christus mortuus est?

E

Hieronymus. Quæ habentur in Hebræo plena fide expressi. Hæc autem, quæ sequũtur scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua, & literis continẽtur, & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.

Dixitq; Mardocheus. A Deo facta sũt ista. Recordatus sum somnij, q̃d viderã, hęc eadẽ significantis, nec eorum quicquam irritũ fuit. Paruus fons, qui creuit, in fluuiũ, et in lucẽ solemq; cõuersus est, & in aquas plurimas redũdauit, Esther est q̃ rex accepit vxorẽ, & voluit esse reginã. Duo autem dracones, ego sũ, et Aman. Gentes, q̃ conuenerunt, hi sunt, q̃ conati sunt delere nomen Iudęorũ. Gẽs aũt mea, Israel est, quæ clamauit ad dominũ, & saluũ fecit dominus populũ suũ, liberauitq; nos ab omnib. malis, et fecit signa magna atque portẽta iter gentes, et duas sortes esse p̃cepit, vnã populi Dei, et alterã cũctarũ gẽtiũ. Venitq; vtraque sors ĩ statutũ ex illo iam t̃pe corã Deo vniuersis gentibus, & recordatus est dominus populi sui, ac misertus hæreditatis suæ. Et obseruabũtur dies isti in mense Adar, quartadecima, & quintadecima die eiusdem mensis cũ oĩ studio, & gaudio in vnũ cœtũ populi congregati in cunctas deinceps generationes populi Israel.

CAPVT XI.

ANNO quarto regnantibus Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius hanc epistolam Phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemęi filium in Ierusalem.

† scriptum.

Hierony. Hoc quoque † principiũ erat in editione vulgata, quod nec in Hebręo, nec apud vllum fertur interpretum.

CAPVT XI.

a Vidit somnium Mardochæus, & cæt.

L. 1. de spiritu & anima, cap. 25.

C ✠ AVGVST. Omnium, quæ sibi videre videntur dormientes quinque sunt genera, videlicet, oraculum, visio, somniũ, insomnium, & phantasma. Oraculum est cum in somnis parens, vel aliqua sancta grauisque persona, seu sacerdos, vel etiam Deus, euenturum aliquid aperte, vel non euenturũ, faciendũ, vel deuitandum denuntiat. Visio est, cum id quod videt quis, eodem modo quo apparuerat euenit. Somnium est figuris tectum, & sine interpretatione intelligi nõ potest. Insomnium est, quando id, quod fatigauerat vigilantem, ingerit se dormienti, sicut est cibi cura, vel potus, vel aliqua studia, vel infirmitates. Phantasma est, qui vix dormire cœpit, & adhuc se vigilare estimat, aspicere videtur irruẽtes in se, vel passim vagantes formas discrepantes, & varias, lętas vel turbulentas.

F

a Anno secũdo regnante Artaxerxe maximo prima die mensis Nisan vidit somnium Mardochęus filius Iairi, filij Semei filij Cis de tribu Beniamin, homo Iudæus, q̃ habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & excelsus inter primos aulę regiæ. Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iudææ, & hoc eius somnium fuit. Apparuerũt voces, et tumultus, tonitrua & terræmotus, & conturbatio super terram, & ecce duo dracones magni paratique contra se in prælium, ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. Fuitque dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis, & angustiæ, & ingens formido super terram, Conturbataq; est

CAP.

A *gens iustorum, & timētium mala sua, et pparata ad mortem. Clamaueruntq́; ad dominū, & illis vociferantibus † fons paruus creuit in fluuiū maximū, et in aquas plurimas redūdauit. Lux, et sol ortus est, et humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos.* D *Quod cum vidisset Mardochęus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid Deus facere vellet, & fixum habebat in animo scire cupiens quid significaret somnium.*

CAPVT XII.

† sup. a. d. & c.

a *M*Orabatur † *autem eo tempore in aula regis cum Bagathan, & Thares eunuchis regis, qui ianitores erant palatij. Cumque intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius peruidisset, didicit quod conarētur in regem Artaxerxem manus mittere, et nuntiauit super eo regi. Qui de vtroque habita quęstione confessos iussit duci ad mortē. Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentarijs. Sed & Mardochęus rei memoriam literis tradidit. Pręcepitque ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione munerib.* E *Aman vero filius Amadathi Bugęus erat gloriosissimus coram rege, et voluit nocere Mardochęo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.*

CAPVT XII.

a M*orabatur autē eo tēpore, &c.* ❋RABBI SALOMON. Mardochęus hoc didicit, quia coram eo in idiomate Tharsensi loquebantur de regis intoxicatione, credentes Mardochęum illud idioma penitus ignorare. B ❋IOSEPHVS. Ben- Gorion. Erant hi duo Eunuchi ex propinquis Hamanis, amici eius fidelissimi, & consiliarij, &c. Mardocheus itaque audiens susurros eunuchorum, intellexit nutus ipsorum, & cōsilia, & indicauit reginæ, regina vero regi. Porrò Hamā quanto potuit studio eos à morte liberare conatus est, sed frustra, nihil enim efficere potuit.

Hieronymus. Hucusque procemium. Quæ sequuntur in eo loco posita erant vbi scriptum est in volumine. Et diripuerūt bona, vel substantias eorum. Quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

CAPVT XIII.

† supr. 1. a.

C R*EX* †*maximus Artaxerxes ab india vsq; Aethiopiam centum vigintiseptem prouinciarum, prīcipibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sūt, salutem dicit. Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meę ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentię magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos, vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quęrente autem me à consiliarijs meis quomodo possit hoc impleri, vnus, qui sapientia, & fide cęteros pręcellebat, & erat post regem secundus Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum iussa contemneret, et vniuersarum concordiam nationum sua dissensione violaret. Quod cum didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominum genus peruersis vti legib. nostrisque iussionibus contraire, & turbare* F *subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiā, iussimus, vt quoscunque Aman, qui omnib. prouinciis prępositus est, et secundus à rege, & quem patris loco colimus, mōstrauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusq́; eorum misereatur, quartadecima die duodecimi mensis Adar anni præsentis, vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant.*

Hiero. Hucusque exemplar epistolæ. Quæ sequuntur post eū locum scripta reperi, vbi legitur. Pergensque Mardochæus fecit omnia, quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus ferūtur interpretum.

Mordochęus aūt deprecatus est dominū, memor omniū operum eius, & dixit: a *Domine, domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita & non est, qui possit tua resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti*

a *Domine, domine rex omnipotens in ditione enim tua cuncta sunt posita, &c.* ✠ALEXANDER primus, Papa & martyr. Si Trinitas nō est, cur Mardochęus orando dixit, Dn̄e, Domine Deus omnipotens, omnia

A omnia in potestate tua sunt.

✠IOSEPHVS. At Mardochæus re cognita, scissis vestibus, opertus sacco, & sparsus cinere, ferebatur per vrbem, iniquum facinus clamitās, maximam gentem internecioni esse addictā, & vociferando talia vsque ad regium Palatium delatus, ibi demum cōstitit. Nō enim fas erat illum tali habitu regiam ingredi.

cęlum, & terram, & quicquid cęli ambitu continetur, dominus omniū es, nec est, q resistat maiestati tuę. Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia, et contumelia, & aliqua gloria cupiditate fecerim hoc, vt nō adorarem Aman superbissimum, libēter enim pro salute Israel etiam vestigia pedū eius deosculari paratus essem, sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarē excepto Deo meo. Et nunc domine rex, Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuā, quā redemisti tibi de Aegypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti, & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuū domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoque Israel pari mente, & obsecratione clamauit ad dominum, eo quòd eis certa mors impenderet. D

CAPVT XIIII.

CAPVT XIIII.

a ESther quoque regina confugit ad dominum, &c. ✠ IOSEPHVS. Regina quoque supplicabat more patrio humi in faciem prostrata, & amicta vestitu lugubri per triduum abdicato cibo, & potu, & omnibus delicijs, rogabatque, vt miseratus daret ei apud regem quali maximē opus esset facūdiam, & maiorē, quam vnquam antea formæ gratiam, vt modo vtroque permotus rex ad clementiam, & in ipsam fieret indulgētior, & popularibus suis in extremo periculo constitutis patrocinantē æquis oculis aspiciat. (Lib. 11. Ant, cap. 6.) B C

✠ AVGVSTIN. Esther Deum timēs, Deum colens, Deo subdita, marito regi alienigenæ, non eundem secum colētem Deum, tamen subiecta seruiebat, quæ cū extremo periculo, nō suo tantum, sed etiā gentis suæ, qui tunc erat populus Dei, domino prosterneretur in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatum regium, sicut pannum menstrualē, & ita orantem statim exaudiuit, qui cordis inspector eam vere dicere sciuit. (Epist. 199.)

✠ BASILIVS. Et sanctissima Esther orabat. Non tradas domine, sceptrum tuū ijs, qui non sunt. Ipsam vocem domini, de Deo vero dicens. (Lib. 2. adu. Eunom.)

a *ESther quoque regina confugit ad dominum, pauēs periculū quod imminebat. Cūque deposuisset vestes regias fletibus, & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis varijs cinere, et stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs, omniaq; loca in quibus ante lætari consueuerat, crinium laceratiōe compleuit. Et deprecabatur dominum Deū Israel, dicēs. Domine mi, q rex noster es solus, adiuua me solitariā, †et cuius præter te nullus auxiliator est alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui à patre meo, quod tu domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam, fecistiq; eis, sicut locutus es. Peccauimus in cōspectu tuo & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit, quod durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum idolorum potentię deputantes, volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam tēpli, & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicēt carnalem regem in sempiternum. Nec tradas domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram, sed conuerte consilium eorum super eos, & eum, qui in nos cœpit sæuire disperde. Memento domine, & ostē de te nobis in tempore tribulationis nostræ, et da mihi fiduciam domine rex deorum, & vniuersæ potestatis, tribue sermonem compositū in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat & cæteri, qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuā nullum aliud auxilium habētem, nisi te. Domine habes omnium scientiam, & nosti, quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenę. Tu scis necessitatem meam, quod abominer signū superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostētationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum, & nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in præsentē diem, nisi in te domine Deus Abrahā. Deus fortis super omnes exaudi † vocem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.* E F

† & quia. † precem.

Hiero-

Hieronymus. Hęc quoque addita reperi in editione vulgata.

CAPVT XV.

CAPVT XV.

a ET mādauit ei, &c. IOSEPHVS. Interrogatus Mardochæus ab Esther per nuntium, indicauit causam, & literas contra Iudæos per omnes prouincias sub rege constitutas, trāsmissas, & promissionem pecuniarum, per quam à rege perditionem gentis comparauerat Aman.

a ET mādauit ei, (haud dubiūq; Esther Mardochæus,) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo, & pro patria sua. Memorare (inquit) dierum humilitatis tuę quō nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est cōtra nos in mortem, et tu inuoca dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Hiero. Necnon, & ista, quæ subdita sunt in editione vulgata reperi.

Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circundata est gloria sua. Cūque regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem, & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas, & super vnam quidem innitebatur quasi prę delicijs, & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens, altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustētans. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristē celabat animum, et nimio timore cōtractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs auroq; fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu. Cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorē pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillam reclinauit caput. Conuertitq; Deus spiritum regis in mansuetudinē, & festinus ac metuens exiliuit de solio, & sustentans eā vlnis suis donec rediret ad se, his verbis blādiebatur. Quid habes Esther? Ego sum frater tuus noli metuere. Non morieris, non enim pro te, sed pro † omnib. hæc lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, et posuit super collū eius, et osculatus est eā, et ait. Cur mihi non loqueris? Quæ respōdit. Vidi te domine quasi angelū Dei, & conturbatū est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarū. Cumq; loqueretur rursus corruit, et pene exanimata est. Rex aūt turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur † eum.

† Resumpsit vestimenta humilitatis.

† hominibus.

† eam.

Hieronym. Exemplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudæis ad totas regni sui prouincias misit, qđ & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

CAPVT XVI.

REX MAGNVS Artaxerxes ab India vsq; ad Æthiopiam cētum viginti septem prouinciarū ducibus ac principibus, qui nostræ iussioni obediunt, salutem dicit. Multi bonitate principum, & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam, & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt moliuntur insidias: Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ prorumpunt, vt eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude digni sint, mendaciorum † cuniculis conentur subuertere, dum aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res, & ex veteribus probatur historiis, & ex his, quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum. Nec putare debetis si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate, & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam. Et vt manifestius, quod dicimus intelligatis: † Aman filius Amadathi, & animo, & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est, & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus, qui in tantum arrogantiæ tumorem † sublatus est, vt regno priuare nos niteretur, & spiritu. Nam Mardochæum cuius fide, & beneficijs viuimus, & consortem regni nostri Esther cum omni gente sua † nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in

† funiculis.

† Supr. 3. a.

† subleuatu.

Supra 2. d.

A in mortem, hoc cogitans, vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem à pessimo mortalium Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed econtrario iustis vtentes legibus, & filios altissimi, & maximi semperque B viuentis Dei, cuius beneficio, & patribus nostris, & nobis regnum est traditum; & vsque hodie custoditur. † Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas, porrò quo scelere ante portas huius vrbis, id est, † Susis; & ipse, qui machinatus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis, non nobis, sed C Deo reddente ei, quod meruit. Hoc autem edictum, quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur; vt liceat Iudæis vti legibus suis, tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar.

† supra 7. d.

† Susan.

D Quibus debetis esse adminiculo, vt eos, qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. Hanc enim diem Deus omnipotens mœroris, & luctus eius vertit in gaudium. Vnde & vos inter cæteros festos dies hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, vt in E posterum cognoscantur omnes, qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem, qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. Omnis autem prouincia, & ciuitas, quæ noluerit solennitatis huius esse particeps, gladio, & igne pereat; & sic deleatur, vt nō solum hominibus, sed etiam inuia bestiis sit in F sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.

TOMI SECVNDI FINIS.